25 Savinus Conf. in carcere mortuus. *Ex Actis S. Vrbani* 7

27 Sciabilus M. in Sardinia. *Ex Martyrol. Hier.* 679

28 Secundinus M. *Ex Martyroll.* 744

28 Senator Ep. Mediolanen. *COMM. HIST. Cap.*1. Acta, elogia, & ætas 769. *Cap.*2 Quibus argumentis Illuſtriſſima Septaliorum familia ſibi eum arroget 774

25 Sentiana M. Bleræ in Hetruria. *Ex Martyrol. Hieronymiano* 24
25 Senzius Presb. Bleræ in Hetruria. *COMM. PR.* De cultu Bleræ & Spoleti, Socio S. Mamiliano, & Actis 70. *VITA* ex Mss. 71
25 Septimus, Septimius, vel Septima M. in Africa *Ex Kalendar. Carthag. & Martyrol. Hieron.* 25
27 Servulus M. Tomis in Ponto. *Ex Martyrol.* 679
26 Symmetrius M. Romæ. *Comm.* Martyrium & cultus: Corpus an Ledernaci? Acta fabulosa 360. *TRANSLATIO* Alicujus Symmetrii Roma in Belgium. *Ex duobus Mss.* 361

T

28 THeodulus ex Præfecto CP. Monachus Stylita Edessæ. *COMM. PR.* De Vitæ Actis, cultus die, qualitate ac tempore Præfecturæ 755. *VITA Ex Ms. Græco Flor.* Interpr. D. Cardono. *Cap.*1 Præfectura generose abdicata, nequidquam obnitente uxore 756. *Cap.*2 Superatis denuo uxoris blanditiis, ac ea tandem ipsa mortua, vitam in columna ducit 757. *Cap.* 3 Cornelio Mimo comparatus, post initum cum eo colloquium, sancte moritur 761. Epitome *Ex Ms. Synax.*
26 Theomedus M. Tuderti in Umbria. *Ex Martyrologiis* 369
27 Therapon Episcop. M. ex Cypro translatus CP. *COMM. PR.* De ejus cultu & ordine: deque martyrii & translationis tempore 681. *MIRAC. Ex Ms. Græco Florent.* Auctore Synchrono. *Cap.*1 Vitæ & Martyrii acta per præteritionem indicat Auctor, suæ sibi conscius tenuitatis 682. *Cap.* 2 Sacrorum ossium translatio 684. *Cap.*3 Miracula CP. patrata 686. *Cap.*4 eorumdem prosecutio 688. *Cap.* 5 Epilogus cum invocatione Sancti. 690
27 Therapon Presbyt. M. in Lydia. *Ex Synaxariis Mss.* 680
27 Ticianus M. in Sardinia. *Ex Martyrol. Hieronymiano* 679
25 Timeus M. Ephesi, *Ex Martyrol. Hieronymiano* 26
25 Tomunus M. Ephesi, *Ex Martyrol. Hieronymiano* 26

V

25 VAlentio M. Dorostori. *Ex Martyroll. & Menæis* 23
26 Valeria M. in Africa. *Ex Martyrol. Hieronymiano* 369
28 Ubaldesca V. Ord. S. Joannis Hierosol. Pisis in Etruria. *COMM. PR.* De ejus cultu deque originario Vitæ textu amisso 854. *VITA Ex Ital. Silvani Razzii.*
25 Venerandus & Maximus fratres MM. in Diœc. Ebroicensi. *COMM.* De eorum cultu & inventione: deque Legenda, sed fabulosa 36
28 Victia M Romæ. *Ex Martyrol. Hieronymiano* 746
25 Victoria M. Ephesi. *Ex Martyrol. Hieronymiano* 26
25 Victorius M. Ephesi. *Ex Martyrol. Hieronymiano* 26
26 Victorius M. Tuderti in Umbria. *Ex Martyrologiis* 369
25 Vincentius M. Bleræ in Hetruria. *Ex Martyrol. Hieronymiano* 24
25 Vincentius M. Gortinæ in Creta. *Ex Martyrol. Hieronymiano* 25
28 Vippia M. Romæ. *Ex Martyrologio Hieronymiano* 746
25 Urbanus I Papa Martyr. *COMM. PR.* § 1 Varia Acta Martyrii, quædam hic edita, reliqua omissa. Actorum Appendix 5. § 2 Tempus Sedis. Cultus sacer: ejus & Sociorum, aliorumque variorum sepultura 6. § 3 Excerpta ex variis, de rebus in Pontificatu gestis, & corpore ad ecclesiam S. Cæciliæ translato 8. § 4. De alicujus S. Urbani corpore & cultu Catalaunis in Gallia: & variarum sub eodem nomine reliquiarum veneratione pluribus in locis 9. *ACTA Ex Ms.* per Notarios S. R. E. collecta. *Cap.* 1 S. Urbani & Sociorum captivitas, Constantia inter verbera. S. Anolini conversio & Martyrium 11. *Cap.*2 Sancti & sociorum animosa professio fidei: vis orationis, verbera, martyrium 12. *Cap.* 3 SS. Marmeniæ, Lucinæ, aliorum conversio: corpora S. Urbani & Sociorum translata 13. *Appendix.* Martyrium SS. Marmeniæ Lucinæ & Sociorum 14. *TRANSLATIO ET MIRACVLA, Ex Ms. Catalaun, CAP.* 1 SS. Urbani ac Tiburtii MM. corpora Româ Autisiodorum, & alterum hinc Catalaunum ad monasterium S. Urbani 16. *Cap.*2 De propria S. Urbani capella ad Matronam, post an. 1141 miraculis illustrata 18. *Cap.* 3 Captivi liberati ope S. Urbani 20. *Cap.*4 Alia miracula ejusdem 21
28 Uroria M. Romæ. *Ex Martyrol. Hieron.* 746

W

28 WIllelmus ex Duce Aquitaniæ Mon. Gellonensis in Gallia. *COMM. PR.* de vitæ & miraculorum Actis, cultu diebus variis, & Reliquiis ejusdem Sancti 809. Vitæ Compend. *Ex Vita S. Benedicti Anian. VITA* Auct. gravi *ex duplici Mss.* 810. Prologus. *Cap.* 1 Vita Sancti in seculo, militia contra Saracenos, monasterii fundatio, sororum oblatio 811. *Cap.*2 Cum bona Regis gratia, vale amicis dicto, monasticum habitum assumit Willelmus 814. *Cap.*3 humillimæ ministeria à Sancto exercita; pius obitus 818. *APPEND.* Chartæ donationum monasterio factarum 820. *MIRAC.* Ex Ms. Gellon. & Edit. Mabilionis. *Cap.*1 Miracula Crucis à S. Willelmo allatæ, fugati dæmones 822. *Cap.*2 Puer Rhodano mersus & liberatus. Injurioso in Sanctum ejusque homines & res, puniti 825. *HYMNVS ex Ms. Bodecen.* 826. *ELEVATIO Ex Ms. Gallico* 827

Z

27 ZAcharias M. Episcop. Viennæ in Gallia. *Comm.* Actorum summarium ex Breviario: ecclesia, cultus. 659
25 Zenobius Ep. Florentin. in Tuscia. *COMM. PR.* De ejus cultu & Vita, male S. Simpliciano attributa, antiqua tamen, & à S. Antonino atque Laurentio Amalph. rescripta: item de alia duplici, à Joanne Aretino & Raphaele Volaterrano edita 49. *VITA ANTIQVA* à S. Antonino Archiep. Florentin. modice interpolata. *Ex ejus Summa Histor.* 52. *EADEM*, à Blasio Monacho post sec. 13 exornata. *Ex Mss.* 54. *VITA III* à Laurentio Archiep. Amalph. prout referri audierat scripta XI sec. *Ex Ms. & Vghello.* Prologus. *Cap.* 1 Zenobii Sancta adolescentia, virtutes Episcopales 58. *Cap.*2 Duo mortui resuscitati. Alia mira-

miracula 60. *Cap.* 3 Pius obitus. Miracula poſt mortem 61. *II ET III TRANSLATIO* Ex Jo. Villanio & Jo. Aretino coævis 62. Eadem III. *TRANSL. Ex Italico Clementis Mazza, aque teſtis oculati* 64. Inſpectio Corporis anno 1584. *Ex Ms. Ioannis Fabri.* 66. IV *TRANSL. Ex Ms. Italico Laur. Strozzi Archidiac.* 67. Expoſitio ſolennis 1685. *Ex Italico Franc. Cionacchi* 68

27 Zoticus M. Tomis in Ponto. *Ex Martyrologiis* 679

28 Zetulus M. in Pamphylia. *Ex Martyrologiis* 744

INDEX CHRONOLOGICUS.

SECULO I.

Circa annum 40 S. Alphæus, Pater Matthæi & Jacobi Apoſtolorum 355

S. Carpus ex 72 Diſcipulis Epiſcopus Berœæ 355

Eutychius Ep. M. Melitenæ in Armenia 734

Sub Trajano. Zacharias M. Ep. Viennæ in Gallia 659

SECULO II

Circa an. 120 S. Quadratus Ep. Athen. offert Hadriano Imper. Apologiam pro Chriſtianis 356

Circa an. 159 S. Symmetrius cum Sociis Romæ Martyr. 360

An. 185 Obit S. Eleutherius Papa 363

SECULO III

An. 230 Urbanus Papa Martyr Romæ cum ſociis 5

244 Heliconis V. M. Corinthi 736

Poſt an. 270 Cociaci in Gallia paſſi SS. Priſcus & Cottus 365

Circa an. 272 Reſtituta V. M. Soræ in Campania 661

SECULO IV

Ante an. 356 S. Dionyſius Ep. Mediol. in exilio obit Confeſſor 39

SECULO V

Circa an. 413 Monachi Martyres Thecue in Paleſt. 754 Theodulus, ex Præfecto CP. Stylita Edeſſæ obit 755

Poſt an. 418 Revelatur S. Germano Autiſſiodor. Caput S. Priſci M. 366

Circa an. 420 Obiit S. Zenobius Ep. Florent. 50

480 S. Senator Ep. Mediolan. obit 769

Circa an. 480 S. Manvæus Ep. Bajocen. in Normannia floret, 767

Circa an. 480 Obit S. Eutropius Ep. Arauſion. 699

Sec. 5 S. Senzius Presb. Bleræ in Etruria claret 70

Circa an. 500 Sancti duo Amantes, Injurioſus & Uxor, conjuges Virgines in Arvernia 38

SECULO VI

526 Childebertum R. ſanat S. Germanus Pariſ. 777

530 S. Joannis Papæ corpus Ravenna Romam fertur 706

Poſt an. 546 Juſtus Ep. Urgellen. in Hiſpania 773

549 S. Albini Andegav. corpus transfert S. Germanus Pariſien. 776

Circa an. 550 S. Leo Ab. floret in Trecen Diœc. 73

Helladius p. M. ſub Perſis 712

574 Obit S. Germanus Ep. Pariſien. 774

596 S. Auguſtinus in Angliam mittitur à S. Gregorio 378

SECULO VII

608 S. Auguſtinus, Anglorum Apoſtolus, moritur 395

608 Ordinatur S. Bonifacius Papæ IV 77

613 Pantheon Romæ dedicatum à Bonifacio Papa IV 76

615 Obit Bonifacius Papæ IV 76

Circa an. 660 Corpus S. Symmetrii Roma in Belgium videtur tranſlatum ſub Vitaliano Papa 36

677 Naſcitur Ven. Beda in Anglia 719

680 S. Hildevertus Epiſc. Meldenſis obit 713

Circa an. 700 Ragnulfus M. cæditur in Arteſia 717

SECULO VIII.

S. Phanurius in Rhodo & Creta miraculis clareſcit 693

705 Ordinatus S. Aldelmus Ep. Schireburn. in Anglia 82

709 Obit idem S. Aldelmus 77

735 Obit Vener. Beda in Anglia 718

736 Elevatur corpus S. Germani Ep. Pariſ. 790

Sec. 8 *vel* 9 S. Joannes Piſchaita CP. Conf. ſub Iconomachis 100

SECULO IX

814 Monaſterium Gellonenſe fundatur à S. Willelmo 804

826 Boëthius, Joannes I Papa & Symmachus Martyres, ſub Theodorico R. Ariano 702. Rex ipſe infeliciter obit 708

806 Ablato CP. corpore S. Therapontis, Cyprus invaditur à Saracenis 682

Circa an. 812 Obit S. Willelmus ex Duce Mon-Gellonen. 820

860 SS. Urbani & Tiburtii MM. corpora Roma tranſlata Autiſſiodorum 16

865 S. Urbani M. corpus Autiſſiodoro Catalaunum ad ſuis nominis monaſterium fertur 17

SECULO X

Circa an. 910 S. Gennadius ordinatus Ep. Aſturic. in Hiſp. 95

Circa an. 925 Idem obit 97

SECULO XI

1002 Ob. S. Podius Epiſc. Florentinus 828

1003 Elevatur & transfertur corpus S. Aldhelmi Scireburn. Ep. in Anglia per S. Dunſtanum 90

Circa an. 1050 SS. Guinizo & Januarius Monachi Caſin. 449

*Circa an.*1061 Willelmus Erem. dimiſſa militia, ad eremum tranſit 831
*Circa an.*1070 Idem moritur in diœceſi Comenſi 831
1073 S. Gregorius Papa VII ordinatur 112
1076 S. Gregorius Papa VII Henricum Regem excommunicat 129
1080 Elevatur iterum corpus S. Aldelmi Ep. Scireburnenſis 93
1082 S. Auguſtinus inventus, Transfertur cum SS. Adriano & Mildreda 413
1085 S. Gregorius Papa VII obit 140
1089 Obit B. Lanfrancus Archiep. Cantuar. in Anglia 832
109? S. Berengarii Monachi obitus in urbe S. Papuli 447

SECULO XII

*Circa an.*1112 Scripta Paſſio & Miracula S. Reſtitutæ V. M. 663
Circa 1136 Naſcitur S. Ubaldeſca Virgo Piſana 855
1139 Transferuntur oſſa S. Willelmi Gellonen. 827
1141 S. Urbani parochiâ in Catalaunis dedicata, incipit is clarere miraculis 18
1150 B. Lanfrancus ordinatus Archiep. Cantuar. 833
1154 Ob. S. Lambertus Ep. Vencienſis in Gallia 458
1156 Cujuſdam S. Reſtitutæ corpus Roma in Gallias tranſlatum 663
1171 Reſtauratur Mediolanum Conſule Paſſaguado de Setara & aliis 772
1180 Transfertur corpus S. Lanfranci Cantuar. 848
1188 Elevatur corpus S. Ragnulfi Mart. in Arteſia 717
1190 Floret S. Gausbertus Erem. fundator Montis-Salvii in Arvernia 723

SECULO XIII

1201 Corpus S. Hildeverti Gornaci transfertur in novam capſam 714
1206 Moritur S. Ubaldeſca Virgo Piſana 854
1221 S. Auguſtini Angliæ Apoſtoli corpus iterum invenitur & transfertur, aliorum item corpora Epiſcoporum Sanctorum & Regum juxta eum ſepultorum 411 & 432 *ac ſeqq.*
1260 Obit Petrus ſolitarius juxta Collem-vallis-Elſæ in Tuſcia 860
1262 Transfertur Melitam Reliquia S. Ubaldeſcæ 859
*Circa an.*1270 Obit S. Gerius Peregrinus in Piceno 159
*Circa an.*1275 Obit Anconæ S. Liberius peregrinus 732
1294 Tranſlatum corpus S. Bonifacii Papæ IV, à Bonifacio VIII 77

SECULO XIV

1330 Transfertur pro 2 vice Corpus S. Zenobii Ep. Florent. 62
1345 Hainricus infans, Monachii occiſus à Judæis 657
1348 B. Claritus peſte obit Florentiæ 161

SECULO XV

1439 Contigit 3 Tranſlatio S. Zenobii Ep. Florentini 63
1451 Obit B. Herculanus Ord. Minorum, apud Caſtrum-novum Carfaniani in Tuſcia 862
*Circa an.*1462 Crucifixus miraculoſus comparatur Monaſterio Clariti Florentiæ 164
1480 Transfertur Cociaci in Gallia Corpus S. Cotti M. 367
1483 Obit B. Jacobus-Philippus Ord. Servorum B. M. Faventiæ 166
1484 Inſpicitur corpus S. Zenobii Ep. Florent. 66

SECULO XVI

1515 Florentiæ naſcitur S. Philippus Nerius 463
1250 Corpora S. Dionyſii Ep. & aliorum, ex illius eccleſia tranſlata ad Cathedralem 44
1526 S. Auguſtini Angl. Apoſtoli mentum in Luſitaniam tranſlatum 431
1548 Societas SS. Trinitatis Peregrinorum Inſtituta Romæ 531
1564 Inſtituitur Congregatio Presbyterorum Oratorii Romæ 488, 541
1577 Corpus S. Gregorii Papæ VII integrum reperitur 104
1583 S. Maria Magd. de Pazzis fit Monacha 184
1588 Miraculis claret in Gallia S. Reſtituta V. M. 676
1589 Romæ transferuntur corpora SS. Papiæ & Mauri 503, 554
1595 Romæ moritur S. Philippus Nerius 460, 511, 618

SECULO XVII

1607 S. Maria Magdalena de Pazzis anno ætat. 42 obit Florentiæ 218, 302
1622 Canonizatur S. Philippus Nerius cum aliis quatuor 625
1626 S. Maria Magdalena de Pazzis Beatificatur 316
1627 SS. Guinizonis & Januarii inventio & tranſlatio Caſini, cum corporibus SS. Benedicti, Scholaſticæ, Carolomanni, Conſtantini & Simplicii. 455
1628 Elevatur corpus B. Guilielmi Erem. apud Comenſes 831
1632 Imago S. Philippi Nerii Patavii miraculoſe ſudat 649
1634 Transfertur Baudonium inſignis Reliquia S. Lamberti Vencienſis Ep. 458
1639 Reliquiæ S. Philippi Nerii Neapolim tranſlatæ 655
1669 S. Maria Magdalena de Pazzis Canonizatur 327
1672 Antverpiæ tranſlatio plurimum illuſtrium Reliquiarum 431
1674 Inveniuntur Romæ in S. M. Rotundâ corpora SS. Raffii & Anaſtaſii Presb. MM. 76
1680 Oſſa S. Willelmi Gellon. tranſlata in novam capſam 817
1682 Viſitatur Epiſcopi Comenſis juſſu corpus B. Guilielmi Eremitæ 831
1683 Soræ invenitur verum corpus S. Reſtitutæ V. M. 662, 672
1685 Tranſlatio quarta S. Zenobii Ep. Florent. 67. Corpus S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis transfertur in novam Capellam 347

APPROBATIO ORDINARII

LEgi diligenter partem ultimam de ACTIS SANCTORUM MAII, collectam & illuſtratam opera & ſtudio *P. Godefridi Henſchenii* p.m. nec non ſucceſſorum ejus *PP. Danielis Papebrochii, Franciſci Baertii*, atque *Conradi Ianningi*, Theologorum Societatis JESU: quorum in poſtremis hiſce duobus Tomis Sexto ac Septimo, nec non in Appendicibus ad Tomos priores, atque in Paralapomenis ad Conatum Chronico-hiſtoricum de Romanis Pontificibus, laborioſam induſtriam & eruditionem multiplicem, antehac pro modulo meo laudatam in primis tribus ejuſdem menſis Tomis, nihil attinet iterum commendare pluribus; quando ipſa expectatio videndæ continuationis tanta ubique Regionum Chriſtianarum eſt, ut præclariſſimo ſimul & utiliſſimo operi ſola ſufficiat ad commendationem prolixam. Dico igitur, duos iſtos pari cum antegreſſis paſſu procedere; nihilque in iis repertum à me, quoad fidem aut mores, quo minus ſint publica luce digniſſimi. In quorum fidem præſentes propriæ manus ſubſcriptione firmavi. Antverpiæ MDCLXXXVIII, XII Martii.

ANTONIUS HOEFSLACH,
Eccleſiæ Cathedralis Canonicus Graduatus,
Epiſcopalis Seminarii Præſes, Librorum Cenſor.

FACULTAS

R. P. Præpoſiti Provincialis Societatis JESU Flandro-Belgicæ,

ET SUMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

CVm Acta Sanctorum, ad ſeptem ultimos Maji dies ſpectantium, nec non Appendices ad priores ejuſdem menſis dies, atque Paralipomena ad Conatum Chronico-hiſtoricum de Pontificibus Romanis, cura ac ſtudio Godefridi Henſchenii & Danielis Papebrochii, ac Sociorum ejus, tres dictæ Societatis Theologi legerint, Opuſque laborioſum, eruditum, ac luce publica dignum judicarint; Ego infraſcriptus, Societatis præfatæ per Flandro-Belgicam Præpoſitus Provincialis, poteſtate ad id mihi facta ab Adm. Reverendo Patre noſtro Thyrſo Gonzalez Præpoſito Generali, concedo Michaeli Knobbaert, Typographo Antverpienſi, facultatem eadem Acta excudendi.

Cumque Sacræ Cæſareæ Majeſtatis decreto cautum ſit, ne qui libri, à Societate IESV conſcripti, in Provinciis Romano Imperio ſubjectis excudantur aut venales proponantur abſque ejuſdem Societatis conſenſu; hiſce declaro, eumdem Typographum iſto privilegio legitime frui. In quorum fidem hiſce, officii mei ſigillo munitis, manu mea ſubſcripſi. Actum Antverpiæ XVIII *Ianuarii, anno Domini* MDCLXXXVIII.

GUILIELMUS ARNHOUDTS.

SVMMA PRIVILEGII REGIS CATHOLICI.

CAROLUS, Dei gratia Hiſpaniarum, Indiarumque, &c. Rex Catholicus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimus Belgarum Princeps, diplomate ſuo ſanxit, nequis Acta Sanctorum menſis Maji, auctoribus Godefrido Henſchenio & Daniele Papebrochio Societatis JESU Sacerdotibus edita, præter voluntatem Michaëlis Knobbari proximis novem annis ullo modo imprimat, aut alibi terrarum impreſſa in has noſtræ Germaniæ Inferioris ditiones importet, venaliave habeat: qui ſecus faxit, confiſcatione librorum & alia gravi pœna multabitur, uti latius patet in litteris datis Bruxellæ XXIII Junii MDCLXXIII.

Signat

LOYENS.

DANIELIS PAPEBROCHII

PROTESTATIO

ITERATA AD SEXTUM ET SEPTIMUM TOMUM MAII

ET PRÆMONITIO

De Supplemento Generali, ad totum primum ſacri Anni Semeſtre, faciendo poſt Junium abſolutum.

VRBANIANAM, circa Sanctorum Nomenclaturas, Vitas, Miracula, Conſtitutionem obſervare profeſſus jam ſæpius, reque ipſa adeo comprobatus, ut non deſint qui me nimiæ hoc in genere ſeveritatis arguendum putent; idem tamen rurſus profiteor, non pro me ſolum, ſed etiam pro Sociis, mihi jam collaborantibus & collaboraturis in hoc ſtudio colligendi & illuſtrandi Sanctorum Acta; videlicet, nolle nos cuipiam, per hæc ſcripta noſtra, religioſioris cultus adſcriptum amplius, quam per Apoſtolicæ Sedis Decreta ſacroſancta licet; neque aliam hic collectis fidem petere, quam pure humanam errorique obnoxium, niſi quibus Auctoritas humanâ major, & ut talis per Eccleſiam Romanam agnita, ſuffragatur. Quod autem hinc conſequens cenſuerunt Deceſſores noſtri, BOLLANDVS atque HENSCHENIVS, ut erroribus quibuſcumque & quacumque occaſione ſibi obrepentibus, in tanta rerum & hiſtoriam tam variarum multitudine, veniam & inſtructionem poſtularent à melius informatis, promitterentque correctionem, ſuo quamque tempore faciendam; id quam non in ſpeciem dum taxat, & poſtulaverim, & promiſerim ipſe, ii ſolum poterunt ignorare, qui Aprilem & Majum, totos à me recognitos & magna ex parte compoſitos, numquam legerunt. Etenim ſæpiuſcule, tum in toto Aprili, tum in prioribus quinque Tomis Maji, tum denique in his duobus ultimis, anticipavi & anticipo tempus præſtandæ correctionis, contra quam faciendum putabant Deceſſores noſtri; contenti pleraſque ejuſmodi excipere adverſariis, in ſpem faciendi aliquando SVPPLEMENTI GENERALIS, vel impreſſionis novæ totius operis, poſt medium ſcilicet aut integrum ſeculum abſolvendi. Ego vero, conſiderans, quantum id excedat anguſtos vitæ terminos, uni homini ſperandæ; nec volens totum illud, quod in jam editis addendum, mutandum, corrigendum vel tradiderunt ipſi, vel egomet obſervavi, vel alii denique; ſuggeſſerunt, committere memoriæ, diligentiæ, ac fidei poſterorum; cenſui ejuſmodi SVPPLEMENTVM conficiendum, mox atque abſoluto Iunio completum fuerit primum ſacri Anni Semeſtre; ſimulque colligendos INDICES GENERALES *pro Tomis omnibus, tunc ultra viginti quinque futuris; & prius etiam quam deni eſſent, præbentibus uſum ſatis difficilem Indicum, per tot volumina diſperſorum. Hoc conſilium, ætati meæ vix dum ſexageſimum annum trangreſſæ, & valetudini jam à decennio per Dei gratiam ſatis firmæ non improportionatum, inſuper ſtrenuorum duorum Sociorum fiducia fultum, atque ab* HENSCHENIO *antequam moreretur vehementer probatum, & ut exequerer ſedulo commendatum, cum eo mortuo pluribus indicaſſem; unus inter alios repertus eſt* REV. ADM. D. CLAVDIVS CASTELLANVS, *ad Divæ Virginis Pariſiis Canonicus, qui, non paucorum quorumdam Sanctorum Vitas (uti jam fecerant aliqui) ſibi ſumeret ex cauſa peculiari recognoſcendas; ſed totum ab initio opus foliatim revolveret, & quidquid vel correctione vel illuſtratione egere judicabat, annotaret in chartam nobiſque tranſmitteret, multum ipſi eo nomine obligatis. Equidem vix auſim ſperare futuros multos, qui tantum ſumere laboris velint; talemque ejus diligentiam exæquare, nedum ſuperare contendant: non tamen fuerit improbum votum optantis, ut ſaltem in ſingulis Regionibus & Profeſſionibus, Vrbibus atque Cœtibus particularibus, inveniantur vel pauci, qui pro Sanctis ad ſe ſuoſque propius attinentibus ſoliciti, ſuæ erga illos obligationi faciant ſatis; eoque ſpectantia curent legere; & num quid addendum, demendum, vel mutandum, diſpicere; noſque de ſingulis amanter fideliterque monere; neminem, qui id obſequii nobis præſtiterit, abſq; grati animi profeſſione dimiſſuros; nedum alicui verſuros vitio, quod ſe à nobis diſſentire in re quapiam indicaverit; modo eo ſit animo, ut ferre poſſit, quod ipſo audito non in unam ſemper conveniamus ſententiam, neque id ſuam interpretetur injuriam. Hoc ſi obtinuerimus, quanto præſtantius, ad Dei Sanctorumque honorem, quanto ad hiſtoricam veritatem exactius evadet opus univerſum! Quam multi, aut inter Prætermiſſos relati, aut nec relati quidem, dignum ſuis meritis locum recipient; quo nunc carent, quia vel de iis nihildum innotuit nobis, vel defuit publici Cultus idonea confirmatio! Talis enim Cultus niſi oſtendatur, non ſolet nobis eſſe ſatis, quod ſcriptor quiſpiam, aut etiam plures, vel populariter præſumpta ex pietate licentia, indulgeat cuipiam appellationem* SANCTI *vel* BEATI. *Multa etiam errata tali ratione emendabuntur haud dubie, in locis, temporibus, perſonis, ex incidenti commemoratis; quæ tot in libris non eſſe pauca, ſatis intelligimus ex numero deprehenſorum per nos ipſos, jamque in adverſaria relatorum.* Eos *tamen qui de hujuſmodi nos dignabuntur inſtruere, præmonitos velim, ne cum accipiendâ ſtatim per litteras gratiarum actione (hanc enim numquam patiemur deſiderari) expectent illico reſponſum ad ſingula. Fieri enim poteſt, ut non æque nobis probentur ipſorum omnia: & experientia docuit, ejuſmodi ad ſingula reſpondendi ſedulitatem alio non ſervire, quam ad emittendum funem contentionis, quem reciprocando magnum ſemper diſpendium quietis & temporis, ſæpe etiam amicitiæ fiat.*

ACTA

ACTA SANCTORUM
MAII
TOMVS SEXTVS.

ANno MDCLXXXV coacti fuimus ſiſtere impreſſionem Maii, lentius quam ſperari Typographus fecerat progredientis; & Tomum ejus Quartum imminuere, die XX menſis ad Quintum tranſlato, atque hunc cum die XXIV finire: quia ſcilicet pariter impreſſa pariterque proditura erat opinione prolixior Lucubratio, circa Chronologiam Romanorum Pontificum, diu importuneque à viris eruditis poſtulata, quam tunc placuerat in limine Tomi utriuſque bipartitam collocare. Quamquam enim pluribus poſtea viſum ſit convenientius fore, ſi Lucubrationis iſtius Partes geminæ, Apparatu prævio auctæ, ſimul cum totius menſis Propylæo, unum in volumen colligerentur; & hoc facto appareret, haud difficulter potuiſſe poſteriorem hujus menſis Partem tribus Tomis abſolvi, quemadmodum annis abhinc ſeptem fuerat cogitatum, quando Pars prima dabatur in lucem anno LXXX hujus ſeculi: non tamen jam amplius integrum erat reſumere, prius conceptam, ſed deinde mutatam dierum partitionem, ſic ut Tomo Quarto reſtitueretur dies XX, Tomo autem Quinto adderentur dies XXV & XXVI, facturi ipſos pares prioribus, relicturi vero quinque poſtremos dies in unum Tomum ſextum compingendos. Nempe jam cœpti erant venum exponi libri, & eorum evulgationem ulteriorem novâ iterum morâ injectâ differri, donec duorum iſtorũ dierum prolixiſſima Acta excuſa haberentur, vel etiam totus Majus abſolveretur, intolerabile futurum videbatur pridem aliquid promiſſæ continuationis expectantibus. Habebis ergo non jam tres ſecundæ Partis Tomos, æquales prioribus; ſed omnino quatuor, mole nunc etiam quam illi fuerint magis caſtigata. Sic porro librorum numerus, pro ratione imminutæ molis ſingulorum auctus, minime gravis, ſpero, accidet Bibliophilis; cum hac occaſione locus detur adjiciendis Tomo ultimo Appendicibus ad omnes priores quinque Tomos, quas alioqui oportuiſſet in generale Supplementum differre. His ergo fruere, & Deum mecum Sanctoſque precare, ut ceſſantibus publicis privatiſque calamitatibus, per quas iterata hæc mora ſudantibus ſub Majo prælis injecta fuit, celerius progredi faciant Iunium, tanto minori Tomorum numero abſolvendum, quanto materia minor ſeſe oſtendit; mihi vero concedant eatenus vivere, quo poſſim totum Semeſtre novo ſtudio recognitum dare, dum ætas viresque adhuc permittunt eo ſpes extendere, non omnino improbas.

VIGESIMA QVINTA DIES MAII.

SANCTI QVI VIII KALENDIS IVNII COLVNTVR.

SANCTVS URBANVS Romanus Pontifex.
S. Mamilianus, }
S. Joannes, } Presbyteri,
S. Chromatius, }
S. Dionyſius, }
S. Martialis, }
S. Eunuchius, } Diaconi,
S. Lucianus, }
S. Anolinus Commentarienſis, } Martyres Romæ.

S. Marmenia matrona,
S. Lucinia Virgo ejus filia,
Sancti XXII, item XLII, & quinque millia, } Martyres Romæ.
S. Savinus, in carcere extinctus,
S. Paſſicrates ſeu Policrates, }
S. Valentio, } Martyres Doroſtori in Moeſia ſeu Bulgaria.
Sancti II aut III, }

S. Sentiana, S. Vincentius, S. Sanctia, S. Juliana, } Martyres Blerę in Tuſcia ſuburbicaria.
S. Vincentius, S. Joannes, S. Marius, } Martyres Gortynæ in Creta.
S. Euſebius, Martyr in Oriente.
S. Flavianus ſeu Fabianus, S. Septimia ſeu Septinus vel Septimus, } Martyres in Africa.
S. Saturninus, S. Saturus, S. Timinus, S. Tomunus, S. Victorius, S. Iſtialus, S. Victoria, S. Flavinus, } Martyres Epheſi in Aſia.
S. Eutropia, Martyr Alexandriæ.
S. Cæleſtinus, Martyr apud Græcos.
S. Canio, Epiſcopus Afer & Martyr, Atellæ & Acheruntiæ in Italia
Sancti CLX Martyres Carthagine.
S. Maximus, S. Venerandus, } Martyres, in diœceſi Galliarũ Ebroicenſi.
S. Injurioſus, S. ejus uxor } Conjuges Virgines, in Arvernia.
S. Dionyſius, Epiſcopus Mediolanenſis in Inſubria.
S. Zenobius Epiſcopus Florentinus, in Hetruria.
S. Senzius Presbyter, Bleræ in Hetruria.
S. Leo Abbas, in diœceſi Galliarum Trecenſi.
S. Bonifacius Quartus, Pontifex Romanus.
S. Aldelmus, Epiſcopus Schireburnenſis in Anglia.
S. Joannes Pſychaita, Confeſſor apud Græcos.
S. Olbianus, apud Græcos.
S. Gennadius, Epiſcopus Aſturicenſis in Hiſpania.
S. Jejunius, Monachus S. Baſilii in Calabria.
S. Gregorius Septimus, Pontifex Romanus.
S. Gerius, apud Montem Sanctum in Piceno.
B. Claritus, Fundator monaſterii à ſe dicti, Florentiæ in Hetruria.
B. Jacobus Philippus, Ordinis Servorum B. Mariæ, Faventiæ in Æmilia.
S. MARIA MAGDALENA DE PAZZIS, Ordinis Carmelitarum, Florentiæ in Hetruria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAnctos Syneſium & Theopomptum Martyres habere venerationem Romæ in eccleſia S. Blaſii in Campitello, eorumque ibi Reliquias eſſe, *ſcribit Abbas Prazza in Sanctuario Romano. De iis egimus inter Prætermiſſos* XXI *Maji: ac diximus, illos eſſe qui ſub nomine* Theopempti & Theonæ *coluntur* III Januarii.

Adelmus, *alii* Adelelmus, *ſive* Eleſme, Abbas, *inſcriptus eſt Menologio Buccelini. Nos Vitam ejus edidimus* XXX Januarii.

S. Calogerus Epiſcopus *memoratur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Forſan eſt* Calocerus, Epiſcopus Ravennas, *relatus* XI Febru.

S. Vitalina Virgo, Artonæ apud Arvernos, *memoratur à Iacobo Branche de Sanctis Arvernia, citato Breviario Claromontano, anno* 1535 *Lugduni excuſo. Acta ejus illuſtravimus ad diem* XXI Februarii.

S. Milo, Archiepiſcopus Beneventanus, *indicatur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. De eo egimus* XXIII Februarii.

B. Bartholomæus ab Anglario, Ordinis Minorum Obſervantium, Empoli in Hetruria, *hoc die refertur in Martyrologio Franciſcano: Vitam dedimus, & plus fortaſſis in Supplemento dabimus* XVIII Martii.

S. Pancharius, Martyr Nicomediæ, *indicatur in Menologio Baſilii Imp. Menæis, & Synaxario Græcorum, uti etiam, quando Acta martyrii explicuimus, ad diem* XIX Martii.

S. Mariæ Jacobi Tranſlatio, Verulas in Hernicis, *à Martyrologio Romano hodie commemoratur: celebratur etiam in pluribus per Galliam, præſertim Narbonenſem, Eccleſiis: & totum proprium habet in Eccleſia Arelatenſi, ubi pro ſecundo Nocturno ſumuntur Lectiones ex libro Hieronymi contra Helvidium, in hoc cum Henſchenio conſentientis quod eamdem eſſe putet cum ea, quam alii vocant* Mariam Cleophæ. *Ordo Carmelitanus, pro ſpeciali ſua erga Deiparam devotione, etiam conſanguineas ejus colendas ſibi cenſuerat, & in antiquioribus Miſſalibus ac Breviariis ſuis notatum habebat*, Octavo Kal. Junii, Mariæ Jacobi & Salome Duplex, *cum Officio proprio toto; Daniel à Virgine Maria in Speculo indicare videtur, recentiori aſſi tranſlatum feſtum eſſe ad* XXII *Maji: ſed neque iſto, neque alio ullo die invenimus quidquam in recentiori Breviario Ordinis anni* 1672: *de* Salome *agit Romanum Martyrologium* XXII Octobris.
Nos de Maria Cleophæ *potiſſimum egimus* IX Apr.

S. Maronis Martyris natalis, in territorio Reatino, *indicatur in Mss. Vaticano S. Petri, Pariſienſi S. Victoris, & alio Reginæ Sueciæ: & omiſſo loco in Mss. Caſinenſi, Altempſiano, & alio Vaticano S. Petri. Videtur* S. Maro Presbyter & Martyr *eſſe, quem cum aliis celebravimus ad diem* XV Aprilis.

SS. Sulpitius & Servilianus *indicantur in Ms. Martyrologio*

A *rologio Trevirenſi S. Martini, aliis* Supplicius & Servilianus Martyres Romani, *relati etiam duobus proximè elapſis diebus. Acta eorum dedimus* XX Aprilis.

S. Euphraſii, è ſeptem primis Epiſcopis à SS. Petro & Paulo in Hiſpaniam miſſis, tranſlatio Reliquiarum, partim ad Regale S. Laurentii cœnobium in Eſcuriali, partim Iliturgim anno MDXCVI facta hoc die, *indicatur in Hagiologio Luſitano Cardoſi, & explicatur à Tamayo Salazar in Martyrolog. Hiſpanico, quando & nos de eo egimus* XIV Januarii, *Vti de ejus aliorumque adventu in Hiſpaniam* XV Maji.

S. Secundus, Epiſcopus Confeſſor, *refertur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. An Epiſcopus Abulenſis? Colitur is* I & XV Maji.

S. Gerbertus Epiſcopus *proponitur in iiſdem Additionibus, nobis hactenus incognitus.* S. Gerebernus Presbyter & Martyr, *cum* S. Dympna, *relatus eſt* XV Maji.

S. Deſiderius Epiſcopus *indicatur in Ms. Auguſtano S. Vdalrici. Videtur eſſe aut* Lingonenſis, *aut* Viennenſis, *relati* XXIII Maji.

Memoria S. Marthæ, matris S. Simeonis in monte Mirabili, *recolitur in Menæis Chiffletianis cum elogio, Synopſin Vitæ complexo: quam pridie, cum Vita* Simeonis *filii ejus, edidimus* XXIV Maji.

B Innocentius Martyr *refertur in Ms. Pariſienſi Labbæi*, & Macentius *dicitur in Ms. Auguſtano S. Vdalrici. Aſt* Innocentius *appellatur à Petro de Natalibus, qui aliis eſt* Vincentius in Portu Romano, *relatus* XXIV Maji.

S. Marcelli depoſitio, *in apographo Corbeienſi Martyrologii Hieronymiani ſub finem proponitur: at* S. Marcelli Confeſſoris depoſitio *legitur in apographis Lucenſi & Blumiano. In Ms. Trevirenſi S. Maximini hoc modo traditur:* Alibi depoſitio S. Marcelli Epiſcopi. *In Ms. Eccleſiæ Vaticanæ:* Alibi S. Marcellini Epiſcopi. *Difficile eſt conjectare, quiſnam, ex pluribus hoc nomine Sanctis, eſſe poſſit. Additamentum Gallici antiquarii arbitramur, & forſan ab aliis ad alium diem relatum. Eſt* S. Marcellus *Epiſcopus Tungrenſis ad* IV Septembris, *Pariſienſis ad* I Novembris, *Dienſis ad* V Aprilis: *& ſic plures alii referuntur.*

S. PRÆCELLII Martyris corpus adſervatur in Collegio Societatis Jeſu Ocanienſi in Caſtella nova, Roma acceptum: *de quo ex Pſeudo-Dextro & conficto Luitprando varia congerit Tamayus Salazar in Martyrologio Hiſpanico ad hunc diem: quod indicaſſe forſan nimium eſt.*

C SS. Manilion, Joannes, Martialis, Eunuchus, & Lucianus Diaconus, Martyres, *memorantur in præſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis. Nobis hæc claſſis Martyrum hactenus incognita: forſan alicubi coluntur, quod aliquæ Reliquiæ ibi aſſerventur.*

SS. Felix & Vincentius, Confeſſores & Sacerdotes, *colebantur olim in eccleſia ipſis dicata, ubi & corpora eorum requieſcebant, prope urbem Atellam, inter Capuam & Neapolim: ſed cum urbe hac ſimul dicta Eccleſia everſa eſt. Horum memoria ſervatur ad hunc diem in Actis* S. Canionis, *in dictorum Sanctorum cœmeterio ſepulti.*

SS. Felix & Felix, Confeſſores, *habuerunt olim* baſilicam cognomento Argentariam, *prope dictam Atellam, cujus memoria extat in dictis Actis* S. Canionis. *De iis nonnulla in Annotatis obſervantur.*

Amonius Atellæ in Campania *indicatur in Ms. Richenaugienſi prope Conſtantiam in Suevia. Celebrantur præcedenti die* Sancti Atellani Elpidius Epiſcopus, Cyon Presbyter, & Elpicius Levita. *An iis adjungendus* Amonius, *an per errorem iſti loco adjunctus, dubitamus.*

Lucianus Presbyter, cui corpus S. Stephani revelatum, *dicitur in nuper excogitato Chronico Maximi* XXV *Maji moriuus, & titulo* Sancti *honoratur, inſcribiturque Martyrol. Hiſpanico Tamayi-Salazar. De cujus veneratione Eccleſiaſtica certiora monumenta expectamus. Hiſpanum autem fuiſſe, ut credamus, numquam movebit prætenſi illius Maximi auctoritas, quæ nulla apud nos eſt.* D

Mutius, ex latrone monachus ac dein Abbas; & Mutius, obedientia clarus; *referuntur à Petro de Natalibus, & hunc ſecutis Greveno, Witfordo, Maurolyco, Caniſio, Ferrario. Prior aliis dicitur* Paternutius; *de quo Ruffinus in Vitis Patrum cap. 9, & Palladius cap. 54. De altero Caſſianus lib. 4 Inſtitutionum cap. 27. Non reperimus illis cultum Eccleſiaſticum à Græcis aut Latinis tributum.*

Dunchadus Abbas Hiæ, filius Kinnfaladii, *memoratur in Ms. Hibernico Tamlachtenſi. Sub hoc Abbate S. Egbertus Presbyter venit in inſulam Hienſem, &* Dunchadum *ejuſque monachos ad legitimam celebrationem Paſchæ perduxit, uti* 24 *Aprilis refertur in Vita S. Egberti num.* 9, *ubi annotavimus, eum* anno 717 deceſſiſſe.

Crumtherus Coël, ſive Presbyter Coëlius de Killmor, Mocholla, filia Damæ, Modomnocus, *indicantur in dicto Ms. Tamlachtenſi. Forſan ſæpius alibi relati.* E

VVoradus & Vinedbaldus, Sacerdotes; Verwaldus & Benegardus, Diaconi monaſterii Sithiuënſis, ſe Deo devoverant à monaſterio non receſſuros. Hi à Danis diverſis mactati cruciatibus martyrio coronantur, Sabbato Pentecoſtes anno DCCCLXI. *Ita Iperius in Chronico Ms. Bertiniano Capitulo* 14 *in Hugone Abbate* 14. *Hos Menardus, Bucelinus & Sauſſajus referunt ad hunc diem, ac* beatos Martyres *appellant. Citatur à Menardo Molanus, qui eorum meminit in Chronico Sanctorum Belgii cap.* 12. *à quo appellantur* VVocardus & VVinebaldus Presbyteri, Gerardus & Regenardus Diaconi. *Quia autem in* Profeſto *ſeu* Sabbato Pentecoſtes *dicuntur occiſi dicto anno* DCCCLXI, *referendi erant ad præcedentem diem* XXIV *Maji, tunc enim littera Dominicali* E *Paſcha celebratum fuit* VI *Aprilis, & feſtum Pentecoſtes* XXV *Maji. Hæc autem ſunt quæ de his ſcimus, quos nullis antiquioribus faſtis aſcriptos reperimus: niſi forte ſint* Barctwardus & Dictwardus Martyres, *relati hoc die à Greveno in Auctario Vſuardi, qui in Ms. Florario dicuntur* beati Confeſſores.

Gilbertus, ſub S. Bernardo monachus in Clara-valle, dein Abbas Suinſetenſis in Comitatu Angliæ Lincolnienſi, *cum titulo* Beati *memoratur ab Henriquez, Chalemoto, & Bucelino. Iongelinus de dicto monaſterio indicat, ibidem floruiſſe* Gilbertum, *ſed ab omni venerationis titulo abſtinet.* F

Egilhardus Abbas VIII S. Cornelii ad Indam, *cum titulo* Beati, *adſcribitur Faſtis Agrippinenſibus à Gelenio, & Theodoro Rhay, inter Animas illuſtres Iuliæ, Cliviæ, Montium: fuit anno* 881 *Berchemi Cliviæ pago occiſus à Normannis, ſuſpicaturque Gelenius ab ejus nomine detortum vulgare nomen* Sant-Eulard, *inditum cuidam ſacello ibidem in ſilva prope Bullendorf. Nullum ejus cultum in ſuomet Indenſi prope Aquiſgranum monaſterio reperimus, quare de illo ſacello, quis ibi Patronus & quo die colatur, certiorem petimus informationem. Meminit eorumdem Ioannes Mabilio in Appendice ad ſeculum* IV *Benedictinum ubi agit de Martyribus Monachis ſeculi* IX: *ſed fatetur nihil ſe reperiſſe de illius* Egilhardi *cultu, niſi in recentioribus nonnullis, iis ſcilicet quos jam nominavi.*

Catharina ab Angelis, ordinis Prædicatorum in monaſterio ſancti Spiritus Beneuenti, erga ſacratiſſimam Euchariſtiam mire devota, *indicatur*

A *catur hoc die in Anno ſancto ejuſdem Ordinis.*
Ludovicus Friſen, Ordinis Minimorum, Lauduni mortuus, *inter Pios recenſetur à Sauſſajo.*
Claudius Reignatus in Gallia anno 1510 } Ordi-
Franciſcus à Bajona in Corcyra anno 1595 } nis
Mentia à Mendoſa in Hiſpania anno 1558 } Minorum, *indicantur in Martyrologio Franciſc. Arturi*; & Mentia *etiam in ejus Gynæceo.*
Thomas à Jeſu, Ordinis Diſcalceatorum, monaſterii fundator Coloniæ, mortuus anno 1627, *ut* vir venerabilis *inſcriptus eſt Faſtis Colonienſibus Gelenii.*
S. Alphæus Apoſtolus *hodie notatur* in pace *quieviſſe in Synaxario Chiffletiano. Eſt pater SS. Matthæi & Iacobi Apoſtolorum: de quo agimus ſequenti* XXVI Maji.
S. Therapon, Epiſcopus Cypri & Martyr, Conſtantinopolim tranſlatus; & Therapon, Epiſcopus Sardium & Martyr, *indicantur in Menologio Baſilii Imperatoris: de utroque agimus die ſequenti* XXVI Maji.
S. Eleutherius Papa *memoratur ab Adone*, Notkero, *& in pluribus Mss. In Martyrologio Romano, cum ſolenni veneratione*, XXVI Maji.
S. Juvenalis, Epiſcopus Calari in Sardinia, *indicatur in Catalogo generali Ferrarii: in quo iterum, & in ejuſdem Catalogo Sanctorum Italiæ, refertur ad diem* XXVIII Maji.
B Egilhardus Abbas S. Cornelii prope Aquiſgranum, à Normannis occiſus, *ut* Martyr *relatus ad* VIII *Kalendas Iunii à Gelenio, ejuſque exemplo à Theodoro Rhay; ſed curavit nos moneri Gelenius, referendum ad* VIII *Kalendas Iulii, ſive* XXIV Junii.
S. Goaris Presbyteri Tranſlatio *inſcripta eſt Ms Florario, Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo, & Auctario Greveni. Dies natalis eſt* VI Julii.
S. Stephani Tranſlationem, Conſtantinopoli Venetias, *celebrat Bellinus à Padua in editione Veneta anni* 1498 *& Pariſienſi an.* 1521, *addens factam* ad monaſterium S. Georgii majoris anno 1110. *Molanus in tribus editionibus idem habet. In prima editione anni* 1568 *videtur innuere, hanc Tranſlationem eſſe* S. Stephani Junioris, *cum addit in margine: Lege* 20 *Novemb. additionem ex Eutropio. Agit autem eo die de* S. Stephano Juniore. *Sed in aliis editionibus iſtam annotationem omiſit, & repoſuit (brevius tamen)* 28 *Novembris, uti & Romanum aliaque Martyrologia. Canifius in ſecunda editione idem quoque habet, quod Bellinus & Molanus, & addit:* De quo plenius 20 Novembris. *At* 20 *Novembris agit de Stephano Iuniore, itemque* 28: *ſed fortaſis, diverſos credidit. Maurolycus* 25 *Maji:* Item Tranſlatio S. Stephani Martyris, ex Byzantio Venetias in cœnobium S. Georgii. *Galeſinius:* Venetiis Tranſlatio S. Stephani Martyris: cum illius Reliquiæ è Conſtantinopoli ad eam urbem aſportatæ ſunt in eccleſiam S. Georgii. *In Notat. ait diſerte*, non Protomartyris *eam Tranſlationem eſſe: & factam ait* an. MCX. *Ferrarius in Catal. Gener.* Venetiis Tranſlatio S. Stephani Martyris ex Byzantio. *In Notat. oſtendit de* Protomartyre *agi, cum quærat qui illic eſſe poſſit, qui Romæ ſit in æde S. Laurentii. Habemus Acta Tranſlationis ex codice Ms. Reginæ Sueciæ, qui fuerat Pauli Rhamnuſii & amicorum, in quibus vocatur* Protomartyr. *Habemus & alia* Acta Tranſlationis S. Stephani Protomartyris Romam. *Quæ omnia poterunt excuti ad diem Inventionis aut Natalis ejuſdem. Interim ſi quid certi poſſit ſuggeri, cum grati animi ſignificatione proferemus. Seponimus illa ſaltem uſque ad* III Auguſti.
S. Joannis Baptiſtæ & Præcurſoris Inventio tertia Capitis *celebratur à Græcis in Menæis & Menologiis, itemque à Maronitis in ſuo Arabo-Ægyptio Martyrologio. Item à Molano in Auctario Vſuardi. De ea agi poterit in feſto Decollationis* XXIX Auguſti.
Niceta, Martyr apud Gothos, *refertur apud Petrum de Natalibus lib.* 5 *cap.* 40: *& ſecuti ſunt Grevenus, Witfordus, Maurolycus, Caniſius: quæ autem de ipſo narrantur, ſunt extracta ex Actis S. Nicetæ Martyris, dandis* XV Septembris.
Adiliæ, ſororis S. Bavonis, *ad* VIII Kalendas Junii *nomen reperit Molanus, in bibliotheca Præpoſituræ S. Bavonis Gandenſis. Quibus lectis, aſſerit ſe* non dubitaſſe, quin B. Bavonis eccleſia olim S. Adiliæ memoriam in divino Officio celebraverit. Ceterum quo loco quieſcat, & quæ ejus fuerit vita, nuſquam reperire potuit; niſi ſit S. Adilia Orpienſis: quam dubitationem, ex quarumdam Eccleſiarum Martyrologiis conceptam, ad ultimum diem Junii de S. Adilia acturus Molanus, à ſe proponendam pollicetur. *Molanum ſequuntur Ferrarius, Sauſſajus & Fiſen in Floribus Eccleſiæ Leodienſis, ſed nihil lucis affundunt: nec nos modo afferre poſſumus. Si quid certi aſſequamur, poterit indicari ad Vitam* S. Adiliæ Orpienſis XXX Junii.
Aut ad Vitam S. Bavonis I Octobris.
S. Franciſci Tranſlatio Aſſiſii, ab eccleſia S. Georgii ad baſilicam in ipſius honorem conſtructam, facta anno MCCXXX, *celebratur in variis Martyrologiis, uti in aliquo Ms.* acceptio Stigmatum. *De quibus omnibus agendum erit* IV Octobris.
S. Capraſius *memoratur in Kalendario Lucenſi apud Florentinium; & dicitur* Martyr in caſtro Gola, *in ſcriptis additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Nobis hactenus ignotus eſt, niſi ſit Capraſius Martyr Agenni, referendus* XX Octobris.
S. Aurelius Epiſcopus, *eodem quo S. Dionyſius, cujus Corpus Mediolanum reduxerat, die defunctus, eodem etiam refertur à Molano in Additionibus ad Vſuardum anni* 1588, *allegaturque in Notis homilia S. Ambroſii in ejus funere ex Trithemio, ſic exordiens,* Amiſimus fratrem: *quæ Homilia utinam alicunde in lucem erumpat, pro die Tranſlationis, quo is colitur Hirſaugiæ in Suevia* IX Novembris.
Demetrius, commilito S. Martini, *refertur à Corvaſerio in Hiſtoria Epiſcoporum Cenomanenſium à Pag.* 88 *ad* 95: *ſed de falſitate res tota ſuſpecta eſt. Si aliquid poſſit ſolidi haberi, licebit illud cum S. Martino exhibere ad diem* XI Novembris.

C D E F

DIE VIGESIMA QUINTA MAII.

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS,

VRBANO ROMANO PONTIFICE,

MAMILIANO, JOANNE, CHROMATIO, DIONYSIO PRESB.
MARTIALE, EUNUCHIO, LUCIANO DIACONIS,
ANOLINO COMMENTARIENSI,
MARMENIA MATRONA, LUCINIA VIRGINE EIUS FILIA,
ALIIS XXII, ITEM XLII, ITEM QUINQUE MILLIBUS,
ET SAVINO IN CARCERE EXTINCTO.

ITEM ALIO SANCTO URBANO,

ROMA CATALAUNUM IN GALLIAS TRANSLATO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. 1. Varia Acta martyrii: aliqua hic edita, reliqua omissa. Actorum Appendix.

ANNO CCXXX.

Quamplurima extant in pervetustis codicibus Mss. Acta martyrii S.Urbani Papæ: *quibus inseruntur praclara certamina aliorum athletarum, in titulo præfixo nominatorum. Antonius Bosius, Iuris utriusque Doctor, asserit se illa reperisse* in tribus antiquis egregiis manuscriptis exemplaribus bibliothecæ Vaticanæ, *eaque cum historia*

Acta ex 3 Mss. Vaticanis,

passionis S.Cæciliæ Virginis, & SS.Valeriani, Tiburtii & Maximi, fideliter accurateque in lucem edidit Romæ, anno MDC, *approbante Paulo Sfondrato S. R. E. titulo S.Cæciliæ Presbytero Cardinali. Hæc Acta nobis ita probantur, ut quod aliis hujus Pontificis Actis præpositum habemus, de hisce planè dicendum arbitremur; scilicet, ea fuisse* per

per Notarios conscripta hic eduntur:

Notarios Ecclesiæ Romanæ conscripta. *Floruit eo tempore* S.Anterus, *postmodum Pontifex Romanus, qui* gesta Martyrum diligenter à Notariis exquisivit, & in Ecclesia recondidit: *ob quam causam in Præfatione ad antiquos Catalogos Romanorum Pontificum, à nobis ante tomum primum mensis Aprilis editos, diximus videri priorem partem primi Catalogi à dicto S.Antero usque ad S.Vrbanum collectam, & ab aliis postmodum suppletam, sub nomine S. Damasi passim citari, eo quod ab eo ad S. Hieronymum dicatur missus. Est autem summus consensus & horum Actorum, & elogii S. Vrbano in dicto Catalogo dati, ut verè unus idemque Anterus posit haberi eorum collector & conservator.*

C

omittuntur alia ex Ms. Capuano,

2 *Proximè ad hæc Acta accedunt illa, quæ Capuæ extant in monasterio Sanctimonialium S. Ioannis, charactere Longobardico exarata, quæ nobis bis descripta submisit D. Silvester Ayossa, Capuanus, Rector Ecclesiæ SS. Cosmæ & Damiani, studiis nostris addictissimus, cum suo avunculo Michaële Monacho, dum viveret Canonico Cathedrali Capuæ & Sanctuarii Capuani auctore. Hæc Acta etiam prælo aptaveramus, potissimum quod ea quæ in Appendice adjunximus pro maximâ parte in illis etiam continerentur; postea tamen judicavimus ea posse omitti, & si quid in iis occurreret scitu dignum, ad Notas referri. Displicet in iis, quod* S.Urbanus *dicatur* Cathedram fortitus, imperantibus post Macrinum Marco Aurelio Antonio (*aliis* Antonino Heliogabalo) & Aurelio Alexandro, qui à matre Mammea est appellatus. *Nam ut priora Acta cum indicato Catalogo Pontificum habent, & infra constabit, sub solo* Aurelio Alexandro Mammeæ filio *Pontificalem Cathedram rexit. Non nulla etiam alia (ut nomen* sanctissimæ Trinitatis) *indicant, ipsa non fuisse composita ante seculum quartum, ut quam indulgentissime ætatem definiam.*

item Acta majora ex pluribus Mss.

3 *Tertio loco possent succedere Acta majora, ut ea in Notis appellamus, quia ultrà triginta paginas complent. Hæc habemus in magnis nostris voluminibus membraneis, quæ à mense Majo usque ad finem anni continuantur: eademque Romæ reperimus in bibliothecâ Vaticana sub numero 8 & 1195, item in codice Ecclesiæ S.Cæciliæ, & alio Ecclesiæ Lateranensis: quæ omnia, non absque magno labore, contulimus inter se, nec non cum Codicibus Duaci in collegio Societatis Iesu & in vicino monasterio Aquicinctino asservatis, ac denique cum Ms.Belfortiano hinc inde contracto. Ea tamen modò non censemus danda, quia miscentur apocrypha varia, & statim sub initium ista leguntur:* Postquàm B.Calixtus Episcopus, tempore Macrini Imperatoris, per triumphum martyrii migravit ad

quorum alia quæ menda notantur:

Christum, sanctissimus Urbanus, jam senex, Cathedram Romanæ Urbis infulamque susce pit. *Verùm anno* CCXVII, *quo mense Aprili creatus est Imperator Macrinus, mortuo S. Zephyrino Papa* VII *Kalendas Septembris, successit S. Callistus; & sedit reliquo toto Imperio Macrini, ejusque successoris Heliogabali, martyrio coronatus sub M.Aurelio Alexandro, Mammeæ filio* XIV *Octobris anno* CCXXII, *cui tunc primum* S. Urbanus *subrogatus est, actu forsan Vicarius Callisti carceri inclusi. Perperam quoque in iisdem Actis ista deinde inseruntur:* Igitur Pontificatus sanctissimi Urbani; tempore Macrini & filii ejus, fore cœpit: quorum Imperium parvo tempore fuit. Post quos imperavit Antonius (*imo* Antoninus) cognomento Heliogabalus . . . cujus gubernaculum Imperii duobus extitit annis (*imo* annis tribus, mensibus novem, diebus quatuor) Hoc quoque mortuo, ab Urbe condita anno DCCCCLXXV, ab Incarnatione vero Domini nostri Jesu Christi CCXXX ac medio, Indictione III, successit huic in Imperio vicesimus quartus ab Augusto, Aurelius Severus Alexander Mammeę. *Hæc ibi: ex quibus colligimus primo, auctorem horum Actorum pluribus seculis post* S.Urbanum *vixisse, cum passim in usu esset scriptoribus tempora rerum gestarum ad Æram Christianam referre. Deinde huic Æræ adjunxit* annos Urbis Conditæ, *cujus tunc usus erat abolitus; nec recte id præstitit, cũ annus Christi* CCXXX *incidat in annum Vrbis conditæ Varronianum* DCCCCLXXXIII: *fuissetque* Indictio, *non* III *hic adjuncta, sed* VIII. *Denique, quod maximum est mendum,* Alexander *cœpit regnare anno Christi* CCXXII, *Vrbis conditæ anno* DCCCCLXXV. *Indictione* XV: *quo eodem anno jam diximus* S.Callisto succesisse S.Urbanum: cui, *inquit*

P

AUCTORE G. H.

idem horum Actorum Auctor, ſucceſſit in Epiſcopatu Anteros, vir venerabilis, natione Græcus: *in quo iterum plurimum fallitur, quia inter utrumque ſedit* S. Pontianus, *natione Romanus, annis quinque, menſibus duobus, diebus ſeptem. Conſuli poſſunt quæ ante Tomum primum Actorum menſis Aprilis, in Commentario de antiquis Pontificibus deduximus. Præterea, quæ in antiquis Actis, per Notarios Eccleſiæ Romanæ conſcriptis, nitide & perlucide traduntur, ſunt in hiſce Actis majoribus exornata, variis amplificationibus & argumentis ex ſacra Scriptura deſumptis, quæ apud Gentiles & plane ignaros ſacrarum litterarum fruſtra fuiſſent tam operoſe allegata.*

omittuntur etiam diverſa Acta in variis Mss.

4 *Quarto loco videntur numerari poſſe Acta, in codice ſatis vetuſto Trevirenſi monaſterii S. Maximini reperta, & à nobis deſcripta. imo forſan ante jam allegata Acta majora olim compoſita. In his etiam* S. Calliſtus *memoratur tempore Macrini Imperatoris deceſſiſſe, &* Urbanus *Cathedram ſuſcepiſſe; & abſque ullius alterius Imperatoris mentione, indicantur Acta martyrii ejus. Non plane abſimilia ſunt Acta, quæ Ioannes Vlimericus, Prior Canonicorum Regularium ad S. Martinum Lovanii, è ſuo Ms. Codice tranſcripta ad nos olim miſit, extantque in codice Ms. 81 Reginæ Suecia, item in Ms. Pariſienſi Cardinalis Mazarini, & Ms. Vltrajectino S. Salvatoris. In his autem Actis*

B

narratur ſancta Urbani *educatio in litterarum ſtudiis, & quomodo fuerit ob pios mores ordinatus, ac dein quæ ſupra, de obitu S. Calliſti, annis Vrbis condita, & Æra Chriſtiana inſertis correximus, intruſa leguntur. Alia denique Acta martyrii reperimus in Archimonaſterio Ciſtercienſi, in quibus ultimo relata plurimum exornantur, addita longa Præfatione ad lectorem & præpoſita Epiſtola Apologetica Stephani Albatis S. Vrbani ad Rogerium Epiſcopum Catalaunenſem, in cujus diœceſi eſt Abbatia S. Vrbani, uti infra dicetur. Fuerunt tres ibidem conſequenter Epiſcopi Rogerii ſeculo Chriſti* XI. *Nos ipſi aliquâ ſpe ulterioris ſuccentiæ aſſequendæ adducti, dicta Acta ibidem deſcripſimus. ſed modo non judicamus molem operis augendam aut ipſorum additione, aut eorum quæ poſt cum ipſis, denuo Catalauni tranſcriptis, miſſa nobis ſunt, initio ac fine eadem, ſed tertia fere parte contractiora. Fortaſſis autem neutra ſunt opus Abbatis Stephani; ſed alia, quæ in Vrbanienſi Codice tertio loco deſcribuntur, in duplum amplificata, hoc principio,* Sanctorum, qui poſt Paſſionem ac Reſurrectionem D. N. I. Chriſti ſanctam atque Catholicam in ſanguine ſuo fundarunt Eccleſiam, merita vel virtutes quoties annuus revoluti temporis nobis commendat excurſus, toties profecto vitæ & ſanctæ converſationis nobis debet innovari profectus: quia in illo-

C

rum exemplis vel virtutibus invenire patenter poſſumus, unde..... ad meliorem vitam proficere valeamus; illorum maxime, quorum ſpecialiter & præſentiæ corporali licet indigni aſſiſtimus, & tulciri infuſa deſuper gratia patrociniis non dubitamus. Apparet hunc librum eo compoſitum, ut in Anniverſario reciitaretur: ſed quia totus inſumitur Actorum præfatorum ſubſtantia copioſius explicanda, nec quidquam novæ lucis ad hiſtoriam confert, ipſum quoque omittimus; uti & ea

& quæ in editione Mombritii continentur

quæ ſunt à Bonino Mombritio ante ducentos annos edita, quibus (ſicut in Vrbanienſi Codice) plurima de Imperio Macrini Heliogabali & Alexandri, ad rem propoſitam non pertinentia, inſeruntur. Demum alia Acta ſubmiſit nobis Ioannes Gamanſius noſter ex Ms. Paſſionali Bodecenſis cœnobii Canonicorum Regularium in diœceſi Paderbornenſi,

aliaque.

ſed hæc potius dici debent Sermo encomiaſticus: in quo primo perſecutiones uſque ad Iulianum apoſtatam indicantur; tum omnium genera virtutum, quibus Sanctus excellere potuit, referuntur, & nonnulla ex Actis S. Cæciliæ adferuntur. Omittimus recenſere compendia, tam manuſcripta, quam apud Bellovacenſem, S. Antoninum, Petrum de Natalibus, & alios recentiores excuſa.

Actis primogenis

5 *Porro Acta, quæ ſola damus ut plane ſincera, quantum poſſumus judicare, non finiebantur cum obitu* S. Urbani, *ſed continuabantur cum Martyrio* S. Marmeniæ *& aliorum in titulo relatorum. Verum ſicut in Actis SS. Praxedis & Pudentianæ vidimus, Collectores Paſſionalium per anni curſum digeſtorum diſtraxiſſe ab invicem, quæ fuerant ab Auctore conjuncta, quod vellent ſuam ſingulis Legendam adſcribere; ſic etiam hic factum opinamur, idemq; ſuadet utriuſque partis ſimulitudo quoad ſtylum. Volentes autem ſeorſim dare quæ erant de* S. Urbano, *ut idoneæ clauſula finirentur Acta, acceperunt ex Catalogis Pontificalibus* VI *ſeculi, numerum ſacrarum donationũ ordinationumque, cum loco ſepulturæ, & tempore vacantis Epiſcopatus, quæ longe melius hinc auferuntur. Pars autem illa ultima, quæ nobis tertium Caput dicetur, continet interitum* Carpaſii Vicarii, *converſionem* SS. Marmenię uxoris & Lucinię

hic additur Caput ultimum

filiæ, *ac tranſlationem Corporum* S. Urbani & Sociorum Martyrum: *invenitur autem in Acti. Majoribus ante relatis, & in Mss. ex Codice S. Maximini & à Ioanne Vlimerio ſubmiſſis. Caput hoc ſequitur* Appendix, *ita dicta à nobis quod, licet ejuſdem Auctoris omnino eſſe videatur, ſequatur tamen Acta S. Vrbani, per ſolennem clauſulam hic demum finita; & hæc pars continet, primo martyrium* SS. Marmeniæ, Luciniæ & aliorum XII, *una cum obitu*

cum Appendice ejuſdem auctoris ex Mss.

S. Savini in carcere extincti: *ademq; cum priori Capite continetur in memorato Ms. Capuano Tertia autem pars ſuperaddit certamen* XLII Martyrum, *ſub Annitio Vicario decollatorum; ſimul autem pars utraque cum tertio Capite extat Romæ in Ms codice ſanctimonialium monaſterii S. Laurentii in Paniſperna, ſub titulo* Legendæ S. Marmeniæ, *quod hujus ſacrum corpus in dicto monaſterio aſſervetur. Eamdem Legendam deſcripſimus ex apographo Antonii Gallonii Presbyteri Congregationis oratorii, inſerto collectioni de Vitis Sanctorum ſignatæ litteris* C D, *ipſamque Legendam Italice edidit idem Gallonius in Hiſtoriâ Sanctarum Virginum Romanarum, Romæ anno* MDXCI *excuſa ſub titulo* S. Liciniæ Virginis Romanę, *quæ fuit* S. Marmeniæ filia: *& illam Romæ nos contulimus cum codicibus Mss. Lateranenſi & Vaticano. Aliqua præterea, a* S. Urbano *tempore Pontificatus ſui geſta & ſcitu digna, continentur in Actis S. Cæciliæ Virginis & SS. Valeriani atque Tiburtii Martyrum, quæ habemus tum manuſcripta ex variis antiquis codicibus, tum excuſa per ſupra laudatum Antonium Boſium, edenda in opere noſtro à poſteris ad diem* XXII *Novembris, natalem ipſius S. Cæciliæ. Sicut autem ex illis nonnulla excerpta dedimus* XIV *Aprilis, illa ſcilicet quæ ad SS. Valerianum & Tiburtium ſpectant: ita etiam inde aliqua hic reliquis Actis* S. Urbani *præfigimus, ſuntque in ipſis fontibus Latinis certiora, quam quæ inde Græce tranſlata, & ex Græco turſum Latina edita ſunt à Lipomano & Surio.*

& præfiguntur Excerpta ex Actis Latinis S. Cæciliæ.

F

§. II. Tempus Sedis S. Urbani, Cultus ſacer ejus & ſociorum, aliorumque variorum ſepultura.

Tempus Calliſti deceſſoris,

6 TEMPUS, *quo Eccleſiam rexerunt* S. Urbanus, *ejuſque deceſſor* S. Calliſtus *& ſucceſſor* S. Pontianus, *ſuprà attigimus, hic accuratius dilucidandum. Certiorem ad id nobis viam pandit Catalogus primus de Vitis Pontificum ſupra laudatus, in quo de* S. Calliſto *iſta habentur:* Calliſtus annos quinque, menſes duos, dies decem. Fuit temporibus Macrini & Heliogabali, à Conſulatu Antonini & Adventi uſque Antonino III & Alexandro. *Ex his Conſules priores,* Antoninus Diadumenianus Macrini filius & Adventus, *fuerunt anno* CCXVIII, *& poſteriores* Imperator Antoninus Heliogabalus & M. Aurelius Severus Alexander *anno* CCXXII; *quando, extincto* IX *aut* X *Martii* Heliogabalo, *ſucceſſit* Alexander: *ſub quo* S. Calliſtus *martyrio coronatus eſt die* XXVIII *Septembris, ſepultus* XIIII *Octobris; unde ſurſum aſcendendo per annos* V, *menſes* II, *dies* X, *pervenitur ad diem* XIX *Iunii anni* CCXVII, *quem proxime excepit Conſulatus* Antonini & Adventi:

A Adventi: *qui ex ſtylo hujus Catalogi, ut alibi dictum, ſumuntur ex primo integro anno, ut prior Conſulatus relinquatur deceſſori, alioqui bis nominandus, ſcilicet in fine deceſſoris & initio ſucceſſoris. Simili modo procedens ad* Urbanum, *Pontificatum ejus olim exorſus ſum à Vicariatu, quem vivo adhuc* Calliſto *ſuſcepiſſet: & Epiſcopatu totius tempus finivi* XXV *Maji anni* CCXXX, *quia in prædicto Catalogo ſic legebam*: Urbanus annos octo, menſes undecim, dies duodecim. Fuit temporibus Alexandri, à Conſulatu Maximi & Æliani, uſque Agricola & Clementino: *nam duo hi poſtremi notant annum* CCXXX: *ſub quibus ſi mortuus erat* Urbanus, *non poterat tempus tot annorum, menſium atque dierum haberi niſi inchoando à Iunio anni* CCXXI.

ipſiuſque Vrbani mortui an. 230,

7 *Verum poſtea Collega meus Papebrochius, ſeriem Chronologicam Romanorum Pontificum novo ſtudio retexens, judicavit*, Urbani *Martyrium differri debere uſque in annum* CCXXXI *poſt Conſulatum* Agricolæ & Clementini. *Viſus eſt enim ille ſibi in prima Catalogi veteris parte obſervaſſe, quod ii Conſules adſcribuntur Pontificum mortibus, quorum annum illi vel pro majori parte expleverunt, vel non niſi paucis menſibus ſuperaverunt: & ſic* Urbanus *mortuus* XXV *Maji, ultimos Conſules ſibi adſcriptos habuerit eos, poſt quorum Conſulatum obiit; quia pars anni ſequentis, quo adhuc in ejus ſententia ille vixiſſet, ad dimidium annum non accedit, tantum abeſt ut ſuperet. Eligat Lector utram volet ſententiam, & pro ut citius vel ſerius ordinatum* Urbanum *ſtatuet, ſic anno* CCXXX *vel* CCXXXI *mortuum intelliget: utrumlibet tenuerit, Conſulum nominibus inhærendo, tecedat neceſſe eſt à calculo Illuſtriſſimi Cardinalis Baronii, alia ex cauſa longius abducti ab ea, quam ipſemet nobis commendat, Faſtorum Conſularium Regula; & differentis mortem* Urbani *uſque ad annum* CCXXXIII.

vel 231.

B

8 *Acta infra danda referunt*, S. Urbanum cum Sociis decollatum & ſepultum, octavo Kalendas Junias: *ad quem diem ejus ſolennitas inſerta eſt libro Sacramentorum S. Gregorii Magni, ab Hugone Menardo accuratius edito, & in Oratione* Urbanus Martyr & Pontifex *appellatur. Quia tamen* in juventute, *ſivè (ut hoc tempore Pontifices loquuntur) cum* adhuc in minoribus eſſet, *dicitur in Actis* multoties Confeſſor effectus, *& in Actis S. Cæcilia* bis Confeſſor factus, *imo &* ſepties damnatus & dijudicatus *in aliis Actis legitur; nomen* Confeſſoris *ei poſt martyrium adhæſit: atque hoc modo in Kalendario Romano, nongentis annis antiquiore, & à Ioanne Frontone Pariſiis edito, legitur*: Die XXV Maji S. Urbani, Confeſſoris atque Pontificis, via Appia. *Quo etiam modo iſta apud Bedam in genuino Martyrologio leguntur*: VIII *Kalendas Iunii*, Romæ natale S. Urbani Papæ & Confeſſoris, cujus doctrinâ multi martyrio coronati ſunt. *Quæ eadem apud Rabanum referuntur: aſt ita aucta habentur apud Vſuardum*: Romæ via Numentana, natale B. Urbani Papæ & Martyris, cujus doctrinâ, ſub perſecutione Alexandri, multi Martyres coronati ſunt. *Addunt Ado & Notkerus*, via Numentana in Cœmeterio Prætextati. *Fuit hoc Cœmeterium* via Appia, *atque hanc Viam cum illo Cœmeterio optime conjungunt Acta* S. Urbani, *ejuſque elogia in Catalogo Pontificum ex Ms. Reginæ Suecia à nobis excuſo, in Vitis eorumdem apud Anaſtaſium Bibliothecarium, & in Mss. Geſtis uſque ad Martinum V deductis, item in antiquis Breviariis Romanis, tam Mss. quam excuſis ante annos ducentos & deinceps.* De Cœmeterio Prætextati, via Appia *conſtituto, legendus Aringhus lib. 3 Romæ ſubterraneæ cap. 26, qui lib. 4 cap. 19 agit de via Numentana, ex diverſa prorſus urbis parte quam Appia procurrente, deque loco* ad Nymphas *in ea ſito, tamquam veterum Cœmeteriorum uno cap. 20: ut videatur huc tranſlatum olim fuiſſe corpus, cum etiam in Hieronymiano Martyrologio legatur*, Via Numentana milliario octavo Natalis Urbani Epiſcopi.

Cultus in faſtis antiquis 25 Maji,

etiam ſub titulo Confeſſoris.

C

ſepultura prima in cœmeterio Prætextati via Appia.

9 *Eâdem* via Appia in ſepulcris Martyrum latere S. Urbanum *ſolitum, & ſacra munia indefeſſum obiiſſe, infra ex Actis S. Cæciliæ conſtat. Aringhus lib. 3 Romæ ſub terraneæ cap. 21 ſcribit*, S. Urbanum, Martyrem Chriſti, ibi à fidelibus honorem promeruiſſe, ubi eumdem fidei cauſa labores, latebras, agones & innumera fere incommoda perpeti contigit. Ubi enim vivens, fidei cauſa ab urbe profugus, ſedem elegerat; ibi, dicata in ejus honorem eccleſia, ſepulturæ locum obtinuit . . . . Hæc, *inquit*, in perexiguo quodam colle juxta celebrem fontem ſita eſt, qui nunc vulgo Cafarella dicitur. Anterior quidem facies, quæ Orientem reſpicit, marmoreis quatuor columnis affabre exornatur. Veneranda ejuſdem antiquitas picturis, quæ ibi adhuc viſuntur, ſatis conſpicue comprobatur . . . præ ceteris Chriſti Domini quatuor clavis é cruce pendentis, cum Longino lancea latus aperiente, & milite ſpongiam aceto perfuſam exporrigente: item B. Petri, Zacchæi, & Sanctorum Martyrum. *Quæ pluribus ibidem exponuntur. Imo* Statio ad S. Urbanum via Appia recenſetur in Ms. Vaticanæ bibliothecæ. Haud caſu igitur, *inquit*, *ſed* Deo plane diſponente, S. Urbani eccleſia, Urbano VIII Pont. Max. Eccleſiam regente, Urbi innotuit. Nam cum Sebaſtianus Belliardus, vir pius & ſacræ antiquitati apprime deditus, locum, incultum quidem, at ſacris picturis conſpicuum recolendumque, contemplatus aliquando fuiſſet; re cum aliis ſtudioſis viris mature diſcuſſa, S. Urbani Eccleſiam olim extitiſſe deprehendit: quod cum Summo Pontifici renuntiatum eſſet, Eminentiſſimo Franciſco Cardinali Barberino, S.R.E. Vicecancellario, in primis adnitente, inſtaurandam eccleſiam, & debitum illi religionis cultum reſtituendum edixit. Quamobrem haud ulla interpoſita mora, antiqui parietes novis fulcimentis reſarciti ſunt . . . ſolennique ritu per Reverendiſſimum Jo. Baptiſtam Scannarolam, Sidoniorum Archiepiſcopum, Benedictione impertita, erecto altari, feſtivo recurrente die XXV Maji, anno redempti orbis MDCXXXV, incruenti Sacrificii oblatione peracta, impertitis quoque ab Vrbano VIII ſacris Indulgentiarum theſauris, ſacris de more ritibus coli cœpit. Quo item devotionis gratia Romanus certatim populus, ad tribuendum promeritum beato Pontifici ac Martyri Vrbano honorem, quotannis confluit. *Hæc ibi. Eâdem via Appia fuerunt ædes* Carpaſii Vicarii (*cui executio de martyrio* S. Vrbani & Sociorum *fuerat mandata*) extra, *aliis* juxta Palatium Veſpaſiani: quod, *inquit idem Aringhus*, ipſemet Imperator (ut Cencius Camerarius, Nicolaus Signorilis, aliique aſſerunt) haud procul à Catacumbis obtinebat. *Dicti* Carpaſii uxor, Marmenia, *eo miſere extincto, ad fidem converſa, in ſuis ædibus tranſlata* corpora S. Vrbani & Sociorum *recondidit: & tandem ipſa* Marmenia *ejuſque* filia Lucinia, cum viginti duobus *martyrium paſſæ, ibidemque depoſita fuerunt: uti infra num* 12 *&* 13 *explicatur. De aliis Tranſlationibus corporis* S. Vrbani *mox agemus, ubi de Sociis in titulo propoſitis fuerit actum.*

poſtea eccleſia S. Vrbani.

E

innovata ſub Vrbano VIII.

anno 1635.

F

10 Socii, *cum S. Vrbano paſſi cenſentur*, Presbyteri quatuor, Diaconi tres. *Ex Presbyteris nominantur in Actis duo*, Mamilianus & Joannes. *Ex his* Mamilianus, *infra eoſdem marmoreos lapides, cum S. Vrbano à Marmenia reconditus eſt. Alii duo Presbyteri ſunt*, Chromatius & Dionyſius; *& tres Diaconi*, Martialis (*aliquibus* Martionalis) Eunuchius (*aliis* Mutius) & Lucianus: *qui omnes ab eadem* Marmenia, *in antro quadrato firmiſſimæ fabricæ, fuerunt ſepulti*: ad quorum etiam venerabiles ſepulturas multa patrari miracula *infra num.* 13 *indicatur. Ex Diaconis* Lucianus, fuſtibus diutiſſime cæſus, emiſit ſpiritum, ſepultus in crypta in cœmeterio Prætextati, XII Kalendas Junii, *ut Acta infra num.* 9

Socii S. Vrbani in martyrio, Presbyteri 4, 3 Diaconi.

AUCTORE G. H.

num. 9 habent. Acta majora aſſignant XV Kalendas Junii, *adduntque* poſtea cum reliquis ſepultum, *& ideo cum iſtis eum veneramur. Hiſce ſubjungitur in titulo* S. Anolinus Commentarienſis, *ſive* Carcerarius, à S. Urbano captivo baptizatus ac chriſmate conſignatus, ac dein ob fidei Chriſtianæ profeſſionem decollatus XII Kalendas Junii: *qui* IX Kal. Junii *inſcriptus reperitur faſtis Greveni, Maurolyci, Galeſinii, Ferrarii: ſed malumus eum cum* S. Vrbano *hoc die commemorare, quia in hujus Actis num.* 5 *&* 6 *converſio ipſius & martyrium narrantur.*

S. Anolinus Commentarienſis.

11 *Sequuntur* SS. Marmenia matrona ejuſq; filia Lucinia, *alii* Lucina, & Licinia Virgo, *cum* viginti duobus domeſticis occiſæ, *& (uti Acta infra habent num* 16) ſancta Paſſio eorum tertio celebratur die ante Kalendas Junias: *in Ms. autem Capuano* decollati *dicuntur* quarto Kalendas Junias. *Antonius Gallonius, in Hiſtoria Sanctarum Virginum Romanarum ſupra etiam citata, tradit ex Roma in monaſterio ſanctimonialium S Laurentii in Paniſperna coli, hoc die* XXV *Maji & corpus* S. Marmeniæ *ibidem ſumma cum veneratione aſſervari. Gallonium ſequuntur Octavius Pancirolus, in Theſauro abſcondito Vrbis Romanæ, regione* 2, *eccleſia* 48; B *& Ferrarius, in Indice Catalogi Sanctorum Italiæ. An adhuc & ubi habeatur corpus* S. Luciniæ *ſeu* Lucinæ filiæ, *non ſatis liquet. Memoratus Gallonius addubitat, num corpus ejus, una cum corpore* S. Marmeniæ *matris, adſervetur apud S. Laurentium in Paniſperna, quod fuerint eodem in loco corpora utriuſque depoſita; & hoc etiam innuit Abbas Piazza in Sanctuario Romano. Aliud ſepulcrum ſuggerit ſæpius jam laudatus Aringhus cap.* XI *dicti libri* 3 *num.* 17, *ubi cum de celebri eccleſia S. Sebaſtiani & altari in quo ejus ſacræ Reliquiæ fuerant depoſitæ, actum fuiſſet, iſta adduntur:* At vero juxta præmemoratum altare, ſepulcrum quoddam in pavimento crate ferrea vallatum videre eſt, in quo inſculptus ejuſcemodi titulus, antiquitatem redolens, legitur. *HOC EST SEPVLCHRVM SANCTÆ LVCINÆ VIRGINIS. Ac dein inter varias conjecturas etiam addit* poſſe exiſtimari jure merito, ſepulchralem Titulum loqui de S. Lucina filia Marmeniæ: *quod nobis ſatis probatur, eo quod in vicinia vixerit, martyriumque paſſa ac ſepulta fuerit.*

Marmenia & Lucinia filia ac 22 *alii.*

S. Savinus, *Omnibus denique adjungitur* S. Savinus, *qui cum* per duodecim annos ob confeſſionem Jeſu Chriſti maceratus fuiſſet, migravit ad Chriſtum, & reconditus in ſarcophago, ubi ſepulti erant CXXV Martyres: *quos in titulo ſeorſim non appoſuimus, quia poſſunt fuiſſe* C ex quinque millibus, *quos* Almachius *in Actis num.* 3 *objecit* S. Urbano, per ejus fallaciam deceptos, periiſſe. *Verum reſpondit S. Vrbanus*, non periiſſe, ſed ad regna cæleſtia feliciter migraſſe. *Et quia dicuntur* fere quinque millia, *dicti* CXXV *poſſunt numerum complere, ſi forte aliqui defuiſſent: quamquam jam ſæpius obſervavimus, dictam particulam* fere *in ſimilibus locutionibus idem ſignificare, quod hæ particulæ,* circiter, plus minus, *aut* præter propter. *Denique adjunximus qui ſub finem adjunguntur,* quadraginta & duo, & ſub Annitio Vi- *alii* 42. cario capitibus truncatis martyrium compleverunt, *tum*, ubi S. Cæcilia fuerat ſepulta, fuerunt reconditi. *Quia autem corpus* S. Urbani, *cum corpore dicta* S. Cæciliæ *inventum fuit, hic primo ponimus, quæ ille huic ejuſque ſponſo Valeriano & hujus fratri Tiburtio præſtitit, ex ipſorum Actis.*

CCCC.

§. III. Excerpta ex Variis, de rebus in Pontificatu geſtis. Et corpore ad eccleſiam S. Cæciliæ tranſlato.

12 CÆcilia Valeriano ſponſo ait: Angelum Dei habeo amatorem, qui nimio zelo corpus meum cuſtodit ..... Si permittas te purificari fonte perenni, & credas unum Deum eſſe in cælis vivum & verum, poteris eum videre. Dicit ei Valerianus; Et quis erit, qui me purificet, ut ego Angelum videam? Reſpondit ei Cæcilia: Eſt ſenior, qui novit purificare homines, ut mereantur videre Angelum Dei ... Vade in tertium milliarium ab Vrbe, via quæ Appia nuncupatur, illic invenies pauperes ... qui oſtendent ſanctum ſenem Urbanum. Hunc tu dum videris, indica ei omnia verba mea: & dum te purificaverit, induet te veſtimentis novis & candidis: cum quibus mox, ut ingreſſus fueris iſtud cubiculum, videbis Angelum ſanctum. ... Tunc Valerianus perrexit, & ſecundum ea ſigna, quæ acceperat, invenit S. Urbanum Epiſcopum, qui jam bis Confeſſor factus inter ſepulcra Martyrum latitabat. Cui cum dixiſſet omnia verba Cæciliæ, gaviſus eſt gaudio magno: & ponens genua ſua in terra, expandit manus ſuas ad cælum, & cum lacrymis dixit: Dominè Jeſu Chriſte, ſeminator caſti conſilii, ſuſcipe ſeminum fructus, quos in Cæcilia ſeminaſti: Domine Jeſu Chriſte, Paſtor bone, Cæcilia famula tua quaſi apis argumentoſa tibi deſervit: nam ſponſum, quem quaſi leonem ferocem accepit, ad te, Domine, quaſi agnum manſuetiſſimum deſtinavit; iſte huc, niſi crederet, non veniſſet. Aperi ergo, Domine, cordis ejus januam ſermonibus tuis, ut te Creatorem ſuum eſſe cognoſcens, renuntiet diabolo & pompis ejus & idolis ejus .... Tunc S. Urbanus baptizavit eum, & edocens eum omnem fidei regulam, remiſit eum ad Cæciliam diligenter inſtructum .... Valerianus perduxit Tiburtium fratrem ſuum ad Papam Urbanum: cui cum narraſſet univerſa, quæ fuerant dicta vel facta, gratias referens Deo, ſuſcepit Tiburtium cum omni gaudio, & baptizans eum ſecum eſſe præcepit, quoaduſque Albas deponeret. Quem perfectum doctrina ſua per ſeptem dies, Chriſto militem conſecravit ....

D *S. Vrbanus,*

latens in ſepulcris Martyrum,

gratiis Deo actis,

B

baptizat SS. Valerianum,

& Tiburtium:

13 Poſthæc Almachius præcepit S. Cæciliam, quaſi Valeriani conjugem, arctari: ut thura quoque poneret, cœpit impelli. Tunc dixit apparitoribus, qui eam hoc facere compellebant: Audite me, cives & fratres ... Glorioſum eſt & valde optabile omnia pro Chriſti confeſſione perferre tormenta ... qui centuplum reddit & vitam æternam ... Creditis hæc, quæ dixi? At illi dixerunt: Credimus, Chriſtum filium Dei, verum Deum eſſe, qui talem poſſidet famulam. Dixit eis B. Cæcilia: Hic intra domum meam faciam venire, qui vos omnes faciat vitæ æternæ participes. Et ita Domino procurante completur. Tunc veniens Papa S. Vrbanus baptizavit intra domum ejus amplius quam quadringentos promiſcui ſexus, conditionis, ætatis, inter quos unus clariſſimus vir erat, nomine Gordianus: hic ſub defenſione ſui nominis domum S. Cæciliæ ſuo nomine titulavit, ut in occulto ex illa die, ex qua baptiſma Chriſti ibi celebratum eſt, Eccleſia Dominica fieret; ita ut etiam Papa Urbanus illic moraretur; & licet occulte; quotidie tamen, redemptionis Chriſti ibi creſcerent lucra, & Eccleſiæ innumerabiles talentorum theſauri, diabolo vero perpetua detrimenta .... Tunc Almachius Præfectus juſſit eam in ſua domo flammis balneariibus concremari. Cumque fuiſſet in calore balnei incluſa, ... quaſi in frigido loco illibata perſtitit ſanitate ... Hoc cum audiſſet Almachius, miſit qui eam in ipſo balneo decollaret. Quam cum ſpiculator tertio ictu percuſſiſſet, caput ejus amputare non potuit ... Per triduum autem, quod ſupervixit, non ceſſavit omnes, quos nutrierat & quos docuerat, in fide Domini confortare: quibus & diviſit univerſa quæ habuit, & S. Urbano Papæ tradidit commendatos, cui

item à S. Cæcilia converſos 400:

F

moratur in domo S. Cæciliæ:

ſuſcipit ab ea ſibi commendatos:

&c

A & dixit: Adhuc triduanas mihi popoſci inducias, ut & iſtos tuæ Beatitudini traderem quos nutrivi, & hanc domum meam in æternum Eccleſiæ nomini conſecrares. Tunc S. Urbanus Papa, corpus ejus auferens cum Diaconibus, noctu ſepelivit eam, inter collegas ſuos Epiſcopos & Martyres, ubi ſancti Confeſſores ſunt collocati. Domum autem ejus in æternum ſanctam Eccleſiam ſuo nomine conſecravit: in qua beneficia Domini exuberant ad memoriam B. Cæciliæ. *Hactenus excerpta ex Vita S. Cæciliæ, Virginis & Martyris.*

& ſepulto corpore eccleſiam illis conſecrat.

14 *Fuerunt poſtmodum conjuncta* corpora SS. Urbani, Cæciliæ, Valeriani, Tiburtii, & aliorum Martyrum. *Porro ante ſeculum Chriſti octavum nihil, quod hac in re factum foret, alicubi extare meminimus. Tunc in Pontificem Romanum anno* DCCXXXI *creatus* S. Gregorius III, cœmeterium beatorum Martyrum Januarii, Urbani, Tiburtii, Valeriani & Maximi, & eorum tectum in ruinis poſitum, de novo perfecit; *uti indicat Anaſtaſius Bibliothecarius, qui & ſequentia in Vita Adriani primi, anno* DCCLXXII *ad Pontificatum electi, habet*: Eccleſiam B. Tiburtii & Valeriani atque Maximi, ſeu baſilicam S. Zenonis, una cum cœmeterio SS. Urbani Pontificis, Feliciſſimi & Agapiti,

Cœmeterium S. Vrbani & aliorum,

B atque Januarii & Quirini Martyris, foris portam Appiam, uno cohærentes loco, quæ à priſcis marcuerant temporibus, à novo reſtauravit. *Vitam S. Quirini Martyris dedimus* XXX *Martii, ac diximus*, ſacrũ ejus corpus via Appia in cœmeterio Prætextati ſepultum. *Eodem modo* SS. Feliciſſimus & Agapitus Diaconi, & Januarius Subdiaconus S. Sixti Papæ II, decollati viâ Appiâ, & in cœmeterio Prætextati ſepulti, *dicuntur in Actis Martyrii ad* VI *Auguſti elucidandis. Hinc etiam* cœmeterium Prætextati, *dictum eſt* cœmeterium S. Sixti, *aut certe partes dicti cœmeterii, ab aliis Sanctis ſuam appellationem ſunt ſortitæ. Infra etiam in Actis num.* 18 *& ultimo*, quadraginta duo Martyres, ſub Annitio Vicario decollati, à Polemio Presbytero ſepulti ſunt, ubi Chriſti Martyr ſepulta erat Cæcilia. *Egimus autem* IV *Martii, de* nongentis & decem Martyribus Romanis, quorum corpora poſita ſunt in cœmeterio ad S. Cæciliam.

dictum Prætextati, & S. Sixti,

item ad S. Cæciliam.

15 *Floruit poſtmodum S. Paſchalis I Papa, creatus anno* DCCCXVII, *ex recentiori calculo Collegæ mei Papebrochii, vita mortali functus anno* DCCCXXIV, XIV *Maji, ad quem diem ejus Acta recenſuimus. Hic ſcripſit Epiſtolam de revelatione ſibi facta à S. Cæcilia, ob quam, inquit,* properantes in cœmeterio S. Sixti (*aliis* Prætextati)

C foris portam Appiam ſitum, corpus S. Cæciliæ, inter collegas Epiſcopos, in aureis indumentis cum venerabili ſponſo Valeriano reperimus, & honeſte infra muros hujus Romanæ urbis induximus ..... & Titulum in meliorem ſtatum à novis fecimus reſtaurari: & ejuſdem Virginis corpus, cum cariſſimo ſponſo atque Tiburtio & Maximo Martyribus, nec non Urbano & Lucio utriſque Pontificibus, ſub ſacro altari dedicantes collocavimus. *Hæc excerpſimus ex dicta epiſtola S. Paſchalis, in cujus geſtis eadem refert Anaſtaſius Bibliothecarius. At nova inquiſitio facta eſt anno* MDXCIX, *auctore Paulo Sfondrato, Tituli S. Cæciliæ Presbytero Cardinale; & inventa ſunt* XX Octobris corpora SS. Cæciliæ, Valeriani, Tiburtii & Maximi. *Quibus elevatis*, recolens Cardinalis Sfondratus, Paſchalem corpora etiam Beatorum Urbani & Lucii Pontificum in eadem eccleſia collocaſſe, ad ea perquirenda altius fodere juſſit: ſtatimque ſubter arcam marmoream, unde extractum fuerat S. Cæciliæ corpus, ſimilis alia arca detecta eſt: in qua duorum Pontificum Urbani & Lucii corpora condita erant, proprio ſeparatim velo circumvoluta. Præpoſtere tamen jacebant, ita ut primi caput ad dexteram, alterius ad ſiniſtram vergeret aræ majo-

Corpus S. Vrbani appoſitum

corpori S. Cæciliæ, à S. Paſchali P.

& iterum an. 1599.

ris. *Repoſita vero hæc fuerunt à* Clemente Papa VIII die XXII Novembris, *cum inſcriptione inciſa tabellæ argenteæ: & prædicti* Pontifices Urbanus & Lucius ſub arca S. Cæciliæ, prout ante à S. Paſchali factum, in alia ſimiliter arca conditi ſunt, *appoſito hoc epitaphio. SVB HOC ALTARI REQVIESCVNT CORPORA SS. MARTYRVM CÆCILIÆ VIRGINIS, VALERIANI, TIBVRTII, MAXIMI SOCIOR. LVCII ET VRBANI PP. EISDEM SANCTIS MARTYRIBVS CONSECRATO. Acta* S. Lucii *dedimus* IV *Martii, & in iis latius hæc deduximus ex tractatu Antonii Boſii ſupra laudati, quæ hic noluimus repetere. Abbas Piazza in Sanctuario Romano addit*, in eccleſia S. Mariæ Majoris aſſervari brachium S. Urbani, & in Aracæli exponi ejus caput, & alias ejus Reliquias eſſe in æde S. Praxedis. AUCTORE G. H.

§. IV. De alicujus S. Urbani corpore & cultu Catalaunis in Gallia: & variarum ſub eodem nomine Reliquiarum veneratione pluribus in locis.

16 *Quæ diximus de Corpore & Reliquiis* S. Urbani *Romæ adſervatis, adeo probantur Romanis, ut* E *videatur nefas apud illos vel minimum de ejus ibidem depoſitione dubitare: quod tamen in Gallia fieri, colligimus ex Andreæ Sauſſaji Martyrologio Gallicano, ubi ad hunc diem* XXV *Maji iſta tradit*: Natalis S. Urbani Papæ & Martyris, cujus venerandum corpus, cum pretioſis exuviis Tiburtii Martyris, quem Chriſto ſanctus ipſe Pontifex progenuit, à Nicolao Papa hujus nominis primo Legatis Caroli Calui eximio munere conceſſum, in Galliamque advectum, miraculis in via undique rutilans, ejuſdem Imperatoris juſſu in monaſterio, quod in ejus honorem condiderat in Catalaunenſi agro, honorifice collocatum eſt: ibique nunc uſque quieſcit, indita loco, ut pignoribus ſanctitate, ſic patrocinio nuncupatione. *Hæc ibi. Contigit hæc Tranſlatio anno* DCCCLXIII *juxta Chronicon Malleacenſe, in nova Bibliotheca Labbæi Tom.* 2 *pag.* 200: *ſed priori anno Romam è Gallia diſceſſerant, qui ſacrum illum theſaurum impetrarunt, uti ſcribit Hericus monachus lib.* 2 *de Miraculis S. Germani Epiſcopi Autiſſiodorenſis, cujus verba à nobis relata ſunt* XIV *Aprilis, ad Acta SS. Valeriani, Tiburtii & Maximi in Analectis num.* 10. *Fuerunt autem reliquiæ Autiſſiodori honorifice ſuſceptæ pridie Kalendarum Novembrium. At quod huc ſpectat*, anno DCCCLXV merito ſuæ religionis venerabilis Herchenraus, Catalaunorum Epiſcopus, ad cœnobium S. Germani veniens, largitione Fratrum Reliquias pretioſi Papæ & Martyris Urbani obtinuit: eiſque ſuſceptis, monaſterium in pago Partenſi in ejus honore conſtruxit: quo loco tanta tamque frequentia poſtmodum claruere miracula, ut ſi litteris univerſa mandarentur, ſuo per ſe poſſent ſuppeditare volumini. *Hæc ibi. Verum hæc de aliqua parte Reliquiarum. S. Vrbani dicta ſunt: nam poſtmodum, teſte eodem Herico*, à dextro latere corporis S. Germani, in crypta Autiſſiodori, oſſa B. Urbani Papæ, cum capite Innocentii Martyris, eodem loculo compoſita ſunt. *In Regiſtro beneficiorum diœceſis Catalaunenſis anno* MDCXLVIII *excuſo, in Decanatu Ianuillani oppidi, primo loco exprimitur dicta* Abbatia S. Urbani, *& dein in eodem Decanatu aſſignatur* parochia S. Urbani, *&* capella S. Urbani è regione Burgi S. Urbani; *uti in Decanatu Caſtri-Buſſini* Præpoſitura S. Urbani, ſita ad S. Germani-villam Ordinis Benedictini.

Corpus alicujus S. Vrbani in diœceſi Catalaunenſi.

17 *Hæc omnia cum ſingularem* S. Urbani Papæ *venerationem iſta in diœceſi demonſtrarent, occaſione Reliquiarum alicujus* S. Urbani Martyris *illis depoſitarum*, *cujus oſſa nunc elevantur*

AUCTORE G. H.

& miraculorum multitudo ab Herico monacho indicata verosimile nobis faceret, aliqua eorum scripto fuisse mandata; recurrimus per litteras ad R. P. Ioannem Baptistam de Comitin, Catalaunensis nostri Collegii Rectorem, eo ipso tempore, quo S. Urbani *Abbatia fuerat à Rege Christianissimo collata filio nobilissimi ipsique addictissimi viri, totius Campaniæ Præfecti (Intendentem nominant) Domini, inquam, Thomæ Huë de Miromenil. Hic enim factam filio suo adhuc puero gratiam, non ut plerique in profanos usus, sed ad ipsius concrediti sibi monasterii instaurationem ornatumque conversurus, nihil habuit prius, quam de capsa* S. Urbani *in majorem lucem educenda cogitare. Cumque ea in hunc finem esset referata, inventus est opinione major thesaurus, involutus sudario sericeo ejus coloris quem ficca rosarum folia referunt, alterique interiori ac vetustiori jam fere consumpto ac lacero, videlicet,* ossa duo grandia integra, unumque etiam ex grandioribus, sed dimidium dumtaxat: caput, in quinque vel sex partes divisum: utraque scapula, costa dimidia una, dens unus, particulæ & fragmenta ossium complura. *His ergo exornandis intento Præfecto jam nominato, gratissimum accidit postulari Translationis ac Miraculorum monumenta: ideoque continuo jussit depromi Ms. Codicem, quo illa, simulque triplicia* S. Urbani Papæ *Acta & S. Radegundis Vita, continebatur; totumque per Notarios Regios suo sumptu curavit eleganter transcribi nobisque mitti. Hoc beneficium majus quam postulabatur, cum debita animi grati testificatione commemorandum hic fuit; simulque indicandum, in eadem Abbatia duas quoque alias capsas haberi, quarum una potiorem partem continet ex corpore* S. Manehildis, *cujus festum agitur* XIV *Octobris; altera, ex simili causa, vocatur* S. Sacerdotis, *nescio an Episcopi Lugdunensis, ejus qui Lutetiæ Parisiorum defunctus colitur* XII *Septembris: de quorum Actis & Translationibus quanto scimus minus, tanto magis cupimus & speramus informari.*

& Translatio ac miracula hic dantur:

B

18 *Interim insignis ille numerus sacrorum ossium ex corpore* S. Urbani *(cui sorte pars ea quæ Autissiodori remansit haud multum cedere quoad numerum debet, ita ut simul sumpta ossa utraque integrum fere corpus constituere possint) certos nos reddunt, alterius* Urbani, *quam ejus qui Ecclesiam Pontifex rexit, esse omnia; sicut & alterius* S. Tiburtii, *quam qui in Actis S. Cæciliæ nominatur, credimus esse corpus, quod pariter fuit Roma allatum; licet utrumque, ut vere illorum, exhibitum Pontifici, & Autissiodorensibus monachis traditum sit; fide quidem bona, (uti credere oportet) sed parum fundata, uti docuit posterior eorum quæ tunc tradi putabantur corporum inventio. Interim bonam fidem approbarunt miracula, quæ proinde ipsi* S. Urbano Papæ, *in quem devotio ferebatur venerantium ista ac qualiacumque ossa, merito attribuuntur: maxime cum eum cultum sibi acceptum esse indicarit, apparens* habitu Pontificis, specioſa canitie, seque Urbanum confessus, *& sanatum gratias acturum mittens ad suum Sacellum. In hoc Sacellum ab ipsa principali ecclesia translatum esse corpus anno* MCXLI, *suadere videtur ea quam damus Miraculorum historia, cum ait, quod ibi* elegit sibi proprium Martyr domicilium, qui diutius quasi hospes fuerat intra monasterium, in sanctæ Trinitatis honore constructum. *Erat is locus ad Matronam fluvium, & pridem extabant istic* Statuæ, *id est, bases, supra quas collocabatur corpus* S. Urbani, exigente temporum ratione. *Cum autem ad has* statuas *praciguus esset peregrinorum infirmorumque concursus, eisque superstrueretur denique sacellum ligneum; tot nova prioribus accessere prodigia, ut denique prædicto anno condita istic & dedicata sit Parochialis ecclesia, quæ etiamnum supereſt, sed corpore Sancto pridem privata. Illud enim iterum servatur in ipsa monasterii ecclesia, intra arcam (sicut scriptum est nobis) quatuor circiter pedes longam, duos latam, totidemque cum dimidio altam, atque ex argento & ære inaurato in forma ecclesiæ constructam, cum imaginibus alte eleganterque laboratis, lapidibusque pretiosis, quorum olim majorem fuisse numerum credibile est.*

sed velut ob solam homonymiam Papæ crediti

in propriam deinde ecclesiã translati.

C

D

19 *Interim quod, pro manutenenda novissimæ inventionis apud Romanos fide, dicere cogimur contra Francos, diversa corpora constituendo; id ultro admittit Hieronymus Nicolinus, auctor Historiæ Theatinæ Italice editæ anno* 1657, *de eo cujus Corpus vel Reliquiæ anno* MCCXLIII *positæ sunt sub altari majori, in oppido Theatinæ diœcesis Buchianico, licet ex tali occasione* S. Urbanus Papa *ibi colatur Patronus: suadet autem alterum iis proprium colendum potius esse* XXIII *Novembris, quo reperitur inscriptus veteri Kalendario Ecclesiæ Theatinæ, qui fortasis ibi etiam Episcopus fuit. Colitur in Archidiœcesi Bohemiæ festum sub ritu semiduplici, & causa allegatur in Ms. Martyrologio Pragensi, quia ejus* corporis partem magnam cum capite, Carolus Rex obtinuit in monasterio monialium S. Benedicti in Cressein, diœcesis Argentinensis; & ejus tumbam decoratam, simul cum capite, donavit Ecclesiæ Pragensi. *Hoc factum fuisse* anno MCCCLIII *scribit Pezzina in Diario Pragensi, addens,* mandibulam superiorem cum tribus dentibus adhuc adhærere sacro capiti. *Tomo* I *Ianuarii, in Addendis ad diem secundum pag.* 1084, *diximus, tunc coli varios Sanctos, quorum Reliquiæ à Carolo IV Imperatore Pragam allatæ fuerunt, atque inter eas refertur* S. Urbani Papæ Martyris caput & pars corporis, XXV Maji. *Verum quia* Romæ caput cum corpore S. Urbani *asservari dicitur in supra relata narratione, potius alterius* Martyris Urbani *esse censemus illud* caput cum parte corporis. *Dedimus etiam* IV *Februarii Vitam B. Rabani, ex Abbate Fuldensi Archiepiscopi Moguntini, auctore Rudolfo Presbytero Fuldensi ejus discipulo, à quo cap.* 3 *indicatur prima Reliquiarum Fuldam Translatio ad B. Rabanum, & num.* 15 *inter alias numeratur*, pars de ossibus Sanctorum Episcoporum Fabiani atque Urbani; *ac dein cap.* 5 *num.* 27 *dicuntur* in ecclesiam S. Joannis Baptistæ, quæ Fulda quasi novem stadiis distat, cum hymnis & laudibus illatæ, & cineres sanctorum Martyrum Urbani & Quirini pariter depositi, singuli seorsim in singulis loculis inclusi: ubi orationibus eorum fideliter Deum deprecantibus beneficia præstantur. *Postea cap.* 6 *num.* 30 *dicitur*, Theodorus, frater Deusdonæ, Roma detulisse Reliquias Urbani Papæ & Confessoris, cujus doctrina suo tempore multi coronati sunt martyrio, ossa quoque S. Cæciliæ Virginis, Tiburtii, Valeriani & Maximi, *& aliorum, in quorum adventu sanati mutus unus, tres cæci, energumena una & alii, prout ibidem late omnia exposita sunt. Hæc accuratius deduximus, quod Fuldenses Monachi, & ex eorum relatu Bucelinus in Sacrario Benedictino, dicant, apud se haberi* gloriosissimi hujus Pontificis sacrum caput: *ejusque causa olim sub ritu Duplicis* 2 *classis celebrari Officium solitum, cum Vitæ illius Auctor nusquam meminerit Capitis. Sicut autem ibi* S. Urbanus Papa *appellatur* Confessor; *ita etiam nominari à Beda & Rabano in suis Martyrologiis supra diximus, ratione addita hujus nomenclaturæ.*

Alterius item corpus Theate.

Præga caput.

E

20 *Præterea aliquas* S. Urbani Papæ & martyris *Reliquias haberi Cremonæ, in ecclesia S. Laurentii, quæ monachorum est Ordinis Benedictini, tradit Ludovicus Cantellus in Annalibus Cremonensibus anno* 1130 *&* 1462. *Aliquas etiam esse Bononiæ, in tribus diversis ecclesiis, asserit Masinus in Bononia perlustrata. Colonia etiam esse, in ecclesia S. Gereonis & apud Carthusianos, scribit Gelenus: in Trevirensi ecclesia S. Matthiæ aliquas asservari, ad hujus Acta diximus* XXIV *Februarii, pag.* 453: *& nostra Societatis Collegium Monasterii Westphaliæ simile quid habere se credit in armario, super aram majorem locato. Particula insuper ex corpore* S. Urbani Papæ, *dono P. Ioannis Melandri, ad hanc Societatis ejusdem Professorum domum Antuerpiæ pervenit, cum insignibus SS. Hygini & Soteris Pontificum Martyrumque reliquiis, sub attestatione (prout dictum*

Cremonæ,

Bononiæ Colonia, Trevirorum.

Antverpiæ,

F

A *dictum eſt* XXII *Aprilis*) *Didaci de Campo, Pontificii Cubicularii intimi, ſignata Romæ* IV *Nonas Martii anno* MDXLV: *quæ ſimul omnes ſub titulo Pontificum Martyrum ſervantur in pretioſa Hierotheca alba, inſigniter ornata pancarpiis operis phrygionici, atque ære fuſis inauratiſque cornubus, ſtatunculis, pedibuſque. In urbe quoque Campaniæ Gallicanæ Trecenſi eſt eccleſia* S. Vrbani Papæ *Collegiata, ab Vrbano Papa Quarto natu Trecenſi fundata, & dotata ſacris Reliquiis, ſcilicet brachio* S. Vrbani Papæ & cranio S. Danielis, *prout indicatur à Nicolao Des-Guerrois de Sanctis Trecenſibus ad annum* 1264, *num.* 6. *Eſſe etiam* de oſſibus S. Vrbani Papæ *Auguſtæ Vindelicorum in Baſilica SS. Vdalrici & Afræ, ſcribit Bernardus Hertſelder par.* 2, *hujus Baſilicæ cap.* 40 & 50. *Sed nolumus hæc ulterius proſequi; veriti ne ſubinde nomen* Vrbani *etiam loco alterius Sancti ſubrepſerit. Ita Arnoldus Raißius in Hierogazophylacio Belgico pag.* 337 *ait*, Metropolitanam Eccleſiam S. Martini Vltrajecti poſſidere corpus S. Vrbani Papæ & Martyris, quod Baldricus hujus Eccleſiæ Epiſcopus XV, anno Domini DCCCCLXVI ex Italia retulit: *cum illud ſit corpus S. Pontiani Martyris, Spoleto Vltrajectum tranſlatum, de quo egimus* XIV *Ianuarii.*

Trecis.

Vltrajecti corpus, non Vrbani ſed Pontiani.

ACTA MARTYRII

per Notarios Romanæ Eccleſiæ conſcripta.

Ex tribus Mss. bibliothecæ Vaticanæ edita.

CAPUT I.

S. Vrbani & Sociorum captivitas. Conſtantia inter verbera. S. Anolini converſio & martyrium.

S. Vrbanus Papa,

URbanus Epiſcopus, natione Romanus, ex nobiliſſima proſapia ortus, cujus pater Pontianus dictus eſt, à B. Petro Apoſtolo octavus decimus Vicarius a [Chriſti] extitit. Præfuit autem temporibus b Alexandri: qui cum, commonitus à c Mammeâ matre, clemens in Chriſtianos eſſet; Almachius, Vrbis d Præfectus, in eos tyrannidem exercebat. Hic apparitoribus ſuis præfecit quemdam crudelem virum, Carpaſium nomine; eique præcepit, ut cum omni ſolicitudine quæreret, ſi forte reperiret Chriſtianos abſconditos. Quod cum diligenter faceret, B. Urbanum cum tribus Diaconibus, & e duobus Presbyteris, in quodam reperit antro f: & currens anxiando, hæc Præfecto ſub feſtinantia nuntiavit. At ille, qui Chriſtianorum genus delere cupiebat è terra, juſſit ut eoſdem Chriſti famulos ſuo conſpectui celeriter præſentaret. Veniens itaque Carpaſius, B. Urbanum, & ejus Clericos, ad Palatium Veſpaſiani deduxit, in quo Almachius morabatur. Quos Præfectus intuens, ut leo infremuit, & proloquens ait: Nonne iſte eſt Vrbanus ſeductor, qui jam g ſemel & iterum damnatus eſt, quem Chriſtiani ſibi Papam fecerunt? Cui B. Vrbanus reſpondit: Ego ſeduco homines, ut viam iniquitatis relinquant, & ad viam veritatis deveniant. Præfectus dixit: O via veritatis, quæ nec Deos colit, nec Principes obtemperat! B. Vrbanus reſpondit: Nec Deos tuos colo, nec Principes tuos timeo; fac quod facturus es. Carpaſius autem ait ad Almachium, & ad populum circumſtantem: Quid vobis videtur de ſacrilegis iſtis? Almachius dixit: Vt ducantur h ad Pagum juxta templum Jovis, & ibidem cuſtodiæ mancipentur.

a b c d

imperante Alexandro Mammeæ filio,

C e f

cum Sociis in antro latens,

educitur ad Almachium P. V.

g

conſtans in fide carcere includitur:

h

2 Quod cum à Carpaſio fuiſſet impletum; audientes hoc Chriſtiani venerunt nocte uſque ad carcerem, & dantes munera Carcerario, nomine Anolino, intraverunt ad Sanctos. Quos cum vidiſſent, cœperunt altius gemere, & proſtrati humo benedictionem à Summo Præſule depoſcebant: qua ſuſcepta, una cum Sanctis tota nocte in Dei laudibus vacaverunt: & cum jam diluceſceret, dantes invicem pacis oſculum, beati Papæ ſe orationibus commendaverunt.

nocte accedentibus benedicit,

EX MSS. VATIC.

3 Poſt hæc miſit Almachius Præfectus ad Carpaſium Vicarium, ut Vrbanum ſacrilegum ſuo conſpectui præſentaret; qui una cum Clero ſuo ejectus de carcere, Turcio Almachio præſentatur. Quos ille intuens ait: Deponite pertinaciam veſtram, & ſacrificate diis, quos adorant Imperatores; & recedite ab inſania, qua eſtis infecti. Jam enim per fallaciam veſtram fere quinque millia hominum decepti perierunt, de quorum miſerabili interitu vos rei eſtis. B. Vrbanus reſpondit: Non perierunt, ut tu miſer exiſtimas, ſed ad regna cæleſtia feliciter migraverunt. Almachius dixit: Hac vana ſpe inducta Cæcilia, cum ſponſo ſuo & cognato, omnem gloriam perdiderunt, & immenſum tibi dimiſerunt theſaurum, quem te nunc exhibere oportet. B. Vrbanus reſpondit: Stulte, agnoſce Creatorem, pro quo illi ſua omnia pauperibus erogantes, mori exoptaverunt. Almachius dixit: Deponite contumaciam, ut poſſitis vivere; alioquin male perire habebitis. B. Vrbanus dixit: Non pereunt, niſi qui vel fide vel opere ſuo diſplicent Creatori.

ad Almachium reducitur, arguitur ut pluribus cauſa mortis,

& ob theſaurū S. Cæciliæ datum pauperibus:

E

4 Almachius autem, converſus ad ſanctos Presbyteros Joannem & Mamilianum, dixit: Numquid & vos eadem ſentitis? At illi reſponderunt: Patris noſtri monita per omnia ſunt ſalubria, ſed in malevolam animam non intrat ſapientia. Almachius dixit: Ut video deteriores effecti eſtis, quam delirus ſenex Magiſter veſter; ſed miſeri non erubeſcitis, qui totiens damnati proſcriptionibus in impudentia perduratis? & iratus juſſit eos i plumbatis cædi. Qui cum cæderentur, clamabant: Gratias tibi agimus, Domine. Porro Almachius cum furore vociferabat dicens: Iſti ita arte magica imbuti ſunt, ut nullo modo valeant noſtris juſſionibus obedire. B. Vrbanus dixit ei: Immo tu miſer diis tuis ſimilis es effectus, aures habens, & non audiens; oculos, & non videns. Ad hæc iratus Almachius ait: In injuriam deorum os non timuiſti procaciter aperire? Teſtor deos deaſque, quia dignus es capitis ſubire ſententiam. S. Vrbanus dixit: Quam reverendi ſunt dii tui, ſi geſta eorum recolas, facile deprehendes. Porro Deus noſter creavit omnia, & nos ſuos famulos corroboravit dicens: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Almachius dixit: Nequaquam; ſed, cum ſis ſenex, mortem reputas requiem; & ideo, quaſi invidens juvenibus, facis ut alii amittant, quod te ſenectus cogit amittere. Ad hæc Joannes Presbyter reſpondit: Manifeſte mentiris: Patri enim noſtro, & in juventute Chriſtus vivere fuit, & mori lucrum; multotiens quippe pro eo Confeſſor effectus, animam ſuam pro ejus ovibus poſuit. Tunc Almachius juſſit venire ad ſe Carpaſium, & dixit ei: Audi Carpaſi, Vrbanum ſacrilegum, una cum Clero ſuo, in privata claude cuſtodia, donec noſtris obtemperet juſſionibus. Quos Carpaſius comprehendens, duxit ad carcerem juxta Pagum. At ubi ingreſſi ſunt Sancti, pſallebant dicentes, Domine refugium factus es nobis à generatione, & progenie.

plumbatis cæditur:

cum Sociis,

Deos videt:

F

Matth. 10,

ut ſæpe antea,

Confeſſor pro ſuæ,

5 Et quidam Chriſtiani hoc cognito venerunt ad eos nocte, inter quos erant tres Tribuni, Faviarus, Calliſtus, & Ammonius; & duo Presbyteri, Fortunatus & Juſtinus; qui dum veniſſent ad januam pulſantes ſteterunt. Vt autem audivit Martialis

Pſal. 89.

ex ipſit nocte 3 Tribunos, & 2 Presbyteros:

EX MSS. VATIC.

Diaconus, curavit nuntiare B. Vrbano: quod ille audiens, rogavit Anolinum Carcerarium, ut eos ad ſe intrare permitteret. Mox ut ingreſſi ſunt, corruentes ad pedes S. Vrbani, cum fletu dixerunt: Ora pro nobis, Sanctiſſime Pater, quia tempus perſecutionis imminet. Quibus ipſe reſpondit: Nolite ex hoc flere, ſed magis gaudete: per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Totam itaque noctem in hymnis & canticis tranſigentes, Dei miſericordiam implorabant. Videns autem Anolinus cuncta quæ gerebantur, miſit ſe ad pedes B. Vrbani, cum lacrymis rogans, ut baptizaretur ab eo; quem B. Vrbanus juſſit ſurgere, & ait ei: Vide, fili, ſi ex toto corde credis, ut remiſſionem percipias peccatorum? Reſpondit Anolinus, cum fletu dicens: Credo, Domine. Et baptizavit eum, ac chriſmate conſignavit. Et cum dies factus eſſet, Miſſarum ſolennia celebrantes, pane cæleſti refecti ſunt.

Anolinum Commentarienſem baptizat,

6 Audiens hæc Almachius, juſſit iterum B. Vrbanum, cum Clero ſuo, ſuis tribunalibus præſentari, cui & dixit: Sic adhuc in veſania tua perduras, ut non ſolum te ipſum ab errore non revoces; ſed etiam alios errore ſtudeas implicare? Nam & Anolinum Commentarienſem noſtrum tuis te audivimus contagiis infeciſſe. Ad hæc Anolinus ait: Infelix ego, qui præterito vitæ meæ tempore non agnovi Creatorem meum: verumtamen gratias ago ei, quia ſaltem in extremo dierum meorum, ſui mihi cognitionem miſericorditer tribuit. Almachius dixit: Hujus loquacitas, ſi repreſſa non fuerit, multis erit cauſa damnationis; & data ſententia juſſit, ut capite puniretur. Qui ductus ad templum Dianæ, cum ſacrificare renueret, juxta templum decollatus eſt, XV Kalendas Junii.

B *qui decollatur 18 Maji.*

ANNOTATA.

a *Appoſuimus nomen* Chriſti, *claritatis cauſa, ne* S. Petri *habeatur* Vicarius, *quod nequit dici: quia tunc eſſet non* decimus-octavus, *ſed* decimus ſeptimus.

b *Hic eſt* M. Aurelius Alexander Severus, Mammeæ filius, *qui ſucceſſit M. Aurelio Antonino Heliogabalo, per ſeditionem militarem occiſo, menſe Martio anni 222. Quo etiam anno S. Calliſtus Papa martyrio coronatus eſt* XIV *Octobris.*

c Mammea, *apud Euſebium lib. 6 Hiſt. Eccl. cap. 21, dicitur* pia ac religioſa femina: quæ Origenis conſpectu frui, & ſcientiam rerum divinarum certiſſimo experimento cognoſcere concupivit. Igitur illa Antiochiæ degens, miſſo militari ſatellitio, hominem accerſit: qui apud eam aliquamdiu commoratus, innumera illi documenta exhibuit, ad Domini gloriam & ad divinæ illius prædicationis potentiam declarandam.

C

d Ad Præfectum Urbis cauſarum civilium & criminalium ſpectabat cognitio. *Ita Dio lib. 25. Hinc Vlpianus lib. 1 ff. de Officio Præfecti Vrbis*, Omnia, *inquit*, crimina Præfectura Urbis ſibi vindicavit. *In Ms. Capuano dicitur* Almachius, *præterea* Auguſtali fultus auctoritate: *cui non videtur Alexander Imperator auſus ſe opponere.*

e *Idem Ms. Capuanum*, quatuor Presbyteros *aſſignat: ſed forſan duo iis aliunde adjuncti fuerunt, & una martyrio coronati.*

f *Idem Ms.* non longe ab Urbe occultatum. *Acta S. Cæciliæ*; tertio ab Urbe milliario, via Appia, inter ſepulcra Martyrum latitabat: *& confirmant Mss. Mazarini, Vlimerii & Reginæ Sueciæ.*

g *Eadem Acta S. Cæciliæ*: bis Confeſſor factus: *infra num.* 5 *dicitur*, in juventute multotiens Confeſſor effectus. *In Actis majoribus*, uſque ſepties examinatus & dijudicatus. *Hinc poſt martyrium etiam* Confeſſor *appellatus.*

h *Eadem acta*: SS. Valerianus & Tiburtius ducti ad agrum Pagum, *ubi erat* ſtatua Jovis: *& infra*, Locus igitur qui vocabatur Pagus, quarto milliario ab Urbe ſitus erat: in quo per templi januam tranſitus erat, ut omnis qui ingrederetur, ſi Iovi thura non poneret, puniretur. D

i Plumbatæ, *quibus Martyres cædebantur, erant* glandes ſeu globuli plumbei, funiculis vel catenulis impacti, *uti in antiqua pictura Eccleſiæ S. Laurentii extra Vrbis mœnia adhuc videri, teſtatur Boſius.*

k *Ms. S. Maximini* Fabinus, Calixtus, Annina. *Aſt Acta majora Mss.* Fabianus, Calixtus, Ammonius. *Videntur Tribuni militares fuiſſe, jam ante converſi, cum forte præeſſent cuſtodiæ carcerum, ac vidiſſent conſtantiam Martyrum.*

l *Mss. Capuanum, S. Maximini, & Acta majora, addunt*: quem Fortunatus Presbyter de ſacro fonte ſuſcepit. *Dedimus* 18 *Februarii* Acta Martyrum Romanorum, Maximi Comitis rei privatæ, Claudii ejus fratris, & hujus uxoris Præpedignæ, atq; horum filiorum Alexandri & Cutiæ: Claudium S. Gabinius Presbyter baptizavit & hujus frater S. Caius Papa chriſmate linivit, & baptizavit uxorem & filios: tunc obtulit pro illis ſacrificium, & conſecravit corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & participavit omnibus myſterium Domini: *quibus ſimilia in pluribus Actis Sanctorum leguntur.* E

m *In Actis majoribus dicitur* martyrio coronatus XVII Kalendas Iunii: *in Ms. S. Maximini* XVI Kal. *in variis Martyrologiis refertur* XXIV Maji. *Nos ad hunc diem, cum* S. Urbano *& aliis Martyribus, illum proponimus.*

CAPUT II.

S. Vrbani & Sociorum animoſa profeſſio fidei. Vis orationis, Verbera, Martyrium.

7 POſt hæc Turcius [Almachius] Præfectus juſſit tribunal parari, ut nocte Chriſti famulos examinans opus ageret tenebroſum. Itaque aggrediens eos ait: Dicite miſeri, quæ eſt inſania veſtra, ut mortem magis optetis, quam vitam? Cui Reſpondens Præſul dixit: Non moriuntur, qui patiuntur pro Chriſto, ſed magis vitam percipiunt ſempiternam. Præfectus dixit: Nulla ratione poſſum advertere, quomodo poſſit hoc fieri. B. Vrbanus reſpondit: Quia carnalis homo non percipit, quæ Dei ſunt. Almachius dixit: Præſto eſt ſuperbæ veſtræ reſponſionis remuneratio, quia in noſtram & deorum injuriam debacchamini. Et præcepit Carpaſio dicens: Ducite eos ad templum juxta Pagum, & vel ſacrificent Deo magno Jovi, vel multiplicibus macerentur ſuppliciis. Venientes igitur ad templum Jovis juxta Pagum, ubi dicebatur *a* Locus trucidatorum, compellebantur ab apparitoribus, ut libamina diis imponerent. Illi autem irridentes, & expuentes in ſimulacrum, dicebant: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Iratus autem Carpaſius dixit ad Sanctos: Infelices, diſcedite ab hoc perverſo dogmate, & adorate deos, & eſtote amici Principum. B. Urbanus reſpondit: Inſenſate canis, quaſi ſepulchrum patens guttur tuum fœtorem emanat; nobis enim nullo modo perſuadere poteris, ut à caritate Chriſti aliquatenus ſeparemur. Converſus Carpaſius ad ſatellites, dixit: Quidnam eſſe dicitis, quod ſacrilegi iſti audaciores ſunt pro maleficiis ſuis, quam aliquis miles pro defenſione Reipublicæ? Sancti autem reſponderunt: Si vos pro reverentia lapidum ſic nitimini, ut etiam veſtris conſanguineis non parcatis; quid nobis eſt agen-

Rurſum ab Almachio examinatus Papa.

F

à Carpaſio ducitur ad templum Iovis.

a

perſiſtit cum ſuis in fide Chriſti:

A agendum pro Deo vivo & vero, à quo conditi ſumus? Carpaſius ait: Præceptum Principum exequi nos oportet, ut videlicet, niſi ſacrificetis, diverſis macerati ſuppliciis capite puniamini. Reſpondentes Sancti dixerunt: Hoc eſt quod optamus. Carpaſius dixit ad Clerum ejus: Princeps veſter, pro ſenectute hebes effectus, mori deſiderat; vos autem, ut prudentes, juventuti veſtræ convenit providere. Sancti reſponderunt dicentes: A Patris noſtri veſtigiis nullatenus exorbitabimus.

iterum oblatus Almachio & cum eo reductus ad templa.

8 Tunc Carpaſius, pertractans ſecum de Sanctorum conſtantiâ, reduxit eos ad Almachium Urbis Præfectum, referens quod nec minis, nec precibus eos poſſet à primo revocare propoſito. Tunc Præfectus, agitans caput, ait: Video eos ad hoc tendere, ut magis mori eligant, quam ab his ſuperſtitionibus ſuum animum revocare. Nunc ergo reducantur ad templum: &, ſi ſtatim non ſacrificaverint, non jam cum eis multiplicitate verborum, ſed enſium ictibus diſputetur. Ad hæc quidam Tarquinius, cognomento Taurinus, dixit ad Præfectum: Si tu cum eis, ó Princeps, ires ad templum, poſſes forſitan eorum ſenſus ad meliora convertere. Credit Præfectus hujus aſſertionibus, & præmittens cum ſatellitibus Sanctos, ipſe militum ambitione ſtipatus

B ſubſequitur. Pergentes autem Sancti pſallebant,

Pſal. 118. In via teſtimoniorum tuorum, Domine, delectati ſumus, ſicut in omnibus divitiis. Et cum veniſſent ad Pagum, compellebantur à militibus ſacrificare dæmoniis. Qui cum oraſſent, & in cordibus ſuis clamaſſent ad Dominum; elevans B. Urbanus vocem, & ſtatuunculam Jovis intuens, dixit: Deſtruat te virtus Dei noſtri. Et repente cecidit ſimulachrum; ſed & ſacerdotes, qui miniſtrabant ignem

dejicit ſtatuam,

c ſacrificii, mortui *c* corruerunt.

9 Tunc invaſit timor Præfectum, & fugiens cum reſiduis, recepit ſe in Palatio Veſpaſiani, ſæviens contra Sanctos: & facta de eis inquiſitione, juſſit eos ſuis Tribunalibus applicari; quibus cum indignatione locutus, ait: Quouſque artem magicam ſectamini? An putatis, quod de manibus meis eripi valeatis? Reſpondentes Sancti dixerunt: Potens eſt Dominus eripere nos de manibus tuis. Tunc Almachius juſſit eos extenſos in terra fuſtibus diutiſſime cædi: & cum cæderentur, & Deo gratias agerent unus de Diaconibus, erectis ad cælum oculis, emiſit ſpiritum. Sanctus vero Urbanus hortabatur ceteros, ne tormenta paveſcerent momentanea.

fuſtibus cæſus ſocios animat:

C Almachius autem ſatellitibus ſuis ait: Plumbatis, &

d *d* ſcorpionibus eum cædite, quia fuſtes deridet. Et cum hoc ageretur, miniſtri diaboli jactaverunt corpus S. Luciani de tribunali ante conſpectum Sanctorum; quod quidem nemo Chriſtianorum, propter tyrannorum edictum, palam auſus eſt ſepelire. Veniens igitur noctu Fortunatus Presbyter tulit corpus, & ſepelivit in Crypta in Cœmeterio Præ-

plumbatis & ſcorpionibus cæditur: & poſt S. Lucianum 21 Maji ſepultum,

e textati *e* XII Kalendas Junii.

10 Poſt diem autem tertium juſſit Almachius apparitoribus ſuis, ut B. Urbanum cum Clero ſuo ad templum Dianæ ducerent; &, ſi ſacrificare renuerent, tunc ſine dilatione capite plecterentur. Cumque ducerentur, beatus Pontifex exhortabatur eos dicens: Ecce nos Dominus vocat, inquiens:

Matt. 11 Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Hactenus eum vidimus, quaſi per ſpeculum & in ænigmate: præſto autem eſt, ut videamus eum facie ad faciem. His & aliis verbis cum eos ſolicite commoneret, devenerunt ad templum, & dixerunt carnificibus Sancti: Facite quod facturi eſtis, quaſi & nunc ſpreviſſemus, quod multotiens nos ſpreviſſe cognoſcitis. Cum ergo & illi ad ſacrificia hos impellerent, & iſti omnimodo recuſarent, ducti extra templum *f* decollati ſunt. Venientes autem ſupra nominati Tribuni, Favianus, Calliſtus, & Ammonius, cum quibuſdam aliis Chriſtianis, fleverunt fletu magno ſuper Paſtore ſuo, qui pro eis animam ſuam poſuerat. *g* Sepelierunt autem eum cum ſuis ſociis, in cœmeterio Prætextati via Appia, octavo Kalendas Junias.

EX MS. VATIC.

f *& cum iis decollatur.*

g

ANNOTATA.

a *In eo loco trucidati ſunt SS. Valerianus & Tiburtius. Quidni etiam plurimi ex quinque millibus ſupra indicatis.*

b *In Actis S. Cæciliæ appellatur* Aſſeſſor Præfecti, *qui huic judicanti aſſidebat, & conſulebat eum, & ad eum cauſam decidendam remittebat, & ſententiam ferendam dictabat: de quibus eſt titulus in Digeſtis.*

c *Mss. S. Maximini, Capuanum & Mss. Acta majora addunt, fuiſſe* numero viginti & duos.

d Scorpiones *erant nodoſa & aculeata flagella, ſæpius in Martyrum certamine adhibita.*

e *Acta majora cum Ms. S. Maximini,* quinto decimo Kalendas Junii. Poſtea vero ſepultus eſt cum reliquis, *ideo cum iſtis eum veneramur.*

f *Ms. Capuanum:* Venientes ad locum, ubi decollandi erant, dantes ſibi invicem pacis oſculum, & ſigno Crucis ſe munientes, quaſi una voce dixerunt: Suſcipe nos ſecundum eloquium tuum, ut vivamus, & ut ad regnum gloriæ tuæ te duce pervenire mereamur. Et his dictis, flectentes genua, decollati ſunt. *At Mss. Acta majora,* decollati ſunt quarto decimo Kalendas Junii, quorum corpora jacuerunt ante templum Dianæ diebus quinque. *In Ms. S. Maximini eadem ſunt, ſed* decollati *dicuntur* VIII Kalendas Junii.

B

g *Paſſionalium, ut dixi, Collectores, volentes hic finire Paſſionem S. Vrbani, ex Anaſtaſio Bibliothecario vel Catalogis paulo antiquioribus, hæc adjunxerunt:* Sed & vaſa ſacra argentea ad miniſterium altaris fecerat plurima, & patenas argenteas viginti quinque. Fecerat & Ordinationes quinque per menſem Decembrem, Presbyteros novem, Diaconos quinque, Epiſcopos per diverſa loca octo. . . . . Et ceſſavit Epiſcopatus ejus diebus triginta, cum gubernaſſet Eccleſiam annis octo, menſibus undecim, diebus duodecim, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat, in ſecula ſeculorum, Amen. *Vbi puncta notavi, ibi erant verba, quæ reliquimus in fine Capitis præcedentis, de ſepultura, tamquam antiqui contextus: poſt hæc autem in Ms. Capuano inſuper addebantur ſequentia, quæ fortaſis etiam ipſa originarii textus ſunt:* Corpus autem B. Urbani Papæ & Martyris ibidem in ſuperiori cœnaculo condiderunt, in hymnis & canticis, gratias agentes Deo. *Quæ fere eadem leguntur in Actis majoribus: in quibus, nominibus propriis appoſitis, indicantur* corpora SS. Joannis, Chromatii, Dionyſii, Martialis, Eunuchii & Luciani: *quorum tres primi, una cum* S. Mamiliano, *fuerant Presbyteri; alii tres Diaconi, inter quos ſecundus* Eunuchius, *aliis dicitur* Mutius. *Quod autem hic dicitur ceſſaviſſe Epiſcopatus dies* XXX, *non placet Collegæ meo: quia putat ſucceſſorem Fabianum fuiſſe dumtaxat ordinatum* XXI *Iulii; ideoque mallet legere,* & ceſſavit Epiſcopatus menſem I dies XXV.

F

CAPUT III.

SS. Marmeniæ, Luciniæ, & aliorum converſio: corpora S. Vrbani & ſociorum tranſlata.

11 HIs ita peractis abiit Carpaſius Vicarius, ut thura diis imponeret, qui ſtatim à dæmone arreptus eſt. Hoc dum nuntiatum fuiſſet Almachio,

EX MS. VATIC. *Carpaſio à dæmone arrepto*

chio, tremor invaſit eum, & juſſit eum quantocius ſibi præſentari. Cum autem à militibus introductus fuiſſet ante Almachium, cœpit dæmon acriter vexare eum, & quoſcumque valebat attingere rabidis dentibus laniare; nihilominus confitens pœnas, quas Sanctis violentiſſime intulerat, & quod morti cos addixerat injuſte, quia & Sanctorum veridica verba procaciter contempſerat, & quod ineffabilem gloriam ob glorioſa certamina Sancti percipere meruerunt. Videns autem Almachius quod vera inſanâ mente loqueretur, putavit illum Chriſtianum fore, & juſſit amoveri cum à ſe, triſtis nimium, quia ejus maligno conſilio immenſa perpetrabat ſcelera. Dicebat enim diabolus per os Carpaſii quidquid Almachius nefarie egit, & detegebat crimina Paganorum; prodebat interim [ſe] ſuoſque complices, quomodo vel qualiter idololatræ effecti fuiſſent, quodque nihil eis idola præſtare olim valerent; & proſequens ajebat, Neſcitis quod Magiſter & Doctor Chriſtianorum, vas electionis Apoſtolus Paulus dicat: Scimus, inquit, quia nihil eſt idolum: & quod nullus Deus, neque in cælo neque in terra, niſi unus: & paululum procedens cominus indè, atque in tali famine permanens, ſuffocatus

& ſuffocato

B eſt à diabolo, à quo tenebatur, & mortuus eſt.

uxor & filia baptizantur:

12 Hoc dum comperiſſet Judex, nuntiare curavit uxori illius Carpaſii. Audiens autem uxor Carpaſii, nomine Marmenia, quod vir ejus tali interemptus nece fuiſſet; venit nocte ad beatos Fortunatum & Juſtinum Presbyteros, & miſit ſe ad pedes eorum ſimul cum filia ſua, nomine Lucinia, orantes & poſtulantes ut lavacro Chriſti regenerarentur. Gratias igitur agentes Deo Sancti Fortunatus & Juſtinus, qui vocat ea quæ non ſunt tamquam ea quæ ſunt, prædicantes eas ac docentes regulam ſalutis & viam præceptorum Chriſti, & Catechizantes illas, indixerunt eis *a* ſeptemplex jejunium: quo finito, alter eorum baptizavit eas in nomine ſanctæ Trinitatis, ut rite mos in Eccleſia extat. Poſt diem vero tertium veniens Fortunatus Presbyter in domum Marmeniæ, prædicabat ibi

uti & alii plures

Chriſti fidei documenta: ad quæ audienda conveniebant multi Gentiles, & baptizabantur ab eo. Fortunatus autem Presbyter Chriſtum filium Dei, Dominum noſtrum, mundi Salvatorem, inceſſanter prædicare curabat; quin etiam vitæ æternæ gloriam, quam ſuis ſequacibus eſt pollicitus, annuntiare ſatagebat: in quibus ſalutiferis verbis multi

C unanimiter confidebant, & baptizabantur, jam

& omnes de domo Carpaſii.

ſolidati in Chriſto cum omni fiducia. Tum credidere Chriſto univerſi, qui erant in domo Carpaſii, & baptizati ſunt, laudes Deo promentes.

13 Interea Marmenia, unà cum ſua nata, cœperunt rogare à S. Fortunato, de corporibus Sanctorum quid factum fuiſſet, vel qualiter ſepulturæ tradita eſſent. Beatus vero Fortunatus indicavit eis

Marmenia ducta ad corpus S. Vrbani,

quidquid actum fuerat de Sanctorum reliquiis, ut præmiſſum eſt, & dixit: Enixe poſtulo veſtram beatitudinem, ſanctiſſime Confeſſor Chriſti B. Fortunate, ut illùc uſque properantes ſumma cum ſolicitudine reliquias requiramus Sanctorum, & ut digni ſunt optime recondamus. Hoc dictum placuit Fortunato, & curavit auribus intimare S. Juſtini. Tunc ſurgentes Sancti, & venientes pariter cum Marmenia in Domino fideli, ad locum in quo ſancta corpora erant humata, pſallentes Domino & dicentes; Tu mandaſti mandata tua Domine cuſtodiri

invocat ejus patrocinium

nimis, & ſequentia pſalmi; ut vidit B. Marmenia corpora Sanctorum, ſtatim mœſta flebili modo cœpit plorare & dicere ſic: O ſancte & mirabilis Papa Urbane, ſuppliciter tuam depoſco ſanctitatem, quo Chriſtum pro me depreceris, ut non me ſinat in mea damnari iniquitate, & ne in gehennam demergar pro meritorum qualitate. Eia benigniſſime Chriſti Athleta, rogo te, ut mea digneris percipere vota, & apud Deum impietas crudeliſſimi Carpaſii in ultionem ne convertatur exoro. Multa talia dicens & vociferans, amare lugebat. Denique levaverunt inde cum magno honore glebas almas, & adduxerunt eas in domum Marmeniæ, quæ erat *b* extra palatium Veſpaſiani Auguſti ſita prope Columnas, in qua ſepulcrum B. Marmenia miro juſſit modo poni: quod etiam marmoreis tabulis ex omni [parte] conglutinans contexit parietem, in quo recondiderunt cum aromatibus corpus Beatiſſimi Urbani & Mamiliani Presbyteri, & deſuper ſacrum tumulum miro lapide operiri curaverunt: ſuper quod ingens antrum fabricari fecerunt, quadratum & firmiſſimæ fabricæ: & in eo corpora Sanctorum Joannis, Chromatii, Dionyſii, Presbyterorum; & Martialis, Eunuchii, & Luciani Diaconorum, in canticis, hymnis & laudibus, imponere ſtuduerunt: ad quorum venerabiles ſepulturas multa patrantur miracula uſque in præſentem diem, ad honorem ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat per æterna ſecula ſeculorum. Amen *c*.

D

b *ipſumque ſepelit cum corporibus aliorum Martyrum in ede ſua.*

ANNOTATA.

a *Ms. Capuanum*, ſeptem dierum, *Mss. S. Maximini & alia* unius hebdomadæ.

b *Ms. Capuanum:* Juxta palatium Veſpaſiani. *Aringhus, lib. 3 Romæ ſubterraneæ cap. 21 num. 5, late hæc tranſcribit, & citatis Cencio Camerario, Nicolao Signorili, aliiſque, dictum Palatium aſſerit* haud procul à Catacumbis *fuiſſe, ubi jam eſt Eccleſia S. Sebaſtiani.*

c *Hic finiunt Ms. Acta majora: ſequens Appendix ſub novo Titulo habetur in Ms. Vaticano 1195.*

APPENDIX

SS. Marmeniæ, Lucinæ, & aliorum Martyrium.

14 PErvenerunt hæc tandem aliquando ad aures Almachii: qui illico juſſit apparitoribus ſuis, ut Beatam ad ſe adducerent Marmeniam. Quæ cum ante eum præſentata fuiſſet coram omnibus, ita adorſus eſt loqui ad illam: Audivit enim noſtra clementia, ſuperſtitioſa quædam deliramenta animum obligaſſe Marmeniæ, ſed nequaquam valuimus credibilem præbere aſſenſum. Profitere ergo Marmenia nunc, ut cunctorum aures valeant percipere veritatem, & quod tua propagatio dicat venuſtiſſima habeto ſecura, & noli ex hoc aliquam ſolicitudinem menti tribuere tuæ, *a* falſidicus rumor cito ſopietur. Ad hæc mulier alma reſpondit: Profecto neſcio ad quod prætendas cum talibus verbis: aperi id melius, ſi vales de te, ſtabiliorem nullum omnino timeto, & tuam incaſſum pronuntia cauſam, & mea ad omnia demum percipito verba. Et Judex inquit: Ut enucleatius tibi pandam ſimpliciter, vacua cede reſpondere verba: Auditum fuit in noſtro palatio, quod ad ſuperſtitioſa Chriſtianorum dogmata accedere preſumpſiſſes, & contemnas nunc numina ſacra: quid ad hæc reſpondere debeas ocius intimato. B. Marmenia dixit, Sanctorum merita teſtor, quia non debuiſti dicere niſi falſa eſſe idola & vana. Et Judex: Ego, ait, ſuſtinere jam nequeo à femina tam perverſas locutiones. Marmenia dixit: Qui falſum dicit eſſe verum, ô Judex, quid de eo dicant impia, edicta, ſi placet edicito. At Almachius

F *Adducta ad Almachium*

a *idola ſpernit:*

A chius dixit: Ut minis coërceatur aut capite puniatur. Reſpondit Marmenia: Ergo tu infelix capite puniendus eris, & acriter coarctandus, quia ſermo tuus omnis eſt nefandus: quis enim ignorat eos quos tu Deos aſſeris, lapideos & ligneos æneoſque, miſerrimos & nefandos, dum in hac ſuperſtitere vita, omnino fuiſſe? ſcilicet qui. [Sed] *b*, ne mea polluatur lingua, ultra nec memor ero illorum ridiculoſa. c Iratus Almachius dixit, Heu! proh dolor! qualiter veſtris ſermonibus ad injurias deorum paulatim *c* ſcandis infandas, femina vecors, hebetudinem vel jactantiam prodens animoſam? Iterum ait: Per deos, quia non verita es me ad iracundiam incitare, faciam te celerius crinoſo capite reſecari. Mulier ſancta reſpondit: Ut ſciant ii omnes quia veriſſime Chriſtiana ſum, jube modo, ô Iudex, omnium pœnarum genera immaniſſime fieri, ut probatiſſima inveniar in fide Chriſti, veluti aurum per ignem, ſicque adipiſci valeam regnum ipſius Domini Salvatoris. Tunc Almachius Præfectus juſſit eam in carcere trudi, talia dicens: Qui præcepta deridet Principum invictiſſimorum ita coarctari jubemus. Sancta vero Marmenia ovans & exultans pergebat B ad carcerem; & cum introiiſſet in eum, laudare Dominum cœpit ac dicere: Gloria Chriſte tibi ſit, ſummi æternique Sermo Parentis, cum quo & cum Pneumate ſemper regnas, & per ſecula ſeculorum: qui cum eſſem indigna, me digne pro nomine tuo pati feciſti: obſecro te, ut mecum comitare dignetur uſque in finem gratia tua, quatenus conculcato hoſte maligno victrix ad te valeam pervenire.

& ſe Chriſtianam faſſa,

carceri includitur:

15 Audiens autem Lucinia filia ejus, quod genitrix ejus conſtanter egiſſet, cœpit erogare pauperibus omnia quæ habebat, maxime in ſumptum Chriſtianorum, quorum facultates ſciebat in tali eſſe opere conſumptas. Tunc ſancti Fortunatus & Juſtinus univerſos admonebant quoſcumque poterant Chriſtianos: nuntiatumque eſt Almachio, quod Lucinia patrimonium ſuum univerſamque ſubſtantiam ſuam expendiſſet in orphanorum, viduarum, Chriſtianorumque conſolationem. [Qui] commovens caput, & furibunda ironiaque voce perſtrepens, aiebat: Heu! inquit, quænam eſt illa ſeductio nequam, quæ nunquam *d* ullum terrorem veretur, nullis flagris coërcetur, & ut ita dicam omnium tormentorum genera ac ſi nihil ſint opinatur? e Nimirum ſeductio hæc inſtar eſt ignis, qui eo magis C conſumit quo plus creſcendo invenerit. Hunc ignem illum dicimus eſſe, quamvis eum perdat ſæviſſimus Iudex, de quo Chriſtus annuntiatione ſancta, hoc eſt, in Euangelio, dicit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi ut ardeat? Mox rapidiſſimo curſu juſſit Iudex miniſtris ſuis, ut Sanctam Dei Luciniam, cum univerſis qui in domo ejus degebant, ad ſe præſentarent, quatenus duriſſima diſcuſſione abdicare eam nihilominus valuiſſet; una cum B. Marmenia. Qui cum ducti ante Almachium fuiſſent, torvo vultu inſpiciens eos Iudex inſanus, Dicite, inquit, mihi cujus conditionis eſtis? aut quæ eſt profeſſio veſtra? Sancti ad hæc reſponderunt: Conditionem, inquiunt, noſtram ſi quæris mortalem, ſcias nos famulos eſſe Dominæ noſtræ hujus Marmeniæ: profeſſionem autem noſtram, annuente Domino, Chriſtianam confitemur. Tunc ille: En, ait, & vos, ut video, omnes Chriſtiani eſtis. Et Sancti; Eſt, dicunt, melius agnoſcere, & profiteri viam quæ Chriſtus eſt, & per quam ambulare ad patriam, hoc eſt in vitam æternam, debemus, quam numinibus vanis ſubdere colla aut vobis cedere, veſtriſque aſſentire nefariis juſſis.

Lucinia filia diſtributo patrimonio,

d

e

Luc. 29, 49.

ad Almachium cum domeſticis ducitur,

fidem omnes profitentur,

16 Tunc Turcius Almachius indignatus, præcepit Tarquinio Taurino, ut abſque iterata interrogatione eorum capita truncaret, & dixit: Nunquam homines hujuſmodi humiliantur, niſi duriſſimis pœnis ſeu per crudeliſſimam necem. Mox Tarquinius duxit eos, jam acriter verberatos, ad idolum Martis, ut ſacrificarent. Cujus libamina omnes dum contempſiſſent, accipere meruerunt palmam Martyrii: fuerunt namque, qui decollati ſunt pro nomine Domini Jeſu Chriſti, abſque B. Marmenia & filia ejus Lucinia, fere viginti & duo: quorum ſancta paſſio *f* tertio celebratur die ante Kal. Iunias. Cognoverunt itaque Chriſtiani, quomodo Sancti in perpetuum pro Chriſti amore pugnaverunt: & venerunt nocte cum Beatiſſimo Fortunato, & tulerunt corpora eorum cum hymnis & laudibus, & ſepelierunt eos in loco, in quo ſanctus erat ſepultus Urbanus.

EX MSS. VATIC.

& verberati,

decollantur.

f

In tempore quo hoc actum fuit, erat vitæ venerabilis per omnia ſanctus, nomine Savinus, qui & ipſe officium Sacerdotale gerebat: cum audiviſſet quod B. Marmenia, cum filia ac ſervis ſuis, proceſſiſſet ad Dominum, nimium afflixit ſe, & migravit ad Chriſtum: qui jam per duodecim annos [fuerat] maceratus in carcere, ob confeſſionem Jeſu Chriſti Nazareni, filii Dei omnipotentis. At ubi ſenſit Taurinus, cum eſſet Carcerarius, quod S. Savinus defunctus fuiſſet; fune illaqueavit illius pedes, & trahebat corpus ejus per terram, qui & in foro illud dimiſit inhumatum. Deinde venit quidam Polycarpus *g* Presbyter nocte, & accepit corpus ejuſdem ſancti Savini, & recondidit in ſarophago, ubi ſepulti erant centum *h* viginti quinque Martyres *i*.

S. Savinus per annos 12 incarceratus obit,

E

g

h i

18 Denique impiiſſimus Almachius, non ſufferens animo, cœpit dona promittere plurima, ſi quis inveſtigator ac proditor Chriſtianorum extitiſſet, per qualecumque ingenium aut calliditatem, ejuſque auribus nuntiaret. Unde factum eſt ut tertium poſt diem quidam legis Dei *k* zelator præmiique cupidus, nuntiaſſet ei quoſdam Chriſtianos ſeſe reperiſſe, numero quadraginta & duos. Statimque gaudens aiebat: Reatus nempe Chriſtianorum in omnibus ſic perverſus eſt, ut ante noſtram excellentiam nullatenus diu valeat occultari. Fratres mei, non æſtimetur omnino ad hujus infeliciſſimi animaliſque Iudicis notionem veniſſe Domini & Salvatoris noſtri benigniſſima verba, dicentis: Nemo accendit lucernam & ſub modio ponit, ſed ſuper candelabrum ut luceat cunctis: de eo namque convenienter per veridicum & ſanctiſſimum Vatem factus eſt ſermo divinus, quod ſcilicet F vir inſipiens non cognoſcat, & ſtultus [non intelligat. Deinde mandavit] tyrannus cuidam Annitio Vicario, ut illuc uſque adiret, & ſine interrogatione eos ocius *l* abduceret. Qui mox proceſſit alacer, ut impleret facinus quod juſſum à Præfectoria extiterat feritate. Quam rem Sancti præſcientes, armaverunt ſe ſigno Crucis Chriſti, expectantes intrepidi mortem, orationibus ſanctis unanimiter. Ecce miniſtri diaboli acceſſerunt, & capita eorum abſque mora truncare acceleraverunt. Corpora vero eorum collegit Polemius Presbyter, & ubi Chriſti 1 *Ianuarii.* Martyr ſepulta erat Cæcilia, illic ea *m* ſepelivit. Paſſi ſunt autem ſancti Martyres Chriſti die Kal. Ianuariarum, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

k

alii 42

ab Annitio Vicario decollati,

l

m

ANNOTATA.

a *Mss. Vaticanum & S. Laurentii*, quia (ut noſti proverbium) falſidicus rumor cito quieſcere ſolet.

b *Ms* ſcilicet quia ne *&c. ſed omnino puto apoſiopeſim eſſe, qualis Virgiliana illa:* Quos ego.

c *Ms. Lateranenſe*: conſcendis adinſtar culmen montis, iterum ait.

d *Idem*

A d *Idem Ms.* ullos heros.

e *Hæc parentheſis Auctoris primi eſſe poteſt, quod tamen nolim affirmare pro certo: & ſimilis iterum occurrit infra num.* 8.

f *Ms. Capuanum ait, quod* Promiſcui ſexus viginti & duo fuiſſe traduntur: *deinde dicit, quod eos Præfectus* decollari præcepit quarto Kalendas Iunias. *Verum executio potuit dilata fuiſſe in ſequentem diem. At coli* S. Marmeniam *hoc* 25 *Maji teſtantur ſupra citati Gallonius, Pancirolus, Ferrarius.*

g *Colitur aliquis* S. Polycarpus Presbyter 23 *Februarii, dubium an hic memoratus, an alius* 100 *annis junior. Vtriuſque memoriam collegit Bollandus, non auſus diſtinguere; agnoſcens tamen, ſi unus idemque in Paſſione S. Marmeniæ, qui in Actis S. Sebaſtiani nominatur, longævum ſupra morem communem fuiſſe: de quo mirum ſit plura interim geſta non memorari. Nolim tam ſcrupuloſus eſſe: & poſteris Supplementum facturis ſuadeo, ut non vereantur magis duos* Polycarpos *facere, quam duas* Lucinas; *quarum altera fuit Apoſtolorum diſcipula, altera hoc ſeculo floruit, adhuc ſub Diocletiano nota.*

h *An ſolum cenſendi* XXII, *quorum ante facta mentio? ſed poſſunt alii Martyres fuiſſe.*

B i *Idem Ms. Capuanum addit:* Quorum omnium orationes & merita nos commendent Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit: *& finiunt Acta, deſiderati reliquis.*

k Zelator *hic ſumitur in deteriorem partem.*

l *Fortaſis legendum.* judicaret, *vel*, capite abdicaret: *quædam enim hic obſcuriora ſunt; quare etiam opus fuit lineam fere totam ſupplere per* [ ].

m *Meminit horum ſepulturæ Aringhus, citato lib.* 3, *cap.* 14, *in quo agit de Cœmeterio ad S. Cæciliam, citatque Ms. codicem Lateranenſem de Actis S. Vrbani: unde confirmatur quod diximus, Appendicem hanc ad illa ſpectare.*

TRANSLATIO ET MIRACULA.

Ex Ms. Abbatiæ S. Urbani diœc. Catalaun. communicata à Domino de Miromenil, Campaniæ Præfecto.

CAPVT I.

SS. Vrbani ac Tiburtii Martyrum corpora Roma Antiſſiodorum, & alterum hinc ad Catalaunenſes tranſlatum. a

An. 862 *donantur Monachis Autiſſiodor.*

IGitur anno incarnati Dei octingenteſimo ſexageſimo ſecundo, Fratrum quidam Autiſſiodorenſis Monaſterii, mandatis pariter & epiſtolis Regiis inſtructi, Urbem Romam expetunt, cum orationis gratia, tum etiam quarumdam Eccleſiaſticarum ſtudio cauſarum: quas, Deo negotium procurante, & allegarunt ſtrenue & efficaciter expleverunt. Prudentiſſimus & maxima venerationis reverentia ſuſcipiendus Nicolaus *b* Papa, Romanæ tum Cathedræ præſidens, vicem Apoſtolici culminis & dignitate & ſtudio præferebat. Qui cum prænominatis legatariis ad cuncta quæ vellent per dies aliquot pleniſſime ſui copiam feciſſet, magna ſui miniſtrorumque ejus gratia diſceſſuris, Sanctorum Martyrum Urbani & Tiburtii Reliquias tradidit, & virtute pretioſas, & quantitate præcipuas. Sic Dei favore, & obtentu Regis Caroli *c* quod alias vel laborioſiſſimum vel impoſſibile fuerat, facili negotio confecerunt.

b *à Nicolao Papa,*

corpora Sanctorum.

c

Vectores monentur duobus Sanctis

2 Quid pignoris, quid theſauri Romulea ferretur ab Urbe, virtutum conſequentium crebritate cœptum eſt é veſtigio declarari. Remotis ſuperfluis, ſi qua referenda ſunt, compendio fient gratiora. Urbe egreſſi, manſione prima in S. *d* Alexandri Eccleſiam devenerunt. Ibi cum pernoctarent, candela prolixæ longitudinis uno ſuccenſa capite, poſt paululum à parte alia flagrans, utrimque perluxiſſe viſa eſt. Ingenti devotione complexi factum, duorum præcipuorum Sanctorum memoriis, geminis de cetero ſervièndum luminaribus, adverterunt. Exin illuſtris vir Lotharius, ejuſdem comes expeditionis, febre correptus prævalida, candelam ſuo ſtatui reſpondentem detulit: & ante ſacras pernoctans Reliquias, in craſtinum ſe omnimoda languoris moleſtia levatum ſenſit. Actum *e* Vulterris. Meginarius ejuſdem Lotharii Presbyter, non multum poſt febre ſuccenſus violentiſſima, candela Sanctis adhibita, quam excellenter tam facile curatus eſt. Familiare deinceps omnibus effectum, irruentes ſibi per totum iter imbecillitates, Sanctorum conſtanter imploratis patrociniis, declinare.

D *duos cereos accendere:*

d

quidam ex comitatu liberantur à febribus.

e

3 Emenſis Alpibus ad Sanctos *f* Agaunenſes Martyres diverterunt. Ibi ab Huberto *g* Abbate famoſiſſimo excepti quam familiariter, tanti fatigatione itineris, plena Viri benevolentia, ingenti Religioſorum affectu, larga denique totius liberalitatis indulgentia, [corpora] relevarunt. De hinc oblatam ſibi negotii opportunitatem intentatam linquere non ſibi integrũ fore arbitrantes, Sanctorum Agaunenſiũ Reliquias à prænominato Principe poſcendas decreverunt. Is Deo volente quod poſtulabatur excepit libentiſſime, quod & viris eſſet familiariſſimus, & (utpote ſecularia meditans tantum) in Sanctorum largiendis patrociniis non ſatis avarus. Quamobrem ſanctorum Corporum adſcito Cuſtode, pretioſi Martyris Mauricii amplectendam Reliquiarum *h* partem, cum venerando capite S. Innocentii, Legionarii quondam ejus, incunctanter largiri præcepit. Id quamquam omnes ferrent ægerrime, obtinuit tamen juſſio Principis indifferenter fieri quod volebat.

f

g

Agaunum appulſi ab Abbate impetrant,

E

caput S. Innocentii ex Legione Thebæa.

h

4 Votorum compotes, iter repetunt, juſtis ſemper faventem diſpoſitionibus impendio glorificantes Deum. Obſequiorum erga Sanctos ſplendor, ſignorumque frequentia, circumjectos paſſim populos ſpectaculo aggregabat. Cedentibus aliis, alii ſuccedebant; dum & hos nova perceptorum beneficiorum gratia lætos in ſua recedere, & illos percipiendorum ſpes alacriter impelleret properare. Publice famoſus & famosè publicus locus eſt; Orbam *i* vulgo cognominatur: eo cum veniſſent, puella infantula ejus loci, Oſanna nomine, quam nativitas & mutam produxerat & contractam, auditis pſallentium populorum vocibus, miris perveniendi ad Sanctos angebatur deſideriis. Id quia verbis non poterat, geſtu corporis & ſtridore faucium declarabat: aridis tamen nervis reptilem extorquens gradum, eniſu quo potuit pervenit. Mox tantæ fidei remunerata fructu, ignotæ rectitudinis univerſis mirantibus recepit uſum. Hinc ſacris communicans, Sacerdotis juſſu reſpondit, Amen. Ex eo pleni compos eloquii, ad locum uſque, qui Arlia dicitur, Sanctos proſecuta eſt.

Inter multa per iter miracula,

i

ſanantur muta & contracta.

F

5 Dehinc in villam, cui *k* Botgalia nomen eſt, cum veniſſent; quidam ejus loci caducus à puero, adeo ut per dies ſingulos caducam non ſemel alliſionem pateretur, raptim ad Sanctos cucurrit, feretrum vexit, triduo proſecutus, nihil demum mali paſſus eſt. Hinc ad Salinas ventum. Pater parvulum filium, contractione artuum imbecillem humeris vectitans, ſub feretrum compoſuit. Paulo poſt cœpit erigi, & patrem anxie inclamare. Exciti omnes vocibus hinc inde concurrunt, incolumem inveniunt. Pater ſub oculis omnium ſanum recipiens filium, immenſùm lætus revexit ad propria.

k

epilepticus,

contractus,

Actum

A Actum in eccleſia Sancti Joannis Baptiſtæ vico publico.

l *Luminaria à pluvia & ventis non extinguuntur:*

6 Sartum-Morthaliæ *l* ingreſſos novæ hilaritatis afflavit abceſſus: namque inter ventorum impetus & pluvias vehementes, duo cerei, ſacrorum prævii pignorum, inextincto per diem totam lumine perdurarunt: ita Sanctorum gratia quibus deferebantur evidentius contutati, indefeſſo officio & imbres & flamina contempſerunt. In villam Pagi

m *loquela muta redditur:*

m Amauſenſis, quæ Campus-Vellii dicitur, cum veniſſent; mulier ab ipſo uteri materni progreſſu muta, fide plena cucurrit, precem fudit, effectum precis conſecuta eſt: illico intima faucium negatæ dudum vocis concepere canorem, promptaque verborum affluentia diuturni damna ſilentii compenſarunt: ſic conceſſum beneficium exercitio ſermonis exaggerans, Ararim uſque proſecuta eſt, miſertum ſui pſalmatis & affectu & vocibus collaudans Deum.

n *item alteri:*

7 Hinc illis pagum Oſcarenſem *n* permeantibus, puella infans, honeſto loco nata, quæ & ipſa patiebatur cognati detrimenta ſilentii, de ſinu nutricis exſiliens, curſu rapidiſſimo ad Sanctos venit; amplexoque feretro, ſuos adeſſe Dominos, etiam atque

B etiam inexplebilis inclamabat: ſic linguæ vinculo reſoluto, laudes aggerans laudibus, ad caſtrum uſque Divionem comes individua perduravit: pater ejus & mater iter agentibus poſtmodum competentia itineri munera deſtinarunt.

o *ſanatur colli diſtorſio,*

8 Aliſienſem *o* poſt hæc pertranſeuntes Pagum, in villa quæ Fanum dicitur, noctem exigendam decreverunt. Eccleſia ejus loci Beati *p* Germani ſo-

P lenni conſtat nomine: in hac pretioſa Sanctorum pignora collocarunt. Puella fere duodennis advenerat, quam deformitate damnabili colli cervicisque contractio humerum complexa turpabat. Hæc pervigilem in eccleſia noctem ducens, & præoptatæ ſaluti & abſolutæ pulchritudini reſtituta, cælum ipſum votis & laudibus onerabat: auctores beneficii Autiſſiodorum proſecuta, ſalutaribus obſequiis integrum exegit annum. In villam *q* Pompejacum dictam venientes, in eccleſia ſancti Chriſtophori nocturnæ ſtationis excubias peregerunt. Puer bene natus, Herimbertus nomine, immani febrium torquebatur acceſſu; delatus à parentibus incommodum exuit, robuſtæ ſoſpitatis optantibus gaudia cumulavit.

q *item febris.*

9 Inde profectis ſolennis Autiſſiodori parabatur

C exceptio: quo tandem pridie Kalendarum Novembrium pervenerunt, multa gloria, ingenti pompa, inexplicabili rerum præſtantia. Creverunt ex eo miracula viſibiliter corporalia, inviſibiliter ſpiritualia; quoque magis ſubtilia, eo magis utilia; indeſinenter aſſidua, indubitanter proficua; quanto perennius duratura, tanto certius profutura. Fulcoldus, ex cœnobio ſancti Juliani *r* Clericus, quarta-

r *ſanatur febris quartana:*

no incommodo per anni fere ſpatium vexatus, ad Sanctos ſe humiliter contulit: mox fidei donatus præmio, ſoſpitate reddita languorem exceſſit.

10 Non poſt multo colonus quidam familiæ S. Germani, ex rure cui *s* Sorgiactus vocabulum eſt, comperta virtutum fama, eo greſſum tendere animum induxit. Erat ſane paralyſis violentia totis artubus reſolutus. Ea nocte, cujus poſtridie profectionem parabat, dormienti ei vir, habitu Pontificis, ſpecioſa canitie ſpectatus, apparuit, ſeque

s *item paralyſis,*

t *apparente S. Vrbano.*

t Urbanum confeſſus; Ecce, inquit, ſanus factus incommodum exceſſiſti: verumtamen recta perge quo decreveras, ac pro ſalute receptâ congrua memento vota perſolvere. Jubentis edictum obedientia comes excepit: pergenſque, ut imperatum erat, quod ſecum actum fuerat palam explicuit. Exinde

multis locum expetentibus innumera præſtitere; cunctis poſtremo rite ſupplicantibus indubitatâ re- EX MS. rum evidentiâ ſeſe exhibuere præſentiſſimos: quodque gratum habeant honeſta ſibi in loco deferri ſervitia, plurimis expertum modis, una tantum ademque perbrevi admodum relatione conſtabit.

11 Beati Martyris Tiburtii anniverſarius Paſſionis *v* dies advenerat; & pia Fratrum devotio no- v
cturnis vigiliis officioſius inſiſtebat: inter hæc cui- *S. Tiburtius ibidem orare conſpicitur.*
dam Fratrum in oratione ſecretius procumbenti, atque in divinæ contemplationis faſtigium aliquatenus rapto, ſe videndum exhibuit ea formæ habitudine, ea pulchritudine vivente, qua expreſſius in ſuæ Paſſionis textu deſcribitur. Viſus eſt autem ante loculum Reliquiarum ſuarum, libratis in aëra greſſibus, aſſiſtere; & expanſis ad Orientem manibus, quarum una virgam ferebat auream, pro totius ſalute populi inſtantius ſupplicare. Is nobis hoc poſtmodum cum lacrymis referebat. Id mire gratum omnibus & præſenti & futuræ devotioni conduxit *x*. x

12 Præterea anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſexageſimo quinto *y*, merito ſuæ y
religionis venerabilis Erchenraüs, Catalaunorum Epiſcopus, ad cœnobium S. Germani veniens, lar- E
gitione Fratrum Reliquias pretioſi Papæ & Marty- *Corpus S. Vrbani Catalaunum transfertur,*
ris Urbani obtinuit [eaſque z ſuſceptas Monaſterio, z
in Pago Pertenſi α nuper à ſe in honorem Sanctæ α β
Trinitatis β fundato, intulit, & vetus nomen loci illius, Villare ſcilicet, penitus abolevit; & eum de S. Urbani nomine cognominari ſtatuit: ut ſcilicet Sancti Martyris merita notiori nomine fierent notiora. Pro miraculorum ergo magnitudine, quibus *ad monaſterium nunc à ſe dictum,*
Sanctum ſuum Dominus illuſtrabat, in ipſo Tranſlationis itinere, tam divitum quam pauperum multipliciter confluentium honorabatur oblatione. Inter turbas autem confluentium & offerentium, quidam Airicus, & uxor ejus Dodrada, municipes earumdem partium, tradiderunt ei alodium ſuum in γ Cableia ſitum, perpetuo jure poſſidendum, ad γ
uſus ſibi ſervituræ Congregationis, & ad mercedem animarum ſuarum in requie Regni cæleſtis. In *& multis ibi miraculis claret.*
loco autem illo, in quo ejuſdem Martyris pignora habentur recondita], tanta tamque frequentia poſtmodum claruere miracula, ut ſi litteris univerſa mandarentur, ſuo per ſe poſſent ſuppeditare volumini.

ANNOTATA D. P.

a *Primum hoc caput verbotenus acceptum eſt ex Herici monachi Autiſſiodorenſis lib. 2 de miraculis S. Germani, ſub his titulis:*

Cap. XII Qualiter pignora Sanctorum ab urbe delata locus iſte meruit.

XIII De patratis miraculis compendioſa relatio.

XIV De celebri exceptione Sanctorum.

b Nicolaus I *ſedit ab anno 858 uſque ad 867.*

c Carolus Calvus, *necdum Imperator, ſed ab an.* 840 *regnans in Francia.*

d *Libenter intelligam, an intra primam ab urbe manſionem aliqua adhuc ſuperſit ſub nomine* S. Alexandri *eccleſia, quæ poſſit hic deſignata videri.*

e Volaterræ *in Tuſcia civitas Epiſcopalis, diatu circiter ſex Roma diſtat.*

f Agaunum, *vulgo* S. Mauritii, *ubi Thebæorum Legio, ſub ipſo Duce Chriſtum profeſſa, eſt condita, apud Sedunenſes.*

g *Ablatum Agaunenſium Catalogum nemo hactenus, quod ſciam, edidit.*

h *Exiguam oportet fuiſſe de corpore S. Mauritii parti-*

culam, *cum ejus deinceps nulla fiat mentio cap.*15, *ubi de Translatione simul omnium Autißiodori facta.*

MS.

i *Guiiielmus Baldesanus*, *Historiæ Thebæorum lib.*2, *agit de hujus* S. Innocentii *& aliorum plurium inventione*; *corpusque anno* 1070 *in Colonienſem diœceſim tranſlatum ait, cum antea caput ablatum eſſet Autißidorum tempore Caroli Regis anno* 973: *eoque allegat neſcio quam Ms. Vitam S. Amoris:* Amatoris *ſcribere voluit aut debuit. Sed hic vixit ſeculo* 5, *& vitam ſcriptam ſeculo* 7 *dedimus* 1 *Maji: illa autem alia, quacumque eſt, inſigniter errare convincitur, vel ex ſola Herrici ætate, ſeculo* 9 *ſcribentis; nec quiſquam fuit ſeculo* 10 *Rex Franciæ Carolus.*

i* *Ita Labbæus: ecgraphum nobis miſſum* Orbem; *eſt autem quod vulgo dicitur* l'Orbe *in Helvetia, Antonino* Urba, *circumito Genevenſi lacu diſtans à S. Mauritio leucis horariis circiter* 22, *verſus confinia Comitatus Burgundici.*

k Botgalia, *Labbæo* Bottalia, *videtur eſſe quæ in topographica tabula Ianſonii ſcribitur* Búaille *in prædicto Comitatu; Salinis, ad quas iter erat, quam Orbæ propinquior; in ipſa tamen ut apparet via: iſtic ergo etiam* Arbiam *quæras cenſeo.*

l *Labbæo* Saltus Montiskattæ: *& quidem* Sartum
B *pro ſaltu notum eſt: videtur autem probatior Labbæi lectio, quia in tabula Atlantis Blaviani invenio* Montchard *notatum, duabus fere leucis ultra Salinas.*

m *Eidem Labbæo* Amanſenſis: *Alphabetum autem Francicum Duvallii notat* Amancæum *Comitatum in Burgundia, ſed ad confinia Lotharingiæ, quare nequaquam huc ſpectare poteſt.*

n Pagum Oſcarenſem *tranſito Arari primum occurriſſe in Ducatum Burgundiæ tranſeuntibus, intelligitur ex Gregorio Turoni, nominante* Caſtrum-Divionem ſuper Oſcaram fluvium, *vulgo* l'Oúche *dictum.*

o *Labbæus* Alexienſem pagum: *is vulgo dictus* l'Auxois, *aut etiam* l'Oſoy, *nomen ſortitur ab* Aleſia *ſive* Alexia, *intervallo leucarum* 7 *circiter ſupra Divionem ſita.*

p *Blaviana tabula Altißiodorum verſus euntibus, intervallo leucarum* 2, *exhibet vicum à* S. Germano *dictum, & una porro leuca vallem* Fain *nuncupatam; quæ haud dubie hic nominatur* Fanum, *melius quam Labbæo* Panthum.

q Pompeiacum, *Labbæo* Pompeianis, *diverſißimus locus à* Pompejaco Caſtro *in Pago Aginnenſi apud Aquitanos.*

r S. Juliani cœnobium *prope Altißiodorum, ſanctimonialium Abbatiam nunc eſſe, ex Sammarthanis diſco.*
C

s *Labbæo* Orgiacus, *utrum melius ſit non definio, quia careo diſtincta Altißiodorenſis pagi tabula; & nulli ex iis quos habeo ad manum Auctoribus nomen alterutrum exprimunt.*

t *Fruſtra ſit qui ex hujuſmodi apparitionibus certo putet definiri hiſtoricas, quæ nunc moventur, controverſias. Nulla Sancti invidia vel æmulatione tanguntur: & in talibus ſe accommodant imbecillitati humanæ, ſcandalum paſſuræ, ſi præter opinionem vulgatam aliquid offeratur etiam per viſum. Sed neque conſtat has Pontificalis habitus circumſtantias ab ingenio Auctoris non eſſe. Manet tamen jam tunc eam aſſumptam credulitatem fuiſſe.*

v *Vbique* 14 *Aprilis, quando* Tiburtium *S. Ceciliæ levirum Eccleſia colit: hujus enim credebatur corpus id[i] eſſe.*

x *Hic in Codice Vrbanienſi novus habebatur titulus:* Octava lectio in die Tranſlationis, *& pluſculum addiderat Collector ultra textum Herrici, quæ hic* [ ] *includemus.*

y *Extat in prædicto Ms.* (*poſt Miracula hic deinde ſequentia & triplicis Tranſlationis Synopſim*) *carmen de Actis S. Vrbani, diſtichorum* 37, *cujuſdam monachi* Petri de Vetrinvilla (*uti in ultimo diſticho, interjectione cognominis ultra metri leges aucto, ſe appellat*) *cujus penultimi & antepenultimi verſus annum allati ad hoc Monaſterium corporis, ſcilicet* 865 *hoc modo ſignant:*
D
Centenus quater & quater annus erat numeratus,
Poſtquam Chriſtus erat Virgine matre ſatus:
Bis decies trinos ac annos adjice quinos,
Tunc locus iſte tui cœpit honore frui.

z *Labbæus*: Eiſque ſuſceptis, monaſterium in pago Pertenſi ejus honori conſtruxit: quo in loco tanta tamque frequentia &c: *at illud jam ante conſtructum erat.*

α *Pertenſem in Galliis Pagum vulgo* le Partois, *diverſum eſſe à* Perticenſi *vulgo* la Perche, *qui etiam* Pertenſis *dicitur, oſtendit Hadrianus Valeſius in notitia Galliarum; cenſetque nomen factum ab oppido* Pertes, *juxta S. Deſiderium.*

β *Interim ſant-Vrbanenſes Monachi multis titulis probare ſe putant majorem antiquitatem, & Carolum Magnum, Carolum Calvum atque Lotharium, nec non Erchenraum, tamquam quatuor fundatores. quod ſcilicet locum ſucceſſive auxerint, depictos oſtentant infra Odeum.*

γ Cableia, *antiquis* Capleia, *vulgo* Chablie, *in Vita S. Bernardi lib.*4 Chableia, *locus Ternodorenſis pagi in Lingonibus.*

CAPUT II.

De propria S. Vrbani Capella ad Matronam poſt annum 1141 *miraculis illuſtrata.*

13 FOns totius bonitatis Deus, opportunitatis tempore conſulere volens eccleſiæ ſui Sanctiſſimi Martyris Urbani, ſedenti in triſtitia & mœrore pro ſuarum rerum temporalium attritione & diminutione; abundantia ſuæ ubertatis, tam in ſpiritualibus quam in corporalibus, eam reficere voluit, & potare torrente ſuæ voluptatis; decorando eã crebris miraculis, interventu prædicti Martyris. Hanc autem ubertatis abundantiam, & miraculorum crebram declarationem, quo tempore, vel ſub quibus rectoribus fons ille diſtillaverit, paucis enuntiabo.

Vbi anno 1141 *dedicata Parochia corpus Sanctum accepit*

14 Anno Incarnati Verbi Dei milleſimo centeſimo quadrageſimo primo, regnante in Francia Rege *a* Ludovico, Catalaunenſibus præſidente Gaufredo *b* Epiſcopo, ſub Abbate *c* Petro eccleſiæ Sancti Urbani, facta eſt benedictio præſentis Parochiæ à Præſule prænominato. In qua benedictione, dum carpentarii vellent aptare Analogium *d* ad ſermocinandum, de Auleolo *e* S. Urbani quod ſitum erat ſuper Maternam *f*, ubi ſolebat poni corpus Urbani pretioſi Martyris *g* exigente ratione temporis, membratim disjunctum nullatenus redintegrare valuerunt. Nec mirum ſi ad aliud aptari non potuit, quod ad multorum multoties [ſalutem] glebam tulit corporis Martyris Chriſti. Ubi vero ad præſtitutum locum relatum eſt, tanta facilitate ſingula membra ſuis locis convenerunt, ut mirarentur artifices, arte quorum primo illaqueari nequiverant: qua de re in magna locus ille veneratione habitus, miraculorum frequentia, ut poſtmodum oſtendemus, excolitur divinitus.

a b
c d
e
F
f g

ſacellū ligneum ſtetterat, quod ne alio transferretur miraculo cautum eſt:

15 Ut autem paulo altius incipiamus; dum locus ille nondum adeo celebris haberetur, oſtentis quibuſdam mirabilibus, quod diſpoſitum ab æterno futurum erat tempore opportuno, quibus voluit perſonis Domini revelavit benigna miſeratio. Nempe ut quodam non temerario auſu mihi verba ad loquendum aſſumam; elegit ſibi proprium Martyr domicilium, qui diutius quaſi hoſpes fuerat intra Sanctæ Trinitatis honore conſtructum Monaſterium. Dum igitur plurium viſus percepiſſet ſplendorem luminum, & quaſi candelabrorum lucentium ſæpiſſime, in teſtimonium futurorum, illic radiaſſe

quia locum à Sancto electum fuiſſe

A radiaſſe fulgorem; *b* Jonvillenſis quidam Giroardus, locum juxta matutino ſub tempore tranſitum faciens, quæ dicturus ſum ſe vidiſſe jurejurando retulit. Si quidem ex partibus ſummi rivi nebulam conſcendere vidit, quæ, ut mos eſt, altiori diviſa progreſſu, fulgore notabilis ipſo, loci ſæpe fati confinia illuſtrabat. Enimvero cum ſæpius hac & illac oberraſſet, quaſi non ignorans ut quid deveniſſet, & quo tendere debuerat, reverendis *i* Statuis ſe infudit plenarie: poſtremo ad majorem evidentiam, globus ille luminis in candelabrorum ardentium diſtinctus eſt ſpecimine. Is vero qui hæc viderat, revelatione Martyris admonitus, primum ad Baſilicæ fundamentum lapidem apportavit. His inquam & ſimilibus præſagiis locum electum & præelectum virtus Martyris commendavit, & ut celeberrimus habeatur, crebris hunc non ceſſat decorare miraculis. Horum quædam de fida relatione didici; quædam, quæ ipſe oculis annotavi, ſcribens memoriæ poſterorum deſtinavi.

b præſignatæ fuerat cæleſtibus luminaribus,

i

16 Igitur dum carpentarii conducti materiam de ſilva collectam ibi cæderent, ut circum Statuas trabibus & *k* ſcedulis clauſuram competentem locarent, vel deſuper operirent, ne convenientes infirmi extrinſeco moleſtarentur impedimento; leproſorum quidam qui juxta morantur, quò trabium dolaturas ad ignem componendum colligeret, illuc perrexit, & aſſerem operi neceſſarium furto abſtrahens faſciculo interpoſuit. Eo vero properante domum redire, virtus Martyris, ob incepti commendationem operis, furtum voluit publicare. Nam cum jam domum propinquaret, aſſer ille quodam aſſultu proſilivit, & longius ab eo qui portabat decidit; quod divulgatũ loco illi non incelebre fuit. Artifices vero qui, ut dictum eſt, quamdam trabium connexuram facere propoſuerant, mutato conſilio, ut Capella fieri deberet ſuper Martyris Statuas decreverunt: ad quod accelerandum & fidelium parochianorum devotio cenſum ſuppeditavit, & operis acceleratio, nec non miraculorum executio, locum nobilitavit. Porro quanta febricitantium multitudo ibi reſtituta ſoſpitati fuerit, nec occurrit memoriæ, nec ſi ſciret hoc aliquis, ad ſcribendum ſufficeret: cum etiam antequam loci ipſius fama crebreſceret, plures illuc quaſi fortuitu divertentes ſanarentur illico. Quis cæcorum conventus, quis furioſorum (ut ita dicam) confluxerit exercitus, non alicujus explicaret facundia.

propter ſtatuas Sancti, ægrorum affluxu famoſas;

B

k

adeo ut etiam aſſer unus ablatus reddendus fuerit:

C

17 Inter illos vero qui gratia recuperandi luminis convolabant, mulier quædam Uvatrinevili *l* quæ adjacet Eccleſiæ S. Urbani, oculis ei viſum non adminiſtrantibus, ad Capellam Martyris eſt adducta: moxque ut uni Statuarum oculos appoſuit, lumine recepto, ductu non alterius propria repetiit. Iterum alia mulier, properans Martyris implorare præſidium, obtinuit ut oculorum nube depulſa potiretur viſus acumine. Hujus nomen & unde fuerit ignoramus, ideo quia, mox ut illuminata eſt, ſociis qui adduxerant urgentibus, acceleravit reditum nobis ignorantibus. Alii duo cæci, alter de *m* Muceio, cæcus à nativitate, alter de *n* Vendopere, obducta turbatus caligine, aliquamdiu ibi perſiſtentes, læti facti redierunt, ad propria, recuperato videndi munere.

l

Ibi illuminatur cæca:

m

item cæci duo,

n

18 Nec his contenta virtus glorioſi Martyris, aliis morborum generibus ſubveniendum ſtatuit. Nam quidam Flammerecourtis indigena, ſub annis adoleſcentiæ membris debilitatus omnibus, alterius adminiculo ad Sancti Capellam venerat; ubi dum quodam quaſi conamine ſibi ipſi nititur ſubvenire, palmis ad Statuam nexis erigitur; & mox, cooperante Martyre, ſoluta nervorum nodoſitate, gaudens domum regreditur. Non longe poſt alius quidam de Fronvili, quem cuncti noveramus diutius pedum caruiſſe officio, feſtinavit occurrere, ne expers tanti remanens præſidii, dilationis pœnas lueret. Denique ad pontem quem Materna ſubterfluit perveniens, inclamato ſancti Urbani nomine, ſtetit erectus, & ſe ſibi redditum divinitus intellexit; procedenſque ulterius, Capellam ingreditur, ubi fuſis lacrymis & precibus, & oblatione reddita, alacer remeavit ad propria. Mulier quædam membrorum contractione jam dudum inutilis habebatur, quæ hujus Patroni expetens auxilia, dum ibi paucis diebus commorata Sanctum Dei gemitibus exoraret, incolumitate potita, nobis præſentibus, laudum Deo reddidit præconia.

EX MSS.

curantur, paralyticus,

pedibus gradi nequiens,

contracta,

19 Quædam materfamilias, Eliſabeth de Bracheio nuncupata, cum membrorum officio adeo privaretur, ut nec à lecto quindecim annorum ſpatio ſurgere poſſet; auditis quæ per ſummum Præſulem Dominus operabatur miraculis, mente devota parari vehiculum juſſit, quo ad templum Martyris Deum rogatura deferretur. Paratis igitur neceſſariis, ipſa debilis vehiculo ſuperponitur, & præ ægritudinis incommodo, vix unius leucæ potuit itineris ferre laborem. Remorata itaque apud villam Blecourt *o* nominatam, mane facto, iter quod cœperat perrexit, tanto utique majori deſiderio, quanto ad pretioſi martyris Capellam propinquior reddebatur. Nec id fruſtra; nam mox ut ſæpe fatum de longe locum videre potuit, ægritudinis ſenſit levamen, adeo ut quæ multorum manibus vehiculo ſuperpoſita fuerat, freta ſolo Numine Chriſti deſcenderet; ſimulque gradus eccleſiæ conſcendens, ac præ gaudio lacrymans, precis & oblationis libamina Domino ſolvit. Hebdomadis etiam integræ ſpatio ibi conſiſtens, auctori ſoſpitatis, quem in primis tacuerat, demum populorum ſtipata frequentia, grates egit, quod geſtum fuerat manifeſtans ſingulis. Puella quædam Dervenſis *p* Monaſterii adeo debilis habebatur, quod nequaquam pedum fungeretur officio. Hanc apprehendentes parentes, ad ſanctum Dei Martyrem vehiculo detulerunt: videbantur ſiquidem forinſecus pedes nulla læſione infecti, ſed debilitatis indicio dolor prodebatur interior. Igitur dum ex pretioſi Martyris Reliquiis ſignata fuiſſet, ſanitate comite domum repetiit.

annis 15 lecto affixa,

o

E

& alia priùs vitata greſſu.

p

20 Quidam puer Unahecurt *q* dum Maternam qui ſubterfluit tranſiret, fortuito caſu in flumen cecidit. Quod ubi nuntiatum eſt patri & matri, acceleratis curſibus, tota etiam villa confluente, ad locum perveniunt: ſed abſorptum puerum nuſquam repediunt. Tandem ſanctum Dei Urbanum præcordialibus exorantes precibus, & nomen ejus conſonis conclamantes vocibus, in ſuperficie Maternæ unda famulante vident corpus exanime: quod domum delatum regrediente anima contremuit; & vivificatum non modicam parentibus lætitiam exhibuit. Sequenti autem ſabbatho uterque parens eum ad Sanctum adduxerunt; & licet eis unicus eſſet, in Monachum obtulerunt. Proceſſu temporis, cum alius capite verſo parvulus in balneo foret ſubmerſus, matre tunc abſente; ipſe quidem ad illius villæ eccleſiam deportatus, parochianis ſanctum Urbanum conclamantibus, vitæ reſtitutus eſt: quem genitor aſſumens, attulit ad ſancti Martyris Oratorium, illic Deo reddens præconia cum gemitu & lacrymis, & quæ geſta fuerant nobis coram retulit.

q

F

Reſuſcitantur, puer in Matrona merſus,

& alius in balneo;

21 Alius quidam à Caſtro *r* Cireſium dicto puerulus, infirmitate cogente ad extrema deveniens, non minimum parentibus, à quibus tenero diligebatur affectu, dolorem intulit. Denique matrinæ, pro more ad eum ſepeliendum convocatæ, candelam quantitati puerili reſpondentem in honore Mar-

r

item morbo defuncti pueri duo:

EX MSS. tyris decreverunt facere; qua peracta, & cum invocatione Martyris accensa, puer resumpto spiritu, tantæ rei novitate parentes, & qui aderant jucundos
s reddidit omnes. Quædam de Summitonantia s mulier, unius anni filium habebat, qui correptus morbo, dum noctis medio jaceret in cunis, totus, ut qui vita discesserat, frigidus invenitur. Cui dum à genitoribus sepulturæ debita pararentur; præsentes qui aderant, cum maximis sanctum Dei invocantes gemitibus, impetraverunt, quatenus vita redeunte puer surgeret incolumis. Quod factum publice nuntiantes, & ad capellam puerum deferentes, vitæ Restitutori magnifice gratias reddiderunt. Puer quidam auditu privatus, cui etiam linguæ deerat officium, fide non dubia glorioſi Martyris expetiit præsidia. Deductus igitur, & sub Martyris feretro quiescens, velut in extasi raptus, extra se quodammodo factus est. Postmodum rediens expergefactus, genitricem vocavit; & quæ in superno raptu vidisset, solutis linguæ vinculis retexuit. Hac de re mater non modico exhilarata gaudio, Fratribus qui affuerunt rei gestę ordinem explicuit, & cum ipsis Opifici summo grates innumeras egit.

Sanatur puer surdus;

22 De valle Rodionis puer quidam, indigena villæ quæ Rocha dicitur, orbatus erat luminibus
B oculorum, qui ad Dei Martyrem cum parentum gemitu est adductus. Illic oblatione facta, Statuis pretioſi Martyris se devote suppoſuit; & per noctis spatium dormiens, postero die non fraudatus lumine ad propria redibat. Eo vero in reditu constituto, Ro-

Cæcus illuminatus,

Canonico Remensi probat in se factum miraculum.

gerus, Sanctæ Mariæ Remensis Canonicus, fuit illi obvius: qui de tam mirifico opere ab eodem edoctus, quasi adhuc dubius, rei certius investigandæ gratia, vestis suæ manicam illi qui cæcus fuerat ostentavit: qua ille visa & cognita, iterum ab eodem Rogero ostensis habenis, utrum videret quod manu tenebat, interrogatur. Is autem habenas fræni se videre confitens, de agro proximo, ut caluas t segetum palmis deferat eo jubente perrexit. Quo facto, idem de equo quem sedebat descendit, & quasi in patrato opere Sanctum Dei præsentem cerneret, illum deosculans, cum lacrymis Deo præconia solvit.

t

Illuminatur cæcutiens.

Mimus quidam, reatus sui culpis exigentibus, unius oculi orbatus lumine, cum etiam alterum in quadam ægritudine amisisset, ad Martyris Capellam devenit; ubi fusis precibus & lacrymis, illius oculi quem morbus consumpserat, visum recepit. Unde Deo persolvens munera laudum, secundum morem
C sui officii, citharizando singulis beneficii collati sibi non tacebat gloriam.

ANNOTATA.

a Ludovicus VII *hic fuit*, Juvenis ***dictus, filius Ludovici Crassi, cui successit anno 1137.***

b Gaufridus *Episcopus* ***Catalaunensis, ex Abbate S. Medardi Sueßionensis, ab anno 1131, usque ad 1142, quo obiit juxta Sammarthanos.***

c ***Catalogum Abbatum S. Vrbani adhuc requirimus. Post miracula autem colligitur notitia triplicis Translationis, Roma Antißiodorum 862, inde ad hoc monasterium; &*** tertia *quæ* fuit 1114, sub Ludovico &c.

d Analogium, ***suggestus, pulpitum, sic primario dictum quia ex eo legebantur populo Scripturæ sacræ.***

e Auleolum, ***diminutivum ab*** Aula, ***sacellum ligneum perquam exiguum, sed elegans (ut videtur) quod operæ pretium fuerit transferre ad ornatum claustralis ecclesiæ.***

f Materna, *vulgo* Marne, *antiquis* Matrona, ***Catalaunos præterfluens.***

g ***Fortaßis quando pro avertenda siccitate vel pluvia per agros circumferebatur.***

h Jonvilla, ***ad sinistram Matronæ ripam, media fere via inter Catalaunos & Lingones, & 12 circiter utrimque leucis.***

D

i Statuas *hic intelligit baſes, vel lapideas, vel ligneas ex palis terræ infixis, supra quas hinc inde innitebatur allata illuc sancti corporis arca: eo loco ubi anno 1141 dedicata fuit insignis sub nomine S. Vrbani* Parochia, *diversa utique ab ecclesia monasterii.*

k Scedulæ *hic sumuntur pro* tabulis, ***notione hactenus alibi non lecta.***

l ***Vix dubitarem quin idem sit locus, unde supra*** Petrus *de* Vetrinville, ***nisi infra num. 35, etiam de*** Veterivilla ***sanatus aliquis legeretur.***

m Muceium, ***prope Drocas super Arvam fluvium, ostendit nobis ex litteris Gaufridi Ep. Carnutensis Valesius, ad nomen*** Arva: ***sed aliud hic indicatur, vix sesqui hora distans Ionvilla.***

n Vendopera *in Lingonibus, vulgo* Vendeuvre, ***teste Valesio, adeoque non ita longe situm à monasterio S. Vrbani, à quo Lingonum metropolis solum 12 leucis abest.***

o ***In tabulis Campaniæ 4 circiter leucis à loco S. Vrbani invenio*** Blecourt, ***& una inde leuca locum*** Brache ***dictum.***

p Dervense monasteriũ, *vulgo* Monstier en Der, ***& contracte*** Montirandel, ***in Pertensi pago haud longe ab amni*** Vigera, *vulgo* la Voire, ***ubi in vita S. Bernardi nominatur*** Dervensis vasta solitudo.

B

q ***Fortaßis*** Viniacourt, ***ad dextram Matronæ, media fere via inter Ionvillam & Catalaunum.***

r Ciresium, *vulgo* Cirey, ***Ionvilla ad meridiem distat circiter 5 leucis.***

s ***Non vacat singula loca operosius perquirere; quæ tamen uno tabulæ Campanensis inspectu se oculis obtulerint, non gravabor deinceps indicare.***

t Calvas segetum, ***interpretor stipulas; nisi*** Gerbas, ***id est, manipulos, scriptum fuisse putes.***

CAPUT III.

Captivi liberati ope S. Vrbani, luminaria cælitus accensa, alia eodem loco miracula.

23 Militares quidam, patriæ hujus indigenæ, juxta Martyris Capellam transitum faci-
entes, juvenem captum & vinctum secum abducebant. Qui juvenis, dum violenter abstrahitur, locum celeberrimum de longe conspexit; & ex devotione trahens suspiria, humiliato capite loco quasi valedixit; & (ut credimus) orationis incensum Deo & Martyri fide mediante, quia præsens non potuit, absens direxit. Interim non fortuitu contigit, ut Monachus loci custos à Capella exiens, captivum qui ducebatur procul videret; ejusque misericordia motus, Reliquiis consignans, Martyris precibus commendaret. Quid plura? Abstrahitur miser, qui à prædonibus ducebatur: in convexa montis deveviens, ubi silva rarior habebatur, miro Dei opere hostiles manus evasit; si quidem silva illa rarissima præstare vix poterat latitandi suffugium, nisi summa protectio occultare voluisset miserum. Obeunt igitur prædones sedula locum circuitione; & quo præda, avide possessa & sub oculis elapsa, diffugisset, leni murmure scisciantur. Is vero, qui (ut dictum est) solo Dei munimine occultatus fuerat, paucis elapsis diebus rediens, quæ in se gesta fuerant, palam omnibus cum jucundis referebat laudibus. Porro unus ex his qui prædictum juvenem vinclis adstrinxerant, morbo correptus est: venit & ipse Martyris auxilium rogaturus; quo adepto, in testimonium fuæ sospitatis, taxatum pretium Deo & Martyri promisit se redditurum quotannis.

Iuvenis pelliti captus à latronibus,

F

& eminus signatus ejus Reliquiis,

eorum manus evadit, invisibilis ipsis factus.

ex iisdem ager unus sanatur.

24 Adolescens quidam de Gunnancort *a*, dum
à quo-

A à quodam Huberto milite de *b* Merelvilla captus fuiſſet; gravatus compedibus ſub cuſtodia tenebatur. Dumque unius menſis ſpatio reſideret in vinculis, genitrix ipſius, audiens quæ per hujus Martyris merita Dominus operabatur miracula, nudipes, quadam prædicti juvenis comitata ſorore, jam frequentia virtutum inſignem locum expetiit. Nec fuit contenta ſemel expoſcere Martyris præſidia: perſeveravit ut quæreret, donec tertio adveniens potiretur optatis. Ea namque in Capella Martyris Domino medullatam lacrymarum hoſtiam offerente, prædictus Juvenis hoc modo vinclis abſolvitur. Compedum cunei aſſultu quodam reſilierunt: cuſtodes nimio ſtupore perterriti, ne immunis abiret, facere nequiverunt: denique quibuſdam malevolis eum inſequentibus, ad fluvium venit; quem natando tanſiens, compedes, quas ſuæ ſolutionis indices deferebat, amiſit; attamen perveniens uſque ad Sancti Capellam, nobis & qui aderant cunctis, quæ geſta fuerant, Deum magnificando, retulit.

Alius deprecante pro eo matre,

ſolutis ultro vinculis, liber evadit.

C 25 Item alius quidam de Bleſenſi *c* Riveria extitit, qui de more in paſcuis matutinali ſub tempore armenta ſui cuſtodiebat parentis. Dumque ſibi non providet, ecce quidam latrunculi properanter accurrerunt, ipſum vinclis & verberibus affecerunt, & ad quoddam oppidum ultra *d* Vizeliacum poſitum deduxerunt; ubi eum arctius vincientes, ne quo modo elaberetur, in arca obſerata truſerunt. Sed non ibi caruit divino præſidio: nam recordatus eorum quæ Dominus per hunc ſuum operaretur famulum, cum affectu ſuſpirii nomen Martyris, illis ſubſannantibus, inclamabat. Nec mora, ſubſequens effectus declaravit, Deo quantum diſpliceat impia ſubſannatio, & quid poſſit pia fides & juſti deprecatio. Eo enim conclamante, compago partis inferioris illius arcæ diſſolvitur; ipſe vero progrediens, à nemine diſturbari potuit: & cum magnis rediens præconiis, quæ geſta fuerant propalabat ſingulis, tanti laudans virtutes Præſulis.

Tertius arca inclusus

eadem diſſoluta liberatur,

ſanatur turpiter aiſtortus vultum,

26 Vir quidam de Soudorum, paralyſi percuſſus, tantam deformitatem vultus patiebatur, ut à quovis mortalium vix aſpiceretur: quippe cujus os ad aurem flectebatur, cujus lingua quaſi avulſa gutture extra oris clauſuram prominebat, adeo ut nec cibum ſumeret, nec ad loquendum linguam labiis & palato recluderet. Hic in Sanctorum omnium Vigilia ad Sancti Capellam deductus, ipſa nocte ad unam Statuarum capite reclinato obdormivit. Verum circa galli cantum euigilans: Gratias, inquit, tibi Urbane, refero, qui me ſanum reddidiſti doloris mei incendio. Juvenis ex Bleſenſi villa, dum quadam die, æſtivo labore fatigatus, ſomno indulſiſſet, venenati morſu animalis circa guttur tumoris læſionem ſuſcepit. Quo infortunio genitores, quamvis fuiſſent vehementer exterriti, tamen hujus Martyris præſidio de reſtituenda ſalute non diffidentes, celebrium exhibitione virtutum inſignem locum adierunt, deformem illum ſecum adducentes. Qui ſacris conſignatus Reliquiis, & in loco metuendo ſomnum percipiens ſoſpitatis, expergefactus ſenſit virus peſtiferum vim fervoris amiſiſſe, & tumore jam laxato paulatim effluere. Itaque jam rediens, paucis diebus plenarie convaluit, & ad Sanctum redditurus gratias remeavit, nec tantæ rei gloriam occultari voluit, quam relatu multiplici referebat ſingulis. Is ſe nobis poſtmodum exhibuit cum honeſta macie, quem primitus horrebamus deturpatum tumenti facie.

C *alius à ſerpente guttur admorſus.*

Incendium reſtinguitur

27 Quadam feriarum Pentecoſtes, Fratribus apud Martyris Capellam, junctis plebium turmis, Miſſam celebrantibus, affuit vir fidelis de Harecort *e*, qui tactus amore Martyris, quaſdam ſumpſit particulas è Statuis, quaſi pro Reliquiis; ſecumque deferens, fretus fide, propria repetiit. Poſtera vero die, eo longe poſito agriculturæ ſtudio, eâdem villa accenſa, plures domus corruerunt incendio: at vbi domicilium ejus conflagrari cœpiſſe ſibi nuntiatum eſt, properans accurrit; & (ut dixi) fidei conſtantia fretus, cum invocatione Martyris, particulas projecit in ignem. Mirum dictu! Obſtupuit incendium, & quaſi inundantiam recepiſſet fluminis, reflagrandi caruit virtute.

EX MSS.

injectis ſtatuarum particulis.

28 In Octavis hujus benigniſſimi Patroni, dum Miſſa in ſæpe nominata celebraretur Capella, poſt Euangelium, quidam boni teſtimonii Juvenis de villa S. Urbani, candelam referens accenſam, ad offerendam procedebat: quæ vento flante extincta eſt, moxque eo à Capella egreſſo ut eam reaccenderet, cunctis videntibus divinitus in manibus ejus accenſa eſt. Hanc iterum referens obtulit, & in monimentum tanti miraculi ut ſervaretur obtinuit. Quædam ſub Religionis habitu femina degens, à finibus Uvangionis Rivi progreſſa, duobus Clericis comitantibus, auxilium Dei Martyris requiſivit: quæ dum in Capella conſiſtens oblationem facere voluiſſet, uni ex prænominatis candelam quam gerebat tradidit, ut eam ad lampadem infra Capellam pendentem accenderet; quod is quidem accelerans, extinctam illam reperit. Denique dum exiens deforis vellet accendere, illa ab oratione levato capite, & cuſtode loci Monacho ibi aſſidente, igne ſubito lampadem vidit accenſam. Hoc autem ſignum admirabile cum die Sabbathi accidiſſet, frequentiæ populorum quæ aderant, cunctipotenti & pretioſo Martyri grates innumeras reddiderunt.

Candela à vento extincta caliùs reaccenditur.

item lampas.

E

ANNOTATA.

a *Ipſum fortaſſe, quod, haud multum trans Moſam in finibus Lotharingiæ*, Gemancourt *&* Goyecourt, *ſcribunt tabulæ Ianſonii*; Gonſancourt *&* Geſencourt *Blavianæ: quod ideo ſolum noto, ut appareat quam vanum ſit ſolarum tabularum, adeo diſcrepantium indicio minora loca inveſtigare.*

b *In Belſia prope Stampas* Merenvilla *eſt, hic forſitan indicata.*

c Bleſenſis Riveria, *nomen trahit à caſtro* Blaiſe, *medio fere ſpatio inter Ionvillam & Barrium; adeoque diverſiſſima eſt à Pago Bleſenſi, cujus capitalis vulgo* Blois *dicitur.*

d Vizeliacum, *vulgo* Veſelay, *in pago Nivernenſi ad confinia Burgundiæ, quod corpore S. Mariæ Magdalenæ gloriatur.*

e Harcourt, *titulo Comitatus inſigne in Normannia oppidum, diœceſis Ebroicenſis eſt: aliud, quod huc propius ſpectet, necdum inveni.*

F

CAPUT IV.

Alia miracula, invocato S. Vrbano patrata.

a *Poſt terrificum ſpectrum invaſa à dæmone mulier,*

29 DE Monaſteriolo *a* mulier, dum cum viro noctu cubaret in lectulo, Mauros quoſdam ad ſe venientes intuita, horrore nimio cœpit conturbari ſubito. Illi vero terribili cum tumultu propius accedentes, cunis jacentem puerum, ejuſdem mulieris filium, rapere nitebantur. Quo dolore mater immoderatius exterrita, clamore jam non humili & illos abigere, & virum cœperat compellare. Qui conſurgens ocius, nec illos videre potuit, & puerum cunis jacentem reperit: ne tamen nihil effeciſſe dæmonica videretur illuſio, & illi ſunt auditi, velut tauri mugientes in ſtabulo, & uxorem jam mentis ſtenebat captivatio. Hæc igitur Martyris ad Ca-

EX MS. *in Capella Sancti liberatur :*

pellam deducitur : quam ipſa nocte ſæuiens inimicus tantis afflixit cruciatibus, ut hinc poſſet percipi, non hoc ab illo vaſculum poſſidendum diutius. Denique dum luce diei adveniente pene remanſiſſet exanimis, quodam Fratre ſummo ibi diluculo Miſſam celebrante, vinum, in quo perfuſæ fuerant Reliquiæ, in potum ſumpſit: quo hauſto, rediit ad propria ſoſpes & incolumis.

b *curatur contracta digitis & pedibus diſſoluta.*

30 Alia mulier de *b* Ona filiam habebat unicam, cujus manuum digiti ita palmis inhærebant, ut nullatenus erigi poſſent: pedum quoque ſic languebat debilitate, ut non ſine alterius juvamine quoquam valeret incedere. Quam dum Parentes Sancto repræſentaſſent Cirico *c*, nec eorum precibus ſubveniſſet, voverunt eam ad Sancti Capellam deducendam quantocius. Mirum dictu! Dum ſequenti nocte dormiret, excitata matre, Surge [inquit] velocius, & me ad S. Urbanum deducito, cujus ope & auxilio jam membrorum utor officio. Quod factum patuit omnibus; & nos inde Deo grates læti reddidimus.

d *Æger à dæmone fruſtra ſollicitatus,*

B

31 Vir unus de *d* Taillancourt acutæ febris pulſabatur incommodo: ad quem hoſtis callidus, credens ſibi patere decipiendi aditum, pro morbi valetudine venit, Æthiopis aſſumpta ſpecie. Cumque æger hoc in viſu miraretur & ſtuperet; hoſtis idem, non oblitus propter quid venerat, ſciſcitatur an is norit, quis ipſe ſit; & ſuadet, ut accepto condigno munere, non diffidat in eum credere. Æger autem confortatus ſuperno numine, enititur ut valeat ſe ſignare in Trino Nomine; & ſatagens hoſtem repellere, atteſtatur ſe in eum non velle credere. Tunc ſe ſpretum hoſtis graviter ferens, fuſte ſumpto videbatur mortem illi minitari, nec permittebatur nutu Dei propius accedere. Deinde anhelitu fœtido & ſpiritu letifero in ægrotantis faciem viſus eſt inſufflaſſe: & (ut rei exitus demonſtravit) viſio & flatus dæmonis effectu nocivo non caruit: nam idem æger mente captus, & dæmoni graviſſimo ad vexandum traditus, hujus ſummi Præſulis deductus eſt ad Capellam. O miranda conditoris & amanda pietas ineffabilis! O examen judicii! altitudo conſilii inveſtigabilis. Poteſtas invincibilis hoſtem permittit vincere; ne ſæviat in anima, ſævire dat in corpore; & ut hinc magis clareant almi virtutes Præſulis, vel quid poſſit in Domino, notificetur populis. Nam mox ut introgreſſus eſt Martyris Oratorium, ſomno ſalubri premitur, & poſt ſomnum continuo curatur à dæmonio. Cumque Deo & Martyri pro tanto beneficio laudes vellet perſolvere noſtra devotio, alio ſuperveniente miraculo, applaudendi crevit lætitia. Etenim puella de Rocha *e* interim cæca venerat, & ſignata Reliquiis jam videndi uſum receperat. Pro utroque igitur Deum glorificantes, ſolenni cum tripudio læti diem exegimus. His & hujuſmodi addita ſunt & alia, quæ delevit oblivio, & ſcriptorum penuria.

ab eoque invaſus,

liberatur :

C

e *illuminatur cæca :*

brachiis & digitis contracta,

32 De Mennes quædam mulier, palmis in pugnum contractis, & brachiis nervis rigentibus ad colli flexuram religatis, fama virtutum excita, locum celeberrimum feſtinabat adire. Cumque, viro comitante, cœptum iter ageret; quodam morbi latentis impulſu cœpit tota moleſte tremere, & ut paſſa phreneſim capitis albas ore ſalivas ſpuere, interque manus viri procumbere. Nec, ut credo, id contigit abſque divino numine, qui ut glorioſior appareat in munere, graviori quos diligit moleſtia affligi patitur. Tandem hæc à morbo liberata, cœpto itinere Capellam adiit; ubi pia devotio quid poſſit, patuit. Nempe dum per noctem ibi jacuiſſet, poſt ſomnum ad ſe rediens, & innexa Statuis, palmas cœpit extendere, & brachia à collo longius nervis ſolutis ducere. Sic factum eſt, ut utroque incommodo exuta, nobis coram quæ dicta ſunt enarraret ſingula, Deo laudum perſolvens munera. Ex eadem villa tres advenerunt poſtea mulieres, non multum diſſimili contractione tabeſcentes: quæ non diu fraudatæ à deſiderio ſuo, ad propria redierunt incolumes.

quin & phreneticæ curantur,

item contractæ tres :

D

33 Die præcedente vigilias hujus benigniſſimi Patroni, quædam de *f* Sommivilla, cui nervorum nodoſitas omnium membrorum negaverat uſum, Martyris almi precibus ut ſibi mederetur obtinuit. Sub eadem die, Adoleſcens quidam de Donlevent, cujus os mutum, cujus lingua faucibus prominens horrore nimio eum deformem fecerat, incolumitate potitus eſt. Et is quidem jam pene ſeptem dies guſtu potuque abſtinuerat: veniens autem ad ſæpe fatum omni cultu reverentiæ digniſſimum locum, dum ibi pernoctando ſuſpiriis & gemitibus, quia voce non poterat, clamaret ad Dominum; Monachus loci tactu Reliquiarum vinum conſecravit; quod ori languentis infuſum, Deo volente, & vultus deformitatem abſtulit, & linguæ vinculum ſolvit. Non multo poſt dum Fratres noſtri Reliquias ſacras circumquaque prædicando deferrent, rei geſtæ miraculo iter ipſum declarare voluit Dei miſeratio: quod & ipſum dum non piget memoriæ poſterorum tradere, propoſui relatu veridico auribus audientium exhibere gratiam.

f *item paralytica,*

& mutus :

E

34 Igitur in villa cujus nomen Sejunni, mulier quædam curam rei familiaris agens, ſcalæ gradibus decidit, & membris omnibus debilitata per quinquennium lecto decubuit. Fratribus vero, qui, ut dictum eſt, Reliquias ſacras circumferebant, villam eamdem ingredientibus; prædicta mulier, ſonitu tintinnabulorum audito, quid hoc eſſet natam quæ aſſidebat conſuluit. A qua edocta, Martyris Urbani pignora illic eſſe delata, petiit ut ipſius ductu Reliquiis ſacris præſentaretur. Quo dum nata recuſaret pergere, eo quod videlicet carere ſe diceret oblationis munere; ægra nitens baculo, quo potuit greſſu pignoribus agebatur proxima. Sed non diu voto fruſtrata, in conſpectu populi ſoſpitati redditur, inceſſuque proprio domum jucunda rediit, quæ acclinis & incurva venerat appodiata baculo. Creſcunt laudes atque vota populorum, ingens veneratio augmentatur erga cultum ſacrorum Pignorum: id poſtea dum nobis fida relatio notificare potuit, non deſides præconia perſolvere ſtuduimus pretioſo Martyri.

ex lapſu quinquennium debilitata,

ſanatur ad Reliquias.

F

35 Homo quidam Sancti Urbani de Veteri-Villa, captus à prædonibus de *g* Calvomonte, vinctus manus & pedes ducebatur in ſecretiorem ſilvam. Cumque ex propoſito prædones illi, binis dormientibus, bini vigilare cœpiſſent, ne captivum eis fuga quolibet modo ſubriperet; nutu Dei factum eſt, ut pariter eis ſoporatis, capto manuum vincla ſolverentur, dum nomen Martyris inclamaret. Et ne hoc fortuitu factum quis crederet, per multam moram cuſtodibus non expergefactis, pedes etiam ſolvit: & aufugiens die feſto ejuſdem Martyris, nobis coram populorum frequentiâ talia retulit. Vidimus tres mulieres, gravi incommodo vexatas, recepiſſe munera ſoſpitatis ad Capellam pretioſi Martyris: quarum prima utroque brachio arefacto facultatem operandi, vel ipſa brachia extendendi amiſerat; altera quoque junior ætate, ex familia S. Urbani nata, pollicem manus, ut opinor, dextræ, habebat infixum, nihil operis inde potens agere; tertia denique, ipſa brachii ariditate debilitata, nec ad extendendum ſufficiebat. Hæ ad Sancti Martyris Capellam diverſo tempore venientes, gaviſæ ſunt percepto ſalutis munere *h*:

g *Captus à prædonibus liberatur,*

curantur membris impeditæ tres.

h

ANNO.

ANNOTATA.

a *Alphabetum Duvallii quatuor* Monaſterioli *nomine loca inſignia nominat, vulgo* Monſtreuil; *apud Pontivios, Pictones, Andegavos & Ebroicenſes : item duo* Moniſtrol *in Arvernia : puto tamen viciniorem aliquem locum hic notari.*

b Ona : *vereor ut recte ſcriptum ſit nomen.*

c *Eſt hic vel* S. Quiricus *vel* S. Cyriacus ; *ſed quam procul à monaſterio alterutet colatur, non definio.*

d Talliancourt, *oppidum in confiniis Lotharingiæ, inter Neuf-chaſtel & Kaucouleur, leucis circiter* 10 *diſtat à S. Vitani monaſterio.*

e Roche 3 *leucis circiter diſtat à Monaſterio verſus Orientem.* D

f Sommevillæ *oppidum, intra tertiam ab Ionvilla leucam, ad dexiram Matronæ ripam, occurrit deſcendentibus ad fanum S. Deſiderii.*

g Calvus-mons, *munitum ad Matronam oppidum, inter Ionvillam & Lingones.*

h *Subſcriptum exgrapho erat :* Collatum per nos Claudium Colleſſon & Claudium Roget, Notarios Regios atque Apoſtolicos, juratos & immatriculatos, Catalauni in Campania commorantes, cum originali ſuo in papyro ſcripto, ſano & integro inſcriptum. Quo facto d. originale redditum die 3 Aprilis anno Domini 1673.

DE SS. PASICRATE SEV POLICRATE, VALENTIONE ET ALIIS II AVT III.

MARTYRIBVS DOROSTORI IN MOESIA, SEV BVLGARIA.

G. H.

Ex Martyrologiis Latinis & Menæis Græcis.

XXV MAII. Doroſtoron, *aliis* Duroſtolon, *& ſequiori ævo etiam* Rhodoſtolon *dictum (uti apud Curopalatem ſemper legi notat in Theſauro Geographico Ortelius) urbs olim Epiſcopalis Moeſiæ inferioris in hodierna Bulgaria, plures*

Memoria in Faſtis Latinis, *cælo ſubmiſit Martyres, è quibus hoc die referuntur aliqui apud Vſuardum, Adonem, Notkerum & alios cum hodierno Martyrologio Romano, his fere verbis :* Apud Moeſiam civitate Doroſtoro ſanctorum Martyrum Paſſicratis, Valentionis & aliorum duorum ſimul coronatorum. *In antiquis Hieronymiani Martyrologii apographis celebratur memoria* Policrati, *ſeu* Polecrati *aut* Polegrati, *&* aliorum quatuor coronatorum : *idque fere poſt Bleranos Martyres mox referendos : & nomen* Doroſtori *ſeu* Doroſtoli *poſt S. Vrbanum Papam collocatur, inſtar Martyris, quod videtur tranſpoſitum, &* Policrati *ſeu* Paſſicrati *præferendum : reliqua autem quæ de* cœmeterio Prætextati *præponuntur, ſpectant ad* S. Urbanum, *uti ad hujus Vitam diximus. In titulo* Paſicratem, *non* Paſſicratem *ſcripſimus : ut nomen Græcum ſecundum Græca orthographiæ regulas exprimeretur, ſignificat autem* Omnibus-dominantem.

C *perperam Paſſicrates in Hiſpaniâ tranſmiſſus :* 2 *Conſarcinator Pſeudo-Chronici Dextrini, quia reperit* Moeſiam, *ab aliis* Myſiam *(addo in Mss. etiam* Meſſiam) *ſcribi, arbitratus eſt hic ſibi dari libertatem aliquid fingendi. Cum enim apud Plinium ac Feſtum Avienum reperiſſet in Hiſpania Vlteriori* civitatem Maſiam *& Provinciam* Maſiorum, *non dubitavit ibidem* Doroſtorum *aliquod ſibi fingere, &* ſupra *illud* locum Doratenſem ; *atque ad annum* CLXVIII *dicit, quod ibi claruit S.* Paſycrates, mirabilis vir converſatione & omnibus operibus ſuis. *Quæ mox propugnarunt in ſuis ad Dextrum Commentariis Rudericus Carus & Franciſcus Bivarius, atque in Martyrologio Hiſpanico Tamayus Salazar, qui retento* loco Doratenſi, *maluit omittere* Doroſtoron, *nimis evidenti fictione tranſlatum in Hiſpaniam, & illi* Paſſicratem *ſuum relinquere, à quo diverſus fuerit* Doratenſis Paſycrates. *Cum illi probaverint ex antiquis monumentis ſinceræ fidei, alium* Paſycratem *in Hiſpaniis vixiſſe, & in Eccleſiis Hiſpanicis venerationem legitimam habuiſſe, relinquemus ipſum illis : interim eo amandato certiora damus fundamenta pro hoc vero* Paſicrate *ejuſq; ſociis.*

Cultus apud Græcos 24 Aprilis. 3 *Græci in Menologio Baſilii Imperatoris, & alio Cardinalis Sirleti, item in antiquo Synaxario, quod Pariſiis in collegio Claromontano Societatis Ieſu adſervatur, ceteriſque Menais tam manu exaratis quam typo cuſis, illuſtria quædam, de* Paſicrate & Valentione, *habent ad diem* XXIV *Aprilis, uti tunc inter Prætermiſſos diximus, & lectorem ad hunc* XXV *Maji remiſimus : hic ſolum damus, quæ in Menais excuſis Græce habentur, præmiſſis duobus hiſce diſtichis :*

Ὁ Πασικράτης ἤρατο τμηθεὶς κράτος,
Οὐαλεντίνῳ ἐκβαλὼν φόβον ξίφος.
Formidinem enſis eximens Valentino,
Capite reſecto Paſicrates expiravit.

Certamen eorum deinde ſic narratur.

Elongium ex Menais impreſſis. 4 Οὗτοι ὑπῆρχον ἐν Ῥόδοσόλῳ τῆ Μυσίας ἐν λεγεῶνί τινι στρατευόμενοι Αὐλοζάνε Ὑπάρχοντος. Τὴν γὰρ ὠφελὶ τὰ εἴδωλα πλάνιλω τῶν ἀνθρώπων βλέποντες, καὶ πάντας ἐπιτηχύτας καὶ ὑποκρύπτοντας τοῖς τῶν κραλῆντων θεσπίσμασι, παῤῥησίᾳ Χρισιανὸς ἑαυτὸς ἀνεκήρυξαν. Οὗς θελσχόντες οἱ τοῖς εἰδώλοις θεσκείμενοι, ἄγεσι πρὸς τὸν Ἡγεμόνα· παῤ ᾧ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις καταναγκαζόμενοι, τῶτο μὲν ὐ κατεδέξαντο· ὁ δὲ ἁγιος μᾶλλον Πασικράτης, ἀποδειχθέντος αὐτῷ τῦ Ἀπόλωνος θεσεγγίσας, τῦτον κατέπυσε, θεσειπὼν, παύσην μᾶλλον θεσήκειν αὐτῷ τὴν τιμήν. Προσδεθέντες δὲ ἀλύσεσι, πέθενται εἰ φρεᾶ. Δῆλος δὲ ἦν ὁ ἁγιος Πασικράτης ἐπαγαλλόμενος τῷ δεσμῷ, καὶ ὅιον ὁρμίσκον χρυσᾶν θεφέρων τοῖς ἅλυσιν ὡς ὄργανον ὔσαις τῶν ὑπὲρ χρισῦ παθημάτων, δι᾽ ᾧ σωθήσεσθαι ὅιετο. Αὖθις θεσχθέντων αὐτῶν τῷ Ἡγεμόνι, θεσῆλθε τῷ ἁγίῳ Πασικράτει ὁ Παπτιανὸς ὁ ἀδελφὸς αὐτῦ, κλαίων ἅμα καὶ συμβελεύων ἐπιβαλεῖν λιβανοτὸν τῷ βωμῷ, καὶ τὸ ἐπικειμένης ἀνάγκης ῥυσθῆναι· καὶ δὴ ἔτυχεν αὐτὸς, ὑπεροψίᾳ τῶν κρειτόνων καὶ πόθῳ τῶν παρόντων, δέει τῶν ἀλγεινῶν, τὸ τῦ Χρισῦ πίσεως ἀποσάς. Ὁ δὲ ἅγιος Πασικράτης ἀπώσατο αὐτὸν, ἀνάξιον τῆς συγγενείας εἰπὼν· καὶ μὴ ἱκανὸν κρίναι θεὸς συμβολὴν, τὸ τῦ Χρισῦ πίσεως ἀποσάντα. Ἐγγίσας δὲ τῷ βωμῷ πρῦτεινε τὴν ἑαυτῦ χεῖρα καίεσθαι· καὶ θεὸς τὸν Ἄρχοντα ἔλεγεν, ὡς ἡ μὲν σάρξ, ἡ δημουργηθεῖσα θνητὴ, εἶκει τῷ πυρὶ καὶ ὡς ὁρᾶς καταδαπανᾶται· ἡ δὲ ψυχὴ ὡς ἄϋλος καὶ ἀθάνατός πις ἔσα καὶ μὴ πεφυκῦια τοῖς ὁρωμένοις κάμπεσθαι πάθεσιν ἀκλινὴς καὶ ἀνένδοτος ἔσηκεν, εἰς ζωὴν ἀώνιον συνηρεμμένη. Ἐρωτηθέντος δὲ τῦ Οὐαλεντίνου καὶ συμφρονεῖν τῷ ἁγίῳ Πασικράτει εἰπόντος τὴν διὰ ξίφος ἀπέφασιν δέχοντο ἀμφότεροι. Ἔνθα συμπεθπέμψασθαι φασὶ τὴν μητέρα τὸν ἅγιον Πασικράτην, καταῤῥύνασαν καὶ ὑποχεῖν τὸν αὐχένα τῷ ξίφει κελεύσασαν. Ὑπῆρχον δὲ, ὅπ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθησαν ὁ μὲν ἅγιος Πασικράτης ἐτῶν δύο καὶ εἴκοσι, ὁ δὲ ἅγιος Οὐαλεντίων τριάκοντα. F

5 *Haſte-*

AUCTORE G. H.

5 *Hactenus Græca, quæ Latine sic redduntur:* Erant hi ex Rhodostolo Mysiæ oriundi, legionarii milites sub Præfecto provinciæ * Ausolano: qui impietatem mortalium idolis adsilientium intuiti, reliquis plerisque se præ metu è foro subducentibus & occulentibus, libere se palam Christianos professi sunt: quos ab idolorum cultoribus comprehensos, & ad Magistratum adductos, Prætor diis adolere cogebat. Quod uterque recusavit: atq; Pasicrates quidem ostensum sibi Apollinis idolum accedens conspuit: &, Hic cultus, inquit, ipsum magis decet. Ergo catenis oneratum in caveam compingunt: quibus vinculis Pasicrates perinde triumphabat, atque si aureos torques gestaret, ut quæ essent instrumenta malorum, quæ pro Christo sustinebat, & per quæ se salutem certam consecuturum sperabat. Rursus autem astantibus illis ad tribunal Præsidis, accessit ad Pasicratem Pappianus, germanus illius frater; & lacrymabundus suadebat fratri, uti thus idolo adoleret, & cederet ad tempus necessitati, quemadmodum & ipse fecisset. Frater enim ex meliorum & futurorum contemptu, ac præsentium bonorum desiderio, metuque suppliciorum, à Christi fide apostata defecerat. Quem S. Pasicrates execratus, suo sanguine & genere indignum proclamavit, nec idoneum, cujus consilium, cum à fide Christi ne-

* *Simletus* Auloximo.

ubi Pasicrates idolum conspuisse,

fratrem apostatam reprehendisse,

B

farie desciverit, audiretur. Ergo accedens ad aram, manum in ignem injecit, & Præsidem ita alloquitur: Caro quidem (ut vides) mortalis, & mortali conditione creata, igni cedit atque absumitur: sed anima, concretionis expers & immortalis, flecti non potest iis passionibus quæ sunt oculis subjectæ, perstatque immota, & nullis tormentis cedit, immortali vitæ desponsa & destinata. Cum autem Valentio, an cum Pasicrate sentiret, rogaretur, illeque constanter affirmaret, in utrumque sententia capitis pronuntiatur. Aiunt autem Pasicratem à matre, ut præiret admonitum, ferrumque constanter exciperet. Erat Pasicrates, cum securi feriretur, annorum viginti duorum; Valentio, triginta.

D

manum igni imposuisse,

6 *Hæc Menæa: quæ eadem, sed aliquanto contractius, leguntur in Menologio Basilii Imperatoris. ubi Socius* Valentinus *appellatur, dicunturque* ambo summa cum lætitia capitibus plexi, coram Pasicratis genitrice, quæ æquo atque hilari animo filii martyrium excepit: *quod Græce sic legitur* Ἀμφότεροι τὰς ἁγίας αὐτῶν κεφαλὰς χαίροντες ἀπεμήνησαν, τῆς μήτρος Πασικράτης παρούσης καὶ προθυμοποιούσης αὐτὸν πρὸς τὸ μαρτύριον. *Demum* oriundi *dicuntur* ἐκ τῆς πόλεως Δοροστόλου τῆς Μακεδονίας, ex civitate Dorostolo in Macedonia, *quod hujus provinciæ Præsidi subesset Mœsia, adeoque & urbs* Dorostolum, *sive* Rhodostolum.

& ambo capite plexi dicuntur.

E

DE SANCTIS MARTYRIBVS, SENTIANA, VINCENTIO, SANCTIA, JULIANA,

BLERÆ IN TVSCIA SVBVRBICARIA.

G. H.

ex Martyrologio S. Hieronymi.

XXV MAII

BLera, *civitas Tuscorum mediterranea Ptolomæo, cujus incolæ* Blerani *Plinio*, Blerates *Straboni dicuntur, patria Sabiniani Pontificis, S. Gregorio Magno subrogati, nunc oppidulum est in* Tuscia Suburbicaria *seu* Patrimonio S. Petri, *inter Viterbium & mare Tyrrhenum. Huic civitati ad* XXV *Maji assignat Apographum Epternacense Martyrologii Hieronymiani aliquot Martyres hisce verbis:* Civitate Blera Sencianæ, Vincenti, & Scantæ, Policrati & aliorum quatuor. *Apographum Lucense ejusdem Martyrologii ita auspicatur hunc diem:* VIII Kalendas Junii, Insula Tusciæ, civitate Lera, natalis SS. Sentiani, Vincenti & Sanctæ. *Vbi Ms. Blumianum loco* Sentiani *habet* Sentianæ. *Reliqua explicantur in Ms. Corbejensi Parisiis excuso, in quo ista leguntur:* In solo *(id est in ditione)* Tusciæ, civitate Blera, natalis SS. Sententiatæ, Vincentii & Sanctæ Julianæ: *& interposito S. Dionysio,* Polegrati & aliorum quatuor coronatorum, *uti & in Lucensi ac Blumiano, sed* Polecrati *scribitur. Nomen* Coronatorum *ad hos spectare, constat ex Vsuardo, Adone & aliis; aut certe intrusum est loco* Gortunæ civitate, *ubi sequentes Martyres in apographo Epternacensi celebrantur, uti mox apparebit. Nomen* Sentianæ *inscriptum est Ms. Parisiensi Labbæi; pro quo in Ms. Augustano S. Vdalrici legitur* Sentiati. *At* Vincentii & Sanctiæ *nomina recensentur in antiquo Ms. Aquisgranensis ecclesiæ. Repræsentamus ergo in titulo* SS. Sentianam, Vincentium & Sanctiam, *cum* Juliana *ex Ms. Corbeiensi adjuncta. At* Policratem *aliosque transmisimus in Mœsiam provinciam, & de iis supra egimus. Damus quidam infra Vitam* S. Senzii Presbyteri, *etiam Bleræ defuncti, sed sæculo quinto, neque etiam martyrio coronati, ideoq; à* Sentiana *& Sanctia ut diversum sejungimus; solumque notamus nomen* Sentii *(unde nomen* Sentianæ *derivatur, sicut à* Quinto Quintiana) *videri antiquitus Bleranis fuisse satis familiare, æque ac Romanis: à quibus tamen nolim deducere* Centios, *si quæ hodie Romæ aut in vicinia sunt familiæ ita appellatæ: quia* Centius, *per aphæresim primæ syllabæ, ex ævi posterioris usu usque nunc perseverante, idem est Italis, quod integre scriberetur* Crescentius *vel* Vincentius *aut* Decentius: *modernarum autem familiarum cognomina nihil credimus cum antiquissimis illis habere commune, præter sonum syllabarum, aliquando eumdem vel affinem.*

C

F

DE

DE SS. VINCENTIO, JOANNE ET MARIO,

MARTYRIBVS GORTYNÆ IN CRETA. G. H.

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

XXV MAII. GOrtyna *illustris quondam urbs Cretæ insulæ, fidem Christi primis temporibus amplexa est: quam S. Philippum, ejus urbis Episcopum, seculo Christi secundo contra Gentilium furorem & hæreticorum insidias egregie tutatum fuisse, diximus ad ejus Vitam* XI *Aprilis: Eamdem fidem sanguine effuso propugnasse* S. Cyrillum, *ejusdem urbis Episcopum in persecutione Decii, testantur Latini & Græci in sacris fastis ad diem* IX *Iulii: & eidem hos Martyres assignat apographum Martyrologii Hieronymiani Epternacense ante mille prope annos exaratum; in quo ista leguntur,* Gortuna civitate, Vincenti, Joannis. *Eosdem, sed palæstra omissa, referunt apographa ejusdem Martyrologii Lucense & Blumianum, cum Ms. Casinensi, his verbis,* Coronati, *vel* SS. Coronati *loco* Gortynæ, Vincentii, Joannis: *quibus nomen* Marii *additur in apographo Corbejensi, Parisiis excuso.*

DE SANCTO EUSEBIO

MARTYRE IN ORIENTE. G. H

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

XXV MAII. PRogredimur *cum quatuor antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis: in quibus hæc pauca leguntur:* In Oriente Eusebi, *sive* Eusebii. *Meminerunt ejusdem, sed absque* Orientis *mentione, Mss. Aquisgranense Ecclesiæ primariæ, Augustanum S. Vdalrici, & Parisiense Labbæi.*

Est sæpius in hisce fastis nomen Orientis, *& quantum hactenus potuimus investigare, sumitur pro locis minus cognitis in ulteriori Asia, scilicet Armenia, Mesopotomia, Assyria, ac locis finitimis & limitaneis antiqui Imperii Romani in Oriente. Posteriores Græci, Constantinopoli atque in partibus Europæ, ἀπὸ τῆς ἀναλολῆς, ab* Oriente, *per prioris syllabæ ipsis usitatissimam apharesim,* Natoliam *dixerunt* minorem Asiam: *quod huc trahi non debet. Fuit quidem* S. Eusebius, Episcopus Vercellensis, *in exilium missus in partes Orientales, & plurima ibidem ab Arianis passus; sed post obitum Constantii Imperatoris ad suam Ecclesiam reversus, & Kalendis Augusti vita functus: ab hoc tamen nobis plane diversus censetur hic* Martyr Eusebius.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS,

FLAVIANO SEU FABIANO, SEPTINO SEU SEPTIMO VEL SEPTIMIA. D. P.

Ex Kalendario veteri Carthaginensi & Martyrologio S. Hieronymi.

ANNO CCLIX. C *In Hieronymiano mutatis nonnihil nominibus relati;*

Tam ter consequenter allegata & numquam satis laudata Martyrologii Hieronymiani Apographa quatuor, Henschenio τῷ Μακαρίτῃ, varias Martyrum classes ex iisdem colligenti per mensem Majum distributas, hoc VIII Kal. Junii *suggerebant memoriam recolendam, velut passorum* in Africa, Fabiani, Septini: *sub hac tamen diversitate, quod qui in antiquissimo Epternacensi, nec non & Lucensi Ms.* Septinus *est, in Blumiano & Corbejensi excuso vocetur* Septimus; *nec aliud illi addendum occurrebat, quam quod in Corbeiensi insuper inveniretur nomen* Julii: *itáque tres illos conjunctim proponendos statuerat.*

ex veteri Kalendario Carthaginensi,

2 *Verum altero post Henschenii mortem anno, eruditissimus ac diligentissimus Pater Ioannes Mabilio, tertium Analectorum suorum Tomum evulgans, protulit in lucem* antiquissimum Ecclesiæ Carthaginensis Kalendarium, felici casu *à se* repertum in quodam veterrimo Codice celebris monasterii Cluniacensis, continente B. Hieronymi commentarios in Isaiam; imo non in codice, sed codicis ligneo operculo, tineis ac vermibus corroso, affixum. Operculi pars antica Kalendarii principium, postica reliquum continebat, scriptura Romana, litteris majusculis, seculo septimo non inferioribus, exaratum: *de quo hæc insuper notat.* Antiquius Kalendarium, cum in eo nulli Sancti, nedum Fulgentius Episcopus, reperiantur, iis posteriores qui in Wandalorum persecutione sub Hunnerico Rege passi sunt. Qui tunc in Africa annuo cultu honorabantur Sancti, plerique erant populares: quidam tamen ex Italia & ex Hispania præter Apostolicos viros. Nullum Deiparæ festum, de qua nullus apud Augustinum tractatus seu sermo. Annus à XIII Kal. Maji incipit, nempe post Pascha, desinit in XIII Kalend. Martii. Nullum festum per totum Martium, id est per totam Quadragesimam. Titulus hoc modo conceptus: Hic continentur dies Nataliciorum Martyrum & Depositiones Episcoporum, quos Ecclesia Cathagenis anniversaria celebrant. F

unde alii quidam hoc mense fuerant illustran

3 *Hæc ego putarem ex mente auctoris, sic restituenda;* dies natalitii eorum ..... quos Ecclesiæ Carthagenis anniversaria celebrant. *Sed lecta mihi serius sunt quam ut in quinque prioribus hujus mensis Tomis possem Kalendarii istius meminisse, quod alias factum oportuisset: primum ad* II Nonas Maji, *occasione* SS. Marini & Jacobi, *inter alios Afros Martyres tali die relatorum ex prædicto Hieronymiano Martyrologio: deinde ad* V Idus Maji, *ubi occurrit alterius Africanæ turmæ primipilus* S. Majulus. *Qui autem in ecgraphis istius Martyrologii omnibus differtur ad* pridie Idus Maji, *dux totius Agminis* S. Secundianus, *hic nominatur ad* III Idus; *ast* pridie Idus *hic suggeritur, alibi nusquam inventa notitia,* San-

AUCTORE D. P.

ctæ Felicis, Cæcili & Comitum. *Confirmationem quoque ex hoc Kalendario accipere debuissent, quæ ad* XXII *diximus*, de SS. Casto & Æmilio, *hic* Emilio. *Sed nihil æque meretur notari, quam quod* X Kal. Junias, *præscribatur memoria celebranda* Sanctorum Luci & Montani, *tertioque abinde die* VIII Kal. Junii, Sancti Flaviani & Septimiæ.

imprimis autem S. Flavianus

Egerat Herscbenius ad diem XXIV *Februarii*, de SS. Montano, Lucio, Juliano, Flaviano, & Sociis Martyribus in Africa, *eorumque præstantissima Acta ibidem illustraverat Commentario prævio, quo docebat, S. Cypriano Carthaginensi Episcopo Martyrii palmam adepto in persecutione Valeriani & Gallieni,* XIV *Septembris anno* CCLVIII; *anno proxime sequenti ad idem bravium perveniſſe plures ejus discipulos: quorum unus* Flavianus, *in Actis narratur num.* 21 *sibi visus interrogare sanctum Antistitem, in visu apparentem*, an pati ictus doleret, *quia scilicet* Martyr futurus de passionis tolerantia consulebat. *Factus est autem Martyr ut ibi pluries dicitur*; die tertio, *sive* post biduum, *vel* post crastinum *à passione sociorum prænominatorum, pulcherrimo & sapius iterato perfunctus agone. Hujus dies quia in ipsis Actis non reperiebatur, uti nec indicium mensis vel anni nec tamen dignum videbatur tam præclaros pugiles innominatos præteriri; eorum aliquis qui Martyrologium Vsuardi varie auxerunt, aut forsitan primus* Notkerus Balbulus, *prædictum diem Februarii ipsis simul omnibus assignavit, quod hodieque servat Romanum Martylogium.*

tertio post SS. Montanum Luciũ & Iulianũ die passus,

B

§ *Interim eosdem ad* XXIII *&* XXV *Maji, revera pertinere, ex collatione Hieronymiani omnium antiquissimi Martyrologii & Kalendarii hujus, persuadeor; nequaquam existimans verosimile, quod eorum Natalitios dies anniversarie non celebraverit Carthaginensis Ecclesia, & Kalendario suo inscriptos non habuerit: esto in Hieronymiano constanter* Fabianus *dicatur, qui in Actis* Flavianus. *Quam enim facile vicina nomina alterentur, frequenti discimus experientia & usu veterum Martyrologiorum, Hieronymiani præsertim. Nolumus propterea tamen mutari diem cultus, jam semel à Romana Ecclesia, licet absque idoneo fundamento, stabilitum: sed hic dicta illuc transferenda decernimus, pro futuro mensis Februarii supplemento: quando huic diei relinquenda erit* S. Septimia, *alibi* Septimus & Septinus; *nihil cum* Flaviano *commune habens præter diem Martyrii, alio fortassis anno & alio loco, non tamen procul Carthagine, tolerati. Notandum porro est, quod in eodem Kalendario idem nomen recurrat, dum ad* III Kal. Augusti *notatur Natalis* Sanctarum Tuburbitanarum & Septimiæ: *in quem diem fortasse lucis aliquid adferet tempus futurum.* Julium *vero, ex unico Corbeiensi huc adductum, prætereo; quia ipsum eumdem credo cum* Juliano, *SS. Montani & Lucii socio, cum iisque in Hieronymianis omnibus concorditer relato ad* XXIII *Maji, quo revera passos illos tenemus.*

D

& ex ve Natalis ig noramia

cum illis adscriptus 24 Februarii.

E

DE SANCTIS MARTYRIBVS EPHESINIS, SATVRNINO, SATVRO, TIMEO, TOMVNO, VICTORIO, ISTIALO, VICTORIA, FLAVINO

G. H.

Ex Martyrologio S. Hieronymi.

XXV MAII.

Regredimur cum antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, è quibus Blumianum ista habet: In Epheso Saturnini, Saturi, Timini, Tomuni, Victori, Stiali, Victoriæ, Flavini. *In aliis tribus apographis,* in Epheso Joannis Euangelistæ, *legitur: quod nomen honoris causa appositum arbitramur, quia eam civitatem sua habitatione, obitu, & veneratione honorarit. Quod autem ad Martyres spectat, ab omnibus anteſignanus collocatur* Saturninus: *at* Saturus *deest Epternacensi & Corbejensi: in hoc etiam deest* Timinus, *qui in Lucensi* Timidus *scribitur. Loco* Stiali *in Lucensi est* Sciali, *in aliis duobus* Istiali: *&* Victori Flavini *est in jam dicto Corbejensi* Flavii, *in Epternacensi vero* Fluini. *In Ms. Aquisgranensi refertur* Secundinus, *an forsan loco* Saturnini, *non audemus conjicere: proponimus interim lectori ista omnia, ut usui sint cum eruentur certiora ex aliis monumentis.*

DE SANCTA EUTROPIA

MARTYRE ALEXANDRIÆ.

G. H.

Ex Ms. Synaxario Divionensi.

Elogium ex Ms. Chifflet.

Anu exaratum Synaxarium Græcum, quod Divione apud Petrum Franciscum Chifletium Societatis Iesu reperimus, hanc Sanctam Martyrem sic nobis profert. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ (*scilicet* μηνὸς Μαΐου Κ Α΄) μνήμη τῆς ἁγίας Εὐτροπίας. Αὕτη ὑπῆρχεν ἐπὶ Ἀπελλιανοῦ τοῦ Ἄρχοντος, καὶ καλαχθεῖσα ὑπ' αὐτοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ τὸν χριστὸν ὁμολογήσασα, διεβεβαίωσε τῷ τυράννῳ ὡς ὑπεισθήσεται αὐτῷ. Ὅθεν κρεμασθεῖσα τὰς πλευρὰς ξέεται· καὶ λαμπάσι πυρὸς φλογισθεῖσα, καὶ τῷ τυράννῳ εἰπόσα, Λίαν ἐστὶ ψυχρὸν τὸ παρ' σοῦ πῦρ. ἐναποτίθεται τῇ εἱρκλῃ. Καὶ τῇ ἐξῆς παραχθεῖσα, καὶ τὰ εἴδωλα μυκληείσασα καὶ τὸν Ἄρχοντα, ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν· καὶ οὕτω τελέσασα τὸ μαρτύριον, ἀπῆλθε πρὸς τὸν ἐνθέμενον Κύριον. *Quæ sic Latine reddes:* Eadem die XXV *Maji*, Memoria S. Eutropiæ. Erat hæc sub Præside Apelliano, & comprehensa ab ipso in urbe Alexandria, confitebatur Christum, affirmans tyranno quod persuaderi ab eo non posset illum ut negaret. Quare mandavit eam suspendi, & latera ejus radi: cum autem etiam ignitis lampadarum flammis esset ustulata, dixissetque tyranno: Valde frigidus est tuus ignis, conjecta est in carcerem: sequenti vero die ad tribunal reducta, cum idola ipsumque Præsidem irrideret, capite plexa est: & sic Martyrium complens, ad desideratum Dominum migravit.

DE

DE SANCTO CELESTINO

MARTYRE APVD GRÆCOS.

G. H.

Ex eodem Ms. Synaxario.

XXV MAII TAm indicatum Ms. Synaxarium Græcum etiam hunc nobis Martyrem ſuggerit, ſed paucioribus his verbis. Ὁ ἅγιος Μάρτυς Κελεστῖνος, σιδήρῳ τὰς πέρνας ἐλαπαρεὶς, τελειῶται. Sanctus Martyr Cæleſtinus, ferreis calcaribus trajectus, vitam finivit. *Quod in ſubjuncto diſticho ſic explicatur:*

Πέρνας σιδήροις ἐμπαρεὶς Κελεστῖνος,
Τὸν περνοτήρην συντρίβει πατῶν ὄφιν.
Ferro trajectus per calces Cæleſtinus,
Protrivit anguem calcibus intentum ſuis.

DE SANCTO CANIONE

EPISCOPO AFRO CONFESSORE,

ACHERVNTIÆ IN LVCANIA.

D. P

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus corpore & eccleſia, Actiſque ſuſpectis, & compendiis inde ſumptis.

XXV MAII CHeruntia *civitas Baſilicata, olim Lucaniæ, antiquiſſima, & Archiepiſcopali Sede exornata, quæ hodie* Cirenza *nuncupatur, eccleſiam Cathedralem habet* S. Canioni *dicatam, propter corpus ex ruinis Atellanæ urbis, inter Capuam & Neapolim quondam ſitæ, tranſlatum ab Acheruntinæ urbis Epiſcopo Leone hujus nominis ſecundo, ſub annum Domini* DCCXCIX, *uti referunt Acta. Hæc ex veteri membranaceo libro, Longobardicis litteris conſcripto, prout in Acheruntina Eccleſia leguntur, edidit Ferdinandus Vghellus tomo* VII *Italiæ ſacræ, Lucaniæ & Apuliæ Epiſcopatus complexo; ubi ille ipſo principio longam texens præfationem de Provinciæ iſtius metropoli, ſic deſcribit prædictam Cathedralem eccleſiam.* Ea admodum illuſtris tribus alis diſtinguitur, & in medio dividitur ad modum crucis, à lateribus habens duos angulos, locum quoque ſubterraneum, cryptam ſeu ſubconfeſſionem vocant, in qua tria altaria: in quorum medio C jacere dicunt corpus Divi tutelaris Canionis, ibi reconditum. Ejus tranſlationis feſtus dies celebratur XI Martii, feſtivitatis vero XXV Maji: in qua die, quod mirum eſt dictu, ex lapideo loculo liquor pretioſus emanare ſolet, dulcis & omnibus infirmitatibus ſalutaris .... Aſſervatur in argentea pretioſa ſtatua ejuſdem inſignis Reliquia, ad populorum confugium & devotionem. *Hactenus Vghellus, cui adſtipulatur Nicolaus Palma, Archidiaconus & Vicarius Generalis Acheruntinus, ſub Officii ſui ſigillo & manus propriæ ſubſcriptione anno* MDCLXXXII *nobis miſſa; addens*, præter ſtatuam iſtam haberi etiam argenteum brachium, cui nihilominus incluſa ſit pars aliqua corporis: neque ſolis duobus quæ dixit Ughellus feſtis annue celebrandis contentos Acheruntinos, Officium etiam facere de S. Canione ſub ritu Semiduplicis die XXV cujuſvis menſis. Tum vero præter altare majus, in quo ſervantur duæ jam dictæ S. Canionis lipſanothecæ, ſtatua item argentea S. Oliverii Martyris, *Vghello* Livarii, *de quo agendum* XXVII *Novembris*, & brachium S. Antonii Abbatis argento incluſum. Duo ejuſdem S. Canionis ibidem eſſe altaria; unum in crypta ſub choro, continens ipſius Sancti corpus; alterum in eccleſia ad dextrum latus ſacriſtiæ, cum pulcherrima illius ſtatua capſaque marmorea; cujus operculum, firmiſſime cum ipſa ferruminatum, menſæ uſum habet ad Miſſæ ſacrificium, intus continens Paſtoralem S. Canionis baculum, *de quo ſeorſim aliquid in Appendice poſt Acta dicendum.*

Colitur Acherontiæ, Patronus ob corpus eo tranſlatum,

& liquorem emanantē.

ejuſdem duo ibidem altaria;

2 *Ipſa Acta, quæ Vghellus edidit, accepimus ſub fidei publicæ atteſtatione ſignata hoc modo:* Nos infraſcripti, Archidiaconus, Cantor, Canonici, Presbyteri, Capitulum & Clerus Metropolitanæ Eccleſiæ civitatis Acheruntiæ, fidem fecimus, ſupradictam Vitam, martyrium, geſta, & miracula glorioſi Martyris Divi Canionis Epiſcopi, cujus corpus requieſcit ſub altari majori dictæ Metropolitanæ Eccleſiæ, fundatæ ſub titulo ejuſdem S. Canionis, extractam eſſe ... à ſuo originali codice antiquo, in pergameno manuſcripto litteris Longobardicis, continente vitam, mortem & geſta, non ſolum iſtius Sancti, ſed multorum Sanctorum, quod conſervatur in publico archivio dictæ Metropolitanæ Eccleſiæ: & in fidem hoc teſtimoniale, noſtris propriis manibus ſignatum, & particulari ſigillo munitum, fieri curavimus, in eadem civitate Acheruntiæ, die VI menſis Januarii MDCX. Ego Joſephus Neritonus V. I. D. Archidiaconus Acheruntinus, affirmo ut ſupra. Abbas Lelius Potentia Cantor. *Dein* octo Canonici, novem Presbyteri *aut alii, tum denique* Notarius publicus *omnia & ſingula confirmat, cum ſigillo appoſito, quæ exactius danda non judicamus. Illud autem ſcriptum nobis Neapoli tranſmiſit Antonius Beatillus noſter, & quia deerat Prologus, hunc poſtea cum eiſdem Actis, ſed hinc inde imperfectis, ſubmiſit.*

Acta indidem accepta ex Ms.

F

3 *Eadem Acta ante deſcripſeramus ex veteri codice Trevirenſi monaſterii S. Maximini, ſed contracta: quæ itidem, ſed magis abbreviata, ex Ms. Vltrajectino S. Salvatoris habemus. Aliquam etiam Vitam Italice edidit Paulus Regius, tomo primo de Sanctis Neapolitanis, ſed non abſque mendis: quia Epiſcopum Carthaginenſem aſſerit fuiſſe Canionem, & inde ab Angelo Acherontiam portatum, cum Acta Atellam nominent: quem ultimum errorem Ferrarius tranſcripſit in Catalogo Sanctorum Italiæ. Meminit etiam* S. Canionis *idem Ferrarius in altero Catalogo generali, uti & Grevenus in Auctario Vſuardi edito anno* MDXV *&* MDXXI. *Habemus denique aliquod Ms. compendium Vitæ, diviſum in Lectiones ad Matutinum recitari ſolitas, cum variis Hymnis & hac Oratione* Deus, qui Beatum Canionem, Pontificem & Martyrem tuum, virtute con-

Compendia varia apud varios.

AUCTORE D. P.

constantiæ in passione roborasti, quique illi tantam gratiam conferre dignatus es, ut synantico morbo laborantes ipsius precibus curarentur; concede propitius, ut qui tuam per ejus merita clementiam invocamus, ab omnibus animi & corporis languoribus liberemur. Per Dominum, &c. *Nos, omnibus istis compendiis omissis, solum omnium fontem damus,* Acta Acheruntina, *& quidem ut suspecta, fideique non magnæ, nisi quatenus de corporis translatione agunt. Quidquid enim Sanctus dicitur aut egisse aut tolerasse in vita, post decursum tot seculorum (scripta sunt enim Acta seculo ut minimum nono) haberi non potuit nisi ex incerta popularique traditione: stylus autem, quo illa scripta sunt, in orationes aliaque rhetorica ornamenta exuberans, credere facit, Auctorem ex suo ingenio multas commentum circumstantias; & fortassis nihil omnino certi habuisse de rebus à Sancto gestis, vel tormentis toleratis in Africa.*

nihilo meliora quam Acta, quæ dantur ut suspecta,

dum seculo 3 adscribunt Sanctum,

4 *Præferunt illa* Diocletiani ac Maximiani annum secundum, *id est Christi annum* CCLXXXVI *quo gesta sunt; ideoque conformiter omnia referuntur ad formam veterum Martyriorum sub Romanis Imperatoribus. Interim* S. Canionis *morientis animam, in cælos subvectam vidisse, & corpus in urbem intulisse, dicitur Sanctus* Elvidius, Helfidius, *vel* Elpidius. *Cum autem mortuus ac sepultus dicatur Sanctus* Canion *juxta Atellam; nemo hic commodius intelligi posset, quam Atellanus hujus nominis Episcopus, quo de egimus die præcedenti. Verum hic tempore Arcadii & Honorii, seculo verosimiliter quinto jam inchoato, Sedem illam primum obtinuit; adeoque non potuit vidisse persecutiones Christianorum sub Gentilibus; potuit autem attigisse tempore Wandalicæ persecutionis in Africa, sub qua Episcopi plurimi Sedibus suis propter fidei constantiam sunt pulsi à Regibus Arianis;* Quod vult Deus *videtur etiam Carthaginensis Episcopus,* qui cum maxima Clericorum turba navibus fractis impositus est: quos Dominus miseratione bonitatis suæ, prospera navigatione perducere dignatus est Campaniæ civitatem, *uti scribit coævus testis Victor Vitensis. Eâdem vel simili occasione ac modo, eodem appulsum S. Castrensem cum sociis censuit Bollandus noster ad diem* XI *Februarii: & Acta dedit ex pluribus Mss. inter se collatis, ab Auctore ut videtur coævo descripta: ubi num.* 8, *dum sanctos Confessores in navim putrefactam imponunt ministri, amaro iis illudentes sarcasmo, cujusque ordinem & ministerium digerunt:* & Ad intra, *inquiunt,* alterius partis detineat locum Marcus & Augustinus, Canion & Vindemius pariter cum iis recumbent.

qui propter nominatum in iis S. Elvidium

melius differretur ad seculum 5.

C 5 *Hac tam certa notitia* Canionis *unius, ex Africa in Campaniam delati sub Wandalis intra carriosam navim; & ætas* Elpidii, *in ejus de quo hic agimus* Canionis *Actis qualibuscumque nominati; collata cum incertitudine & exigua fide ipsorum Actorum, vehementer nos inclinant, ut arbitremur, non nisi* Elpidium *unicum & unicum* Canionem *habendos pro Sanctis, eosque ad quintum seculum & Wandalorum tempora pertinere. Adeo ut, qui vera* S. Canionis *Patroni Acheruntini Acta volet discere, ex Actis* S. Castrensis *haurire ea debeat, quicum habuit communem carcerem, exiliumque, & refugii ac sepulturæ primæ locum in Campania. Tum autem nihil reliqui erit, quam ut Acta, Acheruntia scripta servataque, omnino credantur esse fabulosa, & hoc indigna opere. Ne cui tamen nimis rigidus Censor videar, volenti duos* Caniones *admittere, lubet ipsa integra Acta dare, qualia accepi; sub ista cautione, ut Apostoli sententia de iis præcedat, quæ in simili argumento placuit Gelasio Papæ,* Omnia probate, quod bonum est tenete: *pro majori tamen Lectoris commodo libertatem mihi sumam, revocandi violentas & importunas quasdam transpositiones verborum, ad ordinem constructionis facilioris.*

ACTA SUSPECTA

Ex pluribus Mss. Codicibus & Vghello.

PROLOGUS.

1 POstquam Deus & Dominus noster Jesus Christus, missum Verbum ab arce Patris, per uterum Mariæ semper virginis incarnatum, homo fieri dignatus est, & induit nostram mortalitatem, ut nos efficeret participes immortalitatis suæ; destructo quoque mortis imperio & devicto mundi principe, cum Sanctorum agmine & triumpho gloriæ, ad sedem redivit Patris, juxta illud, Cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum; ac- Jo.22, 32
si patenter dicat, Omnia, id est, mea membra: omnia enim traxit, qui de electis suis apud inferni *Sicut cælum ornatur stellis,*
claustra nullum reliquit. Catholicæ etenim fidei sacramenta, mysteriis evidentissimis & præconibus inclitis, declaravit. Sicut enim divinitas illius incomprehensibilis fatenda est, eo quod super omnia est & continet omnia; ut est illud, Cælum mihi sedes Is 66, 1
est, terra autem scabellum pedum meorum; sic E
incomprehensibiliter omnia ordinando disponit, & disponendo ornat, & ornando beatificat, & beatificando glorificat. Cælum namque coruscantibus ornatur stellis, quæ velut diverso distinguuntur lumine, sic diversorum curriculorum disponuntur officiis. Regnum itaque supernum, humanis sensibus *ita ecclesia Sanctis,*
invisibile (nam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus diligentibus se) innumerabilium constat militia Sanctorum: nec secus Regnum cælorum, quod est præsens Ecclesia (ipsa teste Veritate, quæ ait, Reg- Luc.17,21
num Dei intra vos est) ita mysterio dispositionis innumerabilium ornatur Sanctorum præconiis, & usque ad Martyrii coronam fidelibus testimoniis, ut supernæ contemplationi sanctarum animarum inhærcamus, juxta egregium Doctorem qui ait, No- Phil. 3, 20
stra autem conversatio in cælis est. Sanctorum si- *quorum corpora merito honorantur.*
quidem corpora idcirco nobis veneranda magnificis exhibentur miraculis, ut dum eorum spiritus æterna perfrui beatitudine non ambigimus, attentius eorum concives fieri, calcatis laqueis mundi, inhiemus: & quia membra Christi sunt, à Christi fidelibus veneranter recolendi sunt & reverendi. Quod non perpendens quidam hæreseos nefandæ F
auctor Vigilantius, asserit, nec Sanctorum corpora veneranda esse, nec eorum festivitates celebrius glorificandas. Quod etenim insanum caput aut eversum cerebrum, caput vel corpus testatur venerandum? Erunt, inquit Apostolus, duo in carne una: Sacramentum hoc magnum est, in Christo dico & Ecclesia. Spiritus denique Sanctorum æternitati dediti, cum transferuntur à gloria in gloriam, & cum corruptibile induerit incorruptionem, tunc erit perfectum membrum in corpore, & duo in carne una. Quemadmodum Joannes Apostolus, Sci- 1 Joa.3,
mus, inquit, quia cum apparuerit similes ei erimus, & videbimus cum sicuti est.

2 De quorum Sanctorum numero sanctus Con- *imprimis S. Canionis,*
fessor & Martyr Christi, Canio celeberrimus, potissimis est laudibus honorandus; qui dum Dominum nostrum Jesum Christum in hoc mortali corpore fideliter credidit, & imitatus super omnia perfecte dilexit, illius factus gloriæ particeps & nostræ salvationis adjutor & opifex, quotidie etiam nos prædicationibus ad suam æternitatem consortes vocat, testimonio Martyrii nos orat, miraculis coruscat, defensor vigil nos [contra insidias] impiorum hostium

A hoſtium viſibilium & inviſibilium tuetur, pietate
utpote Patroni. paterna piiſſimus Patronus fovens & protegens. Idcirco ejus virtutum opera, confeſſio cum conſtantia, Martyrii palma tanto magis & perfectius eſt attendenda, & devotius amplectenda, quanto excellentius eum in æterna dignitate, ab hoc in quo ſumus corruptibili ſublimatum detrimento, Angelorum conſortem, Prophetarum ſocium, & Martyrum cohæredem, continuis ejus prodigiis credimus & confitemur; ut efficaces in ſtadio tirones, prævium ſequentes ducem, conſummato curſu bravium ſupernæ vocationis adipiſci valeamus, & æternæ beatitudinis corona & gloria potiri mereamur.

CAPVT I.

S. Canio coram Carthaginenſi Præfecto fidem Chriſti profitetur.

3 ANno ſecundo impiiſſimorum Principum
a Diocletiani & *a* Maximiani cognomento
Perſecutione mota, Herculii, cum unus regeret Eoas provincias, alter
B Occiduas; & ſævitia tyrannica, ad devaſtandas Eccleſias Chriſti, & affligendos & puniendos Chriſtianos, fremendo promoveretur; unius conſpirationis inſaniâ per univerſas provincias deſtinavere[edicta]
b hujuſmodi continentiæ. *b* Quoniam Deorum beneficia in bello dimicantes accepimus, & eorum auxilio trophea ex devictis hoſtibus ſumpſimus; hujus rei voto, quo cuncti ſalvi efficiamini, univerſos duximus admonendos, ut omnes homines utriuſque ſexus, vel Regiis faſcibus ſublimati, vel Clerici eccc cleſiarum atque Monachorum, *c* ſocietates, renuntiantes religionibus propriis, deorum, ideſt, Apollinis, Dianæ & Minervæ *d*, ſacrificiis accingantur.
d *propter edictum imperiale,* Quod ſi quiſquam hominum noſtra juſſa vel imperia, vel tanta numina crediderit abnuenda, ſacrilegii reus noſtri judicii pœna plectatur. Et dum hæc præcepta, ab obſequentibus impiiſſimæ profanitati, delata per orbem fuiſſent, & veniſſent in civitatem
e *e* Julianam regionis Africæ (ubi B. Canio Epiſcopus, in divinis laudibus perſpicuus & ſacris ſemper
f intentus dogmatibus, morabatur) edicti jura, à *f* Pigratio Præfecto illata, inſani rumoris undique perſtrepebat opinio, & per triduum vox præconii crepitabat per nubila, & talis continentiæ clamor diffundebatur in auribus, ut omnes, quocumque loco
C conſtituti, præceptis Imperatorum conveniant, ad ſacrificia Apollini, Dianæ & Minervæ celebranda.

Canio ſuos animat. 4 Dum hæc ad B. Canionem Pontificem perveniſſent, immotus pervigil paſtor ſuper ovium lucratarum cuſtodia, verbi Dei diſpenſator fidelis & providus diſtributor, talentorum negotio argumentoſus acquiſitor, inceſſanter credentium exhortabatur animos, & confirmabat in Deum & in Jeſum Chriſtum filium ejus, hoc modo: O fratres & filii, in regnum acceptati Regis æterni, ſurſum * colla ſuſpendite, & Deum qui in cælis regnat contemplamini: ipſe enim eſt Rex Regum & Dominus dominantium, Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui propter nos per Virginem incarnari dignatus eſt, & per crucis patibulum omnibus juſtis & in ſe credentibus cæleſtia regna reſeravit, ad quæ vos per me ſervum ſuum vocare voluit, & beatis Angelis conſortes fieri. Iſti enim Reges minimi ſunt, viam veritatis & juſtitiæ, quæ Chriſtus eſt, ignorantes. Ipſe eſt veritas, via, lux & vita: dii autem iſtorum ſunt idola muta, conſtantia ex ligno & lapide & metallo, diabolicis infecta venenis letiferis, & ſe colentes deducunt ad inferni tartara; ubi lux numquam eſt, ubi vermis eorum non moritur, & ignis
** an corda?*
non extinguitur, ubi fletus & ſtridor dentium. Hæc poſſident cultores dæmonum in æterna damnatione, cum principe eorum diabolo. Ipſe utique colendus & confitendus eſt, qui eſt Deus verus de Deo vero, lumen ex lumine, creator & ſalvator totius generis humani, & perennis largitor gratiæ, & principis mundi qui eſt diabolus, conculcator. Non ſunt quippe iſti timendi, qui corpus ſolum occidere poſſunt: ſed ille potius timendus eſt, qui poteſt & animam & corpus mittere in gehennam; & pro quo ſiquis perdiderit animam ſuam, in vita æterna inveniet eam. Idem namque coram regibus & gentibus invicta fide confitendus eſt, qui in ſancto Euangelio promiſit dicens, Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui eſt in cælis. EX MSS. *ad illam ſalutis cauſæ ſuſtinendæ:* Mât. 10, 32.

5 Hæc & his ſimilia B. Canio Epiſcopus conteſtando, roborabat mentes credentium, & ad martyrii palmam atque cæleſtem gloriam pertingere ardentiſſime deſiderantium: jam enim cæleſti culturæ ſalutifera eminebant præconia; jam verbum Chriſti, probatum in tenebris, prædicabatur ſuper tecta; jam lucerna Dei, de ſub modio educta & ſuper candelabrum poſita, lucebat omnibus qui in domo, id eſt in Eccleſia Dei, fideliter congregati erant; jam ad ſacrilega dæmonum ſacrificia populorum numerus quantocius minuebatur, Chriſti autem fides & gratia diffundebatur. Interea ad Pigratium, Carthaginenſis urbis Prefectum ſuperbum, volitabat, quod in urbe Præfecturæ ſuæ Juliana, minime valerent juſſa Imperatorum & Deorum ſacrificia (execrante ea Canione Epiſcopo, & populos ab eorum libamine avertente) ſed Chriſti nomen, cunctorum pene cordibus inſertum, divulgata confeſſione adorandum ſeu colendum veraciter profiteretur. Quod audiens Præfectus Pigratius, concite direxit plurimam manum, ut ubicumque hujuſmodi auctor culturæ Canio Epiſcopus inveniretur, ejus præſentiæ ſine ulla dilationis mora deduceretur. *quare ad Præfectum Carthagin. delatus,* *quæritur* E

Hæc ubi dicta cohors juvenum inſana capeſſit,
Ad præfatæ urbis properabat mœnia tendens:
quam magno perſtrepente impetu ingreſſi, cœperunt furioſis querelis Canionem Epiſcopum quærere, Canionem Epiſcopum proclamare.

6 Is vero hoc audiens, divis bene fidus in armis, ſeſe eis imperterritus offert, ſeſe Chriſti cultorem, & fidei doctorem, & Chriſtianorum protectorem proteſtatur ac ductorem, & idolorum cultibus idoneum adverſatorem. Hunc ergo ſacrilega acies manibus profanis comprehenſum attingens, retro unde venerant perpete curſu repetunt Cartaginis arcem, & Pigratii præfecturam. At ubi impio à clientibus nuntiatum eſt, quod Canio Epiſcopus, Chriſtianæ religionis profeſſor ac diffamator & deorum culturæ contumax repugnator, ante januam à militibus comprehenſus aſſiſteret; fallaci exultat gaudio, inſano criſpat cachinno, tandemque adverſus veritatis oraculum probroſa inſania dimicaturus egreditur. Nam cum multis veſaniæ æſtuaret ignibus, & furorum nefandis vexaretur impietatibus, juſſit ſibi tribunalia *g* profanatica præparari; vere profanatica; & cathedram peſtilentiæ ſub qua ſemper fertur conſilium impiorum & via peccatorum quæ ducit ad inferos, & juſtos ei abrenuntiantes ad perpetuam gloriam. F *& adducitur.* g

7 Sedente eo pro tribunali introductus eſt B. Canio; ingrediens autem, arcanum cordis muniebat, hæc inſtanter pſallens, Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & doloſi ſuper me apertum eſt: ſed tu Deus meus reſpice, & ne derelinquas me, neque diſcedas à me: intende in adjutorium meum, Domine virtus ſalutis meæ. Præfectus denique Pi- *Ad tribunal conſiſtens Canio,*

EX MSS. gratius his eum aggreditur affatibus: Quæ tibi religio, aut quæ ſacrificii vota, vel quibus ea quotidianis perſolvis cultibus? S. Canio, repletus Spiritu ſancto, conſtans ajebat: Ego Chriſtianæ religionis devotum & inconvertibilem me aſſero cultorem, & mendacii idolorum veſtrorum probatiſſimum contemptorem. Præfectus quoque ſubſequitur dicens: Hortor te conſulere canis ſenectutis tuæ, ut ſecundum decreta invictiſſimorum Principum accedas & ſacrifices diis. S. Canio reſpondit, Ego inceſſanter ſacrifico & vota laudis perſolvo Deo Patri omnipotenti, & Jeſu Chriſto filio ejus, & Spiritui ſancto: juſtiſſimum eſt enim ſacrificare Creatori non creaturæ, nec [adorare] ea quæ colitis idola, ſurda & muta, non videntia, diaboli fallaciâ infecta, ſuos cultores quod ſunt efficientia, quibus illud poëticum aptandum eſt:

explodit idolorum vanitatem,

Lignee, ligna rogas, ſurdis clamare videris,
De mutis reſponſa petis ——

David enim Propheta de his dicit: Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum: os habent, & non loquentur; oculos habent, & non videbunt; aures habent, & non audient; nares habent, & non odorabunt; manus habent, & B non palpabunt; pedes habent, & non ambulabunt; non clamabunt in gutture ſuo. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

& objecta mortis minas contemnit.

8 Audiens hæc Præfectus, dixit: Ignoras, quia invictiſſimi Principes, Domini noſtri, juſſerunt hujuſmodi fidem non negantes graviter puniri? S. Canio reſpondit: Ego nec negavi, nec nego me eſſe ſervum Chriſti, & ſanctæ Deitatis ejus veriſſimum confeſſorem: mihi autem vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Aſt ubi iniquus tantam in B. Canione invictæ fidei audivit conſtantiam, anxius undique ſæviebat, & neſciebat ad quæ calliditatis argumenta contradicendo ſe poſſet convertere; iterumque repetens puſillanimitatis vecordiam, ajebat: Deſine quantocius ab hac pertinaciæ perfidia quam prædicas, & diis deabuſque noſtris ſacrifica. Sanctus vero Canio, munitus ſcuto fidei & galea ſalutis, gladium ſpiritus objiciebat, dicens: Jam me ſacrificatorem magni Dei & ſalvatoris Jeſu Chriſti audiſti, & me illi ſacrificium conſtanter offerre & vota reddere, cui eſt propria divinitas & æternitas, per infinita ſecula ſeculorum.

ANNOTATA.

a Annus ſecundus *communicati cum Maximiano Imperii, eſt Chriſti annus 297, quia tamen mentio fit decreti ſaviſſimi, ſpectavit fortaſis Auctor annum 2 perſecutionis noviſſimæ, qui fuit Chriſtianæ æræ* 304.

b Edictum *hoc ex ſuo capite finxit Auctor.*

c Monachorum *quoque* Societates *ex uſu ſui ſeculi dixit. Tales ſub Diocletiano nullæ fuerunt, licet monachi tunc eſſe in Ægypto cœperint, juxta ſui nominis primam notionem, id eſt* Solitarii Eremitæ, *aut etiam* Anachoretæ.

d *Non debebat* Jovis *aut* Herculis *oblivisci Auctor, à quorum altero Imperatorum alter ſibi nomen ſumpſit;* Jupiter *vero credebatur Romani Protector Imperii.*

e *Neque* Julianam, *neque* Tuſcianam (*quæ eſt Mſ. Vlsrajectini lectio*) *invenio in Africa; cujus Notitia apud Carolum à S. Paulo* Tulanam *exhibet: interque eos, qui anno* 484 *ex tota Africa ſub Hunerico convenerunt, nominatur* Paſcaſius Tulanenſis *in Provincia Proconſulari, cujus caput Carthago. Hic potuit* Canioni, *jam ante ſexennium ejecto cum S. Caſtrenſi & ſociis, ſucceſſiſſe anno* 438, *vel etiam ſerius; ſi ea ejectio ſerius contigit, aut alius inter utrumque ſedit.*

f *Vghellus* Pigraſium *ſcripſit, item Regius & Ferrarius: Mſs. pleraque per* y *habent* Pygraſium.

g Profanatica *quidem ubique lego: ſed ne frigida ſit ejuſdem vocis iteratio, viallem legere,* Proſphonetica, *id eſt allocutoria.* D

CAPUT II.

Variis tormentis tentatus S. Canio, omnibus invictus perſtat.

9 ERgo ubi devinci ſe conſpicit impius, iram *Plumbatæ cæſus,*
[Præfectus] pandit, furiis ſtimulatus iniquis:
(Si tamen ille queat Præfectus jure vocari,
Virtutum nullo qui ſit prælatus honore)
In Sanctum ſævùm infrendens: furor arma miniſtrat

inertiæ. Expolians eum, plumbatis cædi præcepit. Cum autem cæderetur, reſpiciens in cælum dicebat: Ad te, Domine, levavi animam meam, in te ſperavi, non confundar in æternum. Præco vociferatur dicens, Conſenti Præfecto & ſacrifica Diis. Subſequitur vox Præfecti incaſſis blandimentorum adulationibus: Sacrifica, homo, & conſule venerandæ ſenectuti tuæ, & faciam te Sacerdotem templorum. B. Canio reſpondit, Væ tibi, miſerrime, cui potius neceſſarium erat, ut diabolicis errorum exutus laqueis, Dominum Deum & ſalvatorem Jeſum Chriſtum agnoſceres: miror enim veſtræ impudicitiæ ſacrilegium, ut veram viam ſalutis ſpernentes, delubra nullius ſenſus adorantes colatis. Pigratius vero, ferventiore ſuccenſus inſaniæ rabie, juſſit lateribus ejus lampades igneas applicari, & vehementiſſime eum urgeri ad ſacrificandum diis. Sanctus autem agonotheta, factus in agonia glorioſi certaminis, belligere ad Præfectum ajebat: O miſer, qui ignoras quod tormenta tua me Deo & Domino meo Jeſu Chriſto gratiſſimam exhibent hoſtiam, tibi vero & tibi faventibus æternæ damnationis interitum minantur. E *& latera lampadibus uſtulatus,*

10 Poſt hæc jubet eum detrudi in carcerem, & januas carceris conſignari Cæſario: ubi orans ſine ceſſatione, divinum auxilium in tanti certaminis prælio depoſcebat, dicens: Deus ne elongeris à me, Deus in auxilium meum reſpice: nequando dicat inimicus meus, Prævalui adverſus eum. Præfectus deniq; hæc ſuggeſtionis ſcripta impiis dirigit Auguſtis. Piiſſimi Principes, ſubvenite legibus veſtris, & Canionem Chriſtianorum Epiſcopum veſtris conſpectibus præſentate. Imperatores autem hanc reſcripſerunt licentiam Præfecto Pigratio, ut ſi Canio Epiſcopus in hac perſeveraret confeſſione, haberet licentiam quali eum vellet pœna mulctari. Et cum hoc præceptum accepiſſet, miſit eum in inferiorem carcerem. Beata autem fides quanto in interioribus putabatur occultari tenebris, tanto eminentior in glorioſa luce divinitatis exultabat, ſicut ſcriptum eſt: Aurum probat fornax, & juſtos tentatio tribulationis. Incluſus ergo tenebris B. Canio, orabat dicens: Deus cælorum, qui judicium inenarrabile decreviſti, per quem conſtant omnia ſecula, quem contremiſcunt omnes poteſtates ſuperorum & inferorum, reſpice in me & miſerere mei, ut agonis hujus bellum immaculato calle perficere poſſim, & palmam cum Sanctis tuis victor comprehendere, & immarceſcibilem gloriæ coronam. F *per reſcripta Imperatoris relinquitur arbitrio Præfecti.* *poſt tenebras carceris tolleratas,*

11 Poſt tertium vero diem, publica confeſſione volens eum audiri, jubet illum ſibi voce præconaria præſentari. Cumque fuiſſet adductus Jacinthus a Commentator, pronuntiabat, Canio Chriſtianorum Epiſcopus, qui in carcere fuerat mancipatus, ecce nunc examinandus aſſiſtit. Pigratius dixit: Omnis ſenatus a *iterum ſiſtitur ad tribunal*

A ſenatus concio Canionem hortatur ut ab hac deſiſtat perfidiæ pertinacia, & ſecundum invictiſſimorum Principum ſtatuta accedat & ſacrificet diis. Iacinthus Commentator ei dicebat: O homo, intellexiſti quid tibi conſulendo pia dixerit Præfectuſa. B. Canio reſpondit: Ego permanſi & permaneo veræ fidei in Ieſum Chriſtum confeſſor, ſicut ipſe præcepit ſpondens fidelibus, Qui perſeveraverit uſque in finem hic ſalvus erit. Præfectus furore percuſſus, proſequitur: Canionem ſacrilegum, qui ſe teſtatur in hac uſq; in finem perſeverare confeſſione, jubemus expoliari & burdillis *b* cædi. Cumq; cæderetur fere una hora, non reſpondit ei aliquod verbum. Poſt hęc exclamavit ad Dominum, dicens: Domine Ieſu Chriſte, ad adjuvandũ me feſtina: & dum defecerit ſpiritus meus, Deus, ne derelinquas me: adſit mihi tuæ virtutis poteſtas, per quam tres pueros ab igne camini ardentis eduxiſti.

& fuſtigatur, *Mat.10,22*

12 Hæc illo loquente, Pigratius ſuæ profanitatis oraculum ſibi faventibus dicebat: Dicite ei, ut ſaltem nunc reſipiſcat, & ſuæ conſulat ſenectuti. Sanctus ergo Canio ad hæc nihil reſpondebat, ſed in ſuæ orationis perſiſtebat inſtantia. Aſt ubi impius Præfectus vidit, eum nec blandis demulceri poſſe ſermonibus, nec ſpe promiſſorum flecti, nec minis tormentiſque moveri; ad auſteriorem ſe iterum convertit amentiam; & S. Canionem in cataſta ſuſpendi, & cingulis vehementer cædi jubet. Tantum autem eum divina tuebatur potentia, ut nec torturam confractionis elevatus in cataſta ſentiret, nec flagrorum penitus injuriâ vexaretur: jam enim in eo non erat carnalis paſſibilitatis affectus nec ejus inſtantia, & ſancti Spiritus mirabili gratia in non ſentiendo roborabatur. Cum vero carnifices tam ferocibus torturis nihil eum dolere vel ſentire vidiſſent, acrius inſtimulabantur ejus membra miſerabilibus laniare verberibus, ita ut multus cruor de ejus corpore dimanans decurreret.

in cataſta ſuſpenſus,

B

c *ac dire caſus,*

13 Multitudo autem circumſtantium, habentes viſcera prædira pietate, flebant amariſſime ſuper Martyrem Chriſti: Spiritus quoque ſanctus præveniens eorum illuminabat pectora, & videntes in agonotheta Dei beatiſſimam conſtantiam confeſſionis ſpe perennis gratiæ roborati, cœperunt Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cognoſcere, & apertis vocibus ejus gloriam confiteri. Erant autem qui crediderunt viri *d* centum ſexaginta: & clamabant ad B. Canionem & dicebant: Serve Dei excelſi, ora pro nobis Dominum Deum tuum, ut poſſimus & nos ſervi ejus eſſe. Ad horum voces nimio furore commotus Præfectus, & irarum inflammatus facibus, aiebat: Magicis, ut video, artibus vincimur, & deorum noſtrorum numina Canionis evertuntur illuſionibus. O milites, inquit, invictiſſimorum [Principum] parentes juſſis, & deorum dearumque ſacrificiis idonei, accingimini armis potentibus; & quanti hoc nomen vociferati ſunt uſque ad internecionem gladio perimite. Cum autem interficerentur, & cruentus enſis militum ſancto graſſaretur cruore, eorum beatæ voces ſidera pulſabant attentius: it clamor ad cælum, & Spiritus ſancti donum cælitus multiplicabatur in cordibus fidelium: una fides, & vox una conſonans pro Chriſto morientium erat; Serve Dei excelſi, ora pro nobis ad Dominum Jeſum Chriſtum, ut illius efficiamur ſervi, & ejus gloriæ tecum in æternum conſortes. Beatus itaque Canio poſitus in tormentis orabat: Domine Jeſu Chriſte, Deus de Deo, dignare ſuſcipere in æterna beatitudine ſervos & martyres tuos, pro tui nominis confeſſione morientes, quos feciſti per Spiritum ſanctum agnoſcere gloriam tui nominis. Nam [licet] ſacra lectionis Euangeliorum teſtantur dogmata, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poſſe intrare in regnum cælorum; nemo [tamen] dubitat eos Spiritu ſancto eſſe renatos ab infidelitate ad fidem, & à peccatorum ſordibus in gratiam remiſſionis fonte ſacri ſanguinis ſui ablutos, Angelorum & omnium Sanctorum conſortium & perennis gloriæ promereri coronam.

conſtantia ſua convertit 160 de adſtantibus:

d C

qui omnes gladio cæſi,

in ſuo ſanguine baptizantur.

EX MSS.

Jo. 3, 5.

14 Pigratius denique Præfectus, infrendens & ſtridens dentibus, juſſit deponi eum de cataſta, & in eculeo ſuſpendi, & virgis cędi & torqueri. Et dum torqueretur dicit ei Pigratius: O homo, aſſenti mihi & obtempera juſſis invictiſſimorum Principum: deſine ab hac magica pertinacia, & ſacrifica diis deabuſque noſtris immortalibus, & multiplici auri & argenti pretioſarumque gemmarum fulgore pro certo ditaberis. Beatus autem Martyr & athleta Chriſti ſubridens ait: Vera fides habet, & ſacræ teſtantur dogmata Scripturæ, quod quæ videntur, temporalia & peritura ſunt ex ſeſe; quæ autem Dei noſtri Jeſu Chriſti, inviſibilia & immutabilia ſunt; nullus denique oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Hæc autem ſuper omnia ſunt amanda, quia non ſunt mutanda: quidquid enim corporeis oculis videmus & affectu diligimus carnis, conſtat eſſe mutabile & ad nihilum redigendum. Sive enim parentes ſunt, moriuntur; ſive amici, mutantur; ſive propinqui, non permanent: ſolus autem Deus, repertor orbis & conditor cælorum eſt, cujus majeſtas æterna, cujus gloria non mutabilis, quem niſi quis ſuper aurum & argentum & gemmas & omnẽ honorem mundi dilexerit, non videbit, neque ejus gloriam promerebitur. Et facta eſt vox de cælo dicens, Canio ſerve Dei, bene conſtans eſto: quia in Campania erit tibi requies & vita per infinita ſecula ſeculorũ.

Sanctus tẽporalia æternis poſtponenda dæmonſtrat.

B

15 Tunc Pigratius Præfectus juſſit S. Canionem de eculeo deponi, & dicit ei: Conſenti mihi & ſacrifica diis, ut bene ſit tibi: quia per ſalutem Deorum & piiſſimorum Principum, aut ſacrificabis aut diverſis te pœnis interficiam. B. Canio dixit: O miſer & perfidorum crudeliſſime, fac quod facturus es: quia ſi conſiderares, quid tu ipſe eſſes vel Principes tui, humiliaremini Deo & Jeſu Chriſto filio ejus. Tunc Præfectus furore repletus, juſſit eum ſub voce præconaria, iterum plumbatis cædi, clamans & dicens: Deos deaſque blaſphemare noli. Poſt hæc juſſit plumbum & reſinam ſolvi, & ſuper plagas dilaniatas perfundi. Sanctus quoque Canio, immotus in confeſſione Chriſti perſiſtens, dicebat: Tranſeo per ignem & aquam, ut deducar in refrigerium. Suſpiciens ergo ad cælum dicebat: Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, quia hoſtia tua effici merui, & me in numero ſervorum tuorum fidelium aggregare dignatus es. Contundebantur autem membra ejus vehementer, & miſerabiliter dilaniabantur fuſtigatione verberum. Unus vero carnificum, crudelis impietatis miniſter, circumſtantibus minando dicebat: Iſtius qui deſtruenda templa prædicat, qui deos noſtros dæmonia appellat, omnes pariter deorum dominorumq; noſtrorum vindicemus injurias.

Deniquè plumbo & reſina liquatis perfuſus vulnera,

F

16 Aſt ubi ſacrilegi carnifices ceſſaverunt ejus vulnera ferventi plumbo reſinaque profanaliter comburere, Præfectus his eum alloquitur dictis: Canio, quid dicis, vel ubi corpus tuum miſerabile conſpicis? Aſſenti mihi & ſacrifica: non enim potes præcepta Imperatorum & conventum omnium deorum convincere. Beatus ergo miles Dei ad hæc nihil reſpondit. Præfectus dixit: Nihil reſpondes? B. Canio dixit: Ad nihilum nihil reſpondere oportet: tu autem, & idola tua, & dii dominiq; tui, nihil eſtis: ipſa enim nullius ſenſus [ſunt], nec veræ virtutis nec ſalutis aliquid habent, ſicut & omnes qui confidunt in eis:

& ſibi ſemper conſtans,

Deus

EX MSS. *Deum laudat.*

Deus autem altiſſimus credendus eſt, qui creavit omnia, qui per Filium ſuum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum veram nobis ſalutis viam aperuit, & regna cælorum largitus eſt fidelibus in ſe credentibus: huic immolo, huic libamina grata perſolvo, huic ſacrifico ſacrificium laudis & juſtitiæ, & reddo Altiſſimo vota mea quæ diſtinxerunt labia mea, & quæ locutum eſt os meum in tribulatione mea. Elevans autem oculos ſuos ad cælum dicebat: Domine Jeſu Chriſte, qui habitas in æterna gloria & regnas in ſecula ſeculorum diſrumpere digneris vincula mea, ut tibi cum Sanctis tuis in gloria tua reddam hoſtiam & victimam laudis tuæ.

ANNOTATA.

a *Ms. Trevir.* Jaquintus. *Vghello*, Hyacinthus. *Qui autem hic* Commentator, *melius vocaretur* Commentarienſis: *ſi tamen ſcivit auctor* Commentaria *fuiſſe carceres publicos, quibus qui præerat ſic dicebatur.*

b Bundillus *ſeu* bordillus, *idem quod* bacillus; *ſicuti augmentative Itali* Bordone *vocant magnum baculum, peregrinantium ex voto teſſeram. In Mss. Vltraject. & Trevir. eſt* virgis cædi.

B c *Ita etiam Vghellus: prædicta duo Mss.* Ungulis.

d *Idem numerus habetur in omnibus Mss. nos Martyrum turmas copioſas in Africa, ex Martyrologiis præſertim Hieronymiano, ſæpe dedimus.*

e *Suſpecta mihi ſunt ſemper ille tam frequentes de cælo voces, nec alibi fere quam in parum ſinceris Martyrum Actis inveniendæ.*

CAPUT III.

S. Canio tranſlatus ab Angelo in Campaniam, variis ibi claret miraculis.

17 TUnc Pigratius, videns ex ſuis tormentis in ipſo fidei augeri conſtantiam, & inexpugnabilem invictumque in Chriſti perſiſtere confeſſione, *Capite plectendus,* jubet ſibi afferri per Jacintum Commentarienſem geſta Canionis Epiſcopi: cumque in præſenti lecta fuiſſent, dedit ſententiam adverſus eum, ſcribens ita: Canionem, reſiſtentem & diis libamina non offerentem, vel Imperatorum præcepta contemnentem, gladio capite cædi jubemus. Traditur ergo viris iniC quis vir ſanctus: & cum duceretur ad decollandum, miniſtri iniquitatis exprobrabant, illudentes & dicentes ei: Quid tibi profecit hæc tua temeritas? Ecquid non potuit Chriſtus tuus, in quem ſperas, eripere te de tormentis iſtis immanibus? Ut autem *Jubortа horribili tempeſtate,* Deus glorificaret ſeipſum in Sancto ſuo, volens oſtendere ſuam potentiam invaſa iræ aptata in interitum, & reddere indignationem ſuam ſecundum duritiam cordis & cor impœnitens theſaurizantibus ſibi iram, in die iræ & revelationis juſti judicii Dei; factum eſt; dum talibus inſaniæ luſibus Beatum deriderent Canionem, ſubito facta ſunt tonitrua & pluviæ, grandines, & coruſcationes, & terræmotus. Videntes vero milites Præfecti, de ſupernis poteſtatibus tam terribilem furoris iram dirumpere; alii, ſemivivi fugientes, huc illuc latebant diſperſi; alii, autem cadentes in faciem ſuam, miſerabiliter expirabant. Angelus autem Dei apprehendit beatum famulum [Dei Canionem] Sacerdotem Chriſti, & eripuit eum de medio inimicorum ejus *a*; & ut adhuc, velut aurum igne paſſionis probabile factum, *aufertur ab Angelo,* multis lucidius lumen efficeretur in via ſalutis æternæ, quaſi columbam Chriſti plaudentem, in *b* Atellam Campaniæ civitatem perduxit.

a

b

18 Altera vero die, cum facti fama Carthaginenſem crepitaret per urbem, undique clamor inſurgit, undiq; tumultuantium populorum fremitus, undique queſtus querelarum adverſus Pigratium erumpebant. Quod ille audiens, nimio confuſionis hebefactus horrore, anxiis undique coërcebatur anguſtiis, & panſa manu frontem percutiebat, dicens: Quid dicturus ſum populo huic vel Imperatoribus? Chriſtiani quippe inſtantiſſime Chriſtianitatis ſuæ requirebant auctorem; viduæ & pupilli patronum & Epiſcopum requirebant, dicentes: Redde nobis ſalutis noſtræ legiſlatorem, redde piiſſimum patronum & animarum ſalvatorem. Pigratius etenim timore perterritus, ubi ſe nimiis circumſeptum conſpexit anguſtiis, irruente ſuper eum populorum ſtrepentium impetu, quid ageret vel quo ſe verteret neſciebat, & hæc tandem falſo depromere cœpit ab ore; Angelus, inquiens, eum in cælo rapuit, & à quibuſdam fertur, quod per pretium ſe redemit. D *cum magna Præfecti confuſione.*

19 Præterea veniens B. Canio ante amphitheatrum *c* præfatæ urbis Atellæ, quod ſitum erat in ſuburbano ejuſdem, habens juxta ſe fornicem opere marmoreo conſtantem; ecce quidam *d* ſcinantico prædítus morbo, ita ut etiam ad extremum vitæ jam deveniret, oblatus eſt ei, & ab offerẽtibus ſuppliciter rogatus eſt [Sanctus], ut ejus meritis & precibus ſoſpitatẽ recipere poſſet. Sanctus autẽ Canio ſuſpiciens in cælum orabat, Domine Jeſu Chriſte, Rex ſupernarum virtutum, qui me per Angelum tuum ad hanc civitatem traduxiſti, cuſtodi introitum meum, & ſuper hunc infirmum, per hoc Crucis ſalutare ſignum, potentiæ tuæ oſtende virtutem, ut cognoſcant circumſtantes quia tu es benedictus in ſecula, & verus Deus de Deo vero, qui creaſti & gubernas omnia. Tunc æger priſtinæ ſanitati eſt redditus, & videntes qui circumſtabant miraculum factum, crediderunt *e* Deo, & glorificaverunt Jeſum Chriſtum filium ejus. Nec minus etiam, ut æterna beneficia poſteris Deo attribuente in ejus introitus memoria darentur, iterum orabat dicens: Præſta Domine Jeſu Chriſte, ut ſi quis ſcinantico depreſſus morbo iſtum arcum tranſierit, in virtute nominis tui incolumis recedat *f* ab hoc dolore. Et facta eſt illi vox de cælo dicens: Canio, ſerve bone, omnia quæ petiiſti accepiſti. In eodem loco pro meritis quidem orationum & teſtimonio ſanctæ fidei ejuſque miraculi, beneficia curationum ab hac ægritudine permanent uſque in hodiernum diem; ita ut quiſcumque hanc patiatur infirmitatem, & in loco *g* ipſo advenerit confidens in Deo, precibus B. Canionis Martyris & Confeſſoris, ſoſpes abſcedat.

c *Anginam curat.*

d

E

e *ſingulari contra eam donatus gratia.*

f

F

g

20 Deinde vir Dei, divis ſemper bene fidus in armis, intrepidus civitatem Atellam ingreditur, & cœpit prædicare Regnum Dei, & euangelizare Jeſum Chriſtum verum eſſe Deum, & hunc certam omnibus dare ſalutem. Dilatabatur etiam ubique Dei virtus & gratia, in teſtimonio gloriæ nominis Chriſti: ſurdi reparabantur auditu, claudi ab infeſta erigebantur debilitate, & variæ corporum infirmitates per invocationem nominis Chriſti corrigebantur: dæmonia quoque è multorum effugabantur corporibus; ſed & allati mortui, in virtute veræ ſalutis & vitæ, ſuſcitabantur: leproſi mundabantur, paralytici curabantur, inſignia quoque chariſmatum & virtutum in nomine Domini Ieſu Chriſti operabantur: de quibus pauca ad memoriam reducere compendioſo ſtylo cenſuimus, ut incliti Martyris & Confeſſoris glorioſa magnificentur in virtutibus trophæa, adverſus antiqui hoſtis molimina, & quanta in cælis fulgeat redimitus perennis exultatione gloriæ monſtretur. Multi vero audientes verba vitæ, & cernentes opera miraculorum à beatifico Antiſtite facta, Spiritu ſancto compuncti, unanimiter *omnis generis miracula patrat.*

Deum

Deum laudabant, dicentes; Domine Jeſu Chriſte, rerum omnium creator, ſit nomen tuum benedictum in ſecula: & crediderunt in Domino animæ circiter ſexaginta ſeptem.

Novennio obſeſſum à damone,

21 Erat autem quidam homo, habens ſpiritum nequam. Hic audiens opinionem B. Canionis, & quia omnes ab infirmitatibus ſuis liberavit, & dæmonia etiam ab obſeſſis corporibus effugavit ſacris exorciſmis, rogabat obnixe ut ad beatum deduceretur Pontificem. Cumque adductus fuiſſet ubi beatus Epiſcopus verbum ſalutis prædicabat multitudini credentium, & audiens ex ore ejus tanta veritatis miracula egredi, cœpit pedibus ejus advolvi & indulgentiam petere de peccatis ſuis. Dicit ei B. Canio, Quid vis ut faciam tibi? Ille autem cum lacrymis exclamavit, dicens: Rogo te, facias effugari à me ſpiritum nequam, quia ecce novem anni ſunt, ex quibus datus ſum ei in poteſtate ut me torqueat. Et cum audiſſet B. Canio Epiſcopus, quod obligatus eſſet à ſpiritu immundo, cœpit flere, & lacrymas fundere, & orare, dicens: Immunde ſpiritus, tibi dico in nomine Jeſu Chriſti, recede ab hoc puero, quem Dominus plaſmavit: ipſe tibi contradicit, diabole, ut recedas ab eo, nec ulterius creaturam ſuam dilacerans aggredi præſumas. Et ecce diabolus apparuit nudus, & totum corpus plenus vulneribus, & ita vociferabatur dicens: Adjuro te, ſerve Dei, per ipſum qui nos religavit cum patre noſtro, quando paſſus eſt pro mundi ſalute, ut mihi non auferatur de manibus meis: quia ecce jam novem anni ſunt, ex quibus eum in mea accepi poteſtate. Tunc dicit ei B. Canio: Tibi dico, immunde ſpiritus, vade in profundum abyſſi, & ibi relegatus eſto uſque ad conſummationem ſeculi, ne quemquam lædere poſſis.

ab eodem, fruſtra lamentante,

& injuriâ ſibi fieri quærente, liberat:

22 Ad hæc diabolus vociferabatur, & diræ torvæque vocis mugitus in aëra emittebat, dicens, O violentia, quam ab hoc ſene decrepito patior! O acquiſitæ poſſeſſionis impie ereptor! Non tibi ſufficiebant ducenta *g* millia Africanorum, quæ mihi abſtuliſti? inſuper & ſpem meam mihi funditus abſcidiſti, & Deo tuo per baptiſmum offerens ſanctificaſti. Iterumque ad gemitus converſus repetebat dicens, O violentia! ô ſenecta nequiſſima! jam ultra non ſuffero machinationes tuas, & inſuper diuturnis corporum humanorum receptaculis avulſus, in inhabitabilibus latebris abyſſi demergor. Pereat dies illa annorum ex numero, nec ſolis illuſtretur ex lumine, ſed in maledictione obſcuretur æternum, qua tu, omnis meæ virtutis & dominationis adverſator perfidus, naſci permiſſus es: nam flumen lacrymarum tuarum velut torrens impegit domicilium meum infirmum, & ſpes mea dilapſa ſubruitur. Multitudo ergo circumſtantium, audientes vehementem mugitum abeuntis maligni ſpiritus, & videntes virtutis miraculum quod per ſervum ſuum Domini operabatur potentia, attoniti ſtupenteſque laudaverunt & confeſſi ſunt nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti: nam & puer ipſe à diaboli vexatione & laqueis ereptus eſt, & cetera multitudo credentium numero centum baptizati ſunt à beato Pontifice, confitentes & dicentes, Benedictus es, Domine Jeſu Chriſte, Deus omnipotens; & benedictum nomen majeſtatis gloriæ tuæ: tu enim es Deus unus & verus, quem miſer hic mundus ignorat: nos autem credimus & cognoſcimus, mundati unda ſacri baptiſmatis, cum viam ſalutis æternæ per beatum famulum tuum Canionem cognoſcere meruimus.

cæca vidue viſum reddit:

23 Tunc S. Canio, exultans ſpeciali gaudio in Domino Jeſu, dicebat: Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, qui congregaſti numerum hunc fidelium animarum, ut laudet nomen tuum in atrio ſancto tuo, & ordinent teſtamentum tuum ſuper ſacrificia laudis tuæ. Multiplicata creſcat, & creſcens multiplicetur Eccleſia ſancta tua, in gloria regni tui, in ſecula ſeculorum. Præterea cum inſignis opinio virtutis plurimæ in manu Sanctorum celeberrima divulgaretur fama; vidua quædam nomine Eumenia, marito geminiſque orbata liberis, multo tempore plorans, amiſſis oculis cæca facta fuerat: quæ audiens de miraculis ſancti Antiſtitis, venit ad eum cum lacrymis, & ejus cum ingenti luctu & ſuſpiriis advoluta pedibus, precabatur dicens: Adjuro te per Deum & Dominum Jeſum Chriſtum, ut facias me videre lumen cæli: quia quinquennium eſt, ab obitu mariti filiorumque meorum, quod in tenebris vivo & lumen cæli videre non poſſum. Beatus autem Canio, nihil hæſitans, ſed fidei fretus munimine, elevans oculos ſuos ad cælum, dixit: Dominus Jeſus Chriſtus, qui aperuit oculos cæci *h* Tobiæ Prophetæ, ipſe te illuminet. Et facto Crucis ſignaculo in oculis ejus, eâdem horâ aperti ſunt; & vidit lumen, & cœpit clamare, dicens: Benedictus Dominus Jeſus Chriſtus, Deus æternus, qui me illuminavit per ſervum ſuum Canionem Epiſcopum: ſtatimque baptizata eſt cum domo ſua promiſcui ſexus numero decem, laudes & gratias agentes Domino Jeſu Chriſto.

domum ejus totam baptizat.

EX MSS.

ANNOTATA.

a *Huic, ut vereor, fictioni occaſionem dediſſe potuit, quod, Angelo revera deferente, lacera Confeſſorum navis abſque armamentis appulerit in Campaniam. Regius & Ferrarius, loco Atellæ,* Acheruntiam *nominant: ſed male.*

b Atella, *eo fere loci, ubi nunc* Averſa *eſt, inter Capuam & Neapolim.*

c *Romanæ urbis ornamenta certatim imitari ſtudebant Imperii urbes præcipuæ, apud quas ejuſmodi* Amphitheatrorum *reliquias etiamnum videre eſt.*

d Scinanticus *morbus,* ſquinantia *aliis, Latine* Angina, *fauces occupans & præcludens.*

e *Gentiles pro ſuo conceptu hic inducit Auctor, quos non poteris agnoſcere, ſi verus* S. Canio *ſub Wandalis vixit.*

f *Hujuſmodi poſtulationes Sanctorum, quibus gratiam petunt ad unius generis curationes perpetuas, ex ſucceſſu confictas arbitramur.*

g *Hoc & quædam ſequentia miracula, ſola fortaſſis ſuperſunt ex veris geſtis veri Canionis, non ſcripto, ſed per traditionem Atellanorum deducta ad notitiam poſterorum.*

g 200 *Millia converſorum in Africa, abſque teſte hic numerari, quis dubitet?*

h *Cum illuminatio* Tobiæ *incarnationem Verbi præceſſerit, parum apte illa tribuitur* D. Jeſu Chriſto.

CAPUT IV.

Obitus, ſepultura, tranſlatio S. Canionis Acheruntiam.

Quæſitus ad necem S. Canio

24 AUdientes carnifices quod fiebat in eadem civitate in miraculis, mirabilius geſtis in nomine Domini Jeſu Chriſti, ſtridebant dentibus, & quærebant occidere eum. Cum autem nuntiatum fuiſſet beato Pontifici, quod a carnificibus ad occidendum quæreretur; factum eſt, dum inſtanter eum quærerent, invenerunt eum curantem unum paralyticum in nomine Jeſu. Dicebant ergo intra ſe, Nonne eſt ipſe ſenex, de quo nobis dictum eſt quia deos deaſque noſtras deridet, & prædicat illum qui dicitur Chriſtus? & quærebant qualiter eum

EX MSS. *fugam capit,*

apprehendere poſſent. Sanctus vero Canio imitatus eſt Chriſtum, cum Judæi tulerunt lapides ut jacerent in eum, ille autem abſcondit ſe & exivit de templo, & tranſiens per medium illorum ibat, & Mat. 10, 23 cœpit fugere ante eos, ſecundum illud Euangelicum, Cum vos perſecuti fuerint in una civitate fugite in aliam. Quidam autem dixit eis, Quem quæritis? Et reſpondit unus carnificum, Illum ſenem qui Deos noſtros deludit. Dicit illis: Ecce ante vos pergit. At illi hæc audientes, cœperunt celeriter ſequi eum: videbatur enim à longe. Sanctus autem Canio, cum reſpiceret poſt tergum, vidit poſt ſe carnifices inſtanter currere. Sciens vero quod eum ſequerentur, quia jam ei dictum fuerat quod ab eis quæreretur; ingreſſus eſt domum cujuſdam anus, in qua erat minantis ruinæ veteris monumentum, ubi ſe beatus abſcondit Pontifex. Mulieri vero ſtanti ante fores domus ſuæ appropinquantes carnifices, dixerunt: Mulier, nonne vidiſti hominem *a* tonſuratum, ſenem decrepitum, hic fugientem? Quæ ait ad eos, Vidi eum præpete greſſu præterire. At illi inceptum iter inani proſecuti ſunt tramite. Et ingreſſa ad eum mulier dixit: Ecce carnifices qui te perſequebantur præterierunt: ne moreris autem egredi, ne forte revertentes te hic inveniant, & pariter nos igne cremabimur.

a *& inſequentes deludit, primo ſub veteri monumento,* B

25 Beatus autem Canio egreſſus monumentum, pervenit ad quemdam rubum, quem locum beatificâ poſt hæc ſepulturâ ſacravit. Cælitus vero divinum effecit Numen, ut aranea totum circa rubum b *telam* miræ texeret artis ingenio. Aſt ubi miniſtri iniquitatis huc illucque diſcurrentes, & nimia diſcurſus fatigati inertia, pervenerunt ad locum ubi Dei Sanctus latebat, divino ſeptus numine; hæc intra ſe inſano volvebant murmure, dicentes, Videamus ne forte ſub hoc ſe celaſſet rubo. Circumſpicientes autem, videbant tela araneæ circumtectum locum, & dicebant: Si ille homo hic introiſſet, telam hanc araneæ procul dubio dirupiſſet. Hoc divino nutu obcæcati & dubii effecti, voto fruſtrati ſacrilego, retro unde venerant reverſi ſunt.

b *deinde ſub rubo & telis aranearum latens.*

26 Beatus igitur Dei famulus Canio Epiſcopus, dum hujus mortalis habitaculi tæderet horrorem, & ſupernæ benedictionis gloriam anhelaret, venit in eo loco ubi *c* ad duarum baſilicarum aditum uſque in præſenti introitus patet, quo Sanctorum corpora, id eſt, Felicis ac Vincentii Confeſſorum & Sacerdotũ celeberrimo recondebantur affectu, nèc non duorum Confeſſorum Felicis & Felicis, felici ſemper pacis gratia ſepultorum, in baſilica cognomento Argentaria. Ibique in ipſo devians itinere, fixis genibus, expanſis manibus, inclinato capite, diutius Dominum Jeſum Chriſtum deprecabatur, ut ab hoc corporis mortalis ergaſtulo animam ejus eriperet, & in cæleſtis beatitudinis gloria collocare dignaretur: ut adimpleretur illud Prophetæ, Pſ. 62, 3 In deſerto & in invio, ſic in ſancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam. Orans ergo dicebat: Ego Canio ſervus tuus de hoc loco non diſcedam, donec audias gemitum meum, & liberes me de ſeculi hujus ſordibus, & in conſpectu majeſtatis tuæ immaculatum ſpiritum meum præſentari jubeas. Te benedico, te glorifico, qui me ad hanc diem pervenire feciſti, ut accipiam partem in numero Sanctorum Martyrum fidelium tuorum. Nunc autem, quia jam tempus eſt ut ad te veniam, deſiderans te videre, Domine Jeſu Chriſte, in manus tuas commendo ſpiritum meum. His dictis, ſanctum tradens ſpiritum, in pace obdormivit in Domino.

c *Ad duas baſilicas perveniens* C

moritur ut petierat.

27 Ac dum per multos dies jaceret corpus Sancti illæſum, nullo ſciente Chriſtianorum; nutu Dei factum eſt, ut pervigil cuſtos avis, ſuper ſanctum corpus pervolans, [illud] tueretur, ne à ferali contactu quiret fœdari. Venientes ergo quidam fidelium ſecus locum, audiverunt voces ſicut millia millium dicentium: Ecce homo juſtus, verus Dei cultor, qui ſecutus eſt viam Domini, & partem habet cum eo in ſempiternum. Cognoſcentes denique Chriſtiani de corpore Sancti per virtutem Dei, gratias agentes Deo, cum dignis funerum exequiis & hymnidicis laudibus, ſepelierunt eum in cœmeterio SS. Felicis & Vincentii octavo Kalendas Junii. Beatus quoque Elvidius poſt aliquod tempus, ſopita *d* jam perſecutione in Chriſtianos graſſata populos, circa ſextam noctis horam, vidit in viſione Angelum Dei, ferentem animam ſicut columbam, qui ait ad eum: Anima iſta quam vides conſervi noſtri Canionis Martyris eſt: invenit enim locum apud omnipotentem Deum perpetuæ refectionis. Ubi Sanctus cognovit Elvidius *e* obitum beatiſſimi Martyris & Confeſſoris, venit ad locum, ubi à fidelibus ſepultus eſt, una cum plebe Dei: [qua] inſiſtente & ad perfectum adducente, ædificavit eccleſiam & *f* cubiculum ſupra corpus ejus, omni variarum ſpecierum decoratum fulgore, ſicut teſtimonium tituli in fronte ipſius cubiculi ſcriptum declarat.

D *Angelico ad corpus cantu moniti cives illud ſepeliunt:*

d *ipſum in urbem deinde transfert S. Elvidius.*

c

f

E

28 Poſt plurima denique annorum curricula, cum labi [cœpiſſet] civitas, & divis dogmatibus devia, & tantæ virtutis decus irreverenter recolens, [eodem] privata extitit; & ſalutis ſibi [collatæ] ingrata, aliena [à Salvatore] permanſit. Anno namque Incarnationis Domini ſeptingenteſimo nonageſimo nono, vir inſignis Acherontiæ Sedis Leo g Pontifex, ſancto ſuggerente ſpiritu Hieroſolymam [proficiſci, &] venerabile ſemper Paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti oraculum, & ſanctæ Reſurrectionis ejus ſepulcrum, & glorioſiſſimæ Aſcenſionis ſalutiferum indicium videre cupiens, [ut] perennem plebi provideret Patronum & ubique in omnibus protectorem, præfatam quoque urbem Atellam petiit: & ſublato ſancti corporis theſauro, Euangelico negotiatori ſimilis, ad Pontificatus ſui eximiam Sedem tranſvexit, & conſtruxit præcipui operis induſtria templum: & huic plurima adminiſtrans ornamenta, in honorem beatiſſimi Martyris & Confeſſoris, peractam dedicavit Baſilicam.

Anno 799 Ieroſolymam iturus Leo Ep. Cacheruntinus

g

Aiella corpus aufert h

29 Ipſe vero Antiſtes, cum dictæ devotionis iter arripuiſſet, Dei providentia factum eſt, ut qui ejus fidei indicia in terrena Jeruſalem videre cupivit; in illa æterna Jeruſalem, quæ eſt mater noſtra (juxta illud Apoſtoli ubi dicitur, Illa autem quæ ſurſum eſt Jeruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra) eum qui eſt pax vera in ſua meruit majeſtate videre, & cum Sanctis ejus gloriam poſſidere ſempiternam. Defunctus vero & ſepultus eſt in jam dicta Africæ regionis Juliana *h*, ubi beneficia divinæ ſalutis credentibus per ejus merita largiendo præbet Chriſti potentia, in miraculis virtutis inſignibus. O mira omnipotentis Dei clementia! ô inenarrabilis pietas! ô immenſa diſpenſatio! qui ſic omnia diſpenſando gubernas & gubernando diſpenſas, ut in te ſperantes numquam tuæ careant ſalutis munere: qui dum B. Canionem, præfatæ urbis Julianæ Pontificem, ad confeſſionem tui nominis in Martyrii certamine [roboraſti], & per Angelum tuum ad plũrimorum ſalutem tranſtuliſti, ſicut dictum eſt; inenarrabili virtutis myſterio feciſti, ut qui ejus corpus in ſuo tranſtulit Pontificio, ſuę prævidens plebis perennis opem ſalutis; ipſe in urbem Pontificatus ejus, glorioſis miraculis egregiæ virtutis ſignifer, & ſine fine perpetuus ſalutis opifer, & ſemper pius Patronus *i* transferretur. i

F *& ipſe moritur Iuliana,* Gal. 4, 26

h *ibique colitur ut Patronus.*

ANNO-

ANNOTATA.

a *Eſtne credibile, quod fervente perſecutione Tonſuram ſacram tam aperte prætulerint Eccleſiaſtici, ut ex ea cognoſci poſſent?*

b *Quanto verosimilius de S. Felice Nolano legitur, quod eo intra duos parietes propinquos ſe abdente, aditus ſubito apparuerit telis aranearum obſtructus? quis enim unquam vidit rubum vel ſpinetum ſic totum obtextum ejuſmodi telis?*

c *Harum Baſilicarum & quatuor hic indicatorum Sanctorum memoria periit ſimul cum urbe Atella. In Ms. Trevirenſi ea ſic narrantur:* Duarum baſilicarum aditus nunc eſt, id eſt B. Felicis & Vincentii Sacerdotum, quorum depoſitio eſt, Vincentii x Kalendarum Aprilis, & Felicis x Kalendarum Maji. Sed & beatiſſimorum Confeſſorum, id eſt, Vincentii & Felicis requieſcentium in baſilica Argentarii, quorum natale unius celebratur ſexto idus Auguſti, alterius pridie Idus Februarii. *Quæ poterunt ad Pratermiſſos referri, donec aliunde, quod optamus, confirmentur. Quamvis enim de ſuo tempore loquens Auctor fidem mereri videatur: tamen ea quam ſibi videtur arrogaſſe fingendi licentia facit, ut nec in iis quæ forſitan vere dixit audeamus ipſi credere.*

B d *Maxentio victo 26 Octobris an. 312 ceſſavit primum in Italia perſecutio: ſed ſi ad Wandaliam pertinet* Canio, *gratis hæc ficta ſunt.*

e *Non potuit diu* Elpidium, *Epiſcopum Atellanum, latere facta à civibus ſua ſepultura, adeoque & obitus: ergo male conſuta hæc ſunt. Eſt tamen verosimile revelationem, ſi qua facta eſt, factam eſſe ipſo articulo temporis quo S.* Canio *obiit.*

f Cubiculum *hic ſumitur pro ſubterraneo oratorio, ad alicujus Sancti ſepulcrum inſtructo, quod nunc paſſim* Confeſſio *appellatur. Hinc à Leone Papa I*, Conſtituti ex Clero Romano Cuſtodes ſuper corpora Apoſtolorum, vocantur Cubicularii *apud Anaſtaſium.*

g *Vghellus* Leonem II *appellat & Epiſcopum factum ait anno 776, cui ſucceſſerit* Rodulphus, *qui tempore Ioannis Papæ VIII, Grumento à Saracenis diruto, Acheruntiam tranſtulerit corpus* S. Liverii *ſeu* Laverii *Martyris. Hujus Acta habemus pro 17 Novembris: non item* S. Mariani, *cujus corpus anno 1613, inventum mirabiliter fuit & ſub altari repoſitum: poterimus tamen de eo agere ad diem, quo colitur 30 Aprilis, in Supplemento illius menſis.*

h *Licet Ieruſalem tunc eſſet ſub Saracenis, frequentabatur tamen illa à peregrinis, æque aut magis quam nunc ſub Turcis; mitius ibi Chriſtianos tractantibus, eorumque religionem tolerantibus barbaris. Aſt in Africa pejus actum eſt, & anno 1054 jam eo res venerat, ut Leo IX Epiſt. 4, doluerit,* eccleſiarum Africanarum decus ita conculcatum à Gentibus, ut tunc vix quinque invenirentur Epiſcopi: *qua de re vide egregium opus amici noſtri D. Emanuelis à Schelſtrate, Canonici & Cantoris in Cathedrali noſtra Antuerpienſi, nunc autem & Vaticanæ Bibliothecæ Cuſtodis, de Eccleſia Africana ſub Primate Carthaginenſi, Deſſertat. 4, cap. 7 deſcribentis interitum Africanæ Eccleſiæ, à ſeculo 8 per Saracenos introductum, & huc uſque continuatum. Vtrum tam felix* Tulana *fuerit, ut uſque ad an. 799, aliquem religionis cultum ſervarit, equidem neſcio. Difficilius tamen capio quomodo Hieroſolymas navigans* Leo, *illuc curſum inſtituerit, niſi tempeſtate coactus: cum ejuſmodi peregrini ſoliti fuerint Africæ littora remis veliſque fugere.*

i *Hoc etiam magis incredibile, quod tali loco ac tempore cultum Sancti invenerit* Leo, *qui nullum obtinuit in patria ſua, adeo ut nec mortis quidem diem diſcere Acheruntini curaverint. Vt ſummum igitur ex comitibus itineris cognitum fuerit, eum quomodocumque appulſum Tulanam, ibidem à qualibuſcumque Chriſtianis ſepultum eſſe. Cetera liberaliter pro ſuo ingenio adjecerit Auctor, vel hoc nomine dignus ſuſpectior haberi, quod etiam in rebus ſua notitia propinquioribus præſumpſerit uti fictione.* D

APPENDIX

De Baculo S. Canionis.

Baculus ſub ara clauſus,

30 *Ferdinandus Vghellus, eo quem Commentarius prævius exhibet loco, iſtic ubi . . . . . notavimus, hæc inſuper habet, in finem reſervata à nobis:* Prope ſacrarium viſitur locus, ubi aſſervatur ſimulacrum ejuſdem Sancti in altari, compaginato ex candido marmore, vacuo tamen. In eo aſſervatur pedum Martyris, quod per foramen conſpicitur & tangitur, aliquando vero per menſes multos nec apparet nec tangi poteſt; quod ferunt, cum accidit, iram Dei propinquam annuntiare. *Idem naviſſime nobis confirmat Archidiaconus Nicolaus Palma, appellatque* Miraculum continuum: *& diſtinctius ipſum deſcribens ait, foramen prædictum duos digitos ſimul ad tactum intromiſſos recipere, & eſſe in dextro latere capſæ: quod autem tangi & conſpici modo poſſit, modo nequeat, inde fieri; quia ſubinde proxime ad foramen ſe admovet, ſubinde retroactum & in medio aëre ſuſpenſum manet. Deinde allegat idem Archidiaconus, tranſcriptumque nobis mittit Carmen Alfonſi Coſta Doctoris Medici, quod non gravabor adnexere.* E

vario motu mirabilis.

deſcribitur carmine Alfonſi Coſtæ

31 Hic Sancti Baculus Canionis conditur: annis
Mille & quingentis millia multa facit.
Nunc foris apparet, tangis: modo inabditur arcâ,
Et manui tactum, quem dedit ante, negat.
Huc illuc excurrit: abit, redit: immanet, hæret:
Templi hujus lux eſt, lumen & urbis erit.
Redditur intactum ac incorruptile. Mirum eſt:
Cum ferri ad nihilum maſſa reducta foret.
De Sancti baculo quidam titubaverat Heros:
Proh! Statim evadit cæcus, & ire nequit.
Ad Sanctum ſupplex converſus adorat, & orat
Ut ſibi reſtituat lumina: credit: habet.
Non poſſunt ſcribi calamo miracula tanta,
Quanta vigent: faciunt his ara & urna fidem.
Ora pro nobis, Martyr Canione, fac iſtam
Tutam urbem à noxis, à fame, labe, * cane.
In quibus ærumnis præſentibus angitur, eſto
Præſto: ne prorſus diruta, lapſa cadat.
Defunctis requiem, viviſque precare ſalutem:
Atq; tuam in cunctis, Sancte, precamur opem.
Quiſquis es, ad Sanctum propera, & reverenter adora;
Ut voti compos, crimine mundus eas.
In terris tuus unus erit Protector: & orans,
In cælum faciet prævius almus iter.
Ter, quater ô felix, Acheruntia, digna Beatum
Hunc habuiſſe: diem ter venerare ſuum.
Alfonſus Medicus tibi carmina Coſta dicavit:
Se, ſua commendat: protege, ſume, ſuos.

Miraculo incredulus, ideoque extacatus, viſum credendo recipit: F

*.i. peſte.

excitantur cives ad ſui Patroni cultum.

DE SS. MAXIMO ET VENERANDO

FRATRIBVS, MARTYRIBVS IN DIOECESI EBROICENSI.

G. H.

COMMENTARIUS HISTORICUS

De eorum cultu & inventione; deque Legenda, ſed fabuloſa.

Cultus Sacer: *Breviarium Ebroicenſe, juxta decretum Concilii Tridentini per Claudium de Sanctes Epiſcopum Ebroicenſem emendatum, & Pariſiis anno* MDLXXXVI *excuſum, exhibet ad hunc* XXV *Maji venerationem* Sanctorum Maximi & Venerandi Martyrum *ſub ritu ſemiduplici, additis novem Lectionibus propriis cum aliquot Antiphonis. Harum prima ad Veſperas eſt hujuſmodi.*

Antiphona, Ave fraterna Martyrum progenies:
Quam ſeculo geminam protulit una dies.
Ave Chriſti glorioſi Martyres,
Quos æque paſſos æqua fovet requies.
Vos, qui ſupernam jam tenetis gloriam;
Nobis, precamur, impetrate veniam.

B *Altera Antiphona ad I. Vesperas recitatur hujuſmodi.*

O quam jucunda Martyrum germanitas,
Quam vera conſecravit Chriſti caritas!
O quam beata fovet illos requies,
Quos hic afflixit pœnarum congeries!
Per vos precamur, cæli luminaria,
Olivæ binæ, laudis ſacrificia,
Æternæ lucis mereamur gaudia.

Oratio, *Et ſequens ubique recitatur Oratio.* Quæſumus omnipotens Deus, ut nos geminata lætitia hodiernæ feſtivitatis excipiat: quæ de beatorum Martyrum tuorum Maximi & Venerandi glorificatione procedit, quos eadem fides & paſſio fecit eſſe germanos: *quæ Oratio in Romano eſt* SS. Joannis & Pauli, 26 *Junii.*

2 *Hæc de ſacra eorum veneratione in urbe & diœceſi Ebroicenſi, in qua ad Auturam fluvium altis Auream, poſtquam in illum defluxerit Itonus, eſt* Acineia *burgum, cum Præpoſitura Ordinis Benedictini, in qua olim depoſita fuerunt corpora: quorum inventionis hiſtoriam ante multos annos reperimus in Ms. codice Reginæ Sueciæ ſignato numero* 322. *Fuerat is olim D. Petavii, continebatque Chronica Euſebii, Hieronymi, Proſperi & Sigeberti: quod ultimum auctor, qui vixit poſt annum* MCC, *dicit ſe accumulaſſe adjunctis Normannicis & Anglicis poſt Bedam & Aimoinum: & ſic in Sigeberto auctо iſta ad annum* DCCCCLXIV *habentur:* Hoc tempore, ſcilicet Ricardi Ducis Normannorum, qui tertius à Rollone avo ejus Normanniæ regebat Ducatum, quique propter ætatis diuturnitatem Vetuli ſumpſerat cognomen, piæ memoriæ Mainardo Abbate inſiſtente in ſacri monaſterii Fontinellenſis reſtauratione, vir quidam ex tranſmarinis partibus frequenti commonitus viſione, in Gallias venit: & ad locum, qui ſuper Auturam fluvium ſitus, Acineia dicitur, intempeſtæ noctis ſilentio acceſſit: Sanctorum quoque Corpora Maximi & Venerandi Martyrum, ut ex revelatione didicerat, invenit, ſecumque ſecretius tulit, & ad portum Logienſem feſtinus deſcendit: ubi dato naulo cuidam nomine Amalberto, naviculam ingredi voluit: at divina retentus virtute, velut ebrius labare cœpit; iterqu quod diſpoſuerat, implere nullatenus valebat. Quod cum nauta ille cerneret, & novitate rei attonitus, paulo diutius aſpectaret; tandem hominem percunctatus, quid ſub involucro ferret; ad Fontinellæ monaſterium, quod juxta erat, ſecum venire compulit: Abbatique & Fratribus illum offerens, quod actum fuerat expedivit. At ille deprehenſum ſe intuens, ſpemque deferendi penitus non habens, ſancta oſſa involuta retexit, nomina & viſionem cunctis palam expoſuit: ſicque amiſſo, quem per tot pericula quæſierat, cæleſti theſauro, triſtis mœſtuſque vehementer, receſſit. Quæ res cum præfato Principi Normannorum innotuiſſet, & Fratres humiliter illi ſuggererēt, ut, quid inde agere deberent, decerneret; vigilanter hoc decrevit, ut quò divino imperio & ſua Sancti pervenerant electione, ibidem deinceps permanerent ſua quoque auctoritate. Unde hactenus in Fontinellenſi cœnobio ibidem Sancti cum debita habentur reverentia. *Hactenus dictum Ms Chronicon. Quæ poſtmodum excuſa ſunt à Luca Dacherio, tertio tomo Spicilegii in appendice 2 ad Chronicon Fontanellenſe cap. 5, pag. 256.* E

Sepultura antiqua, *ad Fontanellenſe monaſterium delata.*

C

corpora anno 964 inventa,

3 *Quis vero ſtatus dictarum Reliquiarum hoc tempore ſit, ita indicatur in relato ſupra Breviario Ebroicenſi, atque in Lectione nona de hiſce Sanctis quæ ita recitari ſolet.* Ad horum Martyrii ac totius hiſtoriæ memoriam, in illo pago Achiniaco monaſterium ſeu prioratus vetuſtiſſimus conſpicitur, in quo illorum Capita ad venerationem ſervantur, & opitulantur variis Chriſtianorum morbis & neceſſitatibus, qui devotionis cauſa illuc peregrinantur. Corpora vero in monaſterio S. Wandregiſili illuc tranſlata retinentur. Pagus denique Achiniaco proximus, Silva impiorum ſeu finientium vocatur; ob impietatem illorum, qui de ſilva illa ex inſidiis Sanctos adorti ſunt; vel ab eorum fine & interitu, quem ſtatim poſt conſummatam contra Sanctos perſecutionem pertulerunt: quos ultio divina noluit longius tantum ſcelus impune ferre. *Hæc ibi,* & pagus Achiniacus *dicitur ſupra* Acineia, *vulgo* Aquigny: *& quod ibi eſt* monaſterium Fontanellenſe, *à fundatore dicitur* S. Wandregiſili, *vulgo* S. Waudrille, *cujus Acta referentur ad diem* XXI *Julii. Ejus Succeſſor fuit S. Lantbertus, dein Archiepiſcopus Lugdunenſis: ad cujus Acta die* XIV *Aprilis, deduximus accurate tempora ædificati Fontanellenſis cœnobii.* F

capita in Prioratu Achiniaco,

locus Martyrii Silva vicina.

4 *Hactenus relata, nobis ſatis certa videntur cenſenda; atque illis ſatisfactum eſſe, adeoque finis imponendus, niſi obſtarent aliquæ narratiunculæ, omnino fabuloſæ, hic rejiciendæ. Eæ paucis adjungebantur in ſupra relato codice Ms. Reginæ Sueciæ, ac pluribus referuntur in octo Lectionibus Breviarii Ebroicenſis; pleniſſime autem deſcribuntur in Ms. perantiquo Aquiniacenſi, quod Ioannes Darde Societatis Ieſu Sacerdos, ut ſcribit, multo labore extorſit: quia ſæpius repulſam paſſus, ſic inſtitit qua precibus qua amicorum interventu & auctoritate, ut, quod bonus Procurator ſtatuerat non commodare, tandem evicerit atque expugnarit, ſponſore facto amicorum aliquo, qui in illo oppido auctoritate pollebat, de theſauro illo, uti æſtimabat, poſt ſeptem dies reſtituendo. In hoc ergo codice* Vita & martyrium SS. Maximi & Venerandi *ſic incipit:* Anno ſiquidem Incarnationis Domini trecenteſimo circiter & ſexageſimo ſexto, præſidente Sedi Romanæ ſanctæ recordationis Papa Damaſo, Rem vero publicam Valentiniano minore, cum Placidia matre ſtrenue gubernante, Vitalio & Sabino tum in Formana civitate Italiæ Conſulibus, repentinus Gentilium tumultus ejuſdem Provinciæ in idolorum culturis exoritur.

Legenda fabuloſa,

ubi ſeculo 4 ſeu potius 5,

fingitur ſuſcitata perſecutio,

A exoritur. *Quæ ita abbreviata in Ms. codice Reginæ Suecia leguntur:* Valentiniano juniore cum matre Placidia Rempublicam gubernante, Vitalio & Sabino in Formiana civitate Italiæ Conſulibus, repentinus Gentilium tumultus ejuſdem provinciæ in idolorum culturis exoritur. *Lectio prima Breviarii Ebroicenſis ſic incipit:* Anno Verbi incarnati circiter trecenteſimo & ſexageſimo ſexto, tempore Damaſi Papæ & Imperatoris Valentiniani, Maximus atque ejus frater Venerandus Brixiæ nati ſunt. *In primo Ms. poſtea dicuntur* de Brixia civitate oriundi, quæ vicina erat Formanæ urbi.

& ipſi nati Brixiæ,

5 *Obſecro ſingula inſpiciamus.* S. Damaſus *ex noſtro calculo creatus eſt dicto anno* CCCLXVI *ſub finem menſis Septembris. At procul ab eo anno diſtat* Valentinianus junior, *qui cum matre ſua* Placidia *cœpit imperare anno* CCCCXXV, *ubi poſt aſſignatum annum* CCCLXVI, *eſt intervallum annorum* LIX. *Nominat deinde Auctor* Formanam Brixiæ vicinam, *urbem in qua fuerit* Amphitheatrum *cum* cavea leonum. *Urbem* Brixiam *in Ciſalpinis omnes novimus.* Formias *in Latio; ab hac diverſam* Formanam Brixiæ vicinam, *ut reperiamus vel per umbram, nihil propius occurrit quam* Verona; *cujus loco utrum* Formana *obrepſerit neſcimus; ſcimus autem ſatis*

B *vicinam eſſe Brixiæ & in ea haberi celebre amphitheatrum, quod cum ſuis caveis anno* MDCLX *conſpeximus. In hac Formana civitate dicto anno* CCCLXVI *dicuntur fuiſſe* Conſules Vitellius & Sabinus, *ex Romanis faſtis ſumpta nomina, in quibus* Vitellii *fuerunt Conſules proximis à paſſione Chriſti annis, uti &* Sabini *ſub Domitiano & Antonino Caracalla. Sed quam apte hæc in qualemcumque Formanam urbem transferantur, non quæro: progredior cum antiquo Ms. ubi dicitur quod* pater eorum Magnus *ſub* Laoditio & Maximo in Amphipoli provincia Martyrio coronatus eſt. *At quis ejus Martyrii meminit? & ubi eſt* Amphipolis provincia, *in qua Magnus Brixienſis fuerit coronatus?* Amphipolim *Macedoniæ urbem, alicubi forte nominatam repererat Auctor; neſcio an etiam* Maximum, *Martyrem Brixienſem Martyrologio Brixiano Fayni nuper adſcriptum ad* XII *Iunii; ſed pro eo tempore quo paſſi ſunt Sancti Fauſtinus & Iovita ſub Aureliano Præfecto & Adriano Imperatore; adeoque annis pluribus quam ducentis quadraginta ante annum ſupra notatum & Pontificatum Damaſi.*

atque à Papa Damaſo ordinati,

6 *Poſtea à Pontifice Romano (qui in Ms. Reginæ Suecia eſt* Damaſus) *ordinatus eſt* Maximus, Epiſcopus; C *&* Venerandus, Levita *ſive* Archidiaconus. *Verum iſta dignitates in ſupra relatis non memorantur, & ideo in Titulo ipſos omiſimus. Ab eodem Pontifice Euangelizandi gratia miſſi dicuntur Brixiam, unde orti fuerant; indeque excurriſſe Formanam, ubi* idolum *erat* Veſtoroſii, id eſt Bacchi; *cui quod contradixiſſent, à* Vitatio Proconſule *capti ſint & quæſtioni ſubjecti, atque ad idolum adducti: quod eorum precibus terra motu facto corruerit in pulverem. Tum narrantur in fornacem ardentem conjecti,*

poſt varia à Proconſule Gentili illata ſupplicia,

ſed accedente Angelo intacti ab igne permanſiſſe; flamma conſumptis cum Vitellio Proconſule circiter centum ſexaginta, qui circumſtabant Gentilibus, quorum nec corpora quidem colligi potuerint. Poſtea à Sabino Principe, *quod Apollinem nollent adorare, rotis alligati feruntur membratim diſcindendi, ſed diſſolutis illico rotis incolumes evaſiſſe. Deinde in amphitheatro objecti primum leænæ, poſtea leonibus triduana fame ad ferociam præparatis: ſed hos ovibus mitiores Sanctorum linxiſſe pedes, & in ipſos venatores irruiſſe, quos momento devorarunt.*

ex Italia fugiſſe in Galliam.

7 *Incluſi tandem carceri Martyres, ſeptem diebus abſque cibo ullo aut potu perſtiterunt: ſed ab Angelo educti, adſcitis ſocio* Etherio & Mario *in Gallias abierint: quo in itinere quatuor mortui ſuſcitati ſint, tres à nativitate cæci illuminati, duo claudi erecti, ac totidem leproſi mundati.* Burgundiam *porro (cœpit hæc ſub initium ſeculi* V *nominari)* Burgundiam, *inquam ingreſſi, acceſſiſſe dicuntur* ad S. Germanum Epiſcopum Autiſſiodorenſem, *tunc* cum S. Lupo Tricaſſinorum Epiſcopo ex Hibernia reverſum (*quam profectionem anno* CCCCXLVI *imputant Beda lib.* I *cap.* 17, *Sigebertus & alii*) *cumque verſus* Sequanam *tenderent,* & Proconſul Sabinus, *ex Italia progreſſus cum ducentis armatis viris eos perſequeretur, per Sequanam miraculoſe diviſum tranſiviſſe, media parte ſubſequentium virorum ſubmerſa: itáque in* Arboniacum pagum, *nemini quod ſciam notum, deveniſſe. Verum à* Sabino *denique poſt triduum comprehenſi in pago* Achiniaco, *cum duos energumenos à ſpiritibus furioſis liberaſſent, & triginta octo ex comitibus* Sabini *ad fidem Chriſti perduxiſſent, capite plexi aſſeruntur octavo Kalendas Iunii, uti & triginta octo viri in ſanguine ſuo baptiſmum adepti. At duo Martyres propria Capita detuliſſent ad cœmiterium, ubi ab Etheria & Maria fuiſſent ſepultura traditi, qui etiam conſcripſerint hæc Acta, præpoſitâ ad* S. Germanum *Epiſcopum Autiſſiodorenſem præfatione, ut nihil deſit quo minus ut certiſſima haberentur, tamquam ab oculatis teſtibus;* & qui illorum, *inquiunt,* uſi fuiſtis familiaritate, quique illos veſtra proſecuti eſtis benedictione, eorum certamina veſtra evulgetis auctoritate.

AUCTORE G. H.

ibique martyrium conſummaſſe.

8 *Iam rogamus erudítum lectorem, ut circumſpiciat & perluſtret ſeculum Chriſti quartum, maxime pacificum & in Chriſtiana religione ſtabilitum, in quo Veronenſes Epiſcopi, quotquot toto illo ſeculo præfuerunt, Sanctorum Catalogo ſunt adſcripti, nullius tamen illorum Martyrio coronatus. At ſi qua* Formana *urbs, à Veronenſi diſtincta, objiciatur; ea ex concava Luna deducenda foret, &* E *prope Brixiam collocanda: ſed & Brixiani Epiſcopi, qui dicto ſeculo floruerunt, etiam Sanctorum numero inſerti ſunt plerique, neque ullus ſanguine effuſo inter Martyres recenſetur. Fuit præterea illud ſeculum ſcriptoribus præclariſſimis exornatum, quorum nullus tam immanis perſecutionis mota meminit, quod tamen feciſſent Socrates, Theodoretus, Sozomenus, qui hiſtoriam Eccleſiaſticam iſtorum temporum ſcripſerunt. Græci ſunt, inquies: ergo nominentur ex Italis & Gallis ejuſdem ævi ſcriptores illuſtriores, S. Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis; Claudianus Epiſcopus Viennenſis, S. Sidonius, Epiſcopus Arvernenſis, S. Vincentius Monachus Lirinenſis, S. Petrus Chryſologus Epiſcopus Ravennatum, S. Leo Papa, S. Hilarius Arelatenſis, S. Proſper Aquitanus, Salvianus & Gennadius Epiſcopi Maſilienſes, alique præter illos, qui Acta Sanctorum ejuſdem ſeculi ſuo calamo exornarunt, abſque ulla tunc temporis mota perſecutionis mentione. Pro omnibus cuivis ſufficiat Conſtantius, in Vita S. Germani Epiſcopi Autiſſiodorenſis, ubi variæ ejus legationes referuntur, atque etiam Ravennam ad Valentianum Imperatorem, atque inter alia iſta habet, quæ etiam Baronius inſeruit ſuis Annalibus ad annum* 435 *num.* 19. Regebat Romanum Imperium Placidia Regina cum Valentiniano jam juvene, qui ita fidem Catholicam diligebant, ut cum omnibus imperarēt, Dei famulis ſublimi humilitate ſervirent. *Et hi permiſiſſent publica auctoritate à ſuis Proconſulibus tam horrenda Dei famulis inferri ſupplicia? Quid autem Concilia Generalia, Epheſinum & Chalcedonenſe? quid varia particularia, Romana, item Regienſia, Vaſenſia, Mediolanenſia, Andegavenſia, Arelatenſia, Turonenſia, Cabilonenſia, & ſimilia? nulliſne ea decretis cenſuiſſent ſimiles perſecutiones reprimendas, vel inſtruendos Catholicos quomodo agere in iis deberent?*

Cum ſeculo 4 & 5 Veronæ & Brixiæ, nulli ſciantur facti Martyres,

ſed econtra pacata fuiſſe omnia ſub Valentiniano & Placidia.

F

9 *Procul ergo ablegatis tam portentoſis figmentis, dicamus, Martyrum iſtorum patriam ignorari; & eos non alio veroſimiliter Titulo vocari* Martyres, *quam quod occiſi à latronibus, adeoque cruenta morte defuncti, & deinde miraculis illuſtrati, meruerint ut* Sancti *honorari: nam hujuſmodi omnibus Martyrii titulum pia majorum ſimplicitas adſcripſit; eodem jure quo dixit* Confeſſores, *quotquot incruentum finem habuerunt & coluntur ut* Sancti. *Iſtorum autem multa habemus in hoc opere exempla, ac*

His addita geſtatio reſectorum capitum.

AUCTORE G. H.

ac nominatim S. Evermarum prope Tungros, à latronibus occiſum in noſtra Brabantia, de quo egimus 1 *Maji. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano aſſerit*, illos ſuperna virtute præditos capita deciſa ſuſtuliſſe, & velut devictæ per agonem ſuum impietatis glorioſa trophæa eum ad locum deportaſſe, ubi demum à fidelibus, ad perpetuum ſanctę ipſorum memorię decus, baſilica cum monaſterio fuit conſtructa. *Ad hæc aliud nihil habemus dicere, quam, recepta ſemel per Galliam conſuetudine, omnes eos Sanctos, qui capite minuti fuiſſe credebantur, exprimendi in ſtatuis picturiſve cum eodem capite intra manus ante pectus ſublato; invaluiſſe popularem errorem, quo crediti ſunt illi deciſa capita poſt mortem ſuſtuliſſe, & ad locum ſuæ venerationi dicatum deportaſſe. Potuit hoc ſemel iteramque revera contigiſſe; ſed agnito ſemel illo, quod tam multos in errorem induxit, fallaci principio; de nullo Sancto poteſt prudenter credi, cujus Acta non ſint omnino ſinceriſſima, & ab omni interpolationis ſuſpicione, propter Auctorum indubitabilem fidem, remotiſſima. Modus autem iſte ſic pingendi Martyres, collum ſectos, in optima fundatur ratione: qua motus S. Ioannes Chryſoſtomus, Homilia* XL *in SS. Iuventinum & Maximum,* XXV *Ianuarii paſſos Antiochiæ*: Sicut milites, vulnera in prœliis ſibi inflicta Regi monſtrantes, fidenter loquuntur; ita & illi, in manibus abſecta capita geſtantes & in medium afferentes, quæcumque voluerint apud Regem cœlorum impetrare poſſunt.

imperite à picturis ſumpta.

B

10 *Hisce ſic deductis, reperimus mentionem horum Martyrum factam à Roberto de Monte, in Acceſſionibus ad Sigebertum, una cum illius Appendice editu à Luca Dacherio poſt opera Guiberti Abbatis de Novigento: ubi is ad annum* DCCCCLXVI *primo profert hiſtoriam Tranſlationis horum Martyrum ad Fontinellæ monaſterium, contractum ex iis quæ nos ſupra num.* 2 *deduximus. Deinde ait:* Progeniem eorum, & patriam, & vitam, & paſſionem libet breviter intimare: *& ſequitur* Vita SS. Maximi & Venerandi, *prout ſupra diximus nos reperiſſe in codice Ms. Reginæ Suecię. Quæ cum ibi legi poſſint, neminem puto indignaturum nobis, quod iſtam tam male conſutam farraginem referre prætermiſerimus, cujus à nobis productæ alius finis nullus eſſet quam probare, id (quod heu! nimis multis exemplis quotidie diſcimus) medio ævo fuiſſe complures, quibus pulchrum ac licitum viſum ſit* pro pietate mentiri, *ut loquitur Harigerus Lobienſis Abbas in Geſtis Pontificum Tungrenſium &c.* cum non debeat pudere fateri nos neſcire quæ neſcimus. *Longe optabilius omnino fuiſſet, ut pro deperditis aut numquam ſcriptis veris Sanctorum plurimorum Vitis, nemo præſumpſiſſet ſupponere alias; quæ quanto diſtinctius & ſolicitius videntur ſuis uſquequaque veſtita temporum, locorum, ac perſonarum circumſtantiis; tanto evidentiores plerumq; damnationis ſuæ notas circumferunt, ex quibus etiam à mediocriter eruditis hoc curioſo ſeculo deprehendantur. Et hoc à nobis ingenue agnoſci, nullis poteſt grave videri, niſi qui ſuas ipſi tenebras amant. ſuæ vel patriæ vel profeſſionis conſuetudine adſtricti. ut clauſis oculis prægreſſos ſequantur. forte, multis quidem ferenda, ſed miſeranda profecto; maxime cum iidem eo etiam ſe abripi ſinant ut meliora ſanioraque docentibus non iraſci, exiſtiment nefas; & in eosdem ſibi licere credant, quidquid concitatus animus ſuggerit, ad diras & invectivas tunc fere proclivior, quando deſtitutum ſe invenit præſidio rationum.*

Eadem legi poſſunt apud Robertum de Monte.

D

E

DE SANCTIS DVOBVS AMANTIBVS, INIVRIOSO EIVSQVE VXORE,

G. H. *CONIVGIBVS VIRGINIBVS IN ARVERNIA.*

Ex S. Gregorio Turonenſi.

CIRCA AN. D. *Poſt continentem diu vitam*

C

religionis habitum ſumunt:

in quo mortua illa mariti reprehendit loquacitatem,

ſepulcra miraculoſe junguntur.

Gregorius Epiſcopus Turonenſis, libro de Gloria Confeſſorum, cap. XXXII *ſub hoc titulo*, De duobus Amantibus, *elogium duorum Conjugum virginum hujuſmodi profert*: Duos fuiſſe apud Arvernum, virum ſcilicet & puellam, refert antiquitas: qui conjuncti conjugio, non coitu, & in uno ſtrato quieſcentes, non ſunt ab alterutro polluti in voluptate carnali. Poſt multos vero annos, cum eis eſſet latenter vita caſtiſſima ex conſenſu pari, vir tonſuratus ad Clericatum, puella vero religioſum induit veſtimentum. Factum eſt autem, ut impletis diebus puella migraret à ſeculo: denique vir ejus præparatâ ſepulturâ exhibuit corpuſculum ad ſepeliendum. Cumque eam ſepulcro reconderet, arcanum quod inter eos convenerat, elevatis manibus ad cœlum pandit, dicens: Gratias tibi rerum omnium Artifex ago, quod ſicut mihi eam commendare dignatus es, ita tibi reddidi ab omni voluptatis contagio impollutam. At illa ſubridens, ait: Sile, ſile vir Dei, quia non eſt neceſſe, fatearis noſtrum nemine interrogante ſecretum. Poſt hæc obtecta opertorio receſſit. Non poſt multum vero tempus & ipſe migravit à ſeculo, ſepultuſque eſt in loco ſuo. Erat autem in una quadam baſilica; ſed è diverſis parietibus utrumque ſepulcrum habebatur; & unum quidem ad Meridiem, alterum ad Aquilonem. Mane autem facto, inventa ſunt pariter eſſe ſepulcra, quæ utique hodie ſuperdurant: idcirco nunc incolæ Duos-Amantes vocitant, & ſummo venerantur honore. *Hæc Gregorius in libro de Gloria Confeſſorum, qui eſt tertius liber Miraculorum: quo citato idem Gregorius, cum libro* 1 *Hiſtoriæ Francorum cap.* 41 *egiſſet de S. Nepotiano, Epiſcopo Claromontano apud Arvernos (quem Origines Claromontanæ obiiſſe notant die* 11 *Octobris circa annum* CCCLXXXVIII) *ſubjungit hiſtoriam duorum Amantium, latius deductam cap.* 42, *& virum appellat* Injurioſum, *ita ſcribens.*

F

2 Per idem tempus Injurioſus quidam, de Senatoribus Arvernis, cum magnis opibus ſimilem ſibi in conjugio puellam expetiit, datoque arrhabone diem conſtituit nuptiarum. Erat autem uterque unicus patri ſuo. Adveniente vero die, celebratâ nuptiarum ſolennitate, in uno ſtrato ex more locantur. Sed puella graviter contriſtata, averſa ad parietem, amariſſime flebat. Cui ille, Quid, inquit, turbaris? Indica quæſo mihi. Illâque ſilente, adjecit: Obſecro te, per Jeſum Chriſtum Filium Dei, ut mihi quid doleas ſapienter exponas. Tunc illa converſa ad eum ait: Si omnibus diebus vitæ meæ plangam, numquid tantæ erunt lacrymæ, ut queant abluere tam immenſum pectoris mei dolorem? Statueram enim ut corpuſculum meum immaculatum Chriſto à virili tactu ſervarem: ſed væ mihi! quæ taliter ab eo relicta ſum, ut quod optabam perficere non valerem: & quod ab initio ætatis meæ ſervavi, in hac noviſſima die, quam videre non debueram, perdidi. Ecce enim relicta ab immortali Chriſto, qui mihi dotem promittebat Paradiſum, mortalis

Die nuptiarum deploverat illa ſortẽ ſuam

ut Chriſto ante deſponſata:

A mortalis hominis ſum ſortita corſortium: & pro roſis immarceſcibilibus, arentium me roſarum, non ornat, ſed deformat ſpolium: & cum debui ſuper quadrifluo Agni flumine puritatis ſtolam induere; hæc mihi veſtis onus exhibuit, non honorem. Sed quid amplius verba protrahimus? Infelix ego, quæ debui ſorte mereri polos, hodie demergor in abyſſos. O ſi mihi hæc futura erant, quare non dies vitæ meæ ipſe fuit finis, qui fuit initium! O ſi ante introiſſem mortis januam, quam lactis acciperem alimenta! O ſi mihi dulcia nutricum oſcula in funere fuiſſent expenſa! Horrent enim terrenæ ſpecies, quia pro mundi vita transfixas manus ſuſpicio Redemptoris: nec cerno diademata gemmis inſignibus coruſcantia, cum illam ſpineam miror mente coronam. Reſpuo longe lateque diffuſa ſpatia terræ tuæ, quia amœnitatem concupiſco Paradiſi. Horrent tua ſolatia, cum Dominum reſidentem ſuſpicio ſuper aſtra.

3 Talia cum magno fletu jactanti commotus pietate juvenis, ait: Unicos nos nobiliſſimi Arvernorum habuere parentes, & ad propagandam generationem conjungere voluerunt, ne recedentibus de mundo ſuccederet heres extraneus. Cui illa: Nihil eſt mundus, nihil ſunt divitiæ, nihil eſt pompa ſeculi iſtius, nihil eſt vita ipſa qua fruimur. Sed illa magis vita quærenda eſt, quæ morte terminante non claditur, quæ labe ulla non ſolvitur, nec aliquo occaſu finitur: ubi homo, in beatitudine æterna permanens, luce non occidente vivit: & quod majus eſt his omnibus, ipſius Domini præſentia, jugi perfruens contemplatione, in Angelico tranſlatus ſtatu, indiſſolubili lætitia gaudet. Ad hæc ille, Dulciſſimis, inquit, eloquiis tuis æterna mihi vita tamquam magnum jubar illuxit: & ideo, ſi vis à carnali abſtinere concupiſcentia, particeps tuæ mentis efficiar. Illa reſpondit: Difficile eſt ſexum virilem mulieribus iſta præſtare. Tamen, ſi feceris ut immaculati permaneamus in ſeculo, ego tibi partem tribuam dotis, quam promiſſam habeo à Sponſo Domino meo Jeſu Chriſto, cui me & famulam devovi eſſe & ſponſam. Tunc ille, armatus Crucis vexillo, ait: Faciam quæ hortaris: & datis inter ſe dextris quieverunt. Multos poſtea in uno ſtrato recumbentes annos, vixerunt cum caſtitate laudabili: quod poſtea in eorum tranſitu declaratum eſt. Nam cum impleto certamine puella migraret ad Chriſtum, peracto vir funeris officio, cum puellam in ſepulcrum deponeret, ait: Gratias tibi ago, æterne Domine noſter, quia hunc theſaurum, ſicut à te commendatum accepi, ita immaculatum pietati tuæ reſtituo. Ad hæc illa ſubridens, Quid, inquit, loqueris, quod non interrogaris? Illamque ſepultam ipſe non poſt multum inſequitur. Porro cum utriuſque ſepulcrum è diverſis parietibus collocatum fuiſſet, miraculi novitas, quæ eorum caſtitatem manifeſtaret, apparuit. Nam facto mane, cum ad locum populi accederent, invenerunt ſepulcra pariter, quæ longe inter ſe diſtare reliquerant: ſcilicet ut quos tenet ſocios cælum, ſepultorum hic corporum non ſeparet monumentum. Hos uſque hodie Duos-Amantes vocitare loci incolæ voluerunt, meminimuſque de his in libro Miraculorum. *Hactenus Gregorius Turonenſis.*

EX GREG. TURON. *viro deinde præmortua,*

ſed poſtea juncta per miraculum.

non admiſſo conjugis ſolatio,

eumque induxerat ad cœlibatum ſervandum;

4 *Tractatum de Sanctis eccleſiis & monaſteriis Claromontii libris duobus conſcripſit Auctor anonymus circa annum* DCCCCL, *editum à Ioanne Savarone: in quo lib* I, *cap.* XI *iſta de Sepultura traduntur:* In eccleſia S. Illidii, altare S. Clementis, altare S. Mariæ, ubi S. Illidius, & S. Deſideratus, & S. Gallus, & S. Avolus, & S. Juſtus, & S. Injurioſus, & Scholaſtica in corpore quieſcunt. *Fuit iſta Eccleſia primum S. Clementis dicta, eo quod S. Illidius dexterum brachium hujus Pontificis ſub arca altaris condidiſſet. Reliqui quatuor priores fuerunt Sancti Epiſcopi Claromontani, ex quibus coluntur,* Illidius, VII *Iulii*; Gallus, I *Iulii*; Deſideratus, XI *Februarii*; Avoli *natalem necdum reperimus. At* S. Juſtus, *S. Illidii Archidiaconus fuit, cui ſacer eſt dies* XXI *Octobris. Qui ſequitur deinde* S. Injurioſus, *dicitur à Savarone* unus ex eis quos vulgus Duos-Amantes vocat, quique cum conjuge ſua caſte vixit, ſine ulla pudicitiæ labe. *At quæ* Scholaſtica *ſubjungitur, num fuerit ejus Sancta Sponſa, ſub dubio relinquo: potuit id, licet Gregorio præteritum, per majorum traditionem veniſſe ad poſteros. Certe* S. Scholaſtica, *Soror S. Benedicti, iſtic neque ſepulta fuit, nec quiſquam dicitur illuc ejus Reliquias tranſtuliſſe. Diem natalem Iacobus Branche de Vitis Sanctorum Arverniæ ac Sauſſayius in Martyrologio Gallicano, hunc* XXV *Maji aſſignant, & longo utrumque ornant elogio, formato ex iis quæ attulimus: ſed in eo non poſſemus non notare inconſiderantiam Sauſſayi, aſſerentis,* una eademque die defunctos, & uno eodemque tumulo ſepultos. *Nam poſt Sponſam ſepultam, ait Gregorius,* non poſt multum tempus ipſe migravit; *& ab initio procul diſſita ſepulcra, non fuerunt niſi per miraculum conjuncta.*

corpora ſervantur in eccleſia S. Illidii & in altari S. Mariæ.

natalis 25 Maji.

E

DE S. DIONYSIO CONFESSORE,

EPISCOPO MEDIOLANI IN ITALIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. D. P.

§. I. Concilium Mediolanenſe, concertatio cum Arianis, exilium Sanctorum Dionyſii, Euſebii & Luciferi.

ANTE AN. CCCLX

Poſtquam ſpeciali Commentario explicui Chronologiam Epiſcoporum Mediolanenſium, & oſtendi S. Protaſium, *anno primum* CCCXXX *cœpiſſe ſedere; habere autem non poſſe aſſignatos ſuo Epiſcopatui annos* XXII, *niſi ultra annum* CCCXLVII, *quo interfuit Synodo Sardicenſi, vixerit uſque ad annum* CCCLI; *conſequens fuit, neque inter ipſum &* S. Dionyſium, *anno* CCCLV *exilio mulctatum, interjici poſſe* S. Euſtorgium, *ſed Protaſio præponendum; neque eidem* S. Dionyſio *relinqui poſſe annos* XIV, *ſed ſufficere quadriennium; nec deniq; convenienter dici, adſcribendum eidem decennium actum in exilio; quia conſtat obiiſſe in eodem, prius ſaltem quam Iulianus, anno* CCCLXI *adeptus Imperium, exules Epiſcopos juſſiſſet reverti ad Eccleſias ſuas: hoc enim fecit ipſo ſtatim exordio, clementiæ famam captare viſus; reipſa autem hoc intendens, Catholicos fovendo & excitando contra Arianos, ut Chriſtianos inter ſe committeret, Eccleſiaſque magis conturbaret, quas Ariani jam ubique videbantur pacifice poſſidere. Imo in Vita hic danda num.* 25 *dicitur* præceptum ab Imperatore Conſtantio *fuiſſe*, ut Dionyſius Epiſcopus omni cum honore Sedi ſuæ reſtitueretur; *idque futurum fuiſſe*, niſi vir Dei votis exegiſſet, ut vitam in exilio poneret, ne regreſſus confuſa infidelium *Arianorum* inſtitutis ſtudia

Cum ſub Epiſcopo Dionyſio,

AUCTORE D. P.

ſtudia plebis aut Cleri inveniret: *adeo ut potuerit multo etiam citius Sanctus obiiſſe.*

& Imp. Conſtantio,

2 *Epiſcopatum ergo inierit* S. Dionyſius (*de quo nunc agere inſtituimus, quia hoc* XXV *Maji feſtum ejus agit Eccleſia Mediolanenſis, incertum an ut hodie mortui, an vero ut tunc, relato ex Armenia corpore, in aliqua Mediolanenſium eccleſiarum à S. Ambroſio depoſiti) Epiſcopatum, inquam, inierit* S. Dionyſius, *quando mortuis fratribus victiſque tyrannis, ſolus in Occidente æque ac Oriente rerum potiebatur Conſtantius Arianus: cui cuncta agenti ad arbitrium, Valentis atque Vrſacii, Epiſcoporum Pannoniorum atque ad vomitum turpiter reverſorum prima cura fuit evertere Athanaſium; quo proſtrato, facilem ſibi ſpondebat viam ad Arianiſmum pro Catholica fide ſtabiliendum. Itaque quod ejus auctoritate fulti Ariani agere cœperant Arelate, cogendo undequaque ſubſcriptiones Epiſcoporum contra Athanaſium; hoc pergebant urgere Mediolani, anno* CCCLV, *quò, ad Concilium univerſale celebrandum, omnes quidem tam Orientis quam Occidentis Epiſcopos convocari fecerant; malebant tamen ſolos Occidentales habere præſentes, quos rerum circa Athanaſium in Oriente actarum & judicatarum ignorantia, aut notitia minor, fraudi opportuniores reddebat; maxime quando eis exhibueretur ingens numerus ſuffragiorum, contra Athanaſium ab Orientalibus extortorum.*

in concilio Mediolan. an. 355.

B

poſt Arelatenſem Synodum,

3 *Rem totam uti Arelate & Mediolani acta eſt, Severus Sulpicius, Bituricenſis in Gallia Epiſcopus, lib. 2 hiſtoriæ ſacræ ſic deſcribit.* Ab hoc initio illecti Principis (*narraverat ſiquidem qua ratione Valens fidem fecerat Imperatori, quod victoriam de Magnentio ad Murciam ipſumque Imperium ejus meritis deberet* extulere animos Ariani; poteſtate Regis uſuri, ubi auctoritate parum valuiſſent. Igitur cum ſententiam eorum, quam de Athanaſio dederant, noſtri non reciperent; edictum ab Imperatore proponitur, ut qui in damnationem Athanaſii non ſubſcriberent, in exilium pellerentur. Ceterum à noſtris tum, apud Arelaten ac Buteras oppida Galliarum, Epiſcoporum Concilia fuere. Petebatur ut priuſquam in Athanaſium ſubſcribere cogerentur, de fide potius diſceptarent; & tum demum de re cognoſcendum, cum de perſona judicium conſtitiſſet. Sed Valens ſociique prius Athanaſii damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non auſi.

Athanaſii urgeretur damnatio,

4 Ab hoc partium conflictu agitur in exilium Paulinus, *Trevirorum Epiſcopus.* Interea Mediolanum convenitur: ubi, dum aderat Imperator, eadem illa contentio nihil invicem relaxabat. Tum Euſebius Vercellenſis & Lucifer à Calari Sardiniæ Epiſcopi,

C

relegati. Ceterum Dionyſius, Mediolanenſium Sacerdos, in Athanaſii damnationem ſe conſentire ſubſcripſit, dummodo de fide inter Epiſcopos quæreretur. Sed Valens & Urſacius ceterique, metu plebis, quæ Catholicam fidem egregio ſtudio conſervabat, non auſi piacula profiteri; intra palatium congregantur. Illinc epiſtolam ſub Imperatoris nomine emittunt, omni pravitate refertam; eo nimirum conſilio, ut ſi eam æquis auribus populus accepiſſet, publicâ auctoritate cupita proferrent; ſin aliter fuiſſet excepta, invidia eſſet in Rege, & ipſa venialis, quia etiam tum Catechumenus ſacramentum fidei merito videretur potuiſſe neſcire. Igitur lectam in eccleſia epiſtolam populus averſatur: Dionyſius, quia non eſſet aſſenſus, urbe pellitur: ſtatimque ejus in locum Epiſcopus ſubrogatur *Auxentius Arianus.*

& prius de fide agi vellent Epiſcopi Catholici,

5 *Initium concertationis, in quo primas ſcribendi partes ſibi ſumpſit Dionyſius, jure debitas, quia ſub ejus juriſdictione res agebatur, hic accipe ex ſecundo Hilarii contra Conſtantium fragmento, potius quam libro* Poſt Arelatenſem Synodum, cum Paulinus Epiſcopus tantis illorum *Arianorum* ſcelcribus contraiſſet, venire Mediolanum *Euſebius* præcipitur, collecta jam illic malignantium ſynagoga. Decem diebus vetitus eſt ad eccleſiam accedere, dum adverſus tam ſanctum virum malitia ſe perverſa conſumit: * ſoporatis deinde conſiliis omnibus, ubi libitum eſt, advocatur. Adeſt, una cum Romanis Clericis & Lucifero Sardiniæ Epiſcopo, Dionyſius: conventus, ut in Athanaſium ſubſcriberet, ait, de Sacerdotali fide prius debere conſtare; compertos ſibi, quoſdam ex his qui adeſſent hæretica labe pollutos: expoſitam fidem apud Nicæam poſuit in medio; ſpondens omnia ſe facturum quæ poſtularent, ſi pro fidei profeſſione ſcripſiſſent. Dionyſius Mediolanenſis Epiſcopus chartam primus accepit: ubi profiteri ſcribendo cœpit, Valens calamum & chartam è manibus ejus violenter extorſit, clamans non poſſe fieri ut aliquid inde gereretur. Res per clamorem multum deducta in conſcientiam plebis eſt, gravis omniũ * dolor ortus eſt, Impugnata eſt à Sacerdotibus fides. Verentes igitur illi populi judicium, è Dominico ad Palatium tranſeunt.

D

* *an.* ſubornatis?

ab eccleſia in Palatium traducitur cauſa,

* *an.* Clâmor?

6 *Quod tamen priuſquam fieret; & in ipſa adhuc intra eccleſiam concertatione; factum videtur, ut aboleretur* Dionyſii *ſubſcriptio, in condemnationem Athanaſii expreſſa jam ante, & prius forte expreſſa quam Mediolanum veniret Euſebius, prius ſaltem quam admitteretur ad Synodales in eccleſia conſultationes. Abolita eſt autem, ſicut Ambroſius, in feſto S. Euſebii ſermonem habens, his verbis narrat:* Cum Arianorum deteſtanda perfidia totam cum univerſo mundo Italiam perturbaſſet, atque ejuſdem peſtilentiæ Sacerdotes ſimplicitatem S. Dionyſii Martyris captivaſſent, ita ut ſubſcriptionis ejus vinculum retinerent, qua illum è manibus eorum ſapientia liberavit? Sicut enim ait S. Paulus, Factus ſum Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrifacerem; ita Euſebius, hæreticis hæreticum ſe eſſe mentitus eſt, ut de hæreſi filium liberaret. Dixit enim, ſe eorum conſentire perfidiæ, hoc ſibi placere quod illis; ſed quod ſibi filium Dionyſium in ſubſcribendo præponerent, graviter ſe moveri. Vos enim, inquit qui dicitis, Filium Dei Patri Deo æqualem eſſe non poſſe, cur mihi filium prætuliſtis? Qua illi ratione permoti, ſtatim S. Dionyſii chirographum deleverunt, priorem locum ſubſcribendi B. Euſebio deferentes. Quos ille increpans & irridens, ait, Neque ego me veſtris ſceleribus polluo, neque filium meum vobiſcum participare permitto. Unde cum dicat Euangelium, in hac generatione prudentiores eſſe filios tenebrarum quam lucis; ecce hic ipſe, tenebris prudentior filius lucis, repertus eſt. *Eadem multo prolixius atque cum pluribus circumſtantiis narrantur in Vita ipſiuſmet S. Euſebii, edita ab Vghello mox citando, ubi interim legi res poteſt, integre proferenda ad Kal. Auguſti.*

prius tamen à S. Euſebio callide abo-letur

E

1 Cor. 9, 20

ſubſcriptio S. Dionyſii,

Lu. 16, 8

F

7 *Filium ſuum cur vocet* Dionyſium *Euſebius, præter ætatis differentiam, ratio redditur in præcitata Vita, quod illum ſacro baptiſmate tinxerit, utique ſicut Auguſtinum poſtea Ambroſius: ſed hoc difficulter componitur cum eo, quod plerique recentiores volunt,* Dionyſium *Mediolani ex Mediolanenſibus parentibus natum. Quare, ſi ea ratio non ſubſiſtit (nec enim maxima fidei ea Vita eſt) dicendum erit, vel quod Vercellenſi adſcriptus Clero* Dionyſius *aliquot annis vixerit ſub S. Euſebii diſciplina; vel denique quod inter comprovinciales Epiſcopos, qui* Dionyſium *ordinaverunt, ætate & gradu primus fuerit idem S. Euſebius: his enim omnibus titulis moris eſt in Eccleſia vocari filium. Ferdinandus Vghellus Tom. 4 Italiæ ſacræ aſſerit, ab Albenſi apud Inſubres Epiſcopatu ad vacantem Mediolani Sedem fuiſſe tranſlatum Dionyſium. Sed nimis alienum ab ejus temporis uſu fuit, præſertim in Occidente noſtro, ejuſmodi tranſlatio ab una Eccleſia ad alteram: & ſponſalitio contractui ſimilis cenſebatur Sacerdotalis Ordinatio, ut non minus abſurdum videretur ſi Epiſcopus Eccleſiã commutaret, quam ſi vivente priori ſponſa ad alia vota tranſiret vir quiſpiam. Quare malim innominatos cenſeri quotquot*

quem filiũ ſuum Euſebius nominat.

A *quotquot ante Lampadium, Romanæ Synodo ſubſcribentem anno* CCCCXCVIII, *Albæ præfuerunt. Porro abſtractus à factione Arianorum* Dionyſius, *quomodo cum patre ſuo ſpirituali Euſebio contra eoſdem decertaverit, in SS. Athanaſii & Luciferi Actis ſatis jam dictum eſt, & plenius in Vita mox danda deſcribitur.*

§. II. Relatio corporis S. Dionyſii, tempore S. Ambroſii.

In exilium cum Euſebio miſſus Dionyſius

8 QVod ad exilium pertinet, *& in eo finitam* S. Dionyſii *vitam, Ambroſius in Epiſtola ad Vercellenſes ita habet:* Pro fide *Euſebius* exilia dura præoptavit atque elegit, conjuncto ſibi ſanctæ memoriæ Dionyſio, qui poſthabuit Imperatoris amicitiam exilio voluntario. Itaque memorabiles viri, circumdati armis, vallati exercitu, cum raperentur de eccleſia, majore triumphabant de Imperio . . . . . Confeſſus eſt victum ſe eſſe, qui rogabat ut mutarent ſententiam: ſed illi validiorem calamum ſuum ferreis gladiis arbitrabantur. . . . . Non deſideraverunt patrium ſepulcrum, quibus reſervabatur cæleſte domicilium. . . . . Quocumque miſſi eſſent, locus deliciarum putabatur: neque enim illis quidquam deerat, quibus fides locuples abundabat. Locupletabant alios, ipſi inopes ad ſumptum, opimi ad gratiam: tentabantur, ſed non mortificabantur; in jejuniis, in laboribus, in cuſtodiis, in vigiliis. Evaſerunt de infirmitate fortes; non expectabant deliciarum illecebras, quos ſaginabat fames: non adurebat eos torrida æſtas, quos refrigerabat æternæ ſpes gloriæ: non frangebant glacialis plagæ frigora, quibus ferventi ſpiritu vernabat devotio: non verebantur vincula hominum, quos Jeſus ſolverat: non deſiderabant redimi à morte, qui præſumebant à Chriſto reſuſcitari. Denique S. Dionyſius exegit votis, ut in exilio vitam poneret; ne regreſſus, confuſa inſtitutis & uſu infidelium ſtudia plebis aut cleri inveniret: meruitque hanc gratiam, ut pacem Domini tranquillo affectu ſecum referret. Itaque ut S. Euſebius prior levavit vexillum confeſſionis; ita B. Dionyſius, in exilii locis, propiori Martyribus titulo, vitam exhalavit.

In illo moritur.

Unde Mediolanum relato corpori

9 *Porro glorioſi, ſecundum ea quæ dabimus vitæ Acta, exilii locum*: S. Dionyſius *habuit in Armenia, in cujus urbe aliqua Epiſcopus nominabatur Aurelius, qui etiam, ut fuerat à Sancto morituro rogatus, corpus ejus Mediolanum retulit, cum jam Epiſcopatum obtinuiſſet S. Ambroſius, adeoque poſt annum* CCCLXXIII. *Mortuus eſt iſte Aurelius ipſo anniverſario* S. Dionyſii *die, & prope eumdem à S. Ambroſio ſepultus; ac deinde, tempore Ludovici Imperatoris, à Nottingo Vercellenſi Epiſcopo, Hirſaugienſis monaſterii fundatore, quædam Reliquiæ ejus tranſlatæ ſunt Hirſaugiam, uti habetur in vita Actis deſcriptis à Wiltramo Eberesbergenſi, & Willihelmo Hirſaugienſi Abbati poſt annum* MLXVIII *dicatis, ac* IX *Novembris quando colitur illuſtrandis.*

exequias Ambroſius celebravit.

10 *Eadem deinde S. Aurelii Acta compendio referens Trithemius Spanheimenſis Abbas, in Hirſaugienſis monaſterii Chronico, ſcripto circa annum* MD; S. Dionyſium *ait vita functum eſſe anno* CCCLXXIX; *Aurelium autem, triennio poſtquam ex Armenia diſceſſerat, anno Domini* CCCLXXXIII. *Enorme hoc eſt, quoad* Dionyſium, *Chronologia mendū, & fortaſis ſumptum ex tempore tranſlati Mediolanum corporis, quod potuit fuiſſe annus* CCCLXXIX, *Ambroſii in ſuo illo Epiſcopatu ſextus. Idem Trithemius de Ambroſio addit, quod Aurelii* exequias multis cum lacrymis proſecutus, illum ſermonem inſignem fecit ad populum, qui incipit, Amiſimus Fratrem & Paſtorem dulciſſimum, imo præmiſimus Advocatum: in quo laudes & præconia ipſius S. Aurelii magnis eloquentiæ viribus effert in cælum.

11 *Vtinam hic ſermo, quem una cum Reliquiis delatum Hirſaugiam non dubitamus, adhuc alicubi inveniretur! veroſimiliter ex eo diſceremus aliqua etiam de* S. Dionyſio: *utrum ſcilicet ipſius corpus ex Armenia allatum ſit Mediolanum, an vero prius Caſſani aliquandiu quieverit una cum ipſo S. Aurelio. Deinde haberemus in eo accuratius forte expreſſum nomen urbis, in qua hic Epiſcopus vixit, iſte exul obiit. Mſs. Mediolanenſia, ex iiſque Ms. Blauburenſe & Boninus Mombritius,* Arreicium *ſcribunt in Vita* S. Dionyſii: *Hirſaugienſia, in Vita S. Aurelii aliaque Germanica, & ex iis Trithemius, atque ex Trithemio lectio Breviarii Mediolanenſis anni* 1635, Redi-ciam; *cum antea in Breviario anni* 1539 *legeretur* Arretium. *Aſt* Arretium *nullum eſt in Armenia, multo minus* Redicia, *quam nec in ullis quidem Epiſcopalium locorum catalogis, apud Carolum à S. Paulo, in Geographia ſacra invenies, imo nec aliud nomen quod eo accedat. Quamvis autem affine aliquod inveniretur, quo adduci* Redicia *poſſet, præſumi tamen merito deberet, purius illud eſſe Mediolani quam Hirſaugiæ ſervatum. Cum igitur in prædicta Geographia ſacra inveniam ex Mſs. Vaticanis* Arſiatiam, *juxta Catalogum primum*; Araraſthiam, *juxta ſecundum*; Araratham, *juxta tertium ex Ms. Regio*; *urbem Epiſcopalem in Armenia ſecunda ſeu minore*; *& hoc nomen ad* Arreicium *accedat propius*; *ſuadet ipſe ſitus loci, ut credam ejuſdem urbis Epiſcopum fuiſſe Aurelium, & inter ſucceſſores ejus numerandum* Acacium Ararathiæ *Epiſcopum, pro tempore Chalcedonenſis Concilii nominatum ab Euagrio lib.* 2 *cap* 18.

AUCTORE D. P. *Qui corpus in Italiam retulit S. Aurelius*

Epiſcopus Ararathiæ fuit,

12 *Huic de Armenia ſententiæ, & de Ararathia conjecturæ, imo toti de Aurelio relationi, haud levem ſcrupulum objiciunt Vſuardus & Ado, nihil alter ſciens de altero, & iiſdem tamen uterque utens verbis, atque adeo ex eodem antiquiori fonte acceptis, dum* VIII *Iulii ajunt;* Mediolani S. Dionyſii Epiſcopi & Confeſſoris, qui ab Imperatore Conſtantio Arriano apud Cappadociam pro fide Catholica damnatur exilio, ibidem requievit. Reliquias corporis ejus, per S. Baſilium, præfatæ urbis Epiſcopum, receptas B. Ambroſius condigno honore condidit. *Eadem verba habes, non tantum apud auctorem Suppoſititii Bedæ, qui ſolum eſt extenſio & contractio Adonis, conſentientibus quoad ſenſum Maurolyco & Galeſinio; ſed etiam apud Notkerum: hic tamen addit:* Alii contendunt, quod in Armeniam apud Reditium civitatem exiliatus, ibidemque defunctus, per S. Aurelium, ejuſdem urbis Epiſcopum, Mediolanum ſit tranſlatus: & quod idem Aurelius ibidem infirmatus ac mortuus, in eodem cum S. Dionyſio monumento, ſicut in vita condixerant, fuerit tumulatus. *Fuit Notkerus ad monaſterium S. Galli in Helvetia monachus, Adonis ſynchronus; acceptoque ab eo Martyrologio plurimum uſus, compoſuit ſuum circa annum* DCCCLXXI: *qui quod ſupra Adonem addidit, ab Hirſaugienſibus in Spirenſi diœceſi monachis haud dubie accepit, recenti adhuc novæ fundationis memoria & tranſvectarum anno* DCCCXXX *reliquiarum S. Aurelii, atque ab ultro citroque ex Germaniam commeantibus ipſe via medius facile diſcere potuit, qua Mediolani Hirſaugiaque dicebantur: non æque facile, inter diverſas narrationes diſcernere, utra veroſimilior eſſet.*

pro quo in antiquis Martyriis ſcribitur S. Baſilius,

tamquam auctor iſtius tranſlationis.

13 *Ego, dum conſidero epiſtolam S. Baſilii, aditum Epiſcopatum B. Ambroſio gratulantis, facile adducor ut opiner, hac occaſione uſum Ambroſium poſtulaſſe auxilium ejus, ut* S. Dionyſii *corpus, ex eo ubi tumulatum erat loco, civibus reſtituendum curaret, utpote cujus provinciæ vicina eſſet provincia Armeniæ. Baſilium vero perſuaſiſſe Aurelio ſibi noto, ut ſeſe transferret in Italiam, & per Cappadociam neceſſario tranſiturum cum ſancto corpore Neocæſareæ excepiſſe, atque commeatu juviſſe, nec ſine novis literis dimiſiſſe ad Ambroſium; quibus factum ſit, ut cum tanta eſſet S. Baſilii celebritas, corpus* S. Dionyſii *miſſum ab eo diceretur, etiam abſque mentione Aurelii, diu*

fortaſis conſilio ejus inductus Aurelius eſt,

AUCTORE D. P.

nusquam nisi apud Mediolanenses noti ; indeque natam esse illam narrationis diversitatem. Hanc utrosque conciliandi viam iniverunt recognitores Mediolanenses Breviarii. Nam ubi in vetustioribus Breviariis sic legebatur : Corpus autem ejus per Aurelium, sanctæ vitæ Episcopum, Mediolanensibus redditum est : à quibus summa cum reverentia susceptum, venerabiliter in ecclesia sua tumulatum est : *ubi, inquam, ista legebantur, ipsi deinceps legi sic jusserunt :* Ejus corpus Mediolanum ad B. Ambrosium ab Aurelio Episcopo translatum est ; cui piæ actioni officium quoque S. Basilii Magni accessisse traditur. *Idem quoad sensum habet Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ.*

aut ex vitiato fonte res ea inserta est Martyrologiis.

14 *Ceterum non sunt tam clara, quam primâ forsan fronte apparent, verba Adonis & Usuardi. Quid enim est, quod, post nominatam* Cappadociam, *dicatur* Basilius, præfatæ urbis Episcopus ? *Non est urbs Cappadocia, sed provincia ; in eaque urbs Neocesarea, Basilii Sedes. Oportet igitur ut ex aliquo vitiato codice ista acceperint ambo ; cum in originario textu sic forte legeretur :* qui ab Imperatore Constantio, Ariatio apud Cappadociam ..... damnatus exilio ..... Reliquias, per S. Aurelium præfatæ urbis Episcopum receptas &c. *Nunc sane videtur facilius quam ut ex* Ariatio, *contractius scripto pro* B Ariarathio *vel* Ariarathia, *legeretur* Ariano, *præcedente Imperatoris Constantii nomine ansam ad sic legendum præbente, ac fere necessitatem iis qui* Ariatium *nullum noverant. Interim temerariæ mutationis indicium manet in verbis* præfatæ urbis ; *& justa datur causa suspicandi, quod eadem temeritate subrogatum sit pro nomine* S. Aurelii *nomen* S. Basilii, *cujus forte in primigenia translationis istius historia nec minima quidem fiebat mentio.*

§. III. Cassanensium de corpore apud se primum depositi traditio.

15 Ecclesia S. Dionysii, *cujus meminerunt antiqua Breviaria, non nisi post plura secula condita sunt, ut infra dicetur : itaque ejus mentio in recentioribus Breviariis prudentius omissa est : plus etiam mutandum censuit Ferrarius quando de S. Ambrosio ait quod allatum ab Aurelio* S. Dionysii *corpus* primum in Cassani oppido, juxta Adduam flumen, honorifice sepelivit. *Est illud oppidum passuum millibus circiter quatuordecim, atque adeo diei fere unius moderato itinere, Mediolano disjunctum ; nec difficile conceptu est, quomodo Aurelius, emenso fere Hadriatico ad aliquem Venetorum portum appulsus, & vel adverso subnavigans Pado, vel terrestri itinere breviori rectum tenens iter Mediolanum versus, pervenerit Cassanum. Huc faciunt monumenta antiquitatum Cassanensium, per Ioannem Antonium Castillionæum edita, nobis aliquamdiu frustra Mediolani quæsita, sed à Placido Puccinello in Zodiaco Mediolanensi pag. 197 ad marginem citata, una cum testimonio antiquarum picturarum, ex quibus habeatur, illic immotum stetisse Sancti corpus, non valentibus bobus porro movere carrum ; hujusque miraculi fama excitum Ambrosium eodem accessisse, & aperta arca amplexum esse sacrum pignus ; quod vicissim brachia prodigiose elevans, collum cari successoris strinxerit, & vel externa vel interna voce persuaserit Sancto ipsum deponere in veteri adicula, quam olim ibi sub nomine S. Salvatoris S. Barnabas dedicarat. Atque hæc omnia dicuntur probari ex Mss. documentis ipsiusmet ecclesiæ* S. Dionysii *Mediolani : quod magnum debet censeri testimonium veritatis, à solis recentioribus Mediolanensibus scriptoribus negatæ : ideoque ipsa illa Mss. optaremus videre. Addit apud Puccinellum Castillionæus, quod corpus* S. Dionysii *manserit Cassani usque ad annum* MCXXIII, *quando intra urbem translatum fuerit ad ecclesiam, sub* SS. Dionysii & Aurelii *invocatione, ab Ariberto Archiepiscopo ædificatam : de qua fundatione pluribus infra.*

Traditio Cassanensiũ de corpore S. Dionysii,

C

16 *Hactenus scripseram, cum Mediolano accepi urbis Antiquitates, à præcitato Castillionæo ex civitatis paræciis diligentissime collectas editasque anno 1625, & in iis parte 1, Fasciculo 1, pag. 17. reperi.* Manuscriptum, olim veteri ferreæ capsulæ consignatum, & forte fortuna repertum, *ut ait*, in ipsa D. Dionysii æde ; *cujus pars altera S. Barnabam spectat ; altera, de* S. Dionysio *hæc habet :* A prædictis *Armeniæ* partibus cum ad hanc urbem corpus deduceretur, glorioſus Ambrosius, divina revelatione edoctus, quod Sanctissimi antecessoris sui Dionysii Corpus, ipsius studio & diligentia ac hortatu legatorumque Mediolanensium instantia, per B. Basilium Armeniæ Primatem transmitteretur ; statutis die & hora, convocato & subsequente Clero, & populo Mediolanensi, ad Portum Abduæ fluminis, qui alio nomine quam Cassanum tunc nominabatur, cum processione solenni devenerunt. Nec mora : navis, sacrum corpus deferens, portui appropinquavit. Et ecce, cum Ambrosius reverenter & devote capsam in qua jacebat voluit amplecti, permissione divina corpus benedictum à capsa exurgens, Ambrosium fuit amplexatum, Ave, frater, proferendo. Deindeque à Portu usque ad locum, ubi nunc ecclesia S. Dionysii prope ripam portus in testimonium præmissorum est fabricata, pergentes, de fide & Christi divinitate ad invicem contulerunt. O miraculum inauditum ! ô quanto præconio extollendum ! Suspicante vero Ambrosio, quod dignissimus Pontifex Dionysius in humanitate, cognito tam mirabili Dei speculo, divinâ potentiâ permanere deberet ; incunctanter exorsus est Præsul Dionysius ad Ambrosium : Corpus meum in Basilica Salvatoris & Prophetarum trades sepulturæ. His expletis in capsam rediens, quievit in pace. Admirantibus & stupentibus cunctis adstantibus, qui laudes immensas omnipotenti devotissime reddiderunt : & abinde citra appellatus est portus Cassani à Cassa, ob miraculum Dionysii Confessoris eximii, quod prædiximus, ad laudem & gloriam Domini nostri Jesu Christi, fideique Catholicæ corroborationem.

D

quod illuc usque pertatum cum exciperet Ambrosius,

ab eodem assurgente est salutatus :

E

17 Postremo glorioſus Ambrosius cum clero & populo, capsa cum tam pretioso thesauro supra currum imposita, versus urbem iter ceperunt ; & cum juxta memoratam basilicam Salvatoris pervenerunt, currus stetit adeo fixus, ut nec equi, calcaribus & aliis flagellis stimulati, ab immobilitate eum possent revocare. Spiritu sancto repletus Ambrosius, Dionysii recordatus hortatus, indagatur si forsan ibidem locus esset Domino sacratus. Facta diligenti inquisitione, benedicta Salvatoris ecclesia, arboribus, hedera, & vepribus repleta, nutu Dei inventa est : lectisque antiquis codicibus, illam esse basilicam, à S. Barnaba Apostolo & Pontifice Mediolanensi dedicatam, indubie cognoverunt : Ambrosius vero, laudibus Deo porrectis immensis, populos iis verbis exorsus est [affari]. Etenim dignum & justum est, ut is, qui pro fide certavit, in hac basilica, quæ ex fidei fervore noviter extitit dedicata, digno condatur honore. Famâ per urbem diffusâ, ad stupendum miraculum populus undique confluit. Nec mora, ecclesia purgatur, & reparatur, & in parvo tempore decentius reficitur, & reædificatur. Igitur restauratâ ecclesiâ, dignus Dei Sacerdos Ambrosius glorioſum Dionysii corpus celeberrima devotione, in Confessione dictæ basilicæ recondidit : & ultra titulum primi Pontificis Barnabæ, hanc sacrosanctam ædem, ad honorem Beatissimi Dionysii, & Confessorum omnium consecravit & dedicavit. Ad cujus sepulcrum mirabiliter multa infirmorum corpora sanitati fuerunt restituta, & continue Jesus Christus Dominus noster, qui in Sanctis suis mirabilis est, precibus sanctissimi Confessoris sui, languentibus

F

hic vero mox nitus miraculo subsistentis ad ecclesiam Salvatoris currus,

illud ibidem deposuerit,

deinde miraculis clarum.

A guentibus medicinam præſtat & infirmis ſalutem, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum benedictus.

Hæc traditio non eſt tam abſimilis vero,

18 *Sunt in hac narratione quædam quæ prefato Puccinello diſplicent, & exiguam ei videntur habere ſimilitudinem veri: nam quomodo, inquit, S. Aurelius, qui dicitur ad* S. Dionyſii *ſepulcrum orare ſolitus quoad vixit, tam procul identidem excurriſſet ab urbe, in qua vivebat, hoſpitio & familiaritate S. Ambroſii utens? Verum non video, quo fundamento dicatur Aurelius, Mediolani potius quam Caſſani vitam egiſſe: quid enim ei cum urbis potentiſſimæ immenſo ſtrepitu, cui longe optabilius fuit, poſt dimiſſam curam redeundi ad ſuum Epiſcopatum, ſolitariam agere & quietam vitam? Eorum quæ traditione ſola aut ſcripturis longo poſt intervallo confectis habentur, non ſunt admodum ſcrupuloſe verificanda circumſtantia ſingulæ, ſed nec temere neganda tota rei ſubſtantia: quam enim facile illis admiſcetur fabuloſitatis aliquid, tam eſt temerarium audaci negatione contraire famæ antiquæ, & cujus nullum invenitur principium quod falſitatis merito ſuſpectum habeas.*

quam Pſeudo-Luitprandi figmenta,

B 19 *Itaque ut Caſſanenſium traditiones reverenter indulgenterque ſuſcipimus, quia nihil objicitur cur quoad ſubſtantiam veræ non fuerint; ſic fidenter rejicimus nova illa figmenta, quæ ſub nomine fragmentorum Luitprandi hoc primum ſeculo prodierunt in Hiſpania, quæque vel nude ſufficiet tranſcripſiſſe, ad eorum confuſionem, qui iſta, ſapientioribus Hiſpanis pridem exploſa, adhuc tuentur ut omni acceptione digniſſima. Sunt autem hæc, juxta editionem Madritenſem anni* 1635. *num.* 135. Natalis Toletanus, ab exilio rediens, Mediolani moratur: pulſo in exilium ſanctiſſimo Dionyſio, à Catholicis Mediolanenſibus Epiſcopus eligitur, qui licet ſe geſſerit ut Vicarius illius, rebus geſtis præclare floruit; & in numero Sanctorum relatus fuiſſe dicitur. Obiit XIII menſis Maji anno CCCLIV, vir ſanctus, pius, & doctus, *tum num.* 136 *additur*; S. Epiſcopus Natalis Toletanus, poſt Mediolanenſis, Vitalis Hiſpani filius fuit, nepos S. Natalis Confeſſoris Romani: ſucceſſit S. Melantio Confeſſori: interfuit Concilio Arelatenſi I, Romano ſub Silveſtro, & Nicæno: poſt fidei cauſa miſſus in exilium, reverſus, Mediolani Epiſcopus eligitur, Sanctus moritur. *De vero S. Natali, Mediolanenſi Epiſcopo, qui poſt annum* DCCXL *obiit, egimus ad dictum* XIII *Maji: de illius fictitio patre Vitali, prioribus ſimilia, in eadem mendaciorum farragine legat qui volet. num.* 137.

de S. Natali Dionyſii exulantis Vicario.

§. IV. De poſteriori tranſlatione corporis ad eccleſiam & monaſterium S. Dionyſii.

C 20 QVi SS. Dionyſium & Aurelium *intra ipſam Mediolanenſem urbem ſepultos à S. Ambroſio credunt, etiam cenſent ab eodem Sancto auctam amatamq; fuiſſe, antiquam ibidem S. Salvatoris eccleſiam, ſub S. Mona ædificatam, aut ſaltem in titulum parochialem erectam, annis fere* CL *ante S. Ambroſium, & ad Ariberti Epiſcopi tempora ac ſeculum Chriſti* XI *ſuperſtitem. Sed tantam illius eccleſiæ vetuſtatem neſcio qua ratione probaturos ſe ſperent; & cum eam probaverint, habebunt adhuc oppoſitam ſibi Caſſanenſium traditionem, de diuturniori* S. Dionyſii *apud ſe requietione. Rurſum Caſſanenſes, cum dicunt auctorem illius Mediolanum transferendi fuiſſe Aribertum, non omnem apud me fidem inveniunt. Nam & his repugnat Mediolanenſium traditio, qua aſſerunt,* SS. Dionyſii & Aurelii *corpora, ex veteri S. Salvatoris eccleſia, in novam ab Ariberto eſſe tranſlata: quibus favet, quod ex tranſlatione S. Aurelii Hirſaugiam, tempore Ludovici Imperatoris, appareat, ſeculo Chriſti* IX *aut citius, factum fuiſſe aliquid circa prædicta Sanctorum corpora.*

Corpus neque olim à S. Ambroſio,

nec primum ab Ariberto illatum in urbem videtur:

21 *Itaque media utrimque conjectura placet, qua dicerentur illa Caſſani manſiſſe immota uſque ad Gothorum, Herulorum aut Longobardorum incurſiones; tum Mediolanum allata, atque in ædem S. Salvatoris depoſita fuiſſe. Ita facile capietur, quomodo Vſuardus & Ado, nulla facta Caſſani mentione ſolum nominent Mediolanum, velut locum cultus* S. Dionyſii. *Item quomodo Nottingus poſt annum* DCCCXIV *(quo deceſſor Anterus invenitur Concilio Mantuano ſubſcriptus, teſte Vghello) factus Epiſcopus Vercellenſis, acceperit reliquias S. Aurelii; quas deinde intulit Hirſaugienſi quod diximus monaſterio circa annum* DCCCXXX. *Dico Reliquias, licet* corpus *appellent Hirſaugienſes, more olim uſitatiſſimo: quin enim* S. Aurelii *corpus, ſaltem quoad partem notabilem, etiam Mediolani remanſerit, dubitari non ſinit erectum ſub ejus æque ac* S. Dionyſii *nomine monaſterium, in cujus altari ſubterraneo conditus fuiſſe dicitur S. Aurelius. Forte etiam dies* IX *Novembris, quem* S. Aurelio *peculiariter proprium habent Mediolanenſes & habebant olim Hirſaugienſes, vel primæ vel ſecundæ tranſlationis fuit: ita ut diviſis, quæ utrique Sancto communia erant duobus feſtis, dies mortis* S. Dionyſio *remanſerit, dies tranſlationis* S. Aurelio. *Sed* S. Dionyſii *cultus auctus potius quam imminutus eſt;* de S. Aurelio *in veteribus Ambroſiani ritus Kalendariis nihil invenio præter nomen, cui primum ſub S. Carolo Borromæo videtur acceſſiſſe honor Officii eccleſiaſtici, cum Lectione à Trithemio ſumpta. Fuit is haud dubie celeberrimo feſto apud Hirſaugienſes cultus, ſed eo loci nunc dominans hæreſis cuncta abolevit, ac fere ſpem ſuſtulit recuperandi ea monumenta, quæ Trithemio præluxerunt in hac materia.*

AUCTORE D. P.

ſed barbaricæ incurſionis tempore,

E

cum illud jam eſſet Mediolani.

22 *Anno Chriſti* DCCCXXII *Mediolanenſem Sedem obtinuit Angilbertus, quatuordecim dumtaxat menſium Antiſtes: qui quo zelo ferretur ad honoranda Sanctorum corpora oſtenderet tranſlatio S. Monæ, ſi hanc per eum factam certo conſtaret; & tunc, ad iſtam feſtivitatē invitatis vicinis Epiſcopis, credi poſſet Nottingus occaſione uſus impetraviſſe Reliquias ſupradictas. Sed uti de Angilberto certum non eſt, multis ſentientibus tranſlationem S. Monæ adſcribendam Ariberto; ita certum eſt ex deceſſoribus alios, ac nominatim Thomam Carolo Magno familiarem, devotum & magnificum in hoc genere fuiſſe: omnino autem tenere poſſumus, Angilberti tempore, allatas Caſſano* S. Aurelii *reliquias, fuiſſe Mediolani; unde & de corpore* S. Dionyſii *par fundatur præſumptio. Anno deinde* MXVIII *Aribertus ſeu Heribertus factus Archiepiſcopus, dum ſuum conderet teſtamentum anno* MXXXIV, *inter pia legata jubet* ad Abbatem & monachos de monaſterio Sanctorum confeſſorum Dionyſii & Aurelii, quod ego, *inquit*, noviter pro remedio animæ meæ ædificavi, *dari omni anno* ſolidos triginta. *Ex quo ſumi conjectura poteſt, monaſterium illud paucis ante annis fundatum fuiſſe, & circa idem tempus, ex veteri S. Salvatoris eccleſia, in novam hujus monaſterii, tranſlata eſſe Sanctorum prædictorum lipſana, ex quibus* S. Dionyſium *ſub aram majorem conditum eſſe, ſcribit Puccinellus.*

Aribertus, conditor eccleſiæ & monaſterii S. Dionyſii,

F

ibidem ſepelitur an. 1045.

23 *In eodem teſtamento jubet Aribertus, ut totus Ordo Eccleſiaſticus & Monaſticus* omni anno, die Veneris de ſecunda hebdomade Quadrageſimæ, in Presbyterio ſanctæ Mediolanenſis eccleſiæ *congregati, accipiant ſigillatim ſuæ quique eccleſiæ ac monaſterio attributam* benedictionem . . . & ſtatim cum receptam habuerint, cum proceſſione omnes ſimul ambulare debeant ibi, ubi ego, *inquit*, corpus meum requieſcere deſidero. *Necdum ergo tunc locum ſuæ ſepulturæ delegerat, delegit autem non diu poſt: ſiquidem anno* MXLV *die* XVII *Ianuarii defunctus, tumulum ibidem etiam nunc habet. Supereſt quoque ad cujuſdam Crucifixi pedes, inter duos pedum clavos, ipſius effigies, in habitu Archiepiſcopali ſtantis, & erecto in cælum vultu offerentis ſuum illud* SS. Dionyſii & Aurelii *monaſterium ſive templum, exurgente inter duas turres tholo ſpectabile, quod ſiniſtra ſuſtinet, dextera ſtringit: quam effigiem apud Vghellum videre eſt, fideliter expreſſam ex Ioannis Antonii Caſtilionæi antiquitatibus Mediolanenſibus pag.* 189, *ubi etiam Epitaphium lege.*

AUCTORE D. P.

24 Corpus Ariberti, poſt decem menſes integrũ, cum ſummo vigore, ferulam dextera portante, oculis apertis, ſecundum Datium, videntibus univerſis repertum fuit: cujus ſepulcrum à quatuor partibus ferro & plumbo ſigillatum eſt. *Ipſum deinde (uti ſcribit idem qui priora apud Puccinellum)* ictu fulminis everſum eſt, die XXIII Auguſti MCCCCIII, & reſeratum: quod videntes monachi, ejus Reliquias in altare majus ſuſtulerunt, *illud ſcilicet ſub quo conditus erat S.* Dionyſius. *Sed factum improbans Petrus Filiargus Archiepiſcopus eodem anno prima Dominica Septembris referri eas ad ſepulcrum juſſit, in quo fuerant annis* CCCLVIII. *Anno deinde* MDXXXII, *cum civitatem Franci obſiderent; Germani, pro majori parte hæretici, in dicta* S. Dionyſii *Abbatia ſuam habuere ſtationem; ex quorum manibus, magno pecuniarum impendio, Sanctorum corpora redimenda fuere. Denique* cum eccleſia, ab Abbate & monachis quibuſdam, habitus fere Clericalis, qui eam habebant, temporum calamitate eſſet deſerta; corpora tranſlata ſunt in eccleſiam majorem, Hyppolito II Eſtenſe Archiepiſcopo, *intra annum* MDXX *&* MDL; & à Carolo deinde Cardinali & Archiepiſcopo, *ſcilicet Borromæo, illo Sancto & circa Sanctorum Reliquias vigilantiſſimo*, nobis præſentibus & miniſtrantibus, B *(inquit Carolus à Baſilica Petri poſtea Epiſcopus Novarienſis, in Mediolanenſium Epiſcoporum vitis)* diligentiſſime in ſubterraneo ſacello cum aliis ſacris Reliquiis recondita. *In quibus etiam fuiſſe aliquas* S. Aurelii *idem docet, nam & caput & alias quaſdam ibidem ſe vidiſſe aſſerit. Huc ergo, in die feſti* S. Dionyſii, *uti & aliorum Sanctorum ibi conditorum anniverſariis, convenit Baſilica ipſius Clerus, & Miſſæ Sacrificium reliquumque divinum Officium iſtic ſolenniter celebrat: neque alibi extare creduntur Reliquiæ illius Sancti, ſicut mihi ſcripſit anno* MDCLXXVI *vir eruditiſſimus Petrus Paulus Boſca, tunc Ambroſianæ Bibliothecæ Cuſtos, poſtea vero Modoëtienſis Archipresbyter creatus.*

Poſt decem menſes incorruptus,

& an. 1403 *ad altare delatus.*

Sacra corpora ejuſdem eccleſiæ anno 1520 *ad cathedralem delata,*

25 *Factam eam tranſlationem anno* MDLXXVI *Puccinellus ſcribit, de eccleſia ipſa* S. Dionyſii *hoc etiam addens; quod cum Antonius Leuva, Mediolanenſis Gubernator, muniendæ civitati intentus, partem ejus deſtruxiſſet; is qui ipſam titulo Commendæ poſſidebat Ioannes Salviatus, titulo Sanctorum Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis, anno* MDXXXII *in manus Clementis VIII eamdem reſignavit ea conditione, ut traderetur religioſis Servitis (nam horum monaſterium, Paradiſus dictum, idem Leuva deſtruxerat) quod & factum eſt, ipſeque Leuva ruinam reparavit, anno* MDXXXV, *& ſuam ibi ſepulturam elegit. Denique anno* MDCXVIII *Petrus Aldobrandinus, titulo S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis, & monaſterii Dionyſiani Abbas Commendatarius, eamdem exornavit, qualis etiamnunc cernitur.*

Ipſa eccleſia an. 1535 *reſtaurata & Servitis tradita,*

C

26 *In hac ergo nunc quoque colitur* S. Dionyſius, *inſigni totius diei Officio, ſed ritu Romano, uti & in aliis eccleſiis Regularium: Ambroſiano autem in Cathedrali & reliquis eumdem ritum tenentibus; pro quibus præter orationes & hymnos proprios, notabilis eſt Præfationis ordinariæ interpolatio hujuſmodi.* Dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper & ubique gratias agere, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus [& confeſſionem ſancti Sacerdotis tui Dionyſii memorabilem non tacere: qui nec hæreticis pravitatibus, nec ſeculi blandimentis, à ſui ſtatus rectitudine potuit immutari: ſed in utroque diſcrimine veritatis aſſertor, firmitatem tuæ fidei non reliquit. Et ideo debitæ pietatis obſequium exhibemus: quia potentiam tuam, Domine, cujus gloria talis extitit, in ejus ſolennitatibus prædicamus] per Chriſtum *&c. Hymnum, qui incipit*, Regi polorum debitas Chriſto canamus gratias, *habes etiam in Puccinello, qui auctorem ejus nominat Bèroldum. Extat præterea inter Hymnos, à S. Ennodio Ticinenſi Epiſcopo compoſitos, Hymnus* XIII

S. Dionyſii nomen & cultum ſervat.

de S. Dionyſio: *quem majoris antiquitatis prærogativa commendabilem, lege inter opera illius à Sirmondo edita. Vitam ætate S. Ambroſii compoſitam fuiſſe, veroſimilis eſt conjectura; aſt ea non extat niſi interpolata & aucta, qualem hic damus, opera prædicti Petri Pauli Boſca cum Ms. Ambroſiano collatam.* D

VITA

Ex Mombritio & Ms. Mediolanenſi ac Blaburenſi.

PROLOGUS.

1 TAnta prærogativa gratiæ, Pater *a* Sanctiſſime, mota ſæpe cordis rura guttis rorantibus rigas, ut inſtar telluris redundantia, *b* ſenſim, omnium ſublimi pullulent *c* flore virtutum. Quippe Paſtorali fultus excellentia, & ut decuit corde manens ſemper devotus, miræ nobilitatis pandere præcipua Sanctorum merita cogis. Et quia agricola probatum terræ gremium & cultris attritum, ſemine complet, ut ex hoc ad horreum fructum centuplicatum reducat; haud aliter tuus quem aluerat favor, de ſancti viri converſatione juſſeras carpere indaginem. Quamobrem mea timidus de humilitate, tuis præſumptor de precibus, ad tam arduum callem avide verti pedem, ſanctam invocans Trinitatem, ut ille adſit veritatis Spirator; quatenus & ego cœptum opuſculum plenius meo proſequar ſtylo, & ſacri cordis veſtri auribus digne geſta ediſſeram. Ceterum, abjectis verborum ambagibus, narrandi ſumamus exordium. a b c

ANNOTATA.

a *Si verum eſt, quod ante hos* 70 *annos aliquis adſcripſit Codici Ambroſianæ Bibliothecæ* P. 246 *in folio* Codex venerandus ob antiquitatem octingentorum annorum, *Vita hujus compilator vixit ſub Thoma vel Angilberto, quorum alicui poſſet ea dedicata cenſeri, poſt corporis S. Dionyſii tranſlationem aut elevationem quamdam, ſeculo circiter* IX *ineunte curatam. Alias opinarer, ipſimet Ariberto, Dionyſiani monaſterii fundatori, hanc Vitam ſic inſcriptam fuiſſe: & hoc magis probat prælaudatus bibliothecæ Ambroſianæ Cuſtos, exiſtimans Codicem non eſſe ſexcentis annis antiquiorem.*

b *In Mombritio & Ms.* ſenſus: *ſed in gratiam lectoris, curavi aliqua, quæ hic conſequenter notabimus, emendare per conjecturam; inſueta quidem alias licentia, ſed condonanda in iis ſcriptis, quorum per ſe obſcurior ſtylus, ſi inſuper librariis mendis offuſcetur, frangitur quantavis legentium patientia.* F

c *Ita Ms. Mombritius* florum proventu.

CAPVT I.

Arianorum perverſa contra S. Athanaſium ſtudia.

2 IGitur cum ſancta & univerſalis Chriſti ſponſa, mater Eccleſia, diverſis margaritarum ornata monilibus, nitide in toto orbe terrarum pieque fulgeret, & Chriſtianæ fidei religioſa propago ſuccreſceret; cruentus ille tentator, pallido ab ore mortifera ſemper vomens venena, zelo ſui livoris inflammatus, obducta tenebroſa caligine, intra Eccleſiæ ſacrum gremium nixus eſt impugnare Chriſticolas. Jam enim roſeo *a* cruore madefactus mundus, virtutum omnium gratiâ pullulabat; adeo ut omnium nationum auguſtiſſimus *b* Imperator, orthodoxæ a b

Eccleſia pacem habens ſub Conſtantino,

A thodoxæ fidei cultor exiſteret: qua *c* tranquillitate
c Ariana prorupit ſeditio. Horreſco referens quan-
d tum *d* excreverit hujuſmodi facinus, quod inter
nata hæreſis Ariana cetera hæc profano blaſphemarent ore, Fuiſſe tempus, quando Filius cum Patre non fuerit; & tempus ei adſcriberent, qui Auctor eſt temporum.

3 Hujus rei cauſa apud Nicænam urbem Syno-
e dus congregatur venerabilium *e* Antiſtitum: inter
Niceæ damnatur, quos Athanaſius, tunc Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconus, affuit: qui contra mortifera Arianæ ſectæ venena, antidotum ſalutaris poculi fidelibus propinavit ..... f Damnati interea Ariani, nihil
f contra ſanam fidem palam auſi tractare, Eccleſiæ ſe gremio miſcuerunt, ſervantes dirum ſub pectore vulnus. Itaque per Valentem & Urſatium, qui
g erant malitiæ errore *g* infecti, ad Regis amicitias pervenerunt: atque ſubornatis accuſatoribus fictiſ-
h que *h* criminibus, abſentem Athanaſium, jam tunc
Athanaſius calumniam paſſus Epiſcopum, damnare aggreſſi ſunt. Compulſo demum Conſtantino Auguſto, in Gallicis partibus Athanaſius relegatur exilio.

4 Interea clauſo Conſtantini noviſſimæ diei fine,
[Imperium *i* ejus in tres filios dividitur: & horum
i primo Conſtantino à militibus interfecto, Conſtan-
B tius in Oriente regnat, in Occidente Conſtans].
à Sardicenſi ſynodo reſtituitur: Cui cum relatio miſſa eſſet ab Epiſcopis, qui tunc in Ægypto morabantur, [ex eaque intellexiſſet Imperator, Syrianum Ducem, pro inducendo Alexandriæ Gregorio], injuſte Athanaſium Epiſcopum, [quem junior Conſtantinus fecerat Alexandriam reduci, iterum] ab Eccleſia jeciſſe; mox apud Sardicam urbem Synodus congregatur; & abolita damnationis ſententia, ſuæ redditur Athanaſius Sedi. [Moritur deinde etiam Conſtans, cujus maxime reſpectu conſtringebantur hoſtes Athanaſii, & ſolus Arianorum fautor] Conſtantius Imperii regimen ſuſcipit.

5 Nactâ ergo Ariani iſtiuſmodi occaſione, conſpirant Sardicenſis Concilii decreta ſubvertere, aſtutoque conſilio miſcent innoxium criminoſis, &
k Photino atque *k* Marcello nectunt Athanaſium ſanctum; ſuadentes Imperatori, quatenus non putaret
iterumque accuſatus de Athanaſio perperam judicaſſe, qui de Marcello atque Photino vera ſenſiſſent. Sed & occulto erro-
l ris dogmate Catholicis ſuggerebant, nil prius *l* faciendum, quam ut Athanaſium ab Eccleſia removerent.

m 6 Eo tempore *m* apud Nurſiam contra Magnen-
C tium armis certatum eſt. Conſtantius, belli timore perculſus, intra quorumdam Martyrum Baſilicam cum Valente moratus eſt: idem autem Valens Præſulares infulas eo in loco gerebat: qui callide per ſuos diſpoſuerat, quatenus in alterutrum armis certantibus, ipſe prius belli ſciret eventum. Late enim
apud Imperatorem Valenti obnoxium armato milite campo repleto, acies hinc inde mucrone ſtabat coruſco; & pugnantibus Romanis militibus, ceſſa victoria eſt. [Quod intelligens Valens, & Conſtantium] allocutus; Age nunc [inquit] ſemper victor, age noſtri decus orbis, quatenus & noſtra celebretur victoria, dum tua graviter de hoſtibus conſtat eſſe expleta. Cui Imperator, Quid hoc, inquit, eſt? At ille: Sidereus mihi ex improviſo affuit nuntius, pandens tuos permanſiſſe victores. His deluſus verbis Imperator: Libertas [inquit] ceſſa eſt Arianis: nam & ipſe ſolitus erat aſſerere, non ſua virtute exercitus, ſed Valentis meritis, adverſarios ſuperaſſe.

n 7 Data igitur de Athanaſio ſententia *n* eſt: cum-
condemnatur. Epiſcopis ſubſcribere coactis. que aliquanti non præberent aſſenſum, edictum eſt ab Imperatore, ut qui in ejus damnatione ſe non ſubſcriberent, exilio pellerentur. Nempe quibus fundamen ſpiritualis gratiæ inerat, maluerunt ſuos deſerere cives ſuamque patriam, quam inauditum damnare virum, ſacræ religioni omnimode aptum. EX MSS.
Sed quid tam diu per ſingula divagamur, & non de viro ſancto, cujus de miraculis, veſtris animis quaſdam epulas præparare ſtuduimus, currit oratio? Interea non paſſus eſt inimicus navim tranquilli maris ſpatia pernatare: ſed concuſſis fluentis, ventorum flaminibus hinc inde cincta, aſſeribus & compage diſſoluta ſtridere; neque meridianum lumen, quod omni ſeculo ſpecialiter prænitebat, abſque umbra nubium uſque ad mundi pervenire finem. Poſtquam vero Æolicis partibus ſuæ malitiæ ſemina ſeverunt [Urſacius & Valens ſociique], frumento lolium miſcentes, Mediolanum pervenerunt: ibi Imperatore poſito Synodus congregari jubetur.

ANNOTATA.

a *Martyrum ſanguinem intelligit.*

b *Conſtantinus Magnus.*

c *Fortaſſe,* quâ tranquillatâ.

d *Ita Mſs. Mediol. alii* exercuerit.

e *Additur* cohorte, *in Mombr & Mediol. quod redundat, & melius abeſt in Blaburenſi.*

f *Omitto parentheſim importunam contextui, & (ut nunc habetur) difficulter corrigibilem.* Quia flante Spiritu ſancto, tenſa jam vela, impolluto calle, opacas ac profundiſſimas oppoſitiones ipſorum lucidiſſimis potuimus veræ fidei aſſertionibus contraire. At quia totus pene mundus, de nomine emicat Regis, in quo ſua manet ſtabilitate fundatus; & rejectis tenebris meridianum lumen reſplendet; neceſſarium duximus cœpta proſequi. *Pergit deinde Auctor, verbis ex S. Severi Sulpitii lib. 2 hiſtoriæ ſacræ ſumptis, & in epitomen contractis, cauſam Athanaſii proſequi.* E

g *Alias*, cruore infecti: *& hi quidem columina factionis Arianæ fuerunt, poſt mortem utriuſque Euſebii: non tamen Ariani aperuerunt ſibi aditum ad Conſtantinum ſimulatione orthodoxæ profeſſionis, ſed Presbyter quidam clam Arianus, deinde uterque Euſebius, maxima apud Conſtantinum auctoritate pollentes, uti ex Socrate, Nicephoro, Sozomeno apparet.*

h *Mombr. & Blabur.* Proinde fictis criminibus.

i *Obſcure hic loquentem Severum, nec ſatis clare diſtinguentem Conſtantinos duos, patrem & filium, obſcuriorem contrahendo hic Auctor reddidit: cujus defectum quaterna parentheſi addita [ ] ſupplemus: & hujus paragraphi prima verba, poſt aliquot lineas rejecta, naturali ſuo loco reſtituimus.* F

k Marcellum *Ancyranum, ut falſo accuſatum abſolverat Synodus Sardicenſis; ſed hic deinde lapſus in hæreſim, meruerat cum Photino Sirmienſi Epiſcopo damnari ab Arianis, ſæpius ſuper ea re ac denique Sirmii anno 351 congregatis.*

l *Mſs. & Mombrit.* Satisfaciendum: *ſcripſerat forte Auctor* nil prius aut potius faciendum.

m *Anno 351, 18 Septembris, pugnatum ad* Nurſiam *eſt.*

n *Factum id Arelate anno 354.*

CAPUT II.

Concertatio Cartholicorum cum Arianis intra eccleſiam, præſente Dionyſio.

8 EOdem tempore ſanctiſſimus vir, ſæpe memorandus Epiſcopus Dionyſius, apud Mediolanenſem civitatem Pontificatus agebat officium: erat autem immunis à vitiis, conſpicuus caritate, humilitate facilis, patientia atque benignitate mirabilis: flebat cum flentibus, gaudebat cum gaudentibus, aderat operantibus, opem ferebat miſeris, alebat *Ad S. Dionyſium Mediolani Epiſcopum*

EX MSS. alebat egentes, operiebat nudos. Tanta inerat ei humanitas, ut nihil in aliorum cognoſceret actibus quod ſibi non reputaret, ſicut ſcripſit egregius gentium Magiſter Paulus, dicens; Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror? Ita enim beati viri nomen enituit; ut, qui Sanctus ab omnibus habebatur, fere ut Apoſtolus haberetur.

2 Cor. 11, 29

conveniunt intra eccleſiam Epiſcopi

9 Advenientes quippe ex vicinis urbibus Epiſcopi & coadunati, intra eccleſiam reſederunt: inter quos tres religioſi aderant viri, qui, quaſi domus lapideo fundamine ſtructa, quæ non turbatur ab undis, non movetur à ventis, ita inconcuſſi, Arianæ perfidiæ ſectam nitebantur deſtruere. Et quid mirum, ſi in his tribus Trinitatis gratia ſignabatur, cum per hoc fidelibus fructus ſacræ fidei quotidiana doctrina largiretur? Erant autem hi, omni ſeculo digna memoria celebrandus Dionyſius, Mediolanenſis Antiſtes, Euſebius Vercellenſis, & Lucifer à Caralis Sardiniæ Epiſcopus. His intra eccleſiam poſitis, cum ceteris qui aderant Epiſcopis (inter quos, cum Valente & Urſacio, pariter aderant Ariani) turba Catholicorum undique confluxerat. Tanta autem erat fidelibus firmitas, ut non ſolum viri ſed etiam feminæ conſtantes permanerent, quaſi in eis virilis ſexus non femineus eſſet.

& plebis Catholicæ multitudo,

B

a *quam ille animat ad conſtantiã,*

10 Egreſſus eſt *a* itaque ad eos vir Dei Dionyſius, ſilentium petens, ut de fide inter eos aliquid tractaretur. Tunc eum magnâ conſtantia Catholici viri hortari cœperunt, non prius fieri verbum, quam Ariani de eccleſia pellerentur. Quibus ejectis, ita exorſus eſt. Non vos, filii cariſſimi, cruenta concutiat Arianorum væſania; non lingua, quæ [in] divinis meditatur mandatis, tremefacta tabeſcat; nec ſuccumbat *b* ampla cohors pravæ plebeculæ, quæ quotidie comminuta deperit; ſed Euangelicis nexa compagibus, ſolide in Trinitatis unitate plantata permaneat. Jam enim poſt modicum tantam Chriſtus Dominus Eccleſiæ ſuæ tribuet pacem, ut non ſolum ab iſtis non impugnemini; verum etiam qui impugnare quiverint, ab his qui hoſtes probantur [recedentes], pro vobis cum *c* dimicaverint, victi ſuccumbant.

b

c

& tumultuantẽ compeſcit.

11 His dictis intra velum receptus eſt: & cum vellet ceteris Epiſcopis qui erant ſub velo intimare quæ geſſerat, ſubito facta turbatio eſt, pro hoc quod quidam Frater, à Palatinis Comitibus vinctus, de eccleſia trahebatur. Quo agnito, ſummus Dei Sacerdos egreſſus ad liberandum hominem eſt, malens ſuam ponere animam, quam ſibi commiſſam perdere ovem. Ad hæc commota plebs Catholica, ſævire contra Arianos cœperunt: quibus Dionyſius, venerandæ memoriæ Epiſcopus, ſic placido effatus eſt ore: Non eſt pro divina religione armis certandum; ſed dictante Spiritu ſancto *d* docemur, mulcere placidis pectora dictis, & regere animos, ſumma pietate, furentes. Sic ait, & dicto citius placat ſævientium iras.

C

d

S. Euſebius ad ſubſcribendum ſolicitatus

12 Poſt hæc Arianorum primi, videntes Dionyſii conſtantiam fidei, & robur mentis, & fortitudinem ſpiritus, nil ei perſuadere audentes, verſi ad Euſebium ſunt; quatenus, ſi poſſent, ejus mentem ad damnationem Athanaſii revocarent. Sed ille, cui cum ſeculo nihil, cui cum iniquitate nulla ſocietas, cui pro juſtitia nullum fatigationis impedimentum, his verbis allocutus eſt eos: De fide nunc in eccleſia agimus: ſi dura deponitis *e* corda, & caliginoſam nubem à veſtris projicitis mentibus, ut ad agnitionem noſtræ fidei revertamini; ſtatim percurrentes, ad eum locum, ubi Athanaſius morari videtur, properemus: ſi reus eſt criminis, primus in eum damnationis ſententiam fero. Commota hac

e

id generoſe recuſat;

reſponſione plebs Arianorum, inquit: Aut da ſententiam in Athanaſium, aut nos in te damus ſententiam. Quibus Euſebius ſanctus: Vos pro fide non vultis ſubſcribere; & mihi ſuadetis damnare fratrem meum ſine cauſa? Qui accenſi dementia, in plebem cum extrahere nitebantur, dantes ſupra eum ſententiam.

D

Nicænam fidem cum Dionyſio profeſſus,

13 Hæc cum agerentur inter Euſebium & plebem; fideles omnes qui intra eccleſiam erant, hæreticos quoſque expulerunt, his eos vocibus inſequentes: Heretici exeant: Ariani exeant: perverſorum dogmatum auctores recedant. Pax Dionyſio, pax Euſebio, per quos Eccleſiæ ſalus præſtatur. Remota ſeditione, allatum volumen, Catholicæ fidei, apud Nicæam urbem promulgatæ, continens dogma, à Dionyſio Præſule atque Euſebio ſubſcriptum eſt: inter quos aderat quidam Epiſcopus, nomine *f* Germinius, qui ſe ab hac fide non recedere aſſerebat. Cui reſponſum eſt, ut ſi defendere cuperet, ſcripti affirmatione probaret. Ita, inquit ille, vox mea mihi teſtis erit.

f

Lucifero intra Palatiũ detento,

14 Igitur fideles omnes Dionyſium Euſebiumque petebant, quatenus & Lucifer à Calaris Sardiniæ Epiſcopus, intra eccleſiam, cum ipſis adeſſet. Quibus Dionyſius ſanctus, Lucifer, inquit, ut nobis patet, ab Arianis comprehenſus, clauſo tenetur [Palatio]: putant enim quod ei, abſtruſo à nobis, periculoſum aliquid ingerere poſſint; neſcientes quod unus atque idem ſpiritus operatur in cunctis, & dividit cuique prout vult donum gratiæ ſuæ: quamvis enim noſtris arceatur obtutibus, Chriſti Jeſu præſentiam ei credimus non deeſſe. Tunc S. Dionyſius thronum ſcandit Sacerdotalem, quatenus ab omnibus tractans audiretur. Et cœperunt ſe Ariani intra eccleſiam cum Catholicis miſcere, ita ut Epiſcopi illorum *g* Tribunal conſcenderent. Quo viſo, Dionyſius ſeceſſit ab illis: plebs quippe Catholica, non ferens tantam Arianorum inſtantiam, compellebat eos exire eccleſiam; [dicens] non debere eos eccleſiæ gremio reſidere, qui maculoſo crimine ſe ſuoſque fœdarent; neque dignum eſſe intra ſacras ædes perſiſtere [illos], qui [aures] non accommodant fidei, quam Spiritu ſancto dictante, ore editam Apoſtolico, univerſalis Eccleſia prædicat. Quibus expulſis, obſeratis januis, Dionyſium, ut Miſſam faceret, poſtulabant.

E

g *pellunt ab eccleſia Arianos Catholici*

in eaq; cum Epiſcopis pervigilant.

15 Rite peractis divinis Sacramentis, plebs, immenſas Deo gratias agens, dicebat: Jeſu bone, ſcelerum indultor, tibi mortalis lingua laudes promit, tuos qui ſic nitore circumdas, cultores ſacros tuens à malis. Ajebant iterum: Hic maneamus, atque noctem pervigilem ducamus; ne forte fur ille ſævus cuſtodiam irrumpens, per noctis tenebras dilaceret quemquam. Factumque eſt ut tota nocte in hymnis & canticis Deo vacarent; quatenus ſuperveniente luce, & ipſi luminis invenirentur cultores. Lucceſcente igitur die, advenit Germinius cum Euſebio *h* eunucho: cumque de Arianorum ſævitia quædam improbe loqui voluiſſent, ita ut quæ illi ſæviſſime agerent, iſte digna putaret, & Germinius jam tribunal conſcendens reſideret; ingrate ferentes religioſi viri, à xiſto *i* eum dejicientes, [abſtraxerunt] cum eunucho, [& ita] eccleſia ſunt ejecti: oportebat enim inutilia vaſa non ſolum projici, ſed etiam confracta & conculcanda derelinqui: nam

F

h

i *ac mane regreſſos*

Qualis apes æſtate novâ per florea rura
Exercet ſub ſole labor, cum gentis adulta
Educunt fœtus . . . . . & agmine facto
Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent:

haud aliter fervebat opus, creſcebatque victoria, dum Chriſti athletæ viriliter pro fide certarent.

16 Miſſa demum epiſtola eſt à Lucifero, Catholico

A tholicò Epiſcopo, ex Palatio, ubi tenebatur à Rege, Dionyſioque & Euſebio porrecta, quam plebs ut ſibi legeretur poſtulare cœpit. Facto itaque ſilentio, accerſito Notario, ut legeretur imperatum eſt. Quo legente, Ariani non ſunt paſſi audire, ſentientes eam eorum præſtare impedimentum errori: qui turbulenter ſtrepere cœperunt, ut ſibi & aliis auferrent copiam audiendi. Dum hæc Arianis facientibus mora tenderetur, Dionyſius Epiſcopus dixit: Apertius datur intelligi, univerſos hos [hæretico] dogmati ſubjacere, eo quod fidem ſacram continentem epiſtolam contemnunt audire. Cumque Phœbus, diei tranſacto curſu, viſere nobis incognita, ſibi cognita loca cœpiſſet; & horrentibus tenebris nox viſa mortalibus eſſet; fugatis de eccleſia Arianis, fidelibus lecta epiſtola eſt *k*.

legendaque Luciferi epiſtola obſtrepentes

iterum abigunt.

k

ANNOTATA.

a *Scilicet, Epiſcopis intra velum, ut mox indicatur, conſultantibus, in anteriori templi parte conſiſtebat populus.*

b ãpla. *an*, apoſtolica?

c *Videtur indicari ſchiſma, inter Arianos & Semiarianos ſecutum: qui Semiariani pro ipſis Catholicis quodammodo dimicaverunt; ſed quia ad unitatem Eccleſiæ redire neglexerunt, Arianis tandem ſuccubuerunt.*

B

d *Mombrit. & Mss* dica.

e *Abundat ibidem*, pectorum.

f Germinius, *Sirmienſis Epiſcopus, in Photini depoſiti locum ſubrogatus, qui deinde poſt annum 364, quando adhuc Arianis adnumerabatur, ſcripta confeſſione, quæ apud Hilarium in fragmentis extat, tantum non Catholicum ſe probavit.*

g *Intelligitur locus circa altare, Italis etiam hodiè* Tribuna, *Græcis* τὸ ἱερὸν βῆμα.

h Euſebius, *Palatii Præpoſitus, totius Arianæ factionis columna, primus Miniſtrorum Conſtantii, à Iuliano Apoſtata occidi poſthac juſſus, Deo & hominibus debitas multorum ſcelerum pœnas dedit.*

i *Ita corrigo pro eo quod Mombr. & Ms. habent* Siſtro.

k *Totum fere Caput & ſequentis Capitis pars prima ac præcipua, videntur accepta ex aliqua antiquiori Vita Auctoris valde accurati. Similia potuit etiam ſcripſiſſe S. Hilarius, in libris ad Conſtantium aut in opere Hiſtorico, quorum fragmenta dumtaxat habentur.*

CAPUT III.

SS. Euſebii, Luciferi & Dionyſii exilium: hujus in eo mors.

17 TRanſacta denique nocte, fulgido polo luciferi nitor *a* coruſcans, [& ſolis] aurea lux mundo refulſit. Tunc Palatini Optimates aditus eccleſiæ implerunt: [quod *b* videns] S. Dionyſius, inſignis meritis & aptus copiâ fandi, egreſſus ad eos dixit: Non puto abſque ſeditionis piaculo inconſueta vos occupaſſe loca: ſed, quæſo, Arianorum ſubverſione, an veſtri conſilii aſtutia feceritis, intimate. Illi autem, conſcii ſibi talemque cognoſcentes virum cui etiam arcana pateſcunt pectorum, ſilebant, & frigidæ linguæ *c* hærebant faucibus, arrectiſque auribus ſtabant: hæretici vero, ſui livoris infamiam ſentientes, confuſi foris ab eccleſia reſtiterunt. Poſt hæc venerunt eunuchi tres, ſciſcitantes Dionyſium ceteroſque Epiſcopos, quid vellent Imperatori ſuggerere: qui nihil ſe neceſſarium habere dixerunt, quam cum hæreticis de fide diſceptandum, Luciferumque ſibi copulandum.

a

b *Poſtridie reverſos increpat Dionyſius,*

c

18 Redditus [ergo eſt] eccleſiæ Lucifer, & dimiſſus Palatio; [ideoque] gratias divino Regi plebs innumeras referebat. Tunc Dionyſius, dignus Deo habitu & ſanctitate, hæc turbis dixit: Ecce jam triduo in eccleſia commoramur, nemo tamen Arianorum ad diſceptandum properare videtur, in tantum corde obtuſi, ut neque noſtram nobiſcum defendant fidem, neque ſuam errantem abjiciant *d*. Miſſum quoque ab Imperatore eſt, Euſebium, Luciferumque atque Florentium accerſendos: quibus ductis ad Palatium, Dionyſius in eccleſia eſt relictus. Ubi cum corda fidelium ſuperni roris rigaret pinguedine, & æternæ vitæ pabula eorum mentibus ſubminiſtraret, Palatio exhiberi jubetur.

EX Mss. *Catholicos animat:*

d

19 Sed Dionyſius, cui nec blanditiæ ſuaſionem, nec terror timorem ingerere poterat, iturum ſe ad Palatium denegavit, dicens: Præſto ſunt conſpectui Regis Catholicæ fidei veriſſimi aſſertores, & Arianæ impietatis maledici obtrectatores; nemo tamen veſtrum putet, quod in numero bellatorum celebretur victoria. Sic quippe Dominus in Euangelio promittit dicens: Cum ſtatuti fueritis ante conſpectum Principum, propter veritatem nominis mei, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Ego quidem, ut cernitis, plebem intra eccleſiam perſcverantem relinquere nequaquam poſſum. Quo audito, hi qui miſſi fuerant ad Palatium ſunt regreſſi. Cumque hoc renuntiaſſent Imperatori, ex Dei nutu dimiſſi Palatio Euſebius, Lucifer & Florentius, pariter cum plebe ad eccleſiam regreſſi ſunt.

ad Palatium accedere renuit,

Mat. 10. 19

E

20 Poſitis autem in eccleſia agnitum conſilium eſt, quatenus ſequenti nocte raperentur de eccleſia, atque in exilium dirigerentur. Quas minas in nullo pertimeſcentes orthodoxi Epiſcopi, hymnis & laudibus conſurgentes glorificabant Deum, dicentes, Tu es, Domine omnipotens, ſcrutator cordis, tu mentis inſpector, tu tuorum defenſor ſervorum: in te confidentes, non timemus quid faciat nobis homo. Hæc cum dicerent, facto impetu ab Euſebio eunucho, apprehenſi ſunt de fidelibus viris numero centum quadraginta & ſeptem: cum quibus quidam de Sacerdotibus & Clero vincti, intra Thermas *e* Herculianas recluſi ſunt: Florentius vero & Lucifer Epiſcopi, apud Tribunum Cajum; Euſebius, Tribuno Galbioni cuſtodiæ traditus eſt.

& in eccleſia perſeverat:

ſociis Epiſcopis viris in cuſtodiam abductis,

e

21 Perſeverante Dionyſio intra eccleſiam, advenerunt Ariani ſimul cum Palatinis Comitibus; & ingreſſi domum Dei, cœperunt perſuadere B. Dionyſio, quatenus ſententiam daret in Epiſcopos quos ceperant. Ille vero divino fretus auxilio, ita reſpondit: Ego magis compellor illis conjungi, qui pro religione fidei in cuſtodia retinentur detruſi, quam maledico in eos ore ſententiam dare. Heſterna & nudius tertius confuſi, recedentes ab eccleſia, etiam invitati, ulterius non veniſtis. Sed tantum valet ferrea frons & cor lapide durius, ut ſoli confuſi non erubeſcatis, ſolique approbetis quæ reprobant univerſi. At illi, verba ipſius quaſi vana rejicientes, & bene oppoſita inſanâ mente reproba ſentientes, damnationis in eum ſententiam applicant..... *f*

fruſtra ad eos damnandum ſollicitatur:

F

f

22 [Tum quidam] Cæcilianus *g* nomine, ſectæ Arianorum Epiſcopus, Tribunal conſcendit, ut in populo faceret verbum. Quod cernentes religioſi viri, quamvis pauci inter plurimos, tantam non ferebant inſaniam; [&] credentes non debere humano *h* uti auxilio, ubi divinum non decrat præſidium, eodem Cæciliano pulſo, eccleſiam exire hæreticos compellebant. Sequenti igitur die ex more venerunt Ariani, deferentes ſecum plurimas oppoſitiones, quatenus veterani eorum callidiſſime poſſent perſuadere Dionyſio, orta contentione valediſſime repugnanti:

g

plebemque exemplo

EX MSS. *& verbis confirmans.*

pugnanti: [ſed] victi receſſerunt. Quibus recedentibus, ſanctus vir Dionyſius Epiſcopus plebem ita eſt allocutus: Conſtantes eſtote, & preces ad Dominum fundite, ne forte ille zizaniorum ſator, irrumpens ovile Dominicum, quemquam de gregibus cruento dilaniet ore. Stemus viriliter, non timentes hominem, qui poteſt corpus occidere, animam autem trucidare minime valet.

cogitur ad Palatium ire:

23 His dictis advenit Datianus, Decurio Caſtrenſis, Dionyſium Palatio accerſendum: qui diſtulit ire. Sequenti autem die, primo diluculo, devenerunt Optimates, Dionyſium Palatio exhibendum. Egreſſus autem eccleſia, dixit ad plebem: Ecce ego Regis præſentabor obtutibus, vos cum omni patientia divinis lectionibus cordis flectite aures: quidquid autem geſtum fuerit, vobis renuntiabimus. Ingreſſus eſt [igitur] B. Dionyſius Palatium, & advenientes Ariani altercari cœperunt. Cumque diu mora eſſet, & plebs intra eccleſiam poſita, quid in Palatio ageretur, neſciret; accepto conſilio, uti cum ſuo Paſtore in defenſione fidei perdurarent, perrexerunt ad Palatium. Erant ibidem tam viri quam mulieres, pro religione concertantes. Conglobati demum Ariani ſimul cum Valente inſurgebant

uo cum etiam plebs accurriſſet,

B contra Dionyſium Epiſcopum: quo viſo mulieres religioſæ clamare cœperunt, dicentes, Ariani recedant, contemptores divinæ legis abjiciantur.

tumultum compeſcit:

24 Diu hæc agentes, egreſſus eſt Dionyſius ad eos: & imperato ſilentio, dixit: Congruum Imperatori eſſe videtur, ut paucis tranſeuntibus diebus, facta iterum conventione, de fide agatur. Tunc inquiunt religioſi viri ſimul cum mulieribus: Huic præcepto libenter flectimus colla, ſuſpenſa tamen Valentis & Urſatii communione. [Deinde] regreſſus Dionyſius in eccleſiam, thronum Sacerdotalem conſcendit, divinæ lectiones legi cœperunt, ac poſt hæc Miſſarum ſolennia celebrata ſunt: cumque omnes Corporis & Sanguinis Chriſti conſecrationi

& ad eccleſiam remiſſus,

participaſſent, & populus ab eccleſia dimitteretur; raptus Dionyſius à Conſulibus, atque hoſpitio *i* Caſtrenſis recluſus, ſicque per opaca noctis ſilentia exilio deſtinatus eſt, intrepidus carpens ignotum iter.

i noctu rapitur in exilium:

25 Deveniens autem provinciam Armeniam, civitate Arreicio, ita brevi atque anguſtiſſimo carcere

k clauſus eſt, ut eſſet, ſicut fama *k* comperimus, omni

l habitaculo *l* brevior. Ita autem ſanctitatis ejus cu-

C mulus per totam Armeniam provinciam effloruit,

ubi miraculis clareſcit,

ut nemo eum dubitaret Apoſtolorum eſſe conſortem. Quiſquis enim infirmorum eum viſere potuiſſet, procul dubio ſanus abibat; & plerique, ab eo benedictione mandata, convaleſcebant. Per idem tempus præceptum eſt ab Imperatore Conſtantio, ut S. Dionyſius Epiſcopus omni cum honore ſuæ Sedi

& mori præoptat.

reſtitueretur. Denique vir Dei egregius exegit votis, ut in exilio vitam poneret; ne regreſſus, confuſa

m inſtitutis infidelium ſtudia *m* plebis aut cleri inve-

n niret: meruitque hanc gratiam, ut pacem *n* Domini tranquillo effectu ſecum referret, atque in exilii locis propiore Martyrii titulo vitam exhalaret.

26 Sed quid nos inertes tantâ prærogativâ Confeſſoris præcipui volumus facta rimari; cujus geſta

o mortalis fateor lingua nulla poteſt explicare? *o* Vigiliis & orationibus noctibus diebuſque continuabat opus, nullumque vacuum ab opere Dei tempus

Pie defuncti corpus,

duxit, quo vel otio indulſerit vel ab operatione ceſſaverit. Videbantur in eo cuncta eſſe majora, quam verbis os poſſet effari. Cumque jam Dominus omnipotens Confeſſorem ſuum intra cæleſtis regni gaudia collocare voluiſſet; defecto macie corpore, incurrente ægritudine, vitam finivit; & mutata luce

p ſpiritu cæleſtia carpſit .... *p* Sic ex Dei nutu, per Aurelium vitæ venerabilis Epiſcopum, quamvis D corpus exanime civibus redditum eſt: & quamvis *refertur in Italiam.* viventi tanto viro communicare immeriti *q* fuimus, q patronum defenſoremque ſentimus in æthere. Adveniens itaque *r* Mediolanum, ſumma cum veneratione ſuſceptum & venerabiliter tumulatum eſt. In r quo loco, meritis Sancti *s* viri ſedule concurrentibus, s multa exuberant beneficia, quæ ad laudem nominis ſui Chriſtus Jeſus Dominus noſter, meritis S. Dionyſii, fidelibus quotidie præſtat.

27 Ego enim *t* revera veniam flagito ab his qui- t cumque legerint: & opto, ut æquo animo ferant, ſi aures eorum vitioſus forſitan ſermo perculerit: quia regnum Dei, non in eloquentia, ſed in fide conſtat: non enim mundo per oratores, ſed per piſcatores, ſalutem intulit Chriſtus. Quæſo etiam, Chriſti inclite *u* Sacerdos, ut mihi tuo famulo impetrandæ u veniæ præſtes effectum; quatenus peccatorum meorum mole fugata, ſit mihi præmium tartaream vitaſſe gehennam, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

E

a *Mombr. & Mss.* Lucifer nitore coruſcans.

b *Iidem*, Sanctus videlicet Dionyſius.

c *Iidem* hærentes.

d Florentius, *inter eos qui Sardicenſi Synodica ex Hiſpania poſt Hoſium ſubſcripſerunt, nominatur apud Athanaſium in Syllogo ſeu Apologia 2: apud Hilarium vero in fragmentis, inter ſubſcribentes judicio Synodi jam dictæ, tertio omnino loco legitur* Florentinus ab Spanis de Emerita: *quem omnino credimus hic adfuiſſe pro Hoſio, gravem ætatem merito excuſante; & primas inter ſuæ nationis Epiſcopos tenuiſſe. Vtinam vero etiam tenuiſſet conſtantiam fidei, qualem hæc initia promittebant! Marcellinus & Fauſtinus in ſuo precum libello narrant, quia cum Hoſio poſt lapſum communicarit, ab ſua Epiſcopali Sede ter excuſſum, elatum denique eſſe mortuum. Quid ſi in ipſo exilii adeundi articulo, adhuc Mediolani exiſtens, defecerit; eoque indignus habitus ſit, quem ſcriptores alii tribus Confeſſoribus adnumerarent? deinde vero, poſtquam etiam Hoſius lapſus eſſet, divinam paſſus ſit ultionem, ut ejus ſic puniti exemplo permotus Hoſius ad pœnitentiam revocaretur?*

e *De his Vghellus initio Tomi 4, col. 20,* Thermæ, Maximiani Auguſti ædificium, & templum Herculis, fuere ubi nunc eſt ædes S. Laurentii.

f *Omitto obſcura hæc & depravata*: ut parcenti retroverſi ingrati parcere ignorant. *In Mediolan. eſt,* Pareenti retroverti. F

g *Cave hic magnum* Cęcilianum *intelligas, Carthaginis Epiſcopum, laudatum ab Athanaſio, & Nicæni Concilii Patribus annumeratum à Gelaſio Cyziceno: quem grandis ſua ætas facile ab exhibenda tam procul præſentia ſua potuit excuſare: cujus tamen Sedis hic Epiſcopus fuerit non eſt facile nominare, quandoquidem inter ſeptuaginta tres Arianos Epiſcopos, qui Pſeudo-Sardicenſi Synodicæ contra Athanaſium & contra Synodi Sardicenſis ſententiam ſubſcripſiſſe inveniuntur, apud Hilarium in fragmentis, nec unus quidem* Cæcilianus *nominetur, aut alio viciniori nomine, quam ſit nomen* Sabiniani Epiſcopi à Chatimera, *urbe æque ignoti nominis & de mendo ſuſpecti, ut ſunt ibidem nomina plurima mendoſiſſime ſcripta.*

h *Forſitan*, niti.

i *Etiam apud Athanaſium in epiſt. ad Solitarios* Heſychius Caſtrenſis (*Græce* Καστρήσιος) *cum Muſanio Comite, tamquam præcipuæ in Aula poteſtatis, nominantur. Notum eſt autem ipſam Principis Aulam ſive Curiam* Caſtra *etiam dicta fuiſſe: cumque ſuperius legatur* Datianus Decurio Caſtrenſis; *omnino intelligendus videtur aliquis, ſub poteſtate Præfecti Aulæ, ſub ſe habentis*

plures

A *plures decurias militares cum ſuis Decurionibus, qui per vices ibi cuſtodias agebant.*

k *Hic modus loquendi videtur ſignificare famam, è longinquo quidem loco, ſed non à longo tempore ſeu per traditionem majorum, acceptam: quod auget hujus Vitæ auctoritatem, tamquam à coætaneorum ſcriptis hauſtæ quoad duo poſtrema capita.*

l *Ita Ms. Mediol. cum alibi habeatur*, omni habitacula biternorum, *quod nullum ſenſum facit.*

m *Locum ex Ambroſio acceptum, & hic ita corruptum, ut legeretur*, pedibus (*in Mediolan.* Plebibus) aut Clericis, *ex ipſo correximus, mirati, hac tantum, & non plura Ambroſii de Dionyſio loca, quæ in Commentario prævio dedimus num. 8, huic Vitæ inſerta haberi.*

n *Omitto hæc verba*, & vexillum confeſſionis, *quia hæc apud Ambroſium alio ſpectant. Videtur hic potius pax æterna intelligi, quam moriendo obtinuit Dionyſius; quam temporaria illa, quam mortuus Eccleſiæ ſuæ videri poteſt meruiſſe.*

o *Vehementer ſuſpicor, in antiquiori Vitâ, omiſſis intermediis quæ ſub Ariberto adjecta videntur, cum ſuperiori numero fuiſſe ſic continuatum textum:* Benedictione mandata convaleſcebant. Vigiliis & orationibus &c. *apparet enim liquidiora ſic eſſe omnia, & ita ſemel tantum narratur mors: quæ alias haud ſatis apte inculcatur bis.*

p *Notavi . . . . quia exiſtimo excidiſſe aliquid de legatione vel litteris Ambroſii pro recipiendo ex Armenia corpore; hoc enim indicat conjunctio*, Sic, *quæ tamen poteſt etiam referri ad mortem, & ita nihil deeſſet.* EX MSS.

q *Suſpicari quis poſſet, hæc eſſe verba S. Ambroſii, deſumpta ex ſermone in funere S. Aurelii: ipſe enim Dionyſium numquam vidit, aſt in populo multi ſupererant, qui viventis communione fruiti erant.*

r *Olim forte legebatur* Caſſanum. *Nec eſt nobis nova iſta mutatio nominis, ſed ſæpe alias deprehenſa; quando is, cujus Vita denuo deſcribitur aut interpolatur, alio in loco olim quievit, quam ubi à multis retro annis ipſum honorari novus ſcriptor invenit. Ita ad hunc quoque diem, in Vita S. Zentii Bleræ ſepulti, notavimus ſcriptum nomen Spoleti, quo corpus tranſlatum credebatur.*

s *Quid ſi legatur* S. Aurelii? *qui ibidem ad corpus vivere ac ſepeliri voluit; ne alias* merita S. Dionyſii *bis nominentur.*

t *Neque hæc ſatis cohærent cum præcedentibus, ut rurſum aliquid omiſſum videatur à feſtinis librariis.*

u *Sanctumne Dionyſium, an Archiepiſcopum cui Vitam inſcripſit, alloquitur auctor? Credo potius quod S. Dionyſium.*

DE SANCTO ZENOBIO,

EPISCOPO FLORENTINO IN TVSCIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. D. P.

De ejus cultu & Vita male S. Simplicino tributa, antiqua tamen & à S. Antonino atque Laurentio Amalphitano reſcripta: item alia duplici, à Joanne Aretino & Raphaële Volaterrano edita.

SEC. V.

Colitur 25 Maji,

C

S*Anctus* Zenobius, *urbis Florentinæ civis natus eſt, Epiſcopus mortuus, & hactenus Protector ac Patronus ſolenni ritu colitur* XXV *Maji: quo die ad altare ejus ſuas defert oblationes Senatus, primas ea in functione gerentibus Nobilibus, prognatis ex Hieronyma gente. Nam, atteſtante Ferdinando Vghello in Archiepiſcopis Florentinis*, conſtat Hieronymam gentem, ubique & ſemper, ſummæ dignitatis fuiſſe familiam, quæ præter cetera decora merito gloriari poſſit S. Zenobium habuiſſe alumnum; cujus ſanctitatis radiis & patria Florentia Hieronymaque gens mirifice nobilitatur. *Ea nos optaremus, ad Gentis Hieronymæ decus, ex antiquis Actis poſſe ſtabilire; ſoliti alias flocci pendere adinventiones novas, & duorum ut ſummum ſeculorum adulatione firmatas, quibus antiqui omnes Italici Sancti inter familias, hoc tempore quidem nobiles, ſed ante non multa ſecula ignotiſſimas pleraſque, diſtribuuntur. Huc accedit quod Capitaneus Coſmus della Rena, in paucis talium ſcientiſſimus, probaſſe ſe exiſtimaverit, duorum Synonymorum Epiſcoporum memorias confuſas fuiſſe; & S.* Zenobium, *fundatorem eccleſiarum S. Michaëlis in Paſſiniano & S. Gervaſii in civitate Florentina, utramque intra veteres terminos diœceſis Feſulanæ, licet nunc ad Florentinam pertineant, ſpectare ad S.* Zenobium, *ejus nominis primum* Epiſcopum Feſulanum *ſub finem ſeculi* IX; *quem præfatus Coſmus credidit ad Hieronymianam familiam pertinere, & conſequenter hujus potius quam alterius eſſe annulum, qui ſeculo* XV *commodatus Ludovico XI Franciæ Regi, lepra laboranti, ab eodem, poſt obtentam ſanitatis gratiam, remiſſus eſt aurea capſa donatus, & apud Hieronymos aſſervatur.*

Velut ex gente Hieronyma natus?

2 *Memoria S. Zenobii Florentini celebratur in hodierno Romano Martyrologio per hæc verba:* Florentiæ natalis S. Zenobii, ejuſdem civitatis Epiſcopi, vitæ ſanctitate & miraculorum gloria conſpicui. *Similia ante Baronium in ſuis Martyrologiis ſcripſerant Bellinus, Grevenus, Maurolycus, Molanus, Galeſinius, aliique poſt Florentina Martyrologia, tam typis cuſa quam manu exarata. Prima ejuſdem Tranſlatio recolitur* X *Ianuarii, quemadmodum ibi inter prætermiſſos diximus. Ad explicandam autem ſingularem Florentini Cleri ac Populi erga hunc ſuum Sanctum Patronum venerationem facit Ms. vetus eccleſia iſtius, cui titulus,* Mores & conſuetudines Canonicæ Florentinæ, *ubi ſic legitur:* In feſto S. Zenobii pulſamus Veſperas, Vigilias, & Matutinum quatuor vicibus, ſicut in ſummis Feſtis. Eccleſia mundetur per totum, lampades abluantur, & ornetur ubique in eccleſia, præcipue ſubtus voltas, & in medio navis eccleſiæ: ſedes pro Clericis ante voltas præparentur. In Veſperis vero, Vigilia, & Miſſa omnes Clerici de civitate debent intereſſe. Totum Officium, diurnum ſcilicet & nocturnum, ante ipſius altare hodie & per totam Octavam facimus. In mane vero, poſt dictam Miſſam populi, pulſentur omnes campanæ ad prædicationem Epiſcopalem, vel alterius ſi non adeſt Epiſcopus. Facta prædicatione convenimus omnes in eccleſia S. Joannis, ibique dicimus Tertiam. Interim præparatur Epiſcopus cum ſacris Miniſtris: quibus præparatis, Cruce præcedente, & cereis ad ultimum coram Epiſcopo ordinatis, procedimus de eccleſia S. Joannis in eccleſiam S. Reparatæ, ubi requieſcit corpus Beatiſſimi Patris noſtri Zenobii; ibique Miſſam dicimus, cantantes in Proceſſione Reſponſorium; Jam non dicam vos ſervos, de Apoſtolis, ſcilicet quia ipſe fuit noſter Apoſtolus. *Et hoc modo uſque hodie duæ tunc Miſſæ cantantur: Senatus item Populuſque, ad ceteorum oblationem ex veteri inſtituto faciendam, die eodem procedit.*

F *ſolenniſſimè plane ritu.*

3 *Silvanus Razzius Abbas Camaldulenſis, tomo* I *de*

AUCTORE D. P.

Vita perperâ ſuppoſita S. Simpliciano,

Vitis Sanctorum Hetruſcorum Italice editis pag.74, profert Vitam, ſcriptam, *ut ait*, à S. Simpliciano, Epiſcopo Mediolanenſi & ſucceſſore S. Ambroſii. *Ioannes Petrus Puricellus multam ſe fruſtrà operam poſuiſſe, ut hujuſmodi Vitam nanciſceretur, ſcribit in ſua Diſſertatione Nazariana cap.29 ſub finem. Merebatur certe, ut magno ſtudio requireretur, quæ tantam præferebat auctoritatem, quantam conveniebat eſſe oculato teſti, ſic concludenti ſcriptionem ſuam.* Anno quinto ſuæ dormitionis corpus ejus, *ſcilicet S. Zenobii*, à Baſilica Ambroſiana (*ea ſcilicet, quam ejus rogatu S. Ambroſius Florentiæ conſecrarat, ſed quam vix credas ſic appellatam tam cito fuiſſe*) tranſlatum fuit die ſeptima Februarii, ad majorem eccleſiam S. Salvatoris, ubi antea ipſe ſepeliverat Eugenium & Creſcentium: ibique, juxta corpora ipſorum & aliorum Sanctorum, jacet honorifice collocatum. Facta ſunt autem hæc, reſidente ipſa in civitate Andrea Epiſcopo, viro magnæ ſanctitatis & honeſtatis. Et ego Simplicianus ſenex, ſervus Jeſu Chriſti, vocatus Epiſcopus, quod oculis vidi & auribus audivi à Domino Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi, anteceſſore meo, curavi ſcribere fideliter; ut tantorum virorum merita non maneant ſub modio, ſed ſupra candelabrum, ut luceant, ad laudem, gloriam & honorem D. N. Jeſu Chriſti, cui eſt laus, gloria & honor, in ſecula ſeculorum. Amen. *Sed quanto clauſula hæc fidentius Auctorem Epiſcopum & Ambroſii ſucceſſorem facit, tanto minus meretur recipi. Sanctum enim Simplicianum ipſi* S. Zenobio *fuiſſe præmortuum, evidentiſſime docet Paulinus in Vita S. Ambroſii; ubi iſta habet:* Defuncto eo, *S. Ambroſio*, non alius illi ſucceſſit in Sacerdotio, niſi is, *Simplicianus*, quem ille bonum ſenem trina voce ſignaverat. Cui Simpliciano Venerius, quem ſupra memoravimus, ſucceſſit: *ac deinde, deſcripto obitu ac funere S. Ambroſii, addit, quæ Laurentius Almalphitanus in Vita S. Zenobii num.7 tranſcribit, his verbis:* Intra Tuſciam vero civitate Florentia, ubi *NVNC VIR SANCTVS ZENOBIVS EPISCOPVS EST*, quia promiſerat ſe ſæpius viſitaturum; frequenter ad altare . . . . . viſus eſt orare, ſicut ipſo ſancto viro Sacerdote Zenobio referente didicimus. *Hæc Paulinus, aperte ac diſerte teſtatus*, S. Zenobium *poſt mortem S. Simpliciani aliquamdiu in vivis fuiſſe: proinde aliquis alius revera illius Vitam conſcripſit, forte* Simplicius *aut etiam* Simplicianus *appellatus, & mox creditus Epiſcopus Mediolanenſis, quaſi illud nomen nulli alteri potuiſſet imponi.*

ante S. Zenobium mortuo.

incertum quamdiu.

4 *Interim cum S. Ambroſius, ſicut docuimus poſt Catalogos Romanorum Pontificum ante Tomum 1 Aprilis, obierit anno* CCCXCVIII, *& S. Simplicianus non multo plus quam biennio Epiſcopatum tenuerit, ſequitur* S. Zenobium, *totius ut minimum ſeculi* IV *ſpatium vivendo tranſgreſſum fuiſſe, & ſeculum* V *inchoatum vidiſſe, incertum quouſque. S. Antoninus Tit.10 Cap.12 defunctum ait* tempore Innocentii I Papæ, anno ſcilicet ab incarnatione Domini CCCCXIV. *Sed Innocentium conſtat anno* CCCCXVII *è vivis exceſſiſſe. Blaſius Monachus id accidiſſe ſcribit*, anno Domini CCCCXV, tempore Theodoſii & Honorii Imperatorum. *Verum quia Theodoſius ſenior obiit anno* CCCXCV, *rectius ſcripſiſſet*, Honorii & Theodoſii, *intelligeretur* Junior; *ſed neque ſic ſalva eſſent omnia, obiit enim Honorius anno* CCCCXXIII. *Blaſium nihilominus ſecutus Raphael Volaterranus in Vita adhuc inedita, ſcripſit eum, quem legebat mortuum* ætatis ſuæ anno nonageſimo, *natum fuiſſe* VI Kalendas Februarii, ſalutis anno quinto & trigeſimo ſupra trecenteſimum. *Senior iſtis omnibus, Laurentius Archiepiſcopus Amalphitanus, mortem S. Zenobii adſcribit* Arcadii & Honorii temporibus, *quæ ſe extendunt uſque ad an* CCCCVIII, *quo Arcadius obiit. Et hoc ſecuti fuerunt illi, qui curaverunt à tempore immemorabili Florentiæ ſculpendam inſcriptionem, ab Vghello Col.25 aliiſque ſic relatam, ut anno* XI *Imperatorum iſtorum, dies* XXVI *Ianuarii componatur cum Feria* V, *quæ omnia notant annũ Chriſti* CCCCV, *habentem litteram Dominicalem* A. *Inſcriptio tamen illa ſic habet:* Anno ab incarnatione Domini CCCCVIII die XXVI Januarii, tempore Imperatorum Arcadii & Honorii anno XI, Feria V, dum de baſilica S. Laurentii ad majorem eccleſiam Florentinam corpus S. Zenobii Florentinorum Epiſcopi feretro portaretur, erat hoc in loco ulmus arbor, arida tunc exiſtens; quam cum feretrum ſancti corporis tetigiſſet, ſubito frondes ac flores miraculoſe produxit: in cujus miraculi memoriam, Chriſtiani civeſque Florentini, in loco ſublatæ hinc arboris, hanc columnam cum Cruce in ſigno notabili erexerunt. *E contrario Clemens Mazza, deſcribens ſecundam Tranſlationem corporis, factam anno* MCCCCXXXIX., *ait; quod* hinc uſque ad primam, ſubductis accurate calculis, inveniendi ſunt anni mille ac decem: *atque adeo in ejus ſententia mortuus eſſet* S. Zenobius *anno* CCCCXXIV. *Certe nulla ratio cogit S. Zenobium, ſi vixit annis* LXXXX, *citius mortuum dicere: nam etiam ſic fuiſſet quadragenarius, quando amicus ejus S. Ambroſius fuit creatus Epiſcopus, adeoque illi ætate par, qui potius multo junior deberet concipi, quando ab Ambroſio jam Epiſcopo fuit S. Damaſo commendatus, etiamnum juvenis ut videtur. Quare valde propendeo, ut non diu ante annum* CCCCXXXX *mortuum fuiſſe* S. Zenobium *exiſtimem; nam etiam ſic totis* L *aut pluribus annis fuiſſe Epiſcopus potuiſſet.*

& veroſimiliter annis multis.

eſt tamen ſcripta eodẽ aut ſequenti ſeculo,

5 *Ceterum, licet negemus, ab eodem qui S. Ambroſii Vitam ſcripſit Simpliciano, ſcriptam quoque eſſe Vitam* S. Zenobii; *putamus tamen, eam ſcriptam eſſe eodem quo hic obiit, vel ſaltem ſequenti ſeculo: & cauſam id opinandi habemus, quod qui antiquiorem Vitam tranſcripſerunt Antoninus & Blaſius prænemorati, ut mox dicemus, agentes de* eccleſia Cathedrali, *ad quam quinto poſt Sancti obitum anno facta eſt Tranſlatio corporis, à tunc ſuburbana* S. Laurentii eccleſia, *illam nominent eccleſiam* S. Salvatoris: *quod nomen cum ipſa eccleſia & civitate deſiit, quando Italiæ populator Totilas ſub annum* DXLV *omnia ibi ſolo æquari juſſit, occiſo etiam urbis Epiſcopo Mauritio. Quæ deinde à fundamentis nova extructa eccleſia eſt,* B. Joannis Baptiſtæ vel Reparatæ Martyris *nomen tulit; uti conſtat ex inſtrumento donationum illi factarum à Speciioſo Epiſcopo, anno* XII *Luitprandi Langobardorum Regis Indictione* VII, *qui fuit annus Chriſti* DCCXXIV, *uti apud Vghellum videre licet: quod autem ad* S. Joannem Baptiſtam *addita fuerit* S. Reparata, *ſuſpicionem mihi præbet, auctorem novæ fabricæ fuiſſe Epiſcopum* Reparatum, *qui anno* DCLXXIX *interfuit Concilio ſub Agathone Papa.*

& an.1030 credebatur omnino periiſſe,

6 *Verum cum hæc ipſa eccleſia, aut ſaltem ejus ſacrarium, cum libris in eo contentis deflagraſſet poſt annum æræ Chriſtianæ milleſimum, nullum ſciebatur amplius ſupereſſe Florentiæ Vitæ illius antiquæ exemplum; adeo ut, cum illuc deinde veniſſet Laurentius, Amalphitanus (ut dixi) Archiepiſcopus, anno* MXXX *ordinatus à Ioanne* XX (*de quo pluribus agendum nobis ante Vitam S. Gregorii VII hoc die num.13*) *& Canonicorum rogatu reſcribendam illam ſuſcepiſſet, ut infra videbimus; neceſſe habuerit eorum inhærere, relatui, qui ſe legiſſe antea meminerant.* Sic enim *num.7 interfatur:* Porro ne minoris eſſe videantur auctoritatis hæc, quæ à religioſiſſimis quibuſdam didicimus, qui veridice aſſerebant hæc antiquitus fuiſſe deſcripta, ſed incendio quod caſu contigit eſſe conſumpta &c. *Interim quæ plane amiſſa Florentiæ credebatur, alibi reſervata & ſubſequentibus ſeculis eſt inventa, non æque feliciter, uti intelligi poteſt ex Prologo compilatoris cujuſdam, ante Legendarium, quod in Bibliotheca Lau-*

quando eam ex auditu reſcripſit Laurent. Amalphitan. Archiepiſc.

A *Laurentiana reperimus, in membranis ſcriptum, Pluteo* XX: *quem Prologum, aliàs uſui futurum, juvat hic intexere.*

Alius corruptam nactus, 7 Quodam die convitatus in Cathedrali eccleſia civitatis Florentiæ, ad prædicandum populo in vulgari ſolennitate Patris almi Zenobii, olim Antiſtitis noſtri; cum ejus Legenda non eſſet in compilatione nova, procuravi aliunde ſuſcipere. Qua obtenta, ſic erat, ſcriptorum (ut reor) vitio, corrupta, quod pauca poteram percipere ipſius (ut volebam) mirificæ ſanctitatis. Tractus igitur ejus amore, qui mihi à puerilibus fuit devotus præcipuus, decrevi ejus legendam ſcribere, nec non aliorum plurium; reſecatis ſuperfluis, corruptionibus ſubmotis, aliquibus (non mutatis ſubſtantialibus) ſuperadditis ad ornatum, quæ ipſius non dubitavi congruere ſanctitati: quod, Deo prævio, labore peregi multiplici; pro modulo ſcientiæ quidem meæ, præmittendo facta eorum, quorum corpora ſepulta erant in eccleſia Florentina; non omiſſis pari paſſu, prout decuit meo judicio, Feſulanæ: additis etiam aliquibus Extravagantibus à compilatione tam nova quam antiqua, eorum viſa inæſtimabili Chriſti nomine probitate. Sume quiſquis es avidus collectum ex diverſis libris anxie, levi ſtylo narratum lucide, ad vitationem laboris ex his prædicare volentium, Chriſti caritas colligere quod coëgit: corrigendo, abſque detractionis vitio, corrigenda, ſiqua inſpexeris, pro libito voluntatis.

innovavit, aliiſque Legendis præpoſuit

8 Ut autem occurrat facilius quod expoſcis, ſub titulis infraſcriptis reperies quod intendis

(uti patet ex earum elencho)

De S. Zenobio Ep. & Conf.
De S. Eugenio Confeſſore.
De S. Joanne Gualberto Abb.
De S. Bernardo Ep. & Confeſſ.
De S. Emundo Ep. & Confeſſ.
De S. Galgano Confeſſore.
De S. Miniate Martyre.
De S. Romulo Ep. & Mart.
De S. Euphroſyno Ep. & Confeſſ.
De S. Alexandro Ep. & Mart.
De S. Donato Ep. & Confeſſ.
De S. Reparata V. & Mart.
De S. Octaviano Confeſſore.
De S. Fridiano Ep. & Confeſſ.
De XI millibus Martyrum.
De S. Martiali Ep. & Confeſſ.
C De S. Andrea Confeſſore.
De S. Benigno Abbate.
De S. Virdiana Eremita ſeu Cellana, in caſtro Florentinò.
De S. Lucenſi.
De S. Fina.

nomine Blaſius. *In calce libri ſubjungitur:* Scriptum manu peccatoris cujuſdam, nomine Blaſii, indigniſſimi Sacerdotis & monachi: *quem ipſum licet æſtimare eumdem, cujus eſt Prologus, totius Collectionis auctorem; & uno ſaltem ſeculo poſt ultimo nominatos Sanctos vixiſſe, ſcilicet poſt* S. Lucenſem, *cujus Vitam dedimus* XXVIII *Aprilis, mortui anno* MCCLX; *&* S. Finam, *illuſtratam à nobis* XII *Martii, defunctam anno* MCCLIII. *Neque ſane majorem ſeculo* XIV *ætatem indicant, quibus utitur, phraſes.*

Sinceriorem dedit S. Antoninus, 9 *Feliciorne Blaſio fuerit Petrus de Natalibus, ſcire non poſſumus; quia is Catalogo ſuo ſolum inſeruit epitomen Vitæ, à ſe repertæ; Catalogum autem illum abſolvit anno* MCCCLXXXII. *Felicior omnino videtur fuiſſe S. Antoninus, Florentinus Archiepiſcopus; certe utilior publico fuit, nihil de ſubſtantia detrahens, & minus ingenio ſuo indulgens: quare eam Vitam, quam ipſe ſuæ Summæ Hiſtoriali inſeruit, primo loco hic damus: ſecundo vero loco, verboſiorem alteram licentiuſque interpolatam, quam etiam invenimus in quadam antiquorum Officiorum collectione, apud Carolum Strozzium Senatorem ſub numero* 691. *Ibi tam Vitæ hiſtoria quam pars poſterior, continens tranſlationem & miracula quædam recentiora, à S. Antonino non deſcripta, quia noluit antiquis nova adjungere, reperiebantur diſtincta in Lectiones pro utroque feſto, Natalis ſcilicet & Tranſlationis, interpoſitis Reſponſoriis, Hymnis, & Antiphonis propriis, metrice conceptis, quæ non deſcripſimus, quia nihil novæ notitiæ conferre poterant ad hiſtoriam unde erant deſumptæ. Interim ex hac totius hujus Vitæ partitione in Lectiones, ad uſum chori (haud dubium quin Cathedralis) factâ, intelligo, quod Canonici minus probaverint Vitam ab Amalphitano Archiepiſcopo ex auditu ſolo ſcriptam; vel certe eatenus contenti fuerint, Officium pro feſto* S. Zenobii *ſumere de Communi Pontificis; niſi forte Reſponſoria, Hymni, & Antiphonæ antiquiores ſint, & mutatis Lectionibus illæ permanſerint immutatæ; uti contigiſſe in* S. *Wilhelmo, Ordinis à ſe dicti Patrono, animadvertit Henſchenius ad* X *Februarii, & in aliis pluribus caſibus. Dabimus tamen etiam tertiam Vitam illam, ſequentes non ordinem ætatis, quâ compoſitæ ſunt ſingulæ; ſed gradum auctoritatis cuique deferendæ. Nec inutilis (ut puto) erit iſta trium Vitarum, ita diſſimiliter ſcriptarum, inter ſe facta collatio: diriget enim judicium, de ſimilibus etiam aliàs ferendum. Habuimus autem tertiam iſtam ex inſigni Legendario Ms. Franciſci Cardinalis Barberini, eamdemque reperimus Florentiæ apud Andream Cavalcantium, Nobilem Florentinum; & cum ea contulimus, ac ſimul cum editione Vghelli, qui ipſam Romæ habuiſſe ſe ait ex vetuſto Codice ſui cœnobii SS. Vincentii & Anaſtaſii extra mœnia.*

omittimus ſcriptam à Ioanne Aretino, 10 *Quartam Vitam ex prioribus collegit Ioannes Tortellius, Aretinus Presbyter, tempore Concilii Florentini anno* MCCCCXXXVIII *celebrati, viginti annis prius quam* S. *Antoninus abſolveret Summam ſuam, cujus pars altera hiſtorialis ſinceriora (ut diximus) Acta complectitur. Edidit illam Laurentius Surius; & hanc editionem operoſe contuleramus cum membraneo Codice Ms. prælaudati Senatoris Strozzii; non tamen hic putavimus recudendam, propterea quod poſſit apud Surium legi, ejuſque compendium apud Ferrarium: ſatis erit ex ea ſumpſiſſe hiſtoriam ſecundæ Tranſlationis, factæ anno* MCCCXXXIX; *& indicaſſe, quod Codici Strozziano inveniatur adſcriptus publici Notarii manu hujuſmodi Actus:* Rev. Pater Presbyter Joannes Pauli, Rector Parochialis eccleſiæ S. Michaelis Rindrorum de Florentia, componi & ſcribi fecit præſentem librum, & in ultimo ſuæ vitæ ipſum reliquit Laurentio de Vulterris & Canonico Vulterrano, toto tempore ſuæ vitæ & ad ſui beneplacitum; poſt mortem ſuam ipſum præſentari voluit ſacriſtiæ majoris Eccleſiæ Florentinæ, & ibi perpetuis temporibus ſtari voluit: & ſic præſentatus fuit dicto D. Laurentio per Lapum Martini, vice & nomine D. Joannis, Operario prædictæ eccleſiæ: & ad fidem omnium, Ego Nicolaus Rudi Nicolai, Notarii & Civis Florentini, in dicto Opere Scriba PP. die VI Julii MCCCCXLIII. *Hoc autem inſtrumentum ideo hic appoſui, quia occaſione iſtiuſmodi legati teſtamentarii factum videtur, ut Raphael Volaterranus* ad uſum eccleſiæ Florentinæ, rogatu Decani & Capituli, anno MDXXI, *breviorem aliquam magiſque Latinam* S. Zenobii *Vitam ſcriberet, quam adhuc ineditam exhibuit nobis prælaudatus Cavalcantius, nos autem non cenſuimus huic operi neceſſariam: hic tamen debuimus indicare, quia ex nota anni à nobis tranſſumptâ, intelligitur, Raphaelem (cujus notiſſima extant opera, præſertim octo & triginta libri Commentariorum Vrbanorum, inſcripti Iulio Papæ II) non ſolum initio ſeculi* XVI *vixiſſe, ſed etiam ultra illius primos viginti annos ætatem propagaſſe; quod hactenus non puto innotuiſſe. Scribit etiam mihi Illuſtriſſimus Magliabechius, extare quamdam*

juxta autographum legatum an. 1443 eccleſiæ Flor.

F

cujus rogatu aliam poſtea ſcripſit Raphael Volaterran.

E

AUCTORE D. P. isemq; Naldus Naldi.

ejuſdem Sancti Epiſcopi Vitam hoc principio, Cum in Florentina urbe Hieronymorum domus. *Scripſit eam Naldus Naldi, vir ſeculo* XV *ad finem vergente æſtimatiſſimus à nitore ſtyli, tam verſu quam proſa; & ab æqualibus ſuis, Angelo Politiano Marſilioque Ficino, valde laudatus; cujus varia opera enumerat Bibliotheca Florentina Poccantii, & complura Mſ. præmata poſſidet idem Magliabechius; ſed & hanc ſatis habemus indicaſſe Lectori, elegantiarum amanti.*

Priorē Italice tranſtulit Clemens Mazza,

II *Et iſti quidem omnes Latine ſcripſerunt; Italice autem, præter Silvanum Razzium aliſque hoc ſeculo* XVII *plures, invenimus Vitam impreſſam Florentiæ anno* MCCCCLXXXVIII, *tredecim annis poſtquam fuerat compoſita: ſic enim habet titulus ante Præfationem legendus.* Clemens Mazza, Plebanus & Theologus cariſſimo ſuo in Chriſto fratri Philippo Zenobii de Girolamis, civi Florentino, de vita ſanctiſſimi Zenobii Epiſcopi Florentini, & ejuſdem cum Philippo ſtipitis ac conſortis (*Girolamus enim Italice ſcribitur, qui Latine Hieronymus*) anno Domini MCCCCLXXV. *Hac Vita dividitur in tres partes. Prima capitum* XXVI, *ea complectitur, quæ mortalis adhuc Sanctus geſſiſſet. Secunda, capitum* XIIII, *agit de prima Tranſlatione & Succeſſoribus: & amba verbotenus fere ſumuntur ex Latina Ioannis Aretini; ſicut cognovimus, utrumque contextum ad invicem conferendo: ſolum in enumerandis Succeſſoribus plenior eſt Clemens quam Ioannes, quod nobis occaſionem dediſſet non inutilis Appendicis, niſi deprehendiſſimus ſupplementum iſtud purum putum eſſe figmentum, cui merito fidem abrogavit Vghellus, pro iſtic nominatis inveniens alios, eodem quo iſti ſediſſent tempore. ſediſſe demonſtratos. Tertia denique pars, capitum* VIIII, *explicat hiſtoriam Tranſlationis ſecundæ, ſub Eugenio IV: ad quam partem ille ſic præfatur, ut excuſatos velit priorum duarum partium errores, ſi quos incurrerit per imbecillitatem ingenii, aut veterum linguarum ſcripturarumque imperitiam; hic vero ſibi credi petat ut teſti oculato, quamvis tum adhuc puero. Ergo poſt narrationem Latinam, à Ioanne Aretino ſumptam, transferemus etiam alteram, acceptam à Clemente Mazza; atque ita ſperamus nihil omiſſum iri, quod à nobis magnopere poſſit deſiderare lector, veritatis in ſuo fonte ſcrutandæ curioſus: maxime cum accedet noviſſima Tranſlatio anno* MDCLXXXV, *deſcripta ab oculato teſte & totius iſtius actionis participe, Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Archidiacono Florentino Ludovico Stozzio, Caroli Senatoris filio: qui etiam tali occaſione recudendam, cum ſua quadam Præfatione, curavit Vitam à Clemente Mazza olim editam, ſed abſque diviſione Partium, per Capita continua quinquaginta deductam; nec ab iis erroribus repurgatam, quorum cauſa minoris eam faciebat Vincentius Borghinus, Florentinarum rerum ſcientiſſimus, in opere de Eccleſia & Epiſcopis Florentinis, nobis necdum viſo: quos etiam errores erudita ad nos epiſtola notavit Antonius Magliabechius. Addo ejuſdem Tranſlationis etiam meminiſſe eruditum Presbyterum Carolum Mazzi, in Italica Vitæ Zenobianæ epitome, quam nobiſcum prælaudatus Magliabechius communicavit, ſuppreſſo Auctoris nomine recenter excuſam.*

an. 1475,

B

C

ejus partē ultimam Latine reddimus.

VITA ANTIQUA

à S. Antonino Archiep. Florent. modice interpolata.

ex ejus ſumma Hiſtoriali Tit. X *Cap.* XII.

Parentibus nobilibus ſed Gentilibus natus,

LUx mundi Zenobius, Pontifex Florentinus, luce divina illuſtratus, Eccleſiam irradiavit, præcipue in Tuſciæ partibus, ſanctitate vitæ, miraculorum gloria, nec non & doctrina; gemina ſcientia præditus, licet opuſcula edita minime poſteris reliquerit a. Hic igitur nobilibus parentibus, ſed gentilibus ortus, patre Luciano, matre Sophia Florentina, duxit originem. Puerilibus autem annis litteris traditus, ad totius philoſophiæ apicem, acuto ingenio & ſtudio ingenti, tempore breviori pervenit. Cui progenitores cum puellam pulchram & nobilem deſponſari procuraſſent, vigeſimum ætatis ſuæ annum jam attingenti; carnales ipſe renuens nuptias, animam ſuam uni viro Chriſto deſponſavit in fide, virginem caſtam, baptiſimum ab Epiſcopo civitatis Theodoro humiliter petens & devote ſuſcipiens. Audientes illud parentes, furore repleti, cum comitiva ſuorum, Pontificem contumelioſis verbis aggrediuntur & minis. Sed adſtante Zenobio, & jam divina gratia in eo mirabiliter operante, tanta ſermonis ſuavitas in labiis ejus diffuſa eſt, ut non ſolum conſanguinei conceptam indignationem dimitterent, ſed & relicto gentilitatis errore & ipſi baptiſmi Sacramenta ſuſciperent.

eoſdem convertit baptizatus:

2 Zenobius vero ſeculi vanitate contempta, totum ſe divinis mancipavit obſequiis. Clericus factus, [Epiſcopo autem adhærens, creatus eſt Canonicus ecclesiæ carhedralis:] & de virtute in virtutem mira celeritate progrediens, in Archidiaconum ipſius baſilicæ eſt aſſumptus: factus omnibus ſanctitatis ſpeculum, & religionis exemplum. Erat enim in oratione aſſiduus, prædicationibus deditus, diſputationibus hæreticorum & Arianorum venena propulſans, caritate diffuſus, liberalis ad pauperes, & omni probitate conſpicuus. Tranſiens autem beatiſſimus vir Ambroſius, Mediolanenſis Antiſtes, per Florentiam, Zenobium ipſum viſitans, ut virum perfectum & doctiſſimum ſibi intima & familiari quadam dilectione adſtrinxit. Nempe ad Urbem deveniens Ambroſius, Damaſo Præſuli ſummo Zenobii ſanctimoniam & ſapientiam patefecit: quam ob rem Damaſus eum ad ſe accerſiri fecit, & ſecum manere conſtituit. Cum autem quadam die Damaſus Papa ad eccleſiam S. Mariæ trans Tiberim proficiſceretur, & cum eo Zenobius; oblatum ſibi Præfecti filium, paralyſi diſſolutum, oratione ſua Zenobius reſtituit ſanitati. Certis autem ex cauſis à ſummo Pontifice Conſtantinopolim legatus directus, id cujus gratia miſſus fuerat, fideliter & ſolerter adimplens, remeavit ad Urbem.

Clericus factus,

& à S. Ambroſio, commendatus S. Damaſo,

paralyticum curat.

3 Interea accidit ut Theodoro Epiſcopo Florentino de hac luce ſubtracto, de ſucceſſore eligendo non modica controverſia & contentio inter Catholicos & hæreticos oriretur: propter quod, ut civem, Damaſus Zenobium deſtinavit ad ſedandum tumultum. Eo autem appropinquante Florentiam, populus obviam egreſſus eſt, eum cum multo honore ſuſcipiens. Quem aſſociantes ad eccleſiam uſque, clamare unanimiter omnes cœperunt, Zenobius ſit noſter Epiſcopus. Sed hoc omnino recuſans, onus intelligens, ad eum qui miſit illum regreſſus, nuntiat ſe nil agere poſſe. Magiſtratus autem & populus ſolennes oratores ad Damaſum dirigunt, aſſerentes, omnes unanimes Zenobium petere, nec ad alium declinari; obnixis precibus ſupplicantes, ut ipſum in Paſtorem ſuum concedere dignaretur. Reſtitit primo ſummus Antiſtes, ſanctiſſimum virum dolens à ſe ſeparandum. Tandem importunis devictus precibus, exaudivit ad votum, Zenobium inſtituens Epiſcopum Florentinum: & licet invitum, quaſi invitus ipſe, Florentiam ad exequendum officium Paſtorale tranſmittit: qui ſummo cum gaudio & veneratione ſuſceptus, inthronizatur.

Epiſcopus poſtulatus à Florentinis,

& egre conceſſus,

4 Non diminuit, ſed adauxit indies vir ſanctus virtutum opera ſancta, gregem ſuum paſcens verbo doctrinæ & ſanctitatis exemplo; prædicationibus inſiſtens & audientiæ Confeſſionis; hæreticos rationibus confutando, exhortationibus remiſſos ad bona opera

ſanctiſſimam vitam inſtituit,

A opera excitando, diſcolos & pravos increpando, pauperibus ultra tenuitatem victus ſui omnia largiendo. Carnem domabat abſtinentia cibi & potus, quantum valetudo permitteret: cilicio tectus ſub tunica, jejuniis & vigiliis inhærebat: orationi autem & contemplationi cum Maria intentus, ut aptius eis vacare valeret, cum ſanctis viris Eugenio Archidiacono ſuo & Creſcentio Subdiacono, in eccleſia S. Laurentii, quæ hinc extra muros, prope tamen erat, vitam quaſi eremiticam ſervans manebat.

cum SS. Eugenio & Creſcentio.

peregrinæ mulieris filium reſuſcitat;

5 Ad divulgandam autem ejus miram ſanctitatem, & doctrinæ veritatem comprobandam, multa miracula per eum, adhuc in carne poſitum, Dominus operari dignatus eſt: plures enim mortuos ſuſcitavit. Nam cum quædam nobilis Domina Gallicana, ad limina Apoſtolorum viſitanda pergeret, unicum filium ſecum ducens, debilitatum ex itinere; audita ſancta viri fama, eum commendatum ſibi fecit uſque ad reverſionem. Infirmatus autem adoleſcens, feria ſecunda poſt Paſcha diem clauſit extremum; quando tunc actu B. Zenobius cum clero & populo proceſſionaliter incedebant ad eccleſiam S. Petri
d [*d* majoris, ſicut etiam nunc obſervatur: fertur
B enim ipſum Pontificem triduanam illam proceſſionem poſt Paſcha inſtituiſſe, ad Dei miſericordiam implorandam erga indigne communicantes, & erga devote ſumentes gratiam conſervandã.] Sed & mater adoleſcentis, ea die ab Urbe veniens, Florentiam ingreſſa, percepit filium ſuum ad Dominum migraſſe. Hæc autem, etſi animo conſternata, fidei tamen magnanimitate ſuffulta, defunctum filii cadaver ſumi fecit; & copioſa turba eam ſequente, ſibi compatiente, accedit ad locum, ubi audierat ſanctum virum adeſſe. Quæ ad eum perveniens, qui jam de eccleſia S. Petri egreſſus, in via quæ dicitur Albizorum cum Clero procedebat, cadaver filii ad pedes Sancti deponit, veſtes ſcindit, præ dolore crines divellit, lacrymis plena clamitat, filium ſibi depoſitum unicum reddi, nec aliter reverſuram ad ſuos. Cujus lacrymis Sanctus Dei permotus, oratione fuſa, ſigno Crucis ſuper eum expreſſo, à mortuis redivivum effectum, matri ſuæ aſſignavit: unde omnis clerus & populus, Deo gratias agens, immenſo gaudio eſt refectus, in fide magis ac magis firmatus.

6 Altera vice, cum viſitaret Sanctus quamdam eccleſiam prope muros civitatis, cum Clericis ſuis; contigit cadaver cujuſdam adoleſcentis nobilis de-
C ferri ad tumulum per viam illam. Quod cum San-

item juvenem Florentinum,

ctus percepiſſet, viam voluit declinare, ne illis occurreret. Sed illis ad eum feſtinantibus, nequivit: ponenteſq; corpus exanime ad pedes ejus, rogabant, ut eum ſuſcitare dignaretur, jam experti virtutem ejus ad opus illud. Et cum plurimum ſe excuſaſſet à tanto opere, illis inſtanter deprecantibus, precibus eorum coactus, virtute orationis illum à mortuis ſuſcitavit. Addidit & tertium ſuſcitare puerum, ſcilicet quinque annorum, quem prope eccleſiam Cathedralem, in via publica exiſtentem, boves cum curru furentes, in ipſum irruentes, contriverant: quem mater lacrymoſa in linteo colligens, Eugenio Diacono ſancti viri attulit; ut ei offerens, ſuſcitari ab ipſo deprecaretur: quod & factum eſt. Cæcus quidam, ad portam templi eleëmoſynam petens, audita fama miraculorum ejus, fide indubia in via ad eum acceſſit, rogans ut ejus miſereretur: & quia Gentilis erat, interrogavit eum B. Zenobius, an Chriſtianus fieri vellet, lumine recepto. Quo annuente, pro eo oravit: & ſtatim viſum recepit.

& puerum à curru obtritum:

liberat alium, ex matris imprecatione dæmoniacum;

7 Quemdam puerum à dæmone obſeſſum (nam cum ipſum, febribus urentem, mater quadraginta vicibus in nocte vocitata ab eo potaſſet, & iterum potum peteret; attædiata mater potum obtulit, dicens cum ira, Bibe in nomine diaboli: & ex hinc dæmon illum invaſit) oblatum autem Sancto, à vexatione oratione ſua liberavit: ex quo, qui infideles erant, mater cum filio baptizati ſunt. Cujuſdam nobilis dominæ, viduæ & Gentilis, quinque filii erant, qui adulti effecti matrem e injuriis & contumeliis afficiebant non raro, uſque etiam ad verbera. Cum au-
e tem una die ipſam acriter verberaſſent, irata illa quam plurimum, eos maledixit ſub his verbis, ut diabolus eos ita raperet, quod verſi in rabiem dentibus ſuis brachia ſua devorarent. Eos immediate ultio divina ſecuta eſt: nam arrepti à dæmoniis, & in rabiem verſi, cœperunt ſibi ipſis corrodere brachia. Quod mater aſpiciens, lacrymis plena clamitabat adjutorium. Ad cujus clamorem excitati vicini, eos, ne ſibi & aliis nocerent, catenis alligarunt. Demum mater adhuc Gentilis, ad Sanctum Dei refugium habuit, miſeriam filiorum exponens: & facta oratione de mane uſque ad tertiam, demum liberatos à dæmoniis, reſtituit ſanitati: & eis cum matre, poſt inſtructionem fidei, baptiſmum tradidit.

EXS. ANTONINO.

item ſimiles duos mutuò ſe laniantes.

8 Cum ſemel eum viſitaſſet Ambroſius Medio-
Iulet ægrè Eugenium ſurgere.
lanenſis Epiſcopus, familiaris ei à juventute factus; B
& Eugenius Diaconus ejus infirmus jaceret; audita morte cujuſdam ſui attinentis, ſine animæ ſuæ decenti proviſione, præ compaſſione aggravatus eſt valde ex languore. Solicitat Zenobium Ambroſius, ut providere caſui non differat. Aquam igitur benedixit Zenobius, quam Eugenio mittens, imperat ut de lecto exurgat; & ſuper mortuum, ad domum in qua jacebat, pergens, effundat; & cum eo veniens, ſine mora conſpectui ſuo ſe repræſentent. Quo fa-
& mortuũ amicum ſuſcitare.
cto, ſurrexit qui mortuus erat, & ſimul ante ſanctum virum aſtiterunt: qui & multo tempore poſtea ſupervixit: Eugenius vero ad lectum rediens, ea infirmitate feliciter in Domino obdormivit.

ultimò ſit's vale dicto;

9 Poſtremo plenus dierum & operibus ſanctis, obitum ſuum prænoſcens, congregato clero & populo in eccleſia, deceſſum ſuum omnibus publicavit; admonens eos ad caritatem fraternam & mutuam pacem: de ſuo receſſu contriſtatos, ſpe præmiandi eis ſubſidii in cælos aſcendens, conſolatus eſt: & inde ad domum reverſus infirmatus, ſumptis devotiſſime Eccleſiæ Sacramentis, pſallentibus Clericis, anno
f ætatis nonageſimo, [tempore Innocentii primi
nonagenarius moritur.
Papæ, anno ſcilicet ab Incarnatione CCCCXXIV, XXV Maji, anima illa ſanctiſſima, reſoluta à corpore, penetravit cæleſtia regna.] Sepultus eſt autem eximio F
cum honore in eccleſia S. Laurentii, poſt mortem etiam non ceſſans miraculis Eccleſiam illuſtrare. Anno autem quinto à die ſepulturæ ejus, ſucceſſor ipſius Andreas corpus Sancti transferre diſpoſuit ad eccleſiam carhedralem, Salvatori intitulatam. Quod
In tranſlatione corporis fruſtra ſiccus ulmus 16 Ianuarii,
ut honorificentius fieret, circumſtantibus Epiſcopis convocatis ad hoc piiſſimum opus; cum Epiſcopi Pontificalibus induti ſacrum corpus ab eccleſia S. Laurentii ad matricem deferrent; cum eſſent ante
g portam S. Joannis Baptiſtæ oratorii, quæ eſt ex parte ſeptemtrionali, ubi tunc erat quædam ulmus frondibus ſicca, quia hiems erat, ſcilicet XXVI Januarii; oppreſſi Epiſcopi à multitudine populi, feretrum ex devotione ſingulis tangere cupientibus, ceciderunt; & feretrum impulſum hinc inde in ulmum impegit: cujus tactu ſubito ulmus ipſa fronduit & floruit. Demum in eccleſiam deportatum, honorabi-
h liter eſt collocatum: [caput *h* tamen à corpore ſepa-
ubi nunc eſt columna cum cruce.
ratum, argento coopertum, populo devoto frequentius oſtenditur. Ulmo autem ex devotione per par-
i ticulas ſciſſã, loco ejus ad perpetuam rei memoriam columna *i* marmorea erecta eſt, Cruce etiã de marmore in culmine ejus poſita, quæ ibi permanet uſq; in præſentem diem, ante præfatam portam eccleſiæ S. Joannis.]

ANNOTATA.

a *Exordium hoc breve, putem ipſius S. Antonini additamentum eſſe : uti & alia loca nonnulla quæ [ ] diſcrevimus ; in ceteris, ut ſtylus mutatus aliquantum ſit, verba tamen antiqui textus plerumque retineri, præſumere licebit.*

b Canonici *appellatio, interpolationem manifeſtat.*

c *Quæ hic & alibi deinceps annotare voluiſſem, inveniet Lector ad Vitam ſequentem, prius paratam prælo, quam hanc recudendam & ceteris præferendam judicaſſem.*

d Majoris *cognomentum tunc addi cœperit, cum ſub eodem vocabulo, in urbe ſeculo* XI *aucta, cœpit eſſe eccleſia alia : de triduanæ autem Proceſſionis inſtitutione non tacuiſſet Vita ſequens, ſi tale quid in vetuſtis membranis Auctor inveniſſet ; quare etiam hunc locum, ut noviter interpolatum, ſecerno à contextu.*

e *Ita corrigo, quod librarii errore legebatur expreſſum,* jejuniis.

f *Totus hic locus ab interpolatrice manu eſt ; &, ſicut jam dixi, cum anno Chriſti 424 male componitur Innocentius Papa ; quia tunc Eccleſiæ præſidebat Bonifacius, Innocentii poſt intermedium Zoſimum ſucceſſor.*

g *Nunc quoque è regione hodiernæ Cathedralis eccleſiæ, conſiſtit ſancti Baptiſtæ eccleſia ; vetuſti ex marmore operis, formâ octogonâ, ampla & trullata : ad quam omnes omnium parochiarum infantes baptizandi deferuntur. Creditur vulgo Romanorum veterum opus eſſe, Marti olim ſacrum. Potuit certe hujus nominis fanum eo loci aliquando fuiſſe.*

h *Seu potius* Particula cranii, *ut infra apparebit ex Villanio, tum vivente ac ſcribente cum illa ſeparatio fieret, anno* 1330. *Servatur autem jam inde ab anno* 1430 *ipſa hæc effigies capitis, intra æneam inſignis operis capſam, inſculpta mortuorum reſuſcitatorum miraculis, manu Laurentii Cionis vel Bartholuccii Ghiberti illuſtrium artificum, cum hac Epigraphe,* Caput B. Zenobii E piſcopi Florentini ; in cujus honorem hæc arca inſigni ornatu fabricata fuit.

i *Extat etiamnum ea columna, poſt reſtauratam forſitan urbem ætate Caroli Magni erecta, ut ſummum : cuius titulum præmiſi ex Vghello.*

EADEM VITA

A Blaſio Monacho Sacerdote poſt ſec. XIII exornata

Ex Mss. Florentinis.

Proficit in ſtudiis & virtutibus,

1 ZEnobius, civitatis Florentinæ nobili proſapia ortus, patre videlicet Luciano matreque Sophia traxit originem. Hic puerilibus annis ſtudiis litterarum traditus, adeo in eis profecit, quod ætatis ſuę anno vigeſimo ei ſimilis in provincia Tuſciæ Grammatica, Dialectica, & Rhetorica nullus fuit : ab iis ſcilicet vitiis mundus, quibus genus id hominum implicari ſolet ; tametſi conſpiceret quamplurimos, irremediabili cordis dolore, vitiorum pergere nequiter per abrupta. Erat enim intellectu acutus, ſermone diſtinctus, diſputationibus altus, ſtudio aſſiduus, moribus ornatus, & ultra quam dici poteſt cunctis inæſtimabiliter gratioſus.

ſpreto conjugio baptizatur,

2 Quadam die igitur, dum ei ſui progenitores quamdam pulcherrimam juvenculam nobilem magnis dotibus deſponſaſſent ; ad Theodorum tunc Florentinum Epiſcopum acceſſit ; quod Deo ſervire velit, propere ſibi expoſuit ; & ab ipſo regenerari ſacri fonte Baptiſmatis humili prece poſtulavit : quod ei aſſenſit : & ſuo convocato Capitulo, ipſum honore maximo ſuis manibus baptizavit. Quod dum ad parentum notitiam deveniſſet, comitatu magno conſanguineorum & amicorum concito, illuc pergunt : Epiſcopum & Zenobium quærunt : cum eo & Canonicis Cathedralibus, coadunatis præ gaudio, ipſum cernunt : in quos multa contumelioſa verba turpiter protulerunt. Quæ cum in præſentiarum protuliſſent Præſulis, obtenta licentia Zenobius ſurgit, in cælum oculos erigit, ſigno Crucis ſe munit, & per ejus os ſic Spiritus ſanctus locutus fuit, quod furore pater & mater depoſito, ad pedes Epiſcopi ſe proſternunt, baptiſmum incontinenti ſumunt, & benedicentes Zenobium cum ſuis ſumma lætitia redierunt. D *parentes convertit :*

ordinatus inſiſtit prædicationi.

3 Præſul ſanctus ipſum aliquo tempore ſecum affectu maximo tenuit, Clericum & Canonicum Cathedralem fecit, & ſtatuto tempore ibidem in Subdiaconum ordinavit : qui ſic perfecte vixit, quod Archidiacono viam carnis univerſæ ingreſſo, eum ad Archidiaconalem dignitatem promovit : & quidquid potuit ſuæ ſibi dignitatis committere, non tardavit. Ex tunc vir Dei, prædicationibus & diſputationibus contra hæreticos viriliter inſiſtere cœpit, vitæ ſanctitate quod prædicabat oſtendere, largas eleemoſynas ſervato ſibi victu parciſſimo pauperibus diſtribuere, nil de craſtino cogitare, eruditus Evangelica veritate curavit. E

commendante Ambroſio, evocatur a Damaſo :

4 Quæ cum ad notitiam almi *a* Ambroſii Præſulis Mediolanenſis Epiſcopi deveniſſent, ad eum venit : ſummaque ſe ſibi unione conjunxit, & quid invenerat & qualem, ſummo Pontifici referre Damaſo mora depoſita non neglexit. Qui confeſtim pro eo miſit : & comperto quod nihil audierat reſpectu eorum, quę in ipſo probitatis vitæ ac ſcientiæ invenerat, renitentem plurimum in Cathedrali Romanæ Matris eccleſia Diaconali officio decoravit : quo in ſtatu omni ſanctitate ſuam vitam in omnibus duplicavit. Quod ſic eſſe Deus omnipotens manifeſtis miraculis demonſtravit. Nam dum quadam *b* die, cum Damaſo Papa celebraturo, ad eccleſiam S. Mariæ trans Tyberim perrexiſſet ; filius Præfecti, paralyſi lecto detentus, pro ipſo direxit, & ſibi miſereri multis precum lacrymis exoravit. Cujus cum excuſationem gravatus renueret, orationi ſe dedit ; manum cœpit ; & facto ſigno Crucis ſuper eo, ſanus & hilaris ſurrexit. Quibuſdam ex cauſis Conſtantinopolim Zenobius pro Legato dirigitur : vita & miraculis multis ejus ſanctitas noſcitur : & *c* completis rebus redire Romam per Summum Pontificem procuratur. a

paralyſim curat : b

F c

Epiſcopus Florentinus electus

5 Interea Theodorus Florentinus Epiſcopus moritur : inter Catholicos & hæreticos de fienda electione lis magna naſcitur : illuc ad ſedandam ipſam tamquam civis dirigitur, honore magno recipitur ; ſed intolerabiliter affligitur, eo quod ab ingreſſu terræ uſque ad locum quo deſcendit, à cunctis tam fidelibus quam aliis, Zenobius ſit noſter Epiſcopus, acclamatur. Qui cum precaminibus & rumoribus ut aſſentiret inſiſterent, & ipſe omnino renueret ; videns ſe nihil poſſe, Romam rediit, & ſe nihil valere Antiſtiti nuntiavit. Florentini vero confeſtim Ambaſciatores ſolennes Romam dirigunt, qui quod Summo Pontifici, ſe nullum præter Zenobium recepturos in Antiſtitem, dicant, ſibi omnino imponunt. Hic autem cum exſpoliari à ſe matrē none ſſe dignum, licet pro filia, diceret ; tamen aſſenſu & rogationibus Cardinalium & aliorum Prælatorum inſtantia devictus, auditum præbuit ; & ipſo conſecrato in Florentinorum Præſulem, eis, in afflictione maxima ſua ſeparatione permanens, deſtinavit *d*.

Romæ conſecratur.

d

A

benevole exceptus sanctè vivit:

6 A Florentinis ſummo gaudio excipitur, & per plures dies ab eis, quod ſumme gaudeant, ſignis evidentibus demonſtratur. Ipſe vero ad ſe acrius rediit, & totam ſuam vitam de bono in melius commutavit: nam vigiliis, orationibus, aſperis ciliciis ſuper nudo corpore, prædicationibus, confeſſionibus, diſputationibus, conſiliis [inſiſtebat], jejuniis continuis carnem domabat, & præter victum ſtrictum ſuum & familiæ, totum ſuperfluum, mora omni ſepoſita, pauperibus erogabat. Ad quamdam eccleſiam parvam, verſus partes Septentrionales extra civitatem parumper, honori Levitæ dedicatam Laurentii Martyris, cum ſuis intimis, Sanctis *e* Eugenio Diacono & Creſcentio Subdiacono, quaſi ſervans vitam eremiticam, habitabat: in cujus congregatione ſuus intimus Præſul Ambroſius pro magna parte temporis permanebat, & multa ibi per utroſque unius cordis & vitæ Deus miracula faciebat.

e

à S. Ambroſio inviſitur:

7 Ejus audita fama, quædam magna & nobilis Domina Gallicana, Romam magno apparatu pergens, eum viſitavit, & ſumme ipſius ædificata ſanctitate, quemdam ſuum debilitatum ex itinere filium, iter ſuum perficiens, commendavit. Secunda igitur feria Paſchæ, cum ex more ad proceſſionem cum Clero ſuo & populo ad eccleſiam S. Petri majoris perrexiſſet, Domina præfata rediit, & ad Epiſcopatum gaudioſe conſolari cum ſuo filio pergit: ſed ipſo abſente tunc exſpiraſſe filium adinvenit. Patrem ſanctum quærit, ubi ſit novit, crines deponit, veſtes ſcindit, in ulnis filii corpus ſumit, & cum comitatu magno obviam pergit. Ut ei revertenti cum fletu irremediabili obviavit, ante pedes ejus corpus ponit, & ſibi reddi vivum ſuum natum fletu doloroſiſſimo humiliter poſtulavit: allegans ad ſui doloris augmentum, quod unicus, nobilis, ditiſſimus, amicis & conſanguineis altus, contra voluntatem illorum ſecum ductus; unde, niſi ſibi reſtituat depoſitum penes ſe factum, nunquam ad propria redibit, ſed ibi in miſeria perpetuo permanebit. Sanctus velut attonitus, Clerum & populum hinc inde proſpicit, genuflectit verſus partes Orientales, clauſis manibus in cælum oculos erigit, dulciter orando flere cœpit, ſuper corpus ſignum Crucis fecit, & manus ſuper caput ejus impoſuit: & ab oratione ſurgens, puerum dulciſſimum matri reſtituit. Populus totus Dominum laudando, Epiſcopum ad Epiſcopatum, præcedente ipſo reſuſcitato, reduxit; & domum ad propria repatriavit. Domina vero aliquibus diebus cum Præſule ſtetit, & una cum puero & gente ſua ingenti gaudio redire in Franciam procuravit.

B

puerũ mortuum,

reſuſcitat.

C

8 Suis igitur genitoribus, quibus erat unicus, viam univerſæ carnis ingreſſis; cuncta patrimonia quæ poſſidebant vendidit, & pauperibus erogavit; ſalvo quod in poſſeſſionibus magnis, quas habebat jure patrimonii, apud Paſſinianum Comitatus Florentiæ & Feſulanæ diœceſis [eccleſiam] in honorem S. Salvatoris ædificari fecit *f*: ſicut fecit Romæ Conſtantinus Imperator de palatio ſuo in Laterano *g*; & [Clericos ejus] ab omni onere patronatus perpetuo ut Deo vacarent libentius liberavit.

Patrimonia in pauperes diſtribuit:

f

g

9 Die quadam cum à viſitando quamdam eccleſiam prope muros civitatis, verſus partes Septentrionales, cum ſuis Clericis pedeſter incederet; multitudini civium, deferentium ad tumulum corpus cujuſdam adoleſcentis multum honorabilis, obviavit; qui cum declinare eam vellet, nequivit; eo quod confeſtim ad pedes ejus corpus poſuerunt, & ei facto circulo ex ſeipſis ne fugeret, & ut ſuum reſuſcitaret concivem, qui filium ſuſcitavit viduæ alienigenæ, clamare cœperunt. Cujus excuſationem dum non approbarent, genua verſus Orientem flexit, ut omnes dicerent Kyrie eleiſon eis imponit; clauſis manibus, in cælum erectis luminibus, Deum exoravit; atque concite ſurgens, ſecum qui erat mortuus ſaniſſimus reſurrexit, ſecum cum omni populo ivit, & ad propria revertens magno tempore ſupervixit.

reſuſcitat alium adoleſcentem,

A. BLASIO EX MSS.

10 Cum puerulus quidam, annorum *h* puto quinque, in via prope Cathedralem eccleſiam reſideret, auriga cum curru illac tranſiens, bobus ſubito verſis in furiam, ſuper infantulum irruerunt, & totum modo immedicabili oppreſſerunt. Quod genitrix doloroſa pernoſcens, panno involutum ipſum accepit, ad Diaconem Eugenium attulit, & ut ipſum pro recuperanda vita ſancto Patri offerret, cum fletu horribili ſupplicavit. Hic pie aſſenſit, & Sancti pedibus cum multis exorationibus poſuit. Qui confeſtim orationi ſe dedit, à qua ſurgens ſecum puer incolumis ſurgit. Eugenius ipſum ſumit, & matri gaudioſiſſimæ reſignavit.

h

item puer à bobus contritum:

11 Dum quidam cæcus, longo tempore petens eleëmoſynam, ad portam templi perſiſteret; auditis miraculis, quæ Deus per ſuum Epiſcopum faciebat, una dierum dum ingrederetur, ejus ſe pedibus advolvens, ut ſibi miſereretur, devotione ipſum maxima exoravit. Tunc Sanctus, ſi vellet fieri Chriſtianus, lumine recepto, ab eo quæſivit. Libentiſſime, reſpondit: & his dictis ſuper ipſius oculos Crucis ſignum appoſuit; & confeſtim, reſtituto ſibi perfecte viſu, baptiſmum ſumpſit; & Chriſto, toto quo vixit tempore, optime ſemper ſervire curavit.

cæcum illuminat:

E

12 Cum Præſul ſanctus ultra Alpes quamdam viſitatum eccleſiam accederet, quoſdam dire flentes quemdam ſuum conſocium reperit: quomodo, & ad quid venirent petiit. Incaute, major inter eos reſpondit, pergens de rupe cum equo prorupit: [direxit autem eum ad vos, Pater, Præſul Ambroſius, cum corporibus SS. Vitalis *k* & Agricolæ mittens: & ut ei miſereatur, qui aliis fecit gratiam, multis eum perfuſus lacrymis exoravit. Ubi ſit, quærit: illuc acceſſit: totum conquaſſatum cum equo mortuum reperit: orationi ſe juxta exanimem dedit: à qua ſurgens, qui fuerat mortuus, ſaniſſimus ſurgit: donũ, quod ſanctus Antiſtes miſerat, avide ſuis manibus ſumit: pluribus diebus ſecum fuit, & quando placuit ad dirigentem ſummo cum gaudio remeavit.

i

alium lapſis conquaſſatum reſuſcitat:

k

13 Domina quædam, cum quadraginta vicibus filio ſuo, infirmo graviter, una nocte potum dediſſet; nec ſic, caſu aliquo potum petendo, quietari nocte ipſam permitteret; illa commota: Quater decies hac nocte tibi potum porrexi, aſſeruit: nunc diaboli nomine ſume, qui te poſſideat, ex quo me quietari nulla ratione permittis. Sumpſit, & mox in eum dæmon ingreſſus eum crudeliſſime vexare cœpit. Ipſa vero quod dixerat more materno conſiderans, affligi cœpit; & licet Pagana, Sanctum adiit: & ejus provoluta pedibus, ut ſuæ ſuccurreret miſeriæ, ſibi facto expoſito, humiliter irremediabilibus doloribus flagitavit. Pietate motus, ſuper deductum magna violentia infirmum oculos dirigit, orationi ſe dedit, & facto ſuper eo ſigno Crucis dæmon diſceſſit: & reſtitutus priſtinæ ſanitati, cum matre baptiſmum ſumpſit, & incolumis domum rediit.

à dæmone obſeſſum liberat:

F

14 Cum quædam Domina nobilis civitatis, quinque filios, viri ſolatio deſtituta, uſque ad legitimam ætatem delicate nutriviſſet; & ipſi una dierum eam & verbis contumelioſis, &, quod eſt gravius, verberibus afflixiſſent; ipſa genuflexit, dæmoni commendavit, & quod Deus in eos rabiem viſibilem mittat, ita quod ſibi corrodant brachia, multo fletu & doloribus exoravit: cujus exorationem Deus ſine medio exaudivit. Ad rumorem vicinia confluit, ipſos catenis ligavit; non tamen ſic cito, quin eorum quilibet ſibi inter ſe uſque ad cubitum ſua brachia mordicus annullaret. Ad ſe mater rediit;

filios in matrem rebelles, & ideo in furorem actos,

&

A BLASIO. EX MSS.

& licet pagana ſanctum Patrem adiit: & crine ſoluta, pro filiis catenatis, ad ejus præſentiam deductis, cauſa ſui erroris expoſita, miſericordiam poſtulavit. Qui confeſtim ante imaginem Crucifixi ſe proſternit; adſtante populi multitudine, à mane uſque ad tertiam multis lacrymis orationi vacavit; fatigatus plurimum ſurgit, & facto ſigno Crucis ſuper eis, concito effugatis dæmonibus, & ſanitati priſtinæ reſtitutos, eos cum ſua matre baptizavit; & inſtructis, quomodo ſe regere deberent de cetero in omnibus, domum redire mandavit.

ſanat & baptizat:

15 Die quadam, Eugenio Archidiacono ſuo graviter infirmo, adſtante S. Ambroſio Præſule, quidam nova de morte ſui conſanguinei, ſine aptatione aliqua ſuæ animæ, attulit: de quo ſic affligi cœpit, quod ex hoc infirmitas inæſtimabiliter valorem ſumpſit. Quod cernens Præſul Ambroſius, S. Zenobio maxime afflicto, dixit, & quod ei provideret nuntiare non deſinit. Tunc advocato ſervitore Zenobius, aquam benedixit, per eum Eugenio dirigit, & quod mora depoſita ſurgat, ad mortuum pergat, ſuper eum fundat, & ut ſecum ad eum veniat, ſuo ſibi nomine imponat, præciperet non neglexit. Quo facto in inſtanti, qui fuerat mortuus, incolumis

B

ſurgit; Sancti conſpectui (ut fuerat præceptum) ſe præſentavit; gratiiſque redditis domum rediit, & multo tempore ſupervixit. Eugenius vero, expleto mandato, quod ſanus fecit, ad lectum reverſus, ut in ſua dicemus Legenda, paucis diebus interpoſitis, cælica penetravit.

mortuum maſſa aqua benedicta reſuſcitat

pie moritur.

16 Paſtor ſanctus, ſuum obitum imminere prænoſcens, una dierum in Cathedrali eccleſia Clerum & populum congregavit; eos de concordia, in civitate inter ſe ſervanda, multum confortavit; ſuum eis deceſſum publicavit; & quod ex hoc non affligerentur (cum iret ad illum, erga quem multum eis proficeret) nuntiavit. Et his dictis eos Pontificaliter benedixit: & ad locellum, quo habitabat, labore multiplici reverſus, ceteris poſtpoſitis, ſolum de cælico tranſitu procuravit. Adſtanti ſuo Capitulo, fletu pio pſallente, vir ſanctus ſummâ devotione ſacroſanctæ Matris Eccleſiæ *l* Sacramenta recepit; eis eccleſiam recommendavit; ſignoque Crucis ſe muniens, ſurſum erectis oculis, eorum brachiis caput reclinans, anima illa ſancta carne depoſita cælica penetravit *m* [ætatis ſuæ anno nonageſimo, anno Domini 426, 8 Kalendas Junii, tempore Theodoſii & Honorii Imperatorum]. Cujus corpus Clerus &

l

m

C

populus devotione maxima, conditum aromatibus, juxta altare ſupradicti Levitæ S. Laurentii ſepelierunt.

In tranſlatione corporis

17 Anno igitur quinto à die ſuæ ſepulturæ, Andreas ſucceſſor ipſius in Epiſcopali dignitate, convocatis collateralibus Epiſcopis, transferre ipſum in eccleſiam Cathedralem, in honore S. Salvatoris conſtructam, voluit; & die XXVI Januarii, ut propoſuit, adimplevit. Cum autem Epiſcopi corpus ſacrum humeris Pontificalibus præparati ferrent, oppreſſi à populo ceciderunt; & in caſu quamdam ulmum, quæ in platea juxta eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ erat, capſam cum corpore conſtrinxerunt: quæ ulmus, contacta ſic à corpore ſancto, confeſtim flores & folia emiſit, & florida illo anno totaliter perduravit. Gentes ſiquidem, ob devotionem ſtirpando, ſupradictam arborem deſtruxerunt; ſed Florentini, ne tanti miraculi deperiret memoria, inibi erigi columnam marmoream cum Cruce deſuper poſita fecerunt, & ſic fore perpetuo decreverunt. Cum vero ad valuas eccleſiæ deveniſſent, nullo modo intromitti potuit. Quod Epiſcopus cum Clero & populo intuens, cunctis aſſentientibus devovit, ſe in ipſa eccleſia numerum duodecim Canonicorum poſiturum, qui ei deſerviant, prout ſuæ competit dignitati. Quod cum omnes promiſſum confirmaſſent, Præſulis ſanctum corpus tulerunt, & ubi nunc eſt in altari honore debito collocarunt: & ipſam diem, ſicut Depoſitionis, in Officiis divinis celebrem ordinaverunt.

ulmus arida attactu floreſcit:

& 12 Canonicatus fundantur.

D

ANNOTATA.

a *Illud contigiſſe ſub initium Epiſcopatus* S. Ambroſii, *adeoque circa an.* 373 *indicat Ioannes Aretinus.*

b *Silvanus Razzius*, die Aſſumptionis Beatæ Mariæ, *ſed ex ſua conjectura.*

c *Ms. Strozzianum*, repulſus: *at Ms. Florentinum*, Completis, *ſcilicet rebus: quod magis placet, & favent S. Antoninus, Ioannes Aretinus & Razzius. Dicitur apud Ioannem*, duos, à dæmonibus miſerabiliter obſeſſos, coram omni populo ſua oratione liberaſſe, & ſic errorem & hæreſim repreſſiſſe.

d *In Ms. Strozz. alia manu inſertum:* Cui etiam duo corpora Sanctorum Martyrum pro dono ſuæ eccleſiæ conceſſit, quæ in majori eccleſia S. Salvatoris collocavit: quorum nomina Abdon & Sennen. Recondita autem ſunt in capſa plumbea, in altari majori ejuſdem eccleſiæ. *Deſunt hæc in Ms. Florentino, ſed eorumdem mentio fit apud Ioannem Aretium, Clementem, atque Mazzam. At Razzius nomina Martyrum non exprimit. Coluntur ipſi* 30 *Iulii, Romani autem prætendunt ſe eorum corpora adhuc habere in eccleſia S. Marci, ſed & varias in variis eccleſiis Reliquias: quare nihil obeſt, quo minus ex iis potuerit participaſſe & Zenobius.*

E

e *Sunt hi ambo Martyrologio Romano inſcripti*; Eugenius, *ad* 17 *Novembris*; Creſcentius, *ad* 19 *Aprilis, ad quem diem hujus Acta dedimus. Illa autem tunc parva & extra urbem* S. Laurentii *eccleſia, conſiderato veteris urbis ſitu, fuiſſe ea potuit, quæ nunc ampla & collegiata Magnorum Ducum ſepulcris & bibliotheca illuſtratur: incluſa autem primum urbi fuit (teſte Villanio) cum ſuo ſuburbio, an.* 1075.

f *Ioannes Aretinus addit:* Amplo ibidem conſtructo monaſterio, duodenarium in eo numerum monachorum inſtituit: qui ſepti clauſtris, vitam ſub Abbate cœnobiticam ducerent.

g *Delevi, velut à deſcribentibus poſtmodum intruſam, parenthesim hanc.* Hodie ſub honore S. Michaëlis eſt magnum monaſterium, ſub Abbate monachorum Ordinis Vallis-Umbroſæ ſub regula S. Benedicti. *Eſt ibidem corpus S. Ioannis Gualberti, ubi & nos quoque illud venerati ſumus, & ipſe colitur* XII *Iulii.*

F

h *Hic modus loquendi, per verbum* puto, *videtur innuere antiquiorem aliquem Auctorem, nec à S. Zenobii ætate remotum; à quo verbotenus acceptum hoc miraculum ſit, & alia forte plura.*

i Ultra Alpes, *id eſt* Apenninum montem, *quem etiam* Alpes *appellant. Id enim nomen Italis genericum eſt*, Montes *ſignificans.*

k SS. Vitalis & Agricola, *Bononiæ paſſi, coluntur* 4 *Novembris; & eorum corpora ibi adhuc ſervantur in eccleſia S. Stephani, ſed non integra, variis iiſque inſignibus partibus alibi exiſtentibus: quare nihil vetat aliquas etiam particulas à S. Ambroſio miſſas eſſe Florentiam.*

l *Hæc phraſis notat Auctorem, medii, ut ſummum, ævi.*

m *Deerant hæc in exemplo Strozziano, & egent correctione, quam ſupra dedimus.*

APPENDIX

Miracula poſt annum MCC *patrata.*

a *Clericus poſt intermiſſam medicinam ſanatur,*

18 CUm quidam *a* Canonicus Cathedralis Eccleſiæ, in medicina Magiſter, quemdam ſibi cariſſimum Clericum, gravi detentum infirmitate, haberet; eum B. Zenobio aſſidue commendabat: & licet hoc faceret, tamen à remediis medicinæ nullatenus deſiſtebat. Quod cum ſibi nihil prodeſſe conſpiceret, omnia medicinalia dimiſit, Deum ſolum cum B. Zenobio curare propoſuit. Unde quadam nocte orationi ante altare B. Zenobii ſe dedit, & precibus humilibus ejus ſuffragium poſtulavit. Cui ſanctus Præſul, Pontificalibus albiſſimis indutus, apparuit; & quod ipſius auxilium cum curis medicinalibus permixtum imploravit, redarguit; & quod eum ſanaverit dum deſcenderet, nuntiavit. Qui confeſtim conſurgens & domum rediens, ipſum perfecte ſanatum, quem in extremis quaſi laborantem dimiſerat, adinvenit: de quo Deum laudans, ut acciderat publicavit.

B b *apoſtema guturis curatur,*

19 Quidam Clericus *b*, nomine Claritus, ſerviens Eccleſiæ Cathedrali, qua Præſulis ſancti corpus quieſcit, die quadam apoſtema horribile in gula habebat, quod incidi deberet; Et [quia judicio] magiſtri Guidonis, ſummi medici de Aretio, ſibi prædicebatur quod per naturã evadere non poſſet; ex more animæ ſuæ ſaluti providit, & nocte præcedenti diem fiendæ inciſionis, ante altare ſe Præſulis almi proſtravit, & ſibi miſereri ſuis meritis Dei clementiam imploravit. Fatigatus multo fletu in oratione, ſomno corripitur, & quod petiit ſibi nullatenus denegatur. Nam ſubito ei glorioſus Pater apparuit in albiſſimis ornamentis, ſignum Crucis ſuper ipſum fecit, & ut ſanus ſurgeret imperavit. Qui excitatus incolumis ſurgit, factum exprimit, Deumque laudans in Sancto ſuo, tempore magno in Plebanatus officio eccleſiæ S. Joannis de Florentia ſancte vixit, & ibidem ſuam vitam felici exitu terminavit.

lumbos fractus ſanatur:

20 Sacerdos quidam, nomine Lapus, ſui altaris devotus miniſter & ſervus, dum elevando quoddam lignum de eccleſia cauſa ordinandi ſuum feſtum, in renibus fractus, eſſet deductus ad lectum; ligatus à medicis, grauiter affligi cœpit, eo quod in Veſperis Sancti, ſic ſolennibus, eſſe nequivit.

C Noctem uſque ad horam matutinalem in fletu & dolore multo deduxit: quare ſibi Præſulis amore Chriſtus gratiam non ſubtraxit: quia ſubito mirificis præparatus [ornamentis] Sanctus apparuit; utque ſurgat, & ad officiandum pergat cum aliis in eccleſiam, præcipere non neglexit. Qui ſtatim incolumis ſurgit, in templo ad officiandum pergit, Clerum in admirationem inæſtimabilem duxit, quæ acta fuerant expoſuit, & quoad vixit ei fideliter deſervivit.

c *maritus conciliatur uxori.*

21 Cum quædam Domina *c* pulcherrima, derelicta, contra Deum & juſtitiam, à viro ſuo fuiſſet, & in ejus odium in Angliam perrexiſſet; in feſto B. Zenobii ob ſui viri memoriam graviter flere cœpit, & in hoc fletu ipſius invocare miſericordiam non poſtponit. Subito die ipſa & hora eadem, cor viri ejus amore conſtringitur, iter confeſtim arripitur, Florentiam abſque ulla mora revertitur, & ſuæ conjugi amore inæſtimabili conjungitur, & ſolennis familia utriuſque ſexus eorum ſancta unione jucundatur. *His miraculis, à Blaſio Presbytero relatis, placet addere alia duo, ex veteri Ms. Italico, reperto apud ſæpe laudatum Carolum Strozzium Senatorem, in Codice* 1064, *ſignato litteris* H D.

Inſuper in Ms. Italico

22 Anno MCCCLXXXXIV, die XXX Junii, fecit S. Zenobius ſequens miraculum, prout mihi illud narravit Ambroſius Pictoris, filius D. Santinæ de S. Joanne, & ipſum aſſeruit ut teſtis de viſu. Duo autem juvenes honeſti, illius ſocii, etiam majori conſtantiâ eadem duo miraculum affirmaverunt, idque in capella S. Jacobi; ubi illos audivi ego Don Zenobius, qui & examinavi eos, audiente mecum Fr. Ludovico, quem tunc docebam cantare, & Fr. Laurentio Pictoris: ſic autem referebat. Mulier de Porta Florentina, à malo dæmone inſeſſa, à patre & matre aliiſque conſanguineis ſuis conducta fuit ad S. Zenobium. Hæc mox atque pervenit ad angulum Paleæ, & eminus conſpexit eccleſiam S. Reparatæ, intellexit dæmonium quid ageretur; & mulier ſubito ſe proſtravit in terram, cum ululatu & indicibili alteratione totius perſonæ: nam aliorum veſtes mordebat ac lacerabat, uſque adeo ferox, ut duodecim homines conſtituendi fuerint, qui eam apprehenſam violenter inducerent ad S. Zenobium. Ita ab illis protracta eſt in ſacriſtiam S. Reparatæ, me ſemper præcedente, inquit Ambroſius, ut miraculum futurum viderem. Etenim firmiter propoſueram veritatem rei meis ipſe oculis contueri, propter multa miraculа quæ celebrari antea audiveram: ideoque intenta ſemper in ipſam tenebam lumina. Dein proſequens inſtitutam narrationem ait: Statim atque inducta fuit in ſacriſtiam, uni eorum qui ipſam attraxerat poſita in dorſo eſt, acſi fuiſſet mortua: verum quidquid agerent, numquam valebant eam ſic diſponere, ut capiti ejus imponi poſſet caput S. Zenobii; ideo eam depoſuerunt in pedes. Sed licet viri omnino ſedecim in hoc fatigarentur, & capillos ejus quadrifariam partitos totidem homines apprehendiſſent, non poterant efficere ut ſe in genua dimitteret: quantoque magis connitebantur, tanto illa rigidius ſtabat erecta.

A. BLASIO EX MSS. *tres oculati teſtes narrant;*

quod annô 1394 adducta energumena,

E

valde furiosa;

23 Tandem tamen, ut melius potuit, adaptata cum eſſet, & caput S. Zenobii efferretur ex camerula, cui exiſtenti in ſacriſtia incluſum erat; mox ut ipſum vidit, tanta cum violentia ſe proripuit à manibus tenentium, ut omnes in terram proſtraverit, hac illac disjectos; & male excipiebat quotquot audebant ſibi appropinquare, vere dæmoniaca. Domita nihilominus aliquantulum, teneri ſe quadamtenus ſivit, componique in modum, ut ſacrum caput ſuperponi ei potuerit, interim dum Presbyteri duo recitabant Orationes & Euangelia, atque luſtrali aqua ipſam aſpergebant, ſicut in talibus fieri conſuevit. Tum, inquit Ambroſius, ego eodem momento temporis ipſam fixius intuens, vidi quod, ſacro cranio poſito ſuper caput ejus, ſtatim manſueta reddita ſit inſtar oviculæ: ſeque humi collocans quaſi ad dormiendum, ſtatim ut eam cooperuerunt ſoporata eſt: & poſt aliquantum ſomnum fuit experrecta, ſana & ſalva, ad Dei honorem & S. Zenobii. Hoc autem, dixit, viderunt duo Presbyteri & duo Clerici, & nos ibidem adſtantes eramus plures quam viginti ſeculares, ſuperne vero per feneſtras aſcenderant plures quam centum, occupantes quemcumque angulum fabricæ ac procurrentium trabium, qui audiebant horribiles ululatus infirmæ; & omnes viſo miraculo laudes & gratias dederunt Deo. Amen.

attactu ſacri capitis ſuerit liberata,

F

item paulo ante energumenus,

24 Dixit etiam, atteſtantibus ſibi iiſdem duobus ſociis, aliud quoque miraculum paulo ante factum fuiſſe hoc modo. Paucis diebus ante hoc miraculum, cum illuc inductus eſſet energumenus, & adjuratus hoſtis ut excederet ex illa creatura, dicebat: Egrediar: egrediar omnino. Quando autem? Jam jam, reſpondebat; vel, Equidem neſcio; vel, Egrediar tamen: & ſic deridebat adjurantes, donec mandatum

A. BLASIO EX MSS.

ei est,ut in signum sui egressus, unum de multis,qui ibi accensi stabant, cereis extingueret. Cum autem moras necteret, capiti ejus imposuerunt cranium S.Zenobii: & subito mansuefactus se reclinavit super terram, ac dormire cœpit. Eodemque tempore cereorum unus tam furiose extinctus fuit, ac si duodecim folles simul fuissent ad flatum ciendum adhibiti: atque ita etiam iste sanatus fuit, ad Dei sanctique Zenobii honorem. Sæpius autem paria atque etiam majora miracula contingunt per merita S.Zenobii:meminique mihi dictum à Sacrista, quod reddiderit loquelam puero muto:unde gloria Christo sit,& matri ejus Mariæ Virgini.

ANNOTATA.

a *Miraculum hoc in sequenti Vita dicitur factum sub oculo scriptoris,post annum* 1200.

b *Hoc & sequens miraculum dicitur à Ioanne Aretino, patratum tempore Francisci de Cingulo, Episcopi ab anno* 1323 *ad* 1341. *Nos infra hoc die* Clariti *Vitam, tamquam Beati,dabimus: in hac autem res dicitur accidisse an.* 1318. *Porro idem Franciscus Aretinus,Io. Aretino teste,* caput S.Zenobii de marmorea capsa extrahens, pulcherrime exornavit.

c *Hoc miraculum ab eodem Aretino refertur ad tempora Francisci Tudertini, qui sedit ab anno* 1343 *ad* 1356.

VITA TERTIA

à Laurentio Archiepiscopo Amalphitano,prout referri audierat,scripta seculo XI.

Ex Ms. Codice Cardinalis Barberini, & editione Vghelli.

PROLOGUS.

Auctor stylo modesto,

HOrtatui vestræ dilectionis, amabiles Fratres, auditum mentis accommodans, ita virtutes & miracula communis Patris Zenobii proposui Christo duce dirigere, quatenus potius simplicium mentes ad profectum spiritus, quam sapientium cor ad acumen ingenii provocem. Cum sit enim numerosa populorum caterva, quæ minus insudat philosophicis studiis; & rarissimos esse constet, quibus cordi sit dialecticam perscrutari sublimitatem; oportet utique nos, qui plurimorum saluti consulimus, eis potius qui multi sunt, quam pauciſſimis providere. Eruditissimis ergo quibusque supplico, quatenus illius caritatis reminiscentes, quæ sua non quærere comprobatur, usitatis & quodammodo simplicibus utentem sermonibus me imparem patienter audiant, ut fraternæ comprobentur utilitatis amatores existere. Nulla vero sit cuiquam, deprecor, ambiguitas de miraculis sancti viri,quæ hic sunt fautore Domino describenda: quoniam partim illa didicimus à personis gravissimis, partim vero per omnem Tusciam hodieque rutilant, ut infideles ora claudere, & fideles ad laudem Christi cogant quodammodo reserare. Qualiter autem sacratissimis virtutibus unice viguerit, hinc maxime claret; quod semper existenti feliciter adhærens Divinitati;viva,ut ita dicam, miracula, per carnem suam humanitate mortuam demonstraret assidue.Argumentum igitur trahentes ab effectis, agnoscimus eum quondam virtutibus floruisse: qui nunc in cælo degens, ariditatem nostrarum mentium miraculorum suorum lætifluis exhibitionibus irrigat. Effectum namque est quod precedens causa perficit, ut dies,quem solis ortus emittit. Cum ergo claritatem miraculorum ejus jugiter experti fuerimus, quid aliud nobis intelligi datur,nisi quod virtutum pennis ad æthera sublevatus, soli justitiæ feliciter sit conjunctus? Illius enim signorum vivax efficacia, virtutibus eum fuisse repletum non modicis, astruit. Virtutum vero possessio, vitiorum maculis indicat eum cunctis modis caruisse. Duo quippe inter se contraria (sicut aiunt) uni eidem subjecto simul inesse nequeunt. Sed proœmii satis est: itaque favente Domino vitam ejus enarrare aggredior.

profert miracula satis probata,

ad Zenobii sanctitatem demonstrandam,

CAPVT I.

S. Zenobii sancta adolescentia. Virtutes Episcopales.

Puer litteris & virtute imbuitur:

2 ZEnobius, Florentinæ civitatis indigena, non solum carnis origine nobilis, sed etiam mentis ingenuitate clarissimus extitit.A puerilibus enim annis divino se famulatui mancipans, ita litterarum studiosissimus enituerat,ut,quam validissimus Christi miles esset futurus,in ipso quodammodo sui tirocinio demonstraret. Denique maturis moribus adornans adhuc acerbam ætatulam, de virtutibus ad virtutes insigniter ambulabat; ut non dubitares in Sion Deum deorum feliciter esse visurum, qui viam mandatorum divinorum tam celerrime decurrebat.

adolescens amore castitatis, Galat. 5, 17,

3 Cumque puericiæ suæ decurso tempore perveniſſet ad annos pubertatis, agnovit sagacissimus adolescens, non illo sui corporis tendere desideria, quo Christianus ardor properare cupiebat. Sicut enim egregius intonat prædicator, Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem; & hæc sibi invicem adversantur. Videamus igitur, quid Christi miles contra istiusmodi conflictum peregerit; ut agnoscamus, eum in hujus vitæ stadio non in vacuo decurrisse. Tantis ergo carnem suam inediis subjecit spiritui, ut divino adjutus auxilio, à corpore suo non subjiceretur ut famulus,sed è diverso principaretur ut dominus. Castitati igitur dans operam, cum Job in debilitatibus fortissimo, dicere poterat, Statui in corde meo,ut ne cogitarem quidem de virgine. Noverat enim, jam divinis apprime litteris eruditus, pudicitiæ virtutem esse præ ceteris amplectendam: qua dilapsa virtutes reliquæ funditus extirpantur. Sed quia non valet igneus ardor extingui, cui lignorum pabula jugiter administrantur:& tunc venereus tumor salubri deprimitur medicamine,cum dapes ei subtrahuntur,mortiferum calorem subministrantes; idcirco jejuniis & vigiliis artus suos congruentissime castigabat.

carnem inediis domat: Iob. 31, 1,

4 Præterea virtus caritatis in eo sibi proprium quodammodo constituerat habitaculum, ita ut vere posses dicere;In hoc juvene, castitatis & geminæ dilectionis amatore, Deus utique requiescit. Cum enim Deiloquus Euangelista non abneget dicere, Deus caritas est; &,Qui manet in caritate, in Deo manet & Deus manet in eo; Paulus quoque veridice astruat,eos qui caste vivunt templum esse Spiritus sancti; constat utique beatissimum Zenobium, ejusmodi repletum virtutibus,Divinitatis habitaculum extitisse: præcipue cum tantæ mansuetudinis tantæque humilitatis, quam constat esse virtutum custodem, approbaretur,ut quam specialiter de ipso dictum esse videretur;Super quem requiescet spiritus meus, nisi super Zenobium, humilem & quietum, & trementem verba mea? Nobilitate siquidem carnis, qua dicitur præ ceteris enituisse, calcata, sic mentis ingenuitate pollebat, ut in cælesti curia jam tunc esset aureis litteris insignitus. Quam vero liberalis in dandis eleëmosynis,& quam pius pauperum hospes

adjungit caritatem, 1 Ioa. 4, 16, 1 Cor. 6, 19,

mansuetudinem,humilitatem, Isa. 66, 2,

A *affectum erga pauperes.*

hoſpes fuerit in Domino, breviloquio ſtudens, omitto ſeriatim dicere; quia per collectivum, ſicut aiunt, ſtatum, prudens lector, in laude quam præmiſimus caritatis, hoc valet pleniter intueri. Nec enim caritatem, qua Deus proximusque diligitur, habere putandus eſt, qui, ut Euangeliſtæ ſermonibus utar, viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo. Probatio quippe dilectionis (ut Gregorius, Sedis ſuæ compar, mirabiliter edocet) operis eſt exhibitio.

1 Ioa. 3, 17

In Epiſcopũ electus,

5 Talibus igitur virtutibus pollens, cum plurimo tempore minoribus eſſet contentus officiis, in eccleſia Florentina, defuncto ipſius loci Præſule, non ſolum à clero, ſed etiam ab univerſo ejuſdem civitatis populo, ſolenniter ad Pontificatus apicẽ eſt electus. Nec vero licuit ei reniti vel obſiſtere iſtiuſmodi electioni: quoniam, ut præfatus ſum, ita conſenſu & anniſu omnium ſuorum concivium fuerat poſtulatus ad ejuſdem Eccleſiæ gubernacula, ut palam daretur intelligi, divinitus eum ad ejuſmodi fuiſſe officium invitatum. Videns itaque divinis juſſionibus nec poſſe nec debere pertinaciter obluctari; Præſulatus quidem officium canonice ſumpſit, ſed humilitatis gratiam ſibi familiariſſimam non deſeruit. Prodeſſe enim magis quam præeſſe cupiens, ita ſe cunctis humillimum exhibebat, ut non eſſet ambiguum, quin aſſiduus auditum mentis Euangelicæ ſententiæ commodaret, in qua videlicet dicitur: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Tanta vero dilectione clerum ſibi commiſſum ac reliquum populum dulciſluus amplectebatur, ut quiſquis eorum dæmoniacis aut humanis fluctuaret anguſtiis, ad illius ſolamen velut ad portum tranquilliſſimum feſtinaret. Quos ille dulciter ſuſcipiens, ita divinarũ Scripturarum ſolabatur eloquiis, ut gauderent iſtiuſmodi Patrem cælitus eſſe tributum, qui filiorum diſcriminibus mirifica dulcedine ſubveniret. Prolixo quippe, ſicut præfatum eſt, tempore diſciplinis inſudans eccleſiaſticis, ſub aliorum regimine optime didicerat unicuique languori mentium congrua ſermonis medicamina ſubrogare; meritoque præeſſe poterat, qui congruenter ſubeſſe didicerat.

& ordinatus, ſtudet humilitati,

B

Matth. 11, 29.

& dilectioni erga Clerum & populum:

à potentibus injuſtè afflictos juvat:

6 Si quando vero ſecularium potentia quemlibet ſibi ſubjectorum injuſto judicio comprimebat, non verebatur audacter illorum nequitiã redarguere: tamdiuque facta quadam commixtione ſeveritatis & lenitatis inſiſtebat; donec favente Domino plerumque revocaret ad viam juſtitiæ, quos per iniquitatum devia conſtabat incedere. Juſtus enim, quemadmodum Divina teſtatur auctoritas, tamquam leo confidens, abſque terrore graditur: econtra vero quem graviter conſcientiæ reatus accuſat, fugit nemine perſequente. Sane juris Eccleſiaſtici prædia ſibimet uſurpantes, non materialibus gladiis hic Pater excellentiſſimus impugnabat, ſed efficacis armis orationis viriliter expugnabat. Unde contigit ut divina potentia cernens inſontis ſui famuli patientiam, ſic quoſdam illorum ſeveriſſima vindicta mulctaret, ut amaro ſubitò morientes interitu, non ſolum privatos quoſque, ſed etiam Reges ad obſequium ſancti viri quodammodo cogerent. Unde profecto contigit ſacroſanctam Eccleſiam Florentinorum ab iſtiuſmodi perſonis ceteris amplius eſſe ditatam: utpote qui viſa Patris Zenobii ſanctitate, compertaque divina ſeveritate, quæ pro eo frequentiſſime pugnabat, non ei violenter auferre, ſed offerre ſuppliciter Eccleſiæ neceſſaria procurabant. Denique Regia poteſtas, quæ in diebus illis Italiæ principabatur, in tanta ſe proſternebat humilitate veſtigiis ejus adorabilibus; ut temporalis Imperator ad lamenta pœnitentiæ cum ſuis Magnatibus confugiens, æternum Imperatorem in eo venerabiliter adoraret. Nec immerito: ipſe namq; Chriſtus Euangelica tuba intonuit inquiens: Qui vos honorat me honorat, & qui me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit: & per Prophetam, Qui vos, inquit, tangit, id eſt cum dedecore tractat, pupillam proculdubio tangit oculi mei. Quid plura? Sicut olim gaudebat Roma, rerum maxima poëtice dicta, de ſpoliis occiſorum; ſic exultabat Florentia de converſione multorum, per tantum Patrem in perpetuũ victurorum. Unde jure poterat, inter ejus reliqua præconia, decantari,

A. LAUR. EP. AMAL. EX MSS. Luc. 10, 16 Zach. 2, 8

Refloret magno felix Florentia Sancto.

7 Porro he minoris eſſe videantur auctoritatis hęc, quæ, ſicut prælibavimus, à religioſiſſimis quibuſdam didicimus, qui veridice aſſerebant hæc quidem antiquitus fuiſſe deſcripta; ſed incendio, quod caſu contigit, eſſe conſumpta; quid Paulinus Sanctus de Patre Zenobio referat, audiamus. Inter reliquas enim virtutes atque miracula celeberrimi Patris Ambrotii ſubintulit, inquiens: In Tuſcia etiam civitate Florentina, ubi nunc vir ſanctus Zenobius Epiſcopus eſt; quia promiſerat ſe, petentibus illis, illos ſæpius viſitaturum; frequenter ad altare quod eſt in baſilica Ambroſiana, quæ ibidem ab ipſo conſtituta eſt, viſum orare, ſancto viro Sacerdote Zenobio referente, didicimus. En Paulinus, qui tantæ pietatis extiterat ut ſemetipſum barbaricæ genti ſervum pro filio cujuſdam viduæ traderet, aſſerit noſtrum Zenobium eſſe Sanctum. Neve putaret aliquis, hoc eum tranſitorie dixiſſe, non pro veritatis aſſertione, contra poſterorũ dubietatem, & prius ait: In civitate Florentina ubi nunc vir ſanctus Zenobius eſt; & poſt ſignanter addidit, Sancto viro Sacerdote Zenobio referente didicimus. Quis igitur audet hujus veridico teſtimonio reluctari, per cujus os ad laudem ejuſdem noſtri patroni Chriſtus utiq; eſt locutus? Secundum illud videlicet quod egregius aſtruit prædicator; An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Chriſtus?

à

B *videt animã S. Ambroſii in eccleſia à ſe dedicata ovantem,*

2 Cor. 13, 3

8 Præterea diligenter inſpiciendum eſt, in quanto ſanctitatis degebat culmine, qui merebatur animam ſui Conſacerdotis poſt carneum exceſſum ſpiritualibus oculis intueri. Oculis autem ſpiritualibus dixerim, non quod eum viſu corporeo nequaquam viderit; ſed quod intuitus ejus ita jam ſpiritualis eſſet effectus, ut merito poſſet electorum ſpiritus contemplari. Scriptum quippe eſt: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Deus autem ſpiritus eſt; non eſt ergo mirum ſi luce ſanctitatis illuſtratus B. Zenobius, circumſcriptum videre potuit ſpiritũ, qui incircumſcriptum feliciter eſt viſurus, juxta illud quod ſcriptum eſt de electis: Regem in decore ſuo videbunt, id eſt in ſua divinitate poſt mundi terminum propriis oculis feliciter ſunt viſuri, quem nunc per ſpeculum in ænigmate contemplantur.

ipſe totus ſpiritualis.

Matt. 5, 8.

F

Iſai. 33, 17

9 Nec prætereundum, quod ſanctus vir Ambroſius, quemadmodum devote poſtulantibus Florentinis promiſerat, non ſolum vivus eos frequenter viſitare ſtuduit, ſed etiam mortuus. In qua profecto re magnis eſt Florentinorum populus laudibus extollendus, cujus ingens profecto devotio, non ſolum ante, ſed etiam poſt mortem ſancti viri remunerata eſt; dum frequenter apud eos & (ut credendum eſt) pro eis orare viſus eſt, à quibus *b* olim invitatus non ſolum Florentiam venerat, ſed eos etiam *c* reſuſcitatione cujuſdam pueri mire lætificaverat. Inter hos nimirum populos eccleſiaſticum Clerum arbitror adfuiſſe, in quibus profecto fenitebat ut ſidus clariſſimum noſter Patronus Zenobius, licet tum temporis necdum eſſet Pontificali ſtemmate decoratus: maxime cum legamus eccleſiã *d*, quæ dicitur Ambroſiana, ſolenniter ab eodem Reverendiſſimo Pontifice Ambroſio fuiſſe dedicatam, cum totius Florentinæ plebis lætitia: unde datur conjici, ex tunc has

à S. Ambroſio viſitatur;

b

c

d

Imperatoribus eſt in veneratione.

A. LAUR. EP. AMAL EX MSS. *& amicabili fœdere conjungitur.* Eccli. 13, 19.

geminas Eccleſiæ Dei columnas invicem ſibi fuiſſe amicabili fœdere copulatas. Nec immerito: ſcriptum eſt enim, Omne animal diligit ſibi ſimile: quod, utique, animal, de homine prædicatur. Præterea videndum, qualiter ſanctitatem iſtius eximii Patris efficientia quoque miraculorum liquidius propalaverit.

ANNOTATA.

a *Quæ hic ſub nomine S. Paulini habentur, referuntur cap.* 26 *Vitæ S. Ambroſii apud Surium: ſed auctor Vitæ illius eſt* Paulinus Presbyter, *ipſius S. Ambroſii amanuenſis; non autem* S. Paulinus Epiſcopus Nolanus, *uti cum hoc auctore ſcripſerunt Sigebertus & Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Colitur* S. Paulinus Nolanus 22 *Iunii.*

b *Capite* 19 *Vitæ* Inventus à Florentinis, ad Tuſciam uſque deſcendit.

c *De hac reſuſcitatione ibidem agitur.*

d *Ioannes Aretinus, citata hac Vita, addit* Eccleſiam S. Laurentii eſſe.

CAPUT II.

Duo mortui reſuſcitati. Alia miracula.

Matronam proficiſcentẽ Romam benigne excipit,

10 MAtrona quædam, orationis gratia Romam proficiſcens, à Galliæ partibus audita laudabili fama beati famuli Dei, Zenobii; priuſquam illo proficiſceretur, ad eum venire ſtuduit, ut tanti Patris benedictionibus frueretur. Cumque devotionem illius attendens admirabilis Pontifex, ad mundi contemptum atque cæleſtis eam regni deſiderium potius accendiſſet; illa veſtigiis ejus proſtrata rogare cœpit, ut eſſe memor illius in ſuis orationibus jugiter dignaretur. Præterea cum ad ſuum hoſpitium jam voti compos femina remeaſſet, ſuiſque narraret, quantæ ſanctitatis, quantæque facundiæ, nec non unicæ morigerationis eſſet Epiſcopus, cujus benedictionem optaverat; filius ejus, qui cum ea quidem venerat, ſed ob moleſtiam quam incurrerat in itinere, feſſus in lectulo recumbebat; ad eum deductus, illius ſe precibus humillime commendavit. Tunc vir Dei, quem pietatis gratia virtutes inter reliquas commendabat, compaſſus illius infirmitati, *ejus filium ægrum detinet:* non ſolum interiorem refectionem ei tribuit, ſed etiam corporea liberalis alimenta largitus eſt. Verum quia languor illius paulatim invaleſcebat, veritus
C homo Dei, ne labor itineris, aut hujus omnimode attereret corpus, aut matris devotionem frangeret; ſecum miſericorditer eumdem puerum detinere propoſuit, donec illius genitrix ab Apoſtolorum liminibus remearet; quod & factum eſt. Igitur ea proficiſcente Romam, tantam pietatis curam B. Zenobius erga prædictum languidum exhibuit, ut altera mater inventus eſſe videretur ad illius ſolatium. Sed quia divina providentia, ſicut reor, conſtituerat, ut per ejus mortem, imo reſurrectionem, beatiſſimus Pâter amplius eniteſceret; omnis humana refectio, quæ ut medicinalis cura ſibi exhibebatur, non ei levamen ſed gravedinem inferebat.

11 Interea eccleſiaſticæ utilitatis exigente negotio, perrexit Venerabilis idem Pontifex ad templum, quod erat in honore S. Petri conſecratum, non paucis ſe Clericis comitantibus. Ubi dum oratione præmiſſa, quæ videbantur congrua peregiſſet; ob ſæpe nominatum infirmum, quem nimio febris ardore peruſtum reliquerat, cœpit gradu concito remeare. Et ecce videt illius genitricem, quæ ipſo die reverſa *eumdem mortuum,* fuerat, ſparſis miſerabiliter capillis atque magnis ululatibus vociferantem, ad ſe venire; ſuique filioli jam exanime corpus infeliciter bajulare. Quo viſo vir clementiſſimus gradum continuo ſiſtit; addaſcenſque matrem una tantum hora poſt obitum filii remeaſſe, gemebundus efficitur. Mulier vero confeſtim pedibus advoluta, filii cadaver ante faciem ejus projicit, voceque lamentabili perſtrepit, dicens: Unicum meum, quem tuæ ſanctitati vivum commendaveram, vivum, deprecor, infelici matri reſtitue, non defunctum. Qui gregis tui non ſolum Paſtor, ſed etiam Pater es, fac me quæſo matrum in *ad matris preces,* numero computari. Nam nimis infelix appellari mater amplius non valeo, quæ uno eodemque momento pariter filium & matris vocabulum perdidi. Veniens ab Apoſtolorum Eccleſiis, qui prædicationis lumine cunctum orbem illuſtraverunt, qualiter amiſſo lumine, quod præ oculis diligebam, orbata, poſſum ad patriam remeare? His & iſtiuſmodi lamentationibus eâdem muliebriter quidem flente, ſed viriliter in Domino confidente, cum non poſſet illam vir Domini ſuis à veſtigiis repellere, ſeſe lacrymoſus illic in orationem dedit; tamdiuque vicinas ſibi Divinitatis aures pulſavit humillimus, *reſuſcitat,* donec ambo pariter ſurgerent; defunctus ſcilicet ab acerba morte, & ſanctus ſenior ab oratu. Jam vero quis oratoria facultate præpotens digne poteſt enarrare, quantum ſubito fuerit natum gaudium, non ſolum parenti ejus qui reſuſcitatus fuerat, ſed E etiam reliquis hujuſmodi ſpectaculo aſſiſtentibus? cum ſcilicet uno eodemque fere tempore viderent propriis pedibus ambulantem, qui mortuus adductus fuerat manibus alienis. *magno omnium gaudio.* Quis itaque Deus magnus ſicut Deus noſter; qui nimirum ſuæ divinitati haud ſegniter famulantes, non ſolum in cælis, ſed etiam in terris glorificat; ſecundum illud ſcilicet, quod veridice, utpote ſumma veritas, eſt pollicitus; Ego glorificantes me glorificabo. Non eſt igitur infeliciter admirandum, quod tam efficax ſui famuli 1 Reg. 2, 3 deprecatio fuerit, ut ſubito valuerit exanime corpuſculum viſitare: cum profecto liqueat, eum ex illorum fuiſſe præcipuum numero, de quibus prophetice dicitur, Voluntatem timentium ſe fidelis in Pſal. 144, verbis ſuis clementiſſime faciet, orationes videlicet 19. ipſorum mirabiliter audiens. Locum autem in quo *in loco Geniculum dicto.* contigit hoc inſigne miraculum, ob id quod oraturus illic almificus Præſul genua ſua flexerit, hodieque Florentini cives Geniculum vocitant: tantaque reverentia dignum judicant lapidem, quem ſub ejus poplite contigerat eſſe, ut fœditatem illic non permittant vel à beſtiis effici: maxime cum plerumque contigerit, illic eorum confringi vehicula, qui ſine F debita reverentia per locum illum non abſque boum ſuorum damnitate tranſierant.

12 Aliud quoque ſimillimum huic non ſuperſedeo referre miraculum; quod eodem fecit itinere, ſed *Semper vitat eccleſias:* non eiſdem, ut ante nobis à quodam dictum eſt, utens veſtigiis. Cum venerabiliſſimus idẽ Pontifex, matura jam confectus ætate, ſolis orationibus operam daret, ac propter hoc una cum ſuis Clericis etiam ſuburbanas eccleſias circuiret; quadã die, dum regrederetur ab ejuſmodi ſtudio, contigit eum reperiſſe quemdam defunctum, ante Florentinam portam, quæ ſita eſt contra Aquilonem. Cumque pauliſper ſubſtitiſſet, atque more ſuo cœpiſſet orationem Deo *pro animâ defuncti orat:* fundere pro illius animæ redemptione; diverſi ſexus & ætatis populi, qui illo convenerant, nutu quodam, niſi fallor, afflati divino, cœperunt prius muſſitando dicere; Nonne Pater hic noſter ſanctiſſimus, quem conſtat jam reddidiſſe mortuum vitæ, poſſet hunc quoque juvenem ſuſcitare, ſi noſtra fides in hujuſmodi poſtulatione minime vacillaret? Cum ergo peracta prece Pontifex abire cœpiſſet, omnium illorum corda quaſi unum protinus ſunt effecta; terræque proſtrati, lacrymoſiſque vocibus defuncti reſuſci-

A *eumdemque à circumſtantibus rogatus,*

ſuſcitationem poſcentes, ita concluſerunt illius iter, ut nullatenus poſſet ad Epiſcopium remeare. Triſtiſſimus itaque Pater effectus, utpote vitium elationis tamquam peſtem maximam fugiens; Cur, inquit, filii mei, tantum mihi ponderis imponitis, quantum fragilitas mentis meæ ſufferre non poteſt? An ignoratis hæc & hujuſcemodi miracula, non infimis & peccatoribus, quorum ego ſum ſocius, ſed viris apud Dominum ſummis & juſtiſſimis convenire? Cui populus è contra flebili voce ſuppliciter reſpondit: Qui puerum alienigenam clementer Domino largiente reſuſcitaſti, debes quoque, Pater honeſtiſſime, propter hujus infelicis reſurrectionem juvenis, cui tota ſicut aſpicis tua compatitur civitas, omnipotentiſſimæ ſupplicare Divinitati. Ad hæc Sanctus Dei ajebat; Non illud ſuæ fuiſſe virtutis, ſed potius maternæ devotionis, quam fides adjuvit validiſſima. Populo autem pariter reſpondente, quod fides unius apud Clementiſſimum valuit obtinere, omnium profecto noſtrûm fidelibus petitionibus miſericorditer concederetur; compulſus eſt almificus vir eorum annuere precibus. Præcepit itaque cunctæ multitudini, quæ aderat, tamdiu Kyrie eleyſon, devotiſſime dicere, donec ipſe ſurgeret ab oratione, quam dicebat illorum poſſe precibus adjuvari. Quid plura? Tamdiu ſitu jacuit humillimo, tamdiu lacrymoſis petitionibus inſtitit, tamdiu contemplationis penna ſublevatus æthereo propitiavit Imperatori; donec plebs, viſa illius qui mortuus fuerat ſubita oculorum apertione, non jam Kyrie eleyſon, ſed Deo gratias, Deo gratias, inclamaret. Lætiſſimus ergo protinus ad domum reverſus eſt viventium, qui cum plurimorum mœſtitia ducebatur ad tumulum defunctorum. Vellem prætera minores virtutes ejus, quæ nobis à quibuſdam veridicis relatæ ſunt, huic opuſculo aggregare; niſi magnopere faſtidio conſulens audientium, ea quæ jam dicta ſunt ſufficere crederem: maxime cum prudens lector, argumentum trahens à majoribus, non ambigat, eum parva facere potuiſſe, quem conſtat auctore Domino inſigniter patraſſe perquam grandia.

poſt longam tergiverſationem,

B *reſuſcitat:*

alia minora miracula facit.

CAPUT III.

Pius obitus. Miracula poſt mortem patrata.

C 13 AD ejus ergo glorificatum obitum ſtylum vertimus, quem nimirũ Deus omnipotens abſtractum terris, Arcadii & Honorii temporibus, ad cælorum gaudia revocavit. Plenus enim dierum, ſicut Scriptura teſtatur, in ſenectute bona, cum ſe cerneret, invaleſcente languore, morti jam proximum effici; mœſtiſſimum Clerum, & populum nihilominus lacrymoſum, taliter allocutus eſt: Nolite, dilectiſſimi filii, nolite, deprecor, immoderata vos afficere triſtitia: quandoquidem tempus eſt, ut viam patrum gradiens, ad bonum Dominum peracto feſtinem ſervitio. Quinimo gaudete, me patrem veſtrum ad ipſum præcedere; cujus, in quantum potero, miſericordiam pro veſtris exceſſibus obſecrabo: admonitiones tantum meæ parvitatis in unitate concordiæ ſatagite cuſtodire. His & talibus finitis alloquiis, eos Pontificaliter benedixit; ſublevatis manibus ad cælum, oravit; ac deinde ſemetipſum ſignans, ita lætus animam exhalavit, ut diceres ad patriam ridens animal ridendo redire. Corpus autem ejus ſacratiſſimũ, ipſo die quo defunctus eſt, octavo ſcilicet Kalendas Junii, reconditum eſt in arca marmorea, & poſitum in eccleſia Sancti Laurentii juxta altare. Quod cum fuiſſet aliquot annorum circulis elapſis, ob infeſtationem quarumdam gentium, tranſlatum in hanc *a* S. Reparatæ Baſilicam, tantam Deus ob ejus meritum oſtendit gratiam, ut quædam arbor, quam feretrum ejus cum adduceretur tetigerat, continuo floruiſſet. Nonne videtur, lector, hæc arbor & flores virtutum B. Zenobii demonſtraſſe, & Florentinam civitatem indicaſſe, præ multis aliis urbibus ob ejus Reliquias variis gratiis reflorere? Lætabiliter itaque gaudeat Florentinus populus, & exultet in Domino: quia divinitus accipere meruit hanc gemmam pretioſiſſimam, excellentem cunctis terræ opibus.

Gen. 25, 8 Æger ſuos ſolatur:

25 Maji obit & ſepelitur.

A. LAUR. EP. AMAL. EX MSS.

a *in tranſlatione corporis ſicca arbor reflorescit:*

14 Nec illud eſt oblivioſa prætermittendum ſegnitie, quod idem ſacratiſſimum cadaver, ad præfatam uſque portam ſeptemtrionalem delatum, tamdiu ſe non permiſit ullatenus ab eodem loco moveri, quamdiu Pontifex, qui tunc temporis huic præerat urbi, Deo polliceretur, non minus duodenario Clericorum numero ad ejuſdem Sancti perpes obſequium deputare. Video fragilitatem mentis humanæ, quæ gaudere ſolet breviloquio, tot auditis miraculis poſſe laſſeſcere: ſed mihi curandum eſt, ne dum quaſi providus humanam offenſam refugio, divinam male ſanus incurram. Unde diſpoſui per quoddam quaſi meditullium Chriſto duce deambulare, quatenus minora fileam; & majora, quæ poſt obitum ſuum patravit, ſtudeam non ſegniter enarrare.

ipſum immetum manet,

dum Clerus ejus obſequio deputetur.

E

15 Quidam *b* puer Italicus, aliquando magnarum febrium ardore peruſtus, in tantam ſitis anxietatem devenerat, ut quadam nocte quaterdecies aquam biberet. Sed quia nimis accenſæ febris eam conſtat eſſe naturam, ut quo amplius biberit is qui ab ea decoquitur, eo magis ſitiat; idem puer anxius, genitricem ſuam graviter dormientem quinquies & ſexies, non ſine clamoris magnitudine, vocitavit. Cumque mulier laſſabunda fuiſſet excitata, ſuoque dixiſſet filiolo; Quid vis? Cur tantum vociferaris? Ille, quaſi necdum bibiſſet, aquam infeliciter poſtulavit. Denique nimio jam tædio mater illius obſeſſa, reſpondit dicens: Dabo tibi diabolum qui te præfocet. Numquid non ſufficit ingluviei tuæ quater decies jam bibiſſe, meque nimis infelicem non fiviſſe ſaltem paululum requieſcere? Igitur adhuc eodem inebriata furore, aquam illi porrexit, dicens: Bibe diabolum, quite facit potum toties poſtulare. Nulla itaque in medio mora, continuo ſpiritus malignus introivit in puerum, eumque cœpit acerrime agitare. Quod ut aſpexit eatenus procax mulier, in terram proſtrata, luctu cœpit amariſſimo lamentari; ſeque cauſam fuiſſe calamitatis, quæ puero contigit, veraciter atteſtari. Propoſuit igitur ejus genitor variorum ei medicaminum auxilia diligenter adhibere: quæ dum illi nec minimam quidem portiunculam incolumitatis erogarent, in ſummo diſcrimine poſitus, quid deberet amplius facere, non ſolum viros, ſed etiam feminas conſulebat. Unde contigit quamdam religioſam mulierem ſaluberrimum ei conſilium præbere, dicendo: Ad Patris Zenobii ſacratiſſimum tumulum ſi proprium deduxeris filium, ad effectum procul dubio tui poteris deſiderii pervenire. Dum enim cauſa orationis nuper illo perveniſſem, vidi quamdam Florentinam ſic ab eo mirabiliter exauditam, ut ab oratione domum rediens, non ſolum filium ſuum, pro quo Sanctum poſtulaverat, ſanitati redditum inveniret; ſed etiam monile quoddam, ſibi furto ablatum, in domo propria reperiret. Talibus ille compertis, urbem Florentinam una cum nato proprio feſtinanter adiit; ac religioſos Clericos, qui famaliarius ſæpe dicti Patris eccleſiæ ſerviebant, enixius obſecravit, ut miſerrimum puerum, qui ſponte nolebat ingredi, violenter uſque ad altare S. Zenobii deducere dignaren-

b *febricitans puer ob ſæpius petitum potum*

imprecante matre à dæmone obſeſſus;

F

à patre, auditis miraculis moto,

A. LAUR. EP. AMAL. EX MSS. *defertur ad tumulum Sancti & liberatur :*

tur. Verum ſpiritus nequam in eo degens, cum formidaret ad Sanctum pertrahi, tantum ante fores repugnavit, tantum obſtitit, tantum reluctatus eſt, ut decennis puer vix poſſet à quodam validiſſimo viro uſque ad tribunal deduci. Ubi dum pro eo in terra jacente fuſa cum lacrymis eſſet oratio; ſubito venter illius ultra humanam normam intumeſcere viſus eſt: ac deinde reverſus ad ſtatum priſtinum, tantum putoris effudit, ut palam daretur intelligi, ſpiritum ab eo putentem meritis S. Zenobii fuiſſe effugatum. Saniſſimus ergo ſurrexit puer à pavimento: & qui tribus jam elapſis diebus nihil cibi acceperat, manducare continuo poſtulavit, atque ad ſuam patriam cum patre lætiſſimo remeavit.

16 Nec illud prætereundum videtur inſigne miraculum, quod noſtris quoque diebus ac noſtris oculis fuiſſe conſtat exhibitum. Clericus enim quidam, multis aliis devotius eidem famulatum præbens Eccleſiæ, dum eſſet in ultimo ſui languore ſervuli contriſtatus, acceſſit ad altare B. Zenobii, deprecans intimis ſui cordis gemitibus, ut ejuſdem Patris interventionibus illi ſanitas perveniret. Sed quia bonum mentis humanæ deſiderium, ſicut ante nos multo ſanctius & eloquentius dictum eſt, *c* ſolet dilationibus augmentari, atque augmentata optata percipere; non eſt tum idem Clericus protinus exauditus. Verum quia non ſolum ſecularibus, ſed etiam divinis litteris erat non mediocriter imbutus, ac per hoc ſciens Euangelice dictum eſſe; Pulſate, & aperietur vobis; non deſtitit per dies undecim precibus aurem pulſare Tonantis; auxilium videlicet tanti Pontificis poſtulando, quem credebat eſſe Divinitatis auditui proximum. In quibus nimirum diebus undecim, oratum quidem pro eodem ſuo famulo pergebat Zenobii Patris ad aram; ſed medicamen exterius, utpote medicinali peritus ante, competenter illi adhibere nullatenus omittebat. Cum vero cerneret eum, tot elapſis diebus, habilem quidem curationes admittere, ſed languorem nullatenus amittere; ſtatuit in corde ſuo medicinalia tunc temporis ſtudia poſtponere, & tantummodo laudabiliſſimi Præſulis auxilium præſtolari. Cum ecce die duodecimo Sanctus, ei per viſionem apparens, ait: Diebus his præteritis idcirco puero tuo nequaquam ſanitatis donum tribuere volui, ne videretur potius terrena quam cæleſti curatione ſalvatus. Nunc autem quia, ſicut Pſalmographus intonat Vates, ſtabiliter in vere Domino cogitatum tuum jactaſti, ſcias te nuncupativi Domini vocabulum non amittere: ſanabitur enim citocitius idem tuus ſervus, quem tibi pretioſiſſimum arbitraris. Evigilans igitur ſæpe fatus Clericus, quid ſibi per ſomnium dictum fuerit multis hominibus fideliter nuntiavit, ac deinde famuli ſui mirabillimam incolumitatem videre promeruit.

languor ſervi orante hero

B

c

Luc. 11, 9

poſt inter miſſa alia medicamenta curatur.

Pſ. 54, 23

C

17 Libet interea mentis intuitum, ad videndam Sancti hujus gloriam, diligenter ſuſtollere, qualiter terreno pretio cæleſtia emeruit contemplari. Ecce enim qui carneis obluctando illecebris, omnipotenti Domino famulans, tranſitoriam mundi gloriam declinavit; non tantum ſidereum feliciter poſſidet manſionem, ſed etiam in terris exhibendo tam jucunda miracula, nimis magno fruitur & perfruetur honore. Beata plane poſſeſſio, quam non aufert hoſtilis iniquitas, ſed inconcuſſam detinet immenſa felicitas: cujus beatitudinem nulla diminutio mutilat, quia nunquam illi ruinoſus caſus appropiat: cui ſemper arridet optata proſperitas, quia nunquam horribilis ei dominatur adverſitas. Multa quidem ſunt & alia, quibus hic honorabiliſſimus Pater poſſet merito prædicari; ſed mihi Laurentio, Melphitanæ Sedis immerito Archiepiſcopo, qui hic exulans ejus ſenſi præſidium, magis libuit hęc pauca deſcribere, quam plurima non ſine macrologiæ vitio faſtidioſius excipienda narrare. Celebratur autem feſtivitas ejus octavo Kalendas Junii, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui vivit & regnat cum Patre, in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Laudatur gloria collata S. Zenobio

D

& Auctor vitæ ſe prodit.

ANNOTATA.

a Eccleſiam S. Salvatoris *nominant illi omnes Auctores, utique ex antiquiori Vita: hic vero Auctor uſus eſt titulo* S. Reparatæ, *quo ſcilicet poſtea appellata eſt eccleſia eadem, & qui ſolus in uſu ac notitia hominum erat cum ipſe ſcriberet.*

b *Hoc miraculum in Vita priore & apud S. Antoninum aſſeritur vivo adhuc S. Zenobio patratum, à quo tam mater quam filius fuiſſent baptizati: nec miranda hæc diverſitas: cum hic ex ſolo auditu referat, qua ex veteri ſcripto alius, ideoque gravior teſtis.*

c *Videtur alludere ad illud Gregorii Papæ Hom. 25 in Euang. de Magdalena ad ſepulcrum Domini:* Actumque eſt ut deſideria dilata creſcerent, & creſcentia caperent quod inveniſſent.

II ET III TRANSLATIO

Ex Io. Villano & Io. Aretino coævis.

1 ANno MCCCXXX, medio menſe Januario, Archiepiſcopus Piſanus, *Simon Salterellus, nobilis* Florentinus; & Epiſcopus Florentinus, *Franciſcus de Silveſtris Cingulanus*, item Epiſcopi, Fæſulanus, *Tedices de Aliottis*; ac Spoletinus, *Bartholomæus Barani*, ambo Florentini; cum Canonicis Florentinis, multiſque Clericis ac Prælatis, fecerunt diſcooperiri altare S. Zenobii in cryptis S. Reparatæ, ut illius beatum corpus invenirent: quod prius quam ipſis ſuccederet, ad decem ulnas terra in profundum excavanda fuit. Inventum eſt autem intra capſam, marmoreæ arcæ incluſam. Exinde autem ſuſtulerunt pauxillum de cranio capitis, atque nobiliter collocari mandarunt intra caput argenteum, ad ipſius Sancti vultus ſimilitudinem effigiatum, ut poſſet annuatim cum magna devotione ac ſolennitate monſtrari populo, in die ejus feſto: reliquum vero corpus devotiſſime repoſuerunt in locum ſuum, cum hymnis & cantibus, ædis Cathedralis campanis omnibus per decem continuos dies noctesque fere jugiter ſonantibus; Epiſcopis autem, Indulgentiam peccatorum largiendo, invitantibus populum ad ſacras Reliquias viſitandas. Cujus Tranſlationis & Indulgentiæ cauſa, Florentini fere omnes, viri ac mulieres, parvi & magni, ſingulari cum religione nec ſine muneribus, ad tale exercitium devote confluxerunt. *Ita Ioannes Villanus, Chronica ſua Florentina in anno* MCCCXXXIII *definentis lib.* 10 *& ult. cap.* 172, *expreſſe notans ſolum acceptum fuiſſe* aliquanto del teſchio del capo, *ut originarii ejus verbis utar.*

Anno 1330 refoſſo corpore,

F

transfertur in caput argenteum particula cranii.

2 *Ludovicus Strozzius Archidiaconus Florentinus, in Præfatione ad Vitam S. Zenobii, à Clemente Maſſa editam ipſoque curante recuſam, argumentum iſtud ſic proſequitur:* Indictione II Menſe Martio, anno MCCCCVIII, decretum communi conſilio fuit, ut corpori S. Zenobii excitaretur honorificum ſepulcrum, ipſo interim alibi decenter locato. Poſt varios autem ſuper ea re tractatus, tandem anno MCCCCXVIII, cum nova S. Mariæ Floridæ Cathedralis majori ex parte perfecta jam eſſet, ad prioris illius decreti executionem, novum in hæc verba conceptum eſt: Capella quæ directe obverſa eſt portæ, eccleſiam S. Joannis

An. 1408 conditur novi ſacelli fabricandi decretum.

S. Joannis reſpicienti, intituletur nomine S. Zenobii: in eaque fiat altare concavum, ſub quo reponatur corpus atque oſſa intra arcam æneam vel marmoream, ſupra quam ex eadem materia ponatur ſtatua Sancti, tres cum dimidia ulnas alta: circumcirca vero ponatur opus craticulare, quod aſpectum non impediat & contactum prohibeat: in Tranſlatione denique ipſius ſancti corporis, fiat ſolenniſſima Proceſſio, idque eadem die qua alias facta Tranſlatio fuit, ſcilicet XXVI Januarii.

A *& innovatur anno 1428,*

3 Poſtmodum mutato conſilio placuit, ſecundum deliberationem anno MCCCCXXXVIII ſcriptam, ut arca in qua eſt corpus S. Zenobii poneretur ſub crypta prædictæ capellæ, ea in fronte quæ chorum reſpicit, & fiat fornix quam poteſt planiſſimus, ut tanto plus ſpatii ſub eo ſervetur: in eademque crypta fiat feneſtra, ſub altari ſuperiori, ad eamdem fere cum altari longitudinem, altitudinem vero ſeſquiulnæ circiter; idque duabus de cauſis, primum ut crypta habeat tranſpirationem, deinde ut per eam videri poſſint luminaria, poſita ex devotione circum arcam corporis S. Zenobii. Altare ſuperius ſit marmoreum, poſitum ſupra quatuor columnas: ſupraque illud ponatur capſa ænea, deſignata à Laurentio Bartoluccii. Et poſt alia plura circa diſpoſitionem altaris ordinatur, ut facies ejus anterior non ſit hiſtoriata, ſed litteris inſcripta; habeatque oſtiolum, per quod immitti & extrahi poſſit caput S. Zenobii. Unde intelligitur, capſam illam æneam numquam fuiſſe fabricatam pro Corpore ſancto, ſed ſolum pro Capite recipiendo. Idem etiam evidentius conſtat ex Decreto anni MCCCCXL, quod ſic habet: In arca ænea, ordinata pro cranio & capite S. Zenobii, ſcribantur intra coronale ſertum hæ litteræ, *CAPVT BEATI ZENOBII FLORENTINI EPISCOPI, IN CVIVS HONOREM HÆC ARCA INSIGNI ORNATV FABRICATA FVIT:* itáque etiam hodie ibi ſculptum legitur. Fuerat prædicta arca commiſſa anno MCCCCXXXII Laurentio Bartholi de Ghibertis, velut talium operum peritiſſimo artifici, ea conditione ut intra menſes XLII abſolutam daret: cumque conditionem non impleviſſet, ablata ab eo: ſed deficiente qui cœptum laborem proſequeretur, eidem reddita fuit XVIII Aprilis, anno MCCCCXXXIX, cum obligatione finiendi opus intra menſes X, quod & fecit. Equidem dicere nequeo quantum præciſe pro illo pulcherrimo vaſe ſolutum fuerit; æs ipſum à lanificibus emptum fuiſſe ſcio, ex illo quod ipſis ſuperabundabat pro ſtatua S. Stephani, quam fabricaverat Orſanus-Michael. Scio etiam quod in Bibliotheca Strozziana inveniatur memoriale quoddam, quo indicatur arca illa ſtetiſſe florenis MCCCXIV: ſed non diſtinguitur utrum pro ſola arte tantum ſolutum ſit, an vero pro arte & materia ſimul. Denique bonus quidam Sacerdos, Eccleſiæ noſtræ Capellanus, Victorius de Anciſa, fundator puellarum quas Stabilitas nominant in via Scalæ; prædictam arcam inaurandam, pro ſua erga Sanctum devotione, curavit anno MDXC, ſucceſſu tam parum felici, ut de innovanda inauratione denuo cogitare oporteat.

atque 1438 præſcribiturq; forma altaris,

pretioſa valde

C

& an. 1590 inauratæ.

4 *His ita diſpoſitis, tandem beatum corpus, ex loco in quo fuerat anno* MCCCCXXX *depoſitum, tranſlatum ſub tus nouam Capellam fuit anno poſt nono; quemadmodum in Vita apud Surium narrat oculatus teſtis Ioannes Tortelli Aretinus, his verbis.* Anno ab Incarnatione Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo tertio, quando Eugenius Pontifex Maximus, Roma Florentiam venit, & Americus Archiepiſcopus moritur, vacavitque Archiepiſcopatus circiter duos annos. Nam ſummus Pontifex Eugenius, cum apud Florentiam degeret, voluit eo tempore hujuſcemodi Eccleſiam regere, quam in plurimis reformavit. Et inter cetera, ſtatuit pueros clericos triginta tres, qui in Miſſarum ſolenniis & Veſperis eccleſiæ quotidie deſervirent, præeſſetque illis magiſter Presbyter & vir delectus, qui Grammatica eos atque Muſica inſtitueret; & pro magiſtro centum aureos quotannis, & puerorum ſingulo novem dari ex reditibus quibuſdam publicis ordinavit. Demum ad Archiepiſcopatum promovit Joannem Vitelleſcum de Corneto, qui & titulum etiam Alexandrini Patriarchatus obtinebat, nec multo poſt in Romanæ Eccleſiæ Cardinalem aſſumpſit. Hujus tempore Præſulatus ab Domini incarnatione milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſexto, menſe Martii, die Annuntiationis B. Mariæ Virginis, præfatus Eugenius ſanctiſſimus Pontifex, baſilicam novam magna celebritate conſecravit: & ſequenti anno, menſe Octobri, idem Eugenius Ludovicum Patavinum cubicularium ſuum ad Archiepiſcopatum promovit. Cujus tempore corpus B. Zenobii, ex loco, ob diverſam novæ eccleſiæ diſpoſitionem ignobiliori, ad digniorem aptioremque magno apparatu tranſlatum fuit. Nam cum forma & diſpoſitio magnificentiſſimi templi ad complementum redacta fuiſſet, & Eugenius Pontifex Concilium pro Græcorum unione celebraret; conveniſſetque Joannes Palæologus Græcorum Imperator, Demetrius Deſpotus ejus frater, Joſeph Patriarcha Conſtantinopolitanus, magna Archiepiſcoporum Græcorum & Latinorum atque Epiſcoporum multitudo; viſum fuit Joanni Spinello, Cathedralis eccleſiæ Præpoſito, viro clariſſimo, Canoniciſque & Civibus, eo potiſſimum tempore Tranſlationem corporis beatiſſimi Zenobii celebrare, & convenienti illud ac præparato loco diſponere.

Anno 1433

Sub Eugenio Papa IV

EX CORVIS.

nova baſilica conſecratur:

in quam durante Concilio

E

5 Statuto igitur die VI Kalendas Majas, ab Domini incarnatione anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono, convenerunt in majori baſilica Cardinales omnes, qui Curiam Eugenii ſequentes, ad Concilium venerant: & ornatiſſime in medio eccleſiæ choro, variis tapetis & aulæis præparato, dexteram verſus altare partem Cardinales inſederunt. Poſt quos Patriarcha Hieroſolymitanus, & Patriarcha Gradenſis, aliaque ingens Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, Græcorumque & Latinorum multitudo, pulcherrimo ordine diſpoſita, ſtabat. Ad ſiniſtram vero ſedebat primus Demetrius Deſpotus: poſt quem Legati diverſorum Principum & Comitum, Protonotarii Latinæ Eccleſiæ, Nobilium Græcorum ac Latinorum multitudo non parva. Tunc Ludovicus Archiepiſcopus, in veſte Pontificia & mitra redimitus, cum ſex aliis delectis Epiſcopis & Canonicis populoque innumerabili, ad antiquam procedens catatumbam, marmoream capſulam, in qua oſſa erant beatiſſimi Zenobii, aſſumunt; & ſuos humeros ſex illi Pontifices ſubjicientes, conſequente Ludovico Archiepiſcopo, cum totius populi jubilo, organiſque ac tibiis atque diverſis muſicorum generibus, Dei laudem per totam eccleſiam reſonantibus, magna cum omnium devotione & reverentia, ornatiſſimo altari ſuperimpoſuerunt. Et interim dum Miſſarum ſolennia celebrarentur, digniſſimi omnes Florentinæ urbis cives, accenſos cereos in manibus geſtantes, incedenteſque conſpicuo atque ampliſſimo ordine, magna devotione venerari beatiſſimum Corpus adveniunt; atque omnium primi hi fuerunt, qui ex eadem progenie cum Zenobio in hac Florentina civitate perdurant, viri ut plurimum clariſſimi ac nobiliſſimi, de Hieronymis hodierno tempore vocitati. Poſt hos civitatis Primores, ampliſſimo (ut ſolent) apparatu conveniunt, quos ceteri magiſtratus, nec non alii plerique cives

an. 1439, 27 Aprilis

F

magna cum pompa inferuntur corpora

Ex coævis. *SS. Zenobii & Podii Episcopp.*

cives præstantissimi subsequebantur. Demum peractis sacris, assumunt capsulam iidem illi, qui prius, Pontifices sacri: & sequentibus Archiepiscopo cum Canonicis ac innumerabili populo, in nova catacumba, apud primam ejus ecclesiæ capellam, ut hodierno tempore nominantur, suo nomine consecratam, magno cum honore locaverunt. Quo videlicet in loco, post paucos admodum dies, marmoream capsam cum Reliquiis integris B. Podii Episcopi Florentini, soli Canonici cum Præposito & Presbyteris aliquibus, pauciscque civibus, & me præsente, transtulerunt.

EADEM III TRANSLATIO

Ex Italico Clementis Mazzæ, æque oculati testis.

PROLOGUS.

Profitetur certa esse quæ scribet.

6 IN rebus antehac à me scriptis, dulcissime Philippe, si error aliquis fortassis irrepsit, accidere id potuit vel scripturarum vitio, vel idiomatis veteris quod secutus fui insicitia, vel etiam ex imbecillitate ingenii mei. Verum earum rerum, quas oculis meis, licet puerilibus, vidi, tam firmam habeo impressam memoriam, ut nullo modo possim de iis dubitare. Quæ igitur in tertio hoc meo tractatulo leges de nostro S. Zenobio, certa obsecro ac grata habeas, æque ac si ea propriis oculis vidisses; tam propter honorem ipsius Sancti, cujus gesta & miracula tanta fuerunt, ut mereantur non suppleri falsis additamentis; quam propter reverentiam mei & caritatem, qua feror erga te, dignus ne existimer superflua dicere.

B

Divisio capitum.

Quot hic deinceps vides numeros, tot notantur in originali Italicorum Capitum tituli, hos autem consequenter exhibeo,

I *Quomodo decreta fuerit secunda Translatio corporis S. Zenobii.*

II *Modus & ordo in ipsa servatus.*

III *De maxima prudentia Ioannis Spinelli, aliorumque eam actionem dirigentium.*

IV *De secreta ratione observata in requirendo sancto corpore.*

V *Quomodo ipsum inventum sit, deque maximo miraculo foliorum ulmi, tanto tempore conservatorum.*

C

VI *Hic narratur modus facta Translationis.*

VII *De ordine oblationis sub ea facta S. Zenobio.*

VIII *Quomodo corpus delatum sit in capellam, quæ hodie nominatur S. Zenobii.*

XI *De Translatione corporis S. Podii Episcopi Florentini.*

X *De multis qui voluerunt sequi S. Zenobium in nomine, atque etiam quatenus potuerunt in opere.*

Nova fabricæ moliti ab anno 1298;

7 *Sub his titulis deducta Capita prius quam Latine reddam, juvat ex Ioanne Aretino dare, que ille habet de structura novæ Cathedralis: quoniam in hac celebrata Translatio est, & ab ejus absolutione narrationem suam exordi*tur Clemens. *Dicit autem Ioannes, quod sub* Francisco de Bagnoria, *ab Archipresbyteratu Florentino ad Episcopatum assumpto,* Præsulatus ejus anno secundo, videlicet ab Dominica Incarnatione MCCLXXXXVIII, jacta sunt fundamenta novæ Cathedralis ecclesiæ juxta ecclesiam S. Salvatoris *(ita scilicet olim dictam, cum primum in ea sepeliretur S. Zenobius, sed postea restauratam sub nomine S. Ioannis Baptistæ & S. Reparatæ)* ut non solum intra se eam contineret, sed & initia templi admirandi de se ostentaret: quo nec minus, *inquit*, secutum est. Nam elevatis per tempora firmissimis muris, ubi ad revolutionem principalis rotundæque testudinis deventum est, non videbatur humano artificio posse compleri. Et cum multa in vanum excogitata fuissent remedia, solus Philippus quidam Brunelleschus, civis Florentinus, id suo ingenio & architectoria arte potuit perficere. Nam imitatus antiquos, sine aliqua lignorum sive alterius materiæ structura, ingeniosissimis artificiis, quibus ingentes lapidum moles commode elevabat, ædificium perfecte ad complementum deduxit. *Fuerat autem* præfatus Brunelleschus fabricæ majoris ecclesiæ architector præfectus *(ut postea idem Ioannes prosequitur)* in Episcopatu Aymerici Corsini, cujus *etiam* tempore Martinus Papa V, *à Constantiensi Concilio Florentiam veniens honorificeque susceptus,* Episcopalem Florentinam Sedem Archiepiscopalem esse statuit, designavitque ei Suffraganeos, Fæsulanum & & Pistoriensem Episcopos; & Brunelleschus amplam illam testudinem pulcherrimo prosecutus est artificio, & ad complementum clausura firmissima perduxit, anno ab incarnatione Domini MCCCCXXXIII. *Transferendi vero sacri corporis causa fuit, quod licet nova hæc fabrica totius veteris ecclesiæ spatium complecteretur; locus tamen in quo illud jacebat,* ob diversam *nunc* dispositionem, ignobilior *esset*, digniorque & aptior *convenire videretur, in ipso novæ fabricæ umbilico, qualem antea occupaverat in veteri ecclesia.*

D

usq; ad annum 1433.

E

HISTORIA.

8 ANno MCCCCXXXVII, in locum Ludovici de Vitelleschis, successit Archiepiscopus D. Ludovicus *a* de Padua: cujus tempore Joannes Spinellinus, Præpositus Florentinus, homo dignissimus & totius Florentinæ Ecclesiæ in eum qui nunc cernitur & observatur modum reformator, videns perductam ad finem novæ Cathedralis fabricam, id est clausam cupulam usque ad initium laternæ (quæ laterna hodie spectatur cum admiratione omnium; & ego, tamquam junior omnium Sacerdotum primum lapidem in fundamento posui, ex commissione D. Fr. Antonii *b* tunc Archiepiscopi Florentini: qui etiam dignatus est cum toto Capitulo scandere ipsius novi templi pinnaculum, ad impertiendam suam benedictionem inchoando operi ipsius laternæ) Præpositus, inquam, prælaudatus cœpit cogitare & tractare de secunda Translatione corporis S. Zenobii, ex loco antiquo ad novum situm, secundum dispositionem novæ ecclesiæ, ubi nunc esse cernitur. Ad cujus executionem propositi non solum consuluit prædictum Dominum Archiepiscopum, sed etiam Canonicos suos, & ecclesiæ ipsius venerabiles Sacerdotes ætate provectiores, nec non cives spectabiliores magisque grandævos: omnesque in eam venerunt sententiam, quod res peragenda esset die XXVI *c* Aprilis anni MCCCCXXXIX.

a *Post novæ fabricæ absolutionem,*

b

F

c *decernitur translatio faciendæ 26 Apr. 1439.*

9 Aderant eo tempore in nostra civitate Pontifex Maximus Eugenius IV, cum dignissimo Collegio Cardinalium, Episcopisque & Archiepiscopis Latinis magno numero. Ex auctoritate etiam ipsius Pontificis ad Concilium vocata erat Ecclesia Orientalis, pro constituenda unione cum sancta Romana Ecclesia: cui mandato obtemperantes Joannes Palæologus Imperator Græcorum, & frater ejus Demetrius Despotus, & Joseph Patriarcha Constantinopolitanus, multique Episcopi & Archiepiscopi Græci, suam exhibuerunt præsentiam. Omnes autem, tam Græci quam Latini, atque ex aliis nationibus etiam plures, qui tunc reperiebantur in Curia Pontificis maximi, simul cum illo, die jam dicto, convenerunt in novam Basilicam Florentinam, atque ordinatissime consederunt in medio choro, qui eum in finem ornatus erat tapetiis & pannis pretiosissimis, laneis sericisque,

coram Patribus Concilii Florentini,

A ri ciſque, argento & auro intextis: ita ut à parte dextera ſederet tota Eccleſia Latina, ad ſiniſtram tota Eccleſia Græca: in alio autem gradu erant Patriarcha d Gradenſis & Demetrius Deſpotus: poſt quos ſedebant Legati variorum Principum, Dominiorum & Communitatum, Latinique Protonotarii, & magna multitudo Nobilium, pulcherrima & pene divina ratione digeſtorum.

d

10 Fluxerant jam plures quam mille anni à prima Tranſlatione, quando ſacrum corpus reconditum fuerat & ſepultum, in loco amplo ac ſubterraneo, templi umbilicum complexo, ad pedem ſuggeſti ex quo hodie prædicatur; qui locus totum fere illud ſpatium occupabat, quod nunc ſedilia virorum atq; mulierum, ad conciones congregatorum; quodq; in præſentiarum ſervit digniſſimæ ſepulturæ Pontificum & Sacerdotum ipſius eccleſiæ. Interea vero temporis frequentes acciderant inundationes aquarum, fundum civitatis, etiam qua altior eſt, obtegentium, nedum ad humiliora & ſubterranea penetrantium. Verebantur ergo Joannes Spinellinus aliique circumſpectiores Sacerdotes eccleſiæ, ne tali ex

ſed prius explorandum ſit atum ſancti corporis.

B cauſa conſumptum corpus ſanctum, aut prorſus ex humiditate fracidum inveniretur, eoque caſu populus graviſſimum pateretur ſcandalum. Itaque re in deliberationem maturam adducta, decretum fuerat, ut ipſa quæ diem Tranſlationi conſtitutum præceſſura erat nocte, quam ſecretiſſime exploraretur veritas, atque de re tota qualis inventa fuiſſet referretur ad Pontificem, cujus deinde præcepto & conſilio ſtare conſtituerant. Tunc præfatus Spinellinus, cum pauciſſimis Sacerdotibus, & aliquot magiſtri latomi, ex eorum numero qui ab e Operariis eccleſiæ conducti intendebant erectioni murorum eccleſiæ, magnæ prudentiæ & diſcretionis viri, armati neceſſariis ad eam rem inſtrumentis, nec non Ceroferarii & Sacerdotes quidam tædis inſtructi, convenerunt in cryptam: & quamvis omnium eſſet opinio, corpus S. Zenobii jacere ſub altari, aut ſaltem intra f cryptam; tamen quia in ipſo cryptæ centro conſpiciebatur lapis ſignatus littera S, quaſi ſuppoſita pro voce Sanctus; ideo juſſerunt Sacerdotes, ut prædicti magiſtri, quam poſſent reverentiſſime, tollerent lapidem.

e

quod noctu aggreſſus Præpoſitus cum paucis,

f

11 Hoc facto, licet nihil manifeſtæ rei ſubtus appareret præter ipſam humum, judicarunt tamen omnino ibi fuiſſe ſepulturam alicujus Sancti Epiſcopi, ex ſucceſſoribus S. Zenobii in eadem crypta ſepultis,

C g puta Andreæ, Mauritii, aut g S. Podii: ſed quod propter prædictam cauſam ejuſmodi corpora fuerint prorſus conſumpta: ideoque deſtiterunt ultra quærere in loco prædicto. Tranſeuntes ergo ad altare marmoreum, ſub quo credebatur eſſe ſacrum corpus; poſt aliquas orationes à Sacerdotibus devote recitatas, acceſſerunt cum ſuis inſtrumentis magiſtri, multumque devote diſſolverunt juncturas & compages marmorum, donec poſſet manifeſte videri interior cavitas ipſius altaris. Intra hanc vero cum conſpexiſſent arculam marmoream; magna cum alacritate proſecuti demolitionem altaris, dictam arculam, reſerarunt, inveneruntq; interius compoſita oſſa, quæ quin S. Zenobii eſſent nullatenus dubitabant. O miraculum grande! ô vim ſanctitatis! ô potentiam divinam, cui contradici nequit! Animum huc adverte, lector, & conſidera ultimum maximumque miraculum Sancti. Intra arculam prædictam inventa ſunt oſſa, deſuper conſperſa frondibus ac floribus illius ulmi, quæ in prima corporis tranſlatione menſe Januario floruerat in inſtanti: qui flores & frondes gratulabunde ac feſtive decerpti, poſtea ſic poſiti fuerant in dicta arcula; & annis mille ac decem h (ſi recte computum ineas, lector)

reperit arculam ſub altari,

intraq; eam oſſa inſperſa foliis,

h

conſervati ſunt in arcula illa imputres, illęſæ, incorruptæ, abſq; ulla macula vel defectu; cum tamen nihil levius folio ſit, nihil ex natura ſua corruptibilius. Ex illis autem tulerunt nocte illa Sacerdotes varii devotionis ergo, præſertim D. Joannes Spinellinus, & Presbyter Agnulus de Sena, atque Presbyter Julianus de Empolis. Deinde diſcedentes reliquerunt in loco circa ſanctũ corpus, multum luminis uſque mane; & ſe ad quietem capiendam compoſuerunt, uſque in horam qua erat facienda tranſlatio.

EX MSS. *poſt annos* 1010 *adhuc recentibus.*

12 Regrediens autem ad tranſlationem ipſam, dico, quod facto die, cum omnia ſic eſſent ordinata, ſicut ſupra dictum eſt, Ludovicus Archiepiſcopus indutus Pontificaliter, cum ſex aliis ad id delectis Epiſcopis, & Canonicis aliiſque Sacerdotibus, infinita propemodum populi multitudine ad ſpectaculum congregata, deſcendit in prædictam cryptam & ſanctiſſimum cœmeterium: ubi poſt multa ſolennia cantica & orationes, prędicti ſex Epiſcopi humeros ſuppoſuerunt ſacræ arculæ. Quam cum in apertum eduxiſſent, fremebat aër templo incluſus confuſo ſono, tum populi clamantis magna voce, Ora pro nobis S. Zenobi; tum melodiæ reſonantium, foris campanarum, intus muſicorum inſtrumentorum omnis generis: talique in triumpho delatum fuit venerabile pignus ſuper altare majus, eum in finem ſolenniter apparatum: ubi etiam decantata eſt Miſſa ſolennis. Dum autem cantaretur Miſſa prædicta, omnes qui aliquem magiſtratum vel aliàs publicum munus gerebant in civitate, proceſſerunt ad reverentiam ſancto corpori exhibendam, pompa perquam magnifica nec minori devotione; cum omnes fere præ animi exultantis teneritudine lacrymarentur, & ſua quique dona liberaliſſime obtulerunt.

Eâdem arculâ ab Epiſcopis reverentur elatâ,

E

& in ſummo altari poſitâ,

13 Primi ad oblationem in hac ſolennitate tranſlationis S. Zenobii acceſſerunt omnes, qui eo tempore vivebant, ex progenie & ſtirpe S. Zenobii. Vocantur hi hodie Hieronymi, homines ſemper clariſſimi & nobiles, quamvis eo tempore alio vocabulo fuerint i cognominati, quia erant gentiles, ſectatores tamen virtutum moralium. Poſtea ſequebatur officium Magnificæ Dominationis, quæ licet triumphaliter inſtructa, tamen illa die præcedentiam detulit Hieronymorum familiæ; ut quæ totam noſtram civitatem fide imbuit Chriſtiana, eamque illuminavit per hunc ſuum tam glorioſum Sanctum, ac deinde per alios multos, qui poſtea ex eadem familia deſcenderunt. Dominationem ſecuti ſunt alii officiales ac magiſtratus civitatis, ſecundum conſuetum ordinem, ac denio; grandis multitudo populi. Abſoluta Miſſa & oblationibus, Pontifex cum Cardinalibus & Prælatis ceteriſque Proceribus ſupra nominatis, tam eccleſiaſticis quam ſecularibus, tam Latinis quam Græcis, devote acceſſerunt ad oſculum arculæ, in qua requieſcebat corpus S. Zenobii, & huic ſe commendabant. Deinde de altari majori ſublata eſt arca à ſex illis delectis Epiſcopis; neque minori cum jubilo, laudibus, canticis, quam allata fuerat, deportata eſt ad fundamentum illius capellæ, quæ medium locum occupat inter capellas quinque, ſitas in tribuna principali eccleſiæ, quæ capella hodie appellatur S. Zenobii; ubi ſunt duo pulchra altaria ex puriſſimo marmore, unum ſuperius, & alterum inferius. Incluſa eſt autem arca ſub altari inferiori, ante quod, æque ac ante ſuperius altare, ardent perpetuo luminaria multa, in honorem ipſius Sancti & benedictæ illius animæ, quæ ſtat parata in conſpectu Dei ad intercedendum pro nobis, & pro ſtatu ac conſervatione noſtræ civitatis. k

ad oblationem prior accedit familia Hieronymæ,

i

F

deinde arcula collocatur,

ſub arc ſibi propria.

k

ANNOTATA.

a Ludovicus, *cognomento quidem aſcititio* Scarampius *ſeu* Mediolanta *appellatus, ſed hic ſolo patriæ nomine notatus, quia* obſcuris ortus parentibus: *nec eo ævo moris erat aliis quam Nobilibus cognomina habere familiarum. Hic Legatus Pontificius Pisinum, celeberrimum pro Mediolanenſibus belli ducem, fuderat; eoque & Cardinalatum, & hunc Epiſcopatum commeritus, anno* 1440 *loco ceſſit, factus Gradenſis Patriarcha.*

b *Eſt hic* S. Antoninus, *Archiepiſcopus factus anno* 1446, *defunctus* 1459: *qui igitur pro anno* 1439 *pueriles oculos ſuos appellat in Prologo; eratque annorum ſaltem* 12 *(aliter enim non potuiſſet tam diſtincte omnium meminiſſe) junior autem omnium Sacerdotum, cum primus lapis Laternæ poneretur, adeoque annorum* 24; *videtur huic miniſterio admoviſſe manum circa annum* 1452; *& annorum* 47 *fuiſſe, cum hæc ſcriberet anno* 1475.

c *Anno* 1439 *littera Domin.* D *dies* 26 *Aprilis cadebat in Dominicam* 3 *poſt Paſcha, celebratum eo anno* 5 *Aprilis.*

d *Erat tunc* Patriarcha Gradenſis, *Marcus Condelmerius, Eugenii Papæ propior affinis, penultimus eo titulo: nam mortuo ejus proximo ſucceſſore Dominico, tranſlatus Venetias Patriarchatus eſt.*

e Operam eccleſiæ *vocant Itali, quod Galli* Fabricam, *Officium ſcilicet Ædilitatis, ad ſarta tecta & ſimiles eccleſiarum neceſſitates.*

f Tumbam *ſemper hic auctor vocat, ſed (ut apparet) latius ſumpto tunc nomine.*

g S. Podius, *Epiſcopus Florentinus, colitur* 28 *Maji, quando de illo agemus.*

h *Si ab annis* 1439 *detrahas* 1010, *invenies ex hujus ſcriptoris calculo,* S. Zenobium *mortuum dici anno* 424, *ut ſupra dictum.*

i *Ea nunc fere per Italiam invaluit credulitas, ut pleraſque nobiles familias putent à Romanis temporibus accerſendas; & pauci reperiuntur qui velint conſiderare, Romani nominis ſplendorem omnem ſub Regibus Gothis ac Longobardis eo fuiſſe redactum, ut nihil illo eſſet abjectius; nec nobilis quiſquam cenſeretur extra dominatricem gentem: hæc vero, cognomina nulla noverat. Propterea etiam ii qui antea ipſa habebant indigenæ, cognominibus omnino abſtinuerunt per plura ſecula: ex quo capite impoßibile fuit, conſervari ſucceßionum genealogicarum memoriam extra familias Regias. Earum autem quæ hodie nobiles reputantur familiarum pleræque, originem & nomen acceperunt ſub Imperatoribus Germanis ſeu Teutonicis: & puto paucas eſſe quæ ad Francorum, pauciores quæ ad Longobardorum, paucißimas vel nullas potius quæ ad Gothorum, nedum Romanorum, tempora demonſtrative poßint citra fictionem pertingere. Equidem familiæ* Hieronymæ *detractum nihil velim. Donec tamen poßit illam, quam prætendit, generationis ſeriem, per ſolida certaque documenta, gradatim & abſque ſaltu pertexere uſque ad* S. Zenobium, *ſeu* Florentinum, *ſeu* Fæſulanum, *annu fere quingentis juniorem priori (nam de hoc dubitari ſupra indicavi) licebit mihi opinari, unicum prætenſionis illius fundamentum eſſe vetuſtam turrim, nunc intra Hieronymorum ædes ſpectabilem, quam Vgolinus Verinus, ſub finem* XV *ſeculi Poëta nobilis, his verſibus celebravit:*

Hieronymi quam priſca domus fuit, ardua turris
Condita ſit teſtis, totos jam mille per annos;
Quam ſacer Antiſtes Tuſcæ Zenobius urbis,
Tam clara de ſtirpe ſatus, coluiſſe putatur.

In ſuo quiſque ſenſu abundet, & valeat ejuſmodi traditio eatenus, ut eo in loco, quem nunc Hieronymi poßident, ſteterint S. Zenobii *paternæ vel Epiſcopales ædes: turrim ipſam cenſuerim valde antiquam fore, ſi fuerit ſeculo* XII, *inter motus Guelforum ac Gibellinorum, excitata; ſicut & eliæ per Tuſciam plures, præſertim in civitate Senarum, uſque hodie ſuperſtites.* Hieronyma familia, *an vel tunc nomen aliquod habuerit, neſcio, certe non invenitur inter illas, quas Florentinæ hiſtoriæ parens Ioannes Villanius ſcribit fuiſſe celebres ſub annum* MLXXVIII, *quando antea perparva civitas, novo circuitu ampliata (ſic ut præter alia etiam S. Laurentii eccleſiam ſuburbiumque complecteretur) & in ſuas regiones ſecundum ordinem ac nomina portarum diviſa fuit.*

k *Sequitur tranſlatio* S. Podii: *& indicantur duo Epiſcopi Florentini, nominati* Zenobii: *quorum unus anno* DCCCII, *alter* DCCCCX *fuerint conſecrati: ſed neutrum horum agnoſcit Vghellus, unicum vero ponit an.* MCLXI. *Duos etiã* Zenobios *Presbyteros Martyres indicat Mazza, utrũque Romano Martyrologio adſcriptum, ſcilicet die* XX (*non* XXIV *ut ait ille*) *Februarii, &* XXIX *Octobris: opuſculum autem finit cum Cantico, in laudem Sancti compoſito,* Zenobium Feſulanum *prænominatum, Sanctis quoq; annumeratum fuiſſe, credidit Capitaneus Coſmus della Rena.*

INSPECTIO CORPORIS

Anno MDLXXXIV ex Ms. Joannis Fabri,

eruta à Franciſco Cionaccio Presb. Florent.

14 Coſmus *Minerbetti, Archidiaconus Florentinus, poſtea Epiſcopus Cortonenſis, anno* MDCXV, *id eſt annis* XV *prius quam ad Infulas promoveretur, Magno Hetruriæ Duci Coſmo II Relationem ſcripſit de Reliquiis eccleſiæ Metropolitanæ Florentinæ. In hac, poſtquam egiſſet de prima tertiaque Tranſlatione* S. Zenobii, *& loco ubi repoſitum fuit ejus ſacrum corpus;* In ipſo, *inquit.* loco Cardinalis Florentinus, qui deinde fuit Leo Papa XI, invenit corpus S. Zenobii, & alias duas parvas urnas, plenas oſſibus, quæ eſſe SS. Andreæ & Mauritii Epiſcoporum Florentinorum præſumitur, quamquam id certo non ſciatur, eo quod non ſint adſcripta nomina, ſicut nomen S. Zenobii. *Archiepiſc. Card. Florentinus poſtea Leo XI.*

Relationem iſtam anno MDCLXXXV *in lucem edidit, Notiſque ſtudioſe illuſtravit, Franciſcus Cionaccius Presbyter Florentinus, jã alias nobis commemoratus, ob editam Vitam S. Humilianæ de Circulis* XIX *Maji: atque Annot.* 17 *&* 18 *indicat, illius* S. Andreæ *feſtum agi* XXVI *Februarii,* S. Mauritii *verò feſtum nullum aut memoriam fieri,* Sanctum *tamen appellari ab auctoribus pluribus quos recenſet, adſcribens ei* XXVIII *Iunii, quando definire aliquid circa eum poterimus. Huc autem præcipue facit Annot.* 16, *ubi verbotenus refert Memoriam Inſpectionis pratitulatæ, ſumptam ex proprio Ms. cujuſdam Ioannis Fabri, olim Fabricæ Metropolitanæ Miniſtri & Cuſtodis ſacrorum paramentorum; tranſcriptam in libro ipſius Fabricæ, cum aliis ſimilibus monumentis uſque ad annum* MDCXLIV *manu Vincentii Bruni, iiſdem quibus Ioannes officiis in dicta Eccleſia functi. Ea Memoria ſic habet.* *ut refert oculatus teſtis,*

15 Die XVII Octobris anno MDLXXXIV, perſuaſus à me Joanne Fabri Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Cardinalis Alexander de Medicis, Archiepiſcopus Florentinus, viſitavit in eccleſia S. Mariæ à flore dictæ, hora prima noctis altare ſanctæ Crucis, quod à me cum fabris & miniſtris Operæ apertum fuerat, ſublata ſcilicet craticula ænea. Intus erat capſa, longa ad menſuram altaris, ex ligno, operta vetuſto panno, continens multum bombacis, ſiccoſque flores, & ſchedam inſcriptam nomine S. Sebaſtiani, abſque ulla Reliquia. Ibidem etiam erat altera capſa, plena ſimiliter bombace, olim panno rubeo cooperta: & ex latere ipſius capſæ erat capſella plumbea, ferruminata & religata, in qua repertæ ſunt Reliquiæ Sanctorum Creſcentii & Eugenii ſociorum S. Zenobii, & SS. Abdonis atque Zennen Martyrum, & Pallium Archiepiſcopale abſque ullo nomine. Prædicta autem *an. 1584 inſpicit in altari S. Crucis,* *reliquias ibi condi-tas,*

A autem Viſitatio facta eſt cum juſto numero ardentium cereorum, quos partim manibus tenebant Presbyteri, partim candelabra ænea circum ac ſupra altare poſita ſuſtentabant. Cardinalis autem Antiſtes induebatur Pontificaliter, cum ſuperhumerali, ſtola ac mitra, Canonici vero aliqui in ſuo habitu: perque eccleſiam totam accenſæ erant lampades atque candelæ & faces coram Sanctiſſimo Sacramento, nec non formulæ flectendis genibus pro Archiepiſcopo locis variis collocatæ. Abſoluta viſitatione prædicta, repoſita eſt capſella plumbea prænominata in tabernaculum Crucis, atque à Cardinali ſignata ſigillo Fabricæ: Capſæ vero ligneæ delatæ ſunt ad aulam ejuſdem Fabricæ, ubi hodiedum ſunt, continentes totum bombacium capſulamque minorem; quæ etiam clavis clauſæ, repoſitæ fuerunt intra armarium munitum.

& in ſacello Ven. Sacramenti

16 Clauſo tabernaculo Crucis, itum eſt ſubtus capellam Sanctiſſimi Sacramenti, ubi eodem die apertæ erant duæ capſæ majores, quæ in ipſa capella ſunt, una ex oppoſito alterius, è regione altaris S. Zenobii. Ibidem accenſæ habebantur lampades & candelæ in altari; humi autem ſtrati tapetes atque cuſſini pretioſiſſimi; incenſa etiam aromata fumigabant. Ibidē præfatus Cardinalis introſpiciens capſam, quæ reſpicienti verſus altare ſtabat ad manum dextram, invenit eam plenam terra: quæ iſtic poſita creditur, quando tranſlatum fuit corpus S. Zenobii, ſublatum de loco qui poſtmodum Canonicorum ſepulturæ ceſſit: ubi æſtimantur ſepulti multi Sancti, quorum oſſa cum credantur reſoluta in cineres, terræ permixtos, judicata eſt eſſe ipſa illa terra, quæ fuit reperta in capſa prædicta. Reſpiciendo deinde ad alterum latus, inventa ſunt, panno antiquo operta, oſſa omnia unius Epiſcopi, cum vetuſtiſſimi operis Cruce pectorali: notabanturque etiamnum reliquiæ tam Planetæ quam chirothecarum, ſed nullum nomen inveniebatur: quapropter Cardinalis ſuis ipſe manibus multum quæſivit, & quærendo ipſa oſſa diſſipavit, cum notabili detrimento ſancti Corporis. Multi dicebant eſſe oſſa S. Podii Epiſcopi Florentini: & in vita S. Zenobii, manuſcriptâ in pergameno, qualis ſervatur in ſacriſtia, videtur iſtud confirmari. Poſtea tentaverunt aperire arcam S. Zenobii, quæ inventa eſt tam apte poſita, ut viſum fuerit non eſſe movendam: itáque diſceſſum eſt, & ego abſtuli omnes claves, quibus prædicta capella recluditur.

B *capſam plenam terra, ex loco primæ ſepulturæ,*

alteramque ut creditur S. Podii,

C *ac denique 3 Novembris arcam S. Zenobii,*

17 Deinde cum aliis de cauſis conveniſſem Illuſtriſſimum, cœptumque eſſet quæri de corpore illo, cujus oſſa integra videbantur reperta in arca præmemorata; ſuggeſſi eidem ut etiam juberet aperiri arcam S. Zenobii, videretque quid ſupereſſet: ipſe autem reſpondit, quod gratiſſimum id habiturus eſſet, ſiquidem ita videretur Mag. Benedicto Uguccioni Operario. Hujus ergo conſenſu accepto, die III Novembris anni MDLXXXIV, ivi cum cæmentariis Fabricæ, & abſtulimus incruſtationem marmoris albi, perquam bene coagmentati; attollenteſque lapidem in quo celebratur, invenimus capſam, toti altari commenſuratam, ſuperne & inferne æqualiter compoſitam, & vinculis ferreis religatam, atq; cæmento duriſſimo circumlitam: fractoque cæmento illo expoſuimus arcam, & in ea reperimus arculam albi marmoris, inter duas quadratas capſulas, omnes uncinis ferreis clauſas bene firmiter.

18 Poſt hæc cum ornata eſſet capella accenſæque lampades omnes, etiam illæ quæ erant in tota eccleſia, omniſque locus aureo panno conveſtitus, atque inſtratus tapetibus, & in medio erectum altare cum pluribus ſed minoribus cereis propter fumum, ad primam noctis horam venit Illuſtriſſimus Cardinalis cum Epiſcopo Feſulano [Franciſco Diacetio] atque Canonicis in habitu circiter duodecim, veſtitus ipſe Pontificaliter: cantatoque Hymno de Confeſſoribus, cui Cardinalis Orationem addidit de S. Zenobio, lignarii ac cæmentarii fabri ſuſtulerunt operculum arcæ marmoreæ, quæ erat plena oſſibus ſancti Patris noſtri, optime conſervatis: ipſa tamen non eſſe omnia, ſed bonam eorum partem deficere, ſatis clare apparuit. Quod autem illa eſſent oſſa S. Zenobii, certum fiebat ex eo, quod in utroque capite urnæ ſint laterculi duo plumbei, his verbis exarati: *HOC CORPVS BEATI ZENOBII DE MEDIO ECCLESIÆ POSITVM EST, DIE XXVI APRILIS MCCCXXXIX.* Poſtmodum aperta eſt capſula lateris dextri, in qua erant multa oſſa abſque nomine, quemadmodum & in altera: atque omnes repoſitæ fuerunt in priora ſua loca, occluſæ & ſigillatæ à Cardinali ſigillo Fabricæ. Ipſa denique arca clauſa ſimiliter fuit, incenſoque adolito devote ſuffumigata, præſentibus ad omnia vice utraque, præter ſupra nominatos, Magnifico Mag. Benedicto Uguccioni, & Cancellario Fabricæ, atque meipſo: omnia enim facta ſunt interveniente me, ut ſupra, atque ex conſilio meo & continua directione; & ego claves, ut ſupra, mecum tuli.

EX COÆVIS.

invenitque oſſa ut erant ibi poſita an. 1439.

E

IV TRANSLATIO

Ex Ms. Italico Laurentii Strozzii, *Archidiaconi Florentini ac Teſtis oculati.*

Eaſdem Reliquias in publicum efferre volens Archiepiſcopus anno 1685,

19 FErre non poterat Paſtoris noſtri pientiſſimi, D. Jacobi Antonii Morigiæ, devotio erga S. Zenobium ardentiſſima, ut tam venerandi corporis theſaurus diutius remaneret ſub crypta abditus. Quapropter, præhabita certiſſima notitia, ex priorum temporum Actis, de indubitabili ſacri corporis præſentia, & accedente Sereniſſimi Magni Ducis Coſmi III adhortatione pientiſſima, vocato in conſilium D. Alexandro Segni Operario, modum diemque definivit inſpectionis iterandæ, tertium nempe Septembris. Tunc apparato quam fieri potuit decentiſſime loco; quem totum aureus per circuitum pannus, & ſuper hunc penſilia ex argento cryſtalloque candelabra ornabant illuſtrabantque; clauſa poſt Veſpertinam pſalmodiam eccleſia fuit, ad populi, alias turmatim affluxuri, ſtrepitum tumultumque arcendum: & ego, tamquam Canonicus Archidiaconus, cum DD. Luca Tornaquinci atque Horatio Panciatichi, etiam Canonicis, proceſſi ad Palatium Archiepiſcopale, Illuſtriſſimum adducturus. Cum hoc in rheda ejus revertimus ad eam portam eccleſiæ, quæ Canonicam reſpicit: ubi Archiepiſcopum præſtolabantur Vicarius Archiepiſcopalis & Canonicus, D. Nicolaus Caſtellani; D. Archipresbyter, Horatius Bardi; duo DD. Canonici Curati, Robertus Medici atque Rogerius Minerbetti; nec non D. Canonicus Vincentius Ricci, omnes in habitu ſui Ordinis; itemque D. Operarius, Alexander Segni, cum D. Proviſore Palmerini Equite, aliiſque Miniſtris & Officialibus Fabricæ; ac denique D. Senator Alexander Strozzi, & D. Guido Pecori, in eadem parochia commorantes, teſtes ad ejuſmodi rogati atque vocati.

F

3 Septembris venit ad cryptã,

20 Hi omnes, adorato primum Sanctiſſimo Sacramento, deſcenderunt in cryptam; ubi præter Cæremoniarios & Sacriſtanum alioſque venerabiles Sacerdotes & Clericos, præparati adſtabant fabri, murarii, latomi, ſerarii, atque lignarii, & alii ad

EX COÆVIS.

fabricæ opus adſcripti, cæruleas chlamydes pro majori decore induti univerſi. Ibi genuflexus D. Archiepiſcopus coram arca; quæ, ſublata prius incruſtatione marmorea & lapide aram formante, inſtrata erat holoſerico operimento telaque aurea; poſt brevem ſecretamque orationem, exorſus eſt hymnum, Veni creator Spiritus; eidemque abſoluto ſubjunxit Orationes duas, Deus cui omne cor patet, &, Actiones noſtras. Tum vero ſeſſum ſe compoſuit aurata in ſella ex una parte, ex altera Domini Canonici in ſcamno ligneo ad id parato decenterque inſtrato, una cum aliis Dominis; ipſamque arcam oculis circumluſtrans Cancellarius Borghigianus, bene occluſam vinculatamq; eſſe pronuntiavit. Mox Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Dominus malleolo, probe deargentato, paucis levibuſq; ictibus principium demolitioni dedit: quem mox ſecuti fabri, palis aliiſque ferreis inſtrumentis, cœperunt auferre quatuor ferrea vincula, quibus firmata arcæ marmoreæ clauſura erat. His intra tres horæ quadrantes ablatis, cœperunt viri valentes ſex amoliri graviſſimum iſtum lapidem, qui arcam operiebat; detectæque ſunt illæ tres urnæ, quas ibi relictas dictabat memoria anni MDLXXXIII: unde univerſi in gratiarum actionem Deo ferendam effuſi, vix amplius ferebant ulteriorem moram, quin finem pulcherrimæ actionis viderent.

aperiaque marmorea arca,

repertam inibi minorē arculam

B

21 Sublato ablatoque operculo, apparuit, urnam trium mediam eſſe marmoream, atque in omne latus quadratam habere duas tertias latitudinis, ac tegi operculo, in orbem convexo, ad mediæ ulnæ altitudinem. Viſus etiam continuo eſt ex una parte titulus plumbeus, grandium beneque formatorum characterum foras prominentium; unde gliſcente magis magiſque deſiderio conſpiciendi theſauri intus contenti, ſolus is metus ſupererat, ne forte, diuturnitate temporis & humiditate loci, in cineres redactæ eſſent ſacræ omnes Reliquiæ. Ex altero quoque latere paulatim retecta fuit lamina altera, priori ſimilis: ac denique, laxatis duobus uncis ferreis, ſublatum etiam operculum eſt, patuitque urna, plena venerabilibus oſſibus noſtri S. Zenobii. Nec mora Pontificaliter indutus Archiepiſcopus, ſumenſque thuribulum, adolevit incenſum: moxque proſtratus in genua, coram omnibus, tenerrimo ſenſu devotionis affectis, prorupit in preces animo ardenti effundendas; orando Sanctum, ut ſuam benedictionem dignaretur continuare ſupra communem omnium Paſtorem, S. D. N. Innocentium Papam XI, ſupra Sereniſſimam familiam Medicæam, Clerum, Populum, ac patriam omnem; nec non ſupra ſeipſum, ejuſdem met gregis cuſtodiæ deſtinatum, quem is per tot ſecula protexerat ſervaveratque: ac denique ipſe per ſe exorſus eſt decantare hymnum, O Flos colende Præſulum: cui, poſt dictam à ceteris Antiphonam, Orationem quoque de Sancto ſubjecit.

reſerari facit:

inventis ſacris in ea oſſibus Sancto preces fundit:

C

22 Aderat ibidem, iſtum in finem à Dominis Operariis ac Proviſore diligenter præparata, capſula lignea, intus ac foris obducta panno ſericeo, albo aureiſque ſtriis virgato, vas etiam æris inaurati: cumque conſueto ritu utrumque Archiepiſcopus dedicaſſet, cœpit ſuis ipſe manibus ſingula oſſa transferre in prædictam capſulam, inſtratam ſericeo carmeſino panno, multa ſubtus bombace fulto; primum quidem grandiora, minora deinde, quæ ad plures duodenas numerabantur. His ita compoſitis, clauſa eſt capſa clavi inauratâ, ſigilliſque tam ipſius Illuſtriſſimi quam Fabricæ obſignata, decuſſando ſupra ipſam ſeram duas tenias ex albo ſerico, in formam Crucis. Poſtea collecta fuerunt fragmenta omnia ab ipſo etiam Archiepiſcopo, Dominis Canonicis adjuvantibus, cum iiſque nonnullæ particulæ oſſium adhærentes ei plumbo, quod ad ferruminanda capſæ vincula affuſum fuerat, in ipſamque caſu penetraverat. Simul autem omnia, chartæ involuta, collocata ſunt in præmemoratum reliquiarium, una cum hujuſmodi ſchedula, Fragmenta Reliquiarum corporis S. Zenobii, Epiſcopi Florentini: ipſumque ſimiliter ut capſa duplici fuit ſigillo obſignatum. Noluit deinde Illuſtriſſimus progredi ad inſpectionem aliarum duarum urnarum, ſed mihi Archidiacono mandavit, ut eas ſimili ratione obſignarem; ſicut feci, eadem ambo inſignia ſuperimprimens duabus ſericeis candidis vittis; quamquam vincula ferrea, pene corroſa eſſent à temporis vetuſtate.

& integra quidem in capſam ligneam,

fragmenta vero in aneum reliquiarium transfert.

D

obſignataque

23 Toti denique actioni finis impoſitus, cantato Te Deum laudamus: cui D. Archiepiſcopus ſubjecit Orationem, Agimus tibi gratias. Rurſus autem cantatus fuit Hymnus, O Flos colende Præſulum: itáque præmemorata capſa, quatuor Canonicis viciſſim ſuccollantibus, Archiepiſcopo autem ſubſequente cum fragmentis inter manus: ſimulq; omnia tunc repoſita fuerunt in arcam æneam, quæ continet Caput ipſius Sancti, ſuper altari Sanctiſſimi Sacramēti, conſecrato in nomine S. Zenobii; ad laudem Dei, magnique illius Patris ac Paſtoris gloriam: prout de his omnibus rogatus publicum inſtrumentum confecit Archiepiſcopalis Cancellarius D. Laurentius Borghigiani. Atq; hic finis fuit Actionis totius, interim dum expectaretur dies, ſolenni expoſitioni deſtinata, quando ſplendidiſſimam proceſſionem inſtituendam comitaturi erāt Epiſcopi & Prælati Status noſtri, congruenter ad eam venerationem, quam Populus Florentinus ſemper exhibuit corpori ſui Sancti Patroni.

collocat intra arcam aream in altari V. S.

E

Hactenus Illuſtriſſimus ac Reverendiſſ. Dominus Archidiaconus, ex cujus auctographo Illuſtriſſimus D. Antonius Magliabechius exemplar, propria ſua manu tranſcriptum, mihi miſit, cupiens vel ſic habere partem in hoc Commentario, de Actis S. Zenobii. Eadem vero poſtea exuſa vidimus ad calcem Prefationis ſupralaudatæ, nec non in Commentariolo Cionaccii ad Relationem Minerbetti; unde etiam accipitur ſequens Narratio Expoſitionis Solennis, factæ eodem anno menſe Septembri.

EXPOSITIO SOLENNIS

Italice deſcripta à Franciſco Cionaccio.

24 Die feſto S. Wenceſlai Ducis Bohemiæ, XXVIII Septembris, mane ſub horam Tertiæ, aperta fuit Metropolitana eccleſia noſtra, magnificentiſſime exornata, pannis laneis ſericeiſque & aureis, aptiſſime digeſtis per parietes navium lateralium arcuſque navis majoris, ſic tamen ut non obtegerentur pilæ illæ majores è ſaxo quadrato, quæ ampliſſimos fornices eccleſiæ ſuſtinent. Reliquiæ ſancti noſtri Epiſcopi Zenobii conſpiciebantur, publicæ adorationi expoſitæ, clauſæ intra cryſtallinam arcam, & collocatæ ſupra pulvinum rubri ſerici, cum variis ligulis quibus ſericei flores interludebant, opere eleganter adornato per induſtrias manus Matrum Carmelitanarum Diſcalceatarum hujus civitatis. Ibidem incluſum etiam erat vaſculum æneum, continens fragmenta ſacrorum oſſium: vetus autem argentea herma, habens in ſe partem ſancti cranii, ſupra ipſam capſam poſita tollebatur in aëra. Iſta autē arca includebatur alteri majori, ſimiliter cryſtallinę & aureis radiis adornatę, ſuſtentataeq; à quatuor Angelis, ex gypſo formatis ad vivum, ſed majori menſura quam humani ſit corporis: qui Angeli volare videbantur ſuper nubem, ex eadem materia factam, quaſi demiſſam è cælo in cuſpidem pyramidis vaſtiſſi-

F

28 Septembris ornatâ magnificè eccleſiâ,

exhibetur arca erecta ſupra pyramidem luminoſam,

A vaſtiſſimæ, cujus infima planta implebat quartam partem mediæ in hac grandi baſilica navis, inter quatuor pilas proximas tholo: ipſa vero pyramis gradatim inſtructa erat ingenti numero candelabrorum argenteorum, cereorumque ſuper eis ardentium.

25 Inſiſtebat hæc pyramis proportionatæ ſibi baſi, cujus quatuor facies hiſtoriatæ, partem aliquam Vitæ repræſentabant, monochromate rubeo expreſſam, & titulo congruo explicatam. Ex quatuor ejuſdem baſis angulis proſiliebant quatuor cubi, ad ſuſtinendos totidem altiſſimos obeliſcos, quorum ſingula latera percurrebat, ab imo ſurſum proſiliens, duplici ordine palmes vitis inargentatæ, unde ardentes cereoli pari ordine ducti aſſurgebant. Ex arcubus etiam lateralibus utrimque pendebant ceroferariæ coronæ argenteæ, luminibus plenæ lucem quaquaverſum ſpargentibus. Majores his aliæ coronæ quatuor, grandibus inſtructæ facibus, illuminabant duplicem per circuitum tholi exedram; totumque mediæ navis peribolum diſpoſitæ faces illuſtrabant. Ornatiſſima etiam erant lateralium ſacellorum altaria; ſed ipſum imprimis mediæ navis ſacellum, quod majori portæ directe reſpondet, eſtque ſanctiſſimo Sacramento dicatum: hoc enim damaſceno rubro aureis teniis diſtincto operiebatur, & ſupra eum pannum pendebat effigies ſancti Epiſcopi, aurato in limbo ſic exaltata à terra, ut ipſi altari eſſet pro tabula. Quod quidem altare, formam olim habuit arcæ, ſicut & altare ſanctæ Crucis ſanctique Antonii: nunc vero ſtat elevatum ſupra quatuor pedes albi marmoris, ſubtuſque habet capſam æris inaurati, dictam S. Zenobii, intra quam die tertio collocata fuit nova lipſanotheca, ſuperius deſcripta.

inter cereos plurimos eleganter diſpoſitos,

B

26 Tribus ſolennis hujus expoſitionis diebus, qui fuerunt tres ultimi dies Septembris, Officium per plures ſimul choros, tam mane quam per diem, ſolenniſſime celebratum fuit: & die quidem XXVIII, quando majori Miſſæ totus quadraginta octo virorum Senatus in habitu ſuo rubro interfuit, Pontificaliter ſacrificavit Piſanus Archiepiſcopus, D. Franciſcus Pannocchieſchius ex Comitibus d'Elci (nec enim Archiepiſcopus noſter adeſſe potuerat, ut propoſuerat, arthriticis tum forte impeditus doloribus) & panegyricam orationem pronuntiavit D. Canonicus della Stuffa: ſecundo die Miſſam cecinit Epiſcopus Piſtorienſis & Pratenſis D. Gherardus Gherardi, & peroravit Canonicus Panciatichi: tertio denique die Pontificalibus functus eſt D. Archiepiſcopus noſter, Jacobus Antonius Morigia, aliquanto jam melius habens, & ſub ipſo Miſſæ ſacrificio Sanctum eloquentiſſima dictione laudavit. Sub XXI horam diei primo datum fuit initium Proceſſioni, plateis per quas tranſeundum erat pulcherrime adornatis.

Triduum ſolenne quomodo actũ.

C

27 Mota primum ſunt vexilla duo, ſolita Proceſſiones omnes ſolennes præcedere, Metropolitanæ videlicet eccleſiæ atque Abbatiæ Florentinæ: quæ mox ut in area ante Cathedralem prętenſa comparuerunt, præcedere ipſa cœperunt quatuor Palatini tubicines in habitu holoſerico rubro, quo etiam induebantur Præcones publici, omnes equis invecti, pedites autem poſt eos incedebant Commendatores Magiſtratuum. Vexilla ſequebantur primum Mendicantium Ordines, tum Canonici Scopetini, & Monachorum Benedictinorum Collegia; Clerus denique Prioratuum quinque, & ipſi Priores & Rectores parochialium eccleſiarum. His ſuccedebat vexillũ S. Zenobii, cujus auratas habenas tenebant fratres germani duo, Hieronymæ familiæ ſurculi unici, argentea induti veſte, annorum XVIII unus, alter XIV. Succedebat Clerus Metropoliticus cum turba copioſa Sacellanorum: tum chorus muſicorum aulicorum, hymnos Sancto canentium, & Domini Canonici, omnes ex prima nobilitate violaceis conſpicui; Epiſcopi octo ſtatus Florentini, poſt quos ibat Archiepiſcopus Piſanus, immediate præcedens baldacchinum, latera claudentibus bipenniferis publicis. Porro à Cruce Collegiatæ S. Laurentii uſque ad ipſas ſanctas Reliquias, hinc inde tendebantur lineæ duæ faces accenſas geſtantium, primum Confratrum veteris Sodalitii Zenobiani pluſquam ducentorum capitum, quibus mille alii miſcebantur ex omni Nobilitate collecti, qui licet inſcripti ſodalitio non eſſent, convenerant tamen ſancto civi ſuo honorem facturi. Capſa ejuſdem ſub baldacchino ferebatur, ſuccollantibus per vices primum Epiſcopis intra eccleſiam, deinde Canonicis: ſequebatur autem Sereniſſimus Magnus Dux Coſmus III, cum Sereniſſimis filiis Principibus atque Fratre ſuo, ac denique univerſus Senatus, cum Magiſtratibus populoque propemodum infinito. Quæ pompa, ſic per omnes præcipuas plateas ducta, ab hora XXI diei uſque ad primam noctis tenuit, & in foro Olei poſt Archiepiſcopatum, tam egrediens quam regrediens, ſalutata fuit exploſione octoginta mortariolorum.

EX COÆVIS.

Proceſſio 1 die ductas

E

28 Plebes, Confraternitates, atque Nobiles non defuerunt ſibi, quin ad exemplum Sereniſſimorum Patronorum, duobus ſubſequentibus diebus, venirent viſitatum Reliquias glorioſi Paſtoris ſui, alliciente omnes ſacrarum Indulgentiarum theſauro, quem Summus hoc tempore regnans Pontifex liberaliter expoſuerat. Creſcente autem indies magis magiſq; concurſu, magis etiam creviſſet numerus undequaque advenientiũ vicinarum plebium ex agris oppidiſque, ſi per integram Octavam continuata ea religio fuiſſet: ſed ſuperiorum noſtrorum incomparabili prudentiæ placuit, inhærere myſtico trium dierum numero, ne imminens tempus muſti ex doliis ad lagenas traducendi, impedimentum aliquod devotioni adferret.

quare non ad octavam protracta devotio.

F

DE SANCTO SENZIO

PRESBYTERO, BLERÆ IN HETRVRIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De cultu ejus Bleræ & Spoleti, ſocio S. Mamiliano, & Actis.

SEC. V.

Blera Eccleſia ejus ut Patroni,

BLera, *Ptolomæo & Straboni* Βλήρα, *urbs Hetruriæ, poſtmodum Epiſcopalis, nunc oppidum, Sutrio & Viterbio urbibus vicinum, ab iiſq; ad* X *millia paſſuum diſtans, vulgo* Bieda *dictum, Pontifici Romano ſubeſt in patrimonio S. Petri. Hujus oppidi* Patronus *eſt* S. Senzius Presbyter, *qui in vicino monte vixit, & Bleranos veram Chriſti religionem docuit, ibidemque die* XXV *Maji ex hac vita deceßit; ubi etiam colitur, baſilica ſupra ſepulcrum conſtructa. Vitam ejus reperimus Romæ in Ms. Legendario Eccleſiæ Lateranenſis, quam hic damus. Aliquam etiam deſcripſimus Florentiæ ex Ms. codice* 773 *plutei* 34, *in monaſterio S. Crucis Fratrum Minorum Conventualium S. Franciſci, ſed pluribus locis contractam, & propterea illam omittimus. Ipſe ſanctus Presbyter ibi, non* Senzius, *ſed* Sentias *ſcribitur: & urbs* Blera, *civitas* Bladuana *appellatur.*

Vita ex Mss.

B

Reliquiæ juxta Spoletum

2 Corpus ejus aſſervari *ſuo tempore* Spoleti, in ſacello proprio apud ſanctimoniales Ordinis Servorum, *eumque* Senſiam *appellari, tradit Ferrarius in Catalogo generali: & in Catalogo Sanctorum Italiæ addit, ibidem* magna religione coli. *Iſtinc ergo ulteriorem notitiam petendam exiſtimantes, didicimus ex noſtro R. P. Dominico Antonio Pierantonii, non longe à mœnibus urbis verſus Septentrionem viſi elegans templum, Sanctiſſimo Crucifixo dicatum eo loco, ubi olim creditur templum idolorum extitiſſe; quod diu quidem Sanctimonalium fuerit, ſed his in urbē traductis nunc teneatur ab Auguſtinianis Diſcalceatis. Addebat ibi ex latere ſummi altaris, ad quod Epiſtola legitur, extare ſacellum* SS. Concordii *atque* Sentii, *cum utriuſque imagine, &* Sentii *quidem in habitu Diaconali; intra cavum vero parietis altari imminentis ſervari arcam ligneam, ferreis vinculis cinctam, cum capite prædicti Sancti, dimidia parte cranii, & oſſibus quibuſdam* S. Concordii, *ex Lucenſi urbe illuc tranſlatis. Aſt hic dignitate Presbyter, Spoleti paſſus dicitur, colituruque* I *Ianuarii, nec ſcitur alio ablatus fuiſſe, ut revehi pars potuerit; neque Lucenſes illum inter Patronos ſuos numerant. Solebat ante* S. Sentii *prædictas in ade Crucifixi apud Spoletum Reliquias perpetuo ardere lampas, nunc eis tantum occaſionibus lucet, quibus oleum eo offertur à fidelibus, quo deinde contra morbos utantur. Ipſo autem feſto locum adit Magiſtratus civitatis, quæ tota Sancto illi devotiſſima eſt. Habemus, præter Vitam jam dictam, duplicem aliam; alteram ex Ms. pervetuſto Eccleſiæ prioris Cathedralis Spoletanæ, mutato contractoque ſtylo tranſcriptam ab Adm. Illuſtri ac Reverendiſſ. D. Iacobo Philippo Leoncillo Patricio Spoletino, ſed Capua nobis miſſam à D. Silveſtro Ayoſſa Presbytero Capuano; alteram diſtinctam in novem Lectiones, ad Matutinam recitandas, quam apud Ludovicum Iacobillum Fulginii reperimus. Nulla in utraque fit mentio* Bleræ, *in locum ejus ſubſtituta* urbe Spoleto, *quaſi ibi obierit Sanctus: ſervatū tamen eſt nomen* Minionis, *qui fluvius procul abeſt à Spoleto, & prope Bleram originem habet, adeoque probat perperā mutatum eſſe in dictis Mss. nomen urbis, poſt corporis tranſlationem. Eſſe eumdem Lucæ in veneratione aſſerit Ferrarius, & in Kalendario Lucenſi apud Florentinium refertur* Sentius Epiſcopus; *de quo tamen nihil Franciottus in ſuo opere de Sanctis Lucenſibus: ſed bene de* S. Vincentio *Mevanienſi, ut putant Epiſcopo & Martyre, ſub Archiepiſcopatu Spoletano: de quo ſuſpicari quis poſſet, partem huc relatam Lucæ, &* Senzium *nomine abbreviato dici. Nec à tali conjectura multum abſterret* Epiſcopi *titulus, illi Lucæ tributus; cum etiam in* S. Senzio *traditio Spoletinorum variet; & quem imago ſua repræſentat Diaconum in tunicella rubra, Vita Presbyterum faciat.*

In ſacello SS. Concordii & Sentii.

C

Hic in Mss. dicitur ibi obiiſſe.

3 *Qui in Vita refertur ſocius* S. Senzii *præcipuus,* S. Mamilianus, *proprium ſibi diem natalem habet* XV *Septembris, quo danda eſſet aliqua ejus Vita, quam Romæ reperimus in bibliotheca Vaticana codice Ms.* 6453: *ſi tamen probentur, quæ ibi ſunt ſuperaddita hic relatis uſq; ad obitum* S. Mamiliani. *Tum etiam de tribus Monachis pariter nominatis inquiri poterit, num cultum aliquem habeant. Vocantur illi in Mss.* Convuldus, Iſtochius, Infans; *quæ nomina vix dubitem eſſe corrupta, ex* Quodvult-Deus, Euſtochius & Euphanius; *ſicut de ipſo* Senzii *nomine jam inſinuavi per apocopen prima ſyllaba factum à vulgo videri. Interim alius, à prædicto* Mamiliano Presbytero & Confeſſore *diverſus, eſſet* S. Mamilianus *Epiſcopus Panormitanus, ſi fides habenda Actis S. Nymphæ; ubi ſub Maximiano in dolium olei, ſubjectis flammis æſtuantis, cum eadem S. Nympha injectus dicitur; ſed divina virtute liberatus, ac poſt iter Romanum ſuſceptum, Suanæ in ditione Senenſi ſancta morte clarificatus. Interim illi non ſatis diſtinguuntur. Hujus Mamiliani ſacer cultus ab Octavio Cajetano refertur ad diem* XVI *Iunii, à Rocchо autem Pirro in Notitia Eccleſiæ Panormitanæ ad diem* XV *Septembris, quo S. Mamilianum Presbyterum referri diximus. S. Nympha Virgo & Martyr colitur* X *Novembris, quando res tota poterit examinari maturius. Alius denique eſt* S. Milianus Epiſcopus Armenius, *qui profectus in Italiā, factus eſſet Lucanus Epiſcopus, ac ſub Maximiano Imperatore Martyrio coronatus* XXVIII *Ianuarii; cujus Acta Martyrii donavit nobis Ferdinandus Vghellus, deſumpta ex Tomo 2 vetuſtiſſimi Lectionarii ſeu Paßionarii pergameni Eccleſiæ Cathedralis Spoletanæ; hæc autem ſeponemus pro Appendice Ianuarii, tum latius diſcutienda. In illis per Lucanam urbem intelligi videtur Luca Etruriæ civitas, in qua poſt SS. Paulinum & Valerium, primo Chriſti ſeculo viventes, tertius aßignatur S. Theodorus ſeu Theodonius aut Theodolus, anno* CCCXXIV *electus, ut locus poßit eſſe dicto* Miliano *ſub Maximiano Martyrium paſſo. Ea vero hic libentius ſuggerimus, ut ſi de hiſce ſanctis Epiſcopis,* Mamiliano Epiſcopo Parnormitano, *&* Miliano Armenio Epiſcopo Lucano, *aliqua certiora obtigerint, eis nobiſcum communicatis cum gratiarum actione utamur.*

S. Mamilianus Socius colitur 15 *Septembris:*

E

à quo diverſus Mamilianus Ep. Panormitanus.

& S. Milianus Epus Armenius.

F

4 *Quæ infra in Actis dicuntur de dracone,* à S. Mamiliano *in cacumine montis Iovis occiſo, & altero Blera à* S. Senzio *percuſſo, & in profundum maris projecto, ubi eſſet condemnatus uſque in ſempiternum diem; præbent occaſionem inquirendi, num ea ſint ſymbolice explicanda de victoria eorum de idololatria & hæreſi ſubacta, uti latius de S. Georgio Megalo-Martyre deduximus* XXIII *Aprilis* §. III. *Noſtra certe in hanc partem ut plurimum propendet ſententia, exemplo Cardinalis Baronii & ſocii ejus eruditiſſimi viri P. Antonii Gallonii, cujus mentem plenius explicatam & confirmatam exemplis ſimilibus invenimus ad calcem Ms. Spoletini. Porro cum Auctor Vitæ non fuerit coævus, ac fateatur ſub finem* innumeras virtutes operatum S. Senzium, quas propter inopiam ſcriptoris non reperit ſcriptas, *potuit hæc ſibi narrata ex*

An in Actis per dracones intelligatur idololatria.

aliqua

A *aliqua traditione aut pictura habuiſſe, atque ita vitæ inſeruiſſe. Quod tamen lectoris judicio relinquimus.*

VITA

Ex Ms. Legendario Eccleſiæ Lateranenſis, cum aliis Mss. collato.

a 1 TEmpore Conſtantii Imperatoris *a*, filii piiſſimi Conſtantini Imperatoris, qui videlicet Conſtantius relictâ Catholica fide perverſus eſt ab Arrio Presbytero in hæreticâ pravitate, & inde per totum orbem hæreſis pullulavit. Illo itaque tempore maxima pars Epiſcoporum & Sacerdotum in impium dogma ceciderunt; quia non recte Deo crediderunt, nec in fidem ſanctæ Trinitatis ſtabiliter perſtiterunt. Idcirco Dominus reſpexit malitiam pravitatis illorum, quia Sacerdotes, qui poſiti erant curare vulnera languentium populorum, ipſi infirmabantur è fide, & periclitabantur, ſeducti & capti à laqueo perditionis. Nam utique illi debebant eſſe ſal terræ, quod in eorum cordibus infatuatum erat, B quia non cuſtodiebant Euangelicam doctrinam, ſed omnem pravitatem erroris in ſuis cordibus augmentabant. Ideo iratus eſt Dominus ſuper eos, & excitavit Regem Guandalorum, Genſericum nomine, b qui cœpit *b* Cartaginē cum ſuis militibus, & percuſſit eos ingenti plagâ, & vulneravit multos, & in vinculis eos afflixit: fames & nuditas excrevit in Chriſtianis, & non erat in eis ulla miſericordia; & multi juſti afflicti erant propter impietatem peccatorum, & multitudo populi Afrorum fugata eſt, propter gentium perſecutionem, in Italiam ſecus littus Romanorum; & de Tuſciâ ac Campaniâ multi *c* tranſmeaverunt in Africanam regionem. Inter quos viri Religioſiſſimi Domini ſervi, Senzius & Mamilianus Presbyteri, cum tribus monachis, Covuldo, Iſtochio, & Infante, deportati ſunt in Africam, cum propriis rebus.

Ariana hæreſi prævalente,

à Genſerico Regē Wandalorum,

c transferuntur in Africam SS. Senzius & Mamilianus, cum 3 monachis,

2 Attamen non ceſſantes operari opera Dei, noctibus ac diebus hymnos & laudes Domino referebant, & impetebant Patrem Omnipotentem, ut liberaret eos de manu hoſtium peſſimorum; quia multa afflictione erant commoti, nec valebant ſuſtinere eorum miſeriam. Nutus Dei, qui non deſpicit ſperantes in ſe, nec amovet miſericordiam ſuam à ſe C diligentibus, præparavit eis naviculam, ubi pariter d in unum convenerunt, & flavit ventus *d* Metabolarius, & ſternit æquora. Citiuſque venerunt in portum e Sardiniæ, qui appellatur Calaris *e*, & Plumbinos. Videntes eos habitatores loci ipſius, projecerunt ſe ad pedes eorum, ut benedictionem eis darent. Alii aurum, nonnulli argentum, alteri veſtimenta afferentes volebant eos probare: illi autem contemnentes ſpernabant, niſi tantummodo alimoniam, unde poſſint per ſingulos dies reficere. Prædicaverunt eis jejunium & eleemoſynas, & habere perfectam caritatem in ſe ipſis, & curabant infirmos; & mirabantur habitatores loci illius in eorum doctrinâ, & conati ſunt tenere eos per vim. Tunc illi ſentientes talia, rogaverunt nautas qui ibidem erant, ut uſque ad montem Jovis eos deportarent. Nocte præſenti fugerunt, & navigantes poſt biduum venerunt in f *f* Turario. Et nautæ, qui cum ipſâ nave venerant in Turario, ad locum ubi ſervi Dei deſiderabant, abierunt in viam ſuam. Illi autem remanentes, nec cor illorum nec vultus mutati ſunt: ſed habentes plenam fiduciam in Domino, oraverunt pro eis. Et dum per dies plurimos in inſulâ Turario morarentur, ibidem diebus ac noctibus inceſſanter Domino deprecaban-

navigant in portum Sardiniæ Calaritanum,

inde ad inſulam Turarium:

tur nihil aliud comendentes, niſi creaturam aquæ, vel quæ illi capiebant, ut aves, quæ ante eos procidebant per juſſionem Dei. Nec mirum, ſi illi paſti fuerant abſque pane in ipſo monte, cum utique Deus in deſerto de quinque panibus quinq; hominum millia ſatiavit. O ineffabilem potentiam Dei! Repulſi ſervi Domini, Senzius, & Mamilianus, & Iſtochius, & Covuldo, & Infans ab hominibus; ſed non repulſi à ſuo Creatore; qui dedit manna in deſerto, & carnes delicioſas Iſraëliticis, & mandavit de rupe aquas ſuos ſervos nutrire; ut complacuit Dei potentiæ. EX MSS.

3 Aſpicientes vero parvam naviculam, venientem ex partibus Barbariæ, quæ ſubjacet in poteſtate Sardiniæ, obſecraverunt obnixe Dominum, ut applicarent in loco, ubi ſervi Dei morabantur. Dei conſilio, quaſi pro frigidâ aquâ, venerunt nautæ ad pedemontis, qui appellatur Turarium: & invenerunt ſervos Domini noſtri Jeſu Chriſti orantes, & gaudentes in Domino, & ſalutati ſunt, & petierunt ab eis benedictionem, & dederunt oſcula ſibi adinvicem. Et dixerunt ſervi Dei: Oramus vos, ut deportetis nos in montem Jovis. Illi autem ſubſannantes eos, noluerunt implere voluntatem ſervorum Domini, quia cognoſcebant quod aliquid naulum non haberent, quod illis mercedem tribuerent, & abierunt dimittentes eos. Navicula vero dum prolongaſſet à Turario, validus ventus irruit in mare, & mare turbari cœpit fluctibus, ut putarent quod Charibdis glutiret eos. Cœperunt autem flere, quia videbant periculum mortis ante ſe, conſiderantes non poſſe de ipſo periculo liberari. Unus autem ex eis recordatus eſt culpam, quam fecerant ſervis Dei, ne acquieſcerent levare amicos Dei. Dixeruntque ad invicem, Eamus, & levemus ſervos Domini, & deducamus, ubi eorum voluntas deſiderat, ne pereamus. Et placatum eſt mare, & feſtinantes reverti ſunt ad montem Turarium. Et projicientes ſe ad pedes S. Senzii, culpæ quam fecerant miſericordiam impetrabant; rogantes amicos Dei, ut in naviculam aſcenderent eorum. Tunc cariſſimi Confeſſores Chriſti Senzius, & Mamilianus, cū tribus monachis ſuis, oratione facta aſcenderūt naviculā; & tranſmeantes tranquillo mari depoſiti ſunt in montem Jovis. Accepe- F runt autem orationem à ſervis Dei nautæ, & abierunt iter quod æſtimaverant, cum gloriâ benedicentes Dominum, quia cognoverant mirabilia ejus. Sanctus autem Senzius, & S. Mamilianus, cum ibidem depoſiti fuiſſent jubente Domino ubi prædeſtinati fuerant, gaudentes & benedicentes Dominum, qui non ſpernit eorum orationes; cœperunt ſoli Deo vacare, laudantes eum diebus ac noctibus. Tunc ſervi Domini Senzius & Mamilianus Presbyteri, cum dictis tribus monachis, multam abſtinentiam habebant, & innumera mirabilia in ipſo monte Jovis, qui appellatur *g* Chriſti mons uſque hactenus; g ſeque triduanis & quatriduanis jejuniis exercebant. Veſtimentis non aliis niſi tantummodo cilicinis utebantur, Dei laudem inceſſanter agebant, divinoque conſilio placuit illis ut ibi habitarent.

ac poſt nautas cunctos

E *tempeſtate permotos,*

in montem Iovis:

4 Et cum per multos dies jam ibi extiterant, & pro debilitate abſtinentiæ numquam aſcenderant in cacumen montis; unus ex eis, nomine Mamilianus, collegit ſuas vires, atque factâ oratione aſcendit, & vidit ibi iniquiſſimum draconem quaſi trabem magnam: exibat flammâ ex ore ejus, & ſibilationes horrendæ, ignis etiam ex ejus oculis procedebat. Qui tremens in terram ſe projecit: confidens tamen in miſericordiâ Dei, protinus erexit oculos, & palmas ad cælos tetendit, immenſam poteſtatem obſecrans; Domine Deus omnipotens, qui concluſiſti ora leonum, ne devorarent Danielem in lacu, ubi miſſus fuit ad perdendum; conclude os draconis hujus,

ubi draconem occiſo a b

hujus, ut nec mihi nec aliis posſit nocere. Et intrepidus acceſſit ad eum; & percuſſit ſerpentem iniquum de baculo quem tenebat, & mortuus eſt draco. Tunc deſcendit celerius, indicavitque ſuis Fratribus quæ illi contigerant. Et colligentes unuſquiſque ſuas vires aſcenderunt in cacumen montis, & tollentes exinde draconem ſervi Domini projecerunt eum in mare: quem quatuor paria boum, dum vivus fuiſſet, movere non poſſent. Exinde è ſpelunca, unde draco exiit, emanavit aqua frigidiſſima uſque in hodiernum diem. Hæc audientes habitatores propinquæ inſulę, venerunt ad eos cum magna feſtinatione. Cognoſcentes vero tantas virtutes, quæ fiebant per Dei famulos; petebant orationes, deprecantes ut pro eis intercederent ad majeſtatem Dei. Alii deferebant languidos ad ſervos Dei: quocumque autem languore detenti erant, ſani fiebant per orationes eorum. Et tunc omnes glorificantes Dominum, revertebantur ſalvi facti ad propria.

clarent miraculis.

5 Non multo vero tempore ibidem demorantes, Mamiliano appropinquavit dies repauſationis ejus in Domino. Et ita tradidit ſignum, ut cognoſcerent omnes, quando eum Deus de hac vita reciperet; dicens: Cum videritis nubem aſcendentem de cacumine montis velut fumum, ſcitote vos, quia de hoc mundo tranſmigrabo. Et tunc vicini inſulæ ipſius exſpectabant, quis eorum dignus fuiſſet ſignum ipſum videre, ut corpus ſervi Domini ſepulturæ traderetur. Tunc præſtante miſericordia Dei, habitatores inſulæ *i* Egilienſis, ſolicitati præ ceteris, primum omnium ſignum viderunt: & citius ad Chriſti montem ſe conjunxerunt præ omnibus, & cum omni feſtinatione levarunt corpus S. Mamiliani in navicula, benedicentes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Porro cum deduceretur per æquora ſanctiſſimi corpus, S. Senzius cum eiſdem monachis mellifluas modulationes ante corpus Mamiliani Confeſſoris decantabant. Ambulans quoque navicula per liquida cœpit fluctuare, quia ſubito de ſupernis data eſt pluvia magna, ut etiam ceteræ naviculæ, quæ ad ſignum feſtinabant, quod prædixerat S. Mamilianus, propter impetum pluviarum neſciebant, ubi ipſa navicula perrexerat. Et ſic placuit Deo omnipotenti, ut naviculam, ubi corpus S. Mamiliani ferebatur, pluvia non tangeret. Pſallendo & orando pervenerunt in Egilio monte, cum virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti: & exierunt obviam habitores loci illius, cum gloria magna ſuſcipientes corpus S. Mamiliani, plus quam aurum & gemmas pretioſũ, & ſepelierunt illud: ubi myſteria & virtutes multas operatur uſque in hodiernum diem. Tunc tres monachi ſancti Mamiliani Iſtochius, Covuldo, & Infans, die noctuque ad corpus ejuſdem laudes Domino deferentes, virtutes multas operabantur in Dei nomine: & per orationes ipſorum multi infirmi curabantur, qui à languoribus detenti erant. Depoſiti ſunt autem in pace juxta tumulum B. Mamiliani, atque ſepulti propinquo tempore, ex quo S. Mamilianus migravit ad Chriſtum.

Corpus S. Mamiliani ibi mortui defertur in inſulam Egilium,

in qua etiã tres monachi ſepulti.

6 Sanctus vero Senzius, repertâ naviculâ, divino conſilio petit littus Romanorum. Et dum depoſitus eſt de nave in parvulo portu, qui appellatur *k* Columnæ in finibus *l* Centum-cellæ; gratias egit Domino ſimul & nautæ. Non longe quidem erat vicus de ipſo littore, in quem pergens Senzius, vidit habitatores ejus loci cruciari pro penuria aquæ. Itaque per ſemetipſum accepit raſtrum, & fodit: & exiit aqua frigidiſſima uſque in hodiernum diem. Et dum quæreret locum B. Senzius Confeſſor Chriſti, qui ei placeret ad habitandum; [tamquam] nutu Dei miſſus medicus, ut infirmos fidei qui vexabantur curaret à languoribus; neſcienter cœpit iter, & quo eum Angelus Dei ducit illuc vadit. Et tunc pervenit ad Bleranam civitatem, quam tenebat infirmitas draconis. Non longe autem à civitate Blerana, in ipſo monte qui ſitus eſt juxta eam, qui appellatur *m* Olim nomine; fecit Confeſſor Chriſti parvum refugium: & ibidem artem caligariam exercebat propter ſtipendia vitæ: & quidquid de ſuis artibus accipiebat, in aliam diem numquam reſervabat; ſed miniſtrabat omnibus, prout cuique neceſſe videbat. O vere Chriſti Confeſſor, qui amiſiſti terrenas ſubſtantias, ſed non perdidiſti ſubſtantias æternales! amiſiſti civitates terrenas, & adeptus es cæleſtem Hieruſalem! O ſublimis Sacerdos, qui te ipſum in Dei ſacrificio tradidiſti! Neſcientes Blerani cæci habebant juxta ſe lumen, per quod debebant illuminari; latere volebat lumen, nec poterat; latebat in ſterquilinio gemma, ſed non ſordebat de ſtercore; putabat ſe celare, qui acquirere venerat Bleranos.

inde Bleram

ubi caligas conficit.

& Bleranos inſtruit;

7 Cũ igitur B. Senzius multa beneficia Dei in ipſo parvo refugio oſtenderet, hymnis ac pſalmodia & lectionibus, diebus ac noctibus, inceſſanter Domino vacabat (auxilio Dei protegente Bleranos, qui noluit eos fruſtrari à tali Patrono; ſed accendit lucernam, & poſuit ſupra candelabrum, ut luceret omnibus qui in domo obſcura erant) contigit ut opilio quidam, ante humile ejuſdem ſervi Dei hoſpitium, cum grege ovium iter caperet. Vidit autem S. Senzius inter greges agnum elegantem, quem popoſcit ut eum ſibi concederet. Opilio vero reſpondit: Agnum, quem poſtulas pro te, arietem gregum reſervabo. Dumque poſt triduum opilio oves ad paſtum deduxit, prædictus agnus, quem petierat S. Senzius, cernente opilione à lupo ſublatus eſt: quem adjuvante Domino ad pedes ſancti viri Senzii projecit. Videns autem ipſum agnum B. Senzius, Domino gratias retulit, quia fecit mirabilia magna in ſervo ſuo: & enutrivit eum per integrum annum. Poſt completum vero annum factum eſt, ut opilio ille, qui agnum dare noluerat S. Senzio, ante hoſpitium ejus iter faciens, videret S. Senzium; cui improperium augurii conqueritur, dicens ad eum: Non bonã petitionem, ſed malam habes; agnus ille, quem mihi petiiſti, cernentibus meis oculis raptus eſt à lupo. Dixit autem S. Senzius ad opilionem: Opilio, ſi tu videres agnum, quem tu dicis anno præterito eſſe à lupo ſublatum, agnoſceres characterem ejus, an non? Reſpondit autem opilio: Etiam ſic puto ut agnoſcam. Beatus vero Senzius oſtendit ei agnum, jam arietem factum. Quem videns opilio cognovit characterem ſuum, & agnum. Tunc opilio proſtratus eſt ad pedes ſancti Confeſſoris Chriſti Senzii, deprecatus eſt ei veniam ſibi donare, & pro ejus peccatis intercedere: verumtamen intellexerat, quia vir Dei erat.

agnum ab opilione negatum à lupo accipit:

& poſt annum oſtendit opilioni.

8 Hanc autem primam virtutem operatus eſt S. Senzius in Blerana civitate. At habitatores ejuſdem civitatis audientes, tota mente Chriſtum confitebantur; & videntes virtutes ſancti viri veniebant ad eum cum ſuis, qui ab infirmitate detinebantur, projicientes eos ad pedes S. Senzii. Sanctus autem Senzius invocabat Dominum Jeſum Chriſtum pro infirmis: & ſani revertebantur in civitatem, collaudantes Dominum. Et dum tantas virtutes in Confeſſore Chriſti cognoſcerent; omnes unanimiter eum deprecati ſunt, ut expelleret draconem, qui ſub muro civitatis erat, à cujus flatu plurimi peccatores morbo periclitabantur. Sanctus autem Senzius indixit illis triduanum vel quatriduanum jejunium: intrepiduſque veniens ad locum, ubi erat draco, flexit genua in terra, oculos & palmas ad cælum tetendit, & oravit dicens; Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob, qui trinam invocationem, in his tribus Patriarchis

claret miraculis.

Y MSS.

S. Senzius venit in vicum prope centum-cellas.

archis vocasti; qui misisti verbum tuum de cælo, ut mundum qui perditus erat restauraret; qui fecisti ut obsorberet charibdis Pharaonem cum suis superbis ministris; qui in deserta solitudine pastum dedisti Israëliticis, & de rupe manasti aquas, & lapideas tabulas scriptas lege absque stylo Moysi famulo tuo in monte Sina donasti, & solem stare ad Gabaon jussisti pugnante Josue; te invoco super hunc draconem, cujus flatus vexat quotidie habitatores civitatis Bleranæ. Exaudi me servum tuum, ut compescas eum à malitiis suis, & jubeas me deducere serpentem istum iniquitatis de loco isto, ut amplius non noceat habitatoribus Bleranæ civitatis. Cum hæc vero orasset, introivit intrepidus ad eum; & ligavit os ejus, & percussit eum de baculo, & excussit de crypta, ubi ille pessimus habitabat; & quasi asellum minabat ante se. Porro videntes talia mirabilia Dei omnes Blerani, cursu rapido sequebantur eum. Ille autem cum ferula exterminavit ipsum, & insecutus est, donec transmigraret ultra flumen, quod appellatur *n* Minione; estq; ad mare magnum, & persecutus est ipsum, & ibi eum alligavit in profundo abyssi in nomine Domini Jesu Christi, ibidemque est condemnatus usque in sempiternum diem.

draconem amovet:

convertit & baptizat Paganos.

9 Et quia nonnulli adhuc ipso tempore alieni habebantur à fide, patefecit S. Senzius, quia Presbyteri fungebatur Ordine. Tunc fontem baptismatis construxit, eosque quos Paganos invenit, ad cultum Christianorum revocavit. O beatissime Sacerdos, non solum Confessor, sed & Martyr; quia duo sunt genera martyrii, unum in occulto, & alterum in publico; unum à ferro trucidatis, alterum à se ipso cruciatis. Destruxisti olim dracones; modo triumphas cum Bleranis. Gaude ô civitas Blerana, tali Patrono, quæ aliquando flebas oppressa dracone. Occurrite omnes ad triumphum sancti Confessoris, ut habeatis gratiam Salvatoris. Multas & innumeras virtutes operatus est S. Senzius in vita sua & deinceps, quas minime reperimus scriptas propter inopiam scriptoris. Ego vero, lector, prout viribus potui, explicavi. Jubente Domino nostro Jesu Christo in pace vitæ munus implevit, sub die octavo Kalendas Junias, sepulchro traditus à viris timoratis, & à quibusdam Basilica constructa est, in qua virtutes, multas & beneficia operatur usque in hodiernum diem *o*; præstante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

Patronus civitatis Bleranæ,

moritur 25 Maji.

ANNOTATA.

a Constantinus *Magnus divisit Imperium in tres filios,* Constantinũ, Constantem & Constantium, *sed prioribus duobus mortuis obtinuit ultimus totum Imperium: & sæpius, tamquam ab aliquo priorum prognatus esset, à posteris vocatur* nepos Constantini Magni: *quod hic correximus, & scripsimus,* filii.

b *Anno* 439, *uti constat ex Prospero, Idatio, Victore Vticensi, & aliis.*

c *Anno* 455, *quando* Genſericus *cepit Romam, & vastavit vicinas ditiones.*

d *Videtur à Græco* μεταβολὴ trajectio, *formatum hic esse adjectivum.*

e *Est notissima urbs* Calaris *ad mare Africanum: sed* Plumbini *nomen novimus in Tuscia, non in Sardinia.*

f *Qua hac insula* Turarium, *ad quam post* bidui navigationem *venerunt, non satis constat. Est Antonino in Tabula itineraria circa Caralim & Cunicularium insulam,* Ruraria insula, *nomine non multum abludente a* Turaria, *quo etiam modo scribitur, è sententia Cluverii. Hæc autem* Ruraria insula *Plinio & Ptolomæo* Firaria *dicitur, &* Caralitano promontorio *proxima censetur. Sed obstat* navigatio bidui *in Actis requisita, & reliquum dein cœptum iter maritimum. Hinc si conjectare licet, potius esset* Cap-raria, *primis litteris à* Tu-raria *discrepans, sita supra Corsicam versus Pisanam Hetruriæ ditionem.*

g Mons-Christi, *olim* Mons-Iovis *est insula ditionis Senensis, in qua est adhuc urbecula cum arce, ad quam ex Capraria insula facilis navigatio, sexaginta circiter milliarium Italicorum.*

h *An per draconem intelligi possit idololatria & hæresis debellata, supra quæsitum.*

i Egiliũ *insula, vulgo* Giglio, *propinqua ditioni Orbitelli, ubi est propugnaculũ ad cohibendos piratas & Turcos.*

k *Ms. Florentinum* portus columnæ, *quia scilicet talis ibi ad directionem nautarum erecta staret.*

l Centum-cellæ, *nunc* Civita-Vecchia.

m *In Vita Ms. Spoletana,* Civanus *appellatur.*

n Minio, *accolis* Mignone *fluvius, qui haud procul Bleda exortus prope Centum-cellas in mare defluit*

o *In Ms. Falginiensi sub finem ista addantur:* Quodã anno cum ad Sancti Natalitia multa undique convenissent turba; quidam homo cupiditate ductus, saccum panibus plenum furatus est ex basilica illius, & impositũ humeris suis voluit occulte auferre. Prius autem quam egrederetur & ad fores templi perveniret, stetit immobilis, & gradum non potuit movere. Stabat autem miser confusus & oneratus aliorum munere. Introeuntes autem & exeuntes de ecclesia, nesciebant qualiter sic immobilis permaneret. Cumque cognovissent rem gestam, tenuerunt eum, ceteris aspicientibus & mirantibus. Audientes vero furto divinitus alligatum, timuerunt Deum & glorificaverunt, qui in sancti Confessoris & Sacerdotis sui Senziæ Natalitiis, talibus eos perlustravit miraculis.

DE S. LEONE ABBATE,

IN DIOECESI GALLIARVM TRECENSI.

SYLLOGE HISTORICA. G. H.

De ejus Vita cultu & miraculis.

SEC. VI.

Mentuniacum, *vicus duabus ab urbe Trecensi leucis semotus, nunc à* S. Leone Abbate *nomen sortitus, vulgo ab ejus nomine* Saint-Lue *appellatur. Hoc in loco olim monasterium condiderat* S. Romanus, *primus ibidem Abbas, impetrata à Chlodoveo primo Rege Francorum confirmatione donationis quorumdam prædiorum: dicavitque SS. Gervasio & Protasio, quorum aliqua Reliquiæ adhuc servantur. Sub hoc Abbate vixit monachus* S. Leo, *factus in monachorum regimine Abbas, Successor illius. anno* DXXX *creati Episcopi Remensis, uti latius ad ejus diem natalem* XXVIII *Februarii deduximus. Ceterum* cœnobium *illud* Mentuniacum *sive* S. Leonis, senis abhinc seculis aut incendio aut hostili irruptione ita funditus eversum & dirutum est, ut nulla prorsus ejus superstint vestigia, nec extent indicia extructi ibidem quondam ædi-

Ab ejus nomine vocatum.

AUCTORE G. H. *Vitæ epitome apud Camuzatũ*

ficii, præter Crucem, quæ in eodem loco ob rei memoriam erecta manet. *Vti ſcribit Nicolaus Camuzatus, in Promptuario ſacrarum Antiquitatum diœceſis Tricaſſinæ, ad* Hiſtoriam S. Leonis, *quam aſſerit* ſe eruiſſe ex Eccleſiæ Trecenſis Breviario, relicta fuſiori hiſtoria alia: quam ne publico daret id prohibuit, quod multis in locis manca & trunca eſſet, nec inter ſe periodi ullo nexu vinctæ cohærerent. *Hujus amplioris hiſtoriæ (quod dolemus, & pro Supplemento optamus concedi) ne quidem fragmenta potuimus obtinere: proinde compendium ex Camuzato accipe.*

qua deſcribitur ejus ſanctitas,

2 Fuit vir beatiſſimus Leo Abbas in villa, cui vocabulum eſt Mentuniaco, Trecaſſinorum oppido, editus; parentibus quidem liberis, ſed liberior mente, venerabilius coaleſcens ætate. Hic ſcholis traditus, mira celeritate Pſalmorum ſcientiam eſt adeptus: & in omnibus & per omnia regularibus eſt dogmatibus eruditus. Igitur B. Romano, Mentuniaci cœnobii Abbate, in Epiſcopum Remenſem electo, B. Leo ejus monaſterii factus eſt Abbas: erat enim in caſtitate & abſtinentia puriſſimus, in jejuniis & orationibus promptiſſimus apparebat: tantamque in ſe habuit caritatem, & benignitatem fidei, & puritatem mentis, ut virtutum ejus
B inſignia in opere reſplenderent. Nocte igitur quadam, dum in baptiſterio, poſt munia peracta, jamcorpuſculum, in ſtratu viliſſimo ſoporatum, quietem caperet; venerunt ad eum tres viri ſplendidi,

& mors à Sanctis eidẽ prænunciata

claro fulgentes lumine, pſallentes voce unanimi dulce carmen. Evigilans autem vir Dei, ad pedes eorum proſternitur, adorans eos; eorumque veſtigia deoſculans, voce ſedula cum tremore & metu obnixius illos alloquitur, dicens: Unde eſtis? At illi dixerunt: Corrobora vires tuas, noli timere. Dixit autem unus ex eis: Ego ſum Hilarius peccator, & iſti ſunt S. Martinus & B. Anianus. Quapropter, fili, naves remique ſubverſione fluctuum periclitantur, quos auxiliante Deo liberare venimus: unde

poſt ſepultum S. Maurelium

& cum ad te tertia die reverſi fuerimus, ad ſpiritalem locum nobiſcum eris iturus: itáque ut certius credas, vir venerabilis Maurelius Presbyter, ab hac luce præreptus, migravit ad Dominum. Igitur ſecunda die primo diluculo ſurge, &, cum ea laude qua dignus eſt, ſepeli eum in baſilica S. Urſionis. Tunc ille pergens velociter, quod ei dictum fuerat fideliter adimplevit, & reverſus eſt ad monaſterium ſuum. Intereà Sacerdotes, ſicut prædixerant, venerunt: & dicunt ei: Aſſumus, vocati ad ſpiritale
C convivium. Veni nobiſcum. Reſpondens autem B. Leo dixit: Rectum iter, Domini mei, pergere poteram, ſi vobiſcum ad eumdem locum me præparaſſem. Deprecor igitur ut mihi triduo inducias tribuatis, ut, quod pollicitum habeo, adipiſci merear mortiferum veſtimentũ. Quod autem petiit obtentum habuit. Mox vero vir egregius ad illuſtrẽ feminam nepotem ſuum direxit: Juſſum tibi (ait) ediſſeram, domina: jam enim Pater noſter, deſerens mundi lumina, feſtinat ut lumen coruſcum evocatus percipiat in futurum. Quamobrem obſecro, ut (quod devotio promiſerat) veſtimentum ei tranſmittas funerale. At illa reſpondens: Heu (ait) ô Pater mi, ſtulta & mendax apparui, quoniam illius obitum tardius ſperabam: ideo quod ævo gravis non erat, non illud paravi. Sed expecta obſecro tres tantum dies, & ego præparabo. Illa eum triduo retinuit: & expletum letalem habitum tranſmiſit. At vero beatiſſimus Leo, recepto veſtimento, migravit ad Dominum.

& triduanas inducias.

S. Leonis patrocinia

3 *In Regiſtro beneficiorum diœceſis Trecenſis, ibidem anno* MDLXII *edito; & in Regiſtro generali beneficiorum Archiepiſcopatus Senonenſis, & Epiſcopatuum Trecenſis, Autiſſiodorenſis & Nivernenſis, Pariſiis anno* MDCXLVIII *excuſo, nominatur ſub Decanatu Trecenſi* Parochia S. Leonis, *cujus Patronus eſt Abbas monaſterii Cellenſis, at collatio ſpectat ad Epiſcopum, loci Dominum, ubi illuſtre ejus caſtrum viſitur. In hac eccleſia* ſacrum corpus S. Leonis reverentiſſime cuſtoditur, & conſecrata annuæ ſolennitati dies in Trecenſi diœceſi XXV Maji celebratur. *Ita Camuzatus, apud quem (ſed mendo typographico) legitur* 23 Maji, *loco* 25: *quod σφάλμα, in numeros Arabicos ſeu cyfras facile irrepere ſolitum, decepit Sauſſayum in Martyrologio Gallicano. Ad hunc autem* XXV *Maji & Dominica proxime ſequenti,* celebrari hoc feſtum magno occurſu populorum, undique magno pietatis ſenſu affluentium ad dictam eccleſiam & ſacrum ejus corpus, incluſum arcæ ligneæ inauratæ, & majori altari inſertum, *teſtatur Nicolaus Des-Guerrois de Sancto Trecenſibus. Vſuardus ſuo Martyrologio ad dictum* XXV *Maji inſcripſit eum, his verbis:* In pago Trecaſſino S. Leonis Confeſſoris. *Quæ eadem paſſim in variarum Eccleſiarum Martyrologiis Mſs. & in hodierno Romano, atquè apud Bellinum, Maurolycum, Galeſinium, Caniſium & alios leguntur. In Ms. Adone Leodienſi cœnobii S. Laurentii, iſta habentur:* In territorio Tricaſſino S. Leonis Confeſſoris & Monachi: qui adeo ſe divinis mancipavit obſequiis, ut
D etiam miracula per illum Dominus operari dignatus ſit. *Aliqua ex his narrantur à Des-Guerrois, quæ placet hic exGallico dare, donec & hæc & alia plura ex originali Latino ad nos mittantur; necdum enim in ea urbe potuimus aliquem invenire, qui ſimilia curaret; licet pluribus litteris illuc directis conati fuerimus excitare ..ecenſium diligentiam, quando de SS. Helena atque Maſtidia agendum fuit* IV & VII *Maji. Textus porro Gallicus Latine redditus ita habet.*

habet corpus in altari,

colitur 25 Maji.

4 Alìqui citharœdi, haud procul à vico S. Leonis, volentes ſuis cantionibus recreare homines, inde lucrum ad victum percepturi, attrahebant ad ſe eleemoſynas, quæ melius fuiſſent in pauperes diſperſæ. Et ecce inventi ſunt duo viri, qui ad cantum horum citharœdorum ſaltantes, mox in ſeſe invicem cœperunt pugnis inſurgere: tandemque unus alterum pugione læſit adeo in capite, ut pellicula cranii appareret. Captus hic, à Comite ſeu Prætore loci in carcerem conjicitur. Miſer, qui victus cho-
E lera læſerat alium, nocte ſequenti in ſilentio è ſua captivitate Deum precatus, ejuſque per merita S. Leonis miſericordiam implorans, vidit ante ſuos oculos Sanctum, inſtar Monachi raſo capite; à quo ſolutus eſt vinculis & catenis, & vidit portam carceris apertam. Initio iſta ei quaſi in ſomnio videbantur facta: ſed mox plene evigilans, reperit omnia in veritate ita contigiſſe: & cum ingenti lætitia egreſſus, vincula ſua mox detulit ad S. Leonem; & agnoſcens ſuum redemptorem, ei Deoque debitas egit gratias. Succeſſit S. Leoni in regimine monaſterii Mentuniaci venerabilis Baudemundus: qui ad honorem Dei deſideravit ædificare magnificum templum, & inter alias ingenii ſui induſtrias voluit transferre tumbam corporis S. Leonis: in eumque finem acceſſit ad S. Winebaudum Abbatẽ (*cujus Acta dedimus* VI *Aprilis*) ejuſque religioſos monachos, ut vellent cohoneſtare ſua præſentia hanc corporis S. Leonis tranſpoſitionem. Et ecce coram omnibus hoc mirabile factum eſt, ut ſacrum corpus viſum ſit ultro ſe moviſſe, & in alium locum ſeceſſiſſe.

Captivus vinculis ultro ſolutis liberatur:

Tumba corporis ultro in alium locum ſecedit:

5 Bellum aliquod ſuſceperat Rex Francorum Chlotharius, ut rebelles & ſeditioſos populos ſuo imperio ſubjugaret; quando aliqui inſolentes milites, in ditione Trecenſi agricolas ferociter vexabant, & paſſim loca ſacra & profana eccleſiaſque Deo & Sanctis ſacratas violabant, ſpoliabant, ac ſuccendebant. Quo tempore duo viri, ne à dictis nebulonibus ſpoliarentur aut captivi abducèrentur, in
F fugam

duo viri ut è manibus graſſantium militum liberarentur.

A fugam ſe conjecerunt; & cum perſequentes aliter nequirent evitare, cucurrerunt in eccleſiam S. Leonis, portaſque clauſerunt, ut ibidem ſub protectione divina ſalvi conſiſterent. Tunc illi milites cum alium vindicandi modum non reperirent, eccleſiam incenderunt & fugerunt. Cumque jam ignis paſſim omnia abſumeret, duo illi viri ad S. Leonem fugerunt, ſub ejus tumba ſe abſcondentes: &, quod ſummè mirandum eſt, reliquis partibus eccleſiæ igni abſumptis, ipſi ſalvi & incolumes ſervati fuerunt ab eo, qui tres pueros ſervavit in fornace Babylonis. Quam eamdem virtutem in eis exercitam omnes aſſeverabant.

Incenſa eccleſia ſub tumba S. Leonis ſalvantur,

6 *Quia vero nonnulli per errorem hunc* S. Leonem Martyrem *appellarunt, in dicto Ms. Adone, tamquam diverſus, proponitur* Leo Martyr Trecis: *ſed in hac urbe ſolum colitur dictus* S. Leo Confeſſor. *Eumdem Martyrologio ſuo Benedictino inſcripſit Hugo Menardus, faſſus tamen in Notis,* non ita certum eſſe an fuerit Benedictinus. *Opponit ſe illi dictus Carolus le Cointe in Annalibus Eccleſiaſticis Francorum ad an.* 535 *num.* 7. Satius, *inquit,* fuiſſet nomen expungere, quia S. Leo antiquior eſt B. Mauro, Ordinis Benedictini cis Alpes primo fundatore. *Menardus arbitratur eum* vixiſſe circa annum Domini quingenteſimum ſexageſimum: *ſed an non fuerit ante dictum annum mortuus, dubitari poſſet: quia dicitur* non fuiſſe in morte ævo gravis. *Qui eum ad æternum gaudium evocarunt Sancti Epiſcopi, fuerunt Hilarius Pictavienſis cujus Acta dedimus* XIII *Ianuarii; S. Martinus Turonenſis, & S. Anianus Aurelianenſis; quorum ille* XI, *iſte* XVII *Novembris coluntur.*

AUCTORE G. H. *an Ordinis S. Benedicti?*

DE SANCTO BONIFACIO IV

PONTIFICE ROMANO.

COMMENTARIUS HISTORICUS. D. P.

De Pantheo per eum dedicato, cultu, epitaphio, anno & die mortis, ac duplici Tranſlatione corporis.

ANNO DCXV. *Elogium ex Anaſtaſio Bibliothecario.*

BOnifacius, natione Marſorum, de civitate Valeria, ex patre Joanne Medico, ſedit annos ſex, menſes octo, dies tredecim. Hujus temporibus fames, peſtilentiæ, & inundationes aquarum graviſſimæ fuerunt. Eodem tempore petiit à Phoca Principe templum, quod appellatur Pantheon: in quo fecit eccleſiam beatæ & glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ ſemper Virginis & omnium Martyrum Chriſti, & Reliquias in eo collocavit: in qua eccleſia Princeps multa dona obtulit. Hic domum ſuam monaſterium fecit, quod & dicavit. Qui defunctus, ſepultus eſt ad S. Petrum Apoſtolum die vigeſima quinta menſis Maji. Hic fecit ordinationes

* novem

duas per menſem Decembrem, Diaconos * octo, Epiſcopos per diverſa loca tringinta quinque. *Hæc Anaſtaſius Bibliothecarius in Vitis Pontificum Romanorum: & paſſim ex illo poſteriores.*

Pantheon ſtructum ab Aggrippa,

C

inſtauratũ à variis,

2 *Quod autem ſpectat ad templum* Pantheon, *id, teſte Plinio lib.* 36 *cap.* 15, Jovi Ultori ab Agrippa factum eſt, *genero Auguſti, Pantheumque dictum, ut aſſerit Dio lib.* 53, quod in ſimulacris Martis & Veneris multas Deûm imagines acciperet. *Sæpe illud inſtauratum eſt; primum ab Adriano, qui* Pantheum *vocavit, ut ait Spartianus; deinde ab Antonino Pio, qui* templum Agrippæ, *ut Capitolinus; denique etiam à Severo, ut ſcitur ex antiqua inſcriptione. Quia vero templi teſtitudo & tectum porticus tegulis ac tabulis æneis tegebatur, eas Conſtantius Græcorum Imperatorẽ Conſtantinopolim cum aliis Vrbis ornamentis tranſtuliſſe, ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius in Vita S. Vitaliani Papæ, à nobis edita ad diem* XXVII *Ianuarii. Vrbanus VIII duplici portam ornavit titulo, & quæ à ſe facta ſunt expoſuit his verbis:* Urbanus VIII Pont. Max. vetuſtas ænei lacunaris reliquias,

ornatum duplici titulo ab Vrbano VIII.

in Vaticanas columnas & bellica tormenta conflavit, ut decora inutilia & ipſi prope famæ ignota, fierent in Vaticano templo, Apoſtolici ſepulcri ornamenta; in Adriana arce, inſtrumenta publicæ ſecuritatis; anno Domini MDCXXXII, Pontificatus IX. *Alter titulus, noſtræ directioni magis ſubſervit, & eſt hujuſmodi.* Pantheon, ædificium toto terrarum orbe celeberrimum, ab Agrippa Auguſti genero, impio Jovi & reliquis mendacibus diis, à Bonifacio IV Pontifice Deiparæ & triumphantibus Sanctis pie dicatum, Urbanus VIII Pontifex Max. binis ad campani æris uſum turribus exornavit, & nova contignatione munivit, anno Domini MDCXXXII, Pontificatus IX. *Hæc ibi.*

dedicatur à S. Bonifacio 13 Maji.

3 *Dedicatio hujus Eccleſiæ inſcripta eſt antiquis Faſtis ſacris ad diem* XIII *Maji, & à Beda in genuino Martyrologio his verbis* III, Idus Maji, Dedicatio S. Mariæ ad Martyres. *At pluribus explicatur apud Vſuardum, Adonem, Notkerum, & poſteriores cum hodierno Martyrologio Romano, in quo primo loco iſta leguntur:* Tertio Idus Maji, Romæ dedicatio Eccleſiæ S. Mariæ ad Martyres, quam B. Bonifacius Papa quartus, expurgato deorum omnium veteri fano, quod Pantheon vocabatur, in honorem Beatæ ſemper Virginis Mariæ & omnium Martyrum dedicavit, tempore Phocæ Imperatoris. *Baronius in Notis, pluribus deducit deſtructionem templorum, ab Ethnicis pro falſo deorum ſuorum cultu erectorum, ac dein iſta ſubjungit:* Cur autem Pantheon templum intactum remanſerit, ea fuit cauſa, quod Honorius Imperator, lege ſancita, ejuſmodi impetum Chriſtianorum compeſcuit, hæc reſcribens: Sicut ſacrificia prohibemus, ita volumus publicorum operum monumenta ſervari &c. Lege XV de Paganis in Codice Theodoſiano. *Inſcripta erat lex Macrobio Præfecto Prætorio Hiſpaniarum, & Procliano Vicario quinque Provinciarum, Theodoro Conſule anno* CCCXCIX. *Sed pergit Baronius:* Puto divina diſpenſatione factum, ut inter tot idolorum fana proſtrata, & in anathema oblivionis everſa, Pantheon, velut inſigne quoddam & perenne trophæum de expugnatis hoſtibus permaneret; cederetque triumpho omnium Martyrum, qui omnium Gentilium deos Chriſti cruce ſubegerant. De ejus dedicatione per Bonifacium facta ſcribit Beda, de geſtis Anglorum, lib. 2 cap. 4, & de ſex ætatibus in Phoca Imperatore; Ado Viennenſis, in Chronico anno 604; Paulus Diaconus, de Geſtis Longobardorum lib. 4 cap. 11; Marianus Scotus, in Chronico anno 610; Sigebertus anno 609, & alii. Legi in ejus Eccleſiæ codice manuſcripto, templum illud dicatum in primis in honorem Dei Genitricis Mariæ, omniumq; Sanctorum Martyrum & Confeſſorum: illataque illuc eſſe reperi duodetriginta curribus oſſa Sanctorum Martyrum, è diverſis Urbis cœmeteriis effoſſa,

F

illatis eò corporibus Sanctorum Martyrum

AUCTORE D. P.

solenniterque comportata ac decentiſſime collocata. *Hæc Baronius: quibus additum velim, quod ſi ea Dedicatio facta eſt in Dominica, ſicut fert uſus ordinarius Eccleſiæ Romanæ; facta fuerit anno* DCXIII, *quo erat littera Dominicalis* G, *quia id alias numquam ſub iſto Pontificatu contigit: fuerit autem Dominica* IV *poſt Paſcha, eo anno celebratum* XV *Aprilis. Eodem quoque die, dicta Sanctorum corpora fuiſſe tranſlata, aſſeruit Ciaconius in Vita S. Bonifacii. & Pompeius Vgonius in Hiſtoria Stationũ Romæ, Statione* LII *die Veneris in hebdomade Paſchali, quæ tum habetur in dicta Eccleſia, paſſim jam* S. Maria Rotunda *appellata, ob ædificii formam, quam Bartholomæus Marlianus exhibet in ſua Vrbis Romæ topographia lib.* 5, *cap.* 11, *& plures alii. Octavius Pancirolius, in theſauro abſcondito Vrbis Romæ regione* 4 *eccleſia* 18, *deſcribit eamdem Eccleſiam, & meminit Corporum Sanctorum Martyrum à S. Bonifacio illatorum, uti & auctor novæ relationis inventorum venerabilium corporum* SS. Raſii & Anaſtaſii Presbyterorum & Martyrum, *ultimo die Decembris anni* MDCLXXIV, *quo in Nativitate Chriſti Iubilæum anni ſacri fuerat inceptum. Cum enim aliqua tunc reparatio fieret, circa altare majus dicta Eccleſia Rotundæ; reperta fuit arca plumbea cum hac inſcriptione:* Corpora Sanctorum Raſii & Anaſtaſii, cum aliis Reliquiis, hic recondita à Bonifacio IV. *De quodam* S. Raſo Epiſcopo, *Romæ depoſito, egimus ad diem* XII *Martii pag.* 106: *ſed cum nuper inventus, non dicatur* Epiſcopus, *num unus idemque habendus, nos latet.*

è quibus inventi anno 1674 SS. Raſius & Anaſtaſius,

B

4 *In Eccleſia Vaticana, ubi ſepultus eſt, celebratur* S. Bonifacii *hujus feſtum ſub ritu duplici die hac* XXV *Maji, quod iſtic ejus corpus adhuc ferveatur; & recitantur omnia de Communi Confeſſoris Pontificis. In Miſſa legitur etiam* Credo. *Sacra ejuſdem memoria inſcripta eſt ad eumdem* XXV *Maji Martyrologio Bellini, ſecundum morem Eccleſiæ Romanæ anno* MCCCCXCVIII *excuſo: & hunc ſecuti ſunt Maurolycus, Felicius, Galeſinius, Molanus, Caniſius, cum hodierno Martyrologio Romano, in quo iſta leguntur:* Romę S. Bonifacii Papæ quarti, qui Pantheon in honorem S. Mariæ ad Martyres dedicavit. *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ pro elogio ei ponit, quod* eo Pontifice monaſterium Luxovienſe in Burgundia, & Bobienſe in Italia extruitur. Ipſe vero Bonifacius divino cultui deditus, domum propriam in cœnobium convertit, & prædia in monachorum uſum multa attribuit. *At, cujus Ordinis fuerint hi monachi, non indicatur. Trithemius lib.* 4 *de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap* 3 *aſſerit,* domum in monaſterium ſui Ordinis redactam: *& tam ibi, quam libro* 3 *cap.* 148 *addit, fuiſſe* monachum S. Sebaſtiani in Urbe: *eâdem forte certitudine, qua ibidem ait,* Pantheon à Domitiano Imperatore conſtructum fuiſſe, & feſtum ejus agi VIII Kalendas Aprilis. *Correxerunt illum in ultimo puncto Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus: qui eumdem cum Trithemio Benedictinum faciunt, ſed referunt ejus* feſtum ad VIII Kalendas Junii. *Ioannes Mabilio, Seculo ſecundo Benedictino, rejicit ad Prætermiſſos, addens:* An vero monachus ipſe fuerit, non ſatis clarum: *uti nec clara ſunt reliqua, quæ adjiciuntur à Trithemio & aliis.*

Colitur in Eccleſia Vaticana,

& refertur in Martyrologiis,

an recte etiam Benedictinis?

C

5 *Romanum concilium ab eo celebratum anno* DCX *ſcribit Beda, lib.* 2 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum cap.* 4, *his verbis:* His temporibus venit Mellitus Londoniæ Epiſcopus Romam, de neceſſariis Eccleſiæ Anglorum cauſis cum Apoſtolico Papa Bonifacio tractaturus. Et cum idem Papa reverendiſſimus cogeret Synodum Epiſcoporum Italiæ, de vita monachorum & quiete ordinaturus; & ipſe Mellitus inter eos aſſedit, anno octavo Imperii Phocatis Principis, Indictione decima tertia, tertia die Kalendarum Martiarum; ut quæque erant regulariter decreta, ſua quoque auctoritate ſubſcribens, confirmaret; ac Britanniam rediens, mandata & obſervanda deferret, una cum epiſtolis, quas idem Pontifex Deo dilecto Archiepiſcopo Laurentio & Clero univerſo, ſimiliter & Ethelberto Regi atque genti Anglorum, direxit. *Hæc ibi. Dedimus ſecunda Februarii, Acta* S. Laurentii; XXIV *ejuſdem, Acta* S. Ethelberti; *&* XXIV *Aprilis.* S. Melliti: *ſed has* S. Bonifacii *epiſtolas non potuimus aſſequi.*

Concilium celebratum anno 610.

D

6 *Romanus Baſilicæ Vaticanæ Canonicus, tempore Eugenii Papæ III, ſeculo* XII *ad medietatem perducto, ejuſdem Baſilicæ monumenta deſcribens,* Bonifacio II *Epitaphium attribuit, quod ætate Sergii Papæ III ſeculo* XI *credo fuiſſe compoſitum, cum variorum Pontificum ſepulcra in Vaticano titulis & marmoribus ornarentur. Eſſe autem* Bonifacii *hujus* IV *recte animadvertit Manlius: qui eadem monumenta poſterius collegit, allegaturque à Baronio in addendis ad primos octo tomos Annalium tomo* 9, *pro anno* 614. *Eſt illud hujuſmodi apud Romanum, correctis mendis paucis, quæ ad marginem notavi, quæque veroſimile eſt obrepſiſſe tranſcribenti, propter litterarum alicubi extritarum obſcuritatem.*

In epitaphio laudatur Sanctus,

Vita hominum brevis eſt, certa hanc determinat hora:
Sed vitæ æternæ * deinde paratur iter; * idem
Quo non indecora aut rurſum peritura * videntur: * videtur
Sed pulchrum atque decens, ac ſine fine manens.
Dic igitur, quid, Mors, ſtimulis agitaris iniquis?
Quid fremis incaſſum? quid furibunda geris? E
Commoda nulla tibi poterunt tua facta referre,
Nec prodeſſe poteſt impetus iſte tibi.
Gregorii ſemper monita atque exempla magiſtri,
Vita, opere, ac dignis moribus iſte ſequens: *ut S. Gregorii diſcipulus,*
Quo * terrere putas, ſunt hujus maxima vota, * terræ reputas.
Mittere ad aſtra animam, reddere corpus humo.
Saucia multiplici ſiquidem * jam membra dolore, * nam
Rurſus in antiquo pulvere verſa manent:
Quæ conjuncta animæ ſtabilito in corpore * ſurgent * ſurgunt
Ad vitam æternam, te pereunte magis.
Sancta fides, * meritum vitæ, clementia Patris, * merito
Spem certam hanc famulos juſſit habere ſuos.
Hic requieſcit Bonifacius Papa junior, qui ſedit annos VI, menſes VIII, dies XII. Depoſitus eſt VIII Idus Maji, imperante Domino Eraclio, anno ejus . . .

7 *Cum legis laudatum* Bonifacium, *quia* Gregorii magiſtri monita atque exempla ſecutus eſt; *convinceris, non poſſe* Iunioris *nomine intelligi* ſecundum, *annis ſexaginta fere Gregorio præmortuum, ſed* Iuniorem *appellari, reſpectu immediati deceſſoris ſui* Bonifacii III. *De Quarto autem ſcribit prælaudatus Romanus, ſepulturam ejus fuiſſe* intra eccleſiam B. Petri, juxta portam Ravennatum, *ſic dictam, quia per eam intrabatur ab* urbe *(ut vocabant)* Ravennatum, *ideſt,* à Regione Urbis Tranſtiberina, *ſicut notatur ad Veteres Pontificum Romanorum Catalogos, ante tomum* 1 *Aprilis ſub elogio S. Calliſti Papæ, qui dicitur* Romanus de Regione Urbe-Ravennatium. *Hoc ergo, ut ex antiquo loquendi uſu, ſic ex antiquo aliquo ſcripto de Pontificum ſepulturis debuit habuiſſe Romanus: quem qui edidit, & Annotationibus auxit Paulus de Angelis, eidem præpoſuit* Veſtigium veteris D. Petri in Vaticano Baſilicæ, nec non ſacellorum atq; oratoriorũ ſacrarumque ædicularum illi adjunctarum, *ubi tranſito veſtibulo occurrunt tres portæ, in mediam baſilicæ navem ducentes: quarum dextera ſeu meridionalis ſignatur num.* 133, *& in Indiculo appellatur* Porta Ravenniana, ſupra quam ſunt appenſa inſignia & catena portus Smyrnæ à Sixto IV, *nunc in ſacriſtiâ ſimiliter pendens.*

ſepultus juxta portam Ravennatum,

F

8 *Atque hæc de ſepultura. Quod attinet ad tempus mortis, Romanus annum Imperatoris obſcure in lapide ſemitrito apparentem, & veroſimiliter per litteras numerales ſculptum, volens integre exprimere, ſcripſit* ſecundo; *Manlius, quia vidit hoc non ſubſiſtere, ſcripſit,* quinto: *uterque, ut apparet, per conjecturam; cum inter voces* ſecundo & quinto *nulla ſit affinitas litterarum. Econtra numerales litteræ* II *&* U (*nam ſic exprimebant inter*

obiit anno 615.

A *inter numerandum ævo illo multi, potius quam* V) *facillime inter ſe alterantur, & alterata fallunt. Teneamus ergo annum* quintum Heraclii, *à die* v *Octobris anni* DCXIIII *inchoatum; & habebimus annum* DCXV, *quo mortuus ſit* Bonifacius *die* UIII *Maji: unde retrogradiendo per annos* UI, *menſes* UIII, *dies* XU (*ſic enim omnino legendum puto non* XII) *venietur ad* XXU *Auguſti anni* DCUIII, *quo fuerit ordinatus* Bonifacius. *Dico autem* dies XU *non* XII, *quia in Tractatu de hac materia ſpeciali doceo, perpetuum ac fere inviolabilem conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ fuiſſe, ex Apoſtolica veroſimiliter traditione, ut Ordinationes Pontificales in Dominica celebrarentur: hoc autem habetur per dies* XU, *qui ducunt ad* XXU *Auguſti diem. anno* DCUIII *Dominicam; non dies* XII, *nec etiam* XIII, *quos pleraque Anaſtaſiana exemplaria habent. Ob eamdem cauſam, itemque ob alias alibi melius elucentes, malumus, cum Canonico Romano tanto vetuſtiori, legere in Epitaphio nomen* Maji, *quam cum Manlio nomen menſis* Martii: *quia à die* UIII *Martii, neque per* XII, *neque per* XIII, *neque per* XU *dies, venire ad Dominicam retrogradiendo poſſumus. Quod etiam vox* Depoſitus, *hoc de quo agimus ſeculo, ſignificabat idem quod* Mortuus; *apparet ex ſimili S. Gregorii Epitaphio, in quo dicitur etiam ipſe* depoſitus quarto Idus Martii. *Mortuum autem eſſe Gregorium* XII *Martii, extra controverſiam eſt. Verum, inquies, id ſi ita eſt, quomodo dicitur ab Anaſtaſio* Bonifacius ſepultus XXV Maji, *& tali etiam die colitur? Reſpondeo, quia tali die celebratæ ejus exequiæ ſint à Succeſſore* Deuſdedit, *paucis diebus ante primum Electo, & ſub hoc titulo Eccleſiam adminiſtrante; licet pro infelicitate illius ſeculi, non niſi poſt plures menſes, quibus Imperatoris reſcriptum expectandum fuit, videlicet ſub initium ſequentis anni* DCXVI, *ordinato. Hanc rationem diſtinguendi dies Obitus & Sepultura, atque à die Obitus per aſſignatos cuique Pontificatui terminos retrogradiendi ad diem Ordinationu, probaturum me ſpero, câque verificaturum pleroſque numeros annorum, menſium atque dierum, deſcriptos apud Anaſtaſium: quos aliàs impoſſibile eſſet inter ſe conciliare.*

8 Maji.

Exequiæ celebratæ 25 Maji.

10 *Porro in ea quam ſupra deſcripſimus ſepultura, poſt ſeptem fere ſecula repertum corpus tempore Bonifacii VIII, collocatum ſub altari proprio fuit, cum hoc, quem idem Romanus ſuggerit, Titulo rythmice ſcripto:*

Corpus à Bonifacio 8 tranſlatum,

Gregorio quartus jacet hic Bonifacius almus,
Hujus qui Sedis fuit æquus Rector & Ædis:
Tempore qui Phocæ cernens templũ foreRomæ,
Delubra cunctorum fuerant quæ dæmoniorum,
Hoc expurgavit, Sanctis cunctiſque dicavit.
Octavus titulo hoc Bonifacius, oſſa reperta
Hac locat, erectâ Bonifacî nominis, arâ.
Cujus natalis ſolennia qui celebratis,
Primis Seprembris fert hæc lux quarta Kalendis.

B

C

AUCTORE D. P.

ad proprium altare ideo erectum,

Vbi perturbatum à tranſcribentibus verſuum quatuor ultimorum ordinem, eoque redditum in intelligibilẽ, converti in eum quem ſenſus requirere videbatur; & quod penultimum erat diſtichon, poſui poſtremum: ut intelligatur, quarto Kalendas Septembris *recoli* Natalis, *id eſt.* Dedicatio, *non eccleſiæ S. Mariæ ad Martyres (hanc enim conſtat factam fuiſſe* XIII *Maji) ſed aræ, ſub nomine* S. Bonifacii *erectæ.*

11 *Hanc autem aram divinaverim eſſe conſecratam anno* MCCXCIX, *quia tali anno, idem* Bonifacius VIII *Baſilicam Vaticanam Canonicis, Clericis Chori, Beneficiatis, prædiis, aliiſque rebus auxit, ſicuti ex ſchedis Baronii notavit hujus continuator Raynaldus num.* 32. *Tale tamen feſtum ultra Baſilicam Vaticanam ſe non extendit, eoque altari deſtructo (deſtructum autem pridem fuiſſe conſtat, cum non inveniatur in prædicta veteris Baſilicæ ichnographia) ceſſavit ejus dedicati Anniverſarium: fortaſſis autem multo etiam prius, propter concurſum ſolennioris feſti S. Ioannis Baptiſtæ, quod* XXIX *Auguſti antiquitus affixum, toti Vrbi cœpit venerabilius eſſe, ex quo jubilari anno* MCCC *idem Papa* Bonifacius VIII *Caput Præcurſoris, Conſtantinopoli Romam allatum (ut creditur) & in ornatiſſimo vaſe tunc confecto repoſitum, in eccleſia S. Silveſtri in Campo-Martio quam potuit ſolennißime expoſuiſſet.*

& conſecratum 29 Aug. 1294.

12 *Paulus Aringhus, Romæ ſubterraneæ lib.* 2 *cap.* 8, *agens de Pontificibus in Vaticana Baſilica reconditis poſtquam de præfatis cen Titulis ceu Epitaphiis egiſſet,* Reſeratum, *inquit, fuit* ſanctiſſimi Pontificis Bonifacii ſepulcrum anno MDCIII die XXI Octobris: ubi inventa ſunt ejus oſſa in duabus fictilibus ollis, & in vitreo quodam rotundo vaſe recondita. Quæ quidem omnia in novum tranſlata ſunt templum, ibidemque poſita in arca cypreſſina & ſarcophago marmoreo ſub altari, quod eſt in abſide meridiem verſus, ejus memoria in plumbi lamina ſic inſcripta; Corpus S. Bonifacii Papæ quarti, ex altari ſito in Vaticana Baſilica, inter portas Iudicii & Ravennianam, à Bonifacio octavo ejus nomini dicato, ornato & dotato, in novum templum, Pauli V Pont. Max. juſſu honorifice tranſlatum, hac ſub ara ritu ſolenni collocavit Euangeliſta Pallottus, tit. S. Laurentii in Lucina Cardinalis Cuſentinus, hujus Baſilicæ Archipresbyter, anno MDCVI die XUII Ianuarii, primis Veſperis Cathedræ S. Petri, ſedente Paulo Papa V anno primo.

E

F

Noviſſima inventio oſſium an. 1603.

& tranſlatio anno 1606.

DE SANCTO ALDHELMO

EPISCOPO SCHIREBURNENSI,

ET ABBATE MALMESBVRIENSI IN ANGLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

De ejus monaſterio, Vita quadruplici à Malmesburienſibus ſcripta, cura Monaſteriorum & libris.

ANNO DCCIX.

Hunc fundatorẽ Malmesburienſem,

MAlmesburienſe monaſterium *in Wiltonia, Saxoniæ Occidentalis apud Anglos provincia, in confiniis Gloceſtrienſis Comitatus, ſuam originem teſte Cambdeno, debet* Maidulpho eremitæ. Inter cujus diſcipulos potiſſimum, *inquit*, floruit S. Aldhelmus, qui ope Leutherii Epiſcopi pulcherrimum conſtruxit monaſterium, eidemque primus præfuit: cujus viri memoria permanet, utpote in Sanctos relatus: & in ejus feſto hic nundinæ ſunt frequentes, militumque cohors ſcribi ſolet, ne diſcordia inter tot convenas oriretur: dignuſque ſane eſt, cujus memoria in æternitatem vigeat, non ſolum

AUCTORE G. H. *Patronum coluit Rex Athelſtanus.*

ſanctitatis, ſed etiam doctrinæ nomine, ut ea tempora ferebant..... Hunc Aldhelmum, jam defunctum, in Tutelarem Sanctum ſibi aſcivit Athelſtanus ille Magnus: qui eo nomine oppidum hoc maximis immunitatibus donavit, monaſterium ampliſſimis donariis ditavit, in eo ſepulturam ſibi delegit, ejuſque monumentum etiamnum oſtendunt incolæ. Ab Athelſtano jam inde monaſterium longa opulentia clarum floruit, & inter alios magna eruditione viros produxit Guilielmum, qui hinc Malmesburienſis dictus, cujus eruditæ induſtriæ & eccleſiaſtica & politica Angliæ hiſtoria plurimum debet..... Monachi continenter & ædibus & proventibus acceſſionem adjunxerunt, donec fatalis ille dies Angliæ monaſteriis intonaret. Tunc reditus & congeſtæ tot annis opes (quæ fuerunt, ut majores habuerunt, vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum) diſſipatæ: communemque demolitionis ſortem templum ſubiiſſet, niſi Pannarius..... redemiſſet: & in Parochialem Eccleſiam converſum, magna ex parte ſupereſt. *Hæc aliaque plura Cambaenus in Wiltoniæ deſcriptione: quibus addi poſſent varia ex Tomo primo Monaſtici Anglicani, per Rogerum Dodſworth & Gulielmum Dugdale edito, qui faciem aquilonarem Malmeſburienſis Eccleſiæ, prout nunc extat, ſculptam in lamina exhibent. Laudatus Rex Athelſtanus imperavit ab anno* DCCCCXXIV, *ad annum uſque* DCCCCXL, *quo vita functus ſepulturam in eccleſia Malmesburienſi obtinuit. Porro eumdem* Athelſtanum, invocato Deo & S. Aldhelmo, occiſis Conſtantino Rege Scotorum, aliiſque Regibus quinque, Comitibus duodecim, *ceteriſque, victorem fuiſſe ſcribit Malmesburienſis, lib. 2 de Geſtis Regum Anglorum cap. 6.*

Vita Auctore Willelmo Malmesburienſi datur ex Ms.

2 *Acta ejus duplicia damus, utraque ex Mss. codicibus bibliothecæ Cottonianæ à jam citato Dugdale eruta. Priora, Auctorem præferentia ſupra laudatum Willelmum Malmesburienſem, ipſemet ſe deſcripſiſſe homo grandævus, pro inſigni ſua de hoc noſtro opere æſtimatione, ita ſub finem teſtatur:* Verum exemplar ab Ectypo exaratum per me Willielmum Dugdale, principalem Regem Armorum Anglicanorum, nuncupatum Garter. *Scripta eſſe hæc Acta* anno MCXXV, *qui erat à* tranſitu S. Aldhelmi annus CCCCXXVI, *affirmat ipſemet Malmesburienſis ſub finem, qui hanc ſcriptionem ante pollicitus erat lib. 2 de Geſtis Pontificum Anglorum, titulo de Epiſcopis Schireburnenſibus, his verbis:* Primus Sciraburniæ ſedit Pater Aldhelmus, quem hic tantum loco ordinis nomino. Namque (quod ejus Vitam nuſquam plene digeſtam reperi, ſpectantque ad eam quam plurima, quæ ſi celavero in poſteros delinquo) cogitavi, annuente Deo, in extremo hujus opuſculi libro, cum ejuſmodi materia liberiori congredi otio. *Ioannes Mabilio parte 1 ſeculi tertii Benedictini, texens Elogium hiſtoricum ipſius Sancti, queritur ſe nullam ejus Vitam potuiſſe aſſequi. At nactus poſtea hanc à Malmeſburienſi ſcriptam, edidit in Appendice primæ partis Seculi quarti, & quidem (ut præfatur) ex Ms. codice bibliothecæ Cottonianæ, eodem veroſimiliter unde & nos accepimus.*

alia Vita ex Ms. additur.

3 *Alteram Vitam procuravit nobis idem Dugdale, ſed alterius manu, cui tamen ſua ipſe adſcripſit:* Ex codice Ms. in bibliotheca Cottoniana ſub effigie Fauſtinæ, B 4 fol. 139. *De ipſo Dugdale ejuſque libris late egimus* XVI *Maji, ad Vitam S. Carantoci, quam dem etiam nobis tranſcripſerat, ſatagente pro nobis apud eum Reverendo Patre Edoardo Mico alias Harvæo è Societate noſtra, viro magna prudentia, doctrina atque omni virtutum genere prædito; qui hic Antverpiæ in eadem domo Profeſſorum nobiſcum vixerat; ſed jam aſſumptus à Reverendo Patre Provinciali Thoma Harcotto alias Witebret in ſocium, cum eodem in perſecutione pluſquam Diocletianæa, anno* MDCLXXVIII *à Parlamentariis Anglicanis excitata, abreptus in cuſtodiam, ſub prætextu chimericæ cujuſdam conſpirationis, ibidem hanc mortalem vitam cum æterna & feliciore commutavit; ſicut & alius intimus noſter amicus Thomas Montfordus, qui ex ædibus Sereniſſimi Ducis Eboracenſis abreptus, eodem in carcere pientiſſime ex morbo deceſſit, vir integerrimus, nec minori doctrina quam virtute ornatus. Ipſe vero Provincialis Harcottus, poſt longas ærumnas & vexationes iniquiſſimas, ſequenti anno* MDCLXXIX *die* XX *Iunii, glorioſo martyrio eſt coronatus, fidei odio ſuſpenſus & diſſectus ad Tiburnum prope Londinum, una cum quatuor aliis Societatis noſtræ Sacerdotibus & indefeſſis Anglicanæ vineæ operariis, Antonio Turnero, Guilielmo Waringo, Ioanne Gavano, & Ioanne Fenwico; primitivæ Eccleſiæ ſpiritus tanta animi præſentia, vultus ſerenitate, hilaritate verborum referentibus, ut vel ex hæreticis multi faterentur, fieri non poſſe, quin innocentes illi eſſent, certique ea morte ſe transferri ad Deum, non judicem criminum, ſed remuneratorem fidei conſtantiſſime ſervatæ. Alteram iſtam Vitam ſcripſit ſub finem ſeculi undecimi aut initium ſequentis, vir eruditus, qui ſe profeſſione monachum fuiſſe indicat in Prologo, & num. 19 accenſet ſe Malmesburienſibus, in prima perſona de illis & ſeipſo ſcribens,* Nobis: *ſub finem autem aſſerit, ſe noviſſe Fr. Hubertum ſatis infirmum, & in revelatione Reliquiarum ſanatum. Interim quo nomine fuerit appellatus, non additur. Non putamus quod hanc Vitam Malmesburienſis habuerit, licet videatur aliquanto ſerius vixiſſe & ſcripſiſſe. Huic tamen alterum ſubſtituimus, quod argumentum aſſumptum longius proſecutus, res omnes uſque ad Revelationem Reliquiarum exponat. Prælaudatus Willielmus Dugdale, in ſuo Cottoniano codice ante ipſam Vitam legens verba, initio cap.* 1 *poſita, conſiderari jubet,* an forte non ſit labor Egwini Wiccii, *id eſt Wigornienſis Epiſcopi ſupra memorati. Sed hoc cogitare vetat memoria rerum, etiam tribus & amplius ſeculis poſt Egwini obitum hic narratarum; & quod ſcriptor ſe Monachum Malmesburienſem probet, uti dictum eſt: fatebimur ergo nos ignorare (quod nec veroſimiliter quidem poſſumus divinare) nomen auctoris.*

Vitæ ab aliis etiam ſcriptæ indicantur.

4 *Extat tertia Vita apud Capgravium, cujus prior pars ex hac ſecunda Vita eſt in epitomen redacta, & deinde non nulla alia adjiciuntur. Eadem nonnullis omiſſis referuntur apud Surium; nec non in Breviario Sarum anno* 1499, *& Sarisburienſi anno* 1557 *excuſo: unde nonnulla in Annotatis obſervantur. In his dicitur S. Egwinus Epiſcopus Wigornienſis, qui ſepulturæ præfuit, ejus Vitam conſcripſiſſe: ſed num ea aliquid differat à ſcripto ibidem addito ignoramus. Alius allegatur à Malmesburienſi num.* 3 Elfredus *ſive* Alfredus, *monachus ut videtur, & Abbas Malmesburienſis, quaſi is ſeculo decimo Vitam ejus ſcripſiſſet, ex quo nonnulla ibidem habentur. Præterea S. Oſmundus, Epiſcopus Sarisburienſis, inter ſcriptores Vitæ cenſetur. Eſt is anno* 1099 *vita functus, ejuſque mentio ſub finem Vitæ ſecundæ habetur, & forſan inde arrepta occaſio dicendi Vitam ab eo etiam fuiſſe exaratam. Hiſce additur à Mabilione Eadmerus monachus Cantuarienſis, de quo latius egimus* XXI *Aprilis, ad Vitam S. Anſelmi Archiepiſcopi Cantuarienſis: ſed ſi aliquid de S. Aldhelmo ſcripſit Eadmerus iſte, ſcripſit ſtylo longe cultiori, ut ejus, opera legenti pateſcet. Porro* S. Aldhelmi *Epiſcopi Schireburnenſis meminerunt ſcriptores Rerum Anglicanarum plerique, & poſt antiquos Harpsfeldius ſeculo 7 cap. 19 & ſec. 8 cap. 11, Edouardus Maihew in Trophais Anglicanis ad diem* XXV *Maji, & Alfordus in Annalibus Eccleſiæ Anglicanæ ab anno* 666, *quo ſtatuit Abbatem creatum; & ad annum* 709, *quo è vita hac migravit. Hic repertam in Ms. regiſtro Malmesburienſi Epiſtolam illius, ad annum* 705 *quo creatus eſt Epiſcopus Schireburnenſis, num.* 18 *eamdem edidit: cujus pars hæc eſt.*

Creatus Epiſcopus & monaſteriorum curâ retinere rogatus.

7 Ego Aldhelmus, poſtquam me immeritum, nulliſque prædignis moribus comprobatum, in Pontificatus officii Sedem divina gratia ſubinthroniſaſſet; propoſui arcano mentis meæ affectu, ut monaſteriis

A fteriis meis, Maeldumesburgi, Froom, Bradamford, quibus jam dudum in Abbatis gradum conſtitutus, ſuffragante Domino regulariter præfui, religioſum Abbatem, quem ſibi ſpontanea familiarum mearum optio conſona voce elegiſſent, canonica creatione atque regulari ſanctione conſtituiſſe. His voluntariis propoſitionibus meis pia monachorum meorum reſtitit pertinacitas. Et cum hoc ſedulo ſæpius in conventu Fratrum meorum fiducialiter narraſſem; nullus his votis meis placidiſſimum præbebat aſſenſum, dicentes: Quamdiu vitali vegetaris ſpiritu, nobiſcum præſentis vitæ ſtadio deputaris. Tuæ ſemper dominationis jugo humillime colla ſubdere non dedignamur; ſed hoc ſupplici communique rogatu deprecamur, quod ſub ſacra Scripturarū teſtificatione, & favorabilium virorum claro conſenſu corrobores, ut nullus poſt obitum tuum, nec Regalis aviditas, nec Pontificalis auctoritas, vel aliquis eccleſiaſticæ ſeu ſecularis dignitatis vir, ſine noſtræ voluntatis arbitrio in nobis ſibi vindicet principatum. Huic debitæ monachorum meorum, maxime famulorum Dei, petitioni libentiſſime conſenſi ..... cum optabili famoſiſſimi Regis Ynii conſenſu, & reverendiſſimi Fratris & Coëpiſcopi mei Danielis, præſentatæ promiſſionis devoto nutu, decentiſſimam vernarum Domini poſtulationem ſacræ Crucis ſignaculo confirmavi. Itidem idem venerandus Rex & prænominatus Pontifex pari devotionis manu ſubſcripſerunt..... Scripta eſt hujus confirmationis chartula ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCV, Indictione III.

eorum libertati conſulit.

B

6 *Hæc ibi. Ex his duo monaſteria ſcilicet* From, ad honorem S. Joannis Baptiſtæ ad fluvium From; & Bradamfort, *aliis* Bradenum, poſtea à Danis deſtructa fuiſſe, *indicatur apud Capgravium. De aliis* S. Aldhelmi *ſcriptis infra agitur, & ſunt pleraque in Bibliotheca Patrum recuſa. Quanti ea fecerit S. Bonifacius adhuc Diaconus, indicat Epiſtola* 4 *his verbis:* Obſecro ut mihi Aldhelmi Epiſcopi aliqua opuſcula, ſeu proſarum ſeu metrorum aut rythmicorū, dirigere digneris, ad conſolationem peregrinationis meæ & ob memoriam ipſius beati Epiſcopi. *Factus eſt dein S. Bonifacius Sacerdos anno circiter* DCCXII, *Epiſcopus Romæ anno* DCCXXIII, *Martyr anno* DCCLV *die* V *Iunii, quando varia ejus Acta dabuntur. Ipſius vero* S. Aldhelmi *ſacra memoria, ad hunc* XXV *Maji, refertur in Martyrologio Romano & pluribus antiquis, manu exaratis atque excuſis: Corporis etiam* Tranſlatio *celebratur* XXXI *Martii, uti tunc indicatum:* & Abſconſio, *facta à S. Dunſtano* tertio Nonas Maji, in Martyrologiis teſtata *legitur infra, in ſecunda Vita num.* 23.

Libri ab eodem ſcripti:

memoria in faſtis.

C

VITA

Auctore Willielmo Malmesburienſi.

Ex Ms. Cottoniano eruta à Willielmo Dugdale.

CAPUT I.

Ortus, Studia, Libri editi.

1 BEatus Aldhelmus, Saxonicâ proſapiâ oriundus, primis imbuendus elementis, *a* Adriano Abbati S. Auguſtini traditur: quem in arce ſcientiæ ſtetiſſe, qui Anglorum *b* geſta perlegit, intelligit. Ibi puſio, Græcis & Latinis eruditior litteris, brevi mirandus ipſis enituit magiſtris. Cumque jam majuſculus à Cantiâ in Weſt-Saxones reſ-

a

b

A S. Adriano doctus,

meaſſet, religionis habitum in Meldunenſi accepit cœnobio, quod ſitum eſt in civitate, quæ antiquo vocabulo Mealduberi, & nunc Mealmesberi vocatur. Id quidam Meldun, qui alio nomine vocatur Meildulf, natione Scotus, eruditione Philoſophus, profeſſione Monachus, fecerat: qui cum natali ſolo voluntarie carens, illuc deveniſſet; nemoris amœnitate, quod tunc temporis in immenſum eo loci ſuccreverat, captus, eremeticam vitam exercuit: deficientibuſque neceſſariis, ſcholares in *c* diſciplinatum accepit, ut ex eorum liberalitate tenuitatem victus corrigeret.

A. WILL. MALMES. EX MS. *& Malmesburii factus Monachus*

c

2 Illi, procedente tempore, Magiſtri ſequaces, ex ſcholaribus monachi effecti, in Conventum non exiguum coaluere. Horum exemplo & conſortio Aldhelmus *d* informatus ad ſtudium, liberales artes plenitudini ſcientiæ adjecit: quas ut medullitus conbiberet *e*, iterum ſtuduit Cantiæ ad pedes Adriani, qui erat fons litterarum, rivus artium; donec valetudine cogente, repedaret domum. Itáque liberalium artium compos factus eſt, quī tanti contubernalis conſortio functus fuit. Nec ipſe ſane ſuffragio laudum ſuarum defuit, & dixit, ſe primum omnium ſuæ gentis hominum fuiſſe, qui ad ſcientiam metrorum præſumpſit ingenium, impulit animum. Iſta enim ejus erant verba in calce libri, quem fecit de Schematibus: Hæc (inquit) de metrorum generibus & ſchematibus, pro vilitate ingenii mei habes; multum laboris eſt, neſcio an fructuoſe collecta; quamvis mihi conſcius ſim illud Virgilianum poſſe me jactare,

deinde ad S. Adrianum reverſus,

d

e

E

primus inter ſuos carmina edit e

Primus ego in patriam mecum (modo vita ſuperſit),
Aonio rediens deducam vertice Muſas.

3 Litteris itaque ad plenum inſtructus, nativæ quoque linguæ non negligebat carmina; adeo ut (teſte libro *f* Elfredi, de quo ſuperius dixi) nulla umquam ætate par ei fuerit quiſquam, poëſim Anglicam poſſe facere, cantum componere, eadem appoſite vel canere vel dicere. Denique commemorat Elfredus Carmen triviale, quod adhuc vulgo cantitatur, Aldhelmum feciſſe: adjiciens cauſam, qua probet, rationabiliter tantum virum his quæ videantur frivola inſtituiſſe populum, eo tempore ſemibarbarum, parum divinis ſermonibus intentum, ſtatim cantatis Miſſis domos curſitare ſolitum. Ideo ſanctum virum, ſuper pontem qui rura & urbem continuat, abeuntibus ſe oppoſuiſſe obicem, quaſi artem cantandi profeſſum; eoque plus quam ſemel facto, plebis favorem & concurſum emeritum. Hoc commento ſenſim inter ludicra, verbis Scripturarum inſertis, cives ad ſanitatem reduxiſſe; qui, ſi ſevere & cum excommunicatione agendum putaſſet, profecto luſiſſet operam, profeciſſet nihil.

etiam patria lingua,

f

F

4 Præconio itaque nobilis doctrinæ favorabilis quantum haberetur, indicio fuerunt Epiſtolæ amicorum ad eum miſſæ. Taceo de compatriotis, qui certatim ad eum ſcripta ſua emittebant, ejus judicii cenſuram ſubituri. Prætereo Scotos, tum maxime doctos, qui idem feciſſe noſcuntur; quorum aliquos, non obſcure litteratos, nominare poſſem; maxime Artwilum Regis Scotiæ filium. Hic, quidquid litterariæ artis elaborabat, quod non adeo exile erat, Aldhelmi committebat arbitrio, ut perfecti ingenii lima eraderetur ſcabredo Scotica. Ex ipſo Francorum ſinu, ad eum cauſa doctrinæ veniebatur. Ceterum non eſt narratu facile, quam efficax fuerit in exhortando amicos & diſcipulos: illos, ut illæſam fidem amicis exhiberent; iſtos, ut teneros annos ad unguem divinæ præceptionis ducerent.

rogatur limare aliorū ſcripta.

5 Verum-

A. WILLEL. MALMESB. EX MSS.

laudatur à Beda,

5 Verumtamen, ut narrationem repetam, ſummum culmen laudibus ejus litteraturæ impoſuit Beda; qui & pro vicinia temporis, rem ut erat noſſet; & pro veritatis ſtudio, mentiri nollet: qui, poſt enumerationem aliquorum librorum ejus, ſubintulit: Scripſit (inquit) & alia nonnulla, utpote vir undecumque doctiſſimus. Nam & ſermone nitidus, & Scripturarum tam eccleſiaſticarum quam ſecularium erat eruditione mirandus. Poteſtne quidquam hac laude ſublimius dici?

6 Poſtremo ipſum eumdem teſtem citabo; quod, licet omnibus artibus ſtudium numquam abnuerit; quibuſdam tamen, potiſſimum apud Cantiam iterata manſione ſtudens, animum impenderit. Sic enim Epiſtola ad g Heddam anteceſſorem, ſuum laborem dum exequitur, proprium commendat exercitium. Fateor, beatiſſime Præſul, me dudum decreviſſe, ſi temporum volitans viciſſitudo pateretur, vicinam optati Natalis Domini ſolennitatem, ibidem in conſortio Fratrum tripudians celebrare; & poſtmodum vita comite veſtra caritatis præſentia frui. Sed, quia diverſis impedimentorum obſtaculis retardati, quemadmodum lator præſentium viva voce promulgabit, illud perficere nequimus; idcirco difficultatis veniam precor impendite. Neque enim parva temporum intervalla, in hoc lectionis ſtudio protelanda ſunt, ei dumtaxat, qui ſagacitate legendi ſuccenſus, Legum Romanarum jura medullitus rimabitur, & cuncta Juriſconſultorum ſecreta imis præcordiis ſcrutabitur. Et quod his multo perplexius eſt, centena ſcilicet metrorum genera pedeſtri regula diſcernere, & muſicæ cantilenæ modulamina recto ſyllabarum tramite luſtrare: cujus rei ſtudioſis lectoribus tanto inextricabilior obſcuritas prætenditur, quanto variorum Doctorum numeroſitas reperitur. Sed de his prolixo ambitu verborum diſputare epiſtolaris anguſtia minime ſinit; quomodo videlicet ipſius metricæ artis clandeſtina inſtrumenta, litteris, ſyllabis, pedibus, Poëticis figuris, verſibus, tonis, temporibuſq; conglomerantur; Poëtica quoq; ſemiplenæ diviſionis diſciplina *h*; hoc eſt acephalos, protilos, cum ceteris, qualiter varietur; qui verſus *i* monoſchemi, qui pentoſchemi, qui decaſchemi, certa pedum menſura trutinentur; & qua ratione catalectici, brachycatalectici, ſeu hypercatalectici verſus, ſagaci argumentatione colligantur. Hęc, ut reor, & his ſimilia, brevis temporis intercapedine apprehendi nequaquam poſſunt.

g

B

ſtudet juriſprudentiæ,

poëſi,

h

i

C

arithmeticæ eccleſiaſticæ,

7 De ratione vero calculationis quid commemorandum? cum tantæ ſupputationis imminens deſperatio colla mentis oppreſſerit, ut omnem præteritum lectionis laborem parvipenderem, cujus me pridem ſecreta cubicula noſſe credideram; & ut ſententia beati Hieronymi utar, dum ſe occaſio obtulit, qui mihi prius videbar ſciolus, rurſus cœpi eſſe diſcipulus: ſicque tandem ſuperna gratia fretus, difficillima rerum argumenta, & calculi ſupputationes, quas partes numeri appellant, lectionis inſtantia reperi. Porro de Zodiaco & duodecim Signorum, quorum vertigine cæli involvuntur, ratione, tacendum arbitror; ne ars opaca & profunda, quæ longa explanandarum rerum ratione indiget, ſi vili interpretationis ſeriæ propalata fuerit, infametur & vileſcat: præſertim cum Aſtrologicæ artis peritia, & perplexa Horoſcopi computatio, elucubrata doctioris indagatione egeat.

& aſtrologiæ,

varios libros edit,

8 Talium artium voluptate impletus, ipſe quoque ex ſacratiſſimo pectoris penu, bonæ frugis libellos edidit; ne nunquã theſauros tamdiu congregatos recluderet, ne nihil unquam ex auditis reponeret. Et primum quidem ingenii periculum dedit in libro, quem ad Brittones, ut ad verum Paſcha reverterentur, fecit; cujus doctrinam neſcio quod infortunium uſibus noſtris *k* invidit, gaudio ſubtraxit. Eſt & liber ejus de Virginum laude, rhetorico compactus lepore, in quo virginitatis gloriam prædicat; & poſtea non difficilem eſſe priſcorum cœlibatum *l* exemplificat. Ejuſdem materiæ verſibus Heroicis fecit alterum; cui adjunxit alterum æque verſificum de Pugna octo principalium vitiorum. Extat & codex ejus non ignobilis de Ænigmatibus, Poëtæ *m* Symphroſii æmulus, centum titulis & verſibus mille diſtinctus. Utriuſque operis Præfationem, verſibus recurrentibus ingenioſe intexuit; ut in illo de Virginum laude ſingulæ iſtius verſus litteræ, *n*

D

k

l

m

n

Metrica tirones depromant carmina caſtos,

ſingulos verſus Præfationis, à capite ad finem inchoarent; eademque per numerum verſuum effingerent. Porro, in illo de Ænigmatibus aliter commentus eſt, ut hic verſus,

• Aldelmus cecinit millenis verſibus odas,

primas & ultimas ſingulorum in Proëmio verſuum litteras & inchoaret & terminaret, ambaſque extremitates eaſdem faceret. Oſtendit quoque in his vir veteris litteraturæ ludum ſimul & artificium, dum res incurioſas comitaretur facundum & vigens eloquium. Præterea, ad quemdam *o* Alfridum Regem Northanimbrorum, probe (ut Beda narrat) litteris doctum, edidit librum hæc continentem capitula; De ſeptenarii numeri dignitate, collecta ex veteris & novi Teſtamenti floribus & diſciplinis Philoſophorum; De admonitione fraternæ caritatis; De inſenſibilium rerum natura, quæ ſecundum metaphoram ſermocinari figurantur; De pedum regulis; De Metaplaſmo; De Synalimpha *p*; De Scanſione & Eclipſi verſuum; De Metro alterna interrogatio & reſponſio.

E

o

lib. 4. c. 26

p

9 Compoſuit & Epiſtolas multas, quarum plures non extant: partem quarumdam, quas habemus, anteceſſorum noſtrorum detruncavit incuria. Sermones ejus minus infundunt hilaritatis, quam vellent hi rerum incurioſi. Verba trutinant judices importuni; qui neſciunt, quod ſecundum mores gentium varientur modi dictaminum; denique Græci involute, Romani ſplendide, Angli pompatice dictare ſolent. Id in omnibus antiquis chartis eſt animadvertere. Quantumvis quibuſdam verbis abſtruſis & ex Græco petitis delectetur, moderate tamen ſe agit Aldhelmus; nec niſi perrara & neceſſaria verba ponit exotica. Allegat catholicos ſenſus ſermo facundus, & violentiſſimas aſſertiones exornat color rhetoricus: quem ſi perfecte legeris, & ex acumine Græcum putabis, & ex nitore Romanum jurabis, & ex pompa Anglum intelliges.

item epiſtolas & ſermones,

F

ANNOTATA.

a S. Adriani *Acta dedimus 9 Ianuarii, ex Hiſtoria Bedæ, & Legenda Capgravii. Fuit is Abbas Cantuariæ ab anno circiter 667, ad annum 709, aut ſequentem.*

b *Inter hæc geſta, primo loco cenſeri debet Hiſtoria Bedæ, qui lib. 4, cap. 2 ait*, Congregata diſcipulorum caterva, ſcientiæ ſalutaris quotidie flumina, in rigandis eorum cordibus emanaſſe: ita ut etiam metricæ artis, aſtronomicæ & arithmeticæ eccleſiaſticæ diſciplina, inter ſacrorum apicum volumina, contraderetur.

c *Mabilio*, in diſcipulatum.

d Leutherius, *Epiſcopus Weſtſaxonum, in charta anno 675 data apud Malmesburienſem, lib. 1 de Geſtis Regum Anglorum cap. 2, teſtatur ibidem*, Aldelmum à primo ævo infantiæ, atque ab ipſo tirocinio rudimentorum, liberalibus litterarum ſtudiis eruditum, & in gremio ſanctæmatris Eccleſiæ nutritum, vitam duxiſſe.

e In

A c *In Monaſtico Anglicano, libro de Antiquitatibus Malmesburiæ, videtur hic primus acceſſus ſtatui ad S. Adrianū, quod Leutherii chartæ id magis conſonum ſit.* Hinc fugiens, *inquit auctor*, ad pedes Hadriani Philoſophi, Abbatis S. Auguſtini Cantuarienſis, per aliquod tempus ſtuduit, & ſufficienter edoctus Meldunum repetiit: qui poſtea cum ſociis ſuis ſub Maildulfo monacho attonſus eſt, vivente Maildulfo poſt tonſionem ejus annos XIV. Id Caſtellum tunc fuit ſub dominio Leutherii Epiſcopi Wintonienſis, qui dominabatur in tota Weſt-Saxonia. Mortuo Maildulpho prædictus Epiſcopus dedit ſitum Malmesberiæ S. Aldhelmo.

f Elfredus, *ſive* Alfredus, *fuit* monachus & Abbas Malmesburienſis. *Hunc aſſerit Pitſeus floruiſſe* anno 990, *& ſcripſiſſe* librum de S. Aldhelmo. *Verum non videtur extare, uti neque tractatus Wilmelmi Malmesburienſis, in quo iſta ſuperius dixerat, reſpectu hujus Vitæ forſan ſubſtituta.*

g S. Hedda *Leutherio ſubrogatur circa annum* 677, *inſcriptus Martyrologio Romano ad diem* 7 *Iulii. Ad eum ſcripta Aldhelmi epiſtola non videtur adhuc integra potuiſſe reperiri.*

B h *Erant iſto ſeculo & ſequentibus proximis carmina variis myſteriis involuta, ex quibus extant* S. Aldhelmi, *aut ſub ejus nomine, monaſticha* 199 *verſuum, tetraſticha* 20, *pentaſticha* 14, *Hexaſtica* 13, *alia ſeptenis, novenis, denis & pluribus verſibus: ita alia in primo & ultimo verſu continent myſteria, alia aliquanto poſt initium & ante finem, & hi verſus Acephali & Protili ſeu Proteli dicebantur, nam* πέλος *finem indicat.*

i *In noſtro ectypo eſt* monoſcenis, pentaſcenis, *&* decaſcenis, *ſed ex Mabilione correxi & judico cum aſpiratione atque per* m *proferendum, ita Verſus* μονόσχημος *unius formæ dicentur, ut ſupra* monoſtichi.

k *Continetur tota illa controverſia in epiſtola* S. Aldhelmi *ad Gerontium, Britannorum Cornubienſium Regem, & ad Sacerdotes per Domnoniam ſive Cornuvalliam converſantes, Extat autem ea epiſtola num.* 44, *inter Epiſtolas S. Bonifacii Archiepiſcopi à Nicolao Serario erutas, & Moguntiæ anno* 1605 *excuſas.*

l *Laudantur cap.* 10, *Elias, Heliſæus, Daniel, tres Pueri in camino Babylonis ſervati; & cap.* 11 *Ioannes Baptiſta, Ioannes Euangeliſta, & Lucas; deinde Clemens Romanus, Gregorius Nazianzenus, Paulus eremita, Hilarion, Ioannes anachoreta, Benedictus, Malchus, Athanaſius, Babylas, Coſmas & Damianus, Chryſanthus & Daria, Iulianus Martyr, Amos anachoreta, Apollonius Archimandrita. Poſtea à cap.* 22, *laudantur Virgines præter Deiparam, Cæcilia, Agatha, Lucia, Iuſtina, Agnes, Conſtantia, Thecla, Eulalia.*

C m *Beda lib.* 5, *cap.* 19 *ait* in exemplum Sedulii, *quod latinæ originis nomen auctor hic voluit Græce reddere.*

n *Eſt Præfatio ad Maximam Abbatiſſam, extatque primo loco ante Carmen de laude Virginum, & inde apud Pitſeum de Scriptoribus Angliæ, cum litteris majuſculis ſub initium & finem cujuſque verſus, uti hic indicatur.*

o Alfridus *filius Oſwii Regis, quicum regnavit & ſucceſſit anno* 686, *mortuus anno* 705, *de quo egimus inter Prætermiſſos die* 14 *Martii.*

p Sinalimpha *corrupte pro* Synalœpha, *quæ eſt duarum ſyllabarum in unam commixtio, ſive contractio; ut* Virûm *pro* Virorum; Petîſſe *pro* Petiviſſe.

CAPUT II.

Res geſtæ à S. Aldhelmo Abbate, dein Epiſcopo facto.

10 VEniente Aldhelmo ad locum prædictum, parva ibi admodum baſilica viſebatur, quam Meildulfum ædificaſſe antiquitas incertùm fabulabatur. Erexit Aldhelmus auguſtiorem eccleſiam, in honorem Domini Salvatoris, & primorum Apoſtolorum Petri & Pauli. Quem promoventem his virtutum ſucceſſibus & in altum nitentem, Leutherius Weſt-Saxonum Epiſcopus conſpicatus, ibidem eum in Presbyterum, poſtea in Abbatem erexit; locique illius poſſeſſionem, qui ſui juris eſſet, in Abbatis d itionem traduxit *a*. Abbas ergo conſtitutus, monachos ad votum inducere, famam in bonum ultra augere, Dei præ omnibus gloriam velle: cumque induſtriæ Abbatis, favor concurreret Pontificis; tunc res monaſterii in immenſum augeri. Currebatur ad Aldhelmum totis ſemitis; his vitæ ſanctimoniam, illis litterarum ſcientiam deſiderantibus. Erat enim, quamvis (ut diximus) eruditione multiplex, tamen religione affabilis & ſimplex; qui adverſantes obtineret dicendi fulmine, diſcentes mulceret nectareo docendi flumine; ad utroſque ex ejus ore flueret ſalſi leporis oratio, ut eſſet in ſingulis mirabilis, & in omnibus ſingularis. Eo factum eſt, ut Reges & Comites, *b* Merciorum *c* & Weſt-Saxonum, religione viri, quam nobilitas commendabat generis, illecti, plura loco conferrent, quæ & ad monachorum ſtipem, & ſuarum animarum [ſalutem] proficerent.

Eccleſiam erigit,

a *ſuos inſtruit,*

E

b c *acquirit poſſeſſiones;*

11 Poſtquam ergo factus eſt monachus, ſic eum vitam duxiſſe comperimus. Lectionibus frequenter, orationibus inſtanter incumbebat; ut (ſicut ipſe in quadam Epiſtola dixit) legens, Dominum loquentem audiret; orans, Dominum alloqueretur; tenuitate ultronea victualium paſcens animum, nuſquam à monaſterio, niſi neceſſario progrediens; pecuniarum minime avidus, ſi quid dabatur, in uſus utiles continuo annumerans. Jam vero, ut vim rebelli corpori conſciſceret, fonti, qui proximus monaſterio, ſe humero tenus immergebat. Ibi nec glacialem in hieme rigorem, nec æſtate nebulas ex locis paluſtribus halantes curans, noctes durabat inoffenſus: finis dumtaxat percantati Pſalterii terminum imponebat labori. Fons ille, de nomine Sancti dictus, in valle cœnobii lenibus ſcatebris fluens, & viſu eſt delectabilis, & potu ſuavis. In alia parte urbis fons Danielis dicitur; quia in eo Daniel cæleſtes noctibus ducebat excubias, qui cum Aldhelmo Pontificales accepit infulas. Inter hæc præclara, hujus hominis continentiam deſcribere pene verecundaretur oratio, niſi eſſet in facto glorioſæ victoriæ occaſio. Si quando enim ſtimulo corporis admoneretur, non ſolum illecebræ denegabat effectum, ſed alias inſolitum reportabat triumphum. Neque tamen conſortium d feminarum repudiabat, ut ceteri, qui ex opportunitate timent prolabi: immo vero vel aſſidens, vel cubitans, aliquam detinebat, quoad carnis tepeſcente lubrico, quieto & immoto diſcederet animo. Deridéri ſe videbat diabolus, cernens adhærentem ſeminam, virumque alias avocato animo inſiſtentem cantando Pſalterio: & valefaciebat ille mulieri, ſalvo pudore, illæſa caſtitate. Reſidebat carnis incommodum, dolebat nequam ſpiritus de ſe agitari ludibrium. Aſſiſtunt veritati dictorum meorum, quantum cœlibatus amorem foverit, liber de Virginitate præclarus, qui & illius honorem definit, pulchritu-

F

caſtitatis amore immergit ſe fonti,

d *inter feminas integer.*

A. WILLEL. MALMESB. EX MS.

dinem ornat, perſeverantiam coronat. Neque enim fas eſt credi, ſanctum virum aliter feciſſe quam docuit, aliter vixiſſe quam dixit.

12 At vero aliquot annorum intercurrente ſpatio, *e* Hedda, totius Weſt-Saxoniæ Pontifex, apud Wintoniam Sedem habens, exceſſit mundo. Gratiſſimus fuit hic obitus Cæleſtibus, quod, pro ſanctitate præteritæ vitæ, numerum eorum ampliaret; luctuoſus mortalibus, quod vix parem poſſent invenire, qui tantæ diœceſeos circuitum vellet regere. Quidquid enim *f* nunc quatuor Epiſcopi gubernant, unus tunc ille frænabat; rebelles auctoritate premens, ſupplices ſimplicitate demulcens. Synodali ergo conſilio diœceſis, ultra modum protenſa, in duas Sedes diviſa; quarum altera *g* Scireburniæ, altera eſſet Wintoniæ: in quâ & impar fuit ea diviſio, ut unus *h* duos tantum pagos, alter totum *i* regeret quidquid Weſt-Saxonici tractus immenſitas contineret. Singulis Sedibus ſuffecti Pontifices, pro ſcientiæ merito, & natalis ſui confinio; Wintoniæ prælatus *k* Daniel, qui eſſet ejuſdem regionis oriundus, & ſtaterarum non egenus; Scireburniam ſortitus Aldhelmus, cui ſapientiæ prærogativa, & ævi maturitas ad majus culmen aſpiraret, tum etiam genitalis terræ caritas ſuffragaretur, quod ejus provinciæ indigena eſſet. Procedit ergo, ut creditur, agente Deo, univerſalis electio; ambiturque à beatiſſimo ſene utEpiſcopatum dignetur accipere. Omnis ætatis & ordinis conflatur ſententia, dignum videri Præſulatu, excocta jam ætate cernuum, litteris uberem, religione nulli diſparem; ſin vero natalium dignitatem conſiderandam putes (quam beatus Apoſtolus non prætermiſit) quis eo nobilior, qui regalem proſapiam attingit linea? ejus famæ, ejus vitæ ſemper illum fuiſſe, de qua numquam, vel parum, ſiniſtra jactata ſit opinio. Suſcipiunt igitur collegam Epiſcopi, patrem Clerici, patronum Laici: inde acclamantibus cunctis, reclamantibus nullis, *m* Berthwaldo primæ Sedis Archiepiſcopo, pro more conſecrandus deducitur. Is in veteris contubernii ſodalem (nam & pariter litteris ſtuduerant, pariterque viam religionis triverant) electionem factam gratioſe complexus, favorem auxit: itáque non ſolum conſecrationem indulſit, ſed etiam multos dies ſecum retinuit, ejus conſilio Archiepiſcopatus curam allevians, cauſarum rationem examinans.

e poſt obitum S. Hedda,

f Nunc

g Scireburniæ

h

i

Epiſcopus Scireburnenſis,

k

B

l

m *Berthwaldo conſecratur.*

ANNOTATA.

a *Chartam hujus privilegii edidit Malmesburienſis lib. 2 de Geſtis Regum Anglorum Cap. 2, his verbis:* Ego Leutherius, gratia divina Epiſcopus, Pontificatus Saxoniæ gubernacula regens, rogatus ſum ab Abbatibus (qui ſub jure Parochiæ noſtræ, cœnobiali monachorum agmini, paſtorali ſolicitudine præeſſe noſcuntur) uti terram illam, cui inditum eſt vocabulum Maildulfesburch, Aldelmo Presbytero, ad degendam regulariter vitam, conferri largirique dignarer..... Quapropter, prædictorum Abbatum precibus annuens, ipſum locum, tam ſibi quam ſucceſſoribus ſuis, normam ſanctæ Regulæ ſolerti devotione ſequentibus, fraterna petitione coactus, ultroneus concedo. Actum publice juxta flumen Bladon, VIII Kalendas Septembris, anno Incarnationis DCLXXV. *Hæc ibi. Sed magis integrum habetur Tomo 1. Monaſtici Anglicani pag. 50, & ſubſcribunt Cunibertus & Headdi Abbates, Wguibertus & Hiddi Presbyteri ex alius Hedda. Vereor interim ne hic & alibi gratis ex conjectura intruſus ſit* annus Incarnationis.

b *Ita Ethelredus* Rex Merciorum *S. Aldhelmo Abbati ejuſque cœnobio obtulit* XXX *caſſatos & iterum* XV, *de quibus extant duæ chartæ in dicto Monaſtico pag. 51, & ſunt ſignatæ anno* 680 *&* 681; *& præter Regem ſubſignant* Coënfrithus Comes, Theodorus Archiepiſcopus *Cantuarienſis*, Saxulphus Epiſcopus *Lichfeldenſis*, *&* Beſel Epiſcopus *Wigornienſis.*

c *Cedwalla*, Rex Occidentalium, *obtulit* terram Kemele 132 caſſatos: *& ſubſcripſit* Hedda Epiſcopus.

d *Monet Mabilio ſequentia caute legenda. Vide 25 Februarii ſimilem de B. Roberto Abriſelio calumniam, ſub nomine Geffridi Vindocinenſis editam, & à Bollando refutatam Com. Pr. n. 56, nec dubita, quin mendax fama S. Aldhelmo affinxerit ad laudem, quæ illi ad contumeliam.*

e *Mortuus eſt* S. Hedda *anno* 705, *die* 7 *Iulii.*

f Nunc, *id eſt anno* 1105 *ut infra dicitur, erant Sedes Epiſcopales quatuor*; Wintoniæ, *in Hamptonia*; Sariſberiæ, *in Wiltonia*; Bathoniæ, *in Somerſettenſi*; Exoniæ, *in Devonia provincia.*

g Sciruburnia, *nunc* Shepton, *oppidum Comitatus Somerſettenſis*, 15 *leucis in occaſum diſtans à Sarisberia, quo Sedes fuit tranſlata.*

h *Scilicet* Hamptoniã *&* Subreienſem *vulgo* Surhei.

i *Scilicet* Wiltoniam, Somerſetiam, Dorſetiam, Devoniam, Bercheriam *&* Conwalliam; *unde extractæ poſtmodum dictæ Sedes, Bathonienſis & Exonienſis.*

k Daniel *præfuit ab anno* 705 *ad annum* 744: *tunc Epiſcopatu relicto monaſterium ingreſſus, ibidem dicitur anno ſequenti mortuus. Ita Alfordus, qui illum Indici Sanctorũ Angliæ inſcripſit, ſed addit omiſſum in Faſtis Anglicanis.*

l *Ita Mabilio, quæ Dugdale per interpoſita puncta oſtendit ſe non potuiſſe legere, interpoſuitque* excocta jam ætate ſerenum.

m *S. Berthwaldus Archiepiſcopus Cantuarienſis, ab anno* 693 *ad annum* 731, *quo mortuus eſt, & colitur* 9 *Ianuarii, quando de eo eſt actum.*

CAPUT III.

Obitus, ſepultura, miracula S. Aldhelmi.

13 TUnc factum eſt, ut his diebus *a* Doroberniam pergeret, quod eſt littus Cantuariæ ad XII millia proximum, audiens naves illic appuliſſe. Portus ibi, ut plerique maritimorum locorum, tã inquietus quam anguſtus; citiſſimus eo à Morinis tranſitus, paucorum admodum millium trajectu: quo fit, ut in illius ſpatii anguſtia inter ſe currentes & illidentes fluctus, nimiâ occurſione pelagus exaſperent; ibique maxime incurrat ratis periculum, ubi ſperabatur periculorum effugium: jam vero in ſtatione navibus receptis, tutiſſima quavis tempeſtate quies. Hæc ideo protuli, quia ad rem quam inferam attinet. Spatiabatur Sanctus juxta mare, intentuſque oculos mercimoniis infigebat, ſi quid forte commodum Eccleſiaſtico uſui attuliſſent nautæ, qui è Gallico ſinu provecti, librorum quoque copiam apportaſſent. Conſpicatuſque librum, totius veteris & novi Teſtamenti ſeriem continentem, ad emendum intentus, à ceteris animum remiſit. Cumque gnavus folia volveret, pretium effringeret; barbari eum nautica laſcivia convitiis aggrediuntur, quod ita merces alienas depretiaretur, & attenuaret rerum non ſuarum valentiam: ſua, ſi vellet, eventilaret; extranea, ſuo pretio relinqueret.

a

F

Irridentes volentem librum emere

14 Horum ille verborum contumaciam ſolo riſu, nihil contra referens, diſſolvit: poſtremo adhuc pretium libri percunctantem, loco cum ignominiâ deturbant, tenſiſque rudentibus longius à littore ſe removent. Sed non longe morata divina ultio injuriam Sancti acrius vindicavit; procella ſurgit, turbo ſævit, denſatur nubes, ſubducitur dies, pelagi caligo noctiſque horror noctem inducit: congeminant terrorem, ventorum furor, ſtridor rudentium: antenna

à tempeſtate liberat,

A *precibus averteus,* antenna ſævitiam tempeſtatis non patitur, latus navis hinc inde tundentibus fluctibus quaſſatur; defecit ars remigum, decidit peritia nautarum; & jam peſſumibant, videbanturque in miſerorum mortem omnia conſpiraſſe elementa. Tum licet brutos animos intelligentia ſubiit, propter injuriam Sancti, cui convitiati fuerant, ſe luere pœnas. Exclamant igitur in planctum, & ſupplices tendunt ad ſidera palmas; orant opem, pollicentur emendationem. Facile fuit beato Pontifici ut remitteret culpam, qui non doluerat contumeliam. Et primo quidem, *nec tamen oblatũ gratis recipit.* porrecto contra ſævientia flabra Crucis ſigno, non nihil tempeſtatis diminuit & manſuefecit: mox, cum ipſe, ſcaphâ aſcensâ, virtute remigum periclitantes adiſſet; mutata in bonum omnia, tempeſtas tota quieſcit, turbo conquiniſcit; ventorum uſus converſus, navem impellit ad littus; undæ, quæ ante minabantur exitium, nunc ſenſim allabantes pollicentur obſequium. Potiti ergo nautæ optatâ ſtationis arenâ, librum ſponte offerunt; accipiat gratis, dignetur munus famulorum, quos ab ipſis mortis faucibus in ſiccum evexerit. Appendit ille mercedẽ, æquâ lance in medium conferens; ne aut pauperes magno
B damno emungeret, aut ſupplicum preces repudiaret.
b Id *b* volumen adhuc Melduni viſitur, antiquitatis venerandum præferens ſpecimen.

15 Interea B. Aldhelmus vicini finis non erat neſcius: ſordebant jam viro terrena, inhiabatque cæleſtibus. Ducta itaque vita hominibus placida, Deo placita, poſt annos Epiſcopatus quatuor,
moritur in Villa Dulting, Ad ſuperos Superûm ſocius cultorque receſſit:
Alterat aſtra ſolo, mutat & arva polo.
Halitus alta ſubit, fovet artus hoſpita tellus,
c Depoſitumque ſuum paſcit uterque locus.
Impulerat Phœbus bis quina luce *c* Laconas,
Involucris mundi cum reſolutus abit.
Villa eſt in agro Sumerſetenſi Dulting vocabulo, in qua hominem exuit; quam pridem Monachis dederat Glaſtonienſibus, uſum fructuarium pactus. Domus obitus ejus conſcia, in eccleſiam mutata fertur. In eadem eccleſia eſt lapis, cui Sanctus acclinis morbo decubuerat; cujus ablutione plures ægroti ſanitatem iniiſſe noſcuntur.

d 16 Tunc B. Egwino *d.* Wigornienſi Epiſcopo, viſio cæleſtis affulgens, obitum ſodalis innotuit; ut ad locum pergeret, præcepit. Ille doloris & amoris ſtimulis iter maturans, celeriter Dulting pervenit; depoſitaque pro animæ requie oratione, ut pro deſi-
C derio & præcepto Sancti Meldunum corpus promoveatur, jubet. Excipiunt interea Patronum Meldunenſes, ingenti ploratu, reverenti affectu. *ſepelitur Malmesburii.* Jungebatur amori veneratio, pugnabatque fides cum obſequio. Neſcires quid eligeres; aut in parente affectum, aut in advocato gaudium; ſi lætarentur ad Dominum pro promiſſo Patrono, ſed dolere cogebantur pro amiſſo vitæ ſolatio. Inter hos fluctus aliquot extractis diebus, tandem ſepelitur in S. Michaëlis eccleſiâ, ubi ſibi vir ſanctiſſimus olim ſepulturam providerat. Exceſſit anno ab Incarnatione
e Domini ſeptingeſimo nono, *e* ante Bedam viceſimo
f quinto; poſtquam Abbas à Leutherio factus, quadra-
g geſimo quarto *f*; poſtquam Epiſcopus à Berthwaldo, quinto. Eodem anno Wilfridus *g* Epiſcopus deceſſit.

17 Cujuſdam vici, non indigena, ſed incola femina, lucis inops, poſtero anno, in ſolennitate Pa- *Cæca illuminatur.* tris Aldhelmi, lumen, per duoſdeviginti annos amiſſum, recepit. Cauſam cæcitatis, quam neſcio, nolo contexere; cavens loquacitate me legentium fidem fallere. Hoc conſtat, quia cum ante Crucifi-
h xum ſtaret, flavo crine in *h* terra ſoluto ſpectabilis, ſed tenebris oculorum deformis, crebris punctioni-

bus orbes vidui cœpere moveri. Quibus mulier irritata, primo leni fricatione cruorem emiſit: ſed cum majori pruritui atrociore unguium injuriâ ſatisfaceret, copioſiori profluente undâ, poſtulata cruorem excepit concha: ita, expeditis obſtaculis, concavitatem feneſtrarum, ſerenum veraciſſimi intravit luminis. Tum affines qui adeſſent homines, & plauſere miraculo, & uſque nunc ſtipendiario ſuſtentant commodo. Illa ſanctioris habitus profeſſa velamen, nullo fraudatur viſus diſpendio, niſi quam provectior ætas accepit ſenio. Vivit ad hunc quo iſta *Vita hæc ſcripta anno* ſcriptitamus annum, qui eſt ab Incarnatione Domi- *1121.* ni annus milleſimus centeſimus vigeſimus quintus; à tranſitu ſanctiſſimi Confeſſoris ccccxxvi, in regno Henrici Regis xxv, *i* falſariorum qui monetam i corruperant per totam Angliam detruncatione notabilis; propter eamdem proinde falſitatem, annonæ caritate, & edaci fame, tum præterea indiſcreta vulgi clade infamis; eminentiſſimorum virorum mortibus funeſtus; præſertim *k* Calixti Papæ, & k quinti Henrici Imperatoris Alemanniæ, quibus nulli fuerint præſtantiores in officiis utriſque; tonitribus & fulminibus per omnes menſes infeſtus; imbrium continuatione, nullo pene intermiſſo die, æ- E ſtivis etiam menſibus pluvius & luteus.

A. WILLELM. MALMESB. EX MS.

ANNOTATA.

a Doroberna, *Bedæ aliiſque eſt Cantuaria hodierna, at* Dubris *eſt portus, vulgo* Douvre. *Interim Malmesburienſem paſſim ſequuntur Angli.*

b In hujus principio anathema adſcriptum, ne quis inde auferret, vidimus, inquit alia Vita. *Ita annotarat Dugdale.*

c Laconum *nomine intelligitur* Signum Geminorum *quod ingreſſus Sol erat 16 Maji:* Caſtor *enim* & Pollux *ex Leda Lacedemonia & Iove nati finguntur.*

d S. Egwini *Acta illuſtrantur* xi *Ianuarii, ubi & aliæ ejus viſiones proferuntur. Sedit circiter ab anno 693 ad* 720. *Annotarat Dugdale ex alio ſcriptum,* Egwinum tunc Romam properaſſe, *quod in ſequenti Vita indicatur.*

e *Imo viceſimo ſexto, nam S. Beda deceßit anno 735 die 26 Maji, quo ejus Acta dabimus.*

f *Imo* trigeſimo quarto, *uti legitur apud Capgravium & Surium: idq; recte: nam creatum Abbatẽ anno 675 colligitur ex charta Leutherii Epiſcopi, ad iſtum annum data: annus autem 44 hic indicatus requirit annum 665, poſt quem Adrianus Abbas, ante ejus Magiſter, adhuc degebat in Italia: quem anno 668, 6 Kalendas Iunii, cum S. Theodoro Roma miſſum eſſe, & ſecundo poſt anno in Britannia ad functiones Abbatiales perveniſſe, aſſerit Beda lib. 4 cap. 1 & 2.* F

g S. Wilfridus, *Eboracenſis Archiepiſcopus, obiit & colitur: die 24 Aprilis, ad quem ejus Acta dedimus; alia antiquiora, Auctore Eddio Stephano Presbytero coævo, poſtmodum edidit Mabilio, in Appendice ad ſeculi quarti priorem partem.*

h In terra, *mallem legere,* In terga.

i *Henricus Huntindonienſis lib. 7 Hiſtoriarum.* Operæ pretium, *inquit,* auditu, quam ſeverus Rex fuerit in pravos. Monetarios enim fere omnes totius Angliæ fecit ementulari, & manus dextras abſcindi, quia monetam furtive corruperant. Iſte eſt annus cariſſimus omnium noſtri temporis, in quo onus equi frumentarium ſex ſolidis.

k Calliſtus II *mortuus erat 12 Decembris anni præcedentis 1124, niſi ab Adventu Domini annum eccleſiaſtico more auſpiceris:* at Henricus *Imperator vita functus eſt die 23, aliis 21 Maji hujus anni 1125. Is præclare cœpit: ſed poſtea ſæpius excommunicatus, & ſubinde reconciliatus, nullum reliquit Imperii heredem.*

ALIA VITA

Auctore alio monacho Malmesburienſi.

Eruta ex bibliotheca Cottoniana.

PROLOGUS.

Triplici de cauſa Vitæ Sanctorum ſcribuntur:

SAnctorum Patrum pia certamina ſtudioſe recolentes, triplici ratione factum eſſe arbitramur, quod ſcriptores eorum, ſubſequentium utilitati ſervientes, ea ſummopere chartis commendarunt. Prima quidem & laudabilior extitit ceteris, ut Deus, qui pœnas fidelibus quocumque modo pro ſe illatas in eorum corporibus patitur, quique virtutem tolerantibus præſtat, ſua in majeſtate laudetur. Secunda vero, quatenus Sancti, qui tot ſudores, jejunia, vigilias, opprobria, atque algores ſpontanee à ſemetipſis ſive ab inimicis perpeſſi ſunt, à poſteris veræ fidei cultoribus magnifice celebrentur. Tertia autem ſubſequitur, ut nos illorum inſtrenui atque imbecilles ſucceſſores, tanta eorum legendo vel audiendo victorioſiſſima geſta, mentis noſtræ oculos ſublevando, ſequamur horum inoffenſa veſtigia.

B

ex miraculis vario modo, ſed bona fide acceptis,

2 Unde nos fragiles idiotæ, qui nequaquam opera monachi ſed tamen indigne portamus nomina, ſanctiſſimi Aldelmi Præſulis ortum & vitam, miracula atque doctrinam, utcumque deſcribere, fideliter tamen, aggredimur. Verumtamen non ea tantum quæ per eum, ſummo Opifice præſtante, vidimus magnalia; ſed & quæ curioſe indagando, in multis reperimus barbarice atque latine paginis aſſignata; quorum aliquam partem Romana privilegia diverſorumque Regum traditiones, ſub multorum Præſulum Abbatumve teſtimonio inſcripta, noſtris adhuc teſtantur temporibus: nec non ea quæ à veridicis & regulariter monaſtico ordine degentibus, vel ab aliis diverſo ordine catholice converſantibus, ſæpe audivimus facta per merita ſervi ſui, quæ ipſi aut corporeis oculis viderunt, aut à primoribus ſuis, jam in cæleſti gaudio ante divinæ conſpectum clementiæ congaudentibus, frequenter audierunt; qui ſe volumen ex virtutibus ejus lucido

C

ſtylo dicebant legiſſe; ſed Danorum tempore, cum adhuc Chriſti Eccleſiam perſequerentur, perdidiſſe: qui omnia Deo noſtro, illis ignoto, dedicata, aut pedibus conculcabant, aut ira ſuperante rationem igne concremabant, ſeu quocumque modo poterant annullabant. Multa etiam ſuorum factorum in ſcrinio, non multum poſt obitum ejus facto, in quo beata ejus oſſa ſervabantur, antiquiores Patres noſtri argenteis laminis ad memoriam poſterorum à primis Patribus aſſignata viderunt: & quia iſtud erat negligentia & vetuſtate jam pene conſumptum, Præſul quidam cum aliis Deo famulantibus in aliud novitatis cauſa ad ſucceſſorũ memoriam, in quo adhuc videntur, eadem tranſtulit.

ſelecta tantum auctor profert,

3 Fuerunt quoque, poſt prima inſtituta ſancti viri, ſui loci familiares amatores, ſicut Archipræſul Dunſtanus, de cujus ſanctitate non dubitatur, & alii quamplures Præſules, quorum ſacra oſſa in eâdem requieſcunt baſilicâ: qui ſi hæc priorum relatu vera non crederent, illæſa uſque ad noſtram memoriam abſque dubio non relinquerent. De quibus ſtudioſe plura dimiſimus, & eorum quæ videbantur digna relatu, pro referentium auctoritate, partem decerpſimus: ea namque quæ nos ipſi in præſentia ſæpe vidimus, veram fidem præteritorum faciunt. Qua in re neminem nos accuſare debere videmus: quia beatum Gregorium in Dialogorum libris itidem feciſſe conſpicimus: atque (ſicut ipſemet retulit) Lucas quoque medicus, cujus laus per omnes Eccleſias (ut gentium Doctor ait) eſt in Euangelio; & Marcus, Alexandrinus Patriarcha & Petri diſcipulus, nequaquam ſcripſere viſa; ſed tantum audita, in Euangeliorum voluminibus. Non, quod abſit, ut nos in miniſmo illis quoque æquiparemus, vel noſtros illorumque relatores in animo conemur reddere ſimiles; verumtamen, quod majoribus in tam maximo opere licuit, in minimo nobis infimis & tamen fidelibus licuiſſe fideliter opinamur. Alios quoque multos divinis paginis & ſcripturis idem hoc egiſſe reperimus: tres vero tantum, quos ſupra poſuimus, fidei integritate catholicos, moribus & opere ſanctiſſimos, imitari hac in re, quamvis longe incedendo, pro poſſe noſtro cupimus.

D

Col. 4, 143

CAPVT I.

Familia regia. Studia, monachatus, & Abbatis munus.

4 AD ſancti igitur Aldelmi genealogiam flectamus ingenium; & pro poſſe nobis à Deo dato, ex qua ſit ortus propagine, explicemus. Hic itaque *a* Regia ſtirpe deſcendit, à clariſſimis natus progenitoribus, orthodoxæque religionis veriſſimis indeſinenter cultoribus: quibus tanto extitit in fide lucidior & opere divini cultus pretioſior, quantum roſa ex quibus oritur ſpinis, & flos lilii unde turgeſcit ceſpite proprio. Hujus ſiquidem præclaræ ſobolis Anglorum Rex *b* Ina ſapientiſſimus, fulgens vita & moribus, bellis ſtrenuiſſimus & clarus virtutibus, quantum attinet ad regiam ſublimitatem, fuit principium. Iſtius nomen Primatis multum eximium, ſecundo loco fratrem fuiſſe *c* Kenten, virum probum, ſanctitate lautum, honeſtate magnificum, antiquiſſimis Anglicanæ linguæ ſchedulis ſæpius ex interprete legendo audivimus. Qui Apoſtoli præcepta Pauli adimplere ſtudens, virtute non modica Deum præ omnibus metuens, in uxoris caſtæ vivebat copula. Is equidem non idcirco uxoris intrabat cubiculum, quo carnis, ut moris eſt quorundam, exercere cuperet deſideriũ; ſed ut, quem admodum Samuelem Anna, talem generaret filium, qui, ut Scriptura docet, tota animi virtute diligeret Dominum. Vota denique ejus Deus ex alto proſpiciens, ſicut de beatiſſimi Nicolai reverendis parentibus legitur, hunc ſibi dedit filium, qualem hujus noſtri opuſculi vobis monſtrabit intentio: quem tempore congrua fidelium aſſuetudine Deo in eccleſia per Sacerdotum manus devote obtulit, catechumenumque fieri poſtulavit; cui non abſque divino nutu Aldelmum nomen impoſuit. Aldenus etiam, ut aiunt barbarice, latine Senex interpretatur; inde Aldelmus quaſi *d* Senex almus. Vere enim, etſi juvenis corpore, animo ſenili vivebat & laudabili opere.

a

Natus patre Kentenio, Regis Inæ fratre,

b

c

Eph. 5, 33.

F

Mat. 22, 37.

Aldelmus appellatur.

d

5 Poſt hæc annis ſuccedentibus puer ablactatur, & ſacris litterarum ſtudiis à genitore Chriſtianiſſimo traditur. Qua in re futurorum præſcius Deus illius tantopere aperuit ingenium, ut doctoris animus in ſeipſo ſæpe miraretur nimium, quod tam facile caperet, tam acute retineret memoriter, quæ ſibi oſtendebat per ſingulos dies. Mens namque ejus, cæleſti rore perfuſa, hujus rei fuerat cauſa: quippe gratia Dei erat cum illo, illius ſcilicet, qui per propheticum dixit eloquium, Aperi os tuum & ego adimplebo illud dogmate meo. Trium quippe proprietate linguarum, non ſolum vulgaritate rerum,

ſtudiis litterarum traditus,

Pſal. 80, 11

verum

A *notitiam 3 linguarũ ſacrarum,*

verum etiam litterarum dogmate, ſanctiſſimus iſte peritus exſtitit. Miro denique modo gratia facundiæ omnia idiomata ſciebat, & quaſi Græcus natione, ſcriptis & verbis pronuntiabat. Mirum namque non fuerat, quia & ſancti Spiritus gratia ſibi in eo habitaculum fecerat, & illius linguæ binos Doctores apprime peritos præclariſſimus Ina Rex, quem ſupra poſuimus, ad confirmandam illius litteralem ſcientiam, ab Athenis conduxerat. Latinæ quoque ſcientiæ valde potatus rivulis, etiam proprietate partium aliquis eo melius nequaquam uſus eſt poſt Virgilium: ita enim in Antiquariis ſuæ linguæ legitur. Prophetarum exempla, Davidis Pſalmos, Salomonis tria volumina, Hebraicis litteris bene novit, & legem Moyſaicam. Muſicæ autem artis omnia inſtrumenta, quæ fidibus vel fiſtulis aut aliis varietatibus melodiæ fieri poſſunt, & memoria tenuit & in quotidiano uſu habuit. Et ut paucis multa, & grandia parvis conſtringamus, ne ea quæ dicimus tædioſis vileſcant, ut vir undicumque eruditiſſimus, plenus fuit ſcientia omnium rerum.

& Muſica acquirit.

6 Sed quid moramur in parvis? Ad altiora ſtylum vertamus, ut quomodo iſte ſanctus vir à pueritia

B *Monachus Malmesburii,*

deguit oſtendere valeamus; & qualiter in monaſtico habitu inter homines converſando, & Paulum cum Antonio eremitarum primos imitando vixerit, pro noſtri parvitate ingenii oſtendamus. Monachus ſiquidem in Meldunenſi eccleſia effectus, quam Leutherius vir perfectus gubernabat ſuo ſtudio: ita inter ceteros Dei famulos vir iſte commorabatur; ut, quamquam hominum uteretur aſpectibus, ſemper mente intereſſet civibus Angelorum. Hic autem præcepta tranſcendens regularia, tali modulo præſentis ſeculi fungebatur vita, quod omnia decora viſu & auditu dulcia corde caſtiſſimo vilipenderet, veluti perituras fœni quiſquilias. Imitabatur hic religioſiſſimus Teſtamenti veteris juſtiſſimos Patres, in ſua unumquemque animi ſancta virtute: Abraham ſcilicet, in hoſpitalitatis reverendo ſtudio, atque in perſeverantia obedientiæ, quæ bonorum operum creditur perfectio: Jeremiam quoque, in ſolitariis degentem ſcrobibus, atque laudabili remotione à conſpectu hominum: Job quoque, virum ſumma virtute laudabilem, in patientiæ fervore indeſinenter aſſequitur, ne in eo (quod abſit) fieri poſſet quod alicubi legitur; Omnis virtus eſt vidua, quam fortis non firmat patientia: in caritatis fervore David, belligeri Goliath (ut refert Scriptura) victorem typicum, quem ſequitur iſte, invidiæ ſuperando vitium:

imitatur virtutes ſanctorum veterum,

C

in caſtitate utriuſque ſubſtantiæ Joannem, carum Chriſto Apoſtolum, quem cognoverat quodammodo hac etiam pietate plus aliis eidem Domino complacuiſſe. Ceterum in veræ compaſſionis propoſito, quem vir iſte ſanctiſſimus ſequebatur, niſi ipſum rerum omnium factorem? qui pro totius generis humani delicto, amaræ mortis guſtavit poculum ad tempus. Iſta ſub brevitate, non ad faſtidium alicujus, ſed ad ædificationem, ideo ita tranſcurrimus; quia ſancto juvante ſpiritu ad alia multa, ſed tamen ejuſdem viri facta, narranda venire diſponimus.

& Chriſti Domini:

7 Vir namque omnino Chriſto deditus, hoc ſibi cum ceteris ſpontaneum inferebat martyrium, quatenus immenſum triumphum ſibi acquireret ex hoſte nequiſſimo; ſi quando æſtuantis intentiva ſentiret libidinis, armatus toto corpore inexpugnabili lorica fidei, & caput ornatus galea juſtitiæ, ſpem accendens fervore cæleſtis gloriæ, talem imponebat verecundiam ſpiritui, carnalis nequitiæ adminiſtratorio. Virginẽ ſiquidem *e*, ſecundum perituræ carnis ſpurcitiam admodum pulchram, in ſuo fecit caſtiſſimo ſtratu tamdiu ſecum quieſcere, donec in cælum ſpiritu intento totum Pſalterium diceret ex ordine:

incentiva libidinis extinguit,

e *ante ſomnũ legendo totum pſalterium,*

nec ſic ei in aliquo poterat malignus Spiritus obſiſtere. O virum longe laudabilem, qui æſtuantis baratri, etſi intereſſet, nullatenus ſenſit voraginem! Hic namque illud eſt honorabile lignum, de quo * Salomonis verba teſtantur, quia ſecus aquarum fluenta plantatum ad ſancti Spiritus humorem protulit indeficientem radicem; continet ſcilicet Angelorum virginitatem, & non metuit exterius æſtum ab inimico ſibi illatum, quia intrinſecus divino rore fuerat plenarie irrigatum. Hic etiam eſt vir ille magnificus, de quo Scriptura dicit, Beatus homo qui ſemper eſt pavidus. Ille vero præcepta ſecutus divina, lumbos ſuos caſtitate circumligavit eximia, tenens ardentes lucernas in manibus, intraturus cum Sponſo ad nuptias ſpirituales atque cæleſtes.

EX M96.

* *imo* Davidis Pſ. 1, 3.

Prov. 28, 14.

Luc. 12, 35

8 Quem Leutherius, Antiſtes laudabilis vita & moribus, cujus facit mentionem Beda venerabilis Presbyter in Anglorum hiſtoria Eccleſiaſtica, dignum conſiderans Sacerdotali officio, & per ſe rogando & alios fide Catholicos hortando, ad tantum Ordinem promovit. In quo vir Dei aliquamdiu victitans irreprehenſibiliter miniſterio, ab eodem Præſule Pater monachorum meruit conſtitui in prædicto Meldunenſi cœnobio. Quibus non ſponte præpoſitus, quidquid aſſidue docebat pollenti eloquio, totum quaſi bonus paſtor opere competenti ad effectum perducebat, ſedulo cupiens referre lucrum de talento ſibi à Deo commiſſo. Eo tempore illius provinciæ populus, perverſus opere, quamvis ſubditus fidei noſtræ, eccleſiam non frequentabat, nec Sacerdotum ſatis curabat imperium: quem vir blandus verbis monens ſuavibus, & divina ſæpe (ut locus inerat) eloquia retexens, ſecularibus ad eccleſiam modeſte convocatis, præceptis eos fœcundabat ſalutaribus. Qua in re Doctorem gentium imitabatur, qui rudibus lac primum præbuit, & poſtea fortes cibo ſolido pavit. Una itaque Sabbati ad eamdem urbem, mercatorum ex diverſis partibus multitudo congregabatur maxima: cui Pater iſte, Apoſtolorum imitator, extra urbem veniebat obviam; ac ſuper pontem ſtando tam diu divina ſubminiſtrabat pabula, quo quidam eorum, per ſervi ſui opus, divina concedente gratia, pro quibus venerant relinquentes ad tempus mercimonia, ad ſanctorum hunc ſponte ſequebantur ſancta ovilia; ſicque in eccleſia perſiſtendo, ſancta reverenter auſcultabant officia: poſt hæc, peracto pro quo venerant negotio, repedabant ad propria, animabus ſuis divino prius officio ſaginatis.

Abbas conſtitutus,

E

docet ſuos,

1 Cor. 3, 2

& exteros mercatores.

F

ANNOTATA.

a *Malmesburienſis ſupra in altera Vita num.* 12. Quis eo nobilior, qui regalem proſapiam attingit linea: *& lib. 2 de Geſtis Regum Anglorum cap. 6 aſſerit.* Aldhelmum, ex antiquis progenitoribus, conſanguineum Athelſtani Regis fuiſſe.

b Inæ *Regis Acta dedimus 6 Februarii, ſecuti Martyrologium Anglicanum, quod etiam ſequitur Alfordus: jam forte eum non tam ſecurè inter Sanctos collocaremus.*

c *Malmesburienſis lib. 1 de Geſtis Regum Anglorum, non audet* pro vero arrogare, Kentenum fuiſſe fratrem Inæ *Regis, licet, ut jam dictum*, regalem ejus proſapiam *agnoſcat; forſan* patruelem *potius admitteret.*

d Alden *quidem adjective* ſenem *notat: ſed ridiculum eſt hybridam vocem fingere ex Barbaro & Latino: dum compoſitione ex integro barbarica*, Aldhelm *ſit* antiqua galea: *nam* helm *Anglice & Teutonice* galeam *ſignificat: & ita apud Capgravium & Surium ex Breviario Sarisburienſi legimus*; Aldhelmus, Latine poſſet dici Vetus-galea. *Auctor, ne præconceptam ſemel amitteret onomatopœiam, ubique omittit aſpirationem mediam, quam hic conſtanter alii adhibent, alioqui in compoſitis non neceſſariam, ut patet, in* Guilielmus, Anſelmus, *aliiſque.*

EX MSS. e *Obſcurius id dixerat Vitæ alterius Auctor: quomodocumque tamen explicetur, exemplum eſt mirandum potius quam imitandum, quodque loco non ſuo hic relatum puto; quomodo enim Monacho id credam fuiſſe permiſſum?*

CAPUT II.

Acta Romæ, Libri ab Aldelmo ſcripti.

9 HUnc autem in tanta perſiſtentem boni operis perſeverantia, Apoſtolicæ Sedis Summus Pontifex, magnæ ſanctitatis vir a Sergius, a *Evocatus à Sergio Papa Romam,* aſciverat; quia etſi longe poſitum ampla terrarum ſpatia, ſcopuloſi montes, ſcabroſæ valles ſepararent & æquora; hæc tamen quæ dicimus, & multa quæ lapſa à memoriâ ſtylus non perarabit, de eo perſæpe audierat. Mox vero ut Sanctus tanti Patris Romanæque Curiæ monita audivit, iter arripuit, quamvis arduum; ingenti quidem refertus lætitia, quia ſucceſſit ei cauſa Principum Apoſtolorum videre diu deſiderata limina; dolens vero, quod vel ad tempus corporeo termino tanta relinquebat Fratrum conſortia. Ut autem vir pretioſiſſimus Romam venit, lætabundus properata obedientia, ſine qua impoſſibile eſt alicujus animam unquam poſſe ſalvari, B Apoſtolici viri honorifice receptus colloquio, & pro velle in omnibus illius propter inhabitantem gratiam Dei uſus contubernio, beneficio noſtris temporibus inaudito decoratur à Deo, cui ſe devote dederat; quo magis à tanto Pontifice omnique populo veneraretur. Vir quippe laudabilis, ſecum quocumque ibat, ut adimpleret ſibi commiſſa officia, veſtimenta Sacerdotalia deferebat. Quibus in Lateranenſi Presbyterio ut Sacramenta offerret indutus, ſubſequens miraculum oſtenſum eſt omnibus. Juſte & pie peracto Miſſæ officio, eodemque miniſtris ſuis porrigente Caſulam, indubitanter ibi præ- *ob Caſulam radio ſolis appenſam,* ſidente divinæ majeſtatis potentia, ita firmiter & conſtanter ſolis radio pependit, ac ſi alicujus ſolidæ materiei ſuſtentaretur adminiculo: hæc autem in Meldunenſi hactenus habetur eccleſia, in ſanctitatis (ut decet) magna reverentia. O vere novum magni Eliæ prodigium! illum, diſcipulo cernente, *comparatur Eliæ.* ad cælum currus levavit igneus; huic, multis mirantibus, in Romana Urbe ſolis ſervivit radius: ille, in remota cæli parte claro devectus eſt lumine; iſtius indumenta Sacerdotis in ſimili pendere elemento. Sed abſit ut iſtum Sancto æquiparemus Eliæ: ille enim Propheta magnificus adhuc vivit, C quo contra filium iniquitatis dimicet, quin etiam moriendo & reſurgendo divinum præcedat judicium; hic vero ſanctus Confeſſor, de percepto præmio ante Dei tribunal extat lætiſſimus, ubi ſua pietate intercedat pro cunctis fidelibus: verumtamen, quamquam diſpari merito, ſi fas eſt dicere verum, ambo valde placuere Deo.

b 10 *b* Poſt hæc ſancto viro apud prædictum Papam diu morante, divino ingerente Spiritu, rogatus *Papam à calumnia liberat:* eſt ab eo, ut quemdam baptizaret puerum: de cujus utique genitore in populo abſque evidentiæ cauſa ſatis dubium: quia, ut moris eſt fere omnium gentium, plebs rumigerula, hunc genuiſſe Apoſtolicum æſtimabat. Falſo enim gens inſcia hoc de tanto Antiſtite opinabatur, quia per vitæ meritum in regiſtris ſuis aliiſque ſcripturę locis vir Apoſtolicus declaratur. Cujus Patris voluntatibus S. Aldelmus obſecundans, puero, non niſi novem dierum ſpatium ut perhibetur gerente, fidelium more in eccleſia catechizato, coram aſtantibus turbis præcepit edicere, ſi pater ejus eſſet is qui vulgo dicebatur. Illico infans, quamquam nimium parvulus, remotis contra naturam linguæ obſtruſioni- bus, fecit quod Abbas ille juſſerat ſanctiſſimus. Locutione enim ſibi divinitus data, ſatiſque intelligibili, oſtendit omnibus non ſe eſſe genitum illius opere, quem vanus in hoc referebat populus. Mirum quippe nequaquam eſt, quia novitate caret: ille namque qui aſinæ ruditatem humano eloquio fecit peritam, idem ipſe iſtius linguam infantis ad religioſiſſimi viri juſſus reddidit eruditam. O virum multa laude dignum, nimia refertum ſanctitate! qui tali uſus diſcretionis ſtudio, & patrem ab ignoto ſibi peccamine liberavit; & ſeipſum, cujus meriti apud Deum exiſteret, tantæ urbis populo declaravit. D

11 Vir iſte litterarum ſcientia apprime & inter primos eruditus, die quadam cum in regina urbium Apoſtolorum eccleſiam ingrederetur, ad laudem eorum memoria dignam, hos edidit verſus.

Hic celebranda rudis floreſcit gloria templi,
Limpida quæ ſacri ſignat vexilla triumphi:
Hic Petrus & Paulus tenebroſi lumina mundi,
Præcipui Patres populi qui fræna gubernant, *Carmina in laudem SS. Petri & Pauli pangit:*
Carminibus crebris alma venerantur in aula.
Claviger æthereus, portam qui pandis in æthra,
Candida cælorum recludens regna Tonantis, E
Exaudi clemens populorum vota precantum,
Marcida qui riguis humectant imbribus ora:
Suſcipe ſingultus commiſſa piacla gementum,
Qui prece fragranti torrent peccamina vitæ.
Maximus en Doctor Paulus, vocitatus ab axe
Saulus, qui dictus mutato nomine Paulus,
Cum cuperes Chriſto priſcos præponere ritus,
Poſt tenebras claram cœpiſti cernere lucem:
Vocibus orantum nunc aures pande benignas,
Et tutor tremulis cum Petro porrige dextram,
Sacra frequentantes aulæ qui limina luſtrant:
Quatenus hic ſcelerum detur indulgentia perpes,
Larga de pietate fluens, & fonte ſuperno:
*Signis qui numquam populis torpeſcit in ævum. * an dignis?

12 Ut autem Monachorum norma Aldelmus, tanti viri, ſummæ Sedis Rectoris, benigne functus contubernio; & ut alter alterius, uti conſuetudo eſt ſanctorum Patrum, bene erat inſtructus colloquio; repedare ad propria, & ad prius ſtatuit redire propoſitum. Tunc à ſancto Papa, ad ſuorum poſterorum utilitatem, uti ſine inquietudine debita Dei ſervitia celebrare poſſent, hæc quæ infra leguntur quæſivit ſancta donaria; non auri vel argenti aut cujuſque metalli pondera, quia ſecurus de craſtino nullius niſi Dei quærebat adminiculum. Petiit ergo edictum, ſummi Patris auctoritate ſancitum, F *monaſteriis acquirit exemptionum privilegia* quatenus monaſteria, quæ Deo annuente ſolicita mente gubernabat, Meldunenſe ſcilicet, ubi inthronizatus fuerat (quod Meldun ſanctæ memoriæ, de cujus ſtirpe Sanctus iſte deſcendit, condiderat) atque huic ſubditum aliud, in honore S. Joannis conditum ſuper fluvium, qui dicitur From *c*, ob omni c ſeculari ſervitio redderet abſoluta, Epiſcoporumque cathedris, ordine, juſſis, & ſynodis. Et ſi quando aliquo Ordine Eccleſiaſtico, vel etiam indigerent Presbytero, à quocumque vellent illum facerent ordinari, Catholico tamen exiſtente Epiſcopo; ſi autem religioſum Abbatem obire contingeret, & ad alterius electionem ventum eſſet; illum quem religioſa congregatio ſervorum Dei eligeret omnium communi conſilio, hunc è veſtigio promovendum *d*. d Jam tunc enim ambitio monachorum inoleverat: jam non ut paſtor per oſtium, ſed ut fur aliunde volebat mercenarius intrare; ideoque divinæ rei proviſor iſta poſcebat. Quæ tamen inhabitantium vitiis & ambitione quorumdam omnia mutata videntur: nam ad nihilum pene redacta religione, ſpretis Apoſtolorum adhortationibus, quæ ipſo continentur

A tinentur privilegio, non ſolum in illo loco, verum etiam in multis locis Angliæ, inhoneſtati & turpibus lucris ſervientes, ſui & ſuarum rerum libertatem juſto Dei judicio amiſerunt. Sanctis etenim viris & omni honeſtate [præditis], ut ipſe Apoſtolicus in contextu ſuæ orationis ait, talis libertas debetur & conceditur. Nam ſi propriæ voluntati ſervientibus, & terrenis commodis inhiantibus, tanta libertatis facultas tribueretur, decor vitæ & ſanctitatis habitus non modice deturparetur.

Regibus probata, 13 Quæ libertatis ſcripta Sanctus iſte ad prætitulata monaſteria detulit, atque duobus tunc in Anglia Regibus oſtendit, Inæ ſcilicet ſuo avunculo, Regi Saxonum; & Etheldredo, Regi Merciorum: quæ etiam iidem ſtrenuiſſimi & Dei zelo repleti Reges e ſua auctoritate *e* ſanciverunt, quia incorruptibili auctoritate Apoſtolicâ firmata cognoverunt: & cujuſcumque modi exeditionis ſive belli turbatio inter confines fieret, loca, ſupradicti Patris ſanctitate & ſcientia reverenda, libera ab omni ſtatuerunt fore ſervitio; & poſteris ſuis itidem ea cuſtodienda litteris, ſuis manibus impreſſis, reliquerunt. Sed occaſio non tenendi ſuccrevit: quia enim cereis figuris tantorum Patrum ſtatuta non invenerunt aſſignata, B ideo non cuſtodienda (ut perhibent) amiſerunt *f*. f Quaſi plus valeret ad probationem, perituræ ceræ *à poſteris neglecta.* impreſſio, quam Apoſtolica vel Regum jure ſervanda facta inſtitutio. Nondum enim tranſmarina quorumdam liburnis vecta fuerat aſtutia, neque toto orbe quamquam tranſitura tantum adhuc debacchaverat avaritia: adhuc enim in mentibus multorum fidei regnabat integritas, nondum Deo dedita in tantum ſibi affectabat humana cupiditas.

14 Poſt hæc, revoluto aliquanti temporis curriculo, dum ſanctus vir in Meldunenſi eccleſia, & temporali pace, & Angelorum ſolatio frueretur; g regnante Anglorum Rege *g* Oſredo, anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo ſexto, quidam h Britonum nomine tenus Præſules *h* hæretizabant, de i Paſchali termino & de aliis *i* pluribus eccleſiaſticæ *Britones in Paſchate celebrando aberrantes,* orthodoxietatis inſtitutionibus. Quare Saxonum Orientalis plagæ ſancta Synodus, venerabilem Aldelmum Abbatem, & adhuc tantum Presbyterum, (nondum enim ſanctus & vita & moribus in ordine ponebatur Pontificum) pro ſanctitatis ſuæ reverentia *rogatus à Synodo,* rogavit, librum componere egregium, quo maligna, quæ tunc ſupra modum pullulabat, hereſis Britonum deſtrueretur. Quem Sanctus, ut ferat C ſermone nitidus, ſapientia refertus, & ſanctitate conſpicuus, argumentis plenus, & ſyllogiſmis præditus, liberalibus inſuper ſcripturis & eccleſiaſticis ſententiis eruditiſſimus, & (ut Beda narrat) in omnibus prudentiſſimus, Iſraëlitarum repletus inſtitu- *ſcripto libro* tionibus Ægyptiorumque, de hoc multis inventionibus & Sanctorum Patrum authenticis traditionibus, k ſed & carmine Pachomio *k* Abbati ab Angelis tradito, & aliorum religioſorum dogmate ſatis aperto, ſupradictis hæreticis tranſmiſit, per quoſdam domeſticos fidei & ſatis ad hoc fideles miniſtros. Ipſe vero ſolus in afflictione poſitus orabat aſſidue, ut Deus ab tantæ hæreſeos implicatione mentis illos dignaretur eripere: ſicque ad Dominicæ veræ fidei regulam, & ipſos Præſules, & innumeram populi revocavit multitudinem. Qua in re omnipotentis Dei magnam poſſumus conſiderare pietatis miſericordiam, quæ ſic Sanctos ſuos, ubi, & quando, & quomodo vult, plene juſtificat, ut per eos, etiam *ad veritatẽ reducit:* abſentes corpore, tanta operetur virtutum inſignia. Iſte enim Sanctus iter illuc pedibus haudquaquam 1 fecerat, ſed egregio enchiridione *l* monitos, ſedulaque oratione ſublevatos, ad veritatis reduxerat viam. Imitabatur iſte, nimirum gratia Dei plenus, & in hoc facto Apoſtolum, qui Corinthios & Galatas, Coloſſenſes etiam à Pſeudo-Apoſtolis præventos, ad veræ fidei ſtatum per Epiſtolas revocat. Apoſtolus ſiquidem & in hoc negotio Pater Aldelmus extitit: quia, ſicut Petrus cum ceteris, ſancto Spiritu monente, Paulum & Barnabam ad Dei opus ſegregavit; ita ſancta Synodus ad ſupradicta negotia hunc eligendo admovit. EX MSS.

15 Scripſit ergo Ænigmata, & De laude virginum geminato opere, proſa ſcilicet & carmine, li- *varios libros edit.* brum eximium. Contexuit vero ſextiformem libellum, novi ac veteris Teſtamenti floribus, & De ſeptena ſupputatione, ex diſciplinis collecta Philoſophorum, pertinente ad ſeptiformem donum Spiritus ſancti. Scripſit & De admonitione fraternæ caritatis volumen unum. Ex inſenſibilium rerum natura, quæ ſecundum metaphoram ſermocinari figurantur, compoſuit alterum. De pedum [etiam] regulis, metaplaſmo ſinalimpha, ſcanſione, & eclipſi verſuum; De metrica alterna interrogationis & reſponſionis viciſſitudine, duabus litteris diſcreta *m.* m Scripſit & alia nonnulla, utpote vir undicumque doctiſſimus: nam & ſermone nitidus, & ſcripturarum (ut diximus) tam liberalium quam eccleſiaſticarum erat eruditione mirandus. Hæc de quodam E antiquiſſimo codice, in ejuſdem eccleſiæ armario reperto, in hujus opuſculi volumine ponere dignum duximus.

ANNOTATA.

a Sergius *ſecundum Chronologiam Papebrochii, in Pontificem conſecratus 22 Novembris, anni 688; mortuus 18 Auguſti anni 702, inſcriptus Martyrologio Romano & aliis antiquis. Baronius uno anno hunc Pontificatum prævertit.*

b *Hæc hiſtoria vocatur in dubium ab Alfordo in Annalibus Anglo-Saxonicis: aſt habet eam Legenda Capgravii in Compendio Vitæ hinc extracto, & referunt eam Surius atque Baronius ad annum 699 num. 2, & cum illis Harpsfeldius, Mabilio, Oldoinus in Additionibus ad Ciaconium, aliique.*

c *Additur apud Capgravium.* ubi adhuc ſtat eccleſia in honore S. Joannis Baptiſtæ conſtructa: & apud Bradenum tertium conſtruxit monaſterium. Sed illa monaſteria poſtea a Danis fuerunt deleta & deſtructa.

d *Quod in protectionem Apoſtolicæ Sedis Aldhelmi monaſteria ſuſceperit Sergius, libenter credam: an eadem ab Ordinariorum juriſdictione exemerit, poſſet rationabilius dubitari, deficiente ipſius privilegii textu. Tales tamen exemptiones, licet eo tempore rariores, non omnino inuſitatas fuiſſe oſtendit eruditiſſimus Mabilio libro 1 de Re diplomatica cap. 3, ex quibus corrigas quæ alibi forte in contrarium diximus.* F

e *In Monaſtico Anglicano extant duæ chartæ Etheldredi Regis Merciorum, nullæ Regis Occidentalium Saxonum Inæ: ſed aliquam ex Mss. monumentis Malmesburienſibus edidit Alfordus ad annum 705 num. 20 & 21. Alia charta Inæ Regis, conſilio Aldhelmi Glaſtonienſibus monachis data, indicatur apud Vſſerium de Britannicarum Eccleſiarum primordiis pag. 111. Sed & has chartas ſuppoſitas eſſe, cap. 10 Propylæi demonſtratum invenies, ante 2 Tomum Aprilis.*

f *Lepidum inventum, ne poſſet fictio manifeſta teneri; ſiquidem ficto eſt, quod non definio.*

g Oſredus *Rex Northumbrorum factus anno 705, quo etiam anno creatus Epiſcopus S. Aldhelmus.*

h *De hac conſuetudine potius quam hæreſi Britonum, aliter celebrantium Paſcha, egimus ad Vitam S. Colmanni Epiſcopi Lindisfarnenſis 18 Februarii § 2.*

i *Beda lib. 5 cap. 19 appellat* alia perplura Eccleſiaſtica caſtitati

castitati & paci contraria: *in quibus videtur etiam fuisse quæstio de Tonsura, de qua pulchre Vsserius, in Primordiis Britannicarum Ecclesiarum pag. 921, & Mabilio ante tom. 3 Actorum Benedictinorum §. 1.*

k *De Regula*, S. Pachomio *per Angelum tradita, vide ejus Acta 14 Maji num. 15.*

l Enchiridion *vox Græca declinationis secundæ, per tertiam Latinorum hic flectitur, & latius hic sumitur pro libro quamvis amplo.*

m *Hæc sunt verba Bedæ loco præcitato lib. 5, cap. 9.*

CAPUT III.

Miracula patrata, Episcopatus, obitus, sepultura.

16 VIr autem sanctissimus, dum clari operis monasterium quoddam Meldun ad honorem Genitricis Dei fabricaret; hoc pro eo virgineus Natus, ad sui laudem suæque Genitricis honorem atque istius famam, declaravit mirabile factum. Denique cum ad templi hujus alta fastigia diversi machinâ instrumenti magnæ trabes levarentur, quædam earum à bipennigeris reperitur minima, quæ tamen ad longitudinem aliarum studiose ab eis fuerat resecata. Sed omnipotens Deus ideo hanc, ut sibi placuit, decurtavit, quatenus in hoc etiam servi sui meritum hominibus notificaret. Tunc opifices pernimium tristes, quia hæc participare secundo loco debebat initium, quid facerent dubii, ad sancti Patris hujus concurrunt consilium. Quos ille, etsi mente anxius redderetur, de misericordia Dei confisus, benigne alloquitur: Eja fratres, ad ceterarum mensuram si lineata fuerit discite, deque beatæ Dei Genitricis auxilio devote confidite: quia quæ lacte virgo pavit hominem Deum, absque difficultate hujus laboris nostrum potest adimplere desiderium. Tunc audacter pergens ad stipitem, populum hortabatur, quo summo conamine trabem in superiora traherent, non hæsitantes de longitudine illius. Mox plebs suffulta tanti Patris auxilio, corde devoto Dominum interpellans, quam Pater jussit continuo trabem levat. Tum divina cooperante misericordia, pro famulatu servi sui, supportant eam jam longiorem ceteris, ad quarum mensuram prius fuerat incisa. In quo opere imitatus est a B. Donatum Aretinæ Urbis Episcopum, qui calicem vitreum, Paganorum impetu confractum sola oratione restauravit: Patrem quoque nostrum miræ sanctitatis virum Abbatem Benedictum, qui longe positus magnæ molis saxum pia prece amovit à loco, ubi quidam Fratres cœnobium fundare satagebant. Illo denique modo rerum Creator, sed typo dispari, hanc elongavit, quo Præsulis Israëliticæ plebis virgam virere fecit & fœcundavit. Illa vero partum intactæ Virginis præfiguravit: hæc certe sanctitatem tanti viri immensum crescere adstanti ecclesiæ prænotavit: illa fructus detulit & folia, hæc Patris Aldelmi quæ futura essent opera demonstravit. De istac autem re nunc ista sufficiant, quia transire animus cupit ad ejusdem alia.

Trabem nimium curtam,

satis longam reddit.

17 Post hæc vero decurso non multi temporis spatio, Pater Berthoaldus, Cantuariorum Pontifex, vir reverendus vita & moribus, litterarum & ecclesiasticorum scientia valde eruditus, pro sanctitatis & virtutum hujus viri magnitudine, litterarumque liberalium & divinarum studiis & scientia, hunc secum si quiret sæpius habere cupiebat; quem directis legatis ad se causa consiliandi de rebus Ecclesiasticis venire rogavit. Cui Sanctus, ut erat mitis, libenter obediens, venit ad eum, moratusque est quamdiu ipse voluit. Expletis ergo ritè pro quibus ad eum venerat negotiis, ad castrum disposuit ire Doroberniæ: quod ideo Deus fecit, ut longinquis quoque terrarum partibus hujus sancti virtutum merita ostenderet. Cum secus portum sedens equo pergeret, quamdam navem ad ripam maris b mercatores volebant appellere: sed nequaquam potuerunt donec iste vir admirabilis præciperet, etsi ternis vicibus hoc molirentur magno virium conamine. Prius tamen illos modeste interrogavit, si quid deferrent, quod foret utile quotidiano usui ecclesiæ: quem illi more superborum spernentes, quia vili tegmine tegebatur, etiam eum conspicere dedignabantur. Ceterum ille Deus, pro cujus amore seipsum ita vilem habitu reddiderat, exaltavit illum (ut semper facit suos) in eorum præsentia. Expletis enim sæpe incassum multis conaminibus, tristes stabant & timidi, in inane lassatis viribus. Tunc ex eis quidam nauclerus suos sic socios flendo alloquitur: Spero equidem indubitanterque credo, illum quem in litore cernitis virum esse Christianissimum, cui nos inflati superbia, nec etiam verbum fecimus: sic illius humilitate nostra retunditur superbia, illius probitate nostra conteritur pertinacia. Quid vero nunc agamus nescio, nisi ut corde puro deprecemur ipsius misericordiã, quatenus devotis suis precibus nobis placatus Deus concedat portus & littora. Inito mox consilio, sanctum virum consternatis mentibus suppliciter rogant, quod ad eos venire eisque opem ferre suis orationibus non differat, eorumque inspicere scapham, officioque suo, si quid utile fuerit, accipere non recuset. Tunc Dei famulus, non illectus promisso ab eis munere, sed quia caritate cogebatur eis præstare auxilium, sagenulam ascendit, & eos continuo non dedignatus adivit: statim autem ut Sanctus ille naviculam suo corpore ponderavit, turbatum prius mare, tranquillum ad navigandum se præbuit. Sic Deum in servo laudando nautica multitudo intravit portum cum lætitia.

b *à nautis in applicanda navi laborantibus despectus,*

18 Mox illi offerunt Sancto volumen, veteri ac novo Testamento compactum: Sanctus vero oblationem non respuit, & suarum rerum majora eis munera præbuit, quamquam nollent: ne (quod absit) aliquis intelligeret, actum esse pretio, quod eis summa ejus præbuerat devotio. Quo viso ejus prostrati pedibus, rogabant, ut eos Deo suis precibus commendaret. O virum caritate refertum, pietate plenũ! qui B. Nicolai vestigia secutus, & nautas periculo liberavit & quid Deus operaretur per suos adhuc in carne degentes fideles, alienigenis declaravit. Librum vero, bonitatis ope acquisitum, ad Meldunense cœnobium detulit; quem ibidem Fratres adhuc positum, ob tanti viri reverentiam, digne custodiunt. In hujus principio anathema scriptum, ne quis eum inde auferret, vidimus. Itaque vir iste Deo plenus in eodem loco vixit Abbas eximius, donec per Bertwaldi manus impositionem, canonice ad Episcopatus officium ductus est, quod hoc ordine vel causa gestum est.

& ab iis Sacra biblia accipit,

in monasterio postea adservata.

19 Tempore Osredi, præclari Anglorum Regis, Hedda sanctissimus Antistes, cujus vitam laudabilem Beda venerabilis Presbyter in Historia narrat Ecclesiastica, defunctus vita, cœlestem migravit ad gloriam. Cujus parochia præ circuitus sui magnitudine, quia ab uno gubernari non poterat, Ecclesiasticorum Patrum Regumque consilio divisa est in duas: cujus unam partem Daniel gubernavit, vir in multis strenuissimus; ad regimen vero alterius diœcesis, Primates Cleri & copiosa multitudo populi, quasi una voce concordes, juxta Canonum antiqua præcepta, sanctum hunc elegerunt Aldelmum: cui hoc summopere suffragabatur, quod vocatus renuebat, attractus quantum

lib. 5, c. 19

Electus in Episcopum,

Duòris ad enare existens,

A quantum poterat reſiſtebat. Pater quippe Deo amabilis,nec ambitione eſt attractus:ſed in utroque ſervavit modum, nulla bonitate remotâ. Vere in eo
1 Tim. 3,2 fuerat,quod Apoſtolus gentium Timotheo dixerat in Epiſtola, Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. In quo uno præcepto ab Apoſtolo dato omnia ſubſequentia continentur, quamvis pro intellectu ſingula non nominentur. Iſte namque, ut de bonis Prælatis ait S. Gregorius, ſicut præerat in honoris culmine, ita præcedebat ſibi ſubjectos in omnium bonitatum amplitudine. Quidquid enim ore prædicabat,prius opere ſine elationis tumore præmonſtrabat. Qui dum Epiſcopatum per annos quatuor ſtrenuoſiſſime rexiſſet,Epiſcopii officio;monaſteriis,quę providentia divinæ clementiæ ante id officii gubernaverat,Patres præponere voluit.Ceterum pia con-
ſimul cogitur præeſſe monaſterio: gregationum multitudo, ſub pio Patre victitans feliciter,reſpuit eo ſuperſtite alium præter eum habere Patronum.Tunc vir ſanctus,eorum benigniſſimã conſiderans voluntatem, ponendoque alium timens Ordinis collidere ſtabilitatem ; Abbas, ut prius fuerat, eis remanſit : atque Ina Rege conſentiente, &
B Coëpiſcopo ejus Daniële teſtificante, ne aliquis Eccleſiaſticæ dignitatis velSecularis ſublimis potentię, Abbatem,prȩter quem pia conventio Fratrum eligeret, ponere auderet, privilegium ſancivit cum anathemate; quod poſtea à totius Angliæ Synodo, eo id agente, laudatum, in Meldunenſis eccleſiæ armario repoſuit ratum:quod etiam uſq; hodie habetur ; ſed, ut ſuperius dictum eſt, peccatis præpedientibus & Prælatorum pigritia ingruente,ad tempus nobis irritum eſſe noſcitur. Is ſane impeditior rebus ſecularibus,in Epiſcopio,ut mos eſt omnium(uti de B. Martino Turonenſium Prȩſule legitur) haud poſtea tantum valuit in virtutibus,quantum prius valebat.Verumtamen merito ille ſanctiſſimus vocatur, quamquam ſolitis non abundet virtutibus,quiſquis devote ſibi à Domino commiſſum implet officium in omnibus:quod hic fecit Pater juſtiſſimus. Sed his ita relatis,ad ejus glorioſum obitum referendũ veniamus.

20 In Epiſcopio ſiquidem bis bino peracto annorum circulo,carnis infirmitate gravatus, convocat
æger commendata caritate, gregemMonachorum,CatholicumClerum,& ferme omnem populum : paciſque unitatem & caritatis
C vinculum prædicans, ſine quibus nulla Deo placet Eccleſia, ſicut bonus paſtor oves ſuas Domino commendavit. Poſt hæc rogat familiares ſibi & fide domeſticos,quatenus in cœnobioMeldunenſi,quod præ ceteris dilexerat, ejus humaretur corpuſculum. Sic facta Deo digna oratione, & divinis armatus Sacramentis, glorioſus migravit à ſeculo: quem Michael
obit in Dunting villa, cum cœtu ſuſcepit Angelico.Quo defuncto in Dunting villa, ad quam pro ſalute eorum quos ſub Dei tutela gubernabat, perrexerat, ut pius Paſtor parochiam ſuam circumiens;utraque congregatio fideliũ primum inter ſe,modeſtum tamen,cœpit habere litigium,quo tanti Patroni corpus ad ſepeliendum portaretur.Sed pars illa ratione prævaluit,ad quam idem ſe portari ad tumulandum præcepit. In eadem vero villa,in eo ſcilicet loco quo vitæ finem fecerat,lignea capella conſtructa fuerat : ſed poſt ejus obitum ibi-
cæca lumen recipiente : dem de Glaſtonia quidam religioſus monachus,lapide inciſo,quoddam fecit oratorium: quod cum ad illius honorem dedicare faceret ; anus quædam; quæ multo tempore proprio lumine orbata fuerat, luminis recepit viſum, atque ut juvencula cœpit videre. Eo autem tempore S.Egwinus,Wigornienſis Eccle-
à S.Egwino Epiſcopo ſepelitur. ſiæ Epiſcopus, vir quidem & ipſe doctrina & opere probatiſſimus, Romam pergens orationis cauſa cum
c compedum vinculo,divino (ut fas eſt credere) monitus alloquio, Meldunum Præſul venit, ut defun-
d cto Pontifici debitum redderet *d* obſequium. Quo ut

dignum fuerat tumulato, iter inceptum peregit Antiſtes ille ſanctiſſimus: Romæque divinâ virtute ſoluta fuit illa catenarum circumligatio, ſicut in ejus Vitæ legitur volumine. Iſte vero, apud Deum omnium invocantium ſe advocatus,cæleſti in ſolio ſublimatus,precibus aſſiduis ſupradicti loci gregem re-
Claret miraculis. git ſibi devote ſubditum : plurimaque per eum ibidem præſtantur *e* beneficia, ad illius laudem, cui eſt honor & gloria per infinita ſęcula ſeculorum. Amen *f*.

EX MSS.

e

f

ANNOTATA.

a S.Donatus, *Epiſcopus urbis* Aretinæ, *non* Reatinæ *(uti per errorem erat ſcriptum) colitur 7 Auguſti.*

b *Eadem, ſed nonnullis circumſtantiis aliter relatis, proponuntur in altera Vita, & quidem verosimiliori forma.*

c *In Vita* XI *Ianuarii, dicitur hic* S. Egwinus *pedes vinculis adſtrinxiſſe, clavi in fluvium abjecta; eamque miraculoſe recepiſſe, uti num.* 4 *&* 5 *legere eſt pag.* 708.

d *De hoc obſequio iſta apud Capgravium & Surium leguntur:* Ejus autem obitum S. Egwinus,qui Vitam e- E
jus conſcripſit,divinitus cognovit,ſicut ipſe in quoda ſuo ſcripto teſtatur his fere verbis : Poſt duos annos Althelmus religioſus Epiſcopus migravit ad Dominum: quod ego per revelationem agnoſcens, convocatis Fratribus,exceſſum venerandi Patris eis aperui: concitoque gradu ad locum,ubi ſacrum corpus jacebat, quinquaginta fere millibus ultra Meldunenſe monaſterium poſitum,deveni, & ad ſepulturam adduxi, honorificeq; ſepelivi:mandavique, ut quibuſcumq; locis ſacrum corpus,dum abſportaretur, quieſceret,ſacræ Crucis ſigna ſtatuerentur.Quæ quidem adhuc permanent,nec ullam vetuſtatis ſenſere injuriam;poteſtque ex iis unum etiamnum videri in cœnobio. *Dein additur apud Capgravium, quod omiſſum apud Surium,* Cum etiam in quadam valle,dum viveret, ad prædicandum pergeret, & ſermonem ad plebem faceret ; forte baculum fraxineum, quo utebatur,terræ fixit, & interim per Dei virtutem ; miram in magnitudinem excreviſſe,ſucco animatus,cortice indutus, foliorum & frondium decorem emiſiſſe, dicitur.

e *Miraculum ſequens,omiſſum in utraque Vita, narratur apud Capgravium & Surium his verbis*: Quodã tempore Roma ſecum attulit altare ex marmore candido,ſex pedum craſſitudine,quatuor longitudine, triũ palmorum latitudine. Jam ad Alpes pervenerat, & F
jumentum illud ferens altare,ob itineris prȩrupta loca, cecidit; contritumque eſt jumentum, & altare in duas ſciſſum partes.Id ut vidit vir ſanctus, ad Deum preces fudit;& cum benedictionem impertiiſſet, ſalus jumento reddita eſt;& marmor,non directa linea, ſed flexuoſo anfractu diruptum, redintegratum eſt: ſed ita tamen,ut in miraculi memoriam, etiamnum rupturæ ejus veſtigia appareant curioſius inſpicienti. Fertur autem hoc altare marmoreum nunc eſſe in provincia Somerſetana,in quodam Canonicorum,ut vocant,Prioratu. *Hæc ſuis verbis ita Surius, quæ diverſa phraſi habet Capgravius : in hoc minus probandus, quod jumentum illud faciat* camelum. *Eodem credo modo quo in Vita S. Paterniani, Fanenſis in Italia Epiſcopi.* Cameli *pro* Aſinis,*in Piceni regione notiſſimis, inducuntur. Simili porro modo narratur* 22 *Iunii in Vita S. Albini Martyris, quod dum corpus ejus Roma transferretur Coloniam, id in ſummis Alpibus lapſum ſit cum equo, ſed & cum hoc illæſo ſervatum.*

f *In Mſs. additur* Explicit vita S. Aldelmi Epiſcopi & Confeſſoris. Incipit Tranſlatio ejuſdem.

CAPUT IV.

Corpus S. Aldhelmi elevatum, & à S. Dunſtano in tumulo lapideo collocatum. Perſecutio Danica. Miracula facta.

21 His igitur ſub brevitate, & ſi ruſticiter, non tamen abſque rei veritate, de vita ſanctiſſimi Patris Aldelmi, incliti Confeſſoris & orthodoxi Præſulis, ſecundum noſtri ingenioli parvitatem rite tranſcurſis; ad ea quæ per eum poſt illius obitū Dominus in eodem cœnobio dignatus eſt operari miracula veniamus. Tumulatus ſiquidem in eccleſia S. Michaëlis Archangeli, illi eccleſiæ quam Pater fabricaverat contigua, jacuit uſque ad tempus a Edwi, fratris Eadgari Regis, qui ante Eadgarum infantiæ ſuæ ignaviâ per devia quæque incedens, nulliuſque probi viri conſilio fruens, & regnum diſſipando dimiſit & eccleſiarum bona inteſtinis prædonibus diſtribuit. Iſte quoq; cœnobitas religioſos utriuſque ſexus à dominicis ovilibus ſegregavit, & laſcivientes gulæq; illecebris ſervientes, philargyriæq; inhianter lucra ſectantes, non mores canonicos ut deceret diligentes, ſed ſecularia deſideria turpiter impudenterq; cupientes, utriuſq; generis Clericos in eccleſia collocavit. Miſertus tamen omnipotens Deus Meldunenſi cœnobio, qui lucernā ſuam non diu latere ſub modio, ſed ut luceret omnibus erigere voluit ſuper candelabrum; per Clericos tunc ibi commorantes, ſupradictis tamen diſſimiles, tantum theſaurum, corpus ſcilicet illius, tam magnis adornatum virtutibus, levari fecit de ſarcophago, & in locello honorifice collocari argenteo: ubi & quædam illius opera, de libro ſcilicet, & trabe, & puero, & caſula, laminis auratis adhuc apparent inſculpta.

Sub Edwio Rege.

corpus S. Aldhelmi elevatur:

22 Requievere autem illius ſanctiſſima oſſa in ſupradicto feretro per aliquanti temporis ſpatium, quouſq; S. Dunſtanus divina favente clementia Archipræſulatus Cantuariorum *b* ſuſcepit inſulam, & *c* Danorum ſuper Anglos furere cœpit ſævitia. Qui tanti viri audiens opera & perinde ejus crebra cernens miracula; cœpit illud, poſt habitis ceteris, excepto ſuo in quo inthronizatus, diligere cœnobiū; multaque eccleſiaſtico congrua ſervitio ibidem ponere de rebus propriis, quarum plura uſq; ad id temporis in cœnobio habentur: in quibus etiam anathemata illius, nequis ea eliminare ad eccleſiæ damnum auderet, metrice inſcripta videntur, In organis ſcilicet, quę ad tanti Patris honorem Archipræſul dederat, hæc ſunt æneis litteris aſſignata carmina.

quod S. Dunſtanus qui multa dona obtulerat monaſterio,

Organa do ſancto Præſul Dunſtanus Aldelmo,
Perdat hic æternum, qui vult hinc tollere, regnum.

In hydriola, quam, ut Miniſtris altaris lympham funderet, fabricari fecerat, hæc vidimus metrice ſcripta:

Hydriolam hanc fundi Dunſtan mandaverat Archi-
Præſul, ut in templo ſancto ſerviret Aldelmo.

In campanula, quæ aurata in refectorio majori menſæ prę̃eminet, obrizeis figuris hoc impreſsū vidimus.

Eliſiam cæli nunquam contendat ad aulam,
Qui ferat hanc nolam Aldelmi de ſede beati.

Sunt & alia ibi ſigna, quæ à B. Dunſtano quadragenis libris empta fuere. Plura quoque dedit alia, quæ à nobis idcirco relinquuntur intacta, ne audientibus generent faſtidia.

metu Danorum,

23 Tempore vero poſtmodum hujus reverendi Antiſtitis, gens Danorum perfida verique Dei adhuc inſcia, cum multitudine claſſiū inſulam invaſit Britanniæ. Cujus feritate longę perterrita gens Angliæ, ſicut moris eſt timentium, ſummæ Trinitati aſſidue devota mente referebat hymmodiam, ut ſalvaret, quos redemerat, perſiſtentes in fide Catholica, de nimia crudelitate barbarorum; & Sanctorum ſuis in locis immota ſervaret beata corpora, quorum precibus plebs adiuta fidelis, ejuſque imperio ſubdita, crudelium hoſtiū calamitatis ſarcinam poſſet evadere. Tunc ſupradictus Pontifex, iniquorum hoſtium cognoſcens perverſitatem, & in carioris metalli ſpecie eorum ſpurcam cogitans aviditatem; timenſque ne auri argentive in feretro exiſtentis illecti amore, tanti Patris Reliquias pollutis manibus contingerent, & tractatas fœde pejus relinquerent; vel (quod abſit) ſi eccleſiæ ornatus tollerent, tantum theſaurum alicubi projicerent; ſanctiſſimū corpus reverenter traxit de feretro, & in tumulo lapideo ſericis linteaminibus involutum collocavit. Hanc autem tranſlationem, &, ut verius dicam, fidelem abſconſionem ſancti corporis, fecit tertio nonas Maji, ut multa teſtanturMartyrologia. Verumtamē Deus cuſtos fidelium hoc peccatrici genti intulit improperium, per ſui ſervi beati Aldelmi meritum. Cum per totius Angliæ regionem exercitus nefandorum hac illacque diſcurreret, *d* tandem ad Meldunenſe cœnobium pervenit, ubi indigenam populum, tanti Pontificis defenſione confidentem, auri copiam detuliſſe audiverat. Qui, ut frendens leo per deſertum diſcurrit, nullius feræ timens occurſum, cæcus eſuriei ardore, tamen quærit quid devoret; eccleſiam irrupit, ac uſque ad ſancta ſanctorum veſanus acceſſit. Mox ut illorum quidam, accepto arcano, lapillos cupivit pretioſos trahere è feretro, amiſſo lumine divina ultione continuo cecidit in pavimentum. Tunc ementati hoſtes ceteri, omnia quæ in monaſterio erant, quamquā nolentes, fecerunt relinqui (exceptis his quæ plebs provaga jam in officinis acceperat) atq; viam inhianter profugi arripuere. Sic quippe Deus locum illum liberavit à rabie fraudatorū prece ſui famuli: magni enim apud Deum extat iſte Sanctus meriti, qui (ut diximus) populum ſibi carum à timore tanti eruit periculi. *e* Hunc ergo & nos caſto corde, pronis quoque exoremus vocibus, quatenus nos indignos vita & moribus, à peccatis expurgatos, apud Deum mente exaltatos, ſuis reddat prę̃cibus, quo cum eo poſt hanc vitam potiamur cęlica, Natum videndo ſedere Patris ad dexteram, cui ſit virtus honor & gloria cum Pneumate ſancto per immenſa ſecula.

in tumulo lapideo collocat.

raptore Dano caco effecto ſervatur monaſterium,

24 Poſt hæc Danorum conventus, Deo odibilis, immanitate ſcelerum, & Chriſtianæ fidei evacuatione, poſt varios eventus bellorū in diverſis locis, poſt caſtellorum deſtructionem ac multarum everſionem urbium, omni undique ultra modū devaſtata regione, tolerante Deo *f* ad tempus regnum habuit in ſua perverſa ditione. Quare attritis orthodoxitatis cultoribus, mendicitate opum corporumq; multis tribulationibus, templa non frequentabantur aſſuetis ingreſſibus fidelium, nec monachorū vel ſanctimonialiū fidelium turma nocturnis ſive diurnis utebatur ſynaxibus. Unde contigit Sancti corpus diu pauſare in tumulo, ubi à S. Dunſtano repoſitum fuerat, Pontifice virtutū congerie clariſſimo: quod omnipotens Deus, quamquam vili lateret ſub tegmine, magnis adornabat virtutibus. Sæpe enim & diverſis temporibus multos utriuſque ſexus, variis poſſeſſos languoribus, liberavit: quæ, ut facultas fuerit, & exinde memoria ſuccreverit, in ſuis locis ordinatius ſingula diſtribuentur; illa ſcilicet quæ per eum Deus fecit poſt deſtructam per prædicatores Danorū ſævitiam, & poſt devictam per bellatores viros illorum inviſam audaciam. Ea enim antiquorū memoria nulla tenuit, etſi magna forent quæ peregit Danorum inibi ſuperſtite perfidia: quia & bonorū virorum eo tempore magna fuit inopia; & malorū, peccatis exigętibus, innumerabilis copia. Quod & multis contigit Martyribus, quia etiā & quibuſdam diſcipulorum, quos ipſe ſummus Paſtor & Dominus prę̃miſit per civitates ante prędicationis ſuæ adventū; quia tantæ perſecutionis æſtus in-

miracula varia patrantur,

A ingruerat, quod nulli eorum licuit chartis commendare, actuum eorum ſequentia. Apud Deum tamen eorum non minus extat meritum, aut inter homines auctoritas; quia frequenter vident, quæ per eos Deus oſtendere dignatur haud minima facta, pro quibus prius non ſcripta fideli corde retinentur ſine ambiguitate tradita. Et quia accedendum eſt ad iſtius Sancti facta, ſupradictorum utique nequaquam minima, quamquam à Deo poſt multorum ſint oſtenſa annorum curricula, de iſthac re nunc iſta in præſenti ſufficiant.

25 Tempore multo poſtquam Danorum atque Norwagenſium crudeliſſimi Reges devaſtavere Britanniam, nonnullas, ut moris eſt barbarorum hoſtium, pulcriores duxeré virgunculas. Inter quas *Helphildis apud Danos captiva,* quædam valde nobilis, Helphildis nomine, cum captiva duceretur, cuidam Primatum pulcritudinis cauſa valde complacuit: qui legale, quod prius habuerat juxta gentis ſuæ morem, deſtituens conjugium, dum hac forte uteretur concubina, morte ſuperveniente defunctus eſt. Hæc vero orbata illius conſilio, remanſit inter alienigenas media. Ad quam
g Danorum *g* Archimandrita, cupiens quod ſubſequitur efficere, quia carebat liberis, etſi uxore ſuperB ſtite, una tantum ingreſſus nocte, genuit filium. *poſt filium Regi genitũ* Quo cognito, Rex pietate motus, quia advena erat, & amore genituræ quam in ea fecerat illectus, ut eam ſervaret, utque neceſſaria ei tribueret, uxoris iram caute metuens, cuidam Deum timenti commendavit Epiſcopo. Qui à Domino capere retributionem ambiens, dominique ſui benevolentiam habere cupiens, uſque quo puer ablactaretur eam liberaliter fecit cuſtodiri. Ablactato denique infantulo Rex ille obiit: hæc vero nocte rapiens filium, fugæ petiit latibulum, Reginæ viventis adhuc incurrere timens periculum. Peracto hinc ſeptennio auditum eſt à multis, eam non procul eſſe in remotis partibus: tunc pro ea Dani miſere, quo filium reduceret ut paterno frueretur ſolio. Quod & factum eſt: verumtamen idem Regulus, anno & ſemis in culmine regni tranſacto, hac luce defunctus eſt. Tunc Helphildis, deſolatam ſe morte nati conſiderans, & præteritorum ærumnam, & futurorum multam miſeriam corde ſæpe volutans, ſtabilivit ſi poſſet repedare ad propria, ubi per Sanctorum Deo cara merita, jam jamque ad nihilum terrena reputans, *reverſa in Britanniã;* cæleſtem poſſet acquirere gloriam. Venit igitur
C ad nativitatis ſolum Britanniam, atque trium villarum beneficium ex cenſu emit quem ſecum attulit. Hæc ergo in pacis quiete longiſſime deguit, Deique timorem cum Sanctorum reverentia in arcano cordis indeſinenter habuit.

26 Verumtamen divino tacta verbere (eo ſcilicet quo ſervorũ ſuorum, ut ad meliora proficiant, quemque novit affligere; uti patientiſſimum Job, ut eum in exemplum poſteris poneret, ut ſeipſum quis foret quiret agnoſcere, miſericordia divina quondam carnaliter afflixit) membrorum enervationem, quam Græco vocabulo paralyſim dicunt, per triennium paſſa eſt. Initium vero hujus paſſionis taliter ſibi *& in paralyſin lapſa* eveniſſe dicebat. Voverat, priuſquam remearet à Dania, ſe numquam carnis comeſturam alimoniam: quod illibate longe ſervaverat. Ceterum Sacerdotum quorumdam bonæ converſationis ſupplicata monitu, cum ſecum plures eſſent in convivio, ut ſemel tantum guſtaret, eorum precibus vix invita acquievit: moxq; divina eam percuſſit ultio ſupradictæ ſtimulo paralyſeos. Miro equidem modo omnipotens Deus, diverſa mentis intentione peccantes, diſſimilis pœnæ gravat vinculo, & in omnibus ſuis factis ſe juſtum Judicem & pium eſſe Dominum demonſtrat. Ananiam namque & Saphiram, *propter violatum abſtinentiæ votum,* quia cordis livida intentione cecidere, irrevocabili ſententia ferire non diſtulit: hanc vero, quia invita EX MSS. & quadam caritatis ſpécie peccavit, ad tempus corrigere voluit. Quibus exemplis quiſque cavere debet, ut aut non voveat, aut poſt votum promiſſa perſolvat, & qua intentione difficultatis quæ Deo obtulit poſtea non frangat. Hæc igitur Sanctimonialium amicta velamine, circumquaque in rhedæ vehiculo à ſuis ſatellitibus ad Sanctorum patrocinia ſe deducere faciebat, uti per eorum ſancta ſuffragia illius reviviſcerent mortua membra. Attamen, *apud S. Aldelmum ſanatur.* non ut eorum Deus omnipotens quos ſemper glorificat ſuorum fidelium ſperneret orationem, ſed quo famam ſervi ſui Aldelmi ſæpius oſtendendo miracula faceret ſublimiorem; illam in infirmitatis periculo tam diu miſericorditer detinuit, quouſque Meldunenſe cœnobium veniret ſicut diſpoſuerat. Denique cum ibidem in Sancti iſtius feſtivitatis Vigilia, devota mente Dei expectans per ſervi ſui meritum conſolationem, proſtata, quia ſtare nequibat, jaceret; dumque religioſa monachorum cohors, poſt ſolennes Matutinos, conſueto more ad honorem ſanctæ Mariæ Genitricis Redemptoris noſtri hymnum decantaret; divino mox tacta medicamine, E ſenſit membra prius arida reviviſcere: & propere ſana ſurrexit; atque uſque ad locum, quo ſanctiſſimum corpus fuerat, ſine ductore pervenit: quæ ab ipſa die quidquid potuit habere illius Salutiferi ſui eccleſiæ contulit, atque inibi carne defuncta in pace quievit.

ANNOTATA.

a S. Dunſtanus, *cujus infra mentio fit, ab Edwio Rege in exilium actus eſt: in cujus Vita priori, auctore Presbytero, iſtius ſcelera deſcribuntur cap. 4. Vti in altera Vita Auctore Osberno cap. 6, relatis ad diem 19 Maji.*

b *Idem* Dunſtanus *ad Archiepiſcopatum anno 959 aſſumptus ab Eadgaro, poſt mortem Edwii Rege, mortuus eſt anno* 988.

c *Anno* 980, *quando Suanus Rex Daniæ invaſit Angliam.*

d *Hæc videntur facta anno* 1003 *quando Wiltonia provincia à Suano devaſtata fuit.*

e *Quæ ſequuntur videntur ex quodam Hymno accepta, cujus hæc fuerit clauſula.*

Hunc nos corde, pronis quoq; exoremus vocibus,
Quatenus indignos vita & pollutos moribus
A peccatis expiatos ſuis reddat precibus, F
Quo cum eo poſt hanc vitam potiamur cælica,
Cui ſit virtus, laus & honor per immenſa ſecula.

f *Ab anno* 1017, *quando Canutus in Regem eſt coronatus; uſque ad annum* 1042, *quando Hardecanuto mortuo ſubrogatus eſt S. Edoardus.*

g Archimandritam *hic dici crederem, pro ſummo Sacrificulorum Danicorum Antiſtite, niſi idem mox appellaretur Rex: ergo imitatione quadam Homeri, qui* Reges *vocat* Paſtores populorum, *uſus videtur Auctor, ſciens quod* Mandra *(ut dictum ad vitam S. Simeonis Stylitæ junioris) ovile ſignificet, ex prima vocis notione.*

CAPUT V.

Energumenus, contractus, & cæcus ſanati. Revelatio corporis.

27 ACcidit autem poſtea, cum ibidem ſacras in nocte Aſcenſionis Domini celebrarent vigilias, longe admirabile factum. Nam ejuſdem parochiæ quidam ruſticus, peccatis illius exigentibus, fuerat correptus à dæmonio. Quem conſan-

EX MSS. *Energumenus furibundus,*

guinitate propinqui, qui cernebant furore [agitari] & in Deum ejuſque fideles blaſphemias nonnullas ſpumanti ore projicere, atque in eos eorumque vicinos, ſaxa, ignem, arma, denique quæque furor miniſtraret inſanus, capere; vinculis quidem ferreis manciparunt, ac ſic ſub ſolerti cura, in quantum illorum inurbanitas permittebat, die noctuque aliquantiſper habuerunt. Tunc inito conſilio, per quos noverant ſapientiores, eumdem circumquaque ad ea loca, ubi audierant quorumdam Sanctorum corpora requieſcere, ut fuerat vinculis aſtrictus, feſtini ſatagunt perducere. Verumtamen Conditor rerum, qui quotidie ſuo more exaltat humiles & deponit ſuperbe tumentes, hanc gloriam famulo ſuo reſervavit, humillimo Patri Aldelmo. Cum igitur ad ejus monaſterium Melduni cum veſano veniſſent, monachos fraterna caritate inibi victitantes ſupplici voce alloquuntur, ut Dei precarentur clementiam, quatenus ſuper hunc energumenum, per ſervi ſui Aldelmi meritum, oſtenderet aſſueta miracula. At monachi hoc eis ſalubre dedere reſponſum: Hodie Vigilia Aſcenſionis Redemptoris omnium eſt, qua carnem, de intemerata Virgine acceptam & mortis paſſione glorificatam, portavit ad cælum, ubi Deus & homo, unus Chriſtus, in dextera Dei ſedens disjudicat, atque animarum languores ſanat & corporum. Quapropter, cariſſimi Fratres, in eccleſia pernoctate, ac intento corde ſacras excubias celebrate, & ſine ambiguitate credite, quod ille qui eum in tantum ſublimavit ut ſecum in cælo gratulari faceret, ipſe idem per eum quod quæritis demonſtrabit. Aſtantibus ergo illis ante *a* Iconiam noſtri Redemptoris nocturno officio, divina infirmum tetigit miſericordia, pro famuli ſui merito. Nam poſſeſſorem ſuæ fabricæ cum competenti ſibi expulit contumelia; ita ſanum reddens infirmum, acſi fœdi hoſpitis nulla eum unquam tetigiſſet moleſtia. Quo viſo, omnes qui aderant, quique auditis lætitiæ vocibus advenerant, ſonantibus ſignis, devotione cordis & ſono vocis, ſempiterni Regis laudarunt magnalia.

vinculis conſtrictus advehitur,

& nocte Aſcenſionis liberatur.

B

a

Miſere contractus,

28 Alio quoque tempore vir quidam æger, pedibus atque coxis adhæſis cruribus, tantillum ſibi quod erat itineris vix ſolo reptando manibus peragebat: qui tandem labore defectus aſſiduo, quomodo Dei clementiam ut ſui miſereretur, cujus Sancti adminiculum poſtularet, curioſa mente ſedulo ſecum volvebat. Tandem per totius provinciæ latitudinem fama volante cognovit, quoniam in oratorio, quod Chriſti *b* eccleſia Anglice vocatur, omnipotens Deus ſolitas operaretur virtutes, ſcilicet quod diverſorum oppreſſis languorum gravamine, ut pius humani generis reſtaurator, innumeras redderet ſanitates. Illo igitur utcumque, quaſi fine ullo veſtigio, cœpit tendere greſſum: ut ſicut credulitatis fuerat compos, ita ſanitatis quiret eſſe particeps. Conſumpto denique aliquot dierum numero, etſi parvo itinere, vix equidem tandem ad Meldunenſe, quia in ipſo ejus itinere ſitum eſt, devenit cœnobium. Mox ut veteranus idem monaſterium ingreſſus eſt, ſenſit ineſſe ſibi aliquod de membrorum torpore quaſi lenitatis remedium. Pernoctavit igitur, mane die altero receſſurus, quo eum compulerat intentio; niſi hic Deus, per ſancti Confeſſoris ſui meritum, ſuę pietatis dignaretur præbere ſubſidium. Erat enim dies ſabbati in veſperis, & infra ſupradicti Patris Octavas feſtivitatis. Mane autem jam facto, & ſolis fervore roborato, primaque Hora diei à congregatione Fratrum ibidem commorantium decantata; cum jam præpararetur proceſſio in chorum, cum ceteris procedere volentibus, ſequi ut potuit, venit infirmus: ubi tamdiu orando jacuit, do-

C

b

repens verſus Eccleſiã Chriſti,

pervenit Meldunum,

nec more ſolito per clauſtrum officinaſque pergeret, ac unde ierat remearet Fratrum congregatio. Cantante autem monachorum caterva, & multitudine laicali aſtante; divina claudus mox attactus pietate, ſtupore magno quaſi extra ſe factus, de loco in quo jacebat exiliit ſanus, ac ſi nulla unquam corporis ſui ſenſiſſet detrimenta: atque ad ſanctiſſimi corporis tumbam accurrit, ut quantulaſcumque poſſet Deo in ſervo ſuo gratias referret. Quo viſo, omnes qui intererant, Dei omnipotentis qui Sancti ſui prece talia fecerat, laudarunt magnalia. Is vero qui ſanitatis ita habitæ utebatur remedio, multis temporibus ad ejuſdem Sancti laudem in eo deguit monaſterio; & adhuc iſtic ſuperſunt multi degentes in monaſtico habitu, qui eum prius & poſtea bene noverunt: quibus relatoribus nos iſta ſcripſimus de eo, ad Redemptoris noſtri gloriam atque Sancti ejus laudabilem memoriam.

D

& ſanitatẽ adeptus

ibidem permanet,

29 Inter alia nonnulla, quæ pro ſervi ſui meritis omnipotens Deus patefecit reverenda opera, quoddam admirabile dictu, quod ſequitur, ibi oſtenſum eſt miraculum. Tempore primi *c* Willelmi Anglorum ſtrenuiſſimi Regis, atque Warrini Abbatis eámdem Eccleſiam regulari moderamine gubernantis, in quadam inſula quæ Wichland *d* Anglice nuncupatur, quidam piſcator morabatur, qui neceſſitatis ſuæ inopia coactus, quotidie per æquora piſcando laborabat; & marinis periculis ſæpe ſe ingerendo, manu & arte victum quærebat. Quadam vero die, eo per mare vagante, confeſtim ex adverſa parte nebula quadam irruente, lumina oculorum, peccatis ſuis forſitan ſic exigentibus, tali occaſione amiſit. Qui diu errans per devia æquorum, huc illucque alternantibus undis, tandem ſociorum auxilio, qui in aliis naviculis erant, adjutus, ad littora uſque pervenit: atque ductoris fretus adminiculo, ad conſuetum rediit hoſpitiolum. Deinde cæcitatis hujus fama volans hac illacque per provinciam, amicorum frequentia, quorum auribus inſonuit, curavit quam citius ad eum venire, interrogans qualiter inſperatæ orbitatis ſibi contigiſſet adverſitas. Quibus, flebili voce exorſus, omne, quod ſibi acciderat, ordine declaravit. Poſt hæc ab eis quærere cœpit, quid ageret, apud quem Sanctorum ſperarent eum miſericordiam inventurum. Sibi autem propinquorum mœſta congregatio ſic reſpondiſſe fertur: Melius tibi, frater, conſilium hujus rei dare neſcimus, niſi ut quam citius feſtines ad Chriſti eccleſiæ limina in Occidentali parte, ubi divina miracula ſæpius fiunt: ſicut enim populari rumore fertur, ibi diverſarum infirmitatum genera evacuantur: quo in loco omnipotentis Dei clementiam piis precibus tam diu efflagites, præteritorum peccatorum ſatisfactionem inſtanter promittas, eleemoſynis quibus poteris malefacta tua redimas, donec te divinæ potentiæ larga miſeratio priſtinæ ſanitati incolumem reddat. His ſiquidem adhortationibus multoties ab amicis, quamvis ruſticis, ſapientibus tamen, bene monitus, ad monaſterium, ubi diverſi debiles convenerant, perrexit: qui tres annos illic infirmitate laborãs deguit. Sed pius & miſericors Pater, qui in momento quodcumque vult efficit, in tam longo tempore deſiderium illius, miſericorditer in eum operans, adimplere noluit. Præſcius itaque quid futurum ſit, cui etiam reſervaret gloriam laudis ſuæ, ſic etiam remorando ſanitatis donum, de malo faciebat priùs bonum. Poſtremo nocte una in cubili ſuo proſtratus, per viſum in ſomnis admonitus eſt, quod ad Meldunenſem eccleſiam, ubi ſervi ſui Aldelmi corpus quieſcebat, greſſum tenderet: ibique Deo juvante ac Sancti ſui prece hoc exigente, amiſſum tamdiu lumen recuperaret. His dictis à Deo præ-

c

ſub Guilielmo Rege

E

d

piſcator cæcus factus,

poſt 3 annos morã

F

perſuaſus ab amicis adire eccleſiã Chriſti,

cælitus monitus Meldunũ venit:

A præmonitus, ad Meldunenſem eccleſiam comite præeunte eſt adductus in crastino. Illic quidem ſeptem continuis diebus, vigiliis & orationibus Dei miſericordiam cum Sanctorum ſuorum ſuffragiis deprecatur, ut qui venerat peccatores ſalvos facere, ad prioris luminis ſtatum eum dignaretur adducere. Suſtentabatur interim Fratrum eleëmoſynis, qui ſic deſiderabat gratiam Domini. Septimo autem Dominico die, Redemptore noſtro illi volente miſericordiam præſtare, atque fidelis ſui famam etiam & in hoc propalare (ut ſit vera illa ſententia; Si quid
Ioa. 14, 13 petieritis Patrem in nomine meo, fiet vobis) iſtius Sancti precibus atque ſuffragiis, aliorumq; Sanctorum ibidem quieſcentum, viſum quem amiſerat ita recepit. Dum in Dominica die monachi more ſolito per clauſtra ad proceſſionem monaſterii irent, atque ad introitum eccleſiæ canendo rediſſent; illo in medio templi ante Crucifixum in orationibus jacente, tanta Spiritus ſancti gratia ſuper eum deſcendit, ut
& viſum recipit. cernentibus cunctis ſanguis ex oculis ejus guttatim defluеret, & cadentibus ſquammis, ſe jam videre clamaret. Statimq; conſurgens, qui ante fine ductore ire nequiverat, ad ſepulcrum Sancti ſolus venire feſtinat: qui diu ibi præ gaudio flendo proſtratus, tandem conſurgens illuc unde venerat eſt reverſus.
B Hæc videntes omnes qui aderant, Deo laudes devote referebant, cui honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

30 Superius ſerie lectionis retulimus, ſacratiſſima oſſa Patris noſtri Aldelmi, propter Danorum perfidiam, à reverendo Antiſtite Dunſtano Cantuariorum, infra marmoream tumbam honorifice, ſericis indumentis, ligneis thecis, fuiſſe collocata; nunc
Chronotaxis vitæ S. Aldelmi. autem quantum temporis inter utrorumque obitus Præſulum fuerit, quantumve poſt Dunſtani dormitionem jacuêre, qualiterve & à quibus ſint elevata, referre curamus. Fuerat vir iſte à B. Eleutherio, Saxonum quarto Epiſcopo, Melduni, in eccleſia Apoſtolorum Petri & Pauli, Abbas ordinatus, anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo ſexageſimo & circiter ſexto; Epiſcopus vero, anno ejuſdem veri Salvatoris in mundo ſecundum carnem nativitatis ſeptingenteſimo & quinto, à Blitwaldo ſucceſſore Theodori, Cantuariorum Archipræſule, viro Eccleſiaſticis rebus valente, bonorumque morum honeſtate longe prædito; defunctuſque eſt, anno ſeptingenteſimo nono: qui ſecundum hanc ſupputationem conjuncti, fuerint quadraginta & tres: ex quibus
C quatuor, irreprehenſibiliter in Epiſcopio vixit, ſicut ſupra dictum eſt: reliquis in Abbatis tantum ordine, non tamen unius tantum Abbatiæ, ſed multarum Magiſter extitit. Præceſſit equidem iſtius in
e Chriſto Archiantiſtitis Dunſtani *e* obitum annis ducentis ſeptuaginta novem, & pauſavere illius reverendæ Reliquiæ, in loco ubi à Dunſtano fuerant poſitæ, poſt ejuſdem Archipontificis migrationem,
f annis *f* nonaginta duobus, unde relevari hoc denique modo vidimus.

31 Præerat in eodem cœnobio Abbas Warinus,
Elevatio ſecunda facta an. 1080, pluribus rebus vir eruditus & monaſticæ religioſitatis doctrina præditus; qui vita & moribus pollentem Gregem ſibi commiſſum regebat monaſticis traditionibus. Qui aliquantiſper de corpore dubitans ſanctiſſimo, indicit fideli Congregationi triduanum agere jejunium, Pſalmos devote locis congruis
EX MSS. decantare, omnibuſque modis ante divinæ conſpectum clementiæ humiliari, quatenus omnipotentis Dei miſericordiâ tanti Præſulis Reliquias reperirent. Gloceſtrenſium etiam religioſa congregatio, quia huic caritatis conjuncta fuerat vinculo, jubente illi
poſt indictũ jejunium, Patre Serbone, religione monaſtica reverendo, hoc idem fecit jejunium, in diebus ſanctum diem Pentecoſtes præcedentibus. Tertia vero die ſupradictæ ſolennitatis, facto cum reverentia matutinali Officio, ad ſancti corporis ambo Abbates timore pleni venere tumulum. Cum quibus duo Fratres, qui eis ad levandum lapidem præbuere auxilium: quorum alter Hubertus nomine, vir & ille miræ patientiæ, qui (ut nobis ſæpius idem retulit) cujuſdam infirmitatis gravabatur pondere, ſtatim ut ſenſit ſanctarum Reliquiarum fragrantiam, in terra cum ceteris fixis genibus Dei omnipotentis laudavit clementiam, quæ ſic Sanctos ſuos glorificavit, ut & in cælo à concivibus Angelicis ſpiritibus, & inter mortales honorentur corpora. Qui poſt orationis inſtantiam ut ſurrexit, bene ſanum *g* ſe ſenſit, ſicut nobis ſæpius dixit; & nos ipſi cum multis teſtificamur, qui g
eum ſatis infirmum prius noveramus. Abbates autem recluſerunt ſarcophagum, & ita uſque ad octavum diem, quo ejus futura erat feſtivitas, dimiſere intactum. In die autem ejus feſtivitatis, aſcito ab Abbate loci illius Diœceſis Oſmundo *h* orthodoxo Epiſcopo, viro humilitate, ſapientia & ſanctitate h
honorando atque laudabili, & religioſo Abbate Glo-
& à S. Oſmundo Epiſcopo. ceſtrenſi ſupradicto, cum multitudine Cleri & magno populo, Principum turba & catervis Militum, facta eſt ejus ſecunda revelatio, ex tumulo quo poſitus eſt, ab Archipræſule Dunſtano; & in feretro aurato honoranda per Dei ſervos locatio: ubi ea die & deinceps, beneficiis illius, & aliorum ibi requieſcentium Sanctorum meritis, præſtantur ſanitatum dona multis, ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Iconiam, *pro imagine, etiam alibi legimus: non item, quod mox ſequitur, adhæſus, pro affixus.*

b *Ex ſequenti miraculo intelligitur, quod ea eccleſia non ſolum habuerit adjunctum monaſterium, ſed etiam unius tantum diei itinere Melduno, id eſt, Malmesburia afuerit.* F

c Guilielmus *Normannus*, Conqueſtor, *regnavit ab anno* 1067 *ad annum* 1087.

d *An* Vectis *inſula, hodie* Wight, *Hunthamtonienſi Comitatui objecta in mari Britannico.*

e *Mortuus eſt* S. Dunſtanus *anno* 988, *& ſic calculus iſte exigit:*

f *Annus is eſt* 1080: *quo anno feſtum Pentecoſtes, de quo infra, celebratum fuit* 31 *Maji: ſiquidem cyclo ſolis* 25, *lunæ* 17, *Paſcha incidit in* 12 *Aprilis.*

g Beneſcium, *malui legere*, Bene-ſanum.

h S. Oſmundus, *Epiſcopus Sarisburienſis, mortuus anno* 1099, *die* 4 *Decembris, à Caliſto III Sanctis adſcriptus.*

DE SANCTO GENNADIO

EX ABBATE ORDINIS S. BENEDICTI
EPISCOPO ASTURICENSI IN HISPANIA,
ET PLURIUM MONASTERIORUM FUNDATORE.

D. P.

CAPUT I.

Tempus ſuſcepti regiminis Abbatialis & Epiſcopalis. Teſtamentum Alphonſi Regis curatum.

CIRCA DCCCCXXV *In monaſterio montano S. Petri,*

INter *monaſteria plura, quæ S. Fructuoſus Archiepiſcopus Bracarenſis per Hiſpaniam inſtituit & propriâ Regulâ informavit, ſeculo Chriſti* VII, *de quibus agitur in Vita ejus, à nobis illuſtrata* XVI *Aprilis num.* 5; *memoratur* monaſterium Rufanenſe, in vaſtiſſima & arcta atque procul à ſeculo remota ſolitudine, in excelſorum montium finibus. *Id hodie ab Hiſpanis* San Pedro de Montes *appellatur: & in Teſtamento dotationis Regiæ, dicitur conſtructum* juxta rivulum qui dicitur Oza, ſub monte Aquiliana, ſubtus caſtello antiquiſſimo Rufiano, in confinio Vergidenſe; *vulgus*, Vierzo *nominat. Qui* venerabilis locus, quamvis (*uti in eodem Regio Teſtamento loquitur* Ranulfus Epiſcopus Aſtoricenſis Sedis, *cujus antiquius Teſtamentum iſtic verbotenus inſeritur, ſed abſque debita diſtinctione*) quamvis, *inquam*, venerabilis locus, *eſſet* Domino dudum ſanctificatus per manus B. Fructuoſi, & ædificatus primo confeſſioni monachorum, *quia tamen* poſtea multis temporibus manebat deſertus, Nos Ranulfus Epiſcopus Aſtoricenſis ordinavimus, pro conſecrationis officio Abbatem nomine Gennadium, dedimuſque ei Regulam obſervationis ſanctæ vitæ, cunctaque monaſtica illi præcepimus inſtrumenta. *Ne autem dubitari poſſet qualis illa Regula eſſet, idem Epiſcopus expreßius loquitur, non ſine ipſius Regulæ commendatione inſigni*: Omnem, *inquiens*, doctrinam Deificam, conſtitutam in Regula B. Bededicti, quam ei (*Gennadio*) obſervandam tradidimus, cum cunctis ſibi ſubjectis monachis retinendam injungimus . . . . . ſic quoque ut omnem ſanctam à Patribus inſtitutionem, & cunctæ beatitudinis excellentiam (*quibus videtur S. Fructuoſi Regula denotari*) in eodem ſub nuper erecto monaſterio idem Abbas nomine Gennadius, cum ſibi delegata plebe conſervet, & in omni ſpirituali exercitio ſemper intentiſſimus extet; & ipſi monachi, regularia juſſa complentes, ſanctum ipſum monaſterium bonis teſtimoniis ornent, & ſibi lucrum æternæ vitæ pie vivendo augmentent.

ſub regula S. Benedicti Abbas factus Gennadius;

per inſtrumentum anni 898

2 *Totum teſtamentum legere qui volet, invenlet apud Prudentium de Sandoval, in opere de Fundationibus Benedictinorum in Hiſpania, part.* 3 *fol.* 20, *& ex ejuſdem tranſlatione Hiſpanica recuſum apud Ægidium Davila in Theatro eccleſiæ Aſturicenſis lib.* 2 *cap.* : *in fine autem adadditur*, Facta chartula teſtamenti V (*fortaßis* VIII *legendum*) Kalendas Maji, ſub Æra DCCCCXXXVI, Luna XIV: *& ſequuntur ſubſignationes hoc ordine*,

Sub Chriſti nomine Ranulphus, Dei Gratia Epiſcopus Aſtoricenſis Sedis.

Ordonius Rex, confirmans hujus ſeriem teſtamenti.

Giloyra Regina, hoc teſtamentum confirmans.

deinde poſt Sanctium, Adefonſum, Scemam, Garſeam, Ranemirum, Regios fratres aut filios, rurſum ſubſcribitur.

Hodoarius Dei gratia Epiſcopus confir.

Ordonius Rex: *non ille qui ſupra, hujus nominis ſecundus (hic enim anno* DCCCCXXIII *obiit) ſed tertius anno* DCCCCL *regnare exorſus, quando prænominatus Hodoarius Epiſcopatum Aſturicenſem tenuit, poſt Ranulphum ſeptimus. Iterumque ſubſcribit, poſt alios ſex variarum ſedium Epiſcopos*, Gondiſalvus *Hodoarii ſucceſſor, quem confirmando ſequuntur alii Epiſcopi duo, Magnates duodecim: tum Gondiſalvi ſucceſſor*, ſub Chriſti nomine Notarius Epiſcopus Aſtoricenſis confirm. *utique circa annum milleßimum quando vixit* Sampyrus, *idem Epiſcopus & Ranemiri Regis Secretarius atque* generalis regni Notarius, *ut eum appellat Davila: qui eo hic nomine loco proprii utitur, niſi forte proprium, per ſolam litteram initialem ſcriptum, librariis excidit; & ſequuntur Magnates decem: ac denique ultimus*, ſub Chriſti nomine Scemenus Epiſcopus Aſtoricenſ. Sedis, *cum Magnatibus tribus, qui poſt Godeſtum Sampyro ſucceſſerat ſub annum* MXV.

ſæpius poſtea innovatum,

3 *Placuit hæc ita minutim deducere, ut appareret prædictum Teſtamentum, à Ranulfo Epiſcopo & Ordonio Rege confectum, ſæpius tranſcriptum renovatumque fuiſſe. Adeoque fidendum non eſſe numeris notantibus Æram* DCCCCXXXVI, *qui nobis eſſet annus* DCCCXCVIII, *quaſi jam tum Rex fuerit Ordonius II, quem aliunde ſcimus anno dumtaxat Chriſti* DCCCCXIV *regnare cœpiſſe. Iidem etiam qui Ordonio III confirmandum prioris Ordonii Teſtamentum deſcripſerunt, in unum textum conflaverunt inſtrumenta duo, Epiſcopale ſcilicet antea conditum, quo continebatur inſtitutio Gennadii Abbatis; & Regium, in quo veroſimiliter ille non nominabatur, ſolumque exprimebantur donationes facta monaſterio, idque omiſſa nota Æræ, ſub qua eæ donationes ſunt factæ; ſicut nec ea exprimitur ad innovationes quatuor ſubſequentes. His autem poſitis, cum Ranulfus, qui Gennadium Abbatem inſtituit, inveniatur fuiſſe Epiſcopus jam inde ab anno* DCCCXC, *nihil obſtat quo minus anno ejus octavo Abbas ordinatus fuerit* Gennadius. *Reſtat quærendum quando factus Epiſcopus. Ægidius Davila factum ait anno* DCCCXCIII, *& nititur teſtimonio inſcriptionis antiquæ, quæ in prædicta eccleſia monaſterii S. Petri ſpectatur ad latus portæ verſus clauſtrum, hujus tenoris:* Inſignis meritis B. Fructuoſus, poſtquam Complutenſe condidit cœnobium, nomine S. Petri in hoc loco condidit Oratorium: poſt quem non impar meritis Valerius Sanctus opera eccleſiæ dilatavit; noviſſime Gennadius Presbyter cum duodecim Fratribus reſtauravit; era DCCCCXXXIII Pontifex effectus, à fundamentis mirifice ut cernitur, denuo erexit, non oppreſſioni vulgi, ſed largitate pretii, & ſudore Fratrum hujus monaſterii. Conſecratum eſt hoc templum ab Epiſcopis quatuor, Gennadio Aſtoricenſe, Sabarico Dumienſe, Ferunimio Legionenſe, Dulcidio Salmanticenſe, ſub era novies centena, decies quina terna & quaterna, IX Kalendas Novembrium. *Si volumus credere lapidem hunc fuiſſe poſitum ipſo anno Chriſti* DCCCCXIX, *quem notat Æra* DCCCCLVII, *in numero Æræ, qua Gennadius dicitur factus*

fit Epiſcopus Aſturicenſis,

& an. 919 *eccleſiam conſecrat.*

A *factus Epiſcopus, erratum fuiſſe oportet à tranſcribentibus, omiſſione unius ut minimum denarii; quo ſuppleto poſitaque Æra* DCCCCXLIII, *habebitur annus* DCCCCV, *quo Ranulfo mortuo ille ſucceſſerit.*

Idem fuerat anno 915

4 *Hujus autem jam Epiſcopi perquam inſignis memoria extat in quodam prædicti Regis Ordonii ſecundi Teſtamento, in Hiſtoria S. Iacobi, ſcripta per Maurum Caſtella Ferrerum lib.*4 *pag.* 485, facta ſerie Teſtamenti ſub die quod manet III Kalend. . . . . diſcurrente Æra DCCCCLIII, *id eſt anno Chriſti* DCCCCXV, anno feliciter regni noſtri I, commorantes in Dei nomine in civitate Zamora: *& ſubſcriptum erat*, Ordonius Rex confirmo: *ſubſcribit ſimiliter* Geloyra Regina; *& poſt ſimiliter confirmantes Magnates novem atque tres teſtes*, Gennadius Epiſcopus Conf. *tum confirmantes tres & totidem teſtes. Ita autem circa principium Rex Ordonius ait*: Dubium eſſe non poteſt, quod pleriſque firmum manet atque notiſſimum, quod genitor noſter bonæ memoriæ Dominus Adefonſus Rex, ad obitum veniens, ordinavit ſub juramenti diffinitione, pro remiſſione peccatorum ſuorum, Patri Gennadio Epiſcopo quingentos auri nummos, Aulæ B. Jacobi Apoſtoli deferendos. Quam rem & genitrix noſtra Domina Scemena Regina, ut completum

B fuiſſet, omnibus modis eidem Pontifici mente ſponte confirmavit. Ille vero hoc agere non valuit,

à Rege Ordonio miſſus Compoſtellam,

quia germanus noſter Donnus Garſea, apicem Regni accipiens, aditûm eundi & redeundi ad eumdem locum ſanctum jam dictus Epiſcopus minime habuit; nec talem hominem invenire potuit, per quem munuſculum ſibi commendatum ibi direxiſſet. Hac de cauſa eos penes ſe retinuit, uſque dum poſt mortem Germani noſtri, Nos divina procurante clementia parentum in ſolio locati, eoſdem nummos ſupradicto Antiſtiti commendavimus. *Hæc ut intelligantur, ſciendum, quod Aldephonſus Rex Legionis, propter res*

ad ferendũ eo legatum Regis Aldefonſi,

bello fortiter contra Mauros geſtas cognomento Magnus, cum exhauſto bellis ædificiiſque ærario ſupplementum ex novis vectigalibus quæreret, adeo à ſe alienarit animos ſubditorum, ut quamvis ſeditionem compreſſiſſe ipſo in exortu videretur, conjecto in vincula filio Garcia; eadem tamen gravius exarſerit paulo poſt; conſpirantibuſque cum matre filiis, & adjuvante Ferdinando Caſtellæ Comite, cujus filiam Garcias uxorem habebat; coarctatus Rex regni regimine ſe privavit, & filium ſuum Garciam (licet invitus) regni conſtituit ſucceſſorem, præſentibus filiis & potioribus regni ſui. Poſt hæc orationis cauſa B. Jacobi limina viſitavit: & rediens à fi-

C lio ſuo Garcia, quem exaltaverat & qui jam tunc fratribus præminebat, petiit ut ſemel impeteret Saracenos. Et impetrato à filio quod petebat, movit exercitum contra Mauros; & eorum terris ſtragibus & incendiis devaſtatis, factus inclitus ſpoliis & captivis, victor civitati reſtituitur Zamorenſi, & ſicut principium ſic finem regni victoriis adornavit: ibique proprio morbo coactus, felicem ſpiritum Creatori reſtituens, vitæ curſum feliciter conſummavit, & ſepultus eſt Aſturicæ.

mortui an. 910,

5 *Hinc colligunt præcitati Maurus, Ægidius, aliique, pugnanti morientique Alphonſo adfuiſſe Gennadium; & extremæ voluntatis executorem, defuncti corpus ſepulturæ mandaſſe. Porro Rodericus Archiepiſcopus Toletanus, unde jam prolata accepimus, libro* 4 *cap.*20 *cœptam narrationem ſic proſequitur*: Aldephonſo defuncto Garſias filius ejus ſucceſſit in regno, & regnavit annis tribus: *&* cap.21, Poſt Garſiam Ordonius frater ejus regni gubernacula legitur ſuſcepiſſe, quem Rex Aldephonſus Galleciæ præfecerat adhuc regnans. *Hæc Rodericus; ſed, neſcio quo errore, ante & poſtea chronologiam ſic prævertens, ut mors Alphonſi componatur cum Æra* DCCCCXXI, *id eſt anno Chriſti* DCCCXCIII. *Atqui ex Epiſtolis Ioannis Papæ IX ad eumdem Alphonſum, & ex tempore Concilii Ovetenſis an.* DCCCI *celebrati, conſtat eam chronologiam non poſſe ſubſiſtere. Rectius ergo Mariana & alii dicunt, Alphonſum ceſſiſſe regno, bellum ultimum geſiſſe, & defunctum anno Chriſti* DCCCCX, *qua eſſet Æra* DCCCCXLVIII: *atque hoc cum calculo à nobis poſito optime convenit. Abdicati porro Epiſcopatus annum nobis ſuggerit Sandovallius, ex ipſius Gennadii ſeſe abdicantis Teſtamento quod incipit*: Sub Genitoris ac Geniti procedentiſque Spiritus ſancti nomine Gennadius Chriſti ſervus (*cetera deinde ex ejuſdem Sandovallii interpretatione Hiſpanica, dum textus originalis non ſuppetit, ſic iterum redduntur Latinitati.*) Indignus quidem, ſed tamen magnâ Dei miſericordiâ Epiſcopus. Quandoquidem elongavi à gravi jugo Præſulatus, & ſeculis hujus maligni turbulentis negotiis, ut impenderem vitam contemplationi, cui diebus mihi ſuperfuturis cupivi vacare, vivendo ſolitarie in ſecreto monte Silentii dicto, cum ſocietate quorumdam monachorum Anachoretarum in hoc monte viventium; ideo ad eorumdem ſuſtentationem, propter laboriosam quam ducebant vitam, & ut in ſuis orationibus ſemper meminiſſent mei, promittendo promiſi & confirmando dedi, omnibus monachis Eremitis hujus loci, Locum de Laguna dictum in termino Molinæ & territorio Aſturicenſi: eumque ſic partitus ſum, ut ejus medietas pertineat ad locum S. Jacobi de Pennalba, quæ eſt domus monaſterialis, & reliquarum Recluſionum quæ ibi circum ſunt propter ſalutem animarum; & ut veſcantur monachi, quando diebus deſignatis inſimul convenient: altera vero medietas ad hoc ſit, ut portionibus æqualibus dividantur per eremitoria omnes fructus qui inde colligentur, impendanturque veſtitui & ſuſtentationi monachorum. Facta chartula Teſtamenti ſub die Kalendarum Octobrium Æra DCCCCLVIII, *quæ notat annum Chriſti* DCCCCXX; *ut plane videatur hoc ipſo anno facta ceſſio, cui deinde poſt S. Gennadium ſubſcripti leguntur Rex & Regina, cum duobus Epiſcopis atque Abbatibus ſex, totidemque Converſis, & aliis Presbyteris atque Monachis Diaconibus; ſic tamen ut poſt Regem & Reginam cum Gennadio ſignantes, ſignaſſe etiam reperiantur Reges ſucceſſores Alfonſus & Froyla, ſicuti, & Aſturicenſes ſub illorum regimine Epiſcopi, Gennadii ſucceſſores, Fortis atque Salomon.*

AUCTORE D. P.

*& depoſito Epiſcopatu feceſſit ad locum Silentii an.*920.

E

CAPVT II.

Monaſteria condita & dotata à S. Gennadio.

6 *Erravit Marietta, in Hiſtoria Sanctorum Hiſpaniæ lib.*5 *cap.*80, *cum credidit obitum* S. Gennadii *referri poſſe ad annum circiter* DCCCCXVI. *Erravit etiam Ægidius Davila, in Theatro Eccleſiæ Aſturicenſis lib.* 2 *Cap.* 1, *qui ſequentem annum abſolute notavit. Utrumque vero extirare fecit quoddam aliud S. Gennadii Teſtamentum, ſcriptum anno* DCCCCXV, *& ab iis ſic intellectum, ac ſi cauſa mortis (& quidem paulo ante eam) factum eſſet; cum* Teſtamenti *nomen (ut jam ſupra ſæpius) indeterminatum ſit, ad ſignificandum quamcumque voluntatem abſolutam & irrevocabilem, publica auctoritate confirmatam. Ipſum integrum, & quidem Latine, exhibet Sandovallius: ex quo tranſcribere illud congruum cenſeo, quoniam, deficientibus vitæ Actis, horum locum ex parte ſupplet. Eſt autem, mutatis pauculis apicibus, quos tranſcribentium incuria videtur alteraſſe, hoc tenore deſcriptum:* Sanctiſſimis, glorioſiſſimis Dominis triumphatoribus, poſt Deum mihi Patronis, cælorum Claviculario, in arce Apoſtolatus conſtituto, electiſſimo Petro; æquali vocatione, Andreæ almifico; [per] Iberiæ terminos Jacobo clariſſimo; atque hero Thomæ, aſſeclis Chriſti & ejus Martyribus, à conſtitutione mundi

*S. Gennadius an.*915

Sanctos Apoſtolos deprecans.

AUCTORE D. P.

mundi Deo notis Apostolis: cliens, servus vester Gennadius, pauper meritis, abundans sceleribus, indignus Episcopi [nomine]; firmissime teneo & indubitanter scio, quod vos, piissimi & strenui Patroni, ad unam Domini vocantis vocem, statim omnia quæ mundi sunt mundo reliquistis, indefesse adhærentes vestigiis Salvatoris; ut neque puncto quidem secederetis ab illo, etiam neque ad funus patris, semina divinæ sapientiæ haurientes, prædicatores egregii effecti, universum mundum lumine veritatis illustrastis; & quod ore docuistis, opere compleviſtis, & per effusionem sacratissimi cruoris vestri roborastis. Quid igitur ego miserrimus agam? Quod immeritus in hac vocatione accitus, neque opere neque prædicatione sum idoneus, illam comminantis Prophetæ, imo Domini vocem expavesco
Ps. 40, 17 dicentis, Peccatori dixit Deus, Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? tu vero odisti disciplinam. Nam Vas electionis, Præceptor Gentium mirificus, qui supra cælorum visibilia raptus sidera, verbo Domini pastus ac refectus [est], metuens nostri detrimentum, de
1 Cor. 9, 27 se ipso dicebat, Ne forte aliis prædicans ipse reprobus efficiar. Conscientiæ meæ testimonio perterritus, & piaculorum pondere gravatus, patrocinium
B *ut in die judicii pro se intercedant,* vestrum exopto humillimus, umbraculum culminis vestri expeto obnixus, defendi ac tueri interventu vestro fido intrepidus, nihil hæsitans, nihil dubitans, ut quidquid petieritis à Patre cælesti fiat vobis. Et ideo dum Pastor pastorum apparuerit, dum in gloria majestatis advenerit, dum in conspectu ejus ignis præcesserit, cum in throno claritatis simul ac formidinis ad judicium sederit, & Vos & omnes Sancti cum eo sessuri supra thronos judicantes; quæso, ut ad optimum Regem pro me interpelletis, ut supereminеat misericordia judicium, & transferar à sinistrorum & hœdorum gregibus in dexteram, agni vellere indutus: & qui sessionis non mereor cathedram, adstare conspectibus divinitatis absque pavore meritis vestris valeam.

7 Cum adhuc subPatre Apostolico, Abbate meo Arandiselo, in Ageo monasterio degerem; vita eremitarum delectatus, cum duodenis Fratribus & benedictione supradicti Arandiseli, ad S. Petri sanctam eremum perrexi: qui locus positus à B. Fructuoso & institutus [fuit]: post quem S. Valerius eum obtinuit: quantæ autem [in] vita sanctitatis fuerint, & quantâ virtutum gratiâ & miraculorum emolumento enituerint, historiæ & vitarum eorum scripta declarant. Tum suprafatum loculum, in vetustatem reductum, pene oblivioni deditum, vepribus seu densissimis silvis opertum, atque magnis arboribus ex immensitate annorum adumbratum, auxiliante Domino cum Fratribus restauravi, ædificia instruxi, vineas & pomares plantavi, terras de squallido ejeci, horta & omnia quæ ad usum monasterii pertinent
factus Episcopus Astu-ricensis, imposui. Sed æmulus virtutum, vitam nostram invidens, quasi, pro ædificatione multorum, mentes plurimorum excitans, ad Pontificatum Astoricæ [&] ad suburbia abstractus sum: in quo multis annis, involens & magis in principio perdurans quam spontanea mente, sed neque plene corporis [præsentia], ibidem commoravi. Omnem [autem] solicitudinem omnemque industriam circa prædictam eremum exercens, ecclesiam S. Petri, quam dudum restauraveram, miris ædificaminibus revolvens ampliavi, & in melius ut potui erexi. Deinde autem
etiam alia tria loca exerit, in montibus illis aulam, nomine S. Andreæ, construxi; aliudque monasterium, ad ordinem monasticum inter vallum distendens, in memoriam S. Jacobi iterum construxi, quod vocatur Pennalba: inter utrumque vero, loco qui dicitur Silentium, in honorem S. Thomæ quartum oratorium fabricavi: & unicuique ecclesiæ donaria, munuscula, vel libros nunc offero segregatim; & ut nunc habeant per hoc testamentum disponere exopto, & Præsulum seu Principum præceptione affirmare decerno atque seculis infinitis diu valitura persistere & permanere jubeo. D

8 Imprimis monasterium S. Petri [habeat] omnia quę in circuitu ejus sunt, pomares & terras cunctaq; per terminos suos. Item in Oza, villa quæ dicitur S. Maria de valle de Scalius cum tota sua hereditate: seu etiam alia ecclesia SS. Justi & Pastoris, terræ vineæ, pomares, horta, ex integro validitatibus præstitis, & adjacentes per terminos suos, ab integritate sint propria monasterii S. Petri, & nihil communionis ibidem habeant semper ceteræ ecclesiæ, quæ in supradicta eremo constructæ sunt, nisi forte unanimitatis gratia aliquid pro misericordia concessum fuerit. In thesauro denique memoratæ ecclesiæ S. Petri offero calicem cum patena, insuper Euangeliarium & coronas argenteas, signum, crucem, & lucernam ex ære; libros [etiam] ecclesiasticos, id est, Psalterium, Comitem, Antiphonarium, Manuale Orationū, Ordinarium, Passionarium, & Horarium. Ecclesiæ verò S. Andreæ omnes terras, quascumque habet per terminos suos, & pomares, vel quidquid ab hodierna die ibidem Fratres augmentare valuerint: similiter libros ecclesiasticos Psalterium, Comitem, Antiphonarium, Manuale Orationum, Ordinarium, Passionarium: vasa autem altaris, calicem argenteum cum patena & coronam, signum, crucem, & lucernam æream. Item monasterio S. Jacobi terras [&] pomares, quas per circuitum & terminos habet; libros, Psalterium, Comitem, Antiphonarium, Manuale Orationum, Ordinarium, Passionarium; in thesauro ecclesiæ calicem, coronam & super-evangeliarium argenteū, lucernam & signum æreum. Item ecclesiæ S. Thomæ terras & pomares per terminos suos; libros, Psalterium; in thesauro ecclesiæ calicem, coronam, lucernam & signum æreum. Hæc omnia supra comprehensa, unaquæque sigillatim & separatim, locum proprium vindicent suum, neque unum cum altero communionem habeat, sed unaquæque ecclesia sibi vindicet quod segregatim offero.

deinde sua singulis assignat munera & libros,

E

habendos privatim,

9 Restat autem (quia non in solo pane vivit homo, sed omni verbo quod procedit de ore Dei) ut tradam ceteros libros divinos, id est, Bibliothecam totam, Moralia Job, Pentateuchum cum historia Ruth liber unus; sive etiam specialiter Doctorum, id est Vitas-Patrum, item Moralium, Ezechielem, item Ezechielem, Prosperum, Genera officiorum, Etymologiarum Cathajvanis, libri Trinitatis, liber Apringi, epistolæ Hieronymi; item Etymologiarum & Glossematum, liber Comitis, liber Regularum virorum illustrium. Hos omnes libros jubeo ut omnibus Fratribus in istis locis communes sint; nec quisquam eorum [aliquem] pro dominatione sibi vendicet; sed, sicut dixi, per partes & in commune possidentes videant legem Dei, & ad suprascriptas ecclesias percurrant: verbi gratia, ut quantum fuerint ex eis in S. Petro, alios tantos in S. Andrea, & alios tantos similiter in S. Jacobo; & mutuo [inter] eos disponent istos: quos qui legerint in uno monasterio, commutent eos cum alio; ita per singula loca discurrent, ut totos eos communiter habeant, & totos per ordinem legant. Ea dumtaxat ratione servata, ut nulli liceat ex his in alio loco transferre, donare, vendere, aut commutare: sed tantum in his locis permaneant, & in hac eremo fundata sint; seu etiam si adhuc alia oratoria infra istis montibus adhuc constructa fuerint, habeant participationem

& alios habendos in communi,

F

cavens ne quid alienetur à quoquam,

in

A in his ſpecialibus libris. Si quis autem Frater vel Abbas, de his locis egreſſus, aliud monaſterium in alio loco ædificare voluerit; non habeat poteſtatem aſportare neque ejicere ex omnibus quæ in hoc teſtamento reſonant, neque transferre de proprio loco ubi nunc illud confero: ſed tantum in his locis, quæ fuerint de S. Petro uſque ad Pennalbam, ſemper ea ibi conſiſtere decerno, inſtituo & jubeo.

Et contravenientibus graves pœnas imprecans.

10 Si quis præruptor, Princeps vel Judex, Pontifex, Abbas, Preſbyter, Monachus, Clericus ſeu Laicus, hoc votum meum infringere aut immutare voluerit, aut ſecus quam hæc ſcriptura continet agere diſpoſuerit, in primis orbatus hac careat luce; ulcere peſſimo divinitus ultus, à planta pedis uſque ad verticem capitis, rivo vulnerum percurrente madefactus, [&] ſcaturiens vermibus, horror fiat omnium viſibus; & in futuro cum impiis & ſceleratis obrutus, tradatur flammis ultricibus: inſuper [in] ſecularia damna mulctatus, coactus à Judice, conferat ipſi eccleſiæ quantum auferre conaverat per undecuplum; & hoc teſtamentum firmiſſimum vigorem retineat in perpetuum.

Factum & confirmatum teſtamentum Æra DCCCCLIII

Sub Chriſti gratia Gennadius Epiſcopus in hunc teſtamentum, quod fieri volui, manu mea roboravi.

Ordonius Sereniſſimus Princeps confir.

Geloira Regina confir.

Ermigius Dei gratia Epiſcopus corfir.

B Didacus Dei gratia Epiſcopus confir.

Segeredus confir. Dulcidius confir.

Sarracinus qui Notarius.

Anno 916 reſtaurat monaſterium S. Leocadiæ

11 *Æra prænotata, cum anno Chriſti* DCCCCXV *convenit, notatque annum à ſuſcepto Abbatiæ regimine decimum ſeptimum, decimum vero ab ordinatione Epiſcopali.* Anno autem ſequenti aliud monaſterium reædificavit, *inquit* § XI *Sandovallius*, quod antiquis temporibus S. Leocadiæ de Caſtanera dicebatur. quodq; ipſemet in Teſtamento deſuper confecto aſſerit primitus extructum fuiſſe à quibuſdam ſanctis & electis Patribus, Valentino & Moyſe, Monachis & Abbatibus ibidem, qui iſtic vixerunt ardua nimis & Deo placita vita: poſt quorum ſanctorum Patrum mortem, per negligentiam monachorum, monaſterium perierit, utpote ab illis traditũ Epiſcopo Indiſclo, qui illud plane in uſus ſuos convertit deſolavitque: ipsũ autem reædificandum ſuſcepit S. Gennadius VI Idus Januarji Æra DCCCCLIIII, præſentibus S. Attilano Epiſcopo Samorenſi, & Fronimio, & aliis multis Abbatibus, ipſum Teſtamentum confirmantibus: ex quo etiam & ex alio Æræ DCCCCLXIII intelligitur, quod S. Gennadius tantopere habuerit cordi incrementum hujus loci, ut ſtatim poſt abdicatum Epiſcopatum illuc ſe recipere cogitaverit, atque reipſa receperit. *Primum in priori, ſecundum in poſteriori charta indicari potuit: quia conſtat ex tempore dedicatæ eccleſiæ S. Petri, quod* S. Gennadius *adhuc in Epiſcopatu fuerit anno poſt prioris Teſtamenti ſcriptionem tertio. Poſterius Teſtamentum non ipſius* S. Gennadij, *ſed Epiſcopi Fortis fuiſſe videtur: pertinet enim ad annum* DCCCCXXVII *& Sandovallius* § 15 *expreſſe dicit, poſt Æram* DCCCCLVIII, *id eſt poſt annum* DCCCCXX *nullam ulterius reperiri memoriam* S. Gennadij.

C

CAPUT III.

Tempus mortis, & dies cultus S. Gennadij.

Videtur ſanctus obiiſſe ante Fortem:

12 *Quod ad finem vitæ à ſancto Præſule traductæ attinet, omnino videtur eſſe tenendum, quod antequam è vivis excederet Fortis, iiſdem jam exceſſerat Gen-*

nadius. Si enim vixiſſet, non ita facile per mortem Epiſcopi haſiſſet in loco Silentii interruptum opus novi monaſterii à Forte inchoati. Haſiſſe autem toto quo Novidius poſt Fortem ſedit annorum plurium tempore, intelligitur ex quodam Teſtamento Epiſcopi Salomonis, condito ſub annum DCCCCXXXVII: *quod quia ad rem præſentem haud parum facit, ex Hiſpanica Sandovallij traductione, tantiſper Latinum reddo; donec originarium contextum nobis mittat aliquis.* In nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, ego Salomon, indignus Epiſcopus & minimus ſervorum Dei. Dubium nullum eſt, ſed omnibus notorium, quod Domnus Gennadius, Domnus meus & Pater in Jeſu Chriſto, fuit collocatus in gradu Sacerdotali & Sede Aſtoricenſe per Principem noſtrum bonæ memoriæ Domnum Aldefonſum; & quod poſitus in hoc ordine iſto loco fuit multis annis: ædificavitque monaſterium in loco dicto Pennalba ſub monte Aquilano, ubi olim, prius quam eſſet Epiſcopus, etiam ædificaverat aliud, ubi ſunt Reliquiæ SS. Petri & Pauli. Præterea ædificavit alia multa monaſteria & loca, quotquot hoc tempore ædificata videmus. Cum autem eſſet Epiſcopus viſitauit dicta loca, & plenus Spiritu ſancto, contemnens omne quod terrenum eſt, & æſtimans quod verum atque æternum, renuntiavit (quemadmodum ſemper optaverat facere) Sedi & dignitati Epiſcopali; ſeque ad illa deſerta recepit, eligens pro ſua commoratione ſancta iſta monaſteria quæ ædificaverat: in quibus fuit uſque ad finem dierum ſuorũ, regnante tunc temporis Domno Ordonio divinæ memoriæ. Qui videns glorioſam contentionem hujus ſancti in vita monaſtica, & quod Sedes Aſturicenſis neminem habebat à quo gubernaretur; ex ſententia & conſenſu ejusdem Domni Gennadii ordinavit, ut diſcipulus ejus Domnus Fortis eſſet Epiſcopus Aſturicenſis. Cum autem Domnus Fortis jã eſſet Epiſcopus Aſturicenſis, ſubiit illum deſiderium grande fundandi aliquod monaſteriũ prope Magiſtrũ ſuum, in quo permaneret ſemper memoria ſua ad remedium animæ ſuæ. Audiens vero hoc Dominus ac Magiſter ejus, plenus gaudio ſanctificavit locum, qui dicitur Silentium, in quo fabricaretur monaſterium quod fundare decreverat: & ad eum quo ipſe mandavit modũ, incepit opus Domnus Fortis: verũ antequã poſſet abſolvi, obiit. Tunc ego prænominatus Salomon indignus fui electus loco illius Epiſcopus Aſturicenſis, per Principem noſtrum Domnum Ranimirum. Videns ergo me poſitum loco Magiſtri mei, determinavi abſolvere memoriam quam ille exorſus fuerat; & determinationem iſtam proſequens, congregatis Abbatibus & Monachis omnibus iſtorum locorum viſum eſt, quod ſitus in quo fuerat inchoatum opus non erat congruus, eſſetque in aliam partem transferendus. Itaque ædificatum eſt ibi in vicinia, loco magis commodo, qui vocatur S. Jacobi Apoſtoli, ubi ſepultum eſt corpus ejuſdem S. Gennadii.

qui ipſi, dimiſſo Epiſcopatu monaſteria à ſe condita repetenti,

E

Subſtitutus ſucceſſor,

cœperat in loco ſilentii monaſterium ſtruere:

F

13 *Hactenus verba Teſtamenti ſic intelligendi, ut utrumq; locum tam Silentii quã Pennalbæ antea pro paucis eremitis ædificaverit S. Gennadius*: quod opus porro proſequens idem Salomon, *inquit Sandovallius*, ſtatim abſolvit: & in eo poſuit multos ſanctos Monachos confeſſores, pro quorum ſuſtentatione & ſubſidio vitæ, ut ejuſmodi cura eos non diſtrahat à contemplatione & vita ſpirituali, ſub ordinatione piiſſimi Principis Ranimiri, & cum conſenſu omnium Clericorum ſociorum ſuorum &c. dat eis locum & eccleſiam S. Co-

quod Salomon Ep. alio transtulit,

anno 967.

lumbæ, menſe Februario Æra DCCCCLXXV. *Ægidius Davila Epiſcopi Fortis memoriam reperiri ait pro anno Chriſti* DCCCCXXII. *putatque quod depoſito Epiſcopatu etiã ipſe ad monaſterium ſe receperit; ſed in hoc eum falli videtur ex prædictis patere. Obiit ergo Fortis inchoato eo in*

mortuo qui opus neglexerat Novidio.

AUCTORE D. P.

quod forsan (quando absolutū esset) cogitabat se recipere monasterio & successorē accepit in Sede Episcopali Novidium: qui prosequendis sui decessoris cœptis nullā curā accommodans, longo quo sedit tempore, fortassis nec nomen quidem jam haberet in historia, nisi illius, sicut Davila ait, extaret memoria in archivis Asturicensibus, per chartam referentem, quomodo mandaverit Ranimirus Rex Asturicæ, congregari Episcopos, Abbates & Nobiles Regni sui, anno DCCCCXXXIV; & quod in magno illo conventu definitum decretumque fuerit, ut redderenturEcclesiæ Asturicensi ejusque Episcopo Novidio, ecclesiæ quæ sunt Brigantiæ, Sanabriæ & Quirogæ, quæ ei ex ipso suo jure proprio & antiquo ablatæ fuerant, temporibus quibus ob barbarorum tempestatem & ingruentem persecutionem plurimæ ecclesiæ destructæ sunt.

Gennadius aliis pluribus monasteriis conditis,

B

14 *Antequam vero Novidius iste Episcopus fieret (quod videtur factus ante annum* DCCCCXXX) *mortuus S. Gennadius, pro suo ingenti desiderio multiplicandi monasteria,* etiam fundavit monasterium SS. Petri & Pauli de Castanera, in termino Vergidensi, constituto ibidem Abbate Domino Attillano. Licet enim talis fundationis annus ignoretur, fidem tamen de ea facit Hodarius Episcopus, in quadam scriptura Æræ DCCCCLXXXXVIII. Distat autem monasterium istud quatuor leucis à monasterio S. Petri de Montibus, versus Menbibram circa fluvium Silum. *Ita Sandovallius: Ægidius autem numerat ex Tepez in diœcesi Asturicensi monasteria & eremitoria Regulæ Benedictinæ ad quadraginta octo.* quorum pro majori parte auctor fuerit S. Gennadius, implens deserta illa gente sancta, quæ suis orationibus frangeret Maurorum vires, majorem & meliorem Hispaniæ partem tunc obtinentium. *Inter ista tamen non invenitur* monasteriū S. Michaelis, *quod fecerit Sanctus (ut ait Marietta,* paulo ante mortem, in quo & sepultus *jaceat. Nec mirum: jam enim audivimus Salomonem dicentem, quod S. Gennadii* corpus in monasterio S. Jacobi sepultum *sit: & certior, pro præsenti etiam tempore, testis Sandovallius §. 14 sic loquitur.* Ex prænominatis monasteriis, quorum omnium caput fuit monasterium S. Petri, sola supersunt eremitoria; præterquam ex monasterio S. Jacobi de Pennalba, quod S. Gennadii appellat vulgus, quia ibi sepultus est fundator loci; est autem ecclesia parochialis quorumdam rudium montanorum, & Dominus loci habet titulum Abbatis ac Dignitatis in ecclesia Asturicensi. Hic jacet corpus S. Gennadij, quod magna cum veneratione visitatur & adoratur à populis, qui aliquibus vicibus per annum, etiā ex locis remotissimis, peregrinationis causa eo adveniunt, Domino per frequentia miracula eorum devotionem comprobante. Est autem compositum intra arcam lapideam, modice extantem à terra, cui infossa est: de ipsa autem terra auferetur pulvis contra febres, & iisdem abactis reportatur, quo fit ut sanctum istud sepulcrum totum coopertum sit panniculis terra fartis. Pura est petra, nullisque exarata litteris, nec uspiam apparet ulla de anno vel die mortis memoria.

sepelitur in Pennalbensi,

ut colitur contra febres.

C

15 *Hæc Sandovallius, sed ita ut interserat mentionem alicujus Translationis factæ à Salomone, ex loco ubi prius cœperat ædificari monasterium ad S. Iacobi: quod sane non est inverosimile: ut autem pariter translatum fuerit corpus Episcopi Fortis, oporteret eum istic sepeliri voluisse, quod nullo argumento adhuc probatum invenio, sed ex nuda præsumptione assertum. Idem deinde Sandovallius per meram conjecturam refert* S. Gennadii *mortem. inter Æram* DCCCCLVII *&* VIII. *id est inter annum* DCCCCXIX *&* XX. *Nobis nihil rationis apparet, ob quam credatur Sanctus statim à dedicata S. Petri ecclesia se abdicasse Episcopatu, multo minus cur eo abdicato dicatur mox obiisse; quin potius videtur inter monachos monachus vixisse saltem paucis annis, ut mors ejus inciderit circa annum* XXV *istius seculi; quo tamen nihilo segnior* Fortis *pertexit urgere opus cœpti ædificii, donec & ipse obiit, haud diu fortassis superstes Magistro. Interim ex dictis corruit Pseudo-Iuliani commentum, quod Tamayus atque Cardosus arripiunt, velut sacram anchoram in fluctuatione auctorum circa annum mortis, dum legunt in Adversariis num.* 504 Celebris est memoria S. Gennadii Episcopi Asturicensis sub Mauris, die XXV Maji anni DCCCCXVII. *Annos enim Christi, pro eo quo Iulianus scripsisse debuisset ævo, nesciebat Hispania numerare. Nihilo magis audiri meretur idem fabulator, cum in iisdem Adversariis præsumit definire, quo loco fuerit* Ageum monasterium, *unde prodiit hic Sanctus, scribendo audacter num.* 509 S. Gennadius Lusitanus Bracarensis, monasterii Agen prope Bracaram. *Sime an fuerit aliquod monasterium prope Bracaram,* Agen *dictum, quod fictioni huic occasionem dederit, equidem nescio, dubito autem an Sanctus in prælaudato Testamento voluerit proprium nomen monasterii indicare, & non dixerit appellative* Ageum, *loco* Agium monasterium, *id est* Sanctum, *prout vocem illam sine aspiratione, qua Græce exprimitur* Ἅγιον, *in usu frequenti Latinorum ejus ævi scriptorum fuisse, satis constat. Quidquid ejus sit, graviori auctore mihi opus est, quam sit iste Pseudo-Iulianus, ut credam aut lucis usuram, aut disciplinæ monasticæ formam hausisse S. Gennadium extra regni Legionensis aut adjunctæ eidem Galleciæ fines.*

D

F

16 *Dies* XXV *Maji, sive is mortis fuerit, sive translationis alicujus ex ecclesia Asturicensi,* S. Gennadio *sacer jam pridem fuit; adeoque & in loco sepulturæ, quo magnam peregrinorum multitudinem affluere quotannis in die festo testatur Marietta. Docet hoc Tamayus ex antiquo Asturicensi Breviario Ms. ubi pro isto die ejus indicatur Officium cum brevibus Lectionibus (quas utinam expressisset!) & hoc Hymno ad Vesperas & Matutinum:*

inc. rtum an. 25 Maji:

quo inscribitur officiū Breviario Asturic.

Nostrum canamus Præsulem Gennadium, qui ex montibus
Ruffianis compellitur hunc baculum percipere.
Vitam relinquens tacitā protractus est ad aulicam,
In qua nec ultra potuit consistere multoties.
Sic infulam dimittere constituit, situm amans
Antiqui cœnobij, inquirit ubi lauream.

ORATIO.

Deus, qui præsentem diem honorabilem nobis in B. Gennadii Confessoris tui atque Pontificis, solennitate fecisti; da Ecclesiæ tuæ digne de tanto Patrono gaudere, ut apud misericordiam tuam exemplis ejus & meritis adjuvemur.

CAPVT IV.

Abbates & Sancti, successores Gennadij in monasterio Montano S. Petri, & Pennalbensi S. Jacobi.

E

Eodem loco sepultus ut sanctus, Vrbanus Abbas.

17 *Sandovallius, præcipuarum quæ de* S. Gennadio *habentur notitiarum auctor, post descriptum, ut supra, sepulcrum* in eadem, *inquit,* capella, in qua tnmu - latus est S. Gennadius, ad aliud ecclesiæ latus invenitur arca lapidea, Gennadianæ similis: & in hac est corpus S. Urbani, Abbatis hujus monasterii tantæque sanctitatis, ut eodem quo sanctus Fundator sepulturæ honore dignus sit habitus, eodemque quo ille modo religiose cultus. Sciendum est autem, quod intra hanc ecclesiam parochianorum nullus sepultus sit unquam, propter reverentiam loci. Intra parietem lateralem, cui adjunctum est sepulcrum S. Gennadji, aforis est fornix antiquus, duobus parvis arcubus media columna eos fulciente præstructus, sub eoque intra parietem excavatum grandis arca lapidea, cujus

Videtur obiisse circa an. 925

A cujus epigraphe litteris Gothicis ſcripta, & temporis vetuſtate conſumpta, nihil amplius legendum exhibet quam tria hæc verba, *FAMVLVS DEI IANVARIVS:* nec videtur alius ibi depoſitus quam S. Fortis Epiſcopus Aſturicenſis diſcipulus S. Gennadii: ſiquidem accolæ venerantur corpus iſtic recluſum, tamquam Sancti. In eadem parte quæ reſpicit Septentrionem, eſt alia petra intra feneſtellam, cui aforis inſcriptum ✠ *HIC PETRONATVS.* Significatque introrſum, non tamen intra corpus eccleſiæ, ſepultum eſſe aliquem ſic appellatum; & quidem eum, qui dignus fuerit titulo eximiæ ſanctitatis tali loco humari: neque enim nobilitatis titulo aliove ſimili id factum credi poteſt eo loci, ubi nulli circum nobiles, ſed bubulci dumtaxat & ruſticana gens.

Item Ianuarius,

Petronatus,

Stephanus,

18 In eadem parte, ad ingreſſum portæ unius, per quam ex porticu eccleſiam ambiente in illam intratur, ipſo in limine jacet grandis lapis ſepulcralis, & ad latus portæ eſt formoſa petra, litteris ſatis elegantibus ac fere ex integro Romanis ſic inſcripta:

Clauditur in Chriſto ſub marmore Stephanus iſto,
Abbas egregius, moribus eximius,
B Vir Domini rectus, rectique tenore ſeverus,
Diſcretus, ſapiens, ſobrius, ac patiens;
Grandis honeſtatis, magnæque vir pietatis,
Dum ſibi poſſe fuit, vivere dum licuit:
Quem nobis clarum genuit gens Francigenarum,
Rectorem juvenum, dogma decuſque ſenum.
Gervaſi feſto ceſſit fragilique ſenectæ:
Virtus celſa Dei propietur ei.
Annum centenum duc, ſepties addito denum,
Mille quibus ſocies, quæ fuit Æra, ſcies.
III Kalendas Julii, obiit Stephanus MCLXX, Pelagius Fernandus juſſit fieri, Petruſque notavit.

Franco,

19 In quadam feneſtella porticuum, quibus dixi ambiri eccleſiam, ubi ſepeliuntur parochiani, quæ eſt ad dextram illius portæ ubi ſepultus eſt Stephanus, hujuſmodi etiam in lapide ſcriptura cernitur, *STEPHANVS DEI FRANCO, QVANDO MIGRAVIT DE HOC SECVLO, ROGATE PRO EO. Hæc verba ſic explicat Sandovallius, quaſi ejuſdem vel alterius* Stephani *Epitaphium ſint. Vereor ego ut incorrupta ſint omnia, & ne* Famulus *legendus ſit, ubi* Franco *ponitur;* Migrabit *autem, ubi legitur* Migravit: *ut ſenſus ſit, Stephanum, in tempus mortis ſuæ, præparaſſe ſepulturam ſibi ipſo in limine, ſub iſtic poſito lapide; &*
C *tranſeuntium preces cum mortuus fuerit poſtulare: aut potius, quod* Stephanus Abbas *deceſſori ſuo* famulo Dei Franco *memoriam iſtam poſuerit.* Denique, *inquit Sandovallius*, in parte eccleſiæ meridionali aforis, ad pedem extremi parietis, cui intrinſecus adjacet ſepultura S. Urbani, alia eſt ſepultura infra porticum, ſolius parietis interjectu diſtincta ab illa quam dixi S. Urbani, ſub grandi lapide his verbis inſcripto, ✠ *HIC IACET VILIAS FAMVLVS DEI: OBIIT ÆRA MLXXX.*

Vilias,

20 Hæc autem minutim referre volui, *inquit Sandovallius*, quia communi opinione indigenarum, ſepulcra iſtic creduntur Sanctorum eſſe, famâque à majoribus acceptâ dicuntur ſeptem omnino Sancti cum S. Gennadio fuiſſe ſepulti. *Ita ille, cui, quoad* Urbanum, *de titulo ſanctitatis indubitanter aſſentior;*
an omnes ut Sancti? *quippe cujus ſepultura intra eccleſiam fuit.* Fortem *Epiſcopum aut in Pennalbæ ſepultum eſſe, aut, ſi eſt, aforis fuiſſe poſitum, probatione ſolidiori videtur quam ſimplici præſumptione egere: cum vere ibi ſepultus eſſe potuerit quidam, ut adhuc lapis loquitur.* Dei famulus Januarius, *qui, æque ac ceteri hic nominati, Abbas monaſterii fuerit. Quod ſi verum eſt, dixerim, quod monaſterium rexerint hoc fere ordine. Primo* Urbanus, *deinde* Vilias *defunctus*

anno MXLII; *tum* Januarius, Petronatus, Franco, *ac* Stephanus, *mortuus anno* MCXLVIII, *ejuſque ſucceſſor* Pelagius Fernandez; *cujus monumentum nemo ponere curaverit, collabente fortaſſe jam tum diſciplina loci, ejuſque proprietate ad Aſturicenſe Capitulum devoluta. Sane ſi* S. Gennadii *ſucceſſor* Fortis *Sancti titulum veneratione nemque Pennalbæ unquam habuiſſet, non video cur eccleſia Aſturicenſis, non æque hujus feſtum atque illius ſumpſiſſet celebrandum. Abbates autem ipſius loci, ſpecialis monumenti prærogativa donatos fuiſſe, præ vulgo Monachorum & Laicorum, per quam conveniens rationi eſt.*

AUCTORE D. P. *& Abbates monaſterii ?*

21 *Simile quid in montano S. Petri cœnobio uſu veniſſe videtur. Ibi enim, ut ſcribit idem Sandovallius,* in capella majori, poſt tabulam altaris, ſub fornice quodam ſunt quatuor arcæ, *inquit*, quas vidi & aperui, & intra earum ſingulas unius Sancti corpus conſpexi. In harum una præſumitur eſſe corpus S. Valerii. Altera, ut prior, ex ligno eſt & inaurata, cum aliquibus hiſtoriis novi Teſtamenti, expreſſis penicillo & coloribus; in qua dicunt eſſe corpus S. Vincentii, Abbatis hujus monaſterii poſt S. Gennadium, unius ex duodecim primis illius ſociis. Tertia, obducta corio & circulis deargentatis vincta, varias habuit ipſo in corio deſignatas picturas, quarum nihil amplius poteſt diſcerni: oſſa vero intus poſita E tam ſunt integra, ut ex ebore tornata videri poſſint, fragrantque odore non adſcititio, ſed proprio eoque ſuaviſſimo. Quarta denique lignea, figuras aliquot opere perquam vetuſto pictas refert, Dominæ ſcilicet noſtræ & Filii ejus; non tamen in eadem qua cæteræ æſtimatione eſt. Continet autem recentioris notæ ſcripturam in pergameno, ex altera vetuſtioris ſeu Gothici characteris tranſſumptam, quæ dicit: Hæc ſunt oſſa cujuſdam optimi viri eremitæ, qui vocabatur Alfonſus Petri, qui in hac montana vixit quadraginta annis, in maxima pœnitentia & perpetua à carnibus abſtinentia. Hic habuit ſocium, qui ſe hoc nemore ſuſpendit, & ibi ſepultus eſt. Nemo hæc oſſa hinc auferat. Iſte autem ſanctus Eremita videtur mihi ibidem vixiſſe, prius quam S. Gennadius in monaſterii formam locum reduceret.

In eccleſia S. Petri ſunt poſt altare capſæ quatuor Sanctorum:

22 *Vtinam, ut in poſteriori, ſic etiam in tribus prioribus inveniretur ejuſmodi ſcriptura; ſecurius enim progrederemur ad præmineatum* Valerium *adſcribendum* *quorum numerum eſſe S. Valerii ſatis dubium eſt?*
Sanctis ad XXV *Februarii; quamvis de tali die non valde certos nos reddat Epitaphium, ignotum Sandovallio, & productum à Tamayo, atque ſic finiente:*

Æra ſeptingena, tribus additis ad tricenâ,
Menſe Februario, die quo minus in Kalendario, F
Si bene perpendas, numeratur quinto Kalendas
Sequentis menſis, anno octauo Egicanis.

Sicut enim nulla eſt in verſibus forma ſtyli ſeculo VII *uſurpati, ſic ex primo verſu, quo dicitur,*

In hoc cœmeteri loco jacet corpus inſigne Valerî *conſequens foret ſeculo* XII, *quo tale quid ſcribi potuiſſet (nec enim prius cœperunt epitaphia rythmice texi) adhuc in communi cœmeterio* Valerii *iſtius corpus tumulatum jacuiſſe: quod non fuiſſet, ſi ante tria ſecula publicum habuiſſet cultum ut Sanctus. Ad hunc tamen ei abjudicandum parum me movet conſequentia illa; quia tam iſtud Epitaphium, quam plurima alia per Martyrologium Hiſpanicum ſparſa, ex fide Ms. apud Tamayum ſervati ſub nomine Auli Haly, ſuſpectiſſimum mihi eſt recentis fictionis, adeoque ex eo non puto poſſe ſolidum aliquam conſequentiam formari, non modo de cultu vel non cultu, ſed neque de die vel anno mortis, qui juxta Æram ibi notatam eſſet* DCXCV *annus Chriſti, &* XXX *ab obitu S. Fructuoſi; cujus cœpta promoviſſe quidem ſcitur Valerius iſte; ſed crebro de loco in locum migrare ſolitus, gratis ſupponitur obiiſſe & ſepultus eſſe in monaſterio S. Petri.*

23 *Quin imo ex eo quod ejus opera Mss. ſerventur in Cerradenſi, nunc Ciſtercienſium monachorum, cœnobio,*

AUCTORE D. P. *cum potuerit obiisse in Cerradensi monasterio ubi sunt ejus opera,*

suspicari quis posset, quod Auctor ibidem obierit. Ceterum si quis illa in lucem proferat, libenter ad XVI *Aprilis, post Vitam S. Fructuosi, dabimus Vitam successoris* Valerii *propriis ejus verbis collectam, quæ nunc solum habemus interpretata ab aliis. Illa autem opera, vel edi in lucem, vel loca ex quibus Vita colligitur inde transcripta nobis mitti, tanto magis optamus, quanto lætantius simul accipiemus ejusdem* epistolam, Monachis Complutensibus directam, qua Vita B. Eucharіæ Sanctimonialis describitur; & Historiam sancti Abbatis Dodonæi, Historiamque & Revelationes ac Miracula SS. Maximi & Bonelli monachorum, *quorum omnium hactenus nulla, nec apud nos nec apud Tamayum extat notitia: si autem scirem* Maximum & Bonellum *ipsius monasterii S. Petri inquilinos fuisse, inciperem fortassis cogitare, in dictis sine nomine certo arcis, eorum corpora contineri.*

à nobis optata.

Antra S. Gennadii in loco Silentii,

24 *Ceterum, ut à longiori digressione redeam ad* S. Gennadium, *operæ pretium fuerit ex Sandovallio discere, qualia fuerint antra, quibus ille Silentii nomen fecit, & suo incolatu venerabilitatem haud modicam contulit, unde etiam hodie nomen ab eo retinent, ut* S. Gennadii antra *dicantur.* Sunt illa numero quinque, intra vivam altissimi montis rupem, naturæ solius ductu cavata: ad quæ non nisi per angustam semitam, capris potius quam hominibus meabilem, sic ascenditur, ut necesse sit apprehendere arbusta, neque deorsum oculos inclinare, alias in vertiginem facile agendos. Supra ipsa antra assurgit rupes, adeo alta ut horrorem incutiat suspicientibus: eorum vero ostia solem respiciunt orientem; & ultra dimidiam hominis staturam non patentia, portarum simul ac fenestrarum præbent usum: introrsum vero satis amplo spatio ad moderatam altitudinem eriguntur, excavatis circumcirca ad sessionem lateribus longo tractu. Huc Sancti illorum temporum Monachi, & clausturalis vitæ exercitiis inveterati, ad spiritualia certamina summo cum silentio obeunda se conferebant, Adventus Dominici & Quadragesimæ tempore; quo deinde paratiores redirent ad sacra Natalis Christi Resurrectionisque solennia, intra monasterium cum Fratribus celebranda. Hic grandes thesauros latere absconditos barbara agrestium accolarum turba sibi persuadet; recte, si sanctitatem intelligat, quam istic reliquerunt habitatores sui, per austerioris pœnitentiæ opera ibidem exercita: alios enim thesauros ibi frustra requiras. D

quales thesauros servent.

DE S. IOANNE PSICHAITA,

CONFESSORE APVD GRÆCOS.

D. P. SYLLOGE HISTORICA.

Elogia ex Synaxariis: cognomen Psichaitæ unde ei datum.

SUB ICONOMACHIS

Elogium ex Menol. Basilii Imp. 25 Maji,

Celebrant hunc Christi Confessorem Græci hoc mense Majo; sed tot diversis diebus inscriptum eorum sacris Fastis, ut merito dubitari possit, cui potissimum diei debeat attribui. Inter antiquiores Fastos censemus Menologium Basilii Porphyrogeniti Imperatoris in quo ad XXV *Maji laudatur his verbis.* Joannes sanctus Pater noster, ab ineunte ætate Christum amore complexus, & Eliæ ac Joannis Præcursoris vivendi rationem imitatus, mundum reliquit: atque in lauram Psychaitæ abiens, monasticam vitam suscepit: adeoque C rigido vitæ instituto seipsum addixit, ut donum à Deo acceperit & dæmones fugandi & morbos curandi. Cum autem Iconomachorum tempore solerter certaret, & orthodoxas doctrinas propugnaret; denuntiatus fuit tyranno imperanti, & ab eo evocatus mandatum accepit abnegandi sacrarum imaginum venerationem, hæresibus assentiendi, partique abominationis subscribendi. Verum is, parere jussis recusans, quin potius Imperatorem arguens, ipsumque compellans hæreticum, in exilium relegatus fuit; in quo cum ab impiis & iniquis Iconomachis plurimas sibi illatas ærumnas constanter sustinuisset, vitam cum morte commutavit. *Hæc in Menologio Basilii Imperatoris, ad diem* XXV *Maji sub finem tomi primi Græce producta. At pridie, sive die* XXIV *Maji, celebratur memoria ejus in perantiquo Ms. Græco Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod spectat ad collegium Claromontanum Societatis Iesu Parisiis. cum hujusmodi encomio.*

& ex Ms. Synaxario 24 Maji,

2 Οὗτος ὁ Μακάριος, Ἰωάννης καὶ Ἠλιοῦ ἐκ νηπίας τὰς τρόπας μιμούμενος, ἄκρᾳ σκληραγωγίᾳ τὸν βίον ἑαυτοῦ ῥηθμήσας, τὰς πολέμους τῶν δαιμόνων ἐνίκησεν ἀνδρικώτατα· ταῖς τῶν δακρύων πηγαῖς τὴν ψυχὴν περικαθαρθείς, καὶ παννύχοις στάσεσι τὸν Θεὸν ἱλασκόμενος· καὶ ἱκμάδας πρηχέων δακρύων, ποταμοὺς ἐξήραντε τῶν αἱρέσεων τὸ Χριστοῦ τὸ ὁμοίωμα προσκυνῶν ὡς σεβάσμιον, καὶ τῶν ἀσεβῶν τὰ βλεύματα καταιρεψάμενος, ἠρίσασεν, ἐξορίας πικρὰς καὶ φυλακὰς καρτερῶς ὑπομείνας· καὶ νόμων προϊσάμενος καὶ πατρικῶν παραδόσεων, νόμων βασιλικῶν κατέπτυσεν· ὅθεν καὶ ἀθλήσας καρτερῶς, καὶ αὐτὸς τὸν ἴσον τοῖς ἁγίοις ἀγῶνα ὁμοίως καὶ τὸν στέφανον ἤραστο, νοσούντων σώματα καὶ ψυχὰς θεραπεύων, ὡς τῶν θαυμάτων τὴν χάριν ἐκ Θεοῦ δεξάμενος. Beatus hic, ab incunabulis Joannis Baptistæ & Eliæ vitam imitatus, rigido vivendi instituto assumpto, seipsum præclare exercuit, & hostiles dæmonum infestationes generosissime devicit; postquam jam ante lacrymarum fluentis animam purgasset, & totis noctibus assidua precum statione Deum sibi propitium reddidisset, & lacrymarum fontibus flumina hæreticorum exsiccasset. Sacram namque Christi imaginem ut venerandam honoravit, & de subversis impiorum consiliis triumphavit. Gravia & acerba exilia & carceres generose pertulit, dum Patrum constitutiones traditionesque propugnaret, & decreta Imperatoris conspueret & exploderet. Unde & fortiter decertando, par & ipse aliis Sanctis certamen subiit, & parem cum illis coronam reportavit; acceptoque à Deo curationum dono, multorum corpora & animas sanavit. F

& in aliis die 23 & 26, item 7 & 28 Maji.

3 *Eadem fere referuntur ad diem* XXIII *Maji in Mss. Græcis Menæis Mediolanensibus bibliothecæ Ambrosianæ, & in altero codice Taurinensi Ducis Sabaudiæ, in cujus altero adscribitur ad diem* XXVI *mensis, uti in Mss. Divionensibus Petri Francisci Chifletii ad diem Maji* XXIII; *addito districho, quo ejus anima ad sinum Abrahæ, cum Lazaro paupere, ab Angelis delata eleganter innuitur, occasione nominis, à voce* ψιχὴ *id est* Mica *sumpti. Ipsum & qualemcumque interpretationem, liberiori, ut ista solemus reddere, metro accipe:*

Δέξαι σύνοικον Λάζαρε Ψυχαΐτην,
Ὃς τὸ πρὶν ἥρας καὶ τραπέζης ψίχας
Micarium accipe, Lazare, cohabitantem,
Qui sustulisse diceris micas mensæ.

Synaxia

A

Cognomen Piſchaitæ,

Synaxaria quidem & Menea, quotquot vidimus, non per I *ſed per* Y *cognomen Sancti exprimunt: ſed ea ſcribendi ratio, præterquam quod totam præfati Diſtichi enervat elegantiam (nec enim inter* ψυχὴ anima *&* ψῦχη mica *ulla eſt ſignificationis proportio) erroris facile vel eo convincitur, quod nullus uſpiam ſciatur eſſe locus,* Ψυχὴ *dictus, unde poſſit* Pſychaitæ *nomen formatum dici: fuit autem in* urbe *regia (uti in ſua Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 2, cap. 16, num. 76 docet Cangius) quidam locus* Pſichæ *appellatus, iſque non procul à Foro ſitus: ſic enim ſuggerente eodem Cangio, reperio apud Leonem Grammaticum, quod ante Chriſtophori Cæſaris mortem, quæ accidit anno* DCCCC-XXXIIII *menſe Auguſto*, contigit incendium ingens & horrendum in fori porticu, templo ſanctiſſimæ Deiparæ vicino, adeo ut cerearíorum & pellionum officinæ *μεχρὶ τῶν ψιχῶν (ſic enim ſcribendum erat non* ψηχῶν, *& ita etiam habet Anonymus Combefiſianus idem incendium narrans apud Cangium)* adeo, *inquam*, ut officinæ uſque ad Pſichas conſumerentur. *Quin &* Micam auream *in regione ſecunda veteris Romæ ſtatuit Publius Victor, unde ad novam Romam ejuſdem nominis Græce redditi uſus fluxiſſe potuit. Atque hæc eo dicta ſint, ad intelligendum, quod alias neſciremus,* Joannem, *de quo agimus, fuiſſe Conſtantinopolitanæ urbis inquilinum, in* Pſichis *prope forum Recluſum ac ſolitarie viventem, ſicut alii per eamdem urbem plures faciebant, mediis in civitatibus eremum ſibi invenientes. Demum in Menæis excuſis bis refertur cum eodem encomio jam ultimò relato, ſcilicet ad diem* VII *&* XXVIII *Maji. Vtroque die, ſecundum conſuetudinem, refertur apud Maximum Epiſcopum Cytherorum; at nullo horum vel prænominatorum dierum in Menologio Sirleti.*

ſumptum à loco urbis CP. ubi morabatur.

D

DE SANCTO OLBIANO

APVD GRÆCOS.

ex Ms. Synaxario Divionenſi.

DIvos hujus nominis Sanctos hoc menſe Majo celebrant Græci, alterum Epiſcopum Aneorum & Martyrem, die XXIX; *alterum hoc* XXV *Maji, quo die indicatur in Mss. Menæis Divionenſibus, in collegio Societatis Ieſu apud Petrum Franciſcum Chifletium olim aſſervatis; in quibus hæc pauca referuntur:*

Ὁ ἅγιος Ὀλβιανὸς ἐν εἰρήνῃ πλειῶται:

Sanctus Olbianus in pace conſummatur.

& dein hoc diſtichon ſubjungitur:

Τὸν Ὀλβιανὸν, ὃ πανόλβιος βίος,
Λαβόντα καὶ πανολβίαν λῆξιν γράφω.
Quia Olbiano vita ter felix fuit,
Ter quoque felici morte reſolutum dico.

Alluſio fit ad nomen. Græcis enim Εἶος, Vita; *&* ὄλβιος, Felix, fortunatus, dives, locuples *eſt.*

DE SANCTO IEIVNIO

MONACHO ORDINIS S. BASILII IN CALABRIA.

G. H.

ex Italis ſcriptoribus recentioribus.

XXV MAII

C

Hieracii dicitur natus,

HIeracium, *vulgo* Gieraci, *urbs Magnæ olim Græciæ, nunc Calabriæ ulterioris, ab anno* CCCXXX *Epiſcopalis, cui unitus fuit Epiſcopatus Locrenſis, ex cujus ruinis multum accrevit, & Græci quondam ritus & obedientiæ fuit uſq; ad annum* MCCCCLXVII; *quo abdicatis Græcorum ritibus, accepit ceremonias Eccleſiæ Romanæ.* Ex hac Hieracenſi urbe fuiſſe B. Jejunium, Ordinis S. Baſilii monachum, *ait Ferdinandus Vghellus, tomo 9 Italiæ ſacræ in Hieracenſibus Epiſcopis ſub initium columnæ* 545. *Antonius Beatillus Societatis Ieſu Sacerdos, in Sanctis regni Neapolitani illuſtrandis diu verſatus, de eodem Sancto iſta ad nos ſcripſit:* S. Jejunii memoria habetur in Elogiis Epiſcoporum Hieracenſium, quæ manuſcripta apud me ſervantur, & potiſſimum in Vita Illuſtriſſimi Fratris Joannis Tirſæi, ex Abbate S. Philippi Ordinis S. Baſilii, à Clero electi Epiſcopi Hieracenſis, & à Clemente V confirmati anno MCCCXII. Eſt & mons altiſſimus, lapidoſus, aſcenſu difficilis juxta civitatem, ſeſquimille paſſus à caſtro diſtans Aquilonem verſus: in hujus ſummitate adeſt eccleſia ſemidiruta, quæ dicitur S. Jejunii: quo etiam nomine mons ipſe uſque in hunc diem appellatur. *Hæc Beatillus. David Romæus in Indice Divorum, qui nati vel humati ſunt in regno Neapolitano pag.* 404. *inter* Sanctos Hieracenſes *recenſet* S. Jejunium ex ſocietate Divi Baſilii, *& coli ait* XIII Kalendas Junii. *Hieronymus Marafiottus Poliſtinenſis lib.* 5 *Chronici Calabriæ folio* 307, *enumerat etiam Sanctos Calabriæ, atque inter illos nominat* S. Iejunium Confeſſorem Hieracenſem. *Ferrarius, in Catalogo generali ad hunc diem*; Locris, *inquit*, in Magna Græcia S. Jejunii monachi, Ordinis S. Baſilii, *& citat* tabulas Eccleſiæ Hieracenſis, *ubi (ut ait in Catalogo Sanctorum Italiæ)* magnam habet venerationem: eumque aſſerit mira vitæ ſanctimonia effulſiſſe, ac videri circa tempora SS. Nili, Fantini & aliorum floruiſſe. *Ex his* S. Nilus *vixit ſeculo Chriſti* X, *coliturque* XXVI *Septembris. At* Fantino *dies* XXXI *Iulii ſacer eſt, cujus tempora æque nobis incerta ſunt, ac ætas* Jejunii.

eccleſia & mons S. Iejunii.

F

Cultus 15 Maji,

tempus vita.

DE S. GREGORIO SEPTIMO

PONTIFICE ROMANO.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Laudatores & defensores defuncti, Vita à Paulo Bernriedensi scripta, Acta Pontificalia triplicia.

ANNO MLXXXV. *Tempus Sedis.*

S*anctissimus & generosissimus Pontifex Romanus* Gregorius septimus, *antea dictus* Hildebrandus, *defunctus* XXV *Maji anno* MLXXXV, *præfuit universæ Ecclesiæ annos duodecim, mensem unum, & dies quatuor; scilicet inchoandos à die* XXII *Aprilis anni* MLXXIII; *uti evidenter liquet ex decreto electionis infra proponendo. Erraverunt enim, qui solum* XXV *die dicti mensis electum volunt, sumpta errandi occasione à Catalogis, in quibus decessoris, triduo ante istam electionem defuncti, obitus cum depositione confunditur. Hic plurimas in vita passus est persecutiones, & adhuc post mortem calumnias. Sed non defuerunt ejus innocentiæ, & pro Ecclesia Dei propugnandæ fortitudinis ac justitiæ acerrimi defensores: inter quos censeri possunt Cardinalis* Cæsar Baronius *&* Jacobus Gretserus: *ille quidem in Annalibus suis Ecclesiasticis, in quibus res ejus gestas per singulos annos deducit ex scriptoribus maxime coævis, & Conciliis sub eo habitis, atque Registro epistolarum ejus in undecim libros distinctô: Gretserus vero Tomo 2 Defensionis Controversiarum Cardinalis Bellarmini, propugnans eum contra varios hujus temporis sectarios, potissimum libro 4 cap.* 13; *ac dein illustri Apologia, in qua quinquaginta testes adducit, qui suis scriptis res gestas hujus* S. Gregorii *proponunt, & contra adversarios defendunt.*

B *Defensores ejus Baronius,*

Gretserus, & ab eo prolati 50 *testes,*

2 *Horum primus est* S. Anselmus Episcopus *Lucensis, proximo post obitum sancti Pontificis anno vita functus: qui contra Guibertum Antipapam, pro defensione* Gregorii *legitimi Pontificis Romani, librum scripsit. Secundus testis est auctor Vitæ dicti S. Anselmi, domesticus Presbyter Pœnitentiarius: quam Vitam nos ad diem ejus natalem* XVIII *Martii illustravimus. Succedunt* Acta Vaticana *apud Baronium ad annum* MLXXIII, *&* Acta publica electionis *quæ infra proferuntur. Dein allegantur antiqui Historici seu Chronologi, inter quos est* Lambertus Schafnaburgensis, *de rebus gestis Germanorum, sed solum deductis ad annum* MLXXVII, *& Pontificatus* S. Gregorii *quartum: tum* Paulus Langius *in Chronico Citizensi, cum adductis testimoniis ex Annalibus Magdeburgensibus & Chronicis Turingensibus:* Marianus *etiam* Scotus, *ejusque Continuator* Dodechinus, *& ab hoc productus* Stephanus Episcopus Halberstatensis, *qui causam Gregorii fortissime contra Henricum Regem egit: deinde* S. Anselmus Archiepiscopus Cantuarienſis, *cujus Acta dedimus* XXI *Aprilis:* Bertoldus Constantiensis *&* Paulus Bernriedensis, *de quibus mox agemus:* Domnizo Presbyter, *in Vita Comitissæ Mathildis, libris duobus carmine conscripta;* Leo Ostiensis, *in Chronico Casinensi, ad annum* MLXXXVI *deducto;* Bruno, *in Historia belli Saxonici;* S. Gebehardus Archiepiscopus Salisburgensis, *&* S. Gebehardus Episcopus Constantiensis, *& qui eorum Vitas scripserunt, quas suo tempore dabimus* XVI *Junii &* XXVII *Augusti; denique, aliis omissis,* Bernaldus Presbyter Constantiensis, *cujus opuscula ex Ms. Ratisbonensi edita sunt à dicto Gretsero, & fere spectant ad defensionem rerum à* S. Gregorio *gestarum: & maxime Apologeticus & Epistola ejus pro Decretis* S. Gregorii, *quas etiam erudite exposuit* Christianus Lupus *inter Synodorum generalium ac provinciarum Decreta & Canones, integro libro seu parte quinta. Subjunxit illis omnibus prælaudatus Gretserus* Gregorii VII *Vitam, electionem & res gestas, ex libro quarto Onuphrii Panvinii De varia creatione Summi Pontificis, & ex bibliotheca Bavarica. Istæc omnia apud illum videri possunt, edita Ingolstadii anno* MDCIX: *ubi is anno sequenti vulgavit Apologiam pro Cardinale Baronio, in qua aliquot capita spectant controversiam in causa* S. Gregorii *motam; uti curiosus lector ibidem reperiet. Dignus etiam est qui legatur Franciscus d'Enghien, Ordinis Prædicatorum S. Theologiæ Licentiatus, edito novissime libro cui titulum fecit,* Auctoritas Sedis Apostolicæ pro Gregorio Papa VII vindicata adversus Natalem Alexandrum ejusdem Ordinis Doctorem Theologum, *inter selecta Historiæ Ecclesiasticæ Capita seculi* XI *parte* 3, *usque adeo suæ professionis oblitum, ubi de* Gregorio *agit, ut vel eâ solâ causâ potuerit commeruisse gravissimam, quâ libri ejus omnes fulminati sunt censuram Innocentii Papæ XI.*

C *Lambertus Schafnaburgensis,* *Langius,* *Panvinius,* *Engbianus.* B

3 *Nos, omnibus aliis omissis, damus hic primo loco Vitam* S. Gregorii *à Paulo Bernriedensi scriptam. Fuerat hic Paulus Canonicus Ecclesiæ Ratisponensis, sed ab Henrico IV in exilium actus, in cœnobio Bernried recens fundato habitum Ordinis Canonicorum Regularium suscepit, circa annum* MCXX, *ab Udalrico Episcopo Passaviensi (qui rexit dictam Ecclesiam ab anno* MXCI, *usque ad annum* MCXXIV) *Presbyter consecratus, & elapsis ab hujus Episcopi obitu septem annis, absolvit hanc Vitam, circa annum* MCXXXI. *Gretserus, qui eamdem una cum Apologia pro Cardinale Baronio edidit, arbitratur* Paulum, cum Romæ esset, familiarem fuisse Callisto II Papæ, *qui sedit à die* IV *Februarii anno* MCXIX, *usque ad* XII *Decembris anni* MCXXIV, *& confirmavit fundationem cœnobii Bernriedensis anno* MCXXII, *quando potuit hac de causa Paulus Romam profectus fuisse: qui infra num.* 11 *adducit* Calliſtum Papam narrare consuetum, quod Episcopus, simoniace electus, non valuerit recitare Gloria Patri & Filii & Spiritus sancti. *Ita deinde num.* 16 *ait,* Joannem Camerarium, olim Alexandri II Pontificis, narrare solitum, *quod precibus S. Alexandri febris ardens depulsa sit: atque ita hinc inde inserit varia miracula, tempore vitæ patrata: sed num.* 104, quæ ad sepulcrum ejus cælitus facta, vel quæ fieri dicunt religiosiores quique Romani, illis qui viciniores sunt percensenda reservat. *Sub finem tamen num.* 114 *addit* superlatam narrationem duorum miraculorum, Salerni cælitus patratorum. *Ex quibus colligimus summam ab Auctore adhibitam diligentiam, ut accurate omnia traderet: quod unusquisque etiam poterit colligere, si quæ addimus Annotata perspexerit, contuleritque cum reliquis Auctoribus, item epistolis Gregorii & Synodis tunc habitis. Etenim plane conveniunt omnia, maxime ubi de Simoniacis & Nicolaitis seu Clericis fornicariis agendum fuit. B. Petrus Damianus passim etiam illos Nicolaitas appellat, quorum facta se odisse ait Christus in S. Ioannis Apocalypsi cap.* 2; *& de quibus epistola S. Ignatii ad Trullenses, sed à posteris interpolata, hæc leguntur:* Fugite immundissimos falsi nominis Nicolaitas, amatores libidinis, malos calumniatores.

Datur primo Vita scripta à Paulo Bernriedensi,

auctore accurato.

F

4 *Ceterum in hisce Actis deest Præfatio, quam adfuisse*

Bernaldus Presb. Constantiensis.

A *Huic ſupplenda dantur Acta Pontificalia triplicia; ex Bertholdo Conſtantienſi,*

fuiſſe innuunt prima verba. Omiſſa etiam à Paulo ſunt, quæ in Berengarii damnatione à S. Gregorio *peracta fuerunt; & paucioribus explicantur, quæ in obſidione Romana, ab Henrico ſæpius reſumpta, relatu & ſcitu digna acciderunt. Ad hæc hiſtoriam, non Chronicon texere intendens Auctor, non curavit temporum ordinem ſcrupuloſe ſervare; nec etiam quid quoque Pontificatus ſui anno in celebratis Synodis egerit explicare. Congruum itaque duxi Acta Pontificalia triplicia ſubjungere: quorum prima colligemus ex Bertholdo Conſtantienſi: qui ut infra habetur num.* 18 *ab Ottone Epiſcopo Oſtienſi & Legato Sedis Apoſtolicæ, ac poſtmodum Summo Pontifice & Vrbano II dicto, Presbyter creatus eſt anno* MLXXXIV *in feſto S. Thomæ Apoſtoli, id eſt, quinque menſibus ante obitum S. Gregorii: qui & ipſe ſingula ſui temporis geſta annotavit, ſubjunxitque pro Appendice ad Chronicon Hermanni Contracti uſque ad annum* MC. *Eodem tempore, nec minus certâ, ſi non & certiori ſcientiâ, ſcripta ſunt Acta quæ Centius Camerarius (idem, ut putat Ciacconius, qui anno* MCCXVI *creatus Pontifex, ſumpſit nomen Honorii III) retulit in Codicem cenſuum Romanæ Eccleſiæ, prægrandi volumine aſſervatum in ſecreto Archivio Vaticano; cujus copiam favore D. Saraigæ, Archivium illud cuſtodientis, nacti Patres noſtri Ioannes Franciſcus Vannius & Conſadus Janningus, cum eo contulerunt ipſa, jam antea ex Bibliotheca Vaticana Codice deſcripta. Codicem iſtum, ſæpe laudatum à Baronio, & Pontificum geſta à Leone IX auſpicantem,* ordinavit & ſcribi fecit (*ſicut præfert titulus*) ex diverſis regiſtris & libris Cameræ Apoſtolicæ Fr. Nicolaus Cardinalis Arragoniæ, *adeoque intra annum* MCCCLII *quo creatus, &* MCCCLXII *quo mortuus eſt. Fuit is Ordinis Prædicatorum inſigne decus, ſub nomine* Nicolai Roſſelli *notus Ciaconio ejuſq; interpolatoribus; dictus autem* de Aragonia *à Patria, & quia Provincialis Aragoniæ exiſtens Regique Petro cariſſimus promotus ad Purpuram eſt. Tertia denique Acta, in multis etiam ampliora diſtinctioraque, nec multo recentiora aut forte etiam antiquiora ſecundis, tranſcribere placet ex noſtro Ms. de Vitis Pontificum, uſque ad Martinum V deductis: licet pro majori parte accepta ſint ex regiſtro Epiſtolarum, continente Summaria ſingularum fere quas Gregorius Romæ celebravit Synodorum: quæ Summaria primus inde extraxit Baronius, Binius autem à Baronio accepit, & retulit in corpus Conciliorum. Erit fortaſſis poſt hæc aliquis, qui ex ipſis epiſtolis hujus S. Gregorii, ſicut in Regiſtro habentur plures quam trecenta quinquaginta, minutius proſequatur & colligat ſingula hujus ſancti Pontificis geſta; quemadmodum olim ex Epiſtolis S. Gregorii Magni fecit Ioannes*

libro Cenſuali Centii Camerarii.

C *Diaconus, ad* XII *Martii ab Henſchenio noſtro illuſtratus: ſeu potius qualiter habemus S. Leonis aque Magni Acta, ſimiliter ex Epiſtolis ejus collecta digeſtaque ab eruditiſſimo viro Paſchaſio Quênel: nam nobis ad ejuſmodi laborem otium modo non eſt. Fecit aliquid in eo genere Natalis Alexander, ſeculi* XI *parte* I, *melius iſtic quam alibi de* Gregorio *meritus: fecit & Teutonica lingua, in ſuo Romanorum Pontificum Triumpho, noſter Cornelius Hazartius, perpetuus in Belgio hereticorum malleus, quorum circa hunc ceteroſque Pontifices monſtroſas calumnias dilucida confutatione redarguit.*

Epiſtola Wilelmi Abb. Metenſis.

5 *Paragrapho huic de Scriptoribus*, Gregorii *Acta colligentibus, defendentibus, laudantibus, finem faciat inſignis Epiſtola* Wilhelmi *Abbatis, in monaſterio S. Arnulphi Metis poſt Warinum, jam quidem in primo Analectorum Mabilionis Tomo publici juris facta, digna tamen quæ hic recudatur; utpote manifeſtius explicans, quantas ſpes de eo conceperint boni omnes, audito electionis talis nuntio. Illa ſic habet.* Domino venerabili & univerſali Papæ G. W. peccator, devotæ orationis affectum, & humilis ſervitutis effectum. Licet ſapientia Dei, univerſa quæ per ipſam facta ſunt, diſpoſitione mirabili, & ordine imperturbabili moderetur; numquam tamen commodius conſulit rebus humanis, quam cum eligens virum * de plebe, in populi eum ſui caput conſtituit, in cujus nimirum vita & moribus, quo nitendum ſit, plebs inferior valeat intueri. Quod quidem beneficium noſtris Dominum conceſſiſſe temporibus, quiſquis non invidet, videt; dum te, jam olim diſciplinis eccleſiaſticis eruditum, illius nunc Cathedræ fecit eſſe ſeſſorem, à qua per orbem terrarum omnia virtutum lumina diffunduntur; & ad quam, velut in circulo lineæ, ad illud medium, quod Centrum Geometrici vocant, univerſa convergunt. Tantus autem, ut nobis relatum eſt, totius populi in tua electione conſpiravit aſſenſus, ut nullus omnino ex tanta multitudine viſus fuerit diſſentire. Et unde quæſo tanta unanimitas, tanta potuit eſſe concordia? niſi ex Spiritus illius inſtinctu, cujus olim aſpiratione plebs primitiva credentium unum cor & unam animam habuiſſe deſcribitur.

AUCTORE D. P.

* *an unum gratulantis tam unanimem electionem?*

6 Gratias ergo Deo, præcellentiſſime Pater, gratias Deo, qui ſic tuæ favit electioni, ut non pateret Eccleſia ſchiſmati. Quiſquis jam igitur tuo Sacerdotio adverſatur, cujuſlibet eſſe meriti vel ſcientiæ videatur, ad illud cæleſte ædificium non aſpirat, quia, per tumoris vitium atque diſcordiæ, omnium pace membrorum ſe privat. Quod quidem neminem auſurum eſſe confidimus, niſi qui reſpectu miſeræ conſcientiæ, pondus tuæ ſibi formidat imminere ſententiæ. Unde & ille diabolus Vercellenſis cum ſuis complicibus elaborat, ut tu in Sede non debeas confirmari; metuens miſer, ne illo zelo tuo, quo in hoſtes Eccleſiæ exardeſcere ſoles, nunc ejus flagitia, ejus dedecora, ejus debeant probra damnari. Verum omnibus bonis eo ipſo plus places, quo peſſimis diſplices: quia non leve vel minimum teſtimonium eſt probitatis, diſplicuiſſe filiis iniquitatis. *Hæc Willelmus Abbas, graphice depingens Vercellenſem Gregorium, eo nomine indignum, Henrici Imperatoris in Italia Cancellarium; qui jam inde ab anno* MLXI *per Nicolaum Pontificem fuerat excommunicatus, una cum Mediolanenſi, Taurinenſi, Novarienſi, Brixienſi, & Laudenſi Epiſcopis: quia duobus ante annis conventum habuerant Fontaneti, in quo communi ſententia ſtatuerant, quod Clericis uxores habere liceret; qui tamen juſſu Henrici Imperatoris, Gregorii electionem approbavit, calamo potius quam animo, uti vel ex hac Epiſtola liquet, quam Willelmus ſic proſequitur.* Nunc ergo accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime; illo, inquam, gladio, quem non prohibendum eſſe à ſanguine Propheta proclamat, quemque devoraturum carnes Dominus ſalubriter pollicetur. Vides certe in Iſraelitica caſtra Amalechitas & Madianitas, ceteraſque peſtes paritei conſpiraſſe. Magna ſolicitudine, grandi conſilio, continuoque ſtudio opus eſt, ut tot monſtra & beſtiæ poſſint vel jugulari vel ſubjugari. Nullius ergo metu, nullius minis ab hoc ſpirituali conflictu ſanctoque certamine retarderis, & Gedeonis illius in morem ad prælium proceſſurus, lagunculæ ne timeas fractionem. Ecce te in ſublimi & in ſpecula poſitum oculi omnium vultuſque ſuſpiciunt; ſinguli magna de te audire deſiderant; ex præteritis colligentes, quid nunc in majori officio ſis acturus, qui quondam poſitus in minori non ſine gloria militaſti. At ineptus ego, qui te admonere præſumam, currentemque nitar impellere: cum tu fervore mirabili majora moliaris, quam noſtra ſuſpicetur infirmitas; & aquilino more omnia inferiora tranſvolitans, in ipſius ſolis ardorem tuos infigere coneris obtutus.

qua ne confirmetur fruſtra nitantur excommunicati aliquot Epiſcopi impedire.

B

ab illo exterminandi vel ſubjugandi.

F

§. II. De

AUCTORE D. P.

§. II. De Translatione corporis, & cultu B. Gregorii VII.

An. 1577 inſpectũ ab Archiepiſcopo corpus.

7 MArcus Antonius Marſilius Columna, anno MDLXXIV Salernitanus Archiepiſcopus ſalutatus, præter alia Epiſcopalis ſolicitudinis opera, quibus Prælaturæ ſuæ annos quatuordecim reddidit poſteris memorabiles, librum conſcripſit de vita & geſtis ac tranſlatione B. Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ; necdum quidem nobis viſum, cognitum tamen ex deſcriptione elegantiſſima Metropolitanæ ipſius eccleſiæ, quam inde deprompſit Ferdinandus Vghellus, præmiſitque Catalogo Salernitanorum Archiepiſcoporum, tom. 7 Italiæ ſacræ. Hic cum tribunam ſive abſidem templi deſcripſiſſet, ita loquitur: Qui à dextris conficitur angulus in imo templi, illuſtris plane factus eſt, ob præclaram capellam vermiculati operis, quam Joannes de Procida Salernitanus erexit atque dotavit; tum ob plurium Prælatorum ſplendidiſſimas urnas, tum vero præcipue ob marmoreum tumulum, in quo Robertus Guiſcardus, Gregorii VII ſummi optimiq; Pontificis corpus collocavit, quem ut Henrici IV Romanorumque perfidiæ ſubtraheret, quaſi perfugium hoſpitio receperat: cujus nos ipſi reliquias, nulla ex parte labefactatas Pontificiiſq; indumentis ornatas, hoc anno, qui eſt à tumulatione fere quingẽteſimus, propriis oculis inſpeximus, propriiſque manibus contrectavimus; locumque ipſum, vetuſtate pene collapſum, reſtituimus; & in ſanctiſſimi ac generoſi Pontificis honorẽ, pene deliteſcentem, hujuſmodi monumentum ereximus, (quale ſcilicet in marmorea tabula etiamnum ſpectatur, & à Ludovico Iacob in Bibliotheca Pontificia etiam recitatur) Gregorio VII Soanenſi Pont. Opt. Max. eccleſiaſticæ libertatis vindici acerrimo, aſſertori conſtantiſſimo: qui dum Romani Pontificis auctoritatem, adverſus Henrici perfidiam ſtrenue tuetur, Salerni ſancte decubuit. A. D. CIↃ.XXC.V, VII Kal. Junji. M. Ant. Columna Marſilius, Bononienſis, Archiepiſcopus Salernitanus, cum illius corpus, poſt quingentos circiter annos, ſacris amictum & fere integrum, reperiſſet; ne tanti Pontificis ſepulcrum memoria diutius careret, Gregorio XIII Bononiẽſi ſedente, M. P. pridie Kal. Quintiles, A.D. CIↃ.IC. LXXVII.

Adhuc integrum. B

& à morte miraculis clarum. C

8 Robertus Guiſcardus, Normannici in Calabria atq; Sicilia Ducatus, poſtea Regni, conditor, eodem quo Gregorius aut ſaltem altero poſt anno, menſe Iulio obiit; eique filius Rogerius ſucceſſit, uſque ad MCI ſuperſtes. Et huic forte melius adſcriberetur marmorei ſepulcri erectio: nam Odericus Vitalis, ſeculi XII ſcriptor Hiſtoriæ Eccl. lib. 8 indicare videtur, alio loco prius conditum Sanctum fuiſſe: ſic enim loquitur: Defuncti Papæ corpus in Confeſſione B. Bartholomæi Apoſtoli tumulatum eſt, ubi meritis ejus fidei petentium, miraculorum copia divinitus oſtenſa. Nam leproſi de aqua unde corpus ejus ablutum fuerat, petierunt; qua conſecuta fideliter loti ſunt, & opitulante Deo protinus mundati: idque fortaſſis in tranſlatione corporis ex loco primæ ſepulturæ in ipſa Confeſſione, ad locum in quo ducentis fere poſt mortem Gregorii annis tumulum ejus reperit Ioannes Prochita, celebratiſſimus ille Veſperarum Siculārū auctor. Hic vero neſcio quā aliam potuerit habere cauſam ejus ſacelli, ipſo ſepulcri loco, tam magnifice extruendi, quam peculiarem affectum erga ibi ſepultum Pontificem, innixum vulgari de ejuſdē ſanctitate & miraculis opinioni, quamvis ipſum ſacellum S. Mihaeli Archangelo, non autem Gregorio fuerit dedicatum. Nec nihil ad probandum ejusdem antiquum cultum facit, quod Anaſtaſius Papa IV, annis haud multo pluribus quam ſexaginta poſt Gregorium, picturis exornans abſidem & altare Oratorii S. Nicolai in Vrbe, prout ipſum anea tabula expreſſum dedi in Appendice ad primam partem Chronicahiſtorici Conatus de Romanis Pontificibus, Gregorium VII, aque ac Sanctos alios ipſamque Deiparam, depingi fecerit cum titulo Sancti & diademate circum caput ducto. Sed iſta Marſilio vel ignorata penitus vel dubia cum eſſent, prudenter titulo iſtiuſmodi abſtinuit, & Romanæ Sedis arbitrium ſibi credidit expectandum. Hujus autem ſententia, an & quomodo ei fuerit declarata, ignoro: unum video, quod præfatus Gregorius XIII. elapſo jam ſexennio à memorata inventione, mortuoque Marſilio. cum emendato Kalendario, Romanum quoque Martyrologium corrigi per viros eruditos curaret anno MDLXXXIIII, correctumque & multis locis auctum imprimi, quale penes nos habemus exemplar; eidem poſt S. Bonifacium IV, permiſerit inſeri etiam Gregorium VII cum hoc elogio. Salerni depoſitio B. Gregorii Papæ ſeptimi, qui Alexandro ſecundo ſuccedens, Eccleſiaſticam libertatem à ſuperbia Principum ſuo tempore vindicavit, & viriliter Pontificia auctoritate defendit. Pro quibus, in ejuſdem Martyrologii editione nova, Caſaris Card. Baronii Annotationibus mox aucta, Sixto V probante ſcriptum fuit, Salerni depoſitio B. Gregorii Papæ ſeptimi, Eccleſiaſticæ libertatis propugnatoris ac defenſoris acerrimi: eademque hactenus ſic leguntur. D

nomen Rom. martyrologio inſcriptum anno 1584

9 Ex hinc cœpit feſtum B. Gregorii à Canonicis Salernitanis celebrari, ipſius Sancti Pontificis memoria haud mediocriter obligatis, quod eos ornaverit titulo Cardinalitio, conceſſeritque mantello rubro ac mitra Damaſcena uti, privilegio per Lucium III poſtea confirmato. Manebat interim ſacrum corpus, vel in ipſo ubi illud Archiepiſcopus Marſilius invenerat monumento, vel inde exemptum ſervabatur in ſacrario, quouſque Romanus Pontifex annuiſſet ſub altari condi. Id vero primum anno MDXCV eſſe factum, aſſerit auctor recentiſſimi marmoris, quod anno MDCLXXXV ſub manu ſculptoris verſabatur, finem huic Paragrapho facturum. Erat tunc Romanus Pontifex Clemens VIII, cujus reſcriptum aliquod proferri optarem; erat etiam Salernitanus Archiepiſcopus Marius Bologninus; qui ſi prædictam Tranſlationem fecit, potuit etiam à reliquo Corpore ſeparaſſe ſacrum Caput, argenteo capiti includendum, pretioſaque ex ære inaurato gemmiſque & lapidibus ornatæ ſtatuæ imponendum; idque die IV Maji, quo die Tranſlationem prænemoratam, annua celebritate colendam, exinde ſuſcepit Salernitana Eccleſia, ſolita ipſo die IV Maji, atque etiam die XXV, deferre ex ſacrario prædictum Caput ad iſtud altare, cum pompa proceſſionali, magnoque luminarium apparatu & populi concurſu. Sunt tamen qui Tranſlationis iſtius auctorem faciant ipſum Archiepiſcopum Marſilium: hic vero dicitur obiiſſe anno MDLXXXII; adeoque Martyrologii Gregoriani editionem prænemoratam ipſa Tranſlatio præceſſiſſet duobus annis: ſed & iſtam præceſſerant editiones Martyrologii duæ, quarum annos nobis indicare non curavit Baronius; utraque autem vel alterutra earum potuit Gregorii VII nomine aucta fuiſſe, prius quam Tranſlationem faceret, ſi eam forte fecit, Marſilius. E

Corpus ſub altari locatum, caput argento inclusum an. 1595

4 Maji, eque ac 25 dies, feſtivo.

10 His veluti gradibus paulatim provectus B. Gregorii VII cultus, denique ad celebritatem Officii Duplicis, proprie de ipſo agendi, erectus eſt, ſub Ioanne Bellarminio Bolognini ſucceſſore. Ab hoc ſiquidem impetratum & ad notitiam uſumque totius Cleri Salernitani imprimi juſſum eſt Breve, anno MDCX, cujus exemplum, cum aliis nonnullis inſtructionibus huc ſpectantibus, ut manu & fide Notariali acciperem; fecit R. D. Nicolaus Lavianus, Salernitani Collegii noſtri Rector anno 1685. Ipſum tale eſt. F

Pro quibus diebus petitum à Paulo V Officium

Contra ſacellum S. Michaelis ſub finem ſeculi 13 erectũ;

Imago ut ſancti Romæ in altari ab anno 1540

PAU-

PAVLVS PAPA QVINTVS

Ad perpetuam rei memoriam.

DOmini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſervos ſuos æternæ gloriæ præmio donat in cælis, vices quamquam immeriti in terris gerentes; ex injuncti nobis officii debito omnino tenemur procurare, ut eorumdem ſervorum Chriſti honos & veneratio in terris quoque promoveatur; ideoque fidelium votis, quæ peculiarem erga illos cultum reſpiciunt, libenter annuimus, prout in Domino conſpicimus expedire. Sane nobis nuper fuit expoſitum, nomine Fratris Joannis Archiepiſcopi Salernitani, ac dilectorum filiorum Decani & Capituli eccleſiæ, necnon totius Cleri Civitatis Salernitanæ, quod ipſi ex peculiari, quam erga Beatum Gregorium Papam VII, cujus indignum ſucceſſorem divina dignatio nos eſſe voluit, devotionis gerunt affectum, peculiari quoque ritu, die Natali ipſius, & illius Tranſlationi ſacro, de eodem Beato Gregorio ſacroſanctũ Miſſæ & alia divina Officia tenoris ſubſequentis recitare deſiderant. ***Officium duplex recitandum per Capitulum & Clerum Civitatis Salerni quotannis in die feſto, & in die Tranſlationis B. Gregorii Papæ VII. Omnia de Communi Confeſſoris Pontificis, præter illa quæ ponuntur propria.*** ORATIO. Deus qui Beatum Gregorium, Confeſſorem tuum atque Pontificem, Sanctorum tuorum gloria ſublimaſti; concede propitius, ut qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, ejus apud te precibus ſublevemur. Per Dominum &c. *ſit Commemoratio* S. Urbani Papæ & Martyris *in primis Veſperis, & in laudibus (dum occurrit) & in Matutino* IX *Lectio. Similiter in ſecundis Veſperis* S. Eleutherii P. & M.

cum Oratione,

B

11 *Ad Matutinum in primo Nocturno Lectiones de initio ſecundæ Epiſtolæ B. Petri Apoſtoli, prout habet Breviarium Romanum in feria ſexta infra Octavam Aſcenſionis.* *In ſecundo Nocturno* LECTIO IV. Gregorius Papa VII, Soanæ in Etruria natus, doctrina, ſanctitate, omnique virtutum genere cumprimis nobilis, mirificè univerſam Dei illuſtravit Eccleſiam; ſuprema verò Sacerdotis ſui in terris dignitate admirabiliter, qui eſt admirabilis in Sanctis ſuis Dominus, præmonſtrare dignatus eſt. Nam cum parvulus, ad fabri ligna edolantis pedes, jam litterarum inſcius, luderet; ex rejectis tamen ſegmentis illa Davidici elementa Oraculi; ***Dominabitur à mari uſque ad mare***, divinitus conformaſſe narratur. Is ab ineunte ætate Romæ honeſtis animum diſciplinis excolens, in domo S. Petri eſt enutritus, tali nutritore dignus alumnus: ut cujus altiſſimam, Deo largiente, auctoritatem ſuſcepturus aliquando erat, ipſius Apoſtolico in gremio educatus, Apoſtolicis illis, quas poſtea in gerendo ſummo Pontificatu exhibuit, virtutibus plenius imbueretur. Tu autem Domine &c.

& lectionibus propriis,

explicantibus ejus initia in monaſterio,

C

12 LECTIO V. Juvenis Eccleſiæ libertatem, à Laicis oppreſſam, ac depravatos Eccleſiaſticorum mores vehementius dolens, in Cluniacenſi Monaſterio, ubi ſub Regula S. Benedicti auſterioris vitæ obſervantia eo tempore maximè vigebat, Monachi habitum induens, tanto pietatis ardore Divinæ Majeſtati deſerviebat, ut à ſanctis ejuſdem Cœnobii Patribus Prior ſit electus. Inde mox à S. Leone Papa nono, quia lucerna lucens & ardens in clauſtrorum anguſtiis latere non debebat, ſed in Eccleſiæ altiſſimo vertice Dei juſſu locanda erat, Romam adductus, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus ordinatus, eidem S. Leoni ac ſucceſſoribus uſque adeò carus fuit, ut nihil ſine ipſius conſilio gererent. A Victore Papa ſecundo legatus è latere in Galliam miſſus, Epiſcopum publicè Simoniaca labe infectum, quia humanitus convinci nõ poterat, divinitus convicit; cum juſſus Antiſtes, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto palam pronuntiare, duabus quidem Divinis Perſonis facile pronuntiatis, tertiam, cujus donum Epiſcopatum pecuniis coëmerat, proferre nullo modo valuiſſet. Tu autem.

progreſſum per varios officiorum gradus,

AUCTORE D. P.

13 LECTIO VI. Denique à Nicolao ſecundo Pontifice Archidiaconus Cardinalis, & ab Alexandro item ſecundo Cancellarius S. Romanæ Eccleſiæ creatus, eidem in ſummum Pontificatum ſuccedere meruit. Ad tanti verò honoris apicem aſſumptus, jam forma gregis factus, quod verbo docuit, etiam exemplo demonſtravit; ac fortis per omnia athleta, ſe pro muro domui Iſrael ponere non timuit. Henricum Germaniæ Regem quartum, Eccleſiæ infeſtum, Fidelium communione regnoque privans, ſubditos populos fide ei data liberavit. Cum poſtea ab iniqui Regis exercitu Romæ gravi obſidione premeretur; excitatum ab hoſtibus incendium ſigno Crucis extinxit; aliis quoque, tam vivus quam mortuus, miraculis clarus. Ex Apoſtolorum ætate nullus Pontificum fuiſſe traditur, qui majores pro Eccleſia Dei labores moleſtiaſque pertulerit; aut qui pro ejus libertate acrius pugnaverit. Innumerabilia ſunt, quæ vel fortiter ſuſtinuit, vel multis coactis in Urbe Synodis ſapienter conſtituit. De manu Henrici tandem à Roberto Guiſcardo Duce Northmanno ereptus, Salernum veniens, ibidem octavo Kalendas Junji, cum præfuiſſet Eccloſiæ annos duodecim, menſem unum, dies tres, creatis compluribus Romæ atque alibi Cardinalibus & Epiſcopis, die Dominico migravit ad Dominum; ejuſque ſacrum Corpus in Cathedrali Baſilica Salernitana eſt honorificè conditum. Tu autem &c. *In tertio Nocturno Lectiones de Homilia S. Leonis Papæ in Euangelium;* Venit Jeſus in partes Cæſareæ Philippi, *quas habet Breviarium Romanum die* XXII *Februarii, in feſto Cathedræ Antiochenæ S. Petri.*

& conſummatas in Pontificatu virtutes.

Miſſa etiam determinatur

12 *Miſſa dicitur, quæ ponitur in Miſſali Romano die* XI *Aprilis, in feſto S. Leonis Papæ, præter Orationes.* ORATIO PRIMA. Deus qui B. Gregorium *&c. ut ſupra.* SECRETA. B. Gregorii Confeſſoris tui atque Pontificis, quæſumus Domine annua ſolennitas nos reddat acceptos; ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum. POSTCOM. Da quæſumus, Domine, fidelibus populis B. Confeſſoris tui atque Pontificis Gregorii ſemper veneratione lætari; & ejus pepetua ſupplicatione muniri. Per Dominum &c.

E

& una cum officio approbatur.

15 Cumq; tam Joannes Archiepiſcopus quam Decanus & Capitulum ac Clerus prædicti nobis humiliter ſupplicari fecerint, ut de opportuna ſibi in præmiſſis licentia providere benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos, eorũ laudabile deſideriũ in Domino plurimũ commendantes, & eorũ ſingulos à quibuscumvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſiquibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectũ præſentium dumtaxat conſequendum, harũ ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationib us inclinati, de venerabiliũ Fratrũ noſtrorum S.R. Eccleſiæ Cardinaliũ, ſacris Ritibus præfectorũ, quibus rẽ examinandã & mature diſcutiendã commiſimus conſilio, eiſdem & pro tempore exiſtentibus, Archiepiſcopo Salernitano, ac Decano & Capitulo Eccleſiæ, & Clero Civitatis Salernitanæ, ut Officium prædictum cum Miſſa de communi

AUCTORE D. P. muni unius Pontificis, cum Orationibus & Lectionibus ſecundi Nocturni propriis, Annis ſingulis, tam ejuſdem B. Gregorii, quam ejus Tranſlationis diebus feſtis ſub ritu duplici recitare, liberè & licitè valeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, perpetuam licentiam & facultatem concedimus & impertimur: non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non D. Eccleſiæ, etiam juramenti, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die XXVIII Julii, MDCIX, Pontificatus noſtri anno V. *S. Cobellutius.*

an. 1609.

17 Joannes Beltranus de Guevara, Miſeratione Divina & Apoſtolicæ Sedis gratia Salernitanus Archiepiſcopus, Regius Conſiliarius, & in præſenti Neapolitano regno per ſacram Regiam Majeſtatem Generalis Viſitator. Inter alios cæleſtes ac pene innumeros theſauros, quibus divinæ benignitati Salernitanam Eccleſiam ditare atque illuſtrare placuit, haud poſtremo loco numerandum profecto videtur ſancti Gregorii Papæ VII ſacrum ac venerandum

Eadem ab Archiep. Beltramino,

B corpus; qui poſt tot labores, tot ærumnas atque perſecutiones, pro Dei Eccleſia fortiſſime & conſtantiſſime invictiſſimo animo toleratas, tandem (divina ſic diſponente Providentia) in Salernitana civitate obdormivit in Domino; ut quam in corpore mortali, ſua venerabili præſentia, ad tempus lætificaverat; etiam pretioſa morte, ad cœnam nuptiarum Agni vocatus, in perpetuum illuſtraret. Nos autem, quamvis indigni, in Salernitanæ Eccleſiæ regimine conſtituti, cum loca Divinæ Majeſtati dicata viſitantes, in ipſa Cathedrali noſtra Baſilica monumentum memorati glorioſi Pontificis accurate perſpiceremus, & debito Cælitibus honore ac veneratione illum carere haud æquo pati animo poſſemus; ex

Omnibus uſurpanda promulgantur 1610.

Apoſtolica Sede diploma nobis haud ſegniter impetrandum eſſe cenſuimus, ut & congruus ſancto Pontifici exhiberetur honos ab omnibus, & Salernitana civitas ex hoc in dies ſingulos magis magiſque Dei promereretur clementiam, tam præclari Confeſſoris atque Pontificis Deoque cum primis accepti adjuta ſuffragiis. Ne illam quidem cauſam ſilentio præteundam arbitramur, quam nulla unquam apud vos vetuſtas, nulla unquã delere debebit oblivio: quod cum Salernitanum Capitulum (quemadmodum à

C Prædeceſſore noſtro fel. mem. Marſilio litteris proditum eſt) ab eodem Beato Pontifice magnos conſecutum ſit honores, alacriter atque omni ſtudio ad illius, ita bene de vobis meriti, cultum atque venerationem debetis incumbere. Hoc igitur tempore volentes, impetratum jam nuper à Sede Apoſtolica diploma pie & fideliter exequi, auctoritate qua fungimur mandamus atque præcipimus dilectis in Chriſto filiis, Capitulo & Clero civitatis noſtræ Salernitanæ, ut quotannis, juxta commemorati diplomatis ſeriem, tam in Natalitiis S. Gregorii Papæ VII, celebrandis die XXV menſis Maji; quam in feſto Tranſlationis ejuſdem, celebrando die IV menſis Maji; Miſſam & Officium proprium ſub duplici ritu, noſtro juſſu typis excuſa, poſthac ad ipſius glorioſi Pontificis honorem cantare vel recitare teneantur. Si quis autem huic noſtræ ſemper valituræ conſtitutioni parere contempſerit, is quidem gravioris culpæ vinculo apud tremendum Dei omnipotentis Tribunal ſeſe noverit illigatum. Datum Salerni, II Kal. Septembris, MDCX.

Erigitur Sancto ſtatua marmorea.

18 *His non contentus Beltraminius, egregiam ex marmore ſtatuam, quæ hodieque extat, ſculpendam curavit, ipſoque in ſacello collocandam; uſus periti ſculptoris manu, neſcio an etiam vera effigie viventis* Gregorii, *qualis Salerni potuit fuiſſe conſervata. Talis certe digna eſſet, quam hic vellemus ari inciſam repræſentare, potius quam inventum I. B. de Cavalleriis, qui* Gregorium *proximoſque deceſſores ac ſucceſſores repræſentavit barba raſa, contra temporis illius morem, ex Anaſtaſiana S. Nicolai in Vrbe tabula, cujus alibi exhibita ſupra meminimus, cognoſcendum. Beltraminio, ad Pacenſem in Hiſpania Eccleſiam tranſlato, ſucceſſit anno* MDCXII *Lucius Cardinalis Sanſeverinus: qui tertio ſui Archiepiſcopatus anno, ſuam quoque religionem erga* B. Gregorium *teſtatam fecit, hujuſmodi titulo, ſub antiquiori Marſilii tabula, in alia ſimiliter marmorea:* Ego Lucius Sanſeverinus, Archiepiſcopus Salernitanus, altare hoc in honorem B. Gregorii Papæ VII conſecravi; ejuſque ſacrum corpus in eo incluſi; præſentibus, annum unum; anniverſaria deinceps conſecrationis die, ipſum pie viſitantibus, quadraginta dies veræ Indulgentiæ de Eccleſiæ more conceſſi. A. D. MDCXIV, die IV menſis Maji. *Novum hoc altare fuerit, quod iterandæ Tranſlationi occaſionem dedit: ea autem prudenter fuit in eumdem diem indicta quo prior, ne feſta multiplicare opus foret. Eâdem occaſione crederem fuiſſe à Soanenſibus impetratum Brachium, niſi miſſa mihi inſtructiones dicerent, Cardinalem Soanenſem, Pauli V creatione ſacro Collegio adſcriptum, pio erga concivem Pontificem affectu motum, cum Sede vacante Salerni reſideret, ab eodem Paulo V impetraſſe Pontificium Breve ad Capitulum Salernitanum, quo jubebantur Canonici, ad ſolatium civitatis Soanenſis, ipſiuſque* B. Gregorii *honorem, inſignem aliquam ejus Reliquiam largiri. Hoc Breve, una cum commendatitiis Magni Hetruriæ Ducis litteris, aliiſque ipſius Cardinalis, per duos Soanenſium Legatos oblatum Capitulo, perſuaſiſſe dicitur, ut dextrum brachium iis donaretur, ſcriptumque eſſe ea de re Inſtrumentum Notariale, & in archivio Cathedralis ſervatum. Hæc cum vacante Salernitana Sede, Paulo autem quinto ſedente, ſic ſcribantur facta; oportet ut facta ſint digreſſo in Hiſpaniam Beltraminio, Lucio autem necdum ſuffecto, id eſt anno* MDCXII; *ſed quis tum fuerit inter Cardinales, cui Soana fuerit patria, diſcere non potui ex novo Ciacconio Oldoini, nullum ejuſmodi nominantis, inter ſexaginta quos Paulus creavit: quare optarem ipſum Inſtrumentum videre, ex eoque dubii hujus ſolutionem petere.*

D

& an. 1614 novum altare conſecratur.

E

Brachium donatur Soanenſibus.

19 *Quæ porro ipſius Sacelli jam toties memorati fortuna fuerit, ibidem poſt hæc legitur in marmore, ſequentibus verbis, per D Fabritium Pintum dictatis, exarato.* Sacellum hoc Divo Michaëli Archangelo, Duci invictiſſimo, à ſtrenuo Milite Joanne de Procida, Salernitano Patricio ac Patriæ ornamento, olim dicatum; anno MDXCV ſacra Beatiſſimi Gregorii, non Magni, ſed Pontificis pluſquam Maximi, tranſlata ſub aram accepit oſſa; ut in Archangeli tutela jaceret mortuus, qui Romæ dum viveret in arce S. Angeli à ſchiſmatico Imperatore Henrico ſe tutum reddidit; & Propugnatoris eccleſiaſticæ libertatis reliquiæ, defenſorem haberent illum, per quem à rebellantibus Deo ſpiritibus liberum ſe agnoſcit cælum ipſum. Tandem Eminentiſſimi Cardinalis Fabritii Sabelli munificentia, Salernitano Reverendiſſimo Capitulo ſacelli jure donato, auctori Veſperi Siculi poſſeſſores ſucceſſere Canonici; qui Cardinalitiis & nomine & inſigniis ab eodem ornati Pontifice, Gregorii Septimi glorias perpetuo canent hic, non glorioſam de Gallis reportatam à Joanne victoriam. *Hæc Pintus; quæ ſic intellecta, quaſi, uſque ad Tranſlationem prædictam, alibi quam ipſo in Sacello jacuerit* Gregorii *corpus; non ſatis conſona eſſent prælaudato certiſſimoque Marſilii teſtimonio; proinde accipienda ſunt citra ejuſmodi reſtrictionem. Miror porro nullam hic fieri mentionem nuper defuncti Archiepiſcopi Gregorii Caraffæ, cujus æque memorabili munificentia idem Sacellum,*

Sacellum Capitulo traditur.

F

A *lum, ut mihi ſcribitur, nova undique pictura aureoque ſplendore exornatum reſplendet : picturis autem illis præcipue repræſentatur honorifica Pontificis in Vrbem exceptio, una cum Roberto Duce ipſam ſubeuntis, inter fidelis populi acclamationes feſtivas, Chriſti Vicarium ſupplici ter venerantis.*

§. III. De monachatu S. Gregorii VII, & tempore Prioratus Cluniacenſis ab eo geſti.

20 *QVæ de hoc argumento continent Lectiones ſupra memoratæ, ſuis mendis non carent : nam & habitum Cluniaci ſuſceptum à Gregorio aſſerunt, & Priorem inibi electum videntur dicere, priuſquam Romano Clero adſcriberetur, quorum neutrum putamus cum veritate ſubſiſtere : quapropter digna videtur cauſa quæ hic accuratius examinetur. Vitæ auctor Paulus, Sancti hujus Pontificis primordia deſcribens, num. 6 aſſerit, quod* in pueritia avunculo ſuo, Abbati monaſterii S. Mariæ in Aventino monte, ad inſtructionem liberalis ſcientiæ & compoſitionem moralis diſciplinæ, à parentibus commendatus . . . adoleſcentiam vero ingreſſus, profectus eſt in Franciam, domiturus ibi carnis petulantiam & moleſtia peregrinationis & inſtantia eruditionis; inde poſt aliquot annos Romã rediturus, moram fecit aliquantum temporis in aula Henrici III. . . . Poſt hæc Romam reverſus, cum ſtudio perfectionis inſiſteret . . . . ingredi ſtatuit in partes Germaniæ & Galliæ; cumque veniſſet ad Aquas-pendentes, *triplici viſione prohibitus ultra pergere*, ſicque in Romanæ Eccleſiæ ſolatium revocatus, . . . Subdiaconus à Leone Papa IX ordinatus, monaſterio S. Pauli miſerabiliter deſolato prælatus eſt. *Hæc legens, Abbatem factum vides; ſed Regularis, an Secularis ſeu Commendatarius, merito dubitabis, dum in prægreſſis nihil invenis unde intelligas Monachum revera fuiſſe.* Monachum *tamen expreſſe vocat, qui ſcire optime potuit, S. Bruno Epiſcopus Signienſis, in Vita S. Leonis prædicti, dum ait*, In illis diebus erat *ibi, ſcilicet Wormatiæ & anno* MXLVII, *cum Leo Pontifex coram Imperatore deſignaretur*, Monachus quidam Romanus, nobilis indolis adoleſcens, Hildebrandus nomine, clari ingenii ſanctæque religionis. Hunc igitur beatus Epiſcopus *Bruno Tullenſis, poſtea Leo dictus*, vocavit ad ſe, & rogavit ut ſimul Romam rediret.

Quod minus diſtincte habetur ex Vita propria, B

C

21 Monachus *ergo Hildebrandus fuit, & quidem* Monachus Romanus; *utique ejuſdem monaſterii, in quo fuerat puer educatus; nec niſi Monachus tranſiit in Franciam, nec aliter eſt in aula Henrici Imperatoris converſatus : proinde monaſticorum Faſtorum Auctores, Dorganius, Menardus, Bucelinus, merito illum adſcripſere ſuis. Maxime cum Ottho Friſingenſis dicat, eum* Cluniaci Prioratus obedientiam adminiſtraſſe, *quando Leo Pontifex deſignabatur. Sed dubium eſt, quomodo id verum eſſe potuerit; ſi verum eſt, quod ſolum anno* MXLVI *tranſgreſſus eſt Alpes cum Gregorio VI; & adhuc erat* adoleſcens, *quando eum Wormatiæ ſecundo poſt anno invenit Bruno. Quid? An venerandi illi Patres, in tam grandi Abbatis ſui S. Odilonis ætate, quantam habuit moriens anno* MXLVIII *exeunte, peregrinum adoleſcentem, paucis apud ſe menſibus verſatum, Priorem ſibi conſtituerint, & mox ad aulam Imperatoris miſerint? Atqui & in aula* aliquantum temporis *actum ſcribit Paulus præcitatus, &* aliquot annos *in Francia traductos, priuſquam Romam reverteretur. Difficilis nodus : ſed qui videtur ſolvi poſſe, paulo laxius accipiendo nomen* Adoleſcentis; *& duplicem Hildebrandi profectionem trans Alpes diſtinguendo, ſic ut circa annum* MXX *natus, poſtea ætatis* XVI, *Chriſti* MXXXVI, *quando Romana Eccleſia*

Quin etiã Cluniaci Prior fuiſſe Hildebrandus dicitur:

quod ut verum ſit, oportet eum ibi annis aliquot viziſſe,

Maji Tomus VI.

diſtinctius legitur in Vita Leonis 9.

fœdiſſimis agitabatur procellis, ſub tyrannide potius quam Pontificatu Benedicti IX, migraverit Cluniacum adhuc tiro; & fortaſſis ex conſilio avunculi ſui, ne Romanæ urbis corruptiſſimis tunc moribus (ubi omnis pene Clerus aut Simoniacus erat aut concubinarius, aut etiam vitio utroque ſordebat) inquinaretur ætas tenera, & primum accenſi igniculi pietatis tam malis exemplis ſuffocarentur. Ibi ergo ſex annos vel ſeptem egerit ſub optima S. Odilonis diſciplina, donec jam ſatis notus atque probatus permiſſus eſt redire Romam, ad diſciplinam Cluniacenſem in avunculi monaſterium inducendam; prius tamen occaſione aliqua dederit ſe in aulam Imperatoris, ac tandem Romam venerit circa annum ætatis XXIV, *Chriſti* MXXXXIV. *Hic vero cum peiori omnia in ſtatu reperiſſet quam antea, duobus ſimul Papatum gerentibus, eo ſcilicet quem dixi Benedicto IX, & recens contra hunc à Romanis electo Silveſtro III; iterum deſeruerit Babylonicam iſtam confuſionem, in Galliam vel Germaniam ſe recepturus : ſed iis quas dixi viſionibus ex itinere revocatus, & in Clerum Romanum ſit adſcriptus à Gregorio VI : qui ſub idem tempus utrique Pſeudopontifici perſuaſerat male invaſo loco cedere, eoque commeritus fuerat ut ipſe in eumdem eveheretur libera electione.*

prius quam Roma Clericus fieret ſub Gregorio 6.

22 *Certe Hildebrandus ipſe, factus poſtea* Gregorius VII, *in Concilio Romano proteſtatur, dicens* : Vos ſcitis, quia non libenter ad ſacrum Ordinem acceſſi, & invitus ultra montes cum Domino meo Papa Gregorio abii : *quibus verbis ſatis aperte ſignificat ſe, priuſquam ſecunda ac paſſim notiori vice Roma abiret, extractum è monaſterio fuiſſe, ad ipſius Gregorii VI famulatum, & Romanæ Eccleſiæ Clero donatum. Quomodo autem cum ipſo Gregorio rurſum Alpes tranſierit, paucis hic videtur explicandum. Fuerat Gregorius VI, in tam præſenti neceſſitate Eccleſiæ, juſteque metu, ne Benedictus mutata voluntate ceſſionem retractaret, non præhabito conſenſu Regis Henrici, hoc nomine Regis Germaniæ Tertii, Imperatoris Secundi, ordinatus Pontifex. Cumque maximam reformandæ Eccleſiæ ſpem bonis faceret, malis vero metum; ii qui ſibi conſcii erant Eccleſiarum dignitates Simoniace poſſidere, vel fornicarie inquinare; facile animum Henrici, ſe præteritum dolentis, eo flexerunt, ut, quando Romana Eccleſia jam dicebatur tres ſimul habere Pontifices, in Italiam ipſe ſe conferret, tantum ſcandalum amoliturus in legitima Synodo Epiſcoporum. Non diſplicuit ea res Gregorio VI, nihil dubitanti, quin ſuam cauſam facile probaturus eſſet Regi, confirmandusque in Papatu. Sed longe opinione falſus eſt. Etenim, convocata Sutrii Synodo, accuſatus eſt* F *ipſe pecuniam dediſſe Benedicto, adeoque incapax fuiſſe obtinendi Papatus. Hac inopinato ſucceſſu perculſus Gregorius, videnſque Epiſcopos ad Regis votum in ſui damnationem depoſitionemque propenſos; ultro cedens, eorum arbitrio ſe permiſit; quamvis eo quod accuſabatur facto, non commiſiſſe Simoniam, ſed ſolum injuriam avertiſſe ab Eccleſia; neque emiſſe à Benedicto dignitatem, ſed eamdem ex merito à Clero Romano obtinuiſſe pluſquam veroſimiliter ſuſtineant alii; unde & à S. Petro Damiani laudatur, & Eccleſiaſtici ſtatus reformationem ab eo habuiſſe principium agnoſcunt Rudolfus Glaber, Ottho Friſingenſis, aliique. Quo poſito, ſicut Ioanni Gratiano (ita enim antea vocabatur) honori fuit Eccleſiam redemiſſe ab ea cui mancipata injuſte erat ſervitute, & ſuſtuliſſe ſchiſma quo affligebatur; ſic etiam verti laudi debet, quod videns ſuam promotionem diſplicere Principi Synodoque Epiſcoporum, licet non ſatis de cauſa informatis, renuntiare maluerit, quam à ſe conſtitutam pacem obnitendo diſſolvere.*

coactum Papatu cedere,

23 *Hac autem in tota re maximi faciendum eſt Hildebrandi, licet adhuc juvenis, judicium; quod ſenior poſtea ſummæ auctoritatis ſuffragio confirmavit, probavitque quanta etiam juvenis conſtantia fuerit. Sic enim ſcribit Ottho prælaudatus :* Hunc Gratianum, Alpes tranſcendentem, ſecutum fuiſſe tradunt Hil-

ſecutus Hildebrandus,

AUCTORE D. P.

debranduin, qui poſtea ſummus Pontifex factus, ob ejus amorem, quia de Catalogo Pontificum ſemotus fuerat, ſe Gregorium ſeptimum vocari voluit; &, ſicut in Lucano habes,

quia injuſte vexatum credebat,

Victrix cauſa Diis placuit, ſed victa Catoni;

ita & huic Hildebrando, qui ſemper in eccleſiaſtico rigore conſtantiſſimus fuit, cauſa iſta, in qua ſententia Principis & Epiſcoporum prævaluit, ſemper diſplicuit. *Ms. noſtrũ de Gratiano prædicto agens, dicit, quod poſt abdicationem* ductus extitit in Ciſpalpinis partibus; *utique ab Imperatore, novandarum rerum occaſionem ſic auferente iis, quibus intelligebat non plane probari factum. Hic ſi mendum nullum latet, dicendum erit, Gratianum & Hildebrandum ad aliquod Longobardicorum monaſteriorum ſe recepiſſe, puta S. Salvatoris juxta Papiam; quippe quod ante annos circiter ſexaginta, ex Cluniacenſis inſtitutionis forma per S. Majolum reformatum, ubique celebrabatur fama ſeverioris diſciplinæ. In eo tamen diuturna mora eiſdem fuiſſe non potuit: quia non placuit diſcedenti ex Italia Imperatori, eis Alpes relinqui Gratianum.*

cum eo ſeceſſit Cluniacum;

B

24 *Quo autem eum deduxit Hildebrandus?* In Gallias, *inquit ad an.* 1049 *Baronius*, profectus cum Gregorio VI, apud Cluniacenſes, penes quos ſciebat monaſticam vigere obſervantiam, habitavit, monachus inter monachos degens. *Addo ego*, & pridem notus hoſpes, atque omnibus pro merito eximiæ virtutis ſapientiæque cariſſimus: *ad quas ejus prærogativas cum accederet gratia auctoritaſque Gregorii, licet jam depoſiti, apud Cluniacenſes monachos pro merito ingens; mirum non fuerit, ſi eum S. Odilo Priorem conſtituerit, ſuſtentaturum vigore adoleſcentiæ (qua tamen jam attigerat ætatis annum* XXVII) *ſenectutem ſuam, ipſique Gregorio majori cum poteſtate miniſtraturum neceſſaria. Interim contigit Romæ mori, non ſolum ſuffectum Gregorio Clementem, ſed etiam Damaſum, ambos ejus nominis ſecundos, omniaque miſceri à Benedicto, iterum in Sedem Apoſtolicam regredi moliente: quare Romani optimum conſuere, legatione miſſa rogare Regem, deſignaret ipſe quem eligi à ſe Pontificem vellet. Hujus autem rei fama Cluniacum perlata, exiſtimo Hildebrandum excurriſſe ad Regem, cui jam pridem carus fuerat, ſi forte ei perſuadere poſſet reſtituere Gregorium, quem non credebat citra injuriam aliquam loco motum, ſciebatque eodem quo flagrabat ipſe reformandæ Eccleſiæ zelo æſtuare. Sed alium huic itineri exitum deſtinaverat Deus; quia per talem occaſionem venit in notitiam novi Pontificis, exeunte anno* MXLVII *deſignati; qui hominem nactus, Romanæ urbis vitia & corruptelas, non ſcientem minus, quam odientem, crediderit eum ſibi conſilio & auxilio utiliſſimum eſſe poſſe, ſi ſecum venire perſuaſiſſet.*

ac tunc primum ibi factus Prior,

an. 1047, *Wormatiæ innotuit electo ibi Leoni* 9,

C

25 *Otho Friſingenſis paulo aliter rem narrat, quaſi per Gallias iter Romam tenens noviter deſignatus Pontifex, & Cluniaco tranſiens, ibi invenerit Hildebrandum Priorem: additque, quod hic illum* adiens, æmulatione Dei plenus, conſtanter de incepto redarguit; illicitum eſſe inquiens, per manum laicam ſummum Pontificem ad gubernationem Eccleſiæ violenter introire: verum, ſi ſuis ſe credere velit conſiliis, utrumque, & quod majeſtas Imperialis in ipſo non exacerbetur, quodque libertas Eccleſiæ in electione Canonica renovetur, ſe pollicetur effecturum. Inclinatus ille, ad monitum ejus Purpuram deponit; peregrinique habitum aſſumens, & ducens ſecum Hildebrandum, iter carpit. Igitur ad Urbem uſque venientes, conſilio Hildebrandi à Clero & Populo in ſummum Pontificem Bruno, *mox Leo dictus*, eligitur. *Nihil quidem de aſſumpta Purpura habet Vita Leonis; & quoad habitum peregrini, eum ſuſceptum ait, poſt Natalem Domini Tulli celebratum. Nolim tamen propterea rejicere totam narrationem Auctoris tam antiqui, & uno ſolum ſeculo poſt rem geſtam ſcribentis; modo permittat excuſare & corrigere leve erratum in loco, & quod ille Cluniaci factum ait, actum Wormatiæ credere. Profitetur in Romana Synodo ſupra citata* Gregorius VII, *quod qui* invitus ultra montes cum Domino ſuo Papa Gregorio VI abiit, magis invitus cum Domino ſuo Papa Leone ad ſpecialem *Romani Cleri* eccleſiam rediit. *Credo autem non alia conditione conſenſiſſe in reditum, quam ſi Leo, conſilio iſti ſuo obſequens, Romam privatus ingredi decerneret, Cleri conſenſum liberum in ſui Electionem requiſiturus; quamvis id fortaſſis non erat omnino neceſſarium, ſi per compromiſſum Romanorum ipſorum arbitrium eligendi Pontificis fuit Imperatori delatum, uti exiſtimant aliqui contra mentem Baronii. Ms. noſtrum de Vitis Pontificum, de Leone agens*; Hic à Deo, *inquit* electus Pontifex ad urbem devenit Romanam, ſecum deducens Hildebrandum, qui cum Papa Gregorio ad partes illas ierat .... & ejuſdem Hildebrandi conſilio omnia in itinere & in hac civitate fecit.

D

ibi eum libera electione aſſumendum pollicitus:

26 *Sed quærat hic fortaſſis aliquis, qua fiducia Hildebrandus, ſeſqui anno dumtaxat in Curia Romana verſatus cum Gregorio, indeque jam alterum ſeſquiannum abſens, potuerit tam efficax auxilium Leoni polliceri, ad obtinendum Cleri ac Populi Romani conſenſum, nedum reipſa exhibere. Si liceat aliquid divinare, dixerim id pollicitum Hildebrandum, non fiducia propriæ auctoritatis, quam ſcire debebat Romæ fore exiguam; ſed aliena, S. Odilonis videlicet ſui Abbatis, & magiſtri ſui Laurentii Amalfitani Archiepiſcopi: quos ambos tum Romæ eſſe ſciebat, & pro egregia ſanctitatis merito maxima ibidem pollere auctoritate ac gratia. Vtrumque ex S. Odilonis Vita ſcimus. Quia cum hic Silviniaci in Gallia obiit, ultima die anni* MXLVIII *ſub noctem, necdum integer annus efluxerat quod Roma redierat. Laurentius autem (ut in eadem Vita habetur) eidem ibi agrotanti per menſes quinque maximo ſolatio fuerat, vir, S. Petro Damiani teſte*, qui potens in litteris ac biglofſus, Græce noverat & Latine; &, quod longe præſtantius eſt, laudabilis vitæ claritate pollebat, *mortuus ibidem Romæ proxima poſt mortem S. Odilonis Quadrageſima: in cujus altera & antiquiori Vita per Liziardum, idem Laurentius appellatur* vir per omnia ſanctiſſimus, in Scripturis utriuſque linguæ facundiſſimus, iſtiuſque Patris familiariſſimus: quorum uterque animus conglutinabatur individui amoris ſpiritu. *Si interrogas, Vbi, & quando magiſtrum Laurentium habuerit Hildebrandus; ex mendaciſſimo Bennonis ore diſce certiſſimam veritatem. Accuſat hic Gregorium ſextum, quod* Laurentium Romæ agentem domi ſemper retinuit, in ſuo Archipresbyterio S. Joannis ante portam Latinam; *nec dubium quin etiam in Lateranenſi Patriarchio, cum eſſet Pontifex, domeſticumque Clericum vel Secretarium haberet Hildebrandum. Hunc autem neſciremus fuiſſe Laurentii diſcipulum, niſi idem Benno, ſatanico furore contra illum actus, nos id docuiſſet; dum Baronio teſte (neque enim ipſum dignor inſpicere) in illum declamat, ut* inſignem magum, malorum omnium Benedicti IX complicem, doctorem & principem maleficiorum, qui & aruſpicinam publice exerceret, magiamque & alia id genus vetita Romæ palam cunctis diſcere volentibus profitebatur: à quo & Hildebrandus ejus diſcipulus eaſdem magicas artes, legibus divinis & humanis improbatas, didicerit. *Horum igitur duorum & aliorum forſitan eximiorum virorum, Romæ tunc pariter commorantium, operam ſibi in tanti momenti negotio procurando minime defuturam ſperans Hildebrandus; potuit quod pollicitus eſt, cum fiducia optimi ſucceſſus, ſpondere Leoni. An autem Romam advenientes ibi adhuc S. Odilonem reperierint, incertum mihi eſt; Laurentium plane debuerunt invenire.*

& in hoc fretus auctoritate S. Odilonis Abbatis ſui,

E

& Laurentii Archiep. Amalphitani,

F

cujus fuerat diſcipulus.

27 *Porro ad excuſationem Ottonis Friſingenſis, perperam Cluniaco attribuentis quod factum Wormatiæ erat, hoc etiam facit; quod minime dubitari poſſit, quin*

cui perſuaſit dimiſſa Purpura more peregrini Romam ire:

ex

A *in tranſitu adeunt Cluniacum.* *ex itinere, per Lotharingiam Burgundiamque inſtituto, Cluniacum deflexerint Leo & Hildebrandus. Secundo enim Arari commodiſſima Lugdunum via eſt: in cujus medio ad dexteram ripam eſt Cabilonenſis civitas, & duabus inde ad Occidentem leucis Cluniacum: quo Leonem quidem invitare poterat tum ſanctitas celeberrima loci, tum Gregorii Expontificis ibi alloquendi commoditas, à quo poſſet opportunißimis conſiliis informari: ipſum vero Hildebrandum eodem trahere debebat neceßitas abdicandi Prioratus, & ſtatum monaſterii conſtituendi, necdum ex Italia reverſo Odilone Abbate. Quoto deinde Leonis Pontificis anno Hildebrandus præfectus ſit monaſterio S. Pauli regendo reformandoque, nullus explicat. Viſionem ipſimet ea de re factam Paulus Bernriedenſis refert num. 8; ſimilem aliam Leoni oblatam ſic deſcribit Ms. noſtrum:* Poſtea, ad regendum, eccleſiam S. Pauli *Leo* tradidit *Hildebrando*, pro quadam viſione quam viderat: videlicet quia B. Petrum in prædicta viſione hilarem videbat, B. Paulum triſtem & turbulentũ erga ſeproſpiciebat.

§. IV. Quomodo Ordini Vallumbroſano nuper adſcriptus Sanctus hic ſit.

B *Id nunc inſertum Rom. Martyrologio, & Off. proprio,* 28 *Præmiſſa, collatis undique Auctorum teſtimoniis, ſolum habere vel per conjecturam potui de* Gregorii VII *monachatu; donec, ante non multos annos, amicus noſter Tiberius Petraccius, fui Vallumbroſani Ordinis tunc Procurator Generalis, nunc Abbas S. Michaelis Piſtorii, obtinuit à Sacra Rituum Congregatione Decretum, ſignatum* XXI *Ianuarii* MDCLXXIII, *quo tum nonnulli Ordinis iſtius Sancti jubebantur Martyrologio Romano inſcribi, tum ad elogium* Gregorii *noſtri ſupra relatum expreſſe addi, quod fuit* Ordinis Valliſumbroſæ. *Poſtea* IV *Martii ejuſdem anni, alterum emanavit Decretum, ad ejuſdem Procuratoris inſtantiam, quo approbantur conceduntur que Lectiones propriæ de eiſdem Sanctis, ac nominatim de* S. Gregorio Papa VII, *ubi dicitur, quod* cum à ſeculo alienus ſoli Deo ſervire cuperet, monaſticam vitam profeſſus, cœnobium S. Benedicti in patria ſua extruxit, ſub inſtituto Vallumbroſano, quod pridem amplexus fuerat. *Hiſtoriæ Vallumbroſanæ parens & eruderator diligentißimus Ambroſius Locatellus, centum ab hinc annis,* Gregorii VII *ſæpe meminit cum laude, tamquam ſuo Ordini optime affecti; ac nominatim cap.* 63 *eadem Italice referens, quæ in Vita mox alleganda exprimuntur Latine, de geſtis in Synodo Romana ſub Alexandro II; ubi plerique Prælati ipſeque etiam S. Petrus Damiani obſiſtebant monachis, à S. Ioanne miſſis ad Petrum Epiſcopum Florentinum Simoniæ accuſandum; exprimuntur autem his verbis:* Interea ſurrexit in Concilio quidam vir egregius & excellentiſſimus, alter quaſi Gamaliel, nomine ſcilicet Hildebrandus, Monachus & Archidiaconus Eccleſiæ Romanæ & Cardinalis: qui prius fuit Prior monaſterii Cluniacenſis Ordinis S. Benedicti, & qui poſt deceſſum Alexandri II Apoſtolica eſt dignitate præditus. Et quia placuit ſibi ut fieret defenſor cauſæ Chriſti, factus eſt poſtea Vicarius ejuſdem Chriſti, hoc eſt Papa, & vocatus eſt Gregorius VII. Qui dum eſſet Cardinalis hanc controverſiam prudenter audiens, & auctoritatem Canonum ſapienter perpendens, Monachorum in univerſis adjutor & defenſor nobiliter extitit: quos non pedetentim ratiocinando, ſed aperte atque fortiſſime defendit, contra omnium opinionem.

ſcriptoribus Ordinis antea ignotũ,

29 *Sed neque hic Auctor, neque ipſum alioſque ſui Ordinis ſcriptores antiquiores præ oculis habens Locatellus præfatus, iſto vel alio ubi res ferebat loco, dixerunt uſpiam, Ordinis Vallumbroſani monachum fuiſſe Hildebrandum. Solum cap.* 67 *invenio eumdem Locatellum narrare, quomodo idem Hildebrandus Florentiam veniens, cum prædicto Papa Alexandro, ad componendam diſcordiam inter monachos & Epiſcopum anno circiter* MLXIII; *tentandam ſibi propoſuerit S. Ioannis Gualberti patientiam, ad capiendum experimentum ſolidæ fucatæve ſanctitatis, compoſitis ad injuriæ ſpeciem verbis:* quorum tamen omnium (ſicut ipſemet poſtea retulit) memoria ei exciderit, mox atque in Sancti conſpectum venit. Quam adeo ſibi, alioquin eloquenti, inſolitam obmuteſcentiam pro miraculo accipiens Cardinalis, *inquit Locatellus*, pro indicio eam habuit Dei, ſanctitatem viri comprobantis; eumque deinceps dilexit ut fratrem, & ex ea hora adnumerari voluit filiis noſtræ Religionis Vallumbroſanæ. *Vt vera hæc eſſe probarentur omnia, ſpiritualis tamen filiationis nomen, quo nonnullis religioſis Ordinibus adſcribi ſe faciunt cujuſcumque conditionis ac ſexus fideles pii, adeo late ſe extendit, etiam ad laicos & conjugatos, ut ea ſola ratio ægre videatur ſufficere, ad aliquem Sanctum uni particulari Ordini adſcribendum ut proprium: ſic enim una eademque perſona in multos poſſet Ordines diſtrahi, & contentionum fatuarum anſam prabere, certantibus partibus, utri plus juris in ipſam competat. Ad manum exempla ſunt, ſed nihil attinet ea nunc adducere: ſolum dico, quod ſi Petraccius aliud nullum habuit fundamentum ſuæ prætentionis quam dictum Locatelli teſtimonium, infirmum illud omnino habuit. Sed prius quam id demonſtrem, exhibenda eſt quædam ipſius Hildebrandi jam Papæ Epiſtola, poſt mortem ſancti Fundatoris ſcripta hoc tenore.*

AUCTORE D. P.

videtur acceptum ex Locatello, narrante congreſſum Hildebrandi Card. cum S. Ioanne Gualberto;

E

30 Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Clericis, Monachis ac Religioſis Laicis, diſciplinam Sanctæ recordationis Joannis Gualberti Abbatis imitantibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Licet venerandæ memoriæ eumdem Joannem Patrem veſtrum ☞ corporeis oculis non viderimus: quia tamen fidei ejus puritas in Tuſciæ partibus mirabiliter reſplenduit, multo eum amore dileximus. Cujus ſanctæ converſationis quamvis vos imitatores eſſe ſtudioſos non ambigimus, ut vigor rectitudinis veſtræ ad extirpandam de agro Dominico zizaniam ſolicitius invigilet attentiuſque ferveat, paternæ vobis exhortationis verba impendimus. Vos itaque, dilectiſſimi, in quantum humana poſſibilitas permittet, vitam illius ſequentes, & vere filios ejus & heredes ſimili vos converſatione probantes, viriliter agite & confortamini in Domino & in potentia virtutis ejus. Documenta ſanctarum Scripturarum, quibus hæreticorum argumenta deſtruuntur, & fides ſanctæ Eccleſiæ defenditur contra membra diaboli, mens veſtra quotidie meditetur, & ea qua ſolet libertate in malorum confuſione erigatur. Eos autem qui in vobis confidunt, & conſilium Religionis veſtræ ſequi diſponunt, more prædicti Patris veſtri ſuſcipite, & de iis quæ ad ſalutem eorum pertinere videntur ſanctis exhortationibus inſtruite: ut non ſolũ veſtra, ſed & vos ſequentium circumpoſiti populi conſiderantes ſancta opera, glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt. Nos autem ipſum amorem, quem Patri veſtro & vobis olim impendimus, donec noſtros ſpiritus rexerit artus, exhibere deſideramus: & tanto quidẽ deinceps majori vos caritate fovebimus, quanto vos in divinis negotiis ferventiores eſſe probabimus; bus non ſolum ſpirituale, ſed & ſeculare, ſi neceſſe fuerit, auxilium, Deo adjuvante, miniſtrabimus. Vos igitur omnipotentem Dominum exorate, ut ipſe vires & facultates nobis tribuat, quatenus ſuſcepti regiminis importabile pondus poſſimus tolerare, & ſanctam Eccleſiam in ſtatum antiquæ religionis reducere. Valete.

quem non ſubſiſtere probat illius jam Papæ Epiſtola.

poſt mortem Ioannis, quæ viderit nũquam, ad Vallumbroſanos ſcripta.

F

31 *Obiit S. Ioannes Gualberti* XII *Iulii, ipſo quo Pontifex electus* Gregorius *fuerat anno* MLXXII, *paucis diebus poſt Epiſcopalem ſeu Pontificalem ejus conſecrationem, factam, ſicut infra oſtendemus, die* XXX *Iunii:*

AUCTORE D. P. *prout illa habetur in Vita compilata anno 1418,*

adeo ut hæc fuerit una ex primis Gregorii, jam Episcopum se scribentis, epistolis. Hanc autem nobis suggessit sancti Fundatoris vita, quam ex Ms. Ecgrapho Ripolensis prope Florentiam Abbatiæ, apud Reverendiss. Abbatem Ascanium Tamburinum Florentiæ asservato, habemus beneficio Illustriss. D. Francisci Redii. Vitæ illius Auctor ita de seipso in Prologo loquitur: Rogante Reverendo in Christo Patre D. Bartholomæo Abbate monasterii S. Bartholomæi de Fossato, Ordinis Vallisumbrosæ & diœcesis Januensis, ego D. Andreas de S. Ambrosio, natione civis Januensis, & humilis Prior monasterii S. Matthæi diœcesis Januensis Ordinis S. Benedicti . . . . . novissimus & tantillus inter tantos ejusdem B. Joannis discipulos, qui ejus gesta virtutes & signa descripsere, aggrediar in nomine Domini . . . . . fabricare unicum opus de scriptis dictorum discipulorum, ac etiam de aliis gestis ejusdem B. Joannis, habitis ex archiviis majoris monasterii Vallisumbrosæ, mihi traditis Florentiæ anno Domini MCCCCXIX de mense Septembris; ac etiam ex aliis gestis, habitis ex scriniis dicti monasterii S. Bartholomæi de Fossato. . . . . Sed ut dubitationis occasionem subtraham, per singula quæ describo, quibus mihi hæc auctoribus sint comperta, superius manifestavi & iterum manifesto, quia ex scriptis discipulorum suorum, quorum nomina sunt hæc: D. Acto, qui fuit Pistoriensis Episcopus; & D. Andreas, qui fuit Abbas monasterii S. Fidelis Strumensis ejusdem Ordinis Vallisumbrosæ.

ex scriptis B. Andreæ & S. Attonis,

B

32 *Egimus de* B. Andrea *jam nominato die* X *Martii, & num.* 13 *doluimus præclarum ejus opus de Sancti Ioannis vita modo nuspiam reperiri. Sicut tamen S. Arialdi Martyris Vita, ab eodem conscripta, & a nobis danda* XXVIII *Iunii, feliciter hoc seculo emersit in lucem; ita speramus illam quoque alicunde prodituram è tenebris, prius quam sub manus nostras veniat Iulius. Iste autem Andreas, vivente adhuc Sancto Fundatore florebat, in expugnandis Simoniacis,* B. *Arialdi Martyris apud Mediolanenses adjutor fidelis, anno* MLX. S. Acto, *sicuti jam vidimus ad ejus Natalem* XXII *hujus mensis Maji, mortuus anno* MCLV, *& circa* MLXX *primum natus, nulla ratione potuit viventis sancti discipulis adnumerari; sed sua accepit ex illis, ac nominatim ex B. Theuzone, uno ex primis qui usq; ad annum* MXCV *dicitur vitam propagasse, ac nonnulla de Vita Sancti Patris mandasse litteris. Hic vero* Theuzo, *prout ejus verba allegantur ex veteri traductione Italica anni* MCCLX, *existente in archivio Vallumbrosano, non* Hildebrandum, *sed* Gregorium Cardinalem *nominat, cui res superius narrata usuvenerit: pro quo si* Hildebrandum S. *Atto constituit, ratus per anticipationem* vocari Gregorium, *ex propria id fecit conjectura, eaque minime solida; cum Gregorius Papa profiteatur, quod Sanctum* corporeis oculis non viderit *umquam. Alphonsus quidem Ciacconius, in Vitis Pontificum & Cardinalium, ejusque recognitores amplificatoresque Victorellus, Vghellus, Oldoinus, pro anno* MLXIII, *in quem incidisset congressus iste cum S. Ioanne, nullum nobis exhibent* Cardinalem Gregorium. *Sed cum certum sit multos ab iis medio isto ævo prætermissos, quorum notitiam non fuerunt assecuti, quod vel sola supplementorum identidem adjunctorum copia probat; nihil obest quo minus cogitemus, sub Alexandro Papa II, inter Cardinales revera fuisse* Gregorium *aliquem, necdum aliunde notum: quod centum post annis non discernens S. Atto, male supposuerit Hildebrandum Cardinalem, dictum in Pontificatu Gregorium.*

quorū prior fuit discipulus Sancti,

posterior sua sumpsit ex ejusdem discipulo B. Theuzone:

Hic vero non Hildebrando, sed Gregorio Card. congressum adscribit.

C

33 *Interim manifestam contradictionem, verborum Attonis & Locatelli, cum ipsiusmet* Gregorii *assertione, agnoscens Didacus de Franchis Ripolensis Abbas, in Historia S. Ioannis Gualberti, sub annum* MDCXXXVIII *libris duodecim Italice vulgata; alibi quidem, notatis ad utrumque marginem accurate locis verbisque Auctorum, fidem suam liberat; in libro autem undecimo, tractans præcitatum argumentū, & in extimo margine adnumerans Italica verba Theuzonis, ubi* Gregorii *meminit; in altero, Latina verba Lectionum propriarum anno* MLCXXIV *editarum, in quibus* Hildebrandi *nomen exprimitur; omittit omnia, ex quibus intelligi posset, in conspectum Sancti revera objurgatorem præmeditatum venisse. Imaginatur autem sibi Auctor iste, quod Cardinali, præordinata verba recolenti privatim apud se, eorum exciderit memoria; postea vero eumdem petito alloquio frustratum esse, eo quod Sanctus nemini se conspiciendū tunc temporis præberet, sed omnia per internuntios & litteras ageret. Quod sane pro eo rerum articulo, quo geri personaliter tam difficilia negotia debuissent, incredibile videtur, nullo id veterum asserente. Tum Auctor, interrupta quæ dixi S. Attonis verba Latina resumens, in margine pagina* 429, *illo citato hæc habet:* Deinceps tantus inter utrumque firmatus est amor, quantus inter amicos carissimos & uterinos solet esse germanos.

D

Didacus de Franchis aliter conatur nodum solvere,

34 *Habes fontem filiationis, à Locatello primum excogitata gratis, à Petraccio magis etiam gratis sic accepta, & in Lectiones Martyrologii Matutinique officii inducta, quasi* Vallumbrosanum institutum pridem amplexus *tenuisset Hildebrandus. Quam autem* pridem? *Audi iterum Lectiones:* Monasticam vitam professus, cœnobium S. Benedicti in patria sua extruxit sub instituto Vallumbrosano, quod pridem amplexus fuerat, deinde profectus in Galliam in monasterio Cluniacensi permansit. *Roma ergo, adhuc totus juvenis ac pene puer, Vallumbrosanum institutum amplexus est Hildebrandus, ante annum* MXLVI, *si amplexus est umquam. Atqui nullum Vallumbrosani instituti monasterium eo seculo Roma habuit: quod autem nunc habet sub titulo S. Praxedis, primum Vallumbrosanum esse cœpit circa annum* MCLXX, *si recte tempus quadringentorum annorum subduxit. Onuphrius Panvinus, in libello de præcipuis Urbis ecclesiis edito sub annum* 1570. *De monasterio Soanensi (quod à tam juvene fundatum fuisse nemo prudenter crediderit) agens prælaudatus Didacus de Franchis lib.* 8 *pag.* 253, *ad extremam Ioannis ætatem refert acquisitionem loci suburbani de Calvello dicti, quem Eremitæ pauci tunc habitabant; & ubi ædificata paulatim Abbatia prædicta, anno denique* MCCCCXCVI *intra civitatem translata est, reductis eodem Eremitis. Cum autem hujus loci meminit Didacus, non obliviscitur annotare, quod* Soana *sit* patria famosi monachi Hildebrandi: *addit & traditionem incolarum esse, (nā scripturas sub annum* MDL *incendio dicit periisse) quod sua præsentia locum aliquando dignatus sit ipse S. Ioannes: & credemus de fundatore Hildebrando nil dicturum fuisse, si vel eminus quidpiam subolfecisset?*

sed nec ipse nec Locatellus Soanensis Abbatiæ fundatorem facit Hildebrandum,

E

F

35 *Universim vero, quod ad Gregorium Papam VII, Vallumbrosanis Sanctis adnumerandum, attinet, præfatus Didacus lib.* 9 *pag.* 293 *aliam causam non assignat, quam* obsequii & gratitudinis, quia S. Joannem Gualbertum canonizavit, & primum Ordini Cardinalem dedit S. Petrum Igneum: eodem plane modo, quo Ordo Vallumbrosanus conservat honoratam memoriam Victoris Papæ II, similem ei quam retinet Beatorum suorum; non pro cultu sanctitatis, sed pro obsequio gratitudinis; propterea quod primus ille fuerit, qui noviter natam Congregationem Apostolicis Privilegiis communivit. Sed hanc piam, *inquit ille,* & honestam consuetudinem non satis cognitam habentes extraneorum aliqui, vitio nobis inconsiderate vertunt; attribuentes ipsam desiderio immodico augendi numerum illustrium apud nos personarum. *Bene sit animæ Scriptoris, candidissimi simul & diserissimi; qui citra præjudicium veritatis, scivit mentem Ordinis,* Gregorium & Victorem *appellantis suos, sic explicare, ut eam nec ulterius extendi per ignorantiam patiatur, nec aliis obligationem inducat Vallumbrosani Ordinis titulum attribuendi iis, quos, quia consueta Professionis vinculo ipsi non fuisse adstrictos sciunt, absque*

& tantum propter alia beneficia,

solo gratæ obsequii titulo Vallumbrosanis jungi fatentur.

A *absque ejuſmodi titulo appellare malunt, propter periculum ambiguæ ſignificationis in vulgo, titulum ejuſmodi acceptaturo ſecundum magis obviam ſtrictioremque notionem. Interim per illam tam ſinceram Didaci confeſſionem, non ſolum intelligimus, quo ſenſu præcitata verba apponi Martyrologio & in Lectionibus recitari petierit* Petraccius, *& ſacra Rituum Congregatio approbarit; ſed habemus viam expeditam & commodam, ad explicandas innumeras tricas, nobis objectas ſapius ſapiuſque objiciendas ab iis, qui dolent quod inhærentes communiori vocum in vulgo uſurpatarum acceptioni, eos omnes Sanctos non proferamus ſub titulo ſui Ordinis, quos illi quacumque ratione adſcribendos ipſorum majores æſtimaverunt; quoſque in propriis cuique Ordini Officiis privatim ſic tribui, indulget potius quam mandat Eccleſia. Sicut autem neque amiciſſimus nobis* Petraccius, *neque Vallumbroſani Monachi, quorum hoſpitio liberali nos olim uſos caritateque mirabili adjutos gratanter meminimus, non ſuccenſebunt mihi, quia ſuam mentem hic explicui: ſic opto ut alii quicumque Religioſi nos habeant excuſatos, quoties abſque ſui Ordinis titulo agimus de aliquibus Sanctis, de quibus ipſi, vel ex antiquo uſu, vel ex recentiori Congregationis ſacræ indulto, Officium recitant tamquam de ſuo, quando titulus iſte nobis minus certus exploratuſque eſt. Quoniam vero non eſt ab omnibus ſperanda ea moderatio, qua Vallumbroſanos Patres hæc lecturos confidimus; conveniet ut talis omiſſionis cauſas ſubinde reticeamus, neque ad eas proferendas invitos velit cogere quiſquam; ne poſtea quam eas protulerimus, ſero pœniteat importunitatis male conſultæ, velintque eam quæſtionem numquam motam contra nos fuiſſe. Vnum addiderim, quod, hiſce jam ad prælum poſtulatis, venerit epiſtola Don Placidi Poltri Vallumbroſani, neſcio quid novæ probationis pollicens, quod libenter in Appendice poſt Tomum 7 danda expendam, & quatenus potero etiam ſequar: proinde dicta hactenus accipiantur citra præjudium ſententiæ, aliquando forte melius, quam nunc uſque ſit factum, comprobandæ.*

Neque nec reprehendere volumus nec imitari decernimus,

& eandem excuſationem etiam apud alios ſimili in caſu prævendimus.

B

§. V Stemma ſancti Genealogicum, ejuſque ordinatio Epiſcopalis.

Abbas Petraccius Ord. Vallumbroſani,

C

36 *SVperiori Paragrapho ſæpe mihi memoratus Reverendiſſ. Abbas* Petraccius, *de ſuo Ordine ſimul ac* S. Gregorio *non ſolum mereri bene ſtuduit, quod explicato jam ſenſu ipſum huic innexuerit, per additiones factas ad Romanæ Eccleſiæ Martyrologium & ſuæ Congregationis Breviarium, favente ſibi in his omnibus, & difficultates magnas ſuperare faciente Cardinali Bona, cujus judicio rem commiſerat ſacra Rituum Congregatio; ſed omnes etiam ingenii atque ſtudii ſui nervos intendit, ut Sanctorum, novis Officiis ad ipſius inſtantiam donatorum genus quam clariſſimum fuiſſe, oſtenderet; ipſoſque inter ſe, non ſpirituali magis profectu ſimiles, quam proſapia carnali conjunctos. Scrutatus ergo latebras archivi rum, ſtemma eorumdem genealogicum texuit, quod ut huic loco inſererem obnixis à me precibus rogavit; Florentina nobilitatis judicia explorare cupiens in noſtro opere, interim dum ſuum luci parat Tractatum, in quo productis veterum inſtrumentorum tabulis comprobetur veritas graduum ſingulorum, quoad affinitatum nexus & conſanguinitatis progreſſus. Non erat nobis tam propinqua præla dies* XXV *Maji, quam ſibi perſuadebat iſta ſcribens* Petraccius, *vixdum inchoatâ annis ab hinc decem impreſſione primi Tomi; ſed prius quam huc veniretur abunde fuit temporis, ut ille ſuum interim tractatum ederet. Hoc autem cum non fecerit; & eruditi Florentiæ viri, quibuſcum ſchema prædictum communicavi, reſponderint, plus eo ſibi videri pollicitum Auctorem quam ſolide poſſit comprobare; nec ego conſultum puto, locum ei dare in opere noſtro, & ſumptus facere in calaturam genealogicæ arboris, parum firmis forſan radicibus nixæ.*

37 *Liceat tamen uerbo indicare prætenſæ à* Petraccio *Genealogiæ ſeriem. Præſumit ille, Aldobrandeſcam gentem, in Hetruria nobilem, quæ nunc nominari deſiit, deficientibus maſculis, mulieribus autem in Vrſinam & Sforziam familias innubentibus, ex Carolingico Francorum Regum ſtemmate fluxiſſe; in eademque Domo frequens nomen* Hildebrandorum, *indeque eo ſeculo quo cognomenta firmari, in familiis nobilioribus cæperunt,* Aldobrandeſcorum *cognomen natum: pro anno autem* DCCCCXLVIII *producit quemdam* Hildebrandum, *Theuzonis filium, qui Comes Soanenſis ſimul & Tuſcia Marchio, genuerit* Willam, *matrem* S. Joannis Gualberti *Vallumbroſanorum Fundatoris; &* Bonizonem, *anno* DCCCCLXXIX *Comitem Pitilianenſem ac Soanenſem, patrem* S. Gregorii Papæ VII; *adeo ut conſobrini inter ſe fuerint Sancti illi duo, Abbas & Pontifex. Ex eodem porro Bonizone* Petraccius *facit naſci* Deſiderium, *Comitem Soanenſem, à quo genitus ſit* S. Petrus Igneus *ex Ordine Vallumbroſano Cardinalis, defunctus anno* MLXXXVIII, *die* VIII *Februarii; &* Aldobranda, *mater* S. Bernardi, *ex eodem Ordine Epiſcopi Parmenſis & Cardinalis, defuncti anno* MCXXXIII, *die* IV *Decembris. Ita ille. Aliâ deinde ſchematis ejuſdem parte,* S. Gualberti *paternum genus ducit à quodam* Schiava, *Comite Vallis-Peſciæ, ex Longobardonum Regibus orto;* Bernardi *vero Sancti, ex* Ubertis; *familia (ut Ricordanus aliique volunt) ab antiquis Romanis propagata; licet recentius nomen ſit, tractum ab* Uberto *aliquo nominis ejus primo, qui ſeculo* X *vixerit. Penes aſſertores probatio ſit iſtarum tam antiquarum originum: Petraccio incumbit documenta proferre, quibus Sanctorum* Joannis Gualberti & Gregorii VII *proceſſio à Comitibus Soanenſibus, & cognatio tam propinqua, probentur. Nam quidquid ſit de ſancto Abbate, quem nobili genere natum extra controverſiam eſt; de Pontifice vereor ut* Petraccius *aliud fundamentum habuerit, ipſum ad* Aldobrandeſcos *trahendi, quam quæ hi genus ſuum referunt ad Hildebrandos Soanæ Comites, Soanæ autem ille natus dicitur, &* Hildebrandi *nomen in baptiſmo tulit. Sed novum non eſt ea nomina, quæ Principibus familiaria ſunt, inter eorumdem ſubditos, quantumvis ignobiles, frequentari intuitu ſuorum Dominorum, aut alia ex cauſa.*

AUCTORE D. P. *Fundatoris ſui S. Joan. Gualberti Conſobrinus facit Gregorium, & filium Comitis Soanenſis.*

patruum ac propatruum SS. Petri & Bernardi Cardinalium.

38 *Cardinalis Baronius ad annum* 1073 *num.* 15 *de* Hildebrando *jam electo Pontifice acturus, cum dixiſſet, quod* alii Soanenſem, alii Senenſem fuiſſe tradunt, *(quorum ſententias facile conciliabit, cum auctore Faſtorum Senenſium, qui Senenſi ditione Soanam contineri intelliget)* humili loco natum *aſſerit,* parente fabro: quod ignominiæ, *inquit,* cauſa adverſarios ei objeciſſe comperimus; cum ex hac parte magis laudandus eſſet, quod evidentiora in eo ex his eluceſcerent veri Apoſtolatus ſigna; ſiquidem Apoſtolus dicat; Videte vocationem veſtram, Fratres, quoniam non multi potentes, non multi nobiles; ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret, ut non glorietur omnis caro in conſpectu ejus. Hæc Apoſtolus; cui alioqui ſuperbe nimis reſpuat humanus faſtus illum natalis titulum, quo Deus filium ſuum hominem factum voluit inſignire, ut fabri filius diceretur. Addunt vero iſta de fabri filio, quod cum puer luderet ad pedes patris, ligna dolantis; ex rejectaneis ſegmentis, cum neſciret litteras, caſu elementa illa formarit, quibus ſimul conjunctis illud Davidicum exprimeretur oraculum, Dominabitur à mari uſque ad mare; quo ſignificaretur, manum pueri ductante Numine, ejus fore ampliſſimam in mundo auctoritatem. *Ita* Baronius; *ſed nullum nominatim Auctorem vel in margine laudans: eadem vero in Lectionibus Officii proprii ſic narrantur, ut generis ejus ignobilitati non ſuffragentur. dicuntur enim eveniſſe,* cum parvulus ad pedes fabri, ligna dolantis, jam litterarum inſcius, luderet, *non* ad pedes patris fabri; *quin potius nobilitati minime vulgari favet. quod in Mſs. noſtris Vitis Pontificum,* Nepos Gregorii Ruſticus, Præfectus Septem ſoliis, *ad inſtar arcis munitæ*

accenſetur fabri filium facis,

idque ei ad laud. in vita Baronius,

F 1 Cor. 1, 28

Pſ. 71, 8

TORE D. P.

munitæ domui, eandem tenuisse dicatur contra obsidentem eam machinisque admotis quatientem Henricum Imperatorem; cujusmodi officium non videtur plebejo homini committendum fuisse, Taceo de Avunculo Abbate monasterii S. Mariæ in Aventino, *de quo Vita num. 6; licet enim generis clarioris ratio non parvæ considerationis semper fuerit etiam in monasticarum Præfecturarum collatione; minus tamen usitatum est ad eas provehi etiam infimo loco natos, quam stirps non dederit claritatem, moribus, meritis, aut litteris conferentibus.*

Ordinatus est Gregorius non 2 Febr. an. 1074

40 *A primo* Gregorii *in terris Natali, transeo ad alterum sanctiorem in Cathedra, quem more institutoque majorum annue eum celebrasse dubitandum non est. Dubitari tamen potest, quo die eum celebraverit, eo quod Lambertus Schaffnaburgensis, illius ipsius temporis scriptor, ad annum* MLXXIII, *quo electus Pontifex Gregorius est, die (ut ex decreto habetur)* x Kalendas Maji, *dicit, quod Regis consensum præstolans, primum ordinatus fuit* anno sequenti in purificatione S. Mariæ. *Cum Acta Pontificalia apud Centium Camerarium asserant, quod* Rex; *mox* ut electionis veritatem cognovit, assensum præbuit; & Gregorium Vercellensem Episcopum, Italiæ regni Cancellarium ad urbem transmisit, quatenus auctoritate regia electionem ipsam confirmaret, & consecrationi ejus interesse studeret: quod sine dilatione factum est. Nam infra Octavam Pentecostes in Presbyterum Hildebrandus ordinatus est, & in Natali Apostolorum in Romanum Pontificem consecratus. *Pentecoste illius anni, qui Pascha habuit* XXXI *Martii, & litterum Dominicalem* F, *celebratum fuit* XIX *Maji: Natalis vero Apostolorum cecidit in Sabbatum. Videri autem posset ex peculiari electione ipsius sancti Pontificis assumptus is dies, cum alioqui soleret in Dominicis Pontificum consecratio fieri; quia meminerat, quod ipsum Apostolorum Princeps Petrus* ab infantia sub alis suis singulari quadam pietate nutrivit, & in gremio suæ clementiæ fovit; *uti antea ad Saxonia Principes scripserat. Dominicam tamen expectatam ex more fuisse; qua Commemoratio specialis S. Pauli agenda erat, continuato quodammodo festo Natalis Apostolorum, persuadet Epistola ejus* XII *in Registro, per quam* Gregorius, in Pontificem Romanum electus, Guilielmo Papiensi Episcopo salutem in Domino Jesu Christo *scripsit, ipsomet die* III Kalendas Julii, Indictione undecima. *Quod autem nec uno quidem die serius facta sit Consecratio, quam* XXX *Iunii; probat sequens epistola, quâ*, datâ secundo Kalend. Julii, Indictione *similiter* undecima, Gregorius, *jam non amplius* in Romanum Pontificem Electus, *sed (mutato de more stylo)* Episcopus, servus servorum Dei, Manassi Remensi Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem impertivit.

Ad 30 Iunii an. 1073.

A quo die etiam cœpit Pontificatus annos numerare.

41 *Non habuit hic Pontifex in usu id, quod Clementem Papam III cœpisse, & Cælestinum Papam similiter III constanter videmus observasse, centum post hac annis, ut sui Pontificatus annos adnumeraret subscribendis epistolis, saltem in Registro; nec aliarum extant exempla, quibus pleniori forma subscribentes S. R. E. Scriniarii sive Cancellarii, illum & alios temporis characteres apposuere: proinde non possumus ex iis demonstrare, quod idem* Gregorius *annorum suorum Pontificalium initium ducere sit solitus à* XXX *Iunii. Credere tamen possumus, eum in hoc quoque secutum morem decessorum suorum; adeoque Pontificatui ejus, tunc primum inchoato cum cœpit esse Episcopus, solum adscribendos esse annos* XI, *menses* X, *dies* XXVI. *Hoc autem modo præcedentium omnium Pontificum spatia numeramus, in nostra de Pontificum Romanorum Chronologia tractatu, tandem nunc edito; simulque observamus Dominicam diem, ut Ordinationibus faciendis antiquitus præscriptam: & hac duplici regula expediendas speramus infinitas historiæ ecclesiasticæ difficultates, quæ Baronianam circa Pontifices chronologiam, ubi neutra regula tenetur, identidem perturbant implicantque.*

42 *Dilata usque eo Ordinationis causam, non absque aliqua veri similitudine, videtur prænemoratus Otho Schafnaburgensis satis idoneam proponere, dum scribit, quod intellecta Gregorii electione,* & quo modo zelo Dei ferventissimus erat, Episcopi Galliarum protinus grandi scrupulo permoveri cœperunt, ne vir vehementis ingenii & acris erga Deum fidei, districtius eos pro negligentiis suis quandoque discuteret: atque ideo communibus omnes consiliis Regem adorti, orabant, ut electionem, quæ ejus injussu facta esset, irritam esse decerneret; asserentes, quod nisi impetum hominis prævenire maturaret, malum hoc non in alium magis quam in ipsum Regem redundaturum esset. Statimque Rex à latere suo Eberhardum Comitem misit, qui Romanos Proceres conveniens, causam ab eis scisciteretur, quare, præter consuetudinem majorum, Rege inconsulto, Romanæ Ecclesiæ Pontificem ordinassent; ipsumque, si non idonee satisfeciisset, illicite accepta dignitate abdicare se præciperet. Is veniens Romam benigne à prædicto viro susceptus est: cumque illi mandata Regis exposuisset, respondit, se, Deo teste, honoris hujus apicem numquam per ambitionem affectasse: sed electum se à Romanis, & violenter sibi impositam fuisse Ecclesiastici regiminis necessitatem: cogi tamen nullo modo potuisse, ut ordinari se permitteret, donec in electionem suam tam Regem quam Principes Teutonici Regni consensisse, certa legatione cognosceret: hac ratione distulisse adhuc Ordinationem suam & sine dubio dilaturum, donec sibi voluntatem Regis certus inde veniens nuntius intimaret. Hoc ubi Regi est nuntiatum, libenter suscepit satisfactionem; & lætissimo suffragio, ut ordinaretur, mandavit.

Quæ pro longiori Ordinationis dilatione habet Lambertus Schaffnab.

satis commode conciliantur cum veritate

43 *Nescio quam procul aut prope Roma tunc Rex abfuerit, adeoque nec definire possum, utrum intra decem illas hebdomades, quæ inter Electionem Ordinationemque fluxerunt, toties potuerint commeare nuntii, quoties opus est ut Gregorius expectaverit, donec post reditum prædicti Comitis novos à Rege nuntios acciperet. Sed neque id opus fuisse video: siquidem prælaudata ex Vaticano Archivio Acta habent, quod* altera die *ab Electione*, apud se ipsum solicita mente pertractans, ad quam grave periculum sit adductus, æstuare cœpit ex nimio dolore. Sed cum excusationem de relinquendo Papatu non invenisset, nuntios ad Regem Henricum celeriter destinavit, per quos & electionem super se factam aperuit, & ne assensum præberet attentius exoravit; quod si non faceret, certum sibi esset, quod graviores & manifestos ejus excessus nullatenus impunitos toleraret. *Rem ergo sic gestam existimo, ut* Gregorii *nuntios præcucurrerit (ut fit) fama Electionis, eamque secutæ vel mox secuturæ Ordinationis, eo quod Romanus populus dilationem nullam videretur pati velle (sicut ex responso* Gregorii *ad Comitem satis intelligitur) & Episcopis Gallicanis, qui tum forte ex Burgundia & Lotharingia in Regis Curia aderant, regiæ auctoritatis neglectum pro certo exaggerantibus, missus Comes sit; quo digresso supervenerint nuntii cum epistolis, falsi arguentes famam prædictam; ideoque non expectato Comitis reditu, missum mandatum ad Vercellensem Episcopum, ut Ordinationi Pontificiæ curaret interesse: quod hic sine mora faciens, advenerit Romam decima post Electionem hebdomade, citius forte quam Comes ad Regem potuit rediisse. Atque hoc modo, etiamsi Rex fuisset in intima Germania, potuerunt esse facta omnia quæ utrimque narrantur. Vnde autem Lambertus diem* Purificationis *acceperit, ignoro: erasse, certis documentis convici, quod satis est.*

ex Actis Mss. deducta.

VITA

VITA

Auctore Paulo Bernriedenſi, Canonico Regulari.

CAPUT I.

Nomen Hildebrandi & huic conformia ignis miracula circa, ipſum oſtenſa. Acta uſque ad annum 1052.

Hildebrandus nominatus,

I Gitur Gregorius ſeptimus, ſuper quem verè primi Gregorii requievit ſpiritus, natione Tuſcus, *a* patrem habuit nomine Bonicum, & ipſe Hiltebrandi ſortitus eſt in baptiſmo vocabulum, non ſine grandi præſagio futurorum. Hiltebrandus *b* enim Teutonicæ linguæ vernacula nuncupatione Peruſtionem ſignificat cupiditatis terrenæ, qualem Pſalmiſta ſibi divinitus impertiri precatur, dicens Pſal. xxv Proba me, Domine, & tenta me; ure renes meos & cor meum. Aptè verò in baptiſmo datum eſt hoc men, dicente Joanne Baptiſta Marci 1. Ego quidem vos baptizo in aqua in pœnitentiam; qui autem venturus eſt poſt me, fortior eſt me, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe baptizabit in Spiritu ſancto & igne. De hoc igne ipſe Salvator ait Lucæ 12, Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut ardeat? Quoniam ergò vir iſte ignito eloquio Domini repulſurus erat à domo Dei ignita jacula inimici, non incongruè prætulit incendium appellatione, quod exhibiturus erat ferventiſſima caritatis & veritatis atteſtatione.

variis in igne prodigiis

2 Habemus adhuc firmiores in eo divini fervoris præmonſtrationes, ex quibus eum quondam Eliæ Prophetæ aſſimimilavinus, cum fortè Iſidorum de ortu & obitu Prophetarum legeremus. Ibi enim, ſi memoria non fallit, caput Eliæ recens nati globo ignis traditur illuſtratum; ad præſignandum videlicet divinæ æmulationis ardorem, quo tandem inflammandus erat contra prævaricationes peſſimorum Regum, atque ſeductiones pſeudoprophetarum. Simili modo ex Gregorii ſive Hiltebrandi parvuli veſtibus ſcintillæ ignis viſæ ſunt emicuiſſe, ad prænotandum ſine dubio ſancti zeli fervorem, quo & ipſe igniendus erat contra graviſſimas inſolentias Henricianæ veſaniæ, & contra intolerabiles effrænationes Sacerdotalis incontinentiæ. Hanc autem ſcintillarum viſionem ſæpius oſtenſam, primitus in eo Cluniacenſis monaſterii Pater S. Majolus *c* fertur adnotaſſe, atque illud B. Joannis Baptiſtæ adaptaſſe, Iſte puer magnus erit coram Domino. Denique ut cunctas viſiones ignis, quas de eo comperimus, ſine intermiſſione commemoremus; viſa eſt etiam de ipſius capite quodam tempore flamma procedere, ad expreſſiorem ſimilitudinem Eliæ, ſi ætatum fulciremur cooperatione. Verum, ſicut illud propheticæ increpationis prodigium contigit in infantia; ita iſtud Apoſtolicæ examinationis oſtentum accidit in ætate perfecta.

mirabilis præſignatur;

anathema ab eo latum contemnens

3 Fuit & in hoc aliqua ſimilitudo Eliæ, quod contemptus à quodam calumniatoreter, ribiliter vindicatus eſt cæleſti igne. Nam cum eſſet Archidiaconus anteceſſoris ſui Alexandri; pauper quidam intolerabilem ſuſtinens ſibi hereditatis ablatæ injuriam, ab iniquiſſimo & metuendæ potentiæ viro, flebilem querimoniam detulit Pontifici Romano. Verum, cum propterea ſibi quoque damnum ab animo irreverenti & infrunito ſubeundum formidaret, & juſta ſententia miſericordiam ſublevare trepidaret; juſtus Hiltebrandus, quaſi leo confidens, cum primum Pontificem ad exerendum ultionem excitare & confortare tentaſſet, ſed eum à puſillanimitate ſpiritus nequaquam liberare prævaluiſſet; ſibi vicem illam miſericordiæ & veritatis committi poſtulavit. Qua protinus accepta, ſententiam anathematis in prædonem dedit. At ille, vel non habens, vel erubeſcens habere videri timorem tanti judicii; cum exinde tertia die, ſolito [more] exultantis vel inſultantis equeſtrem militiam inter commilitones ventilaſſet; ſubito fulminis ictu percuſſus, veluti durus Pharao, in ſtagno ignis ardentis ſubmerſus eſt.

A. PAULO BERNRIE

fulmine proſternitur.

ſomniat ſibi ex ore flammā prodire,

4 Interea vidit illud famoſum ſomnium, Pontificalis excellentiæ & efficaciæ vaticinium, quod ſcilicet ex ore ejus ignis exiret, qui totum mundum igniret; haud dubium, quin ille ignis, quem Dominus Jesus Chriſtus miſit in terram, & voluit vehementer accendi. Verùm non ſic impii interpretati ſunt, neque ſic malignantes experti ſunt. Nam quia Spiritum ſanctum blaſphemaverunt, eumque in ſervo ſuo arguentem de peccato, Infernalem titionem vocaverunt: juſti Dei ultione, irremiſſibili delicto obligati, perpetuam miſeriam malignæ appellationis inciderunt: & mirum in modum, quod piis erat ſalutiferum, impiis factum eſt mortiferum. Hic ſuccedit miraculum, non ſolum Eliæ, ſed etiam juſti Abel, & ſapientiſſimi Salomonis, nec non & aliorum Patrum exemplis glorioſum, quorum videlicet libaminibus illapſa eſt per ſpeciem ignis gratia ſancti Spiritus. Domino namque auctore ſublimatus in ſpecula Apoſtolorum Petri & Pauli, cum in univerſam terram produceret ſonum eorum, & in fines orbis terræ diſſeminaret verba eorum; moderni Neronis, ſcilicet quarti Henrici Regis, cujus flagitiis & facinoribus omnis prædicatio veritatis, velut ignis urens, intolerabilis erat, graviſſimam contra ſe perſecutionem commouit: ideoque neceſſitate compulſus fugere de civitate in civitatem, Chriſtianiſſimæ Comitiſſæ Mathildis tutelam ad tempus expetiit. Cumque apud eam in pace factus eſſet locus ejus, & habitatio ejus in Sion, hoc eſt in ſpecula divinæ contemplationis; recurrente temporũ rota, fortè imminebat dies maximè dedita Pontificalibus officiis, quæ nuncupari ſolet Cœna Domini. Hanc ergo celebraturus, adiit Abbatiam, vocabulo *d* Nonantulam, ſanctorum prædeceſſorum ejus Silveſtri & Adriani patrociniis glorioſam. Ibi nempe ſacroſanctis inſiſtens miniſteriis, cum jàm conſummaret ſanctificationem Chriſmatis, ſubitò cælitus inflammante benedictum liquorem clara ſpecie ignis, conglorificatus eſt antiquis Patribus ſigno divinæ acceptionis.

quæ & ſanctificanti allabitur,

5 Sed jam congruum videtur, miracula de igne in mirabili extinctione ignis finire, quæ in Chronicis venerabilium virorum hac occaſione legitur acciſſe. Cum prædictus Henricus Romanæ civitatis mœnibus hoſtili manu aſſediſſet, & ob hoc ignem quodam loco injeciſſet, ut populo à tutandis propugnaculis ad avertenda combuſtionis pericula converſo, ſine prohibitione irrumperet; intelligens hanc verſutiam fortiſſimus in fide Chriſti Gregorius, ſignum Crucis appinxit; & velut Tiberis inundantiam effunderet, incendium protinus extinxit, plebemq; ad propugnacula defenſanda redire præcepit.

& ad ejus preces extinguitur.

6 Nobis etiam redire placet ad commemorandam pueritiam ejus, in qua avunculo ſuo Abbati monaſterii ſanctæ Dei Genetricis Mariæ in Aventino monte, ad inſtructionem liberalis ſcientiæ & compoſitionem moralis diſciplinæ, à parentibus commendatus, in brevi oſtendit ſpectabiles flores utriuſque nutrimenti. Jam verò adoleſcentiam ingreſſus, profectus eſt in Franciam, domiturus inibi carnis petulantiam & moleſtia peregrinationis & inſtantia eruditionis.

aliquamdiu in monaſteriis,

A. PAULO BERNRIE

Inde poſt aliquot annos Romam rediturus, occulta Dei præparatione, moram fecit aliquantum temporis in aula Henrici III; ut quia ſublimandus erat in culmine Sacerdotii, profectus ejus manifeſtus fieret omnibus ex alta ſpecula regni. Hinc ipſe Imperator ajebat, numquam ſe audiſſe hominem, cum tanta fiducia Verbum Dei prædicantem. Probatiſſimi quoque Epiſcoporum reipublicæ conſulentium, admirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ejus.

ium in aula verſatus

Romam redit,

7 Poſt hæc Romam reverſus, cum ſtudio perfectionis inſiſteret, & accepta divinitus talenta intellectus, atque operationis duplicare ſatageret, torpentes domeſticos ſenſit inimicos, & illud veritatis elogium probavit; Nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua. Proinde parcere volens invidiæ, & majorem caritatis fructum quærere ingredi ſtatuit in partes Germaniæ & Galliæ. Cumque veniſſet ad *f* Aquas pendentes, apparens ei in viſione B. Petrus, qui jam aſcenſiones ejus in Cathedram ſuam diſponebat, prodire eum ulterius prohibebat. Ipſe autem fallacem exiſtimans imaginem, à propoſito itinere non reflexit. Item ſecundæ noctis ſimilem viſionem præterivit. Tum verò tertia nocte cum maximo terrore ingerens ſe facies Apoſtolica, graviter eum luiturum, ſi non reverteretur, intentavit; ſicq; eum in Romanæ Eccleſiæ ſolatium revocavit.

Luc. 4

f

& diſcedere prohibetur.

B

Subdiaconus, ordinatus,

8 In diebus illis, mortuo *g* Damaſo ſecundo, ſucceſſit nonus *h* Leo; qui, laudabilis viri prudentiam & ſanctitatem ex corde veneratus & amplexatus, ejus per omnia conſilia ſuſcepit; & hæc eorum concordia plurimum in agro Dominico ſpinis erutis fructificavit. Interea Subdiaconus ab eodem Papa ordinatus, monaſterio S. Pauli miſerabiliter deſolato, prælatus eſt, tali primitus viſione confortatus. Apparens ei B. Paulus in baſilica ſua ſtabat, ac palam manibus tenens ſtercora boum, de pavimento levabat, ac foras jactabat. Cumque ſpectator otioſus aſſiſteret, increpabat eum Apoſtolus, quare non ſe adjuvaret: juſſitque eum palam apprehendere, & fimum (ſicut ipſe faceret) ejicere. Latrunculis enim Campaniæ diripientibus ſubſidia alimoniæ, in tantum languorem inciderat obſervantia ſanctitatis & regulæ, ut & armenta licenter ingredientia domum orationis fœdarent; & mulieres in refectorio neceſſaria miniſtrantes, famam pauciſſimorum, qui remanſerant, monachorum dehoneſtarent. Eliminata igitur omni ſpurcitia, & recuperata victualium ſufficientia, congregavit honeſtam multitudinem Regularium monachorum: quorum religione & diſciplina venerabiliter uſque hodie pollet locus iſte.

g

h

monaſterium S. Pauli reformat:

C

& arcana ſuorum delicta cognoſcit.

9 Denique tam ſingularem cœpit habere fiduciam ſuper opitulationibus precum illorum, ut, ſi quando non liberaretur ab adverſitatibus, certiſſimum ei ſignum fieret, alicujus delicti impedimentum eſſe inter eos: quo præſenti ipſius examinatione correcto, ſolito curſu liberationem ejus acceleratam ferebat oratio. Beatus planè Pater, beati filii, quos inter ignorantia & impunitas culpæ moram non potuit habere, ſed exemplo quidem Joſue prodita, in ſpiritu lenitatis, ſecundum Apoſtoli præceptum, caſtigata eſt. Si qui tamen, cujuſlibet profeſſionis fuerint, majores culpas, & maximè ad immunditiam vel ſacrilegium pertinentes apud S. Paulum committere præſumpſerunt, mox in Apoſtolicæ reverentiæ (honorem) ab exterminatore perierunt. Sicut enim *i* primi Gregorii tempore B. Andreas Apoſtolus ultor exſtitiſſe legitur ſui ſanctuarii; ita & in diebus Hiltebrandi ejuſdemque Gregorii VII, B. Paulus Apoſtolus vindex enituit ſui ſanctificii, utroque ſcilicet Apoſtolo cooperante ſuo operario.

Gal. 6

i

ANNOTATA.

a *Ms. noſtrũ nomen patris rectius expreſſit*, Bonizonem *ſcribens, qui hic ſaltem* Bonizus vel Bonitus *npn* Bonicus, *ſcribendus erat.*

b *Pro varie dialecto vario nomen hoc ſcribitur*, Hiltebrant, Hildebrand, Heldebrant, & (*ſuavioris pronuntiationis cauſa*) *etiam* Helſebrand: *quod poſtremum, quia varie accipi poteſt, inimicis Gregorii & maledictis occaſionem dedit, ut infra uum, 4 dicitur, intepretandi* Infernalem titionem: *quamvis* Helle *non ſolum ſubſtantive* infernum, *a* Hellen *in decline vergere, ſed adjective etiam* Clarum *ſignificet. Noſter auctor, omiſſa prioris partis etymologia, in poſteriori* à Branden, *urere, ardere ſumpta, hic ſtetit*, Peruſtionem *reddens: eſt autem* Brand, *ardor, incendium, titio.* Hilt *vel* Held, *ſignificat eſt* Heroem; *atque adeo* Hildebrandus *eſt* Ardor heroum *ſeu* heroicus: *vix autem in uſu antiquo diſtinguitur a* Childebrando, *ſicut nec* Childebertus *ab* Hildeberto: *eſt tamen notionis differentia, quatenus* Childe *antiquis Francis Saxonibuſque, & hodie adhuc Anglis, ſignificat* infantem, filium, *&c. Itali fere ſine aſpiratione* Ildebrandum *dicunt, quod recentior uſus in* Aldobrandum *vertit. Porro qua occaſione ignei ardoris, ipſo nomine ſignificati, max dicuntur de Elia, ex apocryphis ſumpta, poterunt ad ejus feſtũ* 20 *Iulii accuratius expendi.*

c Majoli *Vitam damus* XI *Maji, ubi oſtendimus obiiſſe illum anno* 994: *atqui anno* 1048 *Hildebrandus adhuc erat adoleſcens: itaque quod hic S. Majolo tribuitur, ſub aliquo ejus diſcipulo vel ſucceſſore S. Odilone dictum fuerit.*

d Nonantula *in confiniis agris Mutinenſis & Bononienſis fundata* S. Anſelmo primo Abbate, *qui ditavit illam reliquiis* S. Silveſtri, *ut dictum eſt ad S. Anſelmi Vitam die* 3 *Martii. Ibidem etiam haberi corpus* Hadriani Papæ *non I. ſed* III, *oſtendit in Chronologia Pontificia.*

e *Meminit ſequentis hiſtoriæ Bertholdus Conſtantienſis ad annum* 1082.

f Aqua-pendens *oppidum ditionis Pontificiæ in territorio Vrbavetano.*

g Damaſus II *creatus eſt die* 17 *Iulii anno* 1048, *& cum ſediſſet dies* 23 *extinctus eſt, ut creditur, veneno.*

h *Vitam* S. Leonis IX *debimus* 19 *Aprilis. Annus autem tunc erat* 1048

i *Hæc habentur in Vita* S. Gregorii, *à nobis* 12 *Martii illuſtrata, auctore Ioanne Diacono lib.* 4 *num.* 96.

CAPUT II.

Miracula & geſta ante Papatum.

Factus Archidiaconus

10 INterea ſpiritualis agricola, ſanctus videlicet Leo IX Papa, conſiderans & admirans multum fructum palmitis hujus, eo quod ipſe maneret in Chriſto, & Chriſtus in ipſo; dilatavit in eo manſionem Chriſti per impoſitionem Ordinis Levitici, & ut fructum plus afferret, Romanæ Eccleſiæ Archiaconum inſtituit. Poſt hæc in partes Galliarum directus, ita creditum ſibi Apoſtolicæ vicis exhibuit officium, ut merito cum Apoſtolo dicere poſſet 2 Cor. 2, Deo gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus Deo, in iis qui ſalvi fiunt; & in iis qui pereunt, aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.

& miſſus in Galliam,

Simoniacũ Epiſcopum

11 Primam ſanè odoris hujus fragantiam Lugdunum, quæ prima ſedes eſt Galliarum, ſynodali diſcuſſione ſuſcepit. Nam ſicut Papa Kaliſtus narrare conſuevit, prima Concilii die, proclamatus eſt quidam Pſeudo-epiſcopus de Simoniaca Pontificalis culminis

culminis aſcenſione; ſed quia ad finem perduci non potuit probatio, in ſequentem diem prolata eſt. Interim quid faceret ſibi male conſcius? Quo ſe verteret? Adamante duriorem judicis mentem nullo munere auſus eſt attentare, non dubitans ſe per hoc ardentiſſimum veritatis amatorem magis exaſperare, quam placare. Data igitur pecunia, oppilavit ora tam accuſatorum quam teſtium, & cooperante ſecuritatis inſolentia, tumidus craſtinæ ſeſſionis cognitori inſultavit, dicens: Ubi ſunt, qui me accuſabant? nemo me condemnavit. Ad hæc zelotes Dei alto gemitu ſuſpirans, & frixorium cordis ſui ſuper illis qui corrupti erant dedignativo geſtu ſignificans, ait ad corruptorem: Credis, ô Epiſcope, Spiritum ſanctum unius cum Patre & Filio eſſe ſubſtantiæ & deitatis? Quo reſpondente, Credo; Dic, inquit, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Cumque hunc Verſiculum, ad commendandam ſanctæ Trinitatis fidem à Nicænis Patribus hymnizando prolatum, & B. Hieronymo pro ſuecentu *b* ſingulorum Pſalmorum Damaſo Papæ commendatum, fiducialiter adorſus fuiſſet; Gloria Patri & Filio, dicebat; ſed, Spiritum ſanctum nominare minime valebat. Secundo tentare admonitus, defecit in Filio. Tertio repetere permiſſus, obticuit in Patre. Tunc demum pedibus Apocriſiarii provolutus, Simoniacum ſe eſſe profeſſus eſt. Qui mox, ut ab Epiſcopatu depoſitus eſt; Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, clara voce perſonuit. Et his divinæ cognitionis indiciis feruntur nonnulli Pſeudoëpiſcoporum compuncti, malas conſcientias ſpontanea confeſſione prodidiſſe, & injuſte acquiſitas dignitates juſte dimiſiſſe.

convincit, jubens dicere Gloria.

A

b

B

12 Idem venerabilis Archidiaconus Synodum tenuit, cui Hugo *c* Cluniacenſis Abbas interfuit: in qua Epiſcopum quemdam ordine judiciario depoſuit. Inde ſimul ambo profecti ad flumen quoddam pervenientes tranſvadabant: Archidiaconus vero præceſſit Abbatem. Tranſmiſſo igitur flumine, converſus retro reſpexit, & dixit: Cur talia de me cogitaſti? Abbas vero reſpondit: Tune es Deus, qui cogitationes hominum te ſcire aſſeveras? Deus, inquit, non ſum: ſed tamen, quæ in animo volvebas audivi. Dixiſti enim in corde tuo, me magis Epiſcopum illum cauſa jactantiæ, quam zelo Dei depoſuiſſe. Perculſus Abbas conſcientia: Rogo te, inquit, per caritatem Dei, ut edicas mihi, quomodo hoc ſentire potuiſti? Quia venientem te, inquit, per alveum fluminis reſpexi, & quaſi filum tenſum ab ore tuo uſque ad aures meas: inde, hoc perpendiſſe te, ſenſi.

Occultam S. Hugonis cogitationē vindicavit.

c

C

13 Altera item die, cum ambo, Archidiaconus videlicet & prædictus Abbas Cluniacenſis, eccleſiam quamdam ingreſſi fuiſſent; Camerarius Abbatis ſtans ad orationem, clam aliquos nummos è marſupio protulit, atque pro expenſis tribuendos de manu in manum calculavit. Interrumpens autem orationem Archidiaconus vociferando: Exi diabole; eccleſiam eum relinquere coëgit. Tum Abbas: Inhumane, inquit, agis, quod neque orationem nos complere permittis. Orationem, ait, monachi tui ſciſcitare, & cur id fecerim, poteris cognoſcere. Requirens igitur Abbas, invenit, quod nummos computaſſet. Conſequenter Archidiaconus intulit; Et ego teterrimum ſpiritum ante ipſum hoc idem ſimulare vidi.

& alterius in oratione diſtractionem.

14 Eodem itinere venerunt ad quamdam civitatem, multa mortalitate laborantem: in qua vidit Angelum Dei erecto gladio paratum ad occiſionem. Unde, cum irent ad oratorium ſecundum conſuetudinem, rogabat Abbatem, ut breviaret orationem, & quantocius relinqueret civitatem, alioquin omnes perituri eſſent. Dicto parens Abbas velociter reverſus eſt ad hoſpitium, & ecce reperit duos viæ ſocios repentina morte proſtratos. Cumque feſtinantiſſime deſeruiſſent locum peſtilentiæ, Abbas jam potitus ſciſcitandi libertate, percunctatus eſt venerabilem Levitam, quid vidiſſet, quod tantam properationem indixiſſet: &, quod prædictum eſt, audivit.

Prænonet cavendam peſtem.

15 Inter hæc, Romam proficiſcens, cum audiſſet, mortuo Stephano Papa *d* Benedictum quemdam, ab iniquis & importunis hominibus, contra Canones in Apoſtolica Sede ſubſtitutum; magis acceleravit iter ſuum: collectaque Synodo Epiſcoporum in Tuſcia, Benedictum quidem ſancti Spiritus judicio condemnavit; Gerhardum vero, Florentinæ civitatis venerabilem Epiſcopum, communi bonorum conſenſu electum, Apoſtolicæ Sedi inthronizavit, atque *e* Nicolaum II nominavit. Hoc autem poſt biennium defuncto, ſucceſſit Alexander II.

A. PAULO BERNRI.

d

Invaſorem curat à Papatu deponi.

e

16 Hujus Camerarius, nomine Joannes, narrare ſolebat factum in ſemetipſo divinæ curationis miraculum, per venerabilem Hiltebrandum adhuc Archidiaconum. Nam cum idem Joannes apud Tuſculanum nimis acri febrium dolore fatigaretur, miſſo nuntio beatum virum rogavit obnixe, ne pigritaretur venire uſque ad ſe. Nec mora, quia boni nuntii hominem eſſe cognovit, venire non renuit. At ille, nimio gaudio repletus in adventu ejus, traditis ei omnibus ſuis, commendavit etiam, humiliter implorans, ut communem Dominum pro ſe deprecari, ac religioſos homines in idipſum curaret adhortari. Tunc vir Dei, domeſtica pietate ab intimis viſceribus commotus, ejectis omnibus, ſe diutiſſime in orationem cum lacrymis abſque verborum ſtrepitu dedit. Completa oratione, Comitiſſam, cum qua idem Joannes morabatur, vocavit; eamque ut refectionem, pullum videlicet gallinæ, infirmo præpararet, hortatur. Cui renitenti, eo quod longa debilitate ſtomachum adeo infirmatum eſſe non ignoravit, ut etiam ante aliquot hebdomadas cibum percipere faſtidierit; vir Dei reſpondet: Sine modo. Scias enim, quod tam feſtinanter non præparabitur, quomodo ipſe deſiderabit. Hoc ita res probavit. Nam ſufficienter refectus, obdormivit ſoporatus, ac de omni illa validiſſima invaletudine ſine mora convaluit.

Ægrum ad mortem.

E

ſubito ſanandum ſpondet.

17 Iterum vir beatus ad Eccleſiarum directionem à Domino Papa deſtinatus, cum inter multa bona opera quæ operatus eſt, Antiſtitem quemdam, falſis criminibus impetitum, à malignantium calumniis duce Spiritu veritatis eripuiſſet; Romam reverſus, Baſilicam Petri Apoſtoli, cauſa orationis & gratiarum actionis, ingreſſus eſt. Erat ei familiare diverticulum, ut ad B. Mariæ Dei Genitricis iconem, conſiſtentem intra eamdem Baſilicam, ante eam orando procideret, & plorando cor ſuum effunderet. Igitur cum hac vice ſecundum hanc conſuetudinem facturus acceſſiſſet; vidit, quod dictu mirabile eſt, ipſam imaginem lacrymas ſtillare, & quaſi dolorem ſuum pro aliqua dilecti ſui moleſtia ſignificare. Ipſe autem repletus ſtupore & ecſtaſi, poſtquam ſatis in admirationem defixus eſt, lacrymis lacrymas ubertim reddidit: & ſupplicatione completa, Lateranenſe Palatium, ſalutaturus Domnum Papam, reviſit. Qui mox perlati ad eum falſi rumoris excipiens indicium, quod videlicet pro muneribus prænotatum juſtificaſſet Epiſcopum, patenter dedit intelligi, quid in ſacra imagine ſignificaſſet ſimilitudo condolendi. Verum cum ſapientia, quæ lucebat in vultu ejus, rationem cœpiſſet reddere; erubeſcebant omnes, qui in præſentia erant, adverſarii ejus: & juxta B. Hieronymum, falſus rumor cito opprimebatur, & mordax lingua cito confodiebatur: quippe vita ipſius voce & exemplo commendabatur. Inde cum prædicto

Videt imaginem D. V.

F

illacrymantem calumniæ in ſe jactatæ,

eaque diſcuſſa ridentem.

A. PAULO BERNRI. dicto more ſolito repeteret imaginem, converſo miraculo, vidit eam arridere ſibi tamquam triumphatori.

18 Ne autem hæc miracula, quamvis de ſanctis, tamen de inſenſatis rebus, incredibilia videantur: ex probabilioribus Orthodoxorum Patrum ſcriptis fidem dare volumus, quædam ex his mutuantes exempla, quæ contra hujuſmodi incredulitatem non putamus invalida. Sic enim legitur in Actionibus ſeptimi univerſalis Concilii, auctoritate primi Adriani Papæ collecti: *f* Narravit nobis Dionyſius Preſbyter Eccleſiæ Aſcalonis, de Abbate Joanne Anachoreta, dicens: Quia hic magnus in præſenti generatione fuit homo, & ad ſtatum ſuum Deo placentem hoc de eo miraculum afferebat: In ſpecu, inquiens, ſenex ſedebat in partibus Sochus, poſſeſſionis ab Hieroſolymis milliariis *g* ix ferme diſtantis. Imaginem autem habebat ſenex in ſpecu ſanctæ & intemeratæ Dominæ noſtræ, Dei Genitricis & ſemper Virginis Mariæ, habentem in ulnis Chriſtum Dominum noſtrum. Quotieſcumque igitur volebat quoquam pergere, aut ad eremos longinquas, aut Hieroſolymam ad adorandam ſanctam Crucem & ſancta loca, vel etiam in Sina monte oraturus, aut ad Martyres qui ab Hieroſolymis multis ſpatiis aberant (erat enim amicus Martyrum oppido ſenex; nam, nunc quidem ad S. Joannem Epheſum, nunc vero ad S. Theodorum *h* Euchaitam, aut ad S. Theclam Seleuciam pergebat, vel ad S. Sergium *i* Araphani) præſtruebat candelam & ſuccendebat, ſicuti habebat conſuetudinem: & ad deprecationem ſtans, ut iter ſibi dirigeretur; dicebat ad Dominam, in imaginem ejus attendens: Sancta Domina, Dei Genitrix, quoniam viam habeo longam ad ambulandum, multorum dierum ſpatium habentem, de candela tua curam habeto, & inextinguibilem eam ſecundum meum propoſitum cuſtodi: ego enim adjutorium tuum comitem habens vadam. Et his ad imaginem dictis, abibat: & propoſito itinere completo revertebatur, aliquando quidem menſe uno, aliquando vero duobus vel tribus, nonnunquam quinque aut ſex moratus: & ſic inveniebat candelam ordinatam & ardentem, ut eam ad iter agendum egreſſurus fiebat: numquam illam aliquando à ſemetipſa extinctam vidit, neque à ſomno ſurgens, neque ab eremo rediens in ſpeluncam.

Sic Joannes quidam Anathorita,

narratur cereum coram ea accensum,

19 Item ex eiſdem Actionibus ex Vita *k* S. Theodori Archimandritæ, cum eſſet annorum quaſi XII, facta eſt mortalitas ex bubone in illa villa, ita ut & ipſe infirmaretur pene ad mortem. Porro detulerunt eum in oratoriam domum S. Joannis Baptiſtæ, quæ erat juxta villam, & ſtraverunt eum ad introitu altaris. Porro ſupra illum in receptaculo Crucis ſtabat imago Salvatoris Jeſu Chriſti. Cumque ex dolore bubonis cruciaretur, repente de imagine ceciderunt ſuper eum roris guttæ; & ſtatim, gratia Dei, à dolore convaluit, & ſanus effectus eſt, & ivit domum ſuam. His exemplis, ad adſtruendam fidem ſufficere valentibus, ad noſtræ narrationis ordinem redeamus.

Sic S. Theodorus à peſte convaluit miraculoſe.

20 Igitur venerabilis Hiltebrandus vidit viſionem, Apoſtolicæ pietatis in proximo ſuſcipiendæ præſignationem. Apparuit ei Simon Magus, tripudians & exultans in navi: & ipſe ſibi videbatur illum inſilire, & colluctando pedibus ſubactum inſolubilibus nexibus vincire. Quod navis Eccleſiam ſignificet, rarus eſt qui ignoret: in qua nimirum Simon Magus, ante beati viri hujus Apoſtolatum, longe lateque per ſuos ſequaces ſacrilega venalitate luſerat, libere ſcilicet & impudenter emens ac vendens eccleſiaſticas dignitates. Quomodo autem per hunc athletam Dei proſtratus & alligatus ſit, ſuo loco dicemus. Per idem tempus quidam Piſani pernoctabant in Baſilica B. Petri gratia orandi: cum ecce vident ipſum Principem Apoſtolorum in eadem domo ſua, cum hoc prædeſtinato herede ſuo deambulantem, eique præcipientem, ut ſtercora diverſorum jumentorum, quæ ſparſim inibi jacere videbantur, in ſaccum, qui cominus haberi cernebatur, congereret, & dorſo impoſita egeretet. Et quidem per hæc ſtercora, luxurias & ſpurcitias diverſorum hominũ, maxime autem Nicolaitarum, & quarti Henrici patroni eorum ſignificari, in promptu eſt. Sed quomodo & portata, & exportata ſint, ſuo tempore, Deo aſpirante, demonſtrabimus.

Sanctus diſcit in viſione Simoniacos,

& concubinarios, à ſe coërcendos.

ANNOTATA.

a *Cum S. Leoni IX ſucceſſiſſet Victor II, creatus 13 Aprilis anno 1055, miſſum ſe in Gallias teſtatur ipſe Hildebrandus apud Deſiderium Abbatem Caſinenſem, dein Victorem II Papum lib. 3 Dialogorum, & apud Petrum Damiani Opuſculo 19 cap. 6, apud quos ſequens narratur hiſtoria, ſed* Subdiaconus *appellatur. Verum infra apud Bertholdum num. 1 & apud Gruimundum Archiepiſcopum Averſanum lib. 3 de Veritate Corporis Chriſti in Euchariſtia,* Archidiaconus *dicitur.*

b *De hoc* ſuccentu, *à S. Hieronymo commendato, egimus in Annotatis ad Epiſtolas prævias utrique adſcriptas, ante Catalogos veteres antiquorum Pontificum, editos ante tomum 1 Aprilis pag. 11.*

c *Acta varia* S. Hugonis *dedimus 29 Aprilis.*

d *Mortuo anno 1054* S. Leone IX, *ſubſtitutus anno ſequente* Victor II, *& huic anno 1057 vita functo ſucceſſerat* Stephanus IX, *qui poſt octo circiter menſes deceſſit è vivis. Hic, teſte Leone Oſtienſi lib. 2 Chronici Caſinenſis cap. 100, mandavit, ut nullus à ſuo obitu eligeretur Papa, niſi adeſſet Hildebrandus.*

e Nicolaus II *ſedit à Januario anni 1059 fere uſque ad Junium anni 1061, cui tunc ſucceſſit* Alexander II, *à quo* Hildebrandum Cancellis Apoſtolorum præfectum *ait Malmesburienſis, lib. 3 de Geſtis Regum Anglorum, pag. 107 ex editione Francofurtenſi.*

f *Habentur hæc in Prato Spirituali ſeu lib. 10 de Vitis Patrum, auctore Joanne Moſcho cap. 180.*

g *Ibidem* milliaribus fere viginti. *Scripſura variis locis* Socho *nominat, reſque inter ipſum &* Azecha *factas narrat, eſt autem ad Euronotum verſus Ægyptum.*

h *Perperam impreſſum* Eucharetam. *Conſule quæ de S. Theodoro diximus ad Vitam ejus die 7 Februarii §. 2.*

i *Imo* Saraphas, *uti dicetur ad ejus & S. Bacchi Vitam 7 Octobris. Conſule notas Baronii ad dictum diem.*

k *Ex Actione 4 conſtat hunc eſſe* S. Theodorum Siceorum Abbatem; *cujus Acta valde illuſtria dedimus 22 Aprilis; ſed ex ſola verſione Latina, curata per Lipomanum: in qua cum hoc miraculum deſit, apparet nec ipſum Lipomanum, integrum Græcum textum habuiſſe, quem vel ideo magis optamus inveniri.*

CAPUT III.

Electio ad Papatum & hanc ſecuta viſio columbæ: morbi divinitus Gregorii immiſſi & ablati, ægri ſanati.

Edito Electionis decreto,

21 NUnc electionis ejus, poſt mortem Alexandri Papæ, legitimum ordinem, prout ipſi Electores ejus conſcripſerunt, proponamus. Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, anno clementiſſimæ Incarnationis ejus MLXXIII, Indictione & Luna XI, decimo Kalend. Maji, feria ſecunda, die ſepulturæ Domini Alexandri bonæ memoriæ ſecundi Papæ. Ne Sedes Apoſtolica diu lugeat proprio deſtituta Paſtore,

A Paſtore, congregati in Baſilica B. Petri ad Vincula, nos ſanctæ Romanæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Cardinales, Clerici, Acolythi, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri; præſentibus venerabilibus Epiſcopis; Abbatibus, Clericis, & Monachis conſentientientibus; plurimis turbis utriuſque ſexus diverſique ordinis acclamantibus; eligimus nobis in Paſtorem & Summum Pontificem, virum religioſum, geminæ ſcientiæ prudentia pollentem, æquitatis & juſtitiæ præſtantiſſimum amatorem, in adverſis fortem, in proſperis temperatum, & juxta Apoſtoli dictum, bo-
Tim. 3, 2 nis moribus ornatum, pudicum, modeſtum, ſobrium, caſtum, hoſpitalem, domum ſuam bene regentem, in gremio hujus Matris Eccleſiæ à pueritia ſatis nobiliter educatum & doctum, atque pro vitæ merito in Archidiaconatus honorem uſque hodie ſublimatum, Hildebrandum videlicet Archidiaconum; quem amodo uſque in ſempiternum, & eſſe & dici Gregorium Papam & Apoſtolicum, volumus & approbamus. Placet vobis? Placet. Vultis eum? Volumus. Laudatis eum? Laudamus. Acta Romæ x, Kalend. Maji, Indictione xi.

B *Ipſe de eadē ſcribit Abbati Caſin.* 22 Ipſe quoque Gregorius de electione ſua continuo has miſit epiſtolas. Gregorius, in Romanum Pontificem electus, Deſiderio Abbati Monaſterii S. Benedicti montis Caſini, ſalutem in Chriſto Jeſu. Dominus noſter Papa Alexander mortuus eſt: cujus mors ſuper me cecidit, & omnia viſcera mea concutiens, penitus conturbavit. Nam in morte quidem ejus Romanus populus contra morem ita quievit, & in manu noſtrâ conſilii fræna dimiſit, ut evidenter appareret, ex Dei miſericordia hoc proveniſſe. Unde accepto conſilio hoc ſtatuimus, ut poſt triduanum jejunium, poſt Litanias & multorum orationem, eleëmoſynis conditam, divino fulti auxilio ſtatueremus quod melius de electione Romani Pontificis videretur. Sed ſubito, cum prædictus Dominus noſter Papa in Eccleſia Salvatoris ſepulturæ traderetur, ortus eſt magnus tumultus populi
Pſ. 68, 3 & 4 & fremitus, & in me quaſi veſani inſurrexerunt: ita ut cum Propheta poſſim dicere; Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me; Laboravi clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ; &, Ti-
Pſ. 54, 6 mor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ. Sed quia in lecto jacens valde fatigatus ſatis dictare nequeo, anguſtias meas enarrare

C ſuperſedeo. Te igitur per omnipotentem Dominum rogo, ut ſuffraganeos Fratres & Filios, quos in Chriſto nutris, ad exorandum Deum pro me provoces, & ex vera caritate invites: quatenus oratio, *preces ejus implorans;* quæ me liberare debuit, ne incurrerem periculum, ſaltem tueatur in periculo poſitum. Tu autem ipſe quantocius ad nos venire non prætermittas, qui quantum Romana Eccleſia te indigeat, & in prudentia tua fiduciam habeat, non ignoras. Domi-
a b nam *a* Agnetem Imperatricem, & *b* Rainaldum venerabilem Cumanum Epiſcopum ex noſtra parte ſaluta: & quantum erga nos dilectionis habuerint, nunc ut oſtendant, noſtra vice fideliter obſecra. Data Romæ, ix Kal. Maji, Indictione undecima.

c *& Gottifredo Duci,* 23 Gregorius, in Romanum Pontificem electus, *c* Gottifredo Duci, ſalutem in Domino Jeſu Chriſto. Grata nobis eſt lætitia tua, quam in litteris tuis de promotione noſtra te habere cognovimus; non ut hoc aliqua cauſæ noſtræ delectatio faciat, ſed quod eam ex fonte ſinceræ dilectionis & fideli mente derivatam eſſe, non dubitamus. Noſtra enim promotio, quæ tibi ceteriſque fidelibus piam de nobis exiſtimationem & gaudium adminiſtrat, nobis interni doloris amaritudinem & nimiæ anxietatis anguſtias generat. Videmus enim, quanta nos ſollicitudo circumſtat: ſentimus, quam nos ſuſcepti oneris ſarcina gravat: ſub quibus, dum noſtræ in- A. PAULO
firmitatis conſcientia tremit, anima noſtra in Chri- BERNRI.
ſto potius diſſolutionis requiem, quam in tantis periculis vitam cupit. In tantum quippe commiſſi nobis officii conſideratio nos ſolicitat, ut, niſi in orationibus ſpiritualium hominum, poſt Deum, aliqua fiducia nos ſuſtentaret, curarum immenſitate mens noſtra ſuccumberet. Peccatis enim facientibus, ita pene totus mundus in maligno eſt poſitus, ut omnes (& præcipue qui in Eccleſia Prælati ſunt) eam *anxius propter Prælatorum pravitatem,* potius conturbare, quam fideli devotione defendere vel celebrare contendant; &, dum ſuis aut lucris aut præſentis gloriæ deſideriis inhiant, omnibus, quæ ad religionem & iuſtitiam Dei pertinent, ſe velut hoſtes opponant. Quo magis nobis dolendum eſt, qui ſuſceptum univerſalis Eccleſiæ regimen in tanta difficultate, nec rite adminiſtrare, nec tuto deſerere poſſumus. Ceterum quia fidei & conſtantiæ virtutem (donante Deo) in te ſitam eſſe cognovimus; omnem, quam oportet, in cariſſimo S. Petri filio, in te fiduciam habentes, animum tuum de noſtra itidem conſtantiſſima dilectione, & erga honores tuos promptiſſima voluntate, nequaquam E dubitare volumus. De Rege vero mentem noſtram *& ſollicitus pro Rege adoleſcente.* & deſiderium plene cognoſcere potes; quod, quantum in Domino ſapimus, neminem de ejus præſenti ac futura gloria aut ſolicitiorem, aut copioſiori deſiderio nobis præferri credimus. Eſt etiam hæc voluntas noſtra, ut primum oblata nobis opportunitate, per nuntios noſtros ſuper his, quæ ad profectum Eccleſiæ & honorem Regiæ dignitatis ſuæ pertinere arbitramur, paterna eum dilectione & admonitione conveniamus. Quod ſi nos audierit, non aliter de ejus, quam de noſtra ſalute gaudebimus: quam tunc certiſſime ſibi lucrari poterit, ſi in tenenda juſtitia, noſtris monitis & conſiliis acquieverit. Sin vero (quod non optamus) nobis odium pro dilectione; omnipotenti autem Deo, pro tanto honore ſibi collato, diſſimulando juſtitiam ejus, contemptum non ex æquo reddiderit; interminatio, qua dicitur, Maledictus homo, qui prohibet gladium ſuum à Hier. 48
ſanguine, ſuper nos, Deo providente, non veniet. Ne- 10.
que enim liberum nobis eſt, alicujus perſonali gratia legem Dei poſtponere, aut à tramite rectitudinis pro humano favore recedere, dicente Apoſtolo: Si Gal. 1, 10
hominibus placere vellem, ſervus Dei non eſſem. Data Romæ, 11 Non. Maji, Indictione xi. F

24 Poſt hæc, Pontificali benedictione confirmatus, quam acceptus ſibi fuerit ad exemplum Euangelii Pater cæleſtis oſtendit, quoniam myſteria, quæ *Qui ſacrificanti columbam inſiſtere viderat,* abſcondit à ſapientibus & prudentibus, revelavit parvulis. Nam duo ruſtici, non improbabili curioſitate ducti, cum adventum novi Pontificis in Lateranam diœceſim comperiſſent, ad videndum eum mutuis cohortationibus inſtigati, ad eccleſiam properant. Quo cum perveniſſent, invenerunt eum, juxta altare Miſſarum ſolennia celebrantem. Quem curioſè inſpicientes, omnes motus corporis & geſtus ejus diligenti animadverſione notarunt. Sed alter eorum velut in ecſtaſin raptus, vidit colum-
bam *d* de cælo deſcendere, humeroque Gregorii dextero inſidentem alis extenſis caput ejus velare. Completo vero Canone, columba collum protendens, calici roſtrum, ut ſibi viſum eſt, immiſit: quo retracto, unde venerat, illico reverſa eſt. Stupefactus igitur novo miraculo ruſticus, atque poſt paululum ad ſe reverſus, ad propria remeavit.

25 Sequenti nocte tres viri, habitu decoro vultuque ſplendido, ei apparuerunt: quorum unus, *id revelare alio viſo monitus.* veſtitu ſuccincto canicieque decenti, figuram Petri,

A. PAULO BERNRI. (ut in picturis videre ſolebat) ſibi expreſſit: alius vultu ſplendidus, ſtatura procerus, in admirationem ſimul & timorem convertit inſpectorem; tertium, cujus qualitatis eſſet, non adeo curioſe quæſivit. Proinde affabilior horum trium, quis eſſet diu hæſitans, tandem canum illum ſermone aggreſſus, quis ille major eſſet, vel quo cenſeretur nomine, ſciſcitatus eſt: à quo reſponſum, quod Sol vocaretur, accipiens, inſuper ita increpatus eſt: Quare non annuntiaſti Gregorio, quod heri vidiſti? Ille vero perterritus, nihil ſe vidiſſe teſtatur. Oblituſne es, inquit, quod columbam heri inter Miſſarum ſolennia requieviſſe ſuper humerum ejus videris? totamque viſionem, ut viderat, ſibi retexuit. Deinde præcepit ei, ut quantocius ad Gregorium iret, quia eadem die inde erat tranſiturus, atque ex ordine ei viſionem recitaret. Mane facto ruſticus, quid ageret dubitans, atque viſionem illuſionem eſſe ſecum pertractans, quemdam ejuſdem loci religioſum virum adiit, & quid ſibi viſum fuiſſet intimavit. Id autem conſilii accepit, quatenus Dominum obnixe deprecaretur, ut, ſi ex illo hæc viſio fuiſſet, ſecundo ac tertio ei revelare dignaretur: quod ita ruſticus devote peregit. Secunda igitur nocte item commonitus, obnixius precibus inſtitit. Tertia vero nocte, cum iidem viri terribilius ſolito ſe ingeſſiſſent: præcepit ei unus, ut, ſi vitam aliquamdiu vellet differre, ne dubitaret, quod juſſus fuerat, Domino Apoſtolico denuntiare, ac ſubintulit: Si tu, cum prope fuerat, juſſis noſtris minime obtemperaſti, neceſſe eſt, te poſt eum longius eundo laborare. Sed ille, certius adhuc aliquid ab his elicere geſtiens, dixit: Ego quidem ruſticus ſum & indoctus, quid mihi in ſignum dabitur, ut à tali perſona credatur? Unus eorum, qui tantum ſolebat pro ceteris loqui, dicebat: Hæc dices Gregorio, quod etiam ipſe verum eſſe cognoſcit: quoniam accedens ad altare, quod eodem die cogitavit, apud omnipotentem Dominum impetrare meruit. Ruſticus ad Gregorium perveniens, ſecretum ab eo petiit: & quæ itineris & laboris ejus cauſa extitiſſet, fideliter inſinuavit. Ille vero benigne ſubridens, ac ſignum præcognoſcens, ruſticum, tantæ legationis nuntium, ad ſua regredi cum Apoſtolica benedictione permiſit.

Itemque ac tertio,

tandem Gregorio ipſi indicat.

e 26 Alio quoque *e* tempore, cum maxima detineretur corporis infirmitate, quædam neptis ſua ad eum viſitandi gratia venerat, & qualiter ſe contineret, inquirebat. Tum ille, ut nepti ſuper ægritudine ſua animum levigaret, monilia ejuſdem manu tenens, an nubere vellet, requiſivit. Poſt, recepta ſanitate, dum ſolitis orationibus incumberet, nec recordatione præteritorum malorum, nec ſpe futurorum bonorum, aut deſiderio, &, ut breviter concludamus, nullo modo ad hoc, ut ſaltem unam lacrymulam exprimere valeret, pertingere potuit. Diu igitur mœſto animo revolvens, quid egiſſet, quo delicto Deum offendiſſet, qua denique culpa datam ſibi compunctionis gratiam perdidiſſet; tandem temperato mœrore, id conſilii accepit, ut religioſos viros ſecum in jejuniis & orationibus ſupplicare Domino depoſceret; quatenus ei revelare dignaretur, pro qua noxa donum illi, quod pridem habuerit, ſublatum ſit. Quod congrua devotione peractum eſt. Completis itaque duarum hebdomadarum vigiliis, jejunio, & corporali diſciplina, pius & velox auditor deſiderium cordis tribuit ei. Nam cuidam innocenti & ſimplici viro Beata Dei Genitrix in viſione apparuit, eique præcepit dicens: Vade, & dic Gregorio, quod cum ego illum in chorum (non dubium quin Virginum) elegerim, ipſe è contrario aliter quam deberet egit. Novo autem permotus elogio Gregorius, magis hæſitare cœpit; intentiuſque orare, ut apertius ſibi Dei miſericordia, quid eſſet, oſtenderet. Iterum eidem, cui ſupra, ſanctiſſima Virgo Maria mater Domini in ſomnis apparens, inquit: Hæc dices Gregorio; quoniam ipſe contra gravitatem inſtitutionis noſtræ monilia tractavit neptis ſuæ: idcirco gratiam, quam habuit, amiſit. Sed nunc, quia pœnitentiam de peccato ſuo peregit, donum lacrymarum recipiet. Hinc admonemur illius dicti: Bonum eſt homini, mulierem non tangere. 1 Cor. 7.

Amiſſam lacrymarū gratiam

C

multa prece recuperans,

diſcit id ſibi accidiſſe quia neptis manum tetigerat.

27 Quadam æſtate, quæ Romæ humanis corporibus valde contraria eſt, dum idem vir Dei maximis per integram hebdomadam æſtuaret febribus; apparuit ei B. Dei Genitrix ſemper Virgo Maria; atque, ut indignationem oſtenderet, ventrem ejus manu verſa percutiens, receſſit. Deinde per alteram ſeptimanam adeo debilitatus eſt, ut reſpirare eum, qui exitum ejus præſtolabantur, vix ſentire poſſent. Finita hebdomada illa, rurſus ad eum Beata Dei Genitrix, horâ diei quaſi ſexta, acceſſit; qualiter ſe haberet, & ſi adhuc ſatis pœnarum luiſſe ſibi videretur, ab eo ſciſcitatur. Cui ille reſpondit: Domina piiſſima, ut tibi videtur. Tum leni manu, quaſi *& mulcet,* corpus ejus perungens, ab oculis ejus evanuit. Mox illo, veſtimenta ſua, quaſi ad eccleſiam proceſſurus eſſet, requirente; hi, qui aderant, præ nimia infirmitate minus ſanum ſentire æſtimabant. At ille, nil mali ſe habere affirmans, extorquet ut veſtibus ſe induant, atque ad eccleſiam perducant. Quo facto, in tantum ſanitate recepta convaluit, ut etiam ſacra Miſſarum ſolennia publice in eccleſia Salvatoris ſequenti die celebraret.

Deipara eadem febrim immittit

E

inobediens Gregorio divinitus increpatur.

28 Inter hæc; quanta obedientia tanto viro exhibenda foret, Hermanno tunc temporis Cardinali. ſed poſtmodum *f* Brixienſis Eccleſiæ Præſuli, divinitus oſtenſum eſt. Nam cum ab eo ad menſam quadam die vocatus non veniſſet, nocte inſequenti, terribilis ei quædam ſpecies apparuit, eumque vehementer increpavit, dicens: Ut quid, miſer, imitatus es contumaciam Dathan & Abiron, ſuperſedendo Gregorii ad convivium invitatione, ſicut illi ſuperbe reſpueruntque Moyſi ad concilium vocationem? An excidit tibi, quanta millia millium in inferno demerſa ſint propter unius Protoplaſti inobedientiam? Feſtina ergo ad ſatisfactionem, ſi evadere cupis debitam rebellibus damnationem. Itaque mox, ut opportunitas data eſt, provolutus eſt pedibus clementiſſimi Papæ: nec mora, veniam impetravit lacrymoſa ſupplicatione.

f

F

egri duo ab eodem ſanantur.

29 Nunc libet duo miracula ſanctitatis per B. Gregorium divinitus facta breviter aſſignare: ne forte ingreſſis nobis ſilvam denſioris hiſtoriæ, excidant memoriæ. Quodam namque tempore, cum de more ſacras manus ablueret, ipſa ablutionis aqua, inſtar lactis facta, ægrum quemdam, cum fide recuperandæ ſanitatis eam in uſum ſumentem, confeſtim ab ægritudine liberavit. Item, cum in comitatu glorioſæ Mathildis deliteſceret, & rabiem perſecutionis, de qua poſthac plenius dicturi ſumus, declinaret; quadam die venerabilis *g* Hubaldus Mantuanus Epiſcopus indicavit ei, quod cocus ejus, nimia infirmitate prægravatus, de lectulo ſurgere non valeret. At ille, neceſſarii commutationem non habens officii, cum fide grano ſinapis comparanda, tranſtulit montem infirmitatis, & crevit in validum gratia ſoſpitatis. Eadem quippe hora, qua jubentis vocem audivit, ſurrexit, ac neceſſaria præparavit.

g

AN-

ANNOTATA.

a *Henrici quarti mater poſt viri mortem* AgnesImperatrix, *eo parvulo gubernacula regni pacifice eſt moderata: ſed poſtea Principum invidia, videns filii animum à ſe averſum, diſceſſit in Italiam*: & per medium fere anni ſpatium, *ut loquitur Leo Oſtienſis lib.3 Chronici Caſinenſis cap.32*, Caſini commorata eſt, *ac proinde eam tunc ibi exiſtentem ſalutat S. Gregorius.*

b *Videtur* Rainaldus, *tunc exul, Caſini fuiſſe. Eum S. Gregorius conſolatur epiſtola 20 libri primi, anno ſequenti data, in qua meminit dictæ* Agnetis Imperatricis. *Eidem epiſtolam libro 6 etiam ſcripſis Indictione 2 anno 1079.*

c Gottifredus *ſeu* Godefridus, *cognomento* Barbatus *ſeu* Senior, Lotharingiæ & Tuſciæ Dux, *duas habuit uxores; primo* Dodam, *ex qua genuit* Godefridum Gibboſum, & B. Idam viduam, *Comitiſſam Bononiæ, cujus Vitam dedimus 13 Aprilis. Dein duxit anno* 1054 Beatricem, viduamBonifacii Tuſciæ Marchionis, *quæ eidem Bonifacio ante genuerat* Mathildem Marchioniſſam.

d *Aliquid ſimile eidem Gregorio poſtea Caſini contigiſſe*
B *narrat Leo Oſtienſis, lib.3 Chronici Caſinenſis cap.54.*

e *Anno ſcilicet ſequenti* 1074 *ægrotavit, ac ſe à morbo convaluiſſe indicat epiſtola 9 libri 2, Beatrici ejuſque filiæ Mathildi, ſcripta* XVIII *Kalendas Novembris, qua dolet ſe* ex periculoſo morbo emerſiſſe, ac ſervatum ad ſolicitudinem pene naufragantis Eccleſiæ.

f Hermannus, *ſive* Arimannus, *aut* Armanus, *favore Comitiſſæ Mathildis electus eſt Epiſcopus Brixienſis anno* 1096.

g Hubaldus *ſive* Ubaldus, *creatus Epiſcopus Mantuanus anno* 1082, *ſed ab Henrico Rege pulſus, etiam exul degebat cum S. Gregorio.*

CAPUT IV.

Gregorii Decretales Epiſtolæ contra Simoniacos & fornicarios.

Sicuti viſus fuerat ſtercora ab eccleſia egere,

30 IAm tempus exigit, aliquot Decretales beati Præſulis Epiſtolas contra Simoniacos & Nicolaitas a in Galliam atque Germaniam tranſmiſſas ponere, & ſubinde, quid ſibi velit ſaccus ille ſtercoribus refertus, quem ſupra Piſanis viſum commemoravimus, aliquam, ut promiſimus, conjecturam facere. Denuntiatio quippe regularis judicii, prædictorum hæreticorum eiſque faventium
C concutiens & coërcens ignominiam, non abſurde videtur comparari ſacco ſtercora continenti; quem videlicet vir ſanctus quodammodo portavit, dum Epiſtolas mittendo, converſionem eorum, quos notavit, diu patienter exſpectavit: exporravit autem, quando pertinaces in errore, ſynodali conſenſu ab Eccleſia ſeparavit. Harum igitur Epiſtolarum prima nobis occurrit ad Ottonem Conſtantienſem Epiſcopum directa, quæ ita ſe habet.

ſic Ottoni Conſtantiëſi ſcribens,

31 Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto fratri Ottoni, Conſtantienſi Epiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Inſtantia nuntiorum tuorum, feſtinanter redire volentium, non permiſit nos fraternitati tuæ, quæ in Romana Synodo conſtituta ſunt, ſeriatim intimare. Hæc tamen neceſſario tibi ſcribenda fore arbitrati ſumus: Nos, juxta auctoritatem ſanctorum Patrum in eadem Synodo ſententiam dediſſe, ut hi, qui per Simoniacam hæreſim, hoc eſt, interventu pecuniæ, ad aliquem ſacrorum Ordinum gradum & officium promoti ſunt, nullum in ſancta Eccleſia ulterius miniſtrandi locum habeant. Illi quoque, qui Eccleſias datione pecuniæ obtinent, omnino eas perdant: nec deinceps vendere vel emere alicui liceat. Sed nec illi, qui in crimine fornicationis jacent, Miſſas celebrare, aut ſecundum inferiores Ordines miniſtrare altari debeant. Statuimus etiam, ut, ſi ipſi contemptores fuerint noſtrarum, imo ſanctorum Patrum Conſtitutionum, populus nullo modo eorum officia recipiat: ut, qui pro amore Dei, & officii dignitate non corriguntur, verecundia ſeculi & objurgatione populi reſipiſcant. Studeat igitur fraternitas tua, ſe in his nobis cooperatricem exhibere: ſic crimina iſta de Eccleſiis ſuis radicitus evellere, quatenus boni paſtoris meritum apud Deum valeas obtinere; & Romana Eccleſia de te, ſicut de cariſſimo fratre, & ſtudioſo cooperatore, debeat gaudere.

A. PAULO BERNRI. *indicat quid decreverit contra Simoniacos & fornicarios:*

ejuſdem inobedientiam

32 Qua vero contumacia prænominatus Epiſcopus decretis ſalutaribus reſultaverit, vel potius inſultaverit, ſequens Epiſtola prodit. Gregorius, ſervus ſervorum Dei, Ottoni Conſtantienſi Epiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Perlatum eſt ad Nos de fraternitate tua, quod ſatis invitus & mœſtus audivi, quodque ſi vel de extremo Chriſtianæ plebis membro ad audientiam noſtram deferretur, ſeveriore diſtrictionis diſciplinæ cenſura eſſet
E procul dubio caſtigandum. Cum, enim Apoſtolica auctoritate & veridicis ſanctorum Patrum ſententiis incitati, ad eliminandam Simoniacam hæreſim & præcipiendam Clericorum caſtitatem, pro noſtri officii debito exarſimus; Moguntino Venerabili Archiepiſcopo Confratri noſtro, cui plures & late diſperſi Suffraganei ſunt, hoc obedientiæ munus injunximus, ut tam per ſe quam per coadjutores ſuos hoc Romanæ Eccleſiæ Decretum univerſo Clero ſtudioſius inconculcaret, & inviolabiliter tenendum proponeret. Tibi quoque, cui plurimus Conſtantienſis Epiſcopii Clerus & populus ampliſſime dilatatus, ob eamdem cauſam ſpeciales litteras cudere, bulla noſtra impreſſas, collibuit, quarum fultus auctoritate tutius animoſiuſque præceptis noſtris obtemperares, & de ſanctuario Domini Simoniacam hæreſim & fœdam libidinoſæ contagionis pollutionem expelleres. Apoſtolica namque B. Pauli præpollet auctoritas, qua fornicatores & adulteros cum ceteris ſceleratis connumerans, diffinitam ſuæ juſſionis ſententiam ſubjicit, cum ejuſmodi nec cibum capere. Præterea nniverſus Eccleſiæ Catholicæ cœ- 1 Cor. 5
tus, aut virgines ſunt, aut continentes, aut conjuges: quicumque ergo extra hos tres ordines reperitur, inter filios Eccleſiæ, ſive intra Chriſtianæ Religionis limites non numeratur: unde & Nos, ſi vel extremum laicum pellicatui adhærentem liquido cognoverimus, hunc velut præciſum membrum à Corpore dominico, à Sacramentis altaris, donec pœniteat, arcemus: quomodo ergo ſanctorum Sacramentorum diſtributor vel miniſter eſſe debet, qui nulla ratione poteſt eſſe vel particeps? Sed illa Beati Papæ *b* Leonis nos impulit auctoritas, qui Subdiaconis ineundi connubii licentiam prorſus abſtulit. Quod decretum B. Leonis poſteriores ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifices, maxime Doctor eximius *c* Gregorius, ita p[r]o lege ſanxerunt, ut deinceps tribus his Ordinibus Eccleſiaſticis; Sacerdotibus, Levitis, & Subdiaconis vincula conjugalia omnino ſint prohibita. Cum autem hæc omnia tibi obſervanda, Paſtorali providentia tranſmitteremus, tu, non ſurſum cor, ſed deorſum in terra ponens, prædictis Ordinibus fræna libidinis (ſicut accepimus) laxaſti; ut qui mulierculis ſe junxerunt in flagitio perſiſterent, & qui necdum duxerunt tua interdicta non timerent. O impudentiam, ô audaciam ſingularem! Videlicet Epiſcopum Sedis Apoſtolicæ

& ipſum Romam citat:

b

c

decreta

A. PAULO BERNRI.

decreta contemnere, præcepta ſanctorum Patrum convellere, imo vero præceptis contraria ac fidei Chriſtianæ repugnantia de ſacratiore loco, & de Cathedra Pontificali ſubjectis ingerere. Quapropter tibi Apoſtolica auctoritate præcipimus, ut ad proximam Synodum noſtram [prima] proximæ [Quadragesimæ] hebdomade te præſentem exhibeas, tam de hac inobedientia & Sedis Apoſtolicæ contemptu, quam de omnibus, quæ tibi objiciuntur, canonice reſponſurus *d*.

d *Idem indicat Clero Conſtant.*

33 Hic Clero & populo demandat, ne inobedienti Epiſcopo obediant. Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Clericis & Laicis majoribus & minoribus, in Conſtantienſi Epiſcopatu conſiſtentibus, Chriſtianam legem diligentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Miſimus Fratri noſtro, Epiſcopo veſtro, Ottoni litteras exhortatorias, per quas pro noſtri neceſſitate officii Apoſtolica auctoritate injunximus illi, ut Simoniacam hæreſim de Eccleſia penitus ſua excluderet, & caſtitatem Clericorum ſtudioſe prædicandam ſuſciperet, & firmiter tenendam Epiſcopali vigilantia inculcaret. Nam ſic eam nobis Euangelicæ & Apoſtolicæ litteræ, authenticarum Synodorum decreta, & eximiorum

B Doctorum præcepta inſinuant, ut eam diſſimulare & negligere, ſine magno animæ noſtræ & populi Chriſtiani detrimento, non poſſimus. Sed Epiſcopus veſter, ut nobis relatum eſt, quæ paterne ſuaſeramus perficere non curavit: & ut non ſolum inobedientiæ, verum etiam rebellionis offenſam contraheret, quemadmodum accepimus, palam Clericis ſuis, juſſioni noſtræ, immo Beati Petri, omnino contraria permiſit; ita ut qui mulierculas habuerant, retinerent; & qui non habebant, illicita temeritate ſubintroducerent. Quod, ut audivimus, moleſte ferentes, ſecundam ei ſcripſimus Epiſtolam, indignationis ei noſtræ motus oſtendentes, & idem præceptum iterato acrius inculcantes, cum etiam ipſum ad Synodum Romanam, quæ prima proximæ Quadrageſimæ hebdomada futura eſt, advocavimus, ut pro ſe rationem reddat, & inobedientiæ cauſas ſi rationabiles habuerit, in au-

& omnes ab ejus abſolvit obedientia:

dientiam totius Conventus exponat. Hoc ideo, Fratres cariſſimi, vobis innoteſcimus, ut animæ veſtræ ſaluti conſulamus. Si enim Beato Petro & ſanctæ Sedi Apoſtolicæ fronte aperta repugnans ec contumax eſſe voluerit, liquido manifeſtum eſt, quod qui matrem vel patrem inhonorat, nullam à

C fidelibus patris & matris jure obedientiam exigere aut quærere debeat. Indignum eſt enim, ut qui magiſtro detrectat ſubeſſe, magiſter auditoribus poſtulet præeſſe. Quapropter omnibus, ſicut prædiximus, majoribus atque minoribus Deo & B. Petro adhærentibus, Apoſtolica auctoritate præcipimus, ſi in obduratione ſua perſiſtere voluerit, nullam ei obedientiæ reverentiam exhibeatis, neque id animæ veſtræ perniciem eſſe putetis. Nam ſi, ut toties jam prædiximus, præceptis Apoſtolicis voluerit eſſe contrarius, ab omni illius ſubjectionis jugo Beati Petri auctoritate abſolvimus ita univerſos, ut cum Sacramenti obligatione quilibet ei fuerit obſtrictus, quamdiu Deo omnipotenti & Sedi Apoſtolicæ rebellis extiterit, nulla ei fidelitatis exhibitione fiat obnoxius. Non enim cuilibet perſonæ contra Creatorem ſuum, qui cunctis præponendus eſt, aliquis debet obedire; ſed debemus contra Deum ſuperbienti reſiſtere, ut ſaltem

qui Rom. eccleſiæ rebellē ſe exhibet.

hac neceſſitate coactus ad viam juſtitiæ addiſcat redire. Quanti enim periculi quantæque à Chriſtiana lege ſit alienationis obedientiam, maxime Apoſtolicæ Sedi, non exhibere, ex dictis Beati Samuelis Prophetæ poteſtis cognoſcere, quæ ſanctiſſimus Papa Gregorius in ult. lib. Moralium procuravit exponere. Ut ea autem ſint vobis in promptu, ſcripta tranſmiſimus; quatenus indubitanter ſciatis, nos vobis novam non dicere, ſed antiquam ſanctorum Patrum doctrinam propalare. Hinc Samuel ait: Melior eſt obedientia quam victima, & auſcultare magis quam offerre adipem arietum; quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere; obedientia quippe victimis jure præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero propria voluntas mactatur. Tanto igitur quiſque Deum citius placat, quanto ante ejus oculos, repreſſa arbitrii ſui ſuperbia, gladio præcepti ſe immolat. Quo contra ariolandi peccatum inobedientia dicitur, ut quanta ſit virtus obedientiæ demonſtretur. Ex adverſo igitur melius oſtenditur, quid de ejus laude ſentiatur: ſi enim ariolandi peccatum eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere, ſola eſt quæ fidei meritum poſſidet; ſine qua quiſque convincitur infidelis, etſi fidelis eſſe videatur.

D Lib. 35, 10

1 Reg. 5

34 Ad Laicos, pro exequendis ſuperioribus inſtitutis. Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Rodulfo Duci Sueviæ, atque Bertholdo Duci Carentano, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

E *Ducibus Sueviæ & Carinthiæ*

e Scimus, quoniam prudentia veſtra miſerabilem Chriſtianæ religionis deſolationem perſpicaci mente perpendit, quæ pro peccatis noſtris in ea nunc extremitate eſt poſita, ut infeliciora tempora nemo viventium viderit, nec à tempore B. Silveſtri Patris noſtri ſcripturarum traditione repererit. Verum hujus tanti mali nos caput & cauſa ſumus, qui ad regendum populum prælati, & pro lucrandis animabus Epiſcopi vocati & conſtituti ſumus. Ab eorum namque principatibus, velut a quibuſdam initiis, ſubditorum bona vel mala veniunt, qui aut mundanas dignitates, aut magiſterium ſpirituale ſuſceperunt: qui dum nihil aliud, niſi gloriam & voluptates ſeculi quærunt, ſine ſua & populi confuſione vivere nequeunt. Quoniam in malefactis prava ſectantes deſideria, & ſuæ auctoritatis jura per culpam ligant, & aliis peccandi per exemplum fræna relaxant: neque enim per ignorantiam aut improvidi delinquunt, ſed præſumptuoſa obſtinatione Spiritui ſancto reſiſtentes, divinas quas cognoverunt leges abjiciunt, & A-

queritur de Epiſcoporum inobedientia,

poſtolica decreta contemnunt. Sciunt namque Archiepiſcopi & Epiſcopi terræ veſtræ, quod & omnibus fidelibus notum eſſe debet: quoniam in ſacris Canonibus prohibitum eſt, ut hi, qui per Simoniacam hæreſim, hoc eſt, interventu pretii, ad aliquem ſacrorum Ordinum gradum vel officium promoti ſunt, nullum in ſancta Eccleſia ulterius miniſtrandi locum habeant; nec illi, qui in crimine fornicationis jacent, Miſſas celebrare, aut

F

tolerantium Simoniacos & fornicarios,

ſecundum inferiores Ordines miniſtrare altari debeant. Quæ cum eos ſancta & Apoſtolica mater Eccleſia, jam à tempore B. Leonis Papæ, ſæpe in Conciliis tum per Legatos, tum per Epiſtolas, in ſe commiſſis ſibi plebibus, utpote ab antiquioribus neglecta renovare & obſervare commonuerit, rogaverit, & accepta per Petrum auctoritate juſſerit; adhuc tamen inobedientes (exceptis perpaucis) tam execrandam conſuetudinem nulla ſtuduerunt prohibitione decidere, nulla diſtrictione punire; non attendentes quod ſcriptum eſt; quaſi ariolandi peccatum eſt repugnare, & quaſi crimen idololatriæ, nolle acquieſcere. Cum igitur illis Apoſtolica, imo ſancti Spiritus

mandata

A. PAUL. BERNRI

A *eosque à sacris arceri jubet,*

mandata spernentibus, & scelera subditorum criminosâ foventibus patientiâ, divina ministeria indignè tractari, populum seduci intelligimus; alio quolibet modo contra hæc vigilare nos convenit, quibus cura Dominici gregis præ cunctis incumbit. Multò enim melius nobis videtur justitiam Dei vel novis reædificare consiliis, quàm animas hominum una cum legibus deperire neglectis. Quapropter ad te, & ad omnes, de quorum fide & devotione confidimus, nunc convertimur; rogantes vos, & Apostolica auctoritate admonentes, ut, quidquid Episcopi de hinc loquantur aut taceant, vos officium eorum, quos aut Simoniacè promotos & ordinatos, aut in crimine fornicationis jacentes cognoveritis, nullatenus recipiatis: & hæc eadem, adstricti per obedientiam, tam in Curia Regis, quàm per alia loca & conventus regni notificantes ac persuadentes, quantum potestis, tales sacrosanctis deservire mysteriis, etiam vi, si oportuerit, prohibeatis. Si qui autem contra vos, quasi istud officii vestri non esse, aliquid garrire incipiant; hoc illis respondete, ut vestram & populi salutem non impedientes, de injuncta vobis obedientia, ad nos nobiscum disputaturi veniant. Quia verò te, Rodulphe dico, Ducem & carissimum sancti Petri filium, ad religionis spiritum desideranter anhelare confidimus; unde nos consuluisti, quidquid nobis perfectius visum est, ad correctionem tuam tibi intimamus; ut quantumcumque pretii te pro disponendis in Ecclesia Clericis accepisse recordaris, aut in utilitates ejusdem Ecclesiæ, si attinere ei videtur, aut in usus pauperum expendas; ut nulla in te reprehensibilitatis macula remanente, inter electos regni cælestis cives adscribi merearis. Datum Romæ, tertio Idus Januarji, Indictione decima tertia. *f*

& Simoniacè accepta impendi ecclesiæ

B

f *Adelberti Comitis & ejus uxoris*

36 Item ad Laicos pro iisdem institutis. Gregorius Episcopus, Servus servorum Dei, dilecto in Christo filio & nobilissimo Comiti Adelberto, & ejus uxori, salutem & Apostolicam benedictionem. Gratias Deo referimus, quod & laici & mulieres ad Dominum mentes erigunt, & cultum religionis libenter intellectu capiunt & tenere contendunt. Nam illi, qui propter lucrandas animas Episcopi vocati & constituti sunt, & subditos suos verbo & exemplo viam veritatis docere deberent, his temporibus seducti à diabolo, non solum legem Dei deserunt, sed impugnare & omni conatu subvertere non desistunt. Quo minus mirandum est, si ipsi inferiores Ordines à delicto non prohibent, quorum aut ordinatio fuit hæretica, aut vita omni immunditia & facinoribus cooperta: qui, dum in semetipsis propria scelera nec corrigunt nec attendunt, subditorum quoque crimina, aut per negligentiam, aut timore propriæ conscientiæ, portant. De quibus rectè per Prophetam dicitur: Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurva. Quapropter quidquid illi contra vos, imò contra justitiã garriant, & pro defendenda nequitia sua, vobis qui illiterati estis objiciant; vos in puritate & constantia fidei vestræ permanentes, quæ de Episcopis & Sacerdotibus Simoniacis aut in fornicatione jacentibus ab Apostolica sede accepistis, firmiter credite & tenete. Data Romæ VII Kal. Novemb. Indictione decima tertia.

C *obedientiã in hoc puncto laudat;*

Ps. 68. 24

eamdemque universis inculcat.

36 Ut nullus obediat Episcopis præfata statuta contemnentibus vel negligentibus. Gregorius, servus servorum Dei, omnibus Clericis & Laicis, in regno Teutonicorum constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem. Audivimus, quod quidam Episcoporum apud vos commorantium, ut Sacerdotes & Diaconi & Subiaconi mulieribus commisceantur, aut consentiant aut negligant; his præcipimus vos nullo modo obedire, vel illorum præceptis consentire, sicut ipsi Apostolicæ Sedis præceptis non obediunt, neque auctoritati sanctorum Patrum consentiunt, testante divina Scriptura, facientes & consentientes par pœna complectitur. Omnipotens & misericors Deus, qui ultra spem, quia ultra meritum, miseretur & consolatur nos in omni tribulatione nostra, aperiat cor vestrum in lege, & confirmet vos in præceptis suis, ut auctoritate B. Petri à cunctis peccatis absolutos, vos ad cæleste regnum perducat regnaturos. Amen.

Ita visum complevit de stercora

37 Has Epistolas prosecuta est, ipso præsidente generalis Synodus; in qua, sicut gesta ipsius continent, sententia anathematis data est in omnes Simoniacos & Nicolaitas hæreticos, qui in erroris sui secta indurati, synodalibus Sanctorum Patrum definitionibus & Decretalibus eorum statutis scienter inobedientes, apostatarumque pertinacia eis recalcitrantes, studio & voluntate refragantur. Ecce sacchus stercoribus plenus, eatenus arguendo, obsecrando, increpando cum omni patientia & doctrina portatus; sed ex tunc justa ultione divini zeli exportatus, secundum ordinem quem suis ultoribus ipse Dominus per Ezechielem Prophetam ostendit, dicens: A sanctuario meo incipite. Clamor namque Sodomorum & Gomorrheorum usque ad ipsius Pontificatum multiplicatus fuerat nimis: in eo scilicet, quod prædicti hæretici eorumque fautores, nimia peccandi libertate effrænati, peccatum suum sicut Sodoma prædicaverunt nec absconderunt: ideoque nisi Dominus exercitum reliquisset nobis semen in corruptionis, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus.

Ezech. 9

F

Isa. 1, 9

g *nulla prece pretiove flexilis.*

38 Hac fama justificationis instigati Babenbergenses Clerici *g*, detulerunt ad aures ejus Simoniacum introitum Pseudo-episcopi sui, nomine Hermanni. At ille, contracta non minima pecunia pretiosi metalli & vestimenti copia, speravit Apostolicum rigorem muneribus emolliri posse: & approximans Romæ, exoravit venerabilem *h* Hermannum, Metensis Ecclesiæ Episcopum & Apostolicæ Sedis Legatum, qui tunc forte societatem itineris inciderat, uti se ad Dominum Papam præiret & intercederet. Quod cũ attentasset, & humanæ placationis non parvam materiam affore designasset; vir justus, excutere manus suas ab omni munere solitus, ut erat in conclavi suo positus, Spiritu sancto se inflammante, respondit: Fac eum, si aliquam fidelium communionem velit obtinere, in partes suas redire, & monasticæ regulæ districtum jugum pœnitendo subire: quoniam, propitius sit mihi Deus, si domum istam mihi impleret auro & argento, numquam, me consentiente, Episcopali fungetur officio. Hoc itaque modo & iste Simoniacus submotus est à Sacerdotio.

h

E

ANNOTATA.

a *Extat hac epistola inserta Concilio primo, Romæ sub S. Gregorio habito anno* 1074. *in Apologetico capitulo* 1.

b S. Leo *epist.* 82 *ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem cap.* 4, *& epist* 90 *ad Rusticum Narbonensem cap.* 3.

c S. Gregorius *lib.* 3 *Regesti epist.* 34 *& etiam lib.* 1 *epist.* 42.

d Partes Henrici Regis fovet Otto, quapropter excommunicatus, in exilium missus anno 1074, & post duos annos in excommunicatione mortuus, & Basileæ sepultus. *Ita Chronicon Constantiense à Pistorio editum.*

e *Est epistola* 45 *libri* 2.

f *Anno* 1075.

A PAULO BERNRIE

g Hermanno Bambergenſi *ſcripta eſt epiſtola* 84 *libri* 1, *qua monuit eum. Verum quia judicio Sedis Apoſtolicæ ſe ſubtraxit, & Simoniace Eccleſiam invaſit ejuſque bona dilapidavit, eũ Gregorius excõmunicavit, & Sacerdotali officio privavit, ut ſcribit, ad Bambergenſes, Segefridum Archiepiſcopum Moguntinum, & Henricum Regem, & ſunt Epiſtola prima, ſecunda, & tertia libri tertii. Fruſchius ait, quod tandem monaſterium Swartzachianum in Francia Orientali, id eſt Franconia, intraverit.*

h Hermanno Epiſcopo Metenſi *commiſerat S. Gregorius vices ſuas in cauſa Epiſcopi Bambergenſis, ut dicitur citata epiſt.* 84 *lib.* 1. *Eidem ſcripſit epiſt.* 53. *lib.* 1. *epiſt.* 2. & 21. *lib.* 2, *epiſt.* 5 *lib.* 6 & *epiſt.* 21 *lib.* 8, *in quibus varia illi committit, & indicat auctoritatem Sedis Apoſtolicæ in excommunicando Henrico Rege.*

CAPUT V.

Conjuratio in vitam S. Gregorii. Comprehenſio & liberatio.

Multa fortiter agens & patiens,

39 IAm vero qualiter inimicorum fraudes, tentationes, pericula, detractiones, irriſiones, capB tiones, cuſtodias propter nomen Domini; poſtremo, qualiter, Domini juvamine & ſuſtentatione Apoſtolorumque comitante ſuffragio, Reges, Tyrannos, Duces, Principes, animarumque hominum captivatores, voratores; inſuper lupos, Antichriſti videlicet miniſtros, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & reliquos Eccleſiaſticos pervaſores fortiſſimus athleta Dei ſu-

per quemdã Romæ ſceleratiſſimum,

peravit, nequaquam ſilentio præterire dignum ducimus: quatenus tam præſentibus quam ſubſecuturis ſit in exemplum, & populus ſanctæ Eccleſiæ olim noſtrum ſeculum fuiſſe cognoſcat ſub tanto talique Paſtore prolapſum. Indecens enim & inconveniens eſſe videtur, tradere oblivioni Patris hujus laborem; cum etiam profanarum cauſarum memoria penes ſeculares, pro fortitudinis exemplo, fiat. Hujus quidem exemplum ſi tenaci memoriæ tradatur, fit ſanctæ Eccleſiæ ſupplementum, Chriſti fidelium ornamentum, & in hæreſeon profanarum veniet detrimentum. Hinc enim juſtorum

& hinc excommunicatum,

[pugnæ] iterum prima ſumpſere principia: hinc Eccleſiaſtica victoria & perpetuæ felicitatis quodammodo per filium hereditas [propagatur.]

tandemque in gratiam receptum,

40 Fuit itaque quidam vir in Urbe, perditionis filius, omnium hominum ſceleratiſſimus & iniquiſſimus; cujus quidem memoria aërem ipſum commaculat: cui pro dulcedine perjuria, fallaciæ, luxuriæ, traditio, homicidia, machinationes, ſuſurrationes, conſpirationes, fraudes, deceptiones, conventicula fuerant; & quidquid virtuti eſſe poteſt inimiC cum, ſibi per omnia [licere] credebat; pater furum & ſocius perjurorum, clypeus fallacis & haſta mœchi, galea homicidarum & ſcutum traditionis, tegumentum machinationis, cuſtos ſuſurrationis, anxietas conſpirationis, coloratio fraudis, riſuſque deceptionis, & crypta malæ conventionis: ad cujus confugium omnis hæreticus omniſque ſceleſtus propeperabant: cujus ala velabat ſcandala, ſub cujus umbra Leviathan ipſe tortuoſus coluber dulciter & ſuaviter quieſcebat. Qui ad augmentum tanti commercii turres quamplures in Urbe conſtruxerat; & poſthabitis tam Dei quàm hominis inimicitiis, quidquid ante ſuæ perverſæ mentis oculos incentor malitiæ, diabolus videlicet, adduxerat, peragere ſatagebat. Levia quidem ſibi & dulcia verba, ſed in fine jacula & abſynthium fuerant: qui ad ſui deſtructionem quemdam ſuum compatrem occidit: in cujus domum, re nondum plenè cognita, perrupit, quam etiam deſtruxit: & peracto tanto ſcelere, in
a turrim, quam, vivente patre ſuo Stephano Urbis Præfecto, conſtruxerat, ſe recepit. *a* Ad cujus fa-

cinus vindicandum vir Dei accenſus, una cum adhuc vivente Papa Alexandro, maledictionis & anathematis eum vinculis alligavit. Ille ad augmentum ſuæ confuſionis, cum quibuſdam, quos ſibi aſciverat, Nicolao videlicet & Berthramo, ad perditionis filium, ſcilicet Henricum Regem, properavit; & communicato magnæ impietatis conſilio, *b* Cadaloum Parmenſem, hæreticum, Romam conductum, *c* hoſpitio recepit; & prælia multa, illius ob adjutorium, in Urbe commiſit: cui ſolatium omnes hæretici Simoniaci pro poſſe impendebant, & per ipſum ſanctam Eccleſiam confundere diſponebant. Sed hæreſiarchâ tandem illo *d* mortuo, confuſus iſte, pactum ſe cum Domino Papa facere, & fidelitatem jurare ſpopondit. Quod & fecit: ſed, quæ fides ei eſſe potuit, cui veritas numquam adhæſit? Stabat quidem, propter ſummi Sacerdotis potentiam, ut prædo ligatus: ſed quas poterat fraudes animo tenus perpetrare non definebat tartareus heres. Si quando eum venerabilis Pater Gregorius, ut à talibus pedem retraheret, hortabatur, in pejus quotidiè ſuum vertebat pectus: ſicque factum eſt, ut in ipſa turri, quam miræ magnitudinis ſupra pontem S. Petri conſtruxerat, viros ſicarios poneret; qui ab omnibus introeuntibus & exeuntibus, ex rebus, quæ ferebantur, E prædam caperent.

conſpirationis initia.

D

b

c

d

40 Qua de cauſa Præfectus Urbis, *e* Cincius nomine, vir utique prudens, carus Deo, & hominibus, (qui non ut laicus, ſed veluti fidelis monachus, Deo ſerviens juſtitiam excolebat in omnibus) quadam die eum cepit, & in carceris ſqualloribus tantum latronem, ut dignum fuerat, tradidit. Tandem interventu quorumdam Nobilium Romanorum, permittente hoc clementia Domini Papæ, peractis ſupra ſancti Petri corpus ſacramentis ſuæ melioratiõnis, datiſque obſidibus & reddita turri, de qua confidebat, dimiſſus eſt. Tunc allatis arietibus, & machinis, ferreiſque malleis, funditus eſt everſa: & ſic Urbs aliquantiſper quievit; & iniquorum factio, timore magno concuſſa, conticuit. Sed, quid miſer faceret? Quouſque potuit, iniquos, licet longè poſitos, tam per ſe quàm per ſuos nuntios adiit. Ipſe luſtravit Apuliam, Lucaniam, *f* Ducem Guiſcardum, & ceteros excommunicatos viſitans; ſtatuitque cum ipſis tempus opportunum, quomodo Dominum Papam caperet & occideret: Filium verò ſuum ad Guibertum hæreticum Ravennatem *g* direxit, idem pactum compoſiturum: ſicque ad Regem etiam ſuæ g fallaciæ deſtinavit litteras, promittens eumdem Patrem regio conſpectui repræſentandum. Compoſitis itaque hujuſmodi demolitionibus, ad tempus quievit; expectans nimirum opportunitatem, ut eum caperet, & iniquorum populo ad necandum traderet. Sed Dominus omnipotens, qui captione ſua mundum liberans diabolum captivavit, Patris iſtius captione & ſanguine, Eccleſiæ ſtatum in melius provexit; & filium iniquitatis nõ ſolũ puero ſuo nocere prohibuit, ſed etiam propiis rebus privavit.

e

in nocte Nativitatis, Iſa. 33

41 Prolapſo itaque ferè anno, miniſtri diaboli tempus advenit. Nam inſtante feſtivitate Dominicæ Nativitatis, conſpiratores ſuos, cum quibus conjuraverat, hortari cœpit, ut ad tantum flagitium mente prompti concurrerent, animumque aptarent; promittens eis ineffabilia, libertatem futuram, quæſtum ſine menſura, imitator per omnia fratris & magiſtri ſui diaboli; qui ſolitus morte Domini mundum ſibi totum poſſidendum promittebat. Sed ſicut ſcriptum eſt; dum capit, capitur; dum prædari incipit, præda fit; & dum ambit illicita quæ nondum poſſederat, perdidit acquiſita quæ retinebat. Sic etiam iſte, miniſter utique illius, ſi corde deprehendiſſet ſe tantis rebus expoliandum, fortaſſe quoquo pacto

non obſtante ſubito imbre,

f

F

dum ad Præſepe Miſſa facit,

à tanti

A à tanti ſceleris perpetratione, amore ſuarum rerum magis quam Dei, manum retraheret. Sed quoniam obcæcavit eum malitia ſua, qua ſuffarcinatus incedebat, rem ad effectum perducere conatus eſt; non timens, imo poſtponens animæ ſuæ periculum, alter Judas, manus in Dominum ſuum & Chriſtum Domini injecit. Præſente itaque tantæ feſtivitatis die, ad peragendum Vigiliarum obſequia Pontifex, ut mos eſt, ad B. Mariæ eccleſiam, quæ, ob tantarum devo-
non obſtante ſubito imbre, tionum merita, Major vocata eſt, cum parvo Clericorum & Laicorum numero properavit. Nam mos Urbis fuerat ſemper, in tantæ ſolennitatis excellentia, omnes ad eamdem eccleſiam confluere, totamque noctem illam hymnis & laudibus intentos pervigilem ducere. Sed, Domino diſponente, ad evitandam tantam eccleſiam tanti Paſtoris ſanguine perfundi; ut miniſtri diaboli animus, inhians ſui ad deſtructionem, quæ male voluerat perficere poſſit, populus tunc convenire prohibitus eſt. Die namque ipſo Vigiliarum tantam æther aquarum inundationem profuderat, ut ipſum primi temporis immittere diluvium omnibus videretur. Vix enim aliquis domus ſuæ limen linquere, vicinique ſibi juncti caſam,
B ſi neceſſitas aliqua exigeret, intrare, ne dum eccleſiā tam longe ſitam, penetrare valebat. Loquebantur enim quodammodo mundi elementa futurum ſcelus, & inauditum facinus præſagiebant.

dū ad Præſepe Miſſam facit, 42 Sed quid plura? Adeſt nox, in qua tenebrarum filius lucis aggreditur miniſtrum. Miſſis itaque exploratoribus ad alios exquiſitores venerunt: nam quamdam ſocietatem, juxta eamdem eccleſiam ex ipſius vici habitatoribus ſibi aſciverant: & notantes omnia, ad notitiam ſceleſti illius miſerant, quæ ſcrutati fuerant. Tunc ille legionem ſuam, loricis indutam, cum feſtinatione conduxit; ponens ita, ut poſt peractam ſive de nece victoriam, ſeu de vivo portato triumphum, quemcumque equum quis habere poſſet, aſcenderet: ne quis contra ipſos meditaretur inſurgere. Ventum tandem ad eccleſiam eſt: Papa vero glorioſus in Præſepi poſitus Miſſam noctis primam, ſicut docet religio, decantabat; corpuſque, Dominicum tam ipſe, quam Clerus ejus ſuſceperat; reliqui vero qui aderant, eadem adhuc Sacramenta percipiebant; cum magnus ſubito clamor, magnus & ululatus ex improviſo intonuit, & eccleſiam ipſam implevit. Tunc undique luſtrantes eccleſiam,
C evaginatis mucronibus percutientes quos poterant,
capitur, ad locum Præſepii, quo Papa eximius reſidebat, convenerunt: percuſſiſque ibidem aliquantis, ruptiſque oſtiolis illis, angulum brevem Præſepii æterni Regis & Matris truculentis manibus intraverunt. Tunc injecerunt in eum manus, & tenuerunt. Quorum
& vulneratus abducitur. unus educto gladio caput ejus abſcindere voluit, ſed tamen Domino volente non potuit. Percuſſum tamen in fronte, graviterque vulneratum, de Miſſa nondum finita violentis manibus abſtraxerunt, cædentes & percutientes. Ille vero, ut agnus innocens & manſuetus, ad cælum oculos erigens, nullum eis dedit reſponſum, non reclamavit, non reluctatus eſt, neque ut ſibi in aliquo miſererentur rogavit. Tandē, exutum Pallio & Caſula ſeu Dalmatica & Tunica cum Camiſia, relictis ei tantū amictu & ſtola, ut furem tractum, poſt dorſum cujuſdam ſacrilegi poſuerunt. Ille vero, qui frontem gladio percuſſerat, arreptus à dæmonio, ante ejuſdem eccleſiæ atrium diu volutatus eſt ſpumans, equuſque ejus fugiens nequaquam ulterius inventus eſt.

Hinc populi planctus: 43 Tanti fama mali totam cito perculit Urbem. Quis unquam tanta flentium tantaque funebria narrare lamenta poterit? Sicut enim de Domini noſtri Nativitate Urbs ceteris civitatibus altius congratulari ſolita fuerat; ſic modo commota, triſti-

tiam ſibi non modicam adveniſſe proclamabat. Ex- A. PAULO
pavit pariter hoc factum cælum & terra, & ad tan- BERNRI.
tum facinus vindicandum corda præparantur omnium. Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Prophetam: Dies feſti veſtri convertentur in lamenta- Tob. 2,
tionem & luctum, & gaudium veſtrum in planctum. Et illud: Plorans ploravit in nocte, & lacry- Thren. 1,
mæ ejus in maxillis ejus: non eſt qui conſoletur eam ex omnibus caris ejus. Tunc ſancta Eccleſia Dei di- Hier. 9,
cebat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte? Et illud: Audite, obſecro univerſi populi, & videte dolorem meum. Tunc, omnis maritus ſumpſit lamentum; & quæ ſedebant in thoro maritali, lugebant. Omnis itaque Clerus, Paſtore percuſſo, huc illucque diſcurrebat, & cuncta pene altaria exuentes denudabant. Nihil alicubi, præter quod ante dictum fuerat, in eccleſiis divini Officii, illo die factum *qui adulationem eo-*
fuit. Elementa tamen ad tempus uſque illud tur- *iens,*
bata, ne populum zelantem Domini zelum præpedirent, pacata monſtrabantur. Terra vero aquam pene cunctam, quam nimia inundatione ſuſtinuerat, abſorbens, iterum quoqdammodo ſiccum ad hoc omnibus ulciſcendum oſtendit. Tota itaque nocte E
ſignis tubiſque ſonantibus, militibuſque omnes aditus luſtrantibus, ne aliquo portaretur extra Urbem ingenio, nullum uſquam veſtigium patuit: ſane re dubia omnibuſque ignorantibus, utrum vivus an mortuus eſſet, populo congregato in Capitolio, referentibus quibuſdam innotuit, quod in quadam turri captus teneretur. Tunc omnes gentes tulêre voces ad ſidera.

44 Verum, ubi primum dies terris eſt reddita, omnes inter ſe hortantes populi innumerabiles ad domum Antichriſti venerunt. Incepta itaque pugna *expugnat turrim.*
eſt: ſed primo congreſſu pars hoſtilis fugam arripuit, omniſque factio in eadem ſe turri concluſit. Tunc omni parte vallatæ ignis appoſitus eſt; allatiſque machinis & arietibus, rumpitur murus, cunctaque inibi concluſa fit Domini populo præda. Nemo ſuum periculum vitabat, ſed ſui oblitus pro poſſe pugnabat. Porro quidam vir, cum quadam nobili matrona, Patrem Gregorium ſecutus eſt, qui ei ſolatium aliquantiſper fuerant. Vir namque ille, tædio detractionis, & algore hibernalis noctis afflictum, allatis calefecit pellibus, pedeſque ejus in ſinu ſuo compoſuit. Matrona vero ipſa, fomento medicami- F
nis ſui, Patris noſtri plagam, nimio ſanguinis roſei *ubi pia matrona ejus vulnus curabat,*
profluvio tabidam, deplorando mulcebat; omneſque illos Dei inimicos, homicidas ſacrilegos acclamabat, altera nimirum Maria effecta. Nam quemadmodum illa flens ſua delicta, Domini veſtigia lacrymando perfuderat: ſic iſta omnium crimina perferens, lacrymis ſuis tantum Paſtorem proluebat. Oſculabatur illa pedes Domini Salvatoris, quo deinde lota caput ad uſque perveniret: hæc autem Dei & Domini famuli primo baptiſmate munda, poſtremo pectoris ardore aduſta, caput pectuſque deoſculans lacrymis rigabat. O memorabile pectus! O devotiſſimæ feminæ laudabile jecur! quantus tibi tunc caritatis ardor inhæſerat? cum ante oculos tuos æterni Regis miniſtrum, iniquorum manibus male tractatum vulneratumque proſpiceres; nec ſatanæ miniſtris, ex ore pudico ſanctiſque oſculis, quæ pedibus manibuſque & capiti tanti Patris feceras jam purgato, convitia digna & maledictionis jacula ſubtrahebas. Vere credibile eſt, animam tuam te pro Patris vita ponere velle, & tormenta potius inexiſtimabilia percurrere, quam Dominum captum & tam male tractatum videre. Pugnabat manibus omnium generoſa virago, & immodicæ mercedis omnium particeps, quantum ſibi accumulabat.

A. PAULO BERNRI.

45 Verum, quanto iſtius animoſa fides, tanto alterius mulieris linguoſa perfidia. Nam, ſicut olim Dominicæ Paſſionis tempore, ancilla oſtiaria Petrum terruerat; ſic iſta Vicarium ejus mordacibus opprobriis conturbabat: quæ quidem illius traditoris ſoror fuerat, & idcirco tanto Patri maledicere non formidabat. Alter vero, ejuſdem traditoris miniſter & ſequipeda, evaginatum gladium retinens, tanti viri caput ipſo die ſe abſciſſurum, blaſphemando aſſerebat. Cujus impietatis vindictam velociſſimum Domini judicium non diſtulit. Nam lancea, aforis vibrata, guttur ejus diræ vocis venam obtruncans, ad terram morientem palpitantemque proſtravit, ſicque ad tartarum miſit.

dum alii insultarent capto,

non impune.

46 Traditor autem, jam jamque videns capiendam eſſe turrim, & ſibi periculum mortis imminere, coactus procidit ad pedes beatiſſimi Papæ, dicens: Semper miſericordiam, Pater, docuiſti, docens perfeciſti; errantesque convertens, converſos in fide ſolidaſti; ſuſcipe errantem, & ab iniquitatibus ſe convertentem; converſum ſolida, ne me deſperationis profunditas abſorbeat. Peccavi, erravi, tradidi, interfeci, ſacrilegium perpetravi. Matris Regis enim thalamum corrupi, violentiſque manibus, *h* tugurium & parvum ſecretarium Dei Filii violavi. Te Patrem, & meum Dominum, ut parricida, perjuriis, ſacrilegiis, manibus pollutis ex illius gremio attraxi. Suſcipe, libera, tuere, miſericordiam fer; da remedium, conſilium, ſuffragium: injunge pœnam, pone pœnitentiam carceris, exilium, patriæ diffugium; & Dei judicio in me juſtiſſime commotum, ex more, placa populum. Tuis me pollutum ſanctis ſuſcipe manibus: & hujus diei mihi pœnitenti concede ſpatium. Furcas mihi jure paratas corde conſpicio, dignam pœnam intueor; & idcirco corpore proſtrato, corde demiſſo me potentiæ tuæ trado. Tunc Papa clementiſſimus, pio ut erat pectore, tanta ſupplicantem adorſus eſt: Video te felle amaritudinis obligatum, & tuæ mentis oculos tenebroſo ſqualore contectos; qui lumen veræ lucis, nobis tanto tempore laborantibus, cognoſcere nequiverunt. Tu ipſe noſti, quantis religioſis viris te commonuerim, quantiſque per memetipſum patientiſſimis admonitionibus ſolicitaverim, quibus non ſolum non acquieviſti, verum etiam in deteriora prorupiſti: ſed tamen adhuc janua tibi vitæ patet, tantum ut convertaris corde. Qui mox ad terram corruens, verum ſe reum miſerumque confeſſus eſt, promittens omnia ſibi injuncta incunctanter perficere. Tandem vir mitiſſimus, ſolita ſibi pietate commotus, reſpondit: Quidquid mihi ex ipſa injuria irrogaſti, paterne indulgeo. Quod autem in Deum & Matrem ejus, Apoſtoloſque ſeu omnem Eccleſiam contraxiſti, luendum fore pronuntio: ita ut primo Hieroſolymam tendas; & poſtmodum, ſi vivus inde reverſus fueris, noſtris te manibus & conſilio repræſentes, ut ſic ſaltem modo aliquo gratiam tibi reconciliare omnipotentis Dei valeas. Et quemadmodum cunctis filiis Eccleſiæ, ſubverſionis hactenus exemplar fuiſti, ita de cetero converſionis fias. Hæc itaque cuncta, pro ut juſſum eſt, ut videbatur, explere libentiſſime ſpopondit: & ſic, diei illius liberationem promeruit.

Traditor ſibi metuens, veniã erat,

h Præſepe Domini, *à quo S. Gregorius abſtractus fuerat, intelligitur.*

47 Tandem Papa pius ad feneſtram erectus, turbæ furenti expanſis manibus, ut componeretur, & aliquanti majorum turrim aſcenderent, innuit. Nonnulli vero, putantes, quod eos ad opus, quod inceperant, hortaretur, fortiſſimo impetu turrim ſcandunt. Et ſic foras adductus eſt, turbis omnibus flentibus præ gaudio, & præ pietate clamantibus; cernebatur enim totus cruoris magnitudine reſperſus; & ideo nimio horrore perculſi, voces ad ſidera proferebant. Facta igitur victoria, omnes una cum Papa Gregorio ad Dei Genitricis eccleſiam, de qua nocte ipſa abſtractus fuerat, gaudio non modico repleti conveniunt. Tunc Pater communis Miſſam, quam nocte, miniſtris diaboli prepedientibus, finire non potuerat, hora ipſa complevit; & cum tanta victoria revertentibus, benedictionis Dominicæ gratiam dedit.

Papa liberatus,

ad eccleſiam redit,

48 Deinde, cibis ſummotenus deguſtatis, rurſum conveniunt, adhuc plenius perſcrutari omnes, qui inimico Dei ſe conjunxerant. Inventis autem illis, omnia bona ipſorum perdunt, & exterminio tradunt, nihil omnino linquentes præter perſonas, quæ fugæ præſidium ceperant. Verum dum apud præfatam eccleſiam populus pro Paſtoris liberatione grates Deo redderet; iniquus ille Judas fugam cum uxore, filiis & fratribus arripuit; &, ſic dimiſſis rebus ſuis, nudus evaſit. Quidquid vero ſui juris olim eſſe poterat, populus poſtea adveniens diſtraxit; turribus ac domibus ſubverſis, præſidiis vero fiſci titulo ſociatis. Perditionis vero filius & Antichriſti miniſter, ante mundi conſtitutionem damnatus, poſt ſuam evaſionem, quidquid promiſerat non ſolum minime perſolvit; ſed etiam quibuſdam ſui ſimilibus profanis aſſociatus, conſilia malignitatis contra liberatorem ſuum dare, quoad vixit, non abhorruit.

fugam capientibus inimicis.

ANNOTATA.

a *In Geſtis Mss. Pontificum uſque ad Martinum Papam V deductis, appellatur* Centius Stephani; *Bertoldo* Cincius. *Nomen hîc videtur ſilentio tectum propter familiam, & Cincium Præfectum Urbis virum ſanctiſſimum, uti infra patebit.*

b Cadalous *Epiſcopus Parmenſis novo ſchiſmate formato Pſeudo-Papa conſtitutus eſt, aſſumpto Honorii II nomine, 28 Octobris anno* 1061.

c *In Geſtis Romanorum Pontificum à Nicolao Aragonenſi collectis apud Baronium an.* 1064, *num.* 34. Cencius, Præfecti filius, vir nequam & peſſimus, eidem Cadaloo aſtitit; eumque in caſtello S. Angeli recipiens, juramentum ipſi & defenſionem præſtitit.

d *Ibidem num.* 39 *idem Nicolaus Aragonenſis:* Idem quoque Cadalous poſt paucos dies ex divino judicio peſſimam mortem incurrit.

e Cinthius *D. Petro Damiano, qui lib.* 8 *epiſt.* 1 *& 2 eum laudat.*

f Robertus Guiſcardus Northmannorum *Dux, excommunicatus fuit à S. Gregorio anno* 1074, *ſed Eccleſiæ obediens anno* 1080 *abſolutus: uti pluribus deducit Baronius, ad dictos annos.*

g Guibertus Archiepiſcopus Ravennatenſis, *poſtea Antipapa, S. Gregorio ſemper infeſtus, adverſarios fovit, & excommunicatus fuit.*

CAPVT VI.

Henrici IV identidem ad vomitum redeuntis perverſitas contra jura Eccleſiæ.

49 His itaque præmiſſis, ad ea quæ cum Rege Henrico peracta ſunt, veniamus; & innocentiam Gregorii Papæ oſtendendo, mala, quæ pro bonis receperat, tam præſentibus quam etiam ſubſecuturis, prout poſſumus, indicemus. Nonnullos enim fore credimus, qui partim rei geſtæ, partim auctoritatum ſanctorum Patrum ac Decretaliũ ignorantia, contra ſuæ ſalutis periculum, Patrem communẽ reprehendere, infamare, &, quod omnino inſpectante Deo malum eſt inexiſtimabile, maledictiones ingeminare, nequaquam timeant. Qui, ſi forte divina inſpi-

Gregorio contra Henricum atteſtantur,

A inſpiratione commoti, magis amore cognoſcendæ veritatis, quam ſuperbæ procacitatis inſtinctu hoc agerent; veridicis & approbatis religioſiſque viris interrogatis crederent. Habent enim religione pollentes Epiſcopos infinitos, &, ut è multis paucos enuntiemus, a Geraldum Oſtienſem, qui ob vitæ meritum ab Apoſtolica Sede Gallicanis ex partibus aſſumptus, ſeptimum inter Cardinales Epiſcopos tharonum promeruit, qui ad ejuſdem Regis cauſam inveſtigandam ab Apoſtolica Sede eſt tranſmiſſus, & ad confirmandum ſuo prolatum ore teſtimoniū, plurimos eſt labores, pericula, vincula, carcereſque ipſa pro veritate expertus. Habent b Præneſtinum, qui ad eumdem ſufferendum laborem ab Urbe Roma miſſus eſt. Habetur inſuper & c Petrus Albanenſis, qui ad confirmandum contra Simoniacos veritatis teſtimonium, immanem rogum pertranſiens nudis plantis, ſicut in Regiſtro Domini Alexandri II Papæ ſcriptum reperitur, illæſus exivit. Habentur etiam complures ex ultramontanis partibus, d Udo Trevirenſis, & Hermannus Metenſis, Altmanus Pattavienſis vel Lauriacenſis, e Adelbero Wirzeburgenſis, f Hugo Dienſis, in cujus electione tantum lumen fertur cælitus deſcendiſſe, ut diem vinceret, & corda omnium qui aderant, adveniſſe Spiritum ſanctum, non dubitarent. Ad ſatisfaciendum etiam incredulis ceterorum ordinum viri conveniantur; Abbas videlicet g Cluniacenſis, ejuſdem Regis Pater in baptiſmate; & h Berinhardus Maſſilienſis, qui ob inſtantiſſimum fidei calorem, bis confeſſor factus, propter Dominum exilia compedeſque eſt perpeſſus. i Rapoto, qui nimirum propter ſanguinis nobilitatem & morum honeſtatem, in Regem à populo expetitus aſſeritur: k Adelbertus & Odalſcalchus; quibus tam à Rege, quàm etiam à Papa, res commiſſa fuerat.

a *ſanctiſſimi Cardinales,*

b *Epiſcopi,*

c

d *Principes viri,*

e

f

B

g

h

i

k

50 Et, ut nullus ſexus pertranſeat, veniamus etiam ad honeſtas, & tam religione, quam etiam ſecularium rerum potentatibus locupletes mulieres; Reginam videlicet Agnetem, ejuſdem iniquiſſimi Regis matrem, & vere Reginam; quæ, regali diademate dimiſſo, ſeculum iſtud deſerens, Dei ejuſque matris Apoſtolorumque ejus Petri & Pauli veſtigiis inremiſſibiliter adhæſit; Beatricem inſuper, ejuſque nobiliſſimam prolem Mathildem; quæ, licet mundana cura Ducum officium, Italiam gubernando, geſſerunt (ut Debbora nimirum effectæ, quæ judicans Iſraël, Jabin cum ſuis omnibus in torrentem Ciſon diſperſit) iniquos multoties confuſibiles contriverunt: quæ quidem inter Dominum Papam & Regem mediatrices fuerunt, & regni ſtatum componere & confirmare deſideranti deſiderio cupiebant. Horum omnium aliorumque probabilium totius conditionis teſtimoniis non acquieſcere, nihil eſt aliud, quam Dei iram promereri, perpetuæque damnationis ſubire ſententiam. His itaque ad tanti Patris innocentiam oſtendendam commemoratis, illius Regis fraudes, machinationes, & interdum etiam in S. Petrum contumelias, noſtræ ſchedulæ conjungentes, ne in erroris tenebroſi ignorantia ſcire volentes jacere permittamus, pro viribus cœpta ſequamur.

ac femina.

C

51 Tertio igitur Henrico l mortuo, quartus ille Henricus Rex, permittente Romano Pontifice Victore, qui tunc morienti præſens erat, hereditario jure, nimirum puer, ſucceſſit. Sed (Salomone atteſtante, & dicente; Væ tibi terra, cujus Rex puer eſt, & cujus Principes mane comedunt) ad deſtructionem ſui & totius regni, quidquid uſquam ſceleris eſſe poteſt, patravit. Cæco corde petulans Patrem non timuit, ſed reddentibus cunctis teſtimonium pueritiæ imperfectæque ætati, laſciviam ejus Romani Pontifices ſupportarunt: exiſtimantes illum virile ſcandere tempus, quo corrigi poſſet per ſe; non attendentes, quod ſcriptum eſt; Qui parcit virgæ, odit filium ſuum. Nutritur namque vitium: & dum ramus tener non mundatur aut evellitur, in maturitatem veniens, manu vix aut ferro præciditur. Sic nimirum ille majorum aſcendens currum, omnem Eccleſiam ſuperbienti calcaneo ſupponere, calcandamque præbere, vilem ut ancillam, pro viribus conabatur. Quod ſcelus Romana Eccleſia non ferens, quæ caput totius Religionis & magiſtra eſt; & cui cunctos ſeculi potentes præ ceteris corrigere, vacillanteſque conſolidare proprium eſt, ipſo Domino præcipiente Apoſtolo Petro; Et tu aliquando converſus, confirma fratres tuos; litteris eum convenire, & commonefacere & prædicare cœpit. Cujus collum Chriſti jugum ferre neſcium, libertatis ſuæ arbitrio induratum, hac illacque avertendo diffugit; novo pectore nova verſans conſilia, tempus opportunum exſpectavit, quo Romanam Eccleſiam, ut ceteras, ſibi ſubjicere poſſet: ad quod poſtea, ut reipſa patuit, anniſu quo valuit erectus eſt. Nam mortuo Nicolao II Papa, ſubintroductoque ſanctæ memoriæ Alexandro, veſania ſuæ mentis arreptus, hæreticum Cadaloum, Parmenſem male nominatum Epiſcopum, data per manum ſuam inveſtitura, in Papam erigere non formidavit. Verum, cedentibus omnibus, controverſus Deo, quod deliberaverat, nequaquam ad effectum perducere potuit. Quo tempore quantis ſit paternis litteris commonitus, ejuſdem Patris Alexandri II libri teſtantur.

A. PAULO BERNRI. Prov. 13,

monita Eccleſiæ ſpernit,

Luc. 22,

& Cadalonum evehit.

B

m

52 Cui Pater Gregorius, poſtquam Domini voluntate, fugiens & renitens, ſuccedere coactus eſt, ut decebat, paterna illum viſitavit commonitione; orans & poſtulans, ut pro amore omnium Regis, etiam pro ſui ſtatus ſalute, pro animæ ſuæ remedio, ab actis, quibus oportebat tantum ſanctæ Eccleſiæ filium & membrum abſtinere, pedem retraheret; agnoſceretque Regem Regum ſuper ſe inſpectorem, qui cordium conſilia & tenebrarum abſcondita cognoſcens, unicuique ſecundum opera ſua reddit; rogans etiam, ut conſiliarios peſſimos, qui magis ſua quam eum diligebant, dimitteret: quoniam talium conſiliis conſentire, nihil aliud eſſe quam mortem acquirere, regnumque ſubvertere, & in fabulam cunctis gentibus fieri velle, ſignificabat. Ad hoc Rex ipſe parumper commotus, n litteras ſupplices, & magis (ut poſtea claruit) ſubdolas, emendationem promittentes, miſit. Allatis itaque litteris, tota Eccleſia lætata eſt, ſperans Sacerdotium & Regnum, Dei gratia coadunandum, ad purgandum omne quod in ipſa ſparſim incumbebat ſordidum. Tunc communi conſilio definitum eſt, ut pro tanta cauſa, tamque Deo digna ratione, Agnes mater ejus Auguſta, una cum venerabilibus Epiſcopis, Oſtienſi videlicet & Præneſtino, è latere Domini Papæ miſſis, Regem cum Apoſtolicis litteris adiret, ut tanta promiſſione percognita, certum finem malæ rei hactenus commiſſæ, imponere vellet. Quam Rex ipſe, cum memoratis Apoſtolicis nuntiis honorifice ſuſcepit: reverſuſque ad cor, ut juſtum fuit, in omnibus Deo & S. Petro ſatisfecit. Quidquid etiam Legati ſibi ſuperpoſuerunt, humillima mente portare promiſit in manibus eorum, de cetero ſe cuſtodire, omneſque Simoniacos maloſque conſiliarios & excommunicatos à ſe procul repellere, & Dei Eccleſiam, ſecundum Canonicam inſtitutionem, per conſilium Papæ ordinandam componendamque dimittere. His aliiſque cauſis determinatis, ad Apoſtolicum reverſi ſunt.

Ad Gregorii monita mioveri viſus,

F

n

coram legatis ante acta retractat;

53 Rex quoque reverſus eſt ad eadem volutabra, quibus involvi conſuêrat; credens nimirum magis

A. PAULO BERNRI. *relapſus, à matre in viam reducitur,*

ſuæ blandienti voluntati maliſque conſiliariis, quam ſanæ religioni. Ad quod corrigendum mater ejus Auguſta iterum à Sede Romana miſſa eſt: cum quo, tempore aliquo converſata, ſanctæ Matris Eccleſiæ erga illum affectum omnem aperuit. Ille vero jactum verbi ſemen cordis agro recepit; ſed, ſecundum Euangelicam parabolam, dum mater ſerit, aliud cecidit ſecus viam, quod tam humanis greſſibus conculcatum, quam à volucribus eſt raptum; aliud vero inter ſpinas, & ab exortis ſuffocatum, fructum ferre non valuit; aliud vero ſuper lapidei cordis duritiam jactum, aduſtum ſolis ardore, radices habere non potuit. Per humanos quidem greſſus, malorum hominum, quibus utebatur, conſilia; per volucres vero, immundorum ſpirituum ſuggeſtiones; per ſpinas vero, divitias regiaſque voluptates; per petram vero, duritiam cordis ſignificari, intelligere quilibet ſenſatus poterit. Moram autem faciente Regina, ſuas iterum litteras Papa miſit, ut inſtaret verbo & liberationi filii; ipſumque rogavit, ut quemadmodum in litteris
p ſibi polim miſſis continebatur, Legatorumque in manibus promiſſio & fides data oſtenderet, ſic ſe cuſtodiret; & maxime à Simoniaca hæreſi, qua inſu-
B dabat, ſpiritum ſuum cohiberet; excommunicatos conſiliarios, quos pro ſalute ſua regnique ſtatu Apoſtolica Sedes & Synodus juſte damnaverat, procul abjiceret, ne in eamdem maledictionem incideret. Regina Romam revertens, filium ad Dei juſtitiam & honorem inclinatum fore aſſeruit: cui non multo
q poſt vacillanti blandientes & idoneæ litteræ *q* bis miſſæ ſunt.

metu etiam rebellantiũ Saxonum,

54 Illo quidem tempore Saxones, quoniam videbant ab eo ſe nimium crudeliter tractari, unanimiter conſpiraverunt, ut pro Rege illum amplius non haberent. Tunc coactus ſupplices ad Apoſtolicum litteras direxit, orans, ut ſuis orationibus commendatum ſuſciperet; quatenus eum de tam horrendo pavidoque judicio jam imminenti, ſuis meritis excelſi Regis dextræ eriperet; iterum iterumque promittens, nil unquam amplius de eccleſiis Dei facere, quod ſancti Canones reprehendere poſſent. Cujus precibus motus Papa, eiſdem Saxonibus litteras & nuntios miſit; & circa ejuſdem Regis radices fodiens, prædicationis ſuæ cophinos miſit, exſpectans ſcilicet, ut groſſos ex ficu colligere poſſet. Sed, unde ſumere humoris boni plenitudinem debuit, inde poſt
C marcidus aruit: & exſpectata vitis ad pingues botros ferendum, labruſcas viles & exiles portavit: & ſeges foliis pulchrioribus ornata, meſſis tempore nil aliud, quam infandæ permiſtionis lolium protulit. Monuit equidem Regem, interim ſe ab armis ſuſpenderet, donec è Saxonum partibus nuntios haberet: Rex vero, non acquieſcens litteris & commonitionibus Patris, terras Saxoniæ intravit; ubi ex utraque parte, hominum peccatis exigentibus, multus humanus
r ſanguis effuſus eſt. *r* Regis tamen in manibus, juſto *quibus bello victis ad ingenium redit.* Dei judicio, victoriâ datâ; pro quâ, ſub manibus Domini humiliari debuit, tanquam ignitus & ſpiritu elationis inflatus, contra ipſum intumuit. Nam cuncta, quæ pridem per Matrem, per Epiſcopos, per Clericos, per communes nuntios & privatos, antea promiſerat: poſtmodum, quia ſecurus, in irritum duxit. Siquidem Eccleſias, quas in manibus Domini Papæ corrigendas ſub juramento poſuerat, non ſolum non dimiſit; verum etiam, contra decretales Patrum inſtitutiones, quibuſdam adulteris & Simoniacis ſub inveſtitura contradidit. Inter quos etiam *s*
s Gotefridum, propter Eccleſiæ Mediolanenſis invaſionem excommunicatum, ejuſdem invaſionis adul-
t terio inveſtivit; *t* Altono cum Papa morante, quem Archiepiſcopum melior pars Cleri, & populi ſuum
u Dominum elegerant. Dedit etiam *u* Firmanam, & & Spoletanam.....

ANNOTATA.

a Geraldus, *ſeu* Gerardus *Ratiſponenſis, ex majori Priore Cluniacenſi Epiſcopus Oſtienſis factus anno* 1072. *Ciaconio dicitur* octavo loco *Cardinalis creatus. Hic anno* 1074 *ad Henricum IV Legatus eſt miſſus. Extant ad eum S. Gregorii epiſtola* 6 *&* 16 *libri primi.*

b Ubertus, *infra* Humbertus, *Epiſcopus Præneſtinus, cum dicto Geraldo creatus Cardinalis, & ad Henricum IV miſſus.*

c B. Petrus Igneus, *Monachus Vallumbroſanus, S. Ioannis Gualberti alumnus, à S. Gregorio anno* 1074 *Cardinalis Albanenſis creatus, ſanctè obiit die* VIII *Ianuarii: quod autem hic dicitur contigit tempore Alexandri II, in cauſa Petri Simoniaci Epiſcopi Florentini, & legitur etiam in vita S. Ioannis Gualberti.*

d De Udone *infra agitur: De* Hermanno *ſupra actum.* S. Altmanni *Vita danda eſt* 8 *Auguſti. Ad hunc vero eſt epiſtola* 10 *libri* 9.

e Adelbero *cum S. Altmanno conſtantiſſime ſchiſmaticis reſtitit, & ſæpius eſt in exilium pulſus, atque anno* 1090 *mortuus in Lambacenſi cœnobio, à parentibus condito.*

f Hugonis, Dienſis *in Delphinatu Epiſcopi, Acta & legationes per Gallias, à S. Gregorio illi commiſſas, deſcribit per* 8 *paginas* Ioannes Columbus *in Epiſcopis Dienſibus. Ad eumdem extant epiſtolæ S. Gregorii ſeptem.*

g *Is eſt* S. Hugo Abbas, *cujus Acta dedimus* 19 *Aprilis: & ſupra de eo agitur num.* 12, 13 *&* 14. *Extant quinque S. Gregorii ad illum epiſtolæ.*

h Bernardus, Abbas S. Victoris Maſſiliæ, *creatus an.* 1066, *defunctus an.* 1080, *à S. Gregorio cum* Bernardo Patavino *legatus ad Principes Imperii, & in Hiſpaniam propter diſſidium Berengarii Comitis Barcinonenſis. Extant epiſtolæ illius ad iſtum, & ad monachos Maſſilienſes de eo: in quarum altera lib.* 6 *epiſt.* 15, *illos hortatur ut abſentiam ſui Abbatis æquo ferant animo, in altera lib.* 7, *ep.* 8 *dolet de obitu ejuſdem Abbatis.*

i Rapoto *videtur eſſe* Comes Palatinus, *cujus obitum refert Vrſpergenſis ad an.* 1099.

k Adelbertus *ſive* Albertus Comes, *ad quem ejuſque uxorem extat epiſtola* 11 *lib.* 2; *& huic ſimilis Comes Imperii videtur fuiſſe* Odalſcalcus. *De his tribus agit epiſtola* 10, *lib.* 3 *ſub finem.*

l *Die* 5 *Octobris anno* 1056 *Borfeldiæ prope Herciniam ſilvam.*

m *Potiſſimum lib.* 2, *ep.* 30 *&* 31, *lib.* 3, *ep.* 3, 7 *&* 10.

n *Extant hæ litteræ apud Baronium an.* 1073 *num.* 49.

o *Lambertus Scafnaburg. aſſerit,* Regem celebrata in Bamberga Paſchali ſolemnitate, Nurenberg perrexiſſe obviam Legatis Apoſtolicæ Sedis, *& tribus hic indicatis adduntur* Epiſcopus Curienſis & Epiſcopus Cumenſis.

p *Eſt ea epiſtola* 85 *lib.* 1.

q *Sunt ea* 30 *&* 31, *lib.* 1.

r *Monachus Herfeldenſis, in Chronico hiſtorico Germaniæ, late hoc bellum deſcribit, à pag.* 744 *tomo* 1 *Scriptorum illuſtrium Germaniæ excuſo Baſileæ anno* 1574. *Item Bruno monachus de Bello Saxonico, tomo* 1 *Scriptorum Germanicarum Rerum per Freherum edito.*

s *S. Gregorius epiſtola* 15 *lib.* 1 *ad omnes Chriſti fideles in Lombardia, nuntiat ſe excommunicaſſe* Gotefredum, *quod ſimoniace Eccleſiam Mediolanenſem occupaverit.*

t Altonus, *Vghello* Atho, *Clericus Ambroſiani Collegii, electus* 1076, *de quo & perturbatione Eccleſiæ Mediolanenſis legi poteſt Vghellus in Archiepiſc. Mediolan. col.* 156.

u *S. Gregorius epiſt.* 15 *lib.* 3 *ad Henricum Regem* Contra ſtatuta, *inquit,* Apoſtolicæ Sedis tradidiſti Firmanam & Spoletanam Eccleſiam . . . quibuſdam perſonis nobis etiam ignotis. *Firmanam Sedem accepit Griſforanus, Spoletanam quidam* natione Teutonus, *quos ambos S. Gregorius excommunicavit & de Sede depoſuit. Conſule Vghellum in dictis Epiſcopis tomo* 1 *&* 2 *Italiæ ſacræ.*

CA-

A

CAPVT VII.

Synodus Romæ à Gregorio celebrata contra Henricianum conventiculum Moguntiæ actum.

Contra Gregorium promiſſa ſurgentem

55 HIs autem ad Apoſtolicam Sedem perlatis, Papa Gregorius non modicum conturbatus eſt. Cœpit interea agitari multis ſolicitudinibus: quoniam cuncta, quæ ad pacem provenire ſperaverat, verti in contraria perſpiciebat. Tandem cauſas aliquas, ſibi per quoſdam Legatos ſecretè miſſas, quibuſdam perſonis honeſtiſque viris patefecit; ut perpenderent, quid ſuper his ſtatuendum foret. Tantis itaque promiſſionibus, imò ſimulationibus inſpectis, omnes mirari cœperunt. Verum, ne Romana Sedes videretur aliquid injuſtè ſeu præcipitanter agere, definitum eſt; ut eidem Regi acriores litteræ ſcriberentur; in quibus plenè cognoſceret, nullo timore amoreve juſtitiam dimittere poſſe Romanum Paſtorem. Scripſit autem ad Beatricem ejuſque filiam Mathildem, quæ tunc temporis Italiam totam præ ceteris gubernabant, ad eumdem Regem, ad invaſorem Mediolanenſem, ac Suffraganeos omnes.

Henricus conciliabulum agit,

B

56 Tunc Rex, gravi mœrore & timore correptus, hac illacque mente furibunda tranſcurrens, omnes ſuos nequam conſiliarios advocavit: deductis in medium nonnullis ſeductoribus ante perverſæ mentis oculos, qui plura, quibus humana mens falli ſolet, propoſuerunt; regni honorem à Patre dimiſſum, liberum arbitrium, opes infinitas, militum abundantiam & fortitudinem, Epiſcopos, Duces, Tyrannos, & ſub fidelitate Principes conſtrictos, ſuperborum etiam colla ſuo jugo contrita, quæſtum inſuper Eccleſiarū ſuis manibus traditarū, & multa alia, quæ ut diximus, ſecularium mentes illiciunt: inter quos a Moguntinus fuit Archiepiſcopus, & reliqui, qui ſub ipſo degebant Suffraganei. Facta verò tali conventione, ſtatuerunt ut Imperialis conſtitutio, cunctos in ſuo regno manentes Epiſcopos, curſoribus ubique miſſis, ante ſuam præſentiam juberet aſſiſtere; *b* & coadunatis omnibus, anathemati, quod Moguntinus hæreticus contra B. Petri Vicarium, imò in Dominum & Apoſtolum ejus componeret, ſubſcriberent. Quod ſi forte motus aliqua reverentia quis eorum ſe ſubtrahere vellet, rebus omnibus & dignitate privatus, ut Regalis majeſtatis obnoxius, capitalem ſubiret ſententiam. Interea Legatis undique miſſis, *c* ab Urbe quidam Hugo, olim Cardinalis, tunc autem inter Epiſcopos hæreticos præcipuum caput (qui jam tertio ab Apoſtolica Sede damnatus fuerat, quia quoſdam Simoniacos reconciliare præſumpſerat) fictitiis ſuis litteris Archiepiſcoporum, & Epiſcoporū perſonas repræſentans, advenit; laudans omnia, quæ ſuper Dominum Papam compoſuerant; projectis in medium aliis epiſtolis, ſub omnium Cardinalium Senatuſque ac populi nomine titulatis, quibus ſignificabantur quædam proclamationes ad præſentiam regiam delatæ; ubi etiam continebantur poſtulatio novi Pontificis, & abjectio legitimi Paſtoris: ſubintulit etiam multas inimicitias, quas patiebatur à Nortmannis, à circumjacentibus Comitibus, ab ipſis etiam traditoribus in Urbe manentibus. Quibus viſis Rex non modicè lætatus, ad opus componendum fomentum deſideratum accepit. Adductis itaque in medium *d* diabolicis Pontificibus, anathema ſuper Dominum Papam, imo ſuper ſeipſos protulerunt. Miſſis etiam in Longobardiam & Marchiam à latere Regis tam nuntiis quam apicibus, viſum eſt, ut facto anathemati ſubſcriberent. Congregatis ergo omnibus Papiæ, ex præcepto Regis, & magis ex propria malevolentia & odio, ut res patuit, anathemati ſubſcripſerunt. Nam ad oſtendendum malæ voluntatis cumulum, poſitis ſacroſanctis Euangeliis, juramento firmaverunt, nullo modo ſe deinceps Gregorium pro Papa habituros, vel obedientiam exhibituros, miſſisq; nuntiis, idem ut alii facerent, effecerunt. A. PAULO BERNRIE

quo Romæ Synodum celebrante

57 Scripſit autem idem Rex Romam litteras, omni injuria inhoneſtas, falſitateque repletas, præcipiens Domino Papæ, ut de Sede ſurgeret Eccleſiamque dimitteret: vocans eum perjurum, invaſorem, & Regiæ dignitatis diminutorem, maximè Simoniacis Longobardiæ elaborantibus. Statuerunt etiam, ut non ante litteræ darentur & verba, quam Synodus, quæ congregata in Romana fuerat Eccleſia plenius hoc audire poſſet, quod etiam factum eſt. Nam & Papa Synodum faciente, quidam Parmenſis Clericus, Domini Apoſtolici ad injuriam, cum eiſdem litteris præſentare ſe non abhorruit; & eaſdem blaſphemias, in facie totius Eccleſiæ & conventus, proferre non formidavit. Per idem tempus, prodigium ad illius iniquitatis indicium & confirmationem futuræ rei, in Urbe juxta B. Petri Eccleſiam ortum eſt, quod omnium corda nimium in ſtuporem converterat: nemo enim aliquam ſignificationem ſuper ipſum dare & proferre digne convenienterque poterat. Siquidem gallina *e* ovum mirifico cælatum opere peperit, in quo duo mira inſignita fuerant; ſerpentis ſcilicet & ſcuti ſimilitudo, nimio horrore tenebroſa. Serpēs vero qui in triplicē ex eodem ovi cortice ſe ſinuationem erexerat, vertice ſe ſurſum erigere velle ad ſummitatem ovi conabatur: caudam vero in partem tenebrarum illius extenderat. Sed dum ad ovi dignitatem tenderet, quodam ictu repercuſſus, ventre tenus caput reflexerat. *f* Scupea vero ejus non depicta, ſed extra corticis ordinem poſita, manu deprehendi; & tractari, velut alia materialis res, poterat. Conſiderantibus autem omnibus, & mirantibus Epiſcopis, ceteriſque qui in Synodo conſederant; nuntius ille Antichriſti advenit. *poſt ovi portentoſa exhibitionē,*

E

e

f

Henrici miſſus depoſitionem intimat,

58 Poſtquam verò, finito Hymno, facturus ſermones exhortationis omnibus, Papa conſederat; ille præcurſor Antichriſti, non tribuens honorem Deo, magiſque diligens terrenum quam cæleſte imperium, ſic eumdem Papam alloquitur: Dominus meus Rex & Epiſcopi omnes Ultramontani & Italici, præcipiendo mandant, ut invaſam Sedem B. Petri, & Romanam Eccleſiam amodo dimittas. Non eſt enim dignum, ſine præcepto illorum & Imperiali dono, tantum honorem ſcandere. Et converſus, Clero Romano dixit: Vobis dicitur, Fratres, ut ad futuram Pentecoſtes ſolennitatem Regio conſpectui vos repræſentetis, ſuſcepturi de manibus Regis Papam & Patrem: quia hic, non Papa, ſed lupus eſſe dignoſcitur rapax. Ad cujus verba mox *g* Joannes Portuenſis Epiſcopus, morum honeſtate & religione vir præclarus, facto impetu ſurgens, immenſa voce clamavit, Capiatur. Tunc Præfectus, facto impetu, cum judicibus, militibus, & Romanis nobilibus, tantum impoſtorem, evaginatis in ipſa Eccleſia Salvatoris gladiis, ante Domini Papæ præſentiam interimere voluit: & feciſſet, niſi pius Pater toto corpore ſe ſuper eum projeciſſet, omnibus de ejus morte clamantibus.

F

g

Is ne occidatur impedit Papa,

oſtendens in ejuſmodi caſibus

59 Tandem, vix impetrato ſilentio, Dominus Papa dixit: Nolite, filii, Eccleſiæ ſanctæ Domini Dei noſtri quietem in ſeditionem aliquam commovere. Oportet enim inſtare tempora, ſecundum divinarum Scripturarum ſeriem, periculoſa: in quibus homines ſe ipſos amantes, cupidos, ſuperbos, elatos, parentibus inobedientes eſſe, neceſſe eſt: ut, patientia

2 Tim. 3

filiorum

a *ubi adnitente Hugone Card.*

b

c *abdicatur Gregorius:*

C

d

A. PA. LO BERNRIE filiorum Dei, exhibitio fidei noſtræ multo pretioſior ſit auro, quod per ignem probatur. Clamat nobis divinus ſermo dicens: Neceſſe eſt, ut veniant ſcandala: væ autem homini illi, per quem ſcandalum venit. Et iterum, ad oſtendendum noſtræ qualitatis modũ, qualiter ad inimicos noſtros converſari debeamus, ſubjunctum eſt. Ecce, ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Nunc vero licet Antichriſti præcurſor in Eccleſiam ſurrexit, nos tamen multis à temporibus, tam à Domino quam à ſanctis Patribus edocti, ſic geminæ ſcientiæ munere greſſus incedamus per priſtinos, ut quemadmodũ pii Patres ſerpentes [prudentiã ſimplicitate columbæ jungẽtes, hæreticos ſerpentina utentes]*b* aſtutia fugaverunt; ita & nos manſuetudinẽ felle carentis alitis teneamus, & prudentiã ſerpentis non relinquamus. Utrumq; enim mente geſtare, nõ eſt vitiũ, ſed dignæ diſcretionis arcanum. Non enim aliquem odio proſequi debemus, ſed imprudentia fatuitateve legem Domini volentes infringere, ſubportare. Ecce enim acceptabile tempus adeſt; ecce, iterum Dominus ſpiritualiter inter homines ambulat, clamans, & dicens: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & reliqua.

Mat. 18

Lucæ & Mat 10

columbinã ſimplicitatẽ tenendam, Math. 26

B

60 Ad viam ergo vitæ nos Dominum vocantem ſequi oportet, ſi hereditatis æternæ fructum deſideramus carpere. Per multas tribulationes, ut Doctor noſter docuit, oportet nos intrare in regnum Dei. Satis eſt, quod huc uſque in pace viximus Eccleſiæ: nunc verò diu aridam meſſem, Sanctorum iterum ſanguine convenit irrorari, ut fructus illius, longo tempore tabidus ſenio, recenti rore perfuſus, in priſtinum redeat decoris aſpectum. Videmus pugnam diaboli in apertum proſilire campum, hactenus fuſcis ſqualloribus adopertam: ideo nunc tirones Chriſti, doctas manus ad prælia geſtantes, convenit obviare: quatenus Chriſti fides, quæ, eodem inficiente diabolo, toto penè terrarum orbe diſperſa relictaque cernitur, cuncta, Domino Deo per nos pugnante, inſtauretur. Ad detrimentum nempe noſtræ ſalutis, ſeculares quotidie propugnare conſpicimus, qui nihil aliud quam gehennam acquirunt; ſi nos, quibus vivere Chriſtus eſſe debet, & ejus etiam amore mori lucrum; quibus in retributione, poſt iſtam miſeram & imaginariam vitam, felicitas præparatur æterna, à Dei legibus & fide noſtra orthodoxa, pedem, hoſti cedendo, non retrahamus. Commoveat nos ſaltem vox Dominica, quæ dicit: qui me erubuerit, & ſermones meos; hunc Filius hominis erubeſcet, cum venerit in majeſtate ſua, & Patris, & ſanctorum Angelorum. Terribile nobis videri debet, ſi tempore illo, à tanto tribunali ſententiam noſtris negligentiis diræ verecundiæ capiamus; quorum laboribus Judex omnium alios remunerare vult. Ideo enim domus ſuæ ſpeculatores nos æterna Sapientia eſſe voluit, ut ipſe poſtmodum venturus inhabitator mundam domum noſtro ſtudio habere poſſit. Ad quod ſcilicet opus egregium inſtare Domini Sacerdotes hortantur, cum in maturo tempore legibus Domini, ſeneſcentes poſt quinquageſimum annum, cuſtodes vaſorum

& ad generoſe certandum pro Chriſto Act. 14

monet Patres,

C

Num. 8

Domini præcipiuntur fieri. Vaſa quippe, ut

1 Cor. 3 B. Gregorius ait, noſtra ſunt corda, quibus ferimus cuncta, quæ cogitamus. Corda etiam Dei vivi templum eſſe, ſacra teſtantur eloquia: quæ quidem tanto mundari convenit diligentius & ornari, quanto illorum inhabitatorem ceteris mundiorem eſſe dignoſcimus. Scriptum quippe eſt: Mundus habitator

1 Cor. 15 mundam quærit domum. Et iterum: Evigilate juſti, & nolite peccare. Et iterum: Ecce ſto ad oſtium, &

Apoc. 3 pulſo. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Videmus jam, Fratres, ſi corda noſtra erigere conemur intente, auctorem noſtrum pulſare, noſq; commonefacere, ut aperiamus illi, & claudamus oſtium diabolo; & ejus ſatellitibus & complicibus pro viribus reſiſtamus, in promptu habentes ulciſci, ſecundum Apoſtolum, omnem inobedientiam. Neque timendum eſt, etiamſi prævalere poſſint adverſum nos: quoniam ideo illis poteſtas à juſto traditur Judice, ut fiant noſtræ probationis caminus, cito in cinerem & favillas conſumendus, noſque vaſa explorata perpetuo in Domini miniſterium aſſumenda. Speramus ſanè, nec dubitamus, quod nulla tribulatio, perſecutio, gladiuſuè, vincula, carceres, exilia, inſtantia, futura, poterunt nos ſeparare à caritate, quæ eſt in Chriſto Jeſu, & ſanctis ejus legibus. Melius eſt enim mori pro legibus Domini, quam eorumdem perſuaſoribus & deſtructoribus terga vertendo Eccleſiæ [jura prodere]: quoniam non obviare talibus, Chriſti planiſſimè eſt fidem negare.

D

quibus ad id data poteſtas, 2 Cor. 10

61 Videmus præ oculis & manibus ſignum antiqui ſerpentis; quod omnipotens Deus ideo vobis oſtendit, ut cautos ſolicitoſque redderet, & quid ſuper filium ſuperbiæ, extollentem ſe adverſus hanc ſanctam Eccleſiam Catholicam facere debeamus, inſinuaret. Sancta quippe Scriptura, Fidem, ſanctæque Eccleſiæ figuram ovi nomine deſignat; in qua quidem malos cum bonis permiſtos eſſe uſque ad mundi terminum, nullus fidelium dubitat. Sed licet fraudibus deceptionibuſque aliquandiu ſe occulere ſtudeant, non ſemper latere, Domino revelante, poſſunt; ut, cum in apertum venientes emicarint, cunctis appareat fraus quæ latebat, & in cognitos ſancta Dei Eccleſia ultionis gladium exerat. Rex iſte, cujus figuram Deus mihi demonſtrari & cognoſci per ſerpentis ſimilitudinem voluit, hactenus timens, ſuis ſubdolis verbis & nuntiis, velut in tenebroſæ noctis caligine latuit: qui modo foras ſaliens, quod corde geſtabat, oſtendit ſufficienter ad condemnationem, quam paſſim per Dei Eccleſias commiſerat. Nunc verò, ut cernitis, caput ad fidei noſtræ fundamentum erigere cœperat, ſicut ſcriptum eſt: Poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſivit in terra. De quo Joannes Apoſtolus dicit; Et datum eſt ei os loquens magna, & blaſphemias. Et illud; Et cauda ejus (Draconis) tertiam partem ſtellarum traxit. Non attendit miſer, quid veritas ipſa dixit Magiſtro noſtro & Principi Eccleſiæ: Super hanc, inquit, petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Nunc igitur, Fratres, convenit gladium ultionis exerere, & inimicum Dei & Eccleſiæ alligando percutere, ut percuſſum caput, quod ad Fidei fundamentum & omnium Eccleſiarum erectum eſſe dignoſcitur, corruat: ut, quemadmodũ in primo ſuperbiæ ſuæ tempore ei dictũ eſt; pectore & ventre repat. Nolite timere, ut ait Dominus, puſillus grex; quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnũ. Satis eſt, quod hucuſq; ſuſtinuiſtis, bene convenienterq; illũ commonuiſtis, nunc verò cauteriatã conſcientiam ſe habuiſſe cognoſcat.

& victoria præſagium in portentoſo illo ovo.

E

62 His atque aliis nonnullis peroratis, ſancta & magna Synodus dixit: Tua, ſanctiſſime Pater, cenſura, quem ad regendum noſtri temporis ſeculum divina peperit clementia, contra blaſphemum, invaſorem, tyrannum, deſertorem, talem ſententiam proferat, quæ hunc conterat, & futuris ſeculis transgreſſionis cautelam conferat. Dignum quippe eſt juſſis tuis obedire & obſecundare, ut poſſumus: neque facere cupimus animas noſtras pretioſiores nobis. Libenter enim, ſi neceſſe eſt, mortem amplectemur, ut Patrum noſtrorum veſtigia relinquere non videamur. Cur enim non demus pro Dei noſtri ſanctis legibus illud, quod à nolentibus nobis aufertur? Gladium exere, judicium exerce; ut lætetur quilibet juſtus,

Pſ. 72, 19

Apoc. 13 & 12

Mat. 16, 18

F

Luc. 12, 32

Decernitur excommunicandus Henricus.

A juſtus, cum viderit vindictam, manus ſuas lavet in ſanguine peccatoris. Tandem omnibus acclamantibus definitum eſt, ut honore Regio privaretur, & anathematis vinculis, tam prænominatus Rex, quam omnes aſſentanei ſui colligarentur.

ANNOTATA.

a Ut feria ſecunda ſecundæ hebdomadæ in Quadrageſima ad Synodum Romæ occurreret, de criminibus quæ objicerentur cauſam dicturus, alioquin ſciret, abſque omni procraſtinatione, eodem die de corpore Eccleſiæ ſanctæ Apoſtolico anathemate abſcindendum eſſe. *Ita Lambertus ad an. 1076: econtra Pſeudo-ſynodus Wormatienſis, de qua mox, indicta fuit in Dominicam Septuageſimæ.*

b *Hic eſt* Sigefredus, *qui præfuit Eccleſiæ Moguntinæ ab anno 1059 ad 1084. Ejus res geſtas latiſſime deducit Serarius lib. 5 Rerum Moguntiacarum, à pag. 742 ad pag. 788. Infra nomen exprimitur, quando tranſivit ad partes Ruldolphi Regis.*

c Hugo cognomento Blancus, *inquit Lambertus, qui ſimilia habet: & Domnizo in Vita Mathildis lib. 1 ſic canit:*

B Huc Hugo tunc falſus venit, qui dicitur Albus;
Offert hic multis Romanæ Presbyter Urbis:
Ter damnatus erat, pretio quia reſtituebat
Emptores Chriſti templorum, junctus & ipſis
Adverſus Papam, fingens mala, lætificabat
Corda malignorum, Regis ſimul & ſociorum.

d *Idem Domnizo ita proſequitur:*

Audax Antiſtes Moguntinus nimis ille,
Non Chriſtum timuit, Papam quando maledixit.
Cuncti ſubſcribunt: magis ipſi ſe maledicunt.

e *Idem Domnizo inſinuat* ovum quaſi ſculptum *fuiſſe. Dum hæc imprimuntur, audimus ejus figuram extare, quam ſi acceperimus, Lector inveniet poſt Tomum* VII *in Appendicibus.*

f *Per* Scupeos *intelligit Gretſerus pellem ſquammoſam: Germanis enim* Schuppen, *ſquamma dicuntur.*

g Joannes *alteri Ioanni ſucceſſit circa annum 1066; & S. Gregorio fideliſſime adhæſit, ut nec Imperatoris minæ potentiaque illum avertere potuerint. Laudatur à Petro Oſtienſi lib. 4 Chronici Caſinenſis cap. 2, & aliis.*

h *Lineam hanc ex conjectura ſuppleo, quoad genuina Pauli verba (neſcio quo caſu amiſſa inter manus typothetarum) accepto aliunde exemplari ſupplere liceat.*

CAPUT VIII.

Rex Henricus excommunicatur. Litteræ S. Gregorii ea de re, & ultionis mox ſecutæ exempla.

Gregorius proteſtatus quod Papatum non ambierit,

63 ACcepta itaque fiducia, Dominus Papa, ex totius Synodi conſenſu & judicio, protulit anathema in hunc modum. Beate Petre Apoſtolorum Princeps, inclina, quæſumus, pias aures tuas nobis, & audi me ſervum tuum; quem ab infantia nutriſti, & uſque ad hunc diem de manu iniquorum liberaſti, qui me pro tua fidelitate oderunt & odiunt. Tu mihi teſtis es, & Domina mea Mater Dei, & Beatus Paulus Frater tuus inter omnes Sanctos, quod tua ſancta Romana Eccleſia me invitum ad ſua gubernacula traxit, & ego non rapinam arbitratus ſum ad Sedem tuam aſcendere; potiuſque volui vitam meam in peregrinatione finire, quam locum tuum, pro gloria mundi, ſeculari ingenio arripere. Et ideo ex tua gratia, non ex meis operibus credo, quod tibi placuit & placet, ut populus Chriſtianus, tibi ſpecialiter commiſſus, mihi obediat ſpecialiter, pro vice tua mihi commiſſa: & mihi tuâ gratiâ eſt poteſtas data à Deo ligandi atque ſolvendi, in cælo & in terra. Hac itaque fiducia fretus, pro Eccleſiæ tuæ honore & defenſione, ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, per tuam poteſtatem & auctoritatem, Henrico Regi, filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam Eccleſiam inauditâ ſuperbiâ inſurrexit, totius Regni Teutonicorum & Italiæ gubernacula contradico, & omnes Chriſtianos à vinculo juramenti, quod ſibi fecere vel facient, abſolvo; &, ut nullus ei ſicut Regi ſerviat, interdico. Dignum eſt enim, ut qui ſtudet honorem Eccleſiæ tuæ imminuere, ipſe honorem amittat quem videtur habere. Et quia ſicut Chriſtianus contempſit obedire, nec ad Dominum rediit quem dimiſit, participando excommunicatis, & multas iniquitates faciendo; meaque monita, quæ pro ſua ſalute ſibi miſi, te teſte, ſpernendo; ſeque ab Eccleſia tua, tentans eam ſcindere, ſeparando; vinculo eum anathematis vice tua alligo: & ſic eum ex fiducia tua alligo, ut ſciant gentes & comprobent, quia tu es Petrus, & ſuper tuam petram Filius Dei vivi ædificavit Eccleſiam ſuam; & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. A. PAULO BERNRI. *declarat Henricum regno privatum & excommunicatum.* Matth. 16.

64 Poſt hæc miſit ad diverſos Epiſtolas, idem anathema & cauſas ejus manifeſtantes, ex quibus has duas interponere præſenti opuſculo curavimus. Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, omnibus qui cupiunt annumerari inter oves quas Chriſtus B. Petro commiſit, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Audiſtis, Fratres cariſſimi, novam & inauditam præſumptionem, audiſtis ſceleratam ſchiſmaticorum, & nomen Domini in B. Petro blaſphemantium, garrulitatem & audaciam: audiſtis ſuperbiam, ad injuriam & contumeliam ſanctæ & Apoſtolicæ Sedi illatam, qualem veſtri Patres nec viderunt, nec audierunt umquam, nec ſcripturarum ſeries aliquando à paganis vel hæreticis docet emerſam: cujus mali, etſi aliquod umquam, poſt fundatam & propagatam fidem Chriſti, præceſſiſſet exemplum; omnibus tamen fidelibus, pro tanto contemptu & conculcatione Apoſtolicæ, imo divinæ auctoritatis, dolendum foret & gemendum. Quapropter, ſi B. Petro claves regni cælorum à Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto traditas eſſe creditis, & vobis per manus ipſius ad æternæ vitæ gaudia introitum patere cupitis; cogitandum vobis eſt, quantum nunc de irrogata ſibi injuria dolere debeatis. Niſi enim hic, ubi per diſcrimina tentationum veſtra fides & corda probantur, ſocii paſſionum efficiamini; proculdubio non eſtis digni, ut participes futuræ conſolationis, & filii regni, cæleſtem coronam & gloriam ſortiamini. Rogamus igitur caritatem veſtram, ut inſtanter divinam miſericordiam implorare ſtudeatis; quatenus aut corda impiorum ad pœnitentiam vertat, aut reprimendo eorum nefanda conſilia, quam inſipientes & ſtulti ſint, qui petram à Chriſto fundatam evertere & divina privilegia violare conantur, oſtendat. Qualiter autem, aut pro quibus cauſis B. Petrus anathematis vinculo Regem alligaverit, in *a* chartula, quæ huic incluſa eſt, plene poteſtis cognoſcere. *eaque de re ſcribit ad omne fideles; hortans ut remedium à Deo petant;* F 2 Cor. 1. a

65 Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, omnibus Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, ceteriſque fidelibus in Regno Teutonicorum Chriſtianam fidem defendentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Audivimus quoſdam inter vos de excommunicatione, quam in Regem fecimus, dubitare; ac quærere, utrum juſte excommunicatus ſit, & ſi noſtra ſententia ea auctoritate, eâ quâ debuit deliberatione, progreſſa eſt. Quapropter, qualiter ad excommunicandum illum adducti ſimus, prout verius potuimus (teſte conſcientia noſtra) oſ- *ità ad Principes Teutonicos; de ſententia juſtitia ejus; bros,*

A. PAULO BERNRI.

culis, & intellectibus omnium patefacere curavimus; non tam, ut ſingulas cauſas (quæ heu! nimium notæ ſunt) quaſi noſtro clamore in publicum projiciamus; quam ut eorum opinioni ſatisfaciamus, qui putant nos ſpiritualem gladium temere & magis motu animi noſtri, quam divino motu & juſtitiæ zelo, arripuiſſe. Cum adhuc in Diaconatûs officio poſiti eſſemus, perlata ad nos de Regis actionibus ſiniſtra & multum inhoneſtâ famâ, propter ſpem ac deſiderium correctionis ſuæ, ſæpe cum per litteras & nuntios ſuos admonuimus, ut à pravitate ſua deſiſteret; & memor clariſſimi generis ac dignitatis ſuæ, vitam moribus, quibus Regem & futurum (Deo donante) deceret Imperatorem, inſtitueret. Poſtquam vero ad Pontificatus apicem, licet indigni, venimus; cum illius ætas pariter creſceret & iniquitas; intelligentes Deum omnipotentem diſtrictius de manu noſtra animam illius requiſiturum; quanto nobis ad increpandum illum præ ceteris libertas data fuiſſet & auctoritas, multo ſolicitius eum modis omnibus, arguendo, obſecrando, increpando, ad emendationem vitæ ſuæ hortati ſumus. Qui cum ſæpe nobis devotas ſalutationes & litteras mitteret, excuſans ſe, cum ex ætate, quod fluxa eſſet & fragilis; tum quod ab his, in quorum manibus Curia erat, multoties male ſibi ſuaſum atque conſultum ſit; monita noſtra de die in diem ſe promptiſſime ſuſcepturum verbis quidem promiſit, ceterum re & exaggeratione culparum penitus conculcavit. Inter hæc quoſdam familiares ſuos, quorum conſiliis & machinationibus Epiſcopatus & multa monaſteria, inductis per pretium lupis pro paſtoribus, Simoniaca hæreſi fœdauerat, ad pœnitentiam vocavimus; quatenus & bona Eccleſiarum, quæ per interventum tam ſcelerati commercii ſacrilega manu ſuſceperant, venerabilibus locis, ad quæ pertinerent, dum adhuc locus eſſet emendandi, redderent; & ipſi pro perpetrata iniquitate, per lamenta pœnitudinis, Deo ſatisfacerent. Quos, dum ad hæc exequenda datas inducias ſpernere, & in conſueta nequitia pertinaciter ſtare cognovimus; ſicut dignum erat, ſacrilegos & miniſtros ac membra diaboli à communione & corpore totius Eccleſiæ ſeparavimus; & Regem, ut eos à domo ſua, à conſiliis, & omni communione ſua, ſicut excommunicatos expelleret, admonuimus.

narrâs quod ſæpe Regem monueris

ſemper verba dantem,

excommunicatos fouentem,

66 Interim vero aggraveſcente contra Regem Saxonum cauſa, cum vires & præſidia Regni ex maxima parte à ſe deficere velle videret; iterum nobis direxit epiſtolam ſupplicem, & omni humilitate plenam; in qua omnipotenti Deo, & B. Petro ac nobis valde ſe culpabilem reddens, preces etiam obtulit, ut quod ex ſua culpa in Eccleſiæ cauſis contra canonicam juſtitiam & decreta ſanctorum Patrum factum eſſet, noſtra Apoſtolica providentia & auctoritate corrigere ſtuderemus: atque in ea ſuam nobis per omnia obedientiam, conſenſum, & fidele promiſit adjutorium. Hoc idem etiam poſtea, à Confratribus & Legatis noſtris, Humberto Præneſtino Epiſcopo, & Geraldo Oſtienſi Epiſcopo, quos ad illum miſimus, ad pœnitentiam ſuſceptus, in illorum manus per ſanctas Stolas, quas in collo tenebant, repromittendo confirmavit. Deinde, poſt aliquod tempus, commiſſo cum Saxonibus prælio, Rex pro victoria, quam adeptus eſt, tales Deo grates & victimas obtulit, ut vota, quæ de emendatione ſua fecerat, continuo frangeret; & nihil eorum quæ promiſerat attendens, excommunicatos in ſuam familiaritatem & communionem reciperet, & Eccleſias in eam quam conſueverat confuſionem traheret. Qua de re gravi dolore percuſſi, quamquam poſt contempta cæleſtis Regis beneficia, pene omnis ſpes correctionis ejus nobis ablata ſit; adhuc tamen animum ejus tentandum fore decrevimus, magis cupientes eum Apoſtolica manſuetudine audire, quam experiri ſeveritatem. Itaque miſimus ei Epiſtolas commonitorias, ut meminerit, quid & cui promiſerit; ne credat ſe poſſe fallere Deum, cujus quanto prolixior eſt patientia, tanto ſeverior eſt, cum judicare cœperit, ira; nec inhonoret Deum honorantem ſe, nec potentiam ſuam ad Dei contemptum & Apoſtolicam tentet extendere contumeliam, ſciens, quod ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Præterea miſimus ad eum tres religioſos viros, ſuos utique fideles, per quos eum ſecreto monuimus, ut pœnitentiam ageret de ſceleribus ſuis: quæ quidem horrenda dictu ſunt, pluribus autem nota, & in multis partibus divulgata; propter quæ eum excommunicari non ſolum uſque ad dignam ſatisfactionem, ſed ab omni honore Regni abſque ſpe recuperationis debere deſtitui, divinarum & humanarum legum teſtatur auctoritas. Poſtremo [ediximus], niſi excommunicatos à ſua participatione divideret, nos nihil aliud de eo judicare aut diſcernere poſſe, niſi ut ſeparatus ab Eccleſia in excommunicatorum conſortio foret, cum quibus potius quam cum Chriſto partem habere elegit. Sane, ſi noſtra monita ſuſcipere, & vitam ſuam corrigere vellet, Deum teſtem invocavimus & invocamus, quantum nos de ejus ſalute & honore gauderemus, & cum quanta caritate eum in gremium ſanctæ Eccleſiæ amplecteremur; utpote eum, qui Princeps populi conſtitutus, & ampliſſimi Regni gubernacula tenens, Catholicæ pacis & juſtitiæ defenſor eſſe deberet. Verum, quanti ipſe aut ſcripta, aut per legatos miſſa noſtra verba fecerit, ejus facta declarant.

quare excommunicationem ei minatus ſit

niſi promiſſa impleret:

qui contra ſchiſma ſuſcitans,

67 Qui indigne ferens ſe à quoquam reprehendi aut corripi, non ſolum à perpetratis ad emendationem revocari non potuit, ſed ampliori conſcientiæ ſuæ furore arreptus, non prius ceſſavit, donec Epiſcopos pene omnes in Italia, in Teutonicis vero partibus quotquot potuit, circa fidem Chriſti naufragare fecit: dum eos debitam B. Petro & Apoſtolicæ Sedi obedientiam & honorem, in Domino noſtro Jeſu Chriſto conceſſum, abnegare ſubegit. Cum igitur iniquitatem ejus ad ſummum prodiiſſe vidimus, pro his cauſis, videlicet primum, quod ab eorum communione, qui pro ſacrilegio & reatu Simoniacæ hæreſis, excommunicati ſunt, ſe abſtinere noluit; deinde, quod pro criminoſis actibus vitæ ſuæ pœnitentiam, non dico ſuſcipere, ſed nec promittere quaſi voluit, mentita ea fide quam in manus Legatorum noſtrorum promiſerat; nec non, quod corpus Chriſti, id eſt, unitatem ſanctæ Eccleſiæ, ſcindere non expavit; pro his, inquam, culpis ſynodali judicio eum excommunicavimus; ut quem mites non potuimus, vel ſeveri ad viam ſalutis (Deo adjuvante) revocare valeamus: aut, ſi, quod abſit, nec diſtrictionis quaſi cenſuram pertimuerit, noſtra ſaltem anima negligentiæ aut timoris diſcrimini non ſuccumbat. Si quis igitur hanc ſententiam injuſte vel irrationabiliter prolatam eſſe putaverit, ſi talis eſt, ut ſacris regulis intelligentiæ ſenſum præbere velit, nobiſcum inde agat; & non, quid nos, ſed divina auctoritas doceat, quid decernat, quid conſona vox ſanctorum Patrum judicet, patienter audiens acquieſcat. Nos tamen non æſtimamus quemquam fidelium, qui Eccleſiaſtica ſtatuta noverit, hoc errore teneri, ut non hoc (etſi publice affirmare non audeat) vel in corde ſuo recte factum eſſe perhibeat. Quamquam etſi nos (quod Deus avertat) non ſatis gravi de cauſa aut minus ordinate, cum hujuſmodi vinculo ligaverimus, ſicut ſancti Patres

tandem excommunicari debuit:

quod bonis omnibus probatum iri Papa confidit,

C & poſt Saxonicum bellum

magis inſolescentem.

D

E

F

A Patres asserunt; non idcirco spernenda esset sententia, sed absolutio cum omni humilitate quærenda.

eosque hortatur ad constantiã.

68 Vos autem dilectissimi, qui justitiam Dei non pro Regia indignatione, non pro aliquo periculo deserere voluistis; fatuitatem eorum, qui de execratione & mendacio in consummationem [ruunt], parvi pendentes, viriliter state & confortamini in Domino; scientes quod illius partem defenditis, qui insuperabilis Rex & magnificus triumphator, judicaturus est vivos & mortuos, reddens unicuique secundum opus suum: de cujus multimoda retributione, & vos certi esse poteritis, si usque in finem fideles & inconcussi in ejus veritate perstiteritis. Propter quod & nos incessanter pro vobis rogamus Dominum, ut det vobis virtutem corroborari per Spiritum sanctum in nomine ejus, & convertat cor Regis ad pœnitentiam: ut & ipse aliquando cognoscat, nos & vos multo verius amare eum, quam qui nunc suis iniquitatibus obsequuntur & favent. Qui si, Deo inspirante, voluerit resipiscere; quidquid contra nos moliatur, semper tamen nos ad recipiendum eum in sanctam communionem, prout vestra caritas nobis consuluerit; paratos inveniet.

Hinc multi Regem deseruntˌ etiam ex complicibus.

B 69 Igitur post excommunicationem & depositionem Regis; Domini præeunte gratia, multi nobiles & mediocres, ad Deum toto corde conversi, præfatum Regem reliquerunt. Ipsi etiam, qui prius partim regalibus blanditiis, partim terroribus & minis contra Apostolicam Sedem conjuraverant, conversi postmodum, digno in Regem anathemati conscripserunt, mittentes supplices ad Apostolicam Sedem nuntios, *b* epithemium pœnitentiæ postulantes. Quibus misericordiæ discipulus, non quærens saturari pœnis reorum, gremium sanctæ Ecclesiæ aperuit; & ut in fide Domini solidarentur, consolatorias eis litteras misit. Nonnulli vero Episcoporum, gementes tantum facinus, ad Apostolicam Sedem discalceatis pedibus venerunt, tam diu inibi perdurantes, quo usque Dominus Papa misericordiæ manum & pietatis viscera, eis compatiens, aperiret.

b

Vltraject. Episcopus Missa coram eo facta;

c

ob blasphemias in Papam jactas,

C

d

70 Interea Dominus magnum miraculum in Regis & omnium oculis fecit: quo cognito, multi eum reliquerunt. Nam post excommunicationis diem, *c* Paschalis diei solennitate, cum regio apparatu & comitatu pompaticæ multitudinis, ad Ecclesiam, divinitus sibi clausam, venire nequaquam abhorruit. Jussu itaque Regis quidam *d* Episcopus, si fas est, imo hæreticus & Simoniacus, ad Missæ se præparavit officium. Tandem perlecto Euangelio, ex more facturus popularem sermonem Pontifex idem; pulpitum conscendit. Parum autem de tractatu locutus Euangelico, statim se ad blasphemiam Papæ Gregorii cæco corde menteque vesana prorupit, quæ pro nimio sui horrore silentio præterire complacuit. Difficile est enim ut bene sibi conscientium probitatem, obtrectantium lingua non mordeat; & iniquorum evadat opprobria, cui est amica justitia. Verumtamen eadem blasphemia, qualis in oculis Domini fuerit, continuo sequens ultio, si perpendatur, innotescit. Nam Paschalis diei gaudio nondum finito, subito cælum fragore intonuit, in quo ignis descendere cælitus visus est; qui omnem illam ecclesiam, omnesque domos regali receptui præparatas, repente consumpsit, & lætitiam profanorum in mœrorem commutavit: Episcopum vero illum blasphemum, subito *e* percussum, divina ultio interemit. Sed antequam vitam penitus exhalaret, ministros suo exitio præparatos, quales essent, compulsus est dicere: Video me, inquit, igneis loris astrictum, tetris trahentibus ima-

post regii hospitii deflagrationẽ,

desperabundus moritur;

e

ginibus ex hac vita convelli: sed tamen ite, & dicite *f* Regi; ut flagitium, quod in Deum, & B. Petrum, ejusque Vicarium commisit, emendet; ne me præeuntem ad inferi loca sequatur; & hæc dicens, exspiravit. Hoc exemplo commoniti, hortamur & obsecramus omnem hominem, qui hæc scripta legerit, ut declinet detrahentium linguas, si mavult consortium habere cum Gregorio in resurrectione vitæ, quam cum detrahentibus supplicium subire. Nunc hic ad memoriam redit non minus terribilis damnatio Spirensis *g* Episcopi, qui eadem die, id est VI Kalendas Martii, imo eadem hora, subito quasi quodam invisibili telo percussus, apud Spiram infirmari cœpit, qua hora & causam ejus in Romana Synodo noster Gregorius Papa ventilare incepit. Idem quoque tertia die, id est IV Kalendas Martii, miserabiliter exspiravit, non imparem expertus efficaciam illius sententiæ, qua Petrus Apostolus Ananiam & Sapphiram damnavit.

A. PAULO BERNRI. f *uti & Spirensis Episcopus.*

g

ANNOTATA.

a *Hanc* Chartulam *fuisse credo, vel ipsam excommunicationis sententiam supra positam, vel eorum quæ in sequenti Epistola leguntur exemplar.*

E

b Epitimium; *Græce* ἐπιτίμιον, mulcta, pœna, castigatio: *sed fortasse* Epithemium *à* τίθημι *pono*, impositionem *hic significat.*

c Pascha *anno* 1066 *celebratum fuit* 27 *Martii, & quidem ab Henrico Rege Vltrajecti, quem exactis Paschalibus feriis inde discessisse, tradit Bruno in Chronico pag.* 795.

d Wilhelmus Ultrajectinus, causam Regis contra bonum & æquum obstinate tuebatur, & studio partium Regis multa in injuriam Romani Pontificis, omnibus pene diebus solennibus, inter Missarũ solennia, rabido ore declamabat, perjurũ eum, adulterũ, & pseudo-Apostolum appellans *&c. Ita Lambertus Scafnaburgensis, & ante citatus Bruno. At Langius in Chronico Citicensi.* Cum Rex, *inquit* esset Trajecti, & excommunicatio Regis, à Romano Pontifice facta, præsentata fuisset..... Episcopus inter Missas sermonem faciens ad populum, derisorie, quod Rex excommunicatus esset, indicavit.

e *Hæc dicti Lambertus & Monachus Herveldensis ita referunt.* Repente gravissima ægritudine correptus ..... miserabili ejulatu coram omnibus, qui aderant, vociferabatur: Justo Dei judicio se & præsentem vitam amisisse & æternam, quod Regi ad omnia, quæ perperam intendisset, operam suam summo annisu tribuisset; atque in spem gratiæ ejus Romano Pontifici, sanctissimo & Apostolicarum virtutum viro, graves contumelias, sciens & prudens, innocenti irrogasset. In hanc voce, ut asserunt, sine communione, sine ulla satisfactione, expiravit.

F

f *Langius ita exponit*: Hoc mitto Regi mandatum: quod ipse, & ego, & omnes iniquitati ejus faventes, sumus damnati in perpetuum..... Ecce dæmones lectum meum circumstant, quatenus me mox, ut expiravero, capiant. Itaque cum fuero è corpore eductus, rogo vos & omnes fideles, ne se fatigent pro me faciendo supplicationes. Hic igitur in desperatione defunctus, diu jacebat insepultus; donec Romam mittitur, & inde quæsito consilio, ne populus fœtore corrumperetur, Apostolico jussu sine commendationibus sepelitur. *Hæc Langius ex Chronicis Magdeburgensis Ecclesiæ.*

g Henricus Episcopus Spirensis, *à puero cum Henrico Rege educatus, ab illo ad Sedem illam promotus* cum Thesauros Ecclesiæ puerili levitate dilapidasset, & prædia militibus in beneficium erogasset ..... sensit repente parvulam sibi pustulam

A. PAULO BERNRI. in collo excreſcere; qua intumeſcente ante mediam noctem defunctus eſt. *Ita Lambertus, & prior a Bruſchius.*

CAPUT IX.

Henrici ſimulata pœnitentia, Principum conventus Vlmæ, Gregorii ad eos Legatio.

A Principibus ad colloquium in Germaniã invitatus Gregorius, a

7 CUm igitur prædicti Regis converſionem jam diu & fruſtra Principes exſpectarent, & ſtatum Regni periculoſius in dies diſturbandum, imo ſine capite jam penitus deſtituendum viderent; tandem zelo Dei armati, cum Legatis Apoſtolicæ Sedis *a* convenerunt, & eumdem, ut eorum conſilio acquieſceret & reſipiſceret, ſatis fideliter rogaverunt: alioquin, ſe non ulterius communicare vel obedire, proteſtati ſunt. Hac ille neceſſitate, ſimulate quidem, ut poſtmodum apparuit, ſe per omnia, & conſiliis Principum & præceptis Apoſtolici Domini, obediturum promiſit. Erat autem eorum conſilium, ut Dominus Apoſtolicus ad generale colloquium Auguſtam in Purificatione S. Mariæ tunc proxima veniret: quatenus ibidem cauſa ejus in audientia totius Regni legitime determinari poſſet. Ipſi

B *Rege fruſtra Romã præoptante,*

quoque Principes, miſſa legatione, Dominum Papam ad prædictum diem venire ſuppliciter rogaverunt; ad quod iter agendum, illum promptiſſimum, ut ſubſcriptæ ejus litteræ teſtantur, invenerunt. Rex autem, contra promiſſionem ſuam, contra conſilium Principum, hoc ab Apoſtolico per Legatos ſuos voluit extorquere, ne Auguſtam veniret, ſed ut eum ad ſe Romam venire permitteret; ea utique intentione, ut tanto facilius Papam fallere poſſet, quanto pauciores Regni Principes, jam ſæpius aſtutias ejus perpeſſi, diſcutiendæ ejus cauſæ intereſſent. Unde & Papa votis ejus non annuit, ſed ut Principes rogaverant, ad condictum diem venire diſpoſuit; & ſubſequentes Epiſtolas Principibus Regni, pro diſponendo itinere ſuo, tranſmiſit.

adfuturum ſe pollicetur,

72 Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, nec non majoribus atque minoribus in Regno Teutonicorum conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Nos, indigni & inutiles Principis Apoſtolorum ſervi, ſtatuimus ad vos, divina auxiliante clementia, venire; & poſtponentes pene omnium fidelium noſtrorum auxilia, profectionem noſtram maturare, ut VI Idus Januarii, velimus Mantuæ eſſe: ea quidem fide & deſiderio, ut, fiducia probatæ fidei veſtræ, quæque aſpera, &, ſi neceſſe fuerit, ipſam ſanguinis effuſionem, pro libertate ſanctæ Eccleſiæ & ſalute Imperii, pura & ſincera intentione ſubire non dubitemus. Veſtri igitur ſtudii ſit, eos de ſuſceptione & ſervitio noſtro præponere, quos providentia veſtra id poſſe, & nobis debere cognoverit; ſit itaque ſtudii veſtri per partes veſtras pacem firmare, ut intentionis noſtræ propoſitum nihil poſſit impedire. Quot & quantas colluctationes cum nuntiis Regis habuerimus, & quibus rationibus dictis ejus obviaverimus, quidquid his litteris deeſſe videtur, latores earum plenius indicabunt: quibus ſicut de his, quæ per eos B. Petro & nobis promiſiſtis, indubitanter credimus; ita vos de his, quę ex noſtra vobis parte dixerint, credere volumus.

etiam cum periculo vitæ.

73 Gregorius, ſervus ſervorum Dei, omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Marchionibus, omnibuſque Chriſtianam & B. Petri fidem & doctrinam defendentibus & obſervantibus, ſalutem & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli benedictionem, omniumque peccatorum abſolutionem. Ego, qualiſcumque Sacerdos, Apoſtolorum Principis ſervus, contra voluntatem & conſilium Romanorum, confidens de miſericordia omnipotentis Dei & de veſtra fide Catholica, venio ad vos, paratus propter honorem Dei & ſalutem animarum veſtrarum mortem ſubire, ſicut Chriſtus pro nobis animã ſuam poſuit. In hoc enim poſiti ſumus, ut per multas tribulationes tẽdamus & perveniamus ad regnum Dei. Vos autem, Fratres mei cariſſimi & deſideratiſſimi, ſummopere curate, ut vos poſſim Deo adjuvante adire, vobiſque in omnibus prodeſſe. Benedicat vos, ex cujus gratia mihi dictum eſt ad corpus beati Petri, in die ordinationis meæ, Quodcumque benedixeris benedictum erit, & quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cælis, &c. D

Sed Rex obviam ei factus ad Canuſium

74 Interea Rex, propriæ cauſæ diffidens, & idcirco audientiam totius Regni ſubterfugiens, furtive Italiam cum excommunicatis, contra præceptum Papæ & conſilia Principum, intravit; & Apoſtolico ad prædictum diem Auguſtam tendenti, ante Purificationem S. Mariæ apud Canuſium obviavit; ibique ante portam caſtri per triduum, depoſito omni regio cultu, miſerabiliter, utpote diſcalceatus & laneis veſtibus indutus, perſiſtens, non prius cum multo fletu Apoſtolicæ miſerationis auxilium & conſolationem implorare deſtitit, quam E omnes qui aderant, & ad quos ille rumor pervenit, ad tantam pietatem & compaſſionis miſericordiam movit, ut pro eo multis precibus & lacrymis intercedentes, omnes quidem inſolitam Domini Papæ duritiam mirarentur; nonnulli vero in eo, non Apoſtolicæ ſerenitatis gravitatem, ſed quaſi tyrannicæ ſeveritatis crudelitatem eſſe clamarent: denique inſtantia compunctionis ejus, & tanta omnium qui ibi aderant ſupplicatione Papa devictus, tandem eum, relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam, & ſinum ſanctæ Matris Eccleſiæ recepit: acceptis ab eo ſecuritatibus, quarum etiam confirmationem per manus Abbatis Cluniacenſis, & nobilium Comitiſſarum Mathildis & *b* Adalaiæ, b & aliorum Principum, Epiſcoporum & Laicorum, qui ſibi ad hæc utiles viſi ſunt, in hunc modum ſuſcepit.

absolutionẽ impetrat,

sub jurejurando

75 Ego Henricus Rex, de murmuratione & diſſenſione, quam nunc habent contra me Archiepiſcopi, Epiſcopi, Duces & Comites, ceterique Principes Regni Teutonicorum & alii, qui eos in eadem diſſenſionis cauſa ſequuntur, infra terminum, quem Dominus Papa conſtituerit, aut juſtitiam ſecundum judicium ejus, aut concordiam ſecundum conſilium ejus faciam, niſi certum impedimentum mihi vel ſibi obſtiterit: quo tranſacto, ad idem peragendum paratus ero. Item, ſi idem Dominus Papa Gregorius ultra montes vel alias partes terrarum ire voluerit, ſecurus erit ex mea parte, & eorum quos conſtringere potero, ab omni læſione vitæ & membrorum ejus ſeu captione, tam ipſe quam qui in ejus conductu ſive comitatu fuerint, in eundo, ſive ibi morando, ſeu inde redeundo; neque aliud aliquod impedimentum habebit ex meo conſenſu, quod contra honorem ſuum ſit; & ſi quis ei fecerit, cum bona fide, ſecundum poſſe meum, illum adjuvabo. F

per ſimulationẽ facto,

76 Rex, poſtquam communione recepta, ſed quæſtione Regni dilata, ſolutus ab Apoſtolico diſceſſit; parum attendens quid ei in reconciliatione ſua juramento promiſerit, ad ſolitam nequitiam redire, & Simoniacorum ſuorum conſiliis contra Papam aſſentire non expavit. Omnes enim Simoniaci eorumque ſocii, quorum tyrannidi ipſe ſanctam Matrem Eccleſiam ſubjugaverat, quorum etiam factione jam pridem Apoſtolicam Sedem deauctorizare tentaverat; ipſi, inquam, omnes ad eum recon-

A reconciliatum recurrentes, non terrorem ſed audaciã ab eo, pro perpetrata iniquitate acceperunt; quin etiam in damnatione Apoſtolici apud eum conjurandi locum invenerunt. Ipſe vero ejuſque complices, communionem utcumque idcirco feſtinaverant recipere; quia, juxta legem Teutonicorum, ſe prædiis & beneficiis privandos eſſe non dubitabant, ſi ſub excommunicatione integrum annum permanerent: cujus adhuc unus menſis ſuperfuit, dum ad reconciliationem redirent. Communionem itaque, non ut ſe corrigerent, repetebant; ſed, ut plurimos jam dudum ab illis anathemate ſeparatos ſibi reſociarent; ſicque tanto audacius, tanto crudelius, quanto cum pluribus, ſolita tyrannide ſanctam Eccleſiam opprimere poſſent. Nam ſtatim poſt reconciliationem, ut prædictum eſt, ad priſtinum volutabrum redire, ſed & Simoniacis, utpote ſui ſimilibus, contra Apoſtolicam Sedem aſſentire non dubitarunt.

ne ipſe & complices damnum incurrerent:

eadem ſimulatione coronari petens,

77 Non multo poſt tamen Rex ab Apoſtolico jam Regni conceſſionem callide, ut communionem, elicere volebat. Miſſa enim legatione, humiliter ei ſupplicabat, ut vel eum ſemel apud S. Joannem in c Moytia, per Epiſcopos Papienſem & Mediolanenſem, more priorum Regum, coronari permitteret: vel, ſi hoc nollet fieri per hujuſmodi Epiſcopos, utpote excommunicatos, ſaltem hoc privilegium Apoſtolica auctoritate cuilibet Epiſcopo concederet exſequendum; ob hoc maxime appetens coronari, ut cum communione etiam Regnum à Romano Pontifice videretur recepiſſe. Sed Papa, calliditatem ejus jam ſatis expertus, nullo modo votis ejus voluit acquieſcere: diligenter ſecum ipſe reputans, ſe quidem eum pro multis criminibus, & maxime pro inobedientia & contumacia Apoſtolicæ Sedi irrogata, à Regno depoſuiſſe, omneſque ei juratos ab ejus dominio liberos reddidiſſe: & ob hoc, nullatenus eum, ſicut nec alium, in Regem Principibus, utpote liberis hominibus, ſuperponi debere, abſque eorum electione. Nam & à toto Regno de tot ac tantis injuriis ac perfidiis erat inculpatus, ut de his eum neceſſe eſſet primitus expurgari (ſi tamen hoc aliquatenus poſſet fieri) & ſic demum cum conſenſu totius Regni legitime coronari. Rex igitur ea vice quoque, ſimulata obedientia apud d Moytiam Regalia inſignia non uſurpavit: quæ tamen non multo poſt contra bannum Domini Papæ reſumere, & interdicta Regni gubernacula uſurpare non timuit.

B C

non exaudiatur.

d

Contra quæ promiſſa non implentem,

78 Interim tranſibat terminus, quem Rex coram Legatis Apoſtolicæ Sedis cum Principibus Regni ad Auguſtam in Purificatione S. Mariæ condixerat, ad quem jam Papa venire conceperat: & jam illuc perveniſſet, ſi non idem Rex, contra commune decretum omnium ingreſſus Italiam, conducturos Apoſtolicum à conductu deterruiſſet: terminus, inquam, ubi coram Apoſtolico in audientia totius Regni canonice de criminibus illatis expurgari, ſi inculpabilis eſſet; expurgatus legitime in Regnum, cum conſenſu omnium, reſtitui poſſet: ad quem ipſe venire contempſit, imo ſuæ cauſæ diffiſus, non præſumpſit; & Papam, ne vel illuc veniret, fradulenter in Longobardia præoccupavit.

Ulmæ congregati Principes,

79 Cum igitur Principes Regni terminum generali decreto ſtatutum Regem ſubterfugiſſe, & ſe etiam hac vice, ſolita ejus perfidia, deluſos eſſe animadvertiſſent; cumque ejus verſutiam nec in ipſa reconciliatione vel poſtea ceſſaſſe, certiſſima relatione didiciſſent; mox in Suevia apud Ulmam, conventu facto, deliberaverunt; ne ſe deinceps ab illo ludificari, vel potius priſtina ejus calliditate periclitari permitterent; ſed ſuæ ſaluti, in legitimi Principis electione, providerent. In eodem autem Conventu

e apud Ulmam, generalius Colloquium ad e Forcheim IV Idus Martii, ad novi Regis electionem condixerunt: ad quod etiam Domini Apoſtolici conſilium & auxilium ſibi venire, miſſa legatione, poſtulaverunt. Quo audito, Papa ad id colloquium Legatos direxit, qui Principes rogarent, ut diſpoſitionem Regni uſque in adventum ejus differrent, ſi hoc ſine periculo fieri poſſe ſperarent. Noluit ſane eis hoc ex definito præcipere, ne ſibi jure imputari poſſet, ſi quod periculum ſtatus Regni ex illa dilatione incurriſſet. Altera autem die poſt dimiſſionem legatorum, Manegoldus Comes, magnus amator veritatis, advenit; cujus relatione Papa de novo Rege conſtituendo certior factus, alium Legatum, Gregorium ſcilicet Romanæ Eccleſiæ Diaconum, ad Principes Regni deſtinavit: qui, eos Apoſtolica auctoritate adventum ejus præſtolari compelleret: eo tamen primitus explorato, ſi Rex, qui adhuc in Longobardia moraba-tur, ab eodem Legato conventus, ſecuritatem facere vellet, ut Domino Papæ tranſitum ad Teutonicas partes, pro ipſius cauſa determinanda, concederet. Quod ſi Rex nollet concedere, præcepit Papa, ut Legatus ad ſe rediret, nec Principes cum aliqua dilatione à providenda Regni neceſſitate ſuſpenderet. Item eidem Legato præfatam legationem imponens Papa, dixit inter alia, ſe quaſi pro indicio hujuſmodi ſecuritatem exegiſſe, cujus, inquam, ſecuritatis exhibitio, illum in Regnũ reſtitui poſſe, præſagiret: ſicuti, ejuſdem ſecuritatis denegatio, hoc eum non poſſe, ex divino indicio denotaret.

A. PAULO BERNRI.

Papam ad ſe venire rogant

hic Regē ſecuritatem negantes

E

pro ſe legatos illuc dirigit.

80 Inter hæc verba Papæ tres digiti ejus dextræ, uſque ad medium, repente ſanguinei apparuêre; quos ſanguine ex naribus profluente maculatos exiſtimans, detergere cœpit: ſed eos ſanguineis notis nullatenus emaculare potuit. Hinc ipſe & reliqui ſapientes, qui hoc miraculum conſpexerunt, aliquid magni per hæc ſigna portendi non dubitarunt. Erant autem ibi tunc præſentes prænominatus Comes Manegoldus, & venerabilis Presbyter Erkinbertus, cum aliis quam pluribus in oppido Canuſii in capite Jejunii, quod eo anno contigit f in Kal. Martii. Percepta igitur legatione, ſtatim Legatus ad Regem properavit, cum prædicto Comite: ſed Rex ſecuritatẽ, quam Papa poſtulabat, facere contempſit: unde & ille Legatus ad Apoſtolicum redire non tardavit. At Comes ad proximum Forecheimenſe Colloquium venire acceleravit; quo & priores Legati jam pervenerant, qui una tantum die, priuſquam præfatus [diſcederet] Comes, ab Apoſtolico miſſi fuerant. Hi autem erant Legati; g Bernhardus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Diaconus; item alter Bernhardus, Abbas religioſus de Maſſilia, fere ſexcentorum monachorum Pater, qui etiam ſecum duxit egregium Doctorem quemdam, nomine h Chriſtianum, poſtmodum Averſanæ civitatis Epiſcopum, cujus opus extat eximium contra Turonenſem Berengarium.

f

F g

h

quo & Manegoldus Com. præceſſerat,

81 Non indignum videtur hoc in loco pauliſper orationis curſum retentare, & quam fidelem Apoſtolicæ inſtitutionis ſectatorem & propagatorem in Comite Manegoldo, non ſemel commemorato, Gregorius noſter habuerit, declarare. Hic enim ex generoſa & religioſa i B. Udalrici Auguſtenſis Epiſcopi genealogia procreatus, & à ſapientiſſimo fratre ſuo, Herimanno videlicet Contracto, in omni obſervantia Chriſtianæ religionis ad unguem informatus, virgo virginem ſortitus eſt uxorem; duoſque filios ex ea generatos in tanta diſciplina uſque ad juvenilem ætatem educavit, ut alterum eorum ad ſimilem monogamiam perducens heredem ſui relinqueret; alterum, in cœlibatu occiſum, imo ipſius occiſionis ejus [diem] longo locorum intervallo remotus, per ſpiritum mirabiliter agnoſcens, fleret & gauderet: flevit enim propter acerbitatem inopinatæ mortis,

i

ſummus amator cæſtitatis,

A. PAULO BERNRI. & gaviſus eſt propter impunitatem incontaminatæ juventutis. Hoc autem maxime caſtificabat liberos, quod verax pater comminabatur eis exhereditationem, ſi quam, præter legitimam copulam, cum mulieribus perpetraſſe detegerentur coinquinationem.

à Gregorio miraculoſè ſanatus.

Vir igitur Chriſtianiſſimus, cum B. Gregorium Papam nimio affectu propter juſtificationes ejus diligeret, eumque ſæpius propter alternas morum ſimilitudines inviſeret; quadam vice, in tantam Romæ poſitus infirmitatem incidit, ut, qui præſentes erant, vitam ejus deſperarent. Cumque triſtis nuntius Domino Papæ veniſſet, valde condolens, feſtinus ad eum venit; & pauxillum panis in ſcyphum confringens, meroque perfundens, ægro pro benedictione porrexit. At ille, protinus ut guſtavit, recepit non ſolum delectationem comedendi, ſed & virtutem cum incolumitate de lecto ſurgendi. Qui, cum ad propria remearet, & Apoſtolica ſtatuta, maxime de vitandis Officiis incontinentium Sacerdotum, non ſegniter ubique divulgaret, & in Clericis atque Eccleſiis ad ſe ſpecialiter pertinentibus, hujuſmodi abominationes minime toleraret; uxor cujuſdam Presbyteri ſub ejus ditione poſiti, malignans propter ſeparationem mariti, hoc familiaribus ſuis audientibus

B

nec ad ſecundas nuptias induci ſe paſſus:

ſe minabatur effecturam, ut qualem moleſtiam ipſa ſuſtineret in ſeparatione conjugis ſui, talem & Comes ſuſtineret in disjunctione conjugis ſuæ. Dixit, & eheu! permittente Deo, tam peſſimum facinus in Dominam peregit. Nam delectabiles cibos veneno infectos obtulit, eamque nihil mali ſuſpicantem ſimulata benignitate decepit. Igitur Comes religioſus, adhuc in robuſta ætate viduatus, nullis ſuorum adhortationibus ad ſecundam copulam permoveri potuit; dicens, ſibi pudendum & horrendum videri, ſi cum duabus uxoribus proceſſurus eſſet ante tribunal Chriſti in die judicii. In tantum autem profecit per devotam obedientiam Papæ noſtri Gregorii, ut ante finem ſuum, quem ſenex & plenus dierum attigit, quibuſdam virtutum ſignis effulſerit, & prophetiæ, quemadmodum in occiſione filii patuit, [dono] venerabiliter claruerit. k

k

cui ſimilis in fide erga Papam B. Cincius.

82 Huic beatæ recordationis Comiti non incongrue adjungitur memoria pretioſæ mortis B. Cincii, Urbis Romæ Præfecti, cujus & ſuperius virtutes breviter deſcripſimus. Hunc etenim, propter fidem ſæpe dicto & ſæpe dicendo Papæ Gregorio exhibitam, Dominus noſter Jeſus Chriſtus martyrio coronavit, ejuſque ſepulchrum continuo viginti miraculis, in Synodo numeratis & probatis, illuſtravit. l Nam cum zelum Domini haberet, & exhiberet fidem ſecundum ſanctam Apoſtolicæ inſtitutionis formam, occiſus eſt ab apparitoribus Henricianæ perſecutionis.

C
l

ANNOTATA.

a *Convenerunt* Oppenhemii, *urbe tunc Imperiali, poſtea Palatino Rheni oppignorata, inter Moguntiam & Wormatiam, anno* 1077; *vel ut alii volunt convenerunt* Triburiæ, *è regione Oppenhemii, urbe olim celebri: nunc vilis eſt vicus, ſed adhuc nomen retinens.*

b Adalaia, *ſive* Adelaſia *aut* Adalais, *Olrici Magnifredi Marchionis Secuſiæ filia, nupta anno* 1014 *Humberto Saxoni, inde Marchioni Secuſiæ & Comiti Sabaudiæ Maurianæque, ob plurima Sedi Apoſtolicæ beneficia præſtita filia S. Petri dicta, è vita exceſſit anno* 1080, *uti indicat Pignonius in Auguſta Taurinorum.*

c *Additur in noſtro Ms.* Actum v Kal. Februarii Indictione xv.

d Modoëtia, 10 *milliaribus Mediolano diſtat; ubi etiam Imperatores ſolebant Coronam ferream accipere.*

e Forecheim, *munitiſſimum oppidum Epiſcopi Bambergenſis, inter Bambergam & Norimbergam.*

f *Ita fuiſſe confirmat Paſcha, dein celebratum 16 Aprilis, cyclo Lunæ* 14, *Solis* 22, *littera Dominicali* A.

g *De utroque* Bernardo *ſupra actum cap. 6, litt. h. In noſtro Ms. dicitur* Udo Trevirenſis una miſſus.

h *Imo nomine* Guiſmundum *ſeu* Guitmundum, *qui etiam Gallus, & monachus Lofredi in Normannia fuerat. Ejus opera extant in Bibliotheca Patrum. Conſule Bellarminum de Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

i S. Udalricus *colitur* 4 *Iulii, quando hæc poterunt diſcuti. Interim inſpiciatur genealogia, quam ad calcem Vitæ adjecit Velſerus, in editione Auguſtana anni* 1595.

k *Mirum eſt hunc nuſquam inter Auguſtanos Sanctos nominatum inveniri; ac neque de loco ſepulturæ vel die mortis quid quam legi.*

l *Vtinam miracula illa extarent cum beatificationis decreto, itáque dies ſui cultus viro reſtitui poſſet, tam digno inter Martyres honorati; aut ſaltem ſciretur ubi ſepultus ſit.*

D

CAPVT X.

Conventus Forchemienſis, Rudolphi Regis electio, ſeditio à Simoniacis & Concubinariis excitata.

83 FActo igitur conventu apud Forecheim, præfati Legati litteras Apoſtolicas in medium protulerunt: quam parum Dominus Papa de promiſſione Regis lætatus fuerit; cum adverſarii Eccleſiæ plus audaciæ, quam terroris ex præſentia Regis acciperent. Ad hoc, aiebant, eum petere, ut novi Regis electionem de qua audierat, in adventum ejus differrent, ſi hoc ſine periculo fieri poſſe perpenderent. Peracta igitur legatione, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Duces, Marchiones, Comites majores atque minores, debitam reverentiam Legatis impendentes, per confeſſum ſinguli ſurrexerunt; &, quot contumeliis & quot periculis jam ab Henrico Rege affecti eſſent, vel ſe afficiendos fore non dubitarent, Legatis lamentari cœperunt; ſeque toties inſidias ejus inter ipſa pacis oſcula vix evaſiſſe, ut nec juramento ejus deinceps aliquam fidem exhibere poſſent. Hoc quoque addentes, ſe tamdiu eum poſt depoſitionem toleraſſe, non utique ut correctionem ejus, utpote penitus deſperatam, exſpectarent; ſed ut quibuſdam occaſionem calumniandi auferrent, qui fortaſſe ei, ſi non tamdiu exſpectaretur, correctionem interclusam fore conquererentur; totaque illa die cum hujuſmodi querimoniis tranſacta, nec medietatem injuriarum ſibi illatarum enumerare potuerunt.

Forchemii collecti Principes,

coram legatis Apoſtolicis.

F

84 In craſtinum verò iterum ad hoſpitia Legatorum convenientes, pro ſua neceſſitate ſublevanda, eos conſuluerunt; ſuggerentes eis periculoſiſſimum & irrevocabile ſchisma in toto Regno futurum, niſi in eodem Conventu, ut deliberaverant, in alicujus novi capitis ſublevatione confœderati, illud anticipare feſtinarent. Legati autem legationis ſuę non immemores, ſatis compendioſè ad hæc reſponderunt; ſibi quidem optimum videri, ſi Regis conſtitutionem, juxta eorum legationem, in adventum Domini Papæ ſine periculo differre poſſent: ceterum proviſionem Regni non tam in eorum conſilio, quàm in Principum arbitrio ſitam eſſe dixerunt, qui Rempublicam in manibus tenerent, ac totius Regni damnum ſive proficuum optimè prænoſſent. Itaq; Principes Regni, de adventu Papæ incerti, ſed de maxima diſſenſione eventura & periculo, ſi differrent, certiſſimi; accepta licentia à Legatis, apud Magontinum Archiepiſcopum convenerunt, & quid eis agendum

accepta Regis eligendi poteſtate.

A

matura deliberatione præmiſſa,

dum eſſet, ſingulari diligentia invicem tractaverunt: conſiderantes quidem, ſe ad nullam dilationem ab Apoſtolico coactos, ſed hoc in eorum arbitrio poſitum eſſe; nec alicui niſi ſibi ipſis deinceps imputandum fore, ſi dilatio noceret. Inſuper ſe nullius ſubjectionis exhibendæ Henrico Regi obnoxios, imo per Apoſtolici banni tranſgreſſionem damnandos, ſi aliquam ſubjectionem Regi deinceps exhiberent. Nam Papa, priuſquam eum anathematizaret, ex parte omnipotentis Dei & S. Petri & ſua, illi Regnum interdixit; & omnes Chriſtianos juramento, quod ſibi feciſſent vel facturi eſſent, abſolvit; &, ut nullus ei, ut Regi ſerviret, interdixit: qui poſtea ab eo Communionem tantum, non Regnum, falſa correctionis promiſſione recuperavit.

eligunt Rudolphum Ducem Sueviæ:

85 Hoc igitur Principes Regni diligentiſſimè perſcrutati, ſe quidem à Regis Henrici poteſtate penitus, ut prædictũ eſt, emancipatos, nec ſe illi plus, quam illũ illis alicujus fidelitatis vel ſubjectionis [juramento] obnoxios; ut liberi homines, Rudolphum Ducem Suevorum, fruſtra multum renitentem, fruſtraque vel unius horæ inducias ad conſulendum petentem, Regia dignitate ſublimaverunt: virum ſane in humilitate præcipuum, regio honori ætate & moribus idoneum; eique ſe debito fidelitatis ſacramento ſubdiderunt. Qui utique Regnum, non ut proprium, ſed pro diſpoſitione ſibi creditum reputans, omne hereditarium jus in eo repudiavit, & vel filio ſuo ſe hoc adoptaturum fore penitus abnegavit: juſtiſſimè in arbitrio Principum eſſe decernens, ut poſt mortem ejus liberè non magis filium ejus, quam alium eligerent, niſi quem ad id culminis ætate & morum gravitate dignum inveniſſent. Hunc igitur Rudolphum, legitimè electum, Archiepiſcopi Mogontinus & Magdeburgenſis, cum eorum ſuffraganeis, Legatis Sedis Apoſtolicæ præſentibus & Regni Principibus, regali inunctione conſecrarunt. Electus eſt autem ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus majoribus atque minoribus, in Conventu apud Forcheim, anno Dominicæ incarnationis MLXXVII, anno IV venerabilis Papæ Gregorii in hoc nomine ſeptimi, indictione XV, Idibus Martii. Poſtea die duodecimo apud Mogontiam conſecratus eſt, id eſt VII Kal. Aprilis, ubi tunc medium Quadrageſimæ occurrit. Die autem prædictæ electionis nix ac gelu reſolvi cœperunt, quæ eo anno à feſtivitate omnium Sanctorum uſque in illum diem terram Teutonicorum & Longobardiæ occupaverat; quod quidam ſapientũm ita interpretati ſunt; Deum in legitimi Principis electione ſuam adſtipulationem mundo denotaſſe, per inſoliti frigoris depulſionem, & per clementioris aëris reparationẽ: præcipuè, cum nullis hujuſmodi promotio diſplicuerit, niſi illis tantum, qui ſe, ſub legitimo Principe, Simoniacæ hæreſi aliiſque criminibus abrenuntiaturos fore non dubitabant: qui ſuperiori Rege, non dico permittente, ſed cooperante, ſanctam Eccleſiam fœdare non ceſſaverant. Nulli ſanè Clerico, monacho, ſive laico hujus Principis promotio diſplicuit, niſi qui ſeipſum ſub ejus auctoritate corrigendum fore timuit; niſi qui ſanctam Eccleſiam juxta Canonicas ſanctiones inſtituendam fore contabuit; niſi qui, intercluſo Simoniacæ hereſis mercimonio, divitias ſuas attenuari non dubitavit.

B

C

in locum depoſiti jure Henrici,

86 Nullus autem Rudolpho Regi ejuſque Principibus perjurium poterit jure objicere, licet jam dudum depoſito Regi juramentum fidelitatis feciſſent. Illud enim juramentum tam diu obſervandum erat, quamdiu ipſe Regno præerat. Poſtquam verò omnes Chriſtiani eo ſacramento à Papa ſoluti ſunt, eo quidem depoſito & anathematizato, non magis illi aliqua ſubjectio pro hujuſmodi juramento debebatur, quàm cuilibet Epiſcopo à ſubditis ſuis obeditur, poſtquam ille, etiam retenta communione, deponitur. Nemo autem, Romanum Pontificem Reges à Regno deponere poſſe, denegabit, quicumque decreta ſanctiſſimi Papæ Gregorii non proſcribenda judicabit. Ipſe enim vir Apoſtolicus, cui Spiritus ſanctus in aurem decernenda dictavit, in Apoſtolica Sede conſtitutus, irrefragabiliter decrevit, Reges à ſuis dignitatibus cadere, & participatione Dominici corporis & ſanguinis carere, ſi præſumerent Sedis Apoſtolicæ juſſa contemnere. Si enim cæleſtia & ſpiritualia Sedes B. Petri ſolvit & judicat, quanto magis terrena & ſecularia, juxta illud Apoſtoli: Neſcitis, inquit, quoniam & Angelos judicabimus, quantò magis ſecularia? Sic utique auctoritate Stephani Papæ Hildericus Rex Francorum pro ignavia ſua deponitur: eique depoſito inſuper & detonſo, & in monaſterium miſſo, Pipinus in Regnum ſurrogatur. Præterea, liberi homines Henricum eo pacto ſibi propoſuerunt in Regem, ut electores ſuos juſtè judicare, & regali providentia gubernare ſatageret. Quod pactum ille poſtea prævaricari & contemnere non ceſſavit; videlicet, quoſlibet innoxios tyrannica crudelitate opprimendo, & omnes quos potuit Chriſtianæ religioni repugnare conſtringendo. Ergo & abſque Sedis Apoſtolicæ judicio, Principes eum pro Rege merito refutare poſſent, cum pactum adimplere contempſerit, quod eis pro electione ſua promiſerat: quo non adimpleto, nec Rex eſſe poterat. Nam Rex nullatenus eſſe poteſt, qui ſubditos ſuos non regere, ſed in errorem mittere ſtuduerit. Quid plura? Nonne quilibet miles Domino ſuo fidelitatis juramento ſubjicitur eo pacto, ut & ille ſibi non deneget, quod Dominus militi debebat? Si ergo Dominus militi debitum reddere contemnit, numquid non libere miles eum pro Domino deinceps recuſat habere? Liberrimè, inquam. Nec hujuſmodi militem infidelitatis vel perjurii merito quis accuſabit, cum totum adimpleverit, quod promiſit; Domino ſuo, inquam, tam diu militando, quam diu ille fecit ſibi quod Dominus militi debebat.

A. PAULO BERNRIE

E

renuit Miſſam Simoniaci amittere:

87 Igitur Rudolphus Rex, ubi in Regẽ ſublevatus eſt, ſtatim Apoſtolico, miſſa legatione, de ſua promotione innotuit, eique debitum obſequium in Eccleſiaſticis adminiſtrationibus promiſit: multoq; ſe promptiorem ad obediendum Sedi Apoſtolicæ, quàm anteceſſor ejus exhibuit. Ipſa enim ſuæ conſecrationis die, obediens banno Domini Papæ, officium cujuſdam Diaconi Simoniaci recipere noluit, qui eo die ad legendum in Miſſa ante Regem jam ſacris veſtibus indutus proceſſit: unde Sigefridus Mogontinus Archiepiſcopus, amoto eo ab altaris miniſterio, alium in ejus locum ſurrogavit. Hoc autem maximam invidiam Simoniacorum & incontinentium altaris miniſtrorum Regi conflavit; qui in ipſa ſui promotione banno Apoſtolico obediens, ſe officia talium reſpuere per præfat. Subdiaconi repulſã monſtravit. Nullatenus enim dubitabant, ſe, ſub tam legitimo Principe, aut officium depoſituros, aut concubinis & Eccleſiis Simoniacè acquiſitis abrenuntiaturos. Quapropter illius civitatis Clerici, eâdem ipſa Regiæ conſecrationis die, poſt prandium concives ſuos, vino & inſania furentes, in Epiſcopum ſuum, & Regem, & reliquos Principes concitaverunt. Quidam enim puer ex civitate, neſcimus ſi propria voluntate ductus, an ab aliquo perſuaſus, cuidam Militi Archiepiſcopi partem pretioſæ veſtis furtivè voluit detruncare: qui ſtatim captus eſt à milite. Quo audito, Procurator civitatis eumdem per manus acceptum, liberum abire fecit, nulla tamen ſeditione commota. Clerici autem, audito hujuſmodi rumore, captum fuiſſe puerum, quem tamen jam

F

hinc exacerbati Clerici

dimiſſum

A. PAULO BERNRIE

dimiſſum ſcirent, campanas compulſare, cives nutibus & probroſis adhortationibus ad ſeditionem excitare, vel potius compellere non timuerunt. Sed Rex jam finito prandio ad eccleſiam de palatio deſcendit, & Veſperas audire cœpit. Interim plebs furens, ſanguinem Regis & reliquorum ſitiens, ipſam eccleſiam & palatium irrumpere nititur: ſed à Militibus Regis conpeſcitur, licet inermibus: nam in diebus Quadrageſimæ conſuetudo erat ſine armis procedere; ſed & ipſa, ſi quæ habebant per civitatem in hoſpitiis dimiſſa, præ ſeditione civiũ acquirere non poterant. Finitis autem Veſperis, Rex, cum Archiepiſcopo & reliquis Principibus, in palatium de eccleſia regreſſus, cum populũ furentẽ ab incepto nolle deſiſtere; ſed eos ipſam Quadrageſimã diem Dominicam, cœmeterium eccleſiæ, imò ipſam eorum matricem eccleſiam furibunda ſeditione profanare; ſicque cum multiplici ſacrilegio in mortem ſuam, Epiſcoporum, ſuorumque omnium, nihil ab ipſis injuriatos, conſpiraſſe vidiſſet; gladio accinctus, eorum inſaniam compeſcere deliberavit. Sed Principes ejus, eum contra regium morem procedere non permiſerunt. Ipſi autem ex præcepto ejus, mutuatis undecumq; poterant armis, primum quidem ad ſupplicandum Deo eccleſiam ingreſſi, deinde Kyrie eleiſon in altum concinentes, per portam, quæ magis impugnabatur, exiliunt de eccleſia. Qui ſtatim, licet pauciſſimi, maximam multitudinem hoſtium adeo in fugam verterunt, ut quidam eorum etiam ſe in Rhenum morituri præcipitarent; licet regii Milites parum eos ultra cœmeterium eccleſiæ inſequerentur.

ſeditionem concitant,

quæ facili negotio diſſipatur.

B

CAPUT XI.

Gregorius Legatos, ad ſchiſma Imperii ex compromiſſo tollendum, in Germaniam dirigit.

88 ANno ab incarnatione Domini MLXXVIII Indictione prima, cum uterque Rex, Henricus videlicet & Rudolphus, ab Apoſtolica Sede adjutorium requireret; Gregorius Papa ſeptimus, generali Synodo præſidens, decrevit; Quoniam lis & perturbatio Regni, in maximum ſanctæ Eccleſiæ periculum & detrimentum quotidie redundare cernitur; placet nobis elaborare pro viribus, quatenus idonei tam religione quam etiam ſcientia pollentes Nuntii, è latere Sedis Apoſtolicæ ad partes illas mittantur, qui omnes religioſos & juſtitiæ amatores, in Teutonici Regni partibus commorantes, Clericalis & Laicalis ordinis viros, & ad hoc opus idoneos, convocent; cum quibus (Domini gratia præeunte) aut finem & pacem juſtè componant; aut veritate percognita, cui parti juſtitia magis faveat, ad plenum addiſcere valeant; quatenus pars injuſta deſiſtat; & Apoſtolica auctoritate munita juſtitia, vigoris & auctoritatis robur obtineat. Verum, quoniam nonnullos, diabolico inſtinctu collectos, tyrannidis ſuæ facibus accenſos, turpis lucri avaritiæ mancipatos, diſcordiam potius quam pacem fieri & videre deſiderantes, fore non ignoramus; ſtatuimus, ut nulla unquam perſona alicujus potentiæ, ſive Rex aut Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, ſive Miles, aliqua præſumptione temeratiove auſu, fraude dolove, ſeu aliqua perturbatione, Legatis noſtris obſiſtere & contraire, ne juſtitiam & finem componant, pertentet. Quicumque autem temerario auſu (quod non optamus) hujus noſtræ conſtitutionis violator extiterit, Legatiſque noſtris prænominatis, ad hanc pacem componendam euntibus, fraudem opponere tentaverit, vinculo eum anathematis alligamus, & non ſolum in ſpiritu, verum etiam & in corpore, & omni proſperitate hujus vitæ, Apoſtolica poteſtate innodamus, & victoriam ejus in armis auferimus; ut ſic ſaltem confundatur, & duplici confuſione & contritione conteratur. Actum Romæ in Eccleſia Domini Salvatoris, v Nonas Martii, Indictione prima.

C

Gregorius in Synodo ſtatuit legatos mittendos,

quos nemo poſſit impedire;

D

89 a Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Clericis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, omnibuſque majoribus atque minoribus in Teutonico Regno conſtitutis, exceptis his qui Canonica excommunicatione tenentur, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Notum vobis fieri volumus, Fratres cariſſimi, quod in ea Synodo, quam nuper Romæ celebravimus; inter multa alia, quæ de ſtatu ſanctæ Eccleſiæ (Deo cooperante) peregimus, de ruina & confuſione nobiliſſimi Regni veſtri diligenter tractantes, hoc ſalutiferum & opportunũ pro reparatione pacis veſtræ fore putavimus, ut religioſi Legati Apoſtolicæ Sedis ad partes veſtras dirigantur, qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, & religioſos Clericos, nec non Laicos ad id idoneos, in loco qui utrique parti habilis & congruus ſit, convenire commoneant: ut, aut pacem Deo auxiliante inter vos componant, aut cui parti juſtitia faveat veraciter addiſcant. Nam in eâdem Synodo definitum eſt, quod nos contra eam partem, quæ pacem faſtu ſuperbiæ refutaverit, & cui juſtitia non faverit, omni conamine omnibuſque modis poteſtate beati Petri inſurgamus. Et quia nonnullos de Regno veſtro intelleximus magis jurgium & diſcordiam, quam pacem diligere; ex parte omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli interdicimus, ut nullus ſit, qui aliquo ingenio aut ſtudio ſeu violentia impediat prædictos viros, ad reſtaurandam Regni veſtri concordiam convenire, aut convenientes juſtum & legalem huic diſcordiæ finem imponere. Ad reprimenda etiã mala ingenia & illicitos conatus, judicio ſancti Spiritus & auctoritate Apoſtolicæ Sedis, anathematizavimus & anathematizamus, ſi quicumq; ſive Rex, ſive Archiepiſcopus, ſive Epiſcopus, ſive Dux, ſive Marchio, ſive alicujus dignitatis vel ordinis perſona ſit, præſumpſerit aliquo modo hanc ſalutiferã conſtitutionem perturbare; videlicet qui operam dederit, ne prædictus conventus fiat, aut concordia tantæ perturbationis. Adjecimus etiam eidem anathemati, ut quicumque hujus iniquitatis præſumptor fuerit, non ſolum in anima, ſed etiam in corpore & in omnibus rebus ſuis, vindictam omnipotentis Dei ſentiat; & in omni congreſſione belli nullas vires nullumque in vita ſua triumphum obtineat; ſed duplici contritione proſtratus ſemper vileſcat & confundatur, ut ſic ſaltem ad pœnitentiam redire addiſcat. Præſentium verò portitorem ad hoc vobis dirigimus, ut una cum venerabili Fratre noſtro b Treuirenſi Archiepiſcopo, qui Henrico favet; & altero, qui utilis & religioſus ad hoc ſit opus Epiſcopus ex parte Rodulphi, locum & tempus prædicti conventus ſtatuant: quatenus Legati noſtri, quos præfati ſumus, ſecurius & certius ad vos venire; & quæ omnipotenti Deo placeant, ipſo auxiliante, vobiſcum valeant perficere. Datum Romæ, VII Idus Martii, Indictione prima.

a *idque Principibus ſignificat per Breves.*

E *addito anathemate contra impedire volentes.*

F

b

90 Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Udoni, Trevirenſi Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quanta nobis ſolicitudo quantaque triſtitia ſit de perturbatione, imo de diſſidio Regni veſtri, olim clariſſimi & potentiſſimi, in communibus litteris, quas hoc in anno ad vos miſimus, ſatis vobis declaratum eſſe putamus. Verum quia res de die in diem pernicioſius implicari videtur, nobis quoque cura cum nimia anxietate altius in mente figitur. Proinde quidquid nobis ſuper hac re

Vdonem Trevir. ad ſe revocat,

ad

A ad præſens melius viſum eſt, quod noſtra providentia vel auctoritate intervenire potuiſſet, maturare curavimus: quod tua Fraternitas litteris, quibus illud ſingulariter ſcriptum eſt, plenius cognoſcet. Rogamus igitur & admonemus prudentiam tuam, in qua multum confidimus, ut ſecundum tenorem earumdem litterarum, ſine omni dilatione, de cauſa hac te intromittas; & omnibus tàm minoribus quam majoribus, quoad potes, quid à nobis deliberatum, & qualiter tibi injunctum ſit, notum facias: ut miſerante Deo, & adjuvantibus his qui Dominum diligunt, tàm feralis diſcordiæ furorem aut penitus compeſcere, & (quod maximè optamus) ad plenam pacem adducere poſſimus; aut, ſi illud peccatis impedientibus minimè obvenire poterit, ſaltem nos, in tanto Fratrum noſtrorum periculo, culpam negligentiæ declinemus. Notificato autem conſilio & decreto noſtro, & requiſitis utrimque reſponſionibus, ut eam certitudinem & conſenſum inveniatis, ne in mittendis legatis nobis dubitandum ſit; ordinatis & confirmatis omnibus, quæ ad proſequendum hoc negotium, loco, tempore, vel ceteris convenientiis neceſſariâ ſunt; volumus, ut tu & Frater ille, qui tecum hujus rei mediator eſſe debuerit, confeſtim ad nos veniatis: quatenus cognitis

B *cum ſocio Henriciana partis iturũ ad Comitia.* ſecuritatibus, & quæ ſpes pacis eſſe debeat, Legatos noſtros tam ſine periculo, quam ſine deſperatione fructus laboris & fatigationis eorum, vobiſcum mittere valeamus. Nec durum tibi ſit, Frater, ſubire, quod imponimus: quoniam ex quo in Eccleſia locum Sacerdotii & officium ſuſcepiſti, nihil Deo dignius aut animæ tuæ ſalubrius feciſti, quam ſi in hac re nequitiam diabolicæ fraudis elidere, & ſaluti tot millium hominum opitulante Deo conſulere poteris. Et ſi hoc fatigationi tuæ pro voto non ſucceſſerit; tibi tamen apud illum certa manet retributio, apud quem non infectum reputabitur omne bonum, quod juſta & perſeveranti voluntate concipitur. Illud tamen à dilectione tua omnino nobis exhiberi volumus, ut etiamſi illum alium, quem hujus rei mediatorem te habere ſupra diximus, ſocium itineris habere non poſſis; tu tamen ad nos venire nullatenus prætermittas. Præcipimus etiam tibi ex auctoritate beati Petri, ut cui juſtitia favet, tu omnino faveas; & hoc idem facere Clericos & Laicos, quos poteris, ex parte noſtra commoneas. Treuga etiam vobis proviſa, uſq; ad quindecim dies poſt Conventus ſolutionem, illæſa ſervetur. Vo-

C lumus autem, ut apud Regem diligenter procures, quatenus Legati noſtri, qui in partibus illis ſunt, Bernardus ſcilicet Diaconus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Bernardus Maſſilienſis Abbas, ſi voluerint, licenter & ſecure ad nos redire valeant. Data Romæ, VII Idus Martii, Indictione prima.

Iurato utrinq; compromiſſo, 91 Anno ab incarnatione Domini MLXXVIII, Pontificatus vero Domini Gregorii ſeptimi Papæ ſexto, decimo tertio Kalendas Decembris, Indictione ſecunda, congregata eſt Synodus Romæ in eccleſia S. Salvatoris, in qua juraverunt legati Henrici & Rudolphi, quiſque pro Domino ſuo, quod nulis dolis colloquium Legatorum Sedis Apoſtolicæ, in Teutonico Regno habendum, impedient.

de ejus violatione accuſatur Henricus, 92 Anno ab Incarnatione Domini MLXXIX, menſe Februario, Indictione II, Pontificatus vero Domini Gregorii ſeptimi Papæ VII, Legati Regis Rudolphi ſuper Henricum proclamaverunt, quod nulli loco nullique perſonæ parcens, regionem tranſalpinam contereret & conculcaret, neminem debitus honor vel reverentia tueretur, & ceu vilia mancipa non modo Sacerdotes, ſed etiam Epiſcopi & Archiepiſcopi caperentur, vinculiſque mancipa-rentur, partimque jam trucidarentur. Decreverunt ergo quam plures Concilii, in illius tyrannidem gladium Apoſtolicum debere evaginari: ſed diſtulit Apoſtolica manſuetudo, ſimul & illud attendens, quod *d* Petro Albanenſi & Altmanno Battavienſi Epiſcopis de eodem negotio ſcribens, inter cetera dicit: Sic vos utrique parti communes; & ab omni ſuſpicionis nævo, quantum in vobis eſt, cum divinæ gratiæ adjutorio exhibete immunes, ut juſtitiæ ſemper; & nullo modo partibus faveatis, ſicut habetis formam noſtram: qui videlicet, poſtquam judicium tanti hujus negotii in manu B. Petri commiſſum eſt, nihil aliud teſtibus vobis intendimus, niſi ut per juſtitiæ ſemitam incedamus. Ad nullam partem ſinceritatem Apoſtolicæ diſcretionis infleximus, nullis promiſſionibus aut terroribus ceſſimus, nec aliud umquam, Deo protegente, acturos nos eſſe confidimus. A. PAULO BERNRI.

d *nec tamen adhuc damnatur.*

93 Porro legati Henrici Regis, qui prædictæ querelæ ſuper eumdem prolatæ præſto fuerunt, ſecundum hunc tenorem juraverunt: Legati Domini mei Henrici Regis ad vos venient infra terminum Aſcenſionis Domini, exceptis legitimis *e* ſonnis, id eſt, morte vel gravi infirmitate, vel captione abſque dolo, qui legatos Romanę Sedis ſecure ducent & reducent; & Dominus Rex obediens illis erit in omnibus ſecundum juſtitiam & judicium illorum: & hæc omnia ſervabit abſque dolo, niſi quantum ex veſtra juſſione remanſerit. Et hoc juramus ex præcepto Domini noſtri Regis Henrici. Itidem legati Rudolphi Regis juraverunt, quod ſequitur: Si colloquium ex præcepto veſtro conſtitutum fuerit in partibus Teutonicis, loco & tempore à vobis definito, ante præſentiam veſtram vel Legatorum veſtrorum, Dominus noſter Rex Rudolphus vel ipſe veniet, vel Epiſcopos & fideles ſuos mittet; paratuſque erit judicium, quod ſancta Romana Eccleſia decreverit, de cauſa Regni ſubire; nulloque malo ingenio Conventum, à vobis ſive à veſtris Legatis conſtitutum, impediet: & poſtquam certum inde veſtrum Nuntium videbit, de pace ſtatuenda in Regno & confirmanda ſtudebit, ut legatio veſtra pervenire ad Regni pacem & concordiam poſſit. Hæc omnia obſervabuntur, in quantum ex veſtra licentia remanſerit, vel ex impedimento legitimo, ſcilicet morte vel gravi infirmitate vel captione, ſine dolo.

Iurato iterum compromiſſo e

E

94 Poſthæc rurſus exiit edictum Apoſtolicæ benignitatis, quod idcirco ex abundanti ponimus, ut clareſcat & ſapientibus & inſipientibus, principem fuiſſe Gregorium noſtrum in illa beatitudine, de qua Dominus dicit; Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. *f* Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis, in Teutonico atque in Saxonico Regno commanentibus, cunctis etiam majoribus atque minoribus, qui non ſunt excommunicati & obedire voluerunt, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam ex lite & diſſenſione, quæ tamdiu inter vos eſt, maximum in ſancta Eccleſia periculum, maximum undique inter vos detrimentum fieri cognoſcimus; idcirco viſum eſt nobis, viſum eſt & Fratribus noſtris in Concilio congregatis, ſummo deſiderio æſtuare, ſummaque ope elaborare pro viribus, quatenus idonei Nuntii, tam religione quam ſcientia pollentes, è latere Apoſtolicæ Sedis ad partes veſtras mitterentur; qui religioſos Epiſcopos, Laicos etiam pacis & juſtitiæ amatores, in partibus veſtris commorantes, ad hoc opus idoneos, congregarent; qui (Domini gratiâ præeunte) die & loco ab illis ſtatuto, tam ipſi quam quos ipſis adhuc jungere debemus, aut pacem componant; aut veritate prægnita, ſuper illos qui ſunt tanti diſſidii cauſa, canonicam cenſuram exerceant. Verum quoniam non-

eadem denuo inculcat Gregorius, Matth. 5. F f

A. PAULO BERNRI. *contra obſtituros unioni.*

nullos, diabolico inſtinctu confectos, & iniquitatis ſuæ facibus ignitos, cupiditateque inductos, diſcordiam potius quam pacem fieri & videre deſiderantes, fore non ignoramus; ſtatuimus in hac Synodo, ad eamdem formam ſicut & in præterita, ut nulla umquam perſona alicujus potentiæ vel dignitatis, ſive magna ſive parva, ſive princeps ſive ſubjectus, aliqua præſumptione præſumat Legatis noſtris obſiſtere; & poſtquam ad vos pervenerint, de componenda pace contraire; nec poſtea contra interdictum illorum, alter in alterum audeat reſurgere; ſed uſque ad diem ab illis ſtatutum firmam pacem omnes, ſine ulla occaſione & fraude, obſervent. Quicumque autem hæc noſtra ſtatuta ulla præſumptione violare tentaverit, anathematis eum vinculo ligamus; & non ſolum in ſpiritu, verum etiam in corpore, & in omni proſperitate hujus vitæ, Apoſtolica auctoritate innodamus, & victoriam in armis auferimus; ut ſic ſaltem confundatur, & duplici contritione conteratur *g*. g

ANNOTATA.

a *Eſt hæc Epiſtola* 15 *libri* 5.

B b Udo Trevirenſi Eccleſiæ *præfuit ab anno* 1068 *uſque ad annum* 1077. *Ejus res geſtas refert Browerus lib.* 12. *Annalium Trevirenſium, ubi docet ipſum à Schiſmate Henrici IV defeciſſe, & alios Schiſmaticos Epiſcopos ad ſaniora conſilia retraxiſſe.*

c *Eſt hæc Epiſtola* 16 *lib.* 5. *Ad eumdem quoque ſunt, Epiſtola* 81 *libri primi, & Epiſtola* 10 *libri* 2; *tum* 12 *libri* 3, *ad Vdonem ſimul & Theodoricum Virdunenſem, & Hermannum Metenſem; demum alia* 7 *libri* 5, *ad ipſum & Suffraganeos.*

d *De* B. Petro Igneo *&* S. Altmanno *ſupra fuit actum.*

e *In noſtro Ms.* excepta matrice vi. *Eſt autem* Sonna, Sunnis, Sunnia *apud Cangium in Gloſſario, Cauſa, quam quis prætendit, quo minus juri audiendo ſe ſiſtat: de cujus vocis ambiguâ etymologiâ, multa vir ille eruditiſſimus, quæ apud eum legi poſſunt.*

f *Extat etiam apud Brunonem de Bello Saxonico Tomo* 1 *Collectionis Freherianæ pag.* 147.

g *Adduntur apud Brunonem duæ Epiſtolæ ad Rudolphum Regem.*

CAPUT XII.

Promulgata depoſitione Henrici & electione Rudolfi, pie moritur Gregorius.

Gregorius auditis Rudolfi legatis,

95 ANno ab Incarnatione Domini MLXXX, Pontificatus vero Domini Gregorii Papæ ſeptimi anno VII, Indictione tertia, celebravit ipſe Papa Synodum Romæ, ubi interfuerunt Archiepiſcopi & Epiſcopi diverſarum Urbium, nec non & Abbatum, ac diverſorum Ordinum Clericorum & Laicorum innumerabilis multitudo. Supervenerunt autem & Legati Rudolphi Regis & Principum Regni Teutonici, & hujuſmodi querimoniam protulerunt ſuper tyrannidem Henrici: Nos, ex legatione Domini noſtri Regis Rudolphi & Principum ejus, conquerimur Deo & S. Petro, veſtræque Paternitati & cuncto huic ſanctiſſimo Concilio, quod ille Henricus, quem vos Apoſtolica auctoritate depoſuiſtis à Regno, id ipſum Regnum contra veſtrum interdictum tyrannice invaſit, omnia circumquaque ferro, præda, incendio devaſtavit: Archiepiſcopos, Epiſcopos de Epiſcopatibus ſuis impia crudelitate expulit, & eorum Epiſcopatus ſuis fautoribus in beneficia diſtribuit. Per cujus etiam tyrannidem piæ memoriæ *a* Werinharius Magdeburgenſis Archiepiſcopus occiſus eſt: Adelbertus Wormatienſis Epiſcopus adhuc ab eo contra Sedis Apoſtolicæ præceptum in captione cruciatur *b*; multa hominum millia ejus factione ſunt occiſa; quam plures eccleſiæ, ablatis Reliquiis, incenſæ ac penitus deſtructæ. Innumerabilia quidem facinora ſunt, quæ idem Henricus in Principes noſtros perpetravit, eo quod ſibi contra Sedis Apoſtolicæ decretum ut Regi obedire noluerunt: & colloquium, quod vos pro inquirenda juſtitia & pace componenda fieri decreviſtis, ex culpa Henrici & fautorum ejus remanſit. Quapropter veſtram humiliter imploramus clementiam, ut nobis, imo ſanctæ Dei Eccleſiæ, decretam ſacrilego pervaſori Eccleſiarum juſtitiam faciatis. His & talibus excitatus viri Dei ſpiritus, ſentiens & imminere diem, quem ſibi in viſione Beata Dei Genitrix, ad proferendam damnationis ſententiam in eumdem adverſarium Eccleſiæ, deſignaverat; &, ne ultra differret, præcipiendo interminaverat; gravi cum dolore & gemitu parturivit; & auſcultante atque aſpirante Concilio, tandem in hæc verba prorupit. D a b *Henrici ſcelera exponentibus;* *tandem ut erat à Dei para juſſus,*

96 *c* B. Petre Princeps Apoſtolorum, & tu B. Paule Doctor gentium, dignamini quæſo aures veſtras ad me inclinare, meque clementer exaudire; quia veritatis eſtis diſcipuli & amatores; adjuvate, ut veritatem vobis dicam, omni remota falſitate, quam omnino deteſtamini; ut Fratres mei melius mihi acquieſcant, & ſciant & intelligant, quia ex veſtra fiducia, poſt Dominum & Matrem ejus ſemper Virginem Mariam, pravis & iniquis reſiſto, veſtris autem fidelibus auxilium præſto. Vos autem ſcitis, quia non libenter ad ſacrum Ordinem acceſſi, & invitus ultra montes cum Domino Papa *d* Gregorio abii: ſed magis invitus cum Domino meo Papa Leone ad veſtram ſpecialem Eccleſiam redii, in qua utcumque vobis deſervivi: deinde, valde invitus, cum magno dolore & gemitu & planctu, in throno veſtro valde indignus ſum collocatus. Hæc ideo dico, quia ego non vos elegi, ſed vos me elegiſtis, & graviſſimum pondus veſtræ Eccleſiæ ſuper me poſuiſtis. Et quia ſuper montem excelſum me juſſiſtis aſcendere, & clamare, & annuntiare populo Dei ſcelera eorum, & filiis Eccleſiæ peccata eorum; membra diaboli cœperunt contra me inſurgere, & uſque ad ſanguinem præſumpſerunt in me manus ſuas injicere. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt; ſeculares & eccleſiaſtici, aulici & vulgares convenerunt in unum, adverſus Dominum, & adverſus vos Chriſtos ejus, dicentes; Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis jugum ipſorum; &, ut me omnino morte vel exilio confunderent, multis modis conati ſunt in me inſurgere. c E *coram SS. Petro ac Paulo proteſtatur,* d F

97 Inter quos ſpecialiter Henricus, quem dicun Regem, Henrici Imperatoris filius, contra veſtram calcaneum erexit Eccleſiam, facta cum multis Ultramontanis & Italicis conſpiratione, annitens; ne dejiciendo, eam ſibi ſubjugare. Cujus ſuperbiæ veſtra reſtitit auctoritas, eamque veſtra deſtruxit poteſtas: qui confuſus & humiliatus, ad me in Longobardiam veniens, abſolutionem ab excommunicatione quæſivit. Quem ego videns humiliatum, multis ab eo promiſſionibus acceptis de vitæ ſuæ emendatione, ſolam ei communionem reddidi; non tamen in Regno, à quo eum in Romana Synodo depoſueram, inſtauravi; nec fidelitatem hominum, qui ſibi juraverant vel erant juraturi, à quo omnes abſolvi in eadem Synodo, ut ſibi ſervaretur, præcepi. Et hæc ideo detinui, ut inter eum & Epiſcopos vel Principes ultramontanos, qui ei cauſa juſſionis *I Henrico regimen abſtuliſſe,* *ſe injuncto ab eis munere fungentem*

A nis veſtræ Eccleſiæ reſtiterant, juſtitiam facerem; vel pacem componerem, ſicut ipſe Henricus juramento per duos Epiſcopos mihi promiſit. Prædicti autem Epiſcopi & Principes Ultramontani, audientes illum non ſervare quod mihi promiſerat, quaſi deſperati ab eo, ſine meo conſilio, vobis teſtibus, elegerunt ſibi RudolphumDucem in Regem: qui Rex Rudolphus, feſtinanter ad me miſſo nuntio, indicavit ſe coactum Regni gubernacula ſuſcepiſſe, tamen ſeſe paratum mihi omnibus modis obedire. Et ut hoc verius credatur, ſemper ex eo tempore eumdem ſermonē mihi miſit: adjiciens etiam, filio ſuo obſide & fidelis ſui Bertholdi filio, quod promittebat firmare. Interea Henricus cœpit me precari, ut illum contra prędictū Rudolphum adjuvarem. Cui reſpondi, me libenter facere, audita utriuſque partis ratione, ut ſcirem cui juſtitia magis faveret. Ille autem putans ſuis viribus eū poſſe devincere, meam contempſit reſponſionē. Poſtquam autem perſenſit, ſe non poſſe, ſicut ſperavit, agere; duo Epiſcopi, *e* Virdunenſis videlicet & *f* Oſenburgenſis, de conſentaneis ſuis Romam venerunt, & in Synodo ex parte Henrici, me ut ei juſtitiam facerem, rogaverunt; quod & nuntii Rudolphi fieri laudaverunt. Tandem, aſpirante Deo, ſicut credo, ſtatui in eadem Synodo, in partibus Ultramontanis fieri colloquiū, ut illic aut pax ſtatueretur, aut cui plus juſtitia faveret, cognoſceretur. Ego enim, ſicut vos mihi teſtes eſtis, Patres & Domini mei, uſq; hodie nullā partem diſpoſui adjuvare, niſi eam, cui plus juſtitia faveret. Et quia putabam, quod injuſtior pars colloquiū nollet fieri, ubi juſtitia ſuū locum ſervaret; excommunicavi, & anathemati alligavi omnes perſonas, ſive Regis ſive Ducis aut Epiſcopi aut alicujus hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret ut non fieret.

quod cum Principes in Rudolphum tranſtuliſſent,

ſpe patiū diſtulerit approbare,

e *f*

B *indicto pro ea colloquio:*

98 Prædictus autem Henricus cum ſuis fautoribus, non timens periculū inobedientiæ, quod eſt ſcelus idololatrię, colloquiū impediendo excommunicationē incurrit, & ſeipſum anathematis vinculo alligavit, magnamq; multitudinem Chriſtianorū motti tradidit, & eccleſias fecit diſſipari, & totum pene Teutonicorum Regnum deſolationi dedit. Quapropter confidens de judicio & miſericordia Dei, ejuſq; piiſſimæ Matris ſemper Virginis Mariæ, fultus veſtra auctoritate, prædictū Henricum, quem dicunt Regē, omneſq; fautores ejus excommunicationi ſubjicio & anathematis vinculo alligo: & iterum Regnū Teutonicorum & Italiæ, ex parte omnipotentis Dei & veſtra, interdicens ei, omnem dignitatem & poteſtatem regiam illi tollo; & ut nullus ei Chriſtianus ſicut Regi obediat, interdico; omneſque qui ei juraverunt vel jurabunt de Regni dominatione, à juramenti promiſſione abſolvo: ipſe autem Henricus cum ſuis fautoribus in omni congreſſione belli nullas vires nullamque in vita ſua victoriam obtineat. Ut autem Rudolphus Regnum Teutonicorū regat & defendat, quem Teutonici elegerunt ſibi in Regem, ad veſtram fidelitatem ex veſtra parte dono, largior & concedo, omnibuſq; ſibi fideliter adhęrentibus abſolutionem omnium peccatorum, veram benedictionem in hac vita & in futura, veſtra fretus fiducia, largior. Sicut enim Henricus, pro ſua ſuperbia & inobediencia & falſitate, à Regni dignitate juſte abjicitur; ita Rudolpho, pro ſua humilitate, obedientia, veritate, poteſtas & dignitas Regni conceditur.

ſunt autem diſturbantę illud Henrico,

cum rurſus declarat depoſitum,

C

Rudolphum confirmat in regno,

99 Agite nunc quęſo, Patres & Principes ſanctiſſimi, ut omnis mundus intelligat & cognoſcat; quia, ſi poteſtis in cælo ligare & ſolvere; poteſtis in terra imperia, regna, ducatus, principatus, marchias, comitatus, & omnium hominum poſſeſſiones pro meritis tollere unicuique & concedere. Vos enim Patriarchatus, Primatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus frequenter tuliſtis pravis & indignis, & religioſis viris dediſtis. Si enim ſpiritualia judicatis, quid de ſecularibus vos poſſe credendum eſt? Addiſcant nunc Reges & omnes ſeculi Principes, quanti vos eſtis, quid poteſtis, & timeant parvipendere juſſionem Eccleſiæ veſtræ; & in prædicto Henrico tam cito judicium veſtrum exercete, ut omnes ſciant, quia non fortuito, ſed veſtra poteſtate cadet & confundetur, utinam ad pœnitentiam, ut ſpiritus ſit ſalvus in die Domini. Acta Romæ, Nonis Martii, Indictione III.

& Apoſtolos ut ratum id habeant obteſtatur.

A. PAULO BERNRI.

100 Igitur ſatanæ traditus infelix Henricus rabidoque dæmonum furori, magis ac magis ad ſummū iniquitatis conſcendit; & legitimum Papam deſtituere cupiens, auream ſtatuam Simoniacis & Nicolaitis in Romana civitate, quam Babylonem Petrus & Joannes appellant, novus Nabuchodonoſor, erexit; *g* Guibertum ſcilicet Ravennatem Epiſcopū, jam pridem à Gregorio noſtro, propter inceſtum & alia flagitia ſua, Synodali ſententia damnatū. Proinde graviſſima perſecutione contra virum Dei commota, Salernum receſſit: ibique ſupernæ medicationis abſynthio per corporales ægritudines efficaciſſime purgatus, divinæ conſolationis dulci reſponſo meruit exhilarari, videlicet purgationes iſtas ei in perpetuū proficere & ſufficere, nec eum ullam caſtigationē oportere poſt obitum timere: denique, in ſignum ſempiternę ſoſpitatis, temporalem incolumitatē recepit; &, quod valde glorioſum videri poteſt, circa Kalendas Januarii prænoſſe cœpit, diſſolutionē corporis ſui futuram circa Kal. Junii. Quibus cum appropinquaſſet, & ultimi doloris luctam inchoaſſet, aſtantibus ei Epiſcopis & Cardinalibus, eumque pro laboribus ſanctæ converſationis & doctrinæ beatificantibus, reſpondit: Ego, Fratres mei dilectiſſimi, nullos labores meos alicujus momenti facio; in hoc uno ſolummodo confidens, quod ſemper dilexi juſtitiam, & odio habui iniquitatē. Item, cum anxietatē ſuam de ſtatu ſuo poſt diſceſſum ejus deplorarent; elevatis pius Pater in cælum oculis, & eodem porrectis inſtar aſcenſionis palmis. Illuc, inquit, aſcendam, & obnixis precibus Deo propitio vos committam.

Perſecutiōnibus ſe putā gatum intelligit,

g

Ē

atque in fine Maji morturum.

101 Præterea rogatus, ut in tanta fidelium perturbatione, ſibi ſucceſſorem & Eccleſiæ contra prænominatum adulterum deſignaret ultorem, trium dedit optionem: videlicet Deſiderii, Cardinalis & Abbatis Cœnobii Caſſinenſis; atque reverendiſſimorum Epiſcoporum, Ottonis Oſtienſis, & Hugonis Lugdunenſis. Verū quia Otto nondum à Germaniæ & Galliæ partibus redierat, ubi Apoſtolica legatione functus, venerabilem Gebehardum *h* Conſtantienſis Eccleſiæ Præſulem ſe præſente & favente conſecraverat, & alia nonnulla ad ſtabilimentum Eccleſiæ pertinentia prudenter *i* ordinaverat; *k* Hugo quoq; ſua luſtrans gubernacula procul aberat; interim ſuaſit eligi vicinū Deſiderium, licet breviſſime victurum, non tamen abſque typo victoriæ Victorem eſſe appellandum. Nam in diebus ejus, qui quatuor aptati ſunt menſibus, famoſam victoriam dedit Dominus Apoſtolicæ Sedis propugnatoribus de adverſariis ipſius; per quam etiā Cathedram ſuam diu ab invaſoribus detentā recepit Wirzeburgenſis Epiſcopus, nomine Adalbero, vir ſpectabilis natu, honorabilis vultu & actu, reduces habens venerandos Coëpiſcopos prędictū Gebehardum Conſtantienſem, & Heremannum Metenſem, qui & ipſi pro fidelitate Gregorii noſtri Sedes ſuas amiſerant. Prædixerat eidem Deſiderio Pater ſanctus, quod non interfuturus eſſet migrationi ipſius, quamvis ob hoc infirmantem inviſiſſet, & cum eo uſque in finem perſeveraret, & ſanctas exequias cum ceteris fidelibus celebraret; multumque eum attonitum triſtemque reddiderat. Cumque hæreret in admiratione, quidnam impedimenti futurum eſſet,

Proponis Cardinalibus tres idoneos ad ſucceſſionem,

F

h

i k

ſuadet eligi Abbatem Caſinen.

eumque ſua morti non adfuturum prædixit.

A PAULO BERNRI. subito nuntiatur ei à Nortmannis facta circumvallatio cujuſdam caſtelli ſuo monaſterio ſubjecti: & compulſus neceſſitate ſuccurrendi ſuis, abeundi licentiam accepit: ſicque, licet invitus, explendæ Prophetiæ locum dedit.

fidelibus omnibus benedicit,

102 Interea Pontifex beatus Gregorius ſuper his, quos excommunicarat, requiſitus, ſi quam diſpenſationem facere vellet, reſpondit: Præter Henricum Regem dictum, & Guibertum Apoſtolicæ Sedis invaſorem, & omnes illas principales perſonas quæ aut conſilio aut auxilio favent nequitiæ vel impietati illorum, omnes abſolvo & benedico, quicumque me hanc habere ſpecialem poteſtatem in vice Apoſtolorum Petri & Pauli credunt indubitanter: præter hæc admonens eos de multis, & hoc dedit illis præceptum: Ex parte Dei omnipotentis, atque auctoritate Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, præcipio vobis, ut neminem habeatis Romanum Pontificem, niſi canonice electum, & ſanctorum Patrum auctoritate electum & ordinatum. Ubi vero in extremo poſitus erat, ultima verba ejus hæc fuerunt: Dilexi juſtitiam, & odivi iniquitatem, propterea morior in exilio. Quò contra quidam venerabilis Epiſcopus reſpondiſſe narratur: Non potes, Domine, mori in exilio, qui in vice Chriſti & Apoſtolorum ejus divinitus accepiſti gentes hereditatem, & poſſeſſionem terminos terræ. Itaque ſeptiformi gratia plenus ſeptimi Gregorii ſpiritus, qui mundum & principes ejus arguerat de peccato & de injuſtitia & de judicio, in fortitudine cæleſtis cibi nuper accepti cæleſtem viam arripiens, meritoque divini zeli, velut igneo curru, inſtar Eliæ ſubvectus, *l* Urbani prædeceſſoris ſui, cujus ea die feſtivitas exſtitit, omniumque beatorum lætitiam in cæleſti gloria cum Chriſto gaudentium excellenter ampliavit; in terris vero peregrinantem Eccleſiam diſceſſu ſuo non parvo mœrore conſternavit. Corpus ejus ſepulturæ traditum eſt apud beatum Matthæum Euangeliſtam, de cujus nova inventione lætabundam ſcripſerat ante paucos annos Epiſtolam. *m*

& pie Salerni moritur,

l ſe ſepelitur.

B

ANNOTATA.

a Werinharius, *ſive* Wernerus; *aut* Wecel, cæſus anno 1078 die 7 Auguſti ab Henrico IV, prope fluvium Unſtrow, dum partes Romani Pontificis tueretur. *Ita Strenesdorfius in Primate Magdeburgenſi*, juxta Annales Mss. *Aſt in noſtris Annalibus Mss. Anonymi Saxonis dicitur*, in fuga à vulgaribus hominibus occiſus.

C

b Adelbertus, *poſt longum exilium reſtitutus, obiit anno* 1108, *die* 6 *Iulii. Ita Bruſchius. De reſtitutione ſub ſequenti Papa facta infra agitur.*

c *Hæc eadem habentur in Actis Concilii Romani.*

d *Iſte eſt* Gregorius 6, *cujus iter refert Baronius ad an.* 1047.

e Theodoricus *Virdunenſis præfuit ab an.* 1047 *ad an.* 1090.

f Bernardus Oſnabrugenſi Eccleſiæ *præfuit ab anno* 1068 *ad an.* 1088, *à Cratepolio plurimum laudatus.*

g Guibertus, *ab Henrico Rege creatus Archiepiſcopus anno* 1072, *fuit excommunicatus anno* 1078 *in Concilio Romano* IV *centum fere Epiſcoporum & aliis, & iterum anno* 1080 *in Concilio Romano* VII.

h *Fuerat* Conſtantiæ *ſumma perturbatio per annos ſex, quod Henricus Rex ſuos Sacellanos Rupertum, dein Bertholdum ad gubernandum Epiſcopatum miſerat: ſed iis à Clero non acceptis*, Gebehardus *aſſumptus fuit.*

i Otto *poſtea creatus eſt Papa anno* 1088 & Urbanus 2 *appellatus.*

k *Hic eſt ſupra memoratus* Hugo *celebris Epiſcopus* Dienſis, *& Legatus Gregorii* VII *per Galliam: qui ut majorem haberet auctoritatem, factus eſt anno* 1080 *Archiepiſcopus Lugdunenſis.*

l S. Urbani I Papæ & Martyris, *cujus Acta jam dedimus.*

m *Eſt hæc epiſtola* 8 *libri* 8 *ad Alphanum Epiſcopum Salernitanum.* D

CAPUT XIII.

Exempla eorum qui Gregorii decretis obedientes vel inobedientes fuere, divinitus probata vel improbata.

103 COnſequenter hic introducendus videtur præcipuus virtutum ejus ſectator & heres, beatus videlicet *a* Anſelmus, Eccleſiæ Lucenſis Antiſtes, qui ante omnia id ſtudii ſemper habuit, ut imitaretur eum in omnibus, adeo ut diſcrepare ab illo prorſus nollet in aliquo: deinde, quidquid in ipſo fuit, illius ſemper meritis attribuit. Gregorius namque, veluti fons erat; Anſelmus quaſi rivus fluebat, & arida irrigabat: ille, quaſi caput, totum corpus gubernabat: iſte, ceu manus ſtudioſa, quod injunctum operabatur: ille, ſicut ſol illuminavit omnia; iſte, velut ſplendor, declaravit ſingula. Olim Elias, ex mortalium cohabitatione tranſiturus, dimiſit Eliſæo pallium ſuum, Prophetici muneris inſtrumentum: ſimiliter & Gregorius, ex hac mortali vita migraturus, tranſmiſit Anſelmo Pontificalis inſigne poteſtatis, videlicet mitram capitis ſui; hoc nimirum Deo cooperante, ut, ſicut ille Prophetiæ per pallium hereditavit prærogativam, ita & iſte Sacerdotalem per mitram obtineret eminentiam. Nempe eo uſque proceſſit ſimilitudo, ut, ſicut Eliſæus per pallium Eliæ virtutum ſigna demonſtraverat, ita & Anſelmus per mitram Gregorii quædam magnalia exhibuerit. Nam, ut de pluribus unum magis divulgatum proferamus, reverendus Mantuanæ Præſul Eccleſiæ Ubaldus, multis jam annis graviſſime ſpleneticus, & toto corpore ulceratus præſertim in cruribus, ſic ut vix quomodolibet ſtare poſſet, vix etiam jacere vel ſedere; qui & multa in medicos erogaverat, nihilque profecerat; appoſita eadem mitra ubi major ingruerat dolor, priſtinæ redditus eſt ſanitati. Libet ejuſdem Anſelmi de Pſalmorum tractatibus paucas ſententias excipere; & quam pium affectum erga ſanctitatem magiſtri ſui Gregorii habuerit, evidentius oſtendere. Sic ergo loquitur in tractatu ſecundi Pſalmi: Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum, adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus. Reges terræ, membra videlicet ejus qui regnat ſuper omnes filios ſuperbiæ, non ſolum venerunt, ſed & aſtiterunt, & exercitu ſuo Romanam Eccleſiam obſederunt; & principes Sacerdotum conſpirantes convenerunt in unum, contra ſanctum Petrum, & contra Vicarium ejus Gregorium, imo ipſum qui dixit; Qui vos tangit me tangit; qui vos ſpernit, me ſpernit; crucifigunt iterum filium Dei. Conſtat etenim, quia caput noſtrum in membris ſuis patitur, in membris infirmatur; ſicut ipſe Beato Petro dixit, Vado iterum Romam crucifigi. Nonne tibi videntur Principes Sacerdotum in domo Pilati colligere concilium, ut Chriſtum morti tradant; cum tot falſos teſtes contra ſummum Pontificem Henricus adornavit, cum omnes clamant; Reus eſt mortis? Nonne iterum Barrabas eligitur, & Chriſtus ſub Pilato morti addicitur; cum Ravennas Guibertus eligitur, & Papa Gregorius reprobatur? Sic vivere latronem petunt, qui lege damnatur; & juſtum damnant, per quem omnes ſalvantur. Nonne tibi videtur iterum Pilatus manus ſuas laviſſe, & dixiſſe; Mundus ego ſum à ſanguine hujus, nullam in eo cauſam invenio; quando ſimulata pœnitentia Henricus adoravit ſummum Pontificem, deinde falſis Epiſcopis ſuis dixit, Secundum legem veſtram judicate eum? Amplius: Dirumpamus vincula eorum, &c.

a *S. Anſelmus Lucen. velut Eliſeus Eliæ heres,*

per mitram Gregorii morbos curat,

& ſuper Pſalmos ſcribens,

E

F

Luc. 10,

ejus in perſecutionibus conſtantiam laudat,

A &c. Opprimamus, inquiunt, virum juſtum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris. Si enim dimiſerimus eum ſic, venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem. Item; Si Papa Gregorius vixerit, mittet contra nos prædicatores veritatis, qui diſcutientes vitam & actus noſtros, eripient oves Chriſti de manibus noſtris; & juſti diripient ſpolia noſtra, & dimittent Eccleſiam facientibus fructum in ea. Quantæ vero ſanctitatis tractator iſte fuerit, partim ex lectione ſanctorum geſtorum ejus animadvertimus, partim ex relatione religioſorum Fratrum, qui ſe de longinquo ad ſepulchrum ejus per revelationem invitatos veniſſe, & à gravibus atque diutinis languoribus abſque mora liberatos fuiſſe, teſtati ſunt, perpendimus.

Omiſſis quæ ad Gregorii corpus fiunt miraculis,

104 Nunc operæ pretium arbitramur paucis demonſtrare, qualiter vel gratia vel ira Dei, noſtris, hoc eſt in Germanicis partibus commendaverit decreta Gregorii noſtri contra avaritiam & luxuriam Simonis & Nicolai; quatenus & juſti vigilantiores fiant, ad cavendum interdictæ communionis piaculum; & operarii iniquitatis formidoloſiores effecti, ſummis pœnitentiæ conatibus enitantur, ad evadendum ſuæ

B prævaricationis ſupplicium. Nam ad ſepulcrum ejus cælitus facta, vel quæ fieri dicunt religioſiores quique Romani; nos illis, qui viciniores ſunt, percenſenda reſervamus; quibus & perſonæ facilius innoteſcunt, in quibus vel facta vel fiunt. Ut ergo contra primam in Eccleſia Simonis peſtem primum ponamus exemplum, reverendiſſimus Hirſaugienſis

C cœnobii Pater *c* Wilhelmus, cujus religionem ſcripta quoque Gregorii noſtri venerabiliter acceptant,

narratur correptio Simoniaci,

inter multos, qui ſpecialem ejus medicinam expetebant, recepit quemdam Presbyterum, Simoniacæ pravitatis lepra maculoſum, humilitatis antidoto curandum. Sed eheu! vim faciente monachorum importunitate, quorum peſſima conſuetudo eſt de ſacris Canonibus aut parum aut nihil curare, non compeſcuit eum ab illicita immaculati Agni immolatione. Unde contigit, ut ipſe Salvator horrenda

ad altare accedere præſumentis,

eum viſione deterreret, cum forte poſt inchoatam Miſſam catechumenorum in proprio [ſtallo] reſideret. Oppreſſo namque ſopore apparuit, ſciſſis veſtibus, aſpectu quaſi leproſus; eique ſtupenti & admiranti, quem reſpiceret cauſa hujuſcemodi apparitionis; Taliter, inquit, tu me tractaſti: qui, cum te Simoniacum non neſcires, ad conficienda Sacramenta

C Corporis & Sanguinis mei nihilominus accedere præſumpſiſti. Inter hæc, urgente hora ſurgendi ad lectionem Euangelii, multi Fratrum innuerunt, ut excitaretur; ſed prædictus Abbas altiori conſideratione renuit, ne revelatio, ſi qua eſſet, impediretur: animadvertit enim non otioſum eſſe tam profundum illius temporis & loci ſoporem. Itaque ventum eſt ad Miſſam Sacramentorum, & tunc neceſſario expergefactus, celebrandi cauſa myſterii, manifeſtavit gravedinem & impoſſibilitatem ſuam, acceptoque protinus ejuſdem Miſſæ vicario, ex tunc in reliquum penitus ceſſavit à Sacerdotali officio.

& viſio B. Herluca de concubinario uno,

105 Abhinc proferenda ſunt exempla contra Nicolaitas, & eorum communicatores valentia. Felicis namque memoriæ Virgo Herluca, cui familiares erant viſiones & revelationes Domini cum infirmitatibus Apoſtoli, fideli relatu nobis inſinuavit; quod ipſa vice quadam, dum ſolitaria reſediſſet in cellula ſua, ſubito viderat Dominum Jeſum ad ſe introire, comitante beato Wicterpo Auguſtenſis Eccleſiæ quondam Præſule; habitoque pauliſper ſilentio, ſubſiſtere, & vulnera tantum ſua cruore manantia oſtendere. Cumque horripilaſſet à timore viſionis inſolitæ, affatus eſt eam Epiſcopus ita dicens: Ab-

horreſne, Soror, à cruenta ſpecie Salvatoris? Ait: Etiam Domine. Vis eum, inquit, taliter ulterius non A. PAULO videre? Reſpondit: Volo. Noli, inquit, ergo amo- BERNRI. do Richardi Presbyteri Miſſas audire, qui debitam tanto officio caſtimoniam non vult cuſtodire. Sic enim vocabatur Presbyter, qui illi eccleſiæ indignus præerat, juxta quam Virgo Deo dedita manebat. Et ex tunc eum publica vitatione confutatum, & exemplo ſuo plebem, ut idem faceret, animavit.

106 Illa quoque *e* viſio non indigna commemo- e
ratione videtur, quâ dilectus Deo & hominibus, be- *alteroqui*
nedictæ memoriæ Adalbero Monachus, & ipſe contumelias & terrores ab adverſariis Gregorii noſtri propter obedientiam decretorum ejus paſſus, eamdem Herlucam vidiſſe referebat de quodam Nicolaita, qui carnalibus deſideriis inſerviens eccleſiam illam contaminaverat, quæ eſt in loco qui dicitur Rota. In illâ namque confiniâ, hoc eſt in confinio Noricorum & Alamannorum quos Lycus fluvius diſterminat, non procul diſtabant manſiones ejuſdem venerandi ſenis & beatæ Virginis, multumque ſe invicem in Chriſto diligebant, quia excellentem Dei gratiam in ſe mutuo recognoſcebant. Ita ergo E dilectus de dilecta narrabat. Beata Herluca inter ſocias Virgines & viduas quadam die ex more ſedebat, & operi manuum juxta conſuetudinem ſuam diligenter incumbebat; cum ecce ſubito per feneſtram proſpiciens, miſerabiliter lamentari cœpit & vociferari, dicens: Væ, væ! Melius homini illi erat, ſi natus non fuiſſet. Cumque nimis attonita quædam illuſtris femina, nomine Hadewiga, interrogaſſet eam quidnam vidiſſet, unde tantum commota fuiſſet? Mortuus eſt, inquit, infelix Presbyter ille de Rota, & anima ejus ab angelis ſathanæ ſublata portatur ad inferna: vidi enim eos prætereuntes cum inſultatione, & animam comitantem cum ejulatione. Illa optante hoc verum non eſſe, Mittatur, inquit, qui veritatem inquirat. Miſſus nuntius familiam lugentem invenit; & eadem hora comperit mortuum, qua beata Virgo ſpiritum ejus viderat à malignis ſpiritibus aſportatum.

107 Interea ſuper ipſas quoque uxores ſeu con- *ac punitio*
cubinas Nicolaitarum terribiliter deſæviit divina ul- *ipſarū concubinarum.*
tio. Nam quædam illarum, in reprobum ſenſum traditæ, ſemetipſas incendio tradiderunt: aliquæ dum ſanæ cubitum iſſent, mortuæ repertæ ſunt in matutino, abſque ullo præeuntis infirmitatis indicio: aliquarum etiam corpora, poſt evulſas animas, F maligni ſpiritus rapientes, & in ſua latibula reponentes, humana ſepultura privaverunt. Porro inceſtuoſis Miſſarum celebratoribus ita ſe manifeſta- *Alia duo*
vit aliquoties ira Dei; quod, dum jam jamque com- *exempla.*
municare vellent, turbo vehemens irruit, calicemque ſubvertens Sanguinem effudit, Panem vero ſanctum humanæ inventioni mirabiliter abripuit. Qualis vero Presbyter ille fuerit, qui ſæpe dicti ſemperque dicendi Gregorii noſtri caſulam, ſibi in pignore poſitam, tempore *II* Gelaſii Papæ ad Miſſam ſe- f
mel induere præſumpſit, non ſatis inveſtigavimus: ſed hoc pro certo, Romanorum relatu, didicimus; quod illico ſcabioſus effectus, vix per dignos pœnitentiæ fructus evaſit.

108 Quanta vero gratia Dei ſubſecuta ſit obe- *Ordinis monaſtici felix reſtauratio.*
dientes Gregorianæ inſtitutioni, oſtendit Religio quadrata, per Apoſtolicam Gregorii noſtri *g* benedi- g
ctionem venerabiliter in his regionibus inchoata & feliciter multiplicata, videlicet attonſorum Chriſti ſervorum, eiſque fideliter ſervientium Fratrum *h* h
barbatorum; Virginum ſingulari devotione jugiter incluſarum, itemque Virginum regulari moderatione introitus & exitus ſuos cuſtodientium. Sane

A. PAULO BERNRIE quadraturæ hujus ſive quadrigæ quatuor præcipui rectores fuêre; videlicet Canonicæ vitæ renovator eximius, Altmannus Epiſcopus de Patavia, & beatæ recordationis *i* Odalricus Prior de Cluniaco, venerandi Patres Wilhelmus de Hirſaugia, & Sigefridus de Sancti Salvatoris-Cella. *k*

quadam SS. Gregorio & Hugoni Cluniac. communia.

109 Verum, quia Cluniaci mentionem modo repetivimus, ad commonitionem cœnobiis Præſidentium, libet ad memoriam revocare duas viſiones, inibi Gregorio noſtro factas; ut qui verbo & exemplo ejus hactenus profecerunt, amodo nihilominus & harum viſionum contemplatione proficiant. Igitur cum adhuc Legatus Apoſtolicus quadam vice Cluniacum veniſſet, & *l* Abbati Fratrum Capitulo præſidenti aſſediſſet, ſublevatus ſpiritu videre cœpit medium Jeſum, modò ſe placidè acclinantem eidem Abbati, recte judicanti; modo indignanter avertentem, cum fortè minus invigilaret rectitudini: qui, poſtquam finito Capitulo eidem Patri ſecreto referebat, non parum cautionis in reliquum ſuggerebat. Item, cum divina revelatione præmonitus ex Apoſtolica auctoritate præcepiſſet, ut omnes qui ibidem vel homicidæ, vel adulteri, vel quolibet modo criminoſi exſtitiſſent, ab altaris officio ſecundum ſcita Canonum ceſſare deberent, & iidem protinus pavida confeſſione declarati fuiſſent; narrabat prædictus Abbas, ſe in ſomnis eoſdem velut ab Angelo decollatos vidiſſe.

Martyrium Burchardi Halberſtat.

110 In calce libri commemorare delectat plenæ dilectionis bigam, martyrii cruore perfuſam: Burchardum videlicet Halberſtatenſem, & Theodomarum Juvavenſem Epiſcopos, Gregoriani dogmatis aſſertores efficaciſſimos. Horum namque Burchardus, Annoni Colonienſi & Werenhario Magdeburgenſi reverendiſſimis Archiepiſcopis ſanguine & religione proximus, poſtquam graviſſimum Henricianæ perſecutionis pondus laudabili conſtantia diu ſuſtentaverat; tandem appropinquante ſupernæ retributionis die, videt ſibi in viſu noctis beatum Blaſium Martyrem ac Pontificem aſſiſtere, & beatæ paſſionis ſocialem gloriam repromittere. Itaque furioſæ ſchiſmaticorum plebis *m* horribili circumdatione apud Goſlariam coarctatus, & letaliter vulneratus, quamdiu ſupervixit cum admirabili alacritate præſentes admonuit, ut ſibi & ab hæreticorum contagio caverent, & in obedientia Catholici Pontificis permanerent. Denique inter verba ſanctæ exhortationis & orationis ſpiritum emittens, ſepultus eſt in Memoria Apoſtolorum Petri & Pauli, quam ipſe à fundamento conſtruxerat & dedicaverat.

& Theodomari Saliſburgenſis,

111 Porrò *n* Theodomarus, naturæ præſtantia & totius humilitatis & honeſtatis artificio præclarus, crebra fugiendi neceſſitate à Guibertinis & Henricianis tribulatus, & longa demum captione maceratus; poſtquam ſe vidit in ſuis terminis non poſſe fructificare, ſtatuit Hieroſolymam transmeare; atque inter eundum à Paganis interceptus, & pro inexpugnabili confeſſione nominis Chriſti membratim interciſus, ſupernam Hieruſalem victor glorioſus intrauit. Hic ordinaverat noſtræ humilitatis ordinatorem, reverendiſſimum ſcilicet Udalricum Lauriacenſem ſive Patavienſem Epiſcopum, atque Apoſtolicæ Sedis Legatum, qui ante hoc *p* ſeptennium, poſt multos agones, pro aſſertione Gregoriani dogmatis, cujus ad normam & electus & promotus fuerat, legitimè decertatos, obdormivit in Domino, anno ætatis ſuæ centeſimo quinto, neminem, proh dolor! ſui ſimilem relinquens inter omnes Germaniarum Præſules. Nullum etenim videmus ita compoſitum moribus, honorabilem vultu, modeſtum habitu, auctoritate reverendum, ſemper habentem in gratia ſale conditum ſermonem, & opportunis undique reſponſis expeditum, & alias poſſidentem prærogativas, quas maluimus diſſimulare, quàm concitare inanè invidiam illũ exæquare non valentium. Hoc tamen cum pace cunctorum putamus dicendum, quod nihil illius ſeveritate jucundius, nihil erat jucunditate ſeverius; & quod miræ abſtinentiæ cum tanta alacritate moderabatur virtutem, ut nullam penitus redoleret oſtentationem.

Laus Vdalrici Patav.

112 Cujus ſpecialis alumna, *q* Virgo Deo devota, vidit cæleſtes viſiones, & accepit donationes, ad commendationem Gregorianæ obedientiæ non ineptas, ideoque ſilentio minimè prætereundas. Dilexerat enim quemdam Preſbyterum, eo quod caſtè vixiſſet, & à tam legitimo Pontifice, videlicet Odalrico, ſacros Ordines accepiſſet; ejuſque in divinis Officiis, etiam ipſo tenore vocis, delectabilem ſuæ caritatis ſimilitudinem attigiſſet. Unde contigit, ut quadam vice videretur ei ſacra Myſteria celebrare, dextera divinæ majeſtatis deſuper apparente, & canonicè ſigna cum ipſo faciente. Verum poſt exceſſum divini Præſulis, cum, peccatis exigentibus, poſſuiſſet Deus tenebras inſipientiæ, & facta eſſet nox inſolentiæ, in ipſa pertranſierunt omnes beſtiæ ſiluæ, & catuli leonum rugientes ut raperent, & quærerent à Deo eſcam ſibi, videlicet ſpiritus maligni: &, quod miſerabile dictu eſt, Sacerdotem iſtum, eatenus integrum, morſu luxuriæ corruperunt: quod præfatæ Virgini ſic aſſignatum eſt. Viſus eſt ei denuò ſacris Myſteriis inſiſtere, dextera quidem Domini nihilo minus apparente; ſed veluti languida dependente, ac nihil penitus conficiente. Et hæc quidem divinitus oſtenſa ſunt Virgini.

q *cujus filia ſpiritualis,*

Preſbyteri ſibi cari peccatum ſub ejus Miſſa intelligit

E

& ea abſtinens gratiæ percipit Sacramenti.

113 Ceterum aliquoties, cum incontinentium Sacerdotum Officia, juxta Gregorianam prohibitionem, corporaliter declinaret; ac per fidem & orationem illis intenderet, quibus corporalem præſentiam exhibere non potuit; mira Salvatoris largitate ejuſdem ſuavitatis guſtum ſentire cœpit in ore, quê interdum, realiter communicando Catholicis, ſe gratulabatur ſenſiſſe ex manifeſta Sacramentorum perceptione. Diligebat autem hanc Virginem præ ceteris Virginibus beatæ recordationis Antiſtes Odalricus, non magis propter ſuam indolem bonam, quàm propter honorabilem ſanctæ matris viduitatem, & materterarum ejus (quæ omnes illam maximè erudiebant) laudabilem virginitatem. De matre, cui nomen Heliſæa, *r* breuiter adjiciendum, quod in fervente obedientia Gregorii noſtri multis virtutibus & prophetiæ ſpiritu præpollens, cum ad momentum tranſitus ſui de hoc mundo, benignis ſpiritibus ſe inviſentibus, opportunam ſolitudinem procuraſſet, & in eorum glorioſo præſidio ad Chriſtum migraſſet; è veſtigio revertentes, quæ diſceſſerant ſorores, invenerunt eam, ad ſimilitudinem Pauli primi Eremitæ, manibus ad Dominum expanſis, inſtar ſupplicantis; quo nimirum pius Conditor in defuncta oſtenderet, quam devotè ſibi dum viveret ſupplicaſſet.

Hujus mater ſanctè obit.

F

Blaſphemiæ in Gregorium cogitatæ

114 Hæc nobis ſcribentibus fortè ſuperlata eſt narratio duorum miraculorũm, Salerni cælitus patratorum, unum mox ut eodem beatus Gregorius receſſiſſet. Nam cum primitus illic prædicare cœpiſſet, aſtans quidam ruſticus maligna [mente] cœpit intra ſe taliter dicere: En, auctor præliorum & ſeditionum, poſtquam totum commovit orbem, hanc inquietare venit Urbem. His ita cogitatis, dum etiam proloqui voluit, mutum ſe factum doluit. Cùm verò neceſſitate compulſus acceſſit ad hominem Dei, provolutuſque pedibus ipſius, quibus ſignis potuit, peccaſſe ſe & pœnitere innotuit; ipſo miſerente & benedicente recepit loquelam, omnipotenti Deo famulaque ejus gratias relaturus. Poſtquam

A quam verò defunctus & ſepultus eſt, nocturno ſilentio ſubintroierunt fures, aperire ſepulcrum volentes propter induvias Pontificales. Verum tantæ vehementiæ ventus obvius eis fuit, ut cunctæ lampades, quæ in crypta B. Matthæi ardebant, exſtinguerentur; & ipſi cadentes in amentiam tam diu jacerent, quouſque Cleri populiq; ſpectaculum fierent.

& furti tentati pœnam.

ANNOTATA.

a S. Anſelmi *Epiſcopi Lucenſis Vitam dedimus 18 Martii*

b Ubaldus *creatus anno 1082 Epiſcopus, ab Henrico Rege de Sede pulſus,*

c Wilhelmus *anno 1091 die 5 Iulii mortuus, plurimum laudatur à Bertoldo Conſtantienſi, & à Trithemio in Chronico Hirſaugienſi*

d *Vitas* S. Wicterpi Epiſcopi & B. Herlucæ Virginis *dedimus 18 Aprilis; & poſtremã quidẽ auctore eodem Paulo Bernriedenſi: ubi num. 22 meminit hujus hiſtoriæ, à ſe in hac Vita deſcriptæ.*

e *Hæc viſio ibidem repetitur num. 24*

f Gelaſius II, *creatus anno 1118, præfuit uno ſolum anno*

g *Confirmatur hoc ex epiſtola ejus 24 libri 7 ad dictum*

B Wilhelmum Abbatem Hirſaugienſem, *in qua approbat quod curam monaſterii S. Salvatoris ſuſceperit: & Trithemius de dicto Wilhelmo ait:* Ipſe namq; eſt, qui Ordinem noſtrum in omnibus pene Teuthonici Regni Provinciis reformare ſtuduit. *Vocatur autem* Religio quadrata, *Ordo ex quatuor generibus, id eſt duplici utriuſque ſexus gradu, conſtitutus. Plura vide apud jam citatum Trithemium.*

h *Id eſt* Converſorum, *quorum uſum idem VVilhelmus vel inſtituiſſe, vel aboliũ renovaſſe dicitur á Trithemio: nam Clericis barbas radentibus, ipſi illas alebant cauſa diſtinctionis. Hos porro Germanus quidam Poëtaſter in Chronico Laurisheimenſi tomo 1 Ill. ſcriptorum Germ. in Satyra quadam ad Henricum V ſic explodit:*

Nunc quoque Barbati, qui ſunt, attentius audi.
Sunt ergo Laici Milienſibus (*ita Monachos Hirſaugienſes ſcurra iſte appellare videtur, propterea quod pane ex milio communiter veſcerentur*)
Sunt, *inquit*, Laici Milienſibus aſſociati;
Quos riſus populi dedit hoc agnomine fungi,
Sunt quia prolixis barbis ad pectora pexis
Deformes. . . . facie auſtera & tonſi caput alte,
Cautius anciſis certoque cenore capillis: *id eſt non prolixis, haud tamen ad cutem tonſis, ſicut illis quos ex re noſter Paulus* Attonſos *vocat, quoſque idem Poëtaſter ſic ſubſannat, tenui dumtaxat capillorum brevium linea caput in modum coronæ cinctos,*

C Hi per tonſuras grandes, grandeſque cucullos,
Per caput abraſi, terra tenus & manicati.

Ceterum inſignem utrorumque in monaſteriis prælaudatis virtutem, dignior audiri Bertholdus, in Chronico ad annum 1083, ſic deſcribit. Eodem tempore in Regno Teutonicorum tria monaſteria cum ſuis cellulis, regularibus diſciplinis inſtituta, egregiè pollebant: quippe cœnobium S. Blaſii in Nigra-ſilva; & S. Aurelii, quod Hirſaugia dicitur; & S. Salvatoris, quod Schafhuſen dicitur, id eſt, navium domus. Ad quæ monaſteria mirabilis multitudo nobilium & prudentium virorum hac tempeſtate iu brevi confugit, & depoſitis armis, Evangelicam perfectionem ſub regulari diſciplina exequi propoſuit; tanto inquam numero, ut ipſa monaſteriorum ædificia neceſſario ampliarint: eò quod non aliter in eis locum commanendi haberent. In his itaq; monaſteriis nec ipſa exteriora officia per ſeculares, ſed per religioſos Fratres adminiſtrantur; & quanto nobiliores erant in ſeculo, tanto ſe contemptibilioribus officiis occupari deſiderant; ut, qui quondam erant Comites & Marchiones in ſeculo, nunc in coquina & priſtino Fratribus ſervire, & porcos eorum in campo paſcere, pro ſummis computent deliciis. Ibi nempe & porcarii, & bubulci, præter habitum, iidem ſunt qui monachi. Tanto autem caritatis ardore omnes fervent, ut quilibet eorum, non tam ſuum, quam alienum deſideret profectum; & in exhibenda hoſpitalitate inſudant tam mirabiliter, ac ſi ſe perdidiſſe æſtiment, quidquid pauperibus Chriſti & hoſpitibus non erogaverint.

i *In Vita B. Herlucæ num. 42 appellatur* Udalricus, Cluniacenſis attinentiæ apud Suevos Præpoſitus.

k In villa Scaphuſen & diœceſi conſtantienſi, *ut dicitur in citata Gregorii epiſtola 24 libri 7.*

l *Is eſt* S. Hugo *Abbas, in cujus Vita auctore Raynaldo Abbate idem refertur, 29 Aprilis pag. 649 num. 4, & in alia Vita pag. 656 num. 3*

m *Bertoldus iſta habet ad annum* 1088. In Saxonia piæ memoriæ Burchardus Halverſtatenſis Epiſcopus, in cauſa S. Petri firmiſſimus, heu! occiditur . . . Migravit autem ad Dominum VIII Idus Aprilis; *uti tunc inter Prætermiſſos diximus, & ad hunc diem rejecimus, ſi forte de ejus veneratione Eccleſiaſtica poſſemus aliquid intelligere.*

n S. Theodomarus, *ſive* Diethmarus, *& potius* Thiemo, *Archiepiſcopus 29 Salisburgenſis, ſeu Iuvavenſis, factus circa* 1088, *& cum Bavarorum Duce VVelfone profectus in ſubſidium Chriſtianorum, in Paläſtina rem Chriſtianam recepta Hieroſolyma reſtaurantium, incidit in manus Saracenorum; à quibus martyrio affectus eſt anno* 1101, *die 28 Septembris, quando ejus Acta erunt illuſtranda, quæ extant tomo 4 Antiquarum lectionum Caniſii, & in Metropoli Salisburgenſi Hundii à Gewoldo edita pag. 58 & ſeq.*

o Udalricus, *Succeſſor S. Altmanni anno 1091, in dicta Metropoli dicitur obiiſſe anno 1124*

p *Ergo circa annum 1131 hæc ſcripſit auctor.*

q *Gretſerus opinatur intelligi* B. Herlucam: *ſed malim intelligere aliam aliquam, dum hæc ſcriberentur adhuc viventem, ideoque non nominatam: alioqui non prætermiſiſſet poſtea auctor in Vita Herlucæ meminiſſe matris & materterarum, de quibus infra, tanta ſanctitate ſpectabilium.*

r *Idem Gretſerus, non illius Virginis, ſed ipſius Epiſcopi matrem hanc fuiſſe credidit: in quo putamus hallucinatum.*

ACTA PONTIFICALIA.

Ex Chronico Bertoldi Conſtantienſis collecta.

CAPUT I.

Acta S. Gregorii uſque ad annum MLXXXIII.

ANno MLVI Victor Papa, miſſo Hildebrando tunc Archdiacono, ſed poſtea Apoſtolico, *a* Synodum Turonis generalem collegit: in qua Berengarius, Andegavenſis Eccleſiæ Canonicus, à quo Beringariana hæreſis denominatur, ſynodaliter & præſentialiter pro eadem hæreſi examinatur. Qui cum ſe defendere non poſſet, hæreſin ſuam coram omnibus anathematizavit & abjuravit, ſecundum formam, quam ſancta & univerſalis Synodus Epheſina præſcripſit.

a Facit Berengarium abjurare hæreſim.

2 Anno MLXI Anſelmus Epiſcopus Lucenſis Papa ordinatus, & Alexander vocatus, *b* ſatis ſtrenue ſimoniacam hæreſim deſtruxit, & miniſtris altaris cum conjugibus coire jnxta Canonum ſtatuta cum excommunicatione interdixit, ipſoſque laicos Clericorum incontinentium Officia audire per

cum Alexandro I agit contra Simoniacos & concubinarios. b

baptismum

EX BERTHOLDO.

bannum prohibuit: ſicque Clericorum incontinentiam ſatis prudenter refrænavit. Hujus autem conſtitutionis maxime fuit Auctor Hildebrandus, tunc Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, hæreticis maxime infeſtus.

in Papam electus fugit

3 Anno MLXXIII Romæ Alexander Papa deceſſit: pro quo venerabilis Hildebrandus, Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, communi omnium conſilio expetitur Papa conſtituendus. Quo audito ipſe Archidiaconus, ſe viribus eſſe imparem tanto honori, imo oneri, reputans, inducias reſpondendi petiit: & ſic fuga elapſus, aliquot dies ad Vincula S. Petri occultatus latuit. Sed tandem vix inventus, & ad

& coactus ordinatur,

Apoſtolicam Sedem vi perductus, Papa centeſimus quinquageſimus nonus ſeptimo Kalendas Maji ordinatur, & Gregorius VII appellatur: cujus prudentia non ſolùm in Italia, ſed etiam in Teutonicis partibus, refrænata eſt Sacerdotum incontinentiâ: ſcilicet quod prædeceſſor ejus in Italia prohibuit, hoc ipſe in tota Eccleſia Catholica prohibere ſtuduit.

4 Anno MLXXIV Legati Sedis Apoſtolicæ in Alemanniam ad Regem venere, pro ipſius Regis moribus corrigendis: in quorum manus ſe Rex ipſe ſub correctionis ſponſione commiſit, ſuumque auxilium Domino Apoſtolico ad deponendos Simoniacos firmiſſime promiſit. Ipſi etiam Regis Conſiliarii omnes, res Eccleſiarum injuſte acquiſitas ſe reddituros, coram ejuſdem Legatis ſub ſacramento promiſere, quippe qui eaſdem res à Simoniacis emerint, conſilio ſuo eiſdem indignos ad Eccleſiaſticum honorem adjuvando. His ita diſpoſitis Legati Sedis Apoſtolicæ redierunt.

B

Henricti & Conſiliarios facit emendationem policeri,

deponit Ep. Bambergen.

5 Anno MLXXV Hermannus Babenbergenſis Epiſcopus, à Clericis ſuis pro Simoniaca hæreſi accuſatus, à Papa deponitur: cui Rudbertus ſubſtituitur. Gregorius Papa in prima hebdomade Quadrageſimæ Synodum Romæ collegit: in qua cauſam Epiſcopi Spirenſis, ſed Simoniaci, examinavit: qui

excommunicat Spirenſem,

ipſa die, cum examinaretur cauſa Romæ, id eſt, VI Kalendas Martii, infirmatus eſt Spiræ; ſed deinde IV Kalendas Martii, miſerabiliter expiravit, quando & à Gregorio Papa definitam ſuæ damnationis ſententiam in Romana Synodo excepit. In eadem

deponit Simoniacos

Synodo decretum eſt à Gregorio Papa, ut Clerici, aliquem ſacrorum Ordinum gradum & officium pretio adepti, deinceps in Eccleſia non miniſtrent, nec Eccleſiam pretio acquiſitam aliquis retineat, nec deinceps alicui Eccleſiam vendere & emere liceat. Deinde ut à Clericali officio ceſſent, quicumque ſe per incontinentiam reprehenſibiles exhibent. Item ut populus Clericorum officia nullatenus recipiat, quos prædictas Apoſtolicas inſtitutiones contemnere percipiat.

C

& fornicarios:

6 Anno MLXXVI Henricus Rex, per Simoniacam hæreſim, ſanctam Eccleſiam fœdare non ceſſavit: ſcilicet pro pretio Epiſcopatus, Abbatias & alia hujuſmodi inveſtiendo & inter alia crimina etiam excommunicatis communicando. Cincius quidam, Romanus civis, Gregorium Papam, die Nativitatis Domini Miſſarum ſolennia celebrantem, comprehendit: quem ita comprehenſum quidam ex militibus ejuſdem Cincii occidere deſtinavit: ſed cum gladium ſupra caput ejus vibraret, nimio terrore correptus corruit, nec inceptum ictum explere

captivus abducitur,

Liberatur:

potuit. Cincius autem Papam in turrim ſuam captum deduxit: quæ poſtea ſtatim à Romanis penitus dilapidatur, & Papa prudenter eripitur, qui & ſuo captori vix à Romanis vitam impetravit. Cum autem Rex, jamdudum ſæpe à Papa prænonitus, ſe

Henricum Regē citat:

corrigere nollet, & Papa in admonendo nihil proficeret; ad ultimum mandavit ei, quod in Romana Synodo proxima eum excommunicaturus eſſet, niſi reſipiſceret: quæ legatio in Octava Nativitatis Domini ad Regem pervenit. Unde Rex, in Septuageſima apud Wormatiam colloquio facto, & alio in Lombardia apud Placentiam, omnes quos potuit obedientiam prædicto Papæ exhibendam abjurare fecit: & miſſa legatione ad Romanam Synodum, quæ in proxima Quadrageſima celebrata eſt, ipſum Apoſtolicum ab Apoſtolica Sede contumaciter juſſit deſcendere. Sed miſſi ejus turpiſſime in Synodo tractati, vix à Romanis adjuvante Papa evaſerunt. Ipſum autem Regem, Synodo judicante, fidelitate hominum, Regno, & communione privavit,

eumque regno & communione privat cum ſibi ad hærentibus:

& omnes ei ad regnum juratos juramento abſolvit. Omnes Epiſcopos, qui Regi ſponte contra Papam faverant, officio & communione privavit: reliquis autem, qui inviti eidem conſpirationi intererant, uſque ad feſtivitatem S. Petri inducias dedit . . . . . Wilhelmus Trajectenſis Epiſcopus, multa in Apoſtolicum convitiatus, ſubitanea morte abſque Eccleſiaſtica communione, poſt Paſcha mulctatur. Jam omnes pene Principes Regni à communione Henrici ſe ſequeſtrarant. Menſe igitur Octobri colloquium

in Germaniā tendens

apud Oppenheim à Principibus Regni colligitur, cui Legatio Sedis Apoſtolicæ interfuit. Ibi Henricus, in Purificatione S. Mariæ tunc proxima ſe præſentandum Domino Papæ apud Auguſtam firmiſſime promiſit: nam & illuc Dominum Apoſtolicum ipſe cum Principibus Regni invitavit.

D

E

7 Anno MLXXVII Henricus Rex, propriæ cauſæ diffidens, & idcirco generalem auctoritatem ſubterfugiens, furtive Italiam contra Papæ præceptum & conſilia Principum intravit: & Apoſtolico, ad condictum diem Auguſtam tendenti, ante Purificationem S. Mariæ Canuſii obviavit: ubi & ab eo per inauditæ humiliationis ſimulationem, utcumque potuit, non Regni, ſed communionis tantum conceſſionem vix demum extorſit: dato tamen prius ſacramento, ut de objectis criminibus ad judicium Papæ ſatisfaceret; nec Papæ aut alicui ejus fideli uſquam eunti & redeunti aliquam inferre moleſtiam conſentiret. Hoc autem juramentum nec quindecim dies obſervavit, captis venerabilibus Epiſcopis Geraldo Oſtienſi & Anſelmo Lucenſi. Unde & Papa miſſis Legatis, Principibus Regni declaravit,

eumdem ficte pœnitentē, abſolvit,

& iterum rebellem reprehendit:

ſe parum profeciſſe in eo, quod illum in communionem receperit, cum Simoniaci & excommunicati non minus tunc foverentur ab eo quam primum. His ergo auditis, Principes Regni, generali Colloquio apud Forcheim tertio Idus Martii habito, egregium Rudolphum Ducem ſibi in Regem ſublimarunt: quem ſeptimo Kalendas Aprilis, ubi eo anno medium Quadrageſimæ occurrit, coronarunt. Maxima autem nix, quæ eo anno tamdiu totam terram

pro quo Rudolphus Rex creatur:

obtexit, in electione novi Regis reſolvi tandem cœpit. In die autem conſecrationis ejus, per ſuggeſtionem Simoniacorum Clericorum, maxima ſeditio Moguntiæ orta eſt: ita ut etiam palatium irrumpere vellent, & religioſiſſimos Clericos & Monachos occidere. Sed dextra Dei Milites novi Principis, licet inermes, ita protexit, ut ne unum quidem ex ſuis perderent; ex adverſariis autem plus quam centum, partim ferro partim aqua, necarentur. Quibus etiam pro homicidiis hujuſmodi à Legatis Apoſtolicæ Sedis talis pœnitentia impoſita eſt, ut ſinguli aut quadraginta dies jejunarent, aut quadraginta pauperes ſemel paſcerent, nec tamen Eccleſiaſticam communionem quaſi homicidæ vitarent.

F

8 Rudolphus Rex, poſt conſecrationem in Sueviam ſecedens, Regnum ſibi ſubjugavit. Interim Henricus Longobardiæ morabatur: ad quem Cincius civis Romanus, ſecum ducens captum venerabilem

A bilem Cumarum Epiſcopum, nomine Reginaldum, Papiam venit: quippe remunerari volens ab Henrico, eo quod in ſervitium ejus modo hunc Epiſcopum, & in præterito anno Dominum Apoſtolicum captivaverat. Sed ibi ſubitanea morte præventus, debitam remunerationem accepit: quam tot ſacrilegiis promereri non timuit. Henricus, audita promotione Rudolphi, auxilium Papæ contra illum imploravit, licet ſupradictum Oſtienſem Epiſcopum in captione adhuc teneri permiſerit. Unde & Papa illi reſpondit, ſe non poſſe ejus interpellationi ſatisfacere, quamdiu apud illum S. Petrus in Legato ſuo ligatus teneretur. Fruſtrata ergo ſupplicatione ſua, animum in tyrannidem convertit: nec jam Regnum per juſtitiam, ſed per violentiam obtinere cogitavit. Rex autem Rudolphus apud Auguſtam glorioſiſſimum Paſcha celebravit cum Legatis Apoſtolicæ Sedis: ex quibus unus, religioſiſſimus Abbas Bernhardus, Romam dirigitur: ſed ab Udalrico Comite de Lentzburg, Henrici complice, captus & prædatus, annum pene dimidium in captivitate manſit: quem Cluniacenſis Abbas de manibus Henrici vix demum eripuit. ..... Vercellenſis *c* Epiſcopus, depoſiti Regis Cancellarius, cum omnibus ſuis ſequacibus colloquium generale circa Kalendas Maji, in Runcalibus condixit: ut, ſi aliquo modo poſſet, Gregorium Papam deponeret: ſed ipſe ad eumdem terminum, abſque Eccleſiaſtica communione, vitam ſimul & Epiſcopatum, heu! miſerabiliter depoſuit, quo ille Papam nefaria præſumptione ſtatuit deponere. Non multo poſt ejus interitum *d* Præfectus Romanæ Urbis, indefeſſus miles S. Petri contra ſchiſmaticos, à quodam fautore Henrici crudeliter occiditur: ad cujus corpus in parvo tempore pluſquam viginti miracula contigerunt, ut fidelium virorum relatione dedicimus. *e* Imbrico Auguſtenſis Epiſcopus, qui in præterito Paſcha Rudolpho Regi fidelitatem juravit, nil de perjurio curans, Henrico aduenienti adhæſit: & apud illam quadam die Miſſam faciens, hanc ſibi conditionem miſer impoſuit, ut ſacræ Oblationis perceptio in judicium ei proveniret, ſi Dominus ejus Henricus Regnum ſibi injuſte uſurparet. Poſt hanc temerariam perceptionem, parvo quod ſupravixit tempore uſque ad mortem, numquam ſe ſanum de lecto levavit. Nam circa Kalendas Julii, abſque Eccleſiaſtica communione defunctus eſt. Item *f* Sigehardus, Aquileienſis Patriarcha, in auxilium Henrico contra bannum Apoſtolici armata manu veniens, in amentiam vertitur apud Ratiſponam, & ex ipſo itinere repentina morte intercipitur: ſicque domum, non abſque aliquibus ſuorum funeribus, in corpore & anima mortuus, reportabatur. ....

Cincius ſubita morte punitur,

c *uti & Vercellenſis Epiſcopus.*

B

d *Præfectus Vrbis occiſus miraculis claret,*

e *divinitus puniti Epiſcopus Auguſtanus*

f

C *& Patriarcha Aquileienſis.*

9 Papa utrique Regi ex parte S. Petri præcepit, ut treugas ad invicem facerent, & adventum ejus ad Teutonicas partes pro dirimenda lite non impedirent, ſed debitum conſilium & auxilium ad hoc iter ei præberent. Legatis autem ſuis, qui adhuc in Teutonicis partibus morabantur, præcepit, ut ex duobus Regibus illum excommunicarent, qui prædictæ legationi non obediret: obedientem vero, ex parte S. Petri in Regno confirmarent: quod & non multo poſt factum eſt: ſcilicet in die ſequenti poſt feſtivitatem S. Martini Goſlare, Henrico pro inobedientia iterum excommunicato, Rudolpho pro obedientia in Regnum ſublimato. Nam Henricus prædictam legationem Papæ nec ſuſcipere dignatus eſt, nec animum ad treugæ compoſitionem, ſed ad tyrannidis crudelitatem intendit.

S. Gregorius inducias indicit,

& eas reſpuentem Henricum curat excommunicari,

10 Anno MLXXVIII Henricus iterum Apoſtolicæ Sedi de ſua, quaſi injuſta, damnatione conqueritur: unde Gregorius Papa, facto Concilio menſe Martio (in quo Concilio facta eſt exceptio quarumdam perſonarum de Henriciana excommunicatione, & hoc utique ad tempus, id eſt, uxorum, filiorum, ſervorum, & reliquorum, qui non ſcienter, ſaltem non libenter excommunicatis ſociantur) idoneos Legatos iterum deſtinavit, qui facto generali Colloquio cauſam Regni juſte determinaret: & omnes ſynodali ſententia damnavit, quicumque impedirent, ne Colloquium fieret. Quod Rudolphus libentiſſime voluit fieri: Henricus autem, utcumque potuit, impedire non ceſſavit. Nam contra Apoſtolicum præceptum, maxima multitudine flagitioſorum adunata, procinctum in Saxoniam paravit: cui Rex Rudolphus apud Struvam cum exercitu obviavit, & illo fugato ipſe campum victoriæ obtinuit VII Idus Auguſti. Occubuit tamen ibi ex parte Rudolphi *g* Wecel venerabilis Magdeburgenſis Epiſcopus, & Wormatienſis Epiſcopus *h* captus eſt. Infinita autem multitudo utrimque occubuit, plures tamen & excellentiores ex parte Henrici. Facto autem alio Concilio Romæ x Kalendas Decembris, utriuſque Regis Legati, licet non eadem veritate, in Synodo juravere, quod Domini eorum non impedirent colloquium, pro cauſa Regni ſtatuendum. Unde & Papa ea vice inter eos judicare non potuit, quamvis bene ſciret, cui parti magis juſtitia faveret. In Synodo iſta Berengarius Andegavenſis Canonicus, ut ab hæreſi ſua reſipiſceret, ſynodaliter convenitur, eique induciæ uſque ad proxime futuram Synodum dantur.

EX BERTHOLDO. *qui dein colloquium pro pace reſpuēs*

infeliciter pugnat.

g

h

Gregorius Romæ Synodū celebrat: contra Berengarium

E

11 Anno MLXXIX Gregorius Papa Synodum Romæ menſe Februario collegit: in qua Beringarius, jam tertio convictus, hæreſim ſuam abjuravit & anathematizavit. In eadem Synodo Henricus Aquileienſis Patriarcha Papæ juravit, nulli ſe deinceps communicaturum, quem ſciret à Papa excommunicatum. In hac Synodo Papa Presbyteros, deinceps in fornicationem lapſos, abſque ſpe recuperationis depoſuit. ..... Legati Regis Rudolphi ſuper Henricum proclamaverunt, eo quod totum Regnum confundere, & ſanctum Eccleſiam conculcare non ceſſaret. Iterum ergo Papa Legatos ſuos, pro cauſa Regni determinanda, ad Teutonicas partes deſtinavit, videlicet venerabilem Petrum Albanenſem Epiſcopum ..... cum quo Udalricus Paduanus Epiſcopus in legationem deſtinatur. Legatus autem Henrici Legatos Papæ, priuſquam abirent, in eadem Synodo jurejurando ſecuros fecit de conductu & obedientia Domini ſui. Item Legatus Rudolphi de obedientia Domini ſui juravit in Synodo. Legati ergo Sedis Apoſtolicæ in Teutonicam terram pervenientes, obedientiam Rudolphi & inobedientiam Henrici indubitanter probaverunt: quod & poſtea, cum redirent, Papæ viva voce proteſtati ſunt.

& Clericos fornicarios.

ubi Legati utriuſque Regis audiri.

F

12 Anno MLXXX Gregorius Papa Synodum Romæ menſe Martio collegit, ad quam de Teutonicis partibus prædictæ Sedis Apoſtolicæ Legati redierunt, & omnimodam Rodulphi obedientiam, & Henrici inobedientiam Domino Apoſtolico renuntiaverunt: unde ipſe in fine Synodi Henricum depoſuit, ipſumque cum omnibus ſuis fautoribus anathematizavit, & Rudolphum Apoſtolica auctoritate in regia dignitate confirmavit. Unde æmulus ejus, congregata multitudine ſchiſmaticorum ſive excommunicatorum, apud Brixinam legitimum Papam abjuravit; & Guibertum Ravennatem quondam Epiſcopum, ſed jam triennio à Papa Gregorio irrecuperabiliter depoſitum & anathematizatum, ſibi non in Papam, ſed in hæreſiarcham elegit. Deinde apud Moguntiam Conventu facto, eamdem ipſam electionem à quibuſcumque potuit confirmari fecit.

S. Gregorius Henricum deponit & excommunicat.

hic Antipapam creat.

EX BERTHOLDO. Jam autem mediante Octobri, Henricus expeditionem in Saxoniam iterum parans, à militibus Rudolphi itinere unius diei fugatur, quamvis in eadem congressione Rudolphus Rex piæ memoriæ occubuerit. . . . . His temporibus Henricus totam Italiam adeo conturbavit, ut nullus secure ad Limina Apostolorum posset ire, qui non prius abjuraret, quod ad Papam Gregorium diversurus non esset.

à quo Roma obsessus Gregorius 13 Anno MLXXXI Henricus, post obitum Regis Rudolphi, Veronam in Pascha venit: & inde ad invadendam Romam, cum suo non Apostolico, sed apostata Guiberto, utpote Domini Apostolici non semel perjuro & anathematizato, profectus, sed mox regressus est. Eodem tempore Principes Regni Teutonicorum, scilicet Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones & Comites, Conventu facto, Hermannum nobilem virum sibi in Regem elegerunt.

14 Anno MLXXXII Henricus in Italiam, assumpto apostata suo Guiberto, iterum Romam invasurus proficiscitur, advocata multitudine schismaticorum: ibique ea æstate moratus, pene incassum laboravit, quia eum nec hac vice Romani intrare permiserunt. Ignem quoque in domum S. Petri per quemdam traditorem immittere voluit, sed Dei misericordia

B protegente non potuit: cogitavit enim ut de improviso portas irrumperet, si Romani derelictis propugnaculis ad incendium restinguendum concurrerent: sed Dominus Apostolicus huic versutiæ obviavit. Nam primum viso incendio, omnes milites Romanos ad gubernacula defendenda transmisit; ipseque solus, fiducia S. Petri fretus, facto signo Crucis contra incendium, ignem ulterius progredi non permisit. Igitur Henricus, capto venerabili Episcopo *i* de Sutria aliisque nonnullis, suoque apostata Guiberto in Tiburtina urbe ad infestandos Romanos derelicto, ipse Longobardiam revertitur.

ignem sistit signo Crucis.

ANNOTATA.

a *Hujus Synodi meminerunt* B. *Lanfrancus libro contra Berengarium cap.* 4, *&* *Guitmundus lib.* 3, *qui etiam Gregorium tunc Archidiaconum fuisse ait.*

b *In Conciliis Romæ habitis anno* 1063 *&* 1065.

c *Gregorius anno* 1046 *factus Vercellensis Episcopus, modo sanus, modo vecors, ipsis Kalendis Maji periit. Consule Vghellum, & Franc. Augustinum ab Ecclesia, in Episcopis Pedemontanæ regionis.*

d *Paulo num.* 40, Cincius; *Petro Damiani*, Cin-

C thius.

e Imbrico *Augustæ Vindelicorum creatus Episcopus ab Henrico IV anno* 1064, *mortuus* 3 *Augusti anno* 1077, *à Bruschio satis laudatus.*

f Sigehardus; *Vghello* Sigiardus *seu* Singifredus; Germanus, *præfuit ab anno* 1068 *ad* 1077.

g Wecel, *in priore Vita* Werinharius *cap.* 12 *littera* a.

h Adelbertus, *de quo ibidem actum littera* b.

i Bonizonem *alibi appellat ipse Bertholdus, ait autem de eo Vghellus Tomo* 2 *Italiæ sacræ, quod* floruit anno 1078, *&* post varia duraque exilia, à Catholicis Insubribus Placentinæ civitatis Præsul adlectus est; demumque ab hæreticis captus, utroque orbatus oculo, ac ceteris membris per exquisita tormenta truncatus, nobilem martyrii palmam adeptus est anno 1089.

CAPUT II.

Res gestæ ultimis duobus annis. Obitus, sepultura.

Guibertus Antipapa inthronizatur. 15 Anno MLXXXIII iterum Henricus, cum multitudine schismaticorum sive excommunicatorum, ante Pentecosten, Romam impugnaturus aggreditur: sicque Guibertum Ravennatem, perjurum, depositum & anathematizatum, apud S. Petrum inthronizauit; non per *a* Ostiensem, & Albanensem, & Portuensem Episcopos, qui hoc privilegium habent ut & Papam consecrent; sed per *b* Mutinensem & Ariminensem Episcopos, utpote jam multis annis depositos & anathematizatos. Statim ergo juxta S. Petrum quemdam monticulum, nomine Palatiolum, in castellum [erexit]; eique milites multos, ut impugnarent Romanos, imposuit, qui eum Transtiberinas urbis regiones nullo pacto intrare permittebant. Multi tamen ex Romanis consenserant, partim pretio inducti, partim multis promissionibus seducti, omnes autem æqualiter jam triennii impugnatione nimium fatigati. Quid plura? Omnes pene Romani, præter Principem Salernitanum, hoc laudaverunt, ut Papa Gregorius Synodum in medio Novembri colligeret Romæ; cujus Synodi statuta de causa Regni, nec Henrico nec Romanis, imo nulli penitus liceret prævaricari. Henricus quoque ituris ad illam Synodum & redituris securitatem jurejurando fecit: unde & Papa omnes religiosos Episcopos & Abbates ad Synodum litteris suis vocavit. Reverso ergo Henrico Longobardiam, milites ejus, quos in castello prope S. Petrum dimisit, repentina mors fere omnes invasit. Inter quos & Udalricus Goscezehim absque Ecclesiastica communione, heu miser! interiit, auctor hujus schismatis & incensor conspirationis. Ex quadringentis autem militibus, qui in illo castello pro custodia dimissi sunt, vix triginta gladium S. Petri, ut ajunt, concessa vita evaserunt: ipsum autem castellum à Romanis penitus solo adæquatum est. Henricus ergo (Ravennate suo interim Ravennam transmisso) ad prædictam Synodum profectus est, quo & Legati Teutonicorum Principum ire debuerant; sed ab Henrico in via apud *c* Forum-Cassii capti sunt circa festum S. Martini, licet omnibus Synodum illam petentibus securitatem juramento promiserit: unde & Romani multa contra Henricum murmurare cœperunt. Erant autem religiosissimi Monachi & Clerici, quos in captivitate fecit cruciari: cum quibus & Ottonem venerandum Ostiensem Episcopum captivatum, videlicet ad ipsum ab Apostolica Sede transmissum: multi tamen ex Francigenis ad illam Synodum tam Episcopi quam Abbates pervenerunt. Meliores autem Episcopi & Domino Apostolico magis necessarii, id est *d* Hugo Lugdunensis, Anselmus Lucensis, Reginaldus Cumanus, specialiter ab Henrico ad Synodum pervenire prohibiti sunt. Dominus tamen Papa Synodũ tribus diebus solenniter celebravit: &, ne Henricum iterũ specialiter anathemizaret, vix à Synodo est exoratus: omnes tamen excommunicavit, quicumque aliquem, ad S. Petrum & Papam venientem, impedirent quoquo modo.

a

b

milites Henrici Regis divinitus morte puniti.

c *Synodus Romæ colligitur:*

F

d

Romani agunt de coronando Rege: 16 Sed jam advenit terminus, ad quem Romani, nesciente Papa, hoc Henrico se effecturos juraverant, ut eum Gregorius Papa incoronaret, aut alius quem ipsi illo expulso eligerent. Quod juramentum, licet in præterita æstate factum fuerit, omnes tamen intimos Papæ usque ad terminum pene latuit. Adveniente ergo termino, Romani Papæ de juramento manifestaverunt, dicentes se hoc juraſſe, non ut Papa solenniter

A ſolenniter regali unctione incoronaret, ſed tantum ſimpliciter ut ei Coronam daret. Annuit ergo Papa eorum votis, ut eos à juramento abſolveret, videlicet Henrico, ſi vellet cum juſtitia, ſin autem cum maledictione, Coronam daret. Unde Romam mandaverunt, ut veniret ad accipiendam Coronam cum juſtitia ſi vellet; ſin autem, de caſtello S. Angeli per virgam ſibi demiſſam à Papa reciperet. Sed Henrico utrumque recuſante, alium Legatum illi direxere, quod juraverint, nec ſe eo juramento detineri obnoxios: igitur Domino Papæ multo firmius, quàm pridem, conſilio & auxilio adhæſere. Henricus autem multo inſtantius, pro eis ſuæ parti applicandis, nunc minando, nunc promittendo laboravit; multumque tempus circa Romam moratus, huic negotio invigilavit. Sed jam ſeptennio totum Romanum Imperium civili bello, nimio ſchiſmatis diſſidio laboravit, aliis quidam Domino Apoſtolico, aliis autem Henrico faventibus, & ob hoc utrimque totum Regnum præda ferro & igne miſerabiliter devaſtantibus. Pauciſſimi Catholici Epiſcopi ex parte Apoſtolici remanſerunt: qui & propriis Sedibus expulſi, ſuis Gregibus providere non permittebantur. Quapropter omnes pene religioſi, ſive Clerici ſive laici, in aliqua monaſteriorum latibula hujuſmodi mala declinaverunt: ne videlicet devaſtationem ſanctæ Eccleſiæ cernerent, cui in nullo adminiculari poſſent: ſatius enim illis videbatur, ut ſaltem ſeipſos delitеſcendo ſalvarent; quam pro aliis incaſſum laborando, cum eiſdem perirent,

ſed Henrico non acceptante conditiones,

omnia ferro & flamma vaſtantur.

B

17 Anno MLXXXIV Henricus in Romanorum finibus hiemavit, ibique Guibertum Ravennatem ſuum Romam venturum expectavit, ut ab eo apud S. Petrum incoronaretur, eo quod Gregorium Papam ad hoc flectere non poſſet, ut eum, niſi legitime reconciliatum, incoronare vellet. His temporibus Conſtantinopolitanus, maximam pecuniam Henrico quondam Regi tranſmiſit, ut *e* Ruodbertum Wiſcardum Ducem Calabriæ & Apuliæ, conjuratum militem Domini Papæ, in ultionem ejuſdem Regis; bello appeteret. . . . Sed Henricus acceptâ pecuniam, non in procinctum contra Ruodbertum, quod juramento promiſit; ſed ad conciliandum ſibi vulgus Romanum expendit: cujus adjutorio Lateranenſe palatium feria quinta ante Palmas, cum ſuo Ravennate Guiberto, intravit. Nobiles autem Romani, præter admodum paucos, cum Domino Papa Gregorio tenuerunt, qui & quadraginta obſides ei dederunt; Papa autem in caſtellum S. Angeli ſe recepit, omneſque Tiberinos pontes & firmiores Romanorum munitiones in ſua obtinuit poteſtate. In die Reſurrectionis Dominicæ Henricus, ab hæreſiarcha ſuo Ravennate, Coronam, non glorię, ſed confuſionis accepit. . . . Erat enim ipſe Ravennas Archiepiſcopus, & omnimodam obedientiam Romano Pontifici juravit, quam & nonnullo tempore fideliter executus eſt; ſed non multo poſt ſpreto juramento, ſingulari cotumelia contra Apoſtolicam Sedem erigitur: unde ab Apoſtolica Sede & ab Epiſcopis totius Eccleſiæ in Romana Synodo, poſt canonicas inducias, irrecuperabiliter deponitur & anathematizatur: nec hoc ſemel, nec in una Synodo, ſed in omnibus Synodis, quotquot in ſexennio Romæ celebratæ ſunt. . . Quapropter & Henricus ab eodem incoronatus, damnationem ejus hereditaſſe non dubitatur; ſimiliter & omnes, quicumque aliquid, quod à Domino Papa ſuſcipiendum eſſet, à prædicto hæreſiarcha quaſi ſuſceptum uſurpaverunt. Morabatur autem Henricus in Lateranenſi palatio cum Ravennate ſuo, nec à fidelibus Papæ per civitatem ad S. Petrum tranſire permittebatur: ſed in ipſa Paſcali hebdomada fideles aggreditur, in qua congreſſione quadraginta pene inter mortuos & vulneratos perdidit (nam reliqui fugerunt) ex parte autem Domini Papæ nec unus cecidit.

Illo cum ſuo Guiberto

e

Lateranenſe palatium occupat:

C

& ab eo coronatus,

EX BERTHOLDO.

18 Robertus Wiſcardus, Dux Normannorum, in ſervitium S. Petri, poſt Kalendas Maji Romam armata manu invaſit; fugatoque Henrico totam Urbem, Gregorio Papæ rebellem, penitus expoliavit, & majorem ejus partem igni conſumpſit, *f* eo quod Romani quemdam ejus militem vulneraverunt. Deinde acceptis obſidibus à Romanis, & in caſtello S. Angeli, quod domum Theodorici dicunt, reſervatis, ipſe ad recuperandam terram S. Petri reverſurus, in brevi plurima caſtella & civitates Domino Papæ recuperavit. Henricus autem Ruodberto reſiſtere non valens, ad partes Teutonicorum ſatis feſtinanter revertitur. . . Dominus autem Papa collecta Synodo, iterum ſententiam anathematis in Guibertum hæreſiarcham & Henricum & omnes eorum fautores promulgavit: quod & in feſto S. Joannis Baptiſtæ præterito jam dudū Romæ fecit, cum Henricus adhuc ibi moraretur. Hanc ſententiā Legati Sedis Apoſtolicæ, videlicet Petrus Albanenſis Epiſcopus in Francia,

à Roberto Guiſcardo cogitur recedere.

f

iterum Gregorius excommunicat Regem

B

Otto Oſtienſis Epiſcopus in terra Teutonicorum uſquequaque divulgarunt. Oſtienſis quoque cum in Alemannia moraretur, ſanctæ Conſtantienſi Eccleſiæ jam dudum viduatæ Catholicum Paſtorem ordinavit, ſcilicet Gebehardum, Bertholdi Ducis filium. . . undecimo Kalendas Januarii Epiſcopum conſecravit, quem pridie, id eſt in feſto S. Thomæ, cum aliis Clericis Presbyterum fecit: inter quos & horum Chronicorum ſcriptorem in eadem ſolennitate in Presbyterum ordinavit, eique poteſtatem ad ſuſcipiendos pœnitentes ex Apoſtolica auctoritate conceſſit. . .

19 Anno MLXXXV, jam Deus omnipotens, famulū ſuum Gregorium Papam nolens diutius laborare, imo pro laboribus ſuis digne remunerare volens, de hujus vitæ ergaſtulo eum vocavit. Nam aliquanto tempore graviter corpore infirmatus, ſed in defenſione juſtitiæ uſque ad mortem firmiſſimus, Salerni diem clauſit extremum. De cujus obitu omnes religioſi utriuſque ſexus, & maximè pauperes, doluerunt: erat enim Catholicæ religionis ferventiſſimus inſtitutor, & Eccleſiaſticæ libertatis ſtrenuiſſimus defenſor. Noluit ſanè ut Eccleſiaſticus ordo manibus laicorum ſubjaceret, ſed eiſdem & morum ſanctitate, & ordinis dignitate præemineret. Quod illum latere non poterit, quicumque ejuſdem Apoſtolici Regiſtrum diligenter perlegerit. Poſtquam autem in gubernatione Sedis Apoſtolicæ, imo totius Eccleſiæ, duodecim annos & unum menſem legitime decertavit; tandem ex hac luce anno Incarnationis Dominicæ MLXXXV, Indictione VIII, V II Kalendas Junii ſubtractus, ſupernæ vocationis βραβεῖον accepiſſe non dubitatur, ſepultus Salerni in eccleſia S. Matthæi, quam ipſe eodem anno dedicavit.

& Salerni moritur,

F

ac ſepelitur.

ANNOTATA.

a *Hi erant*, Otto *dein Vrbanus II Papa*, B Petrus Igneus, & Joannes *anno* 1066 *factus* Portuenſis *Epiſcopus, ſemper fideliſſimus ſummis Pontificibus, & qui potiſſimum Vrbanum II promovit: uti teſtatur Leo Oſtienſis lib.* 4 *Chronici Caſinenſis cap.* 2.

b *Iſti erant*, Herebertus *Mutinenſis, creatus anno* 1054 *fato functus anno* 1094; & Obizzus, *electus anno* 1071.

c Forum-Caſſii *Vrbs olim Epiſcopalis, nunc vicus in Patrimonio S. Petri, 7 milliaribus Viterbo in Auſtrum diſtat.*

d *De his autem in priori Vita num.* 101, 103, 122, *ubi noſtra Annotata inſpicienda.*

A e *Robertus Guiſcardus anno* 1080 *reconciliatus Papæ.*
f *Leo Oſtienſis lib.* 3. *cap.* 53 *hanc incendii cauſam adfert:* Ex conſilio, *inquit*, Cencii Romanorum Conſulis ignem in Urbem immiſit. Romani igitur re inopinata perculſi, ac in igne extinguendo dum eſſent intenti, Dux confeſtim cum exercitu ad arcem S. Angeli properans, Pontificemque inde abſtrahens, Romam ſine mora egreſſus, Papam Gregorium ad hoc monaſterium uſque deduxit: quem Apoſtolicum uſque ad ipſius exitum cum Epiſcopis & Cardinalibus, qui eum ſecuti fuerunt, ſuſtentavit.

ALIA ACTA PONTIFICALIA

Ex Libro Ms. cenſuali Centii Camerarii, poſtea Honorii III.

collata cum Ms. Nicolai Cardinalis de Arragonia. a

CAPVT I.

Electio Gregorii; Centii Romani & Guiberti Ravennatis machinationes punitæ; Henrici ad depoſitionem Pontificis progreſſa inſolentia caſtigata.

b *Acclamatione populari poſtulatus,*

GRegorius VII, natione Tuſcus, patria Suanenſis, oppido Ronaco *b*, ex patre Bonito, ſedit annis XII, menſe uno, diebus quatuor. Defuncto Alexandro Papa, & in Lateranenſi eccleſia honorifice tumulato, dum Hildebrandus Archidiaconus adhuc eſſet in ejus obſequiis occupatus, repente factus eſt in ipſa eccleſia maximus Cleri & Populi Romani concurſus, clamantium & dicentium, Hildebrandum Archidiaconum Beatus Petrus elegit. Quo audito idem Archidiaconus expavit, & quaſi extra ſe raptus cucurrit ad pulpitum, cupiens populum ipſum frementem *c* ſedare & à ſua intentione retrahere. Sed Hugo Candidus Cardinalis, ubi omnium vota in eumdem Archidiaconum conveniſſe indubitanter cognovit, citius percucurrit ad populum; & in hunc modum alloquitur, dicens: Ecce, cariſſimi Fratres, ſcitis & indubitanter cognoſcitis, quod à diebus B. Leonis Papæ, hic Archidiaconus, tamquam vir prudens & probatus, hanc ſacroſanctam Romanam Eccleſiam plurimum exaltavit, & civitatem iſtam ap imminentibus periculis liberavit: unde, quia idoniorem ad Eccleſiæ regimen & Urbis defenſionem invenire nequimus, Nos Epiſcopi & Cardinales in nomine Domini, unanimiter ipſum nobis & vobis in Paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarum eligimus. Et continuo, *d* univerſitate Populi & Cleri acclamante, Dominum Gregorium Papam ſanctus Petrus elegit, indutus rubea chlamyde (ſicut moris eſt) & Papali *e* mitra inſignitus; invitus & mœrens, in Beati Petri cathedra fuit inthronizatus.

c *& inthronizatus,*

d

e

2 Altera autem die apud ſemetipſum ſolicita mente pertractans, ad quam grave periculum deveniſſet; æſtuare cœpit, & nimis dolere: ſed cum aliam excuſationem de relinquendo Papatu non inveniſſet; nuntios ad regem Henricum celeriter deſtinavit, per quos & electionem de ſe factam ei aperuit, & ne aſſenſum præberet ipſum attentius exoravit: quod ſi non faceret, certum ſibi eſſet, quod graviores & manifeſtos ipſius exceſſus impunitos nullatenus toleraret. Rex vero, ubi electionis veritatem cognovit, electioni ejus aſſenſum præbuit: & ſtatim Gregorium Vercellenſem Epiſcopum, Italici Regni Cancellarium, ad Urbem tranſmiſit, quatenus auctoritate Regia electionem ipſam confirmaret, & conſecrationi ejus intereſſe ſtuderet: quod ſine dilatione factum eſt: nam & infra octavas Pentecoſtes in Presbyterum eſt ordinatus, & in Natali Apoſtolorum in Romanum Pontificem conſecratus. Percepta igitur Apoſtolicæ dignitatis plenitudine, eumdem Regem benigne ac paterne commonuit, ut Matri ſuæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſe devotum & ſubjectum filium exhiberet; atque ab Epiſcopatuum & Eccleſiarum venditione omnino quieſceret: ad quod pium opus efficaciter proſequendum tranſmittere ſtuduit matrem ipſius Agnetem *f* Imperatricem, una cum Gherardo Oſtienſi, Uberto Prænestino, & R. *g* Cumano Epiſcopis: qui ejuſdem Pontificis legatione ſuſcepta uſque in Bavariam tranſeuntes, ad Regis præſentiam pariter acceſſerunt. Receptis igitur affectuoſe Legatis ipſis, & digno cum honore tractatis, cum per dies plurimos Rex de ſua emendatione ſanctæ commonitionis verba manſuete ac patienter audiret; quinque nobiles viros familiares ſuos, ab Alexandro Papa excommunicatos vix à conſortio & ſocietate ſua removit, Synodum vero in regione ipſa celebrare Legatis nequaquam permiſit; allegans per *h* Lemarum Bremenſem Epiſcopum, vices Romani Pontificis Maguntino Archiepiſcopo in Germania, ſicut in antiquis Eccleſiæ ſuæ privilegiis continetur, eſſe conceſſas. Cui Legati Sedis Apoſtolicæ ſic reſponderunt: De Legationis officio Venerabilis Fratris certum tibi eſſe debet, quod neque auctoritas canonica neque mos eccleſiaſticus habet, ut ultra obitum ejus qui dederat Romani Pontificis protendatur. Præterea, ſicut in quodam primi Leonis Papæ Capitulo continetur, Romanus Pontifex ita Epiſcopis *i* vices ſuas committit, ut in partem ſolicitudinis ſint vocati, non in plenitudinem poteſtatis. Sed ut breviter ad finem hujus controverſiæ veniamus, Synodo hac ſagacitate diſturbata, & eodem Bremenſi pro inobedientia & rebellione ab officio Sacerdotali ſuſpenſo, Legati à Rege amplis muneribus honorati, cum ejus gratia & benigno reſponſo, incolumes ad Urbem redierunt Romanam.

Miſſi ab eo ad Regem Legati,

f

g

Synodū quidem cogere prohibentur,

h

E

honorifice tamen remittuntur.

i

3 Evolutis autem paucis diebus, Hermannus Bambergenſis Epiſcopus, qui pro ſuſceptione *k* Pallii Romam venerat, convictus de Simonia in conſpectu Gregorii Papæ, Epiſcopalis & Sacerdotalis officii depoſitionem incurrit, & in locum ejus per mandatum ejuſdem Pontificis alius eſt ſubrogatus: de Conſtantienſi quoque *l* Antiſtite idem factum eſt. Interea nihil mali de Rege Henrico ſuſpicans Gregorius Papa Romanus, generale Concilium convocavit, in quo Guibertus Ravennatenſis, cum Epiſcoporum diverſarum Provinciarum immenſa multitudine, ſedit. Præterea & egregia Comitiſſa Matildis, Aczo Marchio *m*, & Giſulfus Salernitanus Princeps eidem non defuere Concilio: ſed inter cetera ipſius Concilii acta Normanni & Robertus Guiſcardus excommunicati fuerunt. Soluto itaque Concilio, & redeuntibus ad propria ceteris, qui fuerant convocati; Guibertus Ravennatenſis cum Papa Gregorio, in dolo, utpote qui ad Papatum jam anhelabat, remanſit. Et quoniam uniuſcujuſque proprium ſolet eſſe, ut qualis ipſe fuerit, tales ſibi & alios conjungi velit; quoſcumque in Roma facinoroſos & adverſatos Pontifici reperit, muneribus vel promiſſis favorabiles ſibi & juratos facere ſtuduit: inter quos illum ſceleratiſſimum virum Centium, Præfecti Stephani filium, de quo ſupra *n* fecimus mentionem, amicum & ſecretarium acquiſivit, & cum eo contra Patrem ſuum nequiter ſe armavit. Hic inter alia, quæ impune fecerat mala, excelſam turrim ſupra pontem S. Petri conſtruxerat, & à tranſeuntibus de novo *o* Pedatiam jugiter extorquebat. Hic, Deo & hominibus odioſus, in ſacratiſſima nocte Nativitatis Domini, ipſum Chriſti Vicarium Dominum Grego-

Ad Synodū veniēs Guibertus Ravennas,

k

F

l

m

clam ſe adjungit ſediti oſis,

n

ex quibus poſtea Centius Pontificem capit,

o

jubente Henrico Imp. conſecratur.

A Gregorium Papam, Miſſarum ſolennia celebrantem, ab altari ſanctæ Dei Genitricis, quod dicitur ad Præſepe, auſu ſacrilego rapuit; & cum ſuis complicibus ad prædictam turrim violenter aſportare præſumpſit. Unde univerſitas Romanorum in ira pro invaſione ſui Pontificis vehementer exarſit, & in eadem nocte ipſum in eadem turri diſtricte obſedit. Mane autem facto Romani, & turrim funditus deſtruxerunt, & ipſum ſacrilegum atrociter trucidaſſent, niſi eum boni Magiſtri diſcipulus beatus Pontifex ex mortis periculo liberaſſet. Quo facto, celebratus cum Fratribus, & aliis Eccleſiæ fidelibus de more convivium, ad Lateranenſe palatium remeavit. In ſecunda vero die poſt Paſcha, populus Romanus eumdem Centium cum omnibus ſuis complicibus in rebus propriis condemnavit, & in perpetuum ab urbe Romana excluſit.

non impune.

Guibertus Ravennam regreſſus,

4 Poſt hæc autem ſupradictus Guibertus licentiam revertendi Ravennam à Domino Gregorio doloſe petivit, quatenus eum lædere opportunius poſſet, quem fraudulenter ſe diligere oſtendebat. Nam ubi Ravennam devenit, poſtpoſito juramento quod B in conſecratione ſua Alexandro Papæ ejuſque ſucceſſoribus fecerat, cum Theobaldo Mediolanenſi, & aliis cervicoſis Epiſcopis Lombardiæ conſpiravit, atque adverſus Paſtorem ſuum occulte ſeditionem exercuit. Unde factum eſt, quod expeditio, quam *palam defiſit,* Pontifex per Ducem Gotifredum ejuſque uxorem illuſtrem Comitiſſam Matildam atque alios Nobiles, contra Normannos & ceteros Eccleſiæ hoſtes, de Lombardia excitaverat, in detrimentum Eccleſiæ diſturbata eſt atque dirupta. Per Hugonem quoque Candidum, Regem Henricum & Robertum Guiſcardum contra eumdem Pontificem omnimodo ſtuduit inſtigare, ſicut vir apoſtaticus omni dolo & malitia plenus, qui jam ſecundo ad apoſtaſiam redire nequaquam erubuit. Eodem tempore Dominus Gregorius circa mediam Quadrageſimam Concilium celebravit, in quo ſæpedictum Guibertum, quia vocatus venire contempſit, ab Epiſcopali officio tamquam perjurum ſuſpendit, & eumdem Hugonem Candidum, ſecundum Apoſtoli dictum, Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam commonitionem devita, perpetuo ab Eccleſia ſequeſtravit. Sed cum iſta in Italia fierent, Saxones contra Regem Henricum fortiter rebellarunt, ea videlicet occaſione, quia eis onus importabile ſatagebat imponere: C unde accidit quod Rex, in manu valida & multitudine gravi, Saxoniam ex improviſo intravit: ſed quoniam eos imparatos invaſit, victoriam quamvis cruentiſſimam habuit. Quippe, ſicut à prudentibus dicebatur, quinque millia virorum ex parte Regis in eodem bello ceciderunt: verumtamen quia eoſdem Saxones ſibi non potuit ſubjugare, Rex tamquam P victorioſus in *p* Franciam remeavit. Statim immenſa Epiſcoporum multitudine convocata, non egit gratias Deo pro adepta victoria, ſed elevatum eſt cor ejus, & ſe ſuper ſe nimis extollens, in tantam audaciam veſaniamque prorupit, ut Patrem ſuum Gregorium Papam, qui ſedem Apoſtolicam per triennium in pace tenuerat, impiorum conſilio abdicare præſumpſit, & ab Eccleſia quantum in eo fuit expellere q operam & ſtudium pro viribus *q* dedit. Decrevit etiam, firmiterq; conſtituit, ut nullus deinceps Epiſcopus, vel Abbas, ſeu Dux, aut alia principalis perſona, *præſumit Gregorium abdicare:* eidem Gregorio tamquam Papæ aliquatenus obedire deberet.

Henricus, victoria de Saxonibus elatus,

Tit. 3, 10,

ideoque excommunicatur.

5 Ut autem hanc perniciosam diſpoſitionem poſſet efficaciter adimplere, quemdam Rolandum Parmenſem deteſtabilem Clericum, & alios execrabiles viros, cum litteris ſuis Romam tranſmiſit, quatenus cauſam ipſam vivaciter & intrepide proſequerentur. Qui nefaria legatione ſuſcepta, proceſſerunt uſque ad urbem: & venientes ad Pontificem tunc in *EX MS. CENTII.* Synodo reſidentem, in primis Regis litteras præſentarunt, & conſequenter per os ipſius Rolandi, cum nimio faſtu & contumacia, locuti ſunt in hunc mo- *quæ ſe ex ejus legatis audiſſe,* dum: Miſit nos Dominus noſter Henricus Rex, de conſilio Epiſcoporum ſuorum & Principum, ut ea quæ noviter de ſtatu Eccleſiæ cenſuit & irrevocabiliter ſtatuit vobis publice demonſtremus, & efficaciter proſequamur. Inde eſt quod præcipimus, & ex auctoritate Regis præcipiendo mandamus tibi Gregorio, ut de Apoſtolica Sede ſine mora deſcendas, & amodo de Papatu, ſicut vitam tuam diligis, te nullatenus intromittas. Vobis autem Epiſcopis & Cardinalibus eodem modo injungimus, ut receputi Pontificem ad ejuſdem Regis præſentiam feſtinetis. Quibus blaſphemiis auditis, contra eumdem Pontificis convitiatorem tota Synodus ita vehementer exarſit, quod niſi pia manſuetudo Beati Papæ Gregorii ſe objeciſſet, ipſum fideles Eccleſiæ cum lapidibus trucidaſſent. Die vero altera litteræ ab Epiſcopis Ultramontanis Pontifici ſunt delatæ, in quibus confitebantur ſe erraſſe, & nimium deliquiſſe: poſtulabant quoque veniam, & omnem de cetero ſibi obedientiam obſervare firmiter ſpoponderunt. Vix itaque ſedato tumultu, Synodalis tractatus in tranquillitate proceſſit: ſed cum tempus jam inſtaret abſolvendi *meritò excommunicatur & abdicatur ipſe,* Synodum, Pontifex habito cum centum & decem Epiſcopis utiliori conſilio, in eumdem Regem, qui Eccleſiæ unitatem ſcindere attentavit, excommunicationis ſententiam protulit, & uſque ad condignam ſatisfactionem ſententiam ipſam firmiter obſervari præcepit. Quod neque reprehenſibile, nec novum ab aliquo æſtimari debet: cum à ſanctorum Patrum ſanctionibus minime diſcreparet, & à pluribus Romanis Pontificibus hoc ipſum etiam pro minoribus cauſis reperiatur factum.

6 In Chalcedonenſi namque Concilio, præſentibus *r* ſexcentis Epiſcopis, de Dioſcoro Alexandrino r ſic legitur: Quoniam ſecundum exceſſum priorem *ſicuti ſæpe alias ab aliis Pontificibus alii.* iniquitatem valde tranſcendit (præſumpſerat enim excommunicationis ſententiam ſupra ſanctiſſimum Papam Leonem dictare) Anatolius Conſtantinopolicus Epiſcopus dixit, propter fidem non eſt damnandus Dioſcorus, ſed quia excommunicationem fecit Domino Archiepiſcopo Leoni. Numquid ibi legitur inquiſitionem factam fuiſſe, utrum juſte, an injuſte, Dioſcorus excommunicatus fuiſſet? Non utique: ſed E ideo, quia cum eſſet inferior, conatus eſt majorem quibuſlibet injuriis laceſcere. In octava itaque Synodo inter cetera ita legitur: Definivimus neminem prorſus mundi potentum, quemquam eorum qui Patriarchalibus Sedibus præſunt inhonorare, aut à proprio throno expellere, ſed omni honore ac reverentia dignos judicare; præcipue ſanctiſſimum Papam ſenioris Romæ; ſed nec quicumque contra Romanum Pontificem circumſcriptiones ac verba complicare vel componere, quaſi diffamatorum quorumdem criminum, quod nuper Photius, & multo ante Dioſcorus fecit. Quiſquis vero tanta jactantia, & audacia uſus fuerit, ut ſecundum Photium & Dioſcorum, in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, injurias quaſdam contra Sedem primã S. Petri Principis Apoſtolorum moveat, æqualem & eamdẽ quam illi condemnationem accipiat *s*: ſi vero quis aliqua Dei poteſtate fruens vel potens, pellere tentaverit præfatum Apoſtolicæ Cathedræ Papam vel aliorum Patriarcharum quemquam, anathema ſit. Præterea notiſſimum & indubitatum eſt, quod multi Romanorum Pontificum, etiam pro minoribus cauſis, nonnullos Imperatores & Reges, non ſolummodo excommunicaverunt, ſed à Regno depoſuerunt, &

EX MS. CENTII.

in eorum locis alios ſubrogarunt. Innocentius ſiquidem Papa Imperatorem Arcadium, magni Theodoſii filium, pro eo quod Joannis Chryſoſtomi depoſitioni interfuit, quam Theophilus Alexandrinus una cum aliis Orientalibus Patriarchis conſenſu aliorum Epiſcoporum ſine aſſenſu Romani Pontificis dictaverat, excommunicavit, eorumque depoſitionem caſſavit; mitiſſimus vero Imperator, mox ut factum cognovit, non rebellis extitit, ſed veniam humiliter petiit & impetravit. Conſtantinus Papa Juſtinianum Imperatorem *r* Conſtantini filium, propter non decentem legatorum ſuorum ſuſceptionem, excommunicavit: qui poſtmodum in Conſtantinopolitanæ urbis platea pedibus ejus cum regno proſtratus, tamdiu petiit veniam donec impetravit. Anaſtaſius *u* Papa Anaſtaſium Imperatorem excommunicavit, qui proterve loquens de Papa, in ipſo Palatio fulmine percuſſus interiit. Gregorius III Leonem Imperatorem, non ſolum excommunicavit ſed etiam *x* Regno privavit. Stephanus Papa Carolum *y* Pipini Regis fratrem à Regno depoſuit, & Pipinum in ejus loco ſubſtituit. Nicolaus quoque Romanus Pontifex duos Imperatores uno eodemque tempore excommunicavit; Michaëlem videlicet Orientalem, propter Ignatium Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſine judicio Papæ à Sede ſua dejectum; & Lotharium *z* Occidentalem, propter Gualdradæ pellicis ſuæ ſocietatem. Beatus quoque Ambroſius, non Romanus, ſed Mediolanenſis Pontifex, Maximum Tyrannum & Theodoſium Imperatorem ab Eccleſia pulſos excommunicavit, ut non ambiguum eſt. Quis ergo niſi mente captus ignorat, Regiam poteſtatem Pontificibus eſſe ſubjectam? & quis credat à ſubjectione Romani Pontificis ſe alienum eſſe, niſi qui exigentibus peccatis ſuis inter oves Chriſti non meruit numerari? Sed jam rei ordinem, quem incepimus, proſequamur.

r

u

x

y

B

z

ANNOTATA.

a Nicolaus Roſſellus, *ex Ordine Prædicatorum aſſumptus*, de Aragonia *dictus*, *quia patria Tarraconenſis perpetuo fere manſit apud Arragoniæ Regem Petrum: is hunc præmittit titulum.* De Gregorio Papa VII, qui cœpit anno Domini MLXXIII, regnante Henrico Imperatore hujus nominis III.

b *Nicolaus*, Ronaco; *Ms. noſtrũ*, Raonaco: *ignobile id oppidum fuiſſe oportet in diœceſi Suanenſi, cujus hodie nec nomen quidem in tabulis topographicis reperitur: quod ipſum haud modicum præjudicium affert generis nobilitati, à Comitibus Petilianenſibus & Suanenſibus accerſita: non tamen eam peremptorie excludit: & infra ex Ms. noſtro adducemus aliquid, quod è converſo eam affirmare poſſit.*

C

c *Nicolaus*, frequenter.

d *Hoc.* Continuò, *reſtringendum erit ad ſolam acclamationem populi; ſi verum eſt, quod* diebus aliquot occultatus latuit, *ut habet Bertholdus.*

e *Aliunde ſciebam, Electo mox Purpuram injici ſolitam: de Mitra invenies in Actis S. Petri Caleſtini, deſcriptis à Card. S. Georgii lib. 3, v. 165.*

f *De hac Saxonicum Ms. Chronicon, uſque ad finem fere ſeculi 12 pertingens, ita habet:* Anno Domini MLXVIIII Agnes Imperatrix, Mater Regis H. tædio affecta, vel potius divinitus compuncta, Ducatum Bavariæ depoſuit; & Regni gubernacula penitus ſpernens pro Chriſto, Romam ſe contulit: ibique dignis pœnitentiæ fructibus mira inſerviens humilitate, poſt aliquot annos in Domino migravit, *ſcilicet anno* 1077, *ut conſtat ex Epitaphio apud Baronium. Ex labore autem hujus legationis pro Sede Apoſtolica ſuſceptæ intellige, quam ejus fuerit ſtudioſa. Res ipſa adſcribitur an.* 1074.

g *Cumana Eccleſiæ, ante finem ſeculi 13 extinctæ, vix ſex Epiſcopos potuit nominare Vghellus tom. 6. Italiæ ſacræ:* *habes hic quem iis addas pro anno 1073; R. puta* Rogerium, Robertum, Rolandum, *vel quid ſimile: aliorum nominum, ſimiliter per initialem litteram ſcriptorum à Centio, facile fuit ſupplere defectum.* D

h Leimarum Bavarum *vocat Albertus Stadenſis, dicetque Alberto ſuffectum anno 1077 annis 30 ſediſſe, obiiſſe 1101, 17 Kal. Iunii, cui Humbertus ſucceſſerit. Ejus excommunicationem confirmatam deinde legimus in Synodo Romana an. 1075.*

i *Capitulum iſtud necdum inveni.*

k *Bullam Leonis IX, Hartwico Bambergenſi Pallium concedentis, intuitu Clementis II & S. Henrici Imperatoris ibidem quieſcentium, dedimus in Chronologia Pontificia agentes de Clemente iſto: quam tamen in Appendice ad ipſum Leonem fatemur non eſſe uſquequaque ſinceram. Veritas tamen facti ex hoc Centii loco confirmatur.*

l Otto *hic fuit, de quo Chronicon Conſtantienſe editum à Piſtorio ad annum 1070 quod Henricus, dum præciperet eum ordinari, dixerit:* Noluit Collegium Conſtantienſe Præſulem idoneum, capiant igitur hunc ſtultum Ottonem in Epiſcopum.

m *Nicolao præteritus* Azo Marchio, *adfuiſſe videtur occaſione inceſti ſui matrimonii cum Mathilde, non illa famoſa Comitiſſa hic nominata, quæ tunc habebat maritum Godefridum Lotharingiæ Ducem, licet thoro ejus nunquam uſa; ſed ſorore Guilielmi Epiſcopi Papienſis, in quarto gradu ipſum contingente.* n *Hinc apparet etiam Alexandri præcedentis Acta ab eodem Auctore ſcripta fuiſſe.* E

o *Nicolao* Pedagium: *de utraque voce vide Cangium.*

p Francia *hic identidem dicitur pro* Franconia, *latius nomen hoc ſumendo, ſic ut etiam viciniam complectatur.*

q *Nicolaus minus recte,* pro victoribus.

r *In prima Actione nominantur 360 circiter, nec plures deinde eſt reperire: habita eſt autem Synodus illa anno 451, & damnati Dioſcori cauſam ſubſcribens Anatolius, ponit,* quod omnibus ſanctorum Patrum regulis extitit inobediẽs, & tertio canonice vocatus noluit obtẽperare.

s *In Chalcedonenſi an. 870 Act. 10 Can. 13 ſic legitur:* Si quis tanta efferatur audacia, quemadmodum Photius & Dioſcorus, ſive ſcripto ſive ſine ſcripto, inſanias quaſdam contra Cathedram Coryphæi Apoſtolorum Petri audeat jactare, eamdem atque illi ſententiam damnationis ſubeat. *Cetera quæ hic allegantur, ut ſequentia vel præcedentia, ubi inveniantur neſcio.*

t *Ita recte Nicolaus; ubi in Centii libro perperam legitur,* Juſtinus Imperator Conſtantini filius, *qui nullus fuit, nedum tempore Conſtantini Papæ; hunc vero ſcimus an. 710 à Iuſtiniano Rhinotmeta Conſtantinopolim evocatum, & ea quæ hic deſcribitur humilitate receptum; cauſam vero evocationis hujus non aliam putat fuiſſe Baronius, quam* ut finis poneretur controverſiæ ob Canones, ad quintam & ſextam Synodum ſuperadditos. F

u Anaſtaſius II, *hic ſcripſit quidem Anaſtaſio Imperatori epiſtolam commonitoriam, quam vide apud Baronium anno 497: ſed qui eum excommunicavit Symmachus Papa fuit, ut habes apud eumdem Baronium ad an. 502, num. 29.*

x Gregorius III *Leonem Iſauricũ & omnes Iconomachos* anathemate obſtrinxit, *inquit Zonaras*, & vectigalia quæ uſq; ad id tempus Imperio inde (*id eſt ex Italia*) pendebantur, inhibuit, inito cum Francis fœdere (*ut videre eſt apud Baronium ad an. 726 num. 24*) deſerta Imperatoris obedientia, ob perverſam ejus opinionẽ. *Cum ergo Otho Friſingenſis ait,* Lego & relego Romanorum Regum & Imperatorum geſta, & nuſquam invenio quemquam eorum ante hunc (*Henricum*) *à Romano Pontifice* vel excommunicatum vel Regno privatum, *oſtendit ſe loqui de iis qui in Occidente regnarunt, non autem de Imperatoribus Græcis, quorum plures anathemate perculſos fuiſſe ob hæreſim certum eſt.*

y *Sciens Nicolaus quod* Pipini *frater* Carolus, *ſeu potius* Carlomannus, *multo prius quam* Stephanus *Papa fuerit, factus ſit Monachus Caſſini*, Zachariæ *Papæ nomen hic ſubſtituit & Regem* Childerinum; *volens*

A *velens credo* Chilpericum *intelligi, Merovingorum Regum ultimum, in cujus depoſitionem Zacharias conſenſiſſe ab aliquibus dicitur. Ad Carlomannum quod attinet, ex Anaſtaſio Bibliothecario ſcimus, quod jàm monachum, atque ab Ayſtulfo Longobardorum Rege miſſum in Franciam, ad fratrem ab auxilio Papæ ferendo alienandum, idque ſerio agentem, ſicut male perſuaſus fuerat; de communi conſilio Rex Pipinus & Papa Stephanus* in monaſterio illic in Francia collocaverunt, juxta id quod ſe devoverat monachicam agere vitam: *atque hoc occaſionem dare potuit Centio hallucinandi, quaſi aliquid de Carlomanni depoſitione per Regem facta ibi legiſſet.*

z *Hic confunditur* Lotharius Rex (*unde* Lotharii regnum, *poſtea Lotharingia*) *cum patre ſuo Imperatore Lothario; & illi quidem excommunicatio ſæpe intentata fuit, in Waldradam etiam perſonaliter lata; ipſe tamen eam ſimulata pœnitentia declinavit. Similiter contra Michaelem Balbum ultra minas non proceſſit Nicolaus Papa, qui anno* 867 *vivere deſiit.*

CAPUT II.

Henrici pervicacia, Rudolphi electio, irriti conatus Gregorii pro pace.

Schiſmatici Gregorium abdicantibus,

7 INterea ubi de Regis banno ad aures vulgi perſonuit, totus orbis Romanus nimio timore perterritus non mediocriter vacillavit: Italici namque Antiſtites & Epiſcopi Teutonici Regni ſuper tanta diſſenſione in partes ſe diviſerunt, & auctore Guiberto apud Papiam contumaces Epiſcopi Lombardiæ poſt Paſcha convenerunt in unum: ibique, imitantes Photium & Dioſcorum, Dominum Papam ſenioris Romæ ore ſacrilego excommunicare inſtincta diabolico præſumpſerunt. Quod factum attendentes Principes Regni, non mediocriter dubitare cœperunt, an excommunicationem ipſam contemnere, an eam reverenter obſervare [deberent]: maxime cum in eorum lege contineatur, ut ſiquis infra annum & diem ab excommunicationis vinculo non fuerit abſolutus, omni careat dignitatis honore. Unde ad eorum conſultationem prudentes Epiſcopi hujuſmodi dederunt reſponſum, quod, ſecundum ſtatuta & exempla ſanctorum Patrum, Romanus Pontifex à nemine judicari ſeu excommunicari ullatenus poteſt. Ideo Principes ipſi (quoniam ſecundum malitiam inſtantis temporis melius nihil invenerunt) cum Rodulpho, Guelfone, ac Theoderico Ducibus, & aliis majoribus Regni juramento firmarunt, ut ſi Rex conſilio eorum acquieſcere vellet, operam ſuam efficaciter adhiberent, ut Gregorius Papa ultra montes veniret, & à vinculo excommunicationis eum abſolveret. Quo facto Rex ore proprio juramentum præſtitit, quod in adventu ipſius Pontificis abſque malo ingenio ejus ſtaret mandato: & conſequenter Principes iterum juraverunt in hunc modum, ut ſi Rex quod juraverat obſervaret, ipſi cum eo in manu valida proficiſcerentur ad urbem Romam; & recepta Imperialis Coronæ dignitate à Domino Gregorio Papa, deſcenderent cum exercitu in Apuliam & Calabriam contra Normannos, qui tunc adverſabantur Apoſtolicæ Sedi; & terram ipſam, expulſis Normannis, Beato Petro & Eccleſiæ Romanæ reſtituerent. Quod ſi Rex hoc facere denegaret, ex tunc ipſi Principes eum neque pro Rege neque pro Domino habere deberent. Quibus rite completis & juramento firmatis, Archiepiſcopum Treverenſem miſerunt Romam, quatenus ea quæ de ſedanda diſcordia inter Eccleſiam & Imperium conſtituerant, Epiſcopis & Cardinalibus innoteſceret, & propter hoc Romanum Pontificem uſque ad civitatem Auguſtam ſecure conduceret. Sed quod fraudulenter Archiepiſcopus *a* ipſe, per velatam Regis aſtutiam, captus fuerit apud Placentiam, & poſtmodum vix liberatus, propter hiſtoriæ longitudinem prætermittimus ſcribere. EX MS. CENTII. a

& Principibus pro Henrico intercedentibus,

C

ab iis ad colloquium invitatus Papa,

8 Venerabilis itaque Papa Gregorius, audita legatione tantorum Principum, licet tunc graviſſima hiems inſtaret; ne tantum bonum, quod de pace ſperabatur, per ipſius negligentiam remaneret, cum eodem Archiepiſcopo ipſius itineris difficultatem aſſumpſit, & uſque ad Vercellas proceſſit. Eo autem nihil ſiniſtre ſuſpicante de Regis promiſſione, repente inſonuit, quod ipſe Rex velociſſimo curſu jam tranſierat Alpes, & in occurſu Pontificis hoſtiliter feſtinabat. Quod facinus inopinatum poſtquam Epiſcopus Vercellenſis cognovit, licet Regis Cancellarius haberetur, Pontifici tamen rei veritatem fideliter intimavit. Quo audito & in veritate comperto, Pontifex ſtatim avertit habenas, & ad tutiſſimum caſtrum Comitiſſæ Matildis, Beati Petri devoſſitimæ filiæ, quod dicitur Canuſium, non ſegniter feſtinavit, & ſe in tuto cum Fratribus ſuis recepit. Rex vero, perpetrati perjurii conſcius, ubi reatum ſuum indubitanter publicatum cognovit, depoſita ferocitate, tamquam vulpes callida, ſimplicitatem columbinam induit; & uſque ad ipſum caſtrum, ut mereretur abſolvi, Pontificem ſequi non deſtitit: in quo loco ſuper nivem & glaciem nudis pedibus per dies aliquot ſtetit, & abſolutionis gratiam inſtantiſſime poſtulavit. Poſt multas itaque diſceptationes & varia conſilia, poſt ſatisfactionem & abſolutionis gratiam, idem Pontifex inter Miſſarum ſolennia Regi, Hoſtiam Chriſti porrigens, dixit: Si corde bono accedis, & quod ore profiteris mihi obſervare diſponis, hoc ſacrum Corpus ſit tibi, ſicut Apoſtolis, ad ſalutem; alioquin indigne percipies illud ſicut Judas, & judicium tibi abſque dubio manducabis. Et ſtatim ad oſculum eum recepit, & poſt Miſſam cum ipſo paterna caritate comedit: præterea excommunicatos qui cum Rege venerant fecit abſolvi, & in pace omnes dimiſit. *Vercellas uſque progreditur.* *ibique ſupplicem Regē abſolvit.*

aſt ejus ſimulatione detecta,

9 Decurſo itaque inſtantis anni circulo, quamquam in facie Pontifici Rex devotus & obediens videretur, corde & opere, ſicut rei effectus poſtmodum indicavit, contrarius ſibi, & ſemper in inſidiis efficaciter extitit. Nocturnis enim temporibus, cum Guiberto & Centio Romano, viro nequiſſimo, de quo mentionem fecimus ſuperius, & aliis Eccleſiæ inimicis familiariter loquebatur, & nefariis eorum conſiliis favorem præſtabat. Sed cum videret Papam Gregorium à Caſtro Canuſii nullo modo poſſe divelli, Papiam moraturus perrexit, ubi eumdem Centium peſſima morte defunctum invenit; cujus execrabile funus idem Guibertus cum ceteris excommunicatis pompatice & lamentabiliter celebravit. Eodem tempore, cum Rex Henricus in partibus Italiæ moraretur, Principes Regni apud Villam Forchem in unum pariter convenerunt, & Rodulphum egregium Ducem ſibi in Regem unanimiter elegerunt, virum ſiquidem magni conſilii, & in armis frequenter expertum, ac nimis illuſtrem. Quod ubi Rex Henricus audivit, non mediocriter commotus eſt, & in iracundiam vehementer exarſit. Verumtamen, ſicut vir callidus & ſagax, Dominum Papam Gregorium per nuntios ſuos blande & humiliter exoravit, quatenus eumdem Rodulphum mox excommunicationi ſubjiceret. Pontifex autem conſilio habito, reſpondit ſe hoc libenter facturum, ſi Rodulphus à ſe vocatus rationem ſui facti reddere nollet: non enim juſtum aut rationabile videbatur, ut priuſquam conveniretur excommunicationis gladio puniri deberet. Hujus itaque reſponſionis occaſione adverſus Pontificem maximam indignationem concepit; ſed quia graviſſim- *Principes Forchemi Rudolphum eligunt:*

F

EX MS. CENTII.

graviſſima ſibi negotia incumbebant, hoc prætermiſſo, in Franciam & Bavariam contra Rodulphum in manu valida feſtinavit: econtra Rodulphus, de juſtitia ſua confidens, ad conflictum certaminis animoſitate maxima properavit. Quid plura? Horribili bello acriter utrimque commiſſo, cæſa ſunt multa millia hominum hinc inde: ſed quis eorum prævaluerit non habetur certum.

hinc inter partes bella enata,

10 Poſt hoc autem Dominus Gregorius regreſſus eſt cum honore ad urbem Romam, & illico Synodum convocavit; in qua interfuerunt Nuntii amborum Regum, quibus Pontifex diſtricte præcepit, ne ipſi Reges ante adventum Legatorum ſuorum pugnare præſumerent; ſed congruus locus ab Epiſcopis utriuſque partis inveniretur, in quo ante ipſos Legatos rationes ſuas quæque pars ſecure valeat demonſtrare. Quod verbum licet Nuntiis ipſis placuerit, impediente tamen humani generis inimico, diſturbatum fuit; & iterum peccatis exigentibus inter eoſdem Reges horribiliter eſt pugnatum, ubi maxima virorum fortium multitudo cecidit. Quæ cauſa dum devenit ad aures ſummi Pontificis, pro tanta occiſione vehementer ingemuit: ſed à pio quod cœperat opere nolens deſiſtere, Synodum in proxima Quadrageſima iterum convocavit: in qua utriuſque partis Nuntii venientes, juraverunt ore proprio, quod ſtatutum ab Apoſtolica Sede colloquium per culpam ipſorum Regum nullatenus eſt diſturbatum. Ideoque deliberato Conſilio Pontifex ad partes illas Venerabiles viros Petrum Albaneum *b*, atque Odalricum *c* Paduanum Epiſcopos, & Aquilegicum Patriarcham *d*, pro ſedando tantæ diſcordiæ malo, tranſmittere ſtuduit: quibus in mandatis dedit, ut eoſdem Reges à bellorum congreſſibus prohiberent, & convocata Synodo Epiſcopos & religioſos viros ad ſuam præſentiam juberent accedere. Qui accepto mandato tranſierunt ad Regem in Bavariam, & ei conſilium & voluntatem Patris ſui Pontificis oſtenderunt: ſed apud ipſum efficere nullatenus potuerunt, quod in Regno ſuo pateretur Synodum celebrari, niſi Rodulphum Regem abſque citatione, non confeſſum vel convictum, excommunicationis vinculo innodarent. Quod quia Legati facere non præſumpſerunt, dolentes quod abſque fructu eorum fatigatio remanebat, infecto negotio remearunt ad urbem Romam. Iterum autem inter eoſdem Reges acriter eſt pugnatum, & multa millia hominum, maxime Boëmorum, cæſa ſunt.

cum magna utrimque cæde.

nihil proficiunt.

Reconciliatur Robert. Guiſcardi.

C Interea venerabilis Pontifex, receptis Nuntiis Roberti Guiſcardi, egregii Normannorum Ducis, verſus Apuliam poſt octavas Pentecoſtes iter arripuit, & cum ipſo apud Aquinum colloquium habuit. Congrua itaque ab eo ſatisfactione ſuſcepta, prius à vinculo excommunicationis eum abſolvit, & conſequenter fidelitatem & homagium ejus recepit. Poſtmodum vero jam aſſumptum in ſpecialem Beati Petri Militem, de totius Apuliæ & Calabriæ Ducatu, per vexillum Sedis Apoſtolicæ, inveſtivit.

B *Cauſæ cognoſcendæ miſſi Legati*

b

c

d

ANNOTATA.

a Udo, *quibuſdam* Ado, *Trevirenſis Archiepiſcopus ab an.* 1067 *ad* 1078: *meminit hujus legationis Browerus in Annal. Trevir. ad an.* 1077 *num.* 57, *ſed ignoravit injuriam Vdoni ea occaſione factam.*

b *Hic eſt* S. Petrus Igneus, *ex Ordine Valliſumbroſæ, an.* 1074 *creatus Cardinalis Epiſcopus Albanenſis.*

c Uldaricum *appellat Vghellus, qui eccleſiam Patavinam rexit uſque ad an.* 1090, *haud diu ante hanc Legationem creatus Epiſcopus.*

d Henricus, *mortuo miſerabiliter ſchiſmatico Sigefrido ſuffectus, hoc ipſo anno* 1077: *alii* Sigehardum *appellant: Vghellus* Sigefridum *à* Sigehardo *non diſtinguit.*

CAPUT III.

Guiberti Antipapæ promotio: Henrici fuga ab Vrbe: mors Gregorii.

11 EOdem quoque tempore Rex Henricus, in magna ſuperbia elevatus, antedictum Leimarum Bremenſem & Hermannum Bambergenſem Antiſtitem, cervicoſos viros, deſtinavit ad Urbem Romanam: per quos nimis proterve mandavit Papæ Gregorio, ac ſi poteſtatem ſuper eum haberet, quatenus Rodulphum ſibi adverſantem excommunicare nullatenus protelaret: quod ſi non faceret, ipſe Papam *a* ſibi acquireret, qui eccleſiaſtica cenſura ſui hoſtis inſolentiam coërceret. Venerabilis Papa, qui pro juſtitia ſanguinem proprium fundere paratus erat, non ad procacitatem *b* verborum ſuperbi Regis, ſed ad mandata Judicis æterni reſpiciens, ſæpe fatum Rodulphum, rationem juſtam prætendentem, anathematizare, ſicut non debuit, minime voluit: ſed eumdem Regem frequenter commonitum, & à ſuis exceſſibus non reſipiſcentem, quoniam legatos Sedis Apoſtolicæ Concilium in terra dominationis ſuæ nequaquam celebrare permiſit, tamquam inobedientem & rebellem iterato excommunicationi ſubjecit; quibus ita peractis, Legati cum indignatione ad Regis præſentiam redierunt, ipſius animum ad deteriora, ſicut viri Deo odibiles, inſtantius commoventes. Rex vero ubi ſe cognovit per ſententiam Romani Pontificis à conſortio fidelium ſegregatum, triſtis effectus eſt: ſed cum à diverſis diverſa darentur ſibi conſilia, in anxietatis dubio poſitus, quid potius eligeret ignorabat. Tandem perverſorum Antiſtitum & impiorum Principum ſententia prævalente, apud Brixiam generalem Curiam diſpoſuit celebrare. Convenerunt itaque in loco ipſo plurimi ſeditioſi & infames Epiſcopi, cum multitudine Clericorum & Principum, quatenus in jacturam Domini Gregorii Papæ poſſent aliquid mali ordinare vel ſtatuere, ut inter Romanam Eccleſiam & Imperium diſcordia futuris temporibus fuleiretur. Communicato itaque execrabili & deteſtando conſilio, de conſenſu ipſius Regis, elegerunt in Romanum Pontificem, immo Antipapam, Guibertum Ravennatenſem, virum manifeſte perjurum, ſatque omni malitia & doloſitate plenum. Et quoniam plerumque contigit, ut peccatum ſit pœna peccati, de ſuperbiæ radice proceſſit ad perjurium, de perjurio ad inobedientiam, de inobedientia ad excommunicationem cecidit, & de excommunicatione pervenit ad idololatriã. Hunc talem, ſicut diximus, Rex Henricus adoravit pronus in terram; qui etiam, ſuadente Dionyſio Placentino Epiſcopo, juraſſe aſſeritur, ut ab eo Imperii coronam acciperet. Quid plura? Ita peccatis exigentibus, omnes qui præſentes aderant mente excæcati ſunt, non ut reſpicerent cælum, ſed ad ejus veſtigia oſculanda, heu! proh dolor! ſe pariter incurvarunt. Et his ita peractis, Rex in apertam hæreſim lapſus, ad propria in Octavis Apoſtolorum regreſſus eſt; Guibertus vero hæreſiarcha, inſignitus Papalibus inſigniis, cum complicibus ſuis pompoſe intravit Italiam.

Henricus Gregorio minatus Antipapam

a

b

E

ideoque iterum excommunicatus.

in concilio. bulo Brixienſi

electũ Guibertum adorat.

F

12 Eodem tempore idem Rex, in maxima potentia & manu robuſta, commiſſurus prælium cum Rege Rodulpho, contumaciter intravit Saxoniam; cui ex adverſo Rodulphus potenter occurrit; & atrociſſimo hinc inde facto congreſſu, Henricus contumelioſe

Cum Rodulfo pugnans vincitur quidem,

A meliosè terga vertit, atq; in longum acerrimè ab hostibus persecutus, jam de vita diffidens, in quodam se castro recepit, ubi per septem dierum spatium latitavit. Rodulphus autem, sicut vir fortissimus & famosus, & in armorum exercitatione probatus, nequaquam fugit, sed victor & triumphator occubuit, c quia eũ sui nõ cognoscentes *c* exitialiter vulneraverant. Cum autem diutius requireretur à sociis suis, tandem super stragem & cadavera inimicorum, non sine planctu maximo, repertus est. Cujus mors postquam Henrico, latitanti & de fuga cogitanti nuntiata fuit; mox in altum cornu suum erexit, & adversus Dominum Gregorium Papam contumelias & terrores procaciter loqui cœpit, credens detestabilia facta sua in mortem Rodulphi Domino placuisse. Post ubi vero hæc gesta sunt, evolutis paucis diebus, Henricus filius ejus cum exercitu illustris Comitissę Matildis pugnavit: & quia, sicut fieri solet, varius est eventus belli, victoriam habuit. His igitur successibus provocatus derepente intravit Italiam, & post Pascha cum idolo quod erexerat Romam veniens, circa Pentecosten castrametatus est in prato Neronis. Sed quis tantorum prudentium virorum admirari non poterat Regis & Guiberti hæresiarchæ B apertam insaniam, & impudentem stultitiam? Quamvis enim mentis oculos perdiderint, visus tamen corporis non amiserant. An non videbant illam bestiam, quæ ab eis ducebatur, quam honorificè à Romanis suscipiebatur & venerabatur? Quippe pro laudibus exhibebant convitia, pro canticis ululatus, pro cereis lanceas, pro cœtibus Clericorum armatos. Ut autem in paucis plurima perstringamus, post agrorum vastationem, & multas cædes suorum civium, post varias clades atque miserias, quas perpessi sunt Romani, quia Pseudopapam recipere contempserunt; Rex, concepta spe ac desiderio suo fraudatus, & in sua erubescentia confusus, in Lombardiam cum suo idolo remeavit, & Dominus Gregorius Papa in Apostoliça Sede remansit intrepidus.

sed ejus mortem intellecta audacior.

& victoria à filio relata,

Guibertum Romã ducit frustra, semel,

iterumque,

15 Anno quoque secundo per Spoletanum Ducatum ad Urbem iterum redit, & per totum Quadragesimale tempus ipsam Romam cum multa hostilitate obsedit. Adveniente vero tempore Paschali, ut æstivum cauma vitaret, dispersit per circumpositas civitates exercitum, & ipse in Lombardiam cum paucis reverti studuit; Guibertũ vero apud Tiburtum dimisit, & exercitui suo præfecit: qui postposito Sacerdotio, per incumbentem æstatem agros & segetes Romanorum vastavit, & alia mala tamquam vir C sanguinum eisdem Romanis hostiliter intulit. Sic tertio quoque anno idem Rex ad obsidendam Romam reversus est: sed quia seipsum excommunicatum à Cluniacensi Abbate *d* atque aliis religiosis Deum timentibus pro certo haberi cognovit, ut eorum simplicitatem melius circumvenire posset, ad d callida se argumenta convertit. Post captionem itaque Ostiensis Episcopi & aliorum multorum, quos præcepit absolutos dimitti; universis Romam visitare volentibus firmam securitatem dedit, quam juramento publice confirmavit; & ut popularem favorem omnino consequeretur & gratiam, in publico dixit, quod à Domino Gregorio Papa Imperialis coronæ dignitatem vellet accipere. Quod postquam populus Romanus cum religiosis viris audivit, non mediocriter lætati sunt omnes; & ad vestigia Pontificis lacrymabiliter accedentes, ipsum cum magna instantia exoraverunt, ut patriæ jam fere perditæ miseraretur, & paterna clementia condoleret. Pontifex autem, qui pro justitia & ecclesiastica libertate tuenda, si rationabilis causa exigeret, mortem subire paratissimus existebat, constanter in hunc modum respondit: Ego versutias & calliditates Regis frequenter expertus sum: sed, si vult in iis in quibus manifeste peccavit Deo & Ecclesiæ satisfacere, ipsum libenter absolvam, & Imperialem sibi coronam cum benedictione imponam; alioquin nec debeo, nec possum vos in hac parte ullatenus exaudire.

Tertio anno simulans Rex se cum Gregorio rediturum in gratiam,

licet satisfacere Ecclesiæ renueret, à Romanis recipitur;

14 Quod verbum cum Rex remordente conscientia denegaret facere, & populus Pontifici per plures dies vehementer instaret, ut absque satisfactione Regẽ susciperet, & Pontifex ad eorum cæcas preces omnino permaneret immobilis; Rex paulatim cœpit popularem favorem pecunia & terrore sibi acquirere. Quod ut Pontifex manifeste cognovit, de constantia populi prorsus diffidens, in Castro Crescentii se cum Fratribus suis recepit. Rex itaque, quoniam populum Romanum ad voluntatem suam indubitanter attraxerat, Guibertum in Sede Apostolica violenter intrusit. Sed cùm de Romana Ecclesia nullum Episcopum vel Cardinalem posset habere, à Bononiensi, & Mutinensi, atque Cerviensi *e* Pseudoepiscopis fecit eum, secundum consuetudinem Romanorum Pontificum, execrabiliter benedici: & in festo Paschatis ab eodem Guiberto Imperii coronam impudenter assumpsit: post modicum vero ad obsidionem Castri *f* Crescentii universos Romanos conduxit. Pontifex autem, sicut vir cautus & providus, jam diu Robertum Guiscardi, egregium Normannorum Ducem, solicitate studuerat, ut in manu valida contra illatam sibi violentiam, & potenter succurreret; quem ad ipsius deliberationem cum maximo exercitu celeriter venientem audivit. Quod ubi Rex Henricus in veritate cognovit, vehementer expavit, & illico ad ecclesiam S. Petri rediens, domo Capitolina & Leonina civitate destructa, vale faciens Romanis, cum eodem Guiberto, non sine multo rubore, aufugit. In sequenti die, antequam Senam Rex pervenisset, memoratus Robertus Dux, tamquam leo fortissimus, Romam violenter intravit, quam non per triennium, sicut Rex Henricus, sed una & eadem die in manu valida cepit: atque beatissimum Patrem & Dominum nostrum Papam, suffragantibus sibi sanctorum Apostolorum Petri & Pauli meritis, ab obsidione qua tenebatur potentissime liberavit. Sic itaque ipsam venerabilem civitatem velociter expugnatam, sicut gloriosus triumphator, per plurimos dies possedit, vendens plurimos ex ipsis perfidis civibus, qui Dominum & Pastorem suum perdiderant: quosdam verò mutilavit, & quosdam secum usque ad Calabriam captivos duxit: sed in ingressu ipsius Civitatis regionem Lateranensem *g* ad g Colosseum ferro & flamma combussit. His igitur ita F peractis Dux ad propria rediit, & Patrem suum Gregorium Pontificem, in Lateranensi palatio sedentem cum Fratribus suis Episcopis, & Cardinalibus, in pace dimisit, pertractantem Ecclesiæ negotia pro sui officii debito, de diversis mundi partibus emergentia.

EX BERT. THOLDO.

& Guibertũ coronari faciens ab eo vicissim coronatur,

c

f

E

sed adventu Rob. Guiscardi coactus ab obsidendo Gregorio desistere

urbem arbitrio victoris relinquit.

15 Hic liberavit ab illicita occupatione sexaginta Mansionariorum B. Petri ecclesiam, qui universa Oratoria seu ministeria ipsius ecclesiæ præter majus altare, quadam violentia detinebant; & cunctas oratorum advenientium oblationes in usus proprios redigebant. Erant autem Cives Romani, uxorati seu concubinarii, barba rasi & mitrati, mentientes oratoribus & præcipue multitudini rusticanæ Lombardorum, asserentes se Cardinales Præsbyteros esse; quorum utique oblationibus receptis, indulgentiam eis & remissionem peccatorum ausu nefario impudenter præstabant. Hi occasione custodiendæ ecclesiæ; consurgentes intempestæ noctis silentio, infra & circa eamdem ecclesiam multa impune homicidia, rapinas, varia stupra, & diversa latrocinia exercebant: quos, sicut diximus, Beatus Pontifex ab eadem ec-

Gregorius à Mansionariis purgat ecclesiam S. Petri.

EX MS. CENTII. *& Salerni moritur,*

cleſia non ſine multa difficultate removit, & cuſtodiæ curam honeſtis Clericis & Sacerdotibus commiſit & tradidit. Hic ter quaterque verè Beatus Pontifex, poſt diutinam in Urbe moram, deſcendit in Apuliam; & occurrente ſibi ſibi jam dicto Duce Roberto Guiſcardi, Salerni famoſam civitatem glorioſe intravit. Ibique, dum ſalutis monita concurrenti populo daret, repente in lectum ægritudinis decidens, in beata confeſſione, poſt modicum, diem feliciter clauſit extremum. Ad cujus utique corpus, in B. Matthæi baſilica honorifice tumulatum, mirabilis Deus multa miracula operari dignatus eſt.

ANNNOTATA,

a *Centius*, Papatum.

b *Idem*, Procacitatis verba.

c *Longe aliter alii de morte* Rodulphi: *quem ab Aquilifero Cæſareo (Godefridum Bullionium credunt fuiſſe nonnulli) transfixum, & ab alio ſuperveniente dextera mutilatum volunt. Et de dextera quidam expreſſe Abbas Vſpergenſis & Auctor Vitæ Henrici ſic meminerunt, ut hanc dicant ultionem fuiſſe fidei Henrico non ſervatæ: quin etiam Vſpergenſis ait, ipſummet in morte ſua id agnoviſſe: quæ an fidem mereantur ſcripta ab Henrici partiariis, merito dubites: uti & ea, quæ contra ipſum ſcripta ſunt à partis melioris defenſoribus, haudquaquam in omnibus certa ſunt.*

d S. Hugo Cluniacenſis *hic fuit, cujus gratiam quàm ſupplicibus litteris ambiverit ſimulate pœnitens Henricus, maxime cum cœpit filium ſibi oppoſitum experiri, oſtendimus § 2 ante S. Hugonis Acta 29 Aprilis. Erat autem ille tunc in Italia, viſitque Caſſinenſe monaſterium, uti ad an. 1083 num. 16 Baronius docet.*

e *Erant hi*, Sigefridus *Bononienſis*, Heribertus *Mutinenſis*: Cervienſis *nomen ignoratur, deficiente Epiſcoporũ ſerie ab anno 1069, quando ſcitur quemdã* Bonum *vixiſſe, (qui forte uſque huc ſuperfuit) ad annum 1101: Blandus autem pro Cervienſi*, Tarviſinum *ſubſtituit, qui poſſet fuiſſe* Accelinus, *anno 1082 Eccleſiã iſti præſidens: ab his autem execrationem ſuam potius quam conſecrationem accepit Guibertus, in Dominica Palmarum anno 1084, adeoque 24 Martii: nam Paſcha celebratum fuit 31 ejuſdem.*

f Moles Adriani *antiquitus, deinde S. Angeli ſub Gregorio I dicti cœpta, adjectiſque poſtea munitionibus* Caſtrum; *& anno 985, ab eo qui poſtea ipſum novis operibus communivit*, Creſcentio Numentano, *nomen diu tenuit, & ut apparet etiam hac ætate tenebat. Vſpergenſis nominat* Caſtellum Creſcentii, quod vulgo domus Theodorici dicitur.

g *Nicolao* Coliſeum, *quod nomen hodieque in uſu eſt, & erat cum ſcriberet Anaſtaſius Bibliothecarius: ita autem dictum volunt Amphitheatrum illud maximum, quod à Veſpaſiano & Tito extructum eſſet juxta viam ſacram, eo loci, qui jam à Neronis tempore nomen habebat ab immani 120 pedum Coloſſo, quem ille ſibi erexerat.*

III. ACTA PONTIFICALIA

ex Ms. noſtro de Vitis Pontificum uſque ad Martinum V deductis.

CAPUT I.

Acta primo hujus Pontificatus quinquennio. a

a *Anno 3. Pontif. captus à Centio, à Romanis liberatur,*

HIc præclarus & almificus Pontifex, III anno ſui Pontificatus, in Nocte Nativitatis Domini, apud S. Mariam Majorem ad Præſepe, dum Miſſam celebrabat, in confractione Dominici Corporis ſuper altari, à quodam Centio Stephani captus fuit & perductus in domum dicti Centii: quæ domus poſita erat in loco, qui vocatur *b* Partioni. Sed quia dies erat celeberrimus, omnes Romani in unum convenerunt, & ad prædictam domum capiendam perrexerunt, & Dominum Papam de tanta injuria liberaverunt. Liberatus itaque D. Papa, ad eccleſiam in qua captus fuit, indutis ſolennibus veſtimentis ut mos erat reverſus, Miſſam quam inceperat perfinivit: ad palatium denique coronatus, & cum omni laude Epiſcoporum atque Cardinalium & Procerum reverſus, quidquid conſuetudinis eſt celebravit. Romani, tantam injuriam ferre non valentes, domum Centii cum omnibus bonis devaſtarunt, & in terram contra D. Papæ voluntatem proſtraverunt. Ipſe vero qui malum & prædictum ſcelus commiſerat, aufugit à manibus eorum, & Curiam Teutonici Regis requiſivit. Quid vero mali commiſerit, quas falſitates compoſuerit, quam diſcordiam inter Regnum & Sacerdotium fecerit, & ad ultimum ſuo inſtinctu uſque in finem perduxerit, in ſequentibus (prout melius potero) explicare curabo. Nunc pauco intervallo, quod prædictus Pontifex, interea dum ipſe ivit, ſtetit, & rediit, operatus eſt, dicere pro poſſe ſtudeam.

illo ad Regẽ tranſgreſſo.

2 Secundo anno ſui Pontificatus, antequam iſtud factum fuiſſet, unde præfatus *c* malevolus occaſionem acceperat, in Concilio, quod ipſe Romæ à VI Kal. Martii uſque ad 11 Kal. prædicti menſis celebravit; quinque de familia Regis Teutonicorum, quorum conſiliis eccleſiæ vendebantur, à liminibus Eccleſiæ ſeparavit. *d* Ita ut, ſi abinde uſq; ad Kalendas Junii Romam non venirent & ſatisfacerent, excommunicati haberentur. Philippus *e* Rex Francorum, ſi Nuntiis Papæ ad Gallias ituris, de ſatisfactione & emendatione ſecuritatem non fecerit, habeatur excommunicatus. Liemarum Bremenſem Archiepiſcopum, pro inobedientia ſuperbiæ ſuæ, ab Epiſcopali officio ſuſpendit, & à Corpore & Sanguine Domini interdixit. Guarnerium Strazburgenſem ab Epiſcopali & Sacerdotali officio ſuſpendit. Henricum Spirenſem ſuſpendit: Herimannum Bambergenſem, ſi ante Paſcha non venerit ſatisfacturus, ſimiliter ſuſpendit. Item in Longobardia Gulielmum Papienſem & Cunibertum Taurinenſem ſuſpendit. Dionyſium Placentinum depoſuit. Robertum Ducem Apuliæ jam anathematizatum, & Robertum de Loritello, invaſores bonorum S. Petri, excommunicavit.

Cauſam ſceleri dederat Synodus anni 2, in qua plures Epiſcopi excommunicati fuerant:

3 Tertio vero anno idem Papa Romæ in Baſilica Salvatoris Synodum *f* celebravit, in qua Sigefridum Maguntinum Archiepiſcopum, qui conatus eſt Epiſcopos & Abbates Regni Teutonicorum à ſancta Romana Eccleſia ſpeciali Matre ſua ſcindere, judicio ſancti Spiritus & auctoritate Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ab omni Epiſcopali officio ſuſpendit, & à communione Corporis & Sanguinis Domini ſeparavit, niſi forte mortis periculum ei ſupervenire, ita tamen ut pœnitentia ductus reſipiſceret: ceteros vero qui ejus ſchiſmati conſentiendo ſubſcriberent, ab omni Epiſcopali officio ſuſpendit. *g* Illos vero qui non ſua ſponte conſenſerunt uſque ad feſtivitatem S Petri toleravit, eo quidem reſpectu, ut ſi infra iſtũ terminum idoneam, aut per ſe aut per nuntios ſuos, ſatisfactionem præſentiæ ſuæ non obtulerint, Epiſcopali deinceps officio priventur. Epiſcopos Longobard.æ, qui ſpreta Canonica & Apoſtolica auctoritate contra B. Petrum Apoſtolorum Principem [eique præſtitum] ſacramentum conſpiraverunt, auctoritate ejuſdem B. Petri ab omni Epiſcopali officio ſuſpendit, & à communione Sanctæ Eccleſiæ ſeparavit. Agathenſem Epiſcopum Berengarium

ſicut & in altera anni 3, in qua etiam excommunicatus Rex,

A rium, quia Narbonenſi Epiſcopo excommunicato, communicavit,& vices Epiſcopales pro illo fecit, excommunicavit. Viennenſem Epiſcopum Herimannum, juſte depoſitum pro Simonia, perjuriis, ſacrilegiis, apoſtaſia, quia Viennenſem Eccleſiam infeſtare non deſiſtebat, excommunicavit: & Eccleſiis Romanenſi & S. Iſidori Lugdunenſi, quouſq; eas occupaverit, divinum interdixit Officium. Deſiderium & Romanenſis Eccleſiæ Clericos, qui Regulares ab ea expulerunt & excommunicatis communicaverunt, inde donec ſatisfacerent excommunicavit. Abbatem S. Ægidii ſimiliter & Comitem S. Ægidii, propter conſanguineam; & Comitem Forenſem, & Umbertũ
h de Bello-joco, propter infeſtationes Lugdunenſis Eccleſiæ; Podienſem, Simoniacum *h* [&] homicidam Stephanum, ſcilicet à Legatis ſuis excommunicatum, & Pontium Gratianopolitanum quouſq; reſipiſceret excommunicavit: & ea quæ Dienſis Epiſcopus in Epiſcopatu Dienſi de decimis, & primitiis, & eccleſiis
i fecit, & cetera quæ in Legatione *i* Apoſtolica ſtatuit, confirmavit.

4 Item Henricum, filium Henrici Imperatoris, in eadem Synodo in hunc modum excommunicavit.
k Beate Petre Apoſtolorum Princeps &c. *k* . . . Poſt
B excommunicationem vero multum rogatus à quibuſdam fuit ut pacem cum eo faceret. Reſponſio [autem] illius talis erat: Cum eo nos pacem velle habere, ſi ipſe cum Deo pacem [habere] ſtuduerit: nam
conſtantiſſime in hoc agente Gregorio, veſtra fraternitas minime ignorat, quanto tempore ſancta Eccleſia inauditas pravitates & diverſas iniquitates Regis (& utinam Chriſtiani veri!) ſuſtinuit, & quantæ ruinæ quantæque calamitatis ipſo auctore, hoſte antiquo præcedente, [jantra] patuit: cui nos paterna dilectione, & amore patris ac matris ejus ducti, adhuc in Diaconatu poſiti, admonitionis verba ſuaviſſima tranſmiſimus, atque ſummopere & frequenter eum per viros religioſos revocare procuravimus. Illis autem qui dicebant Regem non poſſe excommunicari, ſic reſpondebat. Quando Deus Eccleſiam ſuam Terbeato Petro commiſit, dicens, Paſce oves meas, Reges excepit? Ubi Deus principaliter B. Petro dedit poteſtatem ligandi & ſolvendi in cælo & in terra, nullum excepit, nihil ab ejus poteſtate ſubtraxit: nam qui ſe negat Eccleſiæ vinculo non poſſe alligari, reſtat ut neget ſe non poſſe ab ejus poteſtate abſolvi: & qui hoc impudenter negat, ſe omnino à Chriſto ſequeſtrat. Nunc qualiter eſt reverſus prædictus Rex poſt excommunicationem ad D. Papæ obedientiam, & quid fecerit, dicamus.

C 5 Ad oppidum Canuſii apud Longobardiam, in
qui tamen Canuſii pœnitentem abſolvit, quo D. Papa erat cum paucis, Rex advenit: ibique per triduum ante portam caſtri . . . perſiſtens . . . omnes ad compaſſionis miſericordiam movit . . . Denique inſtantia compunctionis ejus & tanta omniũ qui ibi aderant ſupplicatione devictus D. Papa, tandẽ eum, relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam & ſinum Matris Eccleſiæ recepit, acceptis ab eo ſecuritatibus quæ inferius ſcriptæ ſunt . . . . Hoc eſt jusjurandum Henrici Regis Teutonicorum: Ego
l Henricus Rex *&c. ut ſupra in Vita num.* 75 Actum
& negat ſua opera electũ fuiſſe Rudolfum. Canuſii v Kal. Februarii Indictione xv. *l* Dum vero in excommunicatione manebat, divortium quoddam inter Henricum Regem & Rodulfum de dignitate ortum eſt: quod videlicet divortium multi à D. Papa factum eſſe clamabant: ſed nullo modo ſe illos offendiſſe
m *m* prædictus Pontifex profitebatur, imo utrique miſit ut viam ſibi præpararent, quatenus pro diffiniendo tanto negotio ſecure poſſet procedere: quia mallet millies, ſi poſſet, mori, quam ſua occaſione tot millia hominum morti traderentur.

n 6 Quinto anno *n* ſui Pontificatus celebravit Romæ Synodum, ubi interfuerunt Archiepiſcopi & Epiſcopi diverſarum urbium fere numero centum, nec non & Abbatum ac diverſorum Ordinum Clericorum & laicorum innumerabilis multitudo: in qua Apoſtolica auctoritate [multa quæ corrigenda erant correxit & quæ corroboranda firmavit. Inter cetera autem in fine Synodalis abſolutionis Tedaldum, dictum Archiepiſcopum Mediolanenſem, &] Guibertum Ravennatem, inaudita ſuperbia & hæreſi adverſus ſanctam Eccleſiam Catholicam ſe extollentes, ab Epiſcopali & Sacerdotali officio ſuſpendit: & olim jam factum anathema ſuper ipſos renovavit, eo quod vocati ad Synodum venire *o* contempſerunt. [Arnulphum Cremonenſem, publice coram D. Papa convictum & confitentem ſe Simoniacum, ab omni Epiſcopali officio abſque ſpe recuperationis depoſuit, & uſque ad condignam ſatisfactionem anathemate percuſſit]. Rolandum quoque Tarviſienſem, qui pro adipiſcendo Epiſcopatus honore ſubdolus factus Legatus, inter Regnum & Sacerdotium ſchiſma facere non abhorruit, [ut amodo & uſque in ſeculum Epiſcopali careat dignitate, Apoſtolica cenſura cẽſuit; & ut nullus ſucceſſorum ſuæ conſecrationi aliquo modo conſentiat, modis omnibus prohibuit; &] perpetuo anathemate eum alligavit, niſi reſipuerit & digne Deo
E ſatisfecerit. Ugonem Cardinalem tit. S. Clementis, tertio ab Apoſtolica Sede damnatum, eo quod aſpirator & ſocius factus hæreſis Caduli Parmenſis Epiſcopi; [& iterum conſtitutus Legatus Apoſtolicæ Sedis, hæreticis & Simoniacis & ab Apoſtolica Sede damnatis ſe conjunxit; & tertio factus apoſtata & hæreſiarcha, ſchiſmata & diviſiones atque ſciſſuras in Eccleſia Dei, tentans eam ſcindere, fecit; ab omni Sacerdotali officio privavit, & tam ab ingreſſu & honore prædictæ Eccleſiæ, quam omnium Eccleſiarum ſub perpetua & irrevocabili ſententia ſubmovit, &] *imprimis contra Vgonem Card.* uſq; ad ſatisfactionem anathemate percuſſit. [Renovavit etiam excommunicationem à prædeceſſoribus factam ſuper Gaufredum Archiepiſcopum Narbonenſem, & abſque ulla recuperationis ſpe ab Epiſcopali Officio eum ſubmovit.] . . . Expleto Concilio
q miſit nuntios ſuos, videlicet Bernardum *q* Diaconum
r & Bernardum *r* Maſſilienſem Abbatem, cum Udone Treverenſi Archiepiſcopo, ad componendam pacem cum Rege Henrico & Rodulfo, quem Teutonici ſibi Regem elegerant; præcepitque eis ut ſtricte diſcernerent, quis ex duobus majorem haberet juſtitiam; & cuicumque juſtitia competeret, illi Regni gubernacula traderent: quia juſtior pars amplius de Deo confidere poteſt, & poteſtate B. Petri omnino erit adjuta.
F

Idem an. 5 Pontificatus, renovat excommunicationem in rebelles Epiſcopos ſtrictam,

& legatos ad Regem mittit.

EX MSS.

ANNOTATA.

a *Præmittitur decretum electionis, iiſdem verbis quibus in Vita num.* 21, *cum hac dumtaxat varietate, quod ibi ſimpliciter electio facta dicatur* die ſepulturæ Domini Alexandri; *hic vero* die III Sepulturæ. *Quia autem facilius fuit originali textui aliquid decedere per incuriã tranſcribentium, quam accedere; ideo non videtur id otioſe prætermittendum: ſed ſuſpicor originaliter ſcriptum fuiſſe,* die III mortis & die ſepulturæ.

b *Exgraphum quidem noſtrum* Parriam: *ſed hujuſmodi mendis ipſum ſcatet, elegantia majori quam accuratione tranſcriptum. Eſt autem* Parrione *nomen Regionis unius ex* 14, *in quas Vrbs tota dividitur, ſimulque plateæ ab illa ducentis verſus Pontem S. Angeli: atque ita facile conciliabuntur textus, in quibus vocatur* turris ad pontem S. Petri, *quia per hunc itur ad Burgum S. Petri, ſeu Vrbem quam vocant Leoninam.*

c *Mss. Vitæ Pontificum apud nos habent quidem* Maji: *ſed Summarium Actorum, deſcriptum in Regiſtro libri ſeu anni ſecundi, uti teſtatur Baronius, habet* Martii: *& merito. Nam Summarium iſtud, in quo notatur Dionyſii depoſitio, continetur in epiſtola* 54, data Romæ v Nonas Martii

A Martii Indictione XIII; *ipsumque summarium ponitur statim post Epistolam* 2, *datam* in Synodo, secunda Kalendas Martii. *Cum ergo sequens Pascha, ad quod infra citatur Hermannus Bambergensis, celebrandum fuerit* 5 *Aprilis; sequitur Synodum hanc cœpisse fer.* 3 *primæ Hebdomadæ Quadragesimalis in festo S. Matthiæ. Notatus autem in eodem Registro annus Christi* 1074, *indicat usque ad proximum Annuntiationis festum tunc adhuc Romanis cucurrisse suum annum, ex usu Florentinorum, quod & Baronius notavit.*

d *Quæ sequuntur visum est ex Registro juxta Baronium hic adjungere, tamquam ex fonte, unde partem delibavit Auctor horum Actorum.*

e Philippum Franciæ Regem, *de Simonia apud se accusatum a Clero Matisconensi, jusserat Gregorius à Ruderico Caballonensi Episcopo moneri per epistolam,* datam Piperni II Nonas Decembris Indict. XII, *adeoque tribus fere mensibus ante hanc Synodum.*

f *Hanc quoque Synodum esse in Quadragesima celebratam, cujus* 1 *Dominica incidit in* 15 *Februarii, persuadet nota anni* 1075 *adhuc usque ad Annuntiationem currentis, addita apud Baronium ex eodem (ut putamus) Registro; ubi non dubito quin in Summariis aliarum sequentium sub Gregorio Synodorum anni uniformiter incipiantur; licet Baronius, abhinc stylum mutans, annos notet velut à Kal. Ianuarii cœptos.*

B

g *Ex eodem fonte rursus addo sequentia.*

h *Deerat conjunctio, quam supplemus: agitur enim (ut apparet) de Podiensi Episcopo, qui tunc erat Stephanus, adeoque de eodem.*

i *Legationis,* Hugoni Diensi *per Galliam commissæ, multa est mentio in epistolis Gregorii, sed omnes hoc anno posteriores sunt, ut videatur non diu ante cœpta fuisse.*

k *Eamdem ipsam formulam jam legisti in Vita num.* 63, *quare hic omittitur.*

l *Adeoque anno* 1077. *Datam omiserat Paulus: quem apparet hinc verbotenus descripsisse totum istum locum: quare eadem hic iterare nolentes, punctis signatis lectorem illuc remittimus.*

m Offendisse, *id est, in mutuam offensionem concitasse.*

n Annum 1078 *notant Acta Synodi apud Baronium, & ex lib.* 5 *epist.* 13 *constat indictam fuisse, pro* proxime venturæ Quadragesimæ hebdomada *prima, cujus Dominica eo anno, Pascha habente ad* 8 *Aprilis, incidere debebat in* 25 *Februarii.*

C

o *Ms. nostrum præcitatum litt* c *quia de Thedaldo tacuerat, omnia posuit in singulari: sed Epistolam Guiberto nominatim scriptam, ad omnes etiam Lombardiæ Episcopos &c. directam esse, habet titulus: & verosimiliter Thedaldo nominatim exemplar missum fuit, tamquam capiti Episcoporum Lombardiæ, sicut Guibertus erat Æmiliæ.*

p *Sequebantur hic quæ habet Paulus de mittendis ad pacem Legatis num.* 90; *& ante conclusionem, qua dicitur id totum* Actum Romæ, in ecclesia Domini Salvatoris, V Nonas Martii, Indictione I, *alia quædam decreta leguntur apud Baronium, indeque in Collectione Conciliorum, quæ satis est ibi posse inveniri.*

q Bernardum Diaconum *Papiensem, à Nicolao II creatum Cardinalem ait Lambertus Schaffnaburgensis, aliqui ab ipsomet Gregorio primum volunt esse promotum.*

r *Hunc quoque Abbatem S. Victoris Gregorius Cardinalem creaverat: qui à Bertholdo Constantiensi laudatur ut* vir omni caritate plenus, *& obiit anno* 1079.

CAPUT II.

Plures Synodi reliquo Gregorii Pontificatu ab eo habitæ.

7 ANno sexto Pontificatus Gregorii, mense Novembri die XVII, Indictione II, Marro, * Guilleri filius, habitator in Ducatu Spoletano, pro redemptione animæ suæ & parentum suorum, obtulit B. Petro & super altare ejus omnia quæ ei pertinebant de castro quod vocatur Moricida, posito inter Muricem & Clarignanum, quod conquisitum habebat per concambiationem à Liraldo & Hugone, nepotibus Ugonis filii Ascari, in plebe de *a* Luzano, reservato usu fructu diebus vitæ suæ & Brutuli sui filii & filiorũ Brutuli, si masculi fuerint de legitimo matrimonio procreati. Eodem vero anno [III Kal. Decembris, Synodus] celebrata est ab eodẽ Pontifice, in qua inter cetera excommunicatus est Constantinopolitanus *b* Imperator. Juraverunt quoque in eadem Synodo Legati Henrici & Rodulfi, quisq; pro Domino suo, quod nullis dolis Colloquium Legatorum Sedis Apostolicæ in Teutonico Regno habendum impedient. Multa etiam alia sunt ab eodem in eadem Synodo constituta, *c* quæ longum est enarrare. Renovavit autem & anathema factum super Guibertum Ravennatem, & civibus majoribus omnibus atque minoribus nuntiavit, eum esse excommunicatum & destructorem Ecclesiæ Ravennatis.

* *an.* Guillermi? *An.* 1078 *acceptat donationẽ factã S. Petro:*

a

b *Synodum celebrat mẽse Decembri,*

E

c

8 Altero quidem anno *d*, Pontificatus ejusdem VI, mense Februario Indictione II, celebrata est Synodus Romæ, ad honorem Dei & ædificationem Ecclesiæ, in basilica sancti Salvatoris; in qua omnes Archiepiscopi, Episcopi, Religiosæ personæ, congregatæ sunt ut sanctam Synodum celebrarent. Omnibus igitur congregatis, habitus est sermo, de Corpore & Sanguine D. N. Jesu Christi, multis hæc, nonnullis illa, prius sentientibus. Maxima siquidem pars, panem & vinum, per sacræ orationis verba & Sacerdotis consecrationem, Spiritu sancto invisibiliter operante, converti substantialiter in Corpus Dominicum, de Virgine natum, quod & in cruce pependit; & in sanguinẽ, qui de ejus latere militis effusus est lancea, asserebat, atque auctoritatibus orthodoxorum Patrum, tam Græcorum quam Latinorum, modis omnibus defendebat: quidam vero, nimia cæcitate perculsi, figuram tantum; [& substantiale illud corpus in dextera Patris sedens esse], se & alios decipientes, quibusdam cavillationibus conabantur adstruere. Verum ubi cœpit res agi, prius etiam quam tertia die ventum fuerit in Synodum, defecit contra veritatem niti pars altera. Nempe sancti Spiritus ignis, emolumenta palearum consumens, & fulgore suo falsam lucem diverberando obtenebrans, noctis caliginem vertit in lucem. Denique Berengarius, hujus erroris magister, post longo tempore dogmatizatam impietatem, errasse se coram Concilio frequenti confessus, veniamque postulans & orans, eam ex Apostolica clementia meruit, juravitque sicut in consequentibus continetur.

d *An.* 1079 *in Synodo discussa controversia de Eucharistia,*

F

9 Ego Berengarius, corde credo & ore confiteor, panem & vinum, quæ ponuntur in altari, per mysterium sacræ orationis & verba nostri Redemptoris, substantialiter converti in veram & propriam ac vivificatricem carnem & sanguinem D. N. Jesu Christi: & post consecrationem esse verum Christi corpus, quod natum est de Virgine, & quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit, & quod sedet ad dexteram Patris; & verum Sanguinem Christi, qui de latere ejus effusus est; non tantum per signum & virtutem Sacramenti, sed in proprietate naturæ & veritate

excivit retractationẽ Berengarii,

A veritate ſubſtantiæ, ſicut in hoc brevi continetur, & ego legi, & vos intelligitis. Sic credo, nec contra hanc fidem ulterius docebo: ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Euangelia. Tunc D. Papa præcepit Berengario, ex auctoritate Dei omnipotentis & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ut de Corpore & Sanguine Domini numquam ulterius cum aliquo diſputare, vel aliquem docere præſumeret; excepto cauſa reducendi ad hanc fidem eos, qui per ejus doctrinam ab ea receſſerant.

*& juramenta Legatorum Henrici & Rudolfi, * forte regionem.*

10 His itaque pie & feliciter actis, inter multas proclamationes conqueſti ſunt Legati Regis Rodulphi ſuper Henrico, quod, nulli loco, nulli perſonæ parcens, * religionem Tranſalpinam contereret & conculcaret: neminem debitus ordo, honor aut reverentia tueretur; & uti vilia mancipia, non modo Sacerdotes & Clerici, verum etiam Archiepiſcopi & Epiſcopi caperentur, vinculiſque manciparentur, partimque trucidarentur. Decreverunt ergo quam plures Concilii, in illius tyrannidem gladium Apoſtolicum debere evaginari: ſed diſtulit Apoſtolica manſuetudo. Juraverunt igitur Legati Henrici Regis illud, quod in ſequentibus ſcriptum reperitur: Legati Domini mei ad vos venient infra terminum *e* Aſcenſionis Domini, excepta majori vi, id eſt morte vel gravi infirmitate vel captione abſque dolo, qui Legatos Romanæ Eccleſiæ ſecure ducent & reducent: & Dominus Rex erit obediens illis, ſecundum juſtitiam & judicium illorum: & hæc omnia abſque dolo, niſi quantum ex juſſione veſtra remanſerit. Et hæc juro ex præcepto Domini mei Regis Henrici. Itidemque Rodulfi quod ſequitur: Si Colloquium ex veſtro præcepto conſtitutum fuerit in partibus Teutonicis, loco & tempore à Vobis definito, ante præſentiam veſtram vel Legatorum veſtrorum, Dominus noſter Rex Rodulfus vel ipſe veniet, vel Epiſcopos & fideles ſuos mittet: paratuſque erit judicium de cauſa Regni ſubire, nulloque malo ingenio Conventum à Vobis ſive Legatis veſtris conſtitutum impediet: & poſtquam inde certum veſtrum nuntium videbit, de pace in Regno ſtatuenda & confirmanda, ſtudebit ut legatio veſtra provenire ad pacem Regni & concordiam poſſit. Hæc omnia obſervabuntur, niſi quantum ex veſtra licentia remanſerit, vel ex impedimento legitimo, ſcilicet morte vel gravi infirmitate vel captione ſine dolo *f*.

de recipienda definitione Concilii ad hoc cogendi:

B

f

In Synodo anni 7 Pontific. prohibentur in veſtituræ laicales,

C

11 Septimo quoque anno ſui Pontificatus idem Pontifex Romæ celebravit Synodum, in qua interfuerunt Archiepiſcopi & Epiſcopi diverſarum urbium, nec non & Abbatum ac diverſorum ordinum Clericorum & laicorum innumerabilis multitudo: in qua Apoſtolica conſtituta corroborans, multa quæ corrigenda erant correxit, & quæ corroboranda firmavit. Inter cetera namque in fine Synodalis abſolutionis hæc annexuit, & perpetuæ memoriæ poſteris ſcribenda mandavit, ita dicendo: Patrum ſanctorum ſtatuta ſequentes, ſicut in prioribus Conciliis, quæ Deo miſerante celebravimus, de ordinatione eccleſiaſticarum dignitatum ſtatuimus, ita & nunc Apoſtolica auctoritate decernimus ac confirmamus, ut ſi quis deinceps Epiſcopatum vel Abbatiam de manu alicujus laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter Epiſcopos vel Abbates habeatur, nec ulla ei ut Epiſcopo ſeu Abbati audientia concedatur: inſuper ei gratiam S. Petri & introitum eccleſiæ interdicimus, quouſque locum, quem ſub crimine tam ambitionis quam inobedientiæ, quod eſt ſcelus idololatriæ, cepit, reſipiſcendo non deſerit. Similiter etiam de inferioribus eccleſiaſticis dignitatibus conſtituimus. Item ſiquis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quarumlibet ſecularium poteſtatum aut perſonarum inveſtituram Epiſcopatus vel alicujus eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumpſerit, ejuſdem ſententiæ vinculo ſe obſtrictum eſſe ſentiat. [Inſuper etiam niſi reſipiſcat, & Eccleſiæ propriam libertatem dimittat, divinæ animadverſionis ultionem in hac præſenti vita, tam in corpore quam in ceteris rebus ſuis ſentiat, ut in adventu Domini ſpiritus ſalvus fiat.

12 Item ſententiam depoſitionis & excommunicationis, jam plerumque datam in Theodaldum Mediolanenſem dictum Archiepiſcopum, & Guibertum Ravennatem, & Rolandum Tarviſienſem confirmamus & corroboramus: & Petrum olim * Rodonenſe Epiſcopū, nunc autem Narbonenſis Eccleſiæ invaſorem, pari ſententia damnamus. Item ſi quis Normannorum terras S. Petri, videlicet illam partem Firmanæ Marchiæ quæ nondum pervaſa eſt, & Ducatum Spoletanum & Campaniam, nec non Maritimas atque Sabinum & Comitatum Tiburtinum, nec non monaſterium S. Benedicti montis-Caſſini & terras ſibi pertinentes, inſuper & Beneventum invadere vel deprædari præſumpſerit, gratiam S. Petri & introitum eccleſiæ ei uſque ad ſatisfactionem interdicimus. Verumtamen ſi quis illorum adverſus habitatores harum terrarum aliquam juſtam cauſam habuerit, prius à Nobis, vel Rectoribus ſeu Miniſtris inibi conſtitutis, juſtitiam requirat: quæ ſi ei denegata fuerit, concedimus ut pro recuperatione ſuarum rerum de terra illa accipiat; non tamen ultra modum neque more prædonum, ſed ut decet Chriſtianum, & eum qui ſua magis quærit recipere quam aliena diripere, & qui timet gratiam Dei amittere & maledictionem B. Petri incurrere. *g* . . . .

**. 1. Ruthenen.*

proſpicitur paci cum Normannis tenenda:

E

g

13 In octavo ſui Pontificatus anno, Epiſcopis per Principatus Apuliæ & Calabriæ conſtitutis, inter cetera verba, in quadam Epiſtola, *h* malignitates Regis Henrici & Guilberti Ravennatis Archiepiſcopi, *in jam dicta Synodo excommunicatorum*, denuntiavit. Primum namque malitiam, quam ſuper ipſum D. Papam Alexandrum per Cadulum Parmenſem facere conatus eſt, innotuit; & quod Deus, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam, ſuperbiam eorum in foveam, quam aliis paraverant, cadere pro ſuis ſceleribus juſte permiſerit, nuntiavit. Guibertum vero, Romanæ Eccleſiæ perjurum, Ravennatis Eccleſiæ devaſtatorem, Antichriſtum & hæreſiarcham, pro nefandiſſimis ſuis ſceleribus, deſignavit. Omnibus vero Epiſcopis & Ravennatis Eccleſiæ Suffraganeis, & omnibus majoribus & minoribus ejuſdem civitatis, ac per totam Marchiam nec non totum Ducatum, ſine ſpe recuperationis damnatum atque depoſitum, notificavit: quorum almificus Præſul auxilio fretus, ſicut B. Petrus B. Apollinarem tranſmiſit ad prædicandum; ſic ipſe, qui licet indignus vicem ejus gerebat, Archiepiſcopum *i* ibi ad hominum animas Deo lucrifaciendas, & hæreſim prædicti Guiberti deſtruendam, mittere curavit. Eodem vero anno, Romæ in Baſilica S. Salvatoris, celebrata eſt ab eodem Pontifice *k* Synodus: in qua inter cetera [ſententiam depoſitionis Archiepiſcoporum Arelatenſis & Narbonenſis, atque excommunicationis per Legatos Apoſtolicæ Sedis promulgatam D. Papa, his qui aderant collaudantibus, firmavit]. Henricum quoque dictum Regem & omnes fautores ejus, qui in prædicta excommunicatione animum induraverant, iterum excommunicavit & anathematizavit; item Ildimundum & Landum Campaninos tyrannos; omnesque adjutores eorum. Præterea ſuſpendit ab officio quoſdam Epiſcopos, qui ad Concilium invitati, neque ipſi neque nuntii eorum pro ipſis venerunt.

An. 8, expenduntur & puniuntur ſcelera Guiberti Antipapæ.

h

F

i

& in alia Synodo,

k

anathemata priora nominatim inſtaurantur.

14 Anno duodecimo Pontificatus ejusdem D. Gregorii, ab Incarnatione Domini MLXXXIIII,

EX MSS. *An.* 1084 *multi Synodo defuerunt*

XII Kalendas Decembris, præſidente eodem Apoſtolico, celebrata eſt tribus diebus in Lateranenſi baſilica Synodus, in qua fuerunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates Campaniæ, & de Principatibus Calabriæ atque Apuliæ, paucique Gallicani: nam plurimos perfidia Henrici tyranni iter revertere compulit: qui Oſtienſem *l* Epiſcopum, de Legatione Apoſtolica redeuntem, contra fas & juramenti fidem, capi juſſit ſive permiſit. Tres autem Synodos Quadrageſimales *m* ejuſdem Henrici perſecutio præpedivit: qui ſemel B. Paulum, bis B. Petrum aggreſſus, demum poſt multum fuſum ſanguinem, non tam ſuorum fortitudine quam negligentia civium, portas & muros ſurripuit. Romanum ſiquidem vulgus, pars videlicet copioſior civitatis, biennali bello fatigatum, acri inedia laborabat; cum nec ipſis ad vicina oppida vel caſtra liceret, nec jurati Henrici ad urbem vellent negotiatum venire: multi autem fame adacti urbem reliquerant: proinde ceteri, bello remiſſius attenti, rem ex animo minus gerebant, & à cuſtodiis prout cuique libebat ſine timore negligentius aberant.

propter Henrici tyranni-dem:

15 Hæc ſuper Henrici tyrannide, quia ſe occaſio præbuit, perſtrinxiſſe ſufficiat. [Ceterum Dominus Apoſtolicus in eadem Synodo, de fidei forma & Chriſtianæ religionis converſatione, ſed & de robore animique conſtantia, ad præſentem preſſuram neceſſaria, ore non humano ſed Angelico patenter ediſſerens, die tertia totum fere Conventum in gemitus & lacrymas compulit: ſicque Concilium, Apoſtolica benedictione lætificatum, in pace dimiſit]. Tres autem vices Henricus, ut dictum eſt, Romã venerat. Sed unum eſt quod cum ſilentio præterire non oportet: in ultima namque ſecum Guibertũ Raventinatem, jam multoties damnatum & depoſitum, deduxit; & invaſorẽ ſuper D. Gregoriũ Papam prepoſuit. Sed quid diabolus & Antichriſtus, Romæ & in omnibus ejus finibus eſt operatus, longum eſt narrare. In caſtro namq; S. Angeli, ſe cũ paucis Dominus Papa recluſit, quoniã aliter Romæ remanere non poterat. Romani vero malã, quam habuerũt à principio, conſuetudinem perficere ut prius cœperunt: caſtrum undique muris obſeraverunt, ita quod nulli fas eſſet introeundi vel redeundi. Rex Capitolium aſcendit, domos omnes Corſorum evertit, Romam ut propriã domum cœpit habere. Dehinc *n* Septem-ſolia, in quibus Ruſticus *o* nepos prædicti Præſulis conſidebat, obſidens, cum multis machinationibus attentavit, quibus quam plurimas columnas ſubvertit. Cui nuntius advenit, ſi non de obſidione exurgeret, à Roberto Guichardi Duce Apuliæ expulſus eſſet, & de ejus manibus nemo eum liberare poſſet: quoniam prædictus Dux fidelis & devotus erat B. Petri & præfati Pontificis, & dignum erat ut filius patrem de tanta captione eriperet.

qui bis Vrbẽ aggreſſus, tertio eam capit,

ſed à Roberto Guiſcardi fugatus

ipſam deſeruit;

16 Rex vero, accepto cum ſuis conſilio, Romanos omnes ſic allocutus eſt: Patres & filii, vobis coronam Imperii & Regni gubernacula manibus veſtris & poteſtati committo, animamque meam in veſtram curam trado. Quoniam mihi operæ pretiũ in Longobardiã vertere iter, promitto vobis quod ſi unquam rediero, totum meipſum & omnia quæ habeo & habere potero modis omnibus tradam. Sed pius & clemens Dominus, qui novit omnium cogitationes, diu per eum non eſt paſſus Eccleſiam ſuam vexari: qui ad hanc civitatem ultra non eſt reverſus. Robertus Guichardi, Romæ appropinquans diebus his ad liberandum D. Papam, primitus non intravit: ſed diu non ſtetit, donec intravit: aditum namque per portam Flamineam habuit. Romani audito eum intraſſe, bellum erexerunt: ſed nihil ei facere potuerunt, imo ipſe cum ſuis totam Regionem illam, in qua eccleſiæ S. Silveſtri & S. Laurentii in Lucina ſitæ ſunt, penitus deſtruxit & fere ad nihilum redegit. Dehinc ivit ad caſtrum S. Angeli, D. Papam ab eo abſtraxit, ſecumque Lateranum deduxit: omneſque Romanos deprædari cœpit & expoliare, atque (quod injurioſum eſt nuntiare) mulieres dehoneſtare, regioneſque illas circa Lateranum & Coliſſeum poſitas igne comburere *p*.

Robertus urbe & caſtro potitus,

17 Eodem anno per totum orbem magna fames fuit, quod exinde multi homines mortui ſunt, & ſol *q* eclipſim paſſus eſt: terra mota eſt, caſtrum S. Angeli *r* captum eſt. Dux vero Apuliæ ſecum D. Papam deducens, apud Salernum dimiſit; ibique amabilis Deo vir Catholicus, & contra hæreticorum arma defenſor Eccleſiæ, liberator pauperum, captivorum conſolator, orphanorum miſerator, vitam finivit, atque Deo animam reddidit octavo Kalendas Junii.

Gregorium inde abduxit.

ANNOTATA.

a Luigianum *Spoleto verſus Marchiam diſtat 5 p. m. & hinc intervallo 2 aut 3 milliarium, ſecundum tabulam topographicam Vmbriæ.* C. Moro, *id eſt*. Caſtellum Mauri; & Can-Moro, *id eſt*, Campus-Mauri, *quæ videntur huc facere, licet nomina* Muricis & Clarignani *modo non reperiantur.*

b Nicephorus Botoniates, *tyrannice ſibi Imperium vendicans, Michaelem cum conjuge & filio in Blachernis captos in monaſterium relegarat: erat autem Michael Ducas Romanæ Eccleſiæ communioni adhærens.*

c *Inveniuntur adhuc Tituli 33 Capitulorum, decreta vero iis reſpondentia 12 dumtaxat ſuperſunt.*

d *Anno 1079: nam prior Synodus pertinet ad an. 1078.*

e *Aſcenſio Domini, eo anno quo celebratum eſt Paſcha 24 Martii, incidit in diem 2 Maji.*

f *Addit Labbeus, eodem* anno IV Nonas Maji, *alterum Concilium, in quo coram quatuor Epiſcopis, pluribus Cardinalibus, Abbatibus, & Archipresbyteris deliberatum ſit,* Utrum bona eccleſiarum poſſint poni in pignore pro pecunia colligenda, ad reſiſtendum Guiberto Archiepiſcopo Ravennati, Romanam Sedem invadere conanti.

g *Sequebatur in Ms. noſtro ex Vitis Pontificum* excommunicatio Regis Henrici..... Acta Romæ Nonis Martii Indictione III: *plane ſicut eam impreſſam habes in Vita num. 96 & ſeqq. & omnia ſimul cum duobus Capitulis hic omiſis, de falſa pœnitentia & de electione Pontificum reperiuntur impreſſa apud Baronium ad an. 1080: nam quod in Regiſtro unde accepta ſunt notetur annus 1079, oritur à ratione prænotata anni Florentini uſque ad Annuntiationem protrahendi: cumque Paſcha anni 1080 biſſextilis celebratum ſit 12 Aprilis, intelligitur etiam hæc Synodus prima hebdomade Quadrageſimæ conveniſſe, poſt Dominicam quæ cadebat in 29 Februarii.*

h *Hæc eſt lib. 8 Epiſt. 5* data Cicani XII Kalendas Auguſti.

i *Ejuſdem libri Epiſt. 14 ſcripta* omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus atque Militibus, in parochia Ravennati atque Pentapoli, nec non & in Marchia Firmana & in Ducatu Spoletino, commorantibus; illis videlicet qui B. Petrum diligunt, neque vinculis excommunicationis tenentur. *Et his ſolis* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem *impertiens, data* II Idus Decembris, *commendat iis* Ravennatem Archiepiſcopum R. quem poſt longas & innumeras pervaſorum occupationes, nuperrime, ſicut olim à B. Petro Apollinarem, ita hunc Ravennas ab eccleſia Romana meruit accipere. *Baronius* Richardum

A Richardum *legit*, & magnæ æſtimationis virum *appellat: neque minus poſſumus de eo credere, etſi nihil uſpiam ab eo actum inveniamus.*

k *Si hæc æque ac aliæ Quadrageſimalis fuit, quod præſumere licet, coacta fuerit poſt primam Dominicam, cadentem anno* 1081 *in diem* 21 *Februarii, quando Paſcha fuit* 4 *Aprilis.*

l Otho Caſtillionæus *hic fuit, poſtea Papa* Urbanus II.

m *Annorum ſcilicet* 1082, 1083, 1084.

n *Ciacconius, in Vita Gregorii IX, creatum ait* prope Septizonium, in Diaconia S. Luciæ in Septiſolio. *Alexander Donatus eam eſſe cenſet quæ nunc dicitur* S. Luciæ in Silice, *& in Eſquiliis ſitam fuiſſe ait: eſt autem veroſimile* Septiſolium *corrupte dictum à plebe, pro* Septizonio.

o *Præfectura hæc fuit, ut apparet, militaris; proinde à nobilitate muneris quod geſſit nepos, argumentum duci poſſet ad nobilitatem ipſiuſmet Gregorii patrui vel avunculi, in favorem Petraccii eamdem adſtruentis.*

p *Hic ex Bertholdo ponendum eſſet, quomodo Romæ in feſto S. Ioannis Baptiſtæ, puta* 24 *Iunii, cum ibi Henricus adhuc moraretur, Gregorius anathema in eum & Guibertum renovavit: quod iterum poſt Regis diſceſſum fecit in Synodo, collectâ menſe Decembri, ut credimus; ſiquidem, ut ait Paulus num.* 100, circa Kalendas Januarii prænoſſe cœpit diſſolutionem corporis ſui. *Potuit tamen etiam initio ſequentis Quadrageſimæ habita Synodus fuiſſe poſt* 9 *Martii, cum Paſcha agendum eſſet* 20 *Aprilis. Cum autem Bertholdus priorem anathematiſmi renovationem tam expreſſe dicit factam Romæ; videtur indicare, Synodum hanc ibi factam non eſſe, ſed alibi, puta in Monte Caſino, prius quam Salernum deduceretur Pontifex.* EX MSS.

q *Hanc eclipſim nemo alius hiſtoricus adnotavit, unde ejus accuratius definiendæ occaſio defuit Calviſio in Opere chronologico, omnium quas reperit eclipſeon calculos ſubducere ſolito, ex aſtronomicis præceptis.*

r *An à Romanis ſeditioſis, poſt Gregorii diſceſſum vel deceſſum, Guiberto faventibus? Ita ſuſpicor: reſidebat enim tunc Romæ Guibertus.*

DE SANCTO GERIO

APVD MONTEM-SANCTVM IN PICENO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. G. H.

De ejus cultu, vita, ætate.

SEC. XIII. MOns-Sanctus *oppidum eſt Piceni amplum, Laureto ac Recineto proximum ad quinque circiter millia paſſuum, quod extructum putatur ex ruderibus urbis* Potentiæ, *à Cicerone, Mela, Plinio, aliiſque memorata, ubi & fluvius etiamnum* Potentia *appellatur. Huic oppido Protector adſcribitur* S. Gerius, *de quo Philippus Ferrarius in Catalogo generali ad hunc* XXV *Maji.* Apud Montem-Sanctum in Piceno S. Gerii Confeſſoris, *quem &* Egirium *vocari ait in Indice tam Alphabetico quam Chorographico. Dein in Notis dicit, ſe de illo agere* ex monumentis ejus loci, quæ inde accepit, ſigillo ejus oppidi obſignata; *atque* Extare non longe Eccleſiam illi dicatam, quæ eſt Fratrum Servorum. *Ea monumenta ſunt ibi in charta pergamena antiquo charactere, quæ nobis Laureto ſubmiſit Henricus Lindanus, tum ibi ac dein Romæ Pœnitentiarius, poſtea in Daniam miſſus fidei promovendæ cauſa, & Haſniæ inter labores Apoſtolicos vita functus. Citatus ante Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, horum Actorum edidit compendium, annotatque* Acta hujus Sancti in aliquibus, uti minus veriſimilibus, cenſura egere. *Sunt ea conſcripta à quodam Fratre Matthæo Maſio, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, & quidem* ex relatione antiquorum ac quibuſdam Scripturis, *ſed iis forſan non admodum vetuſtis. Extant eadem in Archivio Archiepiſcopatus Firmani, quorum copia inde extracta fuit Romæ aſſervata, in Bibliotheca Congregationis Oratorii S. Mariæ in Vallicella. Ego quod cenſuram magnopere mereatur nihil in iis reperio, ſolum doleo S. Liberii Ancona Patroni Vitam, de qua nobis agendum ad* XXVII *Maji, tam eſſe fabuloſam, ut ex hiſce Actis illuſtrari potius debeat ejus memoria, quam illa ex ipſis lumen accipere poſſit. Quantum tamen per conjecturam aſſequimur, vixit* Gerius *ſeculo* XIII, *quando necdum ex toto amiſſa erat Terra ſancta, & adhuc frequentes ex Occidente in Orientem commeabant peregrini: obiit autem circa annum* MCCLXX. *Nomen* Gerii *per aphareſim primæ ſyllabæ, Italis uſitatiſſimam, à nomine* Rogerii *ſumptum eſſe dixerim; econtra fratri ejus auctum nomen videtur, additione initialis vocalis, quod loco* Fernandi *ſcribitur* Effernandus ſive Effrendus: *utrumque autem Occitaniæ notum, & illo quo dixi ſeculo fuit eſt que hodie ſatis familiare: certe ad multo antiquiora ſecula, ad quæ aliqui S. Liberium referunt, non poteſt* Gerius *ipſi cæcus aſpirare. Eccleſia porro* S. Gerii *exigua, uno milliari diſtat à Monte-Sancto, ad quam Clerus omnis & Religioſi dicti oppidi ſolennem inſtituunt proceſſionem die* XXV *Maji. Fuit autem illa, ſicut ſcribit Ferrarius, aliquando* Fratrum Servorum: *ſed horum Conventus propter Innocentii X Conſtitutionem diſſolutus eſt, quia congruum monaſticis functionibus & diſciplinis numerum alere non poterat: itaque manet ibi nunc ſimplex Beneficium, quod qui tenet Sacerdos obligatus in eadem eccleſiola ſacrificare ad commoditatem accolarum Dominicis omnibus feſtiſque diebus, uti nuper nobis ſcripſit R. P. Ioannes Maria à Turre Laureti noſtrorum Pœnitentiariorum Rector, addens, quod illuc eſt* quotannis magnus concurſus populi, eo confugientis quoties aut morbis aut aliis incommodis vexatur, unde plurima etiam ibi cernuntur anathemata, eaque ut plurimum à pauperibus allata.

Culius

Eccleſia dicata.

Vita ſcripta

Proceſſio die 25 Maji.

VITA

Auctore Matthæo Maſio, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

Ex Ms. codice Montis-Sancti.

1 DIlecto in Chriſto filio, Venerabili Viro Presbytero Martino, Priori eccleſiæ S. Pauli de Monte-Sancto; nec non egregio Phyſico, Magiſtro Petro de Monte-Sancto, Frater Matthæus Maſi, S. Mariæ in Georgio, minimus repetitorum Grammaticæ, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini de Monte-Sancto, ſeipſum cum promptitudine famulandi. Veſtra mihi Caritas ſedulo affatu munuſcula prętulit, ut ſtudio, quod memoriæ ſtylo commendaveram, B. Gerii Confeſſoris, noſtrique montis incolæ & Patroni Legendã, juxta mei groſſitiem intellectus, relevare deberem: ne vita ejus, quæ tot virtutibus floruit, poſtquam morte & miraculis claret, in abſconſo lateat, & fiat quaſi penitus aliena prædicationibus. Sed quia omnium habere memoriam, & in nulle

Prologus.

EX MSS. Pf. 80, 11

nullo peccare, non humanum, ſed potius divinum ſit cenſendum (quoniam memoria in hominis poteſtate non eſt) erubeſco loqui; tacere me pudet. Sit igitur ille talium reſerator, qui dixit, Dilata os tuum, & implebo illud. Detque me pædagogum minimum id reſerare per ſuæ ſacratiſſimæ Majeſtatis gratiam: ſitque ipſius B. Gerii ad laudem; vobis, mihi, cunctis etiam proficiat ad ſalutem. Legendam enim ejuſdem B. Gerii, prout ab antiquis recollegi, & eam in quibuſdam comperi ſcripturis, hac ſerie vobis denotare curavi. Ut veſtra devotio ad eumdem affectu potius augeatur: poſterique ex prædeceſſoribus ſumant exempla, diſcantque amare Deum mirabilem in Sanctis ſuis, quem peto humillime mihi fieri præmium pro labore.

2 Gerius ex nobili proſapia Francigenarum, de gente Comitum de *a* Lunello, extitit oriundus. Hic germanum ſuum, nomine Effrendum ſive Effernandum, Chriſti ſectatorem ſecutus eſt, caſtitate, abſtinentia, jejuniis, & diſciplina tam ſpirituali quam corporali. Hi duo fratres, cum eſſent amore Chriſti incenſi; cupiebant nobilitatem & potentiam paternam ſpernere, & Chriſto devotiſſimo corde integre famulari. Et tum volentes deſerta loca commodius pervolare, in quibus Dei ſervitia poſſent ſecreto perficere, venerunt ad quemdam pontem miræ ſtructuræ ſuper quodam flumine, in quo duæ cavernæ erant, una videlicet ad dexteram partem pontis, altera vero ad ſiniſtram. Cum autem temporum intemperies & aquarum inundatio ſuperaſſet pontem, quod tranſeuntes jam quieſcebant, nec tranſire potuiſſent ſi [qui cum] voto tranſeundi adfuiſſent; per dies multos viri Dei fame percuſſi, quaſi ad ultimum finem inediæ pervenerunt: & quia jam aquarũ inundatio aliqualiter ceſſaverat, cœperunt foras reſpicere, ſi eis commoditas exeundi ad petendam eleemoſynam adfuiſſet: & ecce ſerpentes magnitudinis miræ, ſupernatantes aquam, panes duos ſuo ore ferebant. Cumque viri Dei eos intuerentur, gratias Deo agentes ſpectabant finem aditus ſerpentum. Et ecce appropinquantes cavernis, à ſe mutuo dividentes, unus ad Effernandum, & alius ad Gerium accedens, uniculque panem porrexit: quem quilibet ſuſcipiens, & in Dei laudem prorumpens, refectionem accepit.

a *oriundus Lunello,*

B *cum fratre in caverna pontis degit:*

panem à ſerpentibus accipiunt:

3 Ceſſante autem aquarum inundatione, Sancti Dei ad caſtrum, quod prope per unam leugam à ponte diſtabat, acceſſerunt; ubi adhibito Sacerdote plenam Confeſſionem fecerunt, atque miracula narravere. Sacerdos autem, juſtitiam virorum Dei conſiderans, multis tale miraculum propalavit; ad cujus nutum multæ gentes ſeculares ad viſitandum Sanctos Dei properabant. Ipſi vero, timentes mundi gloria vana maculari, per modicum tempus inde receſſerunt; factoque propoſito de viſitando ſepulcrum Domini & alia ultramarina limina, ad partes Italiæ navigio pervenere, de partibus Provinciæ recedentes. Cum autem mare Tyrrhenum navigarent, contigit ex procella navem naufragio pene ſubmergi; ita ut de ſalute deſperationis jam ſigna feciſſent. Tunc Sancti Dei, Gerius & Effrendus, in oratione procidentes, ſalutem poſtulabant à Salvatore cunctorum. Cum ſic naufragio perire timerent, ecce tunc in navis medio nubecula parva, ut veſtigiũ hominis apparuit: & facta eſt ſalubris tranquillitas in mari, ita ut nec apparerent ſigna alicujus procellæ.

C *tempeſtatem maris precibus ſedant.*

b *Viſa iter dirigente veniunt Romam:*

Appropinquantes autem *b* Corneti littoribus Sancti Dei Effrendus & Gerius, verſus Apoſtolorum Petri & Pauli limina properabant: & ecce per nemus circa Viterbium errantes, urſam eis obviam ſuſcipiunt, quæ ſemper præcedens per loca amœna, ad milliaria tria uſque prope Romam produxit. Viri autem Dei hoc cernentes, in Dei amore ferventius fortificati ſunt: & ingredientes Urbem, limina Sanctorum per dies multos devotiſſime perquirentes & viſitantes, contigit, ut à quodam viro ſanctæ vitæ audirent, *c* Beatum Liberium Anconæ morari, qui vitæ ſanctitate pollebat. Ad quem viri Dei anhelantes ab Urbe recedunt, nec ſacculum, neque peram portantes, juxta Salvatoris edictum: & dum ad Spoletanam civitatem pergerent, audierunt B. Liberii voluntatem eſſe ad ultra marina loca pergere, & Salvatoris noſtri nativitatis & paſſionis terminos viſitare.

D

c *ad S. Liberii pergunt:*

4 Quo audito Sancti Dei cœperunt greſſus ſuos velocius ſolicitare, ne tam ſancti viri conſortia negligerent. Et per *d* Tolentinum deſcendentes, B. Gerius cœpit infirmitate capitis aliquaiiter gravari, quod fratri ſuo Effernando ſive Effrendo referens, adhuc fortius gravabatur. Venienteſque ad locum, qui dicebatur Collumbario, ubi rus ſive villa aliquantum habitantium ſub palearis ſeu caſinis, cum dies inclinata eſſet, ibi pernoctantes manſerunt, ab habitantibus in caritate ſuſcepti. Ecce noctis in medio infirmitas plus ſolito Gerium gravat: qui in oratione pervigilans, ſe totum Domino commendabat. Et ecce lux quædam de cælo ſuper corpus ejus, in tantum emicuit, ut tota domus ſive caſina comburi timeretur. Mane autem facto, volentes Sancti Dei pergere ad B. Liberium, ſurrexerunt, gratias Deo agentes. Beatus igitur Gerius capillos pectine percurabat, capilloſque excerptos pectione in quadam columna palearia repoſuit, ſicque dimſit: & quia prædeſtinaverat Salvator Gerium diem claudere extremum, ut terra ſancti Petri, quæ nunc Mons-Sanctus vocatur, theſauro Reliquiarum B. Gerii gauderet; tum appropinquantes flumini, quod dicitur Potentia, & in loco, quod communiter dicitur la Volta di Marigniano, quia inde ibant ad caſtrum Montis-Urſi; Gerius nimia oppreſſus & gravatus infirmitate (unde nec die illo ſumpſit cibum, quem nec ſumere voluiſſet) terram *e* lectitavit: à qua ſurgere non potens, nec per Effrendum ſive Effernandum fratrem auxilio juvari, fratris ſui conſortio per diem illum graviſus eſt, uſque ſequenti mane. Cum autem frater ejus Effrendus ad auxilia poſtulanda ad caſtrum Urſi accederet, & ad fratrem reverteretur; comperit eum à ſeculo jam migraſſe. Quem levare volentes, ita immobilem maxima gravitate comperiunt, ut non hominem, ſed montem magnum fuiſſe teſtarentur. Poſt cujus tranſitum campanæ S. Stephani *f* Abbatiæ S. Petri, ubi nunc plebs eſt Montis-Sancti, à ſemetipſis pulſabant indeficienter.

d *S. Gerius ager*

E *lucc cæleſti emicat,*

e

movitur, campanis ultro ſonantibus:

F

f

5 Ad vocem illorum de Caſtro-Urſi ſive Montis-Urſi, *g* Communales Recanati deſcendunt, volentes corpus B. Gerii portare, quod omnino immobile ſe fecit. Accurrentes etiam Clerus & populus terræ S. Petri, ſanctum pignus recipere & aſportare ſatagebant, & ſic contentio erat inter utroſque. Et dum ſic contentio ageretur, facta eſt vox pueri junioris, Super quadrigam ponatur corpus iſtud, & adhibitis juvencis indomitis & impollutis, quo pergere voluerint, ſinantur; & ſine rumore & diſſidio permittantur. Tunc omnes in oratione ſe ponentes, vocem pueri exaudierunt: & collocato corpore ſuper quadrigam, adhibitis juvencis, animalia uſque villam Columbariam dirigunt greſſus ſuos. Verumtamen, ſicut relatu plurimorum auditũm eſt, caſina illa in qua hoſpitati ſunt Sancti Dei viri, per ſpatium trium horarum cremata eſt, & ſola columna cum capillis B. Gerii illæſa remanſit. Unde factum eſt, ut juvenci apud columnam illam perſiſtentes, inde non receſſerint: & ſic ſanctum corpus collocatum

g *contentio de corpore,*

miraculo diſtimitur.

A collocatum est; Beatus aut Efferendus suam peregrinationem perficiens, laudabilem in Christo vitam finivit apud Insulam Rhodianam.

ANNOTATA.

a Lunellum, *oppidum est Galliæ Narbonensis inter Nemausum & Montem-Pessulanum, cujus est in diœcesi, media via ab utroque quatuor leucis distans, ubi olim fuisse celebrem Iudæorum Vniversitatem, ex Benjamino Tudulensi & Aria Montano, ostenuit Guilielmus Catellus libro 2 Historiæ Occitaniæ pag.* 351. *Hinc intitulatur* Vita B. Gerii de Comitibus Lunelli.

b Cornetum *seu* Coranetum, *Vrbs Hetruriæ in Patrimonio S. Petri ad Martam flumen, haud procul ab ora littorali.*

c *Colitur* S. Liberius *Anconæ 27 Maii, sed Acta ejus meris fabulis repleta sunt: ut nihil inde de tempore quo vixerit concludi possit, & hinc potius deducamus utrumque seculo* XII *floruisse.*

d Tolentinum, *Vrbs Piceni seu Marchiæ Anconitanæ. distat* x *M. P. Macerata, ubi requiescit corpus* S. Nicolai de Tolentino, *& ipsi ibidem celebravimus Missam anno* 1659 D

e Terram lectitavit, *id est*, in terram se prostravit, *seu* terram pro lecto habuit; *mirabili nec adhuc alteri usurpata (quod sciam) phrasi.*

f *Vtinam sciri queat quo tempore dicta Abbatia fuerit constructa, inde posset ratio temporis confirmari: unum scitur, Abbatiam S. Stephani olim in Monte sancto fuisse, cujus possessiones omnes cesserint ecclesiæ Parochiali; superesse etiam adhuc quamdam S. Petri adiculam, cum annexo sibi beneficio simplici. Datur igitur occasio suspicandi, Monachos, qui prius ad S. Petri fuerant, transiisse ad recentiorem sub nomine S. Stephani ecclesiam, ubi etiam tandem defecerint.*

g Commune *Italis appellatur Communitas incolarum alicujus loci seu parochiæ: unde bis* Communales *dicuntur.*

DE BEATO CLARITO

FVNDATORE MONASTERII S. MARIÆ REGINÆ-CÆLI VULGO CLARITI SVB REGVLA S. AVGVSTINI, *FLORENTIÆ IN HETRVRIA.*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Fundatione monasterii, Vita serius scripta, & ad hunc diem relata propter S. Zenobium.

D. P.

MCCC-XLVIII

Fundati monasterii ætas, situs & incrementa,

IN campo *S. Salvii prope Florentiam & vico S. Martini ecclesia est, quam Bartholomæus Episcopus Florentinus, anno* MCCCLXXXVII *creatus, in quodam instrumento vocat* S. Martinum antiquum S. Bartholomæi ad Gignorium. *Hanc fuisse antiquitus S. Michaeli Archangelo dedicatam, prius multo quam Florentia haberet Episcopos, Gignorienses & Riesolanorum accolarum traditio narrat; & in confirmationem allegant priscum usum celebrandi quotannis in ecclesia festum S. Michaelis ut Patroni; erectamque ibidem Societatem, sub nomine Capitaneorum Horti S. Michaelis. Est autem verosimile satis, quod ipsa fuerit loco illi parochialis, quoadusque Monachi Benedictini, novum S. Martini monasterium in vicino extruxerunt. Porro eadem S. Bartholomæi, olim (ut volunt) S. Michaelis ecclesia, Sanctimonialibus quibusdam Benedictinis tradita, tandem transiit in jus earum Monacharum, quas* B. Claritus, *quo de agere instituimus, fundavit circa annum* MCCCXLII *in ædibus hortisque, sibi ad eum usum concessis, à prædictis Capitaneis Horti S. Michaelis. Eosdem autem nunc obtinet* monasterium, *à suo fundatore usitatius* Clariti *nuncupatum, ex institutione vero Episcopali* monasterium S. Mariæ Reginæ-cæli *dictum, sub Regula S. Augustini.*

C

Fundatoris obitus, vita,

2 *Hæc de monasterii illius origine pluribus copiose deducit, ex ipsius loci antiquis monumentis D. Antonius Maria vincentii Raconisii, Presbyter Florentinus, ipsarum Sanctimonialium ab anno* MDCXX *ad* XXXIX *& ultra Confessarius; idem qui anno* MDCXXVI *exeunte, Monasterio S. Mariæ Angelorum datus à Card. Francisco Barberino similiter Confessarius, ex prioris Confessarii Vincentii Puccini ampliori opere, formatisque ad canonizationem B. Mariæ Magdalenæ Pazziæ Proceßibus, novam ejus Vitam scripsit, & sub Puccini nomine edidit sæpius cusam & recusam, sicut mox infra apparebit. Hic omnia scrutatus accuratißime, ut contexeret aliquam Beati Fundatoris Vitam, quam reperimus apud Illustriss. Senatorem Carolum Strozzium, in Collectione ejusmodi scripturarum notatâ SS. folio* 207. *Fatetur vero Auctor, annum & diem quo Beatus iste obiit præcise, ignorari; mortem tamen ex conjectura refert ad tempus magnæ illius ex pestilentia mortalitatis, quæ civitatem Florentinam afflixit anno* MCCCXLVIII; *quo etiam obiit Senis B. Bartholomæa Ordinis Servorum devota, & à nobis commemorata* XIX *Maii. Magna autem debuit eo anno fuisse confusio rerum, quando per eam factum est, ut Sanctimonialibus illis partim emortuis partim dilapsis, nemo curaverit memoriæ mandare Acta vitæ benefici Conditoris, aut saltem diem obitualem; licet sacri corporis depositum, postquam elevatum de terra est (quod non absque plurium præcedentium miraculorum splendore factum credo) semper venerationem eam habuerit, quam sequens relatio demonstrabit, absque determinatione ullius certæ diei. Itaque eum assumimus, qui S. Zenobio Florentino Episcopo sacer est: quia huic specialiter devotum fuisse* B. Claritum *legitur in Appendice, ab auctore seculi* XIV *addita ad Vitam ejusdem S. Zenobii, seculo* XIII *exornatam à Basilio Sacerdote & Monacho Florentino.*

Sanitas eidē à S. Zenobio reddita,

3 *Lubet ipsa Appendicis prædicta verba hic transcribere.* Quidam Clericus, nomine Claritus, serviens Ecclesiæ Cathedrali, qua Præsulis sancti corpus quiescit, die quadam apostema horribile in gula habebat, quod incidi deberet: & quia judicio Magistri Guidonis, summi medici de Aritio, sibi prædicebatur quod per naturam evadere non posset, ex more animæ suæ saluti providit: & nocte præcedente diem fiendæ incisionis, ante altare se Præsulis almi prostravit, & sibi misereri suis meritis Dei clementiam impetravit. Fatigatus multo fletu in oratione, somno arripitur, & quod petiit sibi nullatenus denegatur. Nam subito ei glorioſus Pater apparuit in albissimis ornamentis, signum Crucis super ipsum fecit, & ut sanus surge-

EX MS. ANT. RACONISII

geret imperavit. Qui excitatus incolumis ſurgit; Deumque laudans in ſancto ſuo, tempore magno in eccleſia S. Joannis de Florentia ſancte vixit, & ibidem ſuam vitam felici exitu terminavit. *Similia refert Ioannes Aretinus apud Surium, in Vita ſub annum* MCCCCXXXVIII *ſcripta; temque factam ait tempore Franciſci de Cingulo, Epiſcopi Florentini ab anno* MCCCXXIII *ad* MCCCXLI; *cui potius adhibuerim in hoc fidem, quam Antonio Mariæ hujus ſeculi ſcriptori, notanti annum* 1318; *ubi facile potuit erratum eſſe in zyfra, vel ab ecgraphi Strozziani ſcriptore, vel etam à me tranſcribente, & 18 pro 28 obrepſiſſe. Mirum eſt quod non ſolum Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, ſed etiam Silvanus Razzius in opere de Sanctis & Beatis Tuſciæ, illius omiſerit facere mentionem. Verum hoc accidiſſe crediderim, quia nulladum Vita collecta erat cum illi ſcribebant.*

circa an. 1328.

VITA

Ex Italico Antonii Mariæ .Raconeſii Confeſſarii ipſius Monaſterii anno 1653.

Iuxta ecgraphum Caroli Strozzi Senatoris.

Miniſtrans in eccleſia S. Ioannis ad corpus S. Zenobii,

NAtus eſt Claritus circa annum MCCC, in civitate Florentina, ex honorata familia, cui de Voglia, id eſt à Voluntate, Deſiderio, ſeu Cupidine, cognomentum; quæ familia in republica Florentina etiam dominata eſt, uti in Prioriſtis civitatis hujus videre licet. Fuit autem à prima juventute devotiſſimus S. Zenobio Epiſcopo Florentino, (& ſicuti in hujus Vita legitur) diu in habitu Clericali ſervivit ad illius ſepulcrum; quo etiam in ſervitio cum anno MCCC-*VIII ei obveniſſet apoſtema in gutture, nocte præcedente diem faciendæ ſectioni deſtinatum à medico, dum in oratione perſtaret apud ipſum ſepulcrum, apparuit ei B. Zenobius in habitu Pontificali candido, ſuaque benedictione ipſum inſtantanee ſanavit, cum magno ſtupore omnium qui noverant eum. Fuit autem miraculum iſtud valde celebre per totam civitatem: continuavitque Claritus cœptum miniſterium in prædicta S. Joannis eccleſia.

*melius XXVIII

poſt vitam ſibi ab eo apparente ſervatam,

C *etiam uxoratus ſancte vivit:*

2 Interim ipſe qui nulloſdum ſuſceperat ſacros Ordines, & ultimus erat familiæ ſuæ, à conſanguineis perſuaſus fuit uxorem ducere. Non tamen propterea quidquam remiſit de ſancta ſua ſimplicitate: ſed perrexit in illo ſuo humili abjectoque vivendi inſtituto, mente fovens primum pietatis propoſitum, plenum zeli erga ſalutem animarum. Multum autem deſiderans adducere & conſecrare Deo quam plurimas poſſet caſtas animas, cœpit exercerì in congregandis puellis, quæ vellent virginitatem ſuam dedicare Creatori. Hoc ille faciebat non ſolum Florentiæ, ſed etiam Fæſulis, tunc adhuc ſatis bene habitatis: & ejuſmodi plures utrobique jam collectas habens, Florentinarum quidem cuſtodiam uxori ſuæ D. Nicoloſiæ commiſit; Fæſulanarum vero D. Conſtantiæ, quondam Dulcis Dolcibene: & utriſque, tamquam ſolicitus atque amantiſſimus pater, vitæ ſubſidia procurabat.

Virgines Florentiæ & Fæſulis colligit,

quibus an. 1342 fundum comparat,

3 Anno MCCCXLII à Societate Horti S. Michaelis (hodie Capitanei ejuſdem Horti dicuntur) acquiſivit domos aliquas cũ horto iis adjuncto, juxta portam Faventinam, nunc S. Galli dictam: quas ad uſum formamque monaſterii reduxit ſub clauſura: atque ex auctoritate Epiſcopi (Angelus Acciajolus hic fuit VI Kal. Julii ejuſdem anni inſtitutus) appellavit **S. Mariæ Reginæ-cæli. Ipſo autem eodem anno illuc** introduxit adunavitque omnes, quas Florentiæ Fæſuliſque adſciverat, & Sanctimoniales effecit, dans eis habitum & Regulam S. Auguſtini; quam hodieque obſervant. Simul cum illis de conſenſu Epiſcopi Monachæ factæ ſunt, D. Nicoloſia uxor Clariti, & D. Conſtantia Dolcibene, quæ etiam prima loci Abbatiſſa eſt conſtituta. Ex hinc, magis quam antea ad ſeculi ſuique ipſius contemptum ſe exercens Claritus, aſſumpſit habitum coloris cinerei tendentis ad nigredinem, abſque collari & cingulo, cum largis manicis: atque in vili iſta veſte dedit ſe totum ſervitio monaſterii & eccleſiæ ejus, miniſtrans Miſſis & aliud quodcumque humilis caritatis obſequium ad illius commodum præſtans. Adeo gratum habuit Deus illum dimittentis ſe animi religioſum famulatum, ut id etiam voluerit viſibiliter demonſtrare. Ergo cum aliquando miniſtraret ſacrificio Miſſæ, viſus eſt ei ſplendidus radius, progrediens ab Hoſtia ſacroſancta, & pectus ſuum percutiens. D

& monaſterium ordinat,

ipſe in humili habitu eis miniſtrans.

4 Neceſſe autem habebant prædictæ Monachæ, præ nimia paupertate, ſæpe egredi monaſterio, ad victum mendicatu conquirendum per civitatem: qua re vehementer triſtabatur angebaturque Claritus, qui maluiſſet eas pro voto ſuo intendere ſolis ſpiritualibus rebus & devotionis. Ergo ferventes dedit ad Deum preces, ut pauperculo gregi ſuo dignaretur ſufficere tantum ſubſtantiæ temporalis, quantum tolerandæ citra mendicitatem vitæ eſſet ſatis. Qua in oratione dum perſeverat, mane quodam cum ſpeciali fervore aſſiſtens Miſſæ, cui ſerviebat in prædicta eccleſia, vidit quod, Sacerdote Hoſtiam ſupra calicem efferente, atque dicente, Per ipſum, & in ipſo, & cum ipſo eſt tibi Deo Patri Omnipotenti omnis honor & gloria; videt, inquam ab Hoſtia ſacra egredi quaſdam ſpicas triticeas, & calicem vino ſupereffluere: atque interiori auditu cognovit, implendum eſſe orationis ſuæ votum, nec unquam prædictis Sanctimonialibus defutura alimenta: ideoque in hujus viſionis memoriam & pignus prænuntiatæ deinceps abundantiæ, ipſis pro inſigni ſive teſſera dedit ſacram Hoſtiam, cum pluribus ſpicis, ſupra calicem vino exundantem: quæ teſſera uſque nunc in uſu illis eſt. E

Futuræ aliquando ibidem abundantiæ indicium impetrat,

5 Neque vana omnino viſio fuit; quia non multis annis poſt, cum neſcio quo caſu extinctum eſſet antiquiſſimum monaſterium Sanctimonialium Benedictinarum, quæ Eremitæ dicebantur, extra Florentiam in loco Gignorii, ad duo paſſuum millia ultra portam hodie ſanctæ Crucis dictam, ſub titulo S. Bartholomæi, juris Patronatus ex fundatione dotatione que nobiliſſimæ familiæ Baroncellorum, quæ ipſiſſima eſt cum illuſtriſſima gente Bandinorum; ipſum cũ omnibus attinentibus poſſeſſionibus, auctoritate Florentini Epiſcopi, unitum & incorporatum fuit monaſterio S. Mariæ Reginæ cælorum, ſive Clariti: quod deinde plures Pontifices approbaverunt. Atque ita impleta fuit divina promiſſio, per prædictam viſionem facta Clarito: qui tamen eo vivus lætatus non eſt, quia primum perfecta eſt paulo poſt illius mortem. Hujus vero nec dies nec annus notatur; ſed quantum, ex collatione antiquiorum inter ſe monumentorũ poſſumus divinando aſſequi, accidit ea anno MCCCXLVIII, tempore magnæ illius mortalitatis, quæ Florentiæ graſſata eſt, ſuperſtite adhuc prædicto Angelo Epiſcopo uſque ad annum MCCCLVII. F

ipſo ſucceſſu comprobatũ

paulo poſt ejus mortẽ,

6 Manſit nihilominus apud omnes communis de Clariti ſanctitate opinio, & cum ejuſmodi titulo nuncupatus reperitur in aliquibus ſcripturis publicorum contractuum, etiam ipſo vivente concluſorum in commodum monaſterii: & hoc licet fundatum eſſet ſub titulo **S. Mariæ Reginæ-cæli**, ſemper tamen

Sepultus in monaſterio paſſim Clariti dicto.

A tamen & paſſim vocatur monaſterium Clariti. Omni etiam tempore, ſicuti ab immemorabili traditum eſt, in antiquis ac recentibus libris nuncupatus fuit, & nuncupatur Beatus. Sepultus etiam fuit in prædicta eccleſia, in ſepulcro peculiari atque diſtincto à ceteris: ex quo deinde elevata oſſa, ibidem, à tempore ſimiliter immemorabili, reperiuntur collocata, ſupra altare majus ad pedem tabernaculi, complectentis antiquum ac devotum Crucifixum, exiſtentem in dicta eccleſia poſt ciborium ſanctiſſimi Sacramenti, intra capſam duplici clave firmatam, ſub cuſtodia ipſarummet Monacharum. Eadem oſſa à Reverendiſſ. D. Angelo Cattaneo de Diacetto, Epiſcopo Faſulano, fuerunt recognita (utique intra annos MDLXVI & MDLXXIV, quibus ſedit) & à Leone Papa XI, dum adhuc eſſet Alexander Cardinalis de Medices Archiepiſcopus Florentinus (quod deſiit eſſe factus Pontifex anno ſui Archiepiſcopatus XXIX, Chriſti MDCV) fuerunt reverenter viſitata, tamquam oſſa Sancti & ſervi Dei; quandò cum titulo Legati à Latere deſtinatus in Franciam tranſitum habuit Florentia, id eſt, anno Domini MDLXXXIII, pro ſancienda pace inter Henricum IV Galliæ & Philippum II Hiſpaniæ, Reges.

cum titulo & veneratione Beati.

Oſſa ſuper altari

B 7 Affirmant Monachæ, idque per antiquam præcedentium traditionem habere ſe dicunt, quod quoties ipſarum aliqua moritura eſt, una ex earumdem numero audiat paulo ante ſonum quemdam oſſium commotorum intra capſam, tamquam ſi ea per aliquem ſuccuteretur. Admirabile etiam iſtud eſt, quod ſexaginta abhinc annis, cum quidam earum Confeſſarius, Mag. Claudius Galbini nuncupatus, ad ipſarum inſtantiam capſam aperuiſſet, ipſa oſſa eiſdem exhibiturus; idque feciſſet, & eadem ut antea fuerant vellet componere; ſive quia diſplicuit actus ille, plus curioſitatis habens quam religionis; ſive quia minus reverenter exercebatur; non potuit id omnino facere: & capſa, quæ antea commodiſſime illa ſimul omnia capiebat, nimium anguſta tunc viſa eſt, in quamcumq; parte ſacra oſſa verterentur. Qua re conſternatus atque perterfitus Capellanus, æque ac Monachæ quotquot aderant (& harum aliquæ etiamnunc vivunt factumque teſtantur) provolvuntur in genua, ardenterque & humiliter poſtulant ignoſci ſibi iſtam qualemcumque culpam: ac tum primum reponi facile oſſa potuerunt. Remanſit tamen in omnibus diuturnus pavor, & quidem tam grandis in Capellano, ut gravem inde contraxerit infirmitatem, quæ ei multis menſibus duravit.

motu ſuo præmonstrant monialium mortes

nec impune contrectari ſe ſinunt

C Quapropter nullus deinceps, nec ipſi quos ſupra nominavi Prælati, auſi ſunt à dicta capſa eximere oſſa veneranda. Nec videtur reticendum, quod ſimiliter ex traditione habetur, inter gratias per Claritum monaſterio impetratas hanc eſſe non minimam, quod nullâ ibi unquam extincta ſit morte ſubitanea, à trecentis fere annis quibus monaſterium ſtetit: idque affirmant eſſe veriſſimum, quia nulla extat memoria in contrarium præſentis aut præteriti temporis. Unde tamen in ipſis naſci non debet noxia ſecuritas, quaſi humanis ejuſmodi caſibus vita ipſarum non ſit obnoxia; ſed oportet eas diſcere, quam efficax ſit oratio ſervorum Dei, qua placatur, non alligatur divina juſtitia.

& præſervant monachas à ſubitanea morte.

Qua fide hæc ſcripta an. 1625

8 Ego Antonius Maria Vincentii Riconeſii, Sacerdos Florentinus, & annis ab hinc quinque Confeſſarius Sanctimonialium Clariti, fidem facio omnia ſupraſcripta fuiſſe & eſſe vera: & quod vitam quidem Clariti atque fundationem monaſterii deſumpſerim ex ſcripturis publicis, memoriis antiquis, & libris ipſius monaſterii: cetera autem poſt mortem ſecuta audiverim ex Sanctimonialibus, affirmantibus ea partim ſe ipſas vidiſſe, partim ex majorum traditione habuiſſe, ſicuti ſupra dictum eſt. Atque in eorum fidem conſcripſi & compilavi hunc diſcurſum de vita Beati, manuque propria ſubſignavi, hoc die XIII Aprilis anni MDCXXV. EX MS. IT. ANT. RICONESII.

9 Porro ad certiorem ſupraſcriptorum confirmationem adjungitur, quod B. Clariti viſio anno MDLXII novo ſit argumento comprobata; quando Pius Papa IV, ad priores monaſterii poſſeſſiones redituſque, adjunxit monaſterio Clariti parochialem eccleſiam S. Andreæ Aivolenſis, in diœceſi Piſtorienſi, cum omnibus ſuis bonis. Motio quoque admirabilis oſſium B. Clariti, quando moritura eſt aliqua filiarum ejus, manifeſtatur per memoriale, inſcriptum ephemeridibus monaſterii, in hæc verba. Memoria, quomodo die XVI Decembris, anno MDCXXXVIII, circa XII nocturnam, ſimul erant in choro Mater Franciſca Capponi & Soror Conſtantia Capponi; audiveruntque cum magno ſuo ſolatio, cui tamen formidinis etiam aliquid ſuberat, ſtrepitum commotorum inter ſe oſſium B. Clariti per vices quinque: ſtatimque mihi, qui hæc ſcribo, narrarunt magna cum conſternatione; eo quod ſcirent hanc eſſe præſagitionem totidem funerum, è monaſterio mox efferendorum, datam à ſancto Fundatore, ad hoc ut ſimul omnes nos in horam illam tremendam paremus, neſcientes quales è nobis ſonus iſte depoſceret. Verum brevi cœpit præmonitionis ſalutaris apparere effectus: nam eodem anno ſequentis Januarii die XVI, circa horam XII, una ex ſanctimonialibus noſtris gravi febre correpta eſt, & quarto poſt die expiravit: die XXX ejuſdem menſis hora VIII, obiit Adm. Rev. Mater Soror Diamante Jucundi, Abbatiſſa monaſterii; eademque nocte hora XI, alia Monacha tranſiit ad vitam meliorem: alia quoque defuncta eſt die VI Februarii; & quinta, VI Martii. Atque hic ſtetit mortalitas, cum totidem Matres mortuæ eſſent, quoties ſignum dederat noſter beatus Fundator: quod ad Dei gloriam ipſiuſque Beati noratum fuit, ut magis conſtet de veritate eorum quæ in illius Vita ſcripta ſunt.

cum Appendice anni 1633.

de morte quinque Sororum prænuntiata.

10 *Hactenus Antonius Maria, Decembrem cum ſequenti Januario intra eumdem annum* MDCXXXVIII *conjungens, utique Florentinorum more ultra communis anni initium ad menſes tres eum ſolitorum protrahere: quo fit ut hæc Appendix debeat ſcripta cenſeri anno* MDCXXXIX. *Idem inquit etiam ſcripſit miracula facta ad prædictum Imm. 6 Crucifixum, quorum etiam indicium præbent frequentia circum anathemata, appenſa à Florentinis civibus, multum devote illuc accurrere ſolitis. Qua eorum devotio, cum ipſam quoque* B. Claritum *attingere quodammodo videatur (utpote quem in eodem altari ſub ipſius Crucifixi pedibus venerantur fideles) congruum cenſui eorumdem ecgraphum, quod eodem in codice continebatur à folio 191 ad 201, petere ab Illuſtriſſimi Senatoris Strozzii filiis, paternarum virtutum æque ac librorum hæredibus. Interim ad ipſius* B. Clariti *honorem, notatam hic velim quamdam meam cogitationem circa ipſius conjugium; quod quidem ex conſilio conſanguineorum, propagari ſtirpem cupientium, contractum fuiſſe dicitur; ſed nullum uſpiam extat veſtigium liberorum ex eo procreatorum. Potuit hoc quidem ob alterutrius conjugis ſterilitatem accidiſſe; vehementer tamen ſuſpicor, honeſtiorem longeque ſanctiorem aliam cauſam ſubeſſe; continentiam ſcilicet utriuſque virginalem, ex conſenſu mutuo poſt celebratas nuptias; quam Deus compenſaverit tam læto tot ſpiritualium filiarum proventu; ipſi vero pro majori merito arcanam occultamque habuerint uſque ad mortem, in ſupremo judicii die glorioſius revelandum. Sed hoc, ut ſuſpicio eſt mera, ſic accipi velim.*

Miracula ad Crucifixum, videntibus etiam B. Clarito accepta referri poſſe.

E

F

MIRACULA

Ad Crucifixum Clariti patrata

Ex Ms. ejuſdem A. M. Raconiſii.

Crucifixus in toti civitati in magna veneratione habitus,

11 SAncta & miraculoſa imago Jeſu Crucifixi, ſupra altare majus noſtræ eccleſiæ, ſub nomine S. Mariæ Reginæ-cœli, in maxima veneratione habita fuit à tota noſtra civitate Florentina, jam inde à principio ſuæ ibidem collocationis, quemadmodum ex antiqua traditione habetur. Idem videtur in libris noſtræ ſacriſtiæ, unde conſtat de magno ad illum concurſu ab anno MCCCCLXXVIII, per continuas Miſſas, eleemoſynas, candelas, copiamque maximam imaginum cerearum; quas Sacriſtanæ pro tempore exiſtentes ad magnam ſummam librarum vendunt; ſicut etiam vendunt cereorum magnam quantitatem, præter eos qui continuo arſerunt & ardent; ut tacitus præteream imagines chartaceas, quæ fuerunt ſemper ingenti numero, etiam factæ ad humanam ſtaturam, & quidem perſonarum grandioris conditionis.

B *de quo vetera ſcripta, anno 1524 incendio abſumpta,*

12 Anno MDXXIV arſit dormitorium unum, ſimulque periit capſa grandis ſcripturarum circa miracula Crucifixi prædicti, & modum ac tempus quo fuit huc allatus: qui modus miraculoſiſſimus extitit, quemadmodum referunt ſeniores noſtræ Matres, ſeque accepiſſe dicunt à majoribus ſuis per traditionem iſtorum temporum & lectionem ſcripturarum, ante prædictum incendium à ſe viſarum. Secundum hanc dicemus, quod Sanctiſſimus Crucifixus huc allatus fuit, tempore quo procedebant Sodalitates quæ Alborum nominabantur: quarum una ipſum veſperi depoſuit in noſtra eccleſia, ſequenti mane auferendam. Vigilarunt ad eum Monachæ noſtræ noctem totam, coram ipſa imagine in oratione perſiſtentes: tantam enim ſpirabat, uti etiam nunc ſpirat, devotionem, ut voluiſſent illam apud ſe in perpetuum remanere. Mane rediit Sodalitas, ſuum receptura Crucifixum: volenſque efferre illum ab eccleſia, non potuit: ſingulis enim vicibus, quibus id conabantur, creſcebat *. Videntes ergo non eſſe id ſibi poſſibile, dixerunt Sanctimonialibus, quod quando eum iſtic cogebantur relinquere, volebant recipere ejus pretium; valere autem triginta ſcutis.

huc allatus & miraculoſa retentus putatur,

*ponderem mensura?

C Reſponderunt Monachæ noſtræ, quod pro ſua paupertate tantos ſumptus facere nequibant; ac denique cogitaverunt exponere capſulam eum in finem. Ecce autem minori quam trium horarum ſpatio in capſam illam collatæ eleemoſynæ, æquaverunt ſummam poſtulatam; & eâ traditâ Sodalitati præfatæ, manſit Sanctimonialibus noſtris pretioſus iſte theſaurus. Annus, quo id factum; nequit præciſe definiri, propter amiſſionem ſcripturarum: ſed ex conjecturis bene fundatis habemus, fuiſſe annum circiter MCCCCLX, quod divina Majeſtas monaſterio noſtro indulſit tam inſignem gratiam: quandoquidem infraſcriptum in Monacha ſanata miraculum, quod primum fuiſſe dicitur, contigit anno MCCCCLXII; apparetque in ephemeridibus noſtris, quod anno MCCCCLXIII Monachæ noſtræ expenderint ſcuta CLXXVI ad inſtruendum tabernaculum Crucifixi, cum tribus ſculptis ſtatuis, quæ hodie ad illius baſim videntur in eodem tabernaculo ſupra majus altare: deinde anno MCCCCLXXV Carolus Diaccettus reduxit in formam meliorem capellam, exornando pretioſis lapidibus & auro ipſum tabernaculum, additis etiam inſignibus ſuis,

circa annum 1460.

uti hodiedum videtur. Miraculum porro ſupradictum hic apponemus, eo præciſe tenore, quo illud deſcripſerunt Monachæ iſtorum temporum, quemque prænotato incendio non periiſſe adſcribimus ſpeciali Dei gratiæ. D

13 Notum ſit vobis, qui ſcire deſideratis, quomodo una ex Sanctimonialibus noſtris, annorum quatuordecim, patiebatur à quadriennio infirmitatem quamdam, nulli medicorum unquam notam, tam atrocem tamen, ut ejus violentiâ pluribus quam quatuordecim vicibus lapſa ſit in morbum caducum. Hæc cum ultima vice fuiſſet eodem correpta, contracta fuit & paralytica remanſit toto uno latere, ab humero ad pedem; adeoque intumuit, ut diſſuendæ ipſi veſtes ſuæ fuerint. Ita jacenti in lecto ſub horam Nonæ, cum menſæ accumberent Sorores, aderant Novitiæ duæ, eo quod crederetur eſſe periculum mortis. Interim viſa eſt ſibi aliquantulum dormire poſſe; dormienti autem, licet perparum, audita eſt vox dicens, Quidnam eſt tibi, filia, quod adeo affligaris, ut noctu diuque non ceſſes à planctu? Ipſa autem loquenti ſibi voci reſpondit; Ego vero quomodo non plangerem, cui diu noctuque nulla obvenit quies? Ad hæc vox illa. Eſt vobis, inquit, præſtantiſſimus medicus. Aſt illa, intelligens Judæum quemdam baptizatum, & peritia medendi celeberrimum, qui diu ipſam curaverat, replicavit; Et iſte & ceteri omnes ſpem pro me totam amiſerunt. Rurſum vox illa, Eſt unus præſtantior omnibus, videlicet Crucifixus, quem quia tu aliæque ſæpe optaſtis facere miraculum aliquod, ideo te vult ſanare. Scito igitur quod in te facere illud velit: verumtamen dicito Dominæ Abbatiſſæ & ceteris omnibus, ut curent faciendam imaginem ad eum modum quo nunc es contracta; ſtatimque pes male affectus ſic ipſi retractus eſt, ut digiti ejus infigerentur lateri: addiditque vox illa, Ipſe quidem abſque ullo voto ſanare te poſſet: ſed fieri id vult, tibi aliiſque peccatoribus ad exemplum.

Primum autem miraculum fuit in monacha paralytica & contracta,

E *quæ cæleſti voce juſſa ſanitatem à Crucifixo ſperare,*

14 Hoc in ſtatu jacenti advenit Monacharum una, viſura quomodo ſe haberet: reperitque infirmam in extaſi poſitam, & cœpit alloqui eam ac dicere, Quomodo habes, Soror mea? nihilne deſideras? Cui infirma, quamvis maximo cum labore, eo quod linguam haberet palato adhærentem; Voca, inquit, ad me Dominam & ceteras omnes. Vocavit illa Abbatiſſam cum toto conventu Sororum, quæ acceſſerunt ad lectum infirmæ, & dixit Domina: Ecce, filia mea, ſumus hic omnino omnes; dic fidenter quid potiſſimum velis. Tum infirma Monacha expoſuit illis, qualem vocem, & quid dicentem ſibi audiverit. Nec mora, Abbatiſſa cum Sororibus univerſis proceſſit ad Crucifixum, & coram eo ipſam infirmam pariter commendarunt, ut in ea id operaretur Deus, quod ſaluti animæ convenientius noſſet: factaque oratione redierunt ad lectum, dicentes; Bono animo eſto, fecimus quidquid voluiſti: acquieſce divinæ voluntati. Habebat autem pedes manuſque affixas pectori. Illis vero ad ſua uniuſcujuſque officia regreſſis, poſt decimam horæ partem venit alia Monacha, videre quomodo haberet infirma; reperitque manibus liberis utentem, & caput ſibi concinnantem. Nec mora: vocat Abbatiſſam videre quid ageretur. Infirma autem, quæ à die Jovis uſque ad diem Martis, manſerat abſque cibo, potu, & ſomno; petiit veſtes quas indueret, ſeque, acſi nihil mali unquam tuliſſet, de lecto elevavit, ac cibum poſtulavit, tota jucunda & hilaris, maxima cum admiratione

poſt orationem ad illum à toto conventu factam.

F

ſubito convaluit an. 1462.

A ratione intuentium, nam qui non vidiſſet credere vix potuiſſet. Teſtis tamen adhibitus fuit D. Franciſcus Guelfi, tunc noſter Confeſſarius. Actum XVIII Maji MCCCCLXII. Atque ita finitur prædicta narratio, quomodo à Monialibus iſtorum temporum ſcripta fuit: per traditionem vero habemus, Monachæ iſti nomen fuiſſe Alexandræ: & ex libris noſtris apparet, eam cui id nominis tunc erat, fuiſſe ex Bartolinis.

aliorum multitudo colligitur ex multitudine anathematum.

15 Alia vetuſta miracula non poſſumus in particulari narrare, propter ſupradictum incendium: ſolum ſcimus fuiſſe multa, quorum memoriam conſervabat maximus votivorum donariorum numerus, in iiſque plures ad juſtam hominis altitudinem, quorum pars tempore conſumpta eſt, pars ex cera facta vendita fuit ante annum MD, quemadmodum etiam poſtea, ac nominatim anno MDLXXX, quando anathemata iſtæc omnia ſublata fuerunt: quia illis tam plena eccleſia erat, ut vix in illam daretur ingreſſus. Pro majori igitur eccleſiæ ipſius commodo, ſublata ſunt omnia, præſertim cum multum corrupta injuriis temporum apparerent; & quæ erant cerea, ſunt conſumpta; quamvis illis multo magis illuſtrabatur eccleſia, quam

B alio quolibet ornamento: unde etiam Papa Leo XI,

Medicea familia illi devota.

tunc Archiepiſcopus Florentinus, idemque Crucifixo devotiſſimus & ſpecialis protector monaſterii noſtri, rem intelligens, oſtendit ſibi eam valde diſplicuiſſe.

16 Medicea autem familia tota eidem Crucifixo noſtro perquam addicta ſemper fuit; ex eaque illi voto ſe obſtrinxerunt Sereniſſimi complures; videlicet Dux Alexander, & Magni Duces Coſmus atque Franciſcus iis nominibus primi, ſua Celſitudo Joanna, Laurentius de Medicis Senior, aliæque magnæ conditionis perſonæ, quas difficile ſit propter vetuſtatem recenſere omnes. Quantum ad argentea anathemata attinet, mandatum fuit Sanctimonialibus, obſidionis tempore omnia vendere, prout fecerunt. Inter tabulas uſque hodie videtur una, facta à Bernardo Tempi, quâ dicitur, quod anno MDXXII veniens ex Oriente, inciderit in naves Maurorum Turcicorum, captuſque & Tunetum in Barbariam deductus ſit, ubi tunc peſtis graſſabatur: venditus autem in ſervitutem, vovit ſe noſtro Crucifixo, & liberatus eſt. Circa annum vero MDLXX corripuit ignis cortinam quæ operiebat Crucifixum, mane in Dominica Palmarum, quando ſolent altaria cooperta haberi: ſed ardente cortina tota, neque Crucifixus, neque obtentum ei velum quidquam læſa ſunt: ſolum, ad majorem evidentiam miraculi, apparuerunt in velo aliqua foramina, velut acu facta; unde clare apparebat flammam attigiſſe velum, ipſumque comburendum fuiſſe, niſi divinitus illa impedita fuiſſet; adeoque notum hoc miraculum fuit univerſæ civitati, ut Dominus Vicarius venerit, ipſum per ſe cogniturus.

Voto ad ipſum facto liberatur captivus Tuneti.

Cohibetur vis ignis illæſi aduſturi:

C

optata proles impetratur pluribus,

17 Inter alias gratias, quas præſtat noſter Crucifixus, notiſſima una & ſpecialis eſt, quod ipſi ſe commendantibus liberos concedat: idque conſtat exemplis pluribus, tam veteribus quam modernis, quarum quædam ad noſtram deducta notitiam ſubnectemus. Inter alia habetur quod Illuſtriſſ. D. Bernardettus de Medicis, frater Leonis XI, liberis carens & devotiſſimus Crucifixo, mane quodam accerſivit Abbatiſſam; aſſeruitque, Crucifixum ipſa nocte præterita ſibi locutum, atque dixiſſe, naſciturum ei filium: uti reapſe natus eſt unus poſt menſes novem, quem ſolebat nominare filium Crucifixi & Juliæ, uxoris ipſius Bernardetti & filiæ Ducis Alexandri; quæ ſimiliter illi devotiſſima erat, faſſa per litteras ſuas, quod magnas gratias per eumdem Crucifixum receperit. Eodem modo devotiſſima ipſi erat, D. Maria, mater Magni Ducis Coſmi, cum tota ſua Sereniſſima familia; quemadmodum hujus erga illum religio appareat comprobata & continuata in libris noſtris, uſque ad prima tempora, quibus allatus ad nos eſt; quando uxor Comitis Varini de Medicis, devota fuit Crucifixi & hujus loci protectrix, uſque eo ut ei educandas commiſerit duas filias ſuas. Plura non reperiuntur notata ex iis quæ multa contigerunt, ante & poſt dictum annum MDXXIV, quando arſerunt ſcripturæ, uſque ad hæc noſtra tempora, niſi pauca infraſcripta ſic relata.

ex Miſſa tum vlm;

18 D. Violantes Adimarii, Bartolis innupta, non habebat liberos; devota autem Crucifixo fuit per ſororem ſuam, Monacham noſtram; & nata eſt D. Magdalena, hodie uxor Illuſtriſſimi D. Alexandri Nigri. D. Lucretia Nicolini, innupta Martiniis, nullos pariebat liberos maſculos; devota fuit, & obtinuit gratiam. D. Comitiſſa Martelli in Bandinis, devota fuit, & peperit filium. D. Eques Salvetti deſiderabat prolem maſculam; pro ejus uxore votum factum fuit, & filium habuit. Domina Felix Poltri, in Cataneis, deſiderabat maſculum etiam ipſa; commendata fuit Crucifixo, & E voti compos effecta eſt. D. Iſabella Neretti, in Caſaliis, optabat filios; commendavit ſe Crucifixo, & habuit quod volebat. Ut autem alios taceam, pie erga eumdem Crucifixum affectos, D. Archiepiſcopus Marci-Medices, ab anno MDXXIII uſque ad XXX quo obiit, quotidie ferme celebrabat Miſſam ante altare noſtri Crucifixi.

tum recuperatori memoria.

19 Agamus porro etiam de miraculis aliis, quorum habetur notitia. Anno MDCXV, Margaritæ, ex familia de Lignaria, quondam uxori piſtoris ad S. Frigidianum, in oculos defluens catarrhus brevi omnem lucis uſuram ſuſtulit. Adhibuit illa medicinas multas: ſed fruſtra omnes. Die quodam monita eſt ab una Monacharum ad S. Urſulam, viſitare tredecim Crucifixos, offerendo & accendendo ad ſingulos candelam unam; ultimus autem eſſet noſter, ad quem dici etiam faceret Miſſam. Executa illa conſilium ad unguem, cum devotione quam maxima potuit, venit ad noſtram eccleſiam, ducta ad manum (jam enim undecim annis cæca fuerat) & quando Sacerdos conſecrabat, invenit ipſa inter manus ſuæ digitos Crucifixum, ex Corona ſua precatoria pendentem; cœpitque primum ipſos ſuos digitos videre, deinde manus, proficiente continuo viſione; adeo ut denique per ſeipſam reverterit domum ſuam abſque duce, manſeritque perfecte videns. Verum quidem eſt quod hujuſmodi gratiam ſolum receperit in oculo dextero, ſiniſtro in tenebris permanente: ſed adeo perfecta in F dextero erat viſiva facultas, ut ad quidvis operis ipſi ſufficeret; manſitque Crucifixo perquam devota. Hoc vero non ſolum oblata occaſione demonſtrat, ſed etiam alios ad exercitium ſimilis pietatis conatur adducere: cum autem anno MDCXXX menſe Majo, eidem devotioni vacaret, ejuſque cauſam ab ipſa quæreremus; prædictum miraculum eo quo ſcriptum eſt modo declaravit, coram tribus Sanctimonialibus noſtris.

Anno ætat.

voto ad Crucifixum impleto

dextero oculo lucem recipit.

20 Anno MDCXXXI menſe Julio. D. Capitaneus Pagni in arce inferiori infirmabatur fluxu ſanguinis; cumque poſt omnia humana remedia fruſtra adhibita, de vita ejus medici deſperarent, monitus fuit votum facere Crucifixo: quod fecit, & ad ſtuporem medicorum recuperavit integram ſanitatem. Venit ergo Miſſam auditurus, pulchrum cereum obtulit Crucifixo, & ſeptem feriis ſextis miſit famulas ſuas duas, quæ illum nudipedes viſitarent. Anno MDC-

Curatur fluxus ſanguinis.

A xxxv die Veneris ſancto, venit inter viſitantes Crucifixum devota quædam mulier, & Sacriſtanæ conſignavit eleemoſynam pro Miſſa, quemadmodum in uſu plurium frequenti eſt. Quæſivit ex ea Sacriſtana, num quam gratiam retuliſſet. Reſpondit illa, Quaſcumque poſtulo, ideoque à multis annis uſum habeo iſtius devotionis: gratiæ autem quas poſtulo plerumque ſunt converſiones animarum. Itaque his præteritis annis petii converſionem unius animæ, quæ modo ducit vitam ſanctam; nunc vero ſatago pro alterius cujuſdam peccatoris converſione. Neque iſta ſolum, ſed aliæ multæ devotæ mulieres, eadem intentione, ad Crucifixum occurrunt: atque haud multi ſunt anni, quod una magnæ conditionis commendavit animam quamdam ſibi propinquam, curatis multis Miſſis ad altare Crucifixi, ipſique proſpiciens de oleo & cera, coram ipſo arſuris longo tempore: obtinuit autem poſtulatam converſionem, cum magna admiratione, exemptâ è vivis eâ quę ipſam impediebat.

impetratur plurium peccatorum converſio,

21 Præſenti hoc anno MDCXXXIX venit pia mulier, commendatura filiam quam habebat, pauperem ac dote deſtitutam, ſæpiuſque oravit ut ipſi proſpiceretur: quod & factum eſt, non ſine ejus ſtupore. Cum enim nullam ad id diligentiam humanam feciſſet, pulſatum eſt ad ejus oſtium, adfuitque qui dotem ſufficientem polliceretur à perſona fide digna; quapropter venit actura Crucifixo gratias, & Miſſam celebrandam curavit. D. Maria Gherardi, Quarteſiis innupta, nullos maſculos pariebat: oblata cum voto fuit Crucifixo; obtentâ autem gratiâ quinque Feriis ſextis viſitavit Crucifixum, & hoc die XVII Junii MDCXXXIX votum complevit. Atque hic finis ſit præſentis Tractatus. *Nempe annus iſte habebat litteram Dominicalem B, atque adeo* XVII *Iunii cum Feria* VI *concurrebat. Apparet autem, ex ipſa talis & præcedentium annorum nota, Auctorem duobus ſimul Monacharum cœnobiis fuiſſe à confeſsionibus: nam anno* MDCXXV *addita etiam ei cura fuerat monaſteriii S. Mariæ Angelorum, ſicut præfabimur ante Vitam S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis; & nihilominus iſti de quo hic agimus perrexit à Confeſsionibus eſſe, ac diu fuit.*

D *& pauperculæ dos inſperata,*

alterique proles maſcula.

DE B. IACOBO-PHILIPPO PRESBYTERO,

ORDINIS SERVORUM B. MARIÆ,

FAVENTIÆ IN ÆMILIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Vita ſtatim á morte ſcripta, familia & cultu.

A. MCCCC-LXXXIII

Acta ſcripta ab Eq. Nicolao Burgheſio,

Nicolaus Borgheſius, Eques Senenſis, vir doctus & pius, à quo ſcriptam Vitam Catharinæ Senenſis laudavimus die XXX *Aprilis, eodem etiam ſtylo excoluit tres Beatos Ordinis Servorum S. Mariæ, videlicet* BB. Joacchimum & Franciſcum *Senenſes, & hunc de quo agere inſtituimus* B. Jacobum-Philippum. *Illorum Vitas, ut ipſe eas ſcripſit, fruſtra deſideravimus ad* XVI *Aprilis & Maji: hujus* Jacobi-Philippi *Vitam, aque fruſtra fortaſis requireremus, niſi Archangelus Gianius Florentinus, auctor Annalium ſui Ordinis, eorumdem Centuria* 3 *ante annos non multos Bononienſibus typis excuſa ipſam inſeruiſſet; unde ut eam haberem deſcriptam, dum ipſe liber adhuc expectatur, fecit Fr. Franciſcus Locatellus de Faventia, in patrio Servorum B. V. Mariæ Conventu Prior anno* MDCLXXVIII; *ſe ſuumque Ordinem profeſſus æterna gratitudinis debito nobis obſtrictum, pro opera quam illuſtrandis* BB. *Ioacchimi & Peregrini Actis navavimus in Aprili.*

C

ipſo obitus anno,

2 *Obierat* B. Jacobus-Philippus *Faventiæ anno* MCCCC-LXXXIII, *in feſto ſanctiſſimæ Trinitatis, adeoque* XXV *Maii: nam illius anni Paſcha Cyclo Solis* 8, *Lunæ* 2, *litt. Dominicali E, cadens in diem* XXX *Martii, Pentecoſten referebat* XVIII *Maii, cujus Octava eſt prædicta Dominica: qua feſtum ipſius annue celebrari, ſcribit Iulius Cæſar Tunducius, in Hiſtoria Faventina. Eſt autem perquam notabile, quod ejuſmodi cultus cœperit ſtatim à morte: quo contigit, ut mox ad ſepulcrum appenderetur in tabula Synopſis Vitæ & miraculorum, quam inde nobis à Locatello deſcriptam primo loco damus. Eodem anno Faventiam adveniens Nicolaus, voti pro recuperata mentis tranquillitate ſolvendi cauſa, dedit precibus rogantis ſe Prioris, ut eadem & plura quæ ſucceſsive contigerant, ſuo ſtylo colligeret. Civitas autem Faventina ſuam erga Beatum gratitudinem noluit habere in ipſo ſolo colendo: ſed ejus cauſa Patri quoque ejus* Miſſurinò qu. Oliverii della Cella, *in fortuna tenui gravato inutili familia, imprimiſque tribus nubilibus filiabus, ad eas honeſtius collocandas ſuſtinendamque commodius familiam, magnas conceſsit immunitates, intuitu talis filii, paucis poſt obitum ejus menſibus, die* XXIV *Auguſti: cujus Inſtrumenti exgraphum prædictus Locatellus exoravit ab humanitate Illuſtriſſ. Comitis Bernardini Azurini de Comitibus,* I. V. *Doctoris excellentiſsimi & Academici Philoponi. Quod Inſtrumentum, quia non parum ad rem noſtram facit, poſt Miracula exhibeo.*

ex tabella ad ſepulcrũ appenſa quæ etiam datur

cum privilegio familiæ Beati conceſſo.

3 *Sequetur deinde* Appendix de variis primi à morte cultus documentis, *Notarii publici Natalis Laura manu transmiſſis, fidē pro eo ut tali faciente, ſigillumq; Faventinæ civitatis apponente, Alexandro Mabucellio, Notario & Cancellario Faventino, de mandato Dominorum Antianorum, die* XV *Iunii anno* MDCLXXVIII. *Porro teſtis continuati cultus per duo conſequenter ſecula, ipſe cum Magiſtro meo Henſchenio fui, anno* MDCLX *die* XVII *Novembris, quando tranſeuntes Faventiæ etiam Servorum templum luſtravimus, & clauſum in altari corpus adoravimus; nulla tunc ampliori notitia relata, quia qui dare eam potuiſſent & voluiſſent, tunc omnes aberant à conventu. Philippus Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ elogium huic Sancto texens,* Idibus Maji *obiiſſe eum ſcripſit, facili lapſu diem* 15 *pro* 25 *ſupponens, aut legens in ſuis adverſariis: verus enim dies patet ex dictis: & ipſe errorem recognovit correxitque in altero Catalogo generali Sanctorum qui in Romano Martyrologio non ſunt, ubi ad* XXV *ſcribit:* Faventiæ B. Jacobi Ordinis Seruorũ, *& in Notis allegat* Tabulas eccleſiæ Servorum Faventiæ, *ſicut antea allegaverat* Monumenta cœnobii, *utique ea ipſa quæ nos proferimus.*

Continuatio cultus.

F

VITA

VITA ET MIRACVLA XI.

Ex veteri tabula in ſacrario affixa.

BEatus Jacobus-Philippus de Faventia, cujus memoria in benedictione eſt, nonum ætatis & trigeſimum annum agens, è terris à Domino vocatus die xxv Maji, lætus meruit ſecreta ſcandere cæli: ſic enim pientiſſimus Deus mercedem reddit laborantibus in vinea ſua, veluti fecit vir iſte ſanctus, qui non circa undecimam, ſed circa primam diei horam ad operandum acceſſit. A pueritia namque ſua dum nonum ageret annum ad Ordinem Servorum B. Mariæ receptus, in omni timore Domino ſervire cœpit, &, uſque ad trigeſimum nonum (quo tempore diem clauſit) conſtanter contra [omnige]nas mundi tentationes ac dæmonis laqueos perſeveravit; & ut lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, fructum attulit, non trigeſimum, neque ſexageſimum, ſed centeſimum. Hic Dei ami[cus aſſiduis je]juniis, & orationibus continuis vacabat, quod vix caro oſſibus adhærebat; & ex ore ipſius non niſi pientiſſima verba emanare intelligebantur. Pœnitentiæ Sacramentum quotidie exercebat [devote; diutur]niſque ſuſpiriis & lacrymis piacula abſtergere conabatur, ut ſeipſum verum, atque idoneum Chriſti templum præpararet: & à venialibus ita ſe cavebat, quod plerumque per quatuor dies [nec minima quidem ten]tatio inordinata poſſet in corde ejus reperiri. Præceptum Domini de correptione fraterna ſemper ante oculos ſibi propoſuit: [& correptus] à Fratre, non ſemel tantum, ſed decies & vigeſies, maxima cum hum[ilitate ignoſci ſibi] petebat. Vino raro uſum fuiſſe affirmant, carnem vero nunquam manducaſſe aſſeverant, qui ipſius vitam contexunt; imo [virtutes de]ſcribunt. Addunt inſuper eum tanto timore correptum ſacrifi[cium Miſſæ quotidie ob]tuliſſe, quod non ſolum lacrymarum copia ex ipſius oculis proflueret, ſed etiam omnibus membris contrem[iſceret. Septenario] dono ſpiritus almi almus vir iſte plenus fuit. Erat ei timor [Domini perpetuo ſocia]tus in corde, in ore, & in opere; qui tamquam ſcopa purgabat cor à duplicitate, os à falſitate, opera à vanitate. Et quia parum prodeſt per ſpiritum timoris mala vitare, niſi alia adſint [per quæ poſſis & bona facere; à pi]entiſſimo Patre reliquis etiam fuit exornatus. Habuit namque Spiritum pietatis, per quem bona agere didicit; Spiritum ſcientiæ, per quem diſcretionem in omnibus habere demons[trabatur; Spiritum ſapien]tiæ; per, quem intus afficiebatur; Spiritum conſilii, per quem nihil præcipitanter egit; Spiritum denique fortitudinis, per quem ſe ipſum contra omnia mundi adverſa præmunivit: [& ideo poſt hanc vitam fuit ejus] felix obitus tot illuſtratus miraculis. Confeſtim enim quod glorioſum corpus in eccleſia fuit delatum, nonnulli infirmi, ipſum fideliter tangentes, à variis languoribus curati, priſtinæ [ſanitati fuerunt reſti]tuti, veluti Civitatis Faventiæ publici annotarunt ſcriptores: horum autem hæc pauca recenſentur.

Anno 9 æt. adjunctus Ordini,

B *Vitam pie auſtereque inſtituit*

& ſeptiformi ſpiritus gratia donatus,

C

ſtatim à morte claret miraculis:

quorum undecim his deſcribuntur.

I. Ginevra, Gaſparis Zucharini uxor, civis Faventini, pœna inenarrabili pedis dextri per tres annos aggravata, ad corpus glorioſum ſe deferens, confeſtim omnem dol[orem ſemotum ſenſit].

II. Paulus Faventinus, de Nobili gente Cavina, eodem die cruribus contractus, ægrotoque corpore nixus ligneis ſubſtentaculis, ad Beati cineres ſe recepit, & miſericordiam [clamans, ſuffragium im]plorans, reliquias tangit, & continuo liber ſurgit.

III. His miraculis divulgatis undique confluunt populi, ſuos infirmos deferentes: inter quos aſportatur Franciſcus Aluptavus ex Granajolo oppido [Faventino, qui ita diu tumidis cruribus turgidoque corpore fuerat], ut vix loco ſe movere poſſet: voto tamen ſuſcepto, ſacriſque cineribus tactis, illico ſanitati reſtituitur, ligneoſque ſcipiones ad perpetuam memoriam [in æde Servorum ſuſpendendos curavit]. EX VET. TABULA.

IV. Philippi de Spadis Vallis-Amonis filius (Julianus nuncupatus) oculo ſiniſtro obcæcatus, ad venerabile defertur corpus: cujus dextera illico quod oculo [fuit adjuncta, ſubito cuncta labes ab oculis cecidit].

V. Menghinus Ravaglienus ex apoplexiæ morbo ſiniſtri lateris robur amiſerat, pariterque in morbum inciderat hernicum, quo non ſolum inteſtino dolore, ſed [vitæ tædio afficiebatur: ſed ad glorioſum corpus accedens, convaleſcit].

VI. Domina Ellena, vidua ſexagenaria de Paſulinis, tumidis cruribus turgidoque corpore, cum vehementer afficeretur, & ipſa [voto ſuſcepto læta diſcedit].

VII. Melchior puer, treſdecim annos agens, cum pedem ſiniſtrum pervolutum retortumque plures geſſiſſet annos, tanti viri meritis [liber evaſit].

VIII. Antonia ſeptennis, filia Ugolini de Marchettis ex Caſtello Granajolo, & ipſa eodem modo laborabat; ſed eodem modo voto [ſuſcepto, eodem etiam modo ſanitati priſtinæ donatur]. E

IX. Urſula Antoniæ mater, ab aſpero fiſtulæ morbo, quem per octo jam annos paſſa fuerat in brachio ſiniſtro, hujuſmodi infi[rmitatem amplius non patitur].

X. Puella quædam (cui nomen Gentilis erat) tredecim annos ſurda ac muta vixerat; ac parentes [Luchinus ſcilicet, & Ginevra Vexanenſes de Forolivio, eam ad beatum corpus perducunt: quo facto illico] Deo laudes dare cœpit, qui meritis beati Patris à tali ac tanta infirmitate ipſam curaverat.

XI. Giſola Lughenſis femina, annorum ſex & quadraginta, morbo hernico cum diu languiſſet, ad ſacrum accedit corpus, [& fuſis precibus ſanitati donatur, per merita & interceſſionem B. Ja]cobi Philippi: cujus corpus, honorifice reconditum in eccleſia Servorum civitatis Faventiæ, adhuc mirac[ulis claret: & quotquot ex vi]cinis locis accurrunt infirmi, à languoribus variis curantur.

VITA ET MIRACULA

Auctore Nicolao Borgheſio Senenſi, ipſo quo Beatus obiit anno ſcripta.

ex 2 parte Annalium Angeli Gianii.

PROLOGUS GIANII.

NOn parvo aut mediocri ornamento Ordini noſtro fuiſſe hoc tempore Jacobum-Philippum de Faventia, multa illius probatiſſimæ & innocentiſſimæ vitæ argumenta declarant; quæ eo veriora probantur, quo à laudatiſſimo nobilique ſcriptore Nicolao Borgheſio, aurato Equite Senenſi, non perfunctorie aut fortuito, ſed opportuno Miraculo, quod ex meritis & interceſſione hujus beati Patris in ſeipſum anno MCCCCLXXXVIII expertus fuerat, cuncta diligentiſſime referentibus qui aderant Fratribus, omniumque Faventinorum comprobante fama, collegit. Is enim cum quodam pernicioſo morbo Senis laboraret, devotione beati Viri permotus, Faventiam voti cauſa ad ejus tumulum peregrinatus, argen-

PER NIC. BORGES. EXGIAN. *Nicolaus voto facto à morbo liberatus Beati gesta scribit.*

argenteam sui obtulit imaginem; cui etiam carmen hoc pro rei veritate, suppositit,

Corde laborabam, genio stimulatus iniquo,
Quod vitio stomachi crescceret atra bilis:
Huc mox confugi supplex; numeroq; precantis,
Dive, tuum, vacuæ non rediere preces.

Hanc itaque occasionem nactus P. Taddeus Aretinus, ejusdem loci Prior, Nicolaum, quem eleganti facundia præditum noverat, obnixe rogavit, ut B. Jacobi-Philippi vitam & miracula, antequam à contubernio Faventiæ discederet, ne tanti viri memoria excideret, simul componere dignaretur. Quod & libentissime præstitit, sic ejus gesta ab exordio enarrans.

VITÆ HISTORIA.

Ex patris voto,

2 JAcobus Philippus, ex bonis, mediocris tamen fortunæ parentibus, Faventiæ nascitur. Patri Misserinus de Bertonis de Cella Montis-clari, matri nomen Dominica, seu Lucretia fuit. Hic Andreas dicebatur, antequam dicatus esset religioni: qui cum biennis morbo comitiali seu epileptico laboraret, votum suscepit pater, si liberaretur, religioni se filium destinaturum. Andreas ab initio pueritiæ templa ultro divina frequentare cœpit: nec voluptatibus, nec ludis delectabatur, quibus pueri oblectari solent. Natura fuit subtimidus, & taciturnus in primis, solitudinisque percupidus. Dum erat novem circiter annos natus, pater, ut votum persolveret, eum religioni Servorum Beatæ Mariæ Virginis anno MCCCC-LIII addixit; cui spiritu & nomine renatus, postea F. Jacobus-Philippus vocatus est. Initiatus jam puer obedientia præstabat, & observatione mandatorum singulari: adulta deinde ætate jejuniis ac vigiliis sese exercuit: Euangelicas vero auditiones sacramque Paginam omni studio prosequebatur, quia tantisper refici videbatur. Dum gesta Patrum & sanctorum virorum exempla, castitatis, observantiæ, humilitatis lectitabat adolescens, tantum litteraturæ comparavit, ut Christianorum probatorumque Latinorum libros plane recteque intelligere posset. Ecclesiæ suique Ordinis ritus & ceremonias divinorumq; Officiorum observationes callebat imprimis, eorumque omnium studiosissimus extitit.

religioni addictus novennis,

Sanctorum exemplis & studiis delectatur,

3 Aliquibus functus est officiis, quæ Fratrum omnium gratiâ ministravit: erat enim natura facilis, mansuetus, & qui libens honestis aliorum desideriis obsequeretur. Animo perturbari aut irasci visus est nunquam. Aliorum in se maledicta, si qua fuissent, æquissimo animo perferebat: ipse maledicebat nemini, cujus lingua in omni ætate parcissima fuit; non modo turpium, sed otiosorum quoque verborum expers. Si quid interdum inter se confabulantes obscœnum forte audivisset, vultu illico obnubilari, brevique monitu discessuque suo castigabat errantes. Postquam Sacerdotali dignitate potitus fuit, qui devotiore animo majoreque reverentia, profluentibus lacrymis sacrificaret, inventus est nemo; ut qui Crucis mysterium, dum Hostiam præ manibus haberet, altius contemplaretur. Otii fuit inimicissimus, quod id malorum omnium diceret sentinã. Inter canendum, celebrandaque in choro divina Officia, cum ceteris Fratribus conveniebat; ceterum in cella modo orando, modo legendo tempus impendebat: interdum tamen aliquo vel intexendi vel figurandi ministerio mentis onus sublevare consuevit; ita ut nunquam aliqua re occupatus non esset. Deambulacris utebatur solus plerumque: & meditabundus vultuque demisso incedebat. Cum cetera sacra volumina tum B. Hieronymi libros cupide perlegebat, præcipueque de Hieronymi transitu sive obitu frequenta-

varia officia obit;

& Sacerdote dignas virtutes exercet:

bat opusculum. Jam jam sola cælestia meditabatur, atque cælesti magis substantia, quam esca corporali pascebatur: siquidem semel fere comedebat in die, & parvo vilique cibo contentus erat: vocatus tamen à Superiore, quæ communiter parata fuerant, edebat. Verum sexta feria, in Dominicæ passionis memoriam, secundum sui Ordinis instituta, cum cilicio, herbarum tantum cibo vescebatur & aqua.

D

imprimis temperantiam,

4 Nihil ægre magis tolerare videbatur quam se laudantium ora: hac in re singularis ætate nostra fuisse visus est, qui opera sua spiritualia summasque virtutes, quoad posset, absconderet. Bonus licet ac rectus ab omnibus haberetur, longe tamen in minore pretio, quam apud Deum, apud homines fuit: abjectus enim & contemptus inter mortales esse voluit, Salvatoris exemplo; atque in occulto nihil optabat magis, quam patri & auctori suo Deo quoquo modo placere, nostrique Redemptoris viam sequi. Idcirco omne suum studium ad incorruptibiles divitias transtulerat, mentemque sic in cælestibus solidaverat, ut ad perennis vitæ gaudia tantum anhelaret. Vivens adhuc sanavit Jacobum Monium, Faventinum civem, à fistula post tergum, qua diu laboraverat; illum ter Cruce signans, & Jacobo mandans ut Deo gratias ageret, & id quod factum esset nulli unquam manifestaret. Jacobus tamen, post mortem Beati, rem ut contigisset narravit: & sumn statuam pro voto posuit, quæ adhuc ibi conservatur.

& humilitatem.

Crucis signo infirmum sanat.

E

5 Cum adesset extrema dies, adversa capitur valetudine, quam vultu magisque verbis indicabat. Cumque, ut valeret, rogaretur; Bene semper pro voluntate Divina, responsum dabat. Abfuit ab eo homine, tum in perferenda morte, tum in ceteris rebus omnibus, impatientia vel querela. Non decumbebat, sed ultro citroque spatiabatur ægrotus. Pridie quam decederet, ad decantandum in ecclesia Matutinum cum ceteris Confratribus interfuit, quin etiam mane inedius rem divinam celebraverat. Erat ei familiaris admodum Fr. Simon, ex Matthiola familia civis Faventinus, vir permodestus & rectus, qui cubiculum cum eo commune per plures annos habuerat. Fr. Jacobus-Philippus Fr. Simonem ad se vocat, aliquot ante dies quam è vita discederet; cui secreto visa communicat, in choro habita per quietem: quibus monstrata sibi fuisse dicit perpetua damnatorũ supplicia apud inferos; subinde eorum cruciatus, quorum non sine spe futuræ vitæ peccata purgantur; postea salutis æternæ gaudia, & cælestis regni gloriam ante oculos habuisse. Vesperi singulos seorsum, pridie quam migraret, Confratres adit; veniam petit supplex, atque precatur, ut inter crastinas rei divinæ orationes pro animæ suæ salute velint orare apud Deum, quam credere se dicebat ex corporis vinculis cito discessuram.

Extremum ægrotanti,

ostenditur damnatorũ, purgatorium & Beatorũ retributio;

F

6 Postero die extremoque, cum adhuc de celebranda à se Missa cogitaret, prohibitus propter adversam valetudinem, præsertim à Fr. Clemente, quem loco patris semper observaverat; jacuit in lecto aliquantisper, divinum & consuetum Officium legens, & Christum crucifixum prope se tenens, quem persæpe osculabatur. Interea linqui animo visus est. Deposuerat jam librum, quem præ manibus habebat: capite nutat, & contremiscit aliquantulum. Confrater Simon, qui per cubiculum deambulabat id animadvertens, continuo accurrit: orationeque animæ commendatitias vix absolverat, cum vir sanctus nonum & trigesimum agens annum, mortem cum æterna vita mutavit, parentibus adhuc superstitibus & lugentibus, hora nona in festo sanctissimæ Trinitatis, octavo Kal. Junii, anni MCCCLXXXIII. Hic vero cum in cubiculo à Fratribus lavaretur de more, & jam in morbo vitæque asperitate dum viveret corpus

& in Domino requiescit:

A corpus haberet ſcabioſum & maculatum, protinus ab omni macula & ſcabie mundatum repertum, omnes Fratres in admirationem rapuit. Dum vero poſt honorabile funus ipſum tumulare de more vellent, Faventinus populus, audita luculenta de ipſius laudibus per quemdam Patrem oratione, pleno ore proteſtatus fuit, beatum virum humandum non eſſe, dum confluentes infirmi ex tempore ſanarentur. Quare corpus ejus, communi omnium conſenſu, plures dies in feretro reſervatur; donec Galeottus, Princeps Faventiæ, ex gente Manfreda, fama Beati commotus, ad eum viſendum ſe confert; & certior de ſingulis factus, ſtatuit omni honore affici glorioſum corpus, & apud aram ſacelli ſui ponendum venerandumque mandavit. Tantis interea illuſtratur miraculis, ut univerſa civitas Faventina atteſtari poſſit, nullum fuiſſe mœrentem, qui de gratia ſua & benedictione valetudinem non reciperet.

miraculiſq; illuſtratus tumulatur.

ANNOTATA.

a Opuſculum de tranſitu ſeu obitu B. Hieronymi, *etiam apud nos Ms. extat, ſub nomine Euſebii diſcipuli ejus: quod licet*, ut plenum erroribus confertumque
B mendaciis, *merito reprobet Card. Baronius, jureque ad talcem operum Sancti Doctoris rejectum ab eorum editoribus fuerit; ea tamen ætate qua Beatus noſter vixit, non minum ſi piis hominibus placuit, tanta quantam præfert ſpecie pietatis.*

EPILOGUS GIANII.

Gaſparini Veneti Epigramma de B. Iac. Philippo e

6 Hæc Borgheſius. De hoc quoque Beato cecinit aliquando, qui eum noverat, Gaſparinus Venetus, inter ſua Poëmata de Beatorum gloria.

Quem tulit, & puerum fovit Faventia, ad aras,
Nunc eadem ſupplex fert ſua vota, tuas.
Te modo, qui vitæ poteras vitare venenum,
Et curas hominum ſpernere ſolicitas,
Vel pia Religio ſuprenis inſerit aſtris,
Vel potius Pietas religioſa beat.

ejuſdem imago Aretii

Beati Jacobi Faventini imaginem Aretii, ubi plurimum fuerat diverſatus, ad vivum retulit P. Bartholomæus Camaldulenſis, nunc Abbas S. Clementis
C de Aretio: qui non modo in conſcribendis & Phrygio opere ornandis libris pro choro, ſed etiam in arte pictoria [eximius], inter ſummos artifices illorum temporum à Georgio Vaſario in [libro] de claris Pictoribus recenſetur. Alia quoque ipſius imago *& Papiæ:* perantiqua habetur Papiæ in eccleſia noſtra S. Primi, ſub qua hæc ſequuntur verba: Hoc opus fecit fieri D. Joannes Ambroſius de Podio, qui voto facto B. Jacobo-Philippo de Faventia liberatus fuit à mortali infirmitate, MCCCCXCVI, die IX Septembris. Auguſtinus de Vapria pingebat. MCCCCXCVIII die IV Aprilis *a*.

a

feſtum Faventiæ 25 Maji

7 Erat Beatus ille altiori ſtatura prominens, adeo macie confectus, ut pelle tantum & oſſibus conſtare videretur: anguſta, ſed oblonga facie; erecto collo, naſo longiuſculo, reconditis oculis, digitis manuum protenſis, & notabiliter pallidus. Sic, qui illum probe novit, Borgheſius lineamenta deſcripſit. Sunt qui ei parvam Crucem in manu apponant, cum chartula, in qua legas, Dominus illuminatio mea. Ejus annua commemoratio in illa eccleſia, ſolenni populorum frequentia ad ejus tumulum, XXV
b Maji *b* percelebris habetur, & panis benedictus ad ejus honorem populo diſpenſatur.

8 Eodem quoque anno, quo deceſſit beatus Pa-

ter, Communitas Faventina Miſſerinum ejus genitorem inter ſuos cives cum tota Bertonum familia conſcribi unanimi omnium conſenſu juſſit: & cum pater jam tres nubiles filias haberet, quæ B. Jacobi-Philippi ſorores erant, tenuiſque ad eas locandas eſſet domeſtica facultas; ſtatuerunt ex Senatus-conſulto, ut Miſſerinus, intuitu ipſius filii, nuper Beati, ab omnibus gravaminibus & oneribus realibus & perſonalibus eſſet immunis: & hoc favorabili plauſibilique omnium acclamatione, ſub die XXIV Auguſti, tertio vix elapſo menſe ab ejuſdem Beati depoſitione. Ipſe quoque Galeottus ſecundus, d Faventiæ Princeps, ſicut antea mandaverat, ut d beatum illud corpus in proprio Manfredæ familiæ ſacello collocaretur, ita poſtea Bertonæ ipſius familiæ omnia ſua jura illius ſacelli, ad honorem B. Jacobi-Philippi, ſponte & munifica liberalitate ceſſit & donavit. Cum autem ipſius Corpus, miraculis clarum, Fratres ab initio depoſuiſſent in quadam ſepultura, quæ erat in ſacello S. Joannis, ibique ſtetiſſet uſque ad annum MCCCCXCV; viſum poſtea *corpus trãſlatum an.* fuit, ob frequentiam populorum, ut ex voto & devo- 1495
tione Galeotti Manfredi, in quadam arca à parte dextera ejuſdem ſacelli conderetur. Cumque ibi quieviſſet uſque ad annum MDXCIV, Bertona tandem E familia, communi affinium ſtipe (quod indicant ibi & 1574.
appoſita verba) lapideum ei ſarcophagum dicavit: quod & pro ara ejuſdem ſacelli inſervire ſtatuerunt: & in ipſum ejus corpus ſolenni tranſlatione recondi curarunt. Illud vero concurrenti tunc populo maximæ admirationi fuit, quod flores, jamdiu ſuper ejus corpus à piis fidelibus ante centum annos effuſi, poſtmodum perinde recentes inventi ſunt, ac ſi eadem die, cum proprio colore & odore, collecti fuiſſent *e*.

ANNOTATA.

a *Eadem referuntur in Centuria Annalium Ordinis*; *necdum nobis viſa lib. 3 cap 9 & 10: primo tamen loco ibi notatur, quod imago* Ferrariæ, in columna eccleſiæ Cathedralis, uſque ad annum 1675 depicta viſebatur, in manibus parvam Crucem coloris rubei deferens; & ſuperiori in parte columnæ ejuſdem inſcriptum nomen legebatur, cum titulo Beati.

b *Iulius Cæſar Tonduccius in Hiſtoria Faventina, ſimiliter necdum huc petlata, pag. 37 dicit*, Feſtum annue celebratur in Dominica Trinitatis, *quæ tunc cum* F *Beatus obiit in 25 Maji cadebat.*

c *Iſtud Senatus-conſultum infra exhibetur.*

d *De hoc* Galeotto *Principe Faventino plura nos docebit Tonduccii hiſtoria. Interim ſuppono diverſum eſſe ab hujus temporis & nominis Mirandulæ Domino, fratre illius famoſi Ioannis Pici Mirandulani, cui ex filio Ludovico nepos quoque Galeottus fuit, in ordine Mirandulæ Dominorum ſecundus.*

e Colitur nunc idem corpus & viſitur per ferream cratem, die feſto ejuſdem Beati ſub altari, plane integrum & incorruptum: ibique extenditur ſuper marmoreum tumulum, intra capſam ligneam undique deauratam, cum cryſtallinis feneſtris à parte exteriori, habitu Ordinis indutum. *Ita in Epiſtola Locatelli.*

PROLOGVS GIANII

Ad miracula à Borghesio collecta.

Viventis miracula jussa à Beato scleri,

9 PRofunda humilitas & modesta taciturnitas hujus famuli Dei, multis recolendis & memoria dignis miraculis cum viveret perpetratis, hos nostros, quo minus recensentur privant Annales; cum pro usu haberet, ut quas mœrentibus gratias impetrasset perpetuum eisdem silentium imponeret. Id proculdubio testatus fuit post ejus mortem Joannes ille Antonius Monus, cui post sanatam signo Crucis fistulam (ut supra dicebatur) ne cuiquam revelaret unquam sub gravi interminatione præceperat. Is vero post mortem ipsius alia consimili ægritudine pressus, priorem, quæ contigisset in vita, revelavit; pro altera vero, propria apposita imagine, tale etiam suppositum monumentum.

ati Io. Ant. Monus testatur;

D. O. M.

Joannes Antonius Monus, trilustri ac immedicabili morbo æger (Jacobus-Philippus Pater oranti cum hic apparuisset pro salute illius) effigiem hanc ad sepulcrum B. Jacobi-Philippi posuit, animumque mox composuit.

B

alia post mortem à Borghesio scripta.

Verum ut singula, *inquit Gianius*, quæ statim post ejus obitum, & per subsequentes dies ex illius intercessione advenerunt, eadem serie, qua ab ipso Nicolao Borghesio conscripta fuerunt, perlegi possint; nos ea, & magnitudine, & numero numquam amplius edita, sic complecti ab exordio duximus. *Ita Gianius. Nos qui miracula prima, ex eadem quam Borghesius fideliter transcripsit tabula, supra exhibuimus, continuationem illorum ab eodem additam satis habemus exhibere, servato tamen numero quo insigniuntur à Gianio: qui in Annotatis dicit, Borghesii Ms. integrum inveniri in Bibliotheca Servorum S. Antonii de Pisis, nonnulla etiam se didicisse ex publicis Monumentis civitatis Faventinæ apud D. Bernardinum de Azzurinis, Notarium & rerum antiquarum illius civitatis diligentem assertorem.*

CONTINUATIO MIRACULORUM,

Eodem quo Beatus obiit anno patratorum.

C

Sanantur, puer claudus,

XII. PUer Hieronymus, annos natus tredecim, Ravennas (nam claudus erat insigniter, in partem dexteram curtiori crure deflectens, quapropter gressus ejus majorem in modum deformis esse videbatur) habuit accessum non sine magna devotione ad B. Jacobi-Philippi sepulcrum, utque liberaretur suppliciter obsecravit. Nec primo, nec altero die gratiam consecutus est: ipse propterea nihilo sequius tertio oravit die, quinimo multo clamore, plurimis lacrymis instabat magis, ut quod petierat impetraret. Victus B. Jacobus-Philippus pueri miseratione, postulatis tandem obsecutus est. Salvum itaque puerum fecit, rectumque paribus fecit cruribus. Data est ab omnibus Deo gloria, non sine lacrymarum copia: puerque lætus in patriam suam reditum habuit.

mulier muta,

XIII. Rengarda, ex Massa Ferrariensi, Angelo Ghermaglio nupta, morbo ejusmodi generis ægrotavit, ut loquendi facultatem penitus amitteret; itaque novem perpetuos menses verbum ullum facere non potuit. Fulgente magis indies B. Jacobi-Phillippi miraculorum splendore, mulier in spem adducta est, si ad sacrum corpus deferatur, salva ut fieret & loquendi compos. Perducta igitur ad Beati sepulcrum, adhibita ingenti reverentia, supplicavit ex intimis animi cordisque medullis, ut loquendi facultatem recuperaret. Tunc B. Jacobus-Philippus devotissimæ fœminæ pristinam loquendi facultatem restituit. Quæ statim expeditam in conspectu omnium orationem habuit: postea summas agens Deo Sanctoque gratias, suam domum lætabunda pedem retulit.

D

puella enervis,

XIV. Sancta, Nicolai Romandioli Forolivensis filia, perplexis totius corporis nervis præpedita languebat: à genitrice ad Beati corpus delata, salva liberaque facta est; post preces adhibitas, laudans Dei Majestatem, mox in patriam rediit.

alia utroque latere paralytica,

XV. Magdalena, de patre Benedicto Forolivensi genita, ubi primum nata est, utroque latere debilis atque manca esse perspicitur; permittente jam ætate gradiendi quoque pene impos: quæ ægritudo perduravit ad tertium usque decimum suæ ætatis annum. Mater ejus, Dominica Ostentis, miraculis B. Jacobi-Philippi divinitus micantibus compulsa, decrevit tali calamitate languentem filiam ad Beati monumentum perferre: quæ postquam perducta est ante sacras Reliquias, aliquantisper illic commorata, gratiæ particeps non erat. Iteratis deinde precibus, nec votum assequebatur. Quapropter cum abire decrevisset, & domum reverti cœpisset; inter vias devotissimo corde cereum simulacrum Beato devovit, si ad suos rediens sana fieret. Post hoc animi propositum meliuscula statim facta est: & antequam ad proprios lares pervenisset, liberata penitus fuit. Voti deinde suscepti memor ad sacrum corpus se retulit, votumque magno cum gaudio persolvit, glorificans Deum, & Beato meritas agens gratias.

E

energumena,

XVI. Jacoba de Rombellis, ex Castello Granarolo, spiritu occupata maligno, non parum vexabatur. Trahitur ad beatum corpus, quæ post frequentatas orationes mundata est malo dæmone, qui antea ceteris adjurationibus ejici non potuerat; sed Beati Jacobi-Philippi meritis discedere opportuit ab ea, quæ magna cum fide Divi opem imploraverat. Laudata infinita Dei bonitas ab ingenti turba fuit: fœminaque, excusso dæmone mentis compos, magno animi gaudio domum rediit.

epilepticus,

XVII. Matthias, Joannis filius, ex pago Faventini agri, [valetudine] turbata comitiali morbo, quem caducum dicunt, laboraverat diu. Hic magna cum reverentia & spe ad venerabile corpus accessit: devotam supplicationem adhibuit: illico sanatus est, ut qui postea numquam ejusmodi morbo sopiretur: ac data Deo gloria, lætus reversus est in patriam.

F

hernioſus,

XVIII. Sanus Sabbatinus, ex Sancto Georgio Vallis-Hamonis, quinque annorum puer, infirmus morbo hernico, commendatur Sancto: statimque incolumis factus est. Propinqui, summopere Deum collaudantes, & agentes Beato Jacobo-Philippo gratias, puerum bene valentem domum reduxerunt.

apoplectica,

XIX. Joannina vidua, quæ Stephano de Marradio ditionis Florentinæ nupserat, apoplexiæ morbo vires dextri lateris omnes perdiderat; domi manens, dum tanta Divi Jacobi-Philippi miracula splendescere indies magis pleno omnium ore cognovit, devotissime Beato se commendat; votique se ream facit, si gratia sua resanescat. Hoc statim facto, tali morbo soluta est: accepti tanti beneficii memor subito ingressa est iter; & ad venerabile corpus profecta, debitas agit gratias; susceptoque voto cumulate satisfecit.

hernioſa;

XX. Mulier annorum circiter quadraginta quinq;, cui Pax nomen erat, ex Ruffio Faventini agri castello, de gente Bellona, hernico morbo per quatuordecim annos

annos ægrotaverat, ita ut eſſet inutilis, nec domi quidquam agere poſſet, quod ad muliebre officium pertineret. Hæc venit cupide ad venerabile Beati corpus: gratiam poſtulat ſuppliciter; quam pro ſuo deſiderio conſecuta, Mariæ Virgini Beatoque ſimul juſtas gratias agit, ad ſuoſque contenta rediit. PER NIC. BORGES. EX GIANO.

item herniosus, XXI. Eodem morbo gravatus Stephani filius, ex Foro-Cornelii, quam Imolam dicunt, territorio, ſumma voluntate ac ſpe ad Beati monumentum ſeſe contulit, obſecravit devotiſſime, ut integra valetudo ſibi reſtituatur: quam ſtatim conſecutus, ante oculos omnium qui aderant, collaudata æterni Dei largitate, domum incolumis inde digreſſus eſt.

furiosus, XXII. Jacobus Bartholomæi filius in pago territorii Imolenſis Mazzollano, captus mente per multos annos fuit, qui furore frequenter agitatus multa dicebat abſurda, de ſe deque aliis male cogitans; quapropter aſtringi vinculis & compedibus ſæpe illum oportebat. Hic, non ſine magno ſuorum labore, ad ſacrum corpus conductus eſt. Qui poſtquã ingreſſus eſt eccleſiam, magna voce clamans variis modis inſaniebat, quem ligari neceſſe fuit, ne ſibi aut ceteris perniciem inferret. Qui primum ante Mariæ Virginis altare oblatus, poſt frequentatas deinde ſupplicationes, rediit tandem ad ſeſe, prorſuſq; B reſipuit. Bonæ igitur mentis compos, ante ora adſtantium omnium his verbis uſus eſt: Me inſanientem vidiſtis, vidiſtis furibundum; modo per ſummam B. Mariæ Virginis clementiam, & per Jacobi-Philippi merita, furore depoſito ſanus penitus factus ſum, liberoque arbitrio fungi poſſum, quod petieram; ab omnibus Deus magnificetur, qui ſupra merita ſemper de humano genere bene meritus eſt.

cæcutiens unus XXIII. Jacobus, filius Petri Ravennatis, obtuſa oculorum acie gravabatur. Profectus ad ſacrum corpus ſuppliciter Beato ſeſe commendavit: meritus gratiam, liberis nitidiſque oculis in patriam rediit, glorificato Deo.

& alter, XXIV. Baptiſta Joannis Tonii, ex Valle-Hamonis oculum alterum macula ſex annos obductum geſſerat, quo nil fere videbat. Venit ad Jacobi-Philippi ſepulcrum, implorat opem, oculus ſtatim labe mundatur, & ſuo plane utitur officio. Quam quidem rem ſentiens ipſe Baptiſta, Beato ſummas agit gratias, lætuſque diſceſſit.

manu contracta, XXV. Tereſina, quæ Miſſiroli Faventini uxor fuerat, contracta in pugnum ſiniſtra manu premebatur, quæ explicari niſi vi non poterat. Acceſſum habet ad venerabile Corpus, manus ſuæ libertatem orat C ſupplex, quam ex ſua devotione ſine mora conſequitur: Mariæ Virgini Beatoque gratias egit, expeditaque manu domum rediit.

pede languida, XXVI. Nicoloſa, Baptiſtæ filia, ex oppido Oriolo-ſicco de Valle-Sancterni, languido retortoque dextero pede nata eſt, cujus vitio & dolore præpedita ægre vivebat. Magna cum ſpe petit Beati ſepulcrum, humiliter ſeſe commendat; gratiam comparat, ſanato pede; poſtquam Deum magnificavit, hilaris domum revertitur.

hernioſi tres, XXVII. Thomas, Petri Gratiani filius, Cutignolæ ortus; Primus, Jacobi Renaldi filius; Chriſtophorus, Joannis Muliani filius, Ravennatis agri. Hi tres morbo hernico laborantes, diverſis quidem diebus ad ſacrum Divi Jacobi-Philippi corpus ſeſe receperunt, ſuppliciter pro ſe quiſque gratiam petens. Omnes voti compotes facti ſunt, dataque Deo gloria ad ſedes ſuas reverterunt.

contracta, XXVIII. Galitia, Alexandri Phaliſamphari Faventini filia, invalido contractoque corpore languens, ad venerabile corpus perlata, penitus liberata eſt, ob Beati Jacobi-Philippi merita, cui gratias egit.

XXIX Tarſia atque Andrea ſorores, Silveſtri filiæ, ex Caſtello Bugneſio territorii Faventini, acceſſerunt ambæ ad lucidum corpus; diverſis quidem morbis ægrotantes. Tarſia, ex vi quartanę febris duobus exinanitis in manu digitis; Andrea, magno dexteræ mammæ tormento premebatur. Supplices oraverunt Beatum pro integra valetudine, quam facile conſecutæ fuerunt: mox bene valentes, actis gratiis, reverſæ in patriam. *digitis 2 manca,*

XXX. Joanna, Sebaſtiani tubicinis filia, in Lugo territorii Ferrarienſis, ob variolum amiſerat lumen oculorum. Pro impetranda luce venit ad B. Jacobi-Philippi corpus; accurata ſupplicatione facta, obtinet gratiam. Illuminata igitur, actis Beato gratiis, magno cum gaudio revertitur in patrium ſolum. *mamillam doleãs,*

XXXI. Dominicus, Magnani filius, ex Sarago in agro Faventino, oculo ſiniſtro cæcus erat. Iter habet ad venerabile corpus, devote ſupplicat, cito poſtulata conſequitur: B. Mariæ Virgini ſimulque Beato Jacobo-Philippo juſtas agit gratias: atque oculis ambobus æque videntibus, magna cum lætitia, revertitur ad ſuos. *puer cæcus;*

XXXII. Betuccius, Joannis Imolenſis filius, incola Bagnacavalli, cum languido contractoque crure quindecim ægrotaſſet annos, ad B. Jacobi-Philippi corpus, ferrato ſcipione ſuffultus, ægre ſeſe duxit. Oravit ſuppliciter pro deſiderata gratia, quam deinde conſecutus, ſummis laudibus Dei bonitatem Beatique merita proſecutus eſt, ſanatoque crure reverſus eſt in patriam. *crure debili unius* E

XXXIII. Sanctes, Stephani Macharini filius, ex Felice pago agri Faventini, pari cruris unius imbecillitate laboraverat. Hic ad lucidum Beati corpus venit, qui poſtquam magna cum reverentia B. Jacobum-Philippum precatus eſt, liberatus omnino fuit. Ita benedicens Deum, debitaque Beato gratias agens, ad ſuos rediit. *& alter,*

XXXIII. Adamantes nomine, puella Thomæ Meluxandi, ex Bagnacavallo, obducto altero cæcatoque oculo notata, dum B. Jacobi-Philippi optat opem, obvoluta genibus ante monumentum, conſequitur gratiam quam quæſierat; quæ glorificans Deum, oculum vitio liberatum domum retulit. *puella cæcles;*

XXXV. Joanna, Ludovici Gharaguini filia, ex Lugo; cum uno brachio ita infirmo ac debili ægrotaret, ut levare illud non poſſet; venit magna ſpe freta ad nitidum B. Jacobi-Philippi corpus; brachiique liberationem petens, voti compos facta eſt. Quæ juſtas Deo Beatoque gratias agens, læta deinde domum repetiit. *brachio infirma una,* F

XXXVI. Altera nomine Joanna, ſimili in crure morbo infirmatur; refugit ad glorioſum corpus, ſupplicationibuſque diligenter adhibitis, ex voto reſaneſcit: deditque gloriam Deo, lætaque domum revertitur. *alia crure;*

XXXVII. Thaddeus, Dominici filius, ex Oriolo-ſicco de Valle-Sancterni, cum ambobus brachiis, dextroque crure, contractis & invalidis ægrotaret; ſperans auxilium à B. Jacobo-Philippo, ſupplex accedit ad monumentum: ac ante diſceſſum habet gratiam, qua ſuo voto potiatur; non tamen gratiarum oblitus, quas Deo Sanctoque debebat. *brachiis & crure contractus,*

XXXVIII. Benedictus pene infans, à matre Gentile perlatus ad glorioſum corpus; Octavianus Manfredi filius, ex Caſtronovo profectus, ad ſacras Reliquias; ambo, cum morbo hernico languerent, recuperantes valetudinem, laudato Deo, domum reverſi ſunt. *hernioſi duo,*

XXXIX. Antonius Paſquini filius, ex Plebe agri Vallis-Hamonis, cũ ſex annos captus oculis fuiſſet, confugiens ad beatum corpus, illuminatus eſt ante ora adſtantium omnium: Mariam Virginem Beatumque Jacobum-Philippum non ſine lacrymarum copia laudat. *cæcus ſexennio.*

PER NIC. BORGES. EX GIAN, *alia triennio,*

xxxx Catharina, Andrioli Sytonii Forolivienſis filia, tertium agens annum, clauſis oculis læſiſque palpebris, perfertur à genitrice ſua, non ſine magna devotione ac ſpe, ad glorioſum corpus. Poſtulata ſuppliciter gratia ſine mora conceditur, in conſpectu hominum duorum millium vel eo amplius, glorificantium ſummam Dei bonitatem, Beatoque agentium debitas gratias.

pueri pes recurvus,

xxxxi. Antonia, Philippi Ruſtici filia, ex Bagnacavallo, manu dextera tres jam annos manca impeditaque fuerat. Perducta ad Beati Jacobi-Philippi corpus, gratiam, quam optaverat, penitus conſecuta, glorificans Deum, læto animo revertitur.

manu manca,

xlii Petrus-Antonius, Marchionis Maizotti filius, ex Lugo, quartum jam & decimum annum, pedem alterum recurvum languidumque gerebat, quem nulla ex parte præter pollicem digitum movebat. Ad Beati corpus accedit, ſupplexque ſeſe commendat: gratiam, quam petierat conſecutus, libero pede lætus domum revertitur, actis Beato gratiis.

puella cardiaca,

xliii. Dina puella, Gori Barbiani Ravennatis filia, malo cardiaco graviter laborabat. Ducta ad venerabile corpus, cor ejus à premente dolore liberatum eſt; Deique nomen ſimul glorificatum fuit ab omnibus qui adſtabant.

B

pedem inverſum habens,

xliv. Gregorius, Matthæi Lionelli filius, de Varnello, cum dextro pede plano terram calcare non poſſet anterioris partis vitio; refugiens ad Beati corpus, gratiamque ſuppliciter poſtulans, voto potitur ſuo, æquato liberatoque pede. Inde lætus diſceſſit, poſtquam juſtas Beato gratias egit.

& crus altero brevius,

xlv. Gutia puella, Georgii arcis Ferrarianæ Præfecti filia, cum ſiniſtrum crus tribus vel eo amplius digitis dextro crure curtius haberet; poſtquam venit ad glorioſum corpus, ſuppliciterque ſeſe commendavit; extenſum eſt ſiniſtrum crus, alterique cruri æquale factum, admiratione omnium qui adſtabant, æternam Dei poteſtatem ſimul laudantium.

paralytica,

xlvi. Forliveſa, Blaſii filia, ex agri Forolivienſis villa Grappa, morbo paralytico laborabat. Veniens ad corpus B. Jacobi-Philippi, devoteque ſupplicans, nacta penitus eſt, quod vehementer optaverat: utpote enim membra contremiſcere deſierunt; duroq; morbo liberata, quieta deinde redierunt. Poſt actas gratias obtulit imaginem B. Jacobo-Philippo, in argumentum acceptæ gratiæ.

in crure dolens,

xlvii. Jacobus, Nigrini filius, ex Solero Caſtello, pœnã cũ in crure ſex menſes habuiſſet nõ mediocré, quam levare nullo modo poterat; duci ſeſe ad ſacras Reliquias [petit]; quamque ſuppliciter gratiam poſtulat, ſtatimconſequitur: ſic diutino cruris languore liberatus, poſtquam Deo Sanctoque juſtas egit gratias, in patriam lætus reverſus eſt.

C

pedibus obliquis impeditus,

xlviii. Franciſcus, Dominici tonforis filius, ex Ferdotio Florentinorum caſtello, pedibus obliquis impeditus erat, quippe quorum digiti in poſteriorem partem reflexi fuerant. Hic perrexit ad venerabile B. Jacobi-Philippi corpus, ſupplexque precatus eſt ut liberis efficiatur expeditiſque pedibus. Quam gratiam, ex Dei ſumma bonitate, per Beati interceſſionem nactus, in patriam contentus reverſus eſt, ante actis Deo Sanctoque gratiis.

altero pede recurva.

xlix. Magdalena puella, Xantis Paſſantei neptis, ex Granarolo, cum pede altero recurvo nata eſt, quo habere greſſum non poterat. Ad glorioſum corpus perlata, ſtatim liberata fuit, atque gradiendi officio functa eſt ante oculos omnium adſtantium, Majeſtatem æterni Dei ſimul collaudantium.

manu contracta,

l. Baptiſta, Marci Bucchini Faventini filia, contracta implicataque manu languens erat. Supplex perrexit ad Beati Reliquias, adhibuitque diligentiſſimas preces: mox poſtulatam nanciſcitur gratiam, ante oculos ingentis turbæ, Dei ſummam bonitatem collaudantis, atque pariter juſtas B. Jacobo-Philippo agentis gratias. D

Minorita hernicus:

li. Nicolaus Theutonicus, Ordinis Fratrum Minorum; morbo hernico viginti annos delanguerat. Cognitis tot B. Jacobi-Philippi miraculis, devotiſſimo animo monumentum ejus petit, ſuppliciter orat, aſſequitur tandem votum; laudans Deum dignas Sancto gratias egit, morbique ſubligacula relinquit ante Beati monumentum.

liberatus à plauſtro oppreſſus,

lii. Joanes Andreas, Nicolai Faventini Caſalenſis filius, quatuordecim annos natus, in via ab onerato plauſtro ſupprimitur. In diſcrimine poſitus ſeſe Jacobo-Philippo commendat. Evaſit illico, & divinitus quidem: quippe qui tanta mole conteri extinguique debuerit, vivus tamen ac pene intactus exceſſit è curru. Liberatus igitur à manifeſta morte, Beato ceream imaginem obtulit, in accepti tanti muneris teſtimonium

lapſus in puteum,

liii. Dominicus, Antonii Mulionis Faventini filius, quartum & decimum annum agens, forte in puteum profundum concidit, imaque petit altâ obrutus aquâ. Dum ruit, ei venit in mentem B. Jacobus-Philippus, cui ſe ex animo commendavit. Ex fundo ad ſummam putei evaſit aquam; unde porrecto funeliber extractus eſt. Qui rem hanc viderant, omnes majorem in modum Dei miſericordiam collaudarunt, & juſtas Beato egerunt gratias. E

Cæſenæ captivus:

liv. Blaſius tabellio, ex Civitate Caſtelli oriundus, in arce Cæſenæ aſſervabatur. Cum ei omnis ſpes exeundi penitus ſublata foret, ob multas in ſe paratas inſidias, Beato Jacobo-Philippo ſe commendavit, votumque ſuſcepit, quod nequaquam fruſtra factum eſt: ſiquidem ſuæ liberationis mira ſtatim occaſio ſecuta fuit. Cum enim compede ſolutum per ſe alterum pedem arcis Præfecto oſtendiſſet, cauſamque narraſſet; cuſtos Arcis, divinitus quidem (veluti credibile eſt) Blaſium protinus ipſum eduxit ex eo loco. Inde votivam tabulam, profectus Faventiam, Beato obtulit, cui ſimul maximas egit gratias.

lv. Honufria, Joannis filia, ex territorio Faventino, ſextum decimum agens annum, nondum locata viro, longo tempore decubuerat; nec morbi ratio, quo erat implicata, ſatis unquam dignoſci potuit; ex communi tamen multorum opinione faſcinata putabatur. Hæc B. Jacobo-Philippo, tot miraculis jam fulgenti, ſe majorem in modum commendavit. Voto Divus aſpiravit ſuo, illamque ſine mora ſalvam fecit. Quæ mox confirmata, ad ejus monumentum contendit, beneficiique memor, immortales Deo Sanctoque gratias egit. F

curatur crure contractus,

lvi. Guidonus, ex Butrio Bononienſis agri, dextro crure contracto atque recurvo, decem jam annos vixerat, Ad ſacras Reliquias devotus confugit, ubi aliquot commoratus eſt dies. Cujus crus ita rectificatum eſt, ut indies paulatim ſeſe commodiorem ſentiret. Quem per ſcalas ipſe vidi ſine adjumento deſcendentem, cum antea ſine ſcipione iter habere non poſſet. Actis Deo Sanctoque gratiis, ſuis pedibus in patriam rediit.

alius digitis:

lvii. Auguſtinus, faber ferrarius, ex Montecchio ditionis Ferrarienſis, manus reflexis perplexiſque digitis impeditas ambas diu geſſerat. Supplex ad B. Jacobi ſepulcrum venit, illic aliquot dies moram trahit, demum expeditis manibus in patriam lætus revertitur, poſt actas Deo Sanctoque gratias.

mundantur energumeni:

lviii. Occupatos immundis ſpiritibus Jacobus Philippus, cæleſti potitus patria, præcipue liberavit liberatque quotidie, ut qui patientia atque virtute ſua falſas diaboli inſidias longe dicitur ſuperaſſe. Virginalis ſimul ætatis pene omnes, variis affectos languoribus

A guoribus, incolumes effecit: quippe qui paritèr virginitatis gloria polluerit inter mortales.

ſanatur grave vulnus capitis,

LIX. Laurentio Lucenſi, telæ ſericæ textori, filius erat Michaël, decimum & ſeptimum agens menſem. Qui cum pro parvulorum more gradi tentaret, in terram ſæpius prolapſus, tenellum caput graviter infregit: cujus vulnus ita magnum erat, ut omnes medici ejus ſalutē penitus deſperaverint. Deploratum jā puerulū B. Jacobo-Philippo pater commendavit vovitque: ſtatim febris remiſſa eſt, filioluſque deinceps omnino liberatus. Reus voti pater Faventiam profectus, cereum ſimulacrum Beati obtulit monumento, juſtaſque grat'as egit.

morbus incurabilis,

LX. Ioannes Georgii, ex Valle-Hamonis, gravi acutoque morbo laborabat, qui à medicis nec ſatis cognoſci, nec curari unquam potuit. Hic igitur deſperatus ab omnibus, in B. Iacobi-Philippi patrocinium omnem ſuam ſpem rejecit, vovitque ſimul. Ex quo ſubito factus commodior, demum inexplicabili morbo penitus liberatus eſt. Voti ſuſcepti meritique memor, Faventiam mox ſe contulit; integram veramque ſui imaginem B. Iacobi-Philippi obtulit ſacello.

B LXI. Comes Palatinus Ioannes, alterum humerum fractum diu geſſerat; cui cum nullo pacto ars medica ſubvenire potuiſſet, B. Iacobi-Philippi ſupplex opem imploravit: votumque vovit, ſi liberaretur, ſe cum duodecim librarum cereo nudum ad ejus monumentum uſque ex propriis laribus perrecturum: quo propoſito gratiam nactus eſt. Aliquot in voto perſolvendo dies negligens fuit. Interea dum equo veheretur, equus repente proſternitur in terram, ſentitq; ſtatim luxatas jam ægrotantis humeri coſtas, quia in veterem & quidem graviorem morbum reciderat. Magnam deinde in gratitudinis erroriſq; ſui pœnitentiam agens, idem vovit denuo: rurſum per Beati interceſſionem ſanatus eſt. Non impiger, cum cereo perquam magno, nudus ad aram Iacobi-Philippi contendit: itineris autem ſpatium fuit ſexdecim circiter milia paſſuum: promiſſis igitur factis, actiſque gratiis, hilaris rediit in patriam.

fractura humeri.

APPENDIX GIANII.

LXII. NIcolaus Burgenſius Eques, is qui B. Iacobi-Philippi vitam ſimul atque miracula memoriæ prodidit, atra bile maloque genio vexabatur. Adductus in ſpem ſalutis futuræ, pro ſuſcepto voto Faventiam petit, commendat ſe Beato ſupplici ter pro recuperanda ſalute. Vacuus gratia aliquot dies illic remoratur: cumque diverſaretur apud ædem S. Mariæ de Servis, ubi verus ille Dei Servus habitaverat, ſuaſus ab ejus eccleſiæ Priore, de hujus ſancti viri vita miriſque cælitus ſignis, veluti ſupra dictum eſt, memoriam condidit. Poſtea diſceſſit inde, non liberatus, ſed commodior: Senas vero Patriam ſuam reverſus, perinde ſtatim convaluit, ut talem gratiam tantoque petitam, de B. Iacobi-Philippi meritis atque precibus, accepiſſe manifeſto perſpexerit. Ad meritas igitur agendas gratias Faventiam pedeſter reverſus eſt. Ceterum magnæ huic præclariſſimo Scriptori habendæ gratiæ, cujus ſtudio & devotione tot & tanta, de hoc beatiſſimo viro Iacobo-Philippo, æternæ memoriæ commendata ſunt, ut in poſterum major ei ſemper devotio adhibenda ſit, ab iis maxime qui in ſuis neceſſitatibus ejus ſibi interceſſionem propitiam fore ſperare poſſunt.

C *Nic. Burgenſius moleſta ægritudine ſolvitur.*

INSTRUMENTUM IMMUNITATIS,

Conceſſæ Patri ipſius Beati illiuſque poſteris.

Ex 100 Conſiliariis collecti Deputati.

1 DIe XXIV Auguſti, feſtivitatis Divi Bartholomæi Apoſtoli, Indictione prima, ſedente Sixto Quarto Pontifice maximo, congregati ſpectabiles viri cives Faventini, de numero centum Conſiliariorum Conſilii civitatis Faventinæ, ad ſonum campanæ groſſæ, in camera terrena ſolita DD. Antianorū, ſita in Palatio Dominorū de Manfredis, juxta plateam & officium *a* Bolletarum, ut moris eſt pro tractandis infraſcriptis negotiis, quorum nomina ſunt infraſcripta, videlicet. *a*

Ex Quarterio Portæ Ponitis: D. Bartholomæus de Paſiis, D. Papinianus de Alficellis, Franciſcus Bettini, Ioannes Baptiſta Magiſtri Michaëlis, Ser-Cæſar Caffarellus, Matthæus Laca, Ser-Gaſpar de Captolis, Ser-Nicolaus Roberti Caſalii, Ioannes de Paſiis, Favazzolus Zampauli, Phlippus Baggiolinus, Bartholomæus Albicellus, Carolus de Viacana, Ioannes Ser-Philippi, Gaſpar Zuccarini, Ser-Iacobus Cittadini, Ser-Nicolaus D. Bernardi Caſalii, Gaſpar Marci à Tumbis. B

Ex Quarterio Portæ Ravegnanæ, D. Melchior Tondutius, Andreas Benedicti Emigliani, Ioannes Bamffaldus, Ser-Baldaſſar Fortunerius, Ser-Albertus de Pecininis, Thomas Maglorius, Ser-Guido Beccabuva, Mag. Franciſcus del Laderchio, Baptiſta Mag. Dominici Rubei, Lodovicus Marci Ser-Severii, Ser-Zucculus de Zucculis, Nicolaus Mag. Antonii Ser-Severii, Ioannes de Lazzana, Thomas Ser-Pauli-Ioannis Amaducii, Chriſtophorus Ioannis Climatori, Iacobus Simonis Criſtaldi, Severinus Mag. Ludovici, Franciſcus à Cabibis.

Ex Quarterio Portæ Imolenſis Mag. Alexander de Zucculis, D. Taddæus de Viarana, D. Petrus Ser-Antonii Ser-Amatorii, Galeottus Caranola, Zattonus de Zanellis, Guido de Frimpopulo, Ser-Zanfranciſcus Milcetta, Jacobus Monii, Jacobus Azzurinus, Simon de Zucculis, Ugutio de Feazolis, Ludovicus Nicolutius, Contes Scaletta, Nicolaus Paganellus, Averardus Zanellus, Ser-Paulus de Viarana, Chriſtophorus Severolus.

Ex Quarterio Portæ Montanariæ. Mag. Mangolinus Medicus, D. Alexander Monardo, Ser-Antonius Paganutius, Lappus Severolus, Riccius Arminius, Ser-Padoanus Ser-Iuliani, Ser-Daniel Bante, Ser-Matthæus Monardo, Alexander Severolus, Antonius Fazolini, Bernardus Ser-Nicolai Cenni, Habbrazzus Ponii, Iacobus Piciſinus, Petrus Ser-Iuliani de Cavina, Ser-Benedictus Iacobini, Thomas Severolus. Porrecta fuit ſupplicatio per Miſſirinum qu. Oliverii della Cella Capellæ S. Vitalis, tenoris infraſcripti videlicet. F

audiunt ſupplicationem Miſſerini, pro ſe ſuiſque poſteris:

2 Magnificæ Dominationi veſtræ exponitur pro parte veſtri devoti oratoris Miſſerini della Cella, dicens & humiliter narrans, qualiter ipſe fuit & eſt gravatus inutili familia, & maxime tribus filiabus nubilibus, nec multas habet facultates: & ut eas honeſtius collocare poſſit, & ſe & familiam ſuam commode & cum honore alere & ſuſtentare poſſit, ac etiam ut ipſe & poſteri ejus fructum aliquem temporalem ab hac magnifica Communitate recipiant, propter venerandum germen ex ſe procreatum, quale fuit novellus Beatus, Iacobus-Philippus, Ordinis Servorum glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, qui paucis anteactis menſibus in civitate noſtra Faventiæ deceſſit; ac etiam ut ipſe Beatus Iacobus-Philippus, ipſius Supplicantis qu. filius, valeat pro tali munere, patri ſuo ob ejus amorem impartito, juſtiſſimas pro

EX MSS. INSTRUM

Faventino Populo, immortali, maximo, optimoque Deo ac glorioſiſſimæ Virgini Mariæ preces fundere, devote à Magnifica Dominatione veſtra petit, quatenus ex veſtra benignitate & gratia dignari velint ipſum Supplicantem, ejuſque de cetero poſteros & deſcendentes per lineam maſculinam, in perpetuum immunem & exemptum, ac immunes & exemptos facere, de & ab omnibus & ſingulis oneribus, collectis, angariis, tam realibus quam perſonalibus, & ſeu mixtis, ordinariis, vel extraordinariis, venientibus in civitate noſtra Faventina pro tempore; & maxime etiam cum Illuſtris Dominus noſter, D. Gabellottus de Manfredis Faventinus, per ejus gratiſſimum reſcriptũ immunitatis ejuſdem id libentiſſime conceſſit: propter quod munus ipſe Supplicans & poſteri ejus perpetuò veſtris Magnificis Dominationibus erunt debitores: quas Altiſſimus &c.

Eũ aſſentiendum cenſet Prior Antianorũ,

3 Qua ſupplicatione viſa & lecta per me Hieronymum Notarium infraſcriptum, & intellecta per omnes Cives & Conſiliarios præmiſſos, ut ſupra Congregatos; tunc D. Taddæus de Viarana Legum Doctor, Prior Magnificorũ DD. Antianorũ preſentis menſis, ſurgens ex loco ubi ſedebat, poſtea ſedens, indicto prius ſilentio per publicum Præconem communis Faventini, ſono tubæ præmiſſo, ſic orſus eſt ac inquit: Spectabiles Concives de præſenti Conſilio, audiviſtis & intellexiſtis quidquid præfatus Miſſirinus, concivis noſter dilectus, narravit & ſupplicavit ac petiit à vobis; ſed quia eſt ſtatutum inveteratum, & moris eſt ſemper hujus almi Conſilii, quidquid tractandum eſſet in Conſilio generali civitatis Faventiæ, id ſemper deberet proponi per Magnificos Dominos Antianos; & quia ego ſum in præſentiarum unus ex numero præfatorum Magnific. DD. Antianorum, ac etiam inter ipſos (licèt indignus) Prior, cui ſemper primæ partes in dicendo conceſſæ fuerunt, & ut quiſquam noſtrûm meam ſuper hac petitione d. Miſſirini ſententiam attendat: Ego, ſpectabilis Civis, novi diu Miſſirinum ipſum, virum utique optimum, moribus honeſtis decoratum: qui cum ſuis virtutibus ſemper & laudabili anteacta vita favorem quemlibet meruerit, cum maxime in præſentiarum, ut ipſe in precibus expoſuit, ex ſe procreato novello Beato, Iacobo-Philippo, hujuſmodi noſtræ civitatis ſempiterno non dubio favore. Verum etiam etſi res petita per ipſum Miſſirinum ad concedendum & ardua & difficilis eſſe videatur: tamen intuitu Beati novelli, Iacobi-Philippi, ut ſuæ ſanctitatis memores eſſe dicamur, ipſi Miſſirino præſentem hanc petitam immunitatem, ejuſque poſteris concedere & impartiri dubitare non debemus; ut pro tali munere, ob ejus etiam amorem & venerationem parenti ſuo collato, inceſſanter apud optimum Deum & beatam ſemper glorioſiſſimam Virginem Mariam preces fundere dignetur: & ità ego laudo, conſulo, & approbo, de voluntate & licentia ceterorum meorum collegarum Antianorum, exemptionem & immunitatem ipſam Miſſirino præfato ſuiſque deſcendentibus per rectam lineam maſculinam concedendam in perpetuum fore & eſſe. Si quis vero veſtrûm, quibus liberum ad dicendum patet arbitrium, ſuper hanc ſententiam & conſultationem aliquid addere, vel detrahere velit, vel eam impugnare (quod poteſt & conceditur) aſcendat pergolum *b* ſeu aringheriam *c* conſuetam, ſuamque declaret de hac re ſententiam.

intuitu Beati ejus filii:

C

b

c

omnibuſque in eamdem ſententiam cunctibus,

4 Deinde præfatus D. Taddæus Prior, ſedens & ſilens, iterum indicto ſilentio per d. publ. Præconem, ſono tubæ præmiſſo, omnes unanimiter & concorditer ſupra ſcripti DD. Conſiliarii aſſurgentes, acclamarunt, Fiat, fiat. Concedatur, concedatur. Libentiſſime. Quibus ſilentibus, iterum indicto ſilentio per præfatum publ. Præconem, iterum præfatus D. Taddæus ſic inquit: Spectabiles Cives, videat quiſque veſtrûm omnium, ipſum Miſſirinum, ejus poſtulationem, & maxime ob reverentiam novelli Beati, Jacobi-Philippi; & quia ſtatutũ noſtrũ declarat, quamlibet conceſſionem & deliberationem, agitatam & tractatam, ſtatuendam & decernendam per Concilium generale Civitatis Faventinæ, debere poni ad partitum, per fabas albas & nigras; & ſi plures datæ & redditæ fuerint fabæ albæ quã nigræ, partitum obtentum eſſe intelligatur; ideo ut res ipſa ſuo priſtino more municipali procedat, mihi videtur, rem, petitionem, & conceſſionem ipſam poni debere ad partitum & fabas, ut ſtatuto ſatis fiat. Tunc his auditis, omnes aſſurgentes Conſiliarii ubi ſedebant, una voce protulerunt & dixerunt: Nequaquam, nequaquam ponatur ad fabas: ſed fiat, fiat: concedatur, concedatur; & libentiſſime, prout petitum fuit per ipſum Miſſirinum: & pro juridico, propoſito, & obtento partito habeatur, teneatur, & intelligatur eſſe: & ſuper hac conceſsione, & de hoc, per Notarium noſtrum publicum fiat Inſtrumentum. Et ita, his viſis, præfatus D. Taddæus Prior ceterique Magiſtri DD. Antiani mandaverunt mihi Hieronymo Notario ſupraſc. in præſenti, ut ſi de præfatis eſſem rogatus, publicumque conficerem Inſtrumentum, ad perpetuam rei ſic geſtæ memoriam: illudque d. Miſſirino, ſicut deſideravit, traderetur; cum quo doceret impoſterum de perpetua ſibi ſuiſque deſcendentibus conceſſa immunitate. Præmiſſa Acta fuerunt in d. Conſilio generali in Palatio.

D

nec ſuffragia petenda clamantibus,

E

conficitur de ea re publ. Inſtrumentũ.

5 Ego Hieronymus, filius Mag. Menghi de Moncinis, civis & & Notarius Faventinus, & nunc Notarius Reformationum ſupraſcriptorum DD. Antianorum & Conſilii Civitatis prædictæ. ✠

Et Ego Bernardinus, qu. Auguſtini de Azzurinis, Civis & Notarius Faventinus ſupraſcript. Inſtrumentum Conſilii præfati manu propria copiavi, prout extat in quadam copia, exiſtente in meis ſcripturis, de verbo ad verbum, die Dominica, ultima menſis Februarii, MDCX de ſero, in ſtudio meo, ad præſentiam Ser-Fenzoli Lagavini, unici Teſtis tantum, ſedente Paulo Quinto Pontifice Maximo. *Idem deinde Notarius affirmat, quod* miracula undecim, in ordine poſita, facta & illuſtrata à ſupraſcript. Beato novello, Jacobo-Philippo de Bertonis de Cella Montis Clari, filio ſupradicti Miſſirini, poſt ejus mortem; quæ in compendio Vitæ ſuæ à ſe Bernardino Azzurino notata, non fuerunt aliter regiſtrata, ex oblivione à ſe omiſſa & relicta, *contineri in eodem libro* folio 60, *ex quo tranſcripſerat Inſtrumentum præmiſſum. De hoc autem libro in authentica copia, ſcribi curata* anno ab ſanctiſſima Chriſti nativitate MDCLXXVII, Indict. XV, die vero quinta menſis Novembris, ſedente S. D. N. Innocentio, div. provid. Papa XI, anno ejus Pontificatus II, *affirmat* Bernardinus Lama Faventinus, publicus Auct. Apoſt. Notarius, *ipſam à ſe fuiſſe extractam*, prout jacet de verbo ad verbum fol. 185, ex libro memoriarum antiquarum, ſcripto per bonæ mem. D. Bernardinum Seniorem de Azzurinis, cartonibus rubris cooperto, armis ſeu inſigniis claræ mem. D. Cardinalis de S. Georgio olim Epiſcopi Faventini in altero ex cartonibus ſignato, modo exiſtente in ſtudio ſcripturarum antiquarum Illuſtriſſ. D. Comitis Bernardini Junioris Azzurini de Comitibus.. I. V. D. Nobilis Faventini.

F

ANNOTATA.

a Bolettæ, *id eſt*, Globuli: Officium *autem* Bolettarum *hic dicitur ipſe locus*, *in quo ad conſultationes publi-*

A *publicas convenitur, determinandas per occulta ſuffragia* Bolettarum.

b Pergolum, *alias* Pergamum, *ſuggeſtus dicitur.*

c *Idem hic* Aringheria *nominatur, ab* Aringa *allocutione, Francis* Harangue; *unde Italis* Aringare, *Francis* Haranguer, *pro concione dicere. Origo Teutonica eſt ab allocutionibus militaribus Ducum: cum* Har *vel* Hêr *exercitum ſignificet, unde* Har-rang, *ordo exercitus, acies.*

d *Sic etiam in Gloria poſthuma B. Ambroſii Senenſis num.*20 *dicitur res agi inter Conſiliarios Senenſes*, facto diligenti partito & ſcrutinio ad Buſſulos & Pallottos, *id eſt ad urnam & calculos albos vel nigros, pro affirmatione vel negatione.*

APPENDIX

De variis primi à morte cultus documentis.

poſt vitam ſanctiſſime actam,

1 DIe Dominica ſanctiſſimæ Trinitatis (*uti ex prædicto libro fol.*60 *tranſcripſit præfatus Notarius Bernardinus Lama*) viginti quinque menſis Maji, Beatus Jacobus-Philippus, olim Miſſirini de Bertonis della Cella Montis-clari, Comitatus Faventini
B Ordinis S. Mariæ Servorum de Faventia, qui Andreas ad ſeculum vocabatur, ante horam veſpertinam, ex hac vita noſtra mundana tranſivit, & oculos ſuos clauſit, ætatis ſuæ annorum triginta novem, cum magno dolore patris & matris ipſius tunc viventiũ, & aliorum ejus parentum circumſtantium; vivendo ſemper in d. Religione pie, devote & ſtricte, jejunando, orando, pſallendo, contemplando, & meditando paſſionem D. N. Jeſu Chriſti, corpus ſuum macerando & diſciplinando, carnem & vinum numquam comedendo & bibendo, niſi in convivio ſanctiſſimæ Euchariſtiæ; ſed vivendo quotidie de pane & aqua. Numquam fuit viſus ridere, nec loqui de verbis otioſis & vanis, nec aliquam perſonam decipere, dum ipſe officium Prioris in ſuo monaſterio geſſit, nec antea nec poſtea. Numquam ſanctiſſimum Sacrificium Altaris celebravit [ſine magna copia lacrymarum], ſe dicendo eſſe indignum magni & altiſſimi miniſterii.

& miracula in vita ac poſt mortem patrata,

2 Multa miracula in vita ſua fecit, & præſertim cum ſigno ſanctiſſimæ Crucis per tres vices ſanavit Jacobum Monium, Civem Faventinum, de morbo unius fiſtulæ veteris à tergo: cui Jacobo Monio, amico & confidentiſſimo, commiſit expreſſe, non
C debere loqui cum aliqua perſona de hac re; ſed dare gloriam omnipotenti Deo, ac beatæ Mariæ ſemper Virgini. Recepta autem gratia ipſe Jacobus Monius, poſt mortem d. Beati vovit ad d. Beatum, a & poſuit imaginem ſuam di *a* rilevo in una feneſtra, in ſacello, ubi adeſt corpus d. B. Jacobi-Philippi b ſub altare in ſacello prædicto, in cophino *b* marmoreo in terra. Et multa alia miracula fecit poſt ejus mortem, quæ non ſunt ſcripta & notata in præſenti memoria, prout omnibus eſt notum. Et in die ſuæ peregrinationis ad aliam vitam, Fratres d. Ordinis *feſtum ejus agitur cum benedictione panum:* S. Mariæ Servorum in d. civitate Faventiæ, in eorum eccleſia, cum magno honore & apparatu, ac magno concurſu utriuſque ſexus, feſtinant: & in ſignum ſanctitatis ſuæ d. Fratres benedicunt quoſdam panes parvos, factos à d. Fratribus & parentibus ipſius Beati, chiamato il pane del Beato Giacomo-Philippo: & indifferenter donant & diſtribuunt omnibus, exiſtentibus in d. eccleſia poſt Veſperas, cum magno rumore populi, volentis habere de illo pane, attenta magna fide & devotione, quam habent in d. panem, propter ſanctitatem d. B. Jacobi-Philippi & ejus memoriæ.

3 Et pro majori devotione, exaltatione, & gloria d. Beati, ac pro honore & reputatione civitatis noſtræ Faventinæ, & agnationis ejuſdem Beati, omnes homines de agnatione & parentela d. B. Jacobi-Philippi, tam divites quam pauperes, exiſtentes & habitantes tam in civitate Faventiæ quam in ejus territorio vel alibi, ſe convenerunt inſimul modo & forma prout in Inſtrumento ſuperinde facto, ſcripto & ſignato per me Bernardinum Azzurinum, Notarium publicum Faventinum ac ſcribam præſentis memoriæ, ſub die XXV menſis Februarii, anni MDLXXXVI, quod extat in *c* fileja d. anni, in quo Inſtrumento dicti de Bertonis multa ad id neceſſaria ordinarunt, pro gloria & honore omnipotentis Dei & beatæ ſemper Virginis Mariæ ac B. Jacobi-Philippi, quod Inſtrumentum fuit per me Notarium copiatum in publicam formam, & traditum dictis de Bertonis. Corpus ipſius Beati de anno MDXIV, decima quinta menſis Aprilis, fuit *a* tranſlatum de pariete d. ſacelli, ubi fuit poſitum de anno MCCCCXCVII à ſuprad. Jacobo Monio, in cophino marmoreo, in terra ſubtus altare in d. cophino: quod ſacellum tempore antiquo erat de Dominis Manfredis Civitatis Faventinæ: & in tranſlatione corporis d. Beati fuit à Fratribus S. Mariæ Servorum diſcoopertus d. B. Jacobus-Philippus. In quo cophino ſuper d. Corpore, ſuper uno velamine albo tamquam nix, ego vidi multas violas coloris *e* gialli virides; quæ ab omnibus tunc præſentibus judicabantur eſſe de recenti ablatæ ab ejus planta: & de eis habui unam *f* ramam, datam mihi ab uno ex dictis Fratribus.

EX MSS. *& parentela ejus omni cultum promovente*

c

d *corpus tranſfertur altera vice*

e *ſupra quod poſiti flores, recentes inveniuntur.*

f

4 *Hactenus ſenior ille Azzurinus, ſubdens memoriam immunitatis conceſſæ Miſſerino ejuſque poſteris, cum copia inſtrumenti apud ſe exiſtentis: quam memoriam hic ſuperfluum foret repetere. Pergit deinde Notarius Lama, atque ex quodam folio, exiſtente inter antiquas ſcripturas præfati D. Comitis Azzurini, vulgari lingua conſcripto, extrahit ſequentes notulas: quæ opera pretium erit Latinas facere, ut continuatio cultus, ab ipſo die mortis cœpti, appareat evidentius. Ita ergo habet.*

Ex libro rationum Procuratoris Conventus

Anno MCCCCLXXXIII Fr. Zanellus de Faventia cœpit exercere officium Procuratoris, in ſuo Conventu RR. PP. Servorum de Faventia, dum Prior d. Conventus eſſet Venerab. Fr. Taddæus de Arctio, quemadmodum apparet ex libro Rationum, ſcripto illius manu, qui dicitur R.

anni 1487 *habetur*

Anno MCCCCLXXXIII, die XXIV Maji, cum infirmari cœpiſſet P. Fr. Jacobus-Philippus de Faventia, emit pro eodem pullos duos ſolidis IV.

P

Die XXV Fr. Jacobus-Philippus obiit.

Die XXVIII dedit Fr. Matthæo, proficiſcenti Cæſenam & Ariminum, pro Fratribus iſtic ad honorandum B. Jacobum-Philippum ſolidos XI cum dimidio.

quod ſtatim à morte cœpit in ordine coli ut Beatus,

Die I Junii dedit Mag. Leonardo Scaletta, pro pictura *g* B. Jacobi-Philippi, ea ſcilicet quæ eſt ſupra altare, & pro *h* ſpaleria ſupra aſſerem, ſolidos XXI.

g

h

Eodem die notat advenïſſe Fratres peregrinos, ideoque ultra dimenſum ordinarium, ad honorandas dd. Fratres, qui veniebant ut viſitarent B. Jacobum-Philippum, expenſos à ſe ſolidos XXI & unum denarium: deinde notat alios X ſolidos à ſe expenſos in carnem, eo quod proviſio jam facta non ſuffeciſſet.

Die XV dedit Mag. Euangeliſtæ & Joanni Barolotta ſolidos . . . . . I, ad faciendam collationem, quando venit proceſſio ex Caſtro-caro.

Die XXII Julii, ad depingendam capſam, intra quam ſervatur *i* cappa B. Jacobi-Philippi, expendit ſolidos XI; & pro virgulis *k* atque claviculis pro dicta capſa ſolidos II, univerſim ſolidos XIII.

pingi effigies,

i

k

Dicto

EX MSS.

Dicto die dedit in ova & lactis *l* recocti caſeolum, ad prandium Fratris ſcribentis B. Iacobi miracula, mittenda *m* P. Generali, ſolidos II.

l

m

XXVII Iulii in effigiem B. Iacobi, quæ Romam ad P. Generalem erat mittenda, ſolidos III.

5 Anno MCCCCLXXXIV, XI die Maji, dedit tubicini Caſtelli-Franci, qui publicavit Bannum *n* ad honorandum Beatum, ſolidum I.

n

Eadem XI Maji ingreſſus eſt in officium Procuratoris quidam Fr. Thomas de Faventia; qui notat, quod XX die ejuſdem menſis, expendit, ad *o* inſalatam eorum qui faciebant feſtum B. Iacobi, denarios IV.

o

Vigilia & feſtum agi

Die XXII, quæ fuit ſabbatum & Vigilia B. Iacobi, ſcribit ſe expendiſſe in res varias ad eamdem Vigiliam, tam à Conventu, quam ab externis qui ad feſtum Beati concurrerant, celebrandam; nec non pro die ſequenti XXIII, quæ erat ipſum feſtum Beati atque ſanctiſſimæ Trinitatis, Dominica quarta Maji.

Dominica Trinitatis,

Quamvis enim mortuus fuerit XXV die menſis, quia tamen mors ea contigit in prædicta ſanctiſſimæ Trinitatis Dominica; ideo nulla habita ratione numeri dierum ipſius menſis, celebrari cœptum eſt feſtum die Ttinitatis; idque ſemper exinde eſt obſervatum,

B

obſervaturque in hodiernum uſque diem.

6 Supradictus Fr. Zanellus de Faventia, in rationibus acceptorum pro d. Conventu, meminit infraſcriptarum partium.

p

I Iunii, recepit ex *p* Banco B. Iacobi XXI ſol. VII denarios.

XVI Ejuſdem ex caſſa B. Iacobi-Philippi ſumpſit XXIV ſol. X denarios, quos dederant Guido & Zattonus.

Eodem die accepit à Guidone & Zattono Ducatos ſex auri *q* Veneti, ut in aſſeres emendos expenderet: fuerunt autem ipſi Ducati ſumpti ex caſſa B. Iacobi-Philippi: poſtea autem, inquit, recepi à Priore ſolidos XXX, ſimiliter ſumptos ex d. caſſa.

q

ac lampas ali ad ſepulcrum.

Die XI Auguſti recepi à Terdoza ſolidos X, pro lampade quam poſuit B. Iacobo à nobis emptam: quæ & votum fecit fovendi eamdem lampadem anno uno.

Die XXI Auguſti, accepi à Mag. Paulo, qui ſtipem corrogabat ad honorem B. Jacobi, pro Dei amore, ſolidos XV.

ANNOTATA.

C

a *Sculptura* di rilevo *Italis*, *Francis* de relief, *ea dicitur, quæ figuras ſibi inſculptas extollit ſupra planitiem ipſius lapidis, opere anaglypho.*

b Cophinum, *pro arca lapidea uſurpari, hactenus non vidi. In charta autem mox citanda ſæpius dicitur* Sarcophagus marmoreus, inſculptus cum imagine D. Annuntiatæ.

c Fila, Filza, Fileja, *unum idemque Italis ſignificant, ſcilicet continuationem, ſive (ut barbare loquar) infilationem plurium actionum ſeu rerum ejuſdem generis: hic autem intelligitur Ephemeris actuum publicorum.*

d *Monumentum Tranſlationis hujus eſt inſcriptio, quæ hodie à parte dextera ſacelli viſitur, tenoris ſequentis:* D.O.M. Lapideum ſepulcrum, in quo conditum eſt corpus Beati Jacobi-Philippi Faventini de Bertonis, Ordinis Servorum, à dextro latere hujus ſacelli, cui affixum erat, impenſa Matthæi, Joannis Baptiſtæ, ac ejus fratris Marci & Fratrum; Antonii Mariæ & Fratrum; Vincentii & Fratris; Antonii & Fratris, & omnium aliorum de Bertonis à Cella, non ſolum ſub altare tranſlatum eſt; ſed etiam ſacellum hoc, olim Bertonæ familiæ à Manfredis dono datum, in honorem Dei ac ejuſdem Beati, ſic ut ſe habet exornatum eſt MDXCIII die XV Aprilis. *Huic porro inſcriptioni a parte ſiniſtra reſpondet alte a Ioannis Antonii Moni, in Prologo ad miracula ſuperius à Gianio recitata. De ornatu autem ipſius ſacelli in charta particulari ſic accepimus*: Familia Bertona ſacellum ad meliorem & illuſtriorem formam reduxit, & manu Joannis Baptiſtæ Berluccii depingi curavit, ſtatuens in medio ſepulcrum Beati ſupra terram depoſitum, taliter quod modo pro altari ejuſdem capellæ inſervit. D

e Giallus color, *Teutonibus* Gheel, *flavus eſt; flavas autem violas non gignit tellus, ſed purpureas: probabile igitur eſt* violarum *nomen etiam latius ſumi à Faventinis.*

f Rama *Italis* Ramus *vel* Ramuſculus.

g Facta fuit ea pictura ſupra tabulam ligneam, cum imagine Chriſti atque beatæ Virginis, cum imagine pariter S. Joannis Euangeliſtæ ex una parte, & ex altera B. Jacobi-Philippi, circum caput ejus radiantibus ubique fulgoribus: quæ imago taliter etiam nunc in Capitulo viſitur & adoratur: ibi enim fuit ſacellum S. Joannis Euangeliſtæ, quod nunc ſervit pro Capitulo Fratrum, ac pro congregando Collegio Dominorum Juriſperitorum ac Notariorum Faventinæ civitatis. *Ita in d. charta, ubi pictor nominatur* Leonardus de Scalettis. E

h Spaleria, *Italice* Spalliera: *quidquid ad murum expanditur, ad* Spallas, *id eſt, humeros reclinandum.*

i *In prædicta charta appellatur* Scapulare, *diciturque claudi* capſulâ, eleganti arte deauratâ, *& ipſum*, ſæpe ad ægrotantes deferri, maxima cum devotione & miraculorum eventu.

k *Italice*, Ferlette & accuzzette, *diminutivæ voces à* ferula *&* acu.

l *Italice uno verbo* Ricotta, *qua vox etiam ad exteros tranſiit, cum uſu ipſius edulii.*

m *Hujus nomen docebunt nos Annales continuati cum venerint.*

n Bannus, *mandatum publicum, ſcilicet de inſtituenda ad corpus Beati proceſſione, cujus ſupra facta mentio.* F

o Inſalata *proprie eſt edulium ex crudis herbulis, ſale & aceto oleoque infuſis, à quibus Itali & alia plures nationes auſpicantur cœnam; ipſum autem nomen hic ſumi videtur pro* Cœnula, *ſive (uti ſupra ſcribitur)* Collatione, *ſic dicta, quia ad illam conferantur quæ ſunt reliqua in penu, abſque recenti coctura.*

p Bancum, *mox* Caſſa *ſcribitur, accipiturque pro gazophylacio ſeu arca nummaria.*

q Aurum Venetum, *vel quia Venetiis cuſum, vel quia per Venetos ex Hungaria allatum: nunc fere* Ducatos Hungaricos *appellamus.*

DE S. MARIA MAGD. DE PAZZIS,

ORDINIS S. MARIÆ DE MONTE CARMELO,

FLORENTIÆ IN HETRVRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Vitis Sanctæ, ſcriptis à Vincentio Puccino & Virgilio Cepario Confeſſariis ipſius, earumque editionibus & auctorum fide. D. B.

ANNO MDCVII.

Duo ex eiſdem Vrbe & Ordine Canonizati hoc ſeculo.

C

Eterum Carmelitarum florentiſſimus Ordo duos habet Sanctos, ſolennibus hujus ævi ceremoniis Canonizatos; ambos natos Florentiæ, ambos ibidem quieſcentes corpore & miraculu claros; videlicet S. Andream Corſinum, *ad Epiſcopalem Eccleſiæ Faſulanæ Sedem aſſumptum; &* S. Mariam Magdalenam de Pazzis, *in monaſterio S. Mariæ Angelorum variis perfunctam muneribus.* Andream, *mortuum anno* MCCCLXXIII, *Eugenius Papa IV in Beatorum numerum adlegit* MCCCCXXXIX, *Vrbanus Papa VIII canonizavit* MDCXXIX. *Alexander porro VII* MDCLXVI *decrevit Officium ſub ritu Semiduplicis pro die* IV *Februarii ad libitum celebrandum ab iis qui Romano utuntur Breviario.* Magdalenam, *anno* MDCVII *tranſlatam in cælos, idem Vrbanus* Beatam *vocandam cenſuit* MDCXXVI, *anno autem* MDCLXIX *in Album Sanctorum retulit Clemens Papa IX, Clemens vero X anno* MDCLXX *approbavit ſimile Officium proprium, à cunctis qui ad Breviarii prædicti recitationem tenentur, ex præcepto peragendum ſub ritu item Semiduplici. Prioris Vitam, à Petro Andrea de Caſtaneis Carmelita, annis poſt ejus obitum* LXXX *vel primum ſcriptam vel interpolatam, ad* XXX *Ianuarii illuſtrare conatus Henſchenius noſter, neceſſe habuit anachroniſmos quoſdam notare & corrigere, excuſando ruditatem ſeculi, in rebus narrandis parum accurati, & infelicitatem Ordinis, haud ſatis explicatas habentis hiſtorias ſuas. Poſteriori ne contingeret idem, propria præſentis ſeculi accuratio fecit, & duorum qui Sanctæ à Confeſſionibus fuerunt diligentia. Hæc nobis de ejus geſtis virtutibuſque genuinam hiſtoriam texuit; quarum una cum alteri pro ſupplemento ſit, neceſſe judicavi utramque ex Italica lingua Latinam facere, eo promptius quod occaſione data libenter oſtendam, noſtram brevitatem de aliis quibuſdam Beatis Ordinis non aliunde proficiſci, quam ex idoneæ & operi huic dignæ materiæ defectu. Duplici iſti tractatui ſubjungam tertium, de miraculis poſt mortem deque tranſlationibue corporis, ex variis auctoribus monumentiſque collectum, ſub titulo* Gloriæ poſtumæ.

Andreas Corſinus Ep. Faſulanus,

& M. Magdalena.

C.

Huius Confeſſarii ordinarii ex Clero,

2 *Regebat prædictum S. Mariæ monaſterium & Monacharum ordinariis Confeſſionibus audiendis præerat, cum illud ingreſſa eſt anno* MDLXXXII Catharina de Pazzis, *mutato deinde nomine* Soror Maria Magdalena, D. *Auguſtinus Campi, ſummæ vir probitatis & prudentiæ; ſub quo cum de iis quæ Virginì præter ordinem accidebant, identidem multa ſcripta fuiſſent à deputatis ei officio ſociabus; ejuſdem D. Auguſtini anno* MDXCI *vita functi ſucceſſor* D. *Franciſcus Benvenuti, metuens in re tanti momenti decipi, ad eadem totamque Sanctæ conſcientiam ſecum cognoſcendam, invitavit Collegii noſtri Florentini Rectorem P. Nicolaum Fabrini, ipſimet divinitus eam in rem promiſſum pridem. Ex eo tempore Societatis noſtræ Sacerdotes, qui jam inde ab anno* MDLI *cœperant monaſterii illius Virgines permiſſu S. Ignatii curare; tum ipſi tum aliis ibidem Virginibus, in ſacra Confeſſione extraordinarie audiendis conſtanter fuerunt adhibiti; in eoque caritatis officio hodiedum perſeverant, maximo cum ipſarum ſolatio*

extraordinarii ex Societate Ieſu.

& fructu: quæ & S. P. N. Ignatii exercitia ſpiritualia ſub eorumdem directione quotannis obeunt, exemplo ipſius ſanctæ Matris, ea primum in ſeipſa experta, ſub R. P. Virgilio Cepario.

3 *Ordinariorum ultimus per annos (ut ipſe profitetur) duos, fuit* D. Vincentius Puccinus, *mortuo ſub annum* MDCV D. *Franciſco Benvenuti. Hic ex ſua, & ex earum quas regebat Sanctimonialium certiſſima oculataque ſcientia, atque ex iis quæ ipſa vivente litteris conſignata reperebat, hiſtoriam Vitæ compoſuit ipſamque vulgavit anno* MDCIX *in duas digeſtam Partes: quarum primâ totus vitæ decurſus uſque ad obitum continetur; ſecundâ, favores quidam præcipui, eidem in ſuis raptibus divinitus conceſſi. Stylo uſus eſt nativo minimeque fucato, & ipſis authenticorum monumentorum verbis qua licuit inhæſit tam ſcrupuloſe, ut quæ in ſuis extaſibus Sancta Latinis forte verbis expreſſerat, ea Latinis etiam dederit, quippe vel à modice peritis (quales fere Sanctimoniales ſunt) commode intelligenda: à quo exemplo ne diſcederem, primam Partem integre, ſecundam ultra dimidium Latinam faciens, eadem verba ego quoque diverſo charactere exprimenda curavi. Id ipſum omnino feciſſe etiam video Mag. Ludovicum Brochandum, qui anno* MDCLXX *bipartitam iſtam Puccini Hiſtoriam Gallico ſermone perquam eleganti reddidit, nihil de aliis Partibus poſt editis ſolicitus; credo quia iſtas putabat abunde ſufficere ad informandum intellectum eo de ſanctitate* Magdalenæ *conceptu, qui æſtimationem conciliaret & imitationem ſuaderet. Acceſſerant tamen in ſecunda Vitæ editione, duobus poſt priorem annis, quatuor Partes aliæ, ejuſdem cum ſecunda argumenti: quæ jam ſimul ſex Partes iterum, cum nonnullo miraculorum poſt mortem auctario, recuſæ ſunt, eodem Puccino curante ſub annum* MDCXXI. *Sed has noviſſimas quatuor Partes, æque ac dimidium ſecundæ, licet alioqui pulcherrimas, quia parum ad hiſtoriam faciunt, & ſpirituali inſtructioni potius deſerviunt, aſceticis ſcriptoribus relinquo Latine reddendas.*

Ordinariorum ultimus Vinc. Puccinus,

B

Acta certiſſima prior edidit 6 partibus,

F

4 *Perrexit deinde idem Puccinus monaſterium regere, & pro obtinenda Beatificatione ſanctæ ſuæ Filiæ, ad reliquarum ſolatium, tam ſtrenue laboravit, ut uno ante ſuam mortem anno negotium ad finem perductum viderit. Puccino defuncto die* III *Octobris;* Franciſcus Cardinalis Barberinus, *cujus ex Carolo Patruo, Vrbani VIII fratre neptes duæ, Soror Innocentia & Sor. Maria-Gratia, Monaſterium S. Mariæ Angelorum, ſuâ ornabant præſentiâ, Gubernatoris titulum & officium ſibi retinens, Confeſſarium ſtatuit* adm. Rev. D. Antonium Mariam Raconiſium; *eodem munere laudabiliter fungentem in alio S. Mariæ Reginæ cæli nuncupato monaſterio, quod vulgo Clariti dicitur à Beato ſuo Fundatore, cujus etiam Vitam idem collegit, qualis hoc ipſe die jam jam data eſt. Conſiderans autem prælaudatus Cardinalis, nihil haberi aliud quam iſtud grande ſex Partium opus, unde ipſius Beatæ notitia vulgo daretur, eo quod diſtracta eſſent omnia primæ editionis exemplaria; eidem Raconiſio demandavit novam Vitam componendam ex Puccini libris noviſq; notitiis, quas Proceſſus pro Canonizatione formati ſubminiſtrare poterant, idque meliori quam prius factum erat ordine, ac forma breviori. Fecit ille quod impe-*

quæ deinde contracta in continua Capita 151.

à Vinc. Raconiſio, ſervato tamen Puccini nomine,

AUCTORE D. P.

imperaverat Cardinalis, nomen tamen ſuum ſupprimens, ſub nomine Puccini ſolius voluit prodire novam illam lucubrationem, per continua CLI *Capita, citra ullam librorum diſtinctionem, deductam: itaque impreſſa primum Florentiæ eſt anno* MDCXXVIII, *atque mox anno ſequenti Romæ, cum Dedicatoria, Vrbano Pontifici à Neptibus prænominatis directa, quarum haud dubie precibus multum inclinatus ille fuerat ad* Beatam *declarandam* Magdalenam. *Hanc ego Vitam conferens cum Puccini opere genuino, puncta quædam noviter addita excerpam, & Latinæ prioris Vitæ verſioni admiſcebo, additis initio ac fine uncis [] includenda ad diſtinctionem. Poſt Beatificationem, progreſſum lentius in negotio eſt; interimq; devotio publica erga jam Beatam promota vehementer per exteras regiones, ac nominatim in urbe Neapolitana; ubi illius cauſa ſtudioſiſſimus D. Gaſpar de Roomer, Antuerpienſis Mercator, idemque opulentiſſimus, præter ingentes pecuniarias ſummas in rem adeo piam collatas, fecit ut anno* MDCXL *eadem Vita ſumptu ſuo recuderetur, plane ſecundum priora exemplar. Ab hac autem editione (cujus exemplar hic Antuerpiæ vidi apud RR. PP. Carmelitas) præſumere licet, non differre alias duas poſteriores, ſimiliter Neapoli curatas ſequentibus annis* MDCXLVI *&* LII. *Nihil certe ab illis differt verſio Hiſpanica, quam anno* MDCXLVIII *Romæ imprimendam curavit Ioannes de Lezana, Hiſtoriographus Ordinis, ejuſque Congregationis quam Indicis appellant tunc Conſultor, & in Collegio Sapientiæ Romanæ Cathedraticus; nec enim quidquam in re mutavit, ſolum verſionem ſuam interpolavit* Annotationibus XXXI, *quas judicavit* neceſſarias perſonis de oratione tractantibus, ad res myſticas & obſcuras in libro iſto.

itaque recuſa ſæpius ſunt.

B

5 *Porro quia vel ex Puccini duobus aut ſex libris, primo indicatis; vel ex Vita ejuſdem Puccini nomen præferente, revera tamen compoſita à Raconiſio, ceteri poſt ipſos ſcriptores omnes, ſuas vel Vitas vel Vitæ Summaria acceperunt; ſuperfluum fuerit, ex omnibus fere nationibus longa ſerie recenſere eorum nomina, qui ſua quique lingua Sanctam honoraverunt. Qui volet habet Speculum Carmelitanum Danielis à Virgine Maria, ubi ex Summario Canonizationis accurate ſinguli enumerantur. Illaudatum tamen præterire nequeo Laurentium Mariam Brancaccium, ſtrictioris obſervantiæ Carmelitam, qui Neapoli anno* MDCXLIII *Italice publicavit, & Gaſpari de Roomer præmemorato dedicavit,* Opera B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, in quinque partes diſtributa: *placuit enim ei* Opera *appellare, non quia ipſa libros ſcripſerit, ſed quia doctrina multiplex, accepta ex ore* Magdalenæ *ad cæleſtia rapta, viſa eſt plurium opuſculorum formam poſſe ſuſcipere, ſi ea, quæ ſparſim habentur in majori Vita per Puccinum edita, eique poſtea adjunctis Partibus, apto digererentur ordine, quemadmodum ipſe fecit. Quapropter non gravabor, Synopſim lucubrationis iſtius, ſaltem per Titulos ſuos exhibere, poſtquam Latine dedero quæ ex Puccini impreſſis noſtrum in opus convertenda cenſui.*

Alterutra aliis omnibus de Sanctâ ſcripturis prælucebunt.

C

& priora libro cui titulus Opera.

6 *Proxime poſt Puccinum locandus nobis venit* Virgilius Ceparius *ſupranominatus, idem qui antea B. Aloyſii noſtri Vitam ſcripſerat. Agebat hic Romæ, cum annuente Vrbano VIII Beatorum numero rite adſcriberetur* Maria Magdalena; *& Monaſterii ſanctiſſimæ Trinitatis Matres, quæ audiebant multa narrantem ex propria ſcientia, Puccino vel ignorata, vel præterita, optabant ab ejus elegantiſſimo ſtylo & inſigni ſpiritualium rerum intelligentia novam videre Vitam, quæ, caſtigata prolixioris operis mole, tanto plenior eſſet virtutum exemplis, quanto in revelationibus ſtrictior. Sed cum eadem cogitatio eodem tempore Matribus Florentinis veniſſet, factum eſt ut dum hæc Vita excudebatur Romæ, altera à Raconiſio concinnata imprimeretur Florentiæ, neſcio an ſatis concordi Auctorum vel Sanctimonialium ſententia. Certe fuit in ea re aliquid quod Cardinali Barberino diſpliceret, formidanti fortaſſis ne duo de eodem argumento ſcriptores, alicubi ſibi invenirentur contrarii, aut alter alterius luci officeret. Vtcumque ſe res habuit, ſuppreſſa eſt, jam uſque ad Caput* LVIII *impreſſa, Ceparii lucubratio; manſitque imperfectum opus inter manus venerabilium iſtarum Romæ Matrum, ac pene traditum eſt oblivioni; donec occaſione ſolennis Canonizationis lectus ac viſus pluribus Ceparii labor, apparuit dignus qui publicæ luci non ſubtraheretur diutius. Commendatus eſt igitur R. P Joſepho Fotio, noſtræ item Societatis Sacerdoti, abſolvendus, additis ultimis* XV *Capitulis, & Romæ prodiit anno* MDCLXIX *Clementi IX dedicatus. Eum ſi cum editis à Puccino & Raconiſio Vitis conferas, omnino judicabis, adeo nihil illis officere, ut multum roboris addat eiſdem teſtimonio ſuo, plurima autem ſuppleat ab illis præterita minimeque negligenda. Atque his dumtaxat Latine reddendis exurgit ſecunda quam damus Vita, nihil eorum quæ illi dixerunt iteratura, niſi quatenus ad Hiſtoriæ contextum neceſſe erit, uno alterove verbo iſta attingi, velut jam data in priori Vitâ, & iſtic requirenda.*

Aliam Vitâ an. 1626 ſcripſit Virgilius Ceparius,

D

& hanc an. 1669 edidit Joſ. Fotius,

unde excerpta dantur.

7 *Alia Latina ſi quis deſideret, habet impreſſam Francofurti anno* MDCLXX Vitam ſeraphicæ Virginis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, Florentinæ, Ordinis Carmelitarum antiquæ obſervantiæ Regularis, in tres diſtinctam libros, extractam & concinnatam ex vita per ejus Confeſſarium ſcripta, nec non ex Proceſſibus & Relationibus, coram ſummo Pontifice formatis, per P. Fr. Patritium à S. Jacobo, Ordinis Carmelitarum Provinciæ Alemanniæ inferioris; cui acceſſit Brevis relatio quorumdam miraculorum, meritis & interceſſione Sanctæ poſt ſolennem ejus Canonizationem patratorum; & documenta ſeu monita, quæ Sancta diverſis dedit Religioſis dum vixit, edita antea Italice per D. Joannē Antonium Solazzi de Vetralla. *Similiter in Speculo Carmelitano R. P. Danielis prælaudati inveni et lector, primo* Vitam, ex Actis Canonizationis atque ex Secretaria Congregationis Sacrorum Rituum, juxta exemplar Romæ impreſſum: *deinde alteram prolixiorem Capitum* 13, ex R. D. Vincentii Puccini opere de Vita & divinis illuſtrationibus ipſius Sanctæ, contractam, digeſtam, & Latinitate donatam per Rev. adm. P. Leonem à S. Joanne, Provincialem Turoniæ, exinde Aſſiſtentem Generalem Ordinis, Regis Chriſtianiſſimi Concionatorem ordinarium; *tertio Tractatum inſignem, cui titulus,* Canonizatio & eam concernentia antecedenter, comitanter, & ſubſequenter. *Deniq;* Miracula ex Canonizationis Informatione & Summario Romæ impreſſis, atque *ex ſupradicta Brevi Relatione; cum* Exercitio devotionis quinque Feriis ſextis, in memoriam quinque ſingularium favorum præſtitorum Sanctæ, devotiſsimæ myſteriis Paſſionis Chriſti, ſexta feria peractæ. *Et huic Exercitio addi potuiſſent* Litaniæ, *in honorem ejuſdem Sanctæ compoſitæ, atq; in fine libri à Fr. Patritio editi impreſſæ, ſane perquam bene accommodatæ ad fovendam devotionem fidelium, modo eorum uſus approbetur ab iis, quorum intereſt recognoſcere precationum formulas Catholico populo proponendas.*

Indicantur alia Francofurti,

E

& Antuerpiæ impreſſa,

F

8 *Fortaſſis etiam operæ pretium eſſet legere, quæ habet noſter Nicolaus Lancicius, in opuſculo de Præſtantia Inſtituti Societatis lib. 2 ad finem cap. 4, niſi omnia habuiſſet ex ore P. Virgilii, quem præſtat in ſuomet libro loquentem audire. De hoc libro, quoniam adeo ſero in publicam lucem venit, non eſt mirum tacere Patres Carmelitas. Mirum potius, ab iis, quibus ignotum eſſe non potuit, quod monaſterium S. Mariæ Angelorum, ſub Ordinarii Florentini juriſdictione poſitum, ordinarios Confeſſarios non habeat alios quam ex Clero ſeculari aſſumptos, id ubique diſſimularint; cumque Puccini ſaltem ſcripta legerint, mirum eſt etiam ab iiſdem aut nullam aut perquam jejunam fieri mentionem Patrum Societatis, quorum conſiliis, non ſolum directa fuit ad amplectendum Carmelitarum inſtitutum, ſed etiam præcipue adjuta in ſpiritu; cum aliis Religioſis viris*

in quibus diſſimulatur quales fuerint Confeſſarii Sanctæ.

A *viris aut nullũ aut rarum commercium habens, uti nec habent cetera iſtius monaſterii Sanctimoniales. Vt enim c. 57 ſcribit Ceparius*, ad crates *earum* ordinarie non accedunt Religioſi, cujuſcumque ſint Ordinis, *atque adeo nec Carmelitæ*, niſi forte frater aut proximus conſanguineus alicujus Monachæ, idque non niſi cum licentia, prævie in ſcripto obtenta. *De* Maria *autem* Magdalena *nuſquam invenimus, quod vel ſemel in vita ſua cum aliquo Religioſo Carmelita fuerit collocuta, niſi cum Sanctus Angelo Martyre & Alberto Siculo, jam beatis in cælo.*

9 *Quod ipſummet Puccinum attinet, de eo interrogatus Illuſtriſſimus Antonius Magliabechius, paterno amico, hoc elogium ſimplici candore texuit, per epiſtolam datam* VIII *Iulii* MDCLXXXI. Monaſterio Angelorum plus quam viginti annis ſervivit gratis; cumque Urbani Papæ VIII, anno MDCXXIII ad Pontificatum evecti, pedes deoſculaturus, Romam eſſet profectus, quia illum nonnulla conſanguinitate attingebat; ante altare Apoſtolorum dicitur votum feciſſe, nulla umquam eccleſiaſtica bona admiſſurum ſe titulo beneficii. Profuſiſſimus in eleëmoſynis erga pauperes, hos eoſdem moriens inſtituit heredes ex aſſe; niſi quod partem modicam legavit monaſterio Angelorum, in cujus eccleſia ſepultus quieſcit. Morienti extrema, quæ tali articulo exigi à Sacerdote poſſunt, officia exhibuit R. P. Coſmus de Pazzis, vicem rependens operæ quam ipſe morienti Mariæ Magdalenæ præſtiterat, præter cujus Vitam ſcripſit etiam ediditque tractatum eruditum de Proprietate & privilegio Regularium. Denique vir fuit vitæ probitate, doctrina, prudentiaque conſpicuus; in quo nihil potuiſſet deſiderari, ſi non pluſculum fidei adhibuiſſet cuidam ſuæ pœnitenti, magnæ ut ipſe opinabatur ſanctimoniæ, quæ illi dixerat, quod in pœnis purgatorii vidiſſet animam Venerabilis Hippolyti Galantini, ejus qui Congregationem S. Franciſci de Doctrina Chriſtiana Florentiæ fundavit; vir tam notæ ſanctitatis, ut mortui anno MDCXIX die XX Martii cauſa, in ordine ad Canonizationem ſerio in Romana Rota agatur, ad inſtantiam, non ſolum Congregationis ſuæ, ſed etiam Magnorum Ducum totiuſque populi Florentini. Hinc cum Vincentius elabi è manibus ſuis ſiviſſet ſcriptum aliquod, quo communis illa opinio famaq; infirmari videbatur; Ruſpolo cuidam, poëtæ ſatyrico ac petulanti, occaſionem dedit duabus odis ipſum acerbiſſime perſtringendi: & alienavit à ſe plurium optimorum virorum animos, atque in his etiam patris mei Marci, hominis communi Florentinorum æſtimatione ſancti, & cujus precibus fere ſoleo acceptum referre quidquid boni indignus à Deo conſequor. Vivens enim Hippolytus virtutis ergo ſic eum coluerat, ut per multos annos conſueverit quotidie veſperi convenire, de rebus ſpiritualibus velut cum amicorũ intimo tractaturus. Hujus inter ipſos amicitiæ plures apud me ſuperſunt memoriæ, & inter alias nocturna laternula, qua per tenebras veniebat ad nos devotos ſuos, piis alloquiis inflammandos. Senſit igitur graviter pater meus, ut debebat, injuriam, amici ſui memoriæ factam ab amico etiam Puccino, quem alias æſtimabat virum undequaque integerrimum. *Nempe optimus quandoque viris obrepit aliquid imbecillitatis humanæ, dum bono zelo agi ſe credunt: quod hic nolui diſſimulare, ne forte apud imperitos æſtimatores rerum obeſſet aliquando* Venerabili Hippolyto, *laus impenſa* Vincentio: *quem crediderim vel ante mortem retractaſſe quæ minus prudenter ſcripſerat; vel excuſare potuiſſe, allegando exempla S. Paſchaſii Diaconi, ultimo Maji menſis die ex S. Gregorio Magno in Martyrologio Romano relati; & S. Vitalinæ Virginis, ex S. Gregorio Turonenſi* XXI *Februarii; quos legimus aliquammultis diebus à divina & beatifica viſione ſuſpenſos, dum interim miraculis minime obſcuris eorum ſanctitas declarabatur à Deo. Et huc referri poteſt*

Elogiũ Puccini viri optimi,

licet circa Ven. Hippolytum Galantinum,

aliquid humanum paſſi.

B

C

quod in noſtra hujus Sanctæ Vita 2, cap. 9 prolixe narratur de Sorore Maria Benedicta Vectoris. R. P. Coſmus de Pazzis, *qui Puccino morienti adſtitiſſe dicitur, Collegio Florentino præfuit aliquoties Rector: eique rara virtutis exempla plurima de ſe reliquit, & ipſius memoria ibidem in benedictione manet; tum propter alia egregia merita, tum propter ſuppellectilem ſacram, inſigni argentea ſtatua Gentilis ſuæ Sanctæ auctam.* AUCTORE D. P.

10 *Porro ad totius* Pazziæ *familiæ, ex qua* S. Magdalena *prodiit, decus pertinet, quod tom. 3 Italiæ ſacræ col.* 113 *refert Ferdinandus Vghellus in Epiſcopo Rainerio, qui ſub annum* MXCVIII Hetruſcæ nobilitatis florem accendit, ut Crucem induret & ad Terram ſanctam è Saracenorum manibus eripiendam, cum Godefrido Bullonio pervolaret. Retulerunt, *inquit Vghellus*, eam gloriam Florentini, ut ex iis omnium generoſiſſimus in Hieroſolymæ mœnia primus aſſiliret irrumperetque. Is fuit è Pazziorũ nobiliſſima familia lectiſſimus Miles, à Godefrido murali corona ornatus quam cum ſacro igne in patriam retulit, & in S. Blaſii templo, ut pulcherrimũ monumentũ, ad ſuam æternitati conſervãdã gloriã, collocavit ſolenni pompa. Hactenus autem Pazziorum familia, ſingulis annis Sabbato ſancto, concinentibus triumphum Chriſti Sacerdotibus, novum ignem, attrito eo lapide Hieroſolymitano, qui vulgo ignis ſacer dicitur, religioſe accendit; eumque in Metropolitanam ædem ſolenni tripudio vetuſtiſſimoque ritu traducit, ad commendandam ſtrenui invictique militis memoriam, qui mor-m illum in patriam induxit. Meminit facti Villanus in Hiſtoriis; & Varinus lib. 3 Pazziam familiam Pactiique Militis virtutem, & ritum illum hiſce carminibus laudat:

Pazziæ familia,

Pactia progenies, Thuſcis è montibus orta,
Antiqua atque potens, caſtellaque plurima rexit
Sub ditione ſua: cujus de ſanguine Miles,
Sub Duce Gofredo, conſcendit mœnia Sion
Primus: & hinc cauſa eſt trivio quod lampas in illo
Sacra accendatur, priſcum quæ ſervat honorem.

laus ab anno 1098.

11 *Neſcio an Militi illi proprium nomen* Pactius *fuerit (quod mollior nunc pronuntiatio in* Pazzium *deflexit) ab indeque natã poſteritas cognomen ſumpſerit, ſicuti pleræque nobilium in Italia familiarum à nomine alicujus ex progenitoribus proprio cognomen aſſumpſerunt; cum* X *ac* XI *ſeculo ad nomen cujuſq; propriũ cœpiſſet ab aliquibus addi nomen patris. Hoc ſcio quod talis mos primũ in Tuſcia cœpit ætate illa: idque intelligere licet ex Donatione Comitiſſæ Matildæ, apud Vghellum conſequenter propoſita, in qua Cauſidici, Notarii, Clericique præſentes ſolo notantur nomine; Teſtes vero, laici cum addito cujus filii eſſent. Alias in omnibus quæ antea & poſtea idem Vghellus producit inſtrumentis Notarialibus, uſque ad ſeculum* XII, *nomina, præſertim Eccleſiaſticorum, plane nuda exprimuntur, cum ſolo cujuſque gradus vel officii titulo. Auget hoc difficultatem ad nobiles hujus temporis familias tam alte ſubducendas, quam prætendunt ſibi deberi; facitque ut gratulandum iis exiſtimemus, quandocumque ex ſatis ſolida traditione ſuam poſſunt antiquitatem probare, uti videntur probare* Pazzii, *ex illo ab immemorabili poſſeſſo jure ſacri ignis eliciendi, quantumcumque aliàs novum fortaſſis ſit nomen* Pazziorum. *Cum autem hæc ſcribo, nihil moror cujuſdam procacis libellatoris præſidentiam, omnes undecumque ſcriptores eccleſiaſticos & profanos convocantis, ut meam in hiſtoria infantiam rideant. Satis illum caſtigavit vir eruditus ac nobilis, & vulgo etiam ridiculum fecit, quod in quæſtione de uſu cognominum, Notarialibus actis aliiſque ſimilibus inſtrumentis ſubſcribendorum, à ſeculo* VII *uſque ad* X, *ab omnibus antiquariæ rei peritis negato, in argumentum ejus aſſerendi aſſumat vetera Romanarum familiarum cognomenta, una cum Imperio Romano abolita, aliaque etiam minus ad rem facientia. Verum iſtis omiſſis exhibeamus præmiſſa Acta.*

licet cognomen recentius.

E

F

12 *Ipſius* S. Mariæ Magdalenæ, *varia circumferun-*

AUCTORE D. P.

tur effigies æri inciſa: præ quibus optari poſſit alia ad viventis ſimilitudinem expreſſa propius quam ad ingenium pictoris: & talem nobis Sanctimoniales miſere, monochromate rubro notatam, qua optime vultum referri putant, extrema fere ætate; cum, robuſtam alias firmiſque oſſibus ſubnixam corporis habitudinem, extenuaſſent pœnitentiarum rigor & morborum frequentia. Excepta ſiquidem iſta eſt, ex imagine, quam, Sanctâ jam mortuâ & in feretrum compoſitâ, ſed ultra communem modum formoſa, devotionemque ſuaviſſimam ſpectantibus afflante, pinxit Eques Cruadus. Ea, quam longò certiora ipſius referat lineamenta, præ aliis multo delicatiorem exprimentibus, apparebit evidenter, inſtitutâ collatione cum illa, quam ipſa monaſterium ingrediente Sanctes Titi pinxit, ponenda ad num. 37 Vitæ per Ceparium Scriptæ.

Effigies genuina Sanctæ ſtatim à morte.



Vera Effigies
S. MARIÆ MAGD. DE PAZZIS
mortuæ A. D. 1607 Ætatis 42

VITA

Ex Italico adm. R. D. Vincentii Puccini,

Gubernatoris monaſterii, & Confeſſarii ipſius Sanctæ.

PROOEMIUM.

Vita hæc ſcripta ad exemplum,

QUamquam nihil opus habeat celebrari in terris quiſquis ab hac vita egrediens maximarum pretioſiſſimarumque virtutum poſt ſe relinquit odorem, eo quod à remuneratore Deo inæſtimabili atque æterna mercede cumuletur in cælis; convenit nihilominus ut talium memoria floreat etiam in mundo, quatenus honorari videamus merita probitatis, eoque excitemur ad ſtudium imitandi exempla. Hæc me conſideratio movit ad mandandam prælo vitam Sororis Mariæ Magdalenæ de Pazzis, Monachæ cœnobii S. Mariæ Angelorum in vico S. Frigidiani Florentiæ: quam quicumque leget, exiſtimo quod ad conſpectum tam ſanctorum actuum tamque mirabilium operum, multo deinceps generoſius applicabit animum ad veram æternamque vitam conſequendam. Eodem etiam me impulerunt ſtimuli, cunctabundo ſubditi à perſonis religioſis atque præcipuæ in hac urbe nobilitatis viris, qui ſingulari deſiderio ferebantur ad eam Hiſtoriam concupiſcendam, moti fama tam eximiæ ſanctitatis. D

2 Ut autem eorum quæ ſcribere aggredior aliqua in principio notitia lectori detur, eaque certiori judicio æſtimari poſſint, noto imprimis; quod cum Soror Maria Magdalena facta eſſet Monacha, ac multis experimẽtis certiſſimo conſtaret ipſam ultra communem modum præbere de ſe eximiæ ſanctitatis ſigna, raptamque in extaſes cum Deo ſæpe loqui de ſublimiſſimis notitiis ab eo ſibi communicatis; Superiores ejus, futurorum præſagitatione minime vana inducti, quibuſdam Sanctimonialibus commendarint, ut ejus omnes actiones obſervarent, minutimque adnotarent quidquid illa in ſuis raptibus diceret. Deo enim ita volente loquebatur illa, ſpiritu rapta, in perſona aut ſua, aut Patris æterni, aut incarnati Verbi, aut ſanctiſſimæ Virginis aliorumque, ſic ut diſtincte intelligerentur ſingula. Poſtmodum vero in virtute ſanctæ obedientiæ imperatum eidem eſt, ut duabus venerandis Matribus, ad hoc deſignatis, accuratam rationem redderet ſecretarum omnium notionum, quas ſibi largiebatur Dominus, cunctorumque motuum exteriorum: quibus illà ſic conſtricta, quamvis cum multa animi ſui humillimi afflictione, ſingula conſtanter & fideliter ad mortem uſque retulit. Hoc igitur modo devenimus in cognitionem totius ejus vitæ: propterea quod quidquid dicebat faciebatque extatice ſublevata, accurate relatum ab ea prædictis Matribus, ſcripto fuerit perquam diligenter conſignatum; itáque impleta grandia volumina quatuor, ex quibus ſcitu digniora in hanc Hiſtoriam traducta ſunt. Alia ipſius acta ſancta, à nativitate uſque ad ingreſſum in monaſterium, intellexerunt Sanctimoniales ejus ſociæ ex quadam ipſius amita ſeu matertera, ex matre ejuſdem, atque ex aliis conſanguineis; quin ex ipſiuſmet ore nonnulla induſtrie elicita collectaque fuerunt. *ex certiſſimis documentis,* *ab ore ipſiuſmet Sãctæ acceptis,* E

3 Illa autem prædicta quatuor volumina, quibus totum præſentis ſcriptionis argumentum aliæque res infinitæ continentur, fuerunt recognita ab adm. Rev. Domino Franciſco Benevenuto, Canonico Pœnitentiario eccleſiæ Cathedralis Florentinæ, ipſiuſque monaſterii per annos quatuordecim Gubernatoris & Confeſſarii; ab eoque temporibus variis ſubjecta judicio plurium ex Societate Jeſu Patrum, quos inter fuerunt P. Nicolaus Fabrinius & P. Virgilius Ceparius, Collegii Florentini ſubinde Rectores, P. Michaël Hieronymus, aliique: quorum auditis ſententiis, manu propria ſignavit libros iſtos D. Franciſcus, omnibus eximiam animæ illius benedictæ ſanctitatem comprobantibus. Iidem præterea Patres, qui eam de peccatis confitentem, tamquam ad id extra ordinem vocati, aliquando audiebant, videbantur non poſſe ſatiari appellando eam ſingularem Dei famulam: & P. Octavius Gondius, ex eadem Societate Jeſu, pro magna opinione ſanctitatis quam de ea conceperat, non præſumebat aures confitenti dare niſi de genibus; affirmabatque ab ea ſe numquam recedere, niſi aliquo lumine colluſtratum in mente. Ego vero, qui duobus annis eam gubernavi eidemq; Sacramenta miniſtravi, plane diſerteque conteſtor, quod in ea tantas virtutes repererim, ut Angelicum potius quam humanum ſpiritum corpori ejus incluſum judicarem. Ad certiorem porro fidem omnium in hac Hiſtoria referendorum certiſſime poſſum aſſeverare, quod cum bona Dei famula, ſub ultimum mortalis vitæ finem, ſeipſam ſanctiſſime præparabat ad ſpiritum ſuum Jeſu ſuo tradendum in manus; confeſſa mihi ſit magna cum ſinceritate, omnia, quæ vel in raptu vel privatim dixerat conturatque cum prædictis duabus Matribus, pure proceſſiſſe ex operatio- *& in 4 volumina digeſtis:* *quæ à Patribus Societatis recognita,* *ipſamet moriens confirmavit.*

A ratione Spiritus ſancti, abſque ulla proprii reſpectus mixtura. Similiter confeſſa humillime eſt, quemadmodum loco ſuo annotabo, quod in omnibus aliis actionibus ſuis ſecuta ſemper ſit conſilium directionemque ſuorum Patrum ſpiritualium.

Dividitur Vita in partes duas

4 Quod ad Hiſtoriæ ordinem pertinet, placuit bifariam eam dividere, ita ut pars prima contineat vitæ totius curſum mortemque Sororis Mariæ Magdalenæ; ſecunda vero exhibeat raptus, notitias, gratias, dona ſpecialia divinitus ipſi conceſſa, quemadmodum in ſecundæ illius Partis Proœmio dicetur commodius. Quod ſi in hujus narrationis decurſu, non appareat ille ornatus ſermonis, quem aliqui forſan deſiderarent; habeatur ratio ipſius operis, quod à me potius devotam ſimplicitatem, quam alium cultum exteriorem ullum requirere videbatur. Satis enimvero mihi eſt, atque ad ſpirituale meum ſolatium abunde ſatis, quod potuerim hanc publicam occaſionem cunctis dare, ad Divinam Majeſtatem alieno exemplo ſtudioſius ardentiuſque honorandam, & Sanctorum ejus virtutes imitandas: quod ſi obtinuero, reddatur gratiarum actio Deo, tamquam boni omnis largitori.

B *Capitum ſingulorum veritati atteſtantur juratæ Monachæ.*

5 Ut porro Hiſtoriæ quam ſcripſimus veritas cunctis pateret evidentius, Reverendiſſ. D. Petrus Nicolini, Vicarius generalis Florentinus, rogatus à monaſterii Gubernatore, ad ipſummet locum perſonaliter ſeſe tranſtulit, cum Cancellario Archiepiſcopali, die XIV Aprilis, anni MDCIX; & vocatis in ſuam præſentiam Sanctimonialibus omnibus, quæ ſuis ipſæ oculis viderant actiones Sor. Mariæ Magdalenæ in præſenti opere adnotatas, minutiſſime eas interrogavit ſuper ſingulorum factorum veritate. Omnes autem, plures quam ſexaginta, ſolitæ quotidie mane ſacram Communionem ſuſcipere, juratæ affirmarunt, meram ac puram veritatem in hoc libro contineri circa vitam venerabilis famulæ Dei: quin etiam multæ viva voce addiderunt, longe plura quam ſcripta ſunt à ſe viſa fuiſſe. Itaque Capitulis ſingulis ſigillatim ſubſcripſerunt eæ, quæ mirabilibus in unoquoque eorum notatis interfuere: atque ex hujuſmodi ſubſcriptionibus volumen bene ſpiſſum collectum eſt: & coram D. Vicario, monaſterii Gubernatore, & Teſtibus quatuor ad id vocatis, ſcriptum eſt in forma authentica Inſtrumentum, à Mag. Euphroſyno Milaneſio Cancellario Archiepiſcopali: quod Inſtrumentum, una cum volumine ſubſcriptionum prædicto, ad perpetuam memoriam conſervatur in monaſterio: utriuſque vero tranſſumptum authenticum, ab eodem Cancellario ſignatum, repoſitum eſt in archivio Archiepiſcopatus; ſcilicet ad amoliendam quantulæcumque dubitationis occaſionem, circa magnalia Dei in dilecta ejus ſponſa Sorore Maria Magdalena.

C

PARS PRIMA

Totius vitæ à nativitate uſque ad obitum ſeriem continens.

Vitam hanc partiturus in Capita grandiora, noſtrique operis inſtituto proportionata magis, congruum duxi originariæ partitionis titulos ſingulis Partibus præmittere, ſecundum numeros Romanis litteris in margine appictos, ſicut alias factum ſæpe: quidam enim putant hoc etiam pertinere ad fidem undiquaque liberandam. Sunt ergo primæ Partis Tituli hi.

CAP. I. De nativitate, genere & educatione Sor. Mariæ Magdalenæ, uſque ad ſeptimum ætatis annum.

II. De caritate ejus erga pauperes, & oratione mentali quam exercebat. EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

III. De grandi deſiderio quo ferebatur erga ſanctiſſimum Sacramentum, & de pœnitentiis quas faciebat.

IV. Quomodo collocata ſit aſſervanda in monaſterio S. Joannis Minoris: & de inſpiratione quam habuit, ut fieret Monacha in monaſterio S. Mariæ Angelorum.

V. In anno ſui Novitiatus multa indicia præbet ſingularis virtutis, & nominatim de ingenti deſiderio Profeſſionis faciendæ: cujus facultatem adepta à Superioribus eſt, occaſione ſuæ cujuſdam gravis infirmitatis, à qua poſtea fuit miraculoſe liberata.

VI. Poſt ſanitatem recuperatam revertitur ad Novitiatum, & propter continuos raptus ſibi conceſſos à Deo, conſtringitur per obedientiam referre duabus Matribus intelligentias ſibi divinitus communicatas.

VII. Videt in Paradiſo locupletem gloriam Matris Sor. Mariæ Bagneſiæ Florentinæ.

VIII. Significat ei Dominus tertio, voluntatis ſuæ eſſe, ut ſolum panem edat & aquam bibat. Probatur circa hoc à Superioribus; & cum eorum veniâ incipit divinum beneplacitum adimplere. E

IX. Monet eam Pater æternus de quibuſdam exercitiis ſpiritualibus, quæ ipſam vult uſurpare: prædicitque probationem quinquennalem de ea ſumendam, promittens antea eidem infundendum Spiritum ſanctum.

X. Quomodo ter fuerit vocata à Deo, ab eoque acceperit viginti regulas obſervandas.

XI. Magni exceſſus amoris ejus in contemplatione Jeſu Chriſti.

XII. Alii exceſſus amoroſi, quos eructabat cor ejus erga illum.

XIII. De quodam examine conſcientiæ, quod fecit coram Deo in raptu: ex quo mentis ejus puritas ſingularis intelligitur.

XIV. Manet in ecſtaſi diebus & noctibus octo, loquens de rebus altiſſimis: & quovis mane ad horam Tertiarum recipit ſub variis formis Spiritum ſanctum.

XV. Ingreditur in lacum leonum, id eſt, in conflictum cum dæmonibus: & intelligit quod debeat pati pro ſalute animarum.

XVI. De quinque tentationibus, quæ per annos quinque ipſam fatigarunt. Certo ſigno divinitus ſibi dato cognoſcit, ſe non eſſe illuſam: & quinque horis percutitur à diabolis. F

XVII. Liberat puellam energumenam.

XVIII. In raptu loquitur cum Cardinali Archiepiſcopo Florentino, qui fuit poſtea Leo Papa XI; à quo valde firma in ſpiritu reperitur.

XIX. Prædicit Cardinali Archiepiſcopo Florentino quod ſit futurus Papa: alias autem prævidet paucis ſolum diebus Pontificatu fruiturum.

XX. Quantum fuerit reſignata in Deum, & quomodo Jeſus tertium ei ſe oſtenderit turbatum, ac poſtea benignum. Item quomodo quamdam pueri Jeſu ſtatuam tertio obtulerit Patri æterno.

XXI. Intelligit à Deo, quod velit ipſam incedere diſcalceatam & humiliter veſtitam: quod totum exequitur, & in gremio ſtatuæ cujuſdam Marianæ obſervare promittit; probatur autem à Superioribus.

XXII. In raptu ſanat quamdam Monaſterii Converſam infirmam.

XXIII. Dæmon multum eam affligit in parte exteriori, & poſtea ei apparet in forma horribiliſſimæ beſtiæ.

XXIV. Poſt novam à Superioribus probationem,

EX ITAL. VINCEN. FUCINI.

cognita evidentibus ſignis Dei voluntate, conceditur ei ut calceamenta dimittat.

XXV. De tentationibus quas paſſa eſt contra fidem, aliiſque multis in ariditate ſpiritus.

XXVI. Dæmon eam affligit tentationibus impuris: & de remediis quibus contra eas utebatur. Beata Virgo operit eam velo candido, unde non amplius illis impugnatur: dæmon autem in ſpecie duarum Monacharum conatur eam decipere.

XXVII. Videt Jeſum ea forma, qua Pilatus eum monſtravit populo Judaico. Conceditur ei faſciculus Myrrhæ Paſſionis ejus,& Jeſus in brachiis quemadmodum natus eſt.

XXVIII. De viſione ſuorum defectuum quam ei dedit Deus, & de magna delectatione quam recepit ex actu quodam humiliationis.

XXIX. Oſtendit ei Deus gloriam S. Auguſtini, qui ei aſſiſtit in dicendo Officio.

XXX. Tentatur ut pro fructu animarum egrediatur è Religione: deinde provocatur ad ſuperbiam & æſtimationem ſui: deque remediis quibus uſa eſt ne ſuperaretur.

XXXI. Quia vicerat tentationem dimittendi habitus Religioſi, interius induta fuit eodem habitu,
B & poſtea Dominici corporis Communionem accipit.

XXXII. Signo ſanctæ Crucis reſtaurat vaſculum vini corrupti, de quo bibens Monacha quædam infirma ſanatur.

XXXIII. Videt animam cujuſdam Monachæ, liberatam è Purgatorio ſcandere in cælum.

XXXIV. Multum vexatur tentatione gulæ.

XXXV. Provocatur ad deſperationem: & de auxiliis per Deum Sanctoſque ei ſubmiſſis ac remediis quibus utebatur.

XXXVI. De variis mortificationibus & actibus humilitatis, quos exercebat ad vincendas tentationes.

XXXVII. Reſiſtit aliis tentationibus dæmonum, & eos ſæpius à ſe fugat.

XXXVIII. Monacham quamdam à morbo contagioſo liberat,& Converſam toto latere contractam ſanat.

XXXIX. Videt animam cujuſdam Monachæ euntem ad Paradiſum,alteramque in Purgatorio cruciatam modo ſingulari.

XL. Poſt quinquennium ſuæ probationis à devotis ſuis Sanctis educitur è lacu leonum, id eſt, li-
C beratur à tentationibus dæmonum, atque à Deo infinitis gratiis remuneratur.

XLI. In præmium ſpectrorum diabolicorum, tempore probationis toleratorum, oſtendit ei ſe Jeſus tribus modis, promittens quod deinceps fruitura ſit præſentia ſua.

XLII. Precibus ſuis à Deo impetrat Confeſſario ſuo ſpatium vitæ productioris.

XLIII. Videt animam matris ſuæ aſcendere in cælum, & bonum quemdam Sacerdotem qui fruebatur æterna beatitudine.

XLIV. De modo vivendi ejus ab initio ſuæ probationis uſque ad horam mortis.

XLV. Sanat Sororem quamdam moribundam ab incurabili plaga, & aliam liberat à lepra.

XLVI. Prædicit futura multa.

XLVII. Tanto patiendi amore flagrat, ut paciſcatur cum Deo, quod nolit ullum guſtum ſpiritualem.

XLVIII. Apparet in viſione cuidam Monachæ, ſanans eam à fiſtula. Eadem poſtea aliquamdiu in ipſius lecto decumbens, liberatur à graviſſimo morbo.

XLIX. Habet viſionem de puella, quæ debebat fieri Monacha.

L. De zelo quo ferebatur erga ſalutem animarum. D

LI. Orationibus à Deo obtinet multarum animarum converſionem à ſtatu peccati.

LII. De caritate qua utebatur erga proximos.

LIII. Videt animas duorum peccatorum,in morte ſua ad inferos damnatorum.

LIV. Eligitur Magiſtra Juniorum, eaſque mirabiliter exercet ad profectum in ſpiritu.

LV. De zelo ejus erga honorem Dei & odio peccati.

LVI. De magna ejus humilitate.

LVII. Quomodo in raptu exerceret opera manualia, pingeret & alia multa faceret, abſque luce elementari.

LVIII. De magna puritate mentis ejus.

LIX. Deſiderat ſemper implere divinam voluntatem, & ſermones de ea inſtitutos audiens ſæpe alienatur à ſenſibus.

LX. De accenſo zelo religioſæ obſervantiæ.

LXI. Quam perfecte obſervaret votum obedientiæ.

LXII. Quam diligenter obſervaret votum paupertatis.

LXIII. Quam mirabiliter cuſtodierit votum ca- E
ſtitatis.

LXIV. Videt gloriam qua fruebatur in cælo quædam monaſterii ſui Monialis.

LXV. Electa Magiſtra Novitiarum optimis monitis eas inſtruit.

LXVI. Alia monita quæ Novitiis dabat.

LXVII. Solo aſpectu in aliorum animis contritionem excitat.

LXVIII. Multis in rebus ſpiritum ſuum Propheticum oſtendit.

LXIX. Videt in extaſi, inter alios Sanctos Paradiſi, B. Aloyſium Gonzagam Societatis Jeſu.

LXX. Priſtinæ bonitati reddit vaſculum vini corrupti. Monacham unam liberat doloribus calculi, & alias duas à gravibus morbis.

LXXI. Graviter infirmata non dimittit vitæ inſtitutæ rigorem; ſpuit copioſum ſanguinem, ideoque curandæ ſanitati intendit: ſed poſtea ſanata redit ad ſuum officium.

LXXII. Dicit ei in ecſtaſi Dominus, quod uſque ad mortem debeat multa pati. Eligitur à Sanctimonialibus Supprior, & paulo poſt in morbum recidit.

LXXIII. Gravi laborans infirmitate, ſingulari F
cum patientia eam ſuſtinet.

LXXIV. De magna ejus inter morbi cruciatus tolerantia: & quomodo receperit Sacramentum extremæ Unctionis.

LXXV. Præparata ad mortem, ſancte Spiritum reddit in manus dilecti ſui Jeſu.

LXXVI. Videndi corporis cauſa magna multitudo concurrit ad exequias: illud deinde cum magna devotione ſepelitur.

CAPUT I.

Nativitas Sanctæ & pueritia, vocatio & ingreſſus ad monaſterium.

6 MIrabilem ſemper in Sanctis ſuis monſtravit ſe Deus, identidemque adhuc monſtrat, ut quovis ſeculo inveniantur aliqui, quorum actiones cum virtute conjunctæ fidem hominibus faciant infinitæ bonitatis & providentiæ ſuæ, ipſoſque ad eas cum admiratione conſiderandas & cum laudatione prædicandas invitent. Noſtris autem temporibus hiſce ſingulariter ſeſe oſtendit mirabilem in Sor. Maria

A Maria Magdalena, vera Domini Jeſu famula; quia non ſolum illam in religioſo collocavit ſtatu, ut eſſet virtutum omnium lucidiſſimum ſpeculum; ſed etiam in ea voluit quemdam divinæ ſuæ potentiæ ac benignitatis radium ſplendeſcere, altiſſima myſteria eidem revelando, participemque ipſam faciendo in terris ineffabilium quæ Sanctis largitur bonorum in cælis. Quia tamen opera illius, monaſterio incluſæ, paucis fuere conſpicua; vita atque mors ejus ſimpliciter deſcribetur; ut, quemadmodum optabat illa, poſſint omnes in iſtud ſpeculum reſpiciendo inflammari cæleſti illo igne, qui in puriſſimo ejus pectore continenter ardebat.

Nobiliter nata anno 1566

7 Nata eſt Soror Maria Magdalena Florentiæ; die 11 Aprilis, anno MDLXVI, ex D. Camillo Gerii de Pazzis & D. Maria Laurentii Buondelmonte, familiis antiquitate & amplitudine clariſſimis. Appellata eſt autem Catharina, non ſine myſterio, adeo ſimilis fuit S. Catharinæ Senenſi, ſuæ ſpeciali Patronæ. Affirmavit mater, quod utero eam geſtans, nihil doloris ſenſit, imo nec pondus nec gravedinem: quodque in ejuſdem infantia nihil paſſa ſit earum moleſtiarum, quas ſolent nutricibus & curatricibus ſuis infantes exhibere: ſed ſemper oblectata fuerit ejus in obediendo promptitudine & alacritate vultus. Non delectabatur ullis ludis jociſque puellaribus, omnibus tamen affabilis erat; ſummam voluptatem capiens, ſiquando de rebus ſpiritualibus ſermones inſtitutos audiebat, mundana vero colloquia dextere declinans. Quoties in congreſſum eccleſiaſticæ alicujus perſonæ veniebat, interrogabat eam de rebus ad animæ ſalutem pertinentibus, ac ſpecialiter de ſublimi ſanctiſſimæ Trinitatis myſterio, cui ſupra modum afficiebatur. Unde, cum aliquando in manus ejus veniſſet S. Athanaſii Symbolum; non ſolum cupidiſſime ipſum legit, ſed veluti rem pretioſiſſimam, miro cum gaudio, ad matrem detulit. Atque ex his puerilis ætatis actibus dabatur intelligi, qualis per Dei adjutorium futura maturioribus in annis eſſet.

B *In pueritia præbet futuræ ſanctitatis indicia,*

CAP. II

8 Septennis cœpit ſpecimina prębere ſuæ pientiſſimæ indolis: quippe quæ partem cibi, puellis ad ſcholas itantibus in matutinam poſtmeridianamque refectiunculam dari ſoliti, diſtribuebat in captivos alioſque pauperes: multumque delectabatur occaſionem nacta pueros alios docendi Pater noſter, Ave Maria, Credo, & alias ſimiles precatiunculas. Huic autem ſancto exercitio majori cum otio ac libertate vacabat ruri, omni cum patientia & caritate eruditens egenas ruſticellas. Idque tam ſerio tamque impenſe faciebat, ut cum aliquando redeundum in urbem eſſet, cœperit effuſe plorare, eo quod non poſſet continuare inſtructionem, ut ajebat, filiæ ſui cujuſdam agricolæ, quam ad ſolatium ejus oportuit ea de cauſa aſſumere & adducere Florentiam. Admirabile porro eſt & vix credibile, quantam in tenella iſta ætate curam geſſerit ſervandi puritatem cordis; cogitationes ſuas uſque eo conſtringens, ut numquam non ſpectarent Dei famulatum atque honorem.

pauperes paſcit,

edoctaneas inſtruit,

C

orationi mentali aſſuefcit,

9 Vixdum intellectus ejus cœperat per rationis uſum primum poſſe elevari in Deum, quin etiam illum cœpit in oratione defigere, eaque mentali, cui plurimum addicta erit; uſum praximque ejus edocta à ſuo Confeſſario P. Andrea Roſſio Societatis Jeſu. Ad hanc ut pararet ſeſe, legebat aliquid ex libello P. Gaſparis Loarte ejuſdem Societatis: deinde magno cum ſenſu cæleſtium rerum proſtrata in terram, devote recitabat Antiphonam, *Veni ſancte Spiritus*; additoque, *Confiteor*, elevabat mentem ad cogitationes ſublimiores, nullis terrenis curis diſtractam, ſed in id unum intentam, quomodo ſcilicet poſſet invenire acceſſum ad ſtatum religioſum. Tam ſapide autem hoc faciebat, ut ſpatium dimidiæ horæ, definitum à Confeſſario, ſæpe ad integram horam prorogaret. Siquando ſolam domi ſe eſſe credebat, recipiebat ipſa ſeſe ad loca ædium ſecretiora, ibique laxabat frena amoroſis affectibus, quos æternæ vitæ deſiderium accendebat. Unde contigit, ut cum aliquando requireretur diutius à domeſticis, inventa ſit tandem poſt lectum quemdam, tota contemplationi divinorum immerſa, & veluti transformata in Deum; ut nec ſentiret nec audiret quidquam. Sæpe autem divina præſentia animum ejus ſtimulabat, erudiebatque interius ad euangelicæ perfectionis ſtudium: quo fiebat ut rerum cæleſtium cognitione illuſtrata divinitus, ſi forte verba audiret Chriſtianum hominem haud ſatis decentia, nec ad honorem divinæ majeſtatis facientia, tantum ex eis dolorem conciperet, ut aliquando noctem unam integram tranſegerit plangendo ſuſpirandoque, aliorum tamen defectus magna cum caritate excuſando.

EX ITAL. VINCENTIUS PUCCINI.

dolet peccata hominis.

CAP. III

afficitur Ven. Euchariſtiæ.

B

10 Præterea tam grandi deſiderio ferebatur erga Jeſum, ſpeciebus panis in Sacramento velatum, ut matrem aliaſve devotas perſonas videns ad illius Communionem accedere, quam poſſet proxime eiſdem ſe jungeret; ac veluti odore percipiens eum quem deſiderabat ſuaviſſimum animarum cibum, non poterat ab eadem matre recedere, quam ſciebat illo eſſe paſtam. Mox ergo ac decimum ætatis ſuæ annum attigit, cœpit de licentia Confeſſarii ſui quandoque communicare etiam ipſa; tantam ſubinde dulcedinem devotionis exinde percipiens, ut tota funderetur in lacrymas: cum vero aliqua occaſione prohibebatur eo quo cupiebat accedere, inconſolabilem omnino patiebatur dolorem. Fuit cum ſemel die Jovis ſancto, contemplans ſummum illum amorem, quem Jeſus benedictus exhibuit nobis, ſeipſum largiens in ſanctiſſimo Sacramento; nec minus ſolicitâ mente conſiderans, quâ tandem re poſſet amori tanto referre vicem gratitudinis; admirabili quodam affectu ſeipſam obtulit Jeſu Chriſto, ſub voto perpetuæ virginitatis, ipſo præciſe tempore quo decimum ſuum annum explebat.

ad eamque decennio admiſſa

virginitatē vovet.

11 Eodem tempore nullis aliis oblectabatur colloquiis, quam quæ eſſent de cæleſtibus rebus; nec aliud intendebat animo, quam quomodo ſe redderet Sponſo divino conformem. Ideo recuſabat lectorum mollitiem, cubabatque frequenter ſupra groſſos ſaccos; & in ædium latebris abdita, flagellabat tenellum corpus. Semel etiam acceptis clam ſpinoſis mali aurei ramuſculis, eos capiti arcte circumligavit, totamque noctem tranſegit cum immodico cruciatu, gaudens vel ſic imitari Jeſum, ſpinis pungentibus coronatum. Quia autem ubicumque regnat divinus amor, magis magiſque accenditur patiendi cupido; ideo devota hæc puella in aliis aliiſque mortificationis actibus ſeſe identidem exercebat, modo ſcilicet in ſumptione cibi, nihil aliud accipiens idque parce, quam quod neceſſarium erat; modo per obedientiæ ſubjectionem, alicui ex infimo paternæ domus famulitio exhibendum; modo aliis rationibus, humano ſenſui plane contrariis, novas ac novas excogitans praxes placendi ſupremo Domino ſuo.

corpuſculum pœnitentiis macerat,

F

CAP. IV

an. ætat. 14 collocata in monaſterio

12 Annum ætatis agens decimum quartum, à parentibus, quos oportuit ex officio Cortonam abire, ſuadente R. P. Petro Blanca, Rectore Collegii Societatis Jeſu, tradita eſt cuſtodienda in monaſterio S. Joannis minoris Florentiæ: ſed ea conditione adjecta, ut omni feſtivo die licitum ei foret accedere ad communionem Corporis Chriſti; procurante idipſum prædicto Patre, qui ſpiritum & perfectionem ſingularem puellæ norat, quantumque deſideraret frequentare ſanctiſſimum iſtud Sacramentum. Hoc

ergo

EXTAL. VINCEN. PECCINI.

ergo cum libenter pollicitæ essent Reverendæ istæ Matres, ingressa est monasterium prædictum: & aliquanto tempore ibidem mansit, cum satisfactione non modica earumdem Matrum, propter vivum veræ probitatis exemplum, quod omnibus dabat. Non defuerunt tamen interea impedimenta varia, frequentandis ut cupiebat Sacramentis objecta; sed illa, in sancto proposito indies ferventior, nihilo idcirco remissius satagebat proficere in divino servitio. Ergo incredibili cum ardore prosequens exercitia mentalis orationis, sæpe continuis quatuor horis fruebatur dulcedine cogitationum cælestium: & in die sanctissimæ Ascensionis Domini nostri, dum in secreto quodam monasterii loco devote orabat, dedit ei bonorum cælestium Largitor tam vivam divinæ suæ bonitatis cognitionem, ut ægre posset sustinere excessum lætitiæ ac jubili quem sentiebat. Porro Matres illæ Reverendæ, motæ insignibus virtutibus ejus, vehementer optabant ut habitum suæ Religionis assumeret, ipsamque id magna cum instantia rogabant, exaggerantes utilitatem quam esset monasterio allatura: quare ad cordium verum illuminatorem Deum fervidas preces fundebat, ut faceret ipsam eligere locum, qui magis ipsius divinæ Majestati placeret, atque ex honore ejus foret.

religiosæ vitæ desiderio concipit:

B

13 Interim Cortona reversi parentes, domum reduxere filiam; paternoque & materno affectu ducti, ut fieri sæpe solet, variis modis cœperunt sanctum ejus propositum interturbare, eo maxime quod nullam præter eam feminini sexus prolem haberent. Sed ipsa, cum Dei adjutorio superatis impedimentis omnibus, & magis quam alias unquam affectans imitari Verbum incarnatum in statu Religionis, generose definiteque eis dixit, quod potius pateretur sibi resecari caput quam non fieret Religiosa. Hoc audito, parentes ad Patris ipsius spiritualis arbitrium rem totam detulerunt; qui eidem sapienter suasit eligere monasterium, non minus devotum, quam observantia regulari præstans; quo etiam ipsa per se propendebat. Cum igitur illis proposuisset Pater monasterium S. Mariæ Angelorum in S. Frigidiani Ordinis Carmelitani, & venerandum conventum à Crucula dictum Ordinis S. Dominici, quo magis ferebatur, eo quod hujus conventus Virgines nullo unquam tempore conspiciendas se dabant; tandem tamen prioris monasterii infinitas fere laudes audiens, maximeque à frequentia sacræ Communionis, quotidie mane ibidem solitæ usurpari; illuc ad dies quindecim decrevit ingredi: quod etiam, obtenta desuper licentia, hilariter fecit in Vigilia Assumptionis Marianæ; optimumque ibidem dedit sui ipsius specimen. Considerato interea omni domesticæ disciplinæ ordine, cum locus supra modum placeret, neque dubitaret ipsa quin eo vocaretur à Domino, multum doluit quod inde egredi cogeretur à parentibus, qui ipsam adhuc tres menses domi suæ detinuerunt.

atque ex duobus monasteriis sibi propositis,

C

electo Carmelitano,

14 Denique stimulante semper magis ac magis Deo, ut habitum Religionis assumeret, Sabbato ante Dominicam Adventus anno MDLXXXII ingressa est monasterium, divino cultui æternum mancipanda. Obtenta autem ejus ad habitum recipiendæ licentia, ibidem recepta est, VIII Decembris anni ejusdem, in festo Deiparæ conceptæ, cum maxima Sororum omnium satisfactione & lætitia. Postmodum die XXX Januarii, ardenti cum desiderio bonorum cælestium & curarum terrenarum contemptu, sumpsit habitum Carmelitanæ Religionis in prædicto monasterio, per manus Patris Confessarii D. Augustini Campi de Pontremoli, eximiæ bonitatis & morum laudatissimorum Sacerdotis. Ipso autem puncto temporis, quo ei in manus dabat Crucifixum, cantantibus Sanctimonialibus ista Pauli verba, *Mihi absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi*, &c. dici non potest, quomodo illa interius uniri se senserit benedicto Jesu; tanta suavitate spiritus superfusa, ut, sicut dicebat ipsa, non recordaretur simile quid unquam sese expertam fuisse. Itaque commodi omnis mundani oblita, & in sancto proposito quam maxime confirmata, cælesti suo Sponso protestata est, quod, præter ipsum Crucifixum, alium neminem vellet desiderare; nec quidquam concupiscere, nisi ut anima sua quam optime ad Dei servitium formaretur. Vestita autem sacro habitu, se tamquam mortuam cum summa humilitate tradidit Magistræ, orans & obsecrans, ut semper ipsam humiliare dignaretur & mortificare, seque ejus voluntati opponere, in omni actione eam erudiendo. Vivum enimvero exemplum, proponendum iis, qui cupiunt proficere in virtute: quandoquidem, citra istiusmodi resignationem, in vita spirituali procedi nequeat.

post aliquod ejus experimentum,

D

an. 1583 habitum ibi suscipit.

CAPUT II.

Religiosa Professio, eamque secuti raptus, nec non abstinentia in pane & aqua.

CAP. V *Peracto tirocinii anno*

15 COnsecuta Maria Magdalena quod tanto tempore concupierat, devote atque ferventer sanctæ obedientiæ jugo sese subjecit; novitiarum Institutrici adeo perfecte atque humiliter apta, ut non videretur esse novitia sed veterana. Conversando cum sociabus, conditione & gradu cunctis se æstimabat inferiorem; & quamvis ab aliis judicaretur vitam sanctam ducere, sibi tamen ipsi satisfaciebat numquam, sed accusabat sese veluti otiosam & peccatricem coram omnibus. Præterea tenero compassionis affectu sufferebat defectus alienos, & omnium voluntati se commodabat gratiose, læta semper ac hilaris vultu, nec ullo unquam casu turbari visa; quod tribuendum erat orationi ejus, per quam tam arctam cum Deo unionem sibi acquisiverat, ut continuâ ejus præsentiâ mens sancta frueretur. Dulcedine verborum suorum, quorum tamen parcissima erat, alienis in cordibus accendebat desiderium serviendi Deo. Multum studii collocabat in mortificanda propria voluntate, suisque virtutibus occultandis; intentum semper habens oculum ad sequendum ordinem communem Novitiarum, idque agendum in quo plus humiliationis mortificationisque inesset. Per harum virtutum semitam tendebat ad perfectionem majorem, maximo desiderio flagrans, ut cælesti Sponso suo uniretur per vinculum sanctæ Professionis. Quare cum tempus advenisset velum sacrum septem Novitiis imponendi, solenni Professione nuncupata; gravissimo fuit dolore constricta, quod etiam ipsa non posset similem de se oblationem facere æterno Deo. Sed cum ei promisissent Matres, quod voto ejus faciendum esset satis in fine anni, consolationis aliquid accepit.

F

Professionē differre volentibus Matribus,

16 Transacto tirocinii anno, iterum rogavit Matres magno cum affectu, ut per eas sibi liceret obligare se Deo trium solennium votorum Professione; sed responsum accepit, tantisper expectandum ei esse, donec id facere posset cum aliis Novitiis, quæ haud ita longe à fine curriculi sui aberant. Ad quod humillime reposuit illa; Non equidem cum aliis profitebor, sed necessitate urgente compellemini, non sine gravi vestra molestia, permittere ut Professionem emittam ante illas. Nec minus quam prædixerat accidit. Vix enim mensis præterierat, cum invasit eam ardentissima febris, vehementi tussi variisque doloribus conjuncta, quibus adducta est in periculum

A periculum vitæ adeo grande, ut præcipui quatuor urbis medici faterentur, ignotum prorsus sibi morbum esse: eorumque unus D. Jacobus Tronconi, qui illam perrexit visitare, sæpius pronuntiavit, quod quantocumque adhibito studio illius originem indagare nequiverit, aut qualitatem ejusmodi infirmitatis dignoscere: proinde relinquendam Deo, quandoquidem ars humana hic frustanea erat. Non tamen ideo desitum est ab adhibendis opportunis remediis: quæ omnia effectu caruerunt, morbo interim per vices incrementum capiente. [Cumque * post octiduum infirmitatis alia aliaque accessissent symptomata, quibus bis terve in die redeuntibus torquebatur, decrevit modicum adhibendum in cervice cauterium; quod symptomatis illis aliquali remedio fuit, non item tussi atque catarrho, tantum indies incrementum capientibus ut non nisi ægerrime cibum capere modicissimũ posset. Post hunc autem sumptum, tam mane quam vesperi, tanto cum impetu recrudescebat malum, ut cum hinc quidem provocaretur ad vomitum, inde evomere nihil posset propter angustias pectoris, ipsum disrumpi videretur; unde præ dolorum magnitudine cogebatur mugitus emittere lamentabiles, & procul etiam non sine compassione exaudiendos.

morbo corripitur ignoto medicis,

* Cap. 16

quibus curationem desperantibus,

B

17 Prænominatus medicus, qui sæpius eam interea revisebat, non satis capere se posse dicebat, quod ei non rumperetur vena pectoralis, propter frequentiam tussis, quater aut quinies per horas singulas redeuntis. Ita multis diebus cruciata continuis renum pectorisque doloribus, non poterat jacere; mox enim atque incumbebat disrumpi videbatur. Ergo diu noctuque perseverabat residens supra lectum vestita: nam neque insistere pedibus valebat, & erectæ magis aggravabatur tussis. Totis continuis quadraginta diebus sic processit malum usque ad xx Maji, quando novum ei symptoma advenit, ut, quantumvis parum cibi vel etiam potus sumeret, pene linqueretur animo, Nequibat ergo quidquam fere alimenti sumere, adeoque deficiebat tota; cumque nihilominus vitam traheret, mandaverunt medici ut ei præberetur aqua, quam Tettuccii vocant. Obedire volens illa, maxima cum molestia sua, ipsam sumere cœpit: sed duabus dumtaxat vicibus mane delibata exigua illius quantitate, judicatum est ea potius abstinendum, Deoque committendam infirmitatem esse, quæ sic duravit usque ad principium sequentis Julii.] Sed dum caro infirmabatur, convalescebat egregie spiritus: unde aliquando interrogata à Sororibus, quid cogitaret inter cruciatus tam acerbos; illa digitos in vicinum lecto Crucifixum intendens, illico respondit, Inspicio quantum mea causa passus sit visceralis & incomprehensibilis amor, qui meam novit debilitatem; talique aspectu me conforto, quia omnes dolores & cruciatus, quos electi Dei pertulerunt, transierunt per illam sanctissimam Humanitatem, ubi dulces facti sunt ut nobis prodesse possint. Itaque sponsa Iesu, quamvis corpore afflicta, mente tamen adeo videbatur læta ac jucunda esse, quasi cælestes delicias degustaret in hac vita.

post trimestre in maximis cruciatibus peractum,

C

18 Cum ergo de longiori ejus vita desperarent medici, decreverunt Matres, ut Professionem tantopere à se cupitam faceret: introductusque ad eam est Confessarius suus. Qui licet vetaret eam de lecto surgere, videns illam tantopere afflictam; ipsa tamen, fiduciam in Deo repositam habens, rogavit Sorores, facultatem ad id nacta, ut [in chorum] ad altare quoddam Deiparæ Virginis se deportarent, ubi lectulus ad ejusmodi ceremoniam aptatus erat. Quo facto, die XXVII Maji anni MDLXXXIV, in festo sanctissimæ Trinitatis, primo mane [post susceptam Confessionis & Eucharistiæ Sacramenta, de manibus Patris Confessarii] inter ejusdem manus coram Sanctimonialibus omnibus, nuncupavit solennem Professionem, cum devotione & fervore animi quantam nemo potest imaginando definire. Delata deinde inter Sororum brachia ad infirmariam, curatrices suas rogavit, ut tantisper secederent; obductisque lecto cortinis, egrederentur de cubiculo, quoniam volebat aliquantum requiescere. Paruerunt illæ: sed cum jam integra transiisset hora, neque motus ullus extra cubiculum perciperetur, ne tussis quidem tantopere ipsam solita gravare; expectatione incerta suspensæ, ad cubiculum regressæ sunt; apertisque cortinis invenerunt eam placide in Deo quiescentem, utpote à sensibus raptam ad contemplandum divina. Facies ejus pulcra atque venusta apparebat, rubicundæ & inflammatæ genæ, oculi firmiter defixi in Crucifixum; neque jam videbatur esse Soror Maria Magdalena, macilenta illa & pallida, sed demissus è Paradiso Angelus. Interim significantur omnia Matri Priorissæ: quare, cum aliis Matribus Sororibusque, illico se ad ipsam contulit; & sigillatim ingressæ in cameram, testes fuerunt operis admirandi, quod in famula sua faciebat Deus. Atque hæ primæ fuerunt vices, quibus visa est rapi extra sensus, id quod ei per duas continuas horas duravit. Neque minoris admirationis fuit, quod diebus quadraginta subsequentibus est factum: omni enim tempore matutino, post susceptum cibum Angelorum, in Deum absorpta remanebat.

conceditur ei facultas profitendi in lecto:

EX ITAL. VINCENT. PUCCINI.

Hoc facto 27 Maji 1584 repitur in ecstasim.

E

19 Quanto * porro diutius trahebatur & gravius invalescebat infirmitas, certiusque cognoscebatur thesaurus absconditus in Magdalena, tantum crescebat metus Monacharum ne illam amitterent; decreverunt igitur communi consilio sanitatem ejus à Deo poscere deprecando. Erat inter eas Soror quædam laica, nomine Dorothea, quæ sciens quam sæpe soleret Magdalena visitare corpus Venerabilis Matris Sor. Mariæ Bagnesiæ Florentinæ, in loco Capituli intra lapideam arcam devote asservatum; quadam Feria VI vesperi votum fecit pro Sor. Maria Magdalena, quod scilicet quam primum liceret dictum corpus tertio visitaret, dicendo singulis vicibus ter Pater & Ave: addebat vero ipsa Sor. Dorothea quod tribus Feriis tertiis (nam tali Feria Sor. Maria obierat) jejunatura esset, curaturaque tres Missas dicendas in honorem sanctissimæ Trinitatis. Votum istud illa nemini, nec ipsi quidem Beatæ, patefecerat; nihilominus earum Pater Confessarius, D. Augustinus, sabbato sequenti ingressus monasterium, ad Sacramenta Beatæ infirmæ ministranda, dixit ei; optare se, ut quamprimum posset, simul cum Sorore Dorothea & Sorore Veronica, altera ipsius monasterii Novitia, visitaret corpus Venerab. Matris Sor. Mariæ Bagnesiæ. Ad hæc Confessarii verba, sensit ægra (quemadmodum postea Infirmariæ retulit) subito cessare catarrhum, tolli tussim, abstergi dolorem omnem pectoris atque laterum, nec non totum aliud malum; magnaq; cum alacritate respondit; Imo, Pater, per Dei gratiam ire potero: non tamen ei dixit sanatam se esse; sed ipso digresso, ad Infirmariam ait: Scito quia sana sum, neque tussim aut aliud incommodum ultra patiar, sed absque fastidio prandium sumam. Admirata Infirmaria, eo magis quod reapse non audiret amplius tussientem; non tamen fidem habebat ejus verbis, quoad

* Cap. 21

& post dies 40 extremum debilis,

F

facto pro ea voto de visitando sepulchro Ven. Mariæ Bagnesiæ

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

vidit ſapide ac ſine faſtidio prandentem. Interim advenit Confeſſarius, imperavitque Sorori Dorotheæ, ut una cum Sor. Veronica Sor. Mariam Magdalenam duceret ad ſepulcrum Sor. Mariæ Bagneſiæ. Tum vero obſtupefacta Sor. Dorothea, quia idem ipſum cogitaverat Pater Confeſſarius, quod ſuo in animo clam verſabatur, eidem indicavit votum pridie veſperi à ſe factum, & ipſo illo mane renovatum; nihil autem ſciens de obtenta gratia, magna cum fiducia ejus impetrandæ, ſumpta ex tam felici concurſu, una cum prædicta Novitia acceſſit ad Sor. Mariam Magdalenam, & ſanam reperit. Ergo de lecto conſurgens, ſimul cum ipſis, pedibus acceſſit quo volebat; & tribus integris horis, à decima octava uſque ad vigeſimam primam, ante ſepulcrum in oratione perſeveravit; inde ad infirmariæ locum regreſſa, placidiſſime dormivit tota nocte, magna cum admiratione Sanctimonialium, quæ ad uſque auroram diei iſtius viderant in periculo vitæ conſtitutam.]

ſubito convaleſcit & votum implet.

CAP. VI *Educenda ex novitiatu*

B

20 Sic mirabiliter reddita ſanitati dilecta Jeſu filia, maximum novitiatui totique monaſterio gaudium attulit. Videntes autem Superiores, quod particulari quadam ratione duceretur à Deo, atque de die in diem magis proficeret ad acquiſitionem virtutis eminentis; deliberarunt de ea educenda è novitiatu, quamvis recentius profeſſa, collocandaque ſeorſim in loco ubi commodius poſſet Domino deſervire. Hoc illa cum audivit, ut erat aliena ab omni ſingularitate, vehementer indoluit; ſtatimque ad Superiores acceſſit, inſtantiſſime ſupplicans, ne ſe abjunctam vellent ab aliis novitiis, quæ præ cunctis imperfecta maxime omnium egebat inſtructione. Placuit Majoribus deprecatio plena ſanctæ humilitatis; quare aſſenſum ei præbuerunt.

petit & impetrat ibi relinqui,

Conſecuta autem quod petierat, atque ſub Magiſtræ directione confirmata, dici non poteſt quanto cum ſpiritus fervore ſacris contemplationibus ſeſe tradiderit. Quod ſi primo ſui novitiatus anno eximiæ ſanctitatis præluxit exemplo, multo id magis fecit hoc tempore, vires omnes alteri nulli rei impendens, quam ut acquireret ea bona, per quæ redditur anima accepta Deo. Semper meditabatur, quomodo poſſet alias inflammare in Dei amore, ſocias ſuas exhortans ad exequendum Dei famulatum cum humilitate ac mentis puritate. Ab ore ejus nulla unquam verba niſi ſancta progrediebantur; excuſabat ſuaviter alienos defectus, omniaque in bonum finem flectebat. Numquam niſi interrogata loquebatur citra neceſſitatem, & modicum id quod proferebat gratia & caritate condiebatur. Dum ergo magis magiſque efferveſceret ad opera ſancta, frequenter in ecſtaſim rapiebatur; perveneratque ad tam ſublimem perfectionis gradum, ut nulla omnino res diſturbare poſſet intimam ejus cum Deo unionem. Quando vero divinæ Majeſtati placebat eam ſuis reſtituere ſenſibus, mox revertebatur ad novitias ſuas; cum iiſque tam humiliter placideque verſabatur, ut non videretur ipſa eſſe, quam paulo ante viderant tam ſublimiter cœleſtium rerum participatione frui.

C

extaſes crebras patitur,

quas jubetur cũ duabus Monachis communicare,

21 Porro Superiores, conſiderantes magnalia Dei in hac germana famula ſua, quandoquidem quotidie mane poſt ſanctiſſimam Communionem eam videbant in mentis exceſſu ad ſublimes notiones elevatam; mandarunt ei in virtute obedientiæ, ne ſineret ejuſmodi theſauros deperire; ſed quæcumque Deus ſibi manifeſtabat, communicaret cum Reverend. Matre Sor. Euangeliſta Jucundi Magiſtra ſua, & Sor. Maria Magdalena Mori. Harum duarum prima etiamnunc vivit, multæ prudentiæ nec minoris virtutis Monacha & ſanctitatis non vulgaris: quæ propriæ manus ſubſcriptione jurato affirmavit, ipſam ſe oculis ſuis vidiſſe, quæ de Sor. Maria Magdalena referuntur in hac hiſtoria, præter alias plures Sanctimoniales, quæ idem ipſum aſſeverarunt hodieque aſſeverant. Narrabat ergo Sor. Maria Magdalena prædictis Matribus gratias & intelligentias, quæ ſibi communicabantur à Deo in raptibus ſuis; & quamvis ſummopere deſideraret manere abjecta & vilis in oculis alienis, omni tamen affectui ſuo prætulit ſemper obedientiam: gaudebat etiam vel ſic fieri certior, an nulla hic lateret diabolica deceptio, conſulto deſuper Confeſſario, quæ ſecuram ipſam eſſe juſſit. Pro evidentiori autem veritatis teſtimonio Adm. Reverend. D. Franciſcus Benvenuti, Gubernator & Confeſſarius monaſterii, atque Pœnitentiarius eccleſiæ Cathedralis Florentinæ, propria manu ſubſignavit volumina quatuor, à Sanctimonialibus conſcripta, quibus continentur devotiſſimæ & ſubtiliſſimæ cognitiones. Et hæc ab eodem data ſunt recognoſcenda Patribus Societatis Jeſu: quorum judicio compertum fuit, nihil in eis contineri fidei Catholicæ ullatenus contrarium; ſed raræ perfectionis præcepta, digna quæ in notitiam omnium adducerentur. ad omnes magis exſtimulandos in ſtudio cœleſtium rerum.

D

à quibus ſcriptas approbaverũt Patres Societatis,

E

22 Porro * ut ſpecimen aliquod earum rerum hic præbeatur, placet duas dumtaxat abſtractionum ejuſmodi mentalium phaſes, ipſis quibus eas dictavit verbis, exponere. Neſciebam, inquit, vivane an mortua, extra an intra corpus eſſem; ſed ſolum videbam Deum, in ſeipſo glorioſum, ſeipſum amare, ſeipſum intime cognoſcere, ſolumque ſeipſum infinite comprehendere; amare autem creaturas puriſſimo & infinito amore; atque in unione unius individuæ Trinitatis, unum ſubſiſtere Deum amoris infiniti, ſummæ, incomprehenſibilis, & inſcrutabilis bonitatis. Itaque ſic in Deo poſita, nihil mei ipſius ſentiebam, ſolumque me in ipſo videbam; non me, ſed ipſum Deum intuens, quantum ſcilicet intueri eum poteſt creatura, adhuc mortali carne circumdata, quando bene eſt diſpoſita & divino amore inflammata. Manſi autem in iſta conſideratione quaſi hora una, quemadmodum poſtea deprehendi, regreſſa ad ſenſus priſtinos. Quid in iſta abſtractione deguſtaverim, non poſſim ullis verbis exprimere; quia propter meam imbecillitatem comprehendere nequivi, id quod mihi tunc datum eſt videre & intelligere. Cognovi poſtea, quod definito extremi judicii die decreverat Deus exaltare noſtra corpora ad tantam ſublimitatem, ut nequirem id unquam enarrare aut etiam plene comprehendere: ideoque interius mihi ſenſi dici hæc verba S. Pauli, *Quia oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Dominus diligentibus ſe.* In hac conſideratione permanſi aliquanto temporis ſpatio, quo recogitavi magnum amorem, quo Deus fertur erga creaturas: quas omnes Jeſu commendavi, & ad ſenſus meos redii. Alia vice, poſt ſimiles raptus, quid intellexerit, retulit hujuſmodi verbis: Vidi quod unitivus amor me conjunxerit & univerit Jeſu, dans mihi intelligere magnitudinem & puritatem talis amoris, quantum ejus capax eram; licet videre me tunc faceret rem adeo grandem, ut totam comprehendere nullatenus poſſem; dicente mihi Jeſu, quod tali modo ſe mihi vellet cognoſcendum præbere, ut ſemper eum amare poſſem & amando numquam ſatiari. Intellexi etiam quod ipſum amorem ſic vellet

Cap. 18 ipſa earum modũ ſemel

F

iterumq; declaranie.

A let cordi meo impreſſum, ut ſemper ejus recordando diligerem ipſum; quodque ejuſmodi abſtractiones mihi largiebatur, ut anima mea divinæ ſuæ Majeſtati perfectius uniretur. Subjunxit præterea, quod vellet, me inſtar turturis continuo gemere, ſibique condolere, quod adeo parum amabatur & cognoſcebatur à creaturis. Cognovi inſuper quod omnes illæ animæ, quæ participes ſunt ſanguinis Jeſu, id eſt, quæ patiuntur aliquid in hoc mundo, ſint leves & pulchræ in conſpectu ſuæ divinæ Majeſtatis: & quod ſi anima poſſet cognoſcere, in quanta magnitudine conſiſtat dum amat Deum, præ dulcedine colliqueſceret tota; econtrario in pulverem contereretur, ſi cognoſceret ſuam deformitatem, dum amore divino privata permanet. Itáque more meo commendavi poſtea Jeſu creaturas omnes.]

CAP. VII *Videt gloriã Sor. Mariæ Bagneſiæ:* 23 Conſueverat Sor. Maria Magdalena, ut ſupra dictum eſt, frequenter viſitare corpus Ven. Matris Sor. Mariæ Bagneſiæ Florentinæ; ibidemque ad animam illam ſanctam, cui devotiſſima erat, dirigere preces ſuas ardentes. Hinc merita eſt ſæpe eamdem videre in Paradiſo: ac nominatim die XI Julii anni MDLXXXIV, vidit eam pulcherrimo modo, quem obedientiæ imperio adſtricta his verbis expoſuit. Vidi in

B Paradiſo pulcherrimum thronum lucis incomprehenſibilis, in quo ſedebat beata Mater Sor. Maria Bagneſia, tota reſplendẽs & plena ſingularis majeſtatis: & intellexi thronum iſtum eſſe ipſius virginitatem & puritatem, quæ præcipuo ipſi ornamento erat. Vidi etiam, quod prædictus thronus totus ornabatur monilibus pretioſis: atque hæc erant omnes eæ animæ, quas ad Deo ſerviendum induxerat, quæ circumcirca ad modum chori ipſam ſtipantes, maximam ei pulchritudinem conciliabant. Hæc eſt relatio, quã Sor. Maria Magdalena de re iſta fecit: quantæ autem ſanctitatis fuerit præd. Mater Sor. Maria Bagneſia, videre unuſquiſque poterit ex vita quam ſcripſit P. Fr. Alexander Capoccius Dominicanus, magnæ ſanctitatis Religioſus, quam etiam referunt Pater Abbas D. Silvanus Razzius Camaldulenſis parte 2, de Sanctis Tuſcanis, & P. Fr. Seraphinus Razzius Dominicanus, illius frater, ambo doctrina & virtute conſpicui.

CAP. VIII 24 Die XXI Maji anni MDLXXXV, cum benedicta hæc Virgo occuparetur in exercitiis monaſterii, ſentiretque cor ſuum à Deo moveri, ſeceſſit ad dormitorium novitiatus: ibique mox dejecta violenter in terram, manſit ſpatio haud modico temporis velut mortua; deinde protulit ſequentia verba, Domine,

C quid à me vis? An forte exteriora pro interioribus? Intellexit autem (quemadmodum præd. Matribus ex obedientia retulit) quod Deus cupiebat ipſam in victu tenere modum ſingularem, utendo ſolum pane & aqua præterquam diebus feſtis, quibus uſura eſſet cibis Quadrageſimalibus, in ſatisfactionem grandium delictorum, quæ contra Deum committuntur à ſuis creaturis. Vidit poſtea præmium, dandum iis, qui propter Dei amorem privant ſeſe conſolationibus terrenis, ideoque dixit; O quam jucundus & amœnus eſt locus! ſed magna etiam ſunt opera, quæ præſtare debent cupidi eo ingrediendi. Quod ſi hoc ſufficeret, pro ſalute tuarum creaturarum; viverem mille annis hoc quo nunc modo, meque eo crederem glorioſam. Verbum tuum jubet me requirere cruciatum aliquem pro tuis creaturis. Vin, hoc eſſe contentus? Sit hic ipſe. Vere potens es, Deus meus, niſi enim vocaſſes me & dejeciſſes in terram non reſpondiſſem tibi. Attamen fiat ſemper voluntas tua, quia malo mori potius quam ſummam puritatem tuam offendere in aliquo. Equidem me totam tibi volo permittere, ſcio enim quod mihi unitæ tecum nullus poterit eſſe moleſtus. Hanc igitur mihi gratiam facito, Jeſu mi, ut continuo maneam derelicta beneplacito tuo. Die Jovis ſubſequenti, inter Officium, cum una ex Sororibus recitandum, fuit iterum alliſa terræ: ſubitoque in extaſim rapta, defixis in cælum oculis, exclamavit, *Adſum, Adſum, Adſum*: & in perſona Patris æterni ſubjunxit, Voco te, ut reſpondeas vocationi & petitioni meæ, quemadmodum tibi jam demonſtravi. Ipſa vero eodem inſtanti reſpondit: Sane magnus & potens es: Manſit deinde contemplationi iſti immerſa per dimidiam horam & amplius; apparebatque ipſam multum pati, & ſic terminatus eſt raptus. EX ITAL. VINCEN. PUCCINI. *iterum,*

25 Die ſequenti, interim dum more ſolito agebat cum novitiis, magno rurſus impetu eſt humi proſtrata; ubi aliquamdiu abſque loquela manſit; *tertio.* tum dixit in perſona Patris æterni: *Craſtina die nihil guſtabis niſi panem & aquam; & ſi hoc non facias retrahã abs te oculos meos*; ſi autem feceris id quod monſtravi tibi, implens voluntatem meam ac Verbi mei, quod tanto cum amore ſe dedit & dat tibi, complacebit mihi in te, ſicut complacuit hactenus bene: ſi autem vis ut opus tuum mihi ſit acceptum, cura ut ſit voluntarium. Externum hoc opus, quod exigo à te, erit menti tuæ pro ſpeculo. Neque ti- E meas quæ faciet contra te adverſarius tuus: nec enim permittam ut prævaleat adverſum te. Dabo ſpiritui tuo Angelos qui cuſtodiant eum. Mater Unigeniti mei erit cuſtos tua, ut non amittas impreſſionem paſſionis Verbi mei, quam tuo in corde ſculpſi. Secura eſto, quod dæmon inimicus tuus non cognoſcet deſideria tua, & ego implebo quidquid deſideraveris. Poſtea ſiluit aliquantum: deinde in ſuâ perſonâ, tota in Deum reſignata, dixit: Non moriar, ſed adimplebo opera tua: atque his dictis rediit à raptu. Conſideravit poſtea intra ſe, quid æternus Pater ſibi imperaſſet. Videns autem quia aliter non poſſet ſervare modum vitæ ſingularem, ſibi *Illam poſt aliquantam probationem* à Deo præſcriptum, decrevit abſque mora Superioribus ſuis indicare rem totam. Cumque hoc humillime ipſa feciſſet, reſponſum ab eiſdem accepit (eo quod vehemẽter metuebant latentem hic aliquam dæmonis fraudem) ut ſeſe committeret obedientiæ; quod autem ad victum attinet, eo veſceretur quod in vita communi ordinabatur; nolle ut aliqua teneat particularem vivendi modum. Neque ſane abſque maturo conſilio ſic reſponderunt; decreverunt enim progreſſum rei expectare; probe intelligentes, quod ſi ea eſſet Dei voluntas, hanc manifeſto aliquo indicio declararet. Et vero ſicut cogitaverant, ita e- F venit. Cum enim ſequenti die adeſſet hora prandendi, & huic Dei famulæ appoſiti eſſent communes cum aliis Sororibus cibi; ipſa conſtricta per obedientiam, quam ſupra omnes alias virtutes habebat in pretio, voluit ex eis manducare: ſed numquam ei poſſibile fuit vel unicam buccellam deglutire; quidquid enim maſticaverat & introſumere conabatur, cogebatur foras ejicere per vomitum. Sæpius *Superiores ſi* ſæpiuſque tentata res à Superioribus eſt, nec unquam ſuccedere eis ex voto potuit: quare Pater Confeſſarius, cum Matre Prioriſſa inito conſilio, poteſtatem ipſi fecit eam vitam tenendi, quam ab ea exigebat ſupremus omnium Dominus, affirmans quod certiſſimo jam noviſſet, eam Dei voluntatem eſſe, non illuſionem diaboli. Ergo in feſto S. Zenobii Epiſcopi Florentini, die XXV Maji anno MDLXXXV, cœpit in nomine Domini manducare panem & bibere aquam, præterquam Dominicis, quando manducabat cibos Quadrageſimales, ſicut Dominus juſſerat. Et quamvis ægre eam haberet, quod contra communem ſum ſingulariter vi-

vocatur ad ſingularem in victu abſtinentiam, ſemel,

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

vivere cogeretur; animo tamen læto id agebat, ſciens talem eſſe Dei voluntatem.

CAPUT III.

Regula vivendi Sanctæ data à Chriſto, & vehementia amoris ejus.

26 CAP. IX *Accepta divinitus vitæ forma,*

HOc etiam tempore, more ſolito rapta fuit, die XXVI ejuſdem menſis & anni, ad contemplationem cæleſtium; in eaque perſtitit duabus horis abſque loquela. Reverſa autem ad ſenſus ſuos, ſolitoque adſtricta per obedientiam, ut narraret quid interim intellexiſſet à Deo; cum profunda humilitate & magno animi dolore dixit; quod æternus Pater dediſſet ſibi tenendam formam vitæ, qua uteretur, confirmans præceptum de corpore ſuſtentando dumtaxat pane & aqua: quodque volebat ut non ultra quinque horas dormiret, utque id faceret ordinarie ſupra ſaccum ſtramineum; permittens tamen, ut aliquando uteretur lanea culcitra. Volebat inſuper ut verba ſua eſſent manſueta, veracia, juſta: intellectum ut haberet veluti mortuum, nihil
B unquam inveſtigando earum rerum quæ ad ipſam aut alias pertinerent: memoriam, omnium oblitam; præterquam beneficiorum ab illo receptorum; voluntatem, nihil terrenum deſiderantem, ſed ſolum divinæ majeſtatis beneplacitum; potentias denique omnes, in Dei providentia fixas, ipſamque inter ejus

intelligit ſe quinque annis probandam,

brachia quaſi mortuam. Dixit etiam ei Dominus, quod volebat ipſam inſtar Danielis ingredi in lacum leonum, id eſt, in multitudinem horrendiſſimarum tentationum, quæ ei eſſent per continuum quinquennium duraturæ: quodque ab hoſtibus infernalibus eſſet ſupra modum affligenda & fatiganda; denique quod inſtar auri deberet poni in fornace dolorum & cruciatuum corporis atque animi, unde purgatior rediret ad Dei conſpectum. Intellexit poſtea, quod in hanc tribulationem, velut in lacum, immittenda eſſet proxima ſolennitate Spiritus ſancti: ab ipſoque Domino certificata fuit, quod de omnibus eſſet relatura victoriam: eo quod Verbum ipſam vellet in lacu cuſtodire, Virgo autem ſanctiſſima, S. Auguſtinus, S. Angelus Carmelita, S. Catharina Senenſis, ſpeciales Patroni ſui, ei eſſent portaturi refectionem cibi ſpiritualis, accipientes eum ab humanitate Verbi, cujus virtute reficienda eſſet, nec à
C tentationibus unquam ſuperanda. Promiſit etiam illi Pater æternus, quod ante ſuam probationem infuſurus ei eſſet Spiritum ſanctum, ut hoc ſcuto interius communita, generoſe iniret prælium contra

velut in lacu leonum:

dæmones. Denique monſtravit ei lacum leonum, id eſt, tentationum ac tribulationum, quas paſſura eſſet poſt receptum Spiritum ſanctum. Ad iſtum vero aſpectum ſubito impalluit, oſtendens maximum terrorem conceptum à formis ſpurciſſimis dæmonum, in ſimilitudinem horribilium beſtiarum quas videbat: læto tamen animo offerebat ſe æterno Patri, ad quemcumque cruciatum & pœnam ſuſtinendam.

CAP. X 27 Non multum abinde fluxit temporis, quod iterum poſt ſacram Communionem ſenſit ſe vocari

à Ieſu, ipſam tertio vocante,

à Jeſu ſuo per hæc verba: Veni, ſponſa mea: ego enim ſum qui te ex mea mente eduxi, poſuique in utero materno; atque ibi mihi in te complacuit. Ad hanc vocationem ſubito ipſa ſe movit: cœpitque per monaſterium querere inflammato vultu Jeſum ſuum. Interim denuo audivit ſe vocantem hoc modo. Veni: ego ſum qui te extraxi de utero materno, mihique univi, in te mihi complacens. Denuo igitur majori cum zelo cœpit quærere Jeſum. Prius D
autem quam confiſteretur, vox cæleſtis tertio ipſam appellavit, dicens; Veni electa mea: volo enim tibi dare Regulam, & modum ponere paſſionibus tuis, in omne tempus vitæ tuæ, uſque dum te deducam ad me fruendum in terra viventium. His auditis facta eſt ſubito immobilis, abſorptaque in extaſim: in qua datæ ei ſunt à Verbo æterno viginti regulæ, quas deberet omni vita ſervare, ad magis proficiendum in perfecta virtute: quas regulas in ipſius Verbi perſona ſic expreſſit. Ego ſponſus animæ tuæ, Verbum æterni Patris mei, regulam tibi do in ipſo eodem actu amoris, quem conceſſi tibi, faciens te participem magnalium puritatis meæ. Dilecta mihi Dilecto tuo, nota meam ac tuam regulam: meam, quia ipſam tibi do; tuam, quia debes illam ſervare.

audit viginti Regulas ſibi ſervandas.

I. Requiro à te, ut in omni actione tua, interna & externa, ſemper reſpicias in puritatem illam, quam te feci intelligere: cogita autem, quod omnia opera ac verba tua debeant eſſe ultima.

II. Curabis, pro poſſe tuo & gratia quam tibi daturus ſum, ut habeas tot oculos, quot animas tibi ſum conceſſurus.

III. Numquam dabis conſilium vel mandatum E
ullum, licet id tibi liceat, quin prius mihi in Cruce pendenti ipſum notum feceris.

IV. Non notabis aliquem defectum ullius mortalis creaturæ, niſi prius cognoveris ipſum ſaltem eſſe iſtius creaturæ.

V. Verba tua ſint ſincera, veracia, gravia, atque ab omni adulatione remota: ſemper autem me adduces in exemplum operum, quæ debent facere creaturæ.

VI. Noli committere ut tibi, cum æqualibus converſanti, comitas ſuperet gravitatem, aut gravitas excedat manſuetudinem & humilitatem.

VII. Fiant omnia opera tua cum tanta manſuetudine atque humilitate, ut videantur eſſe magnes ad trahendum animas verſus me; & cum tanta prudentia, ut ſint pro regula membris meis, id eſt, animis religioſis & proximis tuis.

VIII. Noctu diuque eſto ſitibunda, tamquam cervus ad aquam, id eſt, ad exercendam ſemper caritatem erga membra mea; æſtimans debilitatem & laſſitudinem corporis tui, ſicut terram ex qua plaſmata es.

IX. Conaberis, quantum tibi conceſſero, eſſe cibus famelicis, potus ſitibundis, veſtis nudis, hor- F
tus incarceratis, & refrigerium afflictis.

X. Cum iis quos relinquo in mari hujus mundi, eſto prudens ſicut ſerpens; & cum electis meis, ſimplex ſicut columba; illos timens, tamquam faciem draconis; hos vero amans, tamquam templum Spiritus ſancti.

XI. Eſto domina paſſionum tuarum, gratiam iſtam à me poſtulans, qui ſum Dominus omnium creaturarum.

XII. Condeſcendes creaturis meis, ſicut ego converſans in mundo utebar ſumma caritate; habens ſemper in auribus hanc ſententiam Apoſtoli mei, Quis infirmatur, & ego non infirmor?

XIII. Non privabis quemquam re ulla, quam dare potueris requiſita: neque privabis aliquam creaturam re ulla ipſi conceſſa, niſi prius in mente tua habuerit, quod ego ſum ſcrutator cordium, & quod te debeam judicare cum poteſtate & Majeſtate.

XIV. Tanti æſtimabis Regulam tuam & Conſtitutiones ejus una cũ votis, quanti volo ut æſtimes meipſum; ſatagens inſuper ut in omnium cordibus inſclupas

A ſculpas amorem vocationis, ad quam eos vocavi, & Religionis.

xv. Vehementer deſiderabis omnibus ſubjici, & alicui præferri exhorreſces.

xvi. Non credes refrigerium, quietem, & ſolatium alibi conſtitutum eſſe, quam in contemptu & humilitate.

xvii. In die illo deſines efficere ut creaturæ cognoſcant deſideria tua & voluntates meas, niſi quantum ego tibi dedero & * Chriſtus meus.

* i. Confeſſario.

xviii. Perſeverabis in continua oblatione omnis deſiderii tui atque operis, ſimul cum membris meis, intra me.

xix. Ab ea hora qua diſceſſi à matre mea puriſſima, id eſt ab hora vigeſima ſecundâ, uſque ad illam qua receptura me es, manebis in continua oblatione Paſſionis meæ, tui ipſius, & creaturarum mearum faciendâ æterno Patri meo: idque tibi ſerviat ad præparationem pro ſacramentali receptione mei: atque intra diem ac noctem Corpus & Sanguinem meum viſitabis triginta tribus vicibus.

xx. Ultima regula ſit, ut in omni tam externa quam interna actione, quam tibi permittam, transformeris in me.

B Poſt hæc conticuit aliquanto tempore: poſtea in perſona Verbi proſequens addidit; Hæc eſt Regula, quam Dilectus animæ tuæ tibi dedit in actu amoris. Itáque acceptabis eam, & quæ ibidem continentur conſervabis in corde tuo, ut eam effectui mancipes, niſi quando caritas vel obedientia impedirent viſitationem corporis ac ſanguinis Domini. Atque his actis experrecta eſt à raptu, in quo perceptas regulas quã accurate obſervaverit, ex progreſſu vitæ ejus intelligi poterit, ipſa certiſſimo id probante.

CAP. XI *In raptu declarat vehementiam amoris ſui,*

28 Non adeo grandis eſt vapor ardentis fornacis, ut aliquando major non fuerit flamma, quam ex corde ejus prorumpere faciebat ardentiſſimus ignis divini amoris. Itaque cum in raptibus ſuis aliquando defixiſſet puriſſimum ſuum intellectum in contemplationem illius infiniti amoris, qui Deum movit, ut pro homine, viliſſima creatura, tantum faceret; non poterat ſe continere quin exclamaret, O amor! ô amor! ô Deus, qui amas creaturas amore puro! O Deus amoris! ô Deus amoris! O Domine, noli amplius amare, noli amplius amare. Nimius eſt, ô Jeſu mi, amor, quem habes erga creaturam tam vilem & humilem. Quadam autem vice, cum ſimili modo

C rapta eſſet, ſumpto in manum Crucifixo, cœpit currere per conventum; & eructando amoroſa colloquia cum Verbo divino intenſoſque affectus, exclamare, O amor! ô amor! ô amor! Hoc autem faciebat ſuaviter ſubridens, vultuque tam pleno lætitiæ, ut cunctis in eam intuentibus mirabilem affunderet conſolationem. Defigebat illa nunc oculos in cælum, nunc deprimebat in Crucifixum, nunc eumdem pectori apprimebat ſuo, & ſtringebat brachiis cum fervore exceſſivo; interim vero replicabat identidem, O amor! ô amor! Nunquam ceſſabo, Deus mi, te appellare amorem, jubilum cordis mei, ſpem & confortationẽ animæ meæ. Deinde ad Sorores, quæ ipſam ſequebantur, converſa dicebat: Nonne ſcitis, ô caræ Sorores, quod Jeſus meus non ſit aliud quam amor? imo fatuus ſit præ amore? Fatuum præ amore te dico, Jeſu mi, & ſemper dicam. Totus amabilis & jucundus es, totus recreativus & confortativus, totus nutritivus & unitivus. Tu es pœna & refrigerium, fatigatio & quies, mors & vita ſimul: denique quid non eſt in te? Tu es ſapiens & jucundus, altus & immenſus, admirabilis & indicibilis, inexcogitabilis & incomprehenſibilis. Detinebat continuo oculos in latus Crucifixi intentos, in quo videbatur mirabilia intueri; unde perquam prolixe loquebatur de ſummo amore, quo fertur Deus erga genus humanum, atque de altiſſimis myſteriis, quæ pro redemptione noſtra operari voluit incarnatum Verbum. Alias exclamabat. O amor! ô amor! Converſaque ad cælum dicebat, Da mihi, Domine mi, vocem tam robuſtam, ut te amorem eſſe dicens, exaudiat ab Oriente in Occidentem, atque per omnes mundi partes uſque ad infernum, ut cognoſcaris & honoreris tamquam verus amor. O amor, ſolus tu penetra & tranſi, frange & liga, rege & guberna omnia. Tu es cælum & terra, ignis & aër, ſanguis & aqua, Deus & homo. Quis autem poſſit vel cogitando comprehendere vel loquendo explicare magnitudinem tuã, cum ſis æternus & infinitus? In hujuſmodi amoris exceſſibus tranſigebat aliquando dies integros, ut videretur ad Angelicam quamdam vitam proxime accedere, & cæleſtibus deliciis paſci. In iiſdem actibus ſermo ejus tam devotus erat & inflammatus, tam plenus compaſſione erga Jeſum ſuum in cruce pendentem, ut non tantum nomine, ſed ipſo opere videretur referre Magdalenam illam, quæ ſtabat doloroſa ſupra montem Calvariæ, cum Verbum incarnatum ſpiritum ſuum redderet æterno Patri.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

eumq; cupit omnibus innoteſcere,

E

29 Quandoque cæleſti ardore ſtimulata, currebat velociter verſus chorum, ubi ſupra coronam muralem proſtabat Crucifixus; eoque aſcendens incredibili cum agilitate, refigebat eum à Cruce, & ſeſſum concedens tenebat in gremio; ſublatiſque è capite velamentis tergebat ſudorem ac ſanguinem, quem ſibi ſpargere videbatur dilectus Sponſus ſuus: idque faciebat cum tanto fervore ſpiritus, ut præſentes Monachæ formidarent, ne pectus, impar ſuſtinendo tanti amoris incendio, diſrumperetur. Eſt porro perquam mirabile dictu, quod cum poſtea Sorores accepiſſent velamenta illa & lineos pannos, quibus uſa fuerat ad devota iſtæc obſequia Crucifixo exhibenda; eos invenerint tam plenos ſudore & adeo madidos, ut videretur revera mortuum Jeſum habuiſſe inter brachia, ea omnino forma qua erat, quando inter diriſſimos crucis dolores patiebatur mortem pro humana ſalute. Exuberabat quotidie magis ac magis cæleſtis ardor dilectæ Sponſæ Jeſu; & internus calor aliquando ſic excedebat modum, ut ſæpe media hieme nequiret pectoralia lanea ſuſtinere: quin etiam neceſſe haberet laxare tunicam, quo liberius foras erumpere poſſent amoroſa iſtæc incendia. Multoties etiam cogebatur bibere frigidiſſimam aquam magna in copia, eique brachia ſua immergere; quin & vultum ſuum eâdem conſpergere, ipſamque immittere in ſinum, dicendo, quod videretur ſibi ardere atque conſumi: ſuſpicienſque in cælum replicabat crebro, Non poſſum amplius tantam flammam ſuſtinere. Et ſane, niſi ſuperhumano auxilio fuiſſet refocillata, fieri non poterat, ut ſervaretur in vivis. Inter iſtos autem affectus amoroſos, ſingulariter admirandus dici poteſt is, quem oſtendit die Inventionis ſanctæ Crucis. Cum enim tali die mane communicaſſet, ſtetit per horam integram immobilis quaſi turris, prolixe diſſerens de excellentia & nobilitate Crucis Jeſu ſui, cum ardentiſſimo mentis fervore. Deinde defixa in contemplatione Verbi incarnati, ſupra illam confixi, cœpit exclamare; O amor! ô amor! quam parum noſceris & amaris! Si non invenias, ubi requieſcas; veni, ô amor, totus in me, quia bene te excipiam. O animæ ab amore creatæ, cur non amatis amorem? Et quid eſt amor, niſi Deus? Deus caritas eſt. O amor! tu medeſtruis & conſumis; tu me facis mori, & tamen vivo. Sentio dolorem dum me facis intelligere quam parum ameris & cognoſcaris. Interim faciebat

tergit ſudorem Crucifixi,

CAP. XII

refrigerio externo opus habet,

F

de amore ſub limite ſenſis.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

geſtus adeo pios, ut indicibilem devotionem excitaret omnibus ſibi adſtantibus,modo brachia extendens, nunc manus complodens; neque poterat ſatiari dicendo,Venite,animæ, ad amandum amorem meum: venite ad amandum Deum veſtrum.

ad eumque ſocias Monachas invitat.

30 Quam autem ardens eſſet amoroſa illa flamma, quæ puriſſimum ejus cor adurebat, poterat ex vultu cognoſci, qui ipſimet igni videbatur ſimillimus: unde cogebatur aliquando, confecto ex capitis ſui pannis flabello, ventulum ſibi facere ad mitigandum tam grande incendium. Quin etiam in medio ejuſmodi affectu currebat ſæpe per conventum & hortum,dicendo ſe quærere animas quæ cognoſcerent & amarent amorem. Quod ſi tum forte alicui Sororum occurreret, manu ipſam apprehendebat; fortiterque adſtringens, dicebat ei, O anima, amaſne amorem? Quomodo vivere potes? Numquid ſentis conſumi te & amore mori? Cum autem bono temporis ſpatio ſic ambulaſſet, arripiebat funes campanarum, eaſque pulſans, alta voce clamabat: Venite, animæ,ad amandum; venite ad amandum amorem, à quo tantopere amamini. Dictu autem incredibile eſt, quantopere ejuſmodi effectis Spiritus,animæ præſentium eis Monacharum accenderentur ad devotionē, ſimul & raperentur in admirationem. Supra omnes
B autem amoroſos ejus exceſſus, quorū numerus propemodum infinitus erat, mirabile fuit, quod in raptu quodam aliquando ſic oſtendit. Tranſegerat diem integrum in contemplatione cæleſtium,tantoque cum

ſolatium ex lacte Crucifixi ſugit.

fervore locuta fuerat de divino amore, ut videretur eſſe Angelicus ſpiritus,è cælo dimiſſus ad exprimenda illius magnalia. Unde ſupra modum defatigata atque extreme debilis, cum vellet reſtaurare vitales ſpiritus, ſumpſit in manus Crucifixum; & ſacris ejus plagis os applicans,viſa fuit à Monachis glutire quidpiam,eo plane modo quo ſolemus quando delectabilem aliquem cibum guſtamus. Poſtea ejuſmodi verba protulit, ex quibus clare dabatur intelligi, quod ſuaviter paſcebatur in vulneribus Jeſu: redivitque à raptu cum tanta ſpiritus plenitudine & ſic cumulata gaudio, ut appareret eam cæleſti manna refectam eſſe.

CAPVT IV.

Examen conſcientiæ in ecſtaſi factum: quinquennalis probatio, poſt præparatorios ad eam raptus.

31 CAP. XIII *Coram Deo conſcientiā in raptu examinans,*

QUam diligens fuerit in examinanda conſcientia, & quam intentum teneret mentis oculum in qualemcumque vel minimum nævum, quo poſſet cor ſuum iniquinari;intelligi poterit ex quodam examine, quod aliquando coram Deo audita eſt facere. Cœpit igitur provoluta in genua recitare Pſalmos, *Domine quid multiplicati ſunt?* &c. *Qui habitat in adjutorio* &c: quibus abſolutis dixit:O Jeſu mi! quænam fuit prima quam habui hodie cogitatio? Doleo quod non fuit de te; ſed timui ne hora tardior eſſet vocandis ſponſis tuis ad laudandum te;neque fuit de offerendo me tibi,teque honorando. Poſtea, o Jeſu mi, abivi in chorum, ut offerrem me tibi: ſed non reſignavi me totam & per omnia in tua voluntate. O Deus benigniſſime,quam ego miſericordiam potero expectare à te, quæ non me totam dimiſi in te? Fac mihi miſericordiam, Domine mi, quamvis non merear, ſed potius mille infernos. Poſtea, quando veni ad laudes tuas, plus moleſtiæ accepi ex eis quas videbam deficere in aliqua ceremoniarum parte & inclinationibus præſcriptis, quam curæ ut honorarem te, tibique laudes meas offerrem, in unionem earum, quas offerunt tibi beati Spiritus. Æquum eſt ſane ut à te petam miſericordiam, ô magne Deus,quia in eo quod ad te atque ad laudes tuas pertinet tam multos commiſi defectus. Cum autem acceſſi ad communicandum Corpori & Sanguini tuo, quo debebam poſſibilem omnem affectum deferre, doleo quod non habuerim intentionem faciendi hoc in memoriam Paſſionis tuæ, ſicuti juſſiſti; neque cogitavi de unienda tecum anima mea, ſed cogitavi quid facere poſſem, ad cordis mei quietem comparandam. Audivi quidem primo verbum tuum, ſed magis cogitabam an verum eſſet quod nos ſimus (ſicut nos feciſtis dicere per Chriſtum tuum) ſervi inutiles; neque cogitavi amorem quo me proſequeris. Verumtamen, Domine mi,aliud mihi non ſupereſt, quam ut efflagitem miſericordiam.

D *per omnes diei totius actiones,*

etiam minimos defectus notat,

32 Quando ivi ad Sanguinem tuum recipiendum in ſacramento Pœnitentiæ, magis conſideravi quid deberem dicere Chriſto tuo ad pacandum cor meum, quam quale beneficium iſtic mihi facias, lavans animam meam in ſanguine tuo; neque ſatis fiduciæ habui in te, quod mihi dares auxilium & gratiam ad componendum cor meum. O Deus meus,Ecqua fuerunt prima quæ hodie protuli verba? Reprehenſionis E verba fuerunt (hoc autem dicebat, quia, cum eſſet pædagoga, novitiam quamdam corripuerat) & modus meus loquendi, parum manſuetus & ſuavis, fuit cauſa quod illius cor inquietatum fuerit:peius autem fuit,quod etiam defecerit ibi caritas; quia,quando vidi ejus cor inquietatum, non ſategi ut illud quietum redderem, ut per hoc tecum uniretur. Ecce,Domine mi, quem fructum referam ex tanta tua unione atque ex lumine quod mihi donas; quodque ſi dares alteri alicui creaturæ, magis exinde tibi grata foret: ego vero miſera & infelix nullum inde fructum capio, quandoquidem caream caritate erga Sponſas tuas. Ignoſce mihi per tuam obſecro Paſſionem. Porro cum acceſſi ad loquendum cum iſta creatura (dicebat hoc,quia iverat ad cratem, locutura cuidam ſuæ amitæ,& fuerat in ecſtaſim rapta) doleo quod commiſerim magnam hypocriſim, faciens me reputari id quod non ſum; quamvis enim creaturis tuis fecerim ſignum,non tamen commerui ut me intelligerent. Monſtrabam quod haberem animam tecum unitam, & tamen tu ſcis quam ſæpe fuerit evagata à te; monſtrabam quod eſſem vera religioſa, tu autem noſti qualis ſim. Peto miſericordiam Deus meus pro hypocriſi iſta grandi, & offero ſanguinem F tuum,pro me cum tanto amore fuſum.

& graviter ſe redarguit,

33 Inde ivi ad dandum corpori meo neceſſarium cibum, ſed quam intentionem habui honorandi te? quandoquidem non ſum recordata ut offerrem tibi tot & tot pauperes, qui forſan multo tempore ſteterunt pulſantes oſtia, ad quærendam buccellam panis quam nemo eis dabat. Mihi vero miſeræ ac miſerabili, abſque ullo meo labore,& quod eſt pejus abſque ullo merito meo, proviſum fuit à religione de eo quod opus eſt corpori ſuſtentando. Neque ſolum in hoc te offendi, ſed etiam in eo quod tot verborum cauſa fuerim iſti tuæ Sponſæ, licet ſcirem quod eo loci non erat licitum loqui. Ecce,Domine mi, invenio in omnibus actionibus meis quod offenderim te: quomodo igitur potero comparere ante faciem tuam, ad petendum à te dona tua & gratias, atque ad alias creaturas tibi commendandas, quæ ipſa ſic te offendi,ut indigna ſim cui miſericordiam præſtes? Sed amor tuus, qui te movit ut venires in terras, & ſanguinem tuum funderes, etiam te moveat ad miſerendum animæ meæ. Poſtea quando non ivi ad laudandum

A dandum te ſimul cum aliis Sponſis tuis, ſolum per culpam meam id factum eſt: quia quando anima illa mihi dixit ut non irem, ſtatim conſenſi non ire. O Jeſu mi, ſi illa me rogaſſet ut aliquam caritatem facerem, non ita cito ei annuiſſem. O Domine mi, quomodo poſſum ſperare quod illuc ventura ſim, ubi ſemper laudabo te cum beatis Spiritibus, quandoquidem neglexi laudare te cum tuis Sponſis? Offero tibi ſanguinem tuum, ut eo interveniente mihi facias miſericordiam. In iſto vero opere, quod feci, quam intentionem habui honorandi te, mi Domine? quandoquidem magis dolui de amiſſo tempore, quod donando te mihi ſuſtuliſti (indicat nempe tempus quo fuerat alienata à ſenſibus) quam dolui quod non obtulerim animam meam tibi. Feci quidem ſignum virgunculis tuis ut ſilentium tenerent ſed non conſideravi quanto magis obligarer tenere animam meam tibi conjunctam.

ac miſericordiâ humiliter petit,

34 Quando autem invocandus fuit Spiritus ſanctus, mens mea adeo longe evagabatur à te, ut in memoriam mihi non venerit modus, qui mihi eſſet in eo tenendus, adeo ut illæ quæ breviori tempore quam ego in Religione fuerunt, ſint me prudentiores. Ecce, o Jeſu mi, quomodo in omnibus operibus meis deliqui? qua ratione potero coram tua bonitate apparere, quæ tantopere te offendi? Denuo offero tibi ſanguinem tuum, quia illo mediante ſolum exſpecto indulgentiam. Quantum porro deliqui faciens iſtud aliud opus, ut non ſuſtinerem modicum laborem in formando greſſu? Deliqui, inquam, omittens quod facere obligabar: & rogavi alias ut pro me facerent caritatem, & interim non feci ipſam animæ meæ. Magis ſolicita fui, ne meipſam fatigarem, quam ut te non elongarem à me. In omnibus operationibus meis invenio defectum, ô Deus meus! Sed tu diſſimulans tantas offenſas, per tuam ſolam bonitatem denuo me traxiſti ad te, ubi tantum luminis mihi das, ut ſi illud alteri alicui animæ dares, plus inde fructus faceret quam faciam ego, miſera & miſerabilis. Acceſſi poſtea ad reſtaurandum corpus cibo, &

tamquam nihil bene operata.

non ſum recordata tot pauperculorum qui non habent quid edant, & tu, Domine mi, tam large mihi providiſti. Denuo offero tibi ſanguinem tuum pro tot offenſſionibus quas commiſi. Heu mihi, Domine mi! Jam tenebræ ingruunt, & ego nullum opus feci abſque tua offenſa. Quid ego faciam? O Deus meus! Si tantum hodie offendi te, nolo prioribus addere offenſam ultimam, quæ eſſet non confidere in te & in miſericordia tua. Scio, Domine, quod non merear veniam: ſed ſanguis, quem fudiſti pro me, facit me ſperare in te, quod mihi ignoſces. Hoc examine facto & raptu eodem nihilominus durante, contulit ſe ad ſecretum in monaſterio locum, ubi atrocibus flagellis maceravit carnem ſuam: atque ita ad ſe rediit, poſtquam Deo benedicto commendaſſet omnes creaturas, & pro iis obtuliſſet ſanguinem Jeſu Chriſti.

B

C

CAP. XIV *Rapta in Vigilia Pentecoſtes,*

35 Inter omnes ecſtaſes hujus dilectæ Sponſæ Jeſu Chriſti admirabilior illa fuit, qua rapta extitit in Vigilia Pentecoſtes, anno MDLXXXV: in hac enim perſtitit per octo continuos dies, ſcilicet à prædicta Vigilia uſque ad feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis; ſolum ad duas horas per diem in ſe rediens, ad ſatisfaciendum Officiis ſacris, & neceſſitati vitæ, modico pane & aqua ac modiciſſimo ſomno ſuſtentandæ. Interim, quovis matutino tempore, recepit Spiritum ſanctum ſub variis formis, videlicet ignis, fluminis, columbæ, columnæ, nebulæ, venti, & linguarum ardentium: & tunc fiebat tam læta & reſplendens, tamque ſublimiter loquebatur de myſteriis magis reconditis, ut miraculo ſimilis res videretur. Quin etiam loquens in perſona æterni Patris, vel Chriſti ejus, vel ſua ipſius, mutabat ſic vocem, ut etiamſi verba non intelligerentur, cognoſci potuiſſet per ejus linguam perſonas varias loqui. Tam multæ etiam fuerunt cognitiones, quas in illo raptu communicavit illi Dominus, ut notatæ à Monachis, ſicut ab illa prolatæ fuerunt, juſtum volumen compleant, unde formata eſt acceſſio tertiæ Partis ad hanc ejus Vitam.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

36 Verumtamen ut aliquod ſpecimen ſupradictæ ecſtaſeos demus, dico quod in Vigilia Spiritus ſancti, quæ iſto anno incidit in VIII Junii, vocata fuit à Patre æterno, per haſce voces: Veni, ſponſa mea, quies & ſtimulus ſpiritus mei. Ad quæ verba ſtatim extra ſe rapta reſpondit: *Ecce venio: venio cito: cito venio:* & poſt quamdam ſine loquela moram, cœpit loqui in perſona Verbi hominem induti. Scito quod uſque ad diem, cujus celebratis hic in mundo feſtum, quoque tam intrinſece te ligaſti mecum, & ego tam copioſe me dedi tibi (intelligebat diem Profeſſionis, quam anno ſuperiori fecerat in feſto ſanctiſſimæ Trinitatis) mecum manebis unita tam ſtricte, ut particeps futura ſis divitiarum cæleſtium. Scito etiam quod inde per quinquennium, ſicut tibi alias dixi, privabo te ſenſu gratiæ meæ, non tamen ipſa gratia, quæ ſemper manebit tecum. Ejuſmodi privatio tibi continget ex beneplacito Patris mei, ad exhilarandum Angelos & beatos illos Spiritus, qui conſiſtunt ante thronum ſanctiſſimæ Trinitatis, in exemplum mortalium creaturarum, atque ad augendam pœnam damnatorum & confuſionem dæmonum, refrigerium etiam animarum in Purgatorio, & tuam ipſius conſolationem.

uſque ad Dominicæ Trinitatis.

B

37 Volo inſuper tecum agere ſicut dux generoſus, qui prius quam militem aliquem ſuum exaltet, multipliciter probat: ſic & ego, priuſquam te exaltem in conſpectu Patris mei, probare te cupio. Curabis igitur, ut habeas in te cognitionē tui non eſſe, ſemperque obſecundes internæ inſpirationi quam tibi darurus ſum, eamdem effectui mancipando ſicuti feciſti uſque nunc. Quamvis autem id feceris ſtudioſe, deinceps tamen multo ſolicitius debebis hoc facere. Curato ut ſerves, interim documenta omnia, quæ tibi dedi, idque cum omni ſinceritate: reprehendes etiam defectus alienos, ſemper dicendo omnem veritatem. Dico tibi inſuper, quod ſi fueris attenta, omni ſexta feria, ad eam horam qua ego exſpiravi, recipies ſpiritum, quem ego commendavi Patri æterno: quod licet ſenſu perceptura non es, fiet tamen ſemper tibi. Sicut enim creatura non poteſt vivere abſque corde, ſic ego non potero eſſe abſque te, quotieſcumque venies in cognitionem tui non eſſe. Quamdiu autem ejuſmodi cognitio erit in te, eſto certa quod ſemper eris unita mecum, & pax mea tecum manebit, quamvis tibi videberis eſſe in continuo agone: quia durante privatione illa, qua te volo exercere, egredientur ab inferno leones multi, teque venient oppugnatum, & magna moleſtia afficient: neque ſolum exterius, ſed multo majori cum impetu interius conabuntur te oppugnare. Verumtamen non permittam eis ut te poſſint proſternere: ſemper inſtructa eris gratia mea, ſicuti es modo: imo quanto illi vehementius te aggredientur, tanto abundabit magis gratioſum auxilium meum in te, quamvis abſque ullo ejus ſenſu vel guſtu.

intelligit ſe quinquennio probandam.

F

ſubtractionē omnis ſenſibilis gratiæ.

38 Ad quæ illa prompta voluntate reſpondit, *Sufficit mihi gratia tua.* Poſtea cum aliquantulum ſiluiſſet, magno cum affectu & copia verborum proſecuta eſt ſermonem Verbi incarnati, dicens, Non omittent ii, quos tibi in ſubſidium dedi (Sancti ſcilicet ſpeciales Patroni) deferre tibi pabulum ſpirituale, & ſub umbra puritatis meæ velociter curres, nullum extra eam motum, nullum opus faciens: quamvis hoc quoque fiet à te abſque ullo vel minimo ſenſu gratiæ. Contra quinque graves tentationes, à quibus

ad quod præmirata auxilium ſuum promittit Chriſtus.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

moleſtius impugnaberis, armabo te donis jam tecum communicatis. Ad primum aſſultum ſumes puritatem; ad ſecundum, meum ac tuum cor; ad tertium, ſtigmata mea tibi impreſſa; ad quartum, coronam ſpineam à me acceptam; ad quintum, grande deſiderium ſalutis creaturarum mearum quod habes. Veniant licet dæmonia omnia contra te, ad te perterrefaciendam, tamen nil timeas: quemadmodum enim numquam deſinit illorum invidia, ſic numquâ deſinam conſervare in te gratiam meam. Tu vero numquam omittas referre ea quæ tecum communicabo, notiones ſcilicet illas ſublimes quas ei volebat concedere. Poſt hujuſmodi verba, monſtrans illa ſe percepiſſe divina monita, ſubjunxit in perſona ſua: O Verbum unigenitum, ô Verbum incarnatum & homo factum, quis poterit exequi opera tua magna? Tibi puſilla ſunt, ſed maxima mihi.

quo vincat omnes tentationes.

39 Huic cogitationi tantiſper tacite immorata, cum ſe porro videret ſpiritu divino impleri, proſecuta eſt dicens. Quis unquam tantis aſſultibus reſiſtere poterit, niſi qui totus fuerit transformatus in te, Deus meus, cæcus in videndo ſe, verax in loquendo de te & de tuis creaturis? Quis cum his ita converſabitur, ut non ponat ſcandalum vel impedimentum
B amori tuo? Utique manſueti, pacifici, & patientes. Poſt hæc & alia plura cæleſtia colloquia, quæ ſicuti ſupra dixi, annotata ſunt in libro ſeorſim, in perſona Verbi unigeniti adjecit; Noli metuere, cariſſima filia, quia ſemper ero tecum: & privatio illa, quam placuit mihi facere, erit clarum indicium & certiſſimum teſtimonium grandium donorum ac gratiarum tibi à me conceſſarum, nec non medium quo deducaris ad majorem perfectionem. Si te videris circumdatam graviſſimis certaminibus, ita ut neſcias quam in partem te vertere, exiſtimans quod non ſim tecum; ſcito in veritate quod numquam deſerturus te ſim. Ipſa vero reſpondit, *Sufficit mihi gratia tua, & in exceſſu mentis meæ non movebor in æternum.* Itáque humiliando ſe in conſpectu Dei, poſt multos alios longoſque diſcurſus, tradidit ſe voluntati Dei, dicens: Omnia poſſum in te.

CAP. XV *Oſtenduntur ei dæmones.*

C 40 Eodem in raptu eodemque feſto Spiritus ſancti, in ſublimitate ſpiritus ducta fuit ad conſpiciendum lacum leonum, in quem brevi mittenda erat: quod manifeſte agnitum fuit ex verbis ejus, ex eoq; quod impalleſcens movebatur in modum qui cunctis commiſerationem ciebat. Videbat ſcilicet infinitam quaſi multitudinem dæmoniorum, diriſſimas tentationes minitantium; audiebat velut rugitus horribiles leonum ferociſſimorum: ideoque præ anxietate proſtrata in genua, proferebat verba doloroſa, & quæ adſtantibus cunctis excutiebant lacrymas. Sed quia cum vehementia extraordinaria loquebatur, non potuit niſi perparum in principio notari quid hoc eſſet. Principium autem hujuſmodi erat. Invito cælum & terram atque habitatores ejus in auxilium meum. Tunc ad Deum ſe vertens; Ubi eſt, inquit, ô Deus meus, ſol gratiæ tuæ? Mihi quidem obſcuratus videtur, ſubtractaque penitus bonitas tua. Nunc derelicta ſum, ſicut corpus quod nullum membrorum ſuorum poteſt movere, & ſicut truncus ſterilis: quia gratiam tuam ſubtractam mihi eſſe audiens, juvare me nequeo. Poſtea fuit ei dictum à Deo, quod quia non valebat aliter juvare proximos, vellet ut juvaret eos tolerando labores & dolores iſtos: ideoque ſubjunxit; Acerbiſſimam pœnam mihi adferent maledicti hæretici: nec enim in tali actu aliter eos poſſum nominare, qui licet ſemel receperint ſpiritum tuum, non tamen ambulaverunt in eo. Ad hæc tam multæ ſuperbæ Sponſæ tibique rebelles incitabunt contra me ferociſſimos iſtos leones, ut mihi dolorem & cruciatum augeant. Quod ſi ſaltem, ô Verbum, ad te reverterentur infelices iſtæ animæ, beatam me crederem, & millies conſentirem ut ad me cruciandam venirent dæmones. D

41 Ergo circumdatam me video crudelibus hiſce ſpectris, nec continere me poſſum audiens horrendos eorum rugitus, quin etiam voce ſublata exclamem: quod ſi prohibear id facere exteriori ſono, non potero cohiberi, quin ſaltem interius tantum clamem donec exaudiar. Vellent, ô Jeſu mi, ſpiritus iſti diabolici proſternere fidem, deſtruere humilitatem, conculcare puritatem; & loco voluntatis reſignatæ in te, cordi meo immittere aliam perverſam: neque admiror, quod hoc exequi non valentes, revertantur contra me cum tanta violentia rabieque, quod ſatagant excitare tam ingentem ſtrepitum, ut non percipiam ſenſum deſuper mihi infuſum à Deo. Accidit mihi plane ſicut ei qui mortem expectat, cui non minor eſt dolor videre gladium quo caput ſibi auferri debet, quam ipſummet crudeliter moriendo experiri. Optime video, Domine mi, quod ſi remitteres potentiam manus tuæ, illi me vita privarent: vere enim optarent mihi eruere viſcera, & ideo tanto cum impetu procurrunt in me. Sed Sponſus meus ſpiritum atque cor ſuum in me poſuit, cum omnibus aliis donis; deinde expoſuit me huic probationi & tentationi, volens ut ego patiar pro creaturis, quatenus ſe convertant ad eum. Recordor utique, ô Verbum, umbræ cujuſdam à te mihi datæ, ad quam debeo confugere aliquantulo tempore, ut non ſentiam tam horribiles rugitus & terribiles voces, neque videam adeo terrificos aſpectus dæmonum. O Verbum æternum, tu me induxiſti in lacum tam ſpatioſum, ut neſciam in quam partem vertere me poſſim, ubi non videam & audiam tot ferociſſimas beſtias, quæ ore hianti veniunt ut deglutiant me. Quid igitur faciam? Optimum erit ſi me levem ſupra meipſam, facienſque de neceſſitate virtutem, honorari me ex illis ipſis æſtimem, atque in tormentis meis glorier. *Redime me à calumniantibus me. Generatio mea ablata eſt & convoluta eſt à me. Oportet me gloriari in variis tentationibus. Timor & tremor veneruns ſuper me, & contexerunt me tenebræ: æſtimata ſum tamquam mortuus à corde.* Expande ſupra me, Domine, dexteram tuam & corrobora me. Atque in hunc modum plura alia ſucceſſive dixit, quæ ſcripta ubi ſupra. Intellexit etiam in iſto raptu, quod uſque ad diem ſanctiſſimæ Trinitatis ſubtrahendus ſibi non eſſet ſenſus divinæ gratiæ, ſed econtra magis à Spiritu ſancto confortanda foret, ad pugnam ſpiritualem quæ imminebat. E F

à quibus tentanda.

Deum invocat.

CAP. XVI

Probationē hanc ingreſſa 16 Junii 1585.

42 Poſtquam ſupremus omnium Dominus veram hanc famulam ſuam tam efficacibus notionibus præmunierat, tantiſque ditaverat gratiis, emergens à raptu illo, qui diebus & noctibus octo continuis ei duraverat; in die ſanctiſſimæ Trinitatis, XVI Junii MDLXXXV, ſubtractus eſt ei ſenſus guſtuſque gratiæ interioris: atque ex tunc cœperunt horribilia dæmoniorum ſpectra & crudeles tentationes taliter ipſam exagitare, ut cuicumque & quantumcumque ſanctæ creaturæ terrorem & formidinem incutere debuiſſent. Et quemadmodum receperat à Deo quinque ſingularia dona, ſcilicet ſtigmata in anima & ſpineam coronam, deſponſationem cum Jeſu & cor ipſius, atque participationem puritatis divinæ; ſic etiam ex adverſo intellexerat quinque graviſſimis tentationibus impugnandam ſe eſſe. Ac primò circa fidem paſſura erat multa certamina, ſecundò in tentatione ſuperbiæ, tertiò in motibus ſenſus ſui: præter quæ involvenda erat tantæ obfuſcationi mentis, ut pluries potuiſſet in deſperationem cadere, niſi vigilantiſſimam ſolicitudinem adhibuiſſet: denique inordinatus gulæ appetitus ſupra modum debebat eam im-

A impugnare, cum infinitis aliis tentationibus. Propterea dicebat ſæpe, non videri remanſiſſe tentationem aliquam in inferno, quam non eſſet experta; & cujus cauſa, propter exceſſivam ejus feritatem, non ſit paſſa dolores quaſi intolerabiles. Inter hæc tamen atrociſſimus & ſupra quam æſtimari poſſit dirus erat dolor, quem ſuſtinebat ex formidabili aſpectu dæmonum, qui ipſi continuo ſe offerebant ſub diverſis figuris, oſtendentes ei infandam multitudinem ſcelerum humanorum. Omni præterea hora inſonabant ejus auribus ululatus horribiles & blaſphemiæ nefandæ, auditumque ſic occupabant aliquando, ut ægre intendere poſſet Sanctimonialium ſermonibus. Neq; hic furor ſtetit, modo enim dęmones eã deturbabant de ſcalis; modo ab iiſdem, velut à venenatis ſerpentibus admorſa, patiebatur cruciatus enormes. Cum autem vellet corpori quietem noctu indulgere, dici non poteſt quot modis eam exercerent, per quatuor vel quinque continuas horas.

43 Hunc in modum multi tranſierunt menſes, uſque dum ad decimum quartum perveniret; quando in die S. Margaretæ anno MDLXXXVI, ad celebranda divina Officia in choro aſſiſtens, rapta in ſpiritu, intellexit quod Jeſus benedictus volebat, uſq; ad menſem Octobrem proximum, ſublevare aliquantulum tentationes ejus. Itaque interea temporis, intellectu ſublimibus cogitationibus occupato, ſæpius fuit alienata à ſenſibus, & donis cæleſtibus locupletata: [ac ſpecialiter menſe Auguſto, quando una in extaſi perſeveravit quatuor diebus quatuorque continuis noctibus, nec niſi duabus quotidie horis revertebatur ad ſenſus, pro explendo divino Officio, & modico pane cum aqua ſumendo. Cœpit ei iſta ecſtaſis à die XI menſis prænominati uſque ad XV: ſed altiſſimis divinarum rerum notionibus fruens, parum admodum loquebatur; ſolumq; exterius videbatur tota abſorpta in contemplatione myſteriorum celſiſſimorum.] Affligebatur nihilominus timore grandi, ne eſſet hæc nova aliqua fraus dæmonis. Quare ut ſecuram eam redderet Deus, quod ex ſua voluntate id ei accideret, citra ullam illuſionem; dum quadam vice per mentis exceſſum in eo erat transformata, demonſtravit ei clare veritatem facti; eiq; in ſignum dedit, quod vellet ut diebus continuis quindecim abſq; ullo materiali cibo miraculoſe ſuſtentaretur, præterquam Dominicis & feriis duabus quintis, intra prædictum temporis ſpatiũ obvenientibus; quibus permittebat, ut modico pane & aqua exigua reficeretur, Dominicis autẽ Quadrageſimali cibo. Id quod ipſa, præhabita tamen Superiorum licentia, accurate complevit: omnes autẽ deliciæ ſuæ erant in ſacro Angelorum cibo, quẽ quotidiẽ mane ſumebat cum ineffabili devotione. Verũtamen ultra moleſtias, quæ naturaliter comitantur jejunium, fuit eodem tempore diriſſimis pulſata tentationibus. Quin etiam vice quadam ſacco ſuo incumbens, fuit per horas quinq; continuas crudelem in modum à dæmonibus raptata & fuſtigata. Fuit inſuper cum ſibi videbatur ſecari membratim, aut tam graviter percuti ut cogeretur proferre doloroſas illas voces, quibus uſum legimus S. Antonium, quando ſimiliter verberabatur à diabolis; Domine mi, ubi es? Sed poſtmodum moleſtiis liberata, à Deo cæleſtibus donis largiter fuit remunerata.

an. 1586 accipit inducias à 20 Iulii ad Octobrim.

B

Cap. 48 & extaſi quatridua- næ fruitur.

C

CAPUT V.

Miracula probationis tempore patrata per Sanctam, & favores aliqui eidem tunc conceſſi.

44 C.XVII USque adeo ſibi placuit Dominus, potentiam ſuam oſtendens admirabilem in hac dilecta famula ſua, ut non ſolum divinis ſuis muneribus ditatam fecerit apparere in terris, velut ſpiritum Angelicum; ſed voluerit etiam in ea demonſtrare magnitudinem ſuam, ea per ipſam operando, quæ vires humanæ naturæ excedunt. Apparuit hoc in multis miraculis, quæ adhuc vivens operata eſt, quæq; velut ſpecimina raræ ſanctitatis notata reperientur in hac hiſtoria, ſecundum ordinem temporum quibus acciderunt. Primum eorum hujuſmodi fuit. Filia cujuſdam Nobilis Florentini, nomine Catharina, multum affligebatur à ſpiritu maligno, corpus ejus poſſidente. Hanc die quodam anni MDLXXXVI ad Dei famulam duxit mater ſua. Dumque colloquuntur, cœpit more conſueto eam dæmon affligere, rabiemque ſuam uſque eo intendere, ut præ dolore multam per os ſpumam miſella emitteret, & jam jamque videretur ſuffocanda. Verum mox atque Maria Magdalena imperavit ſpiritui malo, in virtute Dei, ut ſtatim diſcederet; liberata eſt puella, neque deinceps ejuſmodi quidquam paſſa fuit.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI. Energumenam liberat.

45 C.XVIII Intellexerat à Jeſu ſuo dilecta hæc anima, quod quando Cardinalis Archiepiſcopus Florentinus veniret ad monaſterium, pro eligenda nova Superiore, deberet cum eo loqui de rebus momenti maximi. Id cum ad cognitionem Confeſſarii ac Prioriſſæ perveniſſet, metuentes ne Cardinalis id moleſte ferret, cogitaverunt dextre pręcavere ne ipſi loqui illa poſſet. Sed non eſt conſilium, quamvis ſapiens, contra Dominum: reſq; plane aliter ac putabant accidit. Cum enim Sor. Maria Magdalena, die XXIX Septembris anni MDLXXXVI, quo ipſo venturus erat Cardinalis, iret ad Communionem ſuſcipiendam; rapta fuit eo præciſe loco, ubi facienda electio Prioriſſæ erat; ibiq; à Spiritu Dei tam immobiliter fixa, ut impoſſibile fuerit eam alio transferre. Ipſam ergo poſt undecim horas, quibus iſtic manſerat, ibidem reperit Cardinalis: cui ſubito cœpit, durante adhuc extaſi, totum id dicere, quod ei fuerat à Domino demandatum: ipſe vero, more ſuo, benigniſſime & cum maxima ejus ſatisfactione reſpondit. Cantato deinde Hymno, *Veni creator Spiritus*, ad ſenſus ſuos reverſa ab extaſi, ſimul cum aliis, ad dandum ſuffragium pro novæ Prioriſſæ electione, acceſſit. Ceremoniâ finitâ voluit D. Archiepiſcopus iterum loqui cum ea: quod & fecit valde familiariter atque prolixe, de iis rebus tractans, quas paulo ante ab ipſa dum eſſet in raptu intellexerat. Ipſa vero cum eo, tamquam vero ſuo Superiore agens, humillime ac reverentiſſime reſpondit omnibus ejus interrogationibus, magnâque cum fiduciâ alia multa cum eo contulit: adeo ut Archiepiſcopus diſceſſerit perquam bene contentus, poſtquam, coram Matre Prioriſſa & aliis pluribus Monachis, laudaſſet ſummopere indolem & virtutem iſtius Religioſæ.

C.XVIII Archiepiſcopo Florentino arcana monita dat in extaſi ſua.

E

F

46 C.XIX Inter alia, de quibus cum D. Cardinale Archiepiſcopo, uti jam narravimus, locuta eſt; etiam ei dixit ex incidenti, quod perventurus eſſet ad ſummum in Eccleſia gradum. Id quod impletum fuit anno MDCV, per mortem Clementis VIII, quando electus eſt Pontifex. Neque iſtud ſolum prævidit, ſed etiam in quodam raptu dixit, quod breviſſimo tempore præfuturus eſſet Eccleſiæ Dei. Cum enim tranſiret Florentia, cum titulo Legati Apoſtolici ad Regem Franciæ, hæc verba protulit: Chriſtus hic, magnum habet in præſenti honorem, ad ſupremum tamen perveniet: ſed non diu in eo conſiſtet: mox enim atque eum amplecti volet, diſparebit ab eo gloria ejus. Quam autem clare hoc fuerit verificandum, ipſo patuit ſucceſſu: nec enim niſi dies viginti ſex gubernavit rempublicam Chriſtianum, Leo XI dictus.

C.XIX ejq; prædixit Papatũ ſed brevem.

47 CAP.XX Die quadam colloquens cum Sanctimonialium una, humiliter ei dixit, quod aliud nihil deſiderabat à Domino, niſi ut à ſe tollat voluntatem pro-

ex ital. vincen. puccini.

propriam: quia cognoſcebat, quod propter ingenii ſui vivacitatem, non proficiebat quantum optabat in iis virtutibus, quæ maxime faciunt animam gratam Deo. Vix pauca hæc dixerat, cum oculis converſis in cælum rapta eſt in ecſtaſim, monſtratumque ei à Jeſu eſt, quantum noceat animæ ſequi propriæ voluntatis arbitrium, maxime in religioſis, qui per obedientiæ votum ipſam conſecraverunt Deo. Ideo intellexit, quod nollet Jeſus ut ſe unquam fineret à propria voluntate ſupplantari. Hoc audito, ſubito apprehendit manum Prioriſſæ, ibidem cum multis Sanctimonialibus præſentis, ſecumque deduxit in oratoriū; ubi ferventes preces effudit ad beatam Virginem, ſupplicans ut illam dignaretur illuminare ad explendam Dei voluntatem. Poſtea converſa ad Prioriſſam, cujus adhuc tenebat manum, magno cum affectu multiſque lacrymis oravit ipſam, ut allaborare vellet diligenter, quatenus expoliaretur propria omni voluntate. Denique tertium proſtrata in terram, quaſi veniam petens, rediit à raptu.

Intelligit à ſe exigi exſpoliationem omnis propriæ voluntatis,

48 Die poſtero, cum aliis Sororibus omnibus intenta ſanctis quibuſdam exercitiis, iterum in ecſtaſim rapta fuit, magnaque cum violentia dejecta in terram: ubi viſa eſt ſtatim præ terrore expalleſcere, ita ut clare appareret, non abſque myſterio hoc ei accidiſſe. Et vere viſus ei tunc Jeſus fuit, vultu turbato ſupra conſuetum modum, eo quod cuidam ejus voluntati reſtitiſſet aliquatenus. Ex eodem intellexit, quod ejus actiones deberent eſſe ſingulares, eo quod volebat eam evehere ad majorem gradum perfectionis religioſæ. Ipſa vero, grandi deſiderio mota ne talis appareret, aliquantulam in animo repugnantiam admiſit; malens quemvis laborem quantumlibet durum potius ſuſtinere, quam inter alias habere notam vitæ ſingularis. Propterea denuo ei ſe oſtendit Chriſtus turbatum, addens ſe velle, ut tam exterius quam interius ei placeret, nec ſibi in ulla re obſiſteret. Poſt prandium rurſus in ecſtaſim rapta, multa intellexit ex Verbo incarnato; ac nominatim, quod tempore vitæ ſuæ deberet ſuſtinere magnos labores, ut ſieret magis accepta æterno Patri. Fuit etiam illuminata circa multas res alias, ſpectantes ordinem monaſterii, de quibus minutim contulit cum Matre Prioriſſa. Non multis diebus poſt, dimittens Sorores cum quibus tunc erat, ad Chorum ſe contulit; ibique à ſenſibus alienata decidit in terram, decuſſatis in crucem ante pectus brachiis, eo quod videret Jeſum Chriſtum, vultu turbato jam tertium ſibi apparentem: quare exemplo S. Pauli dixit, Domine, quid me vis facere? Dicito quid placeat tibi, & fient omnia: tantummodo oculi tui ſuper me ſint clari, nec irato vultu me amplius intuearis. Subjunxit deinde etiam alia verba, plena maximæ humilitatis.

in quo vel modice deficiens cernit Chriſtū ſemel,

iterum,

tertium irato vultu,

B

C

49 Cumque tacuiſſet aliquamdiu, convertit ſe ad quamdam imaginem beatiſſimæ Virginis, hilari vultu dicens, O Maria! Video tandem puriſſimos ſplendidiſſimoſque oculos Sponſi mei, qui me jam non turbide intuentur. Sed dicito quæſo, ô Jeſu mi! quid ego potui tam brevi tempore facere, quo merita ſim adeo dulcem & ſuavem aſpectum? Vix autem hoc dixerat, cum audivit cæleſti quadam voce ſibi nominari Conformitatem voluntatis: unde didicit, quod quia tam humiliter ſe reſignaverat divinæ voluntati, merita fuit ſerenatum videre ſui Jeſu vultum. In hoc ſpiritus fervore abiit ad Chorum in capellam beatæ Virginis, apertiſque cratibus altaris, ſuſtulit candelabra mirabili cum agilitate: deinde ſupra altare ſcandens, fervidas preces porrexit Dei Matri, ut ſibi concederet filium ſuum, qui ſimul cum ipſa ibi erat ex marmore ſculptus. Acceptoque orationis exauditæ ſigno, ſumpſit intra brachia ſua devotam iſtam imaginem: eamque nonnullis ſuis ornamentis expolians, Nudum, inquit, te volo, Jeſu mi, quia non poſſem te cum infinitis tuis virtutibus & perfectionibus ſuſtinere: volo humanitatem tuam nudam, nudam.

deinde ſerenato per ejus ſubjectionem:

& accepta Ieſuli imagine,

D

50 Ivit poſtea cum dicta imagine in tribus illis locis, in quibus Jeſus ſe illi turbatum oſtenderat: eodemque modo, quo ſolet Hoſtiam Sacerdos offerre, ſublevavit paulatim & cum mirabili reverentia ſacram imaginem, æterno Patri eam offerens, & in primo loco dicens: *Offero tibi, ſancte Pater, filium tuum, quem ab æterno genuiſti, & mihi in terram miſiſti.* Progrediens inde verſus ſecundum locum, ait: *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Chriſtus: dilectus meus candidus & rubicundus,* Cum vero perveniſſet quo intendebat, fecit eumdem actum quem in primo loco, dicens: *Offero tibi, æterne Pater, filium tuum, quem ab æterno in ſinu tenuiſti, & in ſapientia tua generaſti, & propter miſeriam meam & miſericordiam in terram miſiſti.* Denique in tertio loco, iiſdem denuo ceremoniis utens, dixit: *Offero tibi filium tuum, æterne Pater, quem poſt reſurrectionem ejus ad te attraxiſti, & ad dexteram tuam collocaſti.* Oblationibus iſtis factis, redivit in Chorum; conſcenſoque altari beatæ Virginis, dedit puerum Jeſum deoſculandum Sororibus omnibus, quæ ad ſpectaculum tam devotum accurrerant; uni caput ſacratæ imaginis porrigens, alteri manus, alteri pedes, prout regebatur à Spiritu ſancto. Atque hac adeo devota actione taliter accendit Sororum animos, ad devotionem admirationemque, ut nulla non funderetur in lacrymas, præ cordis teneritudine. Atque ita demum reſtituta ſibi eſt à raptu, in quo tribus horis continuis manſerat.

ipſam tertio offert Patri æterno,

E

& Sororibus oſculãdam porrigit.

c. xxi

51 Die v Julii anno MDLXXXVII, poſtquam Sororibus ad menſam miniſtraverat, cum ſe ad Novitiarum dormitorium conferret, adhuc ſub earum Magiſtræ poteſtate conſtituta, fuit ſubito in Deum rapta; pauciſque prolatis verbis, æque ſubito ſeſe elevavit in pedes, tanta cum gravitate & claritate vultus, ut Angelo ſimilior quam homini videretur. Deinde caligas ſibi calceoſque detrahens, ſeque in cellam transferens, omnia ſuſtulit ab altariolo, quantumcumque exigua, excepto Crucifixo: in lecto autem aliud non dimiſit, quam culcitram, ſaccum, & aſſerem loco plumarii. Inde abiens ad armarium, in quo ſervantur tunicæ Sororum, maxime vilem pannoſamque accepit: & in conclave vicinum ſe abdens, ipſam induit. Tum taliter veſtitam ſe videns, in terram ſeſe proſtravit celeriter; & oculis in cælum defixis cum incredibili devotione recitavit, Te Deum. Præterea veſtibus ſuis prioribus in faſcem convolutis, ad Prioriſſam cunctas detulit, perſeverante adhuc eodem raptu; & ad Chorum digreſſa ſalienſque ſupra altare Beatæ Virginis ſcripſit in ejuſdem gremio, allato eum in finem calamario & chartæ foliculo, hæc verba. Ego, Soror Maria Magdalena, facio Profeſſionem, & promitto Deo ejuſque puriſſimæ matri Virgini Mariæ, S. Catharinæ Senenſi, & Seraphico Franciſco, una cum tota Curia cæleſti, Obedientiam, Caſtitatem, & Paupertatem, eo modo quem Deus me nunc facit intelligere & cognoſcere; cum firmo propoſito numquam dimittendi ejuſmodi paupertatem, niſi præhabito vero lumine ſciam hoc ei placere, ſicuti nunc comprehendo quod ipſe ſit is qui vult ut illam ſic obſervem. Itaque, confiſa de illius auxilio & miſericordia, facio iſtam profeſſionem, *in manu puritatis Mariæ.* Mirabile autem fuit, quod iſtam profeſſionem faciens, ſemper teneret ſiniſtram ſuam intra manus imaginis ſanctiſſimæ Virginis [ac deinde * inquit: Si mihi dictum fuerit, quod adinvenio novam Regulam; reſpondebo;

In raptu ſe diſcalceans,

F

vovet ſpecialem paupertatem,

A bo, non esse hoc innovare quidquam, sed perficere Regulam, & quod omnes sic deberent facere]. Præterea tanto cum spiritu loquebatur de paupertate, ut omnes in ejus amorem accenderet.

52 Postea denuò conversa ad Beatam Virginem, verbis ultra quam credi possit affectuosis, eam oravit, ut ipsam susciperet continuo protegendam, adjuvandamque ad exequendum quantum sibi Dominus tunc indicaverat velle. His dictis rediit ad locum, unde in raptu vocata fuerat, dixitque; *agimus tibi Deo gratias* &c. Tum accedens ad Matrem Priorissam, in fervore spiritus sese, ad illius pedes prostravit, oravitque ne ipsam impediret eam vitam tenere, quam Dominus ei dictaverat. Cui Priorissa sapienter respondit, quod oporteret omnia manifestare Confessario: quodque secundum consilium ejus actura in hoc esset. Hic vero mox ut rem intellexit, vocans ad se Sponsam Christi, ejusque obedientiam experiri volens, mandavit ut calceaturam & solita vestimenta resumeret. Suscepit illa promptissime mandatum, & in amarum prorupit planctum, metuens ne forsan fuerit diabolica illusione decepta, quia Confessarii voluntatem non invenerat desiderio suo conformem: acquievit tamen, atque in secretum cubiculum recedens, fecit quod sibi erat imperatum. Verum sequenti mane solatus eam plene est Dominus in sancta Communione, quia indicavit ei, quod Pater spiritualis voluerit eam dumtaxat probare, quodque sibi grata fuisset illa prompta obedientia. Itaque novo spiritus fervore stimulata, iterum ad vestiarium ivit, sublatamque inde tunicam vilissimam induit: tum respiciens in cælum adhuc extatica dixit, Eia Jesu mi, nunc quando tecum sum, obediam tibi; quando vero ero inferius, obediam ipsis. Vidit Mater Priorissa vestes illas accipientem, quæ ægre admodum dicere ei hæc verba potuit: Soror Maria Magdalena, da mihi per obedientiam vestes istas, neque eas induito: ipsa vero, dimissa à raptu suo, prompte & obedienter eas reddidit.

sed obedientia cogente,

B *vestitum communem resumit.*

C.XXII Cap. 53 *Sanat Sororem contractâ moribundam,*

53 [Eodem anno erat in monasterio Religiosa Conversa, Soror Fides Dominici de Liguaria nuncupata, tota contracta & inflata à capite ad pedes, sic ut sinistrum latus plusquam palmo brevius ei esset quam dexterum; neque poterat ullum membrorum movere, nequidem caput aut manus, interim acerbissimos toto corpore patiens cruciatus. Cum ergo pluribus mensibus sic decubuisset lecto affixa, depositaque à medicis moritura cito crederetur; cœpit mense Julio divinitus inspirari, ut in meritis Sororis Magdalenæ magnam recuperandæ valetudinis fiduciam collocaret, ipsamque ad se accersivit. Noluit tamen tunc ire bona Mater, sed præsagiens gratiam impetrandam, respondit: Dicite Sorori Fidei, hodie tempus non esse: sed habeat patientiam, quia cras sub horam Vesperarum ad ipsam veniam. Erat is dies XIII Julii, quando in oratorio Novitiarum existens Magdalena, genuflexa ante imaginem Virginis, erexit se in pedes; ipsamque imaginem accipiens inter brachia, cum eadem perrexit ubi jacebat infirma; & imaginem supra lectum posuit, seque in orationem dedit. Vix autem imaginem posuerat supra lectum, cum infirma, quæ antea nequiverat movere manus, ipsam apprehendit.] Tunc Sor. Maria Magdalena, formavit supra ipsam signum Crucis, cum illa imagine sanctissimæ Virginis, quam secum attulerat: factaque brevi oratione, oculos in cælum reflexit ac dixit, Fiat voluntas tua, Deus meus. His verbis prolatis cessaverunt dolores infirmæ Sororis; quæ integre liberata ab isto morbo, post sumptum cibum surrexit de lecto, & prompte ad sua exercitia rediit, prout ipsa adhuc vivens cum juramento testatur.

54 Interea quærebat dæmon subtilissimas tentationes, quibus pacem mentis ejus conturbaret: omnique artificio id agebat, ut persuaderet, quod gratiæ ipsi à Deo factæ solum essent illusiones & diabolicæ fraudes. Neque contentus interius eam sic impetere, etiam cœpit exterius eam affligere, XIX Julii anni MDLXXXVII; idque tam crudeliter, ut quisquis videbat eam, ad compassionem moveretur. Nam cum aliquando sub noctem se cubitum contulisset, advenit ei pectoris gutturisque angustia tanta, ut vultu notabiliter deformato, ipso instanti putaretur suffocanda. Quare coacta verbis pressuram testari, proferebat voces languidas & vix intelligibiles, dicens, Morior, morior: sum suffocata. Et quamvis eam solarentur Matres, crescebat tamen in ea dolor, & ab afflicto ejus corpore erumpebant pustulæ maximæ. Cum autem per tres horas sic laborasset, aliquantum quietis sumpsit fatigata. Non tamen omnino abstitit dæmon, sed paulo post ei apparuit sub specie horribilis bestiæ, quasi ipsam jam jam devoraturæ. Illa vero mittebat lapides in ipsum, dicens, Recede, bestia, nec mihi appropinqua. Recede, inquam, in nomine Jesu; ita, si possum, impero tibi. Interim apparebat ex tam horribili visu prorsus conterrita: & nisi ipsa sese animasset, sciens hoc sibi evenire ad majorem Dei gloriam, potuisset formidare, ne vel solus hic terror vitam auferret. Duabus horis infernale hoc monstrum ipsam sic vexavit: deinde placuit Domino eamdem liberare, multasque concedere gratias, per quas ad nova certamina promptior instructiorque accederet.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI. *dæmonem, opprimere volentem,*

post luctam 3 horarum pellit,

E *iterumque post duas.*

C.XXIV *Denuò instans pro facultate calceos dimittendi,*

55 Volens porro Dominus ut dilecta sua Sponsa, quemadmodum supra jam dictum est, viveret discalceata abjecteque vestita; inspiravit ei die VII Augusti anno MDLXXXVII, ut maximo cum affectu diceret Confessario suo: O Pater, in custodiam animæ mihi date à Jesu meo, rogo te, ab eodem Jesu stimulata, permitte, ut ad meum usum solum habeam tunicam unam, ad similitudinem Sponsi mei & Apostolorum ejus: dico enim tibi, Pater benignissime, quod ita velit Jesus, non ego. Nihilominus Confessarius, ut certius cognosceret quod ea esset Dei voluntas, mandavit ut porro communem ceteris vestiendi rationem teneret. Cui illa prompte obediens, sensit advenire sibi maximum in plantis pedum dolorem, ita ut eis nequiret insistere. Confortante autem ipsam Priorissa, ut vim sibi faceret & ambularet; eo devenit ut manibus ac genibus nixa cogeretur reptare, & ad Communionem accipiendam esset brachiis Monacharum portanda: neque tamen vel sic Confessarius judicavit, tempus esse ad dandam ei postulatam facultatem. Tandem cruciatu incrementum majus majusque capiente, Priorissa cum aliis Sanctimonialibus venit ad ipsam, & facta oratione dixit: Soror Maria Magdalena, si judicas hoc esse à Deo ipsiusque voluntatem, dico tibi ex parte Patris spiritualis, ut te discalcees, & ambules sicut nos. Res mira! Statim atque sibi calceos caligasque detraxit, tamquam compedes gressum impedientes, liberatam se omni dolore sensit, cœpitque ambulare: abiens autem in Chorum ad agendas gratias Beatæ Virgini, ab ea hora atque deinceps cœpit expedite peragere consuetas monasterii functiones.

F *cum aliis gradi non posset, eamdem impetrat.*

CAPUT VI.

Aliæ graves tentationes, variis divinis favoribus interpolatæ.

56 CAP. XXV *Novis dæmonum aggreſſionibus pulſatur,*

QUanto autem plures ex conflictibus prædictis referebat victorias, tanto magis inſtabat dæmon, noviſque tentationibus illam premebat; unde dicebat ſæpe, Equidem neſcio quid demum ſim, creaturáne rationalis an inſenſata? quia nihil aliud boni in me deprehendo, præterquam modicum bonæ voluntatis non offendendi Deum. Facta ſum receptaculum iniquitatis, occaſio omnis mali omniumque peccatorum quibus Deus offenditur: ita ut aliquando obſtupeſcam, quomodo Jeſus & creaturæ ejus me ſuſtineant. Per hanc ariditatem ſpiritus fiebat, ut tædio ei eſſent omnia exercitia Religionis; ita ut quandoque neque ad refectorium, neque ad chorum adeundum ſe poſſet compellere: quando autem relevabatur tentatio, tam copioſæ erant lacrymæ, tam alta ſuſpiria & profundus dolor exinde procedens, ut unuſquiſque judicare poſſet ipſam grave aliquod peccatum commiſiſſe. Præterea ſupra modum tentabatur contra fidem: quia dæmon conabatur ei perſuadere, nullum eſſe Deum, nec adorandam ſanctiſſimam Euchariſtiam. Quin etiam aliquando vehementiſſime laborandum ipſi erat ut eam ſumeret; quia accedens ad feneſtellam cauſa communicandi, manebat veluti privata ſenſibus, videbaturque ſibi videre dæmonem, quaſi ipſam interfecturum. Inſuper menti ejus ingerebatur, quod alia vita nulla eſſet, adeoque fruſtra tantum laboraret & fatigaret ſe. Eoque ſubinde creſcebat languor ſpiritualis, ut grave ei eſſet vel ſolum videre imagines & picturas ſacras. Impellebat etiam ſæpe illā dæmon ut blaſphemaret Deum & Sanctos; idque potiſſimum quando cum Sororibus erat in Choro, divinis Officiis decantandis intenta: tali enim tempore in horas ſingulas ſentiebat ſibi in aurem inſpirari blaſphemas voces, audiebatque ululatus enormes, multumque exuperantes cantum Sororum, adeo ut difficillimum ipſi eſſet ejuſmodi obligationi facere ſatis. Unde præ dolore ſuffuſa lacrymis copioſis, convertebatur aliquando ad ipſas Monachas, dicens, Orate pro me Jeſum, ut ne pro laudibus ejus blaſphemias proferam.

maxime contra fidē de Deo, B

C *& Euchariſtia:*

57 Et certe Sorores omnes ad compaſſionem movebantur, videntes animam adeo ſanctam tantopere affligi ſpiritu in exercitio devotionis. Ideo ſæpe cogebatur Confeſſarius ſoli ipſi ſeorſim ſacram Communionem miniſtrare, ut facilius vinceret tentationes virtute præſentis Sacramenti. Sed illa vixdum erat cæleſti cibo confortata, quin iterum crudelius impeti ſe ſentiret, conatus ſuos eo intendente dæmone, ut ipſa crederet ſe amiſiſſe divinam gratiam, adeoque ſupervacaneam ipſi eſſe Communionē: unde afflicta incredibiliter, aliud non poterat cogitare, quam quomodo tam dura certamina ſuſtinendo vinceret. Inter hæc venit ei in mentem uti remedio, quod ipſam docuerat contra tentationes Beata Virgo; ſcilicet, ut ad Matrem Prioriſſam accedens eam oraret quam poſſet ferventiſſime, ut in virtute obedientiæ mandaret, nunquam deliberare de dimittenda Communione vel exercitiis monaſterii; utque vivendi modum præſcriptum à Deo accuratiſſime obſervaret. In quo ut ei ſatisfaceret Mater Prioriſſa, totum id ei ſub obedientiæ præcepto impoſuit. Dici autem non poteſt, quanta cum devotione & humilitate reſponderet ad ſingulas impoſitæ ſibi obedientiæ particulas. *Benedictus Deus* & addebat, Quantum cum adjutorio Jeſu mei potero, conabor facere quidquid mandaſti. Adeoq; gratum fuit Deo ſolenne iſtud ſubjectæ voluntatis ſacrificium, ut poſtea illam ſuſtulerit ad varios raptus, per quos inter medias tentationes cor ejus exhilaratum ſerenatumque fuit.

ſed obedientia præcepto adhibito vincit omnes.

D

58 Die VIII Septembris ejuſdē anni MDLXXXVII fuit oppugnata continuis dæmonū apparitionibus, & diriſſime tentata in materia caſtitatis per oblectamenta ſenſuum. Memor ergo quid in ſimili occaſione fecerit S. Benedictus, abiit in apothecam lignariam, lectiſque ibi ſpinis & acutis aſſulis, ſuper eas nudam ſe volutavit tamdiu, donec incendium diabolicum reſtingueretur. Aliquando ſe flagellabat diſciplina ferrea, cingebatque corpus horribili cingulo, quod ipſa ſibi texuerat ex rudi cannabe, cum clavis acutis, carnem lancinantibus. Sed cum illud Magiſtra ejus inveniſſet, vetuit ne ipſo uteretur, aut alia quacumque ejuſmodi mortificatione abſque expreſſa licentia: quod Magiſtræ mandatum deinceps accuratiſſime ſervavit; earum loco adhibens ardentes orationes pro impetrando Dei adjutorio, ſpecialemque fiduciam reponens in beatiſſima Virgine: quam [die XVII Septembris] deprecanti cum lacrymarum abundantia, ut faceret eam ſuperare tentationes carnis, abſque ulla virginitatis ſuæ macula; apparuit Regina cælorum circumdata gloria, eamque certam reddidit, quod in conflictu tam moleſto numquam offenderit divinam Majeſtatem; imo quia animoſe certaverat, retulerit ſemper amplam victoriam. Quare candidiſſimo velo ipſam cooperuit: quæ continuo ſeſe ſenſit interius ſtringi atque ligari, in ſignum quod numquam deinceps eſſet impugnanda per tentationes carnis: ſicut etiam contigit: quia poſthac toto vitæ ſuæ tempore numquam hac in parte fatigata fuit, ſed neque ſenſit imaginationem ullam impuram.

CAP. XXVI *Superatis carnis tentationibus,*

E *candido velo donatur à D. Virgine.*

59 Eodem die ſupervenit ipſi ardens febris, cum dolore capitis atque renum, & hæc ei duravit per dies viginti: ſed propterea numquam dimiſit exercitia monaſterii, quin potius magis accenſa fuit ad ſtudium orationis, ſupra modum conſuetum frequentandæ. Unde aliquando rapta in mentis exceſſum, à Jeſu benedicto didicit, morbum ſuum non procedere ex aliqua cauſa naturali, ſed ex divina voluntate, ad ejus majorem gloriam ipſiuſque probationem. Tantum ei bonum invidens dæmon, indignatuſque quod vincere virginem nequiret, modo deturbabat illam de ſcalis præcipitem, modo cadere faciebat in Choro aut aliis locis: ſed Dei famula, omnia pro amore Jeſu patiens, nihil inde lædebatur in aliqua ſui corporis parte, imo animoſior ſemper aſſurgebat ad ulteriores pugnas. Præterea in ſuis devotis orationibus, quas fundebat ad Deum, ſæpe ſentiebat admorderi ſe quaſi à ſerpentibus venenatis: quandoque videbatur ſibi ſecari membratim: & tunc præ vehementia cruciatus labebatur in terram, nec inde movere ſe poterat niſi poſt aliquod temporis ſpatium. Durante autem continua illa febri, cum pane dumtaxat veſceretur & aqua, tantum debilitata eſt, ut quotidie crederetur defectura: quare ex majorum imperio juſſa fuit per tres hebdomadas cibos ſumere aptiores viribus corporis reſtaurandis, carne excepta: poſtea vero, jam aliquantum robuſtior, ſine mora ſe retulit ad priorem victus præſcripti rationem.

Febri continua laborans varie vexatur à dæmone,

F

60 Ab hac auſteritate vitæ ut eam abducerent dæmones, non ceſſarunt eam novis tentationibus affligendo; injiciebantque ejus menti perplexam ambiguitatem circa id quod diſcalceata incederet, & una ſolum tunica hieme æque ac æſtate uteretur, an id ſcilicet eſſet ſecundum Dei voluntatem. Ut autem facilius ei perſuaderent non eſſe, apparuerunt ſub ſpecie duarum Monacharum, quarum altera nigris,

tentaturque ad relaxandam vitæ auſteritatem.

A nigris, albis ultera erat induta, eique dicebant, nequaquam acceptum Deo esse ejus modum vivendi, imo ipsum illo sic offendi, ut si obstinaret ultra animum, esset illius gratiam amissura; unde multum confusa remansit. Sed re cum Matre Priorissa communicata, factaque ferventi oratione, reddita est secura quod ea fuerit diabolica illusio, ad ipsam à vita inchoata retrahendum. Magis autem certiusque hoc didicit ab ipsomet Deo in Vigilia Sanctorum Simonis & Judæ, rapta in ecstasim, in qua etiam multas
Cap. 47 alias divinas consolationes accepit: [quibus animata non modo nihil remisit de suo in pane & aqua jejunio, deque austeritatibus aliis;
sed frustra: sed easdem etiam magis intendit, non obstante quæ tempore hujus tentationis ipsi supervenit febri ardente cum gravissimo dolore capitis; totos viginti dies sic traducens. Erat autē ad mortis usque horā in eodē pœnitentiæ rigore perseveratura, nisi per obedientiam ipsi fuisset à Patre Confessario ac Matre Priorissa demandatum, ut aliquantulum meliori cibo restauraret vires, qui tamen cibus perquam modicus nec nisi quadragesimalis fuit: post dies vero paucos ad consuetam austeritatem revertit.

B 61 Nihil ergo priori fraude perfecisse se videns dæmon, ad aliam se convertit, quo famæ sanctitatis
quare dæmō ejus speciē assumpta abstinentiæ famam tentat minuere. ejus inter Monachas detraheret aliquid. Eo enim tempore quo solis pane & aqua vescebatur, ipsa ad sumendam Eucharistiam in Capitulo existente, assumpsit ejusmet effigiem; & inspectante quadam Religiosa, quæ forte tunc per culinam monasterii transibat, eâdem in formâ accessit ad lebetem foco appositum, & raptam inde carnem fingebat manducare. Hinc Religiosa ista multum scandalizata, non potuit occultum tenere quod viderat, rata se Magdalenam vidisse; vulgataque mox fama per monasterium, magna confusione ipsam replevit: sed intento suo frustratus fuit dæmon, per eas quæ Magdalenam viderant cum aliis in Capitulo communicantem. Simili astu usus alia vice, per noctem ivit in cameram quamdam, indeque nonnulla edulia abstulit: quod cum esset Sanctæ imputatū, placide tulit, neque verbo excusavit se. Deprehensa nihilominus diabolica versutia est, testante Novitia quadam, Beatam nocte tota fuisse in oratorio Novitiarum simul cum ipsa; quod eademmet confirmavit, desuper à Confessario interrogata.]

XXVII 62 Non est silentio prætereundus singularis quidam favor, quem Deus fecit benedictæ illi animæ,
C die Jovis præcedente Carnis-privium, quem vulgus
Recipit fasciculum Myrrhæ. I. Passionis Dominicæ, Berlingaccium appellat, quique anno MDLXXXVIII cadebat in v Februarii. Fiebat tunc in monasterio devota supplicatio, ad placandam divinam justitiam, ne de tot offensis, quibus tali die irritatur, debitam sumeret ultionem; cum illa in extasim rapta, vidit cœlestem suum Sponsum, eo plane modo quo fuit à Pilato monstratus Judæis, cum hisce verbis, *Ecce homo.* Qua visione subito accensa desiderio quidpiam patiendi, dixit: O Jesu mi, quare ego non possum exponi omnibus istis molestiis, ludibriis, & indignitatibus, quibus te video affici à proditoribus hisce, qui te populo ostentant? Quare non possum à capite tuo auferre pungentem istam coronam, quæ te affligit, ipsamque imponere capiti meo, quandoquidem pro me ipsam feras, tantosque dolores & cruciatus patiaris? Post quæ verba vidit, quod Jesus, satisfacturus desiderio ejus, porrigebat ei, sicut olim S. Bernardo, fasciculum myrrhæ, id est Passionis suæ: quapropter oravit affectuose prædictum Sanctum, ut ipsam præpararet ad eum digne excipiendum, ac mentem ejus Christi sanguine purificaret. Deinde sigillatim nominavit omnia Dominicæ Passionis instrumenta, & brachia tendens demonstrabat se donum istud acceptare; junctisque ante pectus in crucis formam manibus, dixit, *Fasciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.* Tum concidit in terram toto corpore tremens, monstrabatque se ultra modum cruciari: quia (sicut postea retulit obedientiâ urgente) eo ipso instanti non solum interius, sed etiam exterius perferebat tormenta acerbissima. Intellexit autem eodem tempore, quod dilectus suus Jesus ei gratiam feciisset, ut haberet arma efficacia ad resistendum communibus inimicis, qui tunc eam crudelius impugnabant. Neque hic steterunt favores cælestes: quia cum dedisset ei Deus fasciculum myrrhæ, id est donū mœroris ac doloris, voluit reficere eam à pœnis quas toleraverat ipsum recipiens, remunerando eam incomparabili gaudio. Cum
amplectitur Iesum infantem: enim diu desideraſſet videre Jesū talē, qualis prodiit ex purissimo utero Mariæ, non solum cupidini ejus factum est satis, sed etiam concessum ut infantulum Jesum aliquanto tempore teneret inter brachia. Est autem impossibile dictu, quantam tunc lætitiam præferret in vultu; & quomodo verbis affectu plenissimis, profundissimæq; humilitatis actibus blandita sit cælesti parvulo, reverentissime excepto: quare id relinquimus piæ contemplationi spirituum devotorum, qui hæc lecturi sunt. Sufficit dicere, quod grandibus istis gratiis roborata, melius deinceps potuerit E
XXVIII resistere diabolicis tentationibus. Hæ tamen crescebant indies, cum dæmon satageret, modo ut accenderet in ea desiderium honorum & dignitatum mundanarum, modo ut in desperationē ipsam præcipitaret, simulque persuaderet ne vellet frustra fatigari, seque citra utilitatem exerceret in vita religiosa. Unde fiebat ut in omni actione sua crederet offendi à se Deum: ante cujus imaginem cum aliquando transiret, extraordinaria devotione pressa, in terram corruit, præ affectus commoti teneritudine; atque in duarum horarum raptu demonstravit ei Dominus, omnes culpas atque defectus, quos in omni vita unquam commiserat. Quæ visio fecit ipsam effuse plangere, atque dicere: Libenter irem in infernum, Deus meus, si modo per hoc effici posset ut numquam te offenderim. Sed non ideo cessarunt tentationes: & illa econtrario non cessabat excogitare novos modos ad communem adversarium debellandum. Itaque aliquando rogavit Matrem Priorissam, ut pro majori sua mortificatione post tergum sibi religarentur manus: tantumque Deo placuit actus hic humilitatis, ut statim eam sublevarit in extasim, & per
F hebdomadem integram divino spiritu confortaverit.

Tentata contra paupertatem 63 Tantis vero bonis invidens diabolus, sæpius ei apparebat sub formis diversis, modo ostentans illi voluptates mundanas, modo humile & abjectum videri faciens eum, qui adeo sublimis & nobilis est religiosum statum; imprimis autem cruciabat eum circa paupertatem. Cum enim, ut jam dictum, unicam dumtaxat tunicam gestaret, non poterat perferre adeo magnam perfectionem. Sed Matres, timentes ne sic tenuiter leviterque vestita ægre posset sustinere hiberna frigora, nec tamen volentes mutationem imperando ipsam conturbare, deliberarunt quo modo Mater Priorissa incommodo isti dextre occurreret. Itaque in nocte S. Joannis Euangelistæ post Matutinum, fecit illam Priorissa venire ad medium Chorum, & dixit, quod volens eam magis in paupertate perficere, jubebat ut se veste propria spo-
per obedientiam liberatur. liaret, indueretque aliam sibi pro Dei amore dandam, si aliæ Matres Sororesque in id consentirent. His autem consentientibus & lacrymantibus ad conspectū exempli tā sancti, Mater Priorissa jussit eā exui, & indui tunica alterius Sororis; dicens, quod hanc ei dabat pro amore Jesu, volens ut ipsâ uteretur, donec

EX ITAL. VINCEN. PICCINI. *cum sensu ipsorum dolorum ejus.*

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

eam repeteret. Hoc facto infracta vehementer eſt diabolica tentatio circa materiam paupertatis,& ipſa pariter ſenſit tantum gaudium ſpirituale, ut rapta in extaſim videretur ſibi participare deliciis animarum in cælo beatarum, & æternæ gloriæ veſtimento decoratarum. Præterea vivas accepit cognitiones,quibus intelligeret, quanti æſtimandæ ſint quantumque amandæ virtutes humilitatis & paupertatis, per quas fiunt animæ felices in cælis,& hominibus ſuper terram honorabiles.

C.XXIX *Videt S. Auguſtinum in gloria*

64 Eodem anno MDLXXXVIII in Vigilia S. Auguſtini, cum occuparetur in negotiis monaſterii, & in honorem illius Sancti una cum Sororibus aliquibus recitaſſet tot Pſalmos,quot ſunt nominis ipſius litteræ; rapta in extaſim,cœpit magno cum affectu orare Deum, ut ſibi oſtenderet gloriam iſtius Sancti,& per illius interceſſionem concederet Sororibus monaſterii gratiam aliquam. Neque vanæ fuerunt preces, quia ſtatim vidit (ſicut ex ejus verbis poſtea intellectum eſt) quod Dominus per illius Sancti merita,
B multa ſpiritualia dona illis communicabat. Veſperi autem, poſita in Choro poſt Completorium, dum caneretur Salve Regina, vidit S. Auguſtinum, gloria æterna circumdatum:quare fixis in cælum oculis, & plena divino lumine, cœpit prædictum Sanctum alloqui, cum admirabili ſpiritus fervore tantaq; verborum energia, ut ea annotare impoſſibile Monialibus fuerit. Aſt nocte ſequenti, Matutinos Pſalmos cum aliis recitans, quando ad eorum medium perventum erat,ad partem ſecedens, denuo fuit alienata à ſenſibus & ſimili rurſus modo S. Auguſtinus ei apparuit,qui cum ea abſolvit Officium inchoatum; quemadmodum ſatis intelligebatur, ex eo quod verſum unum diceret ipſa, taceretque ad alterum, dum ſcilicet ipſum pronuntiari audiebat à Sancto. Eodem tempore audivit etiam melodiam Angelicam, ideoque dixit, Quam alii ſunt hi cantus ab iis quos hic in terra conſuevimus audire! Finito Officio cœpit orare Jeſum verbis devotiſſimis, ut vellet venire ipſique ſe unire in ſanctiſſimo Sacramento: perſeveranſque in raptu, ivit ad percipiendam loco ſolito Communionem una cum aliis; ac genibus flexa manſit donec veniret Confeſſarius, Sacram Euchariſtiam præbiturus Sanctimonialibus: itáq; communicavit necdum abſoluta à raptu: in quo uſque adeo
C fuit inflammata divino amore, ut videretur præ teneritudine animi colliqueſcere, proferens verba tam ardentia & affectuoſa, ut cor quantumlibet obduratum emollire potuiſſent. Atque ita nox iſta peracta eſt in contemplationibus devotis.

& cum eo Officium recitans audit cantus Angelicos.

C.XXX *Superat tentationem dimittendi habitum,*

65 Quamvis videret hoſtis humani generis fruſtra ſe laborare, ut Sponſam Chriſti abduceret à ſua ſancta vita; non tamen deſinebat renovatis identidem pugnis ipſam laceſcere & exercere. Quia ſub majoris boni prætextu cœpit ei ſuadere, quod animo longe quietiori ſervitura eſſet Deo, ſi depoſita veſte religioſa, ad auxilium pereuntium in mundo animarũ,ad hunc reverteretur. Sed indies firmiorem in propoſito ſancto reperiens, aggreſſus eſt illam denuo ſub horribilium ſpecierum varietate terrere, comminando multas injurias ei ſe illaturum, ſi ſuæ ſuggeſtioni malignæ non conſentiret. Verum illa,nihil aut minas aut injurias curans, ſemperque in Dei ſervitio ferventior,ut ſe eximeret à tentatione dimittendi habitũ, die quodam ſumpſit claves monaſterii, eaſque collocavit intra manus Crucifixi, ut oſtenderet, quod ipſi ſoli obedire vellet in ſervanda clauſura. Poſtea in nocte S. Andreæ, decantans cum

& ſeipſam necandi,

aliis Sororibus Matutinum, impulſa gravi tentatione ut ipſa ſe læderet,ivit in Refectoriũ, cultrumque accepit: quem durante ecſtaſi ad Chorum ferens, aſcendit altare Beatæ Virginis, atque ei cultrum dedit in manus, ad obtinendam victoriam de ejuſmodi D tentatione; deinde ipſum conculcavit pedibus in vilipendium tentationis. Alias ad eumdem effectum juſſit ſe in cella ligari per Matrem Prioriſſam: & in præmium tantæ humilitatis, vocavit eam Deus ad intellectiones divinas, nec parum ad novas pugnas roboravit. Cum tamen ideo non ceſſarent impulſus diabolici, modo ad ſuperbiam, modo ad habitum abjiciendum; currebat ſubito ad Prioriſſam, & coram Sororibus aliis,ſune collum adſtricta manuſque ligata, petebat humili prece veſtem religioſam ſibi relinqui: quibus mortificationis & humiliationis actibus victrix remanebat. Verum vix unam tentationem ſuperaverat, quin aliæ graviores ſuccederent. Solicitata aliquãdo ne obediret Superioribus juſſa eſt à Matre Prioriſſa corã aliis vovere perpetuã obedientiã. *aut obedientiam violandi,*

66 Quandoque Miſſæ ſacrificiũ audiens atrociter cruciata fuit à dæmonibus, hac illac illam jactantibus & raptantibus magno cum impetu,ſub oculis ipſarum Monacharũ, quibus magnæ erat compaſſioni. Ut vero magis proficeret in exercitio virtutis, applicavit ſe vilioribus & abjectioribus culinæ miniſte- E riis; neque Sanctimonialibus ſolum, ſed etiam Converſis ſubjectam ſe obedientemque exhibebat, in earum auxilium ligna, carbones, aquam apportando, nuſquam ſibi parcens, velut ſi fuiſſet contemptiſſima perſona monaſterii. Additur autem quod eo tempore incedebat diſcalceata & viliter veſtita, ſicut ei Dominus imperaverat: ita ut dici nequeat quomodo iſtiusmodi exercitiis ſit mortificata. Serviverat aliquando Sororibus ad menſam, & ſingulorum pedes erat deoſculata;cũ alienata à ſenſibus,in præmiũ iſtius actus,accepit à Jeſu ſuo oſculum, meruitque videre Sanctos Joannem Euangeliſtam & Catharinam Senenſem, qui catenis arctiſſimis religabant dæmones. Itáque triennium totum perſeveravit, continuo pugnans, ac vincens humilitate ſuperbiam. *humilitatis varia actibus.*

CAPVT VII.

Similium tentationum, & admixtorum eis favorum proſecutio.

67 C.XXXI

SUperata etiam cum Dei adjutorio tentatione dimittendi habitum, accenſa fuit deſiderio interius ipſum induendi: eaq; ſuper re calidas ad Deum preces effundens, cum die v Auguſti anno MDLXXXVIII legeret Vitam S. Didaci, cui perquam devota erat, fuit alienata à ſenſibus: cognitumque ex ejus verbis eſt, quod prædictus Sanctus ei monſtrabat habitum candidum & pulcrum, acceptum ex latere Filii Dei. Itaque cœpit duplicare preces cæleſti Sponſo ſuo, ut illum ipſi concederet; & ſigillatim nominabat Sanctos ſuos Patronos, denuo ſupplicans Salvatori, ut quoniam is erat dies S. Alberti Advocati ſui, totam interius vellet veſtire, ut majori cum fervore poſſet Sanctum iſtum imitari. Effectum ſuum habuere tam incenſæ preces: dum enim oculos ad Jeſum Chriſtum Crucifixum flectit, vidit ex ejus latere prodire pretioſiſſimam tunicam, è manu dextra ſcapulare, cingulum è ſiniſtra, ex capite ſpinis coronato velum candidum, & ex plaga collo inflicta dum crucem geſtaret pallium luminoſum atque reſplendens. Tum ſpiritu divino impulſa,inſiliit ſupra altariolum, in quo ſtabat Crucifixus; dumque eam fixis oculis intuetur, ex geſtibus illius cognoverunt Monachæ præſentes, quod interius veſtiebatur ſacra illa tunica, Poſtea magno cum affectu amoris oſculata eſt vulnus lateris, ex qua veſtis prodierat: atque ex ſingulis plagis Crucifixi recepit ſingula ſupradicta. Coronam porro, cereum & crucifixum, quæ ſolent porrigi à Sacerdote religioſum habitum ſuſcipientibus, exhibuit ei Regina cæli: id

F *Accepto ex vulneribus Chriſti habitu interno,*

ſicut externus ſolet à Religioſis ſuſcipi,

A id enim clariſſime indicabant verba quæ tunc proferebat; & quia oſculabatur imaginem quandam ſanctiſſimæ Virginis, eodem prorſus modo quo antea fuerat oſculata imaginem Crucifixi. Notabile etiam fuit, quod non omiſerit vel minimam ceremoniam, præſcriptam in ſuſceptione iſtiuſmodi habitus; ſolum reticuit Verſus, qui tunc cantari ſolent; quantum tamen poterat conjectando percipi, audiebat eos cantari ab Angelis in paradiſo; dicebat enim: O quàm vere hoc dicitis: alii profecto ſunt hi cantus quam qui fiunt in terris.

Communionem ſumit de manu Domini.

68 Poſtea Communionem Dominici corporis de manu ipſius Jeſu accepit, quia non potuerat illo mane propter continuos raptus communicare cum ceteris Sororibus: dixit autem, *Confiteor. Domine non ſum digna, &c.* videruntque præſentes Monachæ quod os aperiret, omniaque faceret quæ faciunt communicantes. Deinde cumulata gaudio incredibili, cum affectu devotionis, dixit; *Dilectus meus candidus & rubicundus, ſpecioſus forma præ filiis hominum, electus ex millibus. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Collocavit ſe in anima mea. Dilata cor meum, ut inducat omnem creaturam ad communionem Corporis & Sanguinis tui. Quam bonus Iſrael Deus!* Sumptoque Crucifixo dedit eum
B Monachis deoſculandum: tum commendata Salvatori ſalute creaturarum, & actis de dono tam ſingulari gratiis, rediit ad ſuos ſenſus à raptu, in quo continuas tres horas egerat.

XXXII *Integriſati redditi vinũ corruptum,*

69 Eodem anno, cum circa finem menſis prædicti corruptum eſſet in monaſterio vaſculum vini, tunc minime eo loco affluentis, & defectu pecuniarum haud facile comparabilis, unde varia Monachis naſcebantur incommoda; Sorori Mariæ Magdalenæ ad id vocatæ injunctum per obedientiam fuit à Matre Prioriſſa, Sor. Euangeliſta Jucundi, ut facta ferventi oratione reſtaurationem illius vini peteret à Deo, ne damno afficeretur monaſterium. Tunc Dei famula ſtatim in preces ſe dedit: deinde in extaſim rapta, proceſſit velociter verſus locum ubi ſolent reponi vinaria vaſcula. Vix autẽ ſupra vinum expreſſerat ſignum Crucis, quin illud ad priorem ſaporem rediit, itáque proviſum eſt neceſſitati monaſterii ad tempus aliquod. Eodem inſtanti ægrotabat Monacharum una, dicta Soror Maria Angela Santucci, vehementi dyſenteria laborans, adeo ut de ejus ſalute non parum medici dubitarent. Sed miraculum ſupraſcriptum intelligens, petiit aliquantum iſtius vini; eoque cum fide magna hauſto, ſtatim ſenſit alleviari malum: & paulo poſt ſe reperit ex integro ſanam, cum grandi ſtupore Sororum aliarum. Ipſa autem etiam nunc vivens, miraculum in ſe factum jurejurando teſtatur.

cujus hauſtu dyſenterica ſanatur.

C

XXXIII *Videt animam è purgatorio liberatam,*

70 Die III Februarii anno MDLXXXIX, in extaſim raptæ conceſſum fuit à Deo, videre animam unius ex Sororibus monaſterii, quæ poſtquam diebus ſedecim fuiſſet in Purgatorio, ferebatur in cælum circumamicta æternâ gloriâ: intellexitque eam tribus de cauſis tamdiu excluſam à Paradiſo fuiſſe. Primum, quia cum eſſet in opere manuum perquam ſolers, diebus feſtivis tribus fecerat reculas aliquas abſque neceſſitate. Secundo, quia ſenior in Religione exiſtens, aliquando ex certis humanis reſpectibus omiſerat communicare cum Superioribus inſpirationes, ſibi immiſſas à Deo, pro bono ſtatu monaſterii. Tertio, quia nimium amans conſanguineorum ſuorum fuerat. Indicatæ etiam ipſi fuerunt tres ejus virtutes, propter quas abbreviatæ fuerant pœnæ. Scilicet ſolicita cura, quam ſemper habuerat ad conſervandam puritatem & ſimplicitatem ſuæ Religionis; ſecunda caritas, omnibus Sororibus promiſcue impenſa; tertia, quod rem quamlibet verteret in bonum finem. Videbat ergo quod felix illa anima, di-

deferri ad cælum.

ves meritis, ad fruitionem ſummi boni ferebatur inter Angelum ſuum Cuſtodem & S. Miniatum Martyrem, quem eo anno Patronum ſibi legerat: mirabiliter autem exhilarata Maria Magdalena tam nobilis objecti viſione, videbatur non poſſe contineri, quin ipſam ſequeretur, deſiderans frui dilecto ſuo Sponſo Jeſu Chriſto. EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

XXXIV *Tentatur vitio gulæ,*

71 Interea dæmon, de voluntate impugnandi eam nihil remittens, horribilem tentationem gulæ eidem excitavit. Quamquam autem adeo vile peccatum prorſus contrarium eſſet inclinationi ejus naturali, multoque magis propoſito quod habebat utendi ſolo pane & aqua; non tamen potuit evitare, quominus graviſſime inſtigaretur, nunc ut cibum otioſe ſumeret, nunc ut ejuſmodi fercula deſideraret, quæ licet recluſa in armariis, viſibiliter offerebantur ante oculos ejus. Cum enim tranſiret per loca, ubi repoſiti cibi corporei erant, ſubito videbat coram ſe aperiri apothecas; itáque facta ſumendi quod vellet poteſtate, ſupra modum ſe tentari ſentiebat. Sed quanto peccatum iſtud credebat eſſe ſordidius indecentiuſque, tanto magis humiliabatur ex tali tentatione; ſolita dicere alicui Sororum, quod Deus non poſſet illam dæmonibus tradere exercendam in re magis ſibi moleſta, quam erat ſibi tentatio gulæ. Et tamen, inquiebat, cogor deglutire buccellas illas, amaras ſimul & dulces: dulces, quia miſcentur cum Dei permiſſione; amaras, propter confuſionem pœnamque quam adferunt. Comedens quandoque pomum quodpiam, eo die quo licitum ei erat veſci Quadrageſimalibus cibis, afficiebatur tam tenere contemplando in ejus ſpecioſitate divinam providentiam & liberalitatem Creatoris, ut ſaporem ejus non perciperet guſtando. Per talia autem exercitia, atque imprimis per cognitionem infirmitatis propriæ, quia hanc pugnam movebat res tam vilis quam eſt appetitus ciborum, humiliando ſe magis coram Deo, vincebat diabolicas ſuggeſtiones. E *& vincit.*

XXXV. *ad deſperationem impulſa,*

72 Non tamen ullatenus hæ remittebantur. Hoſtis enim infernalis, eximiam ejus conſtantiam videns, cœpit ipſam arcem per deſperationem impetere vehementiſſime; ſuggerens ei quod eſſet damnata, quodque propter gravia peccata ſua deſeruiſſet eam Deus. Aliquando ſubjiciens, quod coram Deo numquam eſſet repertura miſericordiam, uſque eo cœptum prælium urgebat, ut incitaret ad mortem propriis manibus conſciſcendam, ſive immerſo in guttur cultro, ſive per laqueum collo injectum. Sed ipſa in ejuſmodi actibus, ſicut poſtea retulit Prioriſſæ, cum lacrymis copioſis vovebat Deo, quod illum numquam vellet offendere: neque omittebat Dominus in ejuſmodi conflictu favoribus cæleſtibus eam corroborare. Ergo in die S. Thomæ Aquinatis rapta extra ſenſus, vidit gloriam illius, æterna luce in Paradiſo cincti: ab eoque (ut narravit per obedientiam compulſa) ſuaviſſimo quodam & mirum in modum odorifero liquore uncta fuerunt ei ſenſuum organa, ipſumque cor, ut eo confortata non vinceretur ab inimicis. In eodem raptu ex glorioſo iſto Sancto didicit, quod ariditas ſpiritus ejus multum adhuc eſſet augenda; quod difficulter credere poterat, eo quod videretur eſſe ſumma. F *videt gloriam S. Thomæ Aquin.*

Contra obedientiam ſollicitata,

73 Paulo autem poſt cœperunt eam denuo pulſare tentationes, tantaque cum violentia ipſam premere, ut cum aliquid ei mandaret Prioriſſa, ſæpe cogeretur verbis recuſare obedientiam, licet animus eſſet ad eam exequendam promptiſſimus; mox autem atque ea pronuntiaverat, proteſtabatur Deo cum lacrymis, quod mori mallet quam non obedire Superioribus ſuis. Itaque inter manus Matris Prioriſſæ renovabat prompte ſuam Profeſſionem: & Dominus ad celeriorem ejus in virtute progreſſum, Superiori-

bus

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

bus inſpirabat, ut pœnitentias ejus mortificationeſque geminarent: quod illa excipiebat & exequabatur lætiſſimo vultu, non ſine exemplo ſanctitatis præclaræ. Tum vero rapiebatur in ecſtaſim, & ad certamen ſpirituale inungebatur: quod tum alias ſæpe, tum potiſſimum in feſto Annuntiationis anni ipſius contigit; quando alienata à ſenſibus, pene ſex horas continuas locuta eſt de Verbo incarnato, tam ſublimi modo, ut quiſquis eam audiviſſet, fuerit in admirationem rapiendus. Præterea videbat aliquando plurium Sanctorum gloriam in Paradiſo, ac nominatim S. Didaci ſui ſpecialis Patroni, à quo ſæpe confirmata & inſtructa fuit ad victoriam, de diabolicis inſtigationibus referendam. Non ideo tamen minus augebatur in ea ariditas ſpiritus, neque in medio ſuarum tentationum pro remedio ſumpſit recurrere ad Matrem Prioriſſam, eique omnia communicare: ſed dæmon conturbans eam faciebat ut ſæpe aberraret à via, credenſque ſe ad Prioriſſam ire, alio in loco inveniret. Præterea quando ſe conferebat ad Capitulum, ibi publice accuſatura ſuos defectus, taliter agitabatur aliquando blaſphemiis horribilibus dæmoniorum, ut iis in ſuas aures reſonantibus ægerrime illuc poſſet pertingere. Sed per actus humilitatis ac reverentiæ ſuperabat fraudes diabolicas, & plus luminis ſpiritualis recipiebat à Deo.

confirmatur à S. Didaco.

B

C. XXXVI *& variis mortificationibus exercita.*

74 Sæpe oſculabatur pedes Sororum omnium, & aliquando manibus poſt tergum ligatis petebat à ſingulis ſigillatim veniam defectuum. Alias coram Matre Prioriſſa aut alia quapiam Sorore dabatur ei diſciplina; & ſæpe exiſtens in refectorio elata voce appellabatur à Superiore, jubebaturque circumire cum ſportella, & à Sororibus buccellam panis pro Dei amore emendicare: deinde vero mandabatur ei ut ſederet humi, itáque comederet panem acceptum. Alias proſternebatur in terram, & ſuper ipſam tranſibant omnes Sanctimoniales: quin etiam ſemel in Choro exiſtens, juſſa eſt ad lignum quoddam manibus retroverſis ligari. Ipſa vero tam hilari animo excipiebat omnes iſtas mortificationes, ut cum ei tunc veniſſet in mentem, quomodo Jeſus eſſet flagellatus ad columnam; fuerit ſtatim in ſpiritu rapta, & tam ſublimia ſit locuta in ecſtaſi iſta, ut audientes ſummopere mirarentur.

inſigni humilitate victrix evadit.

C

75 Altera vice reducta in Chorum, accepit funem valde craſſum, quo manus ſibi retro conſtrinxit; tum oculos ſibi velari fecit, ſeque vinciri ad crates altaris, ut tranſeuntes iſtac Monachæ moverentur ad riſum, ipſamque vili penderent. Verum longe aliter evenit: illæ enim cum vidiſſent tam lacrymabile ſpectaculum, nulla fuit quæ non ſenſerit ſe ad devotionem accendi: cumque interrogata eſſet à Prioriſſa, quare id feciſſet; reſpondit, ut fieret magis humilis magiſque prompta ad obediendum. Poſtea eamdem cum lacrymis effuſis oravit, dignaretur Sanctimonialibus imperare, ut, cum ipſa ad altare illud erat acceſſura propter quamdam devotionem, illæ ad magis ipſam humiliandam dicerent hæc verba: Soror Maria Magdalena, hoc tibi accidit propter defectus tuos; & quia nimium vis agere more tuo. Fecit quod rogabatur Mater Prioriſſa: & Sor. Maria Magdalena tanta cum humilitate ſingulas petebat veniam, ut emolliret omnium animos. Poſt horam vero quam in his egerat, diſſoluta fuit à Prioriſſa cum fructu exempli optimi. Interim defixerat oculos in quamdam imagnem ſanctiſſimæ Virginis, fuitque alienata à ſenſibus, & intellexit à Domino, quod iſte humilitatis actus per quam gratus ei fuerit. Ideo multitudo dæmoniorum confuſa circumdedit eam cum fremitu & ululatu tam horribili, ut non modicam ipſi moleſtiam eo facto attulerit.

76 Ad cumulum vero majorem afflictionis, non diu poſt apparuit diabolus aſpectu terribili, dum orationi vacabat. Unde ſtupefacta conterritaque ſupra modum impalluit, & Sanctum Archangelum Michaelem de cælo in ſuum auxilium advocans, dicebat; O Verbum! ô Verbum: *In te, Domine, ſperavi, non confundar in æternum.* Poſt quæ verba profunde ſuſpiravit; verſaque ad dæmonem dixit ei, Quid me vis, ô beſtia horribilis? *O bone Jeſu,* in aſpectu meorum peccatorum quæ intueor meorumque adverſariorum, videor mihi experiri infernum. Sed vos, o dæmones, ſi me diglutieritis, cogemini etiam me evomere. Dum autem viſione tam horrifica affligebatur, facta eſt facies ejus livida tota, & præ anguſtia erumpebat ſudor copioſe diſtillans. Deinde cum impetu fuit alliſa in terram, & crudeliter raptata: modo enim per caput affligebatur ſolo, modo corpore toto præcipitabatur; unde vultus ejus inflatus eſt, ut diebus pluribus fuerit curanda. Ipſa tamen divinæ voluntati ſe conformans, ſubjunxit: Quando pro arbitrio tuo me cruciaveris, ô tremenda beſtia, quid tandem eviceris? *Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo.* Deinde ſeſe in pedes erigens, atque ad quoddam altare reclinans, denuo violentiſſime proſtrata eſt: ſed ipſa ad cæleſte auxilium recurrens, *Exurgat,* inquit, *Deus, & diſſipentur inimici ejus.* Vertens autem ſe ad dæmones, addidit: Modo non poteſtis amplius facere, quam vobis Sponſus meus permittat. Non nego quin fortis ſis, ô beſtia horribilis, quodque ego per me infirma ac debilis: ſed adeſt mihi Dominus meus, infinities fortior validiorque quam tu. Non recogitatis, ſtulti & ignari, quod ſim cum Jeſu meo? eque mihi nocere poſſitis, non intelligitis quod pugnis toties repetitis glorioſius me faciatis triumphare.

D

C. XXXVII *Horribili ſpecie à dæmonibus invaſa*

direque raptata,

E

77 Inde, ſumpta in manus diſciplina, paulatim à ſe abegit dæmones per duas vices. Nam primum, ab illis ſe videns circumdatam, humi ſe poſuit, ad dexteram & ſiniſtram partem percutiens diſciplina, idque mira cum agilitate ac celeritate: deinde per totum oratorium obambulans, in quo tunc erat, percutiebat parietes & ſcamna, ut in hoc videretur ſimilis filio Dei, quando expulit vendentes è templo. Vidit poſtea multos iſtorum dæmonum receſſiſſe in varias monaſterii partes, ad alias quoque Sorores tentandas; ſed in Capitulum intrare non potuerant, propter actus humiles ac reverentes qui ibi exercentur. Videbat ergo aliquos in loco ubi Sorores communicant, & Dei verbum audiunt: qui multum laborabant, ad inquietanda corda earum cogitationibus terrenis, quibus impedirentur cognoſcere unionem iſtam mirabilem, qua in huius cæleſtis cibi ſumptione eis ſeſe jungebat Deus. Aliquos intuebatur in ergaſterio, qui Sorores impellebant ad ſegniter laborandum, & abſque zelo ſublevandi paupertatem domeſtica. Alii in refectorio tentabant Monachas, ut parũ devotæ nec attentę ad lectionẽ cibũ ſumerent. Accidit etiam ut ipſâ alio die in ecſtaſim raptâ, cum divinę laudes canebantur in Choro, multitudo dæmonum ſtaret ante oſtium, parata ad ingreſſum. Jamque unus eorum penetraverat intro ad tentandas Chriſti ſponſas; cum bona Mater, fervore ſpiritus accenſa, quaſi volans ingreſſa eſt Chorum; manuque Crucem apprehendens, cum ea expulit malignos omnes ſpiritus. Sed quamvis omni fere hora multos videbat per conventum, intentos ad Sanctimoniales abducendas à ſemita Paradiſi; multo nihilominus plures Angeli oſtendebantur ei à Domino, qui ipſas confortabant ut generoſe reſiſterent tentationibus.

accepta diſciplina eos abigit,

videtque diſperſos per conventum ad alias tentandas.

F

78 Sor. Barbara Baſſi, Monacha profeſſa, pluribus annis laboraverat toto corpore, contagioſo quodam morbo; unde in cibo capiendo multum pa-

C. XXXVIII *Sanat leproſam*

A *Sanat leprosam,*

patiebatur incommodi, nam etiam ipsæ medicinæ graves accidebant: adeo ut medici perparum vitæ eidem promitterent, eo quod ipsius malum paulatim carnes consumeret. Pluries illa se commendaverat orationibus Sor. Mariæ Magdalenæ, quæ anno MDLXXXIX die quodam ad ipsam visitandam accedens, tanta caritate incendi cœpit, ut linguâ manus ac brachia male affecta lingeret: deinde cum dixisset infirmæ, ut confideret Deo & Beatæ Virgini, quoniam cito sananda erat, ab ea discessit. Res mira! Intra paucos dies mundata fuit à morbo suo, adeo perfecte, ut nec vestigiu quidem in ejus carne appareret. Eodem tempore erat in monasterio Conversa, nomine Sor. Pax Columbini. Huic totum unum latus doloribus excessivis ita emortuum erat, ut absque ullo deinceps sensu caro ei potuisset per lora discindi. Quare humanum auxilium desperans, rogavit Sor. Mariam Magdalenam, ut pro amore Dei signare se vellet. Aliquantulum ei præ humilitate restitit bona Mater; tandemque fortiori caritatis ardore stimulata, tertio eam signavit signo sanctæ Crucis. Dici autem non potest quam cito post ejusmodi signaculum liberam se à morbo Soror ista senserit, statim ad obeunda monasterii ministeria se accingens: ipsaque hodiedum superstes clarum huic miraculo testimonium præbet.

& alterius emortuum latus.

B

C.XXXIX *Videt animam mortuæ Sororis in cælum ferri,*

79 Eodem anno die v Junii ad meliorem vitam transiit quædam ejusdem monasterii Professa, cui ægrotanti Sor. Maria Magdalena multa eximiæ caritatis obsequia impenderat, & corpus adhuc in ecclesia stabat: quando illa cum Sororibus aliis intenta communibus exercitiis, divinitus mota abiit ad crates Capituli, unde demortuæ Sororis funus videri poterat. Vix eo pervenerat, quin rapta in ecstasim est, viditque felicem ejus animam ad Paradisi gaudia sublevari: quare in has voces prorupit: Vale, Soror; vale, anima beata. Tu vadis in Paradisum instar purissimæ columbæ, nos autem hic relinquis. O quam glorioſa & formosa es! Quis poterit pulchritudinem tuam explicare? Quam brevi tempore fuisti in flammis istis! Necdum sepulturæ traditum est corpus tuum, & jam nunc anima ad gloriam subvolat. Nunc clare cognoscis, id quod cum adhuc simul essemus in mundo dicebam tibi, quod nihil tibi videreris esse passa, respectu ejus gloriæ, quam Jesus tibi repositam habebat in Paradiso. Interea manifestavit ei Dominus, quod anima ista, quia in hac vita multum fuerat perpessa, & maximi fecerat Indulgentias sacras, tamquam merita Jesu Christi, solis quindecim horis manserat in purgatorio. Jam vero corpus sepultum erat, cum sibi restituta à raptu Maria Magdalena, dixit, eodem momento quo id fiebat, animam quoque fuisse receptam in cælos.

C

itemque alteram in Purgatorio.

80 Circa idem tempus, dum oraret corã sanctissimo Sacramento, conspiciendam ei se præbuit alterius ex eodem monasterio Sororis anima, quæ pro defectibus suis detinebatur in purgatorio. Videbat autem illam (sicut retulit) vestitam pallio flammeo, subtus vero indutam veste candida, adorare magna cum reverentia cibum Angelorum: postea intellexit, quod flamma illa, quæ ipsam undequaque circumdabat, & in qua debebat una hora quotidie stare in templo adorans sanctissimum Sacramentum, fuerat ei data in pœnam, eo quod sæpius neglexisset sacram Communionem. Sed quod candida vestis, multam consolationem ipsi adferens, concessa ipsi erat in præmium suæ virginitatis & puritatis semper servatæ. Postea vidit ipsam purificatam subvolare in cælum, anno eodem MDLXXXIX.

CAPVT VIII.

Favores expleto Probationis quinquennio cælitus accepti: vitæ per reliquam ætatem forma.

IAm ferme transacti erant anni quinque, quibus Sor. Maria Magdalena tam dire oppugnata fuit tentationibus infernalium inimicorum; [cum in die Resurrectionis Dominicæ, XXII Aprilis anni MDXC, in oratorio Novitiarum, quarum tunc pædagoga erat, precibus incumbens, alienata à sensibus est; intellexitque Deum à se exigere, ut quinquaginta dierum jejunium inchoaret usque ad Pentecosten, prædictum quinquennium completuram, in supplementum defectuum, toto illo tempore inter ferendas tentationes afflictionesque admissorum, decem dies computando pro annis singulis. Præhabita ergo Superiorum licentia, instituit quotidianum in pane & aqua jejunium: & quamvis ordinarium ejus stratum aliud non esset quam durus saccus palea fartus, quietem tamen super ipsum nequaquam sumebat, nisi semel in hebdomade per noctem diei Dominicæ; ceteris noctibus incumbebat nudo pavimento intra oratorium prædictum ad horas pauculas, habens penes se defuncti cranium, crucem & horologium arenarium. Deinde ad consueta sibi mortificationis ac pœnitentiæ exercitia, omni fere die addebat rigidam disciplinam, diuturna flagellatione, ad quam gravi catena ferrea utebatur, carnem suam macerans. Ita illa exequebatur ad unguem divinam voluntatem, non propter peccata ex delectatione noxiâ malitiâve commissa, sed propter defectus minimos, remissioris inter tormenta subinde tantillum amoris erga Deum & animarum salutem; ad confusionem illorum, qui grandibus onerati sceleribus, pœnitentiam omnem, quantumvis exiguam, intolerabilem arbitrantur.

81 CAP. XI.

Cap. 56 *Sub finem quinquennalis tentationis,*

E

post expiatos quinquagenali pœnitentiæ defectus,

82 His peractis, placuit Sponso ejus Jesu finem ponere tantis ejus laboribus, victricemque etiam in hac vita præmio incomparabili remunerare. Itaque ipsa nocte admirandæ solennitatis Spiritus sancti, die x Junii anni MDXC, in Choro cum aliis Religiosis divina Officia celebrans, inchoato hymno, Te Deum laudamus, stetit alienata à sensibus, absque loquela, usque dum Matutinum totum absolveretur. Postea vultus ejus mirum in modum cœpit claresscere: & ex verbis quæ proferebat manifeste patuit, quod ipsa hora conciperet animo cælestes ardores Spiritus sancti: cujus virtute fuerunt facultates animæ ejus prorsus purificatæ; multasque sententias de Scripturis sacris cum singulari devotione pronuntiavit, præsentibus Sanctis quibus singulariter devota erat. Qui mox eam eduxerunt è lacu leonum, id est, liberarunt eam ab afflictionibus, quibus velut in lacum immersa fuerat totis quinque annis, ad suam probationem; abstuleruntque dæmonibus omnem facultatem imposterum eam oppugnandi. Quare plena divinæ dulcedinis dixit, ***Eripuit me de manibus inimicorum meorum, & ipsi confusi sunt. Transivi per ignem & aquam, & eduxisti me in refrigerium.*** Habent ferocissimæ belluæ istæ (dæmones intelligebat) rhapsodia quædam temere collecta, cum quibus sperabant reverti ad Principem suum, ex eisque narrare grandia lucra relata contra me; sed Patroni mei ipsa eis eripiunt lacerantque, quia omnia mihi jam sunt purgata in sanguine Dei mei; & ex eo ipso, in quo se aliquid lucratos credebant, magis cruciantur: revertuntur enim absque ulla victoria. Quis autem capiet, ô Domine mi, quomodo id quod

F

in nocte Pentecostes,

ab iisdem liberatur.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI. mihi peccatum esse videbatur, peccatum non sit, sed jubilus & gloria animæ?

83 Vix ea dixerat, cum adhuc in ecstasi perseverans, convertit sese ad Prioriſſam & Magistram, quæ prope aberant; eisque manus stringens, cum inæstimabili jubilo ait; Venit & transiit (tempus scilicet probationis) nunc ergo juvate me ad agendas gratias & Deum glorificandum. Postea ad sensus suos revertit; sed ægre corpus restauraverat modico pane & aqua, quin iterum rapta in ecstasin est. Tunc conspexit grandem lucem, & in medio ejus Sanctorum devotorum suorum cohortem sic ordinatam, ut in septem paria divisi pulcherrimam formarent processionem. Erant hi (nam omnes sigillatim nominabat) S. Thomas Aquinas, S. Agnes, S. Joannes Euangelista, S. Maria Magdalena, S. Joannes Baptista, S. Catharina Virgo Martyr, S. Stephanus, S. Catharina Senensis, S. Franciscus, S. Clara, S. Augustinus, S. Angelus Carmelita Martyr, S. Michaël Archangelus, & suus Angelus Custos: quos deinde vidit simul omnes accedere ad Patrem æternum, atque ex ejus sinu accipere mirabilia quædam dona ad ipsam exornandam: significabantque, quod à cælesti Sponso suo mittebantur ad ipsam, in præmium afflictionum toleratarum quinquennio præteritæ jam probationis. Unde gaudio cumulata dixit; Videtur mihi, Domine mi, quod me velis remunerari pro ipsis (ut ita loquar) peccatis meis: etenim aliud nihil mihi feciſſe videor quam offendere te. Verum nota tibi sunt omnia.

A Patronis suis 14 visitata,

B

84 Deinde clare significavit, quod devoti sui Sancti ad ipsam veniebant, cum diceret: O Advocati mei, quantum mihi favetis! Itáque bini ac bini, quemadmodum ex ejus sermone colligebatur, ditabant eam variis è Paradiso allatis donis. Etenim unus imponebat capiti ejus coronam pulcherrimam, luce æterna cinctam; alius, torque aurea pectus ornabat; candidissima eam veste totam amiciebat tertius; quidam armillis pretiosissimis manus induebant; annulos quidam pretii incomparabilis digitis inserebant: erant denique qui gemmis præstantissimis cælestibusque gazis totam reddebant fulgentissimam. Ipsa interim cum maxima admiratione contemplabatur Sanctorum istorum inexplicabilem pulchritudinem, seque ab iis stipatam circumquaque inveniens, modo in hanc, modo in istam partem convertebatur; nec tamen satiari poterat inspiciendo vultus singulorum, divina luce radiantes. Unde eos quandoque alloquens dicebat: Vellem vos omnes simul uno oculi jactu videre, sed non possum: si enim ad dexteram me converto, non video eos qui mihi ad siniſtram assistunt; si ad siniſtram, privor conspectu eorum qui stant ad dexteram: & interim cuperem sic intueri uniuscujusque pulchritudinem, ut à nemine oculos removerem. Ostendit posthæc verbis suis, quod iidem Sancti incipiebant jubilare Domino, in hymnis & canticis atque tripudiis, propter victorias, Sponsæ ejus tempore probationis concessas. Erat igitur visu mirabile, quomodo etiam ipsa, magno cum decore ac majestate, tripudiando subsiliendoque daret lætitiæ suæ signa. Tum cœpit loqui sigillatim cum singulis qui aderant Sanctis, ipsosque nominatim appellando etiam nominare cælestis musicæ instrumenta, quæ ferebant manibus: eratque vultus ejus jucundus ac splendidus,

cælestibus donis ornatur,

& delectatur specie eorum,

C

victoriæ suæ applaudentium.

85 Postea, universam illam divinam cohortem simul alloquens, dixit: Volo ire ad omnia ea loca, ubi meus adversarius mihi conatus est nocere, ut ipsum & omnes ejus astutias ibi confundam. Itáque primum abiit ad eam monasterii partem, in qua amplius oppugnata fuerat; eoque perveniens, cantando tripudiandoque insultabat Satanæ: atque in principio eum alloquens, cœpit dicere, In vestrum despectum, festum agam in die Domini, vos autem ante ipsum irridebo & prosternar pedibus ejus. Statimque se dimittebat in genua, & mox erigens sese dicebat: De eo quod mihi hic accidit, coram Deo, ad vestrum supplicium augendum, gloriabor, indeque conficiam capiti meo coronam, atque ante ipsum humiliabor. Vos vero monstra infernalia, ululate & clamate quantum placet, quia anima mea non pluris vos æstimat quam papiliones, neque aliud jam curat quam de tam grandi munere Deo gratias agere. Deinde ad alia monasterii loca se contulit, ibique suavi voce cantabat, *Quis nos separabit à caritate Christi? Tribulátio, an angustia, an fames?* Aliàs subjungebat, *Omnia arbitrata sum ut stercora, ut Christum lucrifaciam. Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo?* Denique velociter adiit altare Beatæ Virginis, eique magna cum devotione dixit: O Maria purissima, offero tibi, non solum puritatem istam & innocentiam quam recepi cum me tibi consecravi; sed insuper augmentum majoris purioriſque ornatus, quem nunc acquisivi. Recipe igitur me, Maria, atque in te conserva. Tum vero reversa est ab ecstasi: & quamvis donis tam singularibus ditatam se nosset, tamen cum profundissima humilitate sese inclinavit Sororibus, quæ maximo numero istuc accurrerant; sicque ad communes monasterii occupationes se retulit.

D

insultat dæmonibus,

seque commendat D. Virgini.

E

86 Neque hic finis divinarum gratiarum: sequenti enim die lunæ, secundo Pentecostes, post sanctissimam Communionem rapta in ecstasin, intellexit quod Jesus eam volebat magno quodam dono præmiare. Id est, quod deinceps præ oculis habitura esset Dei præsentiam valde sublimem, pro eo quod fuerat horrendo dæmonum aspectu cruciata. Cœpitque exinde videre dilectum suum Sponsum: unde ipso illo instanti repleta fuit lætitia ineffabili, in eumque oculos defigens dixit: O Sponse mi (abhinc enim sic à me appellabere) non est tam horribilis conspectus dæmonum, quin multo delectabilior tuus sit: es enim, sicut inquit Propheta, *Speciosus forma præ filiis hominum.* Quemadmodum nullo non loco occurrebant spectra terrifica spirituum istorum malignorum; ita nunc semper ambulans sive stans, loquens aut aliud quidvis agens, videbo te, Dilecte mi. Et sicut illi, non solum visui meo mentali, sed sæpe etiam corporali ingerebant sese sub formis diversis; ita tu quoque, non solum menti meæ te offeres præsentem, sed etiam oculis hisce carneis conspicuum te facies, ad me recreandam & exhilarandam. Tunc interrogavit eam Dominus, qua in specie cuperet ipsum intueri; ipsaque respondit: Sicuti unus es Deus in tribus Personis, ita satis habebo tribus modis videre te: scilicet qualis fuisti cum morabaris in Ægypto, id est tempore infantiæ tuæ: deinde qualem te mater tua in templo perdidit; denique quando patiebaris. Vix hæc dixerat, cum ardens ejus desiderium fuit adimpletum. Mox enim se ei conspiciendum infantem Christus exhibuit, unde superabundans lætitiâ dicebat: Ecce parvulum meum, talem præcise qualis erat ætatis anno tertio vel quarto. O quam mirabilis ea res est! adeo parvus & tamen Deus. Sed ipsa parvitas tua me facit nosse magnitudinem tuam. O magnitudo! ô parvitas Dei mei! Numquam satiabor conspectu tuo. O parvule, ô magne Deus! quam pulcher es & quam amabilis!

F

primum pueri,

Obiens loca in quibus magis vexata fuerat,

C.XLI

Pro dæmonum spectris toleratis,

donatur visibili conspectu Jesu sui,

Postea

A *tum adolescentis,*

87 Postea Jesum vidit in sua adolescentia; unde majori gaudio perfusa, subjunxit: Ecce Sponsus meus, qui modo tam pusillum ostendebat se mihi, nunc comparet velut duodennis, vultu tam speciosó & tam mirabili, ut mansueta gravitas in eó reluceat. O mi Deus, quam mihi diligendus es! quam suavis gustanti te! Postea transiit ad oratorium; ubi coram altari sanctissimæ Virginis prostrata in terram, intenso cum affectu eam oravit, ut vivas divini amoris flammas diffunderet in cordibus singularum istius loci Monacharum. Nec irritæ cecíderunt preces tam ferventes: mox enim intellexit, quod Deus propter eas concesserit monasterio multas singulares gratias: unde tota læta rediit à raptu suo. Verum vix tenui cibo refecerat corpus; *deniq; jam viri, ut erat cum moreretur.* quando iterum fuit alienata à sensibus, accensaque desiderio videndi filium Dei, etiam tertio modo quem postulaverat. Apparentem ergo sibi Jesum in ista specie, ipsa attentis oculis intuens, Jesu mi, inquit, in hac florida ætate conspiciam te; nunc laborantem, nunc fatigatum pro me: videbo te, inquam, in hac tam pulchra, tam gratiosa ætate, in qua teipsum dereliquisti & toleràsti sa-

B cratissimam passionem: placebit autem satis, cum te aspiciam, qualem modo demonstras, sedere ad fontem, ubi eras interrogans atque illuminans. Alios multos sermones habuit cum dilecto Domino suo, quando eum vidit in triplici forma prædicta. Præterea in isto triduo Pentecostes, quod pro majori parte egit in ecstasin rapta, communicata eidem fuerunt multa secreta cælestia, & de magnalibus Dei loquebatur tam sublimiter, ut omnem humanum intellectum transcenderet. Sed talia brevitatis causa prætermittuntur.

C. XLII

88 Anno MDXC, cum Dom. Augustinus, monasterii Confessarius graviter infirmus, moriturus credebatur, utpote jam inunctus Oleo sancto; hæc famula Dei dedit se tam ferventi orationi, quatenus pro Religionis suæ bono vellet ei Dominus vitam producere; ut prædictus D. Augustinus, annos septuaginta septem natus, brevi recuperaverit tantas vires, quantis opus fuit ut dimisso lecto, in proxima solennitate Corporis Domini, auditis Monacharum omnium Confessionibus, eàdem reficeret sacra Communione, cum magno ipsarum gaudio. Talis autem prolongatio vitæ multum in eo auxit humilitatem, promptitudinemque ad curandum monasterii commodum spirituale: de coque miraculo plenam fidem faciunt omnes illæ Monachæ, quæ casui prædicto intervenerunt.

Confessario vitâ longiorem obtinet.

C

C. XLIII

89 Eodem anno MDXC mense Septembris, voluit Jesus benedictus maxima quadam consolatione afficere suam dilectam Sponsam, propter tædia quæ in sua probatione pertulerat. Raptæ enim in ecstasin ostendit animam suæ matris, quæ quindecim diebus ante excesserat è vita: quæ splendore cælesti circumfusa scandebat in Paradisum, Sanctis suis devotis comitata: ab eâque data sunt ipsi monita tria, scilicet ut conaretur in sancta humilitate proficere quam maxime posset, ut esset vera observatrix obedientiæ, & in omni negotio prudentiam adhiberet. Post monita autem tam sancta filiæ relicta, sustulit se felix mater ejus à conspectu, abiens ad summi boni fruitionem in cælo. Haud diu post simili modo vidit animam venerandi cujusdam Sacerdotis, qui pro amore Dei impenderat se exercitiis spiritualibus, & jam fruebatur patria cælesti locuples in gloria. Ipsa vero, his mediis magis magisque proficiens in virtutibus, magis etiam accendebatur desiderio verorum bonorum acquirendorum.

Videt beatas animas matris suæ,

& pii cujusdam Sacerdotis.

C. XLIV

90 Cum generosa hæc præliatrix Domini decer-

tare deberet cum variis tentationibus; elegit sibi vitam, ita dirigente ipsam Deo, plenam mortificatione ac pœnitentia: quia totis quinque annis probationis suæ, non aliud nutrimentum sibi indulsit quàm panem & aquam. Deinde per tres continuos annos, ex cælesti monitu, ambulavit discalceata & pedibus nudis, quamvis præ teneritudine carnis suæ delicatæ id facere non posset, absque extremo dolore tempore hiemali: & tamen, sicut dictum est, pro sua majori mortificatione, occupabatur exercitiis vilibus & humilibus, in quibus oportebat eam adhibere aquam, & multa facere sub pluvia & nive; nihil id curando; & modo per hortum, modo per alia monasterii loca sic ambulando. Hinc rigente quandoque frigore findebantur ei carnes, adeo ut sanguinem copiosum funderent, in iisque livores atroces conspiciebantur. Ergo compatientes ei Sorores tibias ejus subinde obligabant fasciis; sed ipsa læto vultu, ejusmodi obsequia neutiquam ambiens, dicebat: Sinite me pati pro peccatis meis, ita enim desiderat Jesus meus. Portabat vilem resartamque tunicam, æque in asperrima anni tempestate quam aliis: unde sic quandoque tremebat præ frigore, ut

E ægre vocem posset ad loquendum formare. Præterea, quando solet corpus somno refici, ipsa ut plurimum oratione mentisque excessibus occupabatur: si quam autem partem quietis capere voluisset, id faciebat fere semper vestita, cubans supra durum saccum aut nudam tellurem. Brevissimus porro erat ei somnus: quia mens illa solita nocturnis horis sæpe in Deum transformari per divinas contemplationes, ægre poterat induci ad quietem prolixiorem cor-

ac summâ frigoris tolerantiâ,

stratiq; duritie,

pori quamvis fatigato indulgendam; utque se magis ad vigilandum exerceret, non solum probationis suæ tempore, sed in omni vitæ suæ cursu, quamdiu sana erat, muneris sui esse voluit excitare Sorores ad Officium matutinum. Sæpe etiam in horrore nocturno audiabatur suspirare & plangere amare, aut asperis flagellis affligere carnem: his tamen pœnitentiis, Dei gratia adjuvante, robustiorem se fieri experiebatur.

91 Expletis quinque annis jam dictæ probationis, specialiter fuit illuminata à Domino, ut sciret voluntatem ejus esse, quatenus reduceret se ad usum communem monasterii, soccolis calceisque resumptis: quod prompte executa est: caligis tamen abstinuit semper, præterquam duobus annis convalescentiæ suæ exgravi quodam morbo. Post eamdem probationem cœpit etiam, ex divino monitu, pro Quadragesimalibus cibis, usurpare escas monasterio communes; & diebus Jovis vinum bibere: aliis vero diebus per viginti continuos menses perrexit pane & aqua vesci. Scilicet Superiores, videntes eam per hujusmodi austeritates deficere indies, timentesque ne cito amitterent speculum virtutis tam singularis; mandaverant ei per sanctam obedientiam, ut à Deo ferventer exoraret gratiam vivendi secundum communem usum: quod cum illa fecisset, meruit super ea re divinam voluntatem cognoscere, quæ erat, ut se penitus resignaret obedientiæ Superiorum. Itaque mandatum ei fuit ut cibis communibus uteretur, in quo illa more suo promptissime obedivit. Fuit autem in hoc singulari ædificationi monasterio toti, quia comedebat parcissime; & eligebat sibi fercula magis vilia, quasi hæc ei melius saperent. Non tamen propterea cessavit, pro vestitu, tunicâ uti maxime abjecta totius monasterii, præterquam duobus prædictæ convalescentiæ annis: neque desiit cubare in sacco farto strtamentis tempore reliquo vitæ suæ. Sed quando cœpit infirmari eo morbo ex quo decessit, per obedientiam constricta fuit ægro corpori subjicere culcitram.

jubetur resumere calceos,

F

& cibis communibus vesci.

EXITAL. VINCEN. PUCCINI. Invaleſcente autẽ morbo, cum jam non amplius poſſet de cubili ſurgere, ultro petiit ſterni ſibi lectum plumeum cum lodicibus lineis; non pro ſolatio corporis ſui, quemadmodum nonnullis Sororibus ſecreto expoſuit, ſed ne ſingularis videretur, utque æſtimaretur ſimilis aliis. Atque in hoc clare apparuit divina providentia: quia corpus ejus ſic paulatim extenuatum eſt, ut ſupra ſaccum palearium aut cultitram lana fartam non potuiſſet diu vitam ſervare. In tam laudabili vitæ inſtituto bona illa Mater perſeveravit uſque ad mortem, per quam (ut pie credere licet) tranſiit ad vitam æternam, cumulata meritis atque operibus ſanctis.

CAPUT IX.

Curationes miraculoſæ, futura prædicta, zelus ingens animarum.

C. XLV. 92 ANno MDXCI, XXXI Decembris, inter orandũ alienata à ſenſibus, quando ad Communionem eundum erat, communicantibus ceteris tempus tranſiit, abſque eo quod aliqua animadverteret ipſam defuiſſe, quod antea nunquam ei acciderat. Sed Dominus, qui divina ſua providentia diſponit viam famulorum ſuorum, fecit ut ſenſibus reſtituta Communionem poſſet accipere, una cum Sor. Cherubina de Rabatta, Monacha graviter infirma ex plaga incurabili. Hinc ſenſit ægra fidem in ſe excitari, quod, interveniente ipſius ſanctitate, poſſet conſequi ſanitatem; ſicut etiam evenit. Vix enim Corpus Domini ſumpſerat Sor. Maria Magdalena, quin fuit alienata à ſenſibus; accedenſque ad lectum decumbentis, fixis in eam oculis dixit, Memineris Soror mecum poſtulare ſanitatem. Quibus auditis, illa, quæ ad ultimum tranſitum jam ſe parabat, in Dei voluntatem ſe reſignavit, in eoque omnem fiduciam poſuit. Interim bona Dei famula, plagam infirmæ ter ſignans, poſt brevem orationem diſceſſit. Res mira! Subito ceſſavit dolor ille enormis quo cruciabatur ægra, & plurimum imminuta eſt febris; paulatimque ita convaluit quæ fuerat depoſita, ut venientes Medicus atque Chirurgus, attoniti mutatione adeo inſperata, unanimiter affirmaverint, ſanitatem iſtam divinæ virtutis opus eſſe, procedens per merita dilectæ ipſius Sponſæ. Eodem anno Soror Maria Benigna Orlandini, Monacha profeſſa, quæ graviter periclitabatur ex morbo quodam contagioſo, lepra à medicis judicato, aureſque & caput aliaſque corporis partes occupante cum moleſtia incredibili, eo ſe redactam videns, ſæpius ſeſe commendavit orationibus benedictæ iſtius animæ. Cum ergo quodam mane poſt Communionem eſſet rapta in ecſtaſim Soror Maria Magdalena, ad illam acceſſit; ſublatiſque de capite ejus velamentis, ipſum aureſque cœpit propria ſua lingua lambere, qua parte gravius erat malum, tanta cum caritate, ut placuerit Deo ſanitatem infirmæ brevi reddere: quæ etiam nunc vivit, & fidem claram miraculo facit.

Sanat Sororem moribundam, B

aliamque leproſam, C

Cap. 115 *Infirmis ſpeciali caritate miniſtrat,* 93 [Simili caritate miniſtrabat aliis quibuſcumque infirmis Sororibus in monaſterio; audita aliquando dicere, quod licet in ſuo ſtatu contentiſſima viveret, creditura tamen eſſet favorem ſpecialem accepiſſe, ſi Deus feciſſet ipſam alicujus noſocomii famulam; & addebat, Vellem infirmis iſtis omne poſſibile obſequium præſtare: video enim quod inepta ſim, nec merear animas adducere ad amorem Creatoris ſui, vel aliquid excellentioris operis facere, & ideo gratum habebo vel corporibus miniſtrare. Itaq; præter officia caritatis, quæ communiter omnibus impendebat ægris, aliquas ſibi ſumpſit ſpecialiter ac veluti ex obligatione curandas; in quibus fuerunt Converſæ duæ, altera Sor. Caritas, altera Sor. Matthæa nuncupata. Sor. Caritas, cæca & hectica, multis annis lecto decubuit; cui beata hæc Mater pro famula ſe mancipans, ſternebat lectum, lavabat pannos, & aliud quantumcumque vile miniſterium exhibebat: rogata autem à Superiore, cur tanta cum diligentia iſti ſerviret; reſpondit, apparuiſſe ſibi Dominum Jeſum in ſpecie pauperculi, & dixiſſe, quod, ſi vellet rem aliquam gratam ipſi facere, miniſtraret ei in iſta ſua ſponſa. Sor. Matthæa plagam habebat in crure, ſcaturientem vermibus, adeo putridam ac fœtidam, ut opus eſſet ipſam teneri in camera ſeparata ab aliis. Huic beata Mater, ſuper alia multa obſequia caritatis, ſerviebat in curanda mundandaque à vermibus & pure plaga iſta; atque per exceſſum caritatis & humilitatis, nec non ad mortificationem majorem ſui ipſius, ſæpius eidem plagæ os ſuum applicuit; idque ipſa Matthæa, haud ſine lacrymis teneritudinis atq; confuſionis, narravit Matri Prioriſſæ, Sor. Euangeliſtæ de Jucundo.]

D *præſertim Converſis duabus.*

C. XLVI *Prædicit novæ Confeſſarium 14 annis victurum,* E

94 Eodem ipſo anno, quo D. Cardinalis Archiepiſcopus Florentinus monaſterio præfecit Gubernatorem D. Franciſcum Benvenuti, Pœnitentiarium & Canonicum Florentinum; intellexit hæc Dei famula, quod munus iſtud geſturus eſſet præciſe dimidia parte ejus temporis, quo ipſum tenuerat prior Confeſſarius, annorum ſcilicet viginti octo. Itáque revera accidit: cum enim officium ſuum magna cum prudentia adminiſtraſſet annis quatuordecim, ad meliorem vitam tranſiit anno MDCV, optimo virtutis ſuæ exemplo cunctis relicto, pro ſua erga monaſterium devotione ibidem ſepultus, ut magis participaret orationibus ſanctarum iſtarum Matrum. Paulo poſtea prædixit Sor. Maria Magdalena, quod Dominus puellam quamdam appellaret, ut fieret in monaſterio iſto Religioſa; quæ ſi non obtemperaret vocationi ſuæ, multas moleſtias paſſura eſſet in ſeculo: & ſi mater ſua id diſſuaderet, graviter etiam caſtigaretur à Deo. Porro accidit ut puella neglexerit executioni mandare vocationem talem, ideoq; vivit multis tribulationibus preſſa; mater vero, quæ puſillanimem fecerat, punita fuit horribili cancro, qui totum corpus paulatim corrodens, vitam ejus inter dolores graviſſimos miſerabiliter concluſit.

& pœnam neglectæ vocationis.

C. XLVII 95 Poſt quinquennium ſæpedictæ probationis, quo tam gravia tamque moleſta certamina ſuſtinuerat, manſit velut generoſus præliator, qui præteritorum oblitus, ut Domino ſuo placeat, audacter ſe offert ad novas expeditiones. Nam & ipſa ab exercitio patiendi adeo roboratam animatamque ſeſe ſenſit, ut omnibus quæ toleraverat poſt tergum poſitis, egerit cum Deo, ne poſthac aliquam ſpiritualem delectationem ſibi daret: idque tam ardenter petiit, ut tandem obtinuerit. Et quoniam idem Dominus ipſi promiſerat, quod, in vicem moleſtiarum à diabolicis ſpectris ei allatarum, fruitura eſſet viſione ſuæ divinæ præſentiæ; hoc ipſum tamen ei accidit abſque interno guſtu, ſed tantum (ut ajebat) ad refocillationem laborum præteritorum. Atque id clare apparuit, quando haud diu poſt rapta in ecſtaſin, Domino vivum aliquem ſenſum ſuæ præſentiæ danti, dixit, Ah! quare Deus meus violas pactum, quod iniſti mecum? quandoquidem pro tuo amore renuntiavi omni ſolatio, quod impoſterum habere poſſem. Quin imo tanto patiendi deſiderio tenebatur, ut optaret non ita cito mori, quia in cælo nihil patiendum occurret. Cumque aliquando in ſecretioribus monaſterii locis clam oraret, in manu habens bene craſſum cereum, ex quo decidebant guttæ inflammatæ; permittebat eas cadere in nudam ſuam carnem, ſupra brachia & tibias, ita ut ægre poſſet ex dolore incedere; idque longo tempore in uſu habuit,

F *Incredibili patiendi dolore incenſa,*

renuntiat omni ſpirituali ſolatio.

pro

A pro Dei amore ſemper aliquid pati volens. Similiter aſperrima hieme, cum forte ningeret, ad hortũ ipſa ſe conferebat nudipes, & genua ibi flectens in oratione perſeverabat; quin etiam ſemel contigit ut integro die ſic ibi maneret. Aliud ſane non cogitabat, aliud non exercebat, quam actus mortificationis & humilitatis, ſemper novas patiendi rationes adinveniens: & ideo, nudis pedibus incedere, pane & aqua veſci, geſtare cilicia, diſciplinis ferratis uti, ſolummodo erat ei in votis & pretio.

95 Anno MDXCII, cum Sor. Cherubina de Rabatta, cujus ſuperius facta eſt mentio, de novo ægrotaret, patiens fiſtulam in oculo, quæ magnum ei adferebat cruciatum; ſeque commendaſſet Beatæ Virgini, ut ab ea virtutem patientiæ impetraret; nocte quadam ſenſit ſibi vultum in momento ſtringi, viditque Sor, Mariam Magdalenam in habitu regali, ſupplicantem Sanctiſſimæ Virgini & devotis ſuis Sanctis, ut ab æterno Patre ſanitatem infirmæ orando obtinerent. Poſt hanc apparitionem ſenſit ſibi aperiri oculum, in quo laborabat, quique jam ſex continuis diebus clauſus erat: eodemque inſtanti tantum ſenſit cruciatum, ut animo defecerit: ſed paulo poſt ſibi reddita, invenit ſe integre & miraculoſe ſanatam eſſe. Mane autem facto, cum ſanctæ Matri rem totam narraret, interrogaretque utrum

B præcedenti nocte fuiſſet apud ſe; reſpondit illa, quod corporaliter quidem apud eam non fuerat, ſed quod noctu intra quintam & ſextam horam, ſanitatem ejus enixe commendaverat Deo. Unde agnitum eſt, ſucceſſum iſtum attribuendum eſſe ejuſmodi orationi, quandoquidem ipſo illo tempore acciderit. Non multum abinde temporis fluxit, cum Monacha prædicta, iterum ægra, extremam Unctionem ſuſcepit, omni hora vitæ finem præſtolans. Interim viſa eſt hujuſmodi vocem interius audire: Si ſana vis eſſe, ingredere lectum Sor. Mariæ Magdalenæ. Re igitur collata cum Confeſſario, qui tunc erat R.D. Franciſcus Benvenuti, de ipſius conſenſu inter brachia Sororum deportata fuit in lectum bonæ Matris. Rem miram! Vix dimidio quadrante horæ iſtic fuerat, quin ſe omnino liberam à morbo ſentiens, ſurrexit per ſeſe; Deoque egit gratias, dignato ſibi eam gratiam facere per dilectæ Sponſæ merita. Atque hunc ſucceſſum Sanctimonialium multæ, adhuc viventes, juratæ affirmant.

97 Eodem anno MDXCII, in raptu vidit die quodam columbam candidiſſimam, ſimilem ei quæ ex Noëtica arca emiſſa, requirebat ubi quieſceret pes ſuus. Intellexit in ea repreſentari ſibi puellam aliquam, ſtatus religioſi capeſcendi cupidam, ad locum vero indeterminatam. Hæc cum dirigente Deo veniſſet ad monaſterium Angelorum, inſpectura an ordo illius domus ſibi placeret; ipſo quo ingreſſa eſt momento, intellexit Maria Magdalena, quod illa eſſet columba ſibi oſtenſa. Vidit etiam Angelum cuſtodem iſtius animæ, qui manu geſtabat ſcalam, nuſquam eam applicans, propter indefinitam puellæ voluntatem. Paulo poſt audivit Dominum dicentem Angelo, Hic defigito ſcalam iſtam, quia hìc ipſam elegi. Quare converſa Maria Magdalena ad puellam, quæ uſque ipſam pervenerat, ei dixit: Veſtra ſcala hic fixa eſt, ut per eam in Paradiſum ducaris. Quod dixi, intellige, nec prætermitte quin hoc monaſterium eligas, ut fias Religioſa; ſiquidem voluntatem Dei cupis explere. Egreſſa deinde monaſterio puella, tam graviter oppugnata fuit à genitoribus & conſanguineis ſuis, ut veſpere quodam ſola exiſtens in camera, decreverit ire ad patrem ſuum, ejuſque voluntati ſeipſam permittere. Verum in ipſo egrediendi de camera conatu, retroagi ſe mirabiliter ſenſit, ut nec paſſum quidem unum poſſet promovere: quantumcumque autem adlaboraret, proficere nihil valuit. Tandem agnoſcens tentationem eſſe, mutavit propoſitum, atque ex prælio iſto manſit dæmonum victrix; interventu orationum Sor. Mariæ Magdalenæ: quæ ipſo eodem tempore rapta in ſpiritu, videbat quod puella illa columbæ inſtar de manibus ſuis erat avolatura, ideoque ſalutem ejus cum ſuſpiriis lacrymiſque petebat. Cum autem de hoc facto certiores fieri Monachæ cuperent, ſequenti mane puellã accerſiverunt, interrogaruntq; quid ipſi veſpere præ edenti acciditſſet: quæ rem narravit, eo plane modo, quo Sor. Mariæ Magdalenæ fuerat revelata.

98 Singularis hic ſpiritus adeo ardenti erga ſalutẽ alienam caritate flagrabat, ut id exprimi nulla ratione poſſit. Quare cum aliquando ei Dominus oſtendiſſet animam in ſua gratia conſtitutam, adeo recreata eſt ſpectaculo illo, ut deſiderio animas adducendi ad Deum propemodum conſumeretur. Ideo optabat ut multas earum ſibi daret Deus, & in fervore ſpiritus dicebat: O ſi mihi liceret ire in Indias vel inter Turcas, caperem parvulas eorum; tantoque cum affectu docerem eas legis Chriſtianæ myſteria, ut quantuſcumque labor, in ea re ponendus, maximo mihi ſolatio foret. Quia autem hoc non poterat executioni mandare, [quoties mane adunabat Sorores ſuæ curæ commiſſas, ad opus manuale vel aliud miniſterium cœnobiale, tota in converſionem Indo- E

rum intenta, dicebat illis; Offeramus Deo hunc in finem quidquid hodie facturæ ſumus; vel, Poſtulemus à Deo tot animas, quot paſſus faciemus per monaſterium; vel, Tot petamus, quot verba ſumus in divino Officio recitaturæ. Si vero ſuendum erat, Poſtulemus tam multas quot puncta acu fixuræ ſumus. Si lavandum, tot peti jubebat, quot vicibus eſſent manus merſuræ in aquam: ac denique ex quolibet exercitio ſumebat occaſionem ejuſmodi petitiones ſuggerendi. Dolor ipſius cordi maximus erat audire hæreſes ſic multiplicatas; & hæreticos appellabat maledictos & dæmones incarnatos; item venenatas linguas, quæ verbis venenatis & actionibus pejoribus conarentur veſtem Chriſti ſanctamque Eccleſiam dilacerare. Conſiderans autem eorum depravatas opiniones, & ſtragem quam propriis atque alienis animabus ingerunt; Oporteret, inquit, ut animæ noſtræ turturum inſtar forent, ſemper gemebundæ, propter illorum cæcitatem. Nec minus ſentiebat frigentem inter Catholicos caritatem, quam quodã in raptu deplorans ait: Quid ei fides prodeſt, in quo nihil operatur ad bonum aliorum? Sparge, Sparge illam ô Verbum; vivat & ardeat in cordibus fidelium, accenſa in fornace cordis tui; ut fides ſit conformis operibus. Heu me! quã multi à fide nunfragantur! O Chriſtianitas! tot in locis deficiens propter hæreſes. Sed quare? Quia extincta eſt caritas. Fides tua aſſimulatur ſoli, hic occidenti & iſtic orienti: quod autem ſignum ſolis hujus occidentis? utique umbræ peccatorum.] F

99 Ut autem à Deo impetraret animarum peccantium reductionem ad illum, nunc in ipſo mediæ noctis horrore aſperas faciebat diſciplinas, carnem cingens pungenti cilicio; nunc in ſecretioribus monaſterii angulis orabat ſolitaria; nunc humillimis actibus ſupplicabat ſuę divinæ Majeſtati, ut ſuavi fulmine amoris ſui penetraret corda indurata peccatorum, eaque converteret ad pœnitentiam. Præcipue tamen diebus antecineralibus, quando Dei bonitas magis offenditur, duplicabat ſimilia exercitia, totas quandoque noctes inſumens lacrymis & continuo planctui: ſæpeque audiebatur dicere; Oro, ô Jeſu mi, ut mihi tot animas concedas, quot paſſus hodie formatura ſum. Alias ejuſmodi flammis magis incenſa, dimittebat inceptum exercitium, proſtrataque in ge-

C.XLIX. *Ægram monachaṁ ſanat pro ea orando,*

iterumque in ſuo lecto poſitam.

C.XLIX. *Intelligens monaſterio deſſe virquam,*

id ei indicat,

EX ITAL. VINCEN. PICCINI.

vacillantemque confirmat.

CAP. I. *Ingenti animarum zelo ſuccenſa,*

Cap. 97 *ſalutem Indorum curat & hæreticos execratur,*

orat fervenˉter pro peccatoribus,

EX TTAL. VINCEN. PUCCINI.

genua cum lacrymis & ſuſpiriis petebat converſionem peccatorum. Alias arripiebat manu Crucifixum, & poſtquam ei ſe totam obtuliſſet, eructabat hæc verba: Tu Domine, mori voluiſti in cruce & ſanguinem dare pro peceatoribus : vellem & ego, Deus meus, dare proprium ſanguinem meum, vitamque profundere ut illi converterentur. Ideo exhortabatur Sorores, ad quemcumque laborem pro animarum reductione tolerandum : & quia Jeſus aliquando ei oſtenderat in raptu, quam fœda ſit anima, quæ vivit tenebris peccatorum immerſa; dicebat, talium deformitatem haud abſimilem eſſe ſpirituũ infernalium. Libenter autem, ut ajebat, fuiſſet ſpoliata donis omnibus divinitus acceptis, ut ea concederet proximis; ſufficere ſibi exiſtimans bonam voluntatem amandi Deum & ipſi ſerviendi. Quare ſæpe ſubtrahebat ſeſe ſuavibus cũ Deo colloquiis, ut Sororibus eſſet adjumento : quia (ſicuti ſæpe teſtabatur) pluris faciebat alias juvare poſſe, quam mentis exceſſus qualeſcumque potuiſſet habere. Quia in iſtis, inquiebat, juvor à Deo; in his vero ipſummet juvo. Ita vero ſemper intendebat in id quod ſpirituale habent creaturæ, ut non alio quam animarum nomine eas appellaret; utpote aliud in iis non conſiderans, quam communionem earum cum Deo, & quod ſint factæ ad ſimilitudinem ejus.

& opera caritatis præfert quibusvis raptibus.

B

C. LI

100 Majora porro ſigna zeli erga alienam ſalutem apparebant, quando erat in oratione accenſa iſtiuſmodi deſideriis : unde ſemel incepit dicere: Video mundum hodie adductum in pejorem quam unquã fuit ſtatum: quia non amplius invenitur vel amor, vel caritas, vel dilectio. Invideo avibus cæli, quæ poſſunt quolibet volare, & vocem ſuam ſuavem ubique promere, cantus ſuos abſque requie innovantes. O Verbum! quam vellem etiam quaquaverſum pergere, & unicuique inſonare vocem meam, ut amorem iſtum ponerem in cordibus omnium tuarum creaturarum. Poſt hæc indicavit ſuis verbis, quod videret quemdam Sacerdotem, procul à via Dei exerrantem: quare incepit divinæ ſuæ Majeſtati tanto cum ſpiritu verbiſque & cum tam affectuoſis ac copioſis lacrymis ſupplicare, ut meruerit eum videre in bono ſtatu: unde ſupra quam dici poteſt exhilarata, prorupit in has voces: Tandem, ô Verbum, video fructum mearum precum. Non tamen hac una anima ſatiatus eſt ardor caritatis ſuæ, ſed magis accenſus. Quare eo non contenta, cœpit rogare Deum pro converſione etiam aliorum Sacerdotum, quos videbat peccatis variis inquinatos: idque fecit, rationibus tam devotis utens, ut viderentur quodammodo convincere Deum, ad infundendum peccatricibus iſtis animabus divinum lumen, interim dũ morabantur in tenebris peccatorum. Dicebat aliquando; Vides, Domine, quam neceſſariæ tibi ſint animæ iſtæ: ſi enim eæ quæ ſunt lux mundi, manent in tenebris, quanto magis aliæ creaturæ? & ſi illi qui ſunt ſal terræ, fiant inſipidi ut ad nihilum valeant, quomodo alios condire poterunt, ô mi Jeſu? quomodo etiam poterunt docere viam quæ ducit ad te, ſi ipſimet viâ contrariâ ambulent? Offerebat deinde ſe Domino ad ſufferendas omnes pœnas, quas animæ iſtæ merebantur, tantum ut abſiſterent ab operibus malis, dicebatque ex affectu viſcerali: Infunde, Jeſu mi, infunde ſanguinem tuum in ipſos: quia ſi ego deberem pati omnes pœnas Purgatorii, ut illi ſalvarentur, leves mihi forent. Sume obſecro vindictam de me, & quoſcumque placuerit internos externoſque dolores ingere; pati enim nequeo ut tanta ſit ignorantia, ubi eſt abundantia tam copioſa. O miſeram & infelicem me! quia omnem pœnam non poſſum in me derivare. Ulciſcere, ô Verbum! in perſona mea ingratitudinem tantam, tantam cæcitatem & ignorantiam. Denique oſtendens ſe impetraſſe talium peccatorum converſionem, dixit cum jubilo, Revertuntur igitur ad te tamquam oues aberrantes, quia omnes animæ felices atque beatæ in ipſarum adventum feſtive ſeſe præparant. His & ſimilibus caritatis affectibus infinities divinam Majeſtatem precabatur pro ſalute proximorum, & ferventium ſuarum orationum colligebat fructus exoptatos : quia ſæpe beneficio cæleſti videbat ejuſmodi animas, ipſa intercedente illuminatas à Deo, redire ad eum in corde contrito & ſpiritu humiliato.

Solicita maxime pro Sacerdotibus in ſtatu peccati poſitis,

C

plurium impetrat converſionẽ.

D

C. LII

101 Si tantus fuit zelus quo ferbuit erga æternam ſalutem alienam; non minor fuit caritas quam exercebat erga proximos, in eorum temporalibus, quoad corpus aut ſpiritum neceſſitatibus. Quare ſatagebat ut iis ſeſe impenderet, maxime quando aliqua in monaſterio infirmabatur: & ideo ſæpe dicebat infirmariis, quod non erat occupata, neque ſciebat orare aut mentem in Deo fixam tenere; indicare volens, gratum ſibi futurum, ſi in miniſterio infirmarum vellent opera ſua uti. Cum autem huic ejus deſiderio fiebat ſatis, ſumma in id vigilantia incumbebat. Quod ſi illarum alicui aggravabatur malum, ſublevabat illam bona Mater, nunc ſupra brachia ſua eam tenendo, nunc cibum aut alia quæcumque poſſibilia obſequia exhibendo. Inter alia vero memorabile fuit, quod vice quadam fecit. Converſarum una multo tempore infirma fuerat, effractâ pectoris venâ, indeque enormes ſuſtinebat dolores. Id cum vidiſſet Soror Maria Magdalena, miniſterium ejus in ſe ſuſcepit, annoque tranſacto mortua eſt infirma : ſed dici non poteſt, quantum in hoc ultimo ejus tranſitu ipſa laboraverit : decem enim continuis noctibus perſeveravit in ejus cuſtodia abſque ulla omnino requie.

Infirmis magna caritate miniſtrat,

E

potiſſime moribundis,

102 Paulo poſt alia Converſa accepit plagam incurabilem & ſupra modum fœtentem. Rogavit Sor. Maria Magdalena ut hujus quoq; cura demandaretur ſibi, & quod rogavit obtinuit. Tunc vero propriis manibus voluit medicari vulneri, & ſcaturientes inde vermes diligenter auferre; quin etiam aliquando admovebat ei os ſuum, quaſi exquiſitum aliquem cibum liguriens. Non deſinebat autem amantiſſimis verbis animare infirmam ad ferenda patienter omnia, affirmans quod mercedem copioſiſſimam receptura erat in Paradiſo. Quando poſtea tales tranſierant ad alteram vitam, exhibebat corporibus obſequia omnia, mortuis impendi ſolita priuſquam ſepeliantur. Addebat continuas orationes pro animabus earum; totaque nocte nullum ſomnum capiens, occupabatur ferventi oratione, ut illæ quam primum frui poſſent æterna gloria. Curabat etiam ad eumdem finem, ut Sorores aliæ multiplicarent preces; ipſaque ſe offerebat promptiſſimo animo ad ſuſtinendas pœnas, earum defectibus reſervatas; & ut ſibi hoc concederetur ferventer orabat, nec raro etiam impetrabat; pluribus ſæpe diebus ea de cauſa graves cruciatus immittente Domino: quibus patienter toleratis, oſtendebantur ei poſtea illæ ipſæ animæ, cæleſtium bonorum fruitionem adeuntes.

oratque pro defunctis,

& aliquarum pœnas in ſe ſuſcipit:

F

C. LIII

103 Die XXII Decembris anni MDXCIV, vidit in exceſſu mentis animam cujuſdam peccatoris, quæ eo ipſo momento tranſiverat ab hac vita, & damnata erat ad pœnas æternas. Intellexit præterea, quod homo iſte non modo duxerat perverſam atque ſpurciſſimam vitam, ſed ideo præcipue erat infernalibus flammis addictus, quia nullo in pretio habuerat theſauros Eccleſiæ, vilipendendo Indulgentias & alias quaſcumque gratias, profuſe impendi fidelibus ſolitas. Circa idem tempus vidit alteram animam, undiq; flammis

videt etiam animas aliquas damnatas.

A flammis circumdatam, & æternis pœnis inferni adjudicatam à divina juſtitia. Unde toto vultu afflicta & pallida, plus quam dici poſſit, cum lacrymis & ſuſpiriis ad eam ſe convertit, dixitque; Ergo factus es titio infernalis? adeoque cito deliciæ tuæ in pœnas acerbas ac ſempiternas ſunt converſæ? Tum reſpiciens cælum; O Deus, inquit, quam parum mundani homines res iſtas intelligunt! Tantaq; fuit cordis ejus eo caſu anguſtia, ut parum abeſſet, quin animo linqueretur. Hæ autem viſiones (uti ipſamet per obedientiam conſtricta retulit) ipſi oſtendebantur à Deo, ut ipſæ aliæque iſtius monaſterii Virgines magis inflammarentur ad zelum animarum; & divinæ juſtitiæ, in hunc finem, crebras orationes pœnitentiaſque offerrent.

CAPUT X.

Magiſterium Iuniorum geſtum à Sancta. ejus zelus, humilitas, unio cum Deo, & mentis puritas.

B 104 C. LIV *Facta Magiſtra juniorum,* ANno MDXCV, communi Sanctimonalium voto electa fuit juniorum Magiſtra; quas quali cum zelo ad religioſam perfectionem manuduxerit, ægre poſſet ad plenum explicari: quia per relucentes in ipſa virtutes dirigebantur illæ facile ad Euangelicæ margaritæ acquiſitionem. In hoc autem regimine dedit ſemper opportuna remedia aptaque conſilia, ſecundum uniuſcujuſque indigentiam, cum etiam occultiores animorum cogitationes perviderent. Manifeſte hoc patuit, quando cuidam puellæ ſemel dixit; Si taces ore, taceas etiam corde; & quod cogitas mihi dicere, tene ſub ſilentio. Item, cum alteri à ſe petituræ facultatem ad quædam exercitia ex reſpectu humano, prius quam verbum loqueretur, ait; Quando venis pro obtinenda licentia aliqua, venito cum pura intentione & ferventi deſiderio: non enim ejuſmodi ſacrificia per ſe æſtimat Deus, ſed intentionem reſpicit cum qua fiunt. Satagebat etiam magna cum diligentia, ut filias ſuas ſpirituales confirmaret in vera virtute, præſertim mortificationis: quare cum diſcederent ab oratione aliiſque devotis exercitiis, ipſas vocabat ad ſe, deque ſuis defectibus corripiebat. Quas autem viderat in aliqua actione bona affici guſtu ſpirituali, præ aliis mortificabat ſolicitius, dicens in iis non reperiri virtutem ullam, eo quod minima quaque re ad impatientiam C moverentur. Hinc fiebat, ut quandoque aliqua, ſpiritualium rerum minus perita, ad ejuſmodi verba commoveretur: quam ipſa amanter corripiens, dicebat, Scito, filia, quod quando egrederis ab oratione, parata eſſe debeas ad quaſvis reprehenſiones & diſplicentias jure injuriaque excipiendas; adeoque firma & ſtabilis in Deo manere, ut nulla res poſſit conturbare quietem animi tui: atque hic erit verus fructus orationis ac guſtus ſpiritualis.

ſedulo eas mortificat.

maxime orationi magis addictas

105 Ut autem ad iſta eas exerceret, erudiretque non ſubſiſtere in ſapore quodam interno, ſurgentibus illis ab oratione, modo earum aliquam reprehendebat, modo alteri vivacioris ingenii injungebat quampiam mortificationem, vel diſciplinam coram ſodali faciendam, volens omnes firma jacere humilitatis fundamenta. Earum porro quas videbat orationis ſtudio impenſe affici, modo aliquam dormitum dimittebat, modo haurire jubebat aquam; alteri vero injungebat exercitium quodpiam contrarium ejus voluntati, ut aſſueſcerent proprium arbitrium vincere, ſeque ſubjicere alterius poteſtati. Curabat quam ſtudioſiſſime ut cognoſcerent, quanti debeant æſtimari tria vota, quibus ſe Deo benedicto in Religione adſtrinxerant: imprimis vero exhortabatur eas ad obedientiam, monens ut obedirent vultu hilari & ſimplici mente; ſcientes quod non obedirent vili creaturæ, ſed Deo; neque hominibus ſuas voluntates tradiderint, ſed Jeſu Chriſto. Quod ſi moleſtiam aliquam, inquiebat, ſentitis in veſtra voluntate frangenda; oſtenditis parum in Dei amore vos profeciſſe, quia non vultis laborare in ea re, qua ipſum poteſtis plurimum honorare, vosmetipſas abnegando. Dolete, ſubjungebat, & diem iſtum perditum reputate, quo non alicubi vos ipſas viceritis. Hunc in modum abducebat illas à ſuis appetitibus, tantaque cum ſuavitate verborum flectebat ad faciendum aliquid contrarium ipſarum propenſioni, quod omnis labor hac in parte occurrens magnam earum cordibus conſolationem adferret.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI

accendit in eis ſtudium obedientiæ,

& paupertatis

106 Præterea ſtimulabat illas verbis efficaciſſimis ad obſervantiam paupertatis, & minimæ cujuſq; rei expropriationē: ſolita frequentare verba ejus Sancti, qui dicebat, Omne quod Religioſo cuipiam deeſt in hac vita, magna cum uſura dandum in altera. Injungebat eiſdem, ut quolibet die ſuam unaquæque examinaret conſcientiam, diſpiceretque utrum vel minimam reculam haberet, cui ſuperflue afficeretur; & quidquid ejuſmodi reperiret, eo ſtatim ſeſe pro vero Dei amore privaret. Hinc cum quæpiam ad illam detuliſſet precatorium Sertum, ſibi perquam gratum; primo quidem eo ipſam privavit; deinde reddidit, ſed hoc pacto ut quovis veſpere ad ſe referret: quo exercitio ſic profecit puella, ut optime didicerit nihil habere ut proprium, ſed ut mutuo acceptum à Religione. Aliàs, animadvertit eſſe quamdam nimis affectam erga librum, in quem manu ſua deſcripſerat aliqua ad ſpiritum attinentia: ut ergo eam coram Deo redderet puriorem, mandavit ipſum igni imponere. Eadē ex cauſa jubebat aliquando, ut veſtes inter ſe commutarent: & Scitote, inquiebat, filiolæ, quod non poſſitis diu in ſemita Euangelicæ perfectionis conſiſtere, niſi prius aſſueveritis quovis die millies renuntiare commodis veſtris: quia exercitatio animæ in hac vita omnis in amando & odiendo conſiſtit; in amando ſcilicet quantum poteſt Deo, & odiendo ſeipſo: in hoc enim ſita eſt tota perfectio.

E

omni proprietate exuta.

item animarū zelū

107 Suadebat ut omni cum diligentia cuſtodirent pacem interiorem, & in hoc plurimum laborabat. Volebat ut zelantiſſimæ eſſent divini cultus; & ſæpe inculcabat, ut in omni actione ſua præſentem Deum haberent ante oculos. Curabat etiam ut in ſuis ſpiritualibus filiabus accenderet intenſum illum animarum zelum, quo ardebat ipſa; atque ideo ſolebat identidem dicere, Scitote, quod deberemus nos vehementer humiliare, quia forſan per noſtram negligentiam multæ animæ deſcenderunt in infernū, quæ fruerentur æterna gloria, ſi fuiſſemus ferventes in Dominico ſanguine pro eis offerendo. Mandabat junioribus ſuis, ut ſi qua earum de proximo locuta eſſet cum modica caritate, veſperi non præſumeret cum aliis intrare oratorium; ſed conſiſteret ad portam uſque dum annuiſſet, & pœnitentiam impoſuiſſet; quæ fere erat, ut proſtrata in terram ſineret ſibi os à ſingulis conculcari. Tum monebat, ut quando una vellet loqui de altera, prius conſideraret eam eſſe ſponſam Verbi, templum Spiritus ſancti, ſororem Angelorum: atque ita loqueretur cum ea reverentia, quæ ejusmodi titulis debebatur. Volebat omnino, ut quoties Religio indulgebat recreationem aliquam, filiæ ſuæ eam caperent hilariter; quinimo pro viribus hoc agebat, ut tali tempore nullum reciperent tædium, quo deinde ad cæleſtia bona requirenda magis accenderentur. His aliiſque ſalutiferis documentis inſtruens commiſſas ſibi adoleſcentulas, perfuncta ſuo munere ſic eſt, ut ab omnibus paſſim

F

& fugā detractionis.

Monachis

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

Monachis nominaretur Regula bene vivendi.

CAP. IV. *Zelo divini honoris ardens,*

108 Zelus divini honoris tantus in ea ardebat, ut (quemadmodum fatebatur ipſamet) millies optaſſet prò eo mori die quolibet: quapropter aliquando lacrymans dicebat, Magnum quid atque ut verum fatear incomprehenſibile mihi videtur, quod adeo paucæ ſint animæ, quæ Dei honorem magni ut par eſt faciant. Specialiter autem quando conſiderabat, quam exigua paſſim diligentia adferatur in frequentando ſanctiſſimo Sacramento altaris, videbatur ſibi cultro punctim configi, atque dicebat: Certa equidem ſum, quod vel unica Communio, facta cum vero ſpiritu & ſenſu, apta ſit animam perducere ad grandem vitæ perfectionem. Aliàs cæleſtibus hujuſmodi cogitationibus intenta, appellabat ad ſe Sororum aliquam, eique inſurſurrabat, Oremus Dominum, Soror, ut nobis verum lumen largiatur, ne ſimus tam frigidæ ac veluti congelatæ in ejus ſervitio, & potiſſimum in participando cibo vitæ: qui cum ſit totus flamma amoris, obligemus obſecro Jeſum noſtrum, orando ut huic loco ſemper provideat Paſtorem, zeloſum divini honoris, idoneeque illuminatum ut nos digne recipiat ad Menſam ſacroſanctam. Habuit præterea ardentiſſimum zelum in recitandis divinis Officiis: ideoque, cum procedebat ad Chorum, ſentiebat tale mentis jubilum, ut videretur ire ad convivium ſplendidum. Curabat etiam ut laudes illæ Deo perſolverentur devote ac reverenter: quod ſi quampiam obſervabat plus ſolito in eis properare, maximam inde recipiebat moleſtiam; ſæpe dicens Sanctimonialibus, non audere ſe divinas laudes accelerare ſicut exteriora monaſterii exercitia. Offenſam Dei ita ſentiebat, tantumque ex ea hauriebat dolorem, ut quandoque nominari audiens peccatum mortale, præ moleſtia quam inde ſentiebat, ægre poſſet ſe continere, quin alta voce exclamaret, dando ſignum diſplicentiæ ſingularis. Deinde funditus penetrans deformitatem peccati, tantum ejus horrorem conceperat, quod non videbatur ei fieri poſſe, ut inveniretur Chriſtianus, qui animo deliberato vellet Deum offendere. Quindecim autem dies prius quam moreretur; Abeo, inquit, ex hac vita, & necdum poſſum capere, quomodo creatura aliqua poſſit conſentire ad culpam mortalem, contra Creatorem ſuum committendam: unde clariſſime apparebat, quam eſſet illuminata à Deo, & quantum zelaret ejus honorem.

commendat devotam communionem,

B

& attentâ Officii recitationem,

ac peccati horrorem.

C

CAP. LVI *Mira humilitas ejus,*

109 Fuit etiam hæc Dei famula clarum exemplum perfectæ humilitatis: tam demiſſe enim ſentiebat de ſe, ut ſe ad nihil utilem eſſe crederet: ideoque fatebatur videri quandoque ſibi à Superiore dici, Apage hinc, quia digna non es quæ vivas inter ſponſas Chriſti: & tunc ſe verſus Prioriſſam flectebat, quaſi quæ grande aliquod delictum commiſerat. Subinde in genua ante eam ſe dimittebat coram Sororibus, ſupplicans ut ſibi indicaret defectus ſuos. Magis autem humilis ſenſus ejus erat, quando ſumendum erat ſanctiſſimum Sacramentum altaris: in hoc enim actu ſæpe metuebat, ne ſubtus ſe terra dehiſceret ad ipſam abſorbendam; dicebatque frequenter amare plangens; Ego viliſſima creatura, plena peccatis, audeo recipere Regem gloriæ. Atque in hoc timore oculos in cælum vertens, adjungebat: O Domine, adjuva me, & miſerere mei. Poſtea ferventi cum affectu orabat Sorores, ut Deum pro ſe deprecarentur, quatenus divina juſtitia ipſam non præcipitaret ad inferos. Quandoque etiam oportebat ut Confeſſarius blandis verbis animum ei faceret ad fidendum divinæ miſericordiæ. Æſtimatio vero, quam animo conceperat, de virtute aliarum Sororum, tanta erat, ut aliquando oſcularetur terram quam calcaverant, credens ſibi per ipſarum orationes impetratum ſpatium pœnitentiæ: quare etiam quærebat occuſiones ipſas juvandi in ſuis exercitiis, in remunerationem aliquam, ut ajebat, talis beneficii. Quando præerat aliis Superior, alicui ſuarum ſubditarum ſemper ſe humiliabat ſingularius; deinde per obedientiam injungebat, ut ei pro ſuo arbitrio injungeret rigidam pœnitentiam: quin etiam frequenter jubebat ab earum aliqua ſe flagellari, injungendo tamen eidem ſilentium de ea re tenendum apud alias. Illæ vero vehementer mirabantur actus adeo humiles; maxime cum etiam juberet ut eædem ſibi veſperi dicerent aliquem iſtius diei defectum, pro eo ab iiſdem pœnitentiam poſtulans.

D

110 Contigit, cum eſſet Magiſtra Novitiarum, ut Religioſo habitu donaretur quædam devota puella: quam paucas poſt dies ad ſe accerſens, aperuit ei aliquas ſuas tentationes, cum humilitate tanta tantiſque cum lacrymis, ut videretur grandia peccata commiſiſſe, atque addebat: Hoc tibi dico, filia, ut ſcias qualem Magiſtram habeas: quia niſi Dominus me vocaſſet ad Religionem, fuiſſem claudenda in perpetuum carcerem, aut vitam non finiviſſem niſi per juſtitiam publicam. Tum ſubjungebat: Ora igitur Deum pro me, ut mihi gratiam faciat, quatenus tandem ſalva fiam. Semper uſque ad mortem voluit habere Sororem ſibi determinatam, apud quam ſe accuſaret de ſuis defectibus, ut coram Deo magis humiliaretur: econtra virtutes ſuas quantum poterat occultabat, nec niſi ægerrime ferebat quando de iis aliquid cogebatur manifeſtare. Numquam ſe excuſabat de aliquo errore: & quando peccator aliquis orationibus ejus commendabatur, ſolebat cum maxima humilitate reſpondere, ſi Deus manum ſuam à me tolleret, nullum eſſet tam grave tamque enorme peccatum, quod non committerem. Quando audiebat graves aliorum exceſſus, examinabat ipſa etiam minimas ſuas culpas; comparationemque inſtituens, judicabat ſuas eſſe multo majores illis, propter continuas gratias acceptas à Deo. Ideo recipiebat ſe ad ſecretiora loca monaſterii, ibique amaris cum lacrymis aſperiſque pœnitentiis affligebat ſuam carnem. Interrogata aliquando dextere ab una Sororum, utrum tot gratiæ divinitus conceſſæ, quandoque non dediſſent ei occaſionem vanæ alicujus complacentiæ; reſpondit, quod nemo poſſit arrogare ſibi gloriam ex eo quod ſuum non eſt; quomodo igitur vis ut mihi complaceam in favoribus iſtis, qui toti à Deo ſunt? Atque hujuſmodi cogitationibus nutriebat in ſe virtutem ſanctæ humilitatis.

& viliſſima de ſe opinio:

E

F

CAP. LVII *unio cum Deo per ecſtaſes crebras*

111 Unio qua jungebatur Deo tam erat arcta, ut quando faciebat exercitia monaſterii, ſæpe contingeret devotam hanc Matrem alienari à ſenſibus, oculiſque in cælum defixis remanere extaticam. Quare cum ſueret, aurum ſcinderet, vel in charta devotas imagines pingeret, etiam ſic occupata rapiebatur quidem, non tamen dimittebat cœptum opus; ſed illud in raptu proſequebatur, etiam ad plures horas. Monachæ autem, experiri volentes an corporeis oculis tunc uteretur, quandoq; hos ei obvelabant aut feneſtras claudebant: & illa, tota abſorpta in Deum, proſequebatur exercitium ſuum, pergebat ſuere, vel opera manuum pulcherrima facere: qualia ſunt ſuperpellicea tria pulcherrimis operibus ornata, plurimæque imagines, quas fere totas ſic fecit, nullo corporali lumine utens. Accidit etiam eidem, in communibus functionibus occupatæ, ut etiam panem faceret pro victu Sanctimonialium; cumque haberet manus immerſas maſſæ, audivit pulſari ad ſacram Communionem: unde elevata

etiam inter opera manualia:

ſupra

ſupra ſe remanſit in ecſtaſi, accenſaque deſiderio uniendi ſe Deo per ſanctiſſimum Sacramentum, nudis ut erat brachiis, cum ipſa maſſa farinacea in manibus, acceſſit ad locum, cum aliis Monachis Cibum divinum ſumptura, & nequaquam animadvertit, quod haberet manus in ejuſmodi opere occupatas. Similiter, licet eſſet unà cum aliis in refectorio, ad partem appoſiti ſibi edulii capiendam; ſi audiebat ſignum eundi ad Confeſſarium, ita rapta, currebat illuc cum fuſcinula & cibo ipſo in manibus; neque id ſe facere reſciens, abſolvebat cum Confeſſario id cujus cauſa volebat agere cum eo; ſic ut præſentes vehementer obſtupeſcerent, quemadmodum in hanc horam ſuperſtites ex iis plures juratæ atteſtantur.

CAP. LVIII *mentis puritas*

112 Quanta eſſet mentis ſuæ puritas, in omni vita ſua clariſſimis ſignis patuit: quia nihil magis deſideravit unquam quam per hanc virtutem Deo grata effici. Hinc quoties dabatur occaſio, vivis rationibus inflammabat Sorores ad exquirendam cæleſtem hanc gemmam: monebatque ut illuc ſemper intenderent in omni opere, quatenus ipſoſmet defectus ſuos in virtutes Deo caras mutarent. Et ſubjungebat, O puritas, quanta nobis magnalia in vita altera revelabis, penitus ignorata à creaturis, ſed
B non ab iis qui te requirunt. Appparebunt enim tunc magni exempli perſonæ, quæ in mundo credebantur multis inferiores, & quarum vel nomen ſolum excitabat riſum; ſed quia theſauro iſto divites erant, aliis eodem carentibus; hos viliores eſſe monſtrabit, iſtas vero exaltabit. Sæpe etiam cum lacrymis ſuſpiriiſque copioſis ſolebat dicere, Ad libram puritatis, Sorores meæ, vult Deus in vita altera metiri præmium. Præterea, præ magna æſtimatione iſtius virtutis, crebro ingeminabat: Si crederem, quod unico ſolo verbo, ad alium finem quam Dei honorem prolato, in quo tamen nulla eſſet ejus offenſa, poſſem evadere Seraphim, numquam velim illud proferre. Unde, ſi contigerat aliquando ipſam ex reſpectu humani cujuſdam finis opus aliquod inchoaſſe, mox atque id animadvertebat, dimittebat ipſum; neque illud prius proſequebatur, quam ad puriorem finem ſibi propoſitum id retuliſſet. Mirabatur vero, ſi vel minimus motus aut oculi nictus ab animabus Deo conſecratis non referretur in ſublimem illam Dei puritatem. Quadam vice inter Sorores conſtituta, Ideo, inquit, deficimus in agendo cum puritate, quia non habemus Dei amorem. Cumque Sororum una ipſam interrogaſſet, quomodo virtutem hanc poſſet acquirere; Si quæras, inquit,
C in omni negotio non facere voluntatem tuam, eligens ſemper pati potius quam gaudere, invenies denique te feciſſe opus omnino purum, quia nullus proprii commodi reſpectus intervenerit: via autem ad talem puritatem perquam ſecura & Deo grata eſt via patientiæ. Alia quoque plura monita ſæpe dabat Sororibus circa eamdem virtutem, quæ evidenter declarabant puriſſimam ejus mentem.

CAPUT XI.

Zelus divinæ voluntatis implendæ, ſervandæ Regulæ, paupertatis & caſtitatis tuendæ.

& recta intentio omnibus commendata.

113 MIrabilis etiam ſemper fuit cupiditas ejus ad implendam Dei voluntatem: nullam enim gratiam magis inſtanter petebat à Deo, ut referebat ipſa, quam ut in fine vitæ conſtituta poſſet adimpleviſſe omne ipſius beneplacitum: ſæpiuſque in cælum oculos defigens, dicebat, O Domine, tu noſti quod jam inde ab infantia mea deſideraverim tibi placere: & modo, ſi ſcirem quod voluntas tua ſit, ut in infernum deſcendam, ultro me præcipita-

CAP. LIX *Divinæ voluntati implendæ intentiſſima,*

rem in illas flammas, ad nutum tuum exequendum. Quandoque fatebatur Sororibus, quod non crederet in toto mundo poſſe inveniri adverſitatem aut tribulationem tam grandem, quam non libenter ſuſtineret, ſolummodo conſiderando eam ex divina voluntate procedere. Ideoque ſæpius iterare ſolebat: Non ſentitis quantam dulcedinem contineat vel nuda hæc vox, Voluntas Dei? Duxiſſet ſibi notabili vitio, pro ſe aliiſque poſtulare quidpiam à Deo inſtantius quam per ſimplices preces; dicere ſolita, Gaudeo & glorior faciendo Dei voluntatem, non autem ſi ille faciat meam: ideoque, magis ipſi obligor, quando me non exaudit, quam dum poſtulata concedit. Unumquemque hortabatur ad ſtudium hujus virtutis: Quia ſi deſideratis, inquiebat, cito pertingere ad magnam perfectionem, neceſſe eſt ut curetis omnia opera veſtra facere ad complendam voluntatem Majeſtatis divinæ: hæc enim intentio ſancta virtutem habet ea ſanctificandi. Doloribus autem preſſa, dicebat: O Sorores, quanta damna incurremus, quia negotium iſtud non intelligitur.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

ea vel nominata fertur in ecſtaſin.

114 Præterea tanta cum promptitudine exequebatur Dei voluntatem, ut vel ad ſolam illius cogitationem raperetur in ecſtaſin. Itaque inter alias plures vices contigit, quod à Sorore quadam audiens
E dici de alia, quod magno teneretur deſiderio exequendi divinam voluntatem; Recte, inquit illa, & jure meritiſſimo; quia facere voluntatem Dei res eſt amabiliſſima: atque in hiſce verbis ſuaviter eſt alienata à ſenſibus, cœpitque circuire conventum, exhortando Sorores ad dicendum ſecum, quod divina voluntas ſit amabiliſſima. Cumque id temporis omnes fere cubitum conceſſiſſent, fecit tamen ut cito egrederentur ex dormitorio ad ſacellum Beatæ Virginis, ibique pariter affirmarent, quod Dei voluntas ſit amabiliſſima, proteſtarenturque ſe velle eam integre exequi. Ideo quovis menſe in locum aliquem ſecretum ſe abdebat, ibique minutim conſiderabat utrum obſervaſſet illas viginti regulas, quas ei divinitus datas enumeravimus ſupra: eique actioni totum unum diem inſumebat, ac deinde ferrea diſciplina per horam integram ſe flagellabat, quia viſa ſibi fuerat negligentior in adimplenda voluntate divina.

CAP. LX *Ordinis religioſi amans,*

115 Nihilo minori affectu ferebatur erga ſanctam Religionem: quam ſi vel in re minima lædi
F videbat, continuo citra ullum humanum reſpectum manifeſtabat Superioribus, ferventerque rogabat venerabiliores monaſterii Matres, ut cura vigilantiſſima intenderent in omne præceptum ſanctæ Religionis; Quia, ſi vel tantillum, ut ajebat, ſanctorum inſtitutorum violaretur, offendebatur non tam ipſa Religio, quam pupilla divini oculi, ut pote quæ domus Dei ſit, ab eoque ſummopere dilecta. Dicebat inſuper de Regula ſancta, quod mallet quodlibet tormentum ſuſtinere, quam minimam etiam ordinationem infractam aſpicere: idque ipſo opere demonſtrabat, quoties obeundum erat quodpiam communium exercitiorum monaſterii, quantumlibet abjectum. Tunc enim zeloſa hæc Mater evigilabat ſæpe media nocte, ut illud per ſe impleret; atque ita Sorores, quibus id erat commiſſum, ſatisfacere poſſent ordini conſueto domus. Itaque interrogata aliquando, quamobrem tantum laboraret; reſpondebat, id ſe facere ad tempus anticipandum, ne quà turbaretur domeſticus ordo. Toto autem vitæ ſuæ curſu perſeveravit in tam ſancto labore, præcipue cauſa majoris humilitatis, quando erat Superior aliarum.

commendat valde Regulas

116 Inter Regulas vero maximi æſtimabat ſanctum ſilentium: ſæpiuſque dicebat, fieri non poſſe ut aliqua religioſa anima guſtaret res cæleſtes,

imprimiſq; ſilentium,

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI *imprimis q; silentium,*

cui dulce non ſaperet ſilentium : ſed ajebat fore ut ſemper in afflictione ac tribulatione viveret, eo quod multa mala committantur ab iis, qui neſciunt linguam refrænare. Ideo ſemper optabat intenſiori affectu, ut Religio reduceretur ad illam vitæ perfectionem, in qua fuerat conſtituta à Sanctis; & inter Sorores agens, ſolebat dicere, Si intime comprehenderemus animæ noſtræ dignitatem, ex ſtrictiſſima unione quam cum Deo benedicto contraxit, mediantibus tribus ſolennibus votis; ſicut puella ruſticana, à potentiſſimo Rege aſſumpta ad ſtatum Regalem, indignatur cum aliquis mentionem inducit primæ ſuæ vilitatis; ita indignaremur cogitationibus noſtris, ad res mundanas mentem trahentibus; conſideranteſque, nos eſſe factas ſponſas Regis univerſorum, ad voluntates noſtras applicandas rebus minime terrenis aut corruptilibus, ſancta quadam ſuperbia efferremur ad contemplationem ſempiternarum divitiarum in cælo. Magnam ſane animæ noſtræ injuriam facimus, dum eam in hiſce abjectis ac vilibus occupamus; quandoquidem apta ſit, cogitando aſcendere ad cæleſtes beatorum ſpirituum habitationes in Paradiſo.

& dedignatur terrena cogitare,

B

C. LXI *Obedientiæ præponit rebus omnibus;*

117 Qui perfecte obſervat ſanctam obedientiam, teſte S. Gregorio, in poſſeſſionem aliarum omnium virtutum inducitur : quidquid autem devota Mater noſtra per eam acquiſivit, declarat quantum ipſa floruerit in j m dicta virtute. Numquam illa vel palam vel occulte id agebat, ut Superiorum voluntates ad ſuam flecteret; ſed velle ſuum, cum eorum velle plene conformabat: & quidquid faciebant, recte factum judicabat. Unde cum aliquando ei diceretur futurum, ut ſæpius propter negotia religionis ab oratione impediretur, atque à ſecreta converſatione cum Deo; reſpondit ſe credere, quod magis gratum eſſet Deo, quantulumcumque Religionis exercitium, quam contemplatio etiam ſublimiſſima. Hinc fiebat, ut cum ad Deum rapta erat, ſi forte Mater Prioriſſa ei diceret, Sor. Maria Magdalena, veni ſtatim ad tale vel tale exercitium; illa ſubito redderetur ſenſibus ſuis, & prompte exequebatur mandatum ſanctæ obedientiæ. Quare humiliare magis magiſque ſe cupiens, nec illa quidem, quæ ſibi divinitus noverat eſſe imperata, exequi ſciebat, niſi cum bona venia Superiorum: & ſicuti ſupra dictum eſt, maluit aliquando diebus multis reptare per terram, quam vel in minimo repugnare impoſitæ ſibi obedientiæ. Numquam intuebatur perſonam imperantis, ſed agnoſcebat in ea Chriſtum Dominum noſtrum: neque alia de cauſa (ut ſæpe faſſa eſt) exequebatur Superiorum juſſa, niſi quia credebat ab auctoritate divina proficiſci. Optabat etiam ut victum, ſomnumque, & aliam quamlibet neceſſariam operationem poſſet facere ex obedientia actuali: tantumque reſignata erat ad omnem Majorum ſuorum nutum, ut nec minimam actionem voluiſſet inchoare, niſi ab ipſis ad eam impulſa. Diem veluti perditum reputabat, quo non ſubjeciſſet ſuam voluntatem Sororum alicui: & ut ejuſmodi occaſionem non amitteret, maxima cum humilitate obediebat etiam ſubditis ſuis. Colloquens autem hac de re cum quadam, dixit; Si deſideras brevi tempore & clam locupletari multis virtutibus, ne dimittas bonum iſtud & ſalutare exercitium, quod efficaciſſimum eſſe exiſtimo, ad mortem ſibi ipſi, animæ vero vitam adferendam.

aliter, ne divinitus quidem imperata exequens.

C

C. LXII *Paupertatis zelatrix eximia,*

118 Zeloſa ſupra modum fuit paupertatis ſanctæ: & prius etiam quam Monacha fieret, ſolebat dicere, Omnia arbitror ut ſtercora & pulverem ut Chriſtum lucrifaciam. Quantum autem eâdem virtute ſe excoluerit, poſtquam ingreſſa eſt Religionem, ubi illa floret, nequit exprimi verbis. Dolebat ſæpe quod de rebus neceſſariis proſpiceretur ſibi à monaſterio, effuſeque plorabat, dicens, Moriar abſque eo quod obſervaverim ſanctam paupertatem : ideoque ſemper videbatur ſibi præ aliis aliquid poſſidere. Quare cum Superiores viderent adeo incenſum deſiderium, cohibebant ſeſe à deliciis aliquibus ei faciendis, ne dolore eam afficerent, ſolitam ſupra modum lætari, quando aliquid eam deficiebat. Cum igitur die quodam accumbenti ad menſam, per oblivionem inſervientis, non eſſet appoſitus panis, gratiſſimum hoc ei accidit; eoque non poſtulato de menſa ſurrexit, optime contenta : ſed per obedientiam conſtricta à Prioriſſa, ut lætitiæ iſtius extraordinariæ cauſam ediceret ; magna cum humilitate reſpondit, oblectatam ſe fuiſſe plus quam aliàs in vita, quia non habuerat panem ad menſam. E contrario; ſumme dolebat, cum aliqua Sororum penes ſe ſervabat aliquid ſuperflui: dicebatque, non bene convenire votum paupertatis & ſuperfluitatem particularem: ideo ſæpe luſtrabat ſuam cellam, diligenter conſiderans num aliquid ibi eſſet minus neceſſarium. Accidit autem ut die quodam à Prioriſſa fuerit ei data particula panni ad veſtes reſarciendas ; poſtea autem videns quod eo non egeret, ſcrupulo ſibi duxit ipſam habere; ideoq; ipſam ad Prioriſſam referens, cum lacrymis ſe accuſavit, gratias Deo agens, quod indulſiſſet ſibi ſpatium ea de re pœnitendi.

gaudet eam aliquo defectu experiri,

D

E

119 Aliquando, ſolito magis accenſa amore paupertatis, reſpiciebat in cælum, dicebatque, O Deus meus! quare tantum me ſtimulas, ut propter te pauper eſſe velim? quandoquidem vides mihi non permitti, ut oſtiatim mendicem panem, quod mihi gratiſſimum eſſet: imo nihil in vita mihi poſſet jucundius accidere, quam ſi, Jeſu mi, gratiam mihi facias, ut nuda moriar ſupra crucem, ſicuti pro me mortuus ipſe es. Sororibus autem aliquando dicebat, Obſecro vos, quid rependere poſſemus, ſi Dominus noſter faceret nobis hanc gratiam, ut cibum ſumpturis nihil daretur præter modicum panis ? & cubitum ituris lectus deeſſet? neceſſe autem habentibus mutare veſtem, hæc quoque deficeret ? Equidem, inquiebat, fateor vobis, quod qui hanc gratiam mihi faceret, ei me crederem totum ſanguinem debere. Ah! Comprehendamus intime nobilem iſtam virtutem, quia eam poſſidenti Deus ipſe præmium erit. Aliàs transferebat ſe ad pauperiora loca monaſterii, cum Crucifixo in manu; ibique ſupra nudam humum ſe proſternens in genua, oculis in cælum ſublatis, lacrymans atque ſuſpirans dicebat Domino; O beatam me, ſi quantum opus eſt corpori huic, deeſſet mihi: imo pro recreatione obtingerent injuriæ atque opprobria amore tui, ô Jeſu mi. Tum vero crederem me aliquo modo pauperem. Atque ex hoc ſanctæ paupertatis zelo creſcebat in illa amor Crucifixi.

optatque omnium egentiſſima vivere.

F

C. LXIII *Amore caſtitatis*

120 Caſtitatis ejus candor adeo excellens fuit, ut non veſtita carne, ſed ſpiritus Angelicus eſſe videretur. Et propter hanc virtutem plurima à Deo dona obtinuit: inter quæ numerandum venit, quod tempore ſuæ probationis, uti dictum eſt ſupra, Regina cælorum ei contulit, quando apparens ei operuit ipſam candidiſſimo velo, promiſitque quod in vita ſua numquam deinceps paſſura eſſet motum aliquem carnalem. Hujus autem doni clariſſima patuerunt indicia, quando in extremo vitæ ſuæ articulo, facie ſerena dixit, quod Deo gratias ageret, quod numquam in vita ſua cognoverit quid eſſet actus caſtitati contrarius, nec recordabatur unquam ſe delectatam fuiſſe niſi in Deo benedicto : & quod ideo nihil ſentiret, afferens majorem quietem ſibi, quam iſtud. Inter maximos autem cruciatus replicabat, Tu ſcis, Domine mi, quod aliud quam te non deſideravit cor meum. Exiſtimabat gravem eſſe defectum de conſangui-

cavet ſermonem de rebus ſecularibus,

A guineis aut rebus ſecularibus loqui: quia, ſicut ajebat, videbatur ei, quod nullo modo deceat Religioſam, ſolenni voto caſtitatis Deo ſacratam, admittere vel minimum cogitatum in corde, aut verbum aliquod ore proferre, contrarium tali Profeſſioni. Itaque interrumpebat ſermones de rebus mundanis inſtitutos, eoſque deflectebat ad res cæleſtes; tam dextere tamen id agebat, ut aliena verba numquam præſcinderet, aut ſe turbatam indicaret. Aliquando conſpiciebatur maximo cum affectu deoſculari parietes monaſterii; & interrogata cur id faceret, Numquid, ajebat, Sorores meæ, jure id agere poſſum, quandoquidem ſancti muri iſti me ſeparant à mundo infelici, mihique ſervant ſecurum theſaurum quem poſſideo, & quo mediante accenditur anima mea ad amandum Jeſum, ut eo perfecte fruar in Patria? Aliàs dicebat, Si ſeculares homines capere poſſent, quantæ ſint deliciæ, quas expectant in altera vita ii qui virginitatem ſervant uſque ad mortem, tamquam cervi ſiticuloſi concurrerent ad aſperrimas quaſq; Religiones, ut in iis clauſi intactos ac puros ſe conſervarent: quanto enim denſiori ſepe circumdatur vinea, tanto magis ſecura eſt.

maximi facit clauſuram,

B 121 Quamvis autem tam ſublimiter ſentiret de virtute iſta, eſſetque à Deo ſæpius reddita certior, quod ſemper intacta ſervaretur: erat tamen ſemper timida, ne adeo grandem theſaurum amitteret. Ideo quantum poterat fugiebat crates monaſterii, & ſecularium quantumcumq; bonorum ac ſanctorum colloquia; idemque aliis Religioſis ſuadebat, dicens, Mementote vos eſſe conſecratas Deo, neque fieri poſſe ut Monacha unquam ad crates accedat, quin majori quam iſtic manſit tempore indigeat ad recuperandam internam pacem, quàm ante habuerat: quia ſermones ſecularium facile obumbrant, pulvereque aſpergunt lilium caſtitatis. Cum ergo videbat Sororum aliquam, hilari vultu euntem ad locutorium; gratioſe ei dicebat in aurem, Necdum tota es noſtra: Monacharum enim S. Mariæ Angelorum eſt, triſtari potius quam lætari, quando vocantur ad crates. Econtrario, quando deprehendebat omnes abhorrere ab ejuſmodi alloquiis; ſummopere delectabatur, cognoſcebatque hunc eſſe fructum particularem ſanctiſſimi Sacramenti; ſæpiuſque dicebat, quod mallet totidem horas in Purgatorio, quam in locurorio agere cum ſecularibus: imo tantum ejus loci horrorem conceperat, ut illac aliquando ex neceſſitate tranſiens, diceret, Ab hoc loco Sponſæ Chriſti nihil referunt boni; ſed conturbationem pro requie, & tentationum incrementum potius quam levamentum. Et hæc omnia procedebant ab æſtimatione honorifica ſanctæ virginitatis. Anno MDXCVIII die XXIX Octobris, cum ad alteram vitam tranſiſſet Monacha, magnum poſt ſe relinquens odorem ſanctitatis; devota Mater morti ejus præſens, vidit multitudinem copioſam Angelorum, quæ ipſam cingebat, animam conductura in Paradiſum. Poſtea vero, cum pro eâdem conſueta ſuffragia fierent; famula Dei ipſam conſpexit in cæleſti gloria, fruentem ſummo bono, veſtitamque pallio aureo in præmium ſuæ ardentis caritatis. Præterea, quia Monacha illa ſemper proceſſerat egeratque cum proximo perquam ſuaviter gratioſeque, conſpexit ab ore Salvatoris in os ejus transfundi ſuaviſſimum quemdam liquorem, unde immenſam percipiebat dulcedinem. Exultabat in hac viſione Sor. Maria Magdalena, tum quia Sorori iſti familiariſſima fuerat, tum quia videbat ipſam exaltatam in gloria, ſupra omnes, ut ajebat, iſtius monaſterii Religioſas. Præterea intellexit, quod ſolum quinque horis in Purgatorio fuerit, propter leviſſimum unum defectum, quod ſcilicet affligebatur, quando videbat proximum ſua cauſa turbatum. Quare tam hilariter incipiebat ſermocinari de ea deque gloria ejus, ut tota ſolvi in jubilum amoris videretur. Cum ergo ei magna cum fide commendaſſet & ſe & ſuas Sorores alias, rediit à raptu.

horret acceſſum ad locutorium,

C.LXIV *Videt Sororem in cælo glorioſam.*

EX ITAL. VINCENT. PUCCINI.

CAPUT XII.

Magiſtra Novitiarum facta eas egregie inſtruit, futura prædicit, videt gloriam B. Aloyſii Gonzagæ, morbos curat.

122 C.LXV *Facta magiſtra Novitiarum.*

EOdem anno MDXCVIII, communibus ſuffragiis Monacharum facta eſt Magiſtra Novitiarum, & officium iſtud auſpicata eſt Octobri menſe ſumma cum vigilantia exercere. Curabat autem, ut quæ venturæ eſſent ad Religionem, deſiderio plus quam ordinario eo ferrentur: ideoque ſæpe illas tentabat; & ſi inveniebat vivaci ardore eas ſtimulari, exponebat eis ſtatuta Ordinis, atque dicebat, Conſiderate, ô filiæ, quod quæ cupit Religioſa fieri in noſtro Conventu, numquam debeat facere voluntatem propriam, ſed omnia contraria appetitui ſuo. Tentabat eaſdem etiam mortificationibus variis circa judicium proprium: & ſic aliquando duabus puellis, annorum octodecim aut viginti, præcepit publice legere alphabetum, quod parvuli diſcere conſueverunt. Ut autem experiretur qualem de ſe ipſis opinionem haberent, addidit, Hæ ſunt, quas mundus credit magno cum affectu venire ad ſerviendum Deo: ô quantum errat! Jubens deinde ut à Novitiis omnibus veniam peterent, inſigniter humiliatas mortificavit. Quandoque aliquam ad ſe vocabat, dicebatque; Puella hæc exiſtimabat magnam nobis obveniſſe fortunam, quia ipſam accepimus in noſtro monaſterio: ſed ego ei dico, quod grandis ei felicitas fuerit receptã eſſe in numerum noſtrum. His igitur aliiſque modis tentabat accedentes ad Dei famulatum. Quando autem receptæ erant, ſuſcipiebat eas cum affectu ſingulari, magnaque affabilitate ſua tantopere eas animabat ad divinum obſequium, ut intra paucos dies redderet obſervantiſſimas ordinis Religioſi. Deinde confirmatas in propoſito videns, mirabili cum ſuavitate inducebat eas ad deſiderium mortificationum deſpectumque ſui, continuas pro ipſis preces ad Deum fundens.

explorat eâ quæ petebant recipi,

E

receptas optimis monitis informat,

123 Subinde vocatis ad ſe ajebat, Filiolæ, ſufficiat vobis Deus, neque jam amplius aut parentes veſtros aut rem aliquam terrenam curetis: affirmo enim vobis, quod in eo reperturæ ſitis omne verũ bonum & complementum cujuſcumq; juſti deſiderii. Aliàs ipſis inſinuabat, quod defectui earum cuicumque compati poſſet, niſi quando male loquerentur de proximo. Exhortabatur eas, ut neque publice neque privatim ſermonem haberent de mundo, ſed ſuas ipſæ cogitationes examinarent ſæpe: unde eas aliquando ex improviſo interrogans, Ubinam, ajebat, modo cor tuum eſt? ecquid cogitas? & juxta reſponſum ſibi datum reddebat monitum ſalutare, amanter eas orans, ut omni cum ſinceritate manifeſtarent cogitationes ſuas, etiam occultiſſimas. Simul addebat: Si vultis, filiolæ, ad magnam perfectionem cito pertingere, pro magiſtro ſumite Crucifixum: attendite aures ad verba ejus, quia continuo vobis loquitur ad cor, maxime poſtquam recepiſtis ſanctiſſimum Sacramentum. Ideo ſolebat ſæpe eas interrogare, Quidnam vobis hoc mane dixit Jeſus ad cor? nam à teneris annis meis maximæ utilitatis fructum ea res mihi attulit. Et vero tanti faciebat frequentiam hujus Sacramenti, ut pati non poſſet quod aliqua ſponte ſe eo privaret, dicens, Neſcin', quid id ſit, quo hodie mane te ipſa fraudaſti? aut ignoras, quod ſanctiſſimum hoc Sacramentum ſit medium efficaciſſi-

F

hortatur ad devotam Communionem,

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

cissimum obtinendæ perfectionis? quodque, si hoc bono uti scires, brevi implereris amore divino? Recordare quod Deus sit caritas immensa, seque velit animabus communicare per amorem, mediante isto amoroso cibo. Cave ne eum sumas ex consuetudine, sed cum actuali semper devotione accede. Interrogata vero aliquando, quid oporteret in sacra Communione cogitare; Sufficit, inquiebat, si aliquatenus comprehendatis Deum esse quem estis recepturæ: postquam autem communicaveritis, offerte Domino omnia opera & exercitia spiritualia, quæ isto die facturæ estis, in præparationem diei sequentis. Dicebat insuper, quod aptissimum tempus, ad profectum in vita spirituali faciendum, sit post Communionem; ideoque nolebat ut Novitiæ suæ ita cito à sacra Mensa transirent ad exercitia communia domus.

CAP LXVI *solicitè Confessionem,*

124 Præterea sæpe inculcabat eis, ut in Confessione diligentes essent, vitamque præteritam minutissime examinarent; monebatque ut adhiberent verba confusionem testantia, quo Sacramentum esset divinæ Majestati acceptius. Ideoque cum ad Confessionem ituræ facultatem postulabant, Mementote, inquiebat, filiæ, quod eatis vos lavaturæ in sanB guine Christi. Volebat autem ut tertio in die facerent examen conscientiæ; non tam, quemadmodum ajebat, ut possent bene confiteri; quam ut de medio tollerent eos defectus, qui impediunt profectum spiritualem. Commendabat sæpius Officium divinum, affirmans hanc unam esse ex præcipuis earum obligationibus, proinde oportere ut animum integre alienarent ab omni cura terrena. Quare, priusquam ad Chorum irent, vocabat eas ad se, dicens: Filiolæ, *attentam orationem,* usque modo feciftis exercitia humana, conversantes sermocinantesque cum creaturis; nunc autem oportet vos munia divina obire, agentes cum ipsomet Deo: verum sæpe id leviter cogitatur, minoris facientibus nobis divinum cultum quam exercitia nostra. Insuper, prius quam inchoarent laudes divinas, volebat ut exercerent crebros actus humilitatis, credendo se indignas tam nobili munere: quandoque vero dicebat alicui, Credin te dignam, quæ in tam sancta societate consistens officio tam Angelico fungaris? Si hoc tibi persuades, in magno sane errore versaris: ego autem tibi mando, ut statim è Choro *& psalmodiam,* abeas; & coram sanctissimo Sacramento prostrata, majorem quam habes cordis puritatem postules ad divinas laudes celebrandas. Monebat identidem, ut C quoties ad Gloria Patri inclinabant caput, offerrent sanctissimæ Trinitati vitam propriam, martyrio consummandam. Notatumque est sæpius, quod ipsa tales actus exercens impallesceret affligereturque, sic ut absque horrore vix conspici posset; videbatur enim quasi carnifici pro fide Christi caput porrigere, quemadmodum ex obedientia Superioribus manifestavit. Considerabat deinde, quomodo Novitiæ suæ psallerent; an starent compositæ, an oculis demissis? tamque suaviter agebat cum iisdem, ut simul & timeretur & amaretur. Curabat etiam sic partiri omnia, ut fastidium nullum iis crearetur: quia, ut inquiebat, non moratur Deus in corde inquieto.

tentationũ revelationẽ

125 Siquando earum aliqua diabolicis tentationibus fatigabatur interius, cito id ipsa animadvertebat: utroque eam accersens ad se, animos ei addebat tam dextere, ut cor quamvis afflictum solari ejus verba possent. Sicubi autem videbat opus esse, utebatur pœnis severis, & pro majori Dei gloria nolebat in re ulla manere convicta, & consueverat dicere: Volo videre, quis amplius possit, an Deus, qui mihi quamvis indignæ præsens est; vel adversarius, qui tentando sperat animam istam dimovere à bono. Ut autem Novitiæ suæ zelosæ essent erga sanctam obedientiam, utebatur solicita ac vigili cura; imo propterea sæpe imperabat eis quædam minime consentanea rationi, considerans quid agerent aut responderent. Quare cum aliquando una quereretur ei, quod difficulter posset orare; Vade, inquit, in horto ad istam arborem, ut ab ea id discas: & sedulo, quid illa dicat, ausculta. Statim autem paruit Novitia; nec dictu facile est, quantum illa se postea senserit accendi ad orationem, totas in ea noctes insumere cupiens. Alias, videns alteram multum tentatam, nodosum quo utebatur funiculum ei dedit, ut eo se cingeret: & mox tentatio omnis evanuit. Aliis vero Novitiis dicebat, ut in obedientia ponerent omnem fiduciam quæcumque dona cælestia consequendi: & animadvertens eas quandoque affligi, Quare vos, inquiebat, non rejicitis in obedientiam tamquam mortuæ? Nisi enim hoc feceritis, numquam poterit vobis sapere Dei famulatus. Hortabatur etiam, ut voluntatem suam in sacrificium Domino offerrent, promittens quod inde essent relaturæ solatium magnum: neque permittebat, ut plus quam semel iterumque replicarent quidpiam contra obedientiam, sic enim amitti meritum ejus affirmabat. Si autem, addebat, desideratis adimplere voluntatem divinam; cavete ne voluntatem Superioris trahatis in vestrum judicium; sed conamini simpliciter exequi ejus mandatum, sic enim ad magnam perfectionem pervenietis. Denique sic instruxit subditas suas in piis exercitiis vitæ vere religiosæ, ut quæ hodie vivunt confiteantur, tunc jecisse fundamentum solidæ spiritualitatis. [Ad quod multum proderat experientia crebra illuminantis eam & internas cogitationes pervidere facientis Spiritus. Nam cum Novitia quædam occultam quinque mensibus tentationem tenuisset, ipsa hanc eidem detexit ac reprehendit, monuitque imposterum nihil ejusmodi abditum tenere. Solitæ erant Novitiæ propter Chori angustias foris consistere: harum una cum die quodam ingenti desiderio teneretur recitandi cum Monialibus in Choro Officii, nec id prodere auderet; Beata Mater in spiritu hoc cognoscens, surrexit de loco suo; ad eamque pergens Chorum ingredi jussit, multum mirantem, quomodo id piæ Matri in mentem venisset quod tantopere optabat.]

D

obedientiam cæcam

& constantem.

Cap. III *Occultas cogitationes cognoscit,*

C. LXVII *Solo aspectu confundit juvenem lascivum*

126 Pulcher & mirabilis fuit casus, qui accidit eodem anno MDXCIX, cum Mater Sor. Maria Magdalena erat Magistra Novitiarum. Scilicet, quod cum una earum vocata esset ad crates monasterii à suo quodam fratre, non valde commendabili à probitate morum; ipsa, juxta usum monasterii, eidem illuc ire permissæ sociam se junxit, velut ejus Superior. Vix autem ad crates pervenerat, quin juvenis sorore salutata, quasi actus in furias, sese proripuit, nec vale nec alio verbo sorori dicto: unde hæc admiratione confusa, dolebat de tam subito & inurbano fratris discessu. Veniente deinde paulo post matre interrogavit eam, numquid ipsi de tali actu frater dixisset; quæ respondit, non potuisse juvenem perferre præsentiam istius Matris, quæ cum ipsa venerat: quia accepto unico oculorum ejus nictu, subito se sensit tanta interius verecundiâ repleri, ut extraordinaria inquietudine actus, fuerit compulsus discedere. Exinde porro mutato vivendi modo, nil nisi optima exempla de se dedit. Et vero vim hanc habebat aspectus purissimus Sor. Mariæ Magdalenæ, divinitus sibi inditam; quod (sicut testantur Monachæ, quæ sub regimine ejus vixerunt) alleviabat quamcumque molestiam, propter nescio quid divini fulgoris inde absistentis; & econtra ab eadem reprehensæ vel admonitæ, ex ejus obtutu corripiebantur tremore ac pœnitentia. Ipsa vero, quia

F

& aliorum statum internum pervidet.

solo

A ſolo viſu tam alte penetrabat aliorum animos, clare cognoſcens eorum præſentem ſtatum; vocata ad crates, in aliorum colloquio magnam mentis averſionem, in aliorum conſolationem ſentiebat: adeo ut ex ejus vultu vere Angelico vita ejus Angelica cognoſci potuerit.

C.LXVIII *Abſentium ſermones audit,*

127 Anno MDC, more ſuo quadam vice in ecſtaſim rapta, vidit R. P. Rectorem Societatis Jeſu (qui tunc erat P. Virgilius Ceparius) circa medium horæ ſecundæ nocturnæ loquentem cum ſuis quibuſdam Patribus. Mirabile autem fuit, quòd (ſicut ipſa poſtea ex obedientia retulit) audivit diſtincte omnem qui inter eos agitabatur ſermonem. Idque ita fuiſſe poſtero die compertum eſt, quando prædictus Pater, velut Confeſſarius monaſterii extraordinarius, venit ad audiendas Monacharum Confeſſiones; ipſaque, verita, ne qua ſubeſſet illuſio, eidem rem totam ex ordine & minutim narravit. Quod idem Pater Jeſuita, etiamnunc vivens, diſerte teſtatur. Variis etiam temporibus præſcivit, diverſas puellas in ſuo monaſterio poſtea recipiendas, & quam devote in eo illæ victuræ eſſent: deque ea re cum aliis conferens, addebat, quod Deus deſtinarat horto huic plantas, quæ eſſent laturæ fructum.

præſcit vocandas ad monaſterium,

B Particularius tamen circa hoc ipſum tempus ab iiſdem interrogata, utrum crederet quod puella quædam, tunc in monaſterio exiſtens, ibidem futura eſſet Religioſa; reſpondit, id ſe certo ſcire, quia ita ſibi Dominus revelaverat. Multam quidem difficultatem in hoc paſſa eſt puella iſta: nihilominus animum obfirmans, ſuperatiſque impedimentis, habitum religioſum aſſumpſit.

Cap. 73

128 [Inter teſtes examinatos in Proceſſu informativo ad Beatificationem, coram D. Archiepiſcopo Florentino, fuit matrona Nobilis Mutinenſis, nomine Eliſabetha Meliorini, vitæ admodum exemplaris, annorum LXIV, multumque devota B. Mariæ Magdalenæ: quæ jurata aſſeruit, quod in civitate Florentina patratum fuerit ſecreto homicidium, inter perſonas perquam caras ſibi. Prius autem quam letaliter ſaucius unus moreretur, ivit ad beatam Matrem, commendatura ipſi prædictum caſum, ut ſpatium pœnitentiæ læſo impetraret, factumque occultum Magiſtratui maneret. Cum ergo vocata illa ad crates veniſſet, antequam matrona præfata loqui cœpiſſet, rapta in ecſtaſim Magdalena, vidit cauſam & finem adventus illius, atque hæc verba protulit; Eliſabeth, nihil metue, quia

Prædicit, homicidium ſecretum, occultum manſurum;

C ſanctiſſima Virgo chlamyde ſua iſtud peccatum cooperuit, & ſanguis Jeſu Chriſti ipſum lavit & condonavit: dicito autem illis (iis ſcilicet apud quos cædes facta erat) ut perſeverent in fide, humilitate & caritate, quia res tota compoſita eſt. Abiit Eliſabeth perquam exhilarata: & omnia evenerunt ſicut Beata prædixerat. Nam qui læſus fuerat ſpatium pœnitentiæ nactus, & reconciliatus adverſario obiit; nec unquam ad Magiſtratus notitiam delata res, inter conſanguineos utriuſque partis ſine difficultate compoſita fuit. Eadem in eodem examine teſtatur, quod cum ſibi à quibuſdã confidentibus ſuis narratus eſſet caſus valde abominabilis, qui contigerat in devota quadam perſonarum ſpiritualium congregatione, ſic tamen ut delinquens nequiret ad emendationem deprehendi; recurrit illa ad Matrem Mariam Magdalenam, eidem rem commendatura. Ipſa autem vocata ad crates, ſimiliter mox ut venit in ecſtaſim abiit: & prius quam verbum ab Eliſabetha audiviſſet, conturbata vehementer, ingentem vultu confuſionem præ ſe tulit, exclamavitque, enormes abominationes ſe videre, & ſentire intolerabilium peccatorum fœtorem; futurum autem ut Deus rem totam revelaret, utque ipſa (ſcilicet Eliſabetha)

enorme flagitium in religione detegendum & corrigendũ,

ſciret quæ eſſet perſona, illo crimine inquinata; atque de remedio proſpiceretur. Obſtupuit ad hæc Eliſabetha, & admirata ſpiritum famulæ Dei, gratias egit ei quod ſua ipſi ſecreta ſic revelaret: multum autem confirmata fuit in opinione ſanctitatis ejus, quando vidit paulo poſt delinquentem revelari, & ſcandali periculum cum pace aboleri, ſicut Beata prædixerat. EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

periculum itineranti obventurũ,

129 Cum inter Ferrariæ Ducem atque Eccleſiam diſcordiæ gliſcerent, eadem nobilis matrona, cupiens rem compoſitam videre, ſicut in eodem Proceſſu declarat, vovit pro impetranda pace viſitare Deiparam, quæ apud Regium-Lepidi in Lombardia colitur. Hac de peregrinatione conſilia conferenti ſecum, Mater Maria Magdalena, ad crates prædictas alienata à ſenſibus, dixit: In reditu vide ut caute procedas, quia Malataſca (ſic appellabat dæmonem) malum tibi cudit; monuitque ut Sanctorum Reliquias, & imaginem S. Hyacinthi devoti ſui ſecum portaret. Fecit quod juſſa erat Eliſabetha: cumque regrediens veniſſet ad montes Bononienſes, qui eam portabat equus, præter ſolitum pavefactus nulla apparente ex cauſa, cœpit tam effuſo curſu ferri, ut retineri haudquaquam valens, ſedentem poſt tergum excuſſerit. Quæ cum ſtapedi inhærentem pedem expedire nequiret, per ſaxa & rupes raptabatur tam miſerum in modum, ut comitum nemo dubitaret, quin reperienda eſſet tota lacera, ac forſan mortua. Verum inventa eſt per Dei gratiam prorſus illæſa: & recordata ejus quod prædixerat Beata, Deo & Sanctis ejus gratias egit, quorum Reliquias ſecum geſtabat admonitu ipſius beatæ Matris, cujus etiam interventui vitam ſervatam retulit. Inſuper juravit, quod die quadam neceſſe habens Florentia Mutinam patriam ſuam proficiſci, cum intentione non amplius Florentiam revertendi, dixit ei Beata; Ibitis & redibitis. Conſignavit ſeſe Eliſabetha in manus Domini, & abiit, neſciens quæ cauſa poſſet ſibi reditum perſuadere. Uno autem poſt anno, de mandato Sereniſſimæ Dominæ Magnæ Duciſſæ Hetruriæ, revocata fuit Florentiam à D. Irenæa Pica Salviati, Sorore Duciſſæ Mirandulanæ, ut aſſiſteret ei in ophthalmia quam patiebatur. Rediens autem, reperit quod D. Irenææ jam oculus unus prorſus exeſus, alius ruptus quoque erat & niger inſtar carbonis, adeo ut omnino nihil videret, neque ſpem haberet recuperandi viſus. Itaque, rogante prædicta Domina, acceſſit ad Marian. Magdalenam: quæ juſſit ut infirma commendaret ſeſe S. Franciſco, & viſitaret imaginem Annuntiatæ; ambæ autem, in honorem S. Franciſci, per annum griſeis veſtirentur; ita futurum ut D. Irenæa priſtinam videndi facultatem recuperaret. Rediit Eliſabetha, & quid mandatum ſibi eſſet retulit; quod ambæ cum cœpiſſent executioni mandare, intra paucos dies reſtitutus Irenææ uterque oculus eſt, & acceptam gratiam adſcripſerunt orationibus Matris Mariæ Magdalenæ.

ejuſdemque reditum Florentiam.

& cæcæ matrone curationem.

E F

Cap. 72 *Prænuntiat variarum Sororum mortes.*

130 Non raro etiam Sororum ſuarum mortes prædixit. Nam cum in monaſterio eſſet juvencula quædam ex familia Gian-filiazzorum, nomine Sor. Maria Catharina, mox Profeſſionem emiſſura, & plena fruens ſanitate; prædixit Beata, non niſi modico tempore ſupervicturam Profeſſioni factæ. Exitum prædictio habuit ſexto poſt menſe, quando illa ad alteram vitam tranſiit. Triduo autem poſt mortem ejus, cum pro ea deprecaretur Sancta, in ecſtaſi poſita, vidit à pœnis purgatorii liberatam in cælum ſcandere; eodemque tempore intellexit aliam Novitiam, Sor. Mariam Innocentiam Dati, tunc recte valentem, cito morituram; ſicut reipſa mox infirmata, atque intra paucos dies defuncta eſt. Cum

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

alia ejuſdem monaſterii juvencula, Soror Maria Benedicta Victoria non graviter infirmaretur; prævidit Beata aggravandum morbum, indeque morituram illam: idque indicatum volens Sorori ejus, ibidem etiam Monachæ, Quid, inquit, diceres, ſi Soror tua moreretur? Ad quam interrogationem cum illa conturbaretur, ſubjunxit eadem Beata: Ne id ægre feras, ſed divinæ te voluntati conforma: quod ſane faciendum ei fuit, quia uno ab inde menſe Sor. Maria Benedicta obiit. Alteri prædixit, quod abſque Sacramentis eſſet moritura. Quæ nuntio iſto conſternata, rem ad Prioriſſam detulit; hæc vero ei ſuaſit, ut ſe ad ejuſmodi mortem pararet; nec fruſtra, quia die quodam rupta vena pectoralis, ipſam intra paucas horas ſuo in ſanguine ſuffocavit, nec potuit Eccleſiæ Sacramenta recipere. Dum autem extrema infirmitate laboraret Beata, oravit eam Sor. Maria Magdalena Berti, ut ſi contingeret ipſam hinc à Deo evocari, ſe quoque vellet triduo poſt accipere: quia credebat non poſſe ſupervivere, præ magna qua illam proſequebatur caritate. Aderat Sor. Alexandra de Beccuto Infirmaria, juvenis ac vegeta: quæ audita excipiens verba; Ea, inquit, Mater, hanc ei præſta gratiam, ut tecum ipſam ducas in Paradiſum. Tum ſubridens Beata, atque ad Bertiam converſa; Non
B propter te veniam, ait, ſed propter Sor. Alexandram. Utque prædixerat factum eſt: nam uno poſt hanc prædictionem anno obiit Beata, atque poſt bimeſtre exhinc actum, etiam Sor. Alexandra vitam clauſit.] Signanter autem eodem tempore, de quadam Sanctimoniali loquens cum Matre Prioriſſa, dixit hæc verba: Animum adverte, Mater, quia Soror hæc brevi morietur. Obſtupuit ad hæc Mater Prioriſſa, eo quod Soror iſta tunc optima valetudine utebatur: ſed ægre tranſierant octo dies, cum gravi infirmata eſt morbo, & ſeptimo ejus die finem vivendi fecit.

atque etiam ſuam

131 Suam quoque ipſa mortem prædixit; quia in gravioribus ſuis malis audiens medicos de ea ſananda deſperare, ſæpe dicebat Prioriſſæ, Secura eſto, Mater, quia non moriar tam cito. Præterea, uno anno ante mortem ſuam, cum urgerent medici ut ſine mora ſuſciperet extremam Unctionem; abſolute, quamvis humiliter reſpondit, necdum adeſſe tempus. [Anno autem MDCVII die XXV Aprilis obiit quę-
CAP. 73. *ejuſque diē,* dam Sanctimonialis ipſius monaſterii, Sor. Urſula Vivioli nuncupata; quæ ut expiravit, Sororum aliquæ nuntium mox tulerunt Beatæ, tum præ gravi infirmitate decūbenti; quæ reſpondit; Et ego ſequenti menſe hac die moriar. Tunc illarum una, recordata quod eo anno feſtum Aſcenſionis cadebat in
C XXIV Maji, & credens quod Sancta eo die morituram ſe diceret, Nollem inquit, iſto die mori; erit enim feſtum Aſcenſionis. Aſt Beata, in die Aſcenſionis, repoſuit, etiamnum hic ero: itáque contigit, obiit enim poſtridie Aſcenſionis, id eſt die XXV Maji, ipſo præciſe termino menſis unius decurſi ab obitu Urſulæ præſignato.] Paucis vero diebus priuſquam obiret, prædixit quod Soror quædam brevi ipſam eſſet ſecutura: rogataque ut pro ejus ſanitate recuperanda oraret, dixit divinæ voluntatis eſſe, ut moreretur: quod etiam die ſexto poſt mortem Sor. Mariæ Magdalenæ evenit. [Novitiæ iſti, cujus occulto ingrediendi Chorum deſiderio ſatisfeciſſe piam Matrem ſupra dictum eſt, contigerant vices, una earum noctium, quæ infirmæ fuerunt ultimæ, vigilandi apud ipſam. Ibat illa animo reluctanti, quia metuebat apud morientem manere ſola; id ipſum tamen prodere non audebat, humano reſpectu impedita. Sed ægra intranti ad ſe dixit, Soror Angela Catharina (hoc enim nomen erat) veni confidenter, quia quando ego moriar, Monachæ omnes præſentes aderunt; ſicut & factum eſt.] Simili prophe-

& alia quædam adjuncta. CAP. 112

tiæ ſpiritu alia quoque multa prævidit, ad bonum ſtatum monaſterii ſpectantia: quæ tamen prætermittuntur, ne nimis prolixa evadat narratio. D

132 Die IV Aprilis anni ejuſdem, raptæ in ſpiri- LXIX
tu conceſſum fuit videre in Paradiſo gloriam B. A- *videt gloriam B. Aloyſii Gonzagæ,*
loyſii Gonzagæ ex Societate Jeſu. Attonita autem ad conſpectum tam eximii objecti, cœpit interpolatim loqui in hunc modū, quem lineæ hic ad ſpatia ſermoni interpoſita ſignatæ, denotant. O qualem gloriam poſſidet Aloyſius, filius Ignatii! numquam id credidiſſem, niſi Jeſus meus oſtendiſſet mihi. —— Videtur mihi quodammodo, nulla major gloria eſſe in cælo, eâ quam video habere Aloyſium. —— Dico quod Aloyſius eſt Sanctus —— Habemus in eccleſia noſtra Sanctos (eos intelligebat, quorum ibi Oſſa ſeu Reliquiæ erant) qui non ſunt donati tanta gloria —— Vellem ut poſſem ire per totum mundum, & dicere quod Aloyſius, filius Ignatii, eſt Sanctus: & vellem ut ejus gloriam omnibus poſſem oſtendere, quatenus in eo glorificetur Deus —— Tantam gloriam habet, quia interius operabatur. —— Quis unquam explicare poterit valorem & virtutem actuum internorum? Nulla eſt compara- *propter excellentiam actuū ejus interiorum*
tio extrinſeci ad intrinſecum —— Aloyſius hic infra in mundo conſtitutus, habuit os apertum ad intuitum Verbi. Dicere volebat, quod Beatus iſte E
amabat inſpirationes interiores, quas Verbum ingerebat cordi ejus; & quantum poterat, conabatur eaſdem executioni mandare —— Aloyſius fuit Martyr incognitus; qui enim te amat, Deus meus, adeo magnū te cognoſcit & infinite amabilem, quod grande martyrium ei ſit videre, quod non te amet, quantum vellet amare; & quod à creaturis non ameris, ſed offendaris —— Ultro etiam ſe Martyrem fecit —— —— O quantum amavit in terris! & ideo nunc fruitur Deo in cælis, per amoris plenitudinem. —— Sagittabat cor Verbi, quando erat mortalis: nunc cum eſt in cælis, ſagittæ iſtæ requieſcunt in ejus corde, quia nunc intelligit & fruitur actibus amoris & unionis (ſagittis ſcilicet modo dictis) in quibus ſe exercebat. —— Vidit deinde quod iſte Sanctus pro iis perquam ferventer orabat, qui eum in terra ſpiritualiter juverant: unde dixit; Ego quoque volo excogitare modum lucrandi animas, ut ſiqua earum Paradiſum obtineat, oret pro me; ſicut Aloyſius orat pro iis, quos habuit in hoc mundo adjutores. Atque hic loqui deſiit.

idque coram Archiepiſcopo vitæ teſtatur.

133 Cum autem Rev. Patres Societatis Jeſu intel- F
lexiſſent, quod Mater Sor. Maria Magdalena in raptu habuiſſet tam grande indicium de ſanctitate iſtius eorum Beati, inſtanter poſtularunt à monaſterio, eorum quæ ſuperius relata ſunt deſcriptum exemplar; quod eis promptiſſime expeditum fuit, quia iſti Patres ipſum monaſterium in rebus ſpiritualibus ſemper multum iuverunt. Utque majori cum auctoritate res tota haberetur approbata, curarunt à teſtibus fide dignis eam confirmari, ac debite examinari. Quare ad eorum preces Illuſtriſſ. D. Alexander Marci Medices, nunc Archiepiſcopus Florentinus, anno MDCVI die XV Aprilis, acceſſit ad monaſterium; illudque ingreſſus, prædictam devotam Matrem, quæ propter morbum non poterat ſe levare de lecto, minutim interrogavit ſupra iſtud factum, coram Patre Gubernatore monaſterii, & duobus Preſbyteris quos ſecum adduxerat, ac D. Nicolao Rogetti Romanæ Rotæ Notario. Et bona Mater, ſemper cum profunda humilitate & reverentia reſpondebat ad interrogationes ſingulas; affirmans verum eſſe id, quod, ſicut dictum eſt, locuta erat in raptu de gloria B. Aloyſii. Verum dici non poteſt, quantam cordis amaritudinem exinde ſenſerit; non enim expectaverat de talibus rebus ſe interrogandam: neque inveniebatur

modus

A modus ad eam conſolandam, tantum horrebat quod laudes ſuæ evulgabantur, totaque doloris plena dicebat: Fierine poteſt, ut vilis creatura, qualis ego ſum, debeat notari & ſcribi in libris, atque per ora hominum appellari? Tandem ut aliqua ratione contentaretur, neceſſe fuit ut ei diceret Confeſſarius, quod iſtud contigiſſet per voluntatem ſuæ divinæ Majeſtatis, ut gloria ſua in iſto Beato magis reſplenderet.

C.LXX *Vinum corruptum corrigit,*

134 Anno MDCII accidit caſus, alteri jam ſupra relato ſimilis. Cum corruptum eſſet vini vaſculum, recurrerunt Monachæ ad Sor. Mariam Magdalenam. Quare mane quodam, poſt Communionem, acceſſit ubi erat vaſculum iſtud: factaque oratione, ad naturalem ſuam bonitatem vinum rediit: ſicut cum juramento teſtantur Monachæ, quæ miraculo præſentes adfuerant. Eodem anno Sor. Maria Ginori, Monacha profeſſa, acerbis calculi doloribus cruciabatur, quos jam triennio toleraverat: peculiariter autem quadam vice, ſex continuis diebus ac noctibus nullam requiem capiens, videbatur ſibi accedere ad ultimam vitæ metam, quia cruciatum tam exceſſivum ferre ultra non poterat. Sed viſitata à Sor. Maria Magdalena, ad eam ſe convertens, dixit: Mater mea, obſecro roga Dominum, ut pœnas has mitiget, ut B eas poſſim patienter tolerare; vereor enim valde, ne me ad deſperationem adducant. His auditis, ſtatim ad orationem ſe compoſuit benedicta Mater, & ſubito ſoporari viſa eſt infirma; experrecta autem, omnino ſanam ac liberam ſeſe invenit, per ferventem famulæ Dei orationem, ut ſuo ipſamet ore cum juramento hodiedum teſtatur. Aliàs accidit ut Soror Maria Magdalena Mori, iſchiade laborans, quæ menſes octodecim ipſam excruciaverat, ita ut ſurgere de lecto non poſſet; dum Sor. Maria Magdalena quodam die Veneris eſſet rapta in ecſtaſim, inter meditanda Dominicæ paſſionis myſteria commoveri ſe interius ſenſerit, quod ſi ad ejus præſentiam ſe conferret, à ſuo morbo liberaretur. Itaque à Sanctimonialibus adducta eſt coram devota Matre, adhuc in raptu poſita: ipſaque ante eam in genua ſe collocans, fecit ſibi tangi latus, in quo cruciabatur: & mox, ab omni dolore liberatam ſe ſenſit, diſpulſamque infirmitatem, quam reliquo deinceps vitæ ſuæ tempore numquam amplius paſſa eſt: uti fidem faciunt multæ adhuc ſuperſtites Monachæ. Similiter cum Soror Maria Catharina Chelli per duos annos fuiſſet ſub cura medicorum, propter horribilem plagam in brachio dextero, quæ tribus patens locis etiam oſſis particulam cum pure ejecerat; die quodam plus quam ſolitis doloribus aggravata, recurrit ad Matrem Sor. C Euangeliſtam Jucundi, ut ſe juvaret. Quæ illi, divinitus inſpirata, reſpondit, ut pro auxilio adiret Sor. Mariam Magdalenam. Quod cum feciſſet illa, detractis brachio faſciis, etiam peniculos vulnerarios exemit; & mox dolores ceſſaverunt, ac brevi ſanitas integra ſucceſſit, non ſine admiratione magna medicorum qui infirmam curaverant. Ea Monacha nunc quoque vivit, & ſimul cum aliis tunc præſentibus fidem miraculo facit. Præter has aliaſque gratias, ſuo loco relatas, plura miracula in monaſterio ſuis meritis eſt operata, quæ brevitatis ergo dimittuntur. Sufficiet dicere, quod ibidem nulla Monacha fuerit, quæ non receperit per ejus orationes ſingulariſſima aliqua à Deo beneficia. Quæ autem nunc ſuperſunt in vivis, omnes cum juramento affirmant & teſtantur magnalia, quæ fecit Dominus in ſua dilecta Sponſa.

calculum ſanat,

item iſchiadem

& plagam in brachio.

C.LXXI *Confirmata in officio Magiſtræ*

135 Vix in officio Magiſtræ Novitiarum conſuetum tempus expleverat, & pro aliis tribus annis in eo fuerat confirmata, cum anno MDCII continuus ei catarrhus advenit, vehementi tuſſi conjunctus, quę ſic eam cœpit fatigare, ut brevi viribus exhauſta ſit. Ipſa tamen parvi id faciens, noluit unquam diſcedere ab inſtitutæ vitæ rigore, ſed potius plures aſperioreſque pœnitentias faciebat, formidans ne diaboli ea eſſet aſtutia, volentis ipſam à propoſita ſeveritate dimovere; ideoque dicebat, O quam neceſſarium eſt attendere ſibi, eo quod ſenſus humanus adeo piger ac puſillanimis ſit, ut ſomnolentiam in bene agendo exiſtimet eſſe debilitatem atque infirmitatem, quatenus requiem aliquam ſibi indulgeat. Ad ſe vero converſa ſubjungebat, Bene te novi, nec faciam unquam voluntatem tuam, ſed divinæ voluntati obſecundabo. Interim quotidie aggrabatur malum, & anno MDCIII menſe Aprilis rupta eſt ei pectoralis vena, ut multam ſanguinis copiam per os evomeret. [Non tamen id cuiquam manifeſtavit, formidans alicui novam de ſe curam injicere. Verum die ſequenti, Novitiam unam ad crates comitata, rediit ad ſanguinis vomitum; quem occultare non valens, juſſa fuit per obedientiam cubitum concedere, & nonnihil remedii adhibere. Huic mandato illa quidem tunc paruit, ſed poſt modicam paucorum dierum quietem ad conſueta redivit exercitia, ulteriori omni remedio abſtinens,] & judicans quod omnem indiſpoſitionis naturalis difficultatem poſſet cæleſti favore ſuperare, quamvis ipſamet aliquando diceret, Sæpe cogitatione ſuſpenſa dubito, utrum ſim eadem quæ antehac: quia antea videbar mihi animo determinato quidlibet facile ſuſtinere poſſe; nunc autem quanto majorem conatum adhibeo, tanto magis debilis proſtrataque appareo.

rupta pectorali vena ſanguinem vomit.

4ap. 138

E

136 Non tamen audebant Superiores, poſtquam in ea viderant tanta prodigia, eidem injungere per obedientiam. ut vel lectum ingrederetur, vel aliquid de nimio vitæ rigore remitteret; quamvis non deſinerent eam rogare: ſed ipſa contra affectuoſis precibus miſcebat amaras lacrymas ad Deum, ne permitteret ipſam infirmam videri, licet eſſet. [Menſe Julio ſequenti iterum cœpit ſanguinem vomere]; eoque adducta eſt, ut cibum amplius non admitteret, & abſque magna laſſitudine non poſſet ad duos paſſus procedere: quare tunc demum compulſa eſt à Superioribus lecto ſe dare. Paruit illa citra moram ullam (tanti faciebat obedientiam,) ſed quia ſupra modum metuebat, ſicut dixi, ne diabolicæ fraudis verſutia hæc eſſet, maximo cum dolore ſumebat neceſſarias refectiones. Atque in hoc ſtatu manſit uſque ad ſecundum Auguſti ſingulari cum patientia: quando incrudeſcente magis tuſſi, rurſus copioſum ſanguinem evomuit, unde exiſtimabant medici in ipſo ſuffocandam: & in hoc tam gravi periculo perſeveravit uſque ad feſtum S. Laurentii, cum nullum ſiſtendo cruori remedium inveniretur. Stabant eo tempore circum ejus lectum Sorores, plenæ luctus; ſed ipſa cunctis addebat animos, firmiter aſſerens ſe non inorituram, antequam expleſſet officium Magiſtræ Novitiarum: quod & factum eſt. Nam paulo poſt aliquantum alleviata à morbo, circa feſtum Sanctorum omnium, reſumpſit regimen iſtud cum incredibili lætitia monaſterii. Redibat quidem ei ſubinde ſanguineus vomitus, ſed nihili id faciebat; afflictiſque propterea Novitiis dicebat, ne metuerent, certam enim eſſe ſe, quod, licet vas integrum ſanguinis quotidie evomeret, officii tamen ſui tempus abſolveret. Quin etiam, licet tam male conſtituta, obtinuit à Superioribus, ut inchoare ſibi liceret Quadrageſimale jejunium anni MDCIV, ipſumque proſecuta eſt uſque ad ſabbatum ante Dominicam Paſſionis; quando, ſupervenientę nova eructatione copioſioris ſanguinis, illud interrupit ex obedientia; ſic tamen ut cum lacrymis diceret, ſe propter peccata ſua dignam non fuiſſe, ut cum aliis ageret Quadrageſimam: quā poſt octiduū reſumpſit, atque ad finē perduxit.

atque cum aliis Quadrageſimæ agit.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI. *gravi catarrho exercetur,*

atque extremum debilitata moriturum ſe negat,

& convaleſcit quamdamtenus,

F

CAP.

CAPUT XIII.

Extremus morbus & obitus Sanctæ.

137 C.LXXII *An. 1604 de reliquo vitæ ſuæ ſtatu edocta,*

IN feſto S. Joannis Baptiſtæ anno MDCIV rapta in ecſtaſin (fuit autem ultimus hic raptus, qui Sanctimonialibus innotuit) intellexit à Deo, quod deinceps uſque ad mortem continuo eſſet ægrotatura: unde hilari vultu dixit, O Jeſu mi! Viſne ut efficiar ſicut infantula, imo viſne ut renaſcar? Totaque admirabunda ſubjungebat, O quam puſilla fieri debeo! ſic ut propter parvitatem iſtam amplius me non cognoſcant hæ animæ meæ. Dicere volens, ſicut poſtea ex obedientia retulit, quod propter morbum actura eſſet vitam adeo diſſimilem priori, ut videretur renaſci ad novam crucem ſufferendam. Hoc autem omnino contigit: quia tanta exinde laboravit ſpiritus ariditate, ut Deus ipſam videretur dereliquiſſe. Ipſa tamen magis incenſa ad faciendam Dei voluntatem, promptam ſe offerebat ad qualemcumque laborem, ac deinde ſenſibus ſuis eſt reddita. Interea abſolvit alterum officii ſui triennium. Quia autem mutandæ erant Officiales, *eligitur Supprior:*

B metuens illa ne ad aliud aliquod munus eligeretur, [ſuboluerat enim hoc agi, ut, poſtulata diſpenſatione in defectu ætatis, Prioriſſa fieret]; humiliter indicavit gratum ſibi fore, ſi habita debilitatis ſuæ extremæ ratione, quietem nonnullam nanciſci poſſet; & maxime propter morbum quo continuo atterebatur: dicebat autem iſtud, non pro aliquo ſolatio corporis, ſed ut effugeret prælationem. In unum tamen coactæ Monachæ, conſiderata eximia virtute iſtius animæ benedictæ, Suppriorem Monaſterii ipſam elegerunt menſe Octobri ejuſdem anni. Admiſit illa impoſitum ſibi munus, ſed magno cum dolore, ineptam ſe credens ad tanti debiti exolutionem; nihilominus, ut erat tota in Dei voluntatem reſignata, cito compoſuit animum, deditque muneri gerendo initium cum ſingulari exemplo. Sed æ- *& febri correpta lectoque affixa,*

gre octo dies tranſierant, quando Deo benedicto placuit febrim eidem immittere, & dolorem capitis adeo vehementem, ut cogeretur in lectum ſe dare; quantumvis ipſa adhuc inveniebat modum, quo poſſet omni mane audire Miſſam, & refici cibo Angelorum: inde revertens ad cellam, adeo remanebat debilis atque afflicta, ut præ imbecillitate linquenda animo crederetur. Vincebat tamen infirmi-

C tatem ingens devotio erga hoc cæleſte Convivium, qua ſtimulante eidem incommodo ſeſe exponebat quotidie, adeo ut quandoque eodem tempore extraordinaria febri corriperetur, imo dolores acerbiſſimos uſque ad mortem propterea indies ſuſtinebat: quia cum præ nimia extenuatione non poſſet corpus ſuſtinere, niſi tertia quaque hora per diem cibaretur, omnem illam moleſtiam ſuſtinebat patienter præ deſiderio communicandi. Cumque aliquando *aquidie tamen ſurgit ad Communionem,*

moneretur à Sororibus, ut tali de cauſa deſineret quotidie accedere ad Menſam ſacram, quatenus corpus poſſet melius confortare; bona Mater reſpondebat: Si vobis videtur quod propter meam indignitatem non debeam communicare, libenter eo bono privabor; quod ſi aliis de cauſis movemini ad hoc mihi ſuadendum, niſi id ipſum mihi à Confeſſario mandetur per obedientiam, numquam faciam quod ſuadetis, etiamſi propterea mori deberem: certo enim mihi perſuadeo, quod abſque auxilio hujus ſanctiſſimæ Communionis non poſſem tolerare dolores continuæ infirmitatis, & tantam ſpiritus deſolationem: quia ſentio quod poſt receptionem iſtius vitalis Cibi, novum accipiam vigorem ad reſiſtendum tentationibus meis.

138 Interim magnopere eam affligebat, quod cogebatur permanere in lecto; eo quod naturaliter perquam actuoſa, magnam inde recipiebat mortificationem: ſolebatque dicere, quod Deus non potuerit ei immittere pœnam, à qua abhorreret magis natura ſua, quam iſtam. Sed quia certo ſciebat hanc eſſe Dei voluntatem, dici non poteſt quam alacriter perferret anguſtias etiam maximas. Octo diebus prius quam eam morbus invaderet, audiens in Refectorio legi Vitam alicujus Sancti, qui pro Deo multum toleraverat; tantum ad patiendum incenſa fuit, ut denuo ferventiſſime ſe obtulerit ad quamcumque ei placibilem occaſionem, oblita afflictionum præteritarum. Cum enim aliquando Soror una diceret; Mater, numquid grandis crux tibi videntur *patienter tolerat morbi moleſtias*

& optat omni ſolatio privari:

eſſe ea, quæ toleraſti quinquennio tuæ probationis? ſtatim reſpondit, quod eatenus numquam acceperit tale tempus, quod eſſet puræ ac meræ patientiæ; quia etiam in illo quinquennio guſtaverat aliquam ſuavitatem cæleſtem, quæ dulcorabat qualemcumque pœnam. Sed quod modo à Deo poſtulo, inquiebat, eſt, ut mihi concedat purum pati, quod nulli guſtui ſpirituali admixtum ſit: &, per fiduciam quam habeo in divina bonitate, ſpero, quod ante mortem obtentura ſim talem gratiam: ſcio e- E nim quod pretioſæ illæ deliciæ guſtuum internorum, quæ tanti æſtimantur, in patria cæleſti locum non habeant. Non remanſit ſuo effectu fruſtratum C.LXXIII tam incenſum deſiderium patiendi; eo enim redacta fuit ſancta Mater, ut in hac infirmitatis ſuæ cruce ſimilis quodammodo facta ſit ſuo Jeſu, quando afligebatur intenſiſſimis ſuæ crucifixionis doloribus. Quamvis autem ad ejus obſequium adeſſent Sorores promptæ, nihil tamen ſolatii hinc accipiebat; dicens aliquando, ſe non habere alterius rei capax pectus quam moleſtiarum; & omne id, quod ſibi olim ſolatio erat, mutatum eſſe in dolorem ac pœnam. *quo impetrato,*

139 Creſcebant ejus labores & periculum vitæ augebatur in dies; in ipſa tamen non decreſcebat deſiderium ſemper amplius patiendi: unde inter medios cruciatus, oculos identidem torquens verſus cælum, gratias agebat Deo, quod in vivis eam conſervaſſet uſque ad tempus illud, ut pro ſua voluntate guſtaret merum pati ex amore ejus. Aliquando conſiderans omnia ſua membra, continuis tormentis afflicta, dicebat: Scio quod tales ac tantæ ſint culpæ meæ, ut majus ſupplicium quam iſtud merear. Præterea duobus continuis annis, die ac nocte ſic afflicta fuit dolore dentium, ut quandoque F cogeretur erumpere in lamenta, cum nullum inveniretur ei ſublevandæ remedium. Tantus autem e- *affligitur etiam dolore dentium,*

rat cruciatus iſte, ut dentes comprimere non poſſet: & coacta cibum ſumere, etiam lacrymari cogebatur præ vehementia tormenti. Idem dolor conſumpſit ei corroſitque omnem gingivam, uſque adeo, ut ipſi tandem dentes ſigillatim ſinguli ei exciderint præ dolore. Siquando ipſi obveniebat rei alicujus *& cibi ſumendi difficultate,*

appetitus, notabilem exiſtimaſſet defectum illum ſigno aliquo manifeſtare: & quia nobilis quædam matrona, ipſi & monaſterio devotiſſima, caritate impellente, miſerat cibos aliquos delectabiles, quibus afflicta Mater poſſet quadamtenus refocillari; ipſa id intelligens, non exiguo ſcrupulo angi cœpit, atque guſtare eos noluit. Sed quia nihil jam amplius inveniebatur, quod nutrire eam poſſet; ſuaſit ei Pater ſpiritualis, ut eos experiretur, omni omnino ſcrupulo liberam eam eſſe jubens. Acquievit igitur, moleſtiam tamen magnam eſt paſſa in ſumendis ejuſmodi cibis: ſæpiuſque dicebat, infirmitatis tempore aliud nihil eſſe curandum, quam ut ſemper ſplenderet ſancta paupertas. Ideo, quanto exquiſitius apparata erant fercula, unde eam veſci oppor-

bat

A bat, tanto plus afflictionis ac pœnæ eidem afferebant, mentem ſemper fixam tenenti in Vitam Jeſu Chriſti, qui noſtræ ſalutis cauſa omnem guſtum ſolatiumque repudiavit. Dolores etiam capitis eam magis magiſque quotidie, ſed maxime feria ſexta, cruciabant: tali enim die, poſt receptam olim à Domino coronam ſpineam (ſicut in ſecunda parte videbitur) dolores ſemper maximos patiebatur.

item capitis dolore

140 Præterea de hora in horam ſentiebat ſibi corpus transfigi veluti jaculis quibuſdam, pœna valde atroci: & cauterium, quod medici juſſerant fieri, ad morbum ejus utcumque levandum, crudeliter eam affligebat: nam pro ſolatio, quod ferre debebat, adferebat tædium & moleſtias incredibiles. Quare multoties oculos ad Crucifixum convertens, ajebat, Domine mi, niſi tu mihi auxilium & robur dederis, non poteſt meum corpus perferre tantos cruciatus. Multum etiam moleſtiæ adferebat ei cogitatio, qua metuebat, ne Deum offenderet per voces expreſſivas ſenſus, ad quas aliquando cogebat dolor: ideoque orabat Sorores, pro ſe Deum precarentur, ut tantas moleſtias perpeti poſſet abſque ulla vel minima ejus offenſa. Cogitatio autem iſta tam vehementer eam premebat, ut ſæpe cum profunda humilitate Gubernatori monaſterii diceret, Crediſne, Pater, quod ſalvari poſſim? Cumque ille obſtupeſcens reſponderet, Cur iſtud interrogas? ſubjungebat bona Mater, Magna ſane res eſt, Pater mi, quod creatura, quæ nihil boni fecit in vita ſua, debeat comparere coram ſuprema Dei puritate: iterumque quærebat, Crediſne, Pater, futurum ut ſalver? In hoc autem maxime reſplendebat humilitas ejus, quæ tam ſancte vixerat, & tam ſingularibus donis fuerat à Deo locupletata.

& metu in hoc offendendi Deū.

B

C.LXXIV *interim officium exercet ut poteſt,*

141 Quia petierat à Deo merum pati, ſi quando aliquid accidebat ei quod vel umbram ſolatii habere videbatur, multum metuebat, ne in eo Deum offenderet, & ne propterea deberet pœnas æternas ſuſtinere. Cumque ei aliquando dictum eſſet à ſuo Patre ſpirituali, quod ante mortem veroſimiliter perceptura eſſet multam conſolationem; Hoc, inquit, à Domino meo non peto, ſed ſolum patientiam ad bene ſuſtinendos dolores: quibus ſic atrociter afflicta, non deſinebat pro poſſe exercere officium Supprioris, Sororibus ad ſe venientibus opportuna conſilia ſuggerendo. [Quando autem illo ſe abdicavit, ſervavit tamen curam juniorum ad dictum officium pertinentem; multaque cum caritate exercuit, etiam in lecto eas inſtruendo corrigendoque. Mirabile autem erat, quod ab ea recederet nulla abſque ſumma ſatisfactione: mirabilius vero, quod ipſa tantopere afflicta cum eſſet, ſui tamen tota oblita videretur, cum alteri erat impendendum ſolatium. Hoc cum eſſet ab aliquibus animadverſum, cœperunt in remedium dolorum ejus alienas ei miſerias repræſentare: tunc enim ſuas ipſa reprimens lacrymas gemituſque, conabatur ſereniori apparere vultu, donec ſolatium querentibus attuliſſet.] Augebantur interim dolores ejus & labores quotidie: & modo in pectore ſentiebat veluti novaculâ membra diſſecantem; modo in capite quaſi malleorum ictus, aliaſque infinitas pœnas. Quare ſi non ita prompte ſe prius obtuliſſet ad patiendum, neque tam vivacem habuiſſet notitiam ejus dignitatis, quam affert tolerantia pro amore Jeſu; potuiſſent haud dubie tantæ moleſtiæ, ultra quam credi poſſit majores, exprimere ab ea verba aliqua impatientiæ. Erat autem dignum imprimis commiſeratione ſpectaculum, videre corpus ita conſumptum, ut oſſa in lecto facerent quaſi foſſas grandes, neque poſſet à Monachis ſublevari quin cruciatus intolerabiles pateretur. Interim notare erat ſummam ejus puritatem, cum Sororibus ejuſmodi obſequia ſibi exhibentibus diceret; Creditiſne, quod hi contactus motuſque, quos facitis ad me ſublevandam, aliquatenus officiant virginitati aut pudicitiæ? Id ſi credatis, vim ipſa mihi faciam, ut abſque auxilio veſtro me moveam, aut certe manebo in eodem ſemper loco. Signum profecto evidens, quod, ſicut Confeſſario faſſa erat, nihil umquam ſciviſſet aut experta eſſet contrarium caſtitati.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

licet mirabiliter extenuata,

142 Ignorabant medici, neque cauſam poterant excogitare, quæ ſic conſtitutum corpus tamdiu poſſet conſervare, tantiſque cruciatibus par efficere: ipſæque Monachæ omnino admirabundæ ſæpenumero dicebant, impoſſibile eſſe ut octo diebus ſupereſſet. Tranſibant tamen illi, & hebdomadæ, & menſes; ita ut humana prudentia maneret confuſa, remque miraculo duceret; cum eo redacta illa jam eſſet, ut ægre auderent ad eam viſitandam intrare Monachæ, præ horrore ſpectaculi tam lacrymabilis: quando autem intrabant, non poterant continere planctum, amittebant loquelam, nec audebant oculos in eam defigere, & ſæpe abibant verbo nullo prolato. Pater Gubernator, qui omni mane ferebat ei ſanctiſſimam Communionem, haud raro eam fixe conſiderabat; vehementer dubitans an ad trajiciendam Hoſtiam ſacram ſatis virium haberet, & metuens ne in illo ipſo actu tam devoto vita eam deficeret. Nihilominus ſubinde vigorem aliquem reſumebat, & volebat quotidie audire ſacra Officia; quibus, dum ea ante lectum ſuum à duabus Monachis recitabantur, attentiſſima erat, pronuntians etiam ipſa Verſiculos nonnullos. [Quotidie autem offerebat Deo ſanguinem Jeſu Chriſti, orabatque pro peccatoribus, pro animabus purgatorii, perſoniſque afflictis, & aliis quibuſcumque ſibi commendatis neceſſitatibus. Cumque aliquando intellexiſſet, in quodam monaſterio inſtitutum fuiſſe, ut Monachæ, in Choro collectæ ante venerabile Sacramentum, ſigillatim omnes à Deo veniam poſcerent delictorum ſuorum; voluit idem in ſuo monaſterio ad praxim deduci, nec abeſſe à tali actu ſuſtinuit; ſed ſe quoque in grabato illuc deferri mandans, ubi vices ſuæ venerant, tota tremens & verbis maximæ humiliationis utens, de genibus veniam poſtulabat Deum, orabatque ut ſui in morte miſereretur: deinde converſa ad Monachas, itidem genuflexa ignoſci ſibi petebat deteriora exemplum & ſcandala à ſe data; ita ut omnes commoveret ad planctum].

& ſæpe morti proxima videretur,

Cap. 140 *quando etiã coram V. S. veniã petiit erratorum.*

C

143 Tandem poſt annos quinque tam gravium infirmitatum, monita eſt à medicis ſuſcipere extremam Unctionem: judicabant enim quod ultra duos vel tres dies vivere non poſſet. Ipſa vero, tanquam vicinæ mortis præſaga, eorum voluntati prompte ſe tradidit, cum magna humilitate ſe præparans ad ſanctum illud Sacramentum ſuſcipiendum. [Eo die mane, qui erat XIII Maji, communicaverat de manibus Confeſſarii]: cui etiam magno cum fervore commendavit monaſterium; promittens ei, quod ſi in Paradiſum reciperetur, Deum eſſet inſtanter precatura pro ipſo, & pro omnibus Sanctimonialibus, ut brevi ſe mutuo reviderent in regno cælorum. Rogavit deinde Prioriſſam, ut Sorores omnes juberet adunari coram ſe; à quibus petiit veniam defectuum & mali exempli dati, exhortans eas ut ſe conſervarent Chriſto Jeſu ſponſas veras. [Inter alia vero magnæ ædificationis verba, agebat ipſis gratias, quod ipſam in ſua communitate ſuſtinuiſſent, tali loco indignam ſe fuiſſe affirmans; ſperare tamen, quod per merita piarum Sororum, jam tranſlatarum in vitam alteram, jungendaeſſet ipſarum numero, impetrata ſuorum delictorum indulgentia. Poſtea ſe multum humiliavit erga Matrem Sor. Euangeliſtam

F

an. 1607, Maji 13, extrema Unctione munienda.

Cap. 143

Cap. 141 *Magiſtræ ſuæ longiorē vitam prædicit,*

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

de Jucundo, ſub cujus cura ſemper vixerat, gratias ei agens pro laboribus ſui cauſa ſuſceptis, & veniam poſtulans defectuum erga ipſam commiſſorum; pro ipſius longiori vita ſe quoque oraturam in cœlis pollicita, utque ad commune monaſterii bonum faceret eam Deus attingere ætatẽ ſui ſancti Patroni; quemadmodum factum vidimus; nam quæ tunc annorum erat LXXIII, uſque ad XCII vixit, pie defuncta primum anno MDCXXVI. Tria deinde Sanctimonialibus monita dedit. Primum, ut Regulæ & Conſtitutionum ſervandarum zelo magno ardentes, quidlibet potius tolerare eligerent quam relaxationem earum permittere, idque in delectu Superiorum præcipue intenderent. Alterum, ut in omni re quærerent amarentque paupertatem ac ſimplicitatem religioſam; ſibique ignoſcerent, ſi ſingulari ſuo victus ac veſtitus modo, moleſtiæ quidquam eis dederat, quia talis fuerat Dei voluntas. Tertium, ut invicem caritate conjunctæ cor unum eſſent & anima una; ita ut ſingulæ magis alterius bono lætarentur quam proprio, firmiter perſuaſæ, alias aptiora eſſe quam ſint ipſæ, divinæ gloriæ inſtrumenta. Denique cum cantari ſibi feciſſet Nicœnum Symbolum, Præfationem de Trinitate, & Symbolum S. Athanaſii] recepit à Patre Spirituali extremam Unctionem: quo in actu reſpondit ipſamet ad Verſiculos & ad Letanias, nec umquam abduxit oculos à conſpectu Crucifixi, quem continuo tenebat manu. Tunc aliud nihil audire erat quam ſuſpiria & ſingultus Sororum, circum lectum optimæ Matris proſtratarum & inconſolabiliter plangentium. Poſtquam autem Sacramentum prædictum excepit, præ conſolatione quã inde hauſit toto vultu ſerenata eſt, videbanturque ab ea dolores omnes quaſi penitus receſſiſſe. Unde converſa ad Confeſſarium, dixit: Intelligo, Pater, quod propoſueris cras viſitare Patres Eremitas Montis-Senarii: dico tibi ut vadas ſecurus, neq; de me formides quidquam, rediens enim me vivam reperies: interim rogo, ut eorum orationibus me commendes: quia multum fiduciæ in iis habeo collocatum, ut Dominus concedat mihi gratiam, qua valeam ſalvari. Cum autem reſpondiſſet Gubernator, quod propter graves illius infirmitates iturus eo non eſſet; turſum ei dixit: Vade audacter, quia vivam me reperies. Sumpta igitur fiducia abiit quo ſtatuerat, & poſt tres dies ipſam eodem in ſtatu reperit.

& tria monita Sororibus dat:

C.LXXV

144 Oleo extremæ Unctionis, ut jam dictum, ſuſcepto, tredecim diebus illis quibus ſupravixit, multũ fuit fatigata à doloribus, adeo ut ad eam ſepeliendam convenire decernerent; & paucæ ille carnes, quæ ſupra infirma oſſa remanſerant, præ cruciatuum magnitudine copioſum ſudorem ſtillabant continuo, quo non ſolum lodices, ſed ipſa etiam culcitra humectabatur; adeo ut neceſſarium eſſet deputare Sorores duas, quæ jugiter aſſiſtentes cum pannis lineis eamdem ſiccarent. Ipſa nihilominus, ſaluti animæ ſuæ intenta tota, ſolum cogitabat, quibus novis modis ſalutem ſuam aſſecurans, gratam ſe redderet divinæ Majeſtati.

C *Inter ſummos dolores,*

145 [Multum autem ſe commendabat Sororum orationibus, quæ non negligebant, una poſt aliam, ipſi valedicere ac valedicendo commendare ſingulæ pia ſua deſideria, & hanc vel illam gratiam poſtulare. Quod aliqui attentius conſiderantes, dicebant, videri ſibi hanc Dei famulam, in iſto pauperrimo cubili ſuo, eſſe inſtar magnæ cujuſdam Reginæ, intra paucos dies ad Sponſi ſui regnum abituræ: & ipſa omnibus pollicebatur longe majus auxilium de cælo, quam potuerat eis ferre in terra, atque dicebat: Si ego, dum vixi, pro uniuſcujuſque veſtrûm perfectione majori libenter vitam impendiſſem, ſolum propter amorem quo vos ſciebam diligi à Jeſu; quanto id magis faciam, ſi per Dei miſericordiam conſecuta fuero paradiſum. Multæ in genua provolutæ petebant veniam tædiorum, ipſi per ſuos defectus creatorum: aliæ accedebant, conſilia & lumen poſtulaturæ: & ipſa ſingulas excipiens benigne, opportuna cuique monita & ſolatia dabat: nec alius ſermo audiebatur ex ore ejus, quam de Deo, de morte, de paradiſo, de perfectione Euangelica, de ordine religioſo, dilectione, atque obſervantia. Fuit tamen inter hæc perſona quædam, etiam in tali articulo, non reformidans valde gravi injuria ipſam afficere, paucis ante mortem diebus: quod illa animo tam conſtanti excepit, ut ſingulari cum demonſtratione benevolentiæ ipſam perſonam dimitteret. Hoc vero admiranti cuidam diſcipularum, dixit: Feci hoc, Soror, ut pro accepto beneficio gratam me exhiberem (beneficium reputans, quod injuria fuerat) ſubjunxitque: Gaudeo enimvero, quod non prius mortua fuerim, quam iſtud patiendum mihi obveniret.

ſingulis bene conſulit,

D *& cuidam injurium facienti gratias agit.*

146 Quamquam de veritate revelationum ſuarũ pluſquã moraliter eſſet certa; ſicut tamen humilitas ejus faciebat, ut ſemper verſaretur in ſancto timore, nequid diabolicæ illuſionis ſubeſſet; ita ultimis iſtis diebus ſolicite interrogavit Patrem Confeſſarium, an crederet deceptam ſe fuiſſe. Hic vero cum reſpondiſſet, Si obedientiæ ductum ſecuta es, omnino ſecura debes manere, decipi te nequaqam potuiſſe; ſubiecit illa: Equidem non recordor me aliquid unquam feciſſe citra obedientiam, ſed ab hac per Superiores ſimpliciter ſemper duci me ſivi; & in aliis meis quibuſcumque rebus aliud nihil in mente habui quam præſentem Deum. Longe ab ea erat omnis metus mortis; ideoque Sorores de hac cum illa loquebantur liberrime, æque ac de alia re qualibet: quin etiam apparebat oblectari ipſam illius mentione facienda, & deſiderio proximæ diſſolutionis ardere. Quæ autem ipſi ultima illa nocte aſtiterunt, affirmant, quod in ejus vultu legere ſibi videbantur evidentiſſima tranquillitatis internæ ſigna; quemadmodum etiam Patri Confeſſario teſtata pridie fuerat hiſce verbis; Noveris, Pater, quod nulla mihi pars corporis ſit non plena doloribus, ſed quod in corde ſentiam magnam pacem. Iiſdem ultimis diebus, quamvis pejus haberet quam alias unquam, omne tamen corporale ſolatium, etiam à medicis ordinatum, recuſavit; dicens, Jeſus in cruce ſolatium nullum habuit; itaque imitari ipſum cupiebat, moriens, non ſolum quoad corpus, ſed etiam quoad ſpiritum deſolata. Ut tamen parum aliquid devotionis ſaltem exterioris perſentiſceret, faciebat ſibi ab adſtantibus Sororibus, per eoſdem dies nocteſque, recitari Letanias, Pſalmos Pœnitentiales, Athanaſianum Symbolum, aliaſque devotas preces. Suſcepto autem ſacro Oleo, noluit unquam, paucis quibus ſupervixit diebus, Communione Dominici corporis privari.]

affirmat tamen ſibi adhuc dies aliquot fuiſſe.

Profitetur ex obedientia egiſſe omnia:

E

ſeque in pace degere,

147 Die XXIV Maji anni MDCVII, in feſto Aſcenſionis Dominicæ, ſuper eam, jam ferme voce deſtitutam, recitatæ ſunt Commendationes animæ, inter planctus & ſuſpiria Sororum, mœſta corona ipſam circumdantium. Tum converſa ad Confeſſarium quæſivit, quandonam ſibi dari Viaticum poſſet: cumque ei reſponſum eſſet, deſiderio ejus faciendum ſatis poſt mediam noctem; in illo moleſto, ſed glorioſo ſtatu, cœpit loqui; tanto cum ſpiritu de rebus cæleſtibus, ut diſſolvi videretur in jubilum amoris. Media nocte rediit ad illam Pater; eique, quod antea factum non erat, in forma Viatici porrexit ſacram Communionem, coram omnibus Sanctimonialibus. Adepta igitur quod concupierat, videbatur lætari, & cum ſummo animæ ſolatio vigorem reſumere. Verum jam appropinquabat terminus fragi-

quamquam extreme deſolatam.

24 Maji ſe mori intelligens,

petit accipitque Viaticum,

A fragilis hujus vitæ, aſpiranti ad coronam illam, quæ ſemel obtenta numquam amittitur. Vocatus ergo Confeſſarius eſt, ad horam poſt ſolis occaſum duodecimam, ut morti ejus præſens adeſſet: itáque tranſactæ ſunt horæ duæ, uſque ad decimam quartam, in pſalmis & hymnis, eo quod omnino amiſerat loquendi facultatem. Sed cum neceſſe Gubernatori eſſet accedere ad Miſſam celebrandam & Monachis præbendam Communionem, abiit inde: dum autem ſeſe præparat ad Sacrificium, monetur quod Mater ſancta reddat Deo extremum ſpiritum. Hærebat ergo Confeſſarius, dubius animo; eoque turbato non ſatis diſcernebat intra ſe, utrum eſſet convenientius; ſi enim ad moribundam accederet, non poterat Miſſam facere & communicare Sorores. Sed divina providentia ei ſuggeſſit, ut dici juberet per ſanctam obedientiam, quod differret mortem, donec Sacro peracto cæleſtem Cibum cunctis dediſſet.

poſtero die expiratura,

148 Incredibile dictu! mox atq; mandatum ejuſmodi delatum ad eam eſt, viſa eſt tota evigilare ac confortari: & quæ per multas jam horas verbum nullum protulerat, ſuaviter ſubridens, læta & clara voce dixit, *Benedictus Deus.* Petenſque ſibi aliquid ſtillati dari quo vires reſtauraret, ad quaſdam Sorores præſentes ſe vertit, & [Mariæ Pacificæ de Tobalia] dixit: Gratias ago Deo, quod uſque ad finem me reliquerit deſolatam & abſque guſtu. Satis mihi ſolatii eſt in ipſius beneplacito: & denuo ipſi offero qualemcumque conſolationem ſpiritualem, tantum ut ſalver. Dum ejuſmodi affectus nutriret, reverſus eſt ad eam Pater cum Sororibus omnibus: quæ circum lectum fuſæ in genua, dolentes ac lacrymoſæ, hymnos & pſalmos recitabant, ut anima illa ſancta, inter medias Dei laudes, tantopere ab ea dilectas, reciperetur ad patriam cæleſtem. Hora decima octava ejuſdem diei, qui erat feria ſexta, qua ipſa hora Jeſus Chriſtus Dominus noſter majores pœnas in cruce toleraverat, illa in cruce tam crudelium dolorum, licet cum ſumma quiete mentis & minimo motu corporis, mortalem hanc vitam clauſit, XXV Maji MDCVII, in feſto S. Zenobii Epiſcopi Florentini. Facies & caro ejus, longa pœnitentia & infirmitate pallens, mutata mox ab obitu, ſpecie in candorem prorſus Angelicum verſa; ac ſpecialiter vultus, miro decore reſplendens; devotionem aſpirabat intuentibus; taliſque remanſit dum ſupra terram ſtetit. Tantum vero aberat ut horrorem, qualem ſolent cadavera mortuorum, incuteret alicui; ut potius ſpiritu confortari ſe teſtarentur

jubetur Cõfeſſarium expectare,

ac denique moritur an. ætat. 42.

B

C adſtantes, quemadmodum fieret in ſacrarum Reliquiarum conſpectu. Anima vero ejus ſancta, inſtar columbæ candidæ, divina luce circumdata, & choris Angelorum comitata, ſubvolavit, quemadmodum par eſt credere, ad ſinum Dei, æternùm victura. Obiit autem Mater Soror Maria Magdalena annos nata quadraginta unum, menſes duos, dies viginti quatuor; actis in Religione annis viginti quatuor, menſibus tribus, diebus viginti quinque.

149 Eja anima beata, nunc cum læta degis in feliciſſimo iſto hoſpitio caritatis & regno amoris, funde obſecro ardentes preces ad ſupremum Numen pro filiabus monaſterii tui. Tu multos labores graviaque incommoda pertuliſti, ut eis cum immenſa caritate monſtrares viam veræ ſalutis. Quod ſi tantus fuit amor tuus in hac miſera ac fragili vita; nunc quando ad cæleſtem tranſiiſti & ardentiori caritate inflammaris, quanto credemus ardore incenſam in iſto feliciſſimo regno, cum is adeo grandis in te fuerit inter humanas paſſiones affectuſque terrenos? Ad hujus rei certificationem alia nulla deſideratur probatio, quam ut experiantur tuum ſanctum auxilium, accipientes per tuas preces robur & vires ad acquirendas eas virtutes, quæ maxime conducunt ad æternam coronam. Ne permittas unquam ut infernalis ſerpens veneno diſcordiæ conturbet earum propoſita ſancta, aut in hac ſancta domo obedientiã, quæ pacis eſt mater, infringat. Fac ut hæ tuæ Sorores, Deo ſacratæ, quantum fieri poteſt, magis fiant zeloſæ pro obſervantia religioſa; aliudque nihil animo intendant, quam ut executioni mandent tot ſalutifera monita & mandata, quæ acceperunt à ſuis Superioribus. Confirma eas rogo in tam incenſo affectu erga puritatem conſcientiæ & munditiam interiorem, ut malint potius vitam exponere mille mortibus, quam impuris deſideriis animam maculare. Accende in animis Superiorum ipſis præpotitarum ardentem amorem ſanctæ paupertatis, ut non permittant proprietatem rei vel minimæ irrepere, itáque magis vigeat communis vitæ obſervantia, & ſit inter illas ſemper, ſicut inter Apoſtolos olim, *una fides & unum cor:* quin nec ſibi ipſis afficiantur amore ſupervacaneo, ſed intentæ ſint ſemper ad obſecundandum inviolabiliter divinæ voluntati, atq; ad mortificandum ſenſus proprios, acquirentes ſibi in hac vita cumulum perfectarum virtutum. Neque porro multis verbis utar, ut pro me quoque, in hac valle lacrymarum conſtituto, orare velis æternum Deum; fidens promiſſioni quam mihi tanta cum caritate feciſti ſæpius, cum tibi in extremo morbo tuo ſanctiſſima Sacramenta miniſtrarem. Nunc ergo, ó anima beata, recreati omnes ſuavi aura orationum tuarum, ſperamus à Deo miſericordiam perveniendi poſt hanc brevem peregrinationem ad montem excelſum Paradiſi; ubi æterno lumine cincta, vivis læta & jucunda, ſupra quam ullus humanus cogitatus, magnitudine rei victus, poſſit comprehendere.

Invocatur ab auctore,

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

pro bono ſtatu monaſterii.

& ſingularum Sororũ profectu ſpirituali.

D

E

150 Sorores porro, videntes caram adeo Matrem vita deſtitutam, repletæ dolore ultra quam dici poteſt, fundebantur in lacrymas ſupra beatum illud corpus. Stabant ex una parte Novitiæ, Juniores religioſæ ex altera, quas gubernaverat; nec non eæ quæ ſub cura ipſius, Supprioris officium tenentis, fuerant: aliæ vero Matres omnes ſimul cingebant ſanctum cadaver, piis devotiſque contemplationibus occupatæ. Atq; in hoc tã mœſto ſpectaculo modo fervẽtia ſuſpiria, modo miſerabiles ſingultus audiebãtur, ita ut nemo eas videns continere lacrymas potuiſſet. [Mixtus tamen hic dolor erat ſpirituali ſolatio: &, quemadmodũ collatis poſtea inter ſe ſenſibus ſingulę proteſtatę ſunt, nihil una ſciens de alia, unaquæq; ſibi videbatur intereſſe potius devotæ cuipiam feſtivitati quam hominis mortalis obitui. Quod vero mirabilius eſt, etiam illæ, quæ viventi minus credulæ fuerant, & quadamtenus alieniori ab ipſa animo, ipſo tranſitus felicis inſtanti, totas ſe interius mutari mirabantur, nec dubitabant Sanctam ac Beatam prædicare. Neque poterant ſatiari piæ Sanctimoniales inſpiciendo & odorando identidem ſacro corpore, nihil mortale præferente: adeo ut poſt conſueta exequiarum officia, ſecundum conſuetudinem per ſoluta, cum jam cadaver floribus conſperſum compoſitumq; ſtaret in loco Capitulari, toto die XXV & ſequenti nocte, numquam deficerent quæ continuandis pſalmis hymniſq; intenderent: fuerunt etiam quæ ad mediam uſque noctem loco immotæ perſiſterent, quædam quæ totam illam ibi agerent pervigilem.] Ad horam autem vigeſimã ſecundam, ante crates eccleſiæ, quæ conſpectum præbent in Capitulũ, coram omnibus Sanctimonialibus habitus fuit à Patre Gubernatore ſermo ſpiritualis in laudem famulæ Dei, tot illius virtutes extollens, quot ab ea acquiſitæ in terris cæleſtem coronam promeruerunt.

C. LXXVI *Ad corpus à Sororibus lamentatum,*

Cap. 142.

F

151 Die poſtero mane expoſitum fuit ſanctũ corpus in eccleſia, ad quod, vulgatâ jam per urbem famâ aliquâ mortis, multitudo populi numeroſa confluxit: certatimq; omnes ſatagebant pro devotione nanciſci

& poſtero die in eccleſia expoſitum.

EX ITAL. VINCEN. PICCINI.

aliquos de floribus, ſupra corpus ſparſis, veſtimenta oſculari, ſandapilam contingere, voce alta clamantes, Soror Maria Magdalena, beata & ſancta; neque inde avelli poterant, cupientes frui conſpectu facici tam devotæ. Quare neceſſe erat, ad faciendum ſatis pii populi deſiderio, identidem cooperire lectum novis ac novis floribus: ſed & ad cuſtodiam ipſius corporis collocandæ fuerunt aliquæ perſonæ, ne forte populus decerperet aliquid, ut ſimili in caſu ſæpe contigit. Quia autem, propter magnum concurſum plebis, ægre finiri potuerant Officia ſacra, à primo mane uſq; ad decimamquintam diei eccleſia manſit aperta, dans omnibus liberam facultatem videndi ſanctam Matrem. Tandem cum ſeditio aliqua metueretur, clauſa illa quidem eſt; ſed non deſierunt continuis ictibus pulſari fores, ab iis qui inſtantiſſime petebant admitti ad ejuſdem conſpectus beneficium. Quare iterum ſub veſperam hora vigeſima ſecunda, portarum una aperta fuit, luminaque accenſa, ut ſatisfieret devotioni populari, uſque ad horam vigeſimam quartam. Tum clauſa iterum eccleſia eſt, & benedictum illud corpus intra capſam compoſitum, veſtitum tunica, ſcapulari, & pallio byſſinis, ad eorum durabilitatem majorem contra tinearum edacitatem: hora vero ſecunda noctis, datum eſt ſepulturæ poſt aram majorem, cum omni quæ talem Dei famulam decebat reverentia.

maximo concurſu facto,

ipſum ægre ſub noctem ſepelitur.

B

Cap. 144 *An* 1608 *17 Maji exhumatũ corpus.*

152 [Altero poſt mortem anno, conſideravit Monaſterii Gubernator, quam continuus toto illo tempore fuiſſet populi ad eccleſiam concurſus, propter conſtantem ſanctitatis & miraculorum, ad Magdalenæ invocationem patratorum, famam; locum autem, in quo ſepultum corpus fuerat, humidiſſimum eſſe; propterea quod proximus parieti, decidentibus è tecto eccleſiæ ſtillicidiis ſemper madenti; & propter aquæ puteum, ſolis duabus ulnis abinde ſemotum; moveriq; ſe ſenſit, ut defunctam decentiori magiſque ſicco in loco ponendam curaret. Obtenta ergo ab Archiepiſcopo Florentino licentia, die XXVII Maji MDCVIII, qui erat ipſius depoſitionis præciſe anniverſarius, exhumari ſarcophagum fecit. Quo aperto, inventum eſt totum cadaver incorruptum, ad magnum Sanctimonialium ſtuporem; optime ſcientium, neque inteſtinorum aliquid exemptum fuiſſe, neque balſami vel aromatum quidpiam adhibitum ad corruptionem arcendam. Inſuper ſarcophagus totus humidus erat, ipſaque veſtimenta; & inceratus pannus deſuper tenſus, totus fracidus tollebatur per partes: nihil tamen fœtoris percipiebatur, ſed odorem ſuavem ſpirabant membra, undequaque illæſa, niſi quod facies atque pedes nigredinis quidpiam contraxiſſent, & naſi labrique inferioris extremitates in cineres abiiſſe viderentur. Accurrerunt proceſſionaliter, ad ſacrum depoſitum excipiendum, Religioſæ, circa portam clauſuræ: ipſoque in ſarcophago detulerunt intra monaſterium: ubi reperientes membra omnia, non ſolum integra, ſed etiam tractabilia, novis ea veſtibus ex ſerico confectis induerunt, atque in aliam capſam decentiorem tranſtulerunt; donec arcam conficerent, qualem convenientiorem judicaſſent. Tranſlationem hanc, à priori ſarcaphago in capſam aliam, octavo poſt die ſecutum eſt prodigium aliud. Cœpit enim de ſub genibus deorſum ſtillare corpus liquorem oleaceum ſuaviſſimi odoris, qui pannos olei inſtar tingens, eiſdem ſimilem fragrantiam communicabat. Hunc liquorem cum aliter colligere Sanctimoniales neſcirent, ſupponebant tibiis defunctæ pannos, quos ſic humectos devotis perſonis diſtribuebant, petentibus aliquas ejus Reliquias. Tenuit autem ſtillatio illa annos omninò duodecim, id eſt ab anno MDCVIII uſque ad MDCXX, poſteaque ceſſavit; corpore eamdem integritatem ſervante, & ſuaviſſimum membris omnibus odorem fundente; maxime autem circa orificium ſtomachi, unde ea exhalat ſuavcolentia, quæ humanæ nulli poteſt comparari. Ita teſtantur Medici, qui in formandis Proceſſibus, tam informativis quam remiſſorialibus, ſacrum pignus inſpexerunt ſæpius; primum anno MDCXII, quando adhuc ſcaturiebat prædictus liquor; deinde anno MDCXXV: omnibuſque accurate examinatis jurarunt, incorruptum eſſe & abſque indicio ullius aperturæ; affirmantes inſuper, tam integritatem illam, quam liquorem & odorem, effectus eſſe cauſæ altioris ac ſupernaturalis: quod eorum judicium, poſt diligentem Romanæ Rotæ diſquiſitionem, Illuſtriſſimorum Cardinalium Congregatio ſacris Ritibus præpoſita approbavit.]

D

miraculo id facturo teſtantur medici anno 1612 & 25,

integrum transfertur in monaſterium,

C

& octiduo poſt incipit odoriferum liquorem ſtillare per annos 12,

153 [Porro à primo poſt ſepulturam die, cœpit eccleſia monaſterii devotiſſime à Florentinis frequentari: multique eo accedebant orationis cauſa, ſeque defunctæ commendabant, tamquam Beatæ & Sanctæ. Eodem tempore cœperunt ſolicitari Matres pro Reliquiis earum rerum, quæ uſibus viventis ſervierant: atque ita deinceps perrexit eccleſia prædicta à multis viſitari ipſius cauſa; nec ſolum à Florentinis, ſed etiam ex locis urbibuſque vicinis. Præcipua tamen in veneratione fuit eſtque Lucenſibus, propter multas eaſque miraculoſas gratias, quas interceſſioni illius acceptas quotidie referunt. Hinc ſæpe accidit, ut eorum multi catervatim ad prædictam eccleſiam acceſſerint; quidam etiam, pro majori devotione, detractis ſibi ad portam civitatis Florentinæ calceis, nudipedes: & tam ipſi quam alii ſemper cupidiſſime expetebant aliquid Reliquiarum ejus. Pluris etiam eodem miſerunt multitudinem magnam Roſariorum & Coronarum, ſacro corpori admovendarũ: &, ſicut quidam ipſorum referunt, putabantur in eorum loco paucæ domus eſſe, in quibus non haberetur aliqua Beatæ ejuſdem imago. Videntes ergo Monachæ tantum in populo devotionis fervorem, cœperunt anno MDCIX peculiari cum religione celebrare anniverſarium ſui tranſitus diem, cum magno concurſu civium accolarumque. Hic concurſus exinde incrementum continuum ſumpſit, cum interventu Sereniſſimorum Principum: qui non ſolum illo die, ſed alias ſæpe advenerunt, honoraturi ſanctum corpus: prout etiam fecit, Florentia tranſiens, Ferdinandus Mantuæ Dux: qui ſemel vidiſſe non contentus, etiam altera vice rediit. Similiter in aliquibus monaſteriis, puta in S. Dominici Lucæ, & apud quaſdam Carmelitanas in Monte-ferrato, ea fuit erga Sor. Mariam Magdalenam devotio, ut, multis etiam ante Beatificationem annis, Natalem ejus feſtivius agerent. Eodemq; circiter tempore, à nonnullis Sanctimonialibus Bruxellis actum eſt, de erigendo ipſi altari: eodemque ſe per votum obligavit Joannes Baptiſta Magnani, ſculptor Parmæ anno MDCX. Præcedenti illum anno prodiit in lucem Florentiæ excuſa Vita Sanctæ Matris: citoque diſtractis exemplaribus, eadem rurſus anno MDCXXI ſubjecta fuit prælo, cum additamento multarum ecſtaſeon; ac rurſum anno MDCXXI, ſequente ſemper expeditiſſima diſtractione. Hac Vita mediante, dilatata fuit per complures populos ac nationes devotio erga Magdalenam: ideo recuſa illa fuit Papiæ, & ab Anglo Catholico Equite D. Tobia Mathei in linguam Anglicanam traducta excuſaque in Belgio. Ipſam etiam in Hiſpanicam linguam traduxit P. Fr. Marcus de Guadalaxara, Sacerdos Carmelita Diſcalceatus Cæſar-auguſtæ in Aragonia, Chronologus ſuæ Regiæ Majeſtatis. Ita publicavit & manifeſtavit Deus ſanctitatem humilis ſuæ ancillæ, quæ tantopere ſemper ſtuduit humanis oculis manere ignota: unde alia formari concluſio nequit, quam iſta Salvatoris, Qui ſe humiliat, exaltabitur.]

E

reliquias poſcentium,

Natalis incipit celebrari,

F

& vita eius di atque recudi.

PARS

PARS SECVNDA

Continens ſingulares quoſdam favores, dilectæ famulæ ſuæ à Jeſu Chriſto conceſſos.

PROOEMIUM.

Hujus partis argumentum.

HActenus, in prima operis hujus parte, deſcripſimus Vitam mortemque Venerandæ Matris Sor. Mariæ Magdalenæ de Pazzis: ſed quia, ſicut alibi jam indicavimus, placuit omittere aliquas ejus ecſtaſes; quæ, utpote nonnihil prolixiores, tædium parere lectori potuiſſent; viſum eſt eas in hac ſecunda Parte recolligere, velut quæ contineant præcipuos quoſdam favores, quos huic benedictæ animæ Deus fecit dum viveret. Præterea, cum eæ particularem lectoris attentionem requirant, ſejunctæ à Vita videbantur poſſe facilius legi, quando non interumperent curſum hiſtoriæ, ſtrictjus dictæ. Non tamen idcirco
B neglectus à nobis hîc eſt ordo temporum, quibus ſingula contigerunt: ut, quamvis relata extra locum ſuum, commode tamen referri illuc poſſint, ſecuriorque reddatur lector de hiſtorica veritate. Hunc autem etiam monitum velim, quod lineæ, hinc inde interpoſitæ à typothetis, denotent ſpatium temporis, quod verbis ſuis identidem interponebat Sor. Maria Magdalena. De cetero certi ſumus, quod ſicut ex contentis in prima Parte unuſquiſque in ſe ſentiet accendi vivos igniculos devotionis; ſic etiam legens hanc ſecundam, magis inflammabitur ad laudandum Deum, erga ſervos ſuos tam liberalem, atque ad ei famulandum per actiones magis puras & ſanctas. Ipſe ad utrumque nobis adjutor ſit.

DISTRIBUTIO CAPITUM.

I. DE raptibus, quos habuit quotidie mane per dies quadraginta, poſt ſuam Profeſſionem, recepto ſanctiſſimo Sacramento.

II. In ecſtaſi ſermocinatur de incarnatione Verbi & puritate Beatæ Virginis: in eodemque devotionis fervore, apparens ei S. Auguſtinus, cordi ejus litteris inſcribit, *Verbum Caro factum eſt.*

C III. Participat ei Jeſus Chriſtus pœnas, quas ſuſtinuit expirans in cruce.

IV. Meditanti Paſſionem Domini imprimuntur à Jeſu in animâ ſacra ſtigmata, communicanturque eidem in eodem raptu etiam alii exceſſus ſpiritus.

V. In ecſtaſi horarum viginti ſex, particeps fit pœnarum ſanctiſſimæ Paſſionis.

VI. Oſtenſa ſibi à Domino gravitate peccatorum populi, vehementer affligitur: deinde coram S. Auguſtino, & S. Catharina Senenſi, deſponſatur Jeſu Chriſto, & variis dotibus locupletatur.

VII. Dominus, raptæ per horas quatuor, ejus capiti imponit coronam ſpineam, coram Beata Virgine & aliis Sanctis devotis ſuis; variaſque intelligentias ei communicat.

VIII. Permanet in ecſtaſi horis quadraginta, in memoriam humanitatis Chriſti, totidem horis in ſepulcro conditæ. Recipit etiam in ſuo pectore cor ipſius Jeſu, quem poſtea videt reſuſcitatum, & Completorium recitat cum Sanctis ſuis devotis.

IX. Revelantur ei à Jeſu quatuor præcipua media ad conſequendam puritatem: quæ deinde ipſi ab eodem conceditur, cum variis intelligentiis, coram Sanctis ſuis devotis.

X. Videt Jeſum cum Beata Virgine & Apoſtolis colloquentem, ac deinde ad cælos glorioſe conſcendentem. EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

XI. De quadam extaſi, per tres dies noctesq; continuata, in qua multa ei indicata.

XII. Apparet ei Beata Virgo, media inter S. Angelum Carmelitam & B. Ignatium Fundatorem Societatis Jeſu: à quibus duobus Sanctis eidem communicantur quædam notitiæ circa humilitatem & paupertatem.

XIII. Oſtendit ei Dominus Deus diverſitatem pœnarum Purgatorii, in quibus videt animam ſui fratris, comitatam devotis ſuis Sanctis.

XIV. De magna devotione quam habuit erga beatiſſimam Virginem; deque notitia quadam ipſi communicata in Vigilia Aſſumptionis ejus.

XV. Videt Religionem in formâ pulcherrimæ Virginis: & circa eam ſubtiles quaſdam notitias accipit, nec non circa guſtus quos inde percipiunt perfecti Religioſi.

XVI. Exercitium ſpirituale, quod omni mane faciebat, cum oblatione ſui ipſius.

XVII. Actus humiliationis, quos exercebat ad obti- E
nendam puritatem internam.

XVIII. Actus interni amoris divini, quibus ferebatur in Deum.

CAPUT I.

Raptus dierum quadraginta poſt Profeſſionem nuncupatam.

SUpra quam credi poteſt difficile foret, referre 151
omnes intelligentias, quæ huic devotæ Matri CAP. I
fuerunt communicatæ à Deo, ſpatio dierum *Ægra in lecto decumbens,*
quadraginta, Profeſſionem ejus ſubſequentium, quibus illa jacuit infirma in lecto, ex morbo Medicis parum noto. Quia tamen non convenit rem totam ſilentio præterire, quædam magis particularia ac notabilia indicabimus. Ægrotabat ipſa diebus iſtis adeo gravitet, ut videretur hora qualibet educenda è vivis: inter medios autem dolores tantos, debilis corpore, ſed mente vegetior ac magis accenſa divino amore, non omittebat dare ſigna ſanctitatis. Etenim aliquando, licet debilitata malo, egrediebatur de lecto velocitate incredibili; procurrenſque alacriter ad al- *ſurgit ad altariolum ſuum,* F
tariolum in cubiculo poſitum, accipiebat inde Crucifixum, refixumque à cruce amplexabatur brachiis, atque nunc hac nunc illac per cubiculum obambulans, dicebat, Amor, Amor, amate à nemine, neque cognite. Tum ſociarum aliquam manu accipiens, Veni, inquiebat, curre mecum ad vocandum Amorem etiam tu: comitare me, quia numquam ſatiabor exclamando, *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Videbatur quandoque ſuaviter ſubridens, & cum lætitia haud modica ajebat; Eia Jeſu mi, da mihi vocem, quæ per omnes mundi partes exaudiatur, ut amor ille ab omnibus æqualiter ametur & æſtimetur: ſed peſſimum iſtud venenum amoris proprii tollit tam altam cognitionem, quia eſt contrarius amori divino. Te ſolum volo, & non alium amorem. Quis unquam cogitare vel enarrare poterit magnitudinem tuam? æternus es, infinitus, incommutabilis.

155 Interim ſtabat, oculis defixis in Crucifixum, *laudat amorem Crucifixi,*
quem manu tenebat: ſeque nonnumquam ad Sorores convertens, oſtendebat eis vulnera ipſius, dicens; Videte, quanto amore Jeſus noſter nos amaverit. Si creaturæ poſſent hunc amorem cognoſcere, & quam graviter à ſe offendatur, potius eligerent mille infernos cum multo pluribus dæmonibus, quam ibi nunc ſint. O Amor! grandis es & omni laude dignus: ſed

EXITAL. VINCEN. PUCCINI.

per ſe ſufficit te laudare. Si omnes hominum linguæ & Angelorum, omnes item ſtellæ cæli & minutiſſimæ arenæ maris, nec non plantæ telluris, aquæ guttulæ, & volucres aëris fierent linguæ ad te laudandum, nullo modo ſufficerent. Interim requiſita à Soribus, nullamne pateretur moleſtiam, loquendo cum tanta affectus vehementia, tota hilaris & jucunda reſpondebat; Quomodo vultis ut patiar aliquid, ô Sorores meæ, quando ago cum meo Amore, quem tantopere deſidero? An neſcitis quod amor moleſtiam nullam ſentiat? Deinde reflexa ad Crucifixum, quem continuo tenebat manu, ſæpius ei commendavit omnes creaturas, maxime Judæos, hæreticos & infideles; idque cum tam ardenti caritate, ut videretur tamquam cera ante ignem diſſolvi, beneficio illius flammæ, quæ in ejus pectore continuo ardebat. Unde, vice quadam inter alias, ſic loqui cœpit: O Amor! ô Amor! Te peto à te ipſo pro creaturis, ut facias ne quid ament præter te. Fac, ô Jeſu mi! ut illi qui tanto cum deſiderio te expectant (Judæos intelligebat) liberentur à ſuo iſto errore, quandoquidem ſemel jam veneris. Fac obſecro, ô Jeſu mi! ut cognoſcant vanam & fallacem eſſe expectationem ſuam. Præterea illi qui à te deſciverunt, hæretici inquam, fac ut redeant ad te velut oves errantes, teque ut paſtorem ſuum revereantur & ament. Fac denique, ut omnes qui non credunt in te, redeant ad te, ô Amor! quandoquidem etiam ipſi ſint creaturę tuæ. O Amor! Si anima aliqua poſſet videre quid ſit ſine te, non una, ſed mille mortibus extingueretur.

eique omnes creaturas commendat.

B

156 Tempore illo accidit ei ſemel, ut cum Crucifixo in manu tranſigeret totas ſedecim horas continuas, in contemplanda Paſſione Domini: nec unquam oculos ab eo retraxit, aſpectu illo perſpiciens dolores & pœnas, quàs pro ſalute noſtra ſuſtinuit. Incipiens ergo à conſideratione Judæ, euntis ad tradendum Jeſum ſuum, prolixum ſermonem texuit, vivaciter repræſentans ejus perfidiam. Vidit poſtea Dominum in horto ſudare ſanguinem inter maximas anguſtias; eodemque ſanguine vultum ejus inquinatum aſpiciens, proferebat verba compaſſionem teſtantia, & lacrymas apta elicere. Vidit quomodo tradebatur à Juda per oſculum pacis, & à Judæis comprehenſus ligabatur. In tali autem conſpectu, & contra Judæos & cum ſuo Jeſu loquebatur, tam appoſite illorum impietatem deteſtans, & amorem Sponſi ſui extollens, ut aliud cogitari de ea non poſſet, quam quod Spiritus ſanctus loquebatur per os ejus. Quando autem Jeſum ſuum, comprehenſum ligatumque, conſpexit duci ad Pontificem Judæorum crudeliterque raptari; tota anxia ſolutaque in lacrymas, interimque Crucifixum quem tenebat intuens, dixit: Heu me! quot injurias faciunt amori meo impii Judæi, dum eum ducunt ad Pontificem ſuum! O Maria, O Magdalena, ſi vidiſſetis iſta, certa ſum, quod fuiſſetis veluti duæ leænæ ferociſſimæ, quæ orbatæ ſuis catulis hac illac plane furioſæ diſcurrunt, lacerantes ac diſcerpentes obvios quoſque. Dein ad Pontifices converſa, tanta cum verborum energia ipſos reprehendebat experteſque miſericordiæ appellabat, ut ſatis appareret, quod magnus amor quo ferebatur erga Sponſum, ſic eam loqui faciebat; maxime cum etiam allegaret ſacras Scripturas modo perquam mirabili.

videt geſta in horto,

C

coram Caiapha,

& apud Pilatum.

157 Quando poſtea, in eadem contemplatione, vidit Ieſum ſuum, ligatum ad columnam & duris plagis percuſſum, dici non poteſt quomodo ſe pati interius monſtrabat, quam tenero affectu loqueretur cum Jeſu ſuo; contra vero quantum indignationis exprimeret contra Judæos; non valens aliquando remanere in lecto, propter grandem quem ſentiebat dolorem: qui magis etiam ei crevit, quando oſtendebat ſe videre Sponſum coronatum ſpinis, exhibitumque Hebraico populo cum his verbis, *Ecce homo.* Cum autem cernebat quod portabat crucē ad montem Calvariæ, quodque ei ibi configeretur cum omni vituperio; tum ſane ejus oculi dici poterant duo fontes lacrymarum: unde lectum ejus, jam reductæ ad ſenſus, invenichant Monachæ omnino madentem, quaſi haud modico temporis ſpatio fuiſſet pleno lacui immerſus. Quodque mirabilius erat, uſque ad laneam culcitram humor penetraverat: ipſa vero tam pallida vultu, tamque plena dolore manſit, quod eodem accedente gravitate morbi, metuerent Sorores, ne cito vita deficeret. Dixit etiam ipſa poſt raptum, quod Jeſus ei ſe oſtendiſſet ipſomet modo quo paſſus eſt, ad ſatisfaciendum magno ejus deſiderio, quo ſemper cupiverat, non minus de pœnis ejus, quam de gaudiis cæleſtibus participare.

D

Accepta Communione,

158 Aliàs, poſt receptum ſanctiſſimum Sacramentum, fuit rapta in ecſtaſin: à quâ ſibi reddita, Monachis ad hoc deſtinatis ex obedientia retulit, quomodo viſa ſibi ſit, mediante cæleſti Cibo, uniri ac transformari in & cum Deo benedicto, ineffabili quodam modo; quia nihil magis ſentiebat quam ſi fuiſſet mortua: quod ut melius intelligi poſſit, notabitur hic ipſis iis verbis quibus id retulit, dicens: Neſciebam, mortua eſſem an viva, in corpore vel in anima, in cælo vel in terra: ſed ſolum videbam Deum, totum in ſeipſo glorioſum, ſemetipſum amare pure, cognoſcere integre, ſui ipſius eſſe infinite capacem; creaturas omnes ſincere diligere amore infinito; eſſe unionē quamdā in Trinitate; unam individuā Trinitatē, unum Deum infiniti amoris & bonitatis, ſumme incomprehenſibilem & inſcrutabilem; ſic ut ego, quia eram in Deo, non ſentirem quidquam mei ipſius; ſed ſolū me videbam in ipſo, non videndo me ſed ipſum Deum; quantum tamen myſteriorum divinorum capax eſt creatura, mortali adhuc carne veſtita, bene diſpoſita inflammataque amore divino. Manſi autem in iſta conſideratione unam circiter horam, ſicut poſtea intellexi quando ad ſenſus meos redii. Illud autem quod in iſta mentis abſtractione guſtavi, nullis unquam poſſem verbis exprimere; quia non potui propter fragilitatem capere id quod mihi monſtrabatur, intelligendumque & guſtandum dabatur. Intellexi tamen bene, quod definito judicii univerſalis die, vellet Deus corpora noſtra exaltare ad tantam ſublimitatem dignitatemque, ut impoſſibile ſit me vobis id explicare, aut ipſammet comprehendere: ideoque videbar mihi interius audire hæc S. Pauli verba, ***Quia oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe.*** Cumque huic conſiderationi aliquanto temporis ſpatio eſſem immorata, expendiſſemque magnum illum amorem, quo Deus fertur erga creaturas (quas proinde eidem omnes commendavi.) redii ad ſenſus.

E

intuetur mirabilem ſui unionem cum Deo.

F

159 Aliàs, poſt ſanctiſſimam Communionem, more ſuo rapta fuit in Deum, ſed nihil unquam locuta; quare conſtricta ab obedientia, hæc ipſiſſima verba dictavit. Vidi eo tempore, quod amor unitivus me ſibi conjungeret uniretque cum Jeſu, faciens me cognoſcere magnitudinem & puritatem amoris ejus, in quantum ego capax eram: quamvis tum fecerit videre me rem tam magnam, ut integre capere eam nullatenus poſſem, dicente mihi Jeſu, quod mihi volebat ſeipſum taliter cognoſcendum dare, ut ſemper ipſum amare poſſem, nec tamen unquam ſatiari amando. Intellexi etiam quod hoc volebat cordi meo ſic imprimere, ut recordando ſemper eum amarem; & quod dabat mihi iſtam mentis abſtractionem, ut anima ſe melius poſſet unire Deo. Oſtendit deindē res multas futuras, dixitque mihi hæc ipſa verba pertinentia ad amorem, Ut amor tibi magis ſculpatur in

intelligit amoris divini dignitatem,

A in corde. Subjunxit deinde nihil loquendo, quod volebat ut inſtar mœſtæ turturis ſemper gemam, doleamque quod parum cognoſcatur ameturque à creaturis. Intellexi etiam, quod omnes illæ animæ, quæ participes ſunt ſanguinis Jeſu Chriſti, id eſt quę pro ejus amore aliquid patiuntur in mundo, ſint venuſtæ & ſpecioſæ in conſpectu Dei: & quod, ſi anima aliqua poſſet noſſe, quam magna ſit quando amat Deum, liqueſceret præ dulcedine. Contra vero, ſi noſſet ſuam deformitatem, quando eſt privata amore divino, converteretur in pulverem, aut ſi quid eo minus ac vilius eſt. Tum vero, more conſueto, commendavi Jeſu creaturas omnes, finituſque eſt raptus.

tempore raptuum iſtorum plane alienata à ſenſibus,

160 Transactis quadraginta diebus poſt Profeſſionem, ceſſarunt illi continui raptus, quemadmodum tempore eo currente ei indicaverat Jeſus futurum. Erat autē viſu mirabile, qualiter illa ſtatim ac ſumpſerat illum ſanctiſſimum Cibum vitæ, rapi ſe ſentiret à Jeſu ſuo, ad eum omnino modum quo ferrum trahitur ad magnetem. Manebat oculis in Crucifixum conjectis, quem ante lectum habebat; adeoque immobilis, ut cum aliquando adſtantes Monachæ tentaſſent illam tangere, nihil tamen ipſa commoveretur; & quamvis tangi ſe ſentiret, non tamen poterat
B id aliquatenus monſtrare, propter arctum amoris nexum, quo adſtringebatur dilecto ſuo Sponſo Jeſu. Fuit etiam prorſus mirabile, quam doctas & devotas ſacrarum Scripturarum declarationes protulerit iſtis quadraginta diebus, adeo ut quodammodo videretur ex magnis Eccleſiæ Dei Theologis eſſe: quod ſane alteri nulli cauſæ adſcribi poterat, quam ſupremæ ſapientiæ, quæ ipſam ſic faciebat ſermocinari.

CAPUT II.

Sanctæ cordi inſcribitur, Verbum caro factum, & animæ imprimuntur ſtigmata Crucifixi.

161 C. 11

Contemplans myſterium incarnationis

IN Vigilia ſanctiſſimæ Annuntiationis anno MDLXXXV, cum hæc benedicta anima contemplaretur myſterium Verbi incarnati, juxta hæc, *Verbum caro factum eſt*; ſubito in ecſtaſin rapta fuit, & manſit ſic ab hora iſtius diei vigeſima ſecunda, uſq; ad nonā noctis ſequentis. In principio autē vultu læto atque jucundo, defixis in cælum oculis, cœpit loqui in hunc modum. Menſura Verbi eſt ſinus Patris æterni; nunc Verbū factū eſt parvū, & parvus Mariæ uterus factus eſt magnus. Quomodo igitur, ô Verbum, non dimittent ſe ad te ſublimes muri, quandoquidem magnitudo tua inſcrutabilis eſt, & parvitas tua incomprehenſibilis? Pulchra & formoſa es, ô Maria, & omni gratia plena, per eum
C quem debes continere. ---- Non opus eſt amplius figuris, Eſaia, quia hæ impletæ ſunt in ventre virginali. ----- Voluntas Patris te traxit de ſinu ſuo, ô Verbum! teque concluſit in utero Mariæ: & ipſa me lætam in hoc carcere retinet ----- Verum, ſi non viderem te tantopere offendi, eſſem contenta: nunc iſtæ offenſæ & impedimenta cogunt me deſiderare diſſolutionem à corpore. ----- Si autem mihi monſtras, quod eas debeam pati, fac ut nihil me ſeparet à te. ----- Revertere, anima mea, revertere in uterum virginalem, ubi deficit intellectus omnis & affectus nutritur ----- *Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, & gratia Sponſi conſolabitur nos.* ----

comparat officia Mariæ erga filium cum ſuis ipſi exhibendis,

162 Plena es gratiâ, Virgo ſanctiſſima; & benedictus eſt fructus ventris tui ----- Magnificat te nunc Sponſus virginitatis noſtræ ----- Tu appellabis eum Jeſum, & nos Alpha & Omega: tu dabis ei lac, nos ſanguinem, ſi non actu, ſaltem affectu: tu ſtringes eum faſciis, nos pectore: tu omne ei obſequium exhibebis, nos pro eo dimittemus omnia: tu ex ore ejus audies tot triſtia verba, nos attendemus ad internas inſpirationes: tu videbis ei aperiri latus, nos ibi nidificabimus: tu mortuum tenebis inter brachia, nos Deum & hominem in corde noſtro. ----- Tu pones eum in ſepulcrum, & nos in pectora creaturarum, offerentes eum ſinui Patris æterni. ---- Tu prima videbis reſuſcitatum; Virgines autem ab eo primę recipient præmiū. ---- Tu aſpicies aſcendentem in cælos, & nos in ſerena tranquillaque æternitate. ----- Tu recipies Spiritum ſanctum una cum Apoſtolis, nos eum recipiemus, quia ſumus templum ejus & corona Sanctiſſimæ Trinitatis, laudantes & gratias agentes ac benedicentes incomprehenſibilem, inſcrutabilem, & ſumme incogitabilem Trinitatem. ----- Tu offeres dilecto filio lac tuum, nos offeremus ſanguinem ejus æterno Patri. ----- Tu remoraberis ultionem peccatoris, quia Verbū in tuo puriſſimo, immaculato, immarceſſibili, & virginali ventre aſſumpſit carnem, lac & ſanguinem; nos amore ſupplentes defectum & promptā voluntate, hanc offeremus coæternæ, incomprehenſibili, coæquali, inſcrutabili, & incogitabili Trinitati. ----- Tu attrahis eum in terram radiis puritatis tuæ; nos repellimus eum à nobis flammis ſenſualitatis noſtræ, & reſecamus cultro amoris proprii. ----- O quantum in te, Maria, ſibi complacet Verbum, propter tuam magnam caritatem! in nobis autem ſibi complaceat, propter caritatem ſuam. ----
E

exoratque conſenſum ejuſdem:

163 Euge, Maria, reſponde nuntio cæleſti. Thronus Sanctiſſimæ Trinitatis tuum iſtum conſenſum expectat. ----- O Maria! ô Maria! ne tardes dicere, *Ecce Ancilla Domini*, quia omnes Angelorum chori tuum reſponſum expectant. ----- O Maria, præbe nunc tandem conſenſum tuum. O Spiritus ſancte, tu ei cooperans aſſumes puriſſimum illum ſanguinem Mariæ, formabiſque pulcrum & rubicundum corpus Jeſu, non paulatim ut homines ſed momento temporis organizatum operatione tua. ----- Tu es conſolatio Paradiſi, ô Virgo ſanctiſſima, ſcutum noſtrum, fortitudo debilium, denique (id quod maxime noſtra refert) ſpes noſtra tu es. ---- O quam ſublimis eſt humanitas noſtra! in Verbo videlicet. Ecce in viſione & unione divina ſuperabit Angelos, & reſtaurabit quod dæmon iniquus ſerpens diſſipavit, ***Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio.*** O Maria! tu fuiſti à principio, cum eo qui eſt ſine principio: ideoque juſtum erat, ut intra te conciperes eum, qui nec principium habet nec finem.
F

à S. Auguſtino apparente

164 His dictis, bono temporis ſpatio abſque ſermone hæſit, in altiſſima contemplatione defixa: & (ſicuti poſt raptum ex obedientia retulit) meditans hæc, *Verbum caro factum eſt*; divini amoris ſtimulis ſupra modum impulſa, ſeſſum ſe contulit: corpuſque ſuum aptans, manibus ac brachiis deſignabat locum cordis, ut S. Auguſtinus, qui ſibi apparuerat, inſcriberet ei deſiderata ſibi verba. Quare ad eū converſa dixit, Sanguis, id eſt atramentarium, apertus eſt, ne tardes, ô Auguſtine. Et in hoc mentis exceſſu ſæpe cogebatur dicere, propter divinum quem ſentiebat æſtum, Non amplius amoris: non amplius amoris, ô Jeſu mi. Fieri ne poteſt, ut cum tu fueris tanta paſſus, ego necdum paſſa quidquam ſim? ---- O Jeſu mi! quis gratus eſſe poterit amori tanto? Magnas res fecerunt Sancti. ----- O Jeſu mi! utinam poſſem dare vitam meam: fac ſaltem ut contemnar & vilipendar, ſed abſque tua offenſa. ----- Si habere mille vitas, omnes expenderem pro te. ----- Omnia nihil ſunt reſpectu bonitatis tuæ. Felix anima, quæ tecum unita eſt! Felix qui paſcitur & nutritur de te.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

Extra te non invenitur quies in re ulla: ſed in te vera quies eſt. ——— Quanto magis te invenio, mi Jeſu, tanto majori ſiti æſtuo ad te requirendum. Poſtea ad S. Auguſtinum ſe vertens, dixit: Tu ſcripſiſti ſublimitatem Verbi in mea humilitate. Joannes notum ipſum fecit mundo; tu, Auguſtine, feciſti ex parte notum mihi. Nec minor gratia fuit, quod hæc vox, *Verbum*, ſcripta ab eo ſit litteris aureis; & litteris ſanguineis, *Caro factum eſt*: idque non ſine myſterio: quia, ſicut ajebat, aurum denotabat divinitatem, ſanguis humanitatem Chriſti. Præterea ex eodem Sancto intellexit, quod in ſignum, quod verè haberet ſcripta in corde verba iſta, ſemper habitura eſſet coram ſe memoriam magni Myſterii Verbi incarnati.

inſcribitur cordi ejus Verbum caro factum eſt,

laudat Mariæ puritatem:

165 Poſtquam autem tam grande donum ſuſcepit, manens nihilominus in eadem contemplatione, vertit ſe ad ſupremam puritatem Mariæ, prorupitque in hæc verba. O Maria, oculi tui evibrant ſplendorem puritatis. O puritas! ô puritas! Puritas eſt exercitata & poſſeſſa humilitas. ——— Numquam fuit nec erit humilitas abſque puritate, nec puritas abſque humilitate. ——— Tu genuiſti eum qui tibi dedit notitiam puritatis, quique eam creavit, eſtque remuneraturus. ——— Beati mundo corde! Puritas eſt res tam digna, tam grandis, & incomprehenſibilis, ut creatura eam nec capere nec intelligere poſſit. O puritas inenarrabilis! quantum opus eſt eſſe mundum ac purum, ad te recipiendum! ——— O Verbum, quomodo ſcrutaris deſideria, affectus, & propoſita noſtra, priuſquam uniantur ſpiritui puritatis! ——— Credunt tamen mundani iſti & ſenſuales, quod cum ſuis immundis ſenſualitatibus & iniquitatibus pertingere poſſint ad illum puriſſimum & divinum ſpiritum. ——— Magis errant quam olim dæmon, quando voluit ſe æquiparare Deo. ———

B

miratur magnalia Verbi divini

166 O Verbum! quam admirabilis es in Patre, mirabilis in Spiritu ſancto, mirabilis in teipſo, mirabilis in omni operatione tua! ——— Mirabilis es in Patre, placando iram (ſi tamen ira in eo eſt) quam contra nos haberet. ——— Quid autem mirabilius, quam placari Patrem eo ipſo, quod poſſet excitare iram, videlicet ſanguine? ——— Mirabilius porro eſt nobis conſiderantibus, quod is qui eſt infinitus & adeo magnus ac potens, qui continet in ſe omnia, permittat ſe offendi à re tam humili ac vili quam eſt creatura; ac deinde tam facile placetur, per humiliationem ab eadem creatura factam. Hoc autem grande & admirabile opus per te, O Verbum, efficitur, mediante ſanguine tuo, apud Patrem æternum. Quis vero hoc intelligat? Solus is qui experitur: & experitur, cui per tuam bonitatem conceditur id intelligere. ——— Mirabilis es, ô Verbum, in Spiritu ſancto, faciens ut hic ſe infundat in animam, quo mediante illa fundamentaliter unitur Deo, guſtat Deum, nec in alio delectatur quam in Deo. ——— Mirabilis es inſuper, ô Verbum in te ipſo: mirabilis, inquam, es in te ipſo, in deſcenſu tui ipſius in nos, mirabilis in comprehendendo teipſum, in poſſidendo teipſum, & in relinquendo nobis teipſum. ——— Negant hoc tuum admirabile eſſe, qui nolunt confiteri magnitudinē tuam, nec timent judicia tua, unice intenti ut peccent continuo abſque timore vel verecundia ulla. ——— Sed econtra electi tui confitentur illud admirabile eſſe, quia noverunt quod nihil moveatur abſque providentia & voluntate tua divina, quæ dat nobis omnia quæ habemus bona, nec reſpicit peccata noſtra, pro quibus mereremur infinitas pœnas. ——— O magna electorum tuorum gloria! Eſt autem pœna intolerabilis amantis animæ, quod illius gloriæ non poſſit unumquemque capacem facere. O admirabilis eſſentia Verbi, à paucis cognita, & paucioribus qui ſe confiteantur nacta? ——— Eſt illa ſicut mare, quod in ſe recipiens omnium fluviorum aquas, facit eos deſinere & nomen amittere: ideoque non amplius Fluvii nominantur, ſed Mare, quod generat margaritas pretioſas & piſces, qui ſuo in ventre continent uniones ac lapides inæſtimabilis valoris. In mari eſſentiæ tuæ, ô Deus meus! navigamus continuo, cum magno periculo naufragii ipſis ſub undis faciendi, quia earum ductum non ſequimur; non ſatis bene cognitam habentes tuam eſſentiam, qui nos ſalvare vis, ſed nos ipſi per peccata indignos nos reddimus ſalute nobis ſic oblata. Hæ aliæque infinitæ, quæ brevitatis cauſa prætermittuntur, fuerunt notitiæ admirabiles, favoreſque pretioſi, quos in iſtis ecſtaſibus à Domino recepit vera ejus famula.

C

ejuſque eſſentiam.

D

CAP. III

Cupiens experiri dolores morientis Jeſu,

167 Die Jovis veſperi in hebdomada Paſſionis, qui dies anno MDLXXXV cum die XI Aprilis concurrit, interim dum ſanctis ſuis cogitationibus paſceret animum, accenſa fuit deſiderio vehementi experiendi in ſeipſa triſtitiam & laſſitudinem, quam Dei filius paſſus eſt, cum pro ſalute humana in monte Calvario fuit crucifixus. Nec vana fuit cupido tam pia; ipſa enim eadem nocte & parte ſequentis diei Veneris, invaſa fuit, non ſolum in parte interiori, ſed etiam in exteriori, doloribus acerbis & exceſſivis. Quapropter, ipſo mane prædictæ diei Veneris, apparuit vultus ejus velut emortuus; eratque ipſa tam debilis & afflicta, ut ultra non poſſet ſuſtinere, videreturque jam jam expiratura. Magis autem creverunt tormenta, quando circa vigeſimam ſecundam horam manſit alienata à ſenſibus, elevataque ad amaras quidem, felices tamen contemplationes ſacratiſſimæ Paſſionis, quam ſuſtinuit Redemptor univerſi. Profecto quanti fuerint cruciatus, quos iſto tempore toleravit, dici nulla ratione poteſt. Cum autem adeo terribiliter affligeretur, ſtillabant à facie ejus præ nimia anxietate guttæ ſudoris bene magnæ, & ex oculis manabant copioſiſſimæ lacrymæ; ab ore autem egrediabatur ſpuma continua, cum tremendo catarrho, tantaque anguſtia & pectoris inflatione, ut videretur crepatura. Ergo quæ præſentes adſtabant Sorores accurrerunt, veſteſque à pectore removerunt, ut poſſet commodius reſpirare. Verum ipſa tota immerſa in mari amariſſimo Paſſionis Dominicæ, nihil inde ſolatii accipiebat, ſed potius augmentum pœnæ, quæ oculos habentem defixos in cælum cogebat in hujuſmodi verba erumpere: O Jeſu mi, nequeo tam multum tuarum pœnarum communicare. Atque inter hos dolores immenſos, ſicut poſtea retulit, vidit Jeſum exſpirantem in cruce: & intellexit, quomodo voluerit expirare, ut ſpiritum ſuum immitteret in creaturas; ſed videns quam pauci eum eſſent recepturi, id eſt, quam paucis profutura eſſet Paſſio ſua, ſenſit dolorem tam enormem, ut multo fuerit major eo quem faciebat ſeparatio animæ à ſuo corpore. Immerſa igitur notitiæ tam doloroſæ, facta eſt etiam ipſa doloris tam magni particeps: atque hinc, ſicut poſtea referebat, proceſſerunt pœnæ illæ atque anguſtiæ, quas, uti diximus, in illa mentis elevatione eſt paſſa.

E

uſque ad mortem torquetur.

F

CAP. IV

Feria 2 hebdomadæ ſanctæ,

168 Magna etiam & mirabilia fuerunt, quæ in ea operatus eſt Dominus die Lunæ ſancto, ejuſdem menſis & anni; quando exiſtentem in horto cum aliis Sanctimonialibus vocavit his verbis: ***Veni & vide operationes animæ, quas ego facio inter me & ipſam, quod nemo intelligere poteſt, niſi qui mundus eſt corde.*** Ad quam vocem parum abfuit quin raperetur in ecſtaſim: ſubito enim reclinata ad vicinum ſibi lignum, fixit

A fixit oculos in cælum, eodemque inſtanti apparuit vultus ejus inflammatus & devotione incenſus, uti ſolebat ei in raptu accidere. Id quod animadvertentes Sorores accurrerunt, eamque in aliquod conclave induxerunt: quo ut pervenit, ſtatim ſeſe in genua provolvit; defixoque in Crucifixum obtutu, eam plane poſituram corporis aſſumpſit, in qua S. Franciſcus acepit ſacra ſtigmata. Tum tota transformata in Deum, petiit à Jeſu ingredi in conſiderationem plagarum humanitatis ſuæ, quandoquidem audita fuerit magno cum ſpiritu quinquies dicere, *Abſconde me in vulneribus humanitatis tuæ.* Et quoties hoc repetiit, toties magis accenſa in ſpiritu, compoſuit ſenſus ſuos omnes cum ſenſibus mortui Jeſu; idque tam ordinate tamque decore, ut cunctis admirationi eſſet.

ſenſus ſuos ſenſibus Jeſu

169 Cœpit ergo ſplendentiſſimos oculos ſuos oculis Jeſu admovere, & poſtea ſenſus alios, exprimendo hæc verba: *Oculi mei maneant in oculis miſericordiæ tuæ, aures meæ in auribus tuis, ut intelligant & comprehendant vocem Sponſi mei. Os meum in ore tuo, ut os meum loquatur quod Sponſus mecum loquitur. Pectus meum in pectore tuo, dilecte mi. Manus meæ non in manibus tuis, ſed in caverna Sponſi mei, ut ſint participes*
B *cooperationis ejus. Venter meus in ventre tuo, ut præſens ſit & particeps cooperationis & ordinationis, quam operatur caritas in cella vinaria.* Poſt hæc verba ſtetit aliquantum quieta & meditabunda, deinde ſubjunxit: Nihil foret, ô Jeſu mi! collocaſſe omnia membra mea in te, ſi non ſatagerem interne ad ea retinenda in te! Tum Patrem æternum alloquens dixit: *Memoria mea in memoria ſuavitatis ſanguinis Verbi tui, pro redemptione omnium credentium. Intellectus meus, non in intelligentia æqualitatis tuæ, ſed in intelligentia deſcendentia Verbi tui. Voluntas mea in voluntate Verbi tui, ut voluntas mea ſit conformis voluntati Verbi tui, quæ eſt tam conformis voluntati tuæ, ſumme Pater, quam eſt æqualis æternitati Trinitatis tuæ.*

& potentias potentiis ejus jungens,

170 Cum igitur etiam potentias ſuas omnes in Crucifixo collocaſſet cum actibus ac geſtibus devotiſſimis, habuit mirabilem intelligentiam ſupra Paſſionem Domini, ſicut infra notabitur. Incipiens enim fixe adſpicere in faciem dilecti ſui Jeſu pendentis in cruce, vidit ab ea decurrere magna in copia ſanguineas guttas uſque in terram; quare magno cum ſtupore dicebat, Dominus meus ſudat ſanguinem. O Amor! Numquid ſufficit quod toto ex corpore tuo ſcaturiat ſanguis, niſi etiam hunc ex oculis
C vice lacrymarum fundas? O Amor! utinam ſaltem ego terra illa fuiſſem, quæ ſanguinem iſtum excepit. O Amor, fac ſaltem ut eum excipiant creaturæ tuæ. O Amor! non poſſum diutius te conſpicere ſic afflictum, dicamque ſicut dixit olim Propheta, *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* O Amor, quare tantum te percutiunt creaturæ? Quid feciſti? quid deeſt tibi, Amor? Deeſtne ſapientia, deeſtne bonitas, deeſtne miſericordia, deeſtne pietas? an forſitan deeſt ipſe amor? O quomodo percutiunt illi caput? Sed bene video, Jeſu mi! quod non permittas me penetrari à magnis illis quos pertuliſti cruciatibus, quia nullo modo poſſem tolerare. O Amor, multo plures ſunt ſagittæ, quas jacularis in corda creaturarum tuarum, quam ſint plagæ, quas tibi nunc infligunt. O Amor, tu voluiſti ſpinis coronari, ut Sponſas tuas coronares gloria Paradiſi. O Amor, quis potius meretur habere coronam iſtam pungentem, Amor, an Amans? Ego illam mereor ô Jeſu mi; da eam mihi, da eam mihi. Non jam poteſt, ô Amor! dici de te, ſicut dictum eſt de me (volebat dicere quando fecit Profeſſionem) *induit me Dominus cyclade auro texta.* Corona tua non fuit olim aurea, ſed ſpinea: quid autem

videt crudelem ejus Paſſionem:

fieri poterit, ut hæc pœna levior tibi efficiatur? Opus eſt habere in animo magnam puritatem & magnam humilitatem. Necdum ſatiantur percutientes faciem illam ſanctam, in quam deſiderant Angeli proſpicere; quandoquidem adhuc eam ſic undique lanient. ——— O Amor, quam non potes jam dicere, quod deliciæ tuæ ſint eſſe cum filiis hominum; ſed opprobria & pœnæ.

EXITAE. VINCEN. PUCCINI.

171 Stetit in hac contemplatione aliquamdiu quieta, & poſtea emiſit vocem ſupra modum dolorоſam, conjunctam terrori & mœſtis lacrymis, dicens; Pilatus iſtam injuſtam ſententiam protulit: qui debet judicare omnes creaturas, nunc ſe patitur judicari. Nunc contenti eſtis, Judæi. Satiate, ſatiate vos, quia non amplius ſatiabimini. O Amor, tu non cognoſceris, ſed derelinqueris. Fac Amor, ut ſemper tecum ſim & nunquam te deſeram. O Amor, fac ut ſim crucifixa tecum, & te motiente qui vita es, moriar etiam ego. Poſtea effuſe plangens ſubjunxit, O Deus, Amor meus exuitur veſtibus. Heu me! quis dolor? extenditur crux ſupra terram, & Amor meus ultro ſe nudat. Exaggerabat deinde planctum, & ſolito altius extollebat vocem, tremebatque modo tam doloroſo, ut tota videretur commiſeratione
E diffluere, atque dicebat: Heu me! ſaltem paulatim figerent clavos. Video, occiditur innocens. Heu me! heu me! non poſſum amplius ſuſtinere. Heu me! Amor! heu me! Nolite tantum trahere, ô Judæi. Saltem foramina illa aliquantum viciniora ſibi invicem feciſſetis. Heu me! Amor, non poſſum amplius: da mihi vires ad ſufferendam pœnam quam ſentio. O Amor, confige me in te, & nunquam te dimittam, aut tu ipſe configere in me. Inter hos exceſſus paſſionum, dilectus ejus Sponſus impreſſit in ejus animam ſacra ſua ſtigmata, per quinque lucidos & igni ſimiles radios: qui medias manus, pedes, ac latus ſic penetrarunt, ut ibidem vivaciter inſculptum reliquerint veſtigium ſui. Hoc autem ut melius intelligatur, tranſcribam propria ipſius, id finito raptu referentis, verba.

eique compatiens

recipit ſacra quinq; ſtigmata

172 Converſa ad Jeſum dicebam, Jeſu mi, jure merito dicere poſſum. *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* Cumque internis & externis doloribus fuiſſem per duas horas afflicta, contemplando ſanctiſſimam Paſſionem, vidi quod Dominus mihi daret ſacras plagas ſuas: quia mittebat mihi certos radios ad pedes, manus, ac latus dextrum, qui videbantur eſſe ignei, figebanturque in medio, ubi ſunt plagarum loca, ſic ut ibi ſuum ſigillum relinquerent. Poſtea
F receſſit à me ſubito dolor & pœna omnis, imo ſentiebam me valde contentam, quod in me viderem ſtigmata Domini mei, quæ etiam nunc videre mihi videor, quamvis exterius non appareant, hoc enim gratiſſimum mihi eſt. Videbam poſtea, quod amor unitivus me uniret cum Jeſu; totaque unita ei, nihil aliud ſciebam agere, quam me immergere ipſius bonitati, & amori quem Deus habet erga animam meam. Manſi autem in hac mentis abſtractione uſque ad quintam horam noctis: ſed quod tunc guſtavi non poſſem vel modice explicare. Hæc omnia, ut ſcripta ſunt, ipſamet retulit; referendo autem demonſtrabat tantum amorem erga Crucifixum, propter unionem qua ipſi adſtricta erat, ut oculos in eum defigens, oſcularetur pedes, manus, & latus; videreturque ad ſingula oſcula, quæ ſacræ ſui Redemptoris imagini imprimebat, præ affectus teneritudine deficere. Atque inter hæc ab extaſi rediit, poſtquam quinque continuas horas in ea perſeveraſſet; quo tempore numquam oculos averti à Crucifixo, quem manibus tenebat, ita ut verificari de illa poſſet verbum hoc, *Dilectus meus mihi & ego illi.*

ſicut ipſamet poſtea narravit.

CAPUT III.

Participat omnibus ex ordine tormentis Dominicæ Paſſionis.

173 Cap. V *Die Jovis ſancto anni 1585* SAcræ iſtæ plagæ, impreſſæ in anima, maximum in ea accenderunt deſiderium participandi pœnis, quas pro nobis in ſua paſſione tulerat Dominus noſter: qui volens ei quadamtenus ſatisfacere, ſuſtulit ipſam in ſpiritu die Jovis ſancto, XVIII Aprilis anni prædicti MDLXXXV. Hoc in raptu, abſque ullo ad ſenſus regreſſu, manſit totis viginti ſex horis quibus ei à Domino communicata fuit tanta participatio ſanctiſſimæ Paſſionis, ut non ſolum in anima, ſed etiam in corpore toleraverit pœnas & cruciatus incredibiles, quemadmodum apparebat ex geſtibus ejus & per verba quæ proferebat. Quamvis autem difficillimum ſit hoc explicare ei qui tam triſti ſpectaculo præſens non adfuerit, aliquid tamen hic exponam, ſicut tunc notatum fuit. Tempore illo ivit ad diverſa conclavia monaſterii, in unoquoque ordinate contemplans myſteria Paſſionis ſui Sponſi. Et primo vidit cuntem illum ad ſuam ſanctiſſimam Matrem, prius quam accederet ad patiendum; atque proſtratum ad ſanctos ejus pedes benedictionem ultimam poſtulare; idemque viciſſim facientem Mariam: & in hac contemplatione incepit loqui, dicens: O Maria! tanto tempore hoc deſiderasti, eris tamen inſtar turturis quæ comparem amiſit. O mœſtam disjunctionem! Da Domine benedictionem, quam dedit Iſaac dilecto filio ſuo Jacob, non in fertilitate terræ, ſed in fructibus Divinitatis tuæ.

Videt Chriſtum valedicentē matri, B

174 Deinde, aſcendens ad conclave aliud altius, oſtendebat hunc eſſe ſibi Montem Sion, ubi Jeſus cum Apoſtolis fecit ultimam cœnam: & tunc adeo ſplendens atque hilaris factus eſt vultus ejus, ut admirationi cunctis eſſet. Dumque tacuiſſet aliquanto tempore, ſic fari cœpit: *Deſiderio deſideravi ---- Adimpleantur Scripturæ ---- Mirabilis Deus in operatione humanitatis ſuæ ---- Eructavit cor meum humilitatem ---- Fundavit eam in humilitate abjectionis.* ---- O humilitas quam imitari nemo, admirari poſſunt omnes ---- Quomodo non dimittebant ſe cæli, & non exaltabatur terra ad tantam humilitatem? ---- Exuiſti te veſtibus tuis, Jeſu mi; quod ſi non exuiſſes te magnitudine tam grandi, non potuiſſes unquam exercere humilitatem tantam. ---- O Humilitas, quæ exaltas id quod non eſt, & deprimis id quod eſt. Etenim exaltas hominem, qui nihil eſt; & deprimis Deum, qui eſt omnia. O humilitas! quam victorioſa es, & exaltans te pertingis uſque ad thronum ſanctiſſimæ Trinitatis: quia veritas dixit, *qui ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur.* ---- O humilitas! quomodo producis, & mamillis tuis alis puritatem cum ſinceritate, & ſinceritatem cum puritate? ---- Tu veluti mater lactas pauperes ſpiritu, & adducis ſub umbram Verbi; amplecteris ignorantes, & adducis ad ſponſam Eccleſiam; nutris puſillanimes, coronas Virgines, das palmam Martyribus, & diadema Chriſtis tuis in cælo; præbes ſaturitatem viſionis tuæ Eremitis ac denique Sanctis omnibus, & in hujus vitæ peregrinatione patientes reddis atque conſtantes.

In cœnáculo veſtes exuentem,

175 Vidit deinde quod Jeſus fundebat aquam in pelvim, ad lavandos pedes diſcipulorum ſuorum, unde dicebat: Sume & mitte aquam ad lavandum pedes, Jeſu mi, cui ſe inclinant & reverentiam exhibent res omnes creatæ. ---- *Non lavabis mihi pedes in æternum* ---- O Petre, non intelligis rem. Quoties volumus nos docere infinitam ſapientiam, noſtraque judicia judiciis ejus comparare? ---- *Si non lavero te, non habebis partem mecum* ---- Sed tu Joannes: num taces? ---- Qui penetrat omnia, tenet ſilentium, ſeque intromittit in bonitatem divinam. Poſtea, oſtendens ſe loqui cum Juda, dixit: O proditor, proditor, tu pejor es dæmone. His dictis proſequens meditationem ſuam, juxta Euangelium Joannis, ad hæc verba, *Ego ſum via, veritas & vita*, cœpit dicere: O vita vitalis, dulcis, amabilis & ſemper delectabilis! O dulcis veritas! veritas, quæ verificatura es omnem tuam veritatem, & confutatura omne noſtrum mendacium. Veritas, quæ penetras corda habentium humilitatem. ---- Vita, quæ das vitam: Veritas, quæ manifeſtas Verbum ---- O Via, quæ dirigis cæcos! Via, in qua ſemitæ multæ ad nutriendas animas, ad oblectanda corpora, ad illuminandum intellectum, ad ſatiandam voluntatem, ad mortificandam memoriam. ---- Sed ad nutriendam animam oportet fieri turturem, ad delectandum corpus mutari in columbam, ad ſatiandam voluntatem evadere aquilam, ad illuminandum intellectum eſſe cervum velociſſimum. Turtur deducit ad gemitum & ad planctum, columba ad cavernam ibique nidificat, cum aquila pertingit homo ad eſſentiam Divinitatis, & cervus procedit ad æternitatem. ---- O ſemitas amœnas! O vias dulces! ---- Glorioſa dicta ſunt de civitate Dei, ſed magis glorioſa dicuntur de operibus tuis, ô Verbum. D *audit dicentem quod ſit via, veritas & vita,* E

176 Poſt hæc aliaque verba, vidit quomodo Jeſus, relictis in horto diſcipulis, receſſit ad orandum Patrem æternum; ideoque proſequebatur ſermonem dicendo; Jure merito dicere potuiſti, Jeſu mi, *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem ---- Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.* Tunc oſtendit, quod videret Jeſum in horto ſudare ſanguinem: unde tantus dolor ipſam inceſſit, ut identidem in terram laberetur velut mortua: & eructans ſuſpiria ferventiſſima, ſubjunxit, O Deus, quid tantum pati voluiſti pro tuis electis? ---- O Jeſu mi, qui tantum pati voluiſti in horto pro peccatoribus, *Tranſeat, tranſeat à te calix iſte.* Paulo poſt, videns eum confortatum ab Angelo; voce, tam lamentabili ut emollire etiam petram potuiſſet, dixit; Heu me! Conſolator Angelorum conſolatur ab Angelo, & deſiderat ut pœna acceleretur. O Jeſu mi! ſudaſti ſudorem ſanguineum. Quare nequeo ligare omnes omnium creaturarum voluntates, atque ad te pertrahere? Si eas tibi ſic poſſem tradere, ſolatii aliquid nacta mihi viderer. Videns poſtea traditorem Judam, venientem cum turbis ad capiendum Jeſum, mœſtiſſima dixit: Heu me! Appropinquat traditor: ecce traditorem. Oſtendenſque (ſicut ex ſequentibus verbis dabatur intelligi) quod videret Jeſum à turbis comprehenſum, & à Juda traditum, ſubjunxit: O Jeſu mi! Stabo hic ego, tota afflicta, videns te tradi & comprehendi. *Amice, ad quid veniſti?* ---- Verum, ô Deus, quid agis, Amicum eum vocans? Scilicet creaturas doces, ut etiam ipſæ ament offendentes ſe. Per oſculum pacis oſtendiſti, quantum diligeres pacem: & docuiſti ut etiam nos amaremus & quæreremus illam: quandoquidem adhuc manens in Paradiſo, prius quam venires in terram, effeciſti, quod *Juſtitia & pax oſculatæ ſunt.* ---- Beati igitur pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. *contemplatur orantem in horto,* F *traditum à Juda,*

lavantem pedes,

177 Poſtea in perſona Jeſu dixit, *Quem quæritis? ego ſum*: & in perſona Judæorum tertio dixit, *Jeſum Nazarenum.* Cum ergo ſic tribus vicibus offendiſſent ſanctiſſimam Trinitatem, addidit in perſona Jeſu, *Veniſtis ad me ſicut ad latronem.* Hoc dicto oſtendit ſe conſpicere, quomodo Petrus amputaverit auriculam Malcho, dixit enim: O Petre, tu velles *comprehenſum à Judæis,*

A velles omnem noſtram ſalutem impedire, atque etiam tuam. ---- Quam multi educunt gladium odii; qui nunc quidem non impediunt Paſſionem tuam, ô Deus meus, ſed fructum illius. Videns autem Ieſum ligatum, dicebat, Heu me! ligatur is, qui colligat omnia, illuditur ſapientia, offenditur bonitas. Magna enimvero patientia, quod ejuſmodi homines circum te toleres, tamque parum tibi convenientes: ſed nihilò minor eâ quoque eſt, qua nos ſupportas. Ligant illi manus tuas, & nos ligamus operationes tuas. ---- O quantam reverentiam mererentur manus iſtæ? *Et procidentes adoraverunt manus Domini, dicentes, Iſtæ ſunt dignæ accipere potentiam, in omni loco dominationis Patris ejus.* Oſtendens deinde quod videductum ad Annam, bat Ieſum à turbis deduci ad Annam, Pontificem Iudæorum, dixit miniſtris: Quid timetis; ne vos tempus deficiat? Quid tam celeriter illum ducitis? Vidit poſtea alapam, Ieſu ſuo inflictam coram Pontifice Anna, & voce lacrymabili dixit: Heu me! in faciem illam, in quam deſiderant Angeli reſpicere? ---- *Faciem tuam illumina ſuper ſervas tuas*: non ſufficiunt eis lacrymæ, etiam maxillam præbere volunt. alapa cæſi; ---- O quam decoloratus eſt vultus, paulo ante tam rubicundus! ---- *Et obſcurata eſt facies virginis, &* B *obſcurata eſt facies Sponſi* ---- *Faciem non averti ab increpantibus & conſpuentibus in me. Et procidenter adoraverunt faciem ejus dicentes, Iſta eſt digna accipere ſplendorem divinitatis ſuæ.*

negatum à Petro, 178 Sed, ô Petre, an non recordaris promiſſorum factorum Magiſtro tuo? quandoquidem non una tantum vice, ſed trina eum negas ---- Sed, hèu me! etiam nos eum negamus ---- Numquid non negamus potentiam, quando nos excuſamus non poſſe operari bene, nimis excuſando noſtram fragilitatem? Numquid non negamus ſapientiam, magnitudinem, divitias ejus, quando nimium afficimur tranſitoriis rebus hujus mundi? ---- Sed quando Verbum attollit divinos ſuos oculos, penetrat interna & dat cognitionem. O oculos, qui reſpectu ſuo faciunt cælum glorioſum & terram trementem. ---- O Petre, quam merito potes adorare oculos Jeſu mei! *Et procidentes adoraverunt oculos Sponſi mei, dicentes, Iſti ſunt digni accipere viſionem divinitatis & æternitatis ſuæ.* Videns deinde Ieſum illuſum, & pro fatuo habitum coram Pilato, cum gemitibus & ſuſpiriis multis dixit: Heu me! Fatuumne appellant eum, qui eſt ſapientia Patris æterni? O nequam! vos dicitis quia malefactor eſt, & in hoc magis notam facitis iniquitatem veſtrã. Ipſe eſt ſumma bonitas, vos autem malitiâ & iniquitate pleni. Eodem modo peccant murmuratores ---- C *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis, ut non declinet cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.*

ſpretum ab Herode, 179 Poſt hæc aliquantum conticeſcens, vidit Ieſum duci ad Herodem: itaque velut ipſummet Herodem alloquens, dicebat; O quam infeliciter lætaris ---- Deſideraviſti videre eum ad illudendum ei ---- Sic faciunt illi qui lætantur in bono, & poſtea ipſo opere illud condemnant; *Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me* ---- *O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei.* Tu vis ei illudere, & illudendo magis declaras innocentiam ejus. Modico tempore interjecto, poſitum in ciſterna domus Pilati; facta eſt pallida & mœſta in vultu ultra conſuetum modum, intellexitque (ſicut poſtea retulit) quod ſicut Ioſeph poſitus fuit in ciſterna veteri à malevolis fratribus; ſic & Ieſus, in domo Pilati, miſſus eſt à miniſtris Iudæorum in talem locum: & ipſa in iſta contemplatione poni eum iſtic vidit, oſtendendo per ſigna manifeſta ſe quoque ibidem eſſe collocatam cum Ieſu: quia ſubito ſe permiſit cadere in terram, ſeque pariter conſtringendo dixit, Ecce, ecce Ieſum meum, ecce Sponſum in ciſterna. Hoc vero ab eadem

magis confirmatum eſt poſt dies paucos in alia actione: quia, cum una ſodalium ambulans per conventum, vidit in quodam vaſe agnellum, qui totus in ſe collectus ibidem quieſcebat: unde rememorata ejus quod illo priori tempore viderat, magno cum ſenſu ſpiritus dixit, Simili plane modo jacebat Ieſus in ciſterna quadam in domo Pilati. Manſit igitur meditabunda, quaſi cum Ieſu eſſet in ciſterna, ſeſquihoram circiter, humi cubans & ſic collecta. EX ITAL. VINCENT. PUCCINI.

deriſum à miniſtris. 180 Deinde elevata in genua, vidit Dominum à Iudæis deriſum conſputumque, & dixit; O Ieſu mi! Permiſiſti pilos barbæ tuæ evelli, ut nos ornares ſplendoribus divinitatis tuæ. O Ieſu mi! Permiſiſti conſpui tibi faciem, ut ornares Sponſam tuam, & rubicundam efficeres tuo ſanguine. Hoc tempore, præ exceſſu doloris quem patiebatur, videns Ieſum ſpretum à Iudæis, frequentes gemitus mœſtaque ſuſpiria emittebat: & ipſa poſtea Monachis retulit, quod aliquando præ nimio dolore, quem in parte exteriori æque ac interiori ſentiebat, non poterat vocem in verba formare, imo vix reſpirare; oſtendens mœrorem ſuum magis actibus quam verbis, quæ tamen ipſa erant plena compaſſionis & mirabiliter devota. Manès igitur in contemplatione dilectiſſimi ſui Ieſu ſic ſpreti, dicebat, O Ieſu mi! tu permiſiſti depilari tibi caput, ut nobis conferres merendi facultatem, ac deinde poſſes nos remunerari pro actione E meritoria qualibet, quantumvis exigua: ſicuti promiſiſti nobis dicens, *Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt* ---- Deinde in perſona Pilati loquens, dixit: *Non invenio in eo cauſam* ---- Si impeccabilis eſt, credo etiam ego quod non ſit reus culpæ. ----- O Ieſu Barabba poſtpoſitum. mi! Tu pateris te coæquari Barabæ, & tamen es ille, *qui vivificat & mortificat* ---- Tu te pateris poſtponi ei, qui eſt plenus malitia & ignorantia, cum ſis *Deus deorum & Dominus dominantium*. ----- Scio quod velis ſatiare populum: ſed tamen nullo modo ſatiabis eum.

flagellatum; 181 Videndo deinde Dominum noſtrum flagellari ad columnam, ipſa quoque ad columnam ſe acclinans prono capite, oculiſque in terram dejectis, facta eſt particeps earum pœnarum, quas benedictus Ieſus tunc ſuſtinuit: quia modo in unam, modo in alteram partem ſe torquens, evidentibus indiciis demonſtrabat magnos ſe dolores ſuſtinere. Cumque in tali afflictione plus quam integram horam hæſiſſet, cum affectu tanto & fervore quantus explicari ſermone nequit, pronuntiavit hæc verba; Ad columnam, manibus poſt tergum ductis, ligatus eſt Ieſus meus. *Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores iniquitatem.* O! niſi virtus tua te ſuſtinuiſſet, ad primos ictus fuiſſes mortuus. ----- *Flagellatus ſum tota* F *die, & caſtigatio mea in matutinis.* ----- Tu es domus illa, in qua Divinitas requieſcit, & conclavia ſunt plagæ ----- *Conſiderabam à dexteris & videbam, & non erat qui cognoſceret me.* --- Invenietur, ô Ieſu mi, qui mutetur ad percutiendum te per vices, ſed amor viciſſitudinem neſcit. ----- *Flagellaverunt corpus tuum ut confortarentur* ----- Recte potuiſti dicere, *Vnam petii à Domino, hanc requiram, ut liberem de flagellis corpus Eccleſiæ meæ,* ---- Non habent numerum miſericordiæ tuæ, nec fere etiam numerum habent plagæ tuæ: effice autem ut numerum quoque non habeant bona opera noſtra ac deſideria devota. ----- O Maria, ſi vidiſſes illum, quem tanto cum affectu lactaſti mamillis tuis, ante ipſum mortua fuiſſes: & ſi animæ noſtræ id comprehenderent, diſrumperentur præ amore. O proditores, non vultis eum aſpicere; quia non habetis amorem nec compaſſionem.

coronatum ſpinis; 182 Interea creverunt in ea ſupra fidem omnem dolores, quando conſpexit crudas illas ſpinas, quæ coronatum erant dilectum Dominum ſuum. Itaque in

terram concidit velut mortua, & deinde aſſurgens
EXTAL. dixit, Præparant ſpinas crudeles, ad formandam co-
VINCEN. ronam Sponſi mei. —— Inveniuntur ſpinæ ei, qui
PUCCINI. nobis ſe in cibum donat ——Coronaverunt Sponſum meum acutiſſimis ſpinis, eum nempe qui coronat animas jucunditate & gloria. —— Heu me! Ponunt arundinem in manum Ieſu mei loco ſceptri, *& percuſſerunt caput ejus arundine.* —— Sanctũ eſt iſtud divinum caput: veniet autem tempus, quo iſti conculcabuntur: quia pedes Domini noſtri conculcabunt proditores iſtos. —— Volunt abſcondere lucem, ſed ipſe
monſtratũ populo, videt, ubi alii numquam videre poſſunt. Idem faciunt qui non confidunt in te, ô Verbum, & dicunt quod Deus non curat creaturas. —— Vos eum confitemini Regem Iudæorum. Sane Rex eſt, non Iudæorum tantum, ſed cæli & terræ, abyſſi & inferni, & omnium rerum quæ ſunt. —— O filiæ Sion, egredimini modo, & videte Regem veſtrum coronatum diademate, quo coronavit eum mater ſua Synagoga, in die deſponſationis ſuæ. —— Sed, heu me! *Ecce homo.* Ecce homo ille, qui fecit ut homo eſſet Deus. *Ecce homo.* Homo qui operatur omnia, quæ operatur Divinitas. —— *Ecce Rex veſter.* Quid facitis ingrati? Dixiſtis, *Benedictus qui venit in nomine Domini*: & nunc dicitis, *Crucifige, crucifige eum* —— Nunc impletur, quod olim dixit ipſa Veritas! *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.*

mortũ adjudicatum, 183 His dictis tranſtulit ſe ad aliud conclave; ubi inclinata in genua, hujuſmodi orationem direxit ad Patrem æternum. Pater, noli conſiderare cogitationes impiorum iſtorum, ſed attende ad ſalutem humani generis. Pater, accepta anguſtias & pœnas Verbi tui, in ſolatium & confirmationem electorum ejus. Hac oratione finita manſit aliquamdiu abſque loquela: deinde ad Pilatum converſa, dixit; Tu dicis, quod non invenis in eo culpam, unde poſſis contra eum ferre ſententiam, & tamen condemnas eum ad mortem. Tunc cœpit effuſe lacrymari, & emiſſo grandi ſuſpirio, cum intueretur quod Pilatus decreviſſet ferre ſententiam contra Ieſum, denuo proſtrata in terram, hoc modo oravit. O Pater æterne, ſaltem hic ſanguis pro tam multis non effundatur fruſtra. Et ſic aliquantulum conſiſtens ſurrexit in pedes, junctiſque ad pectus manibus, dixit: Ecce, ecce, data eſt ſententia contra Ieſum meum, & illi magna cum celeritate crucem apparant ei, qui nobis præparat gloriam. Tum ſignificavit, tam geſtibus quam
cruce gravatum, compoſitione totius corporis, quod in humeros crucem ſumeret: & cœpit pedetentim ſcalas deſcendere:
C perveniens autem ad medium earum, cecidit cum maximo cruciatu. Sed cito ſe relevans, & uſque ad pedem ſcalarum perveniens, per quamdam porticum tranſiit oculis demiſſis, vultu mœſto, adeoque livido & pallido, ut corporis mortui ſpeciem præferret, ſuſpiria doloroſa emittens. Deinde ivit in hortum, eumque circuivit totum, ac verſus Capitulum iter intendit per alia conclavia: denique pervenit ad Oratorium, ubi demiſſa in genua, & in modum columnæ ſolidiſſimæ facta immobilis, oravit ſpatio dimidiæ horæ; notatumque à Sanctimonialibus eſt, quod orando crucemque portando plus quam ſeſquihoram conſumpſerit: quo toto tempore aliud non dixit, quam ſequentia verba, *Tamquam ovis ad occiſionem ductus eſt, & non aperuit os ſuum.* In horto dixit, *Filiæ Ieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas.* Poſt orationem vero dimidiæ horæ, Patri æterno directam,
eique affixum, ſubjunxit, *Pater. offero tibi iſtam operationem redemptionis pro omni creatura.*

184 Poſtea ſe extendit in terra, & brachia ſic porrexit ut appareret quod ſe aptaret ſupra crucem Ieſu, & quod configeretur ei pes uterque; iſto enim tempore eos concutiebat, monſtrabatque quod pateretur acerbiſſimos dolores, dando ſuſpiria & mugitus miſerabiles. Paulo poſt idem fecit, oſtendens ſibi D configi ſiniſtram manum, ac denique dexteram: quia apparebant brachia ejus tam rigida, ut videretur reipſe crucifixa: & Monachæ ibidem præſentes affirmant, quod ſæpius tangentes carnem ejus, duram invenerint inſtar ligni. Hoc ergo modo mediam circiter horam humi protenſa jacuit, deinde mirabiliter erecta in pedes, abſque ulla genuum flexione aut motu brachiorum expanſorum, veluti crucifixa, adnixa ad parietem diu ſic ſtetit; atque per inter valla temporum valde ordinate pronuntiavit ſeptem verba, quæ Ieſus locutus eſt in cruce, tanto cum ſpiritu ac devotione ut eſſet auditu mirabile. Affirmant autem Monachæ, quod videntes eam tanta paſſam & taliter transfiguratam, plures ipſarum dubitaverint utrum non eſſet mortua, voluerintque propriis manibus experiri num adhuc ſpiraret; quandoquidem
ac denique mortuum: brachia ejus & collum atque alia membra omnia ita obriguerant, ut mortuæ aut ſtatuæ ſimillima eſſet. Sic ergo ſtans, & proferens verbum ultimum, *Conſummatum eſt*, addidit: Expletum eſt opus redemptionis, conſummatum opus communicationis, & finitum opus reunionis. Denique paulo poſt ait: *Et inclinato capite emiſit ſpiritum.* Ac ſubito, quaſi revera mortua, dimittens brachia, caput, & corpus totum, fuiſſet gravi caſu vehementer affli&ta, niſi accurrentes quæ aderant Monachæ ipſam inter brachia excepiſſent. E

185 Ipſa vero mox ſenſibus ſuis eſt reddita, & facies ejus ita ſerenata, ut eis qui paulo ante velut mortuam viderant, tota alia videretur. Fuit autem
atque ita ſibi reſtituitur à raptu horarũ 26. admiratione dignum, quod eadem ipſa hora redierit ab ecſtaſi, qua, die Veneris præterito ante Dominicam Paſſionis, experrecta fuerat ab eo raptu, in quo Dominus ipſam fecerat participem pœnarum, quas eſt paſſus, (ſicuti ſuperius eſt dictum) quando in cruce emiſit divinum ſuum ſpiritum. Ipſa vero affirmavit duabus ſæpe dictis Matribus, quibus per obedientiam referebat intelligentias ſibi immiſſas divinitus; quod Ieſus antea voluerit ei communicare pœnam mortis ſuæ, quæ fuit mirum in modum gravis, quia hanc non potuiſſet tolerare, poſtquam fuiſſet debilitata tot aliis ſanctiſſimæ Paſſionis cruciatibus. Referebat præterea, quod cum ibat de uno conclavi in aliud, videret ſemper præſentem Ieſum ſuum: & fiebat particeps moleſtiarum quas ille toleravit, quantum ſuſtinere poterat humana infirmitas

CAPUT IV.

Sponſali annulo Chriſto deſponſa, etiam Corona ejus ſpinea per viſum donatur. F

NOn multis poſt diebus, benedicta hæc ánima, inſigni pignore certior eſt reddita, 186 CAP. VI *in Vigilia S. Catharinæ Senenſis,* quantum ſibi complaceret Deus in ejus famulatu: quia in Vigilia S. Catharinæ Senenſis anno MDLXXXV, rapta in ecſtaſim, miro quodam modo accepit annulum aureum deſponſationis ſuæ. Sed antea monſtratæ ei fuerunt, per tres continuas horas multæ graveſque offenſæ, quas Deo faciunt creaturæ ſuæ, infinitæque blaſphemiæ, iniquitates & peccata, quæ committuntur in mundo. Quo viſu affecta dolore incredibili, identidem proferebat hæc verba: *Circumdederunt me dolores mortis, dolores inferni circumdederunt me: comedit me dolor inferni pro multitudine iniquitatum noſtrarum.* Unde præ cruciatu quem ſentiebat, eructabat ferventia ſuſpiria & amaros planctus, ſternebatque ſe humi, & alios mœſtos geſtus faciendo dicebat; O Domine non poſſum amplius: quod ſi peccatores nolint tam multa peccata auferre

a

A *oſtenſis ſibi peccatis mundi,*

à ſe, obſecro, auſer à me iniquitatum tantarum conſpectum, quia non poſſum amplius ſuſtinere. ——— O magnam infelicitatem! *Reſpiciunt vanitatem, & cadunt in iniquitatem ——— reſpiciunt elevationem, & cadunt in profundum abyſſi. ——— Non habitabit in domo tua, qui blaſphemat nomen tuum. ——— Comedi ego iniquitatem eorum. Dolores inferni circumdederunt me.* Hunc in modum lamentans, & quantum apparebat maximo mentis dolore aggravata, poſt aliquod ſpatium temporis, profundum emiſit ſuſpirium, & cum vehementia exclamavit; dicens, *O bone Jeſu! relaxabo me in liberalitate tua.* ——— O Deus! fac me mori morte vivente, ut effectui mandem opera tua. ——— O Jeſu mi! *omnes declinaverunt à te, & non cognoverunt te, & noluerunt te intelligere ut bene agerent.* ——— Verumtamen cognoſcent te, *quia mors deprædet eos.* ——— O Domine! monſtraſti nobis plagas tuas, manus & latus, ut non ſimus amplius increduli, ſed fideles. ——— O ingratitudo! quam es abominabilis in creatura!

ea vehemēter plangit;

187 Hoc dicto aliquantum tacuit & planxit amare, nimioque dolore fatigata concidit in terram velut mortua, ac dixit: O mors, quæ vitam donas! morior vivendo. Erat autem tunc adeo afflicta, ut intuentes quoſcumque moveret ad compaſſionem: ſed in medio ejuſmodi pœnarum dicebat; O glorioſa pœna! glorioſa ſimul & pœnoſa: volens utique ſignificare, quod ipſa qua affligebatur paſſio, gloriam ipſi pariebat, eo quod patiebatur pro Dei amore, quatenus condonaret peccata creaturis; tantumque deſiderabat pro alienis peccatis dolere ac pœnitere, ut ſæpe ingeminaret, O pœna, quæ me recreas! ô recreatio, quæ pœnam adfers! Poſt quæ verba cœpit lamentari & plangere, fremere dolenter & tremere toto corpore, ut eſſet res viſu audituque miſerabilis. In hac autem anguſtia manſit horam unam cum dimidia; ſed poſtea ſerenato vultu, oculiſque apertis & inſtar duarum ſtellarum fulgentibus, monſtravit quod videret Jeſum, ſplendoribus circumdatum, cum eo munere quod volebat ipſi dare, in præmium lacrymarum effuſarum & dolorum toleratorum pro peccatis populi; ideo dixit, *Non coronabitur niſi qui legitime certaverit.* ------ O Jeſu! manus tuæ ſunt decoratæ & plenæ annulis, ad deſponſandam Sponſam tuam. ——— Idque etiam hodie in die ejus quam tibi deſponditi: intelligebat autem S. Catharinam Senenſem, cujus (ut dixi) tunc dies agebatur.

quare apparens Jeſus

B

C

188 Tunc, quantum percipi ex verbis ejus potuit, interrogavit eam Jeſus ſuus, utrum vellet palam fieri quod eam ſibi deſponditſet; ſciens quantopere ipſa cuperet, ut gratiæ ſibi conceſſæ occultæ manerent coram creaturis; ideo reſpondit: Tu tamen mihi promiſiſti, Jeſu mi, quod ſicuti abſconditus ipſe fuiſti, ſic debeam eſſe etiam ego. Nihilominus fiat voluntas tua. ——— Sed quis intelliget pretium & pulchritudinem annuli, quo me tibi vis deſponſare? Ego autem tacebo de illius pulchritudine, & contemplando ſolum me applico Donatori. ——— Quando Sponſæ recipiunt Sponſum, petunt ab eo gratiam aliquam: petam & ego, Jeſu mi: petam autem creaturis tuis augmentum bonorum & luminum ſpiritualium; & præcipue Sponſis tuis, ut tibi ſervent promiſſa quæ fecerunt. O bone Jeſu! Totum te ornatum video annulis illis, quos in manibus ac latere geſtas: ſed da mihi obſecro ex iis quos habes in latere. ——— Dumtaxat res una, ô Deus meus! deeſt mihi, quod non exiſtimem me dignam iſta gratia: ſed ſanguis tuus defectum hunc ſuppleat. ——— Offero ergo tibi ſanguinem incarnati Verbi tui: hunc offero tibi, ô Pater æterne; offero eum tibi, ô Spiritus ſancte; quod ſi deficit adhuc aliquid, offero etiam tibi, ô Maria, ut eum præſentes æternæ Trinitati, ad ſupplendos omnes defectus qui fuerint in anima mea, & in ſatisfactionem culparum quæ fuerint in meo corpore. Sic aliquantum manens, claro ſigno indicavit, quod eſſet à Jeſu deſponſata: quandoquidem protenſo dextero brachio manum porrexit, ejuſdemque dexteræ manus digitum annularem extulit, & paulo poſt dixit; Catharina & Auguſtinus manum tenebunt (erant hi duo Sancti, tamquam Patroni ejus, præſentes ſponſalitio) ad eoſdemque converſa dixit: Permittite Sponſo meo, ut annulum det ipſe. Cum ergo eam Dominus modo tam mirabili deſpondiſſet ſibi; ipſa, jubilo & lætitiâ plena, dixit: *Deſponſavit me dulcedine ſuavitatis & liberalitatis & amoris ſui, in unione ſanctiſſimæ Trinitatis.*

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI. *eum digito ipſius inſerit.*

eum annulo ſponſalitio,

189 Poſt quæ verba dimiſit digitum, & retraxit ad ſe manum: eamque cum altera in modum crucis ſupra pectus decuſſans, oſtendenſque mirabiliter contentam ſe eſſe eo quod acceperat dono, convertit ſe ad S. Catharinam, & ait: O Catharina, tu conſervaſti bene ſponſalitium iſtud munus, ego vero quomodo ipſum ſervabo? ——— Utar eo, tamquam lucidiſſimo ſpeculo, in quod continuo reſpiciens detegam immenſam liberalitatem, ſuavitatem & dulcedinem amoris Jeſu mei, quo animam meam ſibi deſpondit. Videbo in me Dominum, & ego morabor in eo: eritque ille crucifixus in me, & ego in eo crucifixa, ſicut dicebat ejus dilectus Apoſtolus; *Vivo ego, jam non ego; vivit vero in me Chriſtus.* Ex hujus annuli viſu traxi grande deſiderium honoris divini, & continuum zelum adducendi ad eum animas; videns quantum ipſe eas amaverit, & quantum gaudeat dum eas poteſt conducere ad ipſum: quod non ſolum orationibus curandum eſt, ſed etiam verbis & operibus, etiamſi opus eſſet dare ſanguinem & vitam impendere, ſicut fecit Sponſus meus. Videbo deinde intra iſtud lucidiſſimum ſpeculum, Dominum meum requieſcentem in ventre Mariæ, tamquam in amœna grataque valle puritatis; de eoque egredientem, ad facienda tot mirabilia ac ſtupenda opera, quæ ipſi Angeli obſtupeſcunt.

quæ propōnit illum habere pro ſpeculo,

E

190 Accipiam etiam à Sponſo meo prototypon operandi: quod ſi non poſſim ipſum propter meam fragilitatem imitari, ſaltem gratias agam ei, qui omnia iſta mirabilia voluit facere pro meo amore. ——— Hinc accipiam regulam, quomodo debeam in via virtutis progredi & operari. ——— Ab ejus profunda humilitate diſcam, quomodo me debeam humiliare, & omni in re dimittere; & ex hac dimiſſione potero venire in cognitionem vilitatis meæ. ——— Ab ejus obedientia diſcam, ut nolim amplius aliquid facere ſecundum voluntatem meam, alterius voluntati ſemper me aptando. ——— Ab ejus caritate diſcam, quomodo debeam amare proximum meum. In iſto ſpeculo videbo etiam viſceralem amorem, quem oſtendere nobis voluit, relinquendo ſeipſum in ſanctiſſimo Sacramento, ut ſecum nos ſemper poſſit unire, & donum iſtud tam copioſe communicare mihi miſeræ ac miſerabili. Hinc vero hauriam continuam gratiarum actionem, pro amabilitate Jeſu verſus me & omnes alias creaturas; itemque gratiarum actionem, pro omnibus ſuis donis & beneficiis, cum Sacramentum iſtud ſit compendium amoris quem erga nos geſſit, & omnium eorum quæ pro nobis fecit in ſua vita, paſſione ac morte. Videbo ibi etiam ſanguinem, quem ipſe effudit ad faciendum nobis balneum, in quo poſſint continuo lavari animæ noſtræ à culpis, quas omni momento committimus: quoque poſſimus inſuper ornari, ut omnino formoſæ appareamus

ex quo ſuā mat formā operandi,

F

ſtimulos ad gratias agendas,

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

mus in ſuo conſpectu. —— Hauriam inde pariter continuam memoriam eorum, quæ pro me, indignâ creaturâ, pati voluit Jeſus meus. Et ideo totam me veſtiam & operiam pretioſiſſimo ejus ſanguine, conjungendo ei omnes cogitationes meas, verba & opera, ut ei fiant magis grata acceptaque. ——

notitiâ gloriæ in cælo parata,

191 Præterea in iſto annulo potero ſemper videre, velut in ſpeculo, amorem illum quo Dominus meus ivit ad parandam nobis gloriam: quæ gloria rurſus in ipſum Dominum redundat, quia animæ noſtræ addunt incarnato Verbo maximum ornamentum. Voluit autem præcedere, ut quando poſtea nos veniemus ad fruendum præfata gloria, inveniremur digni eo qui ipſam præparavit, qui tam grandis tamque magnificus eſt, imo Dominus ipſiuſmet gloriæ. Sicut enim ſtellæ ſunt in cælo, eique dant ornatum & ſplendorem mirabilem; ſic animæ Beatorum in Paradiſo, collocatæ in amplitudine gloriæ, & unitæ Verbo, eidem dant maximum decorem & fulgorem, faciendo magis reſplendere ipſius gloriam, eo quod monſtret ſuam liberalitatem erga eas, quas tantopere exaltavit & ſibi univit. Unaquæque autem animarum iſtarum particulariter poſita eſt & conſolationem accipit in aliquo ſenſu Verbi incarnati, alia humilius, alia excelſius, ſecundum cujuſque merita. Aliquæ enim poſitæ ſunt in pectore, aliæ in fronte, aliæ in ore, aliæ in manibus, aliæ in pedibus, aliæ denique in ejus divino corde. —— In latere ſunt Virgines Sponſæ ejus, pro quibus ipſum ſpecialiter eſt fabricatum, & præ aliis Sanctis peculiarem ornatum Verbo conciliant. Poſtea aliarum beatarum animarum quælibet, ſecundum cujuſque meritum, magis minuſque ipſum ornant, reſidentes in illo æterno Domino, prout in terra meruerunt. Et quemadmodum ſtellæ atque planetæ in cælo motu ſuo varios cauſant effectus, unde creaturæ terreſtres magnam oblectationem utilitatemque percipiunt; ſic etiam animæ beatæ, amanter unitæ Verbo, movent ipſum ad quamdam complacentiam, quæ inde in totum Paradiſum redundat, unde in ipſis naſcitur gaudium & lætitia inenarrabilis ac major quædam gloria: per quam rurſus Verbum, præter alias cauſas, movetur ad ſibi continuo complacendum in eis, earumque cauſa miſerendum creaturis in terra verſantibus. ——

B

192 Ex illo hauriam continuam reſignationem mei in dilectum meum Dominum, talemque ut omnes actiones quas faciam, non ego faciam, ſed Jeſus meus, qui me faciet operari. —— Videbo inſuper in ſpeculo iſto, quem modum tenuerit ad animas perducendas ad ſe, ad viſionem inquam & fruitionem ſui; & quod, quam varia ſunt opera & merita cujuſque, tam etiam varii ſint modi ac viæ quas tenet ad ducendas illas; licet denique omnium una ſit via, ſcilicet via amoris. Prophetas traxit amore quodam ſecreto, ducens eos per viam fidei in ipſum Verbum, ipſis promiſſum ad ſalutem creaturarum; quod licet ab iiſdem cognoſceretur per viam revelationum, nihilominus habebant pro certo per donum prophetiæ, id quod aliis cum reſpectu ad talem lucem potuit dici incognitum. —— Apoſtolos traxit per viam amoris robuſti; cum eos confortaſſet exemplis & verbis, —— Martyres, mediante amore ardenti, quem Verbum incarnatum effuderat, dans eis tantum fervorem, ut non formidarent nec dubitarent ſanguinem vitamque ipſam dare pro ejus amore. —— Confeſſores, per amorem quietum: quia in omnibus tentationibus, tribulationibus, moleſtiis quietabantur in Deo. —— Virgines, per amorem purum, purificans eas ſanguine ſuo. —— Ab eodem etiam accipiam ardens deſiderium ambulandi ad Sponſum meum, ut cito poſſim pervenire ad viſionem ac fuitionem ejus. —— Videbo pariter in illo ſpeculo puritatem Virginis Mariæ, & recordabor donorum quæ mihi contulit Sponſus meus.

C

& viarum quibus animæ trahuntur ad Deũ,

D

193 Poſtquam tam ſublimiter tamque prolixe ſermocinata fuerat, tacuit tempore aliquanto: deinde facta eſt facies ejus omnino læta, oculique ad miraculum ſplendidi: & tertio verba hæc repetiit *Eructavit cor meum verbum bonum: non cor meum, ſed labia tuum. —— Conſerva me Domine, quoniam innocentia regeneravit me in ſanguine tuo.* —— Dixiſti mihi, Jeſu mi, quod non debeam contemnere deſideria, & velis orari: exaudi ergo miſeram me ac miſerabilem, ut habeam memoriam, intellectum, voluntatem, deſiderium, affectum, intentionem, omnia denique reſignata in te. —— Quas autem potero tibi reddere actiones gratiarum pro dono mihi dato? —— Solus ad hoc ſufficiet ſanguis tuus: & omnes guttulæ ejus quas ſparſiſti, erunt totidem linguæ quæ tibi gratias referant; interim offero tibi totidem guttas ſanguinis, à me fundendi cum ſimili amoris ardore. His dictis à raptu ad ſenſus ſuos rediit, poſt continuas novem horas, vultu læto & gaudio plena, ut inde etiam cognoſceretur, quam grandia dona iſto tempore ei fuerant facta à Jeſu benedicto.

Deoque gratias agit pro donis ſibi factis.

E

CAP. VII. *In Vigilia S. Angeli Carm.*

194 Quarto die Maji anno MDLXXXV, exiſtens in Choro cum aliis Monachis, ſenſit in ſpiritu vocari ſe à Domino per haſce voces; Veni Sponſa Unigeniti mei: quia Verbum vult in te opere ipſo complere promiſſionem veritatis ſuæ, locupletando te donis ſuis, quemadmodum intelligendo videbis; & guſtabis experiendo. Audita ejuſmodi vocatione, ſtatim petiit licentiam à Prioriſſa, ſeque contulit ad Oratorium: ubi collocata in genua, aliquamdiu manſit abſque loquela, deinde dixit: *Ancilla ſum Patris, Sponſa Filii, & templum Spiritus ſancti* Tum rapta in ecſtaſin vidit, quod Jeſus volebat capiti ejus imponere coronam ſpineam Paſſionis ſuæ; unde vivos amoris affectus de pectore eructans, prorupit in hæc verba: Quis unquam Rex à proprio capite ſumpſit coronam, imponendam capiti Sponſæ ſuæ, ad Reginam eam faciendam? Quamvis autem ad ludibrium fuerit tibi, ô Jeſu mi, ſpinea corona impoſita, eamque receperis cum dolore, cruciatu & contemptu; non vis tamen ut idem mihi accidat, quia ipſam mihi das ad conſolationem, unionem, & exaltationem. —— Sed, ô Verbum, intellexi diebus hiſce, quod ſint quatuor qui ſuſtinent coronam tuam. An Sponſa tua deſtituitur amicis, quod ipſe illam portes? —— Non —— Quinam ergo erunt, qui tenebunt coronam, quam mihi dare vis?

F

ipſo aliiſque tribus Sanctis aſſiſtentibus,

195 Eodem tempore oſtendit ei dilectus Sponſus ſuus, quod volebat ut coronationi ſuæ præſentes eſſent, iidem qui deſponſationi adfuerant, ſcilicet glorioſa Virgo, S. Catharina Senenſis, & S. Auguſtinus: & quia eo veſpere Vigilia erat S. Angeli Carmelitæ, voluit Deus, ut hic etiam præſens adeſſet, maxime quia erat ejus Patronus ſpecialis. Propterea ſubjunxit: O Domine, quare in priori actione ſolum tres adfuerunt, nunc autem quatuor? —— Tu, ô Jeſu mi, ipſam mihi pones in caput, quamvis eam daturus non ſis cum ſenſu exteriori. —— Aſſiſtentes erunt, Maria, Catharina, Auguſtinus, & Angelus. Sed oportet ut ad accipiendum tam grande donum, tota ſim purificata: unde autem hujuſmodi purificationem petam? Recurram ad conſuetum refugium meum, ad tuum, inquam ſanguinem, qui purificat, & pœnam omnem relevat, omnemque adfert conſolationem. Quia vero

non

A non ſcio utrum odio vel amore digna ſim, convertor ad eos qui debent coronam collocare, orans ut pro me ſanguinem iſtum offerant. Stabunt igitur, unus à dextris, alius à ſiniſtris; & alii duo juxta te, Jeſu mi, ad uniendam attrahendamque creaturam verſus creatorem, ſponſam verſus ſponſum. Hoc dicto ſiniſtrum latus indigitavit, dicens, Ab hac parte ſtabunt Auguſtinus & Angelus; & indigetando dextrum, ſubjunxit; ab hac Maria & Catharina. Momentoq; temporis tota hilaris & jucunda facta, proſecuta ſermonem cœptum eſt, dicens: *Domini eſt terra & plenitudo ejus, orbis terrarum & univerſi qui habitant in ea. Omnia quæcunque voluit fecit Dominus in cœlo & in terra, & in Sponſa ſua, ut coronet eum corona ſua ſpinea, quæ pro regeneratione generis humani poſita fuit ſuper caput ſuum.*

196 Tum, ſicut illa poſt raptum narravit, dixit ei Jeſus, quod volebat quidem capiti ejus imponere coronam ſpineam ſine ſenſu pœnæ & doloris, ſed quod venturis temporibus illius cauſa eſſet toleratura graviſſimos cruciatus; quemadmodum reapſe contigit: ſiquidem toto vitæ ſuæ curſu deinceps paſſa eſt intenſiſſimum dolorem capitis, præſertim feria quavis ſexta, adeo ut vel ſolum audire loquentes moleſtiam ipſi crearet. Hac de re monita à dilecto
B Domino ſuo, cœpit denuo loqui, & ait: Potero ergo cantare canticum meum, *Suavis Deus, ſuave Verbum in communicatione ſanguinis ſui: ſuavis etiam Pater, qui fecit ut Chriſtus pro nobis ſanguinem ſuum traderet.* De-
accipit coronam ſpineam: inde ſuſtulit utramque manum, & evidentibus ſignis monſtravit ſe ſuſcipere prædictam coronam, dicens, *Deſcendat ſuper me corona, quæ fuit poſita ſuper caput Sponſi mei, in deriſum, opprobrium, improperium & dolorem.* Poſt hæc exhilarata ſupra modum, iterum manus ſuſtulit, ponens illas modo ſupra caput, modo ſupra frontem; imprimendoque digitos, ſic ut oſtenderet, quod altius altiuſque coronam infigeret: & inter hos tam devotos geſtus dicebat; *Collocavit ſuper caput ſponſæ ſuæ coronam ſpineam Sponſus meus, quæ poſita fuit ſuper caput ſuum pro regeneratione humana:* cœpitque de hac ſua corona valde ſublimiter ſermocinari in hunc modum: In hac corona repræſentatur unitas eſſentiæ magni Dei, puritas Mariæ, continua aſſiſtentia Angelorum, fides Patriarcharum, ſpiritus & illuminatio Prophetarum, caritas Apoſtolorum,
C patientia Martyrum, lumen & ſapientia Doctorum, vigilantia & continentia Confeſſorum, candor & pulchritudo Virginum, inter quas eſt una coronata, videlicet S. Catharina Senenſis. Similiter in hac corona video caſtitatem & ſanctitatem Viduarum, honeſtatemque Conjugatarum. —— *Et diſtillaverunt guttæ ſanguinis à facie tua, quæ ornaverunt faciem ſponſæ.*

197 Quamvis autem hæc corona attulit dolorem
de cujus aculeis ſublimiter diſſerit, Sponſo, dat tamen refrigerium ſponſæ: & quanto acutiores fuerunt ſpinæ ad ſacrum caput tuum transfigendum, tanto plus ſolatii ſponſæ tuæ afferent. —— Non omnes ſpinæ coronæ hujus pupugerunt ſacrum caput Sponſi, aliquæ enim foris extabant: has autem, Sponſe mi, reſervaſti electis tuis, ut & ipſi participes poſſent fieri pœnarum tuarum, eorumque dolor unitus tuo meritum atque pretium acciperet. —— Spinæ illæ, quæ tuum caput non transfixerunt ſed foris manſerunt, partim à dextris partim à ſiniſtris, ita te volente pendebant, ut poſſent obvenire electis tuis ſecundum locum quem obtinebunt. Nec fuerunt omnes fixæ in capite, quia, ſi omnes tibi habere voluiſſes, non potuiſſent electi tui earum eſſe participes, & ſic privati quadamtenus remanſiſſent iis theſauris, qui divino capiti tuo includuntur: quæ autem caput penetrarunt, fecerunt illas aperturas, per quas animæ poſſent intueri ſecretos theſauros ſapientiæ tuæ ibi reconditos. Ne autem deeſſet locus, in quo poſſent eædem animæ manere cum pace & quiete, relicta ſunt ſpatia inter ſpinam & ſpinam. Voluiſti etiam ut prædictarum ſpinarum pars erigeretur verſus cælum, ad ornamentum & gloriam beatarum iſtarum animarum, quæ iſtic debebant collocari. Et quamvis Sponſæ tuæ, quæ tibi debet eſſe conformis, ſolum impreſſæ ſunt eæ quæ caput tuum pupugerunt, nihilominus omnium facta eſt particeps. Quapropter corona prædicta facta eſt ei gloria, conſolatio, ac fruitio: quia ſicuti affirmat ſanctus Apoſtolus, Caritas omnia facit eſſe communia, *Omnia ſperat, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet* ——

EX ITALâ VINCEN. PUCCINI.

198 Nunc oculi mei, ô Jeſu mi, digni facti ſunt videre delicatiſſimum, pulcherrimum, & divinum caput tuum; ut in illud cum aliis dilectis animabus tuis poſſim intendere & intelligere magnam tuam bonitatem. —— O pulchra & pretioſa corona! quæ capillos Verbi incarnati tetigiſti, quæ tincta es illius ſanguine, quæ penetraſti cerebrum Jeſu mei cum tanto cruciatu & dolore. O Sponſe mi! quam formoſus es cum iſta corona! O Sponſe pulcherrime! ô amor! ô dulcedo animæ meæ! Spinea hæc corona, inter alias aperturas, in tuo divino capite fecit ſex digniſſimas cavernas: & quamvis ferme abſque numero fuerint puncturæ ſpinarum, quæ caput tuum innocentiſſimum transfixerunt; nihilominus videbantur in eo ſex maxima foramina inſtar cavernarum: quarum tres erant in parte anteriori, id eſt, una in tua pulcherrima fronte, altera ad dexteram, tertia ad ſiniſtram: tres item retro, una in medio capite, aliæ duæ hinc & inde; ſic ut divinum tuum caput inſtar diadematis circuirent. In contemplatione iſta Paſſionis Jeſu Chriſti diu permanſit, adeoque ſublimiter ſermocinata eſt de cavernis illis, quas meditabatur factas à corona ſpinea in ſacrato capite Domini ſui, ut qui auribus propriis non audivit, nequeat id comprehendere. Exuberabat enim in ejus ſermone devotio ſingularis, cum multitudine pulcherrimorum conceptuum, & verborum copia cum ardore amoris erga Sponſum ſuum. Cumque ſublimibus iſtis cogitationibus immorata fuiſſet horis quatuor, rediit à raptu, decorata pretioſo numere ſpineæ coronæ.

deque plagis majoribus per eam factis.

E

CAPUT V.

Inter contemplationes de Chriſti ſepultura & reſurrectione, cor ejus accipit, ac poſtea donum ſummæ puritatis.

F

199 TAm arcta unione ſummo Deo adſtringebatur benedicta illa anima, ut ei proprium eſſe videretur quaſi ſemper alienari à ſenſibus, & cum divina Majeſtate de altiſſimis myſteriis colloqui. Etenim eodem anno ᾐDLXXXV, XII Maji, rapta in ſpiritu ad commemorationem humanitatis Chriſti, horis quadraginta conditæ in ſepulcro, totidem horis manſit ſublevata ad cæleſtium magnalium contemplationem; revertens ad uſum ſenſuum pro tempore non longiori, quam opus erat recitando divino Officio, & cibo parciſſime ad corporis reſtaurationem ſumendo. Cœpit autem in ejuſmodi raptu, poſt breve ſilentium, ita ſermocinari. O Verbum æternum, quod ſub terra, in ſepulcro inquam tuo, horis quadraginta manſiſti, eodemque tempore verſabaris in ſinu Patris, & in limbo atque ſub terra, nunc te cum admiratione imitabor. In hac conſideratione ſe poſuit in genua, manibus junctis oculiſque demiſſis, oſtendens ſe videre præſentem Jeſum, è cruce depoſitum; unde in perſona beatæ Virginis, dixit: *Adoro filium meum & unigenitum tuum. Offero tibi, Pater, pro omni creatura ſanguinem, quem effudit ipſe unigenitus filius*

12 Maji contemplans Domini ſepulturam,

repræſentat ſibi Virginem.

EX ITAL. VINCEN. FUCCINI.

lius tuus pro redemptione humana. Poſt aliquantam moram in hac devota contemplatione expandit brachia, & clare oſtendit ſe recipere Jeſum Chriſtum de cruce depoſitum, tam geſtibus & actibus devotis quos exercuit, quam verbis quæ proferebat, dicens, *Date mihi filium meum & ſponſum meum. Qui fuit conſolatio mea, hac hora eſt afflictio mea, & contriſtatus eſt me.*

que depoſitum à cruce ſinu excipit,

200 Dato autem ſigno quod eum recepiſſet, dici non poteſt cum quanto fervore ſpiritus cœperit obſequia ſua exhibere mortuo Jeſu; oſtendens quod panno lineo, quem in manibus habebat, abſtergeret ſanguinem illius ſanctiſſimi corporis: & in ſpectaculo tam lacrymabili eos actus exterius uſurpabat, qui clare demonſtrarent ingentem animi ejus dolorem. Deinde, quaſi latus Jeſu conſiderans, dixit: Quare non ingrediuntur omnes in hoc latus tam apertum, atque in tam grandem cavernam amoris? Deinde in pedes ſeſe erexit, & junctis manibus cælum ſuſpiciens, in perſona Beatæ Virginis dixit. O Pater æterne, offero tibi ſanguinem unigeniti filii tui pro genere humano. O fili mi, ſcivi equidem, quando te portabam in utero, quod in hoc ſtatu viſura te eſſem: deinde magno cum amore te lactavi; nunc autem cum nihilo minori te aſpicio. Si poſſem os meum
B tenere ſupra tuum, ſicut ipſe tuum tenuiſti ſuper ubera mea, ſane perquam libenter id facerem. Ego te nutrivi lacte, tu vero vis omnes nutrire ſanguine. O quam libenter meum dediſſem cum tuo! O veritas Patris æterni, ô unigenite ac primogenite mi, ô Verbum Patris, ſponſe ac fili mi, æqualitas Patris & humanitas mea! Dicent mihi, Ecce matrem unius crucifixi. O Joannes, tu requieviſti ſupra pectus ejus, & ille nunc reclinatur ſupra tuum. O Magdalena, tu idem obſequium oſculando pedes exhibes, quod antea: ſed ego non poſſum idem facere eum lactando, nutriendo, faſciis involvendo, & vivum oſculando, audiendoque loquentem Amorem meum.

ad ſepulcrũ deducit,

201 Poſt hujuſmodi voces lento paſſu cœpit progredi, quaſi cum aliis Mariis ſanctoque Joanne Euangeliſta procedens ad ſepeliendum corpus ſui benedicti Jeſu. Hunc in finem, modo per unum, modo per alterum conclave ibat, cum gravitate & modeſtia mirabili; & ſic luſtravit varia monaſterii loca. Perveniens autem ad Chorum, iſtic ſe dimiſit in genua, manuque protenſa dixit: Date mihi adhuc ſemel Jeſum meum inter brachia, priuſquam deponatis intra ſepulcrum. Et oſtendens quod eum recepiſſet, ſic eſt proſecuta: Unus es in eſſentia, &
C unicus ad transfigendum cor meum. Atque poſt aliquam moram, iterum in perſona Virginis beatæ ſubjunxit: Eia accipite illum. Jam locus opprobrii efficitur Paradiſus. Cur non poſſem invitare creaturas omnes, ut veniant facturæ exequias Creatori ſuo? Invitabo Angelos. Venite, ô Angeli, ad ſepeliendum filium meum & Deum veſtrum. Inclinent ſe elementa omnia, laudent & cantent aves omnes cum jubilo: quia tandem finitum eſt opus illud incomprehenſibile redemptionis, factum à te Verbo, filio meo.

in eoque deponit.

202 Paulo poſt, tota mœſta & afflicta, oculos defixit in terram, quaſi ſepulcrum introſpiciens: deinde cum ardentiſſimo ſuſpirio dixit: Quare huc non poſſum ingredi tecum, ô Domine mi? Quia autem hoc mihi non conceditur, tu ſaltem ingredere in me ---- Non jam amplius dici poterit; ***Exultate filiæ Sion***, ſed, ***Plorate.*** Poſſetque dici quod virgines ſint decolaratæ, nec habeant ruborem in vultu, quodque Sacerdotes plangant; quandoquidem tu, qui ſummus Sacerdos es, non ſolum plangas, ſed mortuus & ſepultus ſis: ego autem, quæ virgo & mater tua exiſto, decolorata ſum, poſtquam vultus meus non amplius fruitur jucundiſſimo & delecta-
bili tuo aſpectu. ---- Gloriabar & credebam quod D Virgines me ſequi vellent, præ deſiderio habendi ſponſum immortalem: & nunc te video extenſum in terra. Credebam quod poſſent gloriari, habentes ſponſum formoſum ac ſpecioſum præ cunctis filiis hominum: & ecce non eſt in te ſpecies neque decor. Tu corona es Virginum, & interim ſpinis coronaris ---- Nunc dici poterit, eſſe plus quam unum Paradiſum: quia ubicumque eſt eſſentia tua, ibi eſt Paradiſus. Paradiſus igitur eſt ſepulcrum, Paradiſus eſt limbus. ---- O ſponſe, ô fili mi! Quantopere humiliare te voluiſti pro vili creatura, concludendo te primum in ventre meo, & poſtea in ſepulcro? Euge, recludite unigenitum meum. Interea in pedes ſeſe erexit, & proſequens dixit: Quomodo potero hinc unquam recedere, abſque ſponſo & filio meo? Sed quid loquor? Num deficiam in fide, non credens quod idem in ſepulcro ſit & mecum? Numquam ſane. His dictis tenuit ſuave ſilentium, faciens devotiſſimos & lamentabiles geſtus; deinde admiratione plena, dixit: Magnus eſt Deus noſter, Magnus eſt Deus noſter. Tu infinitus es, ô Verbum, & creaturis incomprehenſibilis. Diu autem in tali admiratione perſeverans, videba-
B tur dolore conſumi; eo quod, ſicut poſtea retulit, videbat, quantum ſcilicet capere ipſa poterat, Dei magnitudinem, atque ex adverſo malitiam & iniquitatem creaturarum. Hinc fiebat, ut in hac contemplatione uteretur ſemper verbis exaggeratione & admiratione plenis, propter ea quæ videbat, ſupra quam credere homo poſſit mirabilia. Dicebat enim, Heu me! Vivens morior ----- Utinam ſaltem poſſem ad tui amorem creaturas adducere, Jeſu mi. Aliaque ſimilia eructans loquebatur cum tanta celeritate, citra interruptionem aliquam, ut notari ſcripto nullatenus poſſent. Et tunc promiſit ei Dominus, dare cor ſuum, quemadmodum olim S. Catharinæ Senenſi, ſicut poſtea retulit.

Recitato off. SS. Angelo & Catharina Completorio.

203 Deinde cum diu eſſet locuta, de magno illo gaudio, quod, deſcendente Jeſu ad limbum, percepetunt beatæ animæ ibidem detentæ; vidit venientes ad ſe S. Angelum Carmelitam & S. Catharinam Senenſem, ſpeciales Patronos ſuos: & ſubito initium dedit cantando Completorio, ***Iube Domine benedicere.*** Tacuit autem ad Benedictionem, moxque ſubjunxit, ***Fratres ſobrii eſtote.*** Tum ſola ſemel dixit, ***Confiteor***, totumque Completorium, alternos Verſus pronuntiando ſubticendoque: adeo ut ex modo recitandi, & ex verbis quæ deinde protulit, apparuerit, quod in dicendo Completorii officio adjuta fuiſſet à prædictis Sanctis. Finito porro Officio, dixit: Ah! nolite diſcedere, oportet enim ut ad alia quoque facienda maneatis. Et ſubito cœpit invocare Sanctiſſimam Virginem, ipſoſque illos Sanctos, dicens; ***Ora pro nobis ſancta Dei Genitrix. Ora pro nobis ſancte Pater Angele. Ora pro nobis ſancta Mater Catharina.*** Quia enim videbat dilectum Sponſum, volentem ei dare cor ſuum, ſicut paucas ante horas promiſerat; invitabat Sanctos illos ſuos devotos, ut ſe juvarent ad illud digne recipiendum. Nec mora, Jeſum ſuum profunda cum humilitate alloquens, dicebat: O Jeſu mi, amabo te, fac ut nemo cognoſcat quod des mihi cor tuum. Poſt quas voces in momento viſa eſt facies ejus clareſcere, & ſupra quam æſtimare quis poſſit hilareſcere. Sic ergo inflammata eo amore quem Jeſus ſuus ſibi monſtrabat, præ dulcedine colliqueſcebat: & aperiens brachia, ſeque verſus Sponſum ſuum elevans, recepit cor ejus.

F

cor Jeſu accipit.

204 Ornata autem favore tam inæſtimabili, contraxit brachia ſupra pectus, ea in formam crucis decuſſans; tantamque oſtendebat lætitiam, ut

quaſi

A quareſpirare non amplius valens, videretur abitura ex lc miſera vita. Denique bono temporis ſpatio ſic anſacto,cœpit in perſona dilecti ſui Sponſi his veris uti: *Collocavi cor meum in anima Sponſæ meæ*; deinc in perſona Patris æterni dicere, *Sponſa unigeniti me quidquid vis à me pete.* Ac tandem in ſua perſona ſubunxit, O Pater æterne, non audeo petere à te quidquam, ſolum rogo augmentum bonitatis in nobiomnibus, & offero omnes creaturas, pro quibus omi hora omnique momento libenter ſufferrem mrtyrium,& ſi poſſibile foret mille mortes. O felicem fortunatamque me, ſi gratia, quam tantopere cpio, concederetur! Poſt tam ardentes preces Patri æerno porrectas, vertens ſe ad Sponſum, tamquam gata pro accepto beneficio, cœpit eum laudare & gatias agendo dicere, *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto ejus.*

pro eoque agit gratias.

Vidit Mariam expectantem filium redivivum

205 Servato poſthac aliquamdiu ſilentio, cœpit ontemplari reſurgentem Jeſum; totaque hilaris & amore incenſa,dicebat,O Maria,quanta cum animæquitate præſtolabaris reſurrecturū filium tuum!quot nomina excogitabas ad eum ſalutandum, cum diceres, *Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara, exurge pſalterium.* Hoc tam bene pulſato per illas puras aptaſque manus tuas, recte poteras, ô Maria,eum cum fide expectare,quem fide conceperas. — Pſalterium hoc erat,velut Davidicum,decem chordarum; *In Pſalterio decachordo pſallam tibi, & adorabo ad templum ſanctum tuum.* Quis autem laudandus erat? Laudanda erat humilitas tua, divinitas tua, Pater tuus, O Verbum. Decem chordarum erat hoc pſalterium; quas in cruce extendens, demonſtraſti, quomodo tangi adducique deberent, & iſtud deberent creaturæ omnes cum anxio deſiderio inſpicere atque mirari.---Priores duę chordę ſunt manus dextera atq; ſiniſtra, acutiſſimis clavis terebratæ; quinta latus, adeo amplum ut ex eo formentur chordæ duæ, ipſum ſcilicet latus & cor; aliæ duæ apparent in disjunctione ſacrorum membrorum ſuorum: ſumito deinde alias duas in ſacro ac ſpinoſo capite, & habebitur perfectus numerus, *In decachordo pſallam tibi.* —

B

& ſuos cum ea affectus naſcens,

Verum amplectendo filium tuum,Maria, volebas pulſare & ſaltare,faciens ſonum dulcem & harmonicum,qui magnam animæ tuæ ferebat jucunditatem. — *In decachordo pſallam tibi.* Sono iſto incantaſti omnes Angelicos ſpiritus, creaturaſque univerſas,quotquot in cælo & ſub terra ſunt. O quanta erat fides tua, ô Maria! Tu ad dexteram ſiniſtramque reſpiciens, videbas an appareret glorioſus Jeſus tuus. Sciebas potentiſſimum eſſe,& quod dum aliquis à ſepulcro revertebatur plorans, poterat ipſi eodem tempore apparere vivus & glorioſus, cum ſit ubique. Reſurgat igitur cito fortis iſte armatus, & confuſionem adducat armatis illis omnibus qui ſepulcrum cuſtodiunt. Iverunt Joannes & Magdalena ad ſepulcrum, ut invenirent Magiſtrum ſuum: ſed ille triumphabundus jam reſurrexerat. Docent autem nos, quod, quando Dominus diſcedit à nobis cum gratia ſua, debeamus ipſum velut mortui cum magno deſiderio requirere, & cum ardentiſſimis ſuſpiriis penetrare uſque ad dexteram Patris, numquam ſubſiſtentes donec invenerimus eum. Debemus etiam voce interna appellare eum, jaculantes amoris arcu velut continuas ſagittas verſus eum: ipſe enim capi ſe ſinit inſtar aviculæ,quæ icta cadit in terram. Æquum profecto eſt ut creatura contenta ſit ſuo nihilo; & quandoquidem Verbum æternum moveri ſe ſinit unico ſuſpirio aut voce interna; modo hæc directa vibretur ad ſinum Patris aut dexteram ejus; quanto magis convenit ut anima ſe moveri ſinat interna voce Verbi æterni? O Maria, momentum omne videri tibi debuit annus, quando expectabas dilectum filium. Ah! Veni, Verbum, veni ad Mariam & ad me, veni Sponſe mi.

C

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

excipit reſurgentem.

207 Talia elocuta,monſtravit quod videret Jeſum ſuum reſuſcitatum, vultuque hilari dixit,Omnes videntes eum admirati ſunt in ſplendore gloriæ ejus. Mox autem cum ſuo Jeſu loquens, ait: Ubinam ſunt plagæ? ubi vibices? ubi ſputa, opprobria, injuriæ, contumeliæ? Quid deeſt huic ſacratiſſimo corpori? O quam pulcher es, mi ſponſe Jeſu! Voluiſti primum apparere Mariæ, quia te conceperat, quia virgo erat, quia fidem ſervaverat, quia maximo cum deſiderio te expectaverat, quia fuit humillima omnium creaturarum. Voluiſti præterea primum apparere Mariæ, ut ei primæ participares gloriam tuam: & ita qui primus à te vult viſitari, Domine, oportet ut cum Maria te conceperit, ſed cum dolore atque anguſtia; oportet ut te continuo parturierit,per operationem ſuam aſſiduam. Qui vult aſcendere ad ſublimitatem unionis tuæ, oportet ut habeat fidem; & quidem talem, quæ præ certitudine quaſi fides non ſit. Sed quando anima eo devenit ut ſui oblita uniatur Creatori, prima participat unionem, & prima in fide confirmatur. Cumque Deus ſit bonum optimū, infinitum, immenſum, inſcrutabile, quanto magis hoc anima credit,tanto magis participat bonitati ejus. Et quis non vellet ſatis credere, ut ſecum intimius uniretur? Oportet etiam ut qui vult primus viſitari, non ſolum corpore ſed etiam anima virgo ſit, utque nihil impediat puritatem cordis: & ſic fiet, ut prior conſoletur talis anima,obtineatque primitias Verbi. Prima conſolata fuit ſancta Virgo, propter humilitatem, quia traxit in terram Verbum de cælo: accelerat enim humilitas, ô Verbum, tuum adventum; mox enim atque animam virtute iſta ornatam vides, continere te nequis quin ipſam viſites. O Deus! quam pulcher es! quantum das animæ, quæ primum à te viſitanda eſt! Donas ei viſionem, unionem, & fruitionem tui, omniumque eorum quæ ad te pertinent in cælo & in terra. O Deus! Totus divinus es, neque jam amplius ullo dolore aut pœna affligeris. Mater tua merito prima conſolata fuit,quia erat conformis tuæ voluntati. Sic etiam anima,quæ vult conſolari, habeat iſtam conformitatem voluntatis: quod autem magis particeps ſit hujus virtutis, facit ut prior particeps fiat tui ipſius, accipiens viſionem tuam, fruitionem tuam,& glorificationem tuam. Poſt has tā ſublimes notitias & favores adeo ſingulares,rediit anima iſta devota à raptu,in quo fuerat,ſicut ſupra dictum eſt, horis continuis quadraginta.

declarans quid ei opus ſit

E

qui cupit à Deo viſitari.

F

Menſe Iunio rapta

208 Volens Deus exaltare dilectam Sponſam ſuam ad intelligentiam divinorum ſecretorum, voluit ſimul eam donare pretioſiſſimo munere puritatis,ſine qua humanus intellectus eſt cæcus. Hoc autem contigit eodem anno MDLXXXV menſe Iunio, in quodam raptu horarum quinque; in cujus principio multum fuit afflicta. Poſtea facta eſt facies ejus ſplendidiſſima inſtar ſolis: & inter affectus ſpiritus ſublevati,intellexit à Ieſu ſuo conditiones,requiſitas ad acquirendam puritatem: dicebatque; Quatuor res ſunt, Deus meus, per quas anima poteſt puritatem iſtam acquirere.----- Expone igitur eas, Domine mi. Tum in ipſius Domini perſona ſermonem proſequens, Primo, inquit, neceſſe eſt ut anima, quæ cupit obtinere & poſſidere iſtam puritatem, ſit omnino mortua & extra ſe poſita: ut non habeat intellectum, aut ſcientiam, aut voluntatem aliquam; ſed omne ejus intelligere, ſcire,ac velle ſit in me repoſitum. Oportet ut in omnibus & per omnia amittat eſſentiam ſuam, aſſumendo quantum poteſt eſſentiam meam. Oportet ut non habeat notitiam vel intelligentiam alicujus rei, ſed tamquam extra ſe poſita & mortua ſibi ipſi, vivat mihi ſoli, qui ſum Creator & Deus

intelligit conditiones puritatis acquirendæ,

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

ejus. Hujuſmodi autem qui ſunt, nominantur terreſtres Angeli, propter magnam puritatem ſuam: poſſident enim hanc modo perfectiſſimo & ſublimiſſimo, quo poteſt à vobis viatoribus poſſideri.

209 Secundum, quod ad iſtam puritatem requiritur, eſt, ut anima curet habere omnes cogitatus, affectus & deſideria perquam bene purificata, directaque ad me, Deum ac Creatorem ſuum: neque permittat ad cor aut mentem ſuam ingredi cogitationem aliquam, qua poſſit maculari. Curet etiam de medio tollere omnem imaginationem terreſtrium atque humilium rerum, quæ ipſam poſſent à me ſeparare, vel cordi aut menti maculam ullam inferre, fugiendo peccatum omne, etiam leviſſimum. Hi autem ſunt de quibus dicitur, *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Tertium eſt munditia & puritas corporalis, ſancta inquam virginitas, quo in ſtatu poſui omnes Religioſas, caſtitatis voto mihi obſtrictas. Debent autem eam ſolicitiſſime conſervare, curando ut cuſtodiant eam velut pretioſum theſaurum. *quarum quarta & præcipua eſt humilitas,* Hac enim ratione fiunt valde idoneæ ad recipiendam puritatem meam; quia ipſa virginitas facit eas mihi
B ſimiles, & per eamdem quodammodo redeunt ad ſtatum priſtinum innocentiæ, in qua ipſas creavi; & recuperant illud primum ac purum eſſe, quod ipſis dedi. Quartum & ultimum, quod requiritur ad puritatem meam obtinendam, eſt ſancta humilitas, adeo mihi grata, ut alia nulla virtus placitura mihi eſſet in anima quæ non haberet humilitatem: quæ eſt mater puritatis, ſicut puritas viciſſim eſt mater humilitatis. Hæc humilitas adeo utilis eſt animæ eam poſſidenti, ut efficiat ipſam quoque poſſidere puritatem, quamvis etiam amiſiſſet virginitatem; licet virginitas, ſicut dixi, medium efficaciſſimum ſit ad puritatem obtinendam. Etenim in inferno multæ erunt virgines, ſed animæ humiles numquam poterunt eo pertrahi. Itaque puritas mediante humilitate acquiritur, conſervatur, & retinetur: eâdemque mediante recuperari poteſt amiſſa.

Eamdem ſibi dari petit coram ſuis Patronis, 210 Hæc cum eſſet locuta in perſona Ieſu Chriſti, vidit quod ipſe ei volebat hanc ſanctam virtutem concedere; unde intelligi datur, quod ipſa haberet omnes prædictas conditiones; ad puritatem obtinendam requiſitas. Itaque dicebat: O puritas, infunde te mihi cito, & (ſi fieri poteſt) communica te aliis omnibus creaturis. Verum ad omne donum, quod à te, ô Verbum, procedit, convenit adeſſe eos, qui prioribus omnibus adſtitere præſentes; veniant ergo cum
C exultatione & jubilo. Tum, velut eos exceptura, cœpit ſingulos invocare dicens, Aurora Maria per ſuam humilitatem non dedignetur venire, veraxque Auguſtinus, mundus Angelus, & amans Catharina. In hac mentis elevatione intellexit, quod cum illa mentis puritate in parte interiori debebat operari; & proſequens, dicebat, Intellectus humilis, mortuus, & vivificans, nihil intendit, nihil quærit; & quærens Deum, quærit omnia: unde ſibi ipſi mortuus vivet, illuſtratus videbit, & mortuo ſuo lumine illuſtrabit alios intellectus, cupientes noſſe puritatem iſtam. —— Quidquid intelligi poteſt extra hanc puritatem videbitur ei eſſe magna ignorantia; & glorioſus ei cruciatus erit, quod iſta puritas non cognoſcatur. *ipſamque laudat,* —— Voluntas ejus tota ſubmergetur in Verbo illo incarnato, infallibili veritate. —— Videbit Deum, & extra ipſum Deum videbit nihil —— Reſpiciet proximum, & requieſcet in illa puritate quam videt non intelligi —— Memoria tota fœcunda erit, etiam in ſumma ariditate ſpiritus —— Anima, quæ talem puritatem poſſidet, non cogitat niſi puritatem; non vult alterius meminiſſe quam puritatis; nihil guſtat, nihil vult, nihil amat niſi puritatem. ——

211 Puritatem iſtam offendit etiam minimus gradus voluntatis propriæ —— Offendit eam quilibet affectus inordinatus poſſidendi aliquantum de terreno pulvere —— Offendit eam verbum unicũ minus conſideratum: damnat illa omnem reſpectum animæ ſupra ſuum eſſe, quod eſt verum non eſſe. —— Horret ejuſmodi puritas omnem guſtum, omnem ſenſum, omnem imaginationem quæ eſt extra Deũ. —— Tam munda eſt hæc puritas, ut nolit quod anima habeat ullum velle, ſapere, aut intelligere; ſed exigit ut omne ejus velle, ſapere, & intelligere ſit in Deo. —— Facilius eſt creare cælum & terram, quam cum ſeipſo poſſidere puritatem: & difficilius eſt folium arboris non aliquando moveri, quam non poſſideri puritatem ab ea anima, quæ ſibi eſt mortua. —— Felix igitur & glorioſa eſt anima illa, quæ moritur ſibi; quia in momento accipit ipſam puritatem. Hic cum aliquantum ſubſtitiſſet, manibuſque ante pectus decuſſatis erecta eſſet in pedes; monſtravit quod reciperet puritatem iſtam ſub ſpecie veſtis candidæ, dicens, Accipio puritatem ab eo qui me accipit; illâ me veſtio & animam meam, & ipſa numquam ſeparabitur à me. —— Sed quis eam conſervabit? Non ſane creatura aliqua, quæ intelligat ſe aliquod eſſe habere. Opus ergo eſt, ô Verbum, ut tu te transformes in anima, ipſamque conſerves in E ea, confirmes atque ſtabilias. Deinde diu ſubſtitit, contemplans magnum illud quod receperat donum; neque omiſit ferventiſſimas gratias Domino agere, ſæpius hæc verba iterans, *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Aliud cum facere nequeat fragilitas mea, totam me derelinquam tibi, ô Ieſu mi. Atque ita reſtituta ſuis ſenſibus, à raptu ad exercitia monaſterii communia rediit.

D *& docet quid eam offendere poſſit;*

Deoque pro eâdem ſibi data gratias egit.

CAPUT VI.

Contemplatio Dominicæ Aſcenſionis, & alia quatuor dierum ecſtaſis.

212 CAP. X *In Vigilia Aſcenſionis raptus.*

CUm ſingularis hic ſpiritus ſæpius vidiſſet & cum Jeſu ſuo participaſſet pœnas ac dolores ejus; æquum erat ut eum aliquando videret glorioſum ac lætum; & hoc ei accidit ipſomet anno MDLXXXV in Vigilia Aſcenſionis. Exiſtens enim cum quadam ſodali ſua, & ſimul cum ea legens Euangelium iſtius diei, quando venerunt ad hæc verba, *Pater, clarifica filium tuum*, ſenſit ſe vocari à Patre æterno in hunc modum. Miſſa in ſanguinem Verbi mei, veni in congregationem Unigeniti mei ac Sponſi tui, Mariæ Matris ejus, & dilectorum Apoſtolorum ſuorum. Ad hanc vocationem alacriter ſe commovit: ingreſſaque conclave quoddam monaſterii, illico rapta in ſpiritu fuit, itáque permanſit tota nocte ſequenti. Cum autem in principio diu tacuiſſet, cœpit ſic loqui: O felicem congregationem veſtram, Apoſtoli ſancti, in qua tu nominatim, ô Joannes, alternis colloquens interrogas & audis. —— Ubi Jeſus eſt, ibi eſt Paradiſus: æquum eſt igitur ut hoc in loco, ubi invenitur Jeſus, ſint etiam Angeli. Videns deinde multitudinem horum infinitam, deſcendentem de cælo, ad comitatum præſtandum Creatori ſuo glorioſe triumphanti, dixit, —— O magnam multitudinem ſpirituum tam clarorum ac ſplendidorum! quis eos poterit numerare? —— In ſuos quique Choros & Hierarchias partiti deſcendunt. O quantum apparatum inſtruunt Verbo! —— O quam dulcis umbra!

F

ipſo die videt aſcenſurum Ieſum

217 Paulo poſt ingreſſa eſt ad contemplandum colloquium, quod habuit Jeſus cum ſua ſanctiſſima Matre, antequam aſcenderet ad cœlum, dicens, O

confortare matrem,

Verbum

A Verbum, quod eſt illud colloquium quod habes cum Maria? Tu relinquis Mariam, ſeparatam à te quoad corpus: ſed poſtea confortaſti eam, non tamen quia confortatione egebat: nam licet manebat veſtita mortali carne, tamen adeo conformis erat voluntati tuæ, ut contenta fuiſſet æternum remanere ſuper terram, ſi talis fuiſſet voluntas tua —— Confortaſti eam, ut confortaret voluntates Apoſtolorum, & lætaret Virgines —— Manſit adeo confortata, ut quicumque nunc in eam reſpicit, confortetur in omni ſua moleſtia, tribulatione, ac pœna, & maneat victor cunctarum tentationum: ut qui non invenit miſericordiam, ſeque cernit præ infirmitate deficere, recurrat ad Mariam, quæ tota fortis ac potens eſt.

ut ipſa ſit refugium omnium

Qui verſatur in perpetuo duello, recurrat ad Mariam, quæ eſt mare pacificum. Qui ſuffocatur ab hujus mundi voluptatibus, recurrat ad Mariam, quæ eſt mare amarum. Qui poſſidetur à dæmone, recurrat ad Mariam, quæ eſt mater humilitatis: nulla enim res magis fugat dæmonia quam humilitas. ---- Recurrat igitur unuſquiſque ad Mariam. ---- Grandia & mirabilia ſunt ſecreta, quæ cum Maria communicat dulcis Sponſus meus ---- Magnus eſt Deus noſter ---- O Maria, colloquium quod habuiſti cum filio

B tuo, quando ibat ad patiendum, fuit conformitatis; alterum in reſurrectione, fuit gaudii; ſed hoc ultimum fuit magis glorioſum.

præſertim Virginum;

214 Verumtamen qua in re colloquium hoc maxime te delectabat, ô Maria? An quia verbum erat Sponſus Virginum, qui has pro ſua corona elegit? Imo vero. Quia tu eras Virgo, & ipſum Verbum tanto Virginitatis amore captum erat, ut æquum fuerit hoc ultimum gaudium de Virginibus fuiſſe. ---- Hæ ſunt, quæ potentiam ſuam manifeſtant, derelinquendo omnia; liberalitatem, derelinquendo ſemetipſas; ſapientiam, derelinquendo genitores; opulentiam, derelinquendo creaturas; dum nolunt amare, ſed nec audire nomen alterius quam hujus ſui Sponſi. ---- O quantum amavit Verbum hanc Virginitatem, quando eam in ſeipſo coronavit! In reſtaurando homine demonſtravit, quam ea cordi ſibi eſſet; quandoquidem in cruce patiens, ipſam ei commendavit qui Virgo erat. ---- Tantum ſplendorem addit Virginibus Verbum, ut attrahat eas ad cor ſuum & uniat ſecum; atque ad fulgorem Virginitatis ſol obſcuretur, quia lumen hujus reſpectu illius ægre videtur lucere. ---- Quando iviſti, ô Verbum, ad paſſionem, manſit Maria tota dolens; quando reſurrexiſti, tota confidens; quando aſcendiſti in cælum,

C tota admirans, ---- Sic etiam anima, Sponſa tua, quando viſitas eam tribulationibus, manet tota dolens, ſed non impatiens; dolet, non de pœna, ſed de ſuo demerito. ---- Manſit Maria confidens in reſurrectione, ſic & anima confidit per gratiam quam recepit, & dicere poteſt, *Omnia poſſum in eo qui me confortat. Nunc cujuſvis manus pugnet contra me.* Quando autem anima eſt in cælo, jam neque dolet, neque confidit, ſed admiratur: quando enim guſtat Deum per colloquium mutuum, miratur ipſum Deum ejuſque magnitudinem, neque poteſt ceſſare dicendo ---- O magnus Deus! O admirabilis Deus!

deinde confirmare Apoſtolos,

215 Confirmaſti deinde, Jeſu mi, & ſtabiliviſti in hoc colloquio Apoſtolos tuos, quia debebant eſſe columnæ Eccleſiæ, & ſapientiâ tuâ exhortatus es eos. ---- In paſſione tua dediſti eis exemplum, ad demonſtrandum, quod ſervi tui & fideles amatores debent in patiendo prælucere exemplo; multi enim ſciunt dicere & non facere. ---- O beatum, felicem, & glorioſum, qui tui amore patitur, ô Verbum! Plus eſt enim (ſi fas eſt dicere) pati pro tuo amore, quam poſſidere te: quia te poſſeſſum poſſumus perdere, ſed quod patimur pro amore tui ſcribitur in libro vitæ & numquam amittitur. ---- In reſurrectione tua dediſti eis pacem: quia ſtatim atque reſuſcitatus es, facta eſt pax inter creaturam ac Deum. ---- In corde ubi eſt pax, eſt etiam Paradiſus: quia tu ibi es. Ipſa autem pax refugit offendere quemquam, nec loquitur de proximo niſi quantum id facit ad tuum honorem. Cor pacificum & humile ſemper reſpicit unionem. In hoc colloquio Aſcenſionis das ei ſolatium, promittens Spiritum ſanctum; doces & monſtras modum recipiendi ipſum, diciſque quod facturi ſint res magnas pro nomine tuo; denique polliceris eis teipſum, dicens, quod cum eis es uſque ad conſummationem ſeculi: promiſſio profecto talis, qualem creatura nulla implere poteſt, cum hæc nihil ſuum habeat, nequidem ſeipſum. ---- Res alias tu commodas nobis, ſed teipſum donas. Potes à me auferre vitam meam, ſed teipſum auferre mihi non potes: quia veritas es, & veraciter dixiſti, quod velis ſemper eſſe mecum. ---- O Verbum, ô Sponſe mi! quam parum cognoſceris, amaris & poſſideris? Poſtquam ſic fuerat ſermocinata, & cum incredibili ſpiritus fervore omnes creaturas Deo pro more ſuo commendaſſet, rediit à raptu.

EX ITAL. VINCENTIUS PUCCINI.

in cælum aſcendere,

216 Mirabile autem fuit, quod præciſe pro tanto tempore ſibi reddita eſt, quanto opus erat ad ſumendum cibum Angelorum. Vix enim communicaverat, cum ſecedens ad contemplandam gloriam Verbi aſcendentis in cælum, vocata fuit ad videndum ejus glorioſum triumphum per hæc verba: Veni, columba mea, videre humanitatem Sponſi tui, aſcendentem ad dexteram Patris ſui æterni. Ergo in ſpiritu rapta, vidit quod Jeſus ſuus aſcendebat ad cælum, in comitatu quaſi infinito cohortium Angelicarum; cœpitque dicere; Sigillatim per choros quique ſuos accipiunt trophea & inſignia ipſius Verbi. ---- Maria videt ad cælum pertingere humanitatem ex ſe ſumptam, formatam ex puriſſimo ſuo ſanguine, & lacte ſuo nutritam ---- Maria videt multitudinem Angelorum, pulchrumque ac numeroſum comitatum ſanctorum Patrum: quos inter eminet Joannes Baptiſta, quē ipſa fecit exultare in utero matris, laudata illo mediante. ---- Multi prophetaverant de Verbo, ſed non credo quod aliquis comprehenderit gloriam, quam captu humano ſublimiorem poſſidet. ---- O David, cur modo non renovas cantiones & prophetias? quod ſi eas reapſe in cælis renovas, quare eas nobis non facis innoteſcere? O Verbum, quare tecum non aſſumis Sponſas? Aſſume eas obſecro. Sicut autem Maria & Apoſtoli expectarunt Spiritum ſanctum in cœnaculo, ſic & ipſæ eum expectabunt: F quia ſimiliter concederetur eis, & ab eis non recederet.

ibiq; recipit

217 Poſt hujuſmodi verba, agilitate maxima ſe erexit in pedes: oculiſque in cælum ſublatis, eodem tollens etiam brachia, videbatur illuc velle volare, & Sponſum in cælos aſcendentem imitari. Eodem momento temporis facies ejus ſic ſplendere & tam plena majeſtatis videri cœpit, ut omnes ſe intuentes ad magnam excitaret devotionem: & deinde oſtendens, quod videret Verbum incarnatum intrare in cælum, læta atque hilaris tota dicebat, O Deus meus! ô Jeſu mi! Ergone vadis & diſcedis à nobis? O quantum ibi gaudium erit! Nos autem, ô Maria, hic in terra manemus. O puriſſimi Angeli; accipite etiam nos; ſi enim ipſe Dominus veſter eſt, eſt & Sponſus noſter. ---- O Verbum æternum, ô ſapientia infinita! Quid tibi fecit creatura, pro qua feciſti tam multa, & nunc in cælum ſcandis pro majori ejus gloria? Dic, inquam, quid fecit tibi, quod tantum eam ames? Quid ei donas, & quid viciſſim exigis? Amas tantum, ut teipſum ei dones, qui es omnia, & extra quem nihil eſt: exigis ab ea omne ipſius velle & ſapere

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI. *ad dexterã Patris.*

sapere, quia hoc tibi dando dat omne quod habet. —— O sapientia infinita! ô bonitas summa! O amor! ô amor! paucis cognite, paucioribus amate, pauciſſimis poſſeſſe. O amor incarnate, Verbum homo factum! ô ſapientia æterna! ô ingratitudo noſtra, omnis mali cauſa! O puritas parum nota, & parum deſiderata! —— O Sponſe mi, ô Sponſe mi! Nunc, quando cum tua humanitate in cælo reſides ad dexteram Patris, *cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.* Poſt hæc verba rediit à raptu, ſeque exercitiis monaſterii reddidit, interno gaudio tota impleta, cum admiratione cunctarum Monacharum.

CAP. XI *An.* 1586 *rapta diebus quatuor.*

218 Inter alios autem ejus raptus perquam notabilis fuit etiam is, quem eſt paſſa die XI Auguſti anno MDLXXXVI, qui quatuor diebus & totidem continuis noctibus ipſi duravit, demptis duabus quotidie horis, quibus reſtituebatur ſenſui ſuo naturali, ad modiciſſimum cibum ſumendum. In hoc cœpit dulciter coram Deo queri, quod eam vellet ita loqui ut ab aliis poſſet exaudiri, dicens, Ah Verbum amoroſum! Dic obſecro, quare tam multa mihi ſecreto contuliſti, & nunc vis ut manifeſtem? Deinde cum magno ſpiritus fervore, adeo ut aliquando videretur deficere præ dulcedine, O bene! inquiebat, quod ipſe id facias: video enim quod ægre adduci poſſem ad talia manifeſtanda: tu autem noſti infirmitatem meam. —— Præterea hoc facit, ut facilius tibi credant quando loqueris in me. —— Præterea ut eis oſtendas bonum ſuum. Poſſes quidem & alia via idem efficere, ſed hæc tibi placuit. —— O Deus, adeo grandis ut intelligi nequeas, & tu te ſubjicis alicui exiguæ creaturæ, Deus meus? —— O quam varii ſunt qui requirunt te? & quam varia poſſent eſſe reſponſa, à te danda iiſdem? Vellem equidem pro omnibus veritatem reſpondere, ſed de me ipſa dicere nequeo quod quæram veritatem, alioqui opera mea eſſent alia. —— O quam multis poſſent mutari nomina, qui non appellarentur veritas, ſed vanitas! —— O veritas infallibilis! non potes tibi ipſi deeſſe: ſed nec potes deeſſe animæ ad veritatem aſpiranti, *quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum.* —— Tu, Verbum incarnatum, es ſicuti cervus ſitibundus: & talis etiam eſt creatura, quæ voluntatem tuam intelligit. —— O Deus! qui non experitur, nec intelligere poteſt: qui autem revera ſitit, recurrit ſemper ad fontem, & miratur eos quos videt non ſitire. Sed quomodo poteſt anima deſiſtere à quærenda perfectione aliarum animarum, quas, ut ſic loquar, plus quam ſeipſam amat?

optat ut Deus vere quæratur à creaturis,

ſicut Chriſtus eas deſideranter quæſivit,

& vehementer amavit,

219 Qui comprehenderet, quanti ſit anima vel unica, non miraretur, quod ſemper revertatur ad intelligendum & volendum operationem tuam. —— Tam anxiam ſitim habuit Verbum incarnatum in requirenda creatura ſua, quia ſemper reſpiciebat ad cauſam quæ ipſum movit, ut veniret ipſam requiſitum: illa autem fuit ſolus amor: neque tranſiit unquam vel minimum ſpatium ejus temporis, quo nobiſcum in terra VIXIT, quin noctu diuque laboraverit pro creaturis ad ſe reducendis, perficiendoque opere ſuo. —— *Reſpice in faciem Chriſti tui.* Hic tuus reſpectus eſt inſtar ſolis, qui calefacit & fœcundat. Sic & anima, quam reſpicis, facit voluntatem tuam fructificare in corde ſuo: neque invenitur cor adeo gelidum, quod intima caritate tua non incaleſcat, quando aſpicitur à divinis & ſanctis oculis tuis. —— Gratum & grande, grande & gratum eſt opus tuum. —— Grandia & mirabilia opera ſunt, quæ continentur in opere tuo, Deus meus. Juvant verba, & penetrat ſanguis tuus, Jeſu mi —— Deus bonitatis ſummæ, potentiæ incredibilis, ſapientiæ ineffabilis! Deus æternus, Salvator noſtrorum cordium, ſubſtantia eſſentiæ tuæ. Ah! dicito mihi, quantum amaveris creaturam creatam à te? quantum ames? & quantum amabis? Tantum eam amaſti, ut ei dederis eſſe, crearis, & recrearis. Qui vero ſeipſum amat, neſcit ſe à Deo eſſe amatum: neque multum curat amari, qui non procedit cum Deo & creaturis in omni ſinceritate abſque ulla ſimulatione. —— Non curat à Deo redamari & glorificari is, qui non acquieſcit rebus omnibus; non ſolum iis quas facit Deus, ſed etiam iis quas videt fieri à creaturis, quamvis in eis eſſet tanta confuſio quanta eſt in inferno: oportet enim omni rei acquieſcere: ſic anima reddit ſe aptam, ut ametur glorificeturque à Deo. ——

deplorat hominum cæcitatem

220 *O bone Jeſu!* Oculi noſtri ſunt cæci & offuſcati, nec videmus lumen: & quomodo poterimus evadere tot laqueos? Oportet oculum habere purũ, ut quis non capiatur; & eſſe fortem, ut non ſuperetur. Itaque da lumen Deus meus. —— Cæcitas noſtra naſcitur ab humore, cadente ſupra pupillam oculi noſtri: & hæc ſuperfluitas humoris naſcitur ab intimo quodam amore rerum terrenarum; ſi tamen appellandus eſt amor, & non potius odium, quod nos privat amore. —— Talis etiam ſuperfluitas eſt, vel à natura, vel à complacentia circa ſpirituales guſtus, vel à ſapientia ſcientiaque acquiſita. —— Superfluitas naturæ non eſt aliud, quam appetitus & deſiderium proprii commodi. —— Superfluitas complacentiæ in guſtibus ſpiritualibus, fit ex deſiderio unionis guſtuſque in rebus ejuſmodi, ibi ſiſtendo: qui tale deſiderium habet, non eſt perfectus, quia affigit ſe donis, non donatori. —— Superfluitas ſapientiæ & ſcientiæ humanæ aliorumque donorum acquiſitorum, eſt maledicta illa vana gloria. Hi tres humores ſunt inſtar pani craſſi, incumbentis pupillæ oculari intellectus noſtri, qui facit ut non cognoſcamus Deum. —— Quare, niſi per ignem iſtum urentem, qui ardet in pectore divino, decoquantur humores illi, mediante humanitate Verbi; numquam tolletur à cordibus noſtris cæcitas iſta, quæ omnibus creaturis eſt communis, & contra quam aliud nullum eſt remedium, quam caritas tua, Deus meus, & ſanguis tuus, Jeſu mi. In hoc raptu, præter ea quæ dicta ſunt, multa alia locuta eſt Sancta, præſertim quam neceſſario debeant religioſi Ordines reformari, propterea quod multum deſciverunt ab obſervantia religioſa. Eaque de cauſa, adhuc in raptu poſita, dictavit plures Epiſtolas ad varios Eccleſiæ Prælatos, Dei ſpiritu plenas, quibus neceſſitatem iſtam magnam eſſe demonſtrat.

ex triplici ſuperfluitate natam,

& optat Ordines religioſos reformari.

CAPUT VII.

A Sanctis Ignatio & Angelo inſtructa circa humilitatem & paupertatem, videt pœnas Purgatorii, ac fratris ſui in eo detenti.

CAP. XII *An.* 1594

TErtia Dominica Adventus anni MDXCIV, XVIII Decembris, rapta in ecſtaſin, vidit Sanctiſſimam Virginem, mediam inter S. Angelum Martyrem Carmelitam & B. Ignatium fundatorem Societatis Jeſu; intellexitque hos Sanctos ab illa delectos, ut cum ipſa tractarent de paupertate & humilitate. Quare ipſa in perſona B. Ignatii cœpit de humilitate in hunc modum ſermocinari. Ego Ignatius, electus ſum à matre Sponſi tui, ut tecum agam de humilitate. Audi igitur verba mea —— Humilitas infundi debet, ſicut oleum in lucernam, in novas plantas Religionis: & quemadmodum oleum totum vas occupat cui infunditur, ſic humilitas

221

à S. Ignatio diſcit humilitatem

A tas & vera cognitio debent taliter occupare potentias animæ, ut ſive ad dexteram ſive ad ſiniſtram ſe vertant, aliud non inveniant quam humilitatem & manſuetudinem. Et quemadmodum ellychnium nequit ardere abſque oleo; ſic novellæ plantæ non dabunt in Religione ſplendorem ſanctitatis & perfectionis, ſi non detur eis omni tempore notitia talis humilitatis, & ſi in ea non ſint exercitatæ atque probatæ; docendo eas quam neceſſaria ſit veræ Religioſæ virtus iſta, quæ aliud non eſt, quam continua cognitio ſui ipſius, & perpetuum gaudiũ in iis rebus quæ poſſunt inducere vilem æſtimationẽ ſui, uſque dum novella planta habeat bene ordinatas omnes animæ ſuæ potentias. Sed curandum eſt, ut Novitia in humiliationibus, quæ nunc ad eum finem adhibentur, maneat firma ac ſtabilis, ſæpe ei commemorando, quod ad hoc dumtaxat Habitum ſumpſerit. Ut autẽ nullam hic partem habeat dæmon, debet Novitiarum cultrix artificio quodam ſancto uti; ut ſcilicet volens deprimere judicium aut voluntatem earum, ſi quam in iis repugnantiam vel impatientiam notet, hanc quidem ſciat ſevere caſtigare, & exaggerare culpam, quamvis in ſe minimam; interim tamen, dum oleum mortificationis infundit, paratum habeat ex alia parte balſamum ſuave, oſtendens quantopere Deus hujuſmodi actionibus glorificetur, quantoſque fructus exinde percipiant; ita ut inducantur in amorem ipſius humilitatis, & præter ipſam nil velint & ambiant.

novitiis inſtillandam,

B

222 Humilitas exterior debet apparere in omni verbo, geſtu, & opere, & quemadmodum prohibentur in ſeculo verba blaſphemiæ, ſic vetari debent ea omnia in Religione, quæ non ſapiunt humilitatem: geſtus item ei contrarii, ſicut in ſeculo actiones honori & famæ repugnantes; opera denique facta abſque humilitate, ſicut Rex aliquis deteſtaretur quod filius ſuus aſſumeret habitum agazonis. In Superioribus autem ejuſmodi debet eſſe humilitas, ut propter exempla de ſeipſis data, neceſſe non habeant actus humilitatis miſcere reprehenſionibus & adhortationibus ſuis. Unaquæque Sponſa, Religioſa inquam, talis eſſe debet, ut poſſit tranſplantari, valeantque Superiores transferre fructus magis dulces & pretioſos, modo in valles, modo in montes, nec deſiſtant etiam minus æſtimatos hac illacque traducere. Debent Sponſæ in ædificio ſpiritualis perfectionis eſſe ſicut petræ, quæ adhibitæ fuerunt ad fabricam templi Salomonici, in quibus non eſt auditus ictus mallei. Quæcumque vero in ipſa adaptatione os aperuerint, deferantur ad fontem, ibique inebrientur actibus amoris & ſeveritatis, ut nequeant ipſum amplius aperire, ſed tamquam ebriæ infundantur ſuavi ſomno. ---- Iis qui tali humiliationi repugnarent, detur in manus Sponſus ſuus crucifixus, oſtendendo quod hunc debeant imitari. Verum uſque ad mortem remittendum numquam eſt iſtud humilitatis exercitium: & qui animarum curam gerit, non pigritetur ipſas in hac virtute exercere, quamdiu caro & oſſa corpori uniuntur. Hæc eſt enim ſcala quædam tot graduum, ut numquam finiatur numerus graduum conſcendendorum: & neceſſe eſt eoſdem gradus identidem remetiri, multiplicando ipſos actus. Animæ, quæ iſta humilitate carent, non poſſunt egredi extra ſeipſas: quia conſurgunt in eis millenæ & millenæ paſſiones, multæque curioſitates in quibus occupentur. Quemadmodum Verbum incarnatum fecit Apoſtolos fieri piſcatores hominum, etiam Sponſas ſuas eſſe voluit prædatrices animarum. Atque hactenus ſatis te pavi humilitate, nunc te dimitto ut vadas accipere cibum paupertatis.

ſic ut exterius etiam appareat,

ejuſq; actus habendos pro ſcala ad cœlum.

C

223 Ita ſermonem finivit S. Ignatius, quem excipiens ipſa, in perſona S. Angeli ſic fata eſt. Ego Angelus, geſtans habitum genitricis Dei Mariæ, quæ eſt gloria mea & corona mea, dico Sponſis præelectis, quod Jeſu Sponſa, ipſa ſcilicet paupertas, debeat eſſe earum nutrix, & quod novellis Sponſis debeant dari munera. Sicut enim Sponſæ terreſtres tanto feliciores ſe reputant, quanto pluribus donis monilibuſque abundant; ita perquam felix & perfecta Sponſa illa erit, cui ab aliis omnibus Sponſis dabuntur exempla paupertatis. Annulus ejus eſſe debet omnimoda expoliatio rerum cunctarum: ſicut autem annulus eſt rotundus, ſic nihil ipſi remaneat, cui hæreat affixa, ſed nuda nudum Chriſtum ſequatur. Qui regendam eam ſuſcipit, curare debet ut nihil audiat, nihil videat, nihil amet niſi paupertatẽ: quæ autẽ eam non amaverit, irrideatur velut temulenta: ipſa enim paupertas debet eſſe theſaurus veſter, cibus veſter, & requies veſtra. Sicut autem die quolibet cibum ſumitis, ſic numquam debet tranſire dies quo non agatur de paupertate cum Sponſis novellis, nunc eam laudando & magnificando, nunc ipſas exhortando animandoque ad illam amandam, nunc experiendo an revera jam ament. Curetur ut filii, id eſt opera earum, non niſi paupertate veſtiantur. Hanc paupertatem debetis vehementer amare in victu, efficere ut ſplendeat in veſtitu, magnificare & extollere in omni loco. Tantum debet amari, ut ipſa ſumptio ciborum atque veſtium, præ lacrymis amareſcat, & paupertas non moriatur niſi cum Sponſa. Tantum amat Deus paupertatem; ut animæ eam poſſidenti non poſſit non dare ſeipſum & regnum ſuum. Anima poſſidens paupertatem, uſurpat ſibi coronam Martyrum. Hujuſmodi autem præcepta infundi in animas debent per canalem aureum, id eſt, per pectus plenum caritate, in ſuavitate ſpiritus & harmonia verborum.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

à S. Angelo paupertatẽ

iiſdem commendanda,

E

224 His duabus virtutibus tamquam balſamo conditæ debent eſſe animæ, quæ veniunt ad habitaculum Mariæ, ut poſſint conſervare innocentiam, quam ſimul cum Habitu induerunt. Sicut autem ad imbuendum quidpiam balſamo propriis manibus utimur, ſic non debemus rem unam dicere, & facere alteram. In harum duarum virtutum exercitio practicatur perfecta obedientia, quæ eſt primum noſtrum votum. Animæ quæ poſſident humilitatem confundunt infernum, & poteſtatem habent geſtandi in manibus caput Holofernis. Tales animas facit Verbum civitati ſuæ propugnacula. Qui amat humilitatem & paupertatem, non perdit verba dolendo de re quapiam. Qui poſſidet paupertatem, ſemper cogitat pauperem Chriſtum; tantique facit corpus ſuum, quanti Rex æſtimat telas aranearum. Hujuſmodi animabus blandietur Maria; has eadem pectori ſuo adſtringet, & lacte nutriet; quod ſi in finem uſque perſeverent, faciet ut poſſideant Verbum uſque ad conſummationem ſeculi. Verum hoc age, ut non ſolum amore virtutis hujus ſatieris, ſed exercitio: numquam enim ſatiatur famelicus bene aptata menſa, ſi non adſit ciborum copia. Humilitas exerceri debet cum gravitate, & paupertas cum hilaritate. Poſt hæc in ſua perſona loquens, ſubjunxit: Væ nobis, niſi afficiamur humilitati & paupertati, quam Verbum prædicavit, exaltavit, & amavit: hoc enim eſt quod à nobis requiritur. Gratia, laus, & magnificentia tibi ſit, Deus virtutum; qui dignatus es per Sanctos, Mariam, Ignatium, & Angelum, dare ancillę tuæ notitiam hujus alti atque ſublimis exercitii. Poſt hæc autem verba ſuaviter conticuit, ac denique à raptu regreſſa eſt.

& utriuſq; virtutis neceſſitatem,

F

pro quo favore gratias agit Deo.

225 Quadam vice exiſtens in Choro, ad orandum pro anima cujuſdam ſui fratris defuncti; die

CAP. XIII

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

XIV Junii MDLXXXVII, vidit animam ejus atrociter cruciatam in Purgatorio: quare plena compaſſionis, cœpit effuſe plangere ac lamentari, ac deinde dixit, O miſerum, ſed & beatum te! ô anima pœnoſa & glorioſa! Graves ſunt hæ pœnæ, & tamen tolerantur. O utinam aliquis eas comprehenderet! --- Cum hic eſſes, nolebas auſcultare me, nunc autem deſiderās vehementer ut audiam te --- O miſer! quid igitur à me velles? Et aliquamdiu quieta cœpit numerare uſque ad centeſimum ſeptimum numerum, certoque indicavit peti ab anima fratris, ut totidem vicibus pro ſe communicaret; unde ſubjunxit, Id quod petis, poſſum tibi quotidie mane præſtare. --- Sed ô quanto tempore opus erit ad ejuſmodi debitum expungendum! Beatam tamen me, ſi eo venirem ubi nunc es, aut ſi creaturæ nullæ deſcenderent magis infra. --- O Deus infinitæ bonitatis! magis amas creaturas, magiſque deſideras eas ad te adducere, quam ipſæ venire ad te. --- Subleva, ô juſte ac miſericors Deus, pœnam ejus, qui olim parvulus te quandoque laudavit. Reſpice, obſecro, bonitatem tuam, & utere miſericordia erga eum. --- O juſtiſſime Deus, ſi non fecit quidquid gratum erat tibi; non tamen contempſit eos qui exequuntur beneplacitum tuum. Verum eſt, quod operatus eſt aliquid contra te; non tamen ejuſmodi opus laudavit. --- Verum eſt, quod ſimul mecum non laudavit bonitatem tuam; cognoſcebat tamen, conveniens eſſe ut laudareris. Perrexit deinde pro illa anima prolixe orare: & poſtquam dixiſſet Pſalmos, *Laudate Dominum omnes gentes*, *Laudate pueri Dominum*, &, *Laudate Dominum de cœlis*, cum *Requiem*, rediit à raptu. Tum cæleſti ardore ſtimulata, confeſtim abiit ad Matrem Prioriſſam; atque ad ejus pedes proſtrata, cum lacrymis copioſis dixit; O Mater, vere magnæ ſunt pœnæ illæ, quas in Purgatorio patiuntur animæ: numquam ſane tantas credidiſſem, niſi circa eas fuiſſem aliquantum illuminata. Tum eam ſolata eſt Prioriſſa, cui ipſa acquievit.

An. 1587 videt animam fratris in Purgatorio.

pro eaque ſuſcipit 107 communicare,

B

226 Sed die ſequenti, cum mentem in ejuſmodi contemplatione defixam teneret; in eâdem tam tenere affici cœpit, ut cum ceteris Sororibus omnibus occupata in opere monaſterii, rapta ſit in ecſtaſin, in qua ipſi denuo eſt oſtenſa atrocitas talium pœnarum. Quare cum lacrymis & ſuſpiriis ad cælum converſa, Non ſufficit mihi, inquiebat, animus ad vivendum in terra, agendumque cum creaturis poſt hujuſmodi viſionem. Poſt quæ verba oſtendit, dolorem ſuum nonnihil à Domino mitigari, oſtenſione illius gloriæ quæ pœnas iſtas ſecutura erat: unde aſpectu læta hilariſque effecta reſpectu æternæ felicitatis, ſubjunxit: Nolo vos amplius vocare pœnas atroces, ſed glorioſas, quandoquidem ducitis animas ad tam felicem gloriam. Cumque in hac contemplatione horam expendiſſet, rediit à raptu. Die vero ſequenti, exiſtens ſub veſperam cum multis aliis Sanctimonialibus in horto, diſceſſit inde: alienataque à ſenſibus, iterum vidit, ſicut poſtea retulit, in Purgatorio animam fratris, cujus propter preces ejus abbreviatum erat tempus & pœna alleviata. Sed hoc non contenta, propter ardens deſiderium ſalvandi animas, cœpit de novo affectuoſas orationes porrigere Beatæ Virgini aliiſque Sanctis, ut anima illa omnino abſolveretur à tam gravi cruciatu, dixitque: O Deus! quantum deberemus orare pro miſeris illis animabus, quæ vel jam expectant ut veniant ad te, vel periclitantur ne ſeparentur abs te. Poſt hæc verba, viſa eſt tota in admirationem trahi, propter id quod videbat, & ait: Totum circumibo. Purgatorium ſcilicet, quod ei monſtrari debebat; id quod non ſolum cognitum eſt ex actibus ejus, ſed etiam ex iis quæ Sanctimonialibus retulit.

ſolatium accipit ex ſecutura eas pœnas gloria,

C

& tempore ad ſuas preces abbreviato.

227 Cœpit igitur, in raptu permanens, totum hortum in quo tunc erat circuire, qui ſane magnus eſt; atque ita duas horas ſolidas tranſegit. Subſiſtebat autem aliquando, intenta conſiderandis particularibus pœnis cujuſque vitii; complodebat manus, ex affectu commiſerationis; impalleſcebat vultu; ambulabat corpore inclinato, propter moleſtiam quam hujuſmodi viſio adferebat; talia denique horroris ſigna faciebat, ut vel ipſe ejus aſpectus terrorem incuteret. Ut autem eorum quæ vidit, quæque dixit, devoto lectori ſpecimen aliquod detur: cœpit primum mœſta voce ſic exclamare, Compaſſio! Compaſſio! miſericordia! Deſcende, ô ſanguis, & libera animas iſtas. O miſellæ! Vos tantum patimini, & tamen eſtis contentæ ac lætæ. Tormenta omnia à ſanctis Martyribus tolerata, horum reſpectu, ſunt inſtar horti amœniſſimi. Beatam me exiſtimabo, ſi non deſcendero adhuc inferius. Videbat etiam quomodo cruciabantur Religioſi: unde cum aliquantum eſſet progreſſa, ſubſtitit, & grande ſuſpirium emittens, dixit; O Deus bone! etiam Religioſi in his pœnis? Ah! Non tamen explicabat pœnam quam patiebantur, ſed præ horrore ad paſſus fere ſingulos ſuſpirabat. Vidit deinde pœnas ignorantibus inflictas, iiſque qui in flore ætatis vita privantur; videbanturque ei reſpectu earum, quas tolerabant alii, perquam leves: quia igne dumtaxat & glacie cruciabantur. Vidit inſuper quod tales animæ habebant præſentem Angelum cuſtodem, & ejus aſpectu plurimum confortabantur: ſicut e contrario multū affligebantur conſpectu dæmoniorum.

D

Circumit in ſpiritu purgatorium,

ibique videt pœnas religioſorum,

ignorantiæ,

E

228 Sub hæc autem requirens quo in loco eſſet anima fratris ſui: Ubinam, inquiebat eſt anima illa, tantum mihi dilecta, tantumque conjuncta? Visâ autem eâ, dixit: O miſella! tu tantum pateris, & tamen lætaris: tu ardes, & contenta es. Verum felix & beata es ex parte altera, quoniam iſtæ pœnæ conducturæ te ſunt ad tam grandem & inenarrabilem gloriam. Beatam me, ſi non deberem pati amplius! Eja, remane iſtic, & abſolve purgationem culparum tuarum. Poſthæc aliquouſque progreſſa, monſtravit videre ſe pœnas multo majores, & dixit; O quam horrendus eſt locus iſte, plenus dæmoniis terribilibus & deformibus, nec non cruciatibus intolerabilibus? Quinam obſecro ſunt tam ſevere torti? acutiſſimis enim cultris transfiguntur de parte in partem, & deinde crudeliſſime conciduntur. Poſt raptum vero narravit, quod animæ iſtæ, quæ in cruciatu tam acerbo morabantur, erant animæ hypocritarum; ſubjungendo, quod qui propius ad infernum ſunt, ſicut iſti, magis etiam participant de ſtridore dentium ibidem tolerando. Procedens ulterius, vidit magnam multitudinem animarum, gravi pondere oppreſſarum, ac veluti ſub eo contritarum; intellexitque animas eſſe inobedientium atque impatientium. Erant autem viſu mirabiles actiones ejus, interim dum ipſas intueretur. Modo enim inclinabat caput pene uſque ad terram, nunc in illam partem figebat obtutum, nunc humeros præ compaſſione attrahebat. Semel etiam incredibili terrore conſternata, cœpit è cælo auxilium inclamare: deinde cum aliquantum ſilens adſtitiſſet plena admirationis & ſtuporis, vidit pœnas mendacium: iiſque viſis atrociſſimis, cœpit elata voce ſic ſermocinari, Etiam mendaces prope infernum conſiſtunt, ac multum cruciantur: in os eis funditur liquefactum plumbum, ſimulque videntur ardere & tremere.

inter quos frater ejus,

hypocritarum,

F

impatientium,

mendacium,

229 Vidit inſuper torqueri eos qui ex humana fragilitate peccarant, & dixit: Heu me! Credebam quod vos, qui per fragilitatem peccaviſtis, eſſetis in loco ignorantium: quamvis autem reſpectu aliorum perparum patiamini, nihilominus eſtis in ardenti

ex fragilitate lapſorum,

denti flamma. Conſpiciens deinde avaros ait: Qui olim in terra non potuerunt ſatiari opibus, nunc tormentis ſatiantur: liquefiunt ſcilicet inſtar plumbi, nec tamen hic finitur eorum pœna: quia integritati priori redditi, dantur beſtiis devorandi. Inde tranſiit ad impuros atque immundos, & hos vidit poſitos in loco ſupra modum fœtenti, ad eoſque converſa, O immundi, inquit, ecce locum veſtrum. Sed valde parum hic immorata, ſuperboſque & ambitioſos reſpiciens, inquiebat, Eccè eos qui volebant in mundo miniſtrari & coronari, nunc autem in hac tam obſcura nocte affliguntur. Deinde cogitationem reflexit ad ingratos, atrociter cruciatos; & Hunc, inquit, locum mereri mihi videor, Domine mi, quia ingratitudo ſiccat fontem pietatis: hic autem videbat animas, in profundiſſimo lacu quaſi ſoluti plumbi ſubmerſas. Denique monſtratæ ſunt ei animæ eorum, qui nullo ſpeciali vitio ſingularius tenebantur, ſed in omnibus erant aliquatenus rei: & ideo videbat eos participare de pœnis omnium, ſed minus intenſis quam ii quorum propria ipſa vitia erant.

avarorum,

impudicorũ,

ſuperborum,

ingratorum.

230 Viſis in hunc modum Purgatorii pœnis, ad tertiam noctis horam exivit de horto, & in raptu perſeverans, rogavit Dominum, ne amplius ſibi oſtenderet tantas pœnas, quia ad eas ultra videndas deficiebat animus. Sermonem tamen cum Jeſu ſuo proſequens, dixit: Dic obſecro, Domine, quare hujuſmodi ſpectaculum mihi hoc veſpere objeciſti? cum numquam antea tantum luminis circa id habuerim, multo minus comprehenderim. An forte ut ſatisfaceres deſiderio meo, cupientis ſcire ubinam maneret anima fratris mei? An vero ut majori cum fervore orem pro animabus iſtis? Imo, imo. Hæc eſt cauſa, & inſuper ut melius cognoſcam puritatem tuam, magiſque oderim id quod tanto odio proſequebatur Sponſa tua Catharina, peccatum ſcilicet virtuti contrarium. Cumque denuo illi indicaſſet Jeſus ſuus tempus, poſt quod volebat animam fratris ejus ad ſe vocare; dixit illa, Fiat id quando placuerit tibi, Domine. Aſt ô felicem te, frater dilecte! quia cito aderit liberatio tua: quamvis autem magnæ & ineffabiles ſint pœnæ tuæ, non tamen ſunt condignæ ad futuram inenarrabilem & incomprehenſibilem gloriam, quæ tibi eſt præparata in cælo. Poſt hæc intellexit quod magno auxilio animabus illis eſſet, pro earum refrigerio ſumi ſanctiſſimum Sacramentum Altaris, & interrogans Jeſum, qua præcautione eſſet utendum ad evadendum pœnas tam atroces, dixit alta voce. Oportet in omnibus & per omnia ſeipſum exuere & induere te, Domine mi. Oportet ambulare cum pura & ſincera intentione: & væ illis qui habent aliam quam tibi ſerviendi teque honorandi, ô Jeſu mi, vel ſalutem animæ ſuæ curandi.

denique intelligit fratrem cito liberandum,

& animas frequenti Communione juvari,

231 Denique obtulit ſanguinem Agni immaculati pro animabus Purgatorii, rediitque à raptu adeo fatigata, ut quamvis nollet, fuerit tamen à Sororibus ad quietem aliquam capiendam deducta. Conſtricta autem per obedientiam retulit, quod viderit pœnas illas comitata Angelo ſuo Cuſtode, S. Catharina Senenſi, & S. Auguſtino devotis ſuis: quia abſque præſenti illorum auxilio ægre potuiſſet ſuſtinere conſpectum animarum, in Purgatorio cruciatarum. Fuerat autem dignum commiſeratione ſpectaculum videre geſtus quos faciebat: quamvis interrogati à duabus Monachis, quibuſcum ſua conferebat, an reapſe aliquid toleraſſet ex iis pœnis; dixit, quod non aliter, quam quomodo patitur qui videt alium patientem. Dici autem non poteſt quanto cum ſpiritu & fervore referret talia, ut qui audirent propriis oculis omnia videre ſibi viderentur; nec eſſet ulla quæ non commoveretur ad lacrymas, præ compaſſione; quæque non accenderetur, magis ad animas iſtas fundendis Deo precibus ſublevandas.

præſentibus ad iſta Angelo Cuſtode & SS. Auguſtino ac Catharina Senenſi.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

Hactenus viſum eſt operæ majoris, atque ad hiſtoriam plus conferentis eſſe, quæ inveniebamus Italice ſcripta, Latine reddere: ejuſdem tamen ſpiritus & devotionis ſunt exercitia, contemplationeſque & actus, quinque aliis capitibus ſupra notatis contenta; ſed brevitatis ſtudio hic prætermiſſa. Quo ſtudio etiam cogimur intactas dimittere quatuor alias Partes, poſt primarum duarum evulgationem contextas; maxime quia P. Virgilius Ceparius, in Vita poſt hanc danda, præcipua quædam punctа, ſecundum virtutes ipſius Sanctæ digeſta, attigit, multis peculiaribus actionibus ea illuſtrans, adeoque ad formam hiſtoriæ convenientius procedens. Interim reliquarum in Puccini opere Partium Synopſim accipe.

SYNOPSIS

Tertiæ, quartæ, quintæ & ſextæ Partis,

Ex earum Proœmiis & Capitum Indiculis collecta.

MAgna devotio quam excitavit in populo Vita venerandæ Matris Sor. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, menſibus ab hinc aliquot ex prælo emiſſa in publicam lucem; & magna admiratio, quam unicuique attulerunt actiones illæ ſtupendæ, quas in ipſa operata eſt bonitas divina; nec non univerſalis plauſus, quem ubique locorum, quo penetravit tantæ ſanctitatis odor, extitiſſe cognovi; movit me ad tertiam, quartam, quintam & ſextam Partem Vitæ illi adjungendam; eodem præſertim accedentibns ſtimulis, quos mihi ſubjecerunt perſonæ multæ religioſæ, Prælati, Nobiles, Toparchæ ac Principes: unde certum videor mihi ſumere argumentum, divinæ voluntatis eſſe, ut gloria ſua majori cum ſplendore appareat mundo per hanc dilectam Sponſam ſuam, veluti per lucidum ſpeculum veræ ſanctitatis. Ut autem devotus lector habeat notitiam aliquam hujus tertiæ Partis, ex prima ad memoriam reducendum ei eſt, quod Sor. Maria Magdalena anno MDLXXXV, dierum & noctium octo fere continuam ecſtaſim paſſa, modiciſſimis liberi temporis ſpatiis interjectis, percepit à Deo altiſſimas quaſdam notitias: de quibus ſic loquebatur, ut notari potuerint à Sanctimonialibus, ad ejuſmodi effectum ipſi aſſidue aſſiſtentibus. Ex hinc, tamquam ex re mirabili formatum eſt Caput XIV & XV primæ Partis (*utrumque comprehenſum Capite* XV *hujus noſtræ diſtributionis*) ſed quia ſermocinationes ipſæ adeo prolixæ erant, ut impleverint grande unum volumen, omiſſæ ibidem ſunt, ne filum hiſtoriæ nimis produceretur; & ſolum ſpecimen quoddam earumdem eſt exhibitum, paucis comprehendendo ſubſtantiam facti. In hac igitur tertia Parte, tamquam opportuno magis loco, exponimus ſucceſſum integrum iſtorum mirabilium raptuum, ut, qui rebus ſpiritualibus qua par eſt devotione afficiuntur, ſapidius guſtare valeant ſublimes illos conceptus, quos eidem revelando ſuggeſſit Deus.

232 *Quid auctorem moverit ad has partes compilandas,*

F

Tertia continet notitias acceptas in octiduano raptu,

233 In his autem relucebat pura atque mera Spiritus ſancti operatio: quia præter alias conſiderationes admiratione dignas, imprimis mirabile erat & omnem naturæ ordinem tranſcendens, quod virguncula, ſexu fragilis, neque ſtudiis imbuta ſupra quam communiter Monachæ conveniat, ſermocinari audiebatur de excelſiſſimis doctrinis, adeoque dilucide exponere ſubtiliſſima quæque Theologiæ capita, loquendo

ſublimitate argumenti mirabiles,

EXITAL. VINCEN. PUCCINI.

loquendo tam fundate, tamque conformibus Theologorum uſui terminis utendo, ac ſi multos annos fuiſſet verſata in ſcholis. Eſt autem difficile, ut qui rem oculis ſuis non vidit, concipere poſſit aut imaginando efformare ſibi ideam eorum mirabilium, quæ accidebant. Sor. Mariæ Magdalenæ, quando adeo alte in ipſum Deum elevata ac veluti transformata, colloquiis ejus revelationibuſque fruebatur. Solum ad aliqualem explicationem dici poteſt, quod ſermonem formabat, modo in perſona Patris Æterni, modo in perſona Verbi, aut ſui ipſius: itáque variabat geſtum ac vocem, nunc ad majeſtatem, nunc ad ſubmiſſionem eam componens, prout argumentum exigebat, ut conceptum ejus ſublimitatemque cogitationum clare exprimeret. Quandoque ſermoni ſuo interponebat ſpatium temporis (quod interjectu lineolarum placuit exprimere per typos) & tunc oſtendebat ejuſmodi notitias à ſe intime deguſtari: eratque ſic immerſa contemplationis ſuæ profundo, ut ejus corpus videretur ſpiritu deſtitutum, cum eſſet quandoque immobilis tota, cæleſtibuſque rebus quaſi inſeparabiliter affixa.

& modo quo explicabantur.

234 *Argumenta ſingulorum raptuum ſequens Titulorum indiculus collecta exhibet.*

B

Dies 1. Ab æterno Patre præmonetur de ſua futura probatione, in qua paſſura ſit multas tentationes, & inſtruitur quomodo in iis ſe gerere debeat. Intelligit etiam cauſam adventus Spiritus ſancti in terras.

Nox 1. Videt ſub pulchra figura Spiritum ſanctum in ſublimitate gloriæ: prolixeque ſermocinatur de operationibus ejus in anima, & quomodo hæc ſe diſponere debeat ad ipſum digne recipiendum.

D. II. Loquitur cum pulcherrimis ſenſibus ſupra verba currentis Euangelii, *Si quis diligit me ſermonem meum ſervabit. Pacem relinquo vobis &c*; inſtituens ſuper iis colloquia mirabilia cum Patre æterno, à quo eidem dantur multa monita circa ſuam probationem: ipſa vero poſtea habet multas pulchras viſiones & intelligentias de Spiritu ſancto.

N. II. Communicantur ei multæ intelligentiæ circa verba currentis Euangelii, *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem*: ubi ſublimiter ratiocinatur de Deo, qui ſumma lux eſt, & de tenebris diffuſis in anima per peccatum. Deinde loquitur de amore, quem nobis oſtendit Verbum incarnatum, & quomodo debeat amari proximus.

C

D. III. Habet pulcherrimas intelligentias de operationibus, quas facit Spiritus ſanctus: & de veritate, quæ eſt ipſe Deus, ſub figura Maris magni.

N. III. Habet multas intelligentias ſuper verba currentis Euangelii, *Amen, amen dico vobis; qui non intrat per oſtium in ovile ovium, ille fur eſt & latro &c.*

D. IV. Loquitur mirabiliter de mediis efficacibus uniendi animam cum Deo. Communicantur deinde ei ſublimes intelligentiæ, circa mirabiles operationes quas Deus facit in cælo & in terra, ſub figura duodecim canalium, per quos earum manifeſtatio derivatur.

N. IV. Habet intelligentiam & viſionem mirabilem ſuper verba currentis Euangelii, *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me traxerit eum &c.*

D. V. Nihil habuit particulariter notandum.

N. V. Super verba currentis Euangelii, *Convocatis Ieſus duodecim Apoſtolis &c.* habet pulcherrimas intelligentias. Poſtea ſermocinatur de quinque gradibus gratitudinis, quam Deus oſtendit creaturis & creatura ipſi Deo; deque amoribus quibuſdam, quos animabus conferunt Angeli.

D. VI. De intelligentia quadam habita in ecſtaſi circa excellentiam Verbi incarnati, ſub ſimilitudinibus ventorum, arborum, & quorumdam inſignium amorum, quos animæ Beatorum impetrant creaturis.

D

N. VI. Habet pulchram quamdam viſionem, & ſimul myſterium ejus explicat, applicando ipſum Verbo incarnato.

D. VII. Mirabiliter comparat operationes Jeſu Chriſti in cruce, cum iis quas exercuit in utero Matris, quaſque operatur in ſinu Patris.

N. VII. In intelligentiis, per raptum ſibi communicatis, pulcherrime comparat opera quæ fecit Deus in Teſtamento antiquo & novo, cum operationibus animæ ad perfectionem deductæ.

D. VIII. Communicantur ei à Deo pulchræ intelligentiæ, de operibus quæ debet exercere anima, ut ſit imitatrix Chriſti; applicando eas actionibus paſſionis, mortis, reſurrectionis, & Aſcenſionis in cælum.

N. VIII. Sermocinatur in ecſtaſi mirabiliter juxta Euangelium currens de ſanctiſſima Trinitate, cujus comparationem inſtituit cum anima ejuſque potentiis; deinde de deſponſatione ſpirituali, quam facit Deus cum anima juſta.

235 Quarta pars continet intelligentias & ſenſus ſpirituales, quos Deus in ecſtaſi communicavit dilectæ ſuæ Sponſæ, quique à Sanctimonialibus fuerunt fideliter notati & collecti, interim dum illa, Deo id permittente, loquebatur clara & intelligibili voce. Quamvis autem ſermones illi ecſtatici comprehendant diverſas materias, nec ſequantur ordinem temporum hactenus obſervatum, utpote temporibus variis prolati; viſum eſt tamen eos in hac parte colligere, quia omnes ſpectant ad ſpiritualem informationem morum ſtatuſque religioſi. Cum autem eorum argumentum non ſit adeo ſublime & elevatum, habent majorem dulcedinem affectus & facilitatem intellectus. Per hujus autem Partis deductionem eluceſcit maximus zelus, quo bona hæc Mater afficiebatur erga ſtatum religioſum, loquens de eo cum magno fervore ſpiritus, ſuggereníque ſubtilia atque utilia documenta ad conſervationem religioſæ obſervantiæ. Eluceſcit etiam magnus ejuſdem zelus erga ſalutem proximi, magnaque perfectio ſanctitatis, tamquam in ſpeculo exhibens omnes eas virtutes, quæ gemmarum fulgentium inſtar ornant animam puram & candidam, eamdemque Sponſam Jeſu Chriſti.

E

Pars 4 continet doctrinas de moribus & perfectione Religioſa.

236 *Tituli Capitum ſunt hi.*

F

Caput 1. Pulcherrime explicat hæc verba, *Ego ſum Paſtor bonus &c.* & officia boni Paſtoris applicat operationibus, quas facit Deus cum animabus electis.

II. Ex his verbis Prophetæ, *Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus*, elicit devota documenta, qualiter homines debeant confiteri Deum, & quomodo id faciant Spiritus beati. Deinde quot modis animæ ſe poſſint reddere formoſas in conſpectu divino: denique pulchras intelligentias habet ſuper hæc verba, *Vado parare vobis locum.*

III. Pulchre declarat verba Euangelii, *Simile eſt regnum cælorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo.* Poſtea videt Jeſum cum latere aperto: quo animæ, velut cervi ſitibundi ad fontem, bibituræ accurrunt,

IV. Intelligit, quod verbum Chriſti ultimum in cruce, *Conſummatum eſt*, poſſit vere dici de anima quæ recepit ſanctiſſimum Sacramentum Altaris: inſuper pulchrè explicat hunc locum, *Viſitaſti terram & inebriaſti eam.*

V. Pie diſcurrit ſupra hæc verba Canticorum, *Introduxit me Rex in cellam vinariam*; pulcherrime declarans, quomodo per tres gradus trium virtutum

poſſit

A possit anima adscendere ad cavernam amorosi lateris Jesu Christi.

VI. Videt S. Didacum Ordinis S. Francisci, devotum suum, ornatum particulari gloria in Paradiso, propter constantem observantiam votorum religiosorum, aliasque peculiares virtutes in quibus resplenduit; ad ejusque imitationem accenditur desiderio ardenti.

VII. Intelligit reciprocam complacentiam Dei in anima, & animæ in Deo.

VIII. Agit de complacentia, quam habet Deus in unione cum anima justa, propter hujus similitudinem cum eo.

IX. Devote comparat sanctos Innocentes cum bonis Religiosis, quoad puritatem & martyrium.

X. Explicat tres particulares virtutes S. Joannis Euangelistæ, scilicet puritatem, humilitatem & amorem, docens quomodo debeant esse in Religiosis.

XI. Intelligit puritatem animæ, ex comparatione cum fluvio ejusque effectibus.

XII. Colloquitur cum Patre æterno, qui ei ostendit malitiam hominum. Agit deinde de suavi osculo, quod Sponsus cælestis diversis modis dat animabus : circa quas ostendit diversos excessus affectuosi amoris.

B

XIII. Videt in ecstasi, per pulchras similitudines, status Religiosos: eorumque mysteria multa particularia explicat.

XIV. Dantur ei intelligendæ petitiones quinque, quæ fieri debent Deo ad conseruandam veram observantiam in Religionibus.

XV. In ecstasi loquitur de laude S. Agnetis, multa ejus dicta mirabiliter explicans.

XVI. Proponit media aliquot ad digne recipiendum Spiritum sanctum in ejus festo.

XVII. Exprimit affectuosos sensus cum puerulo Jesu, Maria infantula, & Christo crucifixo.

XVIII. Videt aliquot figuras cælestes, unde elicit varias notitias & documenta spiritualia.

XIX. De superbia aliisque vitiis capitalibus cum magna detestatione ratiocinatur, ostenditque virtutes eis directæ oppositas. Agit deinde de defectibus, qui præcipue committuntur à Religiosis, eorumque remediis.

XX. Videt in ecstasi Sponsum suum Jesum, spinis coronatum : interim intelligit quod Dei spiritus velit deserere creaturas, & ipsa ferventer orat primo

C Spiritum sanctum, deinde Patrem æternum, ut ipsarum misereantur.

XXI. Devote sermocinatur de puritate & simplicitate, quam in anima Religiosa desiderat Sponsus, & de mediis acquirendi duas istas virtutes.

XXII. Intelligit in ecstasi, quod in Religionibus particulariter debeant observari novem regulæ, ad obtinendum à Deo novem gratias singulares, & cognoscit virtutes aliquas, quæ maxime requiruntur in statu Religioso.

XXIII. Offert divinæ Majestati sanguinem effusum à Verbo incarnato pro omni statu hominum, exindeque videt multas animas cælitus illuminatas converti ad Deum: sed à dæmone variis tentationibus vehementer agitatur. Videt denique beatam Virginem aspectu pulcherrimo, & cum dulci affectu multa ex illâ discit.

XXIV. Affectuose orat Jesum, ut in cordibus Sponsarum suarum sculpat amabilissimum nomen suum.

XXV. Ex mysterio sanctissimi Sacramenti Altaris elicit cogitationes devotas. Postea videt quomodo Verbum incarnatum requiescat in anima & in Ecclesia.

XXVI. Comparat incarnationem Verbi cum ejus passione, & de utroque argumento pulchrũ sermonem instituit. EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

XXVII. Sermocinatur de cælesti plausu Beatorum ante thronum Dei; deinde de votis religiosis, quæ tamquam viæ securæ deducunt animam ad Majestatem divinam. Intelligit ordinationem admirabilem, quam facit divinus amor in desponsatione animæ, sub figura ædificii spiritualis. Denique videt pulchritudinem Sponsi cælestis, ad quem evibrat amorosos affectus.

XXVIII. Intelligit quod latus Verbi sit veluti fons aquæ & sanguinis, ex quo anima se potest purificare & ornare.

XXIX. In visione quam habet de Beata Virgine, conspicit eam sub figura dulcis liquoris, concluso in puro vase amoris divini; de quo mirabilia mysteria intelligit, nosque docet, quæ media adhiberi & quæ impedimenta debeant removeri ad eum acquirendum.

XXX. Monita & documenta spiritualia, quæ dabat ad consequendam perfectionem religiosam. Aliàs enumerat sex virtutes ad eamdem necessarias.

XXXI. Ad exercendam gratitudinem pro beneficiis, quæ quotidie largitur divina Majestas, duos modos tradit, vere pulchros & notabiles. E

XXXII. Intelligentiæ ejus & affectuosæ exclamationes circa Religiosos, & specialiter circa observantiam voti paupertatis.

XXXIII. Documenta discipulis data circa perfectionem status Religiosi.

XXXIV. Sub forma prælii videt colluctationem humilitatis cum vana gloria; caritatis cum amore proprio; amoris Dei & proximi cum amore vitioso : & videt virtutes sanctas manere victrices vitiorũ, per efficaces rationes, tamquam per incussos ictus.

237 Quintæ partis argumentum ut capias, Lector, Sciendum est, quod Sor. Maria Magdalena fuit aliquando vocata per Deum ad ecstaticas contemplationes, in quibus cognovit, quod divinæ Majestati placeret ipsam, tribus consequentibus noctibus, sigillatim probari à totidem Personis sanctissimæ Trinitatis. Prima igitur nocte fuit probata à Spiritu sancto, permittente, ut à nequam spiritu oppugnaretur variis tentationibus & illusionibus diabolicis: sed bona Mater in hisce tentationibus servavit animum semper invictum & constantem, adeo ut meruerit remunerari dulcissimis præmiis spiritualibus. Siquidẽ sublevata fuit à Spiritu sancto ad intelligendas mirabiles communicationes intuendaq; objecta divina: unde cęlestibus splendoribus tam sublimiter illustrata, totam istam noctem consumpsit in cogitationibus ecstaticis & mirabilibus discursibus de operationibus Spiritus sancti, quæ adjuverunt opera Verbi incarnati, facta dum inter nos mortales viveret mortalis adhuc homo Deus. Secunda nocte placuit Verbo divino, secundæ in sanctissima Trinitate Personæ, experiri illam in abjectione & annihilatione sui ipsius. Itaque ab ipso principio raptus hujus fecit actus profundissimæ humiliationis: & humillimis verbis patefaciendo quam demisse sentiret de se ipsa, declarabat se esse umbram puram, imo nihilum merum in conspectu Sponsi sui Verbi: ideoque ab hoc ipso fuit elevata ad cognitiones vere cęlestes, communicatiq; eidem sunt altissimi conceptus de proprietatibus ipsius Verbi divini, quas mirabiliter nocte ista explicuit sermonibus suis. Denique nocte ultima fuit probata à Patre æterno in dimissione suæ voluntatis: & propterea abstracta à sensibus, cum affectu devotionis & spiritus incredibilis, ostendebat quod totam se resignaret conformaretque voluntati Patris æterni. Postea sublevata fuit ad cælestes intelligentias, cœpitque cum Patre æterno sermocinari

Pars 5 habet raptus trium noctium.

quibus fuit probata à Spiritu sancto,

F

à Verbo,

& à Patre æterno.

EX ITAL. VINCEN. PUCCINI.

in forma dialogi, nunc in hujus, nunc in sua ipsius persona loquendo, & interea explicando doctrinas mirabiles & conceptus, quos dici nequeat, aliâ quam Spiritus sancti operâ, per divinam communicationem fuisse dictatos.

Ejus verba quo modo tunc descripta,

238 Hæ autem probationes & ratiocinationes, explicatæ à devota Matre spatio trium noctium, argumentum sunt hujus quintæ Partis; sunt autem, sicuti supra indicatum est (interim dum ipsa in ecstasi posita nihil eorum, quæ circa se ab aliis agebantur, sciret vel percıperet) diligentissime descriptæ ipsismet piæ Matris verbis, à Sororibus ad hoc intentis semperque ei præsentibus: quod si aliquando, propter vehementiam & celeritatem sermonis, una sola nequiret scribendo cuncta & singula assequi, supplebat alia eodem tempore, & sic id in quo deficiebat una reparabat altera. Adeo ut labore constanti Matrum monasterii, ex variis scripturis compilati insimul fuerint discursus devoti Sor. Mariæ Magdalenæ. Ipsæ autem ad hoc stimulabantur per obedientiam Confessariorum suorum, solicitorum ne perirent tam nobiles intelligentiæ, & tam sublimium doctrinarum opes, quas permittebat suprema Majestas per suam dilectam famulam revelari.

B

Pars 6 continet reliqua documenta,

239 Sextæ Partis argumentum aliud non est, quã reliquiæ earum intelligentiarum, quæ visæ fuerunt opportunius inserendæ his additamentis ad Vitam Sor. Mariæ Magdalenæ. Circa quas & modum quo sunt exceptæ, descriptæ, collectæ, revocanda in memoriam sunt, quæ jam ante Partes priores monuimus; atque hic solum addendum occurrit, quod nonnumquam tanta erat Spiritus in ea loquentis vehementia, ut quantumcumque agiles ad scribendum, & ad mutuos defectus supplendos intentæ Sorores, cogerentur multa prætermittere ad rei substantiam pertinentia. Inde contigit in prædictis scripturis relinqui materias aliquas sic interruptas, ut ex iis aliquis contextus ordinatus formari nequiverit: de quibus proinde nihil potuit ad prælum dari. Sciendum est insuper, prætermissas esse scripturas quasdam, per modum epistolarum dictatas à sancta Matre in ecstasim rapta, secundum lumen quod Spiritus sanctus eidem tunc communicabat: directæ sunt autem ad præcipuos aliquot Prælatos Ecclesiæ & personas religiosas: quæ etiam ipsæ in unum volumen diligenter collectæ à Sanctimonialibus, & penes eas asservatæ, fortassis aliquando in lucem dabuntur, si quidem id Deo placitum fuerit.

cur omissa aliqua,

sicut & epistola ejus.

C

340 *Nunc Titulos accipe.*

CAPVT I. Contemplatur Sor. Maria Magdalena totam Vitam Jesu Christi, & ex singulis actionibus ejus deducit mirabiles sensus.

II. Intelligit à Jesu benedicto, quod velit ei indulgere participationem totius sacratissimæ passionis: quam consequenter meditando exprimit pulchros atque devotos sensus, & in omni mysterio graves dolores sustinet.

III. Dantur ei à Patre æterno monita quædam, in ordine ad recipiendum apparatius & dignius sanctissimum Sacramentũ; cum quo deinde pie colloquens, intelligit operationes Verbi incarnati post suam glorificationem in sinu Patris; & quomodo primum descenderit ad Limbum, pro liberandis inde animabus sanctorum Patrum antiquorum.

241 ***Porro ad certiorem fidem prædictorum omnium faciendam, Auctor non tantum curavit omnia denuo authenticanda testimonio Sanctimonialium, rebus singulis cum gerebantur præsentium. coram prænominato*** Petro Nicolai, Vicario Generali Florentino, ***idem iterum confirmante per suæ manus subscriptionem die*** VI ***Aprilis*** MDCX; ***sed obtinuit etiam ad eadem typis vulganda Archiepiscopalem facultatem, figillatim pro singulis quatuor ultimis Partibus, paulo aliter expressam quam factum fuerat in duabus primis. Nam ad has requisitus solum fuerat consensus Reverendissimi Vicarii prænominati,*** & R. P. Fr. Alexandri Ferrini Florentini, Vicarii Generalis sacræ Inquisitionis; ***quorum prior commiserat operis revidendi curam*** adm. Rev. Domino Francisco Bonciano Archidiacono Florentino; ***posterior sententiam petiit*** P. Emmanuelis Ximenez Societatis Jesu, ***tamquam*** Consultoris sacri Officii; ***& ex horum approbatione uterque anno*** MDCVIII ***mense Ianuario expediverat licentiam imprimẽdi. Pro quatuor autem Partibus ultimis recursum est immediate ad ipsum*** Archiepiscopum, Alexandrum de Medices, ***qui recognitionem tertiæ, quintæque, ac sextæ Partis commisit*** P. Claudio Seripando Societatis Jesu; ***quartæ vero, prædicto*** P. Emmanueli Ximenez. ***Ad eumdem effectum nomine sacri Officii, pro omnibus quatuor Partibus,*** per adm. Rev. P. Fr. Cornelium Florentinum Inquisitorem, ***deputatus est*** P. Ignatius del Nente Dominicanus, Lector Theologiæ ad S. Marcum; ***qui testatus fuit,*** opus ***esse*** purissimum ac vere ecstaticum, unde lector discat cognoscere veritatem & amplecti virtutem. D

Quomodo prædicta omnia rite fuerint approbata,

242 ***Prænominatus porro*** P. Claudius Seripandus, ***scripsit paulo prolixius ante Partem*** III, die VIII Martii anno MDCIX, ***in hæc verba,*** inveni ***eam*** cumulatam altissimis doctrinis, & admirabilibus divinarum rerum intelligentiis; ut aliud dicere nequeam, quam, DIGITUS DEI HIC EST. Est enim opus Spiritus sancti, qui animabus perpurgatis ita sese communicat, ut momento temporis discant, quod annis multis non potuissent comprehendi in scholis. Itaque imprimendum librum censeo, maxime, quia adjunguntur declarationes aliquæ de modo loquendi benedictæ istius animæ, per quas ejus altissimi conceptus & lumina melius intelligantur à personis minus eruditis, lecturis eumdem librum. ***Quintæ denique Sextæque Partis approbationem,*** XVI Septembris anni MDCX, ***sic scripsit idem P. Seripandus:*** Inveni tam plenas doctrina, non solum sublimi, sed etiam utili animabus, desiderantibus & sitientibus amorem divinum, ut (quemadmodum dixi ante aliam Partem, jussu Illustrissimæ suæ Dominationis aliàs à me recognitam) agnoscam in rebus omnibus, ad hanc Sanctam animam pertinentibus, speciales favores ac lumina Spiritus sancti; cui placuit ipsi infundere thesauros gratiæ suæ, eamque participem facere illius lucis, qua instructi piscatores, ignorantes ac rudes, facti sunt magistri totius mundi. E

ac nominatim à P. Claudio Seripando S.I.

F

OPERA

S. MARIÆ MAGD. DE PAZZIS

Præfatio Collectoris.

243 *Etsi ipsa scripserit nihil,*

MIraberis, Lector, titulum Libri, quia numquam audiveris, nostram B. Mariam Magdalenam de Pazzis, licet theatrum ipsa fuerit stupendorum Dei operum, librum vel tractatus aliquos spirituales composuisse: sed mirari desines, cum intellexeris consilium meum, teque de nonnullis præmonuero, uti facere aggredior. Fuit à D. Vincentio Puccini, Gubernatore & Confessario Venerabilis monasterii S. Mariæ Angelorum Florentiæ, in quo vixit & obiit nostra Beata, non solum Vita ipsius diligentissime scripta; sed etiam à pluribus Sanctimonialibus, eodem jubente, minutissime notatum, quidquid eidem Beatæ contigit circa raptus & ecstases; quæ, præterquam quod innumeræ propemodum exti-

ex ejus tamen ore acepta sunt,

A extiterint, fuerunt etiam maxime admirabiles ac inauditæ; continentque doctrinas, perquam ſublimes & copioſas, unde longiſſimis Tractatibus ſcribendis haberi materia poſſit. Verum, cum eæ ſic ſcripto exciperentur, quomodo indies occurrebant, manſit materies omnis indiviſa indigeſtaque; cum juſto dolore perſonarum devotarum, quæ gratum haberent ipſas illas doctrinas inſimul junctas coordinataſque reperire, ad hauriendum inde commodius fructum, quem tanta earumdem ſublimitas profunditaſque pollicentur.

244 Hunc ego laborem, non exiguum ſane, mihi ſumpſi, reſciſſa omni hiſtorica narratione, colligendo ea ſola, quæ intellectum inſtruunt, atque in partes quinque diſtribuendo. In Prima collocavi ſublimes ac devotiſſimas contemplationes, quas habuit Sancta circa myſteria fidei noſtræ; in Secunda, doctrinas morales ſupra virtutes varias, præſertim ſtatum religioſum concernētes; in Tertia, diverſos ac plurimos ejus ſenſus ad aliqua Euangeliorum ac Scripturarum loca, apta moribus dirigendis; in Quarta, plures altiſſimaſque conſiderationes, circa Divinas Perfectiones; in Quinta, velut pretioſa cæleſtis doctrinæ fragmenta colligam, devotiſſimas quaſdam ejuſdem Beatæ Exclamationes. Sacrilegum autem exiſtimavi verbum vel unicum de meo adjungere: quidquid enim hoc in libro leges, ſumptum eſt ex grandi volumine, quod ſcripſit Puccinus prædictus; & in margine accurate notantur loca, unde eorum quodlibet acceptum fuit. Sed nec idioma alteravi uſpiam, niſi in paucis quibuſdam vocabulis, ita Florentinæ civitati propriis, ut alibi facile intelligenda non ſint: quæ tamen pauca & rariſſima ſunt.

quæ hic colliguntur,

B *diviſa in 5 partes,*

245 Quamquam autem talem inſtituerim dictorum doctrinarumque Beatæ partitionem, non tamen potui ſic dividere materias, quin aliquando (licet haud frequenter) mixtim procedant: ita v. g. inter contemplationes divinarum perfectionum continget inveniri documenta moralia, & inter hęc notitias quaſdam ſublimiores Divinitatis: ſed hæc uti ab ipſa Beata fuerunt gratioſe ſic dicta factaque, ita non poterunt diſplicere. Denique ut meus tibi labor gratior accidat, magiſque reverearis doctrinam; ſcito nihil in hoc libro contineri niſi quod Beata dixit, rapta in Deum atque extra uſum ſenſuum poſita, omnia proinde cæleſtis eſſe doctrinæ: quin etiam ſæpe per os Sanctæ loqui ipſum Deum in propria perſona. Magna igitur cum humilitate cordis ad legendum te præpara (hanc enim diſpoſitionem doctrina cæleſtis, ut intelligatur, requirit) neque metiri velis divinæ altitudinem ſapientiæ, & eminentiam bonitatis, cum abjectione humana. Nam leges profundiſſimas res, & miraberis quomodo à virgine ætatis non magnæ (ſiquidem in flore juventutis obiit) tanta ſublimitas divinæ ſcientiæ intelligi potuerit, & referri verbis. Verum ubi Spiritus ſanctus magiſter eſt, nulla tam excelſa eſt doctrina, quæ non facile comprehendatur.

verbis iiſdem, quibus prolata ſunt,

inter divina ejus extaſes;

C

246 *Hactenus Laurentius Maria Brancaccius, operis Collector, Lectorem inſtruens. Hunc tamen ne monitum ultimum offenderet, præmuniendum ille cenſuit Monitiuncula nova, altera in pagina aliiſque typis ſic ſubjecta:* Inſuper monendus mihi, Lector, es, hoc in libro ceteris Beatæ revelationibus paucas aliquas inſertas reperiri, quæ tangant argumenta in ſcholis Theologicis ſolita controverti, adeoque adverſentur nonnullorum Doctorum opinionibus, ſicuti ab aliis haud minus celebribus approbantur. Nihil hoc te offendat: revelationes enim particulares, quales hoc in libro continentur, ſicuti rem revelatam non trahunt ultra limites atque confinia probabilitatis, nec aliam ipſis certitudinem conferunt quam eſt probabilium opinionum; ita nec contrariis opinionibus ſuam probabilitatem tollunt, aut ipſis quidquam præjudicant. Hic communis Theologorum eſt ſenſus. Securus ergo lege, fructum cape, & vive feliciter. *Fuit autem ipſe Brancaccius ſacræ Theologiæ Magiſter, proinde hæc ejus Admonitio, communi Theologorum innixa ſenſui, vehementer favet concluſioni, in favorem hiſtoricorum, contra quoſdam plus æquo in ſeveros, per ſubſequens Parergon formandæ; cum res Theologica tanto altioris ordinis quam hiſtoricæ ſint, & à minori ad majus validum ſemper ducatur argumentum. Quia porro hic placet, collectu in unum libri titulis, operis Synopſim eam ſubjungere, quæ adjunctas ſibi alio charactere habeas locorum ſingulorum citationes; in iiſque video non ſolum* Partes, *in quas dividitur opus Puccini, ſed ſubinde etiam* Libros *notari; addere hic velim, utramque vocem idem denotare Brancaccio, quem, in hoc ſibi ipſi (neſcio qua de cauſa) diſformem, præſumo corrigere, & ubique* P, *id eſt* Partem *ſcribere. Huic litteræ alibi quidem jungetur littera* C, *notatura* Caput; *quando autem citanda Pars* 3, *aut* 5 *erit, uſurpabo litteras* d & n, *quia partes illæ non in* Capita, *ſed in* Dies Nocteſque *dividuntur, ſicut videre eſt num.* 334.

quarum tamen auctoritas, ut privata eſt,

ita non officit contrariæ probabili ſententiæ:

ſunt autem omnia ex opere Puccini notatis in margine locis.

D

SYNOPSIS OPERUM.

E

PARS I. De Contemplationibus, ſuper myſteriis principalibus noſtræ fidei, & de vita, paſſione, reſurrectione Chriſti, adventu Spiritus ſancti, &c.

CAP. I. Comparat opera creationis operationibus Animæ; eaque myſtice exponens, elicit varia puncta & gradus perfectionis. *Majoris Vitæ Parte* 3, *nocte* 7.

II. Proſequitur eamdem materiam, tractando in particulari de creatione hominis, aliisque operibus veteris Teſtamenti, quæ applicat modo ei quo utitur Deus in Animabus ad perfectionem adducendis. *Ibid.*

III. Applicat operationes Verbi incarnati, ab ipſa Incarnatione uſque ad Paſſionem, ei quod Deus operatur in Anima. *Ibid.*

IV. De operationibus Verbi incarnati à Paſſione uſque ad Aſcenſionem; quas myſtice exponens, docet quomodo eas imitari debeamus: ubi etiam demonſtrat, Animam eſſe epitomen operum divinorum. P. 3. d. 8.

V. De unitate Eſſentiæ & Trinitatis divinarum Perſonarum, utrumque applicando myſtice Animabus. *Ibid.*

F

VI. Proſequitur eamdem materiam, altiſſime applicando Animæ ejuſque potentiis mirabilia ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis atque operationum ejus. P. 3 n. 8.

VII. Poſtquam ſublimiter ratiocinata eſt de pretio Veritatis, tractat hæc verba Chriſti, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra*, applicando ea Animæ; atque concludit in deſponſatione, quam facit Chriſtus cum Animabus; deque renovatione Votorum, quam laudat velut utiliſſimam ad perfectionem. *Ibid.*

VII. Incipit contemplari myſteria totius vitæ Chriſti, eliciendo aliqua documenta moralia perquam utilia ad perfectionem, ab Incarnatione uſque ad fugam in Ægyptum. P. 6 c. 1.

IX. A Fuga uſque ad Baptiſmum. *Ibid.*

X. A Baptiſmo uſque ad Miſſionem Diſcipulorum. *Ibid.*

XI. De inſtitutione ſanctiſſ. Sacramenti. *Ibid.*

XII De vale dicto ſanctiſſimæ Matri. P. 6 c. 2.

XIII. De verbis Chriſti ad Patrem, ante initium Paſſionis, *Clarifica me Pater &c.* ubi intelligit altiſſima myſteria & devotiſſime contemplatur. *Ibid.*

XIV. De oratione in horto. *Ibid.*

A xv. De captivitate Salvatoris, & præſentatione ad varia tribunalia. *P. 6, c. 1 & 2.*

xvi. De flagellatione Chriſti. *Ibid.*

xvii. De ſpinea corona. *P. 6, c. 1 & P. 2 c. 7.*

xviii. De reliqua paſſione. *P. 6. c. 2.*

xix. De Chriſti refixione & ſepultura loquitur in perſona Virginis. *P. 2, c. 8.*

xx. De reſurrectione Salvatoris. *Ibid,*

xxi. Inſtruitur à Patre æterno, de eo quod egit Chriſti anima ſeparata à corpore, & de virtute ſanguinis Dominici. *P. 6 c. 3.*

xxii. Pulchri, devoti, & altiſſimi ſenſus, quos inveniebat. *Ibid.*

xxiii. Proſequitur eamdem materiam, facitque eam Pater æternus intelligere operationes admirandas Verbi, poſt mundi redemptionem. *Ibid,*

xxiv. Proſequitur id ipſum, ſimulque à Patre æterno indicantur ei varii ac mirabiles Verbi & Patris reſpectus ad invicem; tractat autē ipſa ſublimiter de puritate divina. *Ibid.*

xxv. Quomodo Verbum divinū denuo univerit animæ ſantisſimam carnem, & Limbum viſitaverit. *Ibid.*

B xxvi. De aſcenſione Salvatoris. *P. 2, c. 10.*

xxvii. De cauſis adventus Spiritus ſancti, mirandiſque ejus effectibus. *P. 3, d. 1 & n. 1.*

xxviii. Continuatur eadem materia, eodem ſublimiſſimo ſtylo. *Ibid.*

xxix. De mirabilibus operationibus Spiritus ſancti in Animabus, quibus ſeſe infundit. *P. 3, d. 3.*

xxx. Inſtruitur Beata ab ipſo æterno Verbo, de iis quæ impediunt effectus Spiritus ſancti: tractat etiam de eo quod divinus hic Spiritus operatur in variis Animabus. *P. 3, n. 1.*

xxxi. Format devotiſſimum parallelum inter ventrem puriſſimæ Virginis atque Crucem: & oſtendit, quomodo Virgo exhibuerit Verbo incarnato amoroſa obſequia, oppoſita injuriis ac pœnis quas tulit in ſua Paſſione. *P. 4, c. 26.*

xxxii. Conſiderationes de Aſſumptione ſanctiſſimæ Virginis, directæ ad morum reformationem. *P. 2, c. 14.*

xxxiii. Appendix ad meditationes & contemplationes de myſteriis vitæ Chriſti, myſtice explicatis ad morum correctionem, ab Incarnatione uſque ad lotionem pedum. *P. 5, n. 1.*

xxxiv. A lotione Pedum uſque ad finem . . . . . .

C PARS II. Doctrinæ morales circa perfectionem religioſam.

Cap. i. Quomodo Verbum incarnatum ſit ſpeculum ejus quod imitari debemus. *P. 4, c. 18.*

ii. Quomodo idem ſit liber diverſarum cogitationum: fitque pulchra comparatio inter Cælum & Religionem. *Ibid.*

iii. Videt Religionem in forma pulcherrimæ Virginis, unde docet quid agere debeat Religioſus, primo loquens in perſona ipſius Religionis, deinde in propria. *P. 2, c. 15.*

iv. Novem regulæ à Religioſis obſervandæ. *P. 4, c. 22.*

v. De quibuſdam virtutibus Religioſo neceſſariis, puta ſimplicitate, obedientia, caritate; nec recipiendum quempiam niſi vero ſpiritu Religionis adductum; unde facit digreſſionem ad latus Chriſti. *P. 4, c. 23.*

vi. Qualiter per obſervationem trium Votorum eatur in cælum; & quantum ii, qui obligantur per ejuſmodi vias ambulare, infeliciter devient. Deſcribit myſticam fabricam & convivium divini Amoris, quod exhibetur Animabus Chriſto deſponſis. *P. 4, c. 27.*

vii. De regulis ad acquirendam perfectionem, & duobus modis monſtrandæ Deo gratitudinis pro receptis beneficiis. Agit etiam de aliquibus modis multum proficiendi in obedientia, & de gratiis quæ per hanc obtinentur à Deo. *P. 4, c. 30.* D

viii. Alia documenta ad Vota Religioſorum ſpectantia, & doctrinam maximi momenti complectentia. *P. 4, c. 31.*

ix. Alia circa perfectionem religioſam valde notabilia, quibus totus illius progreſſus continetur. *P. 4, c. 32.*

x. Videt conflictum Humilitatis & Vanæ-gloriæ, & illuminatur à S. Catharina ad eum intelligendum. *P. 4, c. 33.*

xi. Sancta eadem docet Beatam, quomodo debeat habere Humilitatem, matrem, ſponſam, & ſororem. *Ibid.*

xii. Eadem Sancta monſtrat confligentes inter ſe Caritatem & Amorem proprium. *Ibid.*

xiii. Amor Dei & proximi cum Amore ſenſuali certat. *Ibid.*

xiv. SS. Angelus & Ignatius de Loyola docent ipſam virtutes Humilitatis & Paupertatis. *P. 2, c. 12.*

xv. De quatuor rebus, neceſſariis ad puritatem acquirendam, primum ab ipſomet Salvatore inſtruitur; deinde in propria perſona agit de pretio & effectibus ejuſdem puritatis. *P. 2. c. 9.* E

xvi. De humilitate, puritate, & amore. Comparatur Anima pura flumini: & fit digreſſio ad puritatem ſanctiſſimæ Virginis & Chriſti Domini, in feſto S. Joannis Euangeliſtæ. *P. 4, c. 10, 11 & 6.*

Appendix reſumit tractatum de humilitate, paupertate, caritate & oratione, in quadam viſione quam habuit beata Mater de gloria S. Didaci in feſto Canonizationis ejus. *P. 4, c. 6.*

xviii. Quinque petitiones, faciendæ Deo pro conſervatione Ordinum Religioſorum: intelligit autem, ſub ſimilitudine fructuum variorum, varios ſtatus Religionis. *P. 4, c. 13 & 14.*

xvii. De prudentia terrena mundi & vera ſervorum Dei; item de ſuperbia aliiſque vitiis, ac remediis ipſorum. *P. 4, c. 18 & 19.*

xix. De vitiis quæ ſolent ordinarie inveniri in Religionibus, atque de remediis ipſorum; deque ſimplicitate & puritate, atque impedimentis iſtarum virtutum. *P. 4, c. 19 & 21.*

xx. Præparatio Beatæ in adventum Spiritus ſancti. *P. 4, c. 16.*

xxi. Præparatio ad S. Communionem, præſcripta à Patre æterno. *P. 6, c. 3.* F

xxii. Exercitia ſpiritualia Beatæ pro quovis tempore matutino. *P. 2, c. 16.*

xxiii Actus humiliationis & amoris Dei, à Beata exerciti. *P. 2, c. 17 & 18.*

xxiv. Viginti Regulæ, datæ à Domino Beatæ, ad obtinendam ſanctitatem. *P. 1, c. 10.*

Pars III. Contemplationes & ſenſus devotiſſimi atque ſublimes, ſupra quædam Euangeliorum & Scripturarum aliarum loca.

Cap. i. Super hæc verba Pſalmi xli, *Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum*, tractat de incomparabili ſiti, qua Chriſtus noſtram ſalutem deſideravit. *P. 2, c. 11.*

ii. In hæc verba Euangelii, *Si quis diligit me ſermonem meum ſervabit*, ſublimiter diſcurrit de efficacia verbi Dei, primo in perſona propria, tum Patris æterni; ubi etiam excellenter tractat de incarnatione ſecundæ Perſonæ, & variis ſtatibus ſervorum Dei. *P. 3, d. 2.*

iii. Ad hæc Ioannis, *Pacem meam do vobis*, diſcurrit in perſona Patris æterni ſublimiter de divina pace, & ea quam dedit Verbum ſanctiſſimæ Virgini, Angeliſque & toti humano generi; deque effectibus Incarnationis. *Ibid.*

iv.

A iv. Super eadem verba, tractat de pace quam dedit Dominus, diversâ ab ea quam dat Mundus, deque effectibus Spiritus sancti. *Ibid.*

v. Admirandi sensus super verba Euangelii, *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem* deque effectibus gratiæ in Anima & operationibus Verbi. P.1, n.2.

vi. Super hæc Apocalypseos, *Ecce nova facio omnia*, de mirandis Dei effectibus in omni creatura rationali, tam cælesti quam terrestri; & specialiter de effectibus respectuum Verbi in Animabus justis. P.3, d.3.

vii. Super istud Euangelii, *Qui non intrat per ostium in ovile ovium &c.* de variis Christi ovilibus, & quomodo ejus sacratissima vulnera sint ostium, per quæ intratur ad Patrem & ad cor Filii: quantaque bona nobis per Christum obveniant. P.3, n.2.

viii. Prosecutio ejusdem argumenti, de variis pascuis Verbi divini, intra ejus sacras plagas requirendis; deque commodis Incarnationis. *Ibid.*

ix. In hæc verba, *Ego sum pastor bonus*, pulcherrimos sensus percipit; & officia pastoris adaptat operationibus Verbi in Animabus. P.4, c.1.

B x. Exponit istud Psalmi, *Confessio & pulchritudo in conspectu ejus*: tractat de conditionibus sub quibus debemus confiteri Deo, de divina pulchritudine, deque iis rebus quæ animas nostras in conspectu ejus formosas reddunt. P.4, c.2.

xi. Declarat locum Euangelii, *Vado parare vobis locum &c.* & docet quomodo Christus nobis paret modum acquirendi cælum; agit item de damnis superbiæ, & commodis animarum, P.4, c.1.

xii. Explicat Euangelium, *Simile est regnum cælorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo &c.* ubi per bonum semen, intelligit verbum Dei; & per zizania, amorem proprium. P.4, c.2.

xiii. Applicat hæc verba Christi in Cruce, *Consummatum est*, Animæ quæ recepit sanctissimum Sacramentum: & super hæc verba Psalmi, *Visitasti terram & inebriasti eam*, agit de inebriatione divini Amoris. P.4, c.4.

xiv. De tribus gradibus quibus ascenditur ad latus Christi, humilitate scilicet, justitia, & amore; de quibus virtutibus præclara dicit, explicans hæc verba caritatis, *Introduxit me in cellam vinariam.* P.4. c.5.

xv. Comparat bonos Religiosos Innocentibus, in puritate & martyrio, super hæc verba quæ canit Ecclesia in festo Innocentium, *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati &c.* P.1, c.9.

C xvi. Super alia verba, quæ canit Ecclesia in festo S. Agnetis, *Quem cum tetigero casta sum &c.* docet quomodo gustus sensusque Divinitatis faciant Animas robustas & invictas. P.4 c.15.

PARS IV. Contemplationes profundissimæ supra perfectiones Divinas.

CAP. i. De natura Veritatis divinæ, ipsoque Deo & Verbo incarnato, sub symbolo maris; discurrit etiam de conditionibus Amoris divini, & variis modis quærendi Deum. P 3, d.3.

ii. Incipit tractare de variis proprietatibus Verbi divini, sub diversis symbolis, eliciendo inde doctrinas morales magnæ utilitatis. P.5, n.2.

iii. De aliis proprietatibus Verbi, ac sigillatim de scientia & potentia. *Ibid.*

iv. De æternitate & impassibilitate Verbi, stylo eodem. *Ibid.*

v. Terminat hunc tractatum cum octava & nona proprietate Verbi, unione scilicet & communicatione, de quibus altissime & utilissime agit. *Ibid.*

vi. Edocetur à Patre æterno per longissimum colloquium de multis secretis divinis, ac primo quomodo Deus miserit Filium in mundum ad docendum veritatem, & quomodo amor proprius impediat receptionem doctrinæ divinæ. P.5, n.1. D

vii. Quomodo, per victoriam amoris proprii & per sinceritatem, Anima fiat capax (quantum quidem ratio creaturæ patitur) æqualitatis divinæ. *Ibid.*

viii. Docet eam Pater æternus, in quo consistat æqualitas divinarum Personarum, & quomodo per studium religiosæ paupertatis faciamus obsequium Deo: ostenditque ardens desiderium ut in pectora fidelium infundat caritatem. *Ibid.*

x. Declarat illi Pater æternus pretium & virtutem caritatis divinæ, & quinam ei recipiendæ inepti se reddant. *Ibid.*

x. Explicat ei Pater æternus divitias suæ divinæ misericordiæ, agitque de divina veritate & sapientia, docens quinam oderint ipsam veritatem. *Ibid.*

xi. Intelligit ex ipso Deo grandia bona & fructus pacis. *Ibid.*

xii. De justitiâ divinâ, exercitâ in Christo: ac primo super illa verba, *Consummatum est*, revelantur ei magna documenta secretaque divina, præsertim quomodo Deus semper ostenderit tantum se amare genus humanum, quia Verbum ex eo sumpturum erat carnem: & quomodo ipsum Verbum perfecte satisfecerit divinæ justitiæ, & ad quanto majorem gloriam per hoc elevetur homo.

xiii. Intelligit & explicat res perquam sublimes E de communicatione beatissimæ Trinitatis, & complacentia divinarum Personarum in se & creaturis. *Ibid.*

xiv Quam gratæ sint divinæ Majestati laudes, quas ei dant justi; & qualiter diversimode illa ab homine laudetur. *Ibid.*

xv. Docet eam Pater æternus, quomodo Christus sit via; & quinam per eamdem ambulent, qui currant, qui volent. *Ibid.*

xvi. Qualiter mediū offendendi inimicum infernalem, seque ipsum defendendi, sit cognitio sui ipsius atque Dei: & ipsa Beata hanc doctrinam reducit in praxim, agnoscendo suam humilitatem, & altissime discurrendo de perfectionibus Dei. *Ibid.*

xvii. De prudentia, quam Deus communicat Animæ, dando ei gratiam abnegandi seipsam: deque fidelissima infidelitate, id est, cognitione Dei tam certa, ut videatur fides non esse. *Ibid.*

xviii. Divinis doctrinis instruit eam æternus Pater, de diuitiis voluntariæ paupertatis. *Ibid.*

xix. De variis effectibus divinæ gratiæ, quam nobis Christus promeruit. *Ibid.*

xx. De suavibus osculis, quibus cælestis Sponsus diffuaviatur Animam, id est osculis pacis & unionis. F P.4, c.12.

xxi. Primò in persona Verbi, ac deinde in propria agit de malitia hominum, quantum eâ provocetur indignatio Dei, & qualiter placetur. *Ibid.*

xxii. Datur ei intelligendus, in ipso festo Nativitatis sanctissimæ Virginis, Amor divinus, sub similitudine pretiosi liquoris: agitque de effectibus ejusdem Amoris, & mediis ipsum acquirendi: retegit autem multas subtilitates amoris proprii. P.4, c.28.

xxiii. De variis modis, quibus Deus sese unit Animæ. P.3, d.4.

xxiv. Sub symbolo duodecim canalium sermocinatur de variis operationibus Verbi, partim in persona Patris æterni, partim in propria. *Ibid.*

xxv. Exponit easdem opiniones anagogice, in quantum significant id quod agitur in cælo. *Ibid.*

xxvi. Quomodo Christus sit Agnus & Pastor: & qualiter Animæ justæ idem competat, respectu ipsius-met Christi. P.3, n.5.

xxvii. De quinq; gradibus veluti gratitudinis Dei erga Creaturā, & totidē aliis Creaturę erga Deū. *Ibid.*

A

XXVIII. De amore, quem erga homines gerunt & communicant Angeli. *Ibid.*

XXIX. Sub ſymbolo diverſarum arborum, tractat de operationibus & communicationibus Divinis erga hominem. P.3 d 6.

XXX. De diverſis ſpeciebus amoris, quas beati Spiritus impetrant hominibus, præſertim Prophetis & Virginibus ſacris. *Ibid.*

XXXI. Comparat operationes Chriſti in cruce, cum iis quas exercuit in utero Sanctiſſimæ Virginis, quaſque exercet in ſinu Patris. P.3, d.7.

XXXII. De complacentia Dei in Anima, & Animæ in Deo. P 4, c.7 & 8.

PARS V. Fragmenta varia, veluti Exclamationes, perquam devotæ & aptæ excitare devotionem.

EXCLAM. I. Orat Beata Spiritum divinum, ut ſe non ſubtrahat Animabus noſtris; & æternum Patrem, ut ignoſcat culpis noſtris. P.4. c.20.

II. Facit divinæ Majeſtati varias oblationes omnium ſtatuum Eccleſiæ. P.4, c.24.

III. Orat Jeſum ut ſuum ſanctiſſimum Nomen inſculpat cordibus Sponſarum ſuarum. P.4, c.25.

IV. De mirabilibus ſanctiſſimi Sacramenti. *Ibid.*

B V. De modo quo Deus requieſcit in Anima juſta. *Ibid.*

VI. Quomodo Deus requieſcat in ſancta Eccleſia. *Ibid.*

VII. De pulchritudine Chriſti, Sponſi Animarum. P.4, c.28.

VIII. Quomodo latus Chriſti ſit fons ad ablutionem Animarum. *Ibid.*

IX. Qualiter omnia reperiantur in Chriſto: gratias agit Deo, & admiratur opera ejus. P.4, c.9.

X. Affectuoſi ſenſus, cum puero Jeſu, Virgine infantula, & Crucifixo. P.4, c.17.

XI. Qualiter Chriſtus ſit via, veritas, & vita. P.2, c.5.

XII De puritate ſanctiſſimæ Virginis, & mirabilibus Verbi divini. P.2, c.2.

XIII. De ſeptem verbis Chriſti. Offert ipſimet ſanguinem ejus, ſeque reſignat divinæ voluntati ad probationem, quam voluerit de ipſa ſumere. P.3, d.7.

adhuc decenni legitur num. 11 apparuiſſe cum leone S. Hieronymus, & leo qui cum S. Hieronymo fuerat apud ipſam tota nocte manſiſſe. *Concludam ergo hoc Parergo, in talibus nihil eſſe præſidii ad quæſtiones pure hiſtoricas, ſeu ſacra illa ſeu profana ſint, prudenter dirimendas: proinde nihil ipſius Sanctis detrahi, cum talium veritas, citra ullum ad ipſas reſpectum, vocatur in controverſiam, aliunde probanda vel infirmanda.* D

2 *Tales autem quæſtiones procul dubio ſunt ea, quibus inter Auctores diſceptatur, crucemne jam ante humi fixam probeque firmatam aſcenderit Chriſtus, ut ei affigeretur; an eidem ſuper humū ſtrata affixus prius, pariter deinde cum ipſa fuerit à militibus elevatus: item uno clavo pes ſimul uterque, an ſeorſim ſinguli ſingulis clavis confixi fuerint; aliaque ſimilia, qua libens prætereo, ut non egrediar circumſtantias, in eo quem ſupra legimus raptu notandas; ubi clare dicitur, quod Sancta* ſe extendit in terra, & brachia ſic porrexit, ut appareret quod ſe aptaret ſupra crucem; & quod configeretur ei pes uterque; deinde ſiniſtra, ac denique dextera; *& ſic* poſtea mirabiliter erecta, velut crucifixa, ad parietem ſtetit. *De pedibus autem, quod inſimul clavo uno figi eos ſibi fuerit in eodem raptu imaginata, clarius apparebit infra ex alio raptu, relato in Vita per Ceparium ſcripta num. 219, ubi Chriſti plagas totidem ait eſſe fornaces; & pedum plagam (tamquam unicam, quia unico clavo factam) primam appellat; ſecundam, ſiniſtra manus; tertiam, dextera; & quartam, ſacri lateris.* *tamquam cruce humo ſtrata factâ clavis tribus,* E

3 *Hoc vero quod, in ſecunda iſta Vita, Magdalena explicat, loquens in ſua propria perſona; id B. Baptiſta Verana (cujus revelationes explicabimus XXXI Maji) ex Chriſti ſibi loquentis ore, num. 58 ſic exprimit:* Fui confixus tribus clavis in cruce, ut tu etiam totidem crucifigereris, videlicet paupertate, obedientia, & caſtitate. *Et B. Gerandeſcha Piſana, cujus Vitam dabo* XXIX *Maji, num. 56, ſpectandi exhibentur pedes Chriſti, unico clavo perforati. Offertur inſuper nobis in eamdem ſententiam, cor illud admirabile B. Clara à Cruce, annis pluribus quam ſexaginta ante S. Birgittam, mortua in Montefalconis anno* MCCCVIII: *in quo diſciſſo inſtrumenta Paſſionis (divino indubie miraculo) expreſſa fuerunt, eo modo, quo ad ejus natalem* XVII *Auguſti, explicabitur, & hic in imagine videre licet.* *quem numerum etiā B. Baptiſta Verana notat* *& exprimit cor B. Clara de Monte Falconis.*

PARERGON

De Sanctarum ecſtaticarum, ſecundum ſpecies naturaliter præhabitas durante raptu quandoque motarum, dictis factiſque, ad hiſtoricarum quæſtionum deciſiones non transferendis.



Cum Clara pectus explicat.
Fulget Crucis myſterium.

B. M. Magdalena Crucifixionem exprimit

Odus quo ſe habuit Sancta, circa crucifixionis formam, expreſſam in raptu viginti ſex horarum, juxta narrata num. 184, quam eſt conformis noſtri avi picturis, tam eſt contrarius illis qua, velut à Deipara Diva Birgitta revelata, leguntur in libris Revelationum ejus, totius Eccleſia judicio approbatis poſt ſeverum examen graviſſimorum Theologorum. Explicandum igitur hoc loco mihi exiſtimo, quomodo raptus utriuſque Sancta, vere ſupernaturales ac divini in ſubſtantia fuerint, & tamen, ſecundum ſpecies naturaliter præhabitas in ſuis circumſtantiis regulati, potuerint involviſſe, non ſolum incertitudinis aliquid, ſed etiam erroris; quem amoliri quoniam nihil intererat finis à Spiritu ſancto intenti, fiverit Sanctas ſic agi & agere, ſicut extra raptum per ſe acta fuiſſent: hoc enim facturum ma promiſi die XX *Maji, ad vitam B. Columba Rectino, cui*

4 *Interim ex lib. 4 Revelationum S. Birgitta jam laudato, cap. 70, audi verba Deipara, paſſionem filii exponentis per ordinem, & crucifixionem hoc tenore:* Ecce malleus & quatuor clavi acuti in promptu ſunt .... erat autem crux fixa, & brachia ejus elevata, ita ut nodus crucis inter ſcapulas eſſet, nec ullum capiti reclinatorium crux præbebat, & tabula tituli utrique brachio ſuper caput eminenti affixa erat. Ad crucem igitur juſſus dorſum vertit; & manum poſtulatus, primo dexteram extendit; & inde alia manus, ad reliquum cornu non attingens, diſtenditur; & pedes ſimiliter ad foramina ſua diſtenduntur; cancellatique, *Brigitta in crucem adſcendiſſe Chriſtum ait,*

A latique, & quaſi infra à tibiis diſtincti, duobus clavis ad crucis ſtipitem per ſolidum os, ſicut & manus erant, configuntur.

5 *Libro autem 7 cap. 15, de viſione paßionis Domini quam vidit in Hieruſalem, in eccleſia ſancti ſepulcri, in capella Montis Calvariæ*; Dominus, *inquit*, ad me converſus, dixit: Attende tu, quia in iſto foramine petræ infixus fuit pes Crucis meæ, tempore paſſionis. Et ſtatim vidi, qualiter ibi crux ejus à Judæis figebatur, & firmabatur fortiter in foramine petræ montis cum lignis, confixis cum malleo validiſſime circumquaque, ut crux ſolidius ſtaret. Cum igitur crux ita ſolide confirmata eſſet ibidem, ſtatim adaptabantur tabulæ ligneæ in circuitu ſtipitis Crucis, per modum graduum, uſque ad locum ubi pedes ejus crucifigi debebant; ut poſſent per illos gradus tabularum, tam ipſe quam crucifixores, aſcendere, & ſuper tabulas illas aptiori modo ſtare ad crucifigendum eum. Poſt hoc autem aſcenderunt illi per illos gradus, ducentes eum cum irriſione & vituperio maximo. Qui gratanter aſcendens ..... cum eſſet jam ſuper tabulas illas, non coactus, ſed ſtatim voluntarie, extendit brachium ſuum, & aperta ſua dextera manu poſuit eam in cruce; quam illi ſævi

B tortores immaniter crucifixerunt, perforantes eam clavo per illam partem qua os ſolidius erat. Tunc etiam trahentes cum fune vehementer manum ejus ſiniſtram, cruci affixerunt eam ſimili modo. Deinde extenſo corpore ultra modum, junctos pedes affixerunt in cruce duobus clavis: & in tantum extenderunt illa glorioſa membra in cruce tamque vehementer, quod quaſi omnes venæ & nervi ejus rumpebantur.

eidemque formam habenti furcatam,

quatuor clavis eſſe affixum.

6 *His conſonant quæ habentur, ut à Deipara dicta S. Birgittæ, lib. 1 cap. 10: in quem locum Conſalvus Durantus, Epiſcopus Feretranus, erudite probat quatuor omnino clavis crucifixum Dominum fuiſſe: quam ſententiam pluribus expendit Iacobus Boſius in opere de Triumphanti Cruce lib. 1 cap. 15: ſed de tibiarum vel pedum ſupra ſe invicem decuſſatione ſuperius aſſerta, fatetur rem ſibi perquam difficilem eſſe conceptu. De modo quo crucifixus eſt Dominus nullum alteruter verbum habet, quo confirmet Birgittæ ſententiam; ſecundum ſe quidem & ſecluſo vulgaris opinionis præjudicio perquam veroſimilem, eo tamen mirandam magis, quod à nemine tam diſtincte antea traditus, non videatur Sanctæ fuiſſe objectus per præhabitas communiter ſpecies. Idem dixerim de forma crucis, non rectangula ✠, uti ex perpetua Eccleſiæ traditione videtur*

C *conſtare; non etiam ſimpliciter commiſſa, ut* T; *ſed furcata, ut* Y; *quod licet commodum ſit pro affigenda ſuperne tabula longa atque ut minimum quadrupedali, quali inſcriptum fuiſſe titulum ſciri poteſt ex eo quod Romæ ſupereſt illius fragmento; nemini tamen catenus in mentem venerat talem affirmare, neque ullus poſtea ſequi voluit.*

Vt facile hic eorum numerus,

ſta difficile probatur talu forma crucis.

Ex iſta vero contrarietate apparet,

7 *Ego in iſtis omnibus nullam partem probare aut reprobare præ aliis intendo: unum dico, ſi iſta omnia fuerint acta, dicta, viſa in verâ ac ſupernaturali ecſtaſi (uti abſque ipſarum partium gravi injuria nequit dubitari) profecto jam conſtat, ex ipſa ſententiarum tam contrariarum incompatibilitate, quod etiam talibus multum interveniat à natura, divinitus non impedita quo minus ſecundum præhabitas ſpecies agat. Et hoc Virgilius Ceparius noſter, in ſequenti Vita num. 48, diſtincte ſic exponit:* Exceſſus amoris, *in quibus talia acta per Sanctam ipſe dixerat*, perquam diverſi erant ab ecſtaſibus matutinis. In his enim manebat quieta & immobilis, nihil videns, nihil ſentiens ..... ſed quando loquebatur aut reſpondebat in raptu, ſignum erat animam non eſſe totam retroactam; & quod concurrentibus ſpeciebus præhabitis movebatur phantaſia, per quam ſic loquebatur & diſcurrebat: phantaſia enim eſt quæ linguam ad loquendum movet. Amor etiam divinus cor ejus inflammans, & accenſos ſpiritus ad caput mittens, faciebat ipſam habere eas vires, quibus velut bene robuſta ac ſana ſurgebat de lecto, diſcurrebat per cellam, aliaſque actiones faciebat, ad quas ejuſmodi vires requiruntur; licet nec tunc quidem, cum movebatur & loquebatur, ſentiebat & reſpondebat, diſtraheretur à ſuo dilecto amore.

in tali raptu quadã proceſſiſſe ex præhabitis ſpeciebus,

AUCTORE D. P.

8 *Et hæc cum quadam proportione applicari debent etiam illi miraculoſæ efformationi inſtrumentorum paßionis Chriſti in corde* S. Claræ; *de qua Cornelius Curtius Auguſtinianus, in libello de Clavis Dominicis (quatuor autem fuiſſe, & rationibus, & auctoritatibus, & imaginibus multis probat)* Illa, *inquit*, Paſſionis totius imago ex pio ſanctæ Virginis phantaſmate generata eſt; ita ut in corde, quaſi tabula, venis quaſi lineamentis, omnia hæc ſimulacra cogitatio artificioſa deduceret; & ſanguine pro colorum requiſita varietate temperato, hoc miraculum depingeret. *Tunc ſubjungit, qui ſuis oculis omnia inſpexiſſe teſtatur, ejuſdem cujus Clara Ordinis ſcriptor præfatus:* An quia Diva illa talem de Crucifixo meditationem inſtituit, ſtatues talem quoque crucifixionem fuiſſe? Non arbitror, ſi ſenſu tantum communi non cares. Hæc inſtrumenta, non ad Chriſti Paſſionem demonſtrandam, ſed ad ferventem Claræ amorem poſteris de-

E clarandum celata ſunt. *Cur autem illa Clara phantaſmata, idem qui in ad miraculum uti dignatus eſt Deus, non etiam curavit aptare & corrigere ad normam ſibi notæ veritatis? Credo, quia id nihil ad ſpiritualem fructum, miraculo illo intentum, faciebat. Quinimo in Vita* S. Coletæ VI *Martii num.* 68 *obſervaſſe memini, Deum, humanæ curioſitatis inutilia ſæpe ſcrutinia declinantem, quandoque nolle ſic præhabitos errores tollere, niſi quatenus forte incommodant potiori quod ab ita errantibus requirit bono. Cum enim illa, eorum qui virginitatem coluerant Sanctorum amantior, S. Annam Deiparæ matrem vix aut numquam invocaret, quod pluribus ſucceßive viris nupſiſſe crederet; talem opinionem non modo non exemit Deus; ſed permittendo ut illi appareret S. Anna in glorioſo commitatu earum, quas ex priori marito filias fuiſſe multi præſertim ex Franciſcanis docebant, ſatis habuit eam ad ipſius quam coli volebat venerationem incitare ejuſmodi viſione; etſi id ipſa aliter poſſet accipere, ſicut defacto accepit; dedocta quidem errorem ſuum, quatenus devotioni oberat; in eodem tamen, quatenus ad bonum anima erat indifferens potius confirmata. Simili modo* S. Hieronymus, B. Columbæ (*ut ſupra dixi*) *non niſi* cum leone *adſtitit; licet hic acceptus ſit à S. Geraſimo, propter aliquam nominis affinitatem. Adeo enim invaluit vulgaris iſte error, ut jam non aliter pingi conſueverit Sanctus; opuſque habeat eidem ſe aptare, ſi velit abſque alio fui indicio (ex habitu comitatuque cognoſci. Et credo quod* S. Jacobus, *Hiſpaniarum Patronus, ſine peregrinationis inſignibus, manto, burdone, cucurbita, conchiliiſque per viſionem conſpectus alicui, non agnoſceretur citra novam revelationem. Nec tamen ſic apparentes Sancti dicendi ſunt approbare errorem ejus, qui ſibi perſuaderet, vel* Hieronymum *cum viveret ſic comitatum, vel* Jacobum *ſic indutum proceßiſſe. Gratis autem ſe torqueret, qui inveterato iſti, licet in errore fundato uſui reformando vellet importune inſiſtere, dum citra noxam pietatis tolerari poteſt: ſed præſtat explicationem aliquam non incongruam comminiſci, quæ, quod aliàs per errorem eſt cœptum, faciat cum veritate conſiſtere: uti ſit cum dicimus* S. Hieronymo *Leonem appingi, quia tamquam Leo contra hæreticos rugiat in ſcriptis ſuis;* S. Jacobo *ſua conchilia &c. ut intelligatur eſſe is, qui in Callaico littore, iſtis frequẽti, colitur peregrinatione celeberrimâ, ceteris adjunctis indicatâ.*

quibus etiã erroneis naturã potuit permiſiſſe Deus,

quando is error non officiebat intento per eum bono,

F

ant aliàs poterat aptãri veritati.

9 *Majoris momenti, & in re, quæ fidei proxima nunc eſſe pie creditur, præjudicii haud levis, eſt famoſa illa Appendicula, inter Orationes, ſub nomine* S. Catharinæ Senenſis *editas, ſubjuncta Orationi* XVI: *quam Appendiculam licet magna argumenta ſuadeant ipſius Sanctæ non eſſe.*

Agnoſcunt hoc in S. Catharina Senenſi,

AUCTORE D. P.

esse; pra reverentia tamen religiosissimorum virorum eam pro legitima sustinentium, ita recipiunt alii, ut negent quidquam ea effici posse contra fidem immaculata Conceptionis. Inter hos Ioannes Baptista de Lezana, Carmeliticorum auctorum ex recentioribus facile primus, in Apologetico ejusdem mysterii cap. 14. sic loquitur: Non ea, quæ in orationibus Sanctarum habentur, ipsis factas revelationes indicant; sed ea quæ vel ipsæ credunt, vel existimant ita esse. Quod idem de B. Catharina dici potest: nimirum, quod ab aliquibus edocta, Virginem sanctissimam originalem labem contraxisse existimaret. *Illuminatissimus autem circa ejusmodi P. Nicolaus Lancicius noster, planius respondet. Tom. 2 Opusculorum suorum pag.* 49: Si vere oratio illa fuit facta à S. Catharina, id eam dixisse, non Deo revelante, sed ex proprio spiritu & sensu, tamquam quæ fuit filia spiritualis Patrum Dominicanorum, à quibus hanc sententiam edocta fuerat. Sciendum autem est, *inquit*, quando personæ aliquæ piæ, abstractæ à sensibus, aliquid loquuntur, sæpe eas loqui ex proprio sensu, & aliquando hallucinari. Hoc nimis certum est, & scium talium rerum periti, & constat ex historiis ecclesiasticis authenticis; & ego possem nominare quasdam, ex Sedis Apostolicæ decretis relatas in numerum Sanctarum, quarum dicta & scripta in raptibus & ex raptibus derivata legi, magnis hallucinationibus respersa, ideoque non permissa imprimi. *Exempla deinde idem auctor ponit ex ipsis jam impressis S. Catharina pradicta Orationibus variis, qua videri apud ipsum possunt, Certe non aliud magis desperatâ ferme hoc seculo Roma fecit causam Venerab. Ioanna à Cruce, cujus inter Pratermissas meminimus III Maji, quam quod severioribus quibusdam Theologis omnino improbentur aliqua, in iis scriptis notata, qua tamen habentur excepta ab ejus discipula quadam, ad hoc ipsum officium literas edocta divinitus, cum eas aliàs ignoraret.*

qui circa Conceptionem Virginis hallucinatam fatentur,

idque sæpe contingere loquentibus in raptu.

B

Prinde non in magni faciendum

10 *In iis qua ex S. Maria Magdalena revelationibus Puccinus edidit, nihil hactenus notatum scio, quod displiceret Theologis: historicis tamen consultum hic oportuit, ne quis eos cogere velit, ut pari certitudine qua illa qua mores & fidem spectant, suntque omni acceptione dignissima, etiam alia amplectantur, quomodocumque istic invenienda, & certioris probationis egentia, quam sit persuasio & apprehensio vehemens quarumdã præjudicatarum opinionum. Tale est quod dicitur Magdalena in Vigilia S. Augustini, rapta cum esset, sic allocuta Verbum æternum.* Tuus servus & meus advocatus Augustinus te vocat antiquam & novam Veritatem. Id ipse dicit de te: sed ita dicam de ipsa . . . . . mea Sancta Regula. Est quippe mihi Veritas, quia præscribit mihi modum perveniendi ad te, veritatem infallibilem. Est Antiqua, quia fuit facta & ordinata sub lege antiqua ante tuam incarnationem: & quamvis nondum veneras in mundum, nihilo minus isti antiqui Patres vivebant in magna perfectione, illam magna cum exactudine servantes. Id faciebant in tuo lumine ô Verbum, expectantes cum ardentissimo desiderio tuum adventum in carne. Etiam est Nova, quia post tuum adventum fuit observata cum perfectione & rigore, & adhuc in hoc seculo reperiuntur, qui eam magna cum rectitudine & simplicitate custodiunt.

quod de sua Regula dicitur sic locuta Magdalena.

C

Creditur autem sic locuta,

11 *Libenter præsumpsero, hac, licet apud Puccinum aliosq; hactenus à me visos Vita scriptores non exstantia, uti afferuntur, ita legi in magnis illis quatuor voluminibus, de quibus num. 3. in Proœmio actum, & ex Italico Latine reddita fideliter esse. Quamvis enim ejusmodi præsumptioni non multum faveat illa libertas, qua Zelatores ardentiores pratensa antiquitatis usos dolemus in principalioribus quibusdam sui Ordinis monumentis; qua jam alias docuimus, nec prorsus diffiteri defensores eorum possunt, nonnullis locis studiose alterata interpolataque fuisse, si non integre suppositia aliquatenus tamen exceptione istiusmodi uti; nolo quarere, tur auctores Vita, satis feliciter colligentes loca, quibus suam Religiosi status æstimationem explicuit Sancta, istum adeo opportunum notare prætermiserint; nolo denique suspicari, loqui Sanctam de Regula scripta. Error hic quidem fuisset crassus & patens nobis, quibus constat hanc ab Alberto datam seculo* XIII; *sed qui æque facile cadere in Magdalenam potuit, seniorum suarum traditione qualicumque sic informatam, quasi ipse Elias talem Regulam discipulis suis dictaverit; quam potuit Carmelitis Italis persuaderi tempore S. Antonini, eoque seniori Philippi Bergomensis,* cappam ex Syrico cum quibusdam largis virgis, scilicet albis & griseis circulatam (*qui Ordini ex Syria in Europam transeunti peculiaris fuit*) *ab ipso gestatam* more Eliæ Prophetæ. *Fuerit Magdalena (quando sic vis) imaginata sibi antiquissimam Regulam aliquam, non scripto, sed simplici institutione vel exemplo traditam, qua ab Elia ad Christum, & inde usque ad tempora Alberti jugiter perseverans in Carmelo, ac demum in compendium scripto redacta sit. Numquam tamen apud prudentem historicum talis imaginatio persona quantumcumque Sancta, præsertim muliebris & historiarum ignara, efficere poterit, ut ista credat esse revelata divinitus; magis quã qua de maculata Deipara Conceptione elocuta fertur æque Sancta, Catharina Senensis: qua etiam hac verbis suis dicitur pondus addidisse hac clausula.* Tu scis, Domine, quia hæc est veritas; *cum ista simpliciter in suo loqueretur sensu, nihil addens quod sublimioris notitia fidem exigeret.*

D

& locuta de Regula aliqua non scripta,

sed non creditur ita locuta ex revelatione,

12 *Nihilo plus apud peritos rerum æstimatores valebit, si cubi forte Sancta Mater Theresia suos hortetur,* semper oculos conjicere in stirpem & propaginem Sanctorum illiorum Prophetarum *vel* Patrum, à qua *vel* à quibus descendisse *Carmelitas antiqua ipsorum persuasio fuit, propiorem verioremque originem ignotam habentium; & de eo ipso, à quo Regulam acceperant, incertis sententiis ad hoc usque seculum fluctuantium, suusne an extraneus, Bethleemitanusne Episcopus an Hierolymitanus Patriarcha, Gallus an Italus fuerit; seculo* XII *an* XIII *floruerit; sicca an cruenta morte obierit; sicut alibi ostensum est, & ex parte agnoscit ipsemet Generalis Stratius in Epistola ad Aubertum Miræum quæ habetur in Tractatu de Patriarchis num.* 218 *producta integre. Frustra quarunt illi, in suis quibusdam Antuerpiæ defensis Thesibus,* cur dilectus Teresiæ Sponsus, cujus toties visionibus ei licuit frui, & à quo tot divinis illustrationibus meruit honorari, velum ab ejus oculis non amovit? *aut,* numquid infelix foret, quæ fabulosã successionẽ hæreditariam suis inculcaret? *Ad veram felicitatẽ infelicitatemve cujusquam ista non facit, seu vera seu falsa; sicuti nec facit ad majorem minoremve Ordinis, Sanctitatẽ cujus solius apud Deum Sanctosque in cælis æstimatio est, fueritne Elias ejus Institutor atque Fundator, tot seculis ante Christum, eo modo quo Sancti Dominicus & Franciscus suorum Ordinum Institutores ac Fundatores adhuc in terris viventes fuerunt; an solum* XIII *seculo Christiana æra per revelationem factam cuidam Monacho Calabro, jussum in montem Carmelum se conferre, ibique in sancto illo Prophetica habitationis loco socios quosdam colligere aggresso; sicuti ob similem revelationem Deipara Virgo sola agnoscitur Ordinis Servitarum Institutrix atque Fundatrix. Quod autem in causa immaculata Conceptionis responderent Patres Carmelita, de duobus Christo ac Virgini dilectissimis Sanctis,* Bernardo Clara-vallensi & Catharina Senensi, *illius veritatem numquam clare edoctis; id filii de* S. Teresia *responsum accipiant, absque ulla vel minima ejus injuria, circa Ordinis originem.*

E

uti nec S. Teresia:

F

quia ipsas ista in re sequi vulgatam Ordinis opinionem

nihil nocere poterat.

13 Habeatis hoc pro conclusione verissima, Pater mi (*inquiebat Confessario suo Senensis in Vita num.* 84) quod nihil, quod pertinet ad viam salutis, docuit me unquam aliquis homo vel mulier; sed præcise ipse Dominus & Magister, Sponsus pretiosus & superdulcissimus animæ meæ, Dominus Jesus Christus, vel per suam inspirationem, vel per claram apparitionem

Nempe instruebantur divinitus in rebus ad salutem spectantibus,

A onem loquens mihi, ſicut ego modo loquor vobiſcum. *Non ſic præciſe loqui potuerunt Sanctæ* Tereſia *ac* Magdalena: *contra libenter profeſſæ ſunt, quantum anima ſua deberet magiſterio noſtræ minimæ Societatis, ex qua deſignati eiſdem divinitus Patres, cur non fuerint moti, vel ſuopte ingenio vel ſuperiori inſtinctu, ut ſcrupulum ei ſuſcitarent, circa creditam vulgo antiquitatem Ordinis, non magis rationabiliter à me quæſieris; quam alius tibi, de Magiſtro Raymundo Capuano ejuſque Spirituali filia S. Catharina Senenſi, ſimilem moveret quæſtionem. Quod ſi homini licet ad divini ſecreta conſilii per conjecturam eniti; optima cum ratione poſſumus ſuſpicari, Deum prædictas Sanctas in ſuis illis undecumque acceptis opinionibus voluiſſe relinqui, quia contraria iis ſcientia, clam quidem habita, profuiſſet nihil; palam autem enuntiata, graviſſime conturbaſſet utrumque Ordinem; unde plurimum impeditus fuiſſet fructus ſpiritualis, quem per ipſas Deus faciebat ac porro facere intendebat.*

in aliis damnoſe ſciviſſent contraria opinioni communi:

14 *Turpiter quidem is Prædicator adularetur imperitæ plebeculæ, qui ad captandam illius gratiam magnifice pro concione extolleret & ſtudioſe inculcaret vulgares quaſdam traditiunculas de antiquitatibus patriis, profanis aut ſacris, quibus nec ipſemet fidem revera haberet, nec haberi à viris cordatis & eruditis ſciret. Meo tamen judicio longe ineptior deque majori indiſcretione notandus foret, qui à Virginibus Sanctimonialibus vel Carmelitanis vel aliis invitatus, ad earum vel confeſſiones audiendas vel panegyres ſermone exornandas, inciperet iis movere quæſtiones litigioſas & ingratas, de receptis in Ordine ſuo opinionibus apud alios non ita probatis; ex importuno ejuſmodi zelo nullum alium fructum relaturus, quam alienationem animorum à ſe, conturbationem Conventus religioſi, & quandoque integræ civitatis ſcandalum; improbaturis factum etiam illis, qui alioqui vera dicere & ſentire crederent. Multa non ſolum innoxie, ſed etiam utiliter, diſputantur in ſcholis aut ventilantur in libris, quæ non convenit coram mulieribus agitari aut venditari popello.*

neque nunc talia ſunt inculcanda indoctis.

B

ALIA VITA

à P. Virgilio Cepario Societ. Jeſu

Sanctæ ipſius Confeſſario ſecundario

Italice cœpta imprimi an. 1626,

à P. Joſepho Fozio etiam S. I.

edita & abſoluta Romæ 1669.

PRÆFATIO POSTERIORIS.

Pridem inchoatum ab alio opus an. 1626,

IAnc vitam, ab anno MDCXXVI adductam ad prælum, cum jam impreſſum haberetur Caput LVII, neſcio quæ cauſa ſtitit, ne porro abſolveretur; fortaſſis quod eodem tempore publicaretur alia, per Puccinum ſcripta. Manſit ergo imperfectum opus Romæ, inter manus Matrum ſanctiſſimæ Incarnationis, quas monaſterium S. Mariæ Angelorum, velut nobilem felicis ſuæ plantæ ſurculum, almæ Urbi miſit. Illæ autem, conſiderantes quam certa ex ſcientia proceſſiſſet Auctor, Pater ſcilicet Virgilius Cepārius, Sancta familiariſſime uſus, uti ex hiſtoriæ progreſſu apparebit; exiſtimarunt, rem publice utilem facturas ſe, ſi ipſam tandem in lucem proferendam denuo ſubjicerent prælo, prout fecerunt occaſione ſolennis Canonizationis. Non tamen inſignem aliquem hiſtoricum, uti congruum videbatur, ſibi quærendum judicarunt, ad conſcribenda quæ deerant Capita: ſed ſatis habuerunt inveniſſe humilem ipſius Sanctæ devotum, à quo hanc opellam poſtularent. Feci ego quod rogabar promptiſſime, & adjunxi miracula multa, dimiſſis aliis multo pluribus, quę ad æſtimationem excellentiæ incomparabilis, in anima hac Seraphica relucentis, lectorum animis ingerendam ſervirent. Fuit autem P. Virgilius in ſcribendo accuratus, rerumque etiam minutiorum obſervans, quod devotis animabus ſolet placere vehementer. Equidem non negaverim, ipſam vitam eſſe admirabilem ſupra modum: non ideo tamen minus utilem futuram confido, ſi quis attentum ei animum applicuerit. Etenim inſperſa eſt tam pulchris luminibus doctrinæ ſalutaris ad inſtructionem mentium, perfectioni & ſanctitati conſequendæ ſerio addictarum; continet etiam tam rara exempla exercitiaque & axiomata virtutum ſolidarum; denique tanta diſtinguitur varietate adinventionum divinarum, quibus cæleſtis Sponſus ſelectiores quaſdam animas, modo blandus demulcet, modo ſeverus exercet; ut non poſſint inde non hauriri præcepta vitæ, quam maxime proficua; cum intelligetur ipſa Sancta tantis de cælo fuiſſe cumulata favoribus, vivaque & mortua tot cæleſtibus donis & gratiâ miraculorum adornata: unde excitabitur ſpiritus ad magnificandam Dei majeſtatem, mirificantis Sanctos ſuos, pro Eccleſiæ totius communi utilitate. Valete. Romæ anno MDCLXIX, XXVII Aprilis.

ET ITAL. VIRGILII CEPARII.

ab iſto editur anno 1669.

E

TITULI CAPITUM.

I. GEnus & natales S. Mariæ Magdalenæ.

II. Propenſio ad eleemoſynas largiendas, ſermoneſque de Deo audiendos.

III. Quam devota extiterit erga ſanctiſſimam Trinitatem, & venerabile Sacramentum Euchariſtiæ à teneris annis.

IV. Quomodo ipſa per ſe orationi atque receſſui mentem applicarit, & vana ſpectacula declinarit.

V. Quam iſta in ætate temperans in cibo, divinique honoris ſtudioſa fuerit: quamque ſolicite inſtruxerit coætaneas in primis fidei rudimentis.

VI. Decennis prima vice communicat; & voto perpetuæ virginitatis ſe obſtringit.

VII. Creſcente ætate in virtute proficit, videtque deſtinata bonis ſuis operibus præmia.

VIII. A parentibus collocatur in monaſterio S. Joannis aſſervanda.

IX. Teſtimonium Monacharum S. Joannis, de vita quam inter ipſas duxit. F

X. Educta de monaſterio, medicis curanda committitur.

XII. Indicat patri deſiderium monaſticæ vitæ, & induſtrie conatur maternum animum ad conſenſum flectere.

XIII. Matris ſuæ conſenſum impetrat.

XIV. Quæ monaſteria ipſi placuerint, & quomodo elegerit experiri cœnobium S. Mariæ Angelorum, de quo plenior notitia datur.

XV. Experimenti cauſa ingreditur monaſterium S. Mariæ Angelorum, & qualiter in eo ſe geſſerit.

XVI. Domum regreſſa variis virtutum exemplis prælucet, ac denique revertitur ad monaſterium, non amplius egreſſura.

XVII. Quanta cum præparatione habitum Religioniis aſſumpſerit, & nomen mutaverit.

XVIII. Exempla virtutum in Novitiatu data.

XIX. Optat religioſa Profeſſione ante tempus adſtringi: & de amoris ejus exceſſu quodam.

XX. Differtur Profeſſio ejus, ut alias expectet: quã tamen prędicit ſolam ſe facturam, quod & contingit.

ET ITAL. VIRGILII CEPARII.

XXI. Quadraginta diebus continuis mane, poſt ſumptam Communionem in lecto, manet rapta in ecſtaſim.

XXII. Notitiæ quædam, in iſtis matutinalibus raptibus eidem communicatæ.

XXIII. Alii exceſſus amoris, quos iiſdem quadraginta diebus poſt Veſperas pertulit.

XXIV. De eo exceſſu, in quo totam Domini Paſſionem decurrit.

XXV. A ſuis infirmitatibus convaleſcit per orationes Monacharum.

XXVI. Rogat ut ſibi liceat manere inter Novitias: & magis quam unquam antea intendit virtutum exercitio.

XXVII. Quid in novitiatu cuidam Converſæ acciderit circa ipſam.

XXVIII. De innumeris ejus per omnem vitam ecſtaſibus, & quomodo in iis ſe haberet.

XXIX. De variis circumſtantiis & modis iſtarum ecſtaſeon.

XXX. Quomodo certificata fuerit ipſos eſſe à Deo, non autem illuſioni diabolicæ vel cauſæ alicui naturali adſcribendas.

XXXI. Prophetico ſpiritu futura prædicit.

B XXXII. Quomodo longe poſita & abſentia cognorit.

XXXIII. Videt cogitationes occultas, reſque ſecretas.

XXXIV. Videt multarum animarum ſtatum in Paradiſo, Purgatorio, & Inferno.

XXXV. De aliis favoribus, quos divinitus accepit in ſuis raptibus ſancta hæc Virgo.

XXXVI. De variis miraculis, quæ vivens operata eſt.

XXXVII. Mandat ei Deus ut panem ſolum comedat & aquam bibat: quod poſt experimentum à Superioribus ſumptum exequitur.

XXXVIII. Præſcribit eidem Deus ſomni tempus & rationem veſtitus: quod ſimiliter exequitur præbito Superioribus experimento.

XXXIX. Multis tentationibus per quinquennium à Deo probatur.

XL. Multis modis affligitur & cruciatur à dæmonibus.

XLI. Quibus armis utebatur ad reſiſtendum tentationibus hoſteſque vincendos.

XLII. Sub finem anni quinti probationis ſuæ, ex Dei voluntate pœnitentiam agit diebus quinquaginta, deinde educitur ex lacu leonum & remuneratur. C

XLIII. De variis quibus uſque ad mortem functa eſt officiis, & de virtute Sor. Euangeliſtæ Jucundi, Magiſtræ ſuæ.

XLIV. De modo quo rexit Novitias, ipſarum Magiſtra facta; & monitis, quibus eas informabat.

XLV. Ejuſdem argumenti proſecutio.

XLVI. Quantum ſemper æſtimaverit Religionem & ſtatum religioſum.

XLVII. De ferventi ejus amore erga Deum & Sponſum ſuum Jeſum.

XLVIII. Quantum deſideraret & ipſa communicare & alias idem digne facere.

XLIX. De caritate ejus erga proximum & zelo alienæ ſalutis; deque operibus ſpiritualibus & corporalibus, eum in finem ab ipſa factis.

L. De caritate ejus & zelo erga ſuum monaſterium.

LI. De quodam examine conſcientiæ facto in ecſtaſi, unde eximia mentis ejus puritas innoteſcit.

LII. De regulis aliquot bene vivendi, in raptu quodam ſibi traditis à Domino Jeſu.

LIII. De exercitio ejus matutinali cum ſui ipſius oblatione.

LIV. De profunda ejus humilitate.

LV. De virtute & voto obedientiæ.

LVI. De perfecta ejuſdem paupertate. D

LVII. Quam mirabiliter obſervaverit votum caſtitatis.

LVIII. De oratione & contemplatione noſtræ Sanctæ.

LIX. Quidam affectus & notitiæ utiles circa contemplationem ipſius.

LX. De iis quæ ſenſit circa myſterium ſepulturæ Chriſti & Aſſumptionem ſanctiſſimæ Virginis.

LXI. De aſperitate & pœnitentiis, quibus macerabat corpus ſuum.

LXII. De grandi ejus deſiderio patiendi pro Dei amore: quapropter, cum omni guſtui ſpirituali renuntiaſſet, conceditur ipſi merum pati, cui ultimis vitæ annis generoſe ſe tradit.

LXIII. Idem continuat in ſua ultima infirmitate ac morte.

LXIV. De exequiis Sanctæ, concurſuque & devotione populi, ac ſepultura.

LXV. De fama ſuæ ſanctitatis, incorruptioneque & fragrantia corporis.

LXVI. Miracula per ipſam dum viveret facta.

LXVII. Miracula poſt mortem notata.

LXVIII. De Beatificatione ejus, & oleo miraculoſe multiplicato. E

LXIX. Varia miracula, facta per oleum in ejus feſtivitatibus multiplicatum.

LXX. Miracula facta per interceſſionem Sanctæ, mediantibus ejus Reliquiis aut ad nominis ipſius invocationem.

LXXI. De fama ſanctitatis, ac veneratione cum qua ſervatur incorruptum corpus.

LXXII. De ſolenni Sanctæ canonizatione.

CAPUT I.

Prima Sanctæ ætas, & pietatis exercitia ante annum decimum.

SEraphica Virgo S. Maria Magdalena de Pazzis, filia fuit D. Camilli Gerii de Pazzis, & D. Mariæ Laurentii Bondelmonte, familiis utrimque elariſſimis, non amplitudine minus quam vetuſtate. Nata eſt Florentiæ benedictionis hæc filia die 11 Aprilis, anno MDLXVI, ſub meridiem hora XVIII diei; & ſequenti die baptizata in oratorio S. Joannis Baptiſtæ (quod toti civitati commune baptiſterium eſt) ſuſcipientibus D. Pandolfo Strozzi, & D. Fiammetta Minerbetti, accepit nomen Catharinæ. Narrabat mater, quod ipſâ gravida laborē nullum ſenſerit; ſed nec in ea educanda moleſtiam: quia ſemper fuit obedientiſſima matri; imo & quibuſcumque domeſticis, difficilis nemini: utpote indolem nacta manſuetam & placidam, atque ad omnem voluntatem gubernantium flexilem. In annis puerilibus non delectabatur ludis jociſque, in quibus ætas illa tota eſſe ſolet: ſed tantā morum maturitatē præferebat, ut, quamvis benigna & amabilis eſſet, eidem tamen adjungere ſeſe metuerent coætaneæ, ex reverentia quam ingerebat modeſta vultus ipſius compoſitio. F

Nata 1566 2 Aprilis,

indole placidiſſima;

2 Parvula cum mitteretur ad ſcholas, in loco Paupertinarum quas vocant Monacharum, & pro more puerorum jentaculum atque merendam ſecum ferret in corbe; manus abſtinebat, donec tranſiret per carceres publicos; unde captivos inclamantes audiens & eleemoſynam poſtulantes, pro Dei amore porrigebat illis quidquid ferebat, magna cum animi ſui voluptate. Cum autem domi eſſet, mire delectabatur porrigendo eleemoſynam pauperibus eamdem requirentibus, non ſine oblectatione parentum, lætanter intuentium filiolam adeo pronam ad opera miſeri-

CAP. II *parvula captivis benefacit,*

A misericordiæ. Ad ſextum ſeptimumve annum ætatis progreſſa, cœpit capi ſermonibus inſtitutis de Deo & vita æterna; atque avide ſe applicare iis quibus eos eſſe familiares didicerat. Quia autem ejuſmodi ſæpiſſime miſcebantur inter ipſius matrem & quamdam hujus amitam, D. Margaritam Panciatici, inter Bondelmontios nuptam, multum devotas & Sacramentorum frequentationi impenſe addictas; ideo Catharina, mox atque conveniſſe illas ſentiebat, feſtinabat iis ſeſe adjungere, & attentione prorſus ſingulari ipſis auſcultabat. Quod ſi mater ei diceret, Vade tantiſper ambulatum, filia; ſurgens illa obediebat prompte, ſed paulo poſt revertebatur, auditura quæ dicerentur; atque è latere aſſidens videbatur abinde non poſſe divelli. Rationem autem reddebat jam facta grandior, quia audiens de Deo colloquentes, ſentiebat cor ſuum multa cum devotione interna ſuaviter commoveri; quamvis propter ætatis imbecillitatem ſæpe non intelligeret ea quæ dicebantur. Dicebat tamen mater ejus, quod Catharina, quantumvis parvula, quandoque tam altas quæſtiones ipſi movebat de Deo, ut cogeretur ei ſilentium indicere, quia illæ longe excedebant capacitatem ipſius interrogantis.

piis colloquiis avide intendit:

B

CAP. III

3 In eadem puerili ætate cor ſuum impelli, non minus dulciter quam vehementer, ſentiebat in amorem ſanctiſſimæ Trinitatis: cumque incideret in perſonas religioſas aut devotas, ſolebat varia ex iis quærere ad animæ ſalutem pertinentia: ſtudioſius tamen doceri cupiebat circa myſterium prædictum. Contigit autem aliquando eam revolvendo libellum, in quo deſcriptum erat Divæ Virginis Officium, invenire ibidem Symbolum S. Athanaſii, in quo ſublime iſtud arcanum explicatur; & voluptate incredibili perfuſa, eo interius rapi ſe ſentiens, maxima cum animi voluptate ipſum totum legit, quamvis contextum ejus non intelligeret: & quaſi de invento theſauro gratulabunda accurrit ad matrem, ut ipſum ei oſtenderet: unde facile erat aſſequi conjectando, quod animam ejus ſpecialiter ſibi elegerat Dominus. Fervebat etiam in eadem ætatula grandi deſiderio ſanctiſſimi Euchariſtiæ ſacramenti, videbanturque ei mille anni, quibus pertingeret ad annos illius ſuſcipiendi capaces. Deus enim animo ejus impreſſerat vivam cognitionem æſtimationemque grandem divini illius Cibi. Et ideo, quoties Domina mater ejus communicabat (quod faciebat, ut dictum eſt, ſæpe) toto eo die circa ipſam verſabatur filia; ipſique quam proxime poſſet ſe applicans, ad latus ac ſupra veſtes ſedebat, nec volebat ab ea ſeparari. Quærenti autem cum admiratione matri, quid ei eſſet, cur ita ageret; reſpondebat: Quia Jeſum ſapis, mater, Jeſum redoles: percipiebat enim odorem ipſius diviniſſimi Sacramenti, quod eo mane mater ſumpſerat. Præterea præ amore, quo afficiebatur erga hunc panem Angelorum, cum necdum deguſtare ipſum per ætatem poſſet ſicuti voluiſſet, cupiebat ſaltem videre alios communicantes; ideoque rogabat matrem, ut etiam minoribus feſtis comitari eam poſſet ad S. Joannis (quæ eſt eccleſia Patrum Societatis Jeſu, ubi mater & familia omnis Confeſſionis & Communionis ſacramenta ſolebant obire) ibique ad ternas quaternaſq; horas dulci iſti ſpectaculo intendebat, domumque revertebatur conſolationis pleniſſima.

exardeſcit in amorem S. Trinitatis,

& Euchariſtiæ,

C

CAP. IV

4 Admiratione profecto dignum eſt, quomodo intra ſeptimum & octavum annum, priuſquam libros ullos legiſſet, aut humana cujuſquam inſtructione præveniretur, interius dumtaxat à Spiritu ſancto mota, applicare ſe cœperit exercitio orationis, ſeque ſentiret eodem trahi etſi orandi modum ignoraret. Ergo ultro captabat ſolitudinem, conſortia fugiebat,

orationis exercitio ſe tradit docente nemine:

loquebatur parce, idq; prudenter, ſilentio plurimum delectabatur, quo melius ſeſe uniret Deo. Quæ cum mater, ſingulas ejus actiones conſiderans, miraretur; & hanc unicam feminei ſexus prolem haberet; eamdem tot naturæ ac gratiæ donis cumulatam intuens, non ſolum amabat illam, ſed etiam propter virtutum excellentiam reverebatur quodammodo. Si domum ejus veniebant conſanguineæ aut aliæ matronæ nobiles, accerſereturque ipſa à matre; continuo aderat, ſed mox expediens ſeſe recurrebat ad receſſum ſuum. Erant autem parentum ædes ad plateam quam Curſus appellant: cum ergo circa feſtum S. Joannis aliiſque temporibus publicæ decurſiones ad pallium, ut ajunt, celebrarentur, & multæ Dominæ eo confluerent; numquam perſuaderi potuit ut ſpectandi cauſa ad feneſtram accederet; ſed urbane ſubtrahebat ſe illis, recipiebatque ſeſe ad ſecretiora domus cubicula; ubi poſita in oratione, cordis ſui affectus pandebat Deo, & multos divinæ gratiæ ſuſcipiebat favores. Signanter autem vice quadam, cum diem integrum latuiſſet poſt oſtium aliquod à nemine obſervata, dici non poteſt quantum ibi conſolationis perceperit. Aliàs de mandato matris requiſita à famulis, inventa deniq; eſt poſt lectum quemdam, tota mente ſic abſorpta in Deum, ut neque vocantes ſe audire, nec videre præſentes poſſet, nec omnino membrum ullum movere.

à ſpectaculis profanis abſtinens,

invenitur reducta ad preces:

E

5 Variæ puellæ iſtius temporis, quæ meminerunt ſe ad ſpectandos Curſus in domum illam ductas fuiſſe à matribus ſuis, affirmant; quod, cum ipſis ibi refectiuncula præberetur, numquam aderat Catharina, nec egrediebatur camerula ſua; requiſita autem, vel non reperiebatur, vel inveniebatur orationi intendere genuflexa. Grandior deinde facta, cum interrogaretur quo inſtinctu id faceret, nulliuſdum edocta magiſterio; reſpondit, ab interno affectu moveri trahique ſe eo ſolitam; & quia modum orandi neſciebat, cœpiſſe inclinari in genua cum intentione quærendi Deum, ad faciendam pure voluntatem ejus; itaque eum reperire conſueviſſe. Quia autem necdum inſtructa neſciebat qua ratione mentem colligeret, ipſamque orationi affigeret; humiliabat ſeſe & affligebat in conſpectu Dei, eo ſe indignam reputans; ſæpe etiam lacrymabatur: & per hujuſmodi affectiones atque humiliationes ſui ipſius, totam ſe divinæ voluntati conſignans, citra ſolicitudinem anxietatemve, quietabatur animo & confortabatur. Quamvis autem inter iſtæc principia, ſæpius ſentiret mentem aridam & guſtu ſpirituali deſtitutam; perſeverabat tamen in oratione toto quod ſibi præſtituerat tempore, ac denique conſolatam ſe contentamque ſentiebat.

poſtea explicat quo inſtinctu id egerit.

F

CAP. V

6 Orationibus ſuis bona hæc puella jungebat alia virtutum opera: ac primum ſobria quam quæ maxime, vix tantum ſumebat in menſa communi, quantum ſuſtentando corpori erat ſatis. Cum autem inferebantur fructus, quorum puerilis ætas ſolet appetentiſſima eſſe, ſurgebat ab accubitu: per diem vero omnino nihil deguſtabat, nec minimum quidem fructum humectandi palati cauſa. Imo ruri degens, ubi domeſticæ mulieres pro merenda ſumebant cucumeres aliaque in hortis provenientia; quantumcumque invitata ad ſimilem refectionem, ac pene etiam coacta ab aliis, numquam iis volebat condeſcendere. In prandio porro cœnave, dimiſſis delicatioribus ferculis quæque magis blandiebantur guſtui, ſolum villiora delibabat; idque tam parce, ut ſæpe diceret mater, neſcire ſe unde filia ſua aleretur. Die quodam feſto, cum eſſet in villa, & mane plueret; eccleſia autem, quo eundum ad Miſſam familiæ erat, diſtaret longius; mandarant parentes ut prius ei daretur jen-

Studet ſobrietati,

recuſat reſici ante Miſſam,

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

jentaculum, ac deinde equo imponeretur vehenda: quo audito cœpit Catharina amare plangere, per Deum rogans ne id facere cogeretur, ac dicens, videri contra reverentiam futurum, si ante Missam auditam jentaret, neq; decere ut accederet ad alloquendum Jesum cum ista equitaturæ commoditate: proinde necesse fuit illius in hoc cedere voluntati.

peccatis alienis tristatur,

7 Divini honoris jam tunc zelantissima, intimo afficiebatur dolore, si aliquem forsitan blasphemantem audiret, aut alia ratione offendentem videret; neque poterat lacrymas continere. Igitur, cum vice quadam nonnulla verba, contra proximum & cum Dei offensa prolata, audivisset; tantopere id sensit, ut totam illam noctem insomnis traduxerit, effusa in planctum. Eodem zelo mota erga Dei honorem & proximi salutem, quoties dabatur occasio, docebat

Instruit in fide coætaneas,

parvulos Pater, Ave, Credo: ductaque in suburbanum à parentibus (quemadmodum Florentinæ nobilitati in usu est, solitæ quotannis menses aliquot in villis agere, invitante eo hortorum palatiorumque urbi circumjectorum amœnitate) congregabat Catharina decem aut duodecim puellos puellasque ex rusticana sobole, quos doctrinæ Christianæ ac fidei principiis imbueret; utque eos alliceret docilioresque faceret, cum licentia matris, pueris quidem largiebatur eleëmosynam; puellis vero distribuebat sudaria, semicinctia, aliasque res similes: tanto autem cum affectu & patientia huic caritatis operi impendebat sese, ut omnibus admirationi esset. Cumque redeun-

B

in parvulis Jesum contemplatur.

dum esset plorare incipiens, interrogataque à matre quid fleret: Fleo, inquit, quia non potero amplius doctrinam Christianam docere pauperculas illas. Quapropter necesse fuit unam earum, Mariam nomine, pro ipsius solatio Florentiam deducere, docendam à Catharina: quæ hac occasione pluribus annis ad domesticum famulitium morata Florentiæ, non pauca docuit circa Catharinam digna memoratu. Observatum est etiam, quod ibidem in villa venientes ad se parvulos doctrinæ causa, magna cum teneritudine animi amplexabatur, illisque blandiebatur: quærentibus autem cur id faceret, respondebat, quia repræsentant mihi Jesum istius ætatis puerulum, & propter innocentiam ac puritatem ipsorum. Mansit autem hic ei erga illos affectus quamdiu vixit, quoties videre ipsi contingebat infantes, figebatque obtutum in eos, & magna cum affabilitate alloquebatur, Jesum in eis contemplari solita, & considerans quod Deum numquam offendissent, eisque optans ut in ea animi innocentia conservarentur.

C

CAP. VI *Novennis ad meditandum instruitur,*

8 Regressam in civitatem, cum jam ageret ætatis annum nonum, videns matris ejus confessarius P. Andreas Rossius Societatis Jesu, tantopere orationi addictam, & mentalis etiam exercitationis capacem, dedit illi meditationes de Christi Passione, à P. Gaspare Loarte ejusdem Societatis compositas; dicens, Lege in hoc libro, filia, meditationis puncta, & genuflexa recita hymnum, Veni creator Spiritus, atque hujus auxilio invocato dic, Confiteor: tum, cum vivæ devotionis affectu, incipe ruminare puncta quæ legeris, & Deo te gubernandam relinque: nec pluribus ad institutionem ejus opus fuit. Amplexa ergo cum magna devotione traditum sibi præceptum, & certa ad amussim illud exequi, omni die mane quam citissime surgens, prosternebatur in terram, multaque cum recollectione sensuum dabat initium meditationi; & in contemplandis Passionis mysteriis liquescens, tota in Jesum suum absorbebatur, magnoque incendebatur desiderio ejus imitandi,

Soloque desiderio monasterii inter orandum distrahitur:

ac pro eo patiendi, qui tanta passus pro ipsa fuerat. Ex quo autem mandatum istud acceperat à Confessario, numquam omisit horam integram mane impendere exercitio isti: atque hinc progressa paulatim, elevata fuit ad mentis excessus raptusque sublimissimos, de quibus agetur inferius. Confessa est autem ipsa, quod inter orandum nullam patiebatur evagationem mentis distractionemve: nisi quod, quia ab infantia semper ardentissime desideraverat fieri Monacha, Deoque servire in statu religioso, hoc ipsum perdiu identidem obversabatur menti, dormienti vero etiam recurrebat in somnis. Cum ergo ad orationem se componebat, conabatur ad illam in Monachæ speciem conformari, faciendo sibi scapulare & velando caput, gaudebatque eo in statu videre se; atque hinc subinde ei nascebatur distractionis quidpiam. De cetero, quamvis nonnunquam sub dio ad solem aut pluviam orationi vacaret, nihil inde incommodi patiebatur, quod mentem ad se traheret.

D

& amore patiendi accensa,

9 Erat in ea tam grande desiderium meditandi divina, ut summo mane de lecto surgeret: & quia sic orans sæpe deprehendebatur à famula quadam nomine Angelica, rogabat eam pro Dei amore, ne significaret matri, quod tali hora orantem invenisset, impedimentum inde sibi objiciendum metuens. Neque contenta orare ipsa, conabatur famulas quoque ad id inducere; ideoque ad everrendam domum, lectos componendos, aliaque servilia ministeria libenter accedebat, quo ipsis citius expeditis præstaret otium tempusque orandi secum. Fructus autem quem ex meditanda Salvatoris Passione capiebat, erat sitis ardens inflammatumque desiderium aliquid patiendi amore Verbi incarnati. Quare hiberno tempore deprecabatur ancillam, suo ministerio privatim adjunctam, ne lectum sibi calefaceret, hoc tamen matri non revelaret, quandoque autem in loco abdito sese flagellabat. Semel etiam fertum quasi spineum ex aculeatis aurantiorum ramusculis texens, illud capiti suo vesperi sic adstrinxit, ut præ cruciatu dormire tota nocte nequiverit, tantum ut imitaretur Jesum coronatum spinis. Ex iisdem vero ramusculis cingulum sibi intorserat, quod nudæ suæ carni circumdabat, & ab ancillis inventum aliquando est, abditum infra culcitras; atque his & aliis pluribus modis curabat affligere & mortificare suum corpus. Solebat etiam frequenter removere culcitras, & super stramineum saccum nudum dormire: aliquando autem genuflexa in terram caput dumtaxat acclinabat lecto, neque se extendebat. Quibus de rebus monita mater, voluit ut deinceps secum dormiret; dicens, quod si dimitteret solam, totas illa noctes impenderet orationi & pœnitentiis.

E

variis mediis corpusculum vexat.

F

CAPUT II.

Prima ejus Communio, & cælitus in istâ ætatula collata dona, Sesquianni mora in monasterio S. Ioannis.

10 CAP. VII *Decennis communicare jussa,*

JAm fere compleverat annum ætatis decimum, quando Confessarius ejus P. Andreas Rossius, considerans quam ardenter hæc puella jam inde ab infantia concupiverat sanctissimi Sacramenti communionem, censuit hanc illi non differendam diutius; sed, præmissa congrua instructione, percipiendam ei præcepit. Verbis exprimi nullis potest, quanta hinc ei lætitia nata sit, qualesque Deo egerit pro tanto beneficio gratias. Jam se totius mundi æstimabat felicissimam, nec aliud per eos dies loquebatur quam de venerabili isto mysterio. Multis ergo orationibus, pœnitentiisque, & aliis extraordinariis exercitiis præparata, anno Domini MDLXXIII die XXV Martii, qui Verbi incarnationi sacer est, in ecclesia S. Joannini Societatis Jesu sacræ mensæ primum accubuit:

id facit in festo Annuntiationis,

A buit: & poſt receptum divinum iſtum Hoſpitem, cum quanta potuit reverentia & devotione, ſubito ſenſit impleri ſe tanto gaudio & lætitia interiori, propter unionẽ incarnati Verbi cũ anima ſua, ut poſtea dicere ſolita fuerit, nihil in omni vita ſenſiſſe ſe uſq; adeo delicioſum. Unde illecta dulcedine tanta, ſenſit deinceps incredibilem divinæ iſtius eſcæ famem, ac deſiderium ejus quam creberrime uſurpandæ. Cum autem hujus deſiderii vehementiam manifeſt aſſet Confeſſario ſuo, ſciens ille quam pura eſſet anima ejus, quantumque in ea ſibi complaceret Deus; permiſit ut octavo quoque die exinde communicare poſſet. Numerabat ergo dies & horas per hebdomadem currentem, præſtolans cupientiſſime diem ſacræ Communionis; tantoque exinde guſtu ſpirituali afficiebatur, ut funderetur in lacrymas.

ac deinceps octavo quoque die.

& in Cœna Domini virginitatẽ vovet.

11 Non multis diebus poſt, id eſt die XIX Aprilis ejuſdem anni, cum jam ingreſſa eſſet annum ætatis undecimum, ipſa Feria quinta Cœnæ Domini, in eadem eccleſia Patrum Societatis, expendens amorem quem Dominus Jeſus Chriſtus demonſtravit hominibus, iis ſe relinquens uſque ad finem mundi in ſacratiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, futurum animarum cibum & robur; accenſa vehementi deſiderio viciſſim aliquid offerẽdi eidem gratitudinis ergo; nec
B reperiens quidquam intra ſe, quod gratius eſſe poſſet Deo quam virginitas ſua; hanc ei magno animo obtulit, ſeque per votum caſtitatis perpetuæ Jeſu ſuo conſecravit. Quam autem accepta fuerit hæc oblatio, poſtea eidem declaratum in viſu eſt: quo vidit, ipſo emiſſi iſtius voti die, digito ſuo inſertum fuiſſe annulum deſponſationis numquam ſolubilis cum ſuprema Dei majeſtate.

C VIII *A creaturis in Deum reflecti aſſuescens,*

12 Proficiebat quotidie Catharina in virtute, idque unum ſpectabat, ut Sponſo ſuo conformis fieret quam maxime, eidemque perfectiſſimo amore uniretur. Igitur quaſcumque intuebatur creaturas, cælum, terram, campos, in ſcalam, per quam mente aſcenderet ad Creatorem, convertebat, & in fomitem accendendi magis magiſque amoris: cujus flammas quantumcumque celare cupiebat, prodebant nihilominus ipſæ ſe, per ſigna exteriora verborum & operum. Notabile autem imprimis eſt, quod intra annum duodecimum ac decimum tertium ætatis conſtituta, cum forte eſſet in ſuburbano cum matre, & per amœnum quoddam pratum deambularet, in die

feſto S. Andreæ primâ ecſtaſin patitur,

S. Andreæ Apoſtoli; mente in Deum ſublevata (ſive
C id ſerenitas auræ cælique conſpectus, ſeu loci viridantis apricique pulchritudo fecit) à divino ſuo Sponſo improviſa amoris ſui ſagitta ſic eſt percuſſa, ut nequiens diſſimulare quod erat, exceſſerit à ſeipſa velut mortua, nihil vel loqui vel moveri valens. Ea res, ut inſolita matri, ſic formidoloſa accidit: cœpitque cogitare malum aliquod corporale id eſſe, ac domum deductæ ſtuduit applicare remedia quæda. Verum his nihil proficientibus, animadvertit, non corporis, ſed animi affectionem illam fuiſſe: & admirationis plena cœptis deſtitit. Nolens autem contriſtare fillam, tum quidem diſſimulavit; poſt annos vero aliquot, cum jam ingreſſa monaſterium eſſet, Matri Prioriſſæ narravit rem totam. Quin & ipſamet anno MDXCVIII

qualem rurſus poſtea anno 1598

menſe Septembri, in raptu quodam ſimilem amoris divini incurſum patiens, teſtata eſt ejuſdem illum rationis fuiſſe, cum exclamaret: O amor, id quod nunc me facis pati, ſimile eſt ei quod me feciſti ſentire in illius feſto, qui ſic amavit Crucem, quando necdum eram tibi in Religione conſecrata, & mater mea credebat morbum aliquem corporalem id eſſe

cum prius an 1590 vidiſſet

13 Quam autem grati eſſent Deo virtutum actus, quos benedicta hæc puella exercebat in iſta ſua puerili ætate; intellectũ ſimili modo fuit in raptu, quem paſſa eſt in die Circumciſionis primo Januarii anni MDXC; quando alienata à ſenſibus, magno cum jubilo cœpit enumerare pretioſa quædam dona, ſibi à Domino Jeſu collata in iſta puſilla ætate, quæque ſibi videbat in paradiſo repoſita. Quædam enim eorum clara & intelligibili voce exprimens, dicebat, videre ſe, quod pro illo zelo inflammatæ caritatis, quo nocte ſupradicta deploravit factam Deo & proximo offenſam, ſibi in cælis deſtinatus eſſet ornatus ſimilis veſti rubicundæ ac rutilanti: & pro actibus temperantiæ atque mortificationis, quibus ſeſe privaverat eſu fructuum aliorumque ciborum delicatorum aut guſtui ſuavium, videbat præparatam ſibi menſam argenteam, pretioſiſſimis ac ſapidiſſimis ferculis cumulatam: pro ſolicita illa diligentia, qua illæſam ſervaverat pudicitiam virginalem, ipſamque Deo per votum conſecraverat, monſtrabatur ei à Jeſu ſuo par armillarum argentearum & pretioſiſſimis gemmis diſtinctarum. Atque ita pro aliis operibus bonis ab ea factis, multa alia ſpecioſa dona, quæ longum eſſet enumerare ſingula, eidem exhibebantur; ipsâ plurimum admirante, quantum exterius apparebat, quod pro operibus à ſe tam parvi æſtimatis, tam liberalis apud Deum eſſet depoſita retributio. Unde poſſumus intelligere, quanti faciat Deus etiam minimas quaſque actiones, in ſtatu gratiæ ex ſui amore factas, quantaque eis merces maneat; ut moneamur, in omnem occaſionem exercendæ virtutis animum habere intentum, ne nos quotidie prætereant infiniti actus, quibus acquirere nobis poſſemus incomparabilem theſaurum in cælis.

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

dona ſibi parata pro operibus bonis in puerilia factis.

E

14 Annum decimum quartum jam agebat Catharina, quando pater ejus D. Camillus neceſſe habuit Florentia diſcedere ad regimen oppidi Cortonenſis: quo cum ſecum duceret totam familiam, de conſilio R.P. Petri Blanca Rectoris Collegii Societatis Jeſu, qui ut P. Andreæ Roſſio in præfectura Collegii ſucceſſerat, ita à Camillo aſſumptus fuerat in patrem familiæ ſpititualem, decrevit filiam in aliquo monaſterio aſſervandam collocare. Et quia cognatam habebat in venerabili cœnobio S. Joannis Equitiſſarum (ſic enim appellantur, quia induuntur habitu Equitum S. Joannis, quos hodie Melitenſes appellant, & regimini Ordinis iſtius ſubjiciuntur) eidem, nominatæ Sorori Silvagiæ Morelli, filiam commendavit. Graviter hanc ſeparationem cariſimæ ſibi natæ ſentiebat mater: filia vero, quamquam ſummopere amaret matrem, haud ægre tamen ferebat ab illa dividi, ſperans exinde liberius vacaturam ſe orationibus ac devotionibus ſuis. *Quo autem pacto, antea per Confeſſarium conſtituto, inducta illuc ſit, & alia eodem ſpectantia vide in Vita priori num.* 11.

CAP. IX *committitur An. æt. 14 monialibus S. Joannis.*

F

15 Ut tamen melius intelligatur, quomodo iſtic ſe geſſerit Catharina; placet ſtrictim referre ea, quæ in Proceſſu juratæ depoſuerunt venerandæ iſtius loci Matres, videlicet Sor. Silvagia Morelli magiſtra ejus, Sor. Diamante Mazzinghi, & Sor. Fauſtina Strozzi, ita teſtatæ. Anno MDLXXX, Catharina, filia D. Camilli de Pazzis, annorum quatuordecim puella, collocata in hoc monaſterio fuit, eo quod pater ejus à magno Hetruriæ Duce ad regimen Cortonenſe amandaretur: fuitque nobiſcum menſibus circiter quindecim, quo toto tempore optimi exempli omnibus fuit. Erat perquam devota & dedita orationi mentali, cui conſtanter impendebat quotidie horas duas mane, & unam veſperi: habebatque nihilominus varia per diem tempora, quibus ad orationem ſe recipiebat. Cum vero lectulus ejus eſſet in cella magiſtræ ſuæ, inde noctu clam ipſa ad orandum egrediebatur. Omni ſabbato percurrebat Euangelium ſequentis Dominicæ, indeque ſeligebat ſibi duo vel tria puncta, in argumentum meditationum totius iſtius hebdomadæ. Sæpius nobiſcum veniebat ad Chorum

CAP. X *quæ poſtea teſtata ſunt,*

quomodo menſibus 15 inter ætatis vixerit,

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

divinaque officia, etiam nocturna: quando autem venire prohibebatur à magiſtra, nihilominus ad orationem ſurgebat; in eaque perſiſtebat uſque ad tempus Miſſæ: adeo vero tenere afficiebatur erga Deum, ut ſæpius abſtraheretur à ſenſibus. Quare cum aliquando ſolam in cella reperiens una ex noſtris, diceret, Tune hic ſola es Catharina? ſubito reſpondit; Ah! quomodo ſola? indicatum volens, quod licet nulla noſtrûm adeſſet; tamen cùm Deo agens, ſola non maneret, ſed bene comitata.

eximia virtutis omnis ſpecimina edens,

16 Dum orabat in Choro, ita defixa & immobilis aſſiſtebat, ac ſi ſtatua fuiſſet: vultu autem immutabatur, & inſtar roſæ rubeſcens accendebatur, oculis clarè rutilantibus inſtar lucidiſſimarum ſtellarum. Apparebat in eodem ejus vultu Angelicum quid, quod omnium noſtrûm in ipſam convertebat intuitus. Videntes vero in ea tantam devotionem modeſtiamque ſupra conſuetudinem aliarum, præ ſuavi admiratione tenebamus ut plurimum oculos in eam defixos, nec ſatiabamur admirando ejus virtutes: imò optaviſſemus illius conſortio jugiter frui, quia converſatio ejus Angelica adeo erat amabilis, ut ipſam videre continuo, ipſam alloqui, agere cum ipſa nemini tædium attuliſſet unquam. Ideo optabamus ſummopere, ut apud nos fieret Religioſa. Licet enim juvecula eſſet, ſperabamus tamen quod per ipſam monaſterium noſtrum reduci poſſet ad perfectam obſervantiam vitæ communis, id quod in nobis valde requirebat illa: doluimuſque, ac dolemus, & ſemper dolebimus, quod nobiſcum non manſerit.

B

& frequentem communionem ipſis perſuadens,

17 Multum temporis impendebat legendis libris ſpiritualibus, præſertim Euangeliorum, Meditationumque ac Enchiridii & Soliloquiorum S. Auguſtini, aliorumque ſimilium argumentorum. Hortabatur nos bona puella ad ſæpius iterandum ſacrâ Communionem: & quia ipſa frequentius communicabat quam nos, exemplo ſuo nec minus verbis multas permovit, ut frequentioris Communionis licentiam à Superioribus poſtularent, ſaltem pro omni Dominico ac feſto die: itaque per ipſam inductus eſt crebrior inter nos Sacramentorum uſus, quomodo hodieque ſervatur. Numquam converſabatur Catharina cum puellis ſecularibus, quæ apud nos erant ad

uſumque orationis:

cuſtodiam collocatæ: ſed ordinaria ejus converſatio erat cum infirmis Monialibus, quas viſitabat frequenter, eiſque modo libros ſpirituales prælegebat, modo amanter ſuggerebat ſermones cogitationeſque de rebus divinis. Agebat etiam libenter cum illis, quas videbat diſpoſitas ut ad orationis uſum, frequentiam ſacræ Communionis, vitam recollectam & ſpiritualem induci ſe ſinerent. Ex ejus ore nullum

C

unquam auditum verbum otioſum aut vanum: nullus in ea obſervatus motus geſtuſve, ſapiens levitatem: quin potius, inimica omnis vanitatis, tantâ utebatur veſtitus modeſtiâ, ut nec minimum quidem capitis ornatum admitteret, cujus alioqui tam ſtudioſa eſſe ſolet puellaris indoles.

obediens in omnibus,

18 Numquam notata fuit iraſci, aut etiam quidpiam dolenter ferre, niſi forte cum infirmam jubebat magiſtra aut ovum aut aliud quidpiam viribus reſtaurandis ſumere: tunc enim vix poterat cavere, quin demonſtraret quam grave ſibi eſſet delicias aliquas facere corpori: obediebat nihilominus, & quidquid juſſa erat exequebatur prompte. Quidcumq; videbat vel dici audiebat de proximo, in meliorem ſumebat partem: quod ſi alienum defectum narraret

humiliſque,

quæpiam, excuſabat defendebatq; ut melius poterat. Amica ſilentii & ſolitudinis, loquebatur parce & ſemper de Deo, ſingularique cum modeſtia & reverentia erga omnes. Præ ſumma humilitate libenter verrebat domum, ſternebat lectos, aliaque miniſteria abjecta obibat; plus factura, ſi plus ſibi per magiſtram licuiſſet. Quin & indignam ſe reputabat quæ inter

D

nos maneret, ac nobiſcum loqueretur & verſaretur; tum quia de ſe quam demiſſiſſime ſentiebat, tum quia maximi æſtimabat ſtatum religioſum, per quem dicebat nos eſſe ſponſas Jeſu; ſe vero nequaquam, quia necdum erat religioſa, licet fieri optaret. Somnum capiebat ſupra ſaccum ſtramineum; quin & illo magnam partem privabat ſeſe ut orationi vacaret, eidè tribus quatuorve horis continuis intenta. Veſcebatur cibo perquam modico, jejunabat ſæpe, ſæpe corpus flagellabat: adeoque per iſtæc omnia debilitatus eſt virgor corporis ejus, ut ipſamet fateretur, ſuenti ſibi aliquando vires deeſſe ad trahendam acum. Interrogata vero, cur ipſa ſeſe ita ſponte extenuaſſet, reſpondebat; Non pro deſtruenda complexione naturali, ſed ut aptior eſſem orationi & unioni cum Deo.

& corpus pœnitentiis macerans.

Vt ibi velit Religioſa fieri

19 Denique in omni virtute ſingulariter excellebat, omneſque ejus actiones & geſtus exemplo nobis erant & admirationi univerſis: quia videbamus, non eſſe ipſam ex ordinario genere creaturarum, ſed bonitatis tam eximiæ, ut ſimilem ei puellam vidiſſe numquam ſciamus. Dicebamus ergo inter nos; Hæc erit altera S. Gertrudis vel S. Catharina Senenſis: & Monacharum quædam jam tunc illam reverebantur ut Sanctam; adeo ut, licet cuperent cum

E

ea frequentius loqui, præ reverentiâ tamen qua ipſam proſequebantur eidem ſe jungere non auderent. Multæ noſtrûm inſtiterunt apud eam ut nobiſcum remanere vellet, & Monacha fieri: nec enim patiebamur cogitationem de ea quandoque amittenda, & ſperabamus futuram aliquando monaſterii noſtri ſummam felicitatem: quapropter promittebamus ei, quod ſi maneret, reduceremus nos omnes ad ſtrictiorem obſervantiam perfectionemque regularem, atque ad vitam magis in commune agendam. Verum illa reſpondebat, oraremus Deum ut ſe illuminaret, & quod erat melius inſpiraret; ſe quoque eumdem in finem oraturam. Ad ſe quod attinebat, eo ingredi malle, ubi ejuſmodi obſervantiam non introcendam ſperaret, ſed reperiret introductam: quia ſe præ cunctis infirmam fragilemque agnoſcens, ſecuriorem viam debebat eligere, neque certum bonum pro incerto dimittere. Itaque dignæ non fuimus, quæ eam retineremus, ſed abiit à nobis. Hunc animorum motum & tantæ ædificationis exemplum apud illas Reverendas Matres, optime diſpoſitas inclinataſque ad virtutem,

F

reliquit puella ſecularis, nec plures quam quindecim annos nata.

fruſtra ſollicitatur.

CAPUT III.

Pro obtinendo ingreſſu in monaſterium cum parentibus & cum Confeſſario deliberat Sancta.

20 EXpleto gubernationis Cortonenſis tempore, rediit cum familia Florentiam Camillus, & Catharinam reduci ex monaſterio juſſit. Mater autem, quæ nihil unquam fecit libentius, pro ea reducenda veniens, vix tenuit ſpiritum, cum filiam ita exhauſtam debilitatamque invenit. Accerſitis ergo continuo medicis commendata, communi eorum judicio ducta in villam eſt, ubi, poſt dierũ aliquot reſtaurationem & quietem, in aqua chalybem ſumeret. Credibile non eſt quantum eo tempore familiæ toti amabilem ſe redderet, morum ſuaviſſimorum bonitate. Ambiebant eam certatim omnes, loquentem de Deo, & narrantem quidquid ædificationis bonæ in monaſterio viderat. Quia autem omni die mane, poſt ſumptum chalybem, prodibat in campos, deambulationis & exercitii cauſa, prout moris eſt; comitabantur eam aſſidue ſui fratres, qui multum

C.XI

Medicorum judicio ducta in villam,

optima domeſticis exempla præbet

ejus

A ejus conſuëtudine delectabantur; præter mulieres alias, quæ ſemper ipſi adeſſe, ſemper cum ea loqui voluiſſent. Verum illa, ne mens ſua diſtraheretur, rogabat ut aliquantum pone ſequerentur; ipſa vero præcedebat ſola, nunc Roſarium aliaſque preces vocales recitans, nunc cogitationibus in cælum defixis meditationem poſtea inſtituendam diſponens ac præparans: quam etiam inſtituebat, mox ac domum redierat reducta in cameram, neque ullus unquam præſumpſit illam interturbare. Ita ſub oculis matris, & aëris purioris beneficio, medicinis etiam conferentibus aliquid, amiſſam ſanitatem majori ex parte recuperavit Catharina: expletoque curationis tempore, in civitatem rediit.

& convaleſcit.

CAP. XII *æt. an. 16 intelligens ſe matrimonio deſtinari,*

21 Jam indeà teneris pueritiæ annis magnum deſiderium foverat illa conſecrandi ſe Deo in aliqua religione, de eoque die noctuque cogitabat, ut dictum eſt; ſed metuens ne parentes ſui aliud animo deſignatum haberent, formidabat eis manifeſtare propoſitum ſuum. Poſtquam vero reverſa de monaſterio jam attigerat ætatis annum decimum ſextum, deprehendit illos de ipſa matrimonio jungenda deliberare. Ergo reformidans necui obligarent fidem ſuam, rem eis totam aperire decrevit: & poſt

B imploratam opem divinam, nacta occaſionem commodam, ita patrem allocuta fertur: Si de me, care pater, aliud cogitas quam quod pridem Jeſu meo promiſi; ſcito citius me ferro daturam reſecandum caput, quam alium Sponſum recipiam aut omittam ingredi Religionem. Obſtupuit ad hæc verba, tam aſſeveranter prolata, pater; & coram filia ſolutus in lacrymas, nihil reponere reſponſi potuit: tamen, ut erat timens Deum, noluit ei moleſtus eſſe, nec ultra de ea viro jungenda tractavit. Interim non defuit alia perſona, quæ illius exerceret patientiam & conſtantiam, verbis injurioſis irridendo modum ejus vivendi, ſpiritualem reductumque à ſeculo. Quam illa mortificationem humiliter excipiens, nihil reſpondit; ſed regreſſa in cameram, ibique coram beatæ Virginis imagine genuflexa, pro injuriante oravit, Deoque egit gratias pro oblata ſibi tolerantiæ occaſione: quo in actu indulſit ei Dominus conſolationem pleniſſimam.

declarat ad id numquàm ſe conſenſuram,

& acceptâ ideo injuriâ fert patienter.

Vt matris animum inflectat,

22 Reſtabat expugnanda mater; quæ cum terrimo affectu hanc filiam diligeret, in eâdem ſibi plurimum complacens, lateri ſuo ſemper habere conjunctam, cum ea colloqui & verſari, prudentibus ejus reſponſis atque ſermonibus frui, in partem præ-

C cipuæ felicitatis ducebat, & ex omni ejus actu aut motu novam capiebat diligendi materiam. Quia autem modis omnibus tam perfectam inveniebat, ſperabat, ſi eam elocaret in mundo, ſucceſſum optimum: & quia unica ei erat feminei ſexus, difficillimum apparebat ipſam ab ea mente dimovere. Deo nihilominus confiſa Catharina, cogitabat quo modo expugnaret illam, & deſideratum exprimeret conſenſum. Ac primo, quamvis eam ſummopere diligeret, vim tamen ſibi aſtute intulit, ne amoris ſui erga ipſam ſingularis indicia daret ulla: ſed dextere ab ejus præſentia ſubtrahere ſeſe cœpit, ejuſque congreſſum, & loca ubi eſſe ſciret, declinare: adeo ut ſæpius quereretur mater, numquam ſe filia fruitam eſſe, quia ipſa ſui copiam non faciebat. Præterea cavebat, ne quantum illa cupiebat obſequeretur ei, ad recreationes mundanas ducenti; & multo magis ne ſatisfaceret ornando corpus, pro illius ævi more, ac veſtes pretioſas nobileſque & gradui ſuo conformes induendo; ſed habitus ejus tam erat ſimplex, ut paſſim à matribus proponeretur aliis puellis, vanitati nimium deditis, in exemplar.

ipſi modeſte ſe ſubtrahit,

23 Fecerat ei mater ipſo illo tempore veſtem albam pulcherrimam, quam induere coacta Catharina, amare lacrymata eſt; exiſtimans, nequaquam convenire cuipiam, quæ Deo dicare ſeſe in monaſterio cupit, indui veſtibus quibus placere poſſit humanis oculis. Deducta autem eodem die à matre ad crates conventus, ubi in cuſtodia fuerat; cum una illarum Matrum inde ſumeret occaſionem ſuſpicandi quod cito eſſet nuptui tradenda, eaque de re tamquam illi grata loqui cœpiſſet; ipſa, quæ alia omnia cogitabat, tantam ex iſtiuſmodi verbis moleſtiam hauſit; ut pene deficiens animo caſura in terram fuerit, ſi non conſanguinea ejus aſſiſtens lateri ipſam ſuſtinuiſſet. Præterea quoties eam mater accerſebat, & loquentem audire cupiens interrogabat de meditatione ſua aut aliis ſpiritualibus rebus; non amplius ei ut ſolita erat placidam ſe, ſed mœſtam maleque contentam monſtrabat; non loquebatur; non capiebat cum guſtu cibum: quantoque plus ei blandiebatur genitrix, tanto illa ſe ſubtrahebat magis, nec oſtendebat ullo ſigno ejuſmodi officia ſibi grata accidere. Denique, licet moribus cultiſſima, amabiliſſima, ac placidiſſima eſſet; cum matre tamen agebat ſubruſtice, idque de induſtria; ut paulatim obtunderet maternum affectum, quo videbat aut impediri aut in longum differri poſſe deſiderium ſuum.

ET ITAL. VIRGILII CEPARII. recuſat ſpecioſas veſtes,

& alienior ab ea animo ſimulat.

E

CAP. XIII *quibus illa paulatim mota,*

24 Deus porro, qui numquam deſtituit ſperantes in ſe, ſibique cupientes in ſtatu religioſo famulari; dignatus eſt conſolari Catharinam, eamque juvare, ut cito videret fructum piæ ſuæ induſtriæ, in expugnando paulatim matris affectu. Etenim D. Maria, conſiderans vitam filiæ ſpiritualem & à mundo alienam, quam iſtæc ab infantia ſua duxerat, quantumque dedita eſſet orationi ac frequenti communioni, quodque in ea nec minimum quidem rerum mundanarum guſtum deprehendiſſet unquam, ſed averſum ſemper animum à deliciis recreationibuſque ſecularibus; cœpit cogitare quod eam ſibi elegiſſet Deus, & remordente paululum conſcientia ſubvereri offendendum illum, ſi voluntati ejus ſe opponeret vehementius. Timebat etiam, adeo mœſtam maleque contentam videns, ne ſi ita perſeveraret, malum aliquod gravius incurreret, niſi modum inveniſſet illam conſolandi. Pugnante ergo hinc conſcientiæ ſcrupulo, inde filiæ amore; decrevit rem totam deferre ad Confeſſarium ſuum P. Petrum Blanca. Noverat hic certiſſime propoſitum Catharinæ, quodque nulla unquam poſſet ratione induci ut alium à Jeſu Sponſum admitteret; ſed omnino decretum haberet divinæ obſequi vocationi: proinde affirmabat, ipſam non alia de cauſa mutaſſe modum agendi cum matre, niſi quia videbat à pio ſuo deſiderio alienam, & hanc unicam eſſe triſtitiæ occaſionem. Deniq; concludebat affirmando, peccaturam, ſi à Dei famulatu vellet eam per vim divertere, ut mundo traderet: ideoque hortabatur, ut vinceret affectum, filiaque ſe ſponte privaret, reddendo ipſam Deo, quam aliter ſolari ac lætificare non poſſet.

ſuaſu Confeſſarii

F

filiæ deſiderio annuit:

25 Tum vero domum reverſa genitrix, ſeductam Catharinam interrogat, quid demum ipſa ſtatuiſſet de ſe: & intelligens in propoſito firmam manere; Quandoquidem, inquit, ita vis, volo & ego, neque impedimento ero quo minus id agas quod tibi inſpirat Deus. Hic nullis verbis explicari poteſt, quantam, ad hujuſmodi declarationem matris, lætitiam animo ceperit Catharina. Actis ergo quam poterat affectuoſiſſime gratiis, matrem in loco lacrymantem relinquens, tota hilaris in cubiculum rediit; ibique proſtrata in genua, Deo cœpit pro obtenta victoria quam prolixiſſimas agere gratias; ſeque divinæ ejus majeſtati in famulam perpetuam dedicavit, cum firma reſolutione ſerviendi & amandi

tam

tam bonum Dominum toto cordis affectu: neque aliud exinde cogitare potuit, nisi ut quam citissime expedita à seculo attingeret portum desideriorum suorum. Profuit autem tam lætus successus etiam corpori, adeo ut ad nativum colorem reducto vultu, tantum novarum acquisierit virium, ac si numquam infirmata fuisset. Verum, licet omnibus hilaris appareret & amabilis, coram matre tamen parcius aliquantum, ne amori ejus novos stimulos adderet, augeretque dolorem in ipsa dimittenda.

ET ITAL. VIRGILII CEPARII. *quæ exinde hilarior, tota sanatur.*

CAP. XIV *Ex tribus ad quæ propendebat monasteriis,*

26 Porro parentes, qui, suadente Patre Rectore Societatis Jesu, animum induxerant ad consensum filiæ suæ præbendum; ejusdem etiam arbitrio relictum voluerunt delectum monasterii, quod, ex multis conventibus quos observantiæ regularis tenaces habet Florentia, esset proposito adolescentulæ aptissimum. Varios hic iis laudavit, tandem tamen concluſit, quod, attenta puellæ propensione, existimabat monasterium Cruculæ Ordinis Dominicani, vel aliud S. Mariæ Angelorum Ordinis Carmelitici magis conforme futurum desideriis ejus. Confessa est autem Catharina, ergà tria potissimum loca se affectam fuisse. Primum erat monasterium S. Claræ, in quo summopere ei placebat paupertas rigida & nihil proprium habens, rudisque & abjectus habitus ac vivendi modus, in quibus multum credebat esse præsidii ad mundi contemptum veramque humilitatem Sanctimonialium animis ingerendam. Ad monasterium Cruculæ eo potissimum trahebatur, quia semel ingressæ Virgines, nulli postea seculari faciem suam videndam præbent: quod plurimi faciebat, tamquam medium servandæ recollectioni interiori convenientissimum, atque ad animam à consanguineis abstractam Deo propius uniendam. Verum quia multum laudari à Patre Rectore audiebat monasterium S. Mariæ Angelorum, non tantum propter perfectissimam vitæ communis observantiam & studium speciale perfectionis internæ; sed etiam quia ibi quotidie mane communiter à Religiosis susciptur sanctissimum Altaris sacramentum; decrevit illuc experiundi causa ingredi.

B

de Confessarii consilio, eligit Carmelitanum:

27 Fuit monasterium istud fundatum à quatuor nobilibus Florentinis, videlicet Innocentia Bartoli, Sara Lapaccini vidua, Magdalena Saræ filia virgine, & Anna Davanzati. Hæ Spiritus sancti impulsu speciali, & ex affectu devotionis erga sanctissimam Virginem Dei matrē, ipso Assumptionis die XV Augusti anno MCCCCL publice sumpserunt habitū Carmelitanum, in ecclesia istius Ordinis, S. Frigidiano Lucensi Episcopo dedicata: eo autē indutæ propriis in domibus ducebant vitam perquam exemplarē, sub nomine Sororum Virginis Mariæ. Didita mox per urbem rei novę fama plures alias virgines permovit, ut eumdem habitum postularent, & anno MCCCCLIII, eadem in ecclesia eodemque Assumptionis die, duæ item virgines, una ex Philipporum, altera & Chellinorum familia, vestitæ pari modo sunt: quæ cum Sorore Innocentia simul habitare cœperunt, in domo ipsis donata, prope prædictam Patrum Carmelitarum ecclesiam. Brevi autem sic crevit earum numerus, ut jam formam monasterii dicta domus haberet, quod deinde eodem in loco fabricatum fuit. Cœperunt illæ vivere sub Regula Carmelitana, & regimine unius quam Priorissam nominabant: fueruntque in hodiernam usque diem servatæ in sancta unione, vitæque communis strictissima observantia, absque ullo cujuscumque generis reditu proprio. Nā quidquid infertur, in commune deponitur ærarium, unde Superior providet omnibus necessitatibus tam communibus quam singularibus, ac ministeriis seu officiis; quibus præpositæ Monachæ præter operam nihil de suo conferunt, sed monasterium suppeditat sumptus: quæ vero inter eas privatæ officio sunt, nihil emere aut vendere, non negotiari, non donare, non recipere quidquam per se possunt, aut ulla ratione tractare pecuniam: sed omni solicitudine liberæ, nihil cogitare debent de re quapiam, sibi vel sanis vel infirmis ad victum vestitumque necessaria.

C

quod anno 1450 fundari cœpit,

permanebat in rigida vita communis observantia;

D

anno 1520 subjectum Ordinario,

28 Locus hic Ordinarii regimini & curæ subjectus fuit anno MDXX, à Leone Papa X, per Breve speciale: eaque dispositio novam obtinuit firmitatem per aliud Breve Pii Papæ V anno MDLXVII. Constitutiones earum, post Concilium Tridentinum reformatæ, confirmatæ sunt à Pio Papa IV anno MDLXIV, & à Paulo Papa V anno MDCX magis restrictæ, atque ad arctiorem observantiam ipsismet postulantibus reductæ. Hodie vero hunc modum tenent. Novitiæ post annum Probationis Professionem faciunt, post quam triennium adhuc remanent in eodem novitiatu sub cura Magistræ Novitiarum. A Novitiatu ad Juvenatum transeunt, ibique alterum triennium ducunt sub cura Magistræ Juniorum, non agentes cum aliis sanctimonialibus communiter, aut iis loquentes absque expressa facultate; sed habentes proprium dormitorium atque oratorium, in quo varias devotiones mortificationesque exercent. A Juvenatu traducuntur ad Suprajuvenatum, ibique tres item annos manent sub cura Supprioriſſæ, quæ specialis earum Magistra est: atque ita decem ut minimum continuos annos vivunt sub custodia specialium Magistrarum. Adolescentulas ad custodiam educationemque non recipiunt, scientes quanta inde distractio religioni & periculum observantiæ laxandæ nascatur. Vivunt omnes, modo perquā extraordinario reductę à conversatione & visitatione secularīū ad crates; & quia nihil ipsis commune cum mundo est, attendunt officiis & exercitiis suis quiete intra monasteriū; orationi frequentique Communioni, & acquirēdæ religiosæ perfectioni intentæ.

& propria sibi statuta servant,

E

tunc autem valde florens.

29 Hac ratione conservatus fuit semper locus in magna observantia, totique civitati venerabilis mansit, florens numero nobilissimarum Virginum ex præcipuis quibusque familiis Florentinis. Hodie vero ibidem sunt neptes duæ, ejus qui modo Ecclesiæ universali præsidet, Urbani Papæ VIII, filiæ D. Caroli Barberini ejus fratris & D. Constantiæ Magalotti, Cognatæ ipsius Sanctitatis; quæ ultro elegerunt illuc ingredi, attractæ fama religiosæ ac rigidæ ibidem observantiæ. Numerantur in eo ad octoginta Monachæ, tam Conversæ quam Velatæ, magno cum splendore religiosæ vitæ, sub optimo regimine tam temporali quam spirituali; quia Archiepiscopi Florentini curarunt ei semper præficere Gubernatores zelosos & exemplares.

F

sub directione Societatis Jesu,

30 Multa etiam subsidia spiritualia idem locus à nostra Jesu Societate accepit. Etenim cum S. Ignatius anno MDLI, rogatu Principum Florentinorum Cosmi de Medicis & uxoris Eleonoræ de Toleto, Collegium desiderantium, Pisis Florentiam misisset P. Jacobum Laynez, Roma vero ac Patavio alios Patres; nec illi haberent adhuc comparatum sibi locum, domunculam conductam acceperunt circa hoc monasterium. Defecerat autem eidem per istud tempus Confessarius suus ordinarius: quare, curante Nobili Domina Marietta Gondi, Sanctimonialibus illis pie affecta, rogati fuerunt Patres earum audiendis Confessionibus tantisper operam commodare. Hoc vero ipsi eo fecerunt libentius, quod & earum ecclesia utebantur ad Confessionum Prędicationumque ac aliarum functionum exercitium, & libenter conferebant aliquid ad promovendum Matrum ipsarum spiritum. Quia vero erant omnes magnæ perfectionis viri, magnum in monasterio fervorem excitarunt; & observantiam regularem, quam optime con-

autea quidē ordinaria,

A constitutam repererunt, magis magisque confirmarunt, per usum orationis frequentisque Communionis & spiritum mortificationis: idque non obiter, sed morose: siquidem ad annum usq; MDLII in pio istoc opere perseverarunt. Quia tamen Societas, ex sui instituti propria ratione, abstinet à cura Monacharum, scrupulo sibi ducebant boni isti Patres tamdiu retinere occupationem istiusmodi: sed Sor. Dianora & Sor. Victoria Contugi, quæ habebant patrem tunc temporis medicum Julii Papæ III, eo mediante impetrarunt à sua Sanctitate, ut Patres cœpta prosequerentur, quemadmodum fecerunt de consensu S. Ignatii usque ad annum MDLIII. Tunc assignatus Societati est locus, quo hodieque situm est Collegium, juxta ecclesiam S. Joannis, quæ quia parvula erat S. Joannini dicebatur. Huc immigrantes Patres, desititerunt ordinarias Matrem Confessiones audire: quæ tamen semper erga Societatem gratæ beneque affectæ manserunt; & vicissim Societas eas libenter fovet, subministrandis quoties opus est Confessariis extraordinariis, & concionatoribus ad pias exhortationes. Ex hac igitur causa P. Petrus Blanca Rector plenissime potuit informare Catharinam de conditionibus prædicti monasterii.

extraordinaria vere ab a. 1553,

B

CAPUT IV.

Primus secundusque ingressus Sanctæ in monasterium: & susceptio Habitus.

31 CAP. XV *Ad experimentum ingressa illuc an. 1582,*

DEterminato jam monasterio, & facultate ab Archiepiscopo obtentâ, ingressa illuc Catharina est in habitu seculari, in Vigilia Assumptionis anno MDLXXXII, transactis ætatis suæ annis sedecim, quatuor item mensibus cum dimidio. Solent puellæ, quæ illuc experimenti causa intrant, ordinarie ibi manere ad decem dumtaxat vel quindecim dies: quo tempore vivunt sub regimine & cura duarum Monacharum, quæ ab officio assistendi puellis extraneis Foreſtariæ dicuntur: & earum una ætate junior, alteraq; provectior eo deputari consuevit. Ambæ magna cum caritate & assiduitate iis serviunt, iisque assistunt diu noctuque, observantes interim singularum naturam, mores ac spiritum; inquirentesque studiose quam idoneæ sint ad religionem, & quam firmam habeant voluntatem totas se Deo consecrandi. Eædem illas identidem deducunt ad Novitiatum, ibique Magistræ Novitiarum relinquunt, informandas circa ordinem, officia, exercitiaque monasterii: & hæc ipsa in omnem illarum actionem motumque intendit, ut possit simul cum Foreſtariis sub omni sinceritate referre Superioribus, quid in singulis observarit. Sed longo tempore opus non fuit, ut cognoscerent, Catharinam non esse puellam ordinariam, quæ ipsis potius cælestis Spiritus quam mulier terrena videbatur esse: notabant enim in omni verbo ejus, gestu & actione resplendere puritatem atque modestiam Angelicam; & nihil ab ea agi absque gratia singulari. Erat siquidem mansuetissima ac placidissima, humilis, obediens, caritate plena: numquam nisi interrogata loquebatur, & ostendebat magnum desiderium vitæ religiosæ, multo cum affectu de ea loquens.

C

omnibus probatur,

32 Quam absolutum porro sui ipsius haberet dominium, demonstravit die quodam, quando à Foreſtariis ad commune Monacharum ergasterium ducta, juxta alias ad suendum consederat. Dum enim tacitæ omnes intendunt operi, auditur ingens ex lapsu rerum quarumdam fragor; adeo ut cunctæ tali novitate attonitæ surgerent, sola Catharina mansit immobilis, non caput sustulit, non oculos

animo semper collecta,

vertit, non intermisit opus; sed tamquam absorpta in Deum sedebat, uni labori intenta, cum maxima admiratione omnium: quia ejusmodi subitis casibus non videntur cohiberi posse primi isti motus, nisi quis vel à natura moderatissimus sit, vel à virtute mortificatus valde, vel denique in seriam quamdam cogitationem profunde fixus. Sepius se recipiebat in Chorum orationis causa, sicut testatur Sacristana istius temporis; quæ crebro ipsam ibi inveniebat. Alia autem puella nobilis, quæ eodem quo ipsa die experimenti causa ingressa monasterium erat, deponit, quod omni mane, quando ipsæ surgebant electo, inveniebant Catharinam in oratione jam positam, in qua ultrà horam perseverabat. Eadem cum aliis animadvertit, quod eodem in situ corporis, quem assumpserat orationem exorsura, perseverabat usque ad illius finem: quia mox ac se reclinarat in genua, videbatur immobilis effecta, & neque capitis; neque oculorum, neque alterius ullius membri motus in ipsa notari poterat: quod adolescentula illa perquam difficile esse existimans, sæpe de industria post ipsam se collocabat, multumque mirabatur & ædificabatur tam pio spectaculo.

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

etiam in subitis casibus,

in oratione præsertim;

E

33 Mater Sor. Euangelista Jucundi, quæ postea Sanctæ Magistra fuit, aliquando ei dixit: Filia, si Monacha effici vis, non poteris facere orationes omnes quas solebas in seculo: oportebit enim te vacare communibus, quibus Novitiæ ceteræ, exercitiis. Cui Catharina modeste reverenterque respondit, Scio, Mater, quod omnia, quæ fiunt in religione ex obedientia, oratio sint: eoque tam sapienti dicto mire satisfecit interroganti. Denique, seculari licet in habitu, præferebat indicia virtutis & perfectionis ordinariâ majoris: quapropter optabant omnes ut isto in loco sacrum vestitum assumeret. Ipsa quoq; vice versa tantopere complacebat sibi in domus totius ordine, & in modo vivendi istic stabilito, tantum etiam ædificabatur Monacharum illarum probitate ac bonitate, ut sibi videretur esse in Paradiso; diceretque merito appellari S. Mariæ Angelorum locum eum, qui sub patrocinio Deiparæ constitutus erat, & Angelis similes habebat incolas; adeo ut desideraſſet inde numquam egredi statimque vestiri. Sed obediendum parentibus & consuetudini fuit, & post decimum diem volens nolens domum reducta est.

cui tamen obedientiam præfert,

atque post 10 dies redit ad suos:

F

34 Sperabat Catharina fieri posse, ut quam primum & absque morâ reverteretur ad monasterium: sed ea spes ipsam fefellit. Necesse enim fuit trimestre adhuc integrum domi paternæ agere, ut genitoribus suis plene satisfaceret: qui cum ægerrime ab hac tam cara sibi filia abjungerentur, moras identidem nectebant ex moris, quibus hunc passum declinabant, licet ipsa non minus industrie quam frequenter eos ad hoc stimularet. Non est autem dictu facile quam sapienter virtuoseque eo tempore se gereret. Primum enim inimica omnis vanitatis ac fastus, numquam pretiosius indui voluit, nedum caput more puellari ornare: sed simplici suo habitu cultuque corporis constanter usa est. Imo die quodam jam Religiosa, loquens cum adolescentula proba ac nobili, quæ in eodem monasterio Habitum sumpserat, Equidem, inquit, capere nequeo, quomodo virgines, quæ cupiunt serio religiosæ fieri ac sponsæ Christi, delectari possint speciosis vestibus, monilibusque, aut aliis ornamentis secularibus; vel pati ut facies sibi aquis medicatis lavetur, & caput cincinnis fasciisque coronetur; nedum qua fronte, in eum modum compræ, audeant publice apparere. Reponente autem altera, credendum non esse, quod id faciant causa pla-

CAP. XVI *apud quos ad 3 menses retenta*

recusat secularitèr ornari,

nec probat id fieri ab ingressuris monasterium:

EX ITAL. VIRGILII CEPARII. placendi humanis oculis; ſed ſolum ad quamdam ſatisfactionem propriam, uti ſibi accidiſſe ſimpliciter fatebatur in die veſtitionis ſuæ; non multa verba ſubintulit Catharina; ſed modeſto cum geſtu ſubridens, indicavit, grandem ſibi defectum videri, in actione tam ſancta & gravi, ſiqua delectetur ejuſmodi vanitate, etiam tunc cum ipſam ſe profitetur contemnere. Quod ita juvenem illam, alioqui optimam, pupugit; ut in ſe regreſſa penituſque confuſa, velut de gravi culpa, veniam à Deo poſtulaverit.

domi ſe continet,

35 Præterea numquam induci Catharina potuit, ut ad vana curioſaque ſpectacula vel loca profana duci ſe pateretur: ut ſummum comes ibat matri ad eccleſias, atque ad valefaciendum ſuis per diverſa monaſteria conſanguineis. De cetero manebat domi, neque curabat inde egredi, niſi ad reviſendas Matres Conventus à ſe delecti, & ſtimulandam ea occaſione matrem pro expediendo ingreſſu. Tum vero, ne ſpiritus elangueſceret, nihil conſuetarum ſuarum orationum unquam dimiſit in domo paterna, nihil de frequentia Sacramentorum: conabaturque ut plurimum manere ſola, ſeque occupare aut libris ſpiritualibus legendis, aut Officio recitando, aut aliis vocalibus mentalibuſve devotionis exercitiis. Quandoque autem accerſita à matre, ut videret apparatum qui fiebat pro illius ingreſſu; atque ut diceret, numquid aliud deſideraret vel ipſa pro ſe, vel donandum Sanctimonialibus; omnia permittebat matri, neque oſtendebat aliquam circa rem ullam in particulari ſolicitudinem. Denique præparatis omnibus pro deſiderio matris, poſt petitam de genibus utriuſque parentis benedictionem, magna cum teneritudine & planctu totius familiæ, exivit domo, numquam reditura, 1 Decembris anni MDLXXXII, id eſt ſabbato ante Dominicam primam Adventus: fuitque à matre aliiſque matronis amicis & conſanguineis deducta ad monaſterium, in quod tanta cum animi devotione, tantaque æſtimatione loci (ſicut ipſa poſtmodum fidenter dixit) ingreſſa eſt, ut indignam ſe crederet quæ fieret vilis ſcopa everrendo pavimento, adeo ipſa de ſe humiliter, de domo Dei ſublimiter ſentiebat. Hoc facto, dum mater plorat jacturam quam ſe rebatur feciſſe in filia; matronæ duæ nobiles, ſevocatæ in partem Prioriſſæ dixerunt, ut magnam curam haberet puellæ iſtius: Credimus enim, inquiebant, ipſam quodammodo dici poſſe numquam hactenus peccaviſſe.

B *piis intenta exercitiis:*

denique 1 Decembris 1582 monaſterium ingreſſa,

C

CAP. XVII *cum maximo ſolatio ſuo,*

36 Remanſit Catharina in monaſterio plena gaudio, conſiderans beneficium Dei educentis ipſam de hoc ſeculo nequam, & ad religionem recipientis: neque poterat ſatiari gratias eidem cum laude & benedictione referendo, ſeque ad ejus ſervitiũ tota animi propenſione offerendo. E contrario mater domũ revertebatur mœſta, velut ſi pretioſiſſimum aliquod monile amiſiſſet: & ab obviam ſibi factâ D. Magdalenâ Strozzi interrogata, quid factum eſſet ipſius Angelo, prorupit in lacrymas, reſponditque; Non decet id à matre dici: eſt enim velut Seraphim iſto in loco, & jubilat præ lætitia, adepta id quod concupiverat tam ardenter. Ex adverſo Monachæ, lætæ de acquiſitione talis puellæ, conſiderabant eam velut Angelum delapſum de cælo, in eaque ſibi complacebant valde, quia morum ejus ſuavitas & plena reverentiæ converſatio omnium corda rapiebat. Congregatæ ergo in Capitulum die octava Decembris, in feſto Conceptionis immaculatæ, eodem anno MDLXXXII, communibus ſuffragiis ipſam ad Habitum recipiendum ſuſceperunt.

recipitur ad habitum 8 Decemb.

37 Interim mater, quæ filiam amplius domi viſuram ſe non ſperabat, voluit ejus ſaltem effigiem conſervare; & prius quam monaſtico induereD *dolenter fert quod matre petente,*

tur veſtitu ad cœnobium miſit indumenta quædam, in quibus volebat ipſam depingi. Incredibile autem eſt quantum eo nuntio conſternata afflictaque fuerit Catharina: ut enim ab omni vanitate alieniſſima erat, ſoluta in planctus; Fierine, inquit, poteſt, ut creaturæ tam vilis, qualis ſum ego, ex modico pulvere lutoque compoſitæ, remanere debeat memoria in mundo? Ego de mundo egreſſa ſum, nunquam reditura, ut nemo videre me poſſet in iſtis ſecularibus pannis; nunc autem volunt, ut in hunc modum iſtuc redeam. Denique induci non potuit ut acquieſceret; donec Confeſſarius ſuus P. Petrus Blanca nuntiari ei juſſit, Conveniens videri, ut hac in parte parentibus ſuis morem gereret: & Mater Prioriſſa mandavit, ut deſtinatas ad hoc ſibi veſtes indueret. Quibus illa humiliter quidem obedivit: ſed, quoniam perpetuo lacrymabatur, dum eam pingebat famoſus in arte Sanctes Titi; non potuit ſic exprimere naturalem vultus illius hilaritatem, quin eam mœroris nebula quodammodo offuſcaret. *jubeatur ſui imaginẽ pingendam permittere.*



CATHARINA DE PAZZIS
Monacha facta an. 1583 æt. 17 dicta
SOROR Maria Magdalena.

Philippus Baldinuccius, inter Notitias Profeſſorum artis pictoriæ, poſt Cimabuam clarorum, ad Decennium VII *ſeculi* XVI, *habet iſtius Sanctis Encomium; interque effigies ab illo elaboratas etiam meminit S. Mariæ Magdalenæ, ejus penicillo expreſſæ, verbis acceptis ex Vita à Raconiſio edita ſub nomine Puccini cap* XIII: *addit-que illam ipſam picturam, in die ejuſdem Sanctæ feſto, quotannis exponi ſupra portam eccleſiæ S. Mariæ Angelorum: unde eamdem, quatenus opus erat, delineatam accipe, beneficio DD. Magliabechii & Benvenuti; atque conſidera, quam ea ſit ex vultu vere lacrymabundo expreſſa.*

38 Appropinquante poſtea die, quo habitum Religionis acceptura erat; ſecunda veſpera, prius quam id fieret, indulgeri ſibi petiit, pro gratia ſingulari, ut liceret, toto ſubſequenti die, ac deinde mane ante veſtitionem, manere ſolitariæ: quod facile obtinuit. Perſeveravit ergo toto eo tempore in oratorio Novitiarum, recogitans quomodo cum Jeſu deſponſanda eſſet, quantumque *Pridie veſtitionis petit ſola relinqui,*

A tumque ſibi privilegium foret eo eſſe electam; quantam etiam cordis puritatem adferre deberet ipſa ad hujuſmodi oblationem ſui; & quid porro agere, ut tanto reſponderet amori; quomodo denique inſtitueret vitam. Dum talibus affectibus & cogitationibus occupatur, veniebant ad crates monaſterii perſonæ variæ, ſubmiſſæ domo cum diverſis rebus ad veſtitionem neceſſariis, quemadmodum tali in caſu conſuevit fieri. Rotaria autem, ignara receſſus in quem ſe receperat, ibat ut appellaret eam. Sed bona virgo, mœſta quod quietē ſuam diſturbari ſentiret, acceſſit ad Matrem Magiſtram; oravitque inſtanter, ut vellet eo die reſpondere pro ſe, & quidquid conveniebat facere; dicens, non videri ſibi hunc eſſem diem, qui poſſet conſumi ad crates; quando poſtero mane debebat ſe dedicare Deo; ſed potius cum hoc agendum ſibi, ſemotæ à turbis. Annuit tam honeſtæ petitioni Magiſtra: & Catharina toto illo die ſolitaria manſit, cum Sponſo ſuo in oratione agens; neque volens earum rerum quidquam videre, quæ à parentibus ſibi & Monachis in diem ſequentem mittebantur.

& Magiſtram exorat ut pro ſe reſpondeat ad crates.

39 Denique die XXX Januarii anni MDLXXXIII; decimo ſexto ætatis anno necdum completo, in Dominica mane multa cum devotione communicavit ex manibus Rev. D. Auguſtini Campi de Pontremoli, qui monaſterii Confeſſarius ordinarius erat; ab eodemque ſuſcepit habitum Religionis Carmelitanæ, una cum nomine Sororis Mariæ Magdalenæ, loco ejus quo antea vocabatur Catharina. Hoc in actu adeo fuit elevata in Deum abſorptaque, ut Converſæ quæ ipſi detrahebant veſtes ſeculares, eam vix auderent contingere, ne interturbarent tam ſanctam quietem. Tantum etiam devotionis & compunctionis quibuſdam ſecularibus, ſpectaculo huic præſentibus, eadem actio attulit; ut toto illo mane aliud non facerent quam lacrymis indulgere. Inter has puella quædam, audiens quanto cum affectu pronuntiaret verba, quibus mundo renuntians omnem ejus pompam & vanitatem abdicabat; adeo ſe commoveri ſenſit, ut Sanctam intueri videretur. Etenim non inveniens in ſemet animum, adeo ſolutum ab amore parentum & aliarum creaturarum, tam vivo exemplo ſtimulata, voluiſſet etiam ipſa de mundo egredi poſſe, & Religionis habitum cum illa ſumere. Cum vero Sacerdos, qui ipſam veſtiebat, in manus ei dabat Crucifixum, Monachæque cantarent ex Apoſtolo Paulo, Mihi abſit gloriari niſi in Cruce D. N. Jeſu Chriſti; nova hæc ejus ſponſa interius ſenſit animam ſuam uniri cum Jeſu, tantamque in corde dulcedinem ſpiritus (ſicut poſtea dixit) quod nihil ſimile unquam expertam ſe recordaretur. Et tunc omnis rei terrenæ obliviſcens, fecit Deo perfectam ſui oblationem: ſuoque divino Sponſo eſt proteſtata, quod aliud deinceps deſiderare nollet, quam ipſum Crucifixum: nec aliud curare, quam ut anima ſua, ipſi ſemper unita, ad ejus famulatum perfectiſſime inſtrueretur.

B *An.* 1583, 30 *Januar. Communicata,*

habitum accipit & nomen M. Magdalenæ,

ſeipſa Deo abſolute tradit:

C

40 Peracta veſtitione, cum profunda humilitate, oravit Patrem Confeſſarium & Matrem Prioriſſam, ne ſibi poſthac unquam injungerent, ut indueretur habitu ſeculari, ſive ad aliquam repræſentationem, ſive occaſione cujuſcumque feſtivitatis inter Monachas uſitatæ: quod ei promiſſum & ſervatum fuit. Interrogata autem quare id poſtularet, reſpondit, Quia tantopere deſideravi Habitum religioſum, ut numquam patienter viſura meipſam ſim in alia veſte. Eodem veſpere nova Chriſti ſponſa provolvit ſe ad genua ſuæ Magiſtræ Sor. Victoriæ Contugi; & brachiis ante pectus decuſſatis magnaque cum humilitate ei dixit; quod ſeipſam tradebat & conſignabat manibus ejus, tamquam corpus mortuum, ut quidquid luberet placeretque de ipſa faceret: promittens numquam ſe tranſgreſſuram illius mandatum ſeu voluntatem: rogabatque ferventer ut ipſam ſtudioſe humiliaret mortificaretque, omni ejus voluntati ſe opponens. Diebus autem conſecutis, perſeveravit in tanta lætitia, devotione & guſtu ſpirituali, ut præ Dei amore conſumi tota videretur: nec paucæ confeſſæ ſunt, in eumdem amorem accendi ſe ſolitas ſolo illius aſpectu.

petit ne ullo caſu jubeatur ſeculariter indui,

EX ITALA VIRGILII CEPARII.

Magiſtræ regendam ſe offerens.

CAPUT V.

Tirocinium Sanctæ, ejuſque Profeſſio; & hanc ſecuta, poſt dierum 40 raptus morboſque, miraculoſa ſanitas, cum continuatione novitiatus.

COnſecuta, quem tantopere deſideraverat, Magdalena Habitum ſacræ Religionis, devotionis fervoriſque pleniſſima, exorſa eſt in tirocinio tam rara virtutis exempla præbere, ut non ſolum Novitiæ multum ex ea ædificarentur, ſed etiam Monachæ admirarentur ejus ſingularem bonitatem ac perfectionem. Quin & Magiſtra Novitiarum, magnæ probitatis Religioſa, dixit aliquando: Soror Maria Magdalena magis meretur eſſe magiſtra mea quam diſcipula: & ego ipſa, cognitam habens virtutem & capacitatem ejus, libenter me illi ut diſcipula ſubjicerem. Quamvis autem ante ſuſceptum Habitum eſſet addictiſſima orationi; eo tamen ſuſcepto hoc ſolatio ſe libenter privavit, ne eſſet in aliquo ſingularis, ſed ſemper cum aliis Novitiis adeſſet communibus exercitiis Religionis. Igitur ſi quando Magiſtra, ſciens quantum ad orationem propenderet, ejus illi facultatem faciebat, interim dum ceteræ manuum operi attendebant; recuſabat ipſa eamdem admittere, hilariterque dicebat; Non parum fuerit, ſi bene oravero iis horis, quæ mihi ad hoc ſunt à Religione conſtitutæ; adeo amabat communem vitam, plurisque faciebat in anima quapiam ſubjectionem, obedientiæ regulari & formæ vivendi conſuetæ præſtandam, quam qualemcumque contemplationem. Connovitiis autem ſuis dicebat, libentius implendas ordinationes communes omnibus, quam voluntariæ devotionis exercitia particularia, licet aliàs bona & ſancta: Quia, inquiebat, facientes ea quæ ſunt communia nobiſque ordinata in Religione, ſive à regula, ſive ex conſuetudine, ſive per mandatum Superiorum; certæ ſumus, de puncto in punctum, quod faciamus rem meritoriam, Deo gratam, ejusque voluntati conformem; non item cum facimus devotiones particulares pro noſtro delectu. Verum tamen eſt, quod noſſet invenire tempus ad orandum, amplius quam à Religione præſcribatur: quia quidquid liberi habebat ſpatii, quod Novitiis pro libitu expendere licet, impendebat orationi: imo, cum venia Superiorum, tollebat de ſomno, quod illi daret, ſed propterea numquam voluiſſet abeſſe à communibus exercitiis.

41 *In noviciatu cunctis exemplum facta,*

E

eluceſt ſtudio vitæ communis,

eam privatis devotionibus præferens;

F

42 Ad hæc autem promptiſſima erat, nec non ad exequendum quidquid mandabatur, etiamſi mandata quandoque eam proprie non attingerent. Non movebat paſſum, non aliud quidquam agebat, niſi ex imperio aut permiſſu Magiſtræ: quia maximi faciens obedientiam, erat in ejus obſervatione vigilantiſſima. Ad exercitia viliora & humiliora monaſterii manus prima mittebat ipſa, ſcopando, lavando, purgando; idque ut ſeipſam in eo deprimeret, quam viliorem cunctis Novitiis exiſtimabat. Omnes ſe meliores reputans, ab omnibus diſcere aliquid cupiebat; & in minimis quoque rebus ne exerraret conſilium petens, rogabat ut comitari ſe vellent & agenda

excellit etiam promptitudine ad omnia,

EX ITAL. VIRGILII CEPARII. *& ſubjectione erga omnes,*

præmonſtrare, atque monere cum periculum viderent deficiendi in aliquo. Merenda cum dabatur, ſumebat eam ſicut Novitiæ aliæ, ne eſſet ſingularis; ſed clam deinde porrigebat Rotariæ, pauperibus pro Dei amore largiendam. Solicita ne cui cauſam præberet mœroris, ſi Novitiarum aliquam triſtem videbat, dicebat ei; Serena animum tuum, Soror, quia Deus non infundit gratiam ſuam pectoribus mœſtis. Supra modum compatiebatur defectibus alienis; & erga omnes expandens viſcera caritatis, aptabat ſe uniuſcujuſque voluntati; quantumq; citra imperfectionem poterat condeſcendens, amabilem ſe reddebat univerſis.

Ejus zelo obſervantiæ regularis

43 Zelantiſſima obſervantiæ regularis, non ſolum in ſe, ſed & in aliis promovendæ, orabat Novitias, ut Ordinationes ſemper in mente verſarent, ne forte memoriæ defectu laberentur in aliquo; & ipſa faciebat illas earum recordari. De rebus divinis facile & cum guſtu loquebatur: quod ſi qua ſermonem induxiſſet de rebus, non quidem malis, ſed indifferentibus; videbatur ad eum ſermonem quaſi ſtupida neque ſenſata ſatis; ſtatim autem atque reſumebatur ſermo de Deo, reviviſcebat quodammodo & excitabatur. Certe ipſa induxit Novitias, ut non niſi de Deo loquerentur; idque adeo exacte inter ipſas ſervabatur, ut inconcinnum quodamnodo cenſuiſſent, de rebus quotidie occurrentibus loqui. Tantum autem deſiderabant, non ſolum Novitiæ, ſed etiam ſeculares puellæ, quæ primi experimenti cauſa illuc recipiebantur, loqui cum ipſa; ut induſtrie adniterentur venire in ejus congreſſum. Quia vere inſtar ſolis lucebat in monaſterio; & juvenculæ quædam conſcientiæ ſibi duxiſſent veſperi concedere cubitum, niſi prius eam ſalutaſſent, & ſalubre monitum aliquod poſtulaſſent, quod ipſa eis dabat magna cum ſinceritate. Tanto autem in pretio ejus dicta habebantur, ut plures mox atque in cellam redierant, arrepto calamo annotarent audita, ne à memoria elaberentur. Sermone ſuo reddebat facilem viam virtutis, ſuæque converſationis dulcedine & verborum efficacia trahebat corda ad amandũ Deum, & voluntates ad ejus obſequium inclinabat atque ad mundi contemptum: adeo ut vel ſolus ejus conſpectus videretur illicium eſſe ad bene agendum. Et ideo plereque earum, quæ experiundæ vitæ monaſticæ cauſa deponebantur in iſto monaſterio, ipſum quoque eligebant ſibi, ad eam inibi perpetuo ducendam.

B

& inducendi colloquia pia.

C

C. XIX *Poſt 8 menſes Novitiatus profiteri cupiens,*

44 Hiſce virtutibus inſtructa hæc bona Novitia, & ad majorem quotidie perfectionem proficiens, ſummopere deſiderabat cæleſti ſuo Sponſo arctius uniri per vinculum ſanctæ Profeſſionis. Cum ergo jam tranſegiſſet octo ſuæ probationis menſes, tempuſque adeſſet qua ſeptem Novitiæ aliæ illam eſſent nuncupaturæ; ipſa, quæ intelligebat quantum in eo actu anima obſtringatur Deo, non potuit ſe cohibere, quin una cum ipſis optaret profiteri poſſe, & hoc ſuum deſiderium Superioribus indicaret. Intelligens autem id ſibi ſperandum non eſſe ante finitum integrum annum probationis, tanto eſt affecta mœrore, quod fuerit in novitiatu inventa effuſe lacrymans: cauſam vero planctus interrogata, reſpondit verbis ſingultu interruptis. Magna res eſt poſſe cum Deo jungi arctius per Profeſſionem, eaque privari. Objicientibus autem Concilii Tridentini decretum, vetantis annum probationis contrahi, & pollicentibus eo expleto ſine mora obtenturam quod volebat, acquievit. Cum vero ſeptem iſtæ virgines de more in Novitiatu remanerent, vix audebat Sor. Maria Magdalena cum iis amplius agere, præ ſumma humilitate; indignam ſe judicans illarum conſortio, quæ tali modo adſtringebantur Chriſto.

dolet ſe ad finem anni differri:

45 Circa finem anni MDLXXXIII tempore Adventus, cum quodam veſpere ſimul omnes Novitiæ conſuetam in ſuo ſacello orationem feciſſent, digreſſis illis ſola ibi remanſit Maria Magdalena: & paulo poſt lacrymari incipiens, atque erumpens in voces planctu interruptas, aliaque magnæ anguſtiæ indicia dans; videbatur non poſſe in gradu conſiſtere, ſed extendens ſeſe diffibulanſq; & veſtes laxans, ita agebat ac ſi cordi, exilire de pectore cupienti, viam faceret: quæque aliàs fere ſolebat pallere, tunc vultu flammeo rubicunda, ſibique ipſi diſſimilis, magno cum affectu dicebat! O amor, quantopere offenderis! non agnoſceris, non amaris. Accurrerat ad rem ſibi novam Sor. Euangeliſta Jucundi, recenter conſtituta Novitiarum Magiſtra; ipſamque reducens ad cellam, coëgit ut ſe in lectum componeret: illa vero replicabat, Fierine poteſt ut ego lectum hunc conſcendam, quando tantopere offenditur Deus? O amor! Conſcendam equidem, ſed intuitu ſolius obedientiæ. Necdum hactenus notatum in ea quidquam ejuſmodi exceſſuum fuerat; ſed ſuperveniens quæ advocata fuerat Mater Prioriſſa, recordata eſt una cum Magiſtra Novitiarum, quod Domina Maria, mater Mariæ Magdalenæ, ſibi narraſſet, ſimilem exceſſum amoris, qui ſupervenerat filiæ in villa exiſtenti, ut ſupra dictum eſt: indeque cœperunt arbitrari, minime id eſſe malum aliquod corporale.... Videntes autem autem quod nequiret manere concluſa, ut commodius reſpirare poſſet, aperuerunt cortinas lecti, & omnes ipſius cubiculi feneſtras. Poſt duas fere horas rediit in ſtatum priſtinum, remanentibus iis, quæ rem noverant admiratione repletis & conſolatione, nec parum confirmatis in opinione concepta de illius ſanctitate.

D

circa quem patitur aliquid extaſeos inſolitum,

quod extaſim eſſe Monachæ intelligunt.

E

Expleto probationis anno, dilata quidem ejus Profeſſio fuit, propter alias quæ ſimul eã factura erant; ſed nihilominus eo qui ſupervenit morbo coacta Matres ſunt permittere, ut eã ſeorſim faceret die XXII *Maji anni* MDLXXXIV, *octodecim annis ætatis & duobus menſibus necdum integre completis, prout à Puccino plenè narratur num.* 15 *& ſeqq.*

C. XX *Profeſſa* 1584 27. *Maji,*

Reducta deinde in lectulum ſuum, Sor. Barbaram Baſſi & Sor. Ludovicam Laudominem Ruſtici, Infirmarias, rogavit, ut clauſis cortinis ſolam ſe dimitterent, dicens ſe velle aliquantulum requieſcere. Cumque horam unam ſic manſiſſet, admiratæ Infirmariæ quod non audirent tuſſientem, accceſſerunt pedetentim, viſuræ an requieſceret: apertiſque cortinis viderunt incumbentem ſiniſtro lateri, manibus junctis, oculiſque apertis atque flammantibus, defixiſque in Crucifixum ex pariete ſuſpenſum. Etenim rapta in ecſtaſim nullum edebat motum, ac nec oculi quidem nictabant vel ſemel; vultus autem, aliàs pallidus ac macilentus ex morbo, factus erat rubicundus ac plenus, tamquam cæleſtis cujuſdam Angeli. Attonitæ ad ſpectaculum Infirmariæ, curſim acceſſiverunt Matrem Prioriſſam, & Magiſtram Novitiarum, aliaſque ex ordine Monachas: quæ una poſt alteram intraverunt, raptamque viderunt, ipsâ nihil eorum quæ circa ſe agebantur ſentiente, unde & laudes dederunt Deo. Poſt duas vero horas ad ſolitam febrim tuſſimque rediit, prioremque pallorem & maciem reſumpſit. Atque hic primus fuit raptus, quem coram aliis paſſa in monaſterio eſt. Quod autem admirationem auxit, fuit illius iteratio per totos quadraginta dies, ſtatim poſt ſumptum Euchariſtiæ Sacramentũ: quando is per duas plerumque durabat horas cum prædicta vultus mutatione. Porro quia in ecſtaſibus iſtis nec ſentiebat quidquam, nec movebatur, aut loquebatur, unde veniri poſſet in cognitionem aliquam earum rerum, quas ipſi tunc cognoſcendas dabat Altiſſimus; quæſivit ex Confeſſario Magiſtra Novitiarum quid agere deberet. Ipſe vero haud

iterum rapta inveniturs

F

& ſic quotidie poſt Communionem per dies 40.

A (haud dubium quin inſpiratus divinitus, ne laterent res adeo ſcitu dignæ) præſcripſit, utnomine ſuo & in virtute obedientiæ imperarent illi, ut quidquid deinceps in omni vita ſua ac ſpecialiter in ſuis raptibus revelaret ſibi Deus, id referret duabus Matribus, quarum una fuit ipſa Magiſtra Sor. Euangeliſta Jucundi & altera Sor. Maria Magdalena Mori, ambæ religione graves & virtute excellentes: ipſiſque commiſit, ut quę referret ſcripto mandarent, maturius deinde examinanda.

Juſſu Confeſſarii

47 Imperium executa Magiſtra eſt, quod magna cum effuſione lacrymarum ſancta virgo excepit, dolens ſuarum rerum rationem haberi aliquam: ut tamen obedientiſſima erat, victo quocumque propriæ voluntatis reniſu (licet non ſine rubore, maxime cum revelanda erant aliqua unde cognoſci poterat virtus ſua, privilegiaque ſibi conceſſa divinitus) ſincere referebat ſingula quæ ſibi acciderant alienatæ à mente, & ipſæ cuncta deſcribebant fideliter. Quia autem Magiſtra Novitiarum, ratione officii & aliter impedita, ſemper nequibat ad ſcribendum aſſiſtere; ſubſtituit ſibi Sor. Mariam Pacificam de Touaglia, quæ ſub cura ſua erat, & in Novitiatu ſocia Mariæ Magdalenæ, nota etiam eidem & amica in ſeculo.

revelat acta in iſtis raptibus:

B Atque hæc poſtea fuit diligens ſecretaria omnium raptuum exceſſuumque & actionum notabiliorum hujus ſanctæ Matris: ſuaque manu notavit pleraque eorum, quæ hodie inveniuntur ſcripta de illa, quæq; mihi ante annos viginti octo Florentiæ exhibita fuerunt recognoſcenda à D. Franciſco Benvenuti Canonico & Pœnitentiario eccleſiæ Cathedralis, Gubernatoreque & Confeſſario monaſterii, integris quatuor voluminibus deſcripta, plenis raptuum ecſtaſiumque, viſionum ac revelationum ipſius Sanctæ, haud alia fere manu quã iſtius reverendæ Matris.

48 Non eſt quidem intentionis meæ ſcribere raptus & viſiones quos habuit Sor. Maria Magdalena, tam Novitiatus ſui tempore, quam per reliquam vitam; maxime cum talia ſummo cum judicio collegit D. Vincentius Puccini, qui modo eſt Gubernator & Confeſſarius monaſterii, grandi edito volumine, quod Vitæ ipſius Sanctæ ſubjungitur: juvat tamen aliqua ad ſpecimen delibare, in eorum gratiam qui librum iſtum fortaſſis non habent.

c. XXII *quædam ex parte edita ſunt à Puccino.*

c. XXIII

c. XXIV

Hactenus Auctor, qui exhinc incipit ſcribere relata à Puccino num. 158. *Deinde cum dixiſſet, non ſolum mane poſt Communionem, ſed etiam poſt Veſperas ſimilia paſſam illis quadraginta diebus, narrat aliqua invenienda apud eumdem Puccinum num.* 154 *&* 155. *Nec non conſequenter ecſtaſim, per Dominicæ Paßionis myſteria ductam, uti eam Puccinus habet num.* 167, *conjungendam iis quæ idem Puccinus antea ſcripſerat num.* 156 *&* 157. *ac denique concludens, ſic proſequitur hiſtoriam Vitæ.* Hi autem exceſſus amoris, perquam diverſi erant ab ecſtaſibus matutinis. In his enim manebat quieta & immobilis, nihil videns nihil ſentiens, quia anima tota intenta operationi internæ non concurrebat ad operationes ſenſuum externorum: ſed quando loquebatur aut reſpondebat in raptu, ſignum erat animam non eſſe totam retroactam; & quod concurrentibus ſpeciebus præhabitis movebatur phantaſia, per quam ſic loquebatur & diſcurrebat: phantaſia enim eſt quæ linguam ad loquendum movet. Amor etiam divinus, cor ejus inflammans, & accenſos ſpiritus ad caput mittens, faciebat ipſam habere eas vires, quibus velut bene robuſta ac ſana ſurgebat de lecto, diſcurrebat per cellam, aliaſque actiones faciebat, ad quas ejuſmodi vires requiruntur; licet nec tunc quidem cum movebatur & loquebatur, ſentiebat & reſpondebat, diſtraheretur à ſuo dilecto amore: atque ad hunc gradum pervenerat anno ætatis ſuæ decimo octavo.

C

Alio autem modo etiam Veſperi rapiebatur,

mive tunc robuſta;

49 Quamvis autem, dum eſſet in raptu aut illis amoroſis exceſſibus, haberet vultum Angelicum vividumque, & oculos claros ac ſcintillantes, ac ſi nihil mali pateretur in corpore; regreſſa tamen ad ſenſus, & ceſſante illo amoris æſtu, ſentiebat iterum & febrim & tuſſim ceteroſque dolores. Unde factum eſt, ut tranſactis illis quadraginta diebus, partim propter ipſam infirmitatem, partim propter commotionem vehementiorem, adeo remanſerit debilitata atque exhauſta viribus, ut Monachæ, metuentes ipſam perdere, neſcirent quid conſilii potiſſimum caperent ad eam refocillandam. Itaque diffidentes humanis remediis, decreverunt communibus precibus exorandum pro ejus ſanitate Deum. Fuit inter alias Soror quædam Converſa, quæ conſiderans quam devota eſſet Sor. Maria Magdalena erga Venerabilem Matrem Sor. Mariam Bagneſiam, cujus corpus in Capitulo monaſterii reverenter ſervatur, eidem votum pro ipſa fecit. Et ecce Magdalena, licet ipſo die quo votum fiebat, omneſque Monachæ pro ea orabant, infirma quam quæ maxime; ſequenti tamen die miraculoſe ſana, ad ſtuporem non minus quam conſolationem univerſarum, ſurrexit de lecto ab omni malo libera. Mandavit autem ei Prioriſſa ſub obedientia, ut diebus nihilominus aliquot maneret in infirmaria; ubi aliis infirmis miniſtrans, ſub veſperam ibat ad Novitiatum, ad conſuetas cum aliis Novitiis orationes: deinde XI Julii vidit animam prædictæ Matris Bagneſiæ in ſublimi gloria collocatam.

EX ITAL. VIRGII II CETAKII. c. XXV *ceſſante vero raptu*

extreme debilis,

precibus monachæ conſervatur.

E

50 Valetudine, ſicut jam dictum eſt, reddità, ne ex Novitiatu educeretur deprecata, manſit in eo uſque ad finem Septembris anni MDLXXXVI, id eſt annos univerſim tres & menſes octo, quo tempore & plus quã antea ſe dedit virtutũ omnium exercitio, exactiſſima ad obſervandum etiam in minimis quibuſque rebus Novitiatus ordinem: libentius tamen verſabatur cum Novitiis ſimplicioribus inferioriſq; conditionis, quam cum aliis, & ſemper locum ultimum occupabat. Orationi faciendæ tempus tollebat ſomno; cum autem non haberet facultatem ideo ſurgendi de lecto, aut contrahendo corpore aut alio modo tantiſper ſupra lectum flectebat genua, ſubitoque in extaſim rapta, ad horas quandoque integras ſic permanebat. Sæpius autem contigit quod mane ſurgentes Novitiæ, & animadvertentes quod ipſa neque ſurgeret neque motum aliquem faceret, ibant cum Magiſtra ad lectum ejus, ſublatiſque cortinis reperiebant ecſtaticam. Majori vero admiratione dignum erat, quod etiam poſt tot horas in raptu traductas, quando ſibi reddebatur, adeo familiariter & humiliter agebat cum omnibus, ut non videretur eſſe eadem, quæ paulo ante fruita erat tam arcto divinitatis complexu: quin potius, ſi quod humile exercititium faciendum occurrebat, prima eidem admovebat manus. Interim cogitabat ſemper, quomodo poſſet alias in Dei amorem inflammare; ſociaſque hortabat ut, ad proſequendum Dei famulatum cum humilitate & cordis puritate.

c. XXVI *Relinquitur in Novitiatu uſque ad Septembrem* anno 1586;

noctu orans ſæpenumer rapitur;

F

51 Inveniebat rationes ac formas mortificationis occultas, quas aliæ notare nõ poſſent: ne autẽ deeſſet ſui vincẽdi continua materia, ſtudioſe celabat inclinationes, appetitus ac deſideria propria; & quidquid naturaliter ſibi gratum erat, id ſibi grave eſſe ac moleſtum ſimulabat; & contra gratum atque ſuave, unde genius ſuus abhorrebat magis; idque eo fine, ut Superiores atque aliæ Monachæ, quæ ipſi cupiebant gratificari, credentes eidem obſequi, ſervirent ad deſideratam ab ea mortificationem, hæc præ illis imperando vel exigendo: unde fiebat ut illuc ſæpius applicaretur quod per ſe abhorrebat, nec impẽderetur aliis rebus, ſecundum ipſius appetitum futuris: atque hac arte obtinebat, ut eſſet in perpetuo mortificationis

ſtudet occultæ mortificationi.

ET ITAL. VIRGILII CEPARII.

exercitio, magno cum animi sui solatio. [Neque hoc innotuisset cuiquam mortalium, nisi ipsa, idem exercitium docendo Novitias, feciſſet ut Superiores id intelligentes, animadvertiſſent, ipſam met idem reapſe facere.] Solebat autem dicere, curandum nobis esse, ut ex nobis metipsis semper habeamus in usu creaturarum mortificationem aliquam occultam, occasionemque tolerandi ignotam ceteris, in qua quotidie probari possimus. Et tali via pervenerat ad eum perfectionis gradum, ut res nulla tollere aut perturbare posset unionem, quam habebat cum Deo assiduam. Aliæ vero Monachæ, coram oculis suis jugiter habentes quæ dabat de se omnium virtutum exempla, talem de ejus sanctitate conceperant opinionem, ut jam tum illam considerarent tamquam Cælitum unam, & terram quam pedibus presſerat reverenter oscularentur.

C. XXVII *Conversa quædã magnæ simplicitatis,*

52 Porro dum sic in Noviatu manebat Magdalena, vestita fuit Soror quædam Conversa, recens ture adducta, mireque simplex & inculta: cui sæpe dicebat Confessarius, Cura, filia, ut crebro agas cum ista Novitia sanctula: & nomen requirenti inculcabat nomen Sor. Mariæ Magdalenæ. Verum illa, ut erat ingenio tardo, neque Monachas neque Novitias

B

satis poterat nominatim discernere: cupiens tamen cognoscere sibi tantopere commendatam, quærebat ex Novitiis quænam esset inter illas Monacha illa sanctula; illæ vero, voluptatulam aliquam ex ejus simplicitate captantes, verba dabant, & æque ac ante incertam dimittebant interrogatricem curiosam. Quamvis autem non raro contingeret eam a-

cupiens nosse laudatam sibi Mariã Magdalenã,

gere cum ipsamet Maria Magdalena, & in ipsius aspectu conversationeque experiri quidpiam diversum ab aliis; non audebat tamen firmiter statuere apud se, quod illa esset quam quærebat. Contigit porro quodam tempore matutino, cum esset Conversa illa in Choro Missam audiens, ubi etiam erat Sor. Maria Magdalena, quod videret grandem lucem circum ipsam, quæ diffusa totum late Chorum implebat; intraque eamdem lucem pulcherrimum infantulum, quàm formosum in vita sua numquam viderat, multis modis blandientem Sorori Magdalenæ. Quo visu attonita vehementerque commota,

viso cum ea Iesu ipsam esse discit:

nec satis discernere sciens quid id rei esset, profugit de Choro tamquàm ecstatica: & obviam facta duabus Monachis, interrogantibus unde sic esset conturbata, narravit totam visionem; cœpitque apud se cogitare, infantulum istum fuisse Dominum Je-

C

sum, qui suæ condescendens rusticitati, ejusmodi apparitione voluisset ipsi monstrare Monacham illam sanctulam, cujus notitiam non potuerat ex Novitiis obtinere. Aliàs, cum ipsi panem pinsenti adesset Magdaléna, vidit eadem Conversa eumdem puerulum ad illius latus; indeque formavit conjecturam, quod Jesus semper assisteret omnibus quæ agebat. Denique vice alia existens in Choro ad Salve-Regina, quod decantatur post Completorium, vidit sculptam Deiparæ iconem elevata manu benedicere Sorori Magdalenæ; & intellexit Jesum atque ejus Matrem talia sibi monstrare, ut nosset & magni faceret Magdalenam, ipsique crederet, prout semper magna cum reverentia fecit.

53 Ipsa è contrario, cognoscens magnam simplicitatem ac bonitatem istius Conversæ, multum ei fi-

illa vero eidem fidenter utitur

debat, atque per illam mittebat Rotariis merendam suam dandam pauperibus, cujus loco colligebat absinthium ex horto, masticabatque ad sentiendam istam amaritudinem. Sæpius etiam eidem Conversæ subripiebat succidos pannos ac semicinctia sordidata, quibus in culina usa fuerat; lotaque & complicata decenter, restituebat. Idem faciebat quoties ipsi Conversæ injunctum erat lavare pannos Novitia-

rum, quos ablutos cum redderet, rogabat ipsam ne cui diceret: & hoc observabat illa, licet perquam invita, quia sic rogata fuerat. Similiter, cum eadem Conversa coquinam administrabat, exorabat ipsam Magdalena, ut sibi jusculum pararet ex pura & simplici aqua: quod eadem fidelissime exequebatur: & quando Magistra Novitiarum imperabat ei, ut Sor. Mariæ Magdalenæ jusculum diligentius coctum apponeret, eo quod esset infirma; ipsa mittebat segmenta panis in scutellam, & hanc replebat aqua calida sine sale, itáque faciebat ei inferri ad mensam. Quamvis autem nonnullo subinde scrupulo tangeretur propterea: quia tamen ipsi promiserat secreti fidem, & máxime quia credebat etiam arcana multa eidem revelari, prodi metuens, non audebat cuiquam id indicare: nec prius ex ore ejus cognita ista fuerunt, quam in Processibus adjurata fuit revelare quæ nosset.

D

ad suas ex-cultus mortificationes.

CAPUT VI.

Ecstases Magdalenæ, & quomodo in iis se haberet certaque fieret non esse illusiones.

54 C. XXVIII *Non solũ ab an. 1584 ad 1587*

RAptus & ecstales hujus sanctæ Matris, quatenus quidem in scriptis reperiuntur, pro maiori parte contigerunt existenti in Novitiatu, intra decimum octavum, decimum nonum, & vigesimum ætatis annum aut paulo ulterius, id est, ab anno MDLXXXIV ad MDLXXXVII. Nihilominus certum est per omnem reliquam vitam iis abundasse, quemadmodum vel ex libris colligi potest, qui editi prælo sunt. Toties autem rapta in ecstasim fuit, ut impossibile sit rationem inire; videaturque dici posse, quod potior pars vitæ, ab ea in Religione traductæ, fuerit quasi continua ecstasis. Non

aut inter orandum dumtaxat,

enim tunc solum rapiebatur, quando de proposito se ad orandum componebat, aut divinis assistebat Officiis, vel communicabat, aut alio exercitio spirituali occupabatur; sed sæpe etiam cum laborabat manibus, pinsebat panem, everrebat domum, pannos lavabat, aut aliud similis operis agebat. Signanter inter lavandum pannos vice quadam sic rapta fuit, ut manentibus in aqua brachiis (persistebat enim tali casu immobilis) illâ propter ejus temporis frigus congelatâ, necesse fuerit dissolvendæ glaciei, brachiisque citra læsionem eximendis, aquam calidam affundere. Quandoque comedens manebat in ecstasi, elevatis in aërem brachiis, dum vel buccellam vel cyathum admoveret ori: unde intelligimus nul-

F

sed etiam aliàs sæpe patiebatur ecstases,

lam externam occupationem sufficisse ad impediendam cordis ejus internam unionem cum Deo, aut abstrahendam mentem ab actuali contemplatione divinorum mysteriorum. Nonnumquam vel solum Dei, aut Jesu, aut Amoris nomen audiens; vel florem, aut plantam, aut reculam etiam vilissimam intuens, exinde attollebatur in ecstasim: & Novitiæ quæ id sciebant, sæpe de industria subinde ei monstrabant flores, vel de eorum loquebantur pulchritudine, ut euntem extra se viderent, quod eis succedebat frequenter.

55 Quia vero ejusmodi raptus subinde diuturni erant, durabantque non solum horas sed & dies integros (qualis signanter is fuit quem anno MDLXXXV, per octo dies noctesque continuas, id est, per totam Octavam Pentecostes est passa) & tunc celeriter loquebatur, sic ut una Soror sola non posset cuncta ejus dicta scribendo assequi; ideo adhibebantur tunc duæ ad scribendum, ut vices mutarent si esset necesse, & earum quælibet habebat duas sibi assistentes, quæ scribenda suggererent, ea ratione ut una scriberet periodum primam ac supra notaret

quæ initio solitæ describi à Monachis.

A notaret numerum primum : altera interim audiendo intenta poſtea ſcriberet periodum ſecundam, & ſignaret deſuper ſecundum numerum : tertia denique ſcriberet tertiam, ſub numero tertio. Tum vero ſcriptionem iterabat, prima ſub numero quarto; ſecunda, ſub quinto; & tertia, ſub ſexto; & ita conſequenter, donec finito raptu colligerentur in unam ſcripturam omnia ſecundum numeros ſupranotatos, quæ denique ipſimet prælegebantur; & ipſa, obedientiæ præcepto adſtricta, diligenter auſcultans, aut bene ſcripta confirmabat, aut corrigebat ſi quid perperam erat intellectum : atque in hunc modum deſcripti habentur ſermones quos habuit in raptu. Verum, quoniam hi raptus erant tam frequentes, nec ſemper poterant præſentes adeſſe quæ dicta excipe-
poſtea ob frequentiã notari deſiterunt. rent, perierunt multa ſcitu lectuque digniſſima; quin etiam intermiſſa paulatim fuit ſcribendi cura, ita ut vix quidquam notaretur amplius, quamvis per omnem vitam (uti dictum eſt) multa notari potuiſſent à Matribus, ſi ſingulis attendere valuiſſent.

C.XXIX 56 Iſtæ autem ecſtaſes non erant ſemper modi unius, ſed varii. Nam primo quidem illa mutabat
In his mutato mirabiliter vultu, B aſpectum faciei, ſic ut quæ ordinarie pallida videbatur & emaciata per aſſiduas caſtigationes corporis, appareret candida & rubicunda ac plena facie, oculis inſtar duorum ſiderum rutilantibus, atque ut plurimum elevatis fixiſque, ut non appareret quam in partem intenderentur. Tum vero reſplendebat in vultu gratia quædam pleniſſima majeſtatis, ſic ut Monachæ ea intuenda ſatiari non poſſent, ipſeque aſpectus excitaret in anima aſpicientium devotionem pioſque & caſtos affectus; quod ſi quis aſſiſteret culpa peccati maculatus, præ pudore atque confuſione non fuiſſet auſus in ejus præſentia permanere. Quanto vero ſublimiores erant ejus contemplationes de Deo attributiſque divinis, tanto apparebat lætior feſtiviorque, cum modeſta tamen atque be-
pro ratione objecti, nunc hilari, nigna gravitate. Quandoque etiam inflammabatur aſpectu toto, quod erat ſignum amoris divini intra pectus æſtuantis. Prætera quo excelſior erat profundiorve contemplatio, & quam ei Deus communicabat intelligentia, tanto magis figebatur immobilis in loco, nec ſemel quidem reducendo palpebram; imo nec poterat moveri à quoquam. Quod ſi aliquando tentabant Monachæ attollere ejus brachium manumve reducere, deficiebant in conatu, æque ac ſi fuiſſet lapidea ſtatua; tantoque magis vi-
C debatur aggravari, quanto contentius quis nitebatur : quemadmodum coram oculis meis vice quadam Monachæ, ad meam certificationem, id tentaverunt hinc atque inde, & nec leviter quidem ut nutaret
nunc mœſto, adſtat immobilis & nihil ſentiens: potuerunt efficere. Non ſentiebat illa tunc quidquam, quantavis adhiberetur violentia; poſtea tamen reducta ad ſenſus, dolebat ea parte vel membro, cui vis facta erat. In contemplationibus mœſtis (ut cum ei repræſentabantur peccata quibus divina majeſtas offenditur, aut Paſſio Chriſti, vel animæ purgandæ damnatæve, aut dæmonum fœditas vel triſte quidpiam) fiebat mœſta, afflicta & tremula, proferebatque voces plenas doloris, & eos geſtus faciebat qui compaſſionem moverent.

loquitur etiam, aptiſſime diſcurrens, 57 Sæpius in ſuis illis raptibus loquebatur lente, & proferebat ea quæ Deus ipſam intelligere faciebat, atque explicabat dona & gratias quas idem impertiebatur animæ ſuæ. Differebat etiam in iiſdem valde ſublimiter de rebus ſpiritualibus ac divinis, & declarabat cum profundo ſenſu loca Scripturæ ſacræ per verba idonea, plena ſucco & lumine divino : erantque hujuſmodi ſermones apte colligati inter ſe, & finis initio gratioſe reſpondebat. Frequenter Latine loquebatur, non ſolum proferens loca & ſententias Scripturarum; ſed proprios etiam diſcurſus formans : quod vehementer mirabantur Monachæ; & quotquot ſciebant certo, numquam ipſam didiciſſe Latinam linguam dum eſſet in ſeculo, quin imo parum admodum legere ſciviſſe cum ingrederetur Religionem, ita ut neceſſe fuerit eam doceri; quamquam ne ſic quidem legebat correcte; & extra raptum non potuiſſet vel unicam Latinam ſententiam emendate referre. Extra eumdem raptum ſermo ejus perquam ſimplex erat, neque aliud fere ſolebat legere quam Breviarium & Euangelia. In iiſdem ecſtaſibus loquebatur aliquãdo in forma dialogi, mo-
idque ſæpe in modum dialogi : do cum æterno Patre, modo cum Verbo incarnato, aut cum Spiritu ſancto, Deipara Virgine, vel aliis Sanctis; atque in ipſorum perſona interrogabat reſpondebatque, aut in perſona propria, prout res exigebat. Nec erat difficile diſtinguere in cujus perſona loqueretur (præterquam quod ipſa id confirmabat Matribus raptu finito) mutabat enim vocem : & in perſona quidem æterni Patris utebatur ſono majeſtuoſo ac gravi, dabatque verbis ſuis emphaſim quamdam, quam mente concipere, qui auribus ſuis non perceperit ipſe, poteſt nemo : in perſona vero Verbi aut Spiritus ſancti adhibebat tonum, gravem quidem etiam ipſum ac majeſtuoſum, ſed magis dul-
E cem : itáque variebat vocem, ſecundum varietatem perſonarum in ipſa loquentium. Cum vero loquebatur in perſona propria, vox ejus ſubmiſſa ægre audiebatur, proferebaturque modo tam humili ac ſi annihilare ſeipſam voluiſſet.

& velut procul poſita à terra. 58 Præterea quando erat in raptibus prædictis, agebat ac ſi longiſſime abforet ab hoc mundo : & ſi tunc volebat Deus ut loqueretur alicui, contenta utebatur voce, tamquam ad procul exiſtentem; ſæpe etiam dicebat intra ſe, Diſtat tam magno intervallo ut exaudire me nequeat. Expertus id ipſe quadam vice ſum, cum tali modo raptam ad me vocari, & ex obedientia venire juſſi. Paruit illa venitque, & loquens mihi interrogavit aliquid : ad quod cum reſponderem, nec illa me intelligeret, dixit, quaſi Deo ſe excuſans : Nimium diſtamus ab invicem; iſtic inferne non audiunt me. Unde inferebam, quod ipſa ſibi tunc videretur eſſe in cælo, & ego procul poſitus in terra. Aliàs plus minuſque percipiebat nos, prout magis minuſque abſtracta erat : vocem tamen Superioris ſuæ intelligebat ſemper, quoties ab ea appellabatur, ipſique obediebat.

F 59 Aliis vicibus rapta, non ſolum ſe movebat, ſed etiam ibat per varia loca : ſicuti quando binis vicibus data ei fuit participatio quædam Paſſionis
Interim quandoque movetur celerrime, Chriſti : qua in ecſtaſi tam ad vivum exprimebat patientem Dominum per ſingulas partes, ac ſi ipſamet eadem omnia fuiſſet realiter paſſa. Fuit etiam cum, celerrimo paſſu tranſiens de loco in locum, aſcendebat & deſcendebat per ſcalas, agilitate tanta, ut volare potius quam pedibus terram contingere videretur : & ſecura inferebat ſeſe in loca periculoſa. Sicut in feſto repertæ Crucis die XI Maji MDXCII, quando diſcurrens per Chorum, abſque ſcalis alioque humano ſubſidio, aſcendit ſuper coronidem eccleſiæ, altam ulnis quindecim & latam ſolum tertia parte ulnæ : ubi omnino intrepide conſiſtens, Crucifixum ſumpſit; claviſque extractis depoſitum recepit gre-
etiam per loca periculoſa, mio, & adſtrinxit pectori : cum eoque deſcendens oſculandum eum dedit Sanctimonialibus, & ſumpto capitis ſui velo cœpit abſtergere, acſi madentem ſudore vidiſſet : quæ res cuivis potuiſſet capitis vertiginem adducere. Cum autem aliquando Deus illam faciebat intelligere, guſtare, & videre ſublimius aliquid de ſua divina eſſentia; non valens continere intra ſe ineffabile quo afficiebatur gaudium, edebat geſtus motuſque admirandos, ſubſiliens atque tripudians

ET ITAL. VIRGILII CEPARII.

ET ITAL. VIRGILII CEPARII. *& exilit pra gaudio:*

pudians dexterrime, ac ſi Angelicus ſpiritus fuiſſet. Circumferebatur etiam per cellam in qua erat, & modo ſe humi ſternebat adorans coram throno ſanctiſſimæ Trinitatis, modo firmabat pedem, & tam fixe cælum intuebatur, ut credi poſſet velle abſcedere à terra, attracta jucunditate ſpiritualium divinorumque objectorum. Quandoque ſubridens ſuaviter, magna cum gravitate proferebat verba aliqua: quandoque aurem gratioſe porrigens, auſcultabat cantibus & harmoniæ cæleſti: multaque alia mirabilia in ejus raptibus eveniebant, quæ impoſſibile eſſet referre ſingula, aut explicare ei qui præſens non viderit.

CAP. XXX *ſemper tamen deludi in iſtis metuens*

60 Ceterum in vita ſpirituali ac religioſa nihil concipi periculoſius poteſt quam raptus, extaſes, viſiones, ac revelationes: non ſolum quia diabolus, fallere volens, transfigurat ſeſe in Angelum lucis: ſed etiam quia ſæpe non ſunt aliud quam effectus naturales vehementioris imaginationis apprehenſioniſque, nati ex humorum redundantia aut intenſione affectuum. Et idcirco majus etiam periculum eſt in feminis, quæ abundant humoribus, reguntur affectibus, & vehementiori imaginationi facilius fidem adhibent quam viri; qui cum doctiores ſint, certiori cum ratiocinio procedunt. Verumtamen quia de hac materia diffuſe ſcripſi in 2 parte tractatus mei de divina præſentia cap. 20 & 21, quem legere quivis poterit, hic aliud non dicam, quam quod beata hæc puella, præ ſua profundiſſima humilitate, ſemper maxime timebat ne illuderetur ſibi, ſæpe etiam deluſam ſe ſuſpicabatur, plangebatque & deprecabatur Deum; interrogabat etiam ſuos Patres ſpirituales, quemadmodum me quoque interrogavit ſæpius ſæpiuſque cum lacrymis, an non crederem illam deludi; multaque ſuper eo requirebat ad ſui ſecuritatem majorem. Poterat quidem, ad perſuadendum cuicumque, iſtas non eſſe illuſiones, ſufficere ipſa quam ducebat vita; utpote tam pura atque innocens, ut nec minimus quidem in ea defectus obſervari valeret: & quantum in ea magis cumulabantur dona gratiæque divinæ, tanto videbatur humilius agere, ſeque deprimere ſtudioſius ex vere demiſſa æſtimatione ſui. Nihilominus dignatus eſt pius Dominus, tam ipſi quam aliis quibuſcumque, auferre quodlibet circa iſta dubium, modo non uno.

B *refert ſe ad judicium Confeſſarii:*

61 Ac primum in raptu, quem habuit anno MDLXXXV, per octiduum Pentecoſtale continuum, ſicut infra dicetur, fecit illam Dominus intelligere, quod vellet ipſam probare per annos quinque tentationibus variis; quibus tranſactis promiſit ei miſſurum ſe Patrem Societatis Jeſu, & quemdam alium (qui cujus foret profeſſionis tunc non intellexit) qui ambo ſecuram illam certamque redderent circa ecſtaſes ac raptus ſuos, ſenſaque ſpiritualia ac divina dona, nec non circa tentationes ipſas, & animam ejus plene conſolarentur. Annis autem iſtis quinq; tranſactis, defunctus eſt Confeſſarius monaſterii D. Auguſtinus Campi anno MDXCI, & conſtitutus fuit Confeſſarius Rectorque Ordinarius Rev. D. Franciſcus Benvenuti, Canonicus & Pœnitentiarius Ca-

C *& ſicut ei promiſſum erat ante quinquennium,*

thedralis Florentinæ: quicum Sor. Maria Magdalena communicavit totum vitæ ſuæ ordinem: & ipſe inſuper omne id legit, quod de illa catenus ſcriptum fuerat. Quamvis autem approbaret omnia; dicens tamen quod nollet ſuo unius judicio fidere in tanti momenti negotio, adduxit anno MDXCII pro Confeſſario extraordinario dicti loci P. Nicolaum Fabrini, Rectorem Collegii Societatis Jeſu; iterumque eumdem accerſivit anno MDXCIII: & tunc Sor. Maria Magdelana in raptu quodam intellexit per revelationem, hunc ipſum Patrem Rectorem, eſſe Patrem illum Societatis Jeſu, qui ad ſolatium animæ ſuæ promiſſus ei erat ab anno MDLXXXV: quapropter, ſicut omnem vitam ſuam manifeſtaverat novo Confeſſario ac Gubernatori, ſic etiam juſſa eſt cum hoc conferre ſingula: hos enim duos illos eſſe, qui ſecuram reddere illam deberent. Retulit ergo Prioriſſæ & Confeſſario quidquid ſibi fuerat revelatum mandatumque divinitus, & de eorum licentia totum internum animæ ſuæ ſtatum aperuit prædicto Patri Rectori; cui etiam ipſe Gubernator legenda dedit quatuor volumina raptuum & luminum quæ habuerat. Legit ille, & moroſe expendit ſingula; tandemque pronuntiavit, nullam omnino ſubeſſe deceptionem; ſed ecſtaſes & intelligentias illas univerſas à Deo profectas, atque pro talibus habendas. Loquens autem de ea cum Prioriſſa & Confeſſario, multas adjunxit laudes benedictæ iſtius animæ: itáque verificatum atque completum fuit, quod ei tot annis antea promiſſum erat.

D

per quem Deus eam ſecurâ reddidit.

62 Aliud ſignum dedit ei Deus anno MDLXXXVI in duobus raptibus, quorum unus XVI die Auguſti, alius die XXV menſis ejuſdē illi obtigit: videlicet quod ad ipſius aliorumque certificationem, voluerit Deus, ut infra terminum dierum quindecim continuorum ter dumtaxat cibum ſumeret. Cadebat in ipſam diem XXV Auguſti dies Dominica, quando refecta cibo eſt, debebatque uſque ad alteram poſt, quindecim dies Dominicam dumtaxat ter refici, videlicet utroque die Jovis & Dominica intercurrente. Hac autem Dominica voluit eam veſci quadrageſimalibus cibis, diebus vero Jovis ſub veſperam pauxillum panis ac vini ſumere, ceteris omnibus abſtinere quocumque edulii genere. Manifeſtavit illa Patri Confeſſario Matrique Prioriſſæ divinum mandatum: qui ei dederunt experiendi licentiam ipſa eadem Dominica; atque ita diebus Lunæ, Martis, Mercurii uſque ad diem Jovis veſperi incibata perſeveravit, ſub Ave Maria vero modicum panis ſumpſit & vini bibit: rurſum Veneris & Sabbati nihil ſumpſit, atque in Dominica uſurpavit quadrageſimales cibos: tum Lunæ, Martis, Mercurii iterum nec comedit nec bibit quidquam; ſed die Jovis, uti antea, ſub veſperam delibavit aliquid panis vinique, atque aliud nihil uſque ad Dominicam, præſcriptum abſtinentiæ jam dictæ terminum. Numquam totis illis quindecim diebus, extra præfatas horas, vel unicam guttulam aquæ ſumpſit: & tamen proſequebatur ſemper conſueta Religionis exercitia, ne tantillum quidem propterea languidior, ſed vultu prequam alias bene habito, quod merito viſum omnibus eſt ſpeciem quamdam habere miraculi. Cum autem accumbebant menſæ, ipſa vel miniſtrabat, vel manebat in Novitiatu intenta labori: quando vero Novitias videbat ad refectoriū abſcedere, dicebat, Ego propter peccata mea indigna ſum, quæ iſtud ſicut aliæ faciam. Denique aliis quoque rationibus pluribus, ſicut infra dicetur, cognoſci potuit eam à Dei ſpiritu duci.

Ad eumdem finem impetrata ſibi quatriduana jejunia,

E

de Superiorū licentia continuat diebus 15.

F

CAPUT VII.

Propheticus Magdalenæ ſpiritus, prædicendis futuris probatus.

63 CAP. XXXI *Prædicit adventum peregrinæ Novitiæ,*

DEdit Dominus etiam huic benedictæ filiæ ſuæ lumen ad præſcienda futura: qua de re pauca hic referam probata in Proceſſibus: impoſſibile enim eſſet cuncta proſequi. *Ac primo narrat Auctor geſta anno* MDLXXXVI, *coram Alexandro de Medices Archiepiſcopo Florentino, poſtea Leone Papa* XI, *ſicut referuntur à Puccino num.* 45 *&* 46: *deinde ſubjungit, quod* anno MDXC, in raptu conſtituta, coram pluribus

ſic expleta probatione accepit directorem ex Societate,

A pluribus Sanctimonialibus prædixit, videre ſe venturam ex longinquis partibus puellam, quæ ibi Monacha fieret. Hoc audito conturbatæ ſunt illæ, nec enim libenter excipiebant peregrinas: monuit tamen eas Magdalena ne formidarent, futuram enim amatricem paupertatis, contemptricem ſui, valdeque illuminandam divinitus. Exhinc anni quinque tranſierant, cum anno MDXCV venit Florentiam, ac deinde ad monaſterium, filia D. Roderici Ximenez Luſitana: dixitque Magdalena, hanc eſſe puellam, cujus adventum prædixerat ante quinquennium. Poſt menſem autem Habitu religioſo donata, dicta eſt Sor. Catharina Angelica Ximenez; & in die veſtitionis ejus abrepta in ecſtaſim Magdalena, prædixit multa exterius interiuſque ei eventura, nec non tentationes quas eſſet perlatura Soror illa: in qua ut fuerunt verificatæ prædictiones ipſius Sanctæ, quoad externa; ſic interius ſibi proveniſſe ſingula, quæ fuerant prænuntiata de ſe, teſtata eſt eadem Sor. Catharina Angelica.

& quid factūrus ſit novus Confeſſarius,

64 Anno MDXCI Dominus Cardinalis de Medices præfatus, gubernando monaſterio S. Mariæ Angelorum præfecit jam antea nominatum D. Franciſcum Benvenuti. Accepit is injunctum ſibi munus, B cum propoſito non adminiſtrandi Sanctimonialibus per ſe, ſed per alios, Pœnitentiæ atque Euchariſtiæ ſacramenta. Hoc cum notum jam eſſet, & Sor. Maria Magdalena elevata in ecſtaſim; prædixit perſtiturum in eo regimine dimidium tantum, quantum in eo fuerat prædeceſſor ſuus, & continuo utrumque Sacramentum ipſis adminiſtraturum; ad Confeſſiones autem extraordinarias & prædicationes advocaturum Patres Societates Jeſu: totumque factum eſt ſicut prædixerat. Mutata enim mente, miniſtravit eis indeſinenter, Patres Societatis in auxilium ſumpſit, magnoque cum affectu quoad vixit (vixit autem annis poſtea quatuordecim) impendit ſe ſingulis, ad perfectionem religioſam promovendis: idque vidit ſancta Mater datum ei fuiſſe, ad interceſſionem ſui deceſſoris. *Sequitur eodem anno ingreſſus in monaſterium* Leonoræ Carlini, *cujus hiſtoriam vide apud Puccinum num* 97; *& adde, viſionem, quam de ipſa, vehementer tentata jamque egreſſum parante, habuit Magdalena, oblatam fuiſſe Sanctæ exiſtenti* in refectorio menſe Januario, quando fuit audita ter exclamare, non ſine interpoſita mora, Tene, Tene illam, Jeſu, ne elabatur: denique conſentientibus tandem parentibus veſtita, dicta eſt Sor. Angela Catharina.

novit occultam tentationem alterius

C *& imminentem mortem quarumdam,*

65 Anno MDXC, cum Sor. Maria Gratia Gondi, tunc Pædagoga Novitiarum, valens ac ſana eſſet, dixit Magiſtræ earumdem Magdalena, ſcito quia Pædagoga veſtra infra paucos dies morietur. Quod licet Magiſtræ grave accideret, maxime quia integra adhuc ſanitate fruebatur; factum eſt tamen ut infra ſex vel octo dies infirmaretur Soror illa, neque pluribus diebus poſt moreretur. Juvencula quædam nobilis, anno MDXCIV, volebat fieri in hoc monaſterio Religioſa, ſed obſtabat mater: quod intelligens Magdalena, in raptu & extra raptum dixit, quod, niſi mater ſineret filiam divinæ obſequi vocationi, brevi moreretur, & illa Monacha fieret: quod eodem anno impletum fuit, vivitque etiamnum in monaſterio puella. Sanctimonialem etiam quamdam monuit Magdalena, eſſet parata, futurum enim ut abſque Sacramentis moreretur: quod cum illa conturbata Prioriſſæ narraſſet, die quodam rupta eſt illi pectoralis vena, tantaque profluxit copia ſanguinis ut ipſo die extincta ſit abſque Sacramentis.

item aliarū quatuor,

66 Anno prædicto MDXCIV, cum Monacha quædam ipſius loci obiiſſet, rapta in ecſtaſim fuit ſancta Mater, uti conſueverat ſemper, quoties moriebatur aliqua: & vidit animam ferri in paradiſum additiſque, videre etiam ſe quatuor columnas monaſterii trementes nutanteſque; intelligebat autem quatuor Matres, in regimine & conſilio præcipuas, quæ omnes Prioriſſæ munere functæ erant, & cito morituræ præſignabantur: alteri vero, quæ etiam gubernabat, videlicet Sorori Euangeliſtæ, dixit, Tua vero columna remanebit; ita affirmo. Mortuæ ſunt autem illæ quatuor infra breve tempus, una poſt aliam: & Sor. Euangeliſta poſtea ſupervixit plus quam triginta annis, nec ante nonageſimum ſecundum ætatis defuncta eſt.

ET ITAL. VIRGILII CEPARII.

& longam alterius vitam,

67 Septennio priuſquam moreretur ipſa ſancta Mater, cum eſſet Magiſtra Novitiarum, & cum aliquibus earum die quodam loqueretur; dixit nonnullis, eas nominatim appellans, vos meæ morti præſentes eritis, nonnullas autem innominatas præterivit. In his præteritam ſe videns Soror quædam, cui nomen erat Eliſabeth, pro certo habuit ſe prius morituram, & dixit: Mater Magiſtra, adeſto mihi morienti: cui Magdalena: Equidem adhuc in vivis ero, adeſſe tamen tibi non potero. Mortuæ ſunt igitur eæ omnes quas nominaverat: cumque etiam moreretur Sor. Eliſabeth, lecto detinebatur ſancta Mater, graviſſime infirma, nec aſſiſtere ei potuit, ſicut prædixerat: ceteræ vero omnes ipſiuſmet felici E obdormitioni, ſecundum ejuſdem prædictionem, interfuerunt præſentes.

deſignat morti ſuæ præſentes futuras:

puellæ alicnieri animo à monaſterio

68 Anno MDXCVIII, Maria de Bertis virgo ingreſſa eſt monaſterium, non ut ibi eſſet Religioſa, ſed ut faceret ſatis cuidam materteræ ſuæ de Mediciſ, quæ id optabat; quamvis puellæ animus, ab hoc loco alienus, fixum haberet ingredi monaſterium S. Catharinæ, in quo educata ſuum quoque collocaverat affectum. Die autem quodam, cum in ecſtaſi eſſet ſancta Mater, interrogavit puella, num crederet, quod iſtic eſſet futura Monacha. Non credo, repoſuit Magdalena, ſed certo ſcio, inter nos futuram te. Impoſſibile id exiſtimabat puella, propter magnam quam à loco ſentiebat averſionem: Sancta autem Mater, velut ſi ejus cogitationes intueretur; Jeſus, inquit, rorem ſuum immittet cordibus, eaque mollificabit, & omnem difficultatem ſuperabis. Poſtquam ergo egreſſa eſt de monaſterio puella, dixit ſancta Mater, quod ſi Angelus ſibi dixiſſet contrarium, pro dæmonio eum eſſet habitura. Nec minus evenit: Puella enim, quæ nullo modo huc inclinabatur, egreſſa foras mutavit animum, ſuperavit difficultates, & regreſſa aſſumpſit nomen Mariæ Mrgdalenæ.

ibi tandem Monacham futuram,

F

eique acceſſuram aliā,

69 Habebat hæc ad S. Catharinæ ſociam quamdam, innocentiſſimam juvenculam, quæ à quarto ætatis anno iſtic fuerat educata, & prorſus ignorabat mundum: quare cum audiebat nominari campos, interrogabat qua forma facti eſſent; & legens in Vitis Patrum laudes eremi, ſummoque ejus deſiderio accenſa, credebat quod egreſſa monaſterii januam ante fores eſſet ſolitudinem repertura. Nomen ei erat Franciſca Sommaï; & Sor. Maria Magdalena Berthi optabat eam habere apud ſe, multumque commendabat ipſam precibus ſanctæ Matris: quare una dierum, qua raptam in ecſtaſi vidit, interrogavit, an crederet quod D. Franciſca Sommaï hic deberet Monacha fieri, cui reſpondit ſic perſeverans Sancta, Jeſus eam monſtravit mihi noſtro Habitu indutam. Aliàs rogantibus ipſam quibuſdam Noviſerius tamē quam optabam aliquā tiis, ut oraret Deum, quatenus etiam illa adjungeretur ad numerum ſuum; Non dubito, inquit, quin D. Franciſca futura ſit hoc loco Monacha, imo hoc ipſum vobis affirmo pro certo; non erit tamen in veſtra ſocietate. Itáque præciſe contigit. Poſt annos duos educta ex S. Catharinæ monaſterio Catharina, ad experimentum locata hic fuit: & prin-

ET ITAL. VIRGILII CEPARII.

cipio quidem, majorem affectans vitæ auſteritatem pœnitentiarumque rigorem, aliquamdiu hæſit, ambigua conſilii capiendi; donec ſancta Mater in raptu dixit: Etiam huic columbæ præſcindantur alæ. Etenim ſequenti mox die ſanctæ Paraſceves, multo lumine cælitus recepto, decrevit remanere: ſed quando veſtita eſt, illæ quæ ipſius ſocietatem optaverant jam erant ex Novitiatu egreſſæ, ſicut ſancta Mater prædixerat, & ipſa vocata fuit Sor. Maria Sommai.

ægram lente convalituram,

70 Sor. Maria Vincentia Dati ſeptem annorum ſpatio manſerat in monaſterio ſemper infirma, ac ſæpe fuerat ſub cura medicorum, & ab anno MDXCII ad XCIV, octodecim menſibus laboraverat febri, ſic ut peſſime ei augurarentur medici. Ea cum ſe precibus ſanctæ Matris commendaſſet, & hæc pro ipſa poſt Communionem oraſſet, vocatæ ad ſe dixit: Confide, Soror, quia Dominus Jeſus vult tibi reddere ſanitatem; factaque iterum aliquantula oratione, conſignavit eam Cruce, & ait: Convaleſces paulatim, adeo ut ſanitas tua credenda ſit naturaliter reſtituta, id enim dumtaxat impetravi tibi: inſuper autem dico, quod multis adhuc annis vives in Religione bene ſana, & poteris omnem ejus ordinem ſequi ac laborare cum ceteris. Plane autem ſicut prædixerat evenit; trium menſium ſpatio pedetentim revaluit, totiſque ſedecim annis integra ſanitate fruita vitam communem egit, cum magno animi ſui ſolatio.

diuque victuram:

B

naſcitura proles fortunam,

71 Domina quædam ejuſdem orationibus ſe commendavit, cupiens obtinere liberos; & ipſa affirmavit pro certo futurum ut feminam pareret: quæ quoniam orationi danda eſſet, omnino debere eam conſecrari Deo in ſancta Religione: ſin aliter faceret, tam matri quam filiæ multas obventuras moleſtias. Nata eſt ergo & crevit filia: ſed mandati ſibi à Sancta dati negligens mater, elocavit filiam cuidam Marchioni: qui paulo poſt ſuo Principi rebellis, capitis pœnam ſubiit: & mater cum filia in multa afflictione remanſit. ***Huic non valde abſimile eſt quod ſequitur de matre, cancro immiſſo punienda, referturque à Puccino num. 94.*** Infirma quædam, ſanctæ vitæ Monacha, ingenti flagrans deſiderio recipiendi ſanctiſſimi Sacramenti, eum in finem ſe commendavit orationibus Sanctæ: quæ ipſam monuit, animum adverteret ad eam horam qua communicaturæ eſſent Sorores aliæ, futurum enim ut illam tunc etiam ſolaretur Jeſus: hoc autem ita contigit. De manibus Sacerdotis diſparuit Hoſtiarum una, diligenterque requiſita inveniri non potuit: poſtea vero confeſſa infirma eſt, ipſum Dominum, ſingulari favore uſum erga ſe, eamdem attuliſſe, ſeque Communionem ſenſibiliter accepiſſe, ſicut ei ſancta Mater promiſerat.

Communionem cælitus datam ægræ.

C

Reginæ in Franciam diſceſſuræ,

72 Anno MDC, cum Sereniſſima Principiſſa Maria de Medicis declarata eſſet Regina Franciæ, & menſe Octobri in Cathedrali Florentina ſolenniter celebrata ejus deſponſatio, nomine Henrici Regis IV, aſſiſtente Cardinali Petro Aldobrandino Legato, ceremoniæ illius miniſtro; prius quam diſcederet in Franciam, viſitare voluit Sororem Mariam Magdalenam, ducens ſecum Magnam Duciſſam, & Duciſſam Mantuanam ſororem ſuam natu majorē, atq; Duciſſam Bracciani: quæ omnes tres, licet potuiſſent de licentia Pontificis cum ſua Majeſtate ingredi monaſterium, manſerunt tamen ante crates, & ſola Regina introgreſſa eſt. Reducta autem in partem cum Sor. Mariâ Magdalenâ, rogavit ipſam ut ſibi à Deo, ſuarum orationum interventu, obtineret tres gratias; primam, ne regnum temporale eſſet ſibi cauſa amittendi æterni, hujus enim potius quam ſubiret periculum acceptando regnum, eligeret vitam omnem agere mendicando oſtiatim; oraret ergo ne ſublimitas illa excidere ipſam faceret Dei gratia; ſecundam, ut amaret ipſam Rex ſponſus ſuus; tertiam, ut ei filios maſculos pareret. Mater vero Sancta viciſſim tres gratias ab eadem petiit: primam, ut procuraret apud Majeſtatem ſuam Societatis Jeſu reſtitutionem, hoc enim unum è præcipuis bonis eſſe, quæ poſſet facere ad Dei obſequium, & publicam regni Francici utilitatem; alteram, ut conaretur hæreſim extirpare, & regnum reducere in ſtatum, in quo fuerat tempore ſancti Regis Ludovici; tertiam, ut eſſet amatrix pauperum: addiditque, ſi hæc faceret, certam eſſe ſe, quod obtineret ipſi à Deo quidquid deſideraret, ac nominatim liberos maſculos; eamque exhortabatur ad illos Chriſtiane educandos. Poſtquam autem diſceſſerat, ſæpius eo anno dixit futurum ut Regina prolem maſculam pareret, & quidem plures una: cum vero nativitas primogeniti nuntiaretur, juſſit ut Novitiæ omnes in gratiarum actionem recitarent Te Deum, & addidit, Hoc non ſufficit: oportet etiam petere ſecundum, & credo quod impetrabimus: eumque in finem continuas faciebat orationes, ad eamdem intentionem applicans quidquid agebat diebus ſabbatinis. Nec voto ſuo fruſtrata eſt: id vero totum facere ſe dicebat, ne florentiſſimum regnum prolaberetur in manus hæreticorum.

D

tres viciſſim ab ea petens;

prædicitque naſcituram ei prolem:

E

item aliorū mortem aut ſanitatem,

73 Cum Profeſſionem faceret Sor. Maria Gianfigliazzi, ſancta Mater in raptu dixit, cito morituram: atque poſt ſex ab inde menſes obiit. Tertio autem poſt obitum ejus die, vidit Sancta animam efferri in Paradiſum; & quod alia Novitia, Sor. Maria Innocentia Dati moreretur, quæ tunc ſana erat; & infra breve tempus etiã ipſa obiit. Commendati erant Sororum precibus infirmi duo, D. Philippus Caccia & alius quidam: Philippum moriturum dixit, convaliturum alterum, ſicut contigit. Modicum infirmabatur Sor. Benedicta Vectori, & ſancta Mater ſorori ejus etiam Monachæ ait; Quid diceres ſi ſoror tua moreretur? Turbata eſt illa ad hoc verbum. Sancta autem Mater, Noli, inquit, affligi, ſed divinæ voluntati te conforma: & uno poſt menſe illa deceſſit.

atque etiam obitū ſuum,

F

74 Suam quoque ipſius mortem prædixit ſæpius & tempus ejus. Anno MDCVI graviter infirmata cum eſſet, ſuadebant Medici Prioriſſæ, ut ſacro Oleo muniendam curaret. Id cum ipſimet retuliſſet Prioriſſa, reſpondit: Secura eſto, Mater, neque enim tam cito moriar, necdum enim tempus meum advenit: itáque fuit, quia integrum poſtea annum ſupervixit. Præterea, cum adhuc ſana eſſet, ſæpius eidem Prioriſſæ dixit, ſe prius illā morituram, quamvis Prioriſſa totis triginta ætatis annis ipſam ſuperaret. Uno autem circiter anno prius quam moreretur, ad lectū ejus, viſitationis impendendæ cauſa, acceſſerunt Sor. Maria Magdalena Berti & Sor. Maria Sommaia, dixitque ei Bertia, Poſt mortem tuam non poſſum vivere, rogo igitur ut die tertio venias, meque hinc auferas. Aderat & audiebat hæc Sor. Alexandra Beccuti, quæ miniſtrabat infirmæ: & riſus cauſa dixit Ah! Mater, adimple deſiderium ejus, & tecum eam deduc in Paradiſum. Tum ſancta Mater, hilari vultu ad duas iſtas converſa, Modeſte, inquit; non veniam propter vos, ſed bene propter Sororem Alexandram. In riſum accepta verba ſunt, Alexandra enim tunc valentiſſima ac robuſtiſſima erat: mortuam tamen ſanctam Matrem, intra duos cum dimidio menſes, ſecuta eſt.

tres gratias promittit,

75 Anno MDCVII cum defuncta eſſet Sor. Urſula Vivuoli die XXV Aprilis, mortis ejus nuntium ad ſanctam Matrē attulerunt Monachæ: quibus reſpondit, Et ego hoc ipſo die poſt menſem moriar. Cui una illa-

& ejus diem.

A illarum, Nollem, inquit, tali die: erit enim dies Aſcenſionis. Ipſa vero: Quod, inquit, ad diem Aſcenſionis attinet, adhuc ſuperero. Factumque eſt: nam Aſcenſio in XXIV diem menſis cadebat, & ipſa obiit die XXV Maji anni ejuſdem, præciſe uno menſe poſt Urſulam. *Similiter* XIII *Maji, dicentibus medicis intra biduum triduumve morituram, Confeſſario Monaſterii Vincentio Puccino in Montem-Senarium ituro dixit, iret ſecure, rediturum tempori ut morituræ adeſſet, ſicut adfuit & narrat ipſe num.* 143. Huc autem redacta cum eſſet, infirmabatur eodem in monaſterio Sor. Maria Victoria Ridolfi, rogabatque pro ea Mater Prioriſſa, ut longiorem ei vitam precando impetraret: ſed reſpondit, divinæ acquieſcendum voluntati, per quam mori ea debebat: itaque obiit ſexto poſt mortem ipſius Mariæ Magdalenæ die. Ceterum finis nullus eſſet, ſi omnes prædictiones ejus, vero eventu confirmatæ, forent ſcribendæ.

CAPUT VIII.

Cognoſcendis occultis & penetrandis ſecretis cordium clareſcit Magdalena.

76 B *c. XXXII Novit mortem abſentis;* PRæterea gratiam habebat hæc Sancta, abſentia æque ac ſi præſentia fuiſſent intuendi. Sic in raptu quodam obiiſſe dixit D. Petrum Franciſcum Santucci ipſamet hora, atque eſſe ſalvatum per merita Chriſti & interceſſionem S. Franciſci, cui ſolebat ſe quotidie commendare. Nihil ea de re ſciebat filia ejus Sor. Maria Angela, ibidem Monacha: ſtatim autem domum mittens qui requireret quid eſſet, verum eſſe quod illa dixerat intellexit. Anno MDLXXXVI ecſtaſim patiens in aula Novitiarum, dictavit epiſtolam ad Sor. Catharinam Ricci, in Pratenſi S. Vincentii monaſterio, magnæ ſanctitatis Virginem, Sorore Conſtantia Morelli ipſam epiſtolam ſcribente. Miſſa deinde eſt epiſtola Pratum, decem millibus paſſuum diſtans Florentia, *videt quid ſibi Prati reſcribatur:* deferente ipſam monaſterii famulo. In eodem autem raptu perſeverans ſancta Mater, vidit epiſtolam porrigi Sorori Catharinæ, & hanc ſcribentem reſpondere: oculis autem ſic defixis, quaſi ipſam quæ ſcribebatur epiſtolam legeret, conturbata in vultu eſt; verbiſque monſtravit, quod ſecundum voluntatem ſuam non erat reſponſum. Poſtea vidit, quomodo Sor. Catharina epiſtolam traderet famulo reddendam: & finito raptu narravit Matribus, quomodo omnia ſupradicta vidiſſet. Regreſſus autē famulus,

C & interrogatus de hora qua epiſtolā Prati tradiderat reſponſumque acceperat; ea retulit, quæ cum prædictis collata monſtrarunt, ſingula vidiſſe ſanctam Matrem, ipſa qua gerebantur hora; neque id reſcriptum fuiſſe, quod Sancta ſcire cupiebat.

77 Anno MDXCI, cum ſancta Mater veſperi in refectorio collatiunculam ſumeret cum aliis Matribus tunc jejunantibus, celeriter ſurrexit de menſa: *quodq; Sororum una animam agat,* accedenſque ad locum ubi Mater Prioriſſa ſedebat, dixit, Anima illa jam migrat. Neſciebatur omnino de qua ſermo eſſet, ſecutæque abeuntes ſunt aliæ Monachæ; & invenerunt quod Converſa quædam, dicta Sor. Maria Focardi, quæ vulnus in crure habebat, & eo die ſurgens de lecto laboraverat abſque ullo vicinæ mortis indicio, agebat animam: pro qua cum *& novitiæ dua clam loquantur.* dictæ eſſent Commendationes ſolitæ, paulo poſt expiravit. Dum eſſet Novitiarum Pædagoga, die quodam cum earumdem Magiſtra Sorore Euangeliſta colloquens, petiit abeundi licentiam, requirendique Novitias duas, quæ in conclavibus quibuſdam valde remotis non bene loquebantur: reperitque eas narrantes quoſdam defectus proximi, leves tamen, & acriter eas reprehendit.

78 Vice quadam accumbens menſæ, cum levaſſet furcinulam cum buccella ori imponenda, cognovit in ſpiritu adeſſe in eccleſia Patrem Confeſſarium: & cupiens illi loqui, ſic ut erat alienata à ſenſibus, cum ipſa furcinula in manu ſurrexit, ad eumque acceſſit. Aliàs etiam ſæpius contigit, quod in locis longe ab eccleſia remotis ecſtaſim patiens, diceret adſtantibus Patrem Confeſſarium in eccleſia eſſe & audire Monacharum quarumdā Confeſſiones. Video autem, inquiebat, Chriſti ſanguinē deſcendentem de cælo ſupra animas illas, & volo ire etiam ipſa ad illum excipiendum: ibatque ad Confeſſionem, ſequentibus ipſam eumdem in finem aliis, & reipſa inevenientibus Confeſſarium in eccleſia, audiendis Sororibus occupatum. Aliàs videbat Confeſſarium domo ſua egredientem venientemq; ad monaſterium, & hoc ceteris indicabat: quæ paulo poſt, illum intelligebant adeſſe. EX ITAL. VIRGILII CEPARII. *Item quod Confeſſarius adſit in eccleſia.*

79 Anno MDC veſpere ante Corpus Domini, circa primam horam noctis, ſancta Mater, tunc Magiſtra Novitiarum vocavit ad ſe Sor. Mariam Magdalenam Berti Novitiam; quæ, antequam monaſterium ingrederetur, fuerat pœnitens Patris Rectoris Societatis Jeſu ad S. Joanninum: & volens eam exhilarare, dixit: Quid putas nunc facit P. Rector? E Reſpondit illa, Jam credo orat. Imo ſcito, inquit, ſancta Mater, quod hac ipſa hora colloquatur cum quibuſdam Patribus ſuis: addidit autem, qua de re: & Video, inquit, Spiritum ſanctum ſuggerentem ei verba, quæ profert. Poſtridie vero venit P. Rector pro audiendis Confeſſionibus extraordinariis, invenitque ſanctam Matrem raptam: cum qua ad ſe reverſa collocutus, confirmavit, vera eſſe quæ viderat illa dixeratque veſpere præcedente. *& quid auctor domi loquatur inter ſuos.*

80 Præterea ſingulari Dei dono penetrabat eadem ſancta Mater ſecreta cordium, & occultas cogitationes manifeſtabat, iis præſertim Monachis quæ curæ ſuæ erant commiſſæ: idque plurimis eveniſſe, poterit ex ſequentibus caſibus intelligi. Dum Novitia quædam cum ipſa divinum Officium recitaret, interius pulſata fuit abnormibus valde cogitationibus & tentationibus, ita tamen ut nullum exterius ſignum perturbationis ullius daret. Cognovit nihilominus, quid in animo illius verſaretur, ſancta Mater; oculoſque in adoleſcentulam defigens, dixit: Abſoluto hoc Officio oportebit Capitulum inſtituere. Eoque ut dixerat convocato, fecit eam publice humiliari: & revelatæ ibi cogitationes ac tentationes, ſub ipſum talis humiliationis actum, evanuerunt. F Alia vice, cum eadem Novitia ſimiliter cum ſancta Matre Officium recitaret, infra Octavam Sanctorum omnium, ſub iſtas Venerabilis Bedæ Lectiones, in quibus agitur de gloria Paradiſi, accenſa fuit intenſo deſiderio cæleſtis patriæ, ubi ſecura viveret extra periculum offendendi Deum: ſancta vero Mater, interiori ejus deſiderio reſpondens, ait; Nondum tempus eſt: primum hic oportet pati, ac deinde gloriam iſtam conſequi. *c. XXXIII Occultas novitiæ cogitationes inſpicit,*

81 Puella quædam in Choro ad Completorium pulſata fuit graviſſimis tentationibus contra vota religioſa, adeo ut aliud non ageret quam Deum rogare, ne ſineret ſe illis conſentire. Interim ſanctæ Matri, quæ tunc Hebdomariæ munus obibat, incumbebat, dum cantaretur Salve, cunctas aqua benedicta aſpergere. Cum ergo ad hanc quoque veniens ei benedixiſſet, diſſipatæ ſunt omnes iſtæ tentationum nebulæ, & puella in magna pace ac tranquillitate remanſit. Quod illa admirata, extra Chorum interrogavit ſanctam Matrem, utrum ipſi Deus cor ſuum manifeſtaſſet; & reſpondit illa: Imo cor tuum manifeſtavit Jeſus, cumque *tentationes aqua benedicta fugat;*

EX ITAL. VIRGILII CEPARII. benedicerem tibi, imperavi tentationibus ut recederent, itáque factum est.

& à duabus puellis dæmones,

83 Cum die quodam simul collectæ in ergasterio Monachæ labori cuipiam intenderent, monstratum divinitus sanctæ Matri fuit, quod juvencula quædam istic præsens, quæ erat sub cura sua, habebat in animo defectum unum, perquam displicentem divinæ Majestati; & Angelum quidem illius custodem omni nisu conantem eumdem extirpare instar plantæ juniperi, contra vero dæmones duos satagere ut infelicem surculum conservarent. Hoc viso accensa sancto zelo Mater surrexit, & brachio arreptam puellam deduxit in oratorium Novitiarum: ubi rapta in ecstasim cœpit illam strenue percutere, ac dicere; Abite, nigelli, & dimittite hanc animam; dæmones utique intelligens & increpans. Ast juvencula, utpote adhuc nova in Religione & parum admodum mortificata, adeoque plus satis commota, pro eo quod se humiliare debuisset, cœpit præ indignatione flere; Mater vero Sancta perrexit ingeminare verbera, donec illi Dominus ipsius defectus cognitionem immisit; de quo salubriter compuncta, emendationem in futurum promisit. Cum alia puella totum diem lacrymando egisset ignota ex causa, vesperi, ea qua erat decumbendum hora, omnes juniores ad se vocavit sancta Mater, & dixit: Venite, Sorores, volo experiri, an dæmon non sit dimissurus hanc animam: dicite, Miserere, sumptaque disciplina percutere eam instituit, quoad illæ absolverent Psalmum: eoque finito rediit misellæ tranquillitas pristina. Alia Novitia totos quinque menses tentationem celaverat, quam nolebat aperire: accersivit eam ad se pia Mater, & quidquid in corde ejus agitabatur elocuta, quamvis nullo id cujusquam indicio cognovisset, monuit nihil deinceps celare, quod secum non communicaret.

B *ipsis dominantes.*

Cognoscit quid prater obedientiã suggerat humana prudentia,

84 Sorori Mariæ Bagnesiæ adhuc Novitiæ commendaverat Sancta, per certum tempus quotidie haurire tres situlas aquæ, haustasque denuo in puteum refundere. Fecit illa ex obedientia quod fuerat imperatum: una tamen dierum cum aquam hausisset, subiit ipsam cogitatio suggerens; melius utique facturam, si hausta aquam infunderet alveolo, servituram horto irrigando; prosecuta nihilominus cœptum est, & refusâ in eumdem puteum aquâ abiit ad Sanctam. Hæc interrogans eam, Fecistin', inquit, obedientiam? Ipsa vero affirmante, addidit; Melius utique fuisset aquam istam alveolo infundere: numquid verum est? Confusa est Novitia, audiens propalari cogitationem tam occultam, & confessa veritatem. Tum Mater, Disce porro cæcam exercere obedientiam, citra humanæ prudentiæ consilium: eique injunxit per alios quindecim dies idem facere quotidie, sicut & fecit. Eadem aliquando accinxerat se fune multis nodis intexto, eumque supra se habuit biduum triduumve, nemini quidquam dicens. Tertia autem nocte media, cum dormiret, adfuit lecto sancta Mater; eamque à somno excitans, dixit, Vide quid agas, Soror, nec enim Dei voluntatem facis. Nesciens altera, quid dicere vellet, interrogavit, In quo? Et illa: In isto quo accincta es fune, & deponere ipsum jussit. Cui obediens Maria, confusa & mirata est, unde hoc Sanctæ innotuisset.

C *& pœnitentiam occultam impedit:*

detegit intentiones minus rectas.

85 Decreverat quædam non communicare, nullum tamen propositi talis indicium dederat: accessit tamen ad illam sancta Mater, dixitque, Communicato hoc mane. Alia accedens ipsam petiit mortificationem aliquam, non ex animo, sed ex humano quopiam respectu. Negavit ergo quod petebatur sancta Mater, & addidit; Deus non curat hujusmodi sacrificia, sed puritatem intentionis & cordis. Altera similiter venit petitura veniam alicujus defectus commissi, idque consilio alieno, non autem quod revera deliquisse se crederet. Hoc vero cognoscens sancta Mater, non acceptavit humiliationem ejus; unde compuncta adolescentula, agnovit errorem; & ex interni luminis illapsu serio humiliatam aspiciens Sancta, benigne consolatam dimisit. Fuit quæ exterius decenter composita, revera autem interius distracta, prædicationi intererat: & huic dixit Sancta, Nugaris sub prædicatione: quod verum esse animadvertit illa, & admirata est. Quædam voluit ipsam accedere, cum intentione se excusandi de aliquo quod coram aliis contigerat: sed propositum illius intuens Sancta: Eja, inquit, Soror, si lingua tacet; taceat etiam cor tuum: & quod mihi vis dicere, contine intra te. Penetravit aliquando in secretum contemptum cujusdam Novitiæ erga alteram valde simplicem, eique dixit; Soror, si Novitia talis non habet omnes externas gratias, quas tibi habere videris, *ipse fecit nos, & non ipsi nos*: tantæque efficaciæ fuerunt hæc verba, ut contemptum converterint in amorem. D

86 Novitia quædam ibat in Chorum, interius conturbata atque inquieta, ejus tamen rei nullum exterius indicium dabat: sensit autem Sancta appellari se, respondit que, Ave-Maria. Cui Novitia, Mater Magistra, nemo vocat te. Ipsa vero innuit ut sequeretur se, & abductæ dixit, quod S. Catharina mandasset sibi, ne illam sineret Chorum ingredi, priusquam exegisset pœnam cujusdam occulti defectus, objurgatæque disciplinam dedit; ac vidit per istam pœnitentiam expunctum manere defectum commissum, & Novitia cum quiete Chorum intravit. Soror quædam Conversa ægrotans, concupivit aliquid ægræ conveniens; dixitque intra se, si Soror Maria Magdalena sciret me tale quid appetere, mitteret illud mihi, facile enim habere ipsum potest. Et ecce, modico elapso intervallo, à Sancta similiter ægrotante adfuit Monacha, ferens id quod appetebat Conversa. Monachæ cuidam in raptu dixit: Vult tibi! ô Anima, Jesus facere gratiam, quam ipsum petis: habebat autem illa quamdam internam molestiam, cui defectus aliquis suberat, sed nemini ipsam indicarat. Paucos post dies inveniens illam Sancta per domum, seorsim vocatæ dixit, quid illa requireret à Deo; Sed tu ipsa, inquit, gratiæ ponis impedimentum: itáque erat. Sequenti mane post Communionem iterum eam studiose sevocat, eique tradens quoddam suum cilicium; Hoc, inquit, per duas treve horas induere; & Dei nomine polliceor tibi, quod res ista non amplius erit tibi molesta. Paruit illa: & promissum effectum experta est. E

occultũ defectum castigat,

implet internum desiderium infirmæ:

tentatæ succurrit, suo cilicio ei dato; F

87 Aliquando consolari volens afflictam juvenculam, ipsam cum alia Magistra vocavit ad se: cumq; tres simul in conclavi essent, veniens altera istius Magistræ discipula, & loqui huic volens, nec valens audientiam obtinere, cum nonnulla impatientia dixit intra se; Isti non sufficit Magistra sua, quin nobis etiam tollat nostram; sed impatientiæ nullum indicium dedit. Exivit nihilominus ad illam Sancta, inventæque dixit; Soror, quando affligêris aut tentaberis tu, ego te juvabo, etsi non sim Magistra tua: ad quam vocem confusa illa, veniam postulavit. Non capiebat Chorus Novitias ad Officium recitandum, proinde foris illæ manebant. Sororem tamen Angelam Catharinam desiderium subiit Chorum intrandi: & è loco suo progrediens Sancta, manu puellam arripuit dicens, Ingredere, Sor. Angela-Catharina. Et erubescens illa, fecit ut jubebatur. Eadem constituta ad agendas vigilias circa Sanctam, ipsa qua moriebatur nocte, timebat ne tali in articulo inveniretur sola: quod illa cognoscens, vocatæ

impatientiã internam videt:

& pium alterius desiderium prævenit.

ad

A ad ſe dixit: Sor. Angela-Catharina, veni audacter: quando enim moriar, omnes Monachæ aderunt. Atque hæc breviter collecta ſufficiant, ad demonſtrandum quod Sancta penetraverit cordium ſecreta: ſi quis autem audiat loquentes Monachas, quæ ſub illius obedientia fuerunt, aut in ejuſdem ſocietate vixerunt, exemplis quam plurimis aliis idem accipiet confirmatum.

CAPUT IX.

Animarum vita functarum ſtatus ſæpiſſime cognitus à Sancta: favores divini alii, nec non gratia curationum.

88 C. XXXIV *Videt gloriã B. Aloyſii,*

INter multas prærogativas, quibus placuit divinæ bonitati decorare Sponſam hanc ſuam, haud minima fuit, quod fecerit eam ſæpius videre ſtatum diverſarum animarum poſt hanc vitam. Imprimis autem commemorandum videtur, quomodo anno MDC die IV Aprilis conſpexerit gloriam B. Aloyſii Gonzaga. *Sed hoc Puccinus plenißime retulit*

B *num. 132 & 133: uti etiam retulerat num. 89, id quod hic ſequitur de anima matris mortuæ anno* MDXC: *at tertio, num. 79, ſimile alterum de Monacha, cui infirmæ multam caritatem Sancta impenderat, ſolum quindecim horis purgatorium paſſa, idque anno* MDLXXXIX. *Poſt quæ in hunc modum progreditur auctor noſter:*

Anno 1598 vocatus auctor,

89 In autumno anni MDXCVIII, cum acceſſiſſem ad monaſterium, extraordinarias Sanctimonialium Confeſſiones auditurus; monitus à ſancta Matre atque ab aliis fui, quod juvenis quædam Religioſa, Sor. Maria Benedicta Vectori nuncupata, cupiebat conferre mecum de toto interiori animæ ſuæ ſtatu: rogabantque ut eam audirem ſtudioſe, ac juberem indicare mihi omnes ſuas virtutes gratiaſque: ſciebant enim eſſe animam valde caram Deo, & cæleſtibus chariſmatis cumulatam, in eo nominatim, quod quidquid per orationem à Deo peteret ſolita eſſet impetrare. Expectavi ergo venturam cum deſiderio. Veniens autem non indicavit principio nomẽ ſuum: ſed ex inſigni conſcientiæ ejus teneritudine cognovi, quantum eſſet illuminata divinitus, & ſuſpicatus ſum ipſam eſſe quæ mihi fuerat commendata. Abſoluta Confeſſione, propoſuit mihi circiter duodecim aut quindecim dubia ſpiritualia practica, magnæ ſubtilitatis & perfectionis: quibus cum ego ſatisfeciſſem, interrogavi illam, eſſetne parata aperire cor ſuum mihi, atque cum omni ſinceritate edicere quidquid Deus operabatur in anima ſua: dixitque alacriter, paratam ſe eſſe. Inveni ergo perquam addictam eſſe contemptui ſui ipſius, adeo ut niſi prohibita fuiſſet, voluiſſet multa agere unde perquam imperfecta nulliuſque judicii videri potuiſſet. Atque hoc nomine ſancte invidebat Divo Alexio, qui ſciverat occultam vitam contemptamque ducere. Omnium minimam credebat ſeſe, & ſubmittebat omnibus etiã Novitiis. Magnopere dolebat ſe amari ſingulariter à ſua Magiſtra, id quod non niſi merito ejus fiebat: & quia ipſam aliis proponebat in exemplum, cœperat abſtinere ab exteriori bonorum operum exercitio, ne ſanctior aliis appareret. Excellebat in ea tantopere obedientia cæce prompta, ut in imperando illi quidquam circumſpectione magna opus eſſet. Ad mortificandam & vincendam agilitatem voluntatis ſuæ, tantam ſibi vim intulerat, ut vires corporis, præſertim capitis, vehementer debilitarit: brevique conſecuta erat tam integrum paſſionum ſuarum omnium appetituumque dominium, ut eſſet in cunctis mortificatiſſima; verbo dicam, erat nomine & re Benedicta.

ad juvenculæ Religioſæ confeſſionem,

C

Introſpicit magnam ejus ſanctitatem:

90 Interrogavi expreſſe eam, utrum verum eſſet, quod impetraret à Deo quidquid eum orando poſtularet; reſponditque ſub diſtinctione: videlicet, quod quando petebat gratias vel ſpirituales vel alias pro ſeipſa, continuo eam exaudiebat Dominus & implebat ipſius deſiderium, & nominabat mihi aliquas; puta donum continuæ præſentiæ Dei, virtutem humilitatis, & ſimiles: ſed quando intercedebat pro aliis perſonis, dicebat, modo ſe exaudiri, modo non. Et inter alia mihi dixit: Rogavi ut aliqua infirmitas tolleretur à quadam mea conſanguinea & transferretur in me; & deſiderii facta ſum compos: poſtea talem gratiam pro tali perſona petii, & non obtinui: variiſque ſimilibus exemplis certum me reddidit, ita eſſe uti dicebat. Denique receſſi conſolatiſſimus: benedixique Deum, quod invenirentur animæ tam exquiſitæ bonitatis perfectioniſque, in quibus ipſe ſibi complacere poſſet. Poſtea ſub finem Octobris, quodam die Veneris mane, eo tempore quo in Collegio inſtituebatur ordinaria Meditatio, vocor ad portam à famulo monaſterii, miſſo ad me à Matre Prioriſſa, ut ſacrificarem pro anima juvenculæ illius, jam mortuæ. Quomodo, inquam, Mortuæ? & cur de ejus infirmitate nihil mihi ſignificavit Prioriſſa? Reſpondit, defuiſſe tempus, quia invaſerat eam febris, & citiſſime extinxerat die Jovis ſub horam ſecundam noctis. Regreſſus in cubiculum, &, pro magna quæ mihi manſerat æſtimatione virtutis ejus, mox dimiſſus in genua, meipſum ejus precibus commendavi: deinde deſcendi ad eccleſiam, oblaturus pro ea Miſſæ ſacrificium.

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

& diſcit quomodo petita omnia à Deo impetraret.

Eãdem paulo poſt mortuã,

E

91 Aſtiterat huic Chriſti ſponſæ jugiter ſancta Mater, tum quia id conſueverat facere infirmis omnibus, tum quia ſpecialiter eam amabat, valdeque probabat illius ſpiritum. Dum autem in iſto extremo articulo circa lectum ſtaret, vidit multitudinem Angelorum circumdantium ipſam, & expectantium magno cum jubilo egreſſuram animam, ut eamdem conducerent in locum ſalutis, & ſiſterent ſanctiſſimæ Trinitati, ſicut & fecerunt. Videbat autem ipſam animam, in forma columbæ capite deaurato, ab illis deduci, ſed nihil eorum quæ videbat manifeſtavit tunc temporis. Poſtquam ergo expiravit, manſit ibidem ad cuſtodiam corporis ſancta Mater, una cum Sor. Maria Pacifica del Touaglia: quæ tranſactis jam horis integris tribus poſt obitum prædictum, dixit ſanctæ Matri: Quid opinabimur de anima iſtius Sororis? in Paradiſone eſſe, an in Purgatorio? Nec in Paradiſo, inquit illa, nec in Purgatorio. Exhorruit ad hæc verba Sor. Maria Pacifica, quia eorum ſignificationem non capiebat, nihil tamen ulterius tunc interrogavit. Inde poſt horas duas iterum dixit, Vin' recitemus Officium pro Sorore iſta? Recitemus, repoſuit Sancta: & cœperunt dicere Pſalmos veſpertinos: in fine autem primi Pſalmi excidit Mariæ Pacificæ ut diceret, *Gloria Patri & Filio*; ſeque ipſam corrigens, Erravi, inquit: *Requiem æternam.* Subſumens vero ſancta Mater, Noli, inquit, dicere quod erraveris: non enim exiſtimo quod anima illa indigeat requie. Nec hoc quo tenderet ſatis intelligebat altera: non auſa eſt tamen interrogare quidquam.

Sancta quæ animam viderat ab Angelis excipi,

F

negat ei optandam requiem:

92 Sabbato mane, cum exequiæ fierent pro anima defunctæ, Sanctimonialibus in Choro congregatis, cumq; ad Miſſam *Sanctus* caneretur; exiit à ſeſe ſancta Mater in ecſtaſim, & vidit animam iſtam in cæleſti gloria, veſtitam ſtola aurea, quam receperat in præmium ſuæ ardentis caritatis: & quod ſinguli manuum ejus digiti pluſquam unum annulum habebant; corona autem ejus multum pretio ſuperabat eam, quam geſtabat altera magnæ perfectionis Monacha, ante annos aliquot ibidem mortua: hæc enim quidquid patiebatur, pati ſe noverat; illa vero tenebatur

deinde in raptu videt ejus gloriã grandem,

ET ITAL. VIRGILII CEPARII.

batur tam flagranti deſiderio patiendi, ut nihil ſibi pati videretur. Illa præterea, quia ſemper locuta de proximo fuerat in meliorem partem, cum eoque proceſſerat in magna ſuavitate, dulcedine, & compaſſione, in præmium hujus virtutis accipiebat ſuaviſſimum liquorem, qui de ore Jeſu proſiliens ori ejus infundebatur. Videbat denique quod in gloria ſuperabat magnam multitudinem Virginum, etiam monaſterii ſui, & intrepide figebat obtutum in humanitatem ac divinitatem Verbi: unde cumulata gaudio ex ſpectaculo tam feſtivo, poſtquam notabili temporis ſpatio in raptu fuerat, admirans & contemplans gloriam iſtius benedictæ animæ, cœpit exclamare, & paulatim verba hæc efferre.

propter actuũ internorum excellentiam:

93 Felicem te! quæ ſciviſti portare theſaurum abſconditum —— O rem magnam! eſſe in ſingularibus ſingularem, & tamen communem reputari! —— Parum habuiſſet Verbum quod remuneraretur, ſi ſolum debuiſſet opera externa conſiderare: breve enim fuit tempus quo potuit operari. Verum, ô Dei bonitatem, quæ omnem etiam cogitationem, deſiderium, voluntatemque præmio ſuo proſequitur! Quidquid illa non deſideravit in terris, dimiſit propter magnam iſtam voluntatis conformitatem, quam ſemper habuit cum voluntate tua, Deus meus: cetera
B omnia deſideravit. —— Magna fuit & continua operatio tua, & à paucis in praxi uſurpata: quia opera fere interna fuerunt —— O magnitudo operum internorum, tam parum intellecta! —— Pluris valet actus unus internus, quam anni mille exercitiorum externorum. Dubium nullum eſt, quin pluris valeat petra una pretioſa, quam nummus aureus: ſed ſi hujus major appareat maſſa, quid remedii erit? —— O columbula mea, aurato capite! Quando hic inferius eras nobiſcum ſuper terram, ſive ambulabas, ſive manducabas, ſive operabaris, ſemper manebas unita Deo. —— Non miror igitur, Deus meus, quod tam cito eam vocaveris ad te, nec enim æquum erat ut

& diſcit cur horis 5 fuerit Dei viſione privata.

creatura, tam bene correſpondens unioni tuæ, diutius in hoc carcere detineretur. Sed ô Jeſu mi! Si tantopere dilecta tibi erat anima iſta, cur iſtis horis tenuiſti eam privatam tua viſione? —— (Nempe horis quinque ea caruerat, non quidem patiens in Purgatorio, ſicut aliæ patiuntur; ſed in aliqua ejus ſecreta parte degens, ubi citra pœnam ſimpliciter arcebatur à conſpectu & fruitione Dei) & ſubjunxit —— Nempe, quia pluſculum anxia fuit, quando proximo ſui cauſa aliqua obveniebat moleſtia, quod illa nimium ſentiens, ad momentum temporis ſuſpendebatur
C ab actuali cum Deo unione. Afflictio enim iſta naſcebatur ex amore proprio, ideoque ad eam expurgendam opus fuit iſta quinque horarum expectatione. ——

Iterum laudat ejus victoriam de diabolo,

94 Illi qui nobis cauſa ſunt, Jeſu, offendendi te, ipſi erant ſcala qua aſcenderet ad te, quia neque malitia neque odium eorum nocere ei potuit —— Dæmones ſcilicet intelligebat, qui de benedicta iſta anima numquã retulerant victoriam, neq; per ſuggeſtas interius tentationes, neque per infeſtationes quaſdam quibus permittente Deo corpus ejus exterius affligebant: quia ipſa, per ſuam magnam humilitatem perfectamque obedientiam, ſuperabat omnia citra ullum ſuum damnũ: ſed cuncta ei cooperabantur in bonum. Aliàs vero iterum ſuſpenſa in Deum, denuo ſic locuta eſt de eadem —— Beatus venter, qui te portavit; & beata Religio Carmelitana, quæ te aliquanto poſſedit tempore. —— Nunc in patria non incedis dimiſſo capite, ſicuti faciebas cum eras nobiſcum, ſed graderis tripudiabunda, & deliciis affluens per medios cæleſtium choros —— Gratias ago Deo meo, quod mihi conceſſerit ut tibi nonnihil auxilii præſtarem, ad conſequendam eam gloriam, qua tam copioſâ nunc frueris. Ora eum ut pro aliis quoque mihi det oculos, quales dedit pro te: ora etiam eum ut mihi concedat illam fiduciam, quam mihi tantopere ſolebas ſuadere. —— Non indiges amplius gratia amandi ſtatuta & ordines Religionis, impetra illam columbulis meis (Novitias intelligens, quarum tunc erat Magiſtra) & intercede pro omnibus, ut eo loco habeant invicem, quo tu habebas omnes. His dictis tenuit aliquamdiu ſilentium, & poſtea à raptu ſuo rediit, in quo duabus circiter horis fuerat. *Hæc autem hic integre explicanda fuerunt, quia breviſſime dumtaxat exponuntur à Puccino num. 121. Aſt num. 70 totidem fere verbis leges, quod hic ſequebatur, de altera ob tres leviſſimos defectus, diebus ſedecim à Paradiſo excluſa.*

D *& petit ut pro ſe aliiſque oret.*

Videt animas in Purgatorio:

95 Sed & animas, Purgatorii pœnis addictas, ſolebat videre: quemadmodum ſequentibus probatur exemplis, atque imprimis matronæ cujuſdam, quam vidit cruciari, quia dum vixerat impedimento fuerat filiæ, ne ſicut optabat ingrederetur in monaſterium, quod mortua matre ingreſſa eſt: *item fratris ipſius, cujus, ab ea anno* MDLXXXVII *inter purgatorii flammas conſpecti, Puccinus meminit num.* 225: *item Religioſæ iſtius, cujus animam coram venerabili Sacramento aſpexit anno* MDLXXXIX, *de qua idem agit num.* 80. Ipſa vero aliquando coram eodem Venerabili exiſtens in raptu, dum juxta monaſterium duo rei tranſibant extremo afficiendi ſupplicio, audita eſt pro illis orare: eodemque raptu durante dixit, illorum unum, qui mortem acceptabat in ſatisfactionem pro ſuis peccatis, ſeque totum conformabat divinæ voluntati, tantopere per illum actum placere Deo, quod eſſet directa iturus in Paradiſum: alterius vero animam, cujus non erat tam perfecta diſpoſitio, ad tempus breve futuram in Purgatorio. Tam bona autem utriuſque præparatio ad mortem, merito attributa fuit orationibus hujus ſanctæ Matris, quia in prædicta ecſtaſi magno cum affectu pro eiſdem obtulit paſſionem & ſanguinem Jeſu Chriſti; & paulo poſt dixit, utrumque conſecutum fuiſſe æternam ſalutem. Teſtati vero ſunt qui adfuerant ſeculares, pientiſſime obiiſſe utrumque; unum tamen præ altero emicuiſſe. Deniq; & damnatorum animas vidit, ſicut patet exemplo peccatoris, anno MDXCIIII ab ea in inferno viſi, *ut legitur num. 103 apud Puccinum.*

item duos reos ſalvarẽ

E

pro quibus oraverat.

CAP. XXXV *Alii favores Sanctæ collati à Deo,*

96 In iiſdem ſuis raptibus multos alios ſingulares favores retulit divinitus Sancta Mater, quos nec enumerare omnes poſſibile eſt, neque convenit ſic tacitos præteriri quin indicentur aliqui. *Percurrit ergo breviter integro capite Auctor, quæ diffuſius leguntur apud Puccinum, partim in prima Parte num.* 35 *& ſeqq. num.* 62 *& ſeqq. ac num.* 64 *& ſeqq. partim in ſecunda à num.* 161 *uſque ad* 164; *ac denique quæ cum SS. Ignatio & Angelo acta referuntur in eadem 2 Parte à num.* 221 *ad* 225, *Denique concludit Caput iſtud Auctor multa accumulans in hunc modum.*

F

& intelligentiæ conceſſæ in raptibus,

97 Revelata ſunt ei, exiſtenti in ſuis raptibus, multa utiliſſima cuicumque perſonæ Religioſæ documenta, ſive is vir ſive mulier fuerit: atque in particulari exercitium quoddã matutinum cum ſui oblatione faciendum, ſicut faciebat ipſa: quatuor media ad acquirendam animæ puritatem: quinque petitiones, quotidie proponendæ Deo ad conſervationem Religioſæ obſervantiæ: novem regulæ obſervandæ in Religione, ad obtinendas ſemper majores gratias: quæ virtutes requirantur in ſtatu religioſo: documenta ad acquirendam perfectionem tradenda diſcipulis: actus amoris Dei: modũs monſtrandi Deo affectum gratum pro beneficiis quotidianis: intelligentiæ & exclamationes circa obſervantiam religioſorum votorum, præſertim paupertatis: aliæque multæ inſtructiones, ſimiles illis, & dignæ quæ ab omni anima religioſa, perfectionis cupida, diligenter perlegan-

A legantur. Præter hæc autem, quæ jam inveniuntur impreſſa, dictavit in raptibus epiſtolas varias, ad ſummum Pontificem, ad Collegium Cardinalium, ad Cardinalem de Medicis Archiepiſcopum Florentinum, poſtea Leonem Papam XI, ad Patres Societatis Jeſu, alioſque; in quibus loquitur de reformatione Eccleſiæ, declaratque zelum ac ſpiritum quem ipſi communicabat Deus, ad gloriam ſuam, ad publicum & commune ſanctæ Eccleſiæ bonum, ad animarum auxilium ac reformationem Ordinum religioſorum: quæ omnes epiſtolæ ſervantur manu ſcriptæ in monaſterio, cum pluribus rebus aliis necdum luci datis.

(in quibus etiam plures epiſtolas dictat)

C.XXXVI *nec non gratia curationum*

98 Dignatus eſt etiam fideli famulæ ſuæ Deus communicare gratiam miraculorum, quorum plurima facta ſunt, non ſolum Florentiæ ſed etiam Lucæ, Parmæque & aliis in locis, quemadmodum legitur in Proceſſibus: ego vero ea ſolum deſcribam, quæ fuerunt ſubjecta examini, primum Romanæ Rotæ, deinde Congregationis Rituum; & utrobique ſunt approbata, ut vera ordinemque naturæ citra dubium excedentia. *Tale eſt quod poſita in extaſi, etiam feneſtris clauſis oculiſque velatis, proſequeretur ſubtiliſſima quæque manuum opera, ut narrat Puccinus num.* 111: *tum quod idem habet num.* 53. *& contigit anno* MDLXXXVII, *poſtquam vocanti ſe infirma Sorori*, quæ ſic contracta jacebat, ut latus ſiniſtrum eſſet palmo uno brevius altero, juſſiſſet reſponderi, quod poſtero die ad horam veſpertinam viſitatura illam eſſet, agens ipſa tunc annum ætatis XXI. *Idem num.* 45 *narrat quod ſequitur, ſed abſque præcipuis quibuſdam circumſtantiis, quare iſtud hic integre explicandum videtur.*

variis caſibus probata.

B

Anno 1578 *energumenam liberat Sancta,*

99 D. Catharina Spini, filia D. Caroli Sini Nobilis Florentini, à dæmone poſſidebatur. Hæc anno MDLXXXVIII die quodam cum Domina matre ſua acceſſit ad monaſterium, cauſa viſitandi Sor. Mariam Magdalenam, nonnulla affinitate conjunctam ſibi. Dum autem ſimul colloquuntur ad crates, rapta in extaſim Sancta eſt: & ſubito malignus ſpiritus cœpit graviter cruciare Catharinam, inflando guttur, ejectando ſpumam, concutiendo corpus totum, ululando, volutando per terram, aliaque moris ſui agendo. Quod videns etiam in extaſi Sancta, advocari juſſit D. Auguſtinum Campi, Confeſſarium Monacharum, qui tunc in eccleſia aderat; venientemque rogavit, ut imperaret dæmoni egreſſum de corpore illo. Ipſe vero, qui perſpectam habebat Sor. Mariæ Magdalenæ ſanctitatem, reſpondit: Ego autem per

C ſanctam obedientiam tibi mando, ut ipſamet id dæmoni imperes. Tunc illa, imperioſe ac veluti poteſtatem habens, In Dei nomine tibi impero, inquit, ut egrediaris; & ſignum Crucis ſuper Catharinam expreſſit. Subito autem ut verbum protulit ac ſignum fecit, detumuit gula, ceſſavit ſpuma, ceſſavit etiam inordinatio reliqua: & exinde libera Catharina nihil mali deinceps paſſa eſt. *Sequitur deinde de* Sor. Barbara Baſſi, *quod apud Puccinum vide num.* 78, *aliudque ibidem de* Sor. Pace Columbini. *Tum iſtud de* Sor. Maria Benigna Orlandini *leproſa*, anno MDXCI die XXIX Aprilis *curata, ut legitur num* 92. *Similiter, quæ* Sorori Cherubinæ Rabatti *eodem & ſequenti anno evenerunt, & inveniuntur num.* 92 *&* 96: *nec non* de longiori vita Confeſſario impetrata, *ſicut habetur num.* 88; *&* vino corrupto in doliis ac bis integritati ſuæ reſtituto *num.* 69 *&* 114: *ac denique curationes* Sor. Mariæ Magdalenæ Mori *&* Sor. Catharinæ Ginori, *facta anno* MDXCII, *ac* Sor. Mariæ Catharinæ Chelli, *facta anno* MDXCV *die* XXV *Maji, & relata omnes eodem nu.* 134: *quibus inſuper accedit iſtud à Puccino præteritum.*

& aliàs plurium morbos curat.

100 Prænominata Soror Cherubina Rabatta, anno MDXCII, lecto infirma decumbebat mortique vicina, propter duas grandes plagas in renibus adjunctamque febrim: jamque de mandato medici ſacro Oleo procurata erat, quando interius ſibi dici ſenſit, Si vis ſanari, intra in lectum Sor. Mariæ Magdalenæ. Scilicet ſolebat hæc erga infirmas, præſertim moribundas, caritate magna uti; quam ut etiam Sorori Cherubinæ exhiberet, in latere ipſius cellulæ ſtraverat ſibi ſaccum pallearium, in eoque dormiebat. Inſpirationem ergo iſtam Confeſſario indicavit ægra; impetrataque ab eo facultate, coram Matre Prioriſſa & Monachis, fuit ab infirmariis ſupra prædictum ſaccum collocata. Vix autem octavam horæ partem ibi manſerat, quin omni malo ſoluta ac libera, ſuis ipſa pedibus rediret ad lectum; indeque etiam mane ſequenti ſurgens, proceſſit in Chorum ad Officium cum aliis perſolvendum, cum quibus etiam continuavit cetera exercitia monaſterii.

EXITAL. VIRGILII CEPARII. *Ad mortẽ ægra an.* 1592

convaleſcit in ſtrato Sanctæ:

101 Propter iſtos & alios ſimiles eventus, & propter eximiam quæ in Sor. Maria Magdalena elucebat virtutem, Monachæ, non minus ſeniores quam juniores, ſummopere illam amabant æſtimabantque; nec non in omni quaſi neceſſitate corporali ac ſpirituali, auxilii & conſilii cauſa recurrebant ad ipſam: Superiores quoque, in ordinariis extraordinariiſque negotiis monaſterii, luminis & directionis ergo, eamdem adhibebant; eratque commune loci iſtius refugium atque ſolatium. Non enim conſiderabant exiguam E ejus ætatem, necdum ultra novemdecim aut viginti annos progreſſam, quòdque adhuc in Novitiatu inter Novitias manebat, quia bonas illas Matres nulla invidiæ alteriuſve humanæ paſſionis conſideratio- *propter virtutem & prudentiã.*
niſve excæcabat caligo, neque calumniabantur quos videbant raptus: ſed allectæ exemplo vitæ quam ducebat, & religioſæ obſervantiæ quam præferebat perfectiſſimam, operibus item quæ faciebat mirandis, ſinebant ſe duci quocumque voluiſſet ipſa, eique auſcultabant, credebant & obediebant, acſi fuiſſet C.XXXVII ſenior univerſis omniumque Superior. *Narrantur poſt* & ſeqq.
hæc quæ ſpectant ad abſtinentiam, ſtratique ac veſtium duritiem divinitus præſcriptam, relata per Puccinum num. 24 *&* 55: *& ſubjungitur prolixa hiſtoria quinquennalis probationis à num.* 56 *ad* 88.

CAPUT X.

Officia per Beatam adminiſtrata. Iuniorum ac Novitiarum magiſterium.

F

VIrtus Sororis Mariæ Magdalenæ tam nota erat, ut vix expleto tempore Novitiatus cœperit ad officia regiminis adhiberi, ac deinde ſemper aliquod munus geſſerit. Ac primo die XXX Septembris anni MDLXXXVI (quo die à Novitiatu ad Junioratum tranſiit, eratque annorum viginti cum dimidio) ad tres annos facta eſt Foreſtaria, ſimul cum alia ſeniori Monacha: quæ tamen occupatio ei continua non fuit, eo quod non adeſſent ſemper puellæ extraneæ, ad ejuſmodi experimentum ſui receptæ. Anno MDLXXXIX die IV Octobris educta ex Junioratu, facta eſt Pædagoga ſeu Manuductrix Novitiarum, in conſortio Sororis Euangeliſtæ Jucundi, electæ earumdem Magiſtræ. Agebat annum ultimum quinquennalis ſuæ probationis Sancta, quando ad illud munus electa fuit: quod non abſque timore ſuſcepit, conſiderans impoſitam ſibi obligationem juvandi teneras iſtas plantas, eo tempore quo pro ſeipſa neceſſe habebat depugnare aſſidue: acceptavit tamen ipſum lubenter, quia ſocia futura erat Sororis Euangeliſtæ, quam antea ipſamet habuerat Novitiarum Magiſtram. Sperabat enim, quod ex occaſione officii ſæpius tractatura cum illa, multum proficeret

102 C.XLIII *Primum Foreſtaria,*

tum Pædagoga Magdalenæ,

ex

ET ITAL. VIRGILII CEPARII.

ex ejus religiosis exemplis, quam habebat in magna opinione sanctitatis. Et vero videtur, quod Deus elegerit bonam istam Matrem, in ducem & magistram S. Mariæ Magdalenæ: etenim curam illius ex mandato Superiorum gessit, à Novitiatu usque ad diem mortis: & ipsa ei referebat quidquid secum communicabat Deus per ecstasim, magnumque ab ea solatium auxiliumque accepit, tempore probationis suæ & tentationis.

(eximia sanctitatis Religiosæ

103 Fuit Sor. Euangelista dotata à Deo virtutibus multis, & à Sancta nominabatur Pellicanus Religionis, propter viscera caritatis, quibus desiderabat cunctas juvare & confortare: & quia sæpe ei monstrata fuerat sub symbolo Pellicani, extinctos pullos sanguine suo revocantis ad vitam. Quadam etiam vice, in festo Spiritus sancti, vidit quod Sor. Euangelista inter alias tam copiose reciperet dona Spiritus sancti, ut cogeretur exclamare, Ah! quam multum recipit Pellicanus iste. Aliàs videns Beatissimam Virginem, ipsi specialiter blandientem; intellexit id esse propter quasdam virtutes in ipsa excellentes, ac nominatim quia multum zelabatur honorem Dei, conservationemque Religionis & observantiæ regularis; & quia procedebat cum magna simplicitate, eratque valde humilis & sui ipsius contemptrix. Huc autem faciebat, quod de ipsa dicere solebat Sor. Maria Magdalena, tantumdem futurum, si aliquis ipsam, Sanctam; ac si Stultam nominasset: quia neque extollebatur laudibus, neque injuriis movebatur. Ad discretionem prudentiamque singularem, quibus erat à naturâ instructa, accedebat donum tam eximii luminis atque intelligentiæ spiritualis, ut P. Bernardinus Rosignolius Societatis Jesu, dum Collegium Florentinum Provincialis visitaret, dixerit mihi, quod visus sibi esset loqui cum altero S. Bernardo; tantam in ea devotionem rerumque spiritualium notitiam invenerat. Ob has causas sexies electa fuit Novitiarum Magistra, & septies totius monasterii Superior: eaque officia exercens magna cum discretione ac caritate, pervenit usque ad annum XCII ætatis: & quamvis ultimos vitæ annos in lecto ægra egerit propter arthritidem, & lingua impeditiori balbutiret, numquam tamen destiterunt Monachæ, ipsæque Officiales & Superiores, ad ipsam consilii causa recurrere. Quanta autem fuerit de ejus virtute passim opinio Florentinorum, vel ex hoc solo satis intelligi potest, quod ad ejus infirmæ lectum, visitationis impendendæ ergo, accesserint aliquoties Sereniss. Cosmi Magni Hetruriæ Ducis, & Serenissimæ suæ Celsitudines, & post mortem eodem redierint, una cum populo ad funus accurrente.

B

sexies ad officium istud electa)

C

Novitias ad Dei amorē incitat

104 Tali ergo respectu Pædagogæ officium libenter suscepit Sor. Maria Magdalena: cujus conversatio cum Novitiis, plena benignitatis, caritatis & affabilitatis, videbatur potius sororis ac sociæ quam magistræ esse: idque curare se dicebat, ut ea ratione ipsas traheret ad Dei amorem: Cum enim, inquiebat, ab eo simus creati cum amore & per amorē, per eamdem viam facilius nos ei donamus ac reddimus. Non omittebat tamē suo loco ac tempore admonere subditas, atque corrigere de suis defectibus; maxime cum obtinuisset, sicuti diximus, gratiam secreta cordium penetrandi. Triennium in tali officio egit, cum tanto profectu Novitiarum, ut facile appareret, ejusmodi electionem divinitus inspiratam fuisse. Primo die Octobris MDXCII, constituta fuit Sacristana, una cum aliis duabus Sororibus ipsa senioribus, magnaque cum devotione etiam istud munus obivit: quia commissam sibi videbat curam rerum sacrarū, & immediate subservientium sanctissimo Altaris Sacramento; & hoc tempore contigit, ipsam superpelliceum unum integrum inter ecstases suas facere, absque ullo lumine corporali, ut dictum est.

postea eligitur Sacristana.

105 Anno deinde MDXCV, cum jam trigesimum annū suæ ætatis ageret, die VI Octobris, declarata fuit Magistra Juniorum: & hoc etiā munus triennio exercuit, simul cum officio primæ Forestariæ; magno zelo & efficaci procurans, ut suæ curæ commissas proveheret in religiosa perfectione, probando, illuminando, ac dirigendo eas ad solidas virtutes; non solum verbis, sed etiam operibus atque exemplis, exercens ealdem ad externam internamque mortificationem, contemptumque sui, secundum varias inclinationes cujusque, & lumen sibi divinitus datum. Expleto denique hoc triennio, constituta est, communi Capituli totius consensu, anno MDXCVIII die II Octobris, Magistra Novitiarum: & post triennium, cum renovarentur Officiales, die V Octobris anni MDCI, in eodē gradu confirmata perstitit usque ad MDCIV, quando fuit electa Supprioriss: atque hoc ultimum officium est, quod ante mortem suam gessit.

D

Magistra Iuniorum,

tum Novitiarum, & Supprioriss.

106 Porro in regimine Juniorum atque Novitiarum ita se gessit, ut possit omnibus tali curæ præpositis servire pro exemplari. Diligebat tenerrime omnes & singulas absque partialitate, in eoque vincens amorem matris erga filias, dicebat; Mater vestra semel vos peperit mundo, ego millies ac millies Deo, nec sine pœna: quidquid enim intelligo vobis dolori & afflictioni esse, magis sentio quam vos ipsæ. Vigili semper cura iisdem intendens, laceros earum pannos resarciebat, sublevabat labores; quod si ægrotaret aliqua, vel auxilio quovis alio spirituali aut corporali egebat, omni possibili obsequio ei succurrens, diu noctuque assistebat. Hinc infirmæ cuidam Novitiæ dixit: O si possem tuos istos dolores auferre & transferre in meipsam, quam libenter id facerem! Etenim tu certa es quod Dei facias voluntatem, quia ipse tibi incommodum istud immittit: ego vero non ita secura sum, dum cilicium gesto, disciplinam facio, aut aliam ultroneam pœnitentiam subeo. Conabatur autem eis bene imprimere meritum, quod acquiritur tolerando: Quia hic patiendum est, inquiebat, in cælo nihil patiendum occurret. Mandabat quoque discipulis suis, ut quoties res ita posceret, accederent ad se quam liberrime, etiam media nocte; totis enim noctibus cum ipsis se futuram, quando opus esset. Imo cum ipsamet esset infirma, non parcebat corpori suo, quatenus ipsis succurreret; cumque illam rogarent discipulæ, ut ad quietem se reciperet, dicebat; Usque mane apud vos stabo, filiolæ, erecta in pedes, si opus erit: & confido in Deo, quod hoc mihi non oberit. Simili ex causa dimisisset etiam libens, orationem, ad ipsas animandas consolandasque. De se ipsa vero sentiebat tam demisse, ut illarum profectui impedimentum se adferre crederet: & sæpe audiebat dicere, O si aliam Magistram haberetis, quanto proficeretis amplius quam facitis modo.

In istarum regimine æquali erga omnes caritate,

E

totam se impendit singulis

maxime ægris:

F

vocationes advenientiū explorat:

107 Cum experimenti causa ad monasterium recipiebantur puellæ, attente considerabat utrum idoneæ essent Religioni, & quam vera ac solida earum vocatio esset: variis etiam modis easdem tentabat atque probabat, & indicabat eis omnem ordinem monasterii difficultatesque Religionis: ut ne queri possent ignorasse quidpiam, aut remanentes oneri essent ac damno. Inveniens autem in eis aliquam reluctantiam, libere dicebat: Si vobis non placet noster hic modus vivendi, potestis alium locum eligere: nos volumus formam, quam videtis, tenere. Erat quidem bona Mater multæ compassionis, quando tamen agebatur de observantia religiosa, inflexibilem se rigidamque præbebat: nec ullo nobilitatis, divitiarum, aut cujuscumque alterius considerationis respectu movebatur, quin libere sensum suum ediceret. Cum vero aliqua assumptura erat

Habitum

A Habitum religioſum; incipiebat, multis diebus ante; ceterarum orationibus eam commendare: & ipſa applicabat orationes, Communiones ac pœnitentias ſuas, ad impetrandum lumen à Deo & gratiam, qua cognoſcerent intimeque penetrarent dignitatem ſtatus Religioſi. Noctem deinde totam ante veſtitionis actum exigebat in oratione, nec tantillum quidem lecto incumbens; id quod jam adeo notum erat Novitiis omnibus, ut tunc ſolerent ſuper illum varias res collocare, certæ quod ipſa non eſſet lecto uſura.

pro veſtiendis aut profeſſuris multum erat:

108 Poſtea non ſatiabatur imprimendo Novitiarum animis amore Religionis: conabatur eas ſuaviter amanterq; affectas reddere, erga omnem ordine conſuetudineſque monaſterii, & dicebat: Veniunt virgines iſtæ de mundo, relinquentes patrem ac matrem & omnia ſeculi commoda; oportet igitur ut hic inveniant, qui cum amore eas inducat, ad labores Religionis libenter amplectendos. Addebatque: Filiolæ, vos dimiſiſtis unam matrem, & inveniſtis multas; vos dimiſiſtis ſorores paucas, & reperiſtis magnum numerum earum quæ vos amabunt longe aliter quam conſanguineæ; amabunt enim vos in Deo & in caritate, quæ omnem naturæ & carnis

iiſdem inculcat amorem ſuæ vocationis,

B amorem plurimum ſuperat. Conabatur etiam ut ſibi eas devinciret: primiſque menſibus eis blandiebatur & condeſcendebat plurimum, ut induceret eis oblivionem mundi ac domus paternæ, & affectum earum ad Religionem transferret. Volebat etiam ut fruerentur alacriter relaxationibus iis, quas ipſis Ordo indulgebat, & curabat ne quid eas tunc conturbaret. Volebat etiam ut Novitiæ gratæ eſſent Sororibus, quarum ſuffragiis receptæ fuerant, atque dicebat: Filiolæ, eſtote gratæ, imprimis Deo, deinde omnibus iſtis Matribus ac Sororibus: per ipſas enim obtinuiſtis pretioſiſſimum donum, quod Deus electis ſuis poteſt poſt baptiſmum conferre, id eſt, ingreſſum in Religionem: obligamini autem titulo gratitudinis ad omnes amandum & omnibus ſerviendum, reputantes vos indignas earum conſortio.

gratitudine erga ſeniores quæ ipſas receperant,

109 Cupiebat inſuper ut Novitiæ invicem ſeſe amarent in Domino, tanquam ſi uno patre eademque matre forent genitæ; nullaque ut eſſet inter ipſas differentia, ſed conſiderarent, quod ſociæ atque connovitiæ ſuæ ſint filiæ æterni Patris, Sponſæ Jeſu Chriſti, templa Spiritus ſancti, & Sorores Angelorum. Cum ſibi invicem per domum occurrerent, ſalutare docebat invicem cum jubilo cordis, ac

mutuam inter ſe caritatem,

C ſi tum primum ſe viderent; iiſque uti verbis, quæ Dei amorem excitarent. Cum autem ſimul eſſent in Novitiatu vel alibi congregatæ, æſtimare jubebat ſe eſſe in choro Angelorum, quos virginitas puritasque Sororum refert: nec præteribat fere dies, quin inculcaret ipſis iſtud Joannis Apoſtoli ad diſcipulos ſuos, Filiolæ, diligite alterutrim, quia præceptum Jeſu eſt. Addebat inſuper, ſi vobis ipſis deſideratis unum gradum gratiæ, petite duos; & pro veſtris Sororibus, tres; credentes ipſas ad illos recipiendos aptiores eſſe vobis, ab iiſque majorem quam à vobis proventuram Deo gloriam: ita fiet ut diſponamini etiam ipſæ ad recipiendas eaſdem gratias, & purificetis intentionem ab omni ſpecie proprii commodi & æſtimationis: debetis enim in vobis & pro vobis majorem, quæ haberi poteſt, perfectionem quærere. Ut autem illuc pervenirent brevi, dicebat eis, Magiſtrum ſumerent Crucifixum, ejuſq; monitis autem

unionem cum Deo,

attentam præberent: quia continuo loquitur ad cor, maxime poſt receptionem ſanctiſſimi Sacramenti. Date, inquiebat, vos orationi: converſatio enim cum Deo per illam facit, ut homo aliud non curet quam Deum. Solus his vobis ſufficiat, de parentibus autem vel alia quacumq; re terrena nolite ſolicitæ eſſe: quia affirmo vobis, quod in ipſo invenietis omnia, & deſideriorum veſtrorum ſatisfactionem pleniſſimam. Apertum habete cor & cogitationes veſtras, etiam ſecretiſſimas, & non decipiemini ab inimico.

ET ITA EX VIRGILIO CEPARII.

110 Multum ſolicita erat, ut Novitiæ aſſueſcerent afficerenturque Officio debite recitando; quia hæc una eſt ex præcipuis Monacharum obligationibus, per quam recognoſcitur, honoratur, & adoratur divina Majeſtas. Ideoque prius quam Chorum ingrederentur, ſeorſim ad ſe vocatis dicebat; Filiolæ, conſiderate quod uſque modo obiveritis exercitia humana, tractantes cum creaturis; nunc vero accedatis ad functionem Angelicam, acturæ cum Creatore: quæ res momenti tanti eſt, ut ipſi beati ſpiritus, quorum puritas admiranda eſt, non præſumant id agere abſque timore & tremore: quanto magis nos indigniſſimæ creaturæ pavere debemus, comparituræ ante conſpectum ſummæ Deitatis? Propterea volebat, ut prius quam inchoabatur Officium elicerent actum humilitatis, reputantes ſe indignas ad obeundum munus Angelorum; docebatque eaſdem laudes offerre in unionem iſtarum, quas in cæleſti patria Deo concinunt Beati iſti ſpiritus: licet enim fieri nequeat ut laudes noſtræ pertingant ad

accuratio-nem in Officio divino,

rebus aliis omnibus poſtponendo

E puritatem earum quas ipſi dant Deo, nobis tamen non interdicitur deſiderium honorandi ipſum tam ſublimi modo. Præferebat autem præſentiam in Choro ad Officii divini recitationem, cuilibet alteri devotioni, orationi, meditationi privatæ: quod ſi qua eo prætextu petebat diſpenſari à Choro, dicebat: Viderer te decipere, filia, ſi id tibi id permitterem: quia exiſtimans magis te honoraturam Deum eique placituram in iſto privato exercitio, deprehenderes te conſecutam minus: nam reſpectu Officii inſimul in Choro cum aliis Monachabus perſolvendi, alia omnis oratio eſt exigui meriti. Valde ſolicite conſiderabat quam attente pſallerent in Choro Novitiæ, quam compoſitæ aſſiſterent, quam demiſſis oculis, aliaque ſimilia. Die quadam, cum bis terve innuiſſet cuidam ut egrederetur, & illa ſe non moveret, elata tandem coram omnibus voce, egredi ipſam juſſit: idque quia videbat non eſſe attentam Officio, & dæmonem ſaltantem tripudiantemque in Choro, quia nutui Magiſtræ non parebat mente diſtracta; nolebat autem ut ab inimico vinceretur. Alias experiendi cauſa vocavit ad ſe quamdam, dixitque: Num digna tibi videris, quæ inter has Dei famulas pſallas? & abire mandavit; deinde, quid hac occaſione cogitaſſet, requiſivit.

F

puritatem intentionis

111 Docebat Novitias facere omnia opera ſua, majora & minora, externa & interna, cum pura intentione placendi Deo & ad divinæ ſuæ majeſtatis gloriam: dicebatque, quod qui taliter faceret omnia, & ſingulos quoſque motus, uſque ad unum, ut ſic dicam, nictum oculi, poſt mortem recta aſcenderet in Paradiſum, ne viſo quidem Purgatorio. Inculcabat autem hanc intentionis puritatem identidem, ſæpeq; ex improviſo nunc unam, nunc alterâ interrogabat, qua intentione hoc vel iſtud feciſſet. Quod ſi temere operantem aliquam inveniſſet, dicebat: An non cernis quod operis hujus meritum perdas? Videns vero quaſdam languide & abſque affectione operantes, ajebat; Tales animæ volunt à Religione portari, non portare ipſæ Religionem. Ut porro opera eſſent gratiora Deo; monebat unienda operibus quæ Jeſus faciebat in terra, dicens: Opera noſtra bona inſtar plumbi ſunt, quæ unita operibus Chriſti convertuntur in puriſſimum aurum. Magnopere etiam curandum ſibi exiſtimabat, ut diſcipulæ ſuæ cor ſuum haberent in Deo fixum, & ſæpe interrogabat, Ubi modo eſt cor tuum? in quo nunc occu-

occupationem jugem cordis cum Deo,

ET ITAL. VIRGILII CEPARII.

occupatur? quid cogitat? Quoties hodie Deo egisti gratias, quod ad Religionem te vocaverit, quodque se hodie tibi in Eucharistia donaverit? Quid cordi tuo dixit Jesus, cum eum recepisti? aliaque similia. Fuit cui imperavit, ut quotidie diceret sibi, quoties eo die fuisset Dei recordata; alia, quæ fuisset sibi prima cogitatio mane cum expergisceretur. His autem similibusq; inventis assuefaciebat illas habere cor occupatum in Deo, attendere voci ejus internæ, Dei præsentiam ante oculos tenere, conversari cum illo, & aperto semper pectore ambulare; dicens, à teneris expertam fuisse se, quantum præsidii esset in ejusmodi artibus.

& continuâ sui mortificatione,

112 Dicebat præterea, Deum à suis creaturis requirere veram mortem, sine qua nihil effici apud eum posset: eam vero quæ aggreditur servire Deo, aliud non habere quod agat, quam ut mille modis & quovis momento sibi ipsi mortem adferat: hoc autem sic declarabat. Vita carnis nostræ, delectatio sensualitatis est; mors vero, omnis sensualis delectationis privatio, per jejunia, vigilias, asperitates. Vita judicii & arbitrii proprii est, disponere de se ipsa rebusque suis pro placito suo; mors vero, submittere ipsum omni hora voluntati & judicio alieno per obedientiam. Similiter mortificatur appetitus æstimationis propriæ, continuando actus veræ humilitatis & contemptus proprii, seque occultando ab oculis humanis. Errat autem qui credit, ad hujusmodi mortem, adeo necessariam cuicumque volenti servire Deo, posse perveniri per viam manantem lacte & melle internæ externæque dulcedinis. Nequit enim fieri, ut non sentiat magnum dolorem, qui vere moritur ut in se vivat Jesus. Dicebat denique, dignam nullam esse quæ Dei famula vocaretur, si in hoc famulatu non patitur nec laborat; errare autem, si qua huc accedat sub spe consolationum & gustuum internorum: eo quod in his revera non inveniatur Deus, sed in vera virtute, cujus proprius locus est in tædio, labore atque angustia; istos vero gustus solum esse æstimandos, qui efficiunt animam generosiorem ad laborandum pro Deo, indurantque ad patientiam, cum desiderio illum honorandi & implendi omnem ejus voluntatem. Itaque non multum fidebat animabus illis, quæ per omnem vitam sulcaverant mare tranquillum dulcedinis, in eaque sibi videbantur perfectionem aliquam consecutæ: negabat enim veram esse virtutem, quæ non esset probata adversis, tribulationibusve & tentationibus, sive à Deo, sive à creatura, seu denique à diabolo immissis. Et, si inveniebat Novitiam semper quietam & nihil difficultatis experientem, ajebat: Vereor ne finem tuum habeas collocatum in componendo exteriori homine, non autem in ordinando interno.

ac desiderium multa patiendi.

B

C

CAPUT XI.

Eximiæ discretionis spiritus in regimine Iuniorum at Novitiarum.

Omnium ingeniis mire se aptans

113 PRo insigni quo divinitus donata erat lumine, & gratia penetrandi secreta cordium, cognoscebat Sancta naturales omnes inclinationes filiarum suarum: & cum prudentia plusquam humana dirigebat illas, cujusque capacitati se adaptans, magisque capaci imponebat amplius. Admiratione vero dignum erat, quod quam diversa erant commissa sibi ingenia, tam diversis utebatur modis in cujusque regimine: eratque ei quasi proprium corda tangere, & dignoscere genium uniuscujusque, atque ita omnes ad perfectionem provehere, secundum naturam suam, & in solidis virtutibus radicare. Uno jactu oculi trahebat animos, excitabat, illuminabat, & ad operandum efficaciter permovebat. Eodem tempore unam severe intuens, faciebat erubescere oculosque demittere; ad aliam vero se convertens hilari atque amœno vultu, mœstam & pusillanimem serenabat. Quasdam pro minimo quoque defectu acribus reprehendebat verbis, in aliis eosdem defectus vel etiam graviores aut tolerabat tacite, aut suaviter dumtaxat redarguebat. Quarumdam dissimulabat errata, quasi ea non notasset; tacebat cum quibusdam; nonnullarum per tempus aliquod declinabat alloquium, cum aliis aliter se gerebat: cum omnibus autem hac pollebat gratia, ut ad indignationem provocaret neminem, sed faterentur singulæ ejus modum procedendi specialiter sibi fuisse utilem.

D

alias aliter atque aliter regit:

easdem studiose humiliat;

114 Eo spectabat solicite, ut in suis filiabus reprimeret æstimationem propriam, easque in vera humilitate fundaret: ideoque exercebat eas mortificationibus variis, privatis ac publicis: nec nisi duobus verbis erat opus, ut aliquam venire faceret in cognitionem suorum defectuum. Quandoque Novitiarum unam vocabat in medium, dicebatque: Puella hæc credit, magnum nobis obvenisse bonum, quod ipsam habeamus in monasterio nostro: dico autem vobis, ipsam esse fortunatã, quod illã receperimus in numerum nostrum. Si videbat aliquam complacere sibi in actione quapiam quasi bene gesta, subito inveniebat detegebatque in ea mille defectus; ut, quæ exinde vanâ gloriâ pulsabatur, erubesceret ipsam sic egisse. Si quæ majori ingenio judicioque aut aliis talentis naturalibus erant dotatæ, eas ut in humilitate conservaret & longe ab omni humana complacentia, adhibebat raro, & studiose ostendebat parvi illas se facere, atque in ipsis suis actionibus confundebat: ita tamen ut non appareret, humiliandi eas causa id solum fieri; sed ratione convincebat, illa quæ reprehendebat opera, vere digna esse contemptu, sic ut oculos intellectus ipsis aperiret, illuminaretque, ad defectus agnoscendos quos notabat. Si vero necesse esset earumdem opera uti alicubi, ubi dexteritas prudentiaque pateret; ita rem moderabatur, ut inde potius haberent occasionem se humiliandi quam complacentiæ humanæ. Ea enim valebat gratia sancta hæc Mater, ut filias suas exerceret ad opera virtutis, iis quos ipsæmet ignorabant nec capiebant modis.

E

& varie mortificat.

115 Imponebat etiam iisdem varias pœnitentias, & exercitia vilia facienda in refectorio inter Novitias aut Juniores. Mandabat verbi causa ut quædam mensas circuiret, nihil religiosi habitus præter scapulare ferens; ut alia recens habitum nacta, sericea in veste serviret mensæ, aut omnium pedes oscularetur, ac reprehenderetur publice iis verbis, ex quibus judicare posset se pro stulta haberi. Quandoque, ut unam aliquam, in superbiæ affectus proclivem, humiliaret; mandabat Novitiis cunctis, ut defectus ejus enarrarent sigillatim, talesque exercebat in officiis infimis & abjectis. Fuit cum nobilis quædam puella, annorum novemdecim & insignium talentorum, experiundi causa ingressa monasterium, diceret, de se ipsa præsumens; Volo reipsa, non autem nomine tenus, esse Monacha. Dissimulavit tunc quidem auditum à se verbum bona Mater: sed cum iterum alia occasione audivisset, quod nollet facere uti consueverant aliæ in suscipiendo Habitu; censuit id silentio non esse prætereundum; sed reprehendens eam, cito fecit cognoscere, ex quo spiritu procederent ista, sæpiusque dicebat: Hæ sunt, quas mundus existimat tantum spiritus, tantum luminis habere. Interim vertebat in eam oculos cum tali majestate, ut illa interius totam compungi se sentiret.

F

Nobilis Novitiæ occultam superbiam agnoscit;

Cumque

A Cumque nonnemo præſentium ipſam niteretur excuſare, nullam excuſationem admiſit: ſed in partem vocatæ multa cum caritate oſtendit errorem ſuum, & veram docuit humilitatem, juſſitque ut veniam ab omnibus Novitiis peteret; & quoties deinde offerebat ſeſe illius reprehendendæ occaſio, eadem quæ prius dixerat verba illi revocabat in memoriam, ut inde humiliaretur.

& præſumptionem ejus domat

116 Eidem, priuſquam Habitum aſſumeret, exciderat dicere, quod multum ſecum luctata fuiſſet in hoc monaſterio eligendo, quia in eo non exercebantur graviores pœnitentiæ, nec tanta erat occaſio patiendi. Animadvertit præſumptionem ſancta Mater, quam ut ab ejus corde extirparet, cœpit cum eadem ſeverius agere, ex improviſo vocatam diſciplina caſtigare, pro minimo incongruo verbo reprehendere acriter, Novitiis aliis objurgandam præbere, ſic quaſi non juſſæ ſed proprio id arbitrio facerent, & variis ſimilibus modis exercere. Cumque illa ad vivum aliquando tacta illacrymaretur, dicebat Magiſtra, Recordare, Soror, quantum luctata tecum ipſa ſis ut locum hunc eligeres, in quo non fiunt pœnitentiæ: perſeveravitque tamdiu divexando eam, donec tandē agnoſceret quod nimium de ſe præſumpB ſerat; poſtea vero ſæpe ipſam conſolabatur dicens, Oportet, Soror, ut prius ſeipſam in ſe deſtruat, quæ Deo deſiderat conformari; unicoque ejuſmodi verbo

ſimulato ejus negletu

omnem ab ea mœſtitiam repellebat. Fuit etiam cum duorum triumve menſium ſpatio ab eadem ſe prorſus alienam monſtraret, quaſi nec ferre ejus præſentiam poſſet: tandemque prorumpenti in planctum, oſtendit ex Dei voluntate pro ejus utilitate ſic egiſſe ſe; itáque confirmatam priſtinæ reſtituit tranquillitati. Contra cum ſimplicioribus minuſque generoſis longe aliter agebat, oſtendens quod eas majoris faceret, itáque addebat animos & ſibi lucrabatur.

ipſamque & alias

117 Non ſolum autem mortificabat in Novitiis ſuis propriæ æſtimationis affectum, ſed etiam judicium ac voluntatem. Hunc in finem unam quandoque in Choro pſallentem vocabat ad ſe, dicens: Vade & numera mihi laterculos pavimenti in Novitiatu aut tigna contabulationis: alteram mittebat in hortum ad formicas colligendas, aut quidpiam ſimile imperabat; poſtea vero requirebat, quibus cogitationibus tali in actu pulſatæ fuiſſent, & quem inde fructum retuliſſent. Si quampiam videbat pluſculum addictam orationi, quo tempore hæc facienda erat, ablegabat dormitum vel hauſtum aquam, aut aliud denique imperabat conveniens domandæ propriæ voluntati: è contrario externis actionibus nimis intentas revocabat ad occupationes internas, ſubtractiſque operum ejuſmodi occaſionibus jubebat orationi vacare. Cuidam etiam mandavit, ut quotidie ad hortum iret, ibiq; curaret aliquid diſcere ex herbis & plantis, rationemque iniret documentorum ſic perceptorum: tantuſque obedientiæ iſtius fructus extitit, ut cum poſtea exercitium iſtud dimittere juſſa eſt, dure id acceperit, propter copiam pulcherrimorum luminum in eo ſibi communicatorum.

exercet ad cæcam obedientiam.

C

CAP. XLV *Omnibus tamen amabilem ſe reddit:*

118 Docebat prædictas mortificationes, reprehenſioneſque faciebat cum tanta caritate, ut inde accenderentur Novitiæ ad eam amore majori reverentiaque proſequendam; & quæ redarguebatur, dicebat: Hæc vere mihi mater eſt: accurriſſentque per ſpinas & tribulos ad audiendas ejus inſtructiones, quæ illuminabant, accendebant, & corroborabant animam, ac ſi per os ejus cæleſtis ſpiritus locutus eſſet. Videbant in ejus oculis divinum quidpiam relucere, quod ipsâ in reprehenſione eas conſolabatur, ſanctumque timorem earum cordibus inſinuabat; cum ſimul ſeveram & placidam, majeſtuoſam & humilem ſe exhiberet. Similiter & ex vultu ejus emicabat ſpiritus caritatis ac benignitatis, cum quo ſic ſua temperabat verba, ut videretur reprehendendo exterius alias, ipſamet interius tremere. Nullam mortificationem præſumpſiſſet unquam alicui imponere, quam prius in ſeipſa non fuiſſet experta: neque imperabat quidpiam, de quo non deliberaſſet coram Crucifixo. Quandoque, videns defectum aliquem, non reprehendebat ſtatim, ſed expectabat donec cubitum conceſſiſſet rea: ac tum primum accerſebat ad ſe, juſſamque de genibus aſſiſtere increpabat, quod auſa fuiſſet lectum ingredi, ſeque ad ſomnum comparare, prius quam ſe pro culpa humiliaſſet. Non ſolebat autem corrigere aut reprehendere quampiam, niſi ſedato & compoſito, ſi quis ſibi obrepſerat, animi motus. Si qua reſponſum dabat ex perturbatione minus commodum, benigne ac placide in illam oculos defigebat, neque tunc addebat verbum, ſed accepto tempore corrigebat. Cum ergo Novitia quædam ex paſſione quapiam averſionem ab ipſa concepiſſet, dimiſit illam, uſque dum ſuum ultro recognoſceret errorem; tunc autem ei dixit, Tu vis me, & ego te, quia te mihi dedit Deus: & ſic contentam reddidit.

reprehenſionibus captat tempus idoneum,

119 Numquam in alia defectum aliquem reprehendebat, quin prius conſideraſſet, utrum idem non inveniretur in ſe: ſeque ſemper æſtimabat & reputabat imperfectiorem atque in virtute inferiorem ea ipſa quam reprehendebat: & ideo ſæpenumero, poſt impenſam alicui correctionem, ibat ad Matrem Prioriſſam, ut ſe coram ipſa humiliaret, ſeque accuſaret de eo quod fecerat, utpote reprehenſibilem magis; excuſabat tamen quod caritatis impulſu ex ſui officii munere proceſſiſſet: ſi autē videretur deliquiſſe, veniam pœnitentiamque poſtulabat. Poſtquam Novitiæ ab ea de aliquo defectu monitæ fuerant, volebat ut omni veſperi venirent ad ſe, rationem reddituræ quoties iſto die relapſæ fuiſſent. Quod ſi aliqua omnino verecunda accederet ex conſcientia crebrioris relapſus; Apage hinc, ajebat, nolo tecum tempus perdere, quæ adeo parum proficis ex admonitionibus meis. Deinde quando minus id cogitabat illa, jubebat ipſam vocari ad ſe, & audiebat patienter defectus, quibus antea noluerat aurem præbere; interrogans inſuper, quales cogitationes verſaſſet animo ſic repulſa. Fuit autem cum ſic abactam prius ſineret indormiſcere, ac deinde juſſam excitari à ſomno & rurſum coram ſe humiliari, dimitteret. Fuit etiam cum Novitiam, quæ ultro cubitum iverat, acceſſit ipſa, reprehenſamque juſſit ſurgere atque ad oratorium miſit, ubi denuo eam reprehendit, mandavitque ut iſtic pernoctaret pavimento incumbens. Poſt aliquantulam vero moram rediit ad ipſam, interrogavitque, num vere ex animo doluiſſet de culpa, & quid interea cogitaſſet. Cumque totum edixiſſet, magno cum amore monuit, neceſſarium eſſe in Religione, ut quis ſe aſſuefaciat magnam fidem habere in obedientia, neque ſuperfluam corporis ſui curam aſſumere.

& increpationum fructum explorans

F

docet pro animarum ſalute precari,

120 Si videbat aliquam melancholicā, reprehendebat eam dicens, Tu non amas Deū: ut quid triſtaris? Melius faceres cogitando de animæ alicujus ſalute, & qua ratione eam poſſis ex unguibus diaboli liberare atque lucrari Deo: & docebat eam ad eum finē faciendā precatiunculā aliquam, offerendo v.g. pro ea ſanguinē Jeſu Chriſti, addens, Confide, quia impetrabis. Etenim unam ex cauſis, ob quas de mundo nos tulit Deus, dicebat eſſe ut Eccleſiæ auxilio ſimus ad converſionem peccatorum. Dicebat etiam Novitiis ſuis, ſi poſſetis videre pulchritudinem unius animæ quæ eſt in ſtatu gratiæ, tanto ejus amore caperemini, ut aliud quam animas à Deo petere neſciretis: Contra vero ſi conſpiceretis aliquam in peccato mortali,

ET ITAL. VIRGILII CEPARII.

ET ITAL. VIRGILII ET PARII.

continuo plangeretur, & præ ipſo dæmone abominaremini peccatum,& ſemper oraretis pro converſione peccatorum. Et quia plerumque ſolita erat, quando aliqua veſtiebatur vel profeſſionem faciebat, elevari in raptum,& ſpeciem animæ iſtius intueri; ideo magis magiſq; accendebatur in ipſa animarum zelus,quem filiabus ſuis conabatur inſpirare.

orationi ſubjungendam mortificationem,

121 Correctionibus autem faciendis & mortificationibus injungendis ut plurimum eligebat tempus,immediate ſubſequens orationem aut piũ quodpiam exercitium: quod ſi aliqua aut nimis nova aut minus mortificata commovebatur,dicebat ei ; Scito, filia,quod quando recedis ab oratione,debeas recipere increpationes & mortificationes, jure vel injuria impoſitas;adeoque ſtabilis eſſe in Deo,ut nihil conturbare poſſit animæ tuæ quietem,vel fructum precationis impedire.Eodem tempore injungebat etiam pœnitentias,puta faciendi diſciplinam coram aliis & ſimilia quædam,inſuperq; dicebat, Dolere debetis & exiſtimare perditum diem illum,quo nulla in re vos ipſas pro Dei amore mortificaſtis. Magni autem faciebat pœnitentias, nec ſemper concedebat poſtulatas,ſed dicebat aliquando,Non es eâ digna. Aliquando magnas petenti concedebat parvas,jubebatq;unũ
B Pater & Ave recitare;aliis vero ſegnioribus ac tepidioribus manũ porrigebat ad eas excitandas.Quandoq;pœnitentiã quamdam injungebat faciendam,& paulo prius quam eſſet facienda eamdẽ prohibebat.

in omnibus ſpoſtandam obedientiã,

122 Exercebat ſolicite filias ſuas ad obedientiam,& hanc præſtare eas volebat hilari vultu ac ſimplici animo , non tamquam creaturæ, ſed tamquam Deo : mandabatque ne rem quantumcumque minimam facerent abſque licentia ſua;aut, ſi ipſa ad manũ non eſſet,alterius Novitiæ ad hoc à ſe deſignatæ; aut, uti dicebat aliquando,cujuſcumque Novitiæ,ut in omni actione & opere exercitium obedientiæ interveniat. Sic quædam, quæ magnam animi repugnantiam in obediendo ſentiebat,vim ſibi faciens ſeque ipſam ſuperans, in facultate petenda quoad res minimas , paulatim aſſuefecit ſe, ut facile obediret iis quæ obligationis gravioris erant. Sæpe autem monebat,ut datis ſibi Superioribus obedirent,etiamſi eſſent Sorores tantum Converſæ , & imperarentur contraria genio , captivando in omnibus judicium proprium, & credendo Dei voluntatem eſſe quod mandabatur. Profecto, inquiebat , donec vos ipſas tamquam mortuas dederitis in manus obedientiæ, numquam guſtabitis quid ſit ſervire Deo. Offerte
C Deo in ſacrificium voluntatem veſtram, quod ſummæ vobis jucunditati erit. Si vultis adimplere voluntatem Dei,nolite voluntatem Superiorum ad veſtra deſideria perſuadendo trahere : ſed curate,quod volent illæ,ſimpliciter exequi , & ſic perfectionem conſequemini. Si repugnantiam ſentitis in frangenda voluntate veſtra , monſtratis vos parum amare Deum : quia in re in qua poteſtis eum ſummopere honorare, qualis eſt abnegatio veſtri pro Dei amore, non vultis laborare.

eamque induſtrie obtinet à ſibi obſtrictis.

123 Intravit in monaſterium experimenti cauſa puella quædam , numquam antea nota ſanctæ Matri : quæ primo die tanta cum caritate ac familiaritate tractare illam cœpit , acſi fuiſſent educatæ ſimul, unde ſtatim illa capta fuit. Secundo die, revelavit illi cogitationes aliquas ipſius, additis ſalutaribus circa eas conſiliis : quapropter eadem credidit, Angelum ſe Cuſtodem inveniſſe, eique manifeſtavit totum interiorem animæ ſuæ ſtatum,magnęque felicitati duxit ejus curæ commiſſam ſe fuiſſe. Poſtea mane quodam ante conſuetam horam, ſurrexit de lecto, & ferventer petiit licentiam eundi una cum Sanctimonialibus ad Matutinum in Chorum : cui reſpondit ſancta Mater, ituram ſe ad Matrem Prioriſſam, petituramque pro ipſa facultatem. Iens autem redienſque; Obtinui eam,dixit;nihilominus redi ad lectum. Paruit puella, poſtquam vero ingreſſa lectum fuit, reverſa ad eam Sancta; Feci id, inquit, ut experirer quam ſis obediens : nunc ergo ſurge,& in Chorum nobiſcum veni. D

duritiam novitiæ intractabilis,

124 Quando Novitia aliqua reluctabatur mortificationi aut pœnitentiæ ſibi impoſitæ , incipiebat bona Mater eamdem coram ipſa facere,ut illam confunderet humiliaretque : hoc autem ſi non ſufficiebat,ipſa ſe coram eadem flexiſſet in genua,orans ut ſibi diceret,qua in re poſſet ſubvenire ipſius animæ: idque dicebat cum tantis lacrymis , ut petras quodammodo emolliviſſet.Quia vero cognovit aliquando,Novitiæ cujuſdam duritiam & obſtinationem eſſe opus diabolicæ tentationis, arrepta in manum diſciplina, magno cum zelo & vigore, cœpit eam flagellare,dicens; Velo videre uter plus poſſit , Deus an dæmon,qui cor Sororis hujus invaſit: neque ceſſabo, priuſquam videro , utrius major potentia

agnoſcit à dæmone eſſe:

ſit. Itáque perrexit verberans illam , uſque dum emollito corde humiliata , multis cum lacrymis cœpit veniam poſtulare à ſancta Matre & ab altera quæ præſens aderat ; & ſic victus tentator receſſit. E Solebat autem dicere : Dæmon, filiolæ, multas vobis tentationes ingerit,quia ſub cura mea eſtis; meq; odio habet tanto, ut vellet mihi ſemper creare moleſtiam ſi poſſet:quod autem contra me non prævalet, facere nititur contra vos.Multæ tamen fuerunt, quæ eo ipſo ſentiebant diſſipari ſuas tentationes, quod eidem ſe ſiſterent, vel ad illam accederent propius.

verba Volo & Nolo exterminat:

125 In duobus porro defectibus rigidam ſemper & implacabilem ſe monſtrabat , aliàs indulgentiſſima mater , & pro iis infallibiliter injungebat pœnitentiam ſeveram ; ſi videlicet Novitia aliqua dixiſſet, Nolo,aut Volo;&,ſi de alienis defectibus, quantumvis leviſſimis, locuta eſſet. Monebat autem de proximo loquendum parciſſime, etiam bene ; Quia inquiebat, à bono inchoantes , ordinarie tandem finimus in malo. Monebat etiã, ut ſi omnino loquendum de alia erat, nihil abſente perſona diceretur, quod præſente illa dictum non fuiſſet;addebatque,ſi cognoſceret aliquam, quæ numquam male locuta eſſet de proximo, dignam judicaret quæ viva canonizaretur. Cum vero una quæpiam incurrerat in vitium detractionis, etiam levis;non permittebat ordinarie eam veſperi ingredi in oratorium, niſi

detractionẽ ſevere caſtigat:

prius ad ſe vocatæ pœnitentiam injunxiſſet ; quæ fere erat,lingua formare crucem ſupra terram , ſi exigua erat culpa; ſi vero gravior , faciebat ipſam jacere ſupinam,mandabatque ut aliæ os ejus conculcarent, vel ut ſingulæ tres ictus diſciplinæ ejuſdem ori incuterent. Et ſimilis pœnitentia conſtituta fere erat, dicenti,Volo aut Nolo ; quo fiebat ut ab iis ſibi omnes caverent, & duo iſtæc vitia quaſi penitus eliminata eſſent ab illo Novitiatu. F

laudat reciprocã communicationem donorũ Dei:

126 Non placebant ei perſonæ,quæ ſolum ſibi ipſis bonæ erant: ſed dicebat, Quæ ſolum pro ſe bona eſt,nec pro ſe bona eſt,nec pro aliis.Quare multum amabat perſonas , communicativas ejus quod habebant boni, & ajebat ; Si tu non facias fructum cum gratia quam tibi facit Deus , faciet forſan alia cuicum eam communicabis. Die quadam,cum Novitiæ aliquot conveniſſent de certa inter ſe devotione ; puella alia, ad Novitiatum acceptata,voluit una cum iis ipſam facere.Cumq;illæ noluiſſent, intelligens id beata Mater,acriter ipſas reprehendit , dicens, eam non fuiſſe devotionem, ſed amorem proprium, quia non extendebatur ad caritatem proximi, & bonam pœnitentiam cunctis injunxit. Nolebat ut Novitiæ rei ullatenus adhæreſcerent cuicumque , ſed omni menſe examinarent ſe ſingulæ, num erga quidpiam nimis

nimis afficerentur, eoque ſe privarent. Dicebat enim: Quidquid Religioſis defuerit in hac vita, magno cum fœnore reſtituetur in altera. Quia ergo deprehendit eſſe unam, quæ affectu adhæreſcebat cuidam ſpiritualium exercitiorum libello, quem ſibi manu ſua deſcripſerat ipſa, mandavit ut eum projiceret in ignem. Eumdem in finem jubebat ut inter ſe commutarent ſæpe veſtem, & alias res ad uſum conceſſas, ne eis affigerent animum: & cujuſdam amorem nimis magnum deprehendens erga corollam ſuam precatoriam, ipſam ſubſtulit, atque poſt ſex primum menſes eidem ſic reddidit, ut vellet eam quovis veſpere referri ad ſe: idque tamdiu fieri ab ea voluit, quoad didiciſſet nihil aliter habere, quam veluti commodatum à Religione.

A *docet nulli rei cor affigere,*

127 Habebat ſemper occupatas Novitias, volebatque ut ter quotidie facerent examen conſcientiæ, ſibique diebus ſingulis faterentur ſuas culpas, bis autem ab ſe invicem peterent veniam; prima vice de malo exemplo dato, ſecundâ, de exiguo inter ſe amore: ſi qua autem tentabatur, ei volebat indies ſola loqui: quod ſi opus eſſet, ſecum illam tenebat etiam noctu. Quandoque nocte media accerſebat aliquam, & ſecum facere orationem jubebat, ut eam fervori ſpirituali aſſuefaceret, atque in Dei amore accenderet; aut ſi afflicta erat, conſolaretur. Omni mane proponebat eiſdem puncta meditandi, quibus intentas eſſe volebat per diem: ſi qua vero neſciebat meditari, ut doceret & aſſuefaceret illam, meditabatur ipſa cum ea, intelligibiliter pronuntians id quod meditabatur: contingebatque ſubinde rapi in ecſtaſim, & de punctis illis pulcherrimos ſenſus eruere. Diem Jovis appellabat diem Amoris, propter inſtitutionem Venerabilis Sacramenti: diem Veneris, diem Deſponſationis, quia Chriſtus tunc ſibi Eccleſiam & animas noſtras deſpondit: interrogabat autem tunc filias ſuas, utrum conſideraſſent, quid tali die Jeſus fecerit pro nobis. Ad crates locuturas cum conſanguineis, docebat modum habendi mentem ſemper defixam in Deo, eoque ut anniterentur mandabat.

ſæpe conſcientiam examinare,

B *utiliter meditari,*

128 Silentii à Regula præſcripti exactiſſima obſervatrix ipſa, volebat illud ab aliis rigide obſervari; dicens, quod impoſſibile ſit religioſam animam, quæ non delectatur ſilentio, guſtare res divinas. Si qua Novitiarum ipſum violaſſet, ultra ſeveram quam injungebat pœnitentiam, ſumebat in ſe obligationem tacendi eo tempore quo fas erat loqui: Quia volo, inquiebat, ut plenam menſuram Religio habeat. Silentii autem tempore ſuadebat conſiderare opera, quæ Jeſus ſilenter eſt operatus, id eſt ab anno ætatis duodecimo uſque ad trigeſimum. Dicebat etiam, quod opera in ſilentio facta multum placebant Deo, ea ſcilicet quæ non valde prodeunt in conſpectum hominum; atque utilius & ſecurius eſſe grandia facere quæ appareant minima, quam facere opera apparentiæ magnæ. Diebus tamen ſolennioribus appropinquantibus, notabilis erat ejus attentio & interior recollectio inter loquendum, cum incremento pœnitentiarum & orationum: hortabaturque filias ſuas, ut idem facerent exemplo ſuo: ideoque, per octo vel decem dies præcedentes, ad conſuetum orationis penſum addebat horam unam. Denique, quando Novitiæ appropinquabant tempori faciendæ Profeſſionis, multis diebus quin & hebdomadis ante, incipiebat eaſdem inſtruere circa gravitatem & dignitatem votorum, quæ debebant nuncupare. Inſuper perſuadens ſibi, quod non ſatis illis explicuiſſet rem tanti momenti; veſpera Profeſſionis diem prægrediente, profunda cum humilitate & de genibus petebat veniam à profeſſuris, de ſua hac in parte non ſatis magna diligentia. Poſſem his etiam multa alia addere, ad Novitiarum Juniorumque inſtructionem ab ipſa dicta factaque, niſi ea in ſequentibus Capitibus locum non minus aptum inventura eſſent.

tenere ſilentium,

C

præſertim circa feſta majora.

ET ITAL. VIRGILII CEPARII.

CAPUT XII.

Quanti fecerit Sancta Religionem ſtatumque religioſum, & quo zelo ſtuduerit ejus perfectionem promovere.

MAximi ſemper S. Maria Magdalena Religionem fecit ſtatumq; religioſum: & ſolebat eum appellare pupillam oculi divini, Paradiſum deliciarũ, Paradiſum terreſtrẽ, quandoquè etiam cæleſtem patriam: de eoq; formabat ſublimes conceptus, quos intra extraq; raptus ſuos explicabat verbis; ſæpius audita dicere, quod non ſolum non invideret cuicumq; Monarchæ aut Regi ſublimitatem ſuam; ſed neq; Angelis ac Seraphinis ipſis: Quia, inquiebat, religioſus ſtatus profitetur imitationẽ Verbi incarnati, per obſervantiam trium votorum, quod nec Regibus aut Monarchis, nec Angelis aut Seraphinis eſt conceſſum. In omnibus religioſis perſonis repræſentabat ſibi Deum, honorabatque Sacerdotes & nominabat Chriſtos, Sanctimoniales vero Sponſas Verbi. Cum de hoc argumento vel loquebatur ipſa vel loquentes alios audiebat, ſæpius ferebatur in ecſtaſim, multoſq; præclaros ſenſus eodem ſpectantes habuit, pulcherrimis ſimilitudinibus explicans ſuis perfectionem & dignitatem talis ſtatus, viaſque demonſtrans ad eamdem perfectionem conſequendã. Nolebat ad Religionem recipi puellas, quæ non viderentur ad eam trahi à Spiritu ſancto. Æſtimabat multum vocationis beneficium, & filias ſuas exhortabatur ut ejus magnitudinem conarentur animo comprehendere, eiq; correſpondere per ſtudium perfectionis; dicens, quod poſt Baptiſmum maxima ea eſſet gratia, quam conferre in animam aliquam Deus poſſet.

129 CAP. XLVI. *Sublimiter de ſtatu religioſo ſentiens,*

130 Hortabatur omnes ut amarent Religionem quaſi matrem: Quod, inquiebat tum fit, quando ei obeditur, & obſervantur Regulæ ac Conſtitutiones: quamvis res in eis ordinatæ ſint minimæ, quia ſunt ordinatæ à Spiritu ſancto. Tã frequenter autem filiabus ſuis inculcabat hæc verba, Amate Religionem, ut alicui tædioſum vitum ſit toties idem audire: & interrogata, quare tam frequenter id faceret; reſpondit, Quia parum juvat habere margaritam pretioſam, ſi non cognoſcat quis ejus pretium; quod autem non cognoſcitur, nec amatur nec æſtimatur. Vos eſtis vocatæ ut ſerviatis Deo, cui ſervire regnare eſt; atque ut incipiatis jam nunc in terris facere, quod æternum facturæ eſtis in cœlis, laudando eum in perpetuum. Jubilabat præ lætitia, quoties audiebat quod aliqua perſona volebat fieri religioſa, maxime in aliquo Ordine in quo vigebat obſervantia. Hoc autem contingebat ei propter claram notitiam, quam ei infuderat Deus de ſtatus iſtius dignitate. Quandoque, de ſuo monaſterio loquens, dicebat Novitiis, Amate meam Religionem, Amate meam Religionem: & interrogata cur appellaret Suam, reſpondebat, Quia Deus eam mihi donavit, & vult ut eam cuſtodiam atque conſervem: ideoque deſidero ut pulchra & immaculata appareat in conſpectu ejus. Quandoque vero rapiebatur in eum exceſſum amoris, ut laudaret ipſos parietes monaſterii: qui licet tunc veteres eſſent, dicebat tamen, Loca hæc quidem ruinoſa ſunt, ſed ô quam pulcra! ô quam cara! Quia nempe ſeparabant illam à mundo, nec ſinebant videre quidpiam quod mentem ejus poſſet avertere à Deo. Dicebat etiam, quod aliquibus non ſapiat dulce

ejus amorẽ ſuis inculcat:

F

ipſos monaſterii parietes diligit:

EX ITAL. VIRGILII EPARII.

jugum Religionis,eo fieri quod in ipſa ſe negligenter exerceant. Cuidam etiam dixit,orationem jaculatoriam optimam ſæpeque uſurpandam, eſſe verſiculum hunc Davidicum ; *Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei , magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Convocatis quadam die Monachabus ad ligna comportanda: Exiſtimate, inquit, vos portare crucẽ Jeſu : erantque tam ſuavia tamque penetrantia hæc ejus verba,ut quemcumque laborem dulcem redderent.

ſtudet religioſæ ſimplicitati ſervandæ:

131 Volebat,ut in rebus ad Religionem ſpectantibus ſervaretur ſimplicitas: & quia una quæpiam ex Sororibus icunculas aliquas nimiũ ornaverat, reprehendit eam,nec voluit efferri è monaſterio.Aliàs cũ quædam ad uſus ſacriſtiæ elaboraſſet aliquid nimis curioſum,ipſa in ecſtaſim rapta illud laceravit.Invigilabat præterea,ne conſuetudines monaſterii quidquam læderentur in victu aut veſtitu; neve ſub hàbitu religioſo vanitatis aliquid reciperetur. Cum ergo monaſterium adhuc modicum ac tenuiter dotatum eſſet , apponebat cibos groſſiores ac viles nec valde ſalubres. Miranti autem cuidam Novitiæ, quomodo Religioſæ ſic habitæ ſufficere poſſent tantis laboribus;reſpondit ſancta Mater:Hi cibi ſanctificati ſunt à Religione,& Deus eis impertitur virtutem æque ſuſtentandi corpora quam ſi eſſent meliores : quando autem aliter veſci nos volet, providebit etiam de mediis eo neceſſariis , quemadmodum poſtea contigit.Tolerare non poterat,quod res quantumcumq; viles ac ſimplices inReligione contemnerentur,quoad victum,veſtitum, commorationem & cetera: Quin potius,inquiebat , quanto res aliquæ ſunt viliores, tanto eas æſtimare,amare, & quærere magis debemus, quia ſumus profeſſæ paupertatem, & pauperes nihil parvi faciunt , ſcientes ſibi non convenire pretioſa. Idque ipſa perfecte obſervabat, æſtimando magni res abjectas & viles, quæ ſibi à Religione fuiſſent attributæ.

B

nec res viles contemni patitur:

non vult debilitatem ad exercitia ordinis adſcribi naturæ,

132 Quando infirmabatur aliqua,nolebat id attribui diſciplinæ ſtrictiori aut exercitiis Religionis:ſed infirmitatem ajebat de manibus ac voluntate Dei excipiendam.Quin etiam cum aliqua non ſatis valida erat,propter debilitatem ſuam vel aliam cauſam, ad exercitium præſcriptum à Regula vel quapiam ordinationeReligionis;nolebat audire verbum,Non poſſum:ſed dicere jubebat,Propter peccata mea non mereor ut tale quid valeã facere:itáq;ipſamet loquebatur quoties uſus ferebat. Nolebat etiam ut aliqua præſeferret fatigationem aut tædium poſt exercitia Religionis:& ita cuidam ſuæ magis familiari,oppido laſſatæ, dixit: Quid, an exiſtimas obligari tibi Religionem,quia tuo labore utitur ? deberes potius in ipſa laſſitudine jubilare præ lætitia. Æſtimabat ſtatuta quælibet Religionis, utcumque exigua, velut ordinata à Spiritu ſancto, & ut talia volebat æſtimari ab aliis : dicebatque, debere ſingulas ea obſervare,ac ſi ſoli ſibi comparata fuiſſent. Cum autem omnium eſſet ipſa obſervantiſſima, & in omnibus promptiſſime exercitaretur; licet quandoque Mater Prioriſſa eximiam illam haberi vellet, attentis laboribus quos ſuſtinebat ex caritate , ratione Sororum infirmarum aut etiam ſanarum , & ordinariarum neceſſitatum monaſterii; ac diceret ut ad quietem ſe conferret , dum aliæ ad communia exercitia conveniebant;non deſtitit unquam iis intervenire, neque oſtendit ſe defeſſam : quod ſi,per infirmitatem aut occupationes ſibi ab obedientia impoſitas, prohiberetur, moleſte id ferebat.

C

nec fatigationem oſtendi:

commendat rigorem obſervantiæ,

133 Non ſolum obſervantiſſima erat ipſa, ſed zeloſiſſima etiam ut & ceteræ eſſent obſervantes inſtituti modique vivendi; & dicebat, quod debebant eſſe promptæ ad vitam exponendam ſanguinemque fundendum potius, quam vel minimam Regulæ relaxationem permitterent. Ut autem ſecurior eſſet, quod in ſuo monaſterio perpetuandus eſſet rigor obſervantiæ regularis ; exegit à multis promiſſionem quod permanſuræ eſſent firmæ,ne quod detrimentũ pateretur diſciplina.Dicebat etiam,quod quæ habebant cognitionem perfectionis quæ eſt in ſtatu religioſo, debebant cum morerentur ſuperſtitibus aliis teſtamento relinquere eamdem obſervantiam , ita enim futurũ ut inviolata perſeveraret. Ut aliæ Monachæ poſſent per otiũ intereſſe communibus functionibus refectorii, chori,ergaſterii,recreationis & aliis,ipſa in ſe ſuſcipiebat agenda,quibus ſciebat impediendas;eoque de nocte vigilans,dormientibus ipſis laborabat,ut mane confecta reperirent:poſtea vero,quando Sororum aliqua à communitate aberat,vel ipſa accedebat illã,amicæ correptionis cauſa, vel indicabat Superiori ut defectus emendaretur.Docebat præterea,nec minimã quidem religioſarum ordinationum partem poſtponendam eſſe,non ſolum alicui proprio commodo,ſed nec orationi devotionive privatæ,quantumvis aliàs bonæ: Quia, inquiebat,in iis quæ communiter fiunt ab omnibus,certæ ſumus nos facere voluntatẽDei;in aliis quæ arbitrio noſtro facimus,non item : cum his ſubeſſe tentatio & illuſio diabolica poſſit. Ideo non credebat illis, quæ anxie ſatagunt ſolitariæ manere,& multas ac longas orationes facere præter uſum communem,iiſque privatæ contriſtantur,nihil curantes quod communibus occupationibus deſint,modo proprio ſuo guſtui ſatisfaciant.

D

& communia privatis longe præfert.

E

Solicita circa chorum,

134 Præcipue autem ſolicita erat circa functiones Chori,quibus intererat ſemper, ſicut dictum eſt,niſi aut morbo aut aliter per obedientiã prohiberetur accedere.Quod ſi ex tali cauſa neceſſe habuiſſet abeſſe àChoro,libenter recitabatOfficium cum ſocia:Quia, inquiebat,ego parum ſpiritus habeo,participo autem fervori& devotioni Sororis mecum recitantis. Earum una,quibus ad id ſæpius utebatur,animadvertit quadam vice,quod inclinans caput adGloria Patri in fine Pſalmi,impalleſceret , & vultus ejus tamquam moribundæ ſudore erumpente madeſceret , licet menſis tunc eſſetDecember,adeo ut ægre poſſet verba exprimere. Interrogavit ergo,num male haberet. Illa vero reſpondit: Non: ſed Confeſſarius meus Jeſuita , antequam fierem Monacha , docuit me,ut quando Pſalmos recitans caput inclinarem ad Gloria Patri, vitam offerrem ſanctiſſimæ Trinitati,tamquam pro confeſſione fidei martyrium patiens , caput carnifici porrigerem reſcindendum. Id paulo attentius modo feci: ideoque impallui, ſicut vidiſti. Idem etiam filias ſuas docuit , adeoque aſſueta erat huic actui, ut cum aliquando caput ſibi tondens ad pulſum Ave-Maria in genua ſe dimiſiſſet, rapta in ecſtaſim ſimilem actum fecerit, inclinato capite in hæc verba prorumpens, Ah! non venit : moratur nimium : ecce cervicem promptiſſimam : intelligens ſcilicet quod nimium tardabat lictor auferre ſibi caput ; & adſtantibus cognoſcendum relinquens , quod ejuſmodi oblationem ſui tunc faciebat Deo.

ad Gloria Patri, Deo ſe victimã offert,

F

cervice protenſa.

Ad ſignum Officii cum jubilo advolat,

135 Cum audiebat ſignum dari ad divinum Officium , tota excitabatur , accendens in ſeipſa deſiderium laudandi Deum , adeo ut ipſo in vultu appareret internum mentis jubilum quo efferebatur : ſtatim autem atque ejuſmodi ſignum audiebat , dimittebat quidquid habebat præ manibus, volebatque ut idem facerent Novitiæ ſuæ,quibus, dicebat : Signum iſtud,Dei nos appellantis vox eſt : non cunctemur audire eum, & voluntatem ejus exequi. Audiens aliquando pulſari ad Veſperas,dixit Novitiæ cuidam, O Soror,quid tandem boni

A boni fecimus ego aut tu, quo fuerimus meritæ admitti ad ipſum laudandum in ſocietate Matrum atque Sororum tam ſancta? Hujuſmodi autem verbis docebat illas obedientiam ſimul & obſervantiam, atque ut cuncta, quæ agenda erant, agerent cum prævia conſideratione. Ut vero ad Chorum irent cum majori recollectione, devotione & reverentia, dicebat; conſiderandum iis eſſe, quod in Choro ſtarent coram ſanctiſſima Trinitate, tanto honore indignæ; & quod ad ſingula verba conveniret proſterni in terram, cum actuali adoratione divinæ Majeſtatis. Ipſa porro in Choro aderat cum modeſtia prorſus Angelica & ardore Seraphico: & quamvis haberet male, tamen ſurgebat de lecto, ibatque ad Matutinum & Horas alias: quando autem non potuit amplius ſurgere, faciebat ſibi Officium recitari ad lectum ab aliquot Sororibus.

attentionēque ibi ſervandam docet:

curat ne præcipitetur pſalmodia,

136 Non ſolum vero ipſa diligens erat ad officia Chori, ſed etiam zeloſa ut eadē nec prętermitterentur, nec aliter quam decentiſſimo modo perſolverentur. Quod ſi animadverteret ea præcipitari, vehementer id ſentiebat, dicebatque: Non audeo divina Officia expedire ſicut exercitia alia vel negotia monaſterii: malebatq; ea dici abſque ſolicitudine & feſtinatione.

B Die autem quodam inter pſallendum ſurrexit de loco ſuo, accedenſque ad Prioriſſam, cum humilitate non minori quam zelo, dixit: An forte ita feſtinatur, quia agendum eſt aliquid magis ad gloriam Dei faciens? Quibus verbis admonita illa, notavit defectum; & ut corrigeretur, curavit. Quod ſi præ modeſta verecundia non audebat quidquam dicere, petebat licentiam abeundi à Choro; utique ſuſtinere nequiens, quod Officium tanta cum feſtinatione percurreretur. Quadam vice cuidam Matri ſic feſtinanti præſumpſit dicere: Mater, ſi ita præcipitare Officium vis, egredere de Choro. Denique inſtabat & ſatagebat, ut Officium recitaretur moroſe attenteque: & pro inſigni quo id curabat zelo, quod aliis propter exilitatem domus viſum vix fuiſſet notatu dignum, ipſi apparebat defectus gravis: & quia auctoritatem magnam habebat, eo rem adduxit quo voluit. Quamvis autem nullam vocem ad pſallendum haberet, nihilominus dicebat Lectiones cantabatque quā magna poterat contentione, ac ſi ſola debuiſſet Chorum regere & ſuſtinere. Fuit inter ceteras una, talento canendi & Chorum regendi prædita, quæ quia infirma erat abſtinebat eo Officio, non ſine ſenſu ſanctæ Matris. Cui cum aliquando excuſaret ſe, dicens, quod non videretur amplius perſeverare poſſe in regimine Chori; reſpondit illa: Aſt ego oravi pro te, ut id poſſis adhuc facere annis triginta. Fuerat hæc ab annis quatuordecim infirma, neque ſpem convaleſcentiæ habebat ullam ex medicorum judicio; nihilominus multis abhinc annis ſanam ſe reperit, cantatque & Chorum regit optime, per gratiam, ut credit, à ſancta Matre impetratam ſibi.

& cuidā ad chorum regendum apta ſanitatem impetrat:

Conſtitutiones reformari facit,

137 Per eamdem ſanctam Matrem etiam Regulæ & Conſtitutiones monaſterii reductæ ſunt ad rigorem perfectionemque majorem, quam prius erant, adjunctæque iiſdem ordinationes optimæ. Etenim ſæpius in ſuis raptibus intelligebat, divinæ voluntatis eſſe, ut dictæ Regulæ perficerentur; multaque particularia puncta deſignavit, quæ Deus volebat iis addi; fecitque ea conſignari ſcripto, & in fine vitæ ipſum ſcriptum accepit tradiditque D. Vincentio Puccini, Gubernatori & Confeſſario monaſterii, dicens, quod, quoniam ipſa non inveniebatur digna tam ſanctum opus exequi, vellet ipſe laborem ſumere reſcribendi Regulam & inſerendi articulos iſtos. Poſt mortem ergo ejus fuerunt reſcriptæ Regulę & Conſtitutiones, de conſenſu Capituli; adjunctiſque quæ illa reliquerat, miſſæ Romam anno MDCIX: quas cum recognoviſſet P. Vicarius Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum Paulus Papa V confirmavit ſpeciali Brevi: hodieque per Dei gratiam in majori veneratione habentur, perfecteque obſervantur, cum ſolatio & ſatisfactione omnium Sanctimonialium iſtius loci. Non in ſolo proprio loco ſiſtebat ſe zelus hujus famulæ Dei, ſed ad omnes univerſim Religiones extendebat ſe, optabatque videre cunctas ad primum vigorem rigoremque & obſervantiam inſtituti reductas, in quibus fuerant à ſuis Fundatoribus inſtitutæ. Ideo ſæpius in ſuis raptibus id petebat à Deo, affectu inexplicabili; ſeque, ut eam gratiam impetraret, promptam offerebat ad ſuſtinendas qualcumque placuiſſet ſibi immittere pœnas. Videbatur autem in eo deſiderio prorſus conſumi; & cum neſciret ſe ab aliis audiri, dicebat, quod libenter ſtulta reputata fuiſſet eo fine, ut per mundum quaquaverſum diſcurrens, conferret aliquid, ad religioſos Ordines in formā primigeniam reſtituendos.

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

ſicut nunc ſervantur:

optat Ordines reduci ad primum ſpiritum.

138 Dedit autem ſancta Mater documenta ſpiritualia pulcherrima, ad acquirendam perfectionem religioſam, ac ſigillatim ſequentia.

12 ejus documenta ad vcquirendā perfectionē,

1. Debet Religioſa in obedientia eſſe alacris, humilis, ſimplex, & velox cum perſeverantia; cogitando vocem Superioris quidpiam imperantis eſſe vocem Dei, ſeque indignam æſtimando cui mandatum obedientiæ innoteſcat, ejuſque exequendi facultas obtingat: quando tamen non dubitatur de offendendo Deo, Regula, aut anima ſua. E

11. In occaſionibus patiendi debet eſſe alacris & fortis: cogitando eam eſſe viam regiam per quam itur ad cælum, & hanc vitam momentaneam eſſe; hilariter etiam conſiderando lucrum, quod affert patientia; quamque nobile ſit, in ea exerceri ad imitationem Verbi incarnati.

III. In humiliationibus, mortificationibus, ac reprehenſionibus debet Religioſa ſe monſtrare hilarem & quietam, non excuſando ſe, quamvis non commiſiſſet culpam de qua arguitur; & cogitando quod humilitas ſit porta, per quam intratur in cælum; illiuſque exercitio ex nonnulla parte diſſolvatur magnum iſtud debitum, quod ipſa tantā ſuā iniquitate contraxit.

IV In caritate oſtendat ſe lætam ac promptam: quia per illam ipſi Deo exhibetur obſequium in membris ſuis, quæ ſumus nos: & quia, quod uni ex minimis ſuis creaturis fit, ipſe ſibi factum reputat.

V. In oratione ſit humilis, fervens & reſignata atq; perſeverans cum reverentia; conſiderans ſe conſiſtere coram Deo præſente, coram quo tremunt virtutes cælorum.

VI. In converſatione appareat alacris, manſueta, humilis, patiens, prudens, taciturna; cogitando, Matres Sororeſque omnes eſſe totidem terreſtres Angelos, ornatas Dei imagine & ſponſas ejus; & recordando, quod in terris adhuc degens dixerit: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos.* F

VII. In verbis debet Religioſa eſſe humilis, modeſta, & cum opus fuerit etiam hilaris; commemorando verba Ieſu dicentis, *De omni verbo otioſo &c.* itemque ſcriptum eſſe, *Sermo virginis, tamquam ſermo Dei, rarus & prudens.* Anniti etiam eo debet, ut numquam loquatur niſi præmiſſis conſiderationibus hiſce tribus, an ſcilicet ex gloria Dei pura ſit, an ex proximi utilitate, an ex præſenti neceſſitate ut ipſa hic & nunc loquatur.

VIII. In ſilentio ſtrictiſſima ſit: quidquid enim ſilentii tempore præter neceſſitatem dicitur, raro eſt abſque defectu.

IX. In operibus ſpiritualibus Religioſa ſit fervens, non quærendo æſtimationem propriam, ſitque conformis divinæ voluntati: exterius vero non habe-

at

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

at rationem sui corporis aut laboris faciendi, cum humilitate & resignatione in Superiorem.

x. Ad omnem motum operationemque, tam internam quam externam, debet mentis oculum impense & amanter convertere in Deum; petendo auxilium, imo rogando eum ut operetur ipsemet, loquatur, & cogitet in nobis; offerendo etiam actiones nostras ad gloriam ejus, in unionem illarum quas exercuit Verbum incarnatum.

xi. Debet Religiosa considerare, quod Religio sit locus sacer, & repræsentet collegium Apostolicum.

xii. Agnoscere debet in Sororibus singulis Dei imaginem; videndo autem aliquam, quæ appareat vilis & imperfecta, cogitare, quod habeat donum aliquod internum, propter quod Deus sibi in illa complaceat,

xiii. In distribuendis officiis Religionis numquam debet haberi ratio nobilitatis carnalis aut alterius rei vanæ; sed spiritus dumtaxat luminisque, quod deprehenditur in creaturis, conveniens officio injungendo.

xiv. Quando Novitiæ intrant ad Religionem, curandum est ut earum menti alte imprimatur hæc
B consideratio, quanti momenti res sit Dei cultus, & quomodo præ ceteris omnibus studiose debeant agi opera eo spectantia; quantaque cum reverentia ac gratitudine recipienda sint sanctissima Sacramenta Confessionis & Communionis.

xv. Eædem instrui debent ad exercitia spiritualia, verbisque & exemplis animari ad veras solidasque virtutes acquirendas: danda etiam illis est clara notitia de dignitate vocationis, ad quam divinitus appellatæ sunt, docerique debent Regulas & Constitutiones Religionis.

xvi. Debet Religiosa satagere, ut bene instruatur circa praxim eorum omnium quæ concernunt obligationem Regulæ & Constitutionum; observando & faciendo pœnitentias præscriptas pro ratione defectuum commissorum; caveat autem ne in suo vivendi modo deflectat ad aliquod extremum, sed accurate servet Regulam, quæ est via recta.

xvii. Debet Religiosa, conformiter ad uniuscujusque officium, in quo reperitur, curare ut singulis provideatur in sua necessitate, absque alio respectu vel consideratione.

xviii. Debet Religiosa æstimare, quod sibi servanda est Regula, non considerando utrum hæc vel
C illa ipsam accurate observet.

6 virtutes Religiosis necessarias.

139 Aliàs enumeravit sex virtutes, veræ Religiosæ necessarias, & dixit:

i. In suis exercitiis internis externisve numquam Religiosa seipsam quærat aut proprium commodum: & in obsequiis proximo exhibendis nullam rationem habeat sui corporis.

ii. Habeat mentem tam bonam, ut ex omni eo quod videt in proximo trahat aliquid boni, etiam ex ipso malo.

iii. Sentiat & loquatur de proximo, sicut alios vellet de se sentire & loqui.

iv. Habeat intimam dilectionem & caritatem erga omnes Sorores.

v. Sit reducta, considerata, & circumspecta in loquendo.

vi. Habeat semper internam cognitionem suorum defectuum & beneficiorum quæ sibi fecit Deus; judicans se cum iis exiguum fructum facere; & cogitans semper, aliam multo gratiorem futuram.

CAPUT XIII. D

De intenso Mariæ Magdalenæ amore erga Deum & Iesum sponsum suum.

HUmanam omnem fidem excedit amor, quem sancta hæc puella fovebat erga Deũ benedictum, & suum dilectum sponsum Jesum Christum: quem etiam in omnibus suis verbis & actionibus, atq; in omni occasione monstrabat. Ac primo mentem semper habebat, cum Deo unitam occupatamque cogitationibus sanctis, de Deo aut propter Deum: quoties autem ex improviso vel à Matre Priorissa vel ab aliis interrogabatur, quid cogitaret; prompte respondebat, quod actiones suas offerebat ad Dei gloriam, vel eas uniebat cum actionibus Verbi incarnati super terram; sive quod gaudebat de attributis divinis, aut de modo quo Deus se communicat creaturis, vel simile quidpiam. Hujusmodi autem cogitationes ei non impediebant qualecumque externum exercitium: omnis enim operatio ejus ordinarie conjuncta erat cum tali mentis abstractione, ut videretur actionibus externis commodare solum corpus, & anima (ut dici solet) magis esset ubi amabat quã ubi animabat. Dicã amplius. Adeo mens ejus semper uniebatur Deo, ut dormiens quoque & subinde somnians, res pulcherrimas de Deo diceret; & Novitiæ etiam media hieme de lecto surgerent ad illam audiendam. Denique eo jam pervenerat, ut ipsamet cuidam suæ Novitiæ dixerit: Perinde est, sive mihi dicatur, Vade ad orationem in Chorum, seu, Vade ad quodvis exercitium distractivum: nec ullam in alterutro sentio differentiam: quinimo, si dicerem tibi, quod Deum in hoc magis quam in isto reperiam, crederem me tibi dicere veritatem. 140 C. XLVII *Mentem semper habet occupatam cum Deo* *etiam inter externa opera,* E *& in somno.*

141 Occupabatur præterea sæpe mens ejus in operibus & mysteriis Verbi incarnati, etiam cum mensæ accumbebat in refectorio, & corpus cibo reficiebat. Quia autem ex usu monasterii illius tempore mensæ fiunt tres pausæ, quibus cessat Lectrix legere, & interquiescit aliquantulum, aliæ autem sæpe faciunt devotionis aliquid aut publicæ mortificationis; hæc Dei famula tribus istis vicibus assueverat tribus piis actionibus diversis. In primâ pausâ, tenebat conjunctas manus: & adorabat Jesum, in honorem illius reverentiæ quam sacra ejus humanitas deferebat Divinitati, priusquam inciperet manducare cibum operum, id est, laborare pro salute animarum; itemque in honorem adorationis illius, quam exercuit Virgo Maria, quando vidit natum in stabulo & positum in præsepio. In secundâ pausâ, tenebat apertas manus, extremis digitorum articulis supra mensam positis, & cogitabat quantũ delectabatur Jesus cum prædicabat, & dabat animæ suæ redemptionem animarum nostrarum in cibum: hæ enim erant illius cibus. Ad tertiam pausam, manus decussabat in crucem, & considerabat Jesum super lignum crucis, finito opere redemptionis instar saturi, nullumq; cibũ alium appetentis: quamvis enim novos mundos creasset, & infinita mirabilia fecisset, in nullo tamen tantum sibi complacuisset, quantum in isto opere. Simili porro modo tenebat mentem unitam Deo & occupatam cogitationibus sanctis, circa mysteria redemptionis nostræ, in suis aliis omnibus per diem actionibus. *Tres pausæ tempore mensæ* F *apte impendit.*

142 Et quia proprium amanti est, idem velle quod persona amata, semper ardentissime optavit, in se & in proximo perfecte exequi divinam voluntatem: & hoc præcipuum ejus desiderium erat, quod ab infantia jugiter foverat, ac prima quam à Deo petivit *Cupit Dei voluntatem perfecte implere,*

A petivit,gratia fuit, ut moriens voluntatem illam abſolutiſſime impleviſſet. De hoc etiam magno cum ſenſu loquebatur: ac ſæpius dixit, quod nunquam aggreſſa eſſet aliquid agere, niſi credidiſſet id divinæ voluntati eſſe conforme; quin potius,ſi aliqua actione inchoata cogitaſſet eam non eſſe conformem iſti voluntati, neque ordinatam à Deo; ipſo inſtanti eam intermiſiſſet, quantumvis ipſa vita id luere debuiſſet; contra vero numquam intermiſiſſet facere aliquid,utcumque exiguum, dum cogitaſſet id ex Dei voluntate eſſe. Neque optabat vel requirebat aliam gratiam à Deo quam iſtam: imo credidiſſet notabilem defectum fore, ſi præter illam, aliam aliquam gratiam popoſciſſet à Deo. Dicebat enim: Gaudium meum eſt in eo ſitum ut faciam Dei voluntatem, non vero ut meam ipſe: nec minus obligor Deo quando non exaudit me,quam dum largitur id quod peto.Exiſtimabat quoque tam grande bonum eſſe perfectionem voluntatis divinæ, ut diceret;Si ex una parte viderem Paradiſum,ex altera Infernum; & intelligerem velle Deum ut ego arderem in iſtis flammis; ultro meipſam in illas jacularer.

143 Tam ſuave auribus ejus erat nomen divinæ
B voluntatis, ut quoties pœnam aliquam, infirmitatem, adverſitatem, vel laborem ſuſtinebat, ſi vel ipſa ſibi vel aliæ ei ſuggerebant, Dei voluntas eſt ut hoc vel iſtud patiaris; continuo exhilarabatur tota, & ipſum pati fiebat ei leve. Dicebat autem, ſignum eſſe amantis Deum, cum quis deſiderat facere ejus voluntatem: auditaque hac voce, Voluntas Dei, ſtatim rapiebatur in ecſtaſim; & Sororibus ajebat; Non percipitis, quantum dulcedinis contineat hæc etiam nuda vox, Dei voluntas? Contigit autem quodam veſpere, cum Sanctimoniales concedebant cubitum, ut ecſtatica ipſa iret per monaſterium, magno cum affectu dicens,Dei voluntatem amabilem eſſe, aliaſque invitabat ad hoc etiam confitendum. Quapropter egreſſæ illæ de ſuis cellulis, eamque ſequentes uſque ad capellam Dominæ noſtræ, omnes una voce ad ejus exemplum cœperunt confiteri, quod Domini voluntas amabilis ſit. Unde ipſa maximam voluptatem capiens, exhortabatur univerſas ad hanc virtutem: &, Si deſideratis, inquiebat, breviad magnam perfectionem attingere, oportet ut omnes actiones veſtras eo dirigere ſtudeatis, ut Dei voluntas adimpleatur: hæc enim intentio virtutem habet ſanctificandi opera noſtra.

ipſumque ejus nomen amat,

ut rem ſuaviſſimam.

C 144 Alius amoris effectus eſt, quod oderit aliquis, quidquid amato novit diſplicere. Hinc illud in Maria Magdalena odium peccati, *explicatum à Puccino num.* 108. Ipſa vero ex contrario, non ſolum totis viribus quærebat gloriam Dei, eoque ſeipſam & omnes ſuas actiones etiam minimas uſque ad nictum oculi dirigebat; ſed inſuper, modo omni ſibi poſſibili,procurabat ut glorificaretur in aliis. Ideo ſæpius commonefaciebat Sorores, ut opera ſua offerrent & facerent ad Dei gloriam; voluiſſetque mundum univerſum percurrere,excitando omnes animas ut darent gloriam Deo; quam tantopere deſiderabat, ut die quolibet optaſſet millies pro eadem vitam ponere. Quandoque autem ejulans dicebat, mirari ſe neque capere poſſe, quomodo tanta ſit in mundo eorum raritas, qui vere gloriam Dei quærunt.Propterea etiam tenere amabatReligioſos illos, quos noverat eam ſincere procurare: & filias ſuas aſſuefaciebat ad zelum honoris Dei, atque ut ei ſemper uniri niterentur ad ipſum glorificandum. Cumque nonnullæ ei dicerent, hanc continuam unionem homini in hac vita eſſe impoſſibilem; Actualis continua unio, inquiebat, ſemper cogitando de Deo, reſervatur pro patria; ſed ei ſic uniri, ut intentio ſemper feratur in ipſum,nequaquam eſt impoſſibile. Si enim laboramus circa creaturas, pro utilitate animæ & corporis,idque non alio fine quam ut ſua detur Deo gloria, alias nequaquam operaturæ; negari non poteſt, quin ea ratione maneamus unitæ cum Deo: ſi autem laboramus pro Religone, ideo quia Religio ad Deum pertinet, & quidquid agimus ad hoc agimus ut ei placeamus,ipſumque glorificemus; certum eſt quod eidem adhæreamus. Itaque ſtudebat invenire varios modos, quibus alias accenderet in Dei amorem, & alliceret ad quærendam quacumque via Dei gloriam.

Omnia ad Dei gloriam facit

& faciendæ docet,

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

in eoque conſiſtere jugem unionem cum Deo.

145 Indubitabilem porro hujus affectus fidem faciunt inexplicabiles exceſſus, in quibus circa ipſum amorem verſabatur, inflammato enim ſubito vultu oculiſque, exclamabat: O amor! ô Deus qui diligis creaturas amore puro!O Deus amoris! ô Domine mi! Satis eſt Jeſu, ſatis eſt: modum enim excedit amor quo creaturas proſequeris, eſtque nimius, non quidem magnitudini tuæ, ſed vilitati & abjectioni noſtræ. Cur tantum mihi uſquequaque indignæ amorem impendis,Deus?Subinde cum Crucifixo in manu currebat per domum,agilitate Angelica potius quam humana, exclamans: Amor,Amor, Amor: nunquam deſinam, Deus meus, appellare te Amorem, jubilum cordis mei, ſpes & robur animæ meæ. Sanctimonialibus autem ipſam ſequentibus dicebat, An neſcitis, caræ Sorores, quod Jeſus meus aliud non ſit quam amor, imo ſtultus præ amore? Et oculos in Crucifixum figens ajebat, Dico te ſtultum præ amore, ô Jeſu, & ſemper dicam: itáque proſequebatur prout ſuus ſibi ſuggerebat affectus. Optabat habere vocem, quæ ab Oriente uſque in Occidentem audiretur, atque per omnes mundi partes uſque in ipſum infernum, ut Deus cognoſceretur & honoraretur tamquam verus amor: & in hujuſmodi exceſſibus aliquando ei dies tranſibat integra; occurrenteſque per domum Sorores apprehendebat manu, & interrogabat an amarent Amorem: quod ſi amare ſe reſpondebant aut velle amare; exultabat gaudio. Quandoque arripiebat campanarios funes, eoſque trahens ciebat Animas, ut venirent ad amandum Amorem; & conſiderans, quam parum amaretur, dicebat: O Amor, ſi non invenis ubi quieſcas, veni totus in me: Subinde vero, illius abundantiam ſuſtinere non valens, ſubjungebat: Non poſſum ferre tantum amorem, retine eum tibi.

Extollit ejus amorem

146 Tum vero, nimio æſtu divinæ illius flam- F
mæ aduri ſibi viſcera ſentiens,non habebat requiem; ſed diſcerpebat ſibi veſtes, evellebat radicitus herbas in horto, & quidquid manibus offerebatur diſſipabat:media etiam hieme ſubinde ferre nequiens lanea indumenta, diffibulabat tunicam eamque laxabat. Tale autem amoris incendium ſupervenit ei ſingulariter in feſto inventæ Crucis, anno MDXCII, cum ageret ætatis annum XXVI: quando mane, ſuſcepta venerabili Euchariſtia, poſtquam manſiſſet una hora immobilis in raptu, diutius locuta eſt de excellentia ſanctæ Crucis,ac deinde cœpit exclamare. O Amor! ô Amor! ô Amor! O animæ, ab Amore creatæ, cur non amatis Amorem! Quid autem eſt Amor, niſi Deus? *Deus caritas eſt.* Tu me conſumis, ô Amor! tu mori me facis, & tamen vivo. His vocibus addebat geſtus motuſque devotos, rurſuſque exclamans, Venite, inquiebat,ô animæ, ad amandum Amorem: venite ad amandum Deum noſtrum. Quia autem accendi ſibi nimium faciem ſentiebat, ventulum ſibi faciebat velo ſuo; & accurrens ad puteum, magnam copiam frigidæ hauſit: eique immergens brachia, & vultum aſpergens, ac ſinum implens; non videbatur poſſe mitigare internum quo conſumebatur

eodem mirabiliter æſtuans ipſe,

an. 1592 videtur quo dammodo conſumi

incendium. Denique,ut ſupra dixi,mira cum agilitate aſcendens cornicem eccleſiæ, acceptum inde Crucifixum detulit in locum Capituli, & à mane uſque in veſperam ad pedes ejus ſtetit, amplexa eumdem & cibi ſumendi immemor: quo tempore pulcherrimos deprompſit conceptus, de Dei amore & myſterio Crucis: ſæpius autem labia admovens lateri Crucifixi, ſugebat deglutiebatque veluti liquorem quemdam ab inde promanantem.

ET ITAL. VIRGILII CEPARII. *inter amplexus crucis.*

147 Monſtrabat præterea variis ſignis grandem amorem, quo ferebatur in Deum: ſolebatque exprimere conceptis verbis internos ejuſdē amoris actus, quos ad publicum commodum viſum eſt hic apponere, & ſunt hujuſmodi. *Amoris interni actus* 11.

I. Gaudere & complacere ſibi in divinis attributis, id eſt, potentia, ſapientia, bonitate, & amore infinito, quo Deus ſeipſum & omnes creaturas diligit.

II. Velle Deo omne bonum, gloriam & honorem, quem in ſeipſo habet & æternum habebit.

III. Gaudere de reciproca illa communicatione, quam inter ſe habent tres divinæ Perſonæ.

IV. Gaudere quod Deus adeo magnus & infinitus ſit, ut comprehendi nequeat à creaturis.

B V. Gaudere de infinito illo amore, quo Deus ſeipſum diligit, dilexit, & diliget in æternum; & gratulari quod omnes creaturæ nec ipſi beati ſpiritus valeant eum tantum amare, quantum dignus eſt: divinæque ipſius majeſtati gratias agere, quia ſeipſam amat infinite.

VI. Gaudere de omnibus infinitarum iſtarum gratiarum theſauris, quos æternus Pater donavit & communicavit humanitati Verbi; ac nominatim de gratia faciendi miracula, & creaturarum corda trahendi ad ſe.

VII. Gaudere, quod Pater nos creaturas dederit incarnato Verbo in hereditatem, deque eo quod ipſum Verbum ſibi in hac hereditate complaceat, atque in animis juſtorum.

VIII. Gaudere de amore, quo Verbum incarnatum proſecutum eſt virginitatem.

IX. Offerre ſe ipſum Deo in gratiarum actionem, pro omni gloria, honore, & beatitudine, quam poſſidet nobiſque communicabit, proque omnibus donis & gratiis collatis in creaturas.

X. Dicere Domino; Si ego hoc momento poſſem tibi dare omnem gloriam, honorem & laudem, quam ſimul nunc tibi dant omnes beati in cælo & juſti in
C terra, libenter id facerem: quoniam autem id non poſſum; accipe quæſo benevolam meum erga Majeſtatem tuam affectum.

XI. Offerre ſeipſum Deo, & velle in ſe omnes eas perfectiones colligere in quibus ipſe ſibi complacet, ut eas habeamus quomodo vult ipſe.

XII. Inclinare voluntatem ad amandam creaturam, ſolum quia eam amat Deus: & congaudere amori quo eam proſequitur: dato autem caſu impoſſibili quo ipſemet Deus vellet ut creatura aliqua nos offenderet affligeretque, optare tamen ut illa habeat omnem perfectionem & gloriam Seraphinorum, etiam ſi illam eſſet impenſura ad noſtram offenſam; pactum cum Deo ineundo, de non volendo alio quam quod vult ipſe.

CAPUT XIV.

De *ingenti deſiderio ſanctæ Communionis, atque ut aliæ digne communicarent.*

TAm ardens erga Deum & Jeſum Chriſtum filium ejus amor, accendebat in ipſa deſiderium ingens eo fruendi, in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, eique ſe uniendi: quamquam ſuſtinere etiam poſſimus, quod amor tam intenſus fuerit in ea ipſius ſacræ Communionis effectus. Jam ſupra dictum eſt, quod ab infantia, quando ob defectum ætatis necdum poterat communicare ipſa, gaudebat alios communicantes aſpicere. Ingreſſa deinde monaſterium, per totam vitam ſuam ordinarie communicavit quotidie, niſi cum forte ſumendis medicamentis impediretur: ut autem hoc facere poſſet, haud parum tolerabat. Etenim cum infirmabatur, adeo ipſam debilitaverat febris, ut ægre ſe poſſet in pedes erigere: & tamen præ deſiderio iſtius cæleſtis cibi, ſurgebat accedebatque ad Communionem cum aliis quovis mane, licet diſtaret non parum locus, & conſcendendæ tres ſcalæ eſſent ut eo accederet: neque prius facere id ceſſavit quam tandem vidit neceſſarium eſſe ut inter brachia adduceretur, quia tunc conſenſit manere in lecto ibique communicabat: nec id tamen abſque ſumma difficultate. Cum enim non poſſet veſperi ſimul tantum nutrimenti capere, quantum ſuſtinendæ vitæ neceſſarium erat; oportebat eam ternis quibuſque horis cibari: quod ſi plus temporis interponeretur, vehementer exhauſtam ſe ſentiebat, & expergiſcens vehementi corripiebatur tuſſi. Nihilominus, ne ſacra Communione privaretur, incommodum iſtud omni nocte tolerabat, donec mane adeſſet Sacerdos qui ipſam ei deferret. Quod ſi aliqua illam hortabatur ut leniendi cruciatus cauſa quidpiam cibi caperet, reſpondebat: Nimis egeo iſto auxilio ſpirituali: amplius quam iſtud debeo propter Jeſum facere, eique modicam hanc tolerantiam in præparationem offero, & quamdiu potero volo pro eo pati. Quamvis enim nec minimum quidem guſtum amplius ex Communione percipiam, quia ipſum mihi Jeſus meus ſubtraxit: recipio tamen pacem & quietem cordis, imo aliam nullam quietem reperio in hac mea infirmitate. Dicebat autem, notabilem ſe experiri differentiam, quando propter medicamenta ſumenda cogebatur Communionem dimittere: quia communicans videbatur ſibi vires roburque ſuſcipere, ad tolerandos dolores & moleſtias morbi; alias vero experiebatur quamdam defectionem animæ, adeo ut ſemel præ deſiderio prædicto mane quodam ſyncopen paſſa ſit. 148 C. XLVIII *Ut poſſit quotidie communicare* *etiam ægra adrepit per ſcalas* *& jejuna manet,* *atque inde vires ſumit.* F

149 Quando vero erat ſana, vix poterat expectare conſuetam Communionis horam; tantoque ejus tenebatur deſiderio, ut aliquando inadvertenter præveniret ordinem ſolitum obſervari, ipſaſque Superiores & Matres ſeniores præcurreret. Sæpius etiam præ nimio deſiderio rapiebatur in ecſtaſim; itáque rapta accedebat. Quod ſi in aliquo remotiori loco exercitiis monaſterii manualibus occupabatur, dato ad Communionem ſigno, ſubito ſe illuc conferebat; quandoque præ feſtinatione obliviſcens dimittere quod habebat in manibus. Ita vice quadam accidit occupatam illam pinſendo pane dictum ſignum audire, quod tamen aliæ propter loci diſtantiam non audiebant; itaque, ut erat nudatis brachiis & duas farinæ maſſas manibus tenens, communicavit: quia cum tunc etiam eſſet in ecſtaſi, impoſſibile fuit Monachis ipſas de manibus ejus tollere. Aliàs in ecſtaſim rapta, ad illud ſignum reſtituebatur ſenſibus; ſumpta- *Ad ſignum Communionis.* *etiam ecſtatica accurrit.*

A sumpta vero Communione mox retrahebatur in ecstasim: ordinarie autem post Communionem in ipso raptu perseverabat, habebatquè pulcherrimos sensus circa hoc divinissimum Sacramentum.

valde sentit se ea privatam:

150 Solebat de eo loqui cum tanto affectu, ut audientes omnes inflammaret. Accidit die quodam ut pejuscule habens Pater Confessarius, ad solitam Communionis horam venire tardaret: quare Magistra Novitiarum, scilicet Soror Euangelista, rata Patrem eo mane non venturum, mandavit ei jentaculum sumere quo indigebat. Hæsit nonnihil attonita bona filia, ostendens necdum se Communionem desperare, tandem tamen obedivit. Vix jentaculum sumpserat, cum ecce advenit Confessarius, & signum datur. Tum vero Sor. Maria Magdalena, considerans quod fecerat jacturam irreparabilem tam cari pignoris, prorupit in planctum, ipsamque Magistram suam ad similes commovit lacrymas. Tantum autem desiderium ejus nascebatur ex clara cognitione & intenso amore divini istius cibi, quemadmodum ex sequenti casu colligi potest. Dabat illa aliquando Exercitia S. Ignatii cuidam filiæ suæ; & cum illa feciſſet meditationem de institutione sanctissimi Sacramenti, inter referendum successum
B dixit, hæsisse se in considerando amore, quo ipsum Christus instituit, nec ultra se progressam fuisse. Pluribus opus non fuit Magdalenæ ut abiret in ecstasim, sæpius hæc verba replicans: Quando subsistitur in amore, non est possibile porro pergere, sed in eo oportet manere.

illam ab ipso Iesu ter accipit:

151 Tertiò dediti n raptu signum, quod de manu ipsius Jesu Communionem excepisset. Primum die Jovis sancto anno MDLXXXV, quando participavit Passioni Domini Jesu Christi, ætatis anno XIX, cum adhuc esset in Novitiatu: totam enim historiam Passionis percurrens, cum perveniſſet ad contemplationem cœnæ, in qua Sacramentum istud Christus instituit; composuit se in actum communicantis magna cum devotione, os aperuit, iterumque clausit, ac manibus pectus suum stringens indicium dedit interni gustus, atque hæc verba protulit: *Dilectus meus, candidus & rubicundus, collocavit se in anima mea. Dilata cor meum, ut inducat omnem creaturam ad communionem corporis & sanguinis tui*: post raptum autem pro more retulit suis Præfectis, quod à suo Jesu Communionem accepit. Secunda vice idem factum est die VII Augusti, in festo S. Alberti Carmelitæ, quando induta habitum qui egrediebatur de vulneribus Salvatoris, dixit; *Domine non sum digna*: os
C aperuit, recollecta mansit, colloquium cum suo Jesu instituit, ac deinde quid accidisset retulit. Tertium denique in die Jovis sancto anno MDXCII, quando iterum participavit Passioni Christi, & omnia acta sunt sicut prius.

& digne se præparat,

152 Præparabat autem se ad sanctam Communionem cum maxima devotione & humilitate; adeoque profunde penetrabat magnalia divini istius cibi propriamq; miseriam & vilitatem, ut illuc accedens, formidaret ne terra dehiscens absorberet vivam, dicebatque; Nisi cogitarem sanguinem quem Christus pro me fudit, non auderem isti divinæ mensæ appropinquare. Fructus autem, quem pro se hauriebat ex hujus cælestis cibi continuo usu, erat strictissima unio cum Deo, & perfectissimus amor suæ Majestatis. Per diem vero frequentissime accedebat ad

Eucharistiæ identidem adorat:

idem sanctissimum Sacramentum visitandum & honorandum, eidemque cum omni cordis affectu adstabat. Quando contingebat ut ipsas Sacramentales species videre posset, aut eæ per domum illi fiebant obviam ad infirmas deferendæ, aliave occasione quapiam; jubilabat, nec poterat se loco continere, quin accederet quam proxime licebat, quamvis in hoc alias latere conaretur. Die autem quadam uni ex suis familiaribus dixit, O Soror, si scires quantum gaudium intra me habeam, etiam tu gauderes & jubilares. Oranti deinde ut tanti gaudii causam sibi indicaret, respondit; Pater noster Confessarius vult integrum unum diem exponere sanctissimum Sacramentum discoopertum super altari: neque se capiebat præ lætitia. EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

utitur frequenter Confessione

153 Quamvis omni die communicaret, transacto tamen octiduo intra quod non habuerat opportunitatem confitendi, licet nullius culpæ stimulo angeretur, tamen pro reverentia Sacramenti ausa non fuisset ipsum accedere priusquam se reconciliasset: Nimis enim magna, inquiebat, res est Deum suscipere. Consuetudo monasterii istius habet, ut quando Religiosæ propter aliquod impedimentum communicare nequeunt, sive quia ipsarum Confessarius infirmatur, sive alia ex causa, communi- *& Communione spirituali*
cent omnes spiritualiter: eumque in finem, dato consueto signo ad Communionem, conveniunt universæ, simulque per mediam horam orant. Tali occasione cum esset in raptu, dixit *Confiteor*, & *Domine non sum digna*, videns sacram Communionem à S. Alberto Carmelita sibi porrigi, & fecit omnia quæ solebat in eo actu facere: finitoque raptu narravit, E
vidisse prædictum Sanctum, qui cum sacro Ciborio circumiens, singulis sororibus Communionem impertiebatur.

in aliis similem famē accendit

154 Caritas ejus eo etiam se extendebat, ut impense desideraret, alias quoque Religiosas, præsertim in monasterio suo, famem magnam concipere sanctissimi illius Sacramenti, tam pro Dei gloria quam pro animarum propriarum salute. Ideoque sæpius visa est lacrymari, quando sciebat aliquam sponte omisisse Communionem; & si poterat accedebat ad illam, erroremque monstrabat, & suadebat illius frequentem usum, dicens: Nescis, Soror quanto bono privata hoc mane fueris non communicando: exponebatque grandia quæ communicando acquiruntur bona, & injuriam quæ fit amori Jesu per ejusmodi omissionem. Orabat instanter Deum, aliasque idem secum petere hortabatur, ut dignaretur isti monasterio continuare ad mundi usque finem gratiam frequentis Communionis, & ejusmodi Gubernatores Confessariosque concedere quibus ea res cordi foret: existimabat enim, abstractionem istam à commercio cum secularibus, quam *& cavet ne qua expers ejus sit.*
in sua Congregatione videbat, esse fructum sanctissimi Sacramenti; sæpiusque affirmabat ita se credere, nec absque eo illam tam caram sibi alienationem F
à mundo diu istic conservandam esse. Die quodam festo S. Augustini XXVIII Augusti, absoluta Communione Sororum, remanserant duæ non communicatæ, & jam finitæ erant omnes Missæ; cum beata Mater in raptu posita, accessit ad cratem pulsavitque. Accurrit Confessarius, & illa rogat, ut etiam duabus istis facere velit caritatem porrigendi ipsis Communionem, sicut fecit; ipsa vero ad suam ecstasim rediit. Aliàs, cum die Jovis quædam non communicasset, quem diem appellabat illa, uti dictum est, diem Amoris; occurrens ei Magdalena, dixit: Tu hodie mane non recepisti Amorem.

Docet modū se præparādi ab una Communione ad aliā,

155 Quærebant ex ea filiæ suæ modum præparandi se ad Communionem, illa vero dixit: Sufficit attente considerare beneque apprehendere, id quod recipitur esse Deum; eoque accedere cum puritate cordis, humilitate & memoria Passionis, sicut ipse mandavit nobis. Dicebat etiam, Usque ad Vesperas expendite tempus in gratiarum actionem pro Communione recepta; à Vesperis vero usque mane in præparatione pro recipienda; & cogitate unam

EX ITAL. VIRGILII CEPARH.

Communionem disponere ad alteram. Offerte etiam in apparatum omnes diei totius actiones, faciendo illas ex affectu gratitudinis & amoris ac desiderio placendi Deo. Optate universum mundum juvare, accendendo in omnibus creaturis famem sanctissimi Sacramenti. Cogitate, vos accedere ad actionem omnium maximam, quæ fieri possit; videlicet ad recipiendum magnum Deum; & mementote, quod, cum sitis dignæ demergi in profundum inferni, Jesus vobis faciat tantam misericordiam, ut seipsum vobis præbeat in isto Sacramento. Qua puritate deceret nitere cor vestrum, recepturum omnis puritatis fontem? Si aliquid querelæ vobis est cum alia Sorore, curate ut ante Communionem sentiatis in vobis internam dulcedinem versus omnes; & quando eam non sentietis, rogate Jesum ut illam vobis donet: quod si sentiatis promptam voluntatem sanguinem & vitam impendendi Sorori isti, modo ea esset Dei voluntas; dico vobis, accedite libere ad communicandum.

& desiderium ejus in Novitiis acuit:

156 Aliquando, ad excitandam devotionem in suis Novitiis versus sanctissimum Sacramentum, dicebat illis: Animulæ meæ, adhuc tot horæ supersunt antequam Jesum recipiatis, præparate ei corda vestra. Aliàs interrogabat illas; Quot horæ supersunt ad Jesum recipiendum? quia tempus istud deberet nobis videri annus integer. Dicebat etiam, quod una Communio bene facta, sufficit ad faciendam animam quamlibet sanctam: & ideo non apparere ejusmodi fructum, quia non penetratur magnitudo rei quam facit quisquis communicat. Vice quadam genua flexit in medio Novitiarum, junctisq; ante pectus in crucem manibus, magno cum affectu protulit hæc verba: O Sorores! si comprehenderemus, quomodo eo instanti, quo species Sacramentales perseverant, Verbum divinum operetur intra nos idem, quod operatur in sinu Patris æterni, ubi Verbum est in Patre, & Pater in Verbo, & in utroque inseparabiliter Spiritus sanctus; in recipiendo Verbo, reciperemus totam sanctissimam Trinitatem. O si istud cognosceremus! ô si penetraremus! non accederemus eo tam imparatæ ac veluti casu, neque sineremus obrepere nobis adeo futiles excusationes occasionesque: sed prius quam dimitteremus Communionem, attente consideraremus quid hoc sit. Vix autem credibile est, quantam energiam haberent ejusmodi verba, tanto cum affectu prolata, in istis optime dispositis juvenculis.

B

C

docet quid post eamdem agendum,

157 Post Communionem nolebat continuo accedi ad exercitia monasterii; sed aliquantulum temporis dari jubebat fruendo, laudando, & gratias agendo tanto hospiti, quem intra pectus suum receperant; excitandisque affectibus amorosis, & commendandis ei necessatibus, tam propriis uniuscujusq; quam publicis Ecclesiæ universæ: & dicebat hoc esse tempus, quo discendum à Deo esset, quomodo ipsi serviendum sit secundum ejus voluntatem: qui autem Jesum doctorem habet, aliis libris magisterioque non indiget. Tempus illud est omnium quod habemus pretiosissimum, maximeque opportunum ad tractandum cum Deo, eique dandum occasionem purgandi, illuminandi, sanctificandi animas nostras, earumque appetitui satisfaciendi: nec aliud efficacius medium acquirendæ perfectionis potest excogitari. Hæc & alia similia præcepta dabat suis pro sancta Communione, acceperatque divinitus gratiam videndi Jesum intra pectora Sororum sub variis formis, modo ut infantem, modo ut puerum annorum duodecim, vel triginta aut trigintra trium annorum virum: in aliis videbat eumdem patientem, aut crucifixum, secundum cogitationes, desideria, perfectionem, & capacitatem cujusque Religiosæ.

& Jesum intra pectora communicantium videt.

Fuit cum existens in consortio aliarum, oculos per omnes vertit, & postea cuidam sociæ suæ dixit; O quantum amorem sentio erga omnes Sorores, considerans illas ut custodias sanctissimi Sacramenti, quod toties recipiunt, atque intra se absconditum gestant. Quodam die Paschæ, mensæ assidens in refectorio, habebat vultum adeo hilarem & jucundum, ut videretur lætitia diffluere: quod animadvertens quædam sua Novitia quæ ipsi ministrabat, fidenter accedens interrogavit, unde lætitia ista procederet. Illa autem respondit, Ex pulchritudine divinæ præsentiæ: video enim Jesum requiescentem in pectoribus cunctarum Sororum. Interroganti porro in qua forma; reposuit, In omnibus video resuscitatum & glorioſum, qualem hodie repræsentat Ecclesia. Atque hoc dicto dimisit prandium, raptaque in ecstasim aliquamdiu sic mansit, devotum colloquium cum Jesu instituens.

D

CAPUT XV.

De eximiâ Sanctæ caritate erga proximum & zelo pro animarum salute; item erga Novitias, Conversas & infirmas.

E

158 CAP. XLIX *Ingenti animarum zelo ardens,*

MAximus in hac Dei famula fuit amor caritatis erga proximum, & zelus erga ejus salutem: ideoque omnes corporis & animi vires libenter conferebat in ejus corporale vel spirituale auxilium; usque eo ut illa causa omni commodo privari, & quemcumque laborem esset parata subire: dicebat vero amare se proximum, quia factus erat ad Dei imaginem, amabatque eum Jesus & sanguine suo redemerat. Ut autem prætermittam ea, quæ egit puerili ætate atque extra monasterium; in Religione ita zelata est salutem animarum, ut diceret se quodammodo invidere aviculis cæli, quæ volare possunt quocumque: quia citra professionis suæ præjudicium voluisset mundum universum pervolare ad convertendas animas; & quandoque ajebat: Vellem proficisci posse ad infideles usque in Indias, & accipere parvulos illos Indorum filios, eosque docere fidei nostræ principia, ut Jesus animas illas haberet, & ipsæ possiderent Jesum: tantumque erat hoc desiderium, ut etiam dormiens somnianque loqueretur de Indorum conversione. Cum ergo super mensam audiebat prælegi litteras & relationes ex Indiis aut Japonia, & quod aliqui Patres Societatis Jesu erant pro Jesu martyrizati; videbatur liquefieri, totaque accendi & inflammari desiderio existendi in partibus istis, cooperandique in conversionem animarum, ac vitam exponendi ad martyrium pro Dei ipsarumque amore. Audiens vero in Novitiatu legi Vitam S. Francisci Xaverii, & quot ille animas infidelium istorum converterit ad Deum ac baptizaverit, dicebat: Postulemus etiam aliquam ex iis animam, & pro ea offeramus quidquid faciemus hodie: quin imo petamus tot animas, quot movebimus passus, aut verba inter Officium divinum pronuntiabimus, vel quoties inter lavandum manus immergemus aquæ, aut fuentes acum ducemus per puncta: atque in hunc modum suarum filiarum exacuebat zelum.

eum etiam in aliis accendit:

F

159 Dixit aliquando, Si Dominus noster interrogasset me, sicut interrogavit S. Thomam Aquinatem, quam mercedem peterem; respondissem, Salutem animarum. Nec fere, ut ita loquar, transibat hora, qua non diceret verbum aliquod, ad indicandum istud suum ardentissimum desiderium. Inventa est aliquando effuse plorans: & lacrymarum causam interrogata, respondit, Quia videor mihi esse otiosa, & nihil

queritur se parum conferre ad earum salutem,

A nihil agere pro Dei obſequio atque animarum ſalute. Sæpe dicebat,cum S.Catharina Senenſi, quod Jeſus querebatur, ſe neminem habere qui iræ ſuæ ſe opponens oraret pro peccatoribus: & ſubjungebat, Debebimus reddere rationem Deo tot animarum quæ modo in inferno ardent: nam ſi ego & vos fuiſſemus ferventes ad orandum pro ipſis, offerendumque ſanguinem Jeſu Chriſti, commendando eas inſtanter Deo; placatus illis forſitan fuiſſet Deus, nec modo in tormentis iſtis verſarentur. Dicebat etiam, *parata quidlibet pro ea pati:* quod ſi voluntas Dei foret, libenter pro animarum ſalute maneret in inferno, modo ibi non odiſſet Deum nec ipſum blaſphemaret.Hic autem zelus ex eo in ipſa naſcebatur,quia ſæpius illi Jeſus monſtrabat pulchritudinẽ animæ, quæ eſt in ſtatu gratiæ; & deformitatẽ ejus, quæ eſt in peccato mortali: ideoq; lugebat & deplorabat Dei offenſas, atque ordinarie orabat pro animarum ſalute & converſione peccatorum. Sæpius etiam in ſuis raptibus ſupplicabat Deo, ut eum in finem permitteretur pati tormenta, dolores, infirmitates: nec raro exaudiri ſolitam,apparebat ex eorum,pro quibus oraverat, peccatorum converſione.Commendavit aliquando ei Confeſſarius ſuus hujuſmodi duos,& illa pluribus menſibus pro iis orationes ſuas ac pœnitentias obtulit: poſtea autem
B Confeſſarius SororiEuangeliſtæ dixit,Sororis Mariæ Magdalenæ orationes fuiſſe exauditas, quia duo iſti converſi fuerant, & ad bonam frugem reducti.

& quocumque bono carere. 160 Gratum ei fuiſſet & volupe, gratia omni guſtuque ſpirituali privari ac donis divinis, pro auxilio animarum & converſione peccatorum, dummodo (ſicut ajebat) relinqueretur ſibi gratia amandi Deum & honorandi, ipſique ſerviendi atque adjuvandi animas.Quâdam autem vice in exceſſu mentis dixit; Domine, ſi digneris mihi concedere animas quas à te peto; dicam etiam quod parata ſim, non pervenire ad gloriam & felicitatem quam mihi præparaſti. Sororibus vero ſuis, inquiebat; Non finamus nos vinci à ſecularibus: quis ſcit utrum multæ animæ non remanſerint expertes converſionis, quia non fuimus diligentes atque ferventes in *ferventer ad finem eumdem orat,* orando pro ipſis? Neque vero ſolum de operibus malis debebimus reddere rationem; ſed etiam de bonis,quæ facere potuimus & negleximus. Sæpe inculcabat Novitiis ſuis, ut offerrent Deo ſanguinem Chriſti pro peccatoribus: & parum ipſi videbatur, quinquagies uno die id facere. Surgebat media quandoque nocte,& tunc coram ſanctiſſimo Sacra-
C mento lacrymis ſuis hábenas laxans, converſionem peccatorum poſtulabat: & quia ſciebat, tempore Carnisprivii gravius offendi Deum à peccatoribus in ſeculo quam aliis temporibus; imperabat tunc Novitiis ſingulis faciendam diſciplinam, & recitandos ſeptem Pſalmos pœnitentiales. Cum autem *ſeque flagellat,* conſueviſſet noctu excitare Monachas ad Matutinum, noctu ipſius diei Jovis(ut vocant) Craſſi,Florentini diem Berlingaccii nominant,pacto cum aliis quibuſdam Sororibus inito, loco campanulæ ſtata hora pulſandæ, cum illis circuivit totum conventum & cellas omnes,flagellando ſe pro peccatoribus. Sicut autem ipſa quotidie excogitabat nova ac nova media pro illorum converſione, ita etiam ea docebat alias.

nominatim pro meretricibus, 161 In Quadrageſima,quando meretrices conduci ſolent ad audiendam concionem de Magdalena, perquam ſolicite commendabat eas Monacharum precibus,& dicebat, Commendo vobis ſorores meas. Interrogans autem una, quas ſorores intelligeret, idque audiens; admirata eſt magnam illius humilitatem, quæ cum haberet animam adeo puram, meretricibus ſe adnumerabat. Pro illis autem aliiſque ſimilibus rigidiſſimas aſſumebat pœnitentias; uſtulabatque ſibi carnes ardenti cera, quam ſtillare faciebat ex trilibri candela, adeo ut guttæ cereæ ſanguini permixtæ in ipſa tunica remanerent. Geſtabat pro iiſdem ſæpe cilicium, noctem in oratione ducebat pervigilem, forcipibus membra ſua *dive ſimode pro iis ſe crucians.* ſtringebat donec ſanguis erumperet, ferrea catena ſe verberabat: & quia in hujuſmodi actu copioſum fundebat ſanguinem, ne hic in terram cadens notari poſſet,aut inſternebat pavimentum ceruleo panno, aut ipſum aqua abluebat; tunicellæ tamen interiores remanebant cruentatæ. Arrepto aliquando in manus Crucifixo, dixit: Tu Domine, voluiſti mori in cruce, & totum tuum ſanguinem donare peccatoribus: ego quoque, Deus meus,vellem meum ſimiliter profundere & vita privari, ut illi converterentur. In raptu quodam oſtendit ali- *impetrat mali Sacerdotis converſionem:* quando videre ſe Sacerdotem, procul à via ſalutis abductum: tantumque oravit pro eo, ut cito meruerit ipſum videre in meliori ſtatu: cœpitque etiam pro aliis Sacerdotibus orare, quos æque ac illum videbat peccatis maculatos, dicens,O Domine, ſi illi qui ſunt lux mundi, verſantur in tenebris, quanto magis aliæ creaturæ? Si illi qui ſunt ſal terræ,infatuantur, quomodo poterunt, ô Jeſu mi, condire alios? quomodo iis oſtendent viam per- E veniendi ad te, ſi ipſimet gradiantur contrario itinere? Adeoque inſtanter ſupplicavit, ut etiam hos oſtenderit ſe reductos videre ad pœnitentiam. *orat pro Eccleſia & pro Papa.* Denique magno cum zelo ſæpe commendabat totam ſanctam Eccleſiam, & illius caput ſummum Pontificem, ejuſque ſolebat ordinarie in ſuis raptibus meminiſſe. Et quadam vice in feſto Penteco- ſtes ecſtaſim patiens, interrogavit Sororem quamdam ibi præſentem, num eo die ſummum Pontificem & Eccleſiam Domino commendaſſet. Illa autem negante, cum ſtupore & zelo magno dixit, Egregiam vero ſponſam, quæ non quotidie orat pro Dei Eccleſia: addens & alia,quæ ipſam ſatis compunctam reddiderunt.

CAP. L *Iuſſa divinitus eſſe ſitibunda ad caritatis exercitia,* 162 Ille autem caritatis zelus,qui erga extraneos tam fervens erat, multo etiam mirabilius fervebat domi erga Matres ac Sorores monaſterii ſui, quibus omnibus conabatur citra diſcrimen perſonarum ædificationi, auxilio, & ſolatio eſſe: unde communiter appellabatur Mater caritatis, & Caritas monaſterii: eratque ea caritas pura atque ſincera, citra reſpectum commodi alicujus proprii; cum in iis non conſideraret perſonas,ſed animas: unde nec alio fere nomine quam Animæ appellabat filias F ſuas. Anno MDXCIII die XXIV Auguſti in raptu, quaſdam Regulas obſervandas accepit à Jeſu, quarum una jubebat, ut eſſet ſitibunda ſicut cervus ad aquas, ad exercendam caritatem erga membra ſua, id eſt rationales creaturas; & ſui corporis debilitatem ac fatigationem non pluris faceret, quam lutum quod pedibus conculcatur. Hanc illa regulam obſervavit tam rigide, ut eſſet mater ſimul ac famula communis totius monaſterii, in omni cujuſcumque neceſſitate, corporali aut ſpirituali, ſive ea Monacha ſeu Converſa foret. Quando exercitio aliquo vel arte opus erat in monaſterio, & paucæ ſupererant in ea verſatæ; ipſa, ne obſequio neceſſario privaretur Communitas,diſcere illam ſatagebat. Si videbat afflictam Religioſam aliquam, ipſa ex compaſſione rapiebatur in ecſtaſim, & Deiparam pro illa deprecabatur. Quin etiam alienis *ea cupidiſſime impendit Sororibus tentatis aut afflictis,* afflictionibus magis quam propriis afficiebatur: unde quoties animadvertebat quampiam,aliquid interius exteriuſve patientem,cum eſſet infirma;ſtatim oblita doloris proprii, ad illam conſolandam juvandamque accingebatur.

163 Durante quinquennio ſuæ probationis af-

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

flictiſſima, nec non inter acerbos ultimi ſui morbi cruciatus, nihil reperiebat efficacius, ad leniendum proprii doloris ſenſum, quam recordari afflictionum alienarum. Sæpius totis noctibus, erecta in pedes ſtetit, ad mœſtas tentataſque conſolandas: & ſi jejunam aliquam talem inveniebat, propriis manibus inferebat ori cibum, ipſaque ſumebat ex eodem ad illam animandam, ſuavibus verbis de Paradiſi gloria ipſam erigens ad æquanimitatem, ſummamque accipiens voluptatem ſi alias reddebat conſolatas. Oportebat autem providere, ne ipſa præſente fieret ſermo de aliqua proximi aut Religionis neceſſitate: quia ſtatim omni commodo privaſſet ſeipſam ut alteri commodaret; pluriſque faciebat indigentibus ſuccurrere; quam tempus ducere in oratione aut guſtibus ſpiritualibus. Unde cum vice quàdam factura eſſet exercitia S. Ignatii, ea intermiſit; cauſamque rogata, reſpondit, Dimiſi Deum propter Deum; idque ut juvaret Sororem quampiam, cui aliquid moleſtiæ advenerat. Ut autem hanc ſuam caritatem operiret, dicebat, ineptam ſe ad orandum eſſe, ideoquè oportere ut in externis actionibus occuparetur.

quaſi omnium mater ac famula:

B *præſertim Novitiis,*

164 Tria porro erant perſonarum genera, erga quas prolixior caritas ejus emicabat; Novitiæ ſcilicet, Converſæ, atque infirmæ. Novitiis erat inſtar dilectæ matris, quæ caram ſobolem viſcerali amore complectitur, tamquam ſi ipſa ſingulas genuiſſet: ad ipſamque recurrentes in ſuis tentationibus & tribulationibus, ſigno ſanctæ Crucis ſupra earum pectus impreſſo, ſæpius liberabat. In his una, quæ in ſeculo pauper fuerat, timebat præmio voluntariæ paupertatis excludi, quia nihil dimiſerat, ſibique videbat proſpectum eſſe de cunctis neceſſariis. Ipſa vero ei dixit: Quoties ejuſmodi cogitatione pulſaberis, proteſtare coram Deo, quod ſi poſſediſſes omnes mundi theſauros, aut Imperatrix fuiſſes, omnibus omnino pro ejus amore te abdicaſſes; addens, ut deinceps ad ſe rediret, cum eadem recurreret cogitatio. Redivit illa neſcio quoties, ultima autem vice orantem reperit; & ipſa ſurgens, facta ei ſuper pectus Cruce, tentationem diſſipavit.

ad eas conſolandas,

165 Duodecim annis, quibus Pædagoga & Magiſtra Juniorum atque Novitiarum fuit, filias illas ſuas incredibili cum zelo & caritate erudivit, nulli parcens labori: cum autem eſſet Superior, ſciretque ſe circa ſolenniora feſta frequentiores ac diuturniores raptus pati; eoſdem præveniens, diſtribuebat ſubditis officia varia, maxime in ſubſidium Novitiarum & infirmarum, certis horis obeunda; hora autem appropinquante, etiam in raptu earum recordabatur, curabatque ut quod mandaverat executioni daretur. Si contingebat Novitiam aliquam infirmari, tanta eis præſtabat tamque aſſidua obſequia, ut etiam illæ quæ recens venerant ex domo paterna, & ex ulnis (ut ita loquar) atque amplexibus ſuarum matrum, dicerent, illa longe majora & teneriora eſſe, quam iſtic experiri potuiſſent. Aderat noctu vigilantiſſima; &, ſi vel minimum audiebat ſuſpirium, erecta in pedes recurrebat ad lectum ægrotantis: propriis etiam manibus inſerebat ori cibos, alacritate vultus tanta, ut recipere, non facere obſequium videretur. Numquam de ore ejus verbum ullum prodibat in præjudicium proximi: ſed alienos defectus imperfectioneſque ſemper excuſabat, præſertim coram Novitiis, ut ad idem faciendum ipſas aſſuefaceret; dicebatque, proximum, ſi in ſermonem adducatur, tam facile lædi, quam vitrum frangitur, ſi percutiatur. Numquam intermiſit aliquod caritatis opus, quod credebat eſſe in ſua poteſtate; & perditum æſtimabat diem, quo erga aliquam non exercuiſſet eamdem virtutem, qua videbatur ſatiari non poſſe.

C *maxime cũ ægrotabant:*

D

166 Obſequia ea quæ Converſis præſtabat circa ipſarum officia & in illarum ſocietate, numerum ſuperant: fatigabat enim corpus ſuum, tantumque faciebat ſola quantum Converſæ quatuor, aut eo amplius. Sex continuis annis Converſam unam noctu juvit interere panem; primaque ipſa ſurgebat de ſomno, & opus inchoabat: &, tamquam ſi ipſamet una Converſarum fuiſſet, factum panem inferebat tabulis, magnoque cum labore ponebat in furno, quamvis eſſet perquam delicatæ complexionis: ac fere ſemper erat cum Converſis, non tantum ad panem pinſendum, ſed etiam ad lotrinam aliaque ſervitia. Cum lavandi erant panni, convehebat ligna, implebatque caldariam; & prius quam Converſæ noctu ſurgens, accendebat ignem, calefaciebat lixivium, incipiebatque lavare: hujus autem aſſiduitate operis os unum in collo manus diſlocatum ipſi erat, atque in contrariam partem converſum. Aliàs noctu exequebatur ſervitia Converſarum, & quinque ac ſex horas impendebat mundandis earum pannis, ne videretur per diem id faciens: cumque eſſet Novitiarum Pædagoga, mittebat eas per domum, conquiſituras ſordidatos pannos quos noctu mundaret. In iis officiis in quibus habebat ſocias, ea ſemper ſumebat ſibi quæ majoris erant laboris, lavando, purgando, ſcopando, hauriendo aquam; & volebat ſæpe ipſa per ſe facere omnia, ut alias ſublevaret; dici autem vere poterat, nullam earũ eſſe, cui particulariter non commodaret in aliquo, aliaſque attrahebat exemplo ſuo ad ſimilem caritatem. Cum vero noctu Converſas laborantes juvabat, monebat ut interrumperent laborem & interquieſcerent, ipſa vero alacriter continuabat opus: rogata autem ut parceret ſibi, dicebat ſe carnem aſininam habere, cui labor proficeret non noceret; & nihilominus inutilis ſibi videbatur ac pene otioſa, dicens, quod non oporteat requiem indulgere aſello, ſed diu noctuque tenere oneratum.

item Converſis, earũ labores ſublevans,

E *& opera noctu præverſens.*

167 Suſceperat cum Converſarum una excitatricis matutinæ Officium, per vices hebdomadatim exercendum: contigit autem illam infirmari, & Sor. Maria Magdalena ipſam rogavit ut ſolam ſe ſineret eo officio fungi; Quandoquidem, inquiebat, aliàs etiam non dormio: itáque totis quindecim annis ſola Monachas omnes ad Matutinum excitare perrexit. Si qua Converſarum oſtendebat ſe nolle, ut vel illa faceret ſervitium aliquod, vel facientem juvaret; Noli, dicebat, Soror auferre mihi meritum hujus operis: ſine, me hoc agere, poſtea etiam ipſa aliquid facies pro me: melius enim eſt ſi una laboremus pro alia, quam ſi pro nobis ipſis agamus quidpiam: pro nobis enim ipſis noſtroque commodo laborantes, poſſumus ſervire amori proprio; non æque dum laboramus pro aliis. Cum vero, propter alias officii ſui occupationes, nequibat intereſſe laboribus Converſarum; dicebat ſibi ipſi, Pauperculæ iſtæ tantum laboraverunt, volo ut opere finito quieſcere poſſint; ibatque & componebat earum lectulos, everrebatque cellas; unde illæ ad tantæ caritatis exceſſum remanebant confuſæ. Quamvis autem tam familiariter manſueteque verſabatur inter illas ad communes labores; converſationi tamen ſuæ addebat aliquid gravitatis ac majeſtatis tantæ, ut non poſſent inde occaſionem ſumere confidentiæ nimiæ; ſed omnes eam ſic revererentur, ut ipſa præſente nulla fuiſſet auſa verbum otioſum proferre.

Excitatricẽ matutinam annis 15 agit,

F *& aliarum lectos componit.*

En-

A *Infirmaria munus optat.*

168 Inexplicabilis porro caritas erat, qua utebatur erga infirmas, videbaturque Infirmariis invidere: dicebat enim nullo officio se functuram libentius, ideoque magno cum gustu de eo loquebatur, audita subinde dicere, Utinam essem ego Infirmaria, possem hoc vel istud facere, & moribundas sic vel sic juvare, quod modo non licet mihi prout vellem, incompatibilibus officii mei functionibus distentæ. Infirmabatur ipsamet aliquando & dixit: Equidē Dei voluntatem libenter exequor: sed si voluisset me esse famulam alicujus nosocomii, ô quantam viderer gratiam recepisse! Exhiberem infirmis illis omnia obsequia mihi possibilia: cum enim videam, nec dignam me nec expertam satis ad dirigendas animas eisque insinuandam Dei notitiam, in quo aliàs versarer libentius, ut minimum inservirem corporibus. Si aliqua Conversarum infirma, mediâ hieme debebat ante auroram sumere quotidie decoctum præscriptum; offerebat ipsa se ut hoc ei ferret, quiescentibus interim Infirmariis, ne incommodum ea causa friguſque paterentur. Si aliqua gravius ægrotabat, prima visitabat illam: & Magistra Novitiarum existens, tam frequenter ad illam ibat redibatque, ut appareret eam caritate ardere, & nullam corporis sui

ægrisque diligentissime servit:

B rationem habere ut illi commodaret. Prævidebat præveniebatque necessitates infirmarum, ne nimia de se cura angerentur; agebatque cum Superioribus ut iis prospiceretur. Si sciebat cuipiam deesse aliquid quod ipsa habebat, eo se privabat libenter ut alteri illud cederet; sin autem id non haberet, requirebat solicite. Cum cruciari ægras videbat, Quam vellem, inquiebat, suffurari tibi dolores istos! Grossioris enim complexionis cum sim, minus eos sentirem. Procurabat autem ut ipsis suppeteret quidquid lenire tormenta posset: & valde lætabantur Monachæ eam in suis morbis habere assistentem, propter solatium quod percipiebant, videntes Beatam istam obeuntem humiliora quæque & sordidiora infirmariæ ministeria.

convalescentibus curat opportuna solatiola.

169 Studebat ut convalescentibus excogitaret ea quæ ipsis ad gustum essent: & si qua bellaria sibi offerrentur, continuo recordabatur earum: petitaque prius pro iis licentia ne erubescerent, ipsis deferebat ultro: aliàs efficiebat caute ut ipsæmet ignorarent unde ejusmodi deliciæ venirent, ne gratiæ sibi ob illas haberentur. Quin etiam adhuc infirma privabat se multis, ad solatium vel commodum suum oblatis, ut ea impertiretur aliis: utque eas induceret ad acceptandum, ostendebat ea sibi aut non sapere aut non

C convenire. Erat autem admiratione dignū, quomodo mentem jugiter cum Deo unitam tenens, posset habere curam minutissimarum etiam rerum, proximo utilium: & quandoque dimissa à raptu, statim ad ejusmodi cogitationes tota transferebatur. Servivit aliquando Sorori cuidam hecticæ & cæcæ, cui nomen Caritas, anno integro tamquam famula, everrens cellam, lectum componens, pannos eluens, aliaque ministeria ipsi præstans. Cum autē illa ad finem vitæ perveniſſet, totis ultimis decem diebus ac noctibus ei vigilantissime adstitit, numquam vestes exuens: interrogata vero à Priorissa, cur ei tam singulari cura ministraret; respondit, quod Jesus apparuerat ei in forma pauperculi, & dixerat, quod si rem gratam sibi facere vellet, ipsi in hac sua sponsa ministraret. Aliàs Decembri mense, Monachæ cuidam, quæ Sor. Barbara Bassi dicebatur, diebus ac noctibus quindecim ministravit, numquam vestes exuens, aut lecto decumbens, sed modicum somnum super sella capiens. Similiter ministravit Conversæ cuidam Sor. Mattheæ, cui computrescens tibia vermibus scatebat, tantus autem exinde procreabatur fœtor, & puris abominabilis copia talis procedebat, ut ne aliis in-

Caca servit anno integro:

moribunda 15 noctibus continuis adest:

firmis molestiam pareret, seorsim in altero cubiculo habenda esset Sor. vero Maria Magdalena mundabat ejus plagas, educebat vermes saniemque, tanto cum affectu, ut etiam os suum applicaret exulceratæ vomicæ, sicuti infirma Priorissæ retulit, & ipsamet eidem confessa est, per obedientiam interrogata. Denique, quotquot aliæ suo tempore adductæ ad infirmariam fuerunt Monachæ aut Conversæ, omnes singularem ejus caritatem sunt expertæ.

EX ITAL. VIRGILII CEPARII *ulcera cujusdam lambit.*

170 Neque solum corporalia eis præstabat obsequia, sed multa etiam spiritualia, confortans eas adhortansque ad patientiam, aut libros spirituales prælegens: quod si per occupationes suas id facere non poterat per se, submittebat eis aut socias suas aut Novitiam aliquam. Quare optabant singulæ, ut hæc Dei famula sibi præsens assisteret in hora sui transitus; id quod faciebat libentissime, moribundis Passionem prælegens, de Deo loquens, devotionis actus varios suggerens: quando autem ipsa, lecto ultimæ infirmitatis decumbens, non poterat amplius per se accedere, faciebat se ad moribundas portari, dicens: Quandoquidem necdum venit Sponsus ut me abducat, volo adesse saltem aliis quas assumpturus ad se venit. Manebat apud mortuarum corpora usq; dum mandarentur sepulturæ; oransque pro illis fere semper, rapiebatur in ecstasim, sicut dictum est: & quando earum animas videbat esse in Purgatorio, offerebat se ad patiendum aliquid pro iis liberandis. Hoc vero eidem sæpe contingebat, sentiebatque carnes suas veluti lacerari à canibus, aut à serpentibus rodi; & jejunabat pro eis, disciplinas atque alias pœnitentias faciens. Videbat etiam pœnas quas patiebantur, & culpas quibus eas commeritæ fuerant; postea autem exire liberas & in cælum ferri, earumque ibi gloriam, & virtutes, quibus ipsam sibi comparaverant. Neque tantum sic videbat animas Monacharum suarum, sed etiam sæpe consanguineorum aliarumque personarum, quæ ejus orationibus commendabantur.

Spiritualia quoque solatia curat.

E *multa pro mortuis patitur.*

CAPUT XVI.

Quoddam Matutinum exercitium Sanctæ, cum oblatione sui ipsius, & quinque petitiones pro Ordinibus Religiosis faciendæ.

F

171 CAP. LI *Puritatem conscientiæ testatur auctor ut Confessarius.*

QUam magna huic Dei famulæ adfuerit conscientiæ puritas, possem amplissimis verbis testari, utpote qui cum ea sæpissime de eadem tractaverim, & tribus continuis annis fuerim ei à confessionibus extraordinariis, dum Collegiū Florentinum Rector gubernarem: præterquam quod D. Franciscus Benvenutus, qui tunc erat Gubernator & Confessarius monasterii, & ejusdem temporis Priorissa Mater Euangelista Jucundi, cui singulas actiones suas ex obedientia referebat Magdalena, mecum conferebant de omnibus quæ ipsi contingebant. Ut tamen appareat magis mentis illius puritas, quantoque in lumine ipsa videret & quasi anatomizaret omnes suas cogitationes, affectus, verba, actiones & intentiones, apponam hic examen conscientiæ, quod anno MDXCII die VI Aprilis fecit in raptu; unde cetera æstimare per se prudens Lector valeat. *Sed hoc jam ante fecerat Puccinus: ex quo legendum illud dedimus num. 31 & seqq. Quod deinde hic sequitur Caput de vivendi Regulis, eidem in raptu datis* XXIV Augusti anno MDXCIII, *ibidem exhibuimus num.* 27. *Transeo igitur ad Exercitium Matutinum, à Puccino relatum parte 2 cap. 16, & istic brevitatis causa prætermissum.*

CAP. LII

172 Ex ardenti desiderio, quo tenebatur Sor. Maria Magdalena, ut magis magisque incenderetur di-

CAP. LIII

vino

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

vino amore, atque ad vitæ religiosæ perfectionem proficeret, composuit sibi notavitque exercitium spirituale, quod omni mane recitabat divinæ Majestati cum affectu inexplicabili. Ex quo quia lector capere poterit haud exiguum commodum, placuit ipsum hic inserere, eadem cum simplicitate qua scripsit illa, estque hujusmodi.

Exercitium matutinum sibi componit,

173 Primum, tertio te consignans, dices; ***Benedicta sit sancta Trinitas &c.*** deinde facies examen conscientiæ, offerendo sanguinem Verbi. Postea adorabis Patrem æternum, eumque confiteberis esse Deum, offerendo te per talem confessionem ad dandam ei vitam & sanguinem. Similiter adorando Verbum & Spiritum sanctum idem facies, orans unamquamque trium Personarum, ut velint in te complere divinam suam voluntatem. Postea adorabis Verbum incarnatum, confitens totum esse Deum & totum hominem, & offerens vitam & sanguinem præbendum pro tali confessione & veritate. Postea adorabis unitatem sanctissimæ Trinitatis, cum actu reverentiæ, faciens eamdem tui ipsius oblationem. Post hæc renovabis tuam Professionem, cum quanta poteris puritate & simplicitate affectus, promittens insuper te futuram perfectam observatricem Regulæ & Constitutionum tuarum. Denique consecrabis te sanctissimæ Trinitati, faciens perfectam oblationem & holocaustum tui ipsius; committensque omnes cogitationes, intentiones, verba & opera, exteriora atque interiora, divinæ puritati; eamque rogans ut in te perfecte impleat suum divinum atque amabile propositum, propter quod creavit te; & te vocavit ad perfectiorem Religionis statum.

quod incipiens ab adoratione S. Trinitatis

B

cum sui oblatione,

174 Deinde reflectêris supra teipsam, cognoscendo te nihil esse: & elevans postea mentem tuam in Deum, gaudebis de ejus infinitis perfectionibus, & quod solus sit inscrutabilis, nec intelligibilis aut comprehensibilis ab aliqua creatura; gaudendo quod omnes creaturæ, quæ sunt in cælo & in terra, nec non quidquid existit eum glorificet, laudet, atque magnificet: gaudendo etiam de ipsius infinitate; & quod creaturæ, facientes quantum possunt, nihil faciunt suæ magnitudini comparabile; quodque sit Deus qualis est. Cognoscendo insuper ipsum esse summum bonum, infinite amabile per seipsum, desiderabis amare ipsum cum ea perfectione, cum qua eum amant omnes Beati; & cum ea qua ipsum amaverunt, amant, & in æternum amabunt omnes creaturæ atque Beati simul; imo & cum divina illa perfectione qua amat seipsum, amavit, & in æternum amabit: gratiasque agendo suæ divinæ Majestati, quod amando seipsam suppleat debitum quo nos ipsi obstringimur. Denuo vero adorando sanctissimam Trinitatē, offeres ipsi omnes suas perfectiones; deinde perfectionem, plenitudinem gratiæ, & merita Verbi incarnati, Deiparæ Virginis, & Beatorum atque Electorum omnium; desiderando posse pati & agere quidquid creaturæ omnes patientur & agent, ad ejus gloriam & honorem: desiderando etiam ut toto tempore vitæ tuæ, ac nominatim hoc die præsenti, possis exaltare, laudare, magnificare, & honorare ipsum, quantum exaltant eum, laudant, magnificant, & honorant simul omnes creaturæ omnesque Beati: & tantum quantum facit ipsemet per actum amoris.

gaudet de infinitate Dei,

C

175 Iterum adorando sanctissimam Trinitatem, cū amoris actu quantum omnino poteris intensissimo, gratias ages divinæ suæ Majestati, de bono quod possidet; gaudens de eo atque in eo tibi complacens: eodemque modo gratias ipsi ages pro gratia collata humanitati Verbi, beatissimæ Virgini Mariæ & omnibus Sanctis, quamque recepturi sunt omnes Electi, & quam eis concesit antehac concedetque in futurum. Postea gratias ei ages, quia te creavit ad

desiderat eum perfectissime amare,

gratias agit pro beneficiis,

imaginem & similitudinem suam, redemit sanguine Unigeniti sui, te sibi despondit & consecravit, quodque se tibi quotidie donet, atque de omni gratia suique communicatione qua se tibi continuo impendit, reflectendo illam in ipsum indeque gaudendo, non quia te muneratam & locupletatam vides tam magnis donis, sed quia his mediantibus majorem habebis facultatē eidem serviendi & eum honorandi, offerendo Verbum incarnatum cum sanguine ejus æterno Patri, in gratiarum actionem pro tanta misericordia. Hic vero accendes in te fervorem spiritus, & desiderium te uniendi isti amabilissimo Deo, quem cognovisti & cognoscis tam grandem tamque immensum esse; sciens & viva fide credens, quod per infinitam suam potentiam ac liberalitatem se velit unire creaturæ; & ex opposito tuam aspiciens vilitatem, humiliaberis in teipsa.

D

petit ejus voluntatem implere,

176 Postea convertêris ad Patrem æternum eumque rogabis, ut tibi donare velit divinum suum Verbum; cumque ipsum donaverit tibi, recludes in corde tuo, ibique ei te in ejus unione dimittes, in unionem ejus actus, quo ipse animam suam dimisit in cruce, quando videlicet expiravit. Ipsumque Verbum sic induta, resignabis voluntatem tuam in manus æterni Patris, dicendo, ***Fiat voluntas tua***; idque in unione resignationis illius, quam exercuit Verbum in horto. Deinde rogabis, ut tibi concedat atque in te confirmet suum æternum velle, offerendo teipsi in filiam; tum à Verbo petes amorem, offerens te illi in sponsam; & à Spiritu sancto humilitatem, offerens te illi in discipulam. Postmodum offeres Verbum, & teipsam in Verbo, æterno Patri cum omnibus suis divinis perfectionibus, anima & humanitate, cogitationibus, verbis & operibus, una cum fasciculo myrrhæ Passionis suæ & pretioso sanguine; intendens hanc oblationem facere in divino templo, id est corde ipsius Verbi, in unionem illius oblationis quam fecit super terram nobiscum conversans. Hanc autem oblationem facies pro toto triumphante, militante & patiente Ecclesia; desiderando offerre istam hostiam cum majori quam unquam fuit oblata affectu, aut offerenda, posthac sit à creaturis universis. Et quia æternus Pater in ista oblatione vehementer sibi complacet, in hac ipsa ejus complacentia conquiescēs; ibique suscipies crucem simul cum Verbo, intendens procedere, ipsum sequendo usque ad mortem.

E

seque iterū Deo offert.

facit protestationes 9

177 His factis facies, coram Deo, patre, sponso, ac magistro tuo, proreſtationes sequentes.

Primo, eligendi altissimam humilitatem.

II. Adorandi & confitendi unitatem sanctissimę Trinitatis pro iis qui ipsam non adorant.

III. Exaltandi paupertatem in rebus omnibus.

IV. Favendi quam maxime posset afflictis & tribulatis.

V. Ædificandi omnia opera, exteriora & interiora, in plagis Christi.

VI. Præbendi te refugium omnium imperfectionum, quæ committuntur in habitaculo Mariæ.

VII. Elongandi te ab omni re mundana, quin etiam à te ipsa, quantum distat cælum à terra.

VIII. Gaudendi contemptu & confusione, sicut Deus gaudet de seipso.

IX. Gaudendi quod sis à Deo deque paupertate spiritus: ac potius extrema quæque patiendi, quam impediendi proximum ne fruatur Deo.

X. Condolendi Deo de offensis factis ejus divinæ Majestati.

F

convertit se ad Deiparā,

178 Finito hoc exercitio, cum Deo tuo ibis ad sanctissimam Virginem, eamque adorabis ea quæ ipsi convenit adoratione: deinde eā orabis, ut te una secū faciat matrem, filiam, & sponsam magni Dei: matrē, mediante

A mediante conformitate & uniformitate voluntatis tuæ cum voluntate Dei; filiam, per purum & rectum amorem; ſponſam, per fidelitatem in obſervandis promiſſionibus ipſi factis. Offeres poſtea eidem totum habitaculum ſuum (monaſterium intelligebat) orans ut ipſum cuſtodiat eo amore, quo ipſa cuſtodit Verbum incarnatum, ſuamque puritatem & virginitatem; ac denique hanc ei proteſtationem facies, dicens; Mater puriſſima, Mater mea amabiliſſima, proteſtor quod malim potius eſſe in inferno, quam non ſemper zelari obſervantiam & perfectionem, tam in meipſa quam in toto habitaculo tuo; id eſt, in omnibus filiabus tuis, quæ in eo nunc ſunt, aut in futurum erunt: & dices tertio Salutationem Angelicam, eo quo tibi placuerit loco. Poſtmodum offeres te Angelo tuo cuſtodi, orans ut ſemper te cuſtodiat: eique proteſtaberis, quod velis correſpondere internis inſpirationibus & illuminationibus divinis. Denique devotis tuis Sanctis, & toti cæleſti Jeruſalem proteſtaberis, quod velis honorare ac revereri feſta atque reliquias eorum, atque imprimis ſolidas veraſque eorumdem virtutes imitari.

Angelum cuſtodem & Sanctos.

179 Erat ſancta Mater more ſuo in ecſtaſi, quando ſignificavit ei Deus, quod in omni Religione deberent divinæ Majeſtati ſuæ fieri quinque petitiones, ut in eis ſemper in vigore perſeveraret obſervantia, nec deficerent à primo inſtituto ſuæ religioſæ Regulæ. Cœpit ergo in hoc ſuo raptu cum affectuoſa exclamatione ſic loqui: O Jeſu dulcis ſponſe, quomodo hodie deformatam video antiquam pulchritudinem obſervantiæ religioſæ! quam relaxatam video firmitatem trium iſtorum nodorum, quibuſcum anima religioſa tecum ſtricte colligatur! —— Ah! quantum defecit obedientia! quomodo paupertas horrori facta eſt! quam exiguo in pretio habetur ſpecioſa illa caſtitatis gemma! —— Recte pro tua bonitate me facis intelligere petitiones quinque, quæ tibi faciendæ ſunt ad conſervationem veræ obſervantiæ in Religionibus.

B *Pro conſervanda obſervantia in Religione diſcit*

faciendas petitiones 5,

I. Ut in Religione ſemper conſervetur caritas & unio tecum, ô Deus meus! & cum proximo noſtro.

II. Ut in ea ſemper perfecte obſervetur votum ſanctæ obedientiæ.

III. Ut concedas, Deus meus, cuilibet Religioni Superiorem talem, qui ſit vir (ſicut de David dicitur) ſecundum cor tuum, ut non deficiat ſimplicitas ſanctæ obſervantiæ ſub eo.

C

IV. Ut rigida obſervatio ſanctæ paupertatis in ſua perfectione remaneat.

V. Ut continuo à te, ô dulcis Sponſe mi, petatur gratia, per quam Religioſi omnes, qui veniunt ad tuum famulatum, claro in lumine intelligant & perfectæ comprehendant, quanti momenti ſit abnegatio propriæ voluntatis, & obſervatio etiam minimæ cujuſque Regulæ.

maxime neceſſarius.

180 O quam neceſſarium eſt, Deus meus, ut hæc à te petantur! quam etiam neceſſarium eſt, ut hæ gratiæ à te concedantur ſanctis habitaculis tuis, ut tuus divinus famulatus in vigore perſeveret. —— Verum niſi à te poſtulentur cum puro affectu & ſolicita anxietate, non vis eas concedere: non, non —— Faciam ergo ego has petitiones, Deus meus, omnium nomine, ut iſta tam pretioſa dona impertiaris animabus tuis —— Sed heu me! quod in eorum cordibus non inveniatur diſpoſitio congrua ad illa excipienda, ſed omne donum invenit ſuum impedimentum quo minus communicetur —— Si vis infundere, ô Verbum, in animabus religioſis caritatem & unionem tuam, aliquantum ibi regnat voluntas propria, & non remittitur tota in obedientiam, quo fit ut communicatio tam eximii doni intercipiatur. —— Si vis infundere obedientiam, Ah! quam obeſt non credere quod Deus loquatur & operetur in Superioribus. —— Reſpectus humanus eſt cauſa, cur aliquando non eligantur Superiores ſecundum cor Dei & illuminationem Spiritus ſancti. —— Senſualitas propria opponit ſe obſervantiæ regulari. —— Utinam omnes, prius quam veniant ad Religionem, cogitarent ad quid ſe obliget Religioſus: & quanti referat obſervare quod promittitur. Hoc ſi fieret, ô quam bene obſervaretur abnegatio ſui ipſius & rigor Regulæ! Hæc cum dixiſſet, cum maximo ardore atque zelo religioſo, ad ſenſus ſuos rediit & evigilavit à raptu.

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

CAPUT XVII.

De profunda humilitate S. Mariæ Magdalenæ.

INter multas Chriſtianas virtutes, quæ Deo gratam & hominibus amabilem reddiderunt hanc ſanctam Virginem, fuit humilitas profundiſſima, agendo cum Deo & creaturis, quam demonſtrabat in omni ſuo modo loquendi tractandique. Etenim demiſſiſſime ſentiens de ſeipſa, credebat ſe eſſe viliſſimam, abjectiſſimam, ignorantiſſimamque totius monaſterii, ac maximam peccatricem mundi; adeo ut diceret, mirari ſe, quod Deus & Angeli atque Sancti ipſam tolerarent ſupra terram: unde & metuebat ne hæc dehiſceret vivamque abſorberet: & ſæpe cuidam familiari ſuæ dixit: Quid diceres, ſi modo videres aperiri terram, meque deglutiri ab ea? Idque non per ceremoniam, ſed ex vero ſenſu humilitatis dicebat. Quoties ergo videbat Matrem Prioriſſam, trepidabat metu ne à monaſterio expelleretur, ſibique diceretur: Apage ab hoc loco ſancto, quia indigna es manere in ſodalitate tot Sponſarum Chriſti. Cumque à Superiore advocabatur, continuo eidem ſe provolvebat ad genua, expectans de aliquo ſuo defectu corrigi ac reprehendi. Timebat etiam in Chorum ire cum aliis ad recitandum divinum Officium, exiſtimans ſe indignam quæ ſtaret in conſpectu Dei, ad laudandam ejus divinam Majeſtatem, in ſocietate iſtarum Matrum atque Sororum, quas omnes reputabat ſanctas: earumque tam vivarum quam mortuarum virtutes adeo extollebat, ut magnam cunctis opinionem ingereret de illis; ac deinde ſupra ſe reflectens animum, humiliabat ſe in comparatione ipſarum, velut iniquam plenamque defectuum & peccatorum: ſuaſque imperfectiones & culpas ſemper exaggerabat; nec videbatur ullus eſſe defectus in creaturis, qui non inveniretur in ipſa; ideoque mereri ſe non putabat ut inter alias appareret.

181 CAP. LIV *Humillime ſentiens de ſeipſa*

E

F

182 Chorum intrans tremebat, dicebatque: Grande enimvero miraculum, quod ego debeam comparere coram ſumma iſta puritate. Et aliquando videbatur audire vocem dicentem: Tollatur iniquitas de medio Sanctarum, impedit enim quominus earum orationes intrent ſicut incenſum in conſpectum Dei. In Choro autem adſtabat cum multa ſubmiſſione oculiſque dejectis, & cogitabat, ceteras tunc poſſe recordari defectuum ipſius, nimiamque indignitatem cognoſcere. In quodam duarum horarum raptu monſtravit illi Deus omnes culpas & defectus, etiam leviſſimos, tota ſua vita commiſſos, prorupitque in lamentum, dicens: Libenter irem ad infernum, ſi per hoc facere poſſem ut te non offenderim, Deus meus. Agnoſcebat ſe obligatiſſimam Sororibus, quæ ipſam receperant ad monaſterium: viſaque aliquando eſt clam deoſculari terram, quam ſuis calcaverant pedibus: quod ſi in ipſis vidiſſet defectum

ceteris imperfectiorem ſe æſtimat:

ſuas culpas in viſu recognoſcit,

& credit quod in ſeculo peſſima fuiſſet.

EXITAL. VIRGILII CEPARII.

aliquem, excuſaſſet continuo aut dixiſſet, Ego feciſſem deterius. Rogata ut oraret pro aliquo peccatore reſpondebat: Ego oro pro aliis, ſed avertat Deus ne pejor ipſis ſim. Aliàs cum humilitate dicebat, Si Deus auferret à me manum ſuam, nullum foret peccatum tam grave tamque enorme quod non committerem. Oſculabatur parietes monaſterii dicens, Si manſiſſem extra hoſce parietes in ſeculo, tanta crimina admiſiſſem, ut mori me oportuiſſet manu carnificis; proinde merito ipſos exoſculor. Suos autem defectus tantopere exaggerabat, ut qui eam non cognoviſſet, degenerem diſſolutamque Religioſam eſſe exiſtimaſſet.

Vt opinionem Novitiæ de ſe minuat,

183 Anno MDCII, ingreſſa monaſterium iſtud eſt puella nobilis, annorum novemdecim: quæ ut erat optima, judicioſa & prudens, cito agnovit ſingularem bonitatem, ſanctitatem, & perfectionem ſuæ Magiſtræ; vehementerque illam amabat & æſtimabat. Id quod animadvertens Sor. Maria Magdalena, quærebat occaſionem, ut hanc illi de ſe opinionem tolleret, fidemque faceret culparum atque defectuum ſuorum. Ergo à Prioriſſa petiit facultatem manifeſtandi Novitiæ iſti, pro ſua confuſione, tentationes quas fuerat paſſa tempore quinquennalis ſuæ probationis: ſed hæc facultas ei negata tunc fuit. Aliquot

B

cum venia Confeſſarii

deinde diebus poſt ſtimulata eodem deſiderio, idem propoſuit Patri Gubernatori & Confeſſario, qui poteſtatem iſtud agendi fecit. Proinde inveniens prædictam Novitiam, in loco ſemoto à frequentia, profunda cum humilitate ante ipſam in genua ſe provolvit; erumpenſque in planctum, gemitus, & ſuſpiria, ſic loqui cœpit: Cupio, Soror, te intelligere, qualem habeas Magiſtram; ut accreſcat tibi meritum ex obedientia, quam mihi pro officio debes, qualiſcumque demum ſim; quamque oro ut mihi deferre pergas, non attendens ad ea quæ tibi dictura nunc ſum.

narrat ei præteritas ſuas tentationes,

184 Scito igitur, me fuiſſe ſcandalum & offendiculum hujus ſanctæ Religionis: & eam ſeorſim abducens, cœpit enumerare, tamquam graviſſimas culpas, omnes quas paſſa erat tentationes: & quia, exempli cauſa, fuerat pulſata cogitationibus gulæ, dicebat ſe fuiſſe guloſam, & tamen æſtimatam fuiſſe in pane & aqua jejunare: quia autem ſuggeſtum ei fuerat, ut auferret aliquid, ſe nominabat furacem; atque ita circa alias tentationes infidelitatis, ſuperbiæ, ſenſualitatis, apoſtaſiæ, ac deſperationis; ſemper effuſe lacrymans, acſi non tentationes eæ, ſed

C

tamquã veras culpas:

vera ac realia peccata fuiſſent: & ſubjunxit, Si ego in ſeculo manſiſſem, certo certius, propter tot enormia crimina quæ commiſi, vitam finiviſſem per manum juſtitiæ; & ſi fuiſſem in aliquo monaſterio, in quo non viget tanta caritas, fuiſſem ad vitam reliquam incluſa carceri: hæ vero ſanctæ Sorores ac Matres mihi compaſſæ, tanta cum patientia me tolerarunt. O quantum earum ſingulis hoc nomine obligor! O quantam ab iis miſericordiam ſum conſecuta! Quia autem occaſione aliqua celaverat veritatem, & ex virtute reticuerat; dicebat ſe fuiſſe impoſtricem & mendacem; ſæpius iterans, Vide, Soror, qualem Magiſtram habeas; roga Deum pro me, ut mihi faciat miſericordiam; neque in infernum, quem mererer, me detrudat. Stabatque tota tremebunda & pavida, acſi reapſe foret rea graviſſimorum quorumque criminum.

illa nihilominus vel hinc æſtimans Sanctam,

185 Ad hæc obſtupefacta Novitia, cogitabat, quod, ſi illa tunc fuerit magna peccatrix, Deus per ſuam miſericordiam & propter hunc actum quem faciebat, effecturus ipſam eſſet magnam Sanctam: tanta enim contritio erat, ut ipſam quoque Novitiam provocaret ad lacrymas. Et hæc tunc quidem conturbata fuit, adeoque ſerio apprehendit res ſibi dictas pro gravibus culpis, ut pene crederet vere tuiſſe ab illa commiſſas, atque ab iſtis tranſiiſſe ad hanc quam modo in ipſa mirabatur ſanctitatem. Sed voluit Deus ut Novitia iſta intelligeret, hunc fuiſſe exceſſum humilitatis. Itaque vehementi inquietudine commotam ſe ſentienti inſpiravit, ut ad Chorum iret, ſeque coram ſanctiſſimo Sacramento proſterneret, prout fecit & dixit: Domine, fuerit iſta qualiſcumque, nunc certe eſt ſingularis famula Majeſtatis tuæ; & ego pro tali ſemper eam habebo ac reverebor. Hoc autem dicenti evanuit inquies omnis interior, ac veluti diſcuſsâ nebulâ comprehendit, quod Magiſtra ſua ideo ſolum ſic ſe humiliaſſet, ut ab ipſa crederetur magna eſſe peccatrix. Poſtea vero cum aliis Sanctimonialibus agens, intellexit ipſam revera habuiſſe tentationes iſtiuſmodi, ſed de omnibus victoriam gloriosã retuliſſe; unde ſic accrevit in ipſa æſtimatio prior, ut quoties ſanctam Matrem videbat, reverentiã eidem tamquam rei ſacræ haberet. Illa interim perſuaſiſſo ſe Novitiæ rata, ſæpius ei dicebat: Recordare mei, Soror, tu enim neceſſitatem meam noſti: quod ſi in memoriam ei veniebat quidpiam ſuorum defectuum quod non explicuerat, ſubito coram ea ſe humilians id quoque exponebat. Sæpius etiam juxta illam laborans, & mota ingenti contritionis affectu, dicebat: Noſti Soror, quanta peccata commiſerim: ora Deum ut mei miſereatur, & hanc erga me caritatem exerce. Diſſimulaverat ſemper Novitia, tamquam ſi omnia credidiſſet; tandem tamen convincere eam volens, aliquando reſpondit: Ut offendatur Deus opus eſt mala voluntate. Ipſa vero nihil titubans; Ah! inquit, iſtud non: quia cor meum ſemper deſideravit honorare Deum, quamvis reperiam quod ipſum offenderim: ſemper etiam amavi Jeſum, quia omne bonum in me contulit. Atque ita coacta fuit Sancta fateri, quid in ipſa re fuerit.

D

pergit ipſam venerari,

E

ac tandem deprehendit nihil peccaſſe.

Ipſa rem leviſſimam ut gravem apprehendit:

186 Alia vice culpam ſuam dixit, quod ſine licentia manducaſſet, ſeipſam accuſando ut ſenſualem & guloſam: poſtea autem cognitum fuit, quod maſſam pineorum nucleorum zaccharo conditorum partiens, aliis diſtribuendam, nucleos duos in gremium ſuum delapſos impoſuiſſet ori ac manducaſſet, idque graviſſimum rebatur errorem. Quod ſi ſermo eſſet de trangreſſionibus Regularum imperfectionibuſque & defectibus; ita loquebatur ſancta Mater, acſi habuiſſet omnes in ſummo gradu. Et tamen, cum aliquando Sororum unam rogaſſet, ut ſi ipſam amabat, diceret ſibi quoſcumque in ea notaſſet defectus; & illa intentos ſedulo haberet oculos ſuper ipſam, in refectorio omnibuſque locis & exercitiis ubi videre eam poterat; non potuit tamen vel minimum defectum in ea notare, vel ex ejus ore verbũ aliquod otioſum audire; cum è contrario cuicumq; ſe videnti & audienti devotionem ingereret, & ſtimulos adderet ad virtutem. Sæpius quoque de genibus orabat Sorores, ut ſuos ſibi defectus indicarent; cumque ſubinde nonnullæ, ut ei hanc ſatisfactionem darent, aliquid redarguerent, quod tamen remotum à culpa erat; ipſa, tamquam vere in eo rea, credebat illis, ſeque vehementer humiliabat, & quod defectum non animadverteret exiguo lumini ſuo imputabat.

F

defectus ſuos audire cupit;

187 Adeo autem ſincere credebat ſe magnam peccatricem, ut morti propinqua poſt ſacri Olei ſuſceptionem diceret, ſe credere quod Deus ipſam auferebat de mundo, ut non cogeretur eidem grande aliquod flagellum immittere propter ſua peccata. Interrogata vero ab una filiarum ſuarum, quomodo tam abjecte ſentiret de ſe, cui tot tamque ſingularia dona Deus contulerat; reſpondit eidem, Miror tuam in hoc exiguam capacitatem: ſcias ergo, quod niſi tot favoribus prævenſſet me Deus, atque ita conſervaſſet,

magnã peccatricẽ vere ſe credit.

A ſervaſſet, præcipitaſſem me in graviſſima quæque crimina quibus ſua Majeſtas poteſt offendi. Vobis non ita fecit, quia obeditis voci illius, & abſque iſtis ſpecialibus donis eidem famulamini; ideoque vobis omnibus miſerabilior ſum. Cum autem diceret ſe timere, ne ipſam terra abſorberet; & Matres iſtæ interrogarent, an ſic vere ſentiret; reſpondebat, Vere ita, & merito: ſi enim non feci peccata quæ gratiam Dei auferunt, ideo non feci quia Deus eorum occaſionem mihi abſtulit meque cohibuit: quod ſi aliæ habuiſſent eadem beneficia & media ad bene operandum quæ ego, non offendiſſent illum, ſed honoraſſent multo magis quam ego. Et hoc dicens incipiebat flexis genibus magna cum humilitate accuſare ſeipſam de præteritis tentationibus, & concludens ajebat: Vide, an non merito ſic debeam ſentire.

à ſuis novitiis flagellari ſe mandat:

188 Aliquando ab una Novitiarum jubebat ſuos defectus ſibi dici: & poſtea genuflexa ejus pedes oſculabatur, rogabatque ut os ipſi ſuum conculcaret, aut diſciplinam daret: aliquando etiam id eis imperabat ſub obedientia, & poſtea imponebat ſilentium. Sæpius autem cum ſe à Novitiis flagellari faceret, eis dicebat, Pulſate fortiter, ne dæmon rideat.

B Quadam etiam nocte vocans Converſam unam; Veni, inquit, ut facias obedientiam Jeſu: juſſitque ſe ab ea per mediam horam catenulis ferreis flagellari, identidem admonens ut valide percuteret. Cum eſſet Magiſtra Juniorum, quadam vice ſe ſupinam proſtravit humi, voluitque ut calceo quæque ſuo os ei percuterent: quod omnes illas commovit ad

& quotidie alteri culpas ſuas dicit.

lacrymas, viſo tantæ humilitatis exemplo. Per aliquantum temporis in more poſuit, Novitiam quamdam adire quotidie, ſeque coram ipſa humiliando culpam ſuorum defectuum dicere, & impoſitam ſibi ab ea pœnitentiam ſuſcipiebat. Novem etiam continuis annis humiliavit ſe cuidam ſociæ magis familiari, accuſans ſe de iis actionibus quibus rebatur aliquem defectum ſubfuiſſe (quamvis illa confiteatur nullum ſe agnoſcere potuiſſe) & veniam ab illa poſtulabat, petebatque pœnitentiam; atque in particulari dicebat, ſe multas pati tentationes: quapropter, ſi amabat ipſam & juvare volebat, neceſſarium eſſe ut ipſi daret diſciplinam, & acribus verbis mortificaret. Voluit autem uſque ad mortem habere aliquam, cui ſe accuſaret de erratis, & à qua moneretur humiliareturque. Quod ſi aliquam audiebat dicentem, mihi ſufficit Crucifixus; ſubjiciebat ipſa, Difficulter adducor ad Crucifixum, niſi me humiliem creaturis.

C

Fatetur ſe non tentari vana gloria,

189 Iterrogata aliquando ab una Sororum, utrum tot gratiæ acceptæ à Deo numquam ei dediſſent occaſionem alicujus vanæ complacentiæ, reſpondit; Neſcio quod nemo debeat gloriari de eo quod ſuum non eſt? quomodo igitur vis, ut, in iis quæ dantur à Deo, mihi complaceam, cum iſta ſint Dei? Aliàs, cum Sor. Maria Pacifica ipſi prælegeret aliquos ejus raptus & notitias divinitus conceſſas, ut recognoſceret num quid inter ſcribendum erratum eſſet, interrogavit eam, num talia audiens ſentiret aliquem motum ſuperbiæ. Cui illa, Non magis, inquit, ex eo quod mihi legiſti, quam ſi mihi legiſſes alium quemcumque librum: ſolum agnoſco habuiſſe intra me ejuſmodi ſenſus, quales

ſcripta tamẽ de ſe comburit.

legiſti. Aliàs, cum ad manus ejus veniſſent quaterni aliquot, in quibus prædicta Soror ſcripſerat nonnulla ſpectantia ad vitam ſuam, omnes combuſſit: quapropter graviter reprehenſa à Matre Prioriſſa, humiliavit ſe, non ſolum apud illam, ſed etiam apud eam quæ ſcripſerat. Interrogata autem, an id feciſſet, quia ſenſerat in ſe motum ſuperbiæ aut vanæ gloriæ; reſpondit quod non: ſed, quia non habebat mandatum ullum obedientiæ quo id prohibebatur facere, obligationis ſuæ cenſuiſſe quod fecit, adducto alterius perſonæ ſpiritualis exemplo quæ idem fecerat. Cum vero id Confeſſarius intellexit, ſub obedientia cavit ne amplius tale quid faceret: atque ita iſtarum rerum porro nihil attigit.

EXITAL. VIRGILII CEPARII.

CAPUT XVIII.

Alia exempla & documenta humilitatis, relicta à Sancta.

NOn ſolum non ambiebat in Religione officia, ſed iis ſe reputabat indignam, & lacrymabatur cum ea ſibi imponebantur, itáque verbis & exemplis humilitatem docebat. Eo fine aliquando interrogavit Novitiam quamdam, utrum libenter foret Monacha, ſic ut non haberet vocem in Capitulo. Cumque illa reſpondiſſet, quod non, quia voluiſſet eſſe Monacha ſicut aliæ; ſubintulit ſancta Mater, Ego autem eſſem libenter in gradu iſto humili & abjecto: imo locum ac vocem meam libenter cederem alteri, quam crederem eis uſuram melius. Virtutes porro ſuas occultabat, prætexendo cuncta ſe agere, non per actum virtutis, ſed ex habitu naturali: delectabaturque exemplis eorum Sanctorum, qui in Conventibus & Communitatibus occultam duxerant vitam, aut pro ſtultis haberi ſe fecerant, eoſque voluiſſet ſi potuiſſet imitari. Neque tantum, cum ſenſibus ſuis naturalibus præſens erat, ſed etiam in raptu, ſæpe hanc gratiam poſtulabat à Deo, ut liceret ſibi latere creaturas, nec vellet manifeſtari dona quæ faciebat ipſi: & niſi Deus propalaſſet modum quo cum illa agebat, nunquam ipſa quidquam de rebus ſuis internis evulgaſſet. Quapropter vehementer ei diſplicebat, quod conſpiciebatur rapta in ecſtaſim: cumque ab ea incipiebat redire ad ſenſus ſuos, ſolebat Mater Prioriſſa ablegare præſentes Monachas, ut ejus verecundiæ modeſtiæque conſuleret.

190 *Libenter fuiſſet ſine voce in Capitulo;*

E

optat occultam plane vitã ducere;

191 Quando faciebat actum aliquem virtuoſum cum ſuis Novitiis, ordinarie eis imponebat ſilentium. Nolebat ſcire res futuras, & in raptibus dicebat, Domine, habeas eas tibi, neque me conſciam facias. Quod ſi Deus nihilominus ipſas ei revelabat, loquendo tamen cum ſecularibus, nullo indicio ſignificabat ſe ſcire ejuſmodi quidquam. Eo tempore quo diſcalceata incedebat, ſi puellæ ſeculares veniebant ad monaſterium experimenti cauſa, aſſumebat calceos abſque ſoleis ut pedes ſui non conſpicerentur nudi. Si requirebat ut ſupra ægram ſignum Crucis formaret, vel à Prioriſſa jubebatur pro negotiis monaſterii aut aliqua perſona externa orare, fere ſemper aſſumebat ſibi ſociam quæ ſecum id faceret, ne ſcilicet adſcriberetur ſibi miraculum ſi quod contingeret. Tam humiliter ſentiebat de ſeipſa, ut videretur ſibi nihil recte agere: ideoque poſt omnem actionem petebat ſibi indulgeri à Deo, quos in ea forte commiſerat, defectus. Ex hoc autem timore, qui ſemper comitabatur operantem, ad quaſcumque præſentes, etiam Novitian (ſi aliæ nullæ aderant) convertebat ſe dicens, Videturne, Sorores, quod bene egerim? Obſecro vos, indicate id mihi. Cumque reſponderet aliqua, videri ſibi quod imperfectionis aliquid tali actioni ſubeſſe potuerit; ſtatim credebat, & caput inclinabat tamquam culpabilis; idque etiam in operibus maxime laudabilibus & perfectis, quales eſſe optime ſciebant Monachæ; ſed, vel experiendi vel placendi cauſa, ita contemptim quandoque reſpondebant.

deprecatur ſcientiam futurorum:

F

virtutes ſuas conãtur tegere;

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

192 Tolerare non poterat dæmon, quod propter excessum humilitatis alienum consilium semper præferebat suo. Cum ergo aliquando, faciens exercitia S. Ignatii, aliam Monacham consuluisset circa Meditationem Christi orantis in horto; supra tectum cameræ fragor tantus auditus fuit, ac si nulla tegula mansisset integra, secundum judicium Monachæ istius: quæ cum consternata dixisset, O Soror Maria, quid rei est illud? ipsa ridere incepit, & dixit, Quid esse credis? Vidit autem postea, nec unam quidem tegulam loco motam esse, sed opus fuisse dæmonis, cui iste humilitatis actus displicebat. Quando reprehendebat Novitiam aliquam, & reprehensa se submittens confitebatur statim erratum; mox bona Mater subjiciebat; Ego pejus feciſſem, ne conturberis; aut monstrabat eodem se defectu, vel etiam graviori laborare. Quod si videbat exerceri à quapiam virtutis actum, ipsa se humilians dicebat, Non potuissem ego sic facere. Pro magno illo zelo, quo Dei honorem procurabat, acerbe aliquando reprehendebat defectus, aut eos volebat à Superiore castigari: sed si tunc alia quæcumque Soror, etiam Conversa, dixisset: Mater, hæc severitas fortasis non bene cedet, subjiciebat se illico & humiliabat, dicens: Erravi; & sic quietabatur.

humilianti se obstrepit dæmon,

ipsa alieno judicio cedit.

B

193 Fugiebat quantum poterat colloquia Magnatum, dicebatque indignam se esse quæ nominaretur super terra, aut à similibus cognosceretur. Hinc die quadam vocata ad crates à Ducissa Braccianensi, cum ea agere cupienti, id sibi nuntianti dixit; O! si Domina Ducissa Bracciani sciret, quod Sor. Maria Magdalena sit abominatio monasterii, caveret vel nominare eam, nedum faceret appellari. Aliàs cum juberetur accedere ad crates, quia expectabat illam Serenissima Ducissa Mantuana; cœpit plorare, nec solatium poterat accipere, dicens; Nescio quare ego ire debeam, ut loquar cum personis similibus, quæ sum Monacha sicut aliæ. Aliàs Serenissima Princeps Maria de Medicis, prius quam fieret Regina Franciæ, epistolam ei scripsit, consilia aliqua & documēta spiritualia postulans: quâ epistolâ receptâ, cōtristata valde illa, & lacrymata est. Quia autē videbat Priorissam optare ut responderet, dixit, Mater Priorissa, tu vis ut æstimer quod non sum, & ut vadam ad infernum propter meam superbiam: quando autem eo descendero, personæ istæ inde me non eruent. Quia autem eadem Principissa scribebat, quod intendebat ad ipsam visitandam venire; ipsa, in eo quod ad epistolam dedit responso, rogavit ne veniret, promittens quod nihilominus oraret pro illâ. Postquam autem prædicta Principissa facta est Regina Franciæ; &, pridie quam Florentia discederet, omnino vellet ipsam alloqui; ipsa, non valens visitationem excusare, misit rogatum ut veniret sola: quod & fecit, sola ingressa monasteriū, uti superius dictum est.

horret congressus Principum feminarum:

C

194 Major ejus delectatio erat conversari cum infimæ conditionis personis atque pauperculis: & sicut aliud sibi nil deberi credebat quam quod domi vilissimum erat, sic in victu & vestitu, officiis & exercitiis, humillima semper sectabatur & vilissima. Sæpius manducabat reliquias ciborum, quæ in scutellis referebantur à mensa; utebaturque scutella cujusdam infirmæ, nauseam ciere apta. Pauperrime vestiebatur, ut dictum est. Libenter occupabatur in ministerio culinæ & in coqua juvanda, infima quæq; sibi arrogans: finito autē ministerio petebat ab ea veniā defectuum. Proderat autem monasterio quod illa sæpe ministrabat in culina, quia faciebat annonam crescre. Cumque ea tempestate esset monasterium tenuiter dotatum, nec semper victus pro numero sufficeret, Conversa officio isti præposita sæpius se commendabat Sorori Mariæ Magdalenæ, rogans ut oraret Iesum, quatenus augeret provisionem sibi datam, cui multum deerat ad sufficientiam: & illa respondebat, ut Deo fideret. Deinde eadē Conversa, sumptâ fiduciâ, experiebatur inter distribuendum crescere cibum præparatum; neque tantum sufficere, sed etiam abundare. Sic esuriali quodam die anni MDLXXXVII vel VIII, non erat in monasterio quod in prandium proponeretur, nisi paucæ quædam haleces, vix medietati Sanctimonialium sufficientes; & erat tempestas talis, qua nihil poterat aforis accersi. Recurrit ergo obsonatrix ad preces Sororis Mariæ Magdalenæ, & ipsa voluit sociam precationis habere coquam; dicens, Dicamus singulæ unum Pater noster & Ave Maria Angelis nostris Custodibus, ut inspirent D. Lapo del Touaglia, patri Sororis Mariæ Pacificæ, mittere nobis tot haleces quot opus habemus. Itàque fecerunt; & intra horam, non obstante pessima illa aura, adfuit aliquis ex parte D. Lapi, dono adferens sportellam halecum: & sic necessitati isti prospectum fuit.

Sectatur vilissima.

Culinæ ministrans

supplet defectum paratæ annonæ.

D

195 Alia plurima scribi possent de illius maxima humilitate: sed sufficit dicere, quod fuerit speculum humilitatis & contemptus sui ipsius; ita ut vel solus ejus aspectus compunctionem devotionemque cieret. Reliquit autem etiam scripto quosdam humiliationis actus, in raptu sibi monstratos, in quibus frequenter exercitabatur, hac forma.

9 Actus humilitatis ab ea descripti diversique

E

1. Ibis ad chorum Angelorum, eosque rogabis, ut offerant coram throno sanctissimæ Trinitatis sanguinem Verbi incarnati, petendo ab eis veram spiritus humilitatem: & tu, anima mea, tantum te humiliabis, ut existimes te similem esse dæmoniis, propter tuam superbiam & ingratitudinem.

ad Angelos,

II. Ibis ad chorum Archangelorum, & rogabis ut supra: & tu, anima, sitiens altissimæ puritatis, ipsam ab eis petens, sic te humiliabis, ut te reputes indignam quæ recipias aureolam virginitatis, ac Deo pure servias.

Archangelos,

III Accedes ad chorum Principatuum, rogans ut offerant sanguinem incarnati Verbi Patri æterno, petendo ab eis perfectissimam obedientiam, & subjectionem erga Dei voluntatem, & erga omnes creaturas propter amorem Creatoris: conaberis autem ad eum humiliationis gradum pertingere, ut agnoscas indignam te esse, cui aliqua obedientia imponatur, & quæ obedientibus adnumereris.

Principatus,

IV. Perges ad chorum Potestatum, & petes ut offerant sanguinem Verbi incarnati sicut superius: & tu, anima, facta mancipium tuorum appetituum sensualium, requires gratiam ad eos undequaque refrænandos: & quantum poteris contendes eo usque humiliare te, ut credas quod non mereris numerari in hoc sancto collegio, tuasque laudes unire laudibus sponsarum Jesu: & quid amplius? ut easdem libenter audias dicere tibi contumelias & opprobria.

Potestates,

F

V. Chorum Virtutum deprecaberis ut supra: & tu, anima, omni virtute privata, petes ab eis firmitatem, stabilitatem, & constantiam in faciendo bono: teque eatenus humiliabis, ut te existimes omni gratia & dono cælesti indignam; indignam etiam quæ possis juvare proximum per obsequia caritaris, & participare bonis omnium fidelium.

Virtutes,

VI. Choro Dominationum supplicabis, ut faciant oblationem prædictam: & tu, anima mea, postulans ab eis perfectum dominium internarum tuarum passionum & affectuum terrenorum, humiliabis temetipsam, reputando te indignam quæ possideas paupertatem spiritus, aut aliam quampiam virtutem.

Dominationes.

VII. Recurres ad Thronos, qui ibunt ad amorosa brachia Verbi incarnati, ibique te offerent: tu vero, anima mea, tantum te deprimes, ut æstimes te indignam

Thronos,

A indignam, ſicut revera es, cui toties ſe Sponſus tuus uniat in ſanctiſſimo Sacramento, per quod tanto cum affectu ſeſſum venit in medio cordis tui.

Cherubinos, VIII. Ibis ad chorum Cherubinorum, qui te offerent puriſſimis oculis amoroſi Verbi incarnati: tu autem, anima mea, proſequeris humiliationes tuas, petens ab eis lucem, ut in teipſa cognoſcas divinam voluntatem, gratias quas à Domino omni momento recipis, & mala quæ eiſdem reponis; cenſendo te indignam omni lumine & inſpiratione cæleſti; indignam etiam quæ à divina miſericordia conſerveris; & digniſſimam, quia tam parum divinæ luci correſpondes, quæ derelicta à Deo dimittaris in tenebris & erroribus tuis.

& Seraphinos. IX. Ad chorum Seraphinorum adibis, qui te offerent dulciſſimo, piiſſimo, & amoroſiſſimo cordi Verbi incarnati: & tu, anima, petens ab eis puritatem divini amoris, quo ardeas in illis caritatis flammis, quibus ipſi æternaliter flagrant, continuabis exercitium tuum; adniteriſque eo humiliationis pertingere, ut te indignam intelligas, quam Deus uſque modo conſervaverit & tolerarit, non detrudendo te ſubtus flammas infernales, propter frigus glaciati cordis tui, reſpectu tam incenſæ erga te caritatis B Dei. Reſtringenſque te intra centrum vilitatis & humilitatis tuæ, agnoſces quod inter omnes creaturas ſola propter ingratitudinem tuam indigna ſis divina cura, providentia, & amore, quo proſequitur omnes illas. Teque ipſam horrori habens, tamquam ultra quam credi poteſt abominabilem, ſupplicabis, per interceſſionem puriſſimorum iſtorum & amore ardentium Spirituum, ut cum Iſaia purgeris atque munderis. Quid porro amplius? Ut flammis tribulationum purgeris, quatenus ab anima tua tollatur omnis rubigo tuorum defectuum, neque poſthac ſis uſquequaque indigna puriſſimo iſto amore.

CAPUT XIX.

De virtutibus & votis obedientiæ ac paupertatis, à Sancta ſervatis & commendatis.

196 TRia bonorum naturalium genera habet homo, quibus Religioſi pro Dei amore expoliant ſe in ſua profeſſione; bona ſcilicet exCAP. LV *Per omnem quidem vitam,* terna, quibus renuntiat per votum paupertatis; bona & delicias corporis, quæ abdicantur voto caſtitatis; bona animi, quorum ſupremum atque potiſſimum eſt voluntas, faciens hominem ſui eſſe arbitrii, aliiſque omnibus bonis ad libitum uti, & hac C illum privat obedientia. Quia autem bona animi multo excellentiora ſunt bonis corporis, nedum bonis externis, ideo obedientia virtutum moralium omnium prima cenſetur. In hac vero fuit Sor. Maria Magdalena excellentiſſima, quæ non ſolum ſemper & perfecte obedivit mandatis Legis, Eccleſiæ, & Religionis, nullum eorum unquam viſa tranſgredi quoad vixit; ſed etiam in domo parentum teneriorique ætate, obedientiſſima fuit ad omnem parentum ſuorum nutum. Poſita deinde in monaſterio *ſed in Religione præſertim obedientiſſima,* S. Joannis, numquam præſumpſit contradicere iis Matribus, quarum curæ fuit demandata; ſed ad nutum etiam minimum, nedum imperium, conata eſt ſemper promptiſſimam ſe exhibere. Imprimis tamen hæc ejus virtus eluxit in Religione, ubi in perſona Superiorum Jeſum Chriſtum agnoſcens, numquam vel clam vel palam quæſivit horum voluntatem inclinare ad ſuam: ſed contra, ſatagens idem omnino cum iis judicare atque ſentire, non videbatur ſibi explere obedientiam, uti ſolebat dicere, faciendo quod mandatum erat; niſi ſuum prius captivaſſet intellectum in favorem mandati, quamvis id eſſet de rebus aliàs ſuo ſenſui repugnantibus.

EX ITAL. VIRGILII CEPARII. 197 Quantam porro vim obedientiæ virtus ſupra ſpiritum ejus haberet, vel maxime ex eo patuit, quod nec illa quidem quæ ſibi in raptu imperaverat Dominus præſumebat exequi, niſi accedente Superiorum aſſenſu (*uti de jejunio in pane & aqua, deque excalceatione habes apud Puccinum num.* 24 *& ſeqq. ac num.* 55) quando etiam ſic rapta, audita eſt Deo dicere: Domine, quando ſum tecum obediam tibi; & quando cum ipſis, obediam ipſis: quod ſibi gratum fuiſſe dignatus eſt ille demonſtrare. Propterea, ipſius raptus tempore, recordabatur eorum quæ antea ſibi mandata fuerant, eaque exequebatur. Ita cum D. Franciſcus Benvenuti ſæpe dictus intellexiſſet, quomodo ſic rapta aſcendiſſet in coronidem eccleſiæ; &, timens ne forte caderet, imperaviſſet, ut eo modo id non amplius faceret; ſed, ſi omnino illuc ſcandere oporteret, ſcalas adhiberet; & die quodam ſimili impetu, ad illuc aſcendendum & amplectendum de more Crucifixum, ferretur; retroëgit ſeſe & humi ſubſtitit, defixiſque in Crucifixum aliquamdiu oculis, tandem dixit: Opus eſt quærere inſtrumentum, ô Verbum: itáque in ipſa ecſtaſi ad pomarium abiit, ſcalas attulit, & quo invitabatur ſic demum aſcendit. Similiter, cum anno MDLXXXVI monaſterium ingreſſus, pro electione Prioriſſæ, Archiepiſcopus Cardinalis, poſtea Leo V., intellexiſſet egiſſe illam totos quindecim dies, quibus ſolum ter paſta fuerat; illeque vetuiſſet, ne poſthac ultra viginti quatuor horas jejuna maneret; ſexto poſt anno, videlicet MDXCII, cum die Jovis ſancto pateretur eam ecſtaſim, in qua totam repreſentavit Paſſionem Dominicam, ab hora XVIII ipſius diei; cum jam adveniret eadem hora ſequenti die Veneris, dixit expreſſe, O Verbum, abbrevia tempus, propter obedientiam. Et ſic paulo ante expletas viginti quatuor horas ad ſenſus rediit, ac paululum aquæ & panis ſumpſit. Si quid porro jam raptæ injungeret Superior, id prompte (licet inſenſibilis ad alia) faciebat. Ita die quodam Aſſumptæ Deiparæ, in contemplationem altiſſimam abrepta, vocante Prioriſſa ad ſenſus ſuos rediit, ut menſæ miniſtraret; & licet tam abſtracta etiam tum foret, ut vix ſenſuum compos & identidem alienanda ab iis videretur; abſolvit tamen miniſterium ſuum, ac tum demum ad ecſtaſim priorem rediit.

etiam dum eſſet in extaſi; *interdicta ſine ſcalis aſcenſu abſtinet,* *nec ultra 24 horas jejunium ducit.*

198 Tanti æſtimabat ſancta hæc Mater obedientiæ meritum, ut non eſſet contenta ſubjici ſoli F Superiori, ſed ultro ſe ſubjiceret æqualibus ac ſociabus. Harum una fuit Sor. Maria Pacifica del Touaglia, cui tantopere ſe obſtrinxerat, ut ad omnes fere actiones ſuas ejus licentiam poſtularet, etiamque ad neceſſarias vel à Regula præſcriptas; ipſa vero abſente, idem faciebat cum aliis, imo ſæpe cum ipſis ſuis ſubditis; nec quidquam operis inchoabat, niſi obedientia impellente. Diem quoque eum perditum exiſtimaſſet, quo non ſubjeciſſet alicui voluntatem ſuam: & hæc erat una ex occaſionibus, quibus ſubmittebat ſe ſuis inferioribus, defectu ſcilicet aliarum. Infirma, cum præ deſiderio patiendi nollet aliquod medicamentum vel delicatiorem cibum ſumere, qui poſſet ei refrigerium aliquod vel ſolamen mali adferre; ſtatim atque ei dicebatur ut ipſum per *& ideo cœnobiticam eremitiæ præfert;* obedientiam ſumeret, prompte ſuſcipiebat. Pluris autem faciebat opera exigua & levia per obedientiam facta, quam alia licet maximæ perfectionis, ut ſunt contemplationes ſublimes, & quæcumque demum exerceri ſponte poſſent. Ideo etiam vitam cœnobiticã in congregatione præferebat eremiticæ in ſolitudine. Licet enim ſtatus anachoreticus & ſolitarius maximæ ſit perfectionis, ajebat tamen libentius ſe victuram in communitate, quia in hac con-

Etiam æqualibus ſe ſubjicit.

EX ITAL. VIRGILII CEPARII. tinua adeſt occaſio moriendi ſibimet ipſi, per mortificationem propriæ voluntatis.

Obedientiã maximè faciendam docet,

199 Magnum inſuper præferebat zelum, ut aliæ Sorores æſtimarent virtutem obedientiæ, miroque cum affectu eas ad illam exhortabatur, præſertim ſibi ſubditas; oſtendendo magnitudinem & perfectionem hujus virtutis, quantumque ea placeat Deo: ac varios modos eam acquirendi verbis expliſque monſtrabat. Dixit etiam cuidam, Si cupis in brevi atque ſecreto multis virtutibus locupletari, ne dimittas bonum & ſalutare exercitium obedientiæ: nam ad inferendam ſibi ipſi mortem, animam vero vivificandam, multum efficax illud eſſe ſentio. Aliàs dixit, quod obedientia requirat, non habere voluntatem in re ulla, quantumvis ſancta; reverentiam deferre Superioribus, cæcam ſe reddere, parere ſimpliciter tàm æqualibus & inferioribus quàm Superioribus: eſſe autem amorem proprium, non obedire, quando Superiores vetant auſteritatem & ſpontaneas pœnitentias. Denique dicebat, virtutem, quæ Chriſtum exaltavit, fuiſſe obedientiam, quia obedivit uſque ad mortem crucis. Porro de reſignatione propriæ voluntatis in voluntatem Dei & Superiorum, leguntur varia monita ab ea data, imprimis ſequentia.

& quid ea exigat.

B

2 Monita circa eamdem:

1. Poteſt anima ex parte aliqua reſpondere magnæ obligationi quam habet erga Deum, ſi faciat perfectum ſui ipſius holocauſtum divinæ Majeſtati, remittendo ſe libere in divinum ejus beneplacitum, ubicumque eam velit, in cælo, vel in terra, vel etiam in inferno (quamvis hoc ultimum Deus nunquàm poſſit ab anima juſta exigere) ſentiatque ex omnibus æqualem complacentiam, tantum ut adimpleatur in ſe altiſſima illa Dei voluntas.

II. Anima illa, quæ quotidie recipit ſanctiſſimum Sacramentum, deberet eſſe tam indifferens & reſignata in Dei voluntate & obedientia, ut non poſſet cognoſcere & intelligere quidquã eſſe ex ſuo guſtu.

& fructus 5 percipiendi ab eo qui in Superiore Deum agnoſcit.

200 Aliàs dicebat, quod anima religioſa, multum fructum facere in ſuo ſtatu cupiens, debeat cordi ſuo alte impreſſum habere, quod Superior teneat locum Dei; quodque omne quod ipſi dicit & ordinat Superior, dixerit & ordinaverit Deus: Sic enim, inquiebat, talis anima vehementer proficiet in virtutibus ſolidis, & quinque ſingulares gratias à Deo ſibi communicatas habebit.

C

I. Quod mediante ejus fide Deus ſe magis communicabit, tam ipſi Superiori quam ſubdito, iſtiuſmodi vivam apprehenſionem habenti.

II. Quod omne præceptum obedientiæ ipſi erit æqualiter gratum, ſive proſperum illud ſive contrarium ſit.

III. Quod ſemper inveniet cor ſuum quietum & tranquillum, ſentietque interius magnam dulcedinem & ſatisfactionem.

IV. Quod erit magis aptus ad Dei Eccleſiam orationibus ſuis juvandam: quia Jeſus exaudit orationes obedientium: cum autem tales animæ obedientiſſimæ ſint, promptius exaudientur in eo quod poſtulabunt.

V. Quod ex ejuſmodi religioſis animis Deus ſibi coronam faciat: ſicut enim corona demonſtrat Regis majeſtatem, ſic illæ Deum honorant & glorificant in omni ſuo opere.

C. LVI Paupertatis ſtudioſiſſima,

201 Videbatur novus Franciſcus Aſſiſias ſub ejus perſona in mundum rediviſſe, tam erat amatrix paupertatis: *qua de re etſi magna ſint quæ Puccinus indicavit num.* 118 *& ſequ. reſtant tamen dicenda plura.* Etenim cella ejus ipſiſſimã redolebat paupertatem: quippe in qua nihil eſſet videre præter ſaccum ſtramine fartum pro lecto, & Crucifixum in oratorio, ut habent ceteræ omnes Monachæ, atque Euangeliorum librum. De Crucifixo autem audita eſt aliquando in raptu dicere, O Verbum incarnatum, ſi tua imago me debeat privare vel minima particula cæleſtis gloriæ, ſtatim eam à me abdicabo. Hoc ſtudio aliquando cellulam eamdem perluſtrans, cum reperiſſet in ea duo quaternaria aciculorum, quibus omnino indigent Monachæ, unum ſufficere ſibi rata, alterum aliò detulit. In victu optabat viliſſima quæque: & eo conſilio ſubinde petebat, pro quadam paupercula, ſcutellam reliquiarum menſalium à coqua, eleëmoſynæ nomine; ipſa vero illa paupercula erat, cui impendi illas volebat. Hinc mire lætabatur, ſiquando aliquid ſibi in menſa defuiſſet, ut patuit anno MDC, quando ſine pane pranſa ſurrexit tam hilaris, ut inſolitum quod inde perceperat gaudium ipſo vultu prodiderit. Similiter quoad veſtitum ſe habuit: nec erat facile auferre ei, vel aſperrima in hieme, tritas nimium laceraſque jam veſtes, niſi ſubſtitutis quas aliæ jam portaverant; idque per induſtriam aliquam, qualem anno MDLXXXVIII excogitavit Prioriſſa, trementem præ frigore videns. Die enim XXVII Decembris, in nocte S. Joannis Euangeliſtæ, vocatæ in Choro coram omnibus fere Sanctimonialibus dixit, quod eam volebat aſſuefacere ſanctæ paupertati, propria quam erat induta veſte ipſam expoliando: pro qua eleëmoſynæ nomine daret ipſi alteram, ſi Matribus ac Sororibus concedenda veſtis videretur. Petens ergo à ſingulis an placeret, illiſque cum effuſione lacrymarum ad tale exemplum erumpentium annuentibus; juſſit ut exueret ſe tunica ſua, pro eaque ab altera Sorore acciperet, quam ipſa iſtic ſibi pro Dei amore detrahebat, eaque uteretur donec illa repoſceret. Hoc ergo facto contentiſſima illa veſtem induit, arcendo frigori aptiorem, ac deinceps geſtavit.

D

menſæ reliquias ſibi petit:

& ut veſtẽ mutet,

E

ea ipſi pro eleemoſyna datur.

202 Hunc erga ſanctam paupertatem affectum ut plantaret in animis ſubditarum ſuarum, ſtudioſe cavebat, ne cui rei animum affigerent. Ergo circuibat ſæpe Novitiarum altariola, auferens inde quidquid ſuperfluitatem aut vanitatem redoleret. Ita earum uni duos Angelos abſtulit, quos in charto pinxerat, eo tantum quia limbi eorum modico auro illiti erant: ſi quam vero inclinatam videret erga veſtes novas, jubebat ut veteribus indueretur. Cumque vidiſſet aliquando unam, quæ abſtinebat ab uſu cujuſdam nigri veli, ſibi à Religione conceſſi, quia non erat ex voto ipſius; tam acriter eam corripuit bona Mater, ut hanc ei phantaſiam exemerit; deinde imperavit ut per certum tempus quotidie ad Novitiatum veniret, ipſamque oraret pro Dei amore, ut ſibi concederentur vela magis vilia atque detrita. Si animadverteret queri aliquam de cibis male condîtis, cuique non eſſent in pretio ſimplicia quæque & abjecta Religionis; corripiebat eam, dicens; Recordare quod paupertatem profitearis; pauperes autem dum mendicant, ſatis inveniſſe ſe putant dum reſidui panis fragmen accipiunt. Dicebat etiam quod paupertas debeat eſſe nota omnium operum religioſorum, quemadmodum ſeculares rebus iis, quas cognoſci volunt ad ſe ſpectare, ſua faciunt inſignia imprimi. Quin etiam, licet infirmis vellet deeſſe nihil; in victu tamen, habitatione, & aliis rebus illarum uſui deputatis, optabat relucere differentiam inter ægram religioſam ac ſecularem: quod & ipſa in ſuis infirmitatibus probavit, per exempla valde perfecta & ad perſuaſionem efficacia.

ad eamdem virtutem Novitias exercet,

F

203 In ecſtaſi quadam, quam paſſa eſt die quinta

A *& de ea ſublimiter loquitur.*

quinta hebdomadæ Pentecoſtalis, anno MDLXXXV, de religioſa paupertate loquens, Jeſu ſuo dixit; Feliciſſimi illi, qui vere ſequuntur te, nihil tranſitorium poſſidentes: merces enim eorum eris tu, qui es opulentia ſuper omnem opulentiam, theſaurus ſupra omnem theſaurum, ipſiuſque paradiſi divitiæ infinitæ. Sed quis Paradiſum emet? aut ubi invenietur pecunia ipſi æquiparabilis? quod dari poterit pretium tanti boni? O, quis credat? Nihilum, Nihilum. Satis eſt propter Deum poſſidere nihil, nihil in hoc mundo concupiſcere, nihil aliud velle quam Deum, *Dominus pars hereditatis meæ*; dicam amplius, nec ipſum quidem Deum velle niſi propter Deum. O altiſſima! ô ditiſſima paupertas! Hoc modo habent in manibus pretium, quo cælum comparetur, illi qui vere ſunt pauperes: theſauri enim iſti ementur ſumma paupertate: quantoque magis pauper eſt anima, tanto plus ei infundit Deus theſauros ſuos, quibus comparatur Paradiſus. Ah! Quis non diliget paupertatem illam, quæ tantorum nobis bonorum à Deo conferendorum occaſio eſt? *Beati pauperes ſpiritu &c. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, concupiſcit & deficit anima mea*, in deſiderio, inquam, poſſidendi cæli, in deſiderio poſſidendæ paupertatis tuæ: quia cum hac vis ut cælum emam; hanc ſtatuiſti eſſe condignum pretium regni tam magni.

B

Dolet incõmodis religioſæ paupertatis,

204 Audiens quod aliqui Religioſi, parum obſervantes, quibus parce providebat Religio, ita gloriarentur de ſua velut ceteris majori paupertate, ut tamen dolere ſe indicarent, quod victui ac veſtitui ſuo aliiſque commoditatibus deeſſet non parum; quibus ſi ſuus abundaret Ordo, melius veſtiti incederent, nec toties jejunarent; exclamavit cum ſingultu & ſuſpiriis, O cæcitatem creaturarum! O ſtatum religioſum parum notum! O miſeriam grandem, quod ipſum malum cupiat vero bono palliari, ad animarum multarum ruinam! Credent decepti illi invenire meritum operum ſuorum, & invenient damnationem æternam, quia inter paupertatis incommoda habuerint voluntariam proprietatem. Solebat etiam dicere, quaſi certam eſſe obſervantis Religioſi ſalutem, licet in victu ac veſtitu nihil ei deſit, ſed cuncta ſuppeditentur à Religione ſuoque Superiore: è contrario vero deſperatam haberi poſſe ſalutem illius, qui volontarie proprietarius, concupiſcit laute veſci, licet viliter veſtiatur; & cum hoc ſuo paupere veſtitu conatur os obſtruere conſcientiæ ſuæ, atque ſeipſum decipit: quia enim non habet voluntatem ſeſe penitus expropriandi, nullum eſt cælum pro illo. Dominica quadam die, cum Veſperæ in Choro canebantur, monſtravit ei Deus magnum numerum religioſarum animarum, quæ inſtar fulgurum præcipitabantur ad infernum; intellexitque ideo nominatim damnatas, quia non obſervaverant votum paupertatis. Et exclamans, inter alia etiam hæc dixit: O paupertas! ô paupertas religioſa! quam parum cognoſceris & obſervaris! O! ſi illa cognoſceretur, non invenirentur cellæ plenæ ornatu; tamquam venenum horrori foret pecunia, ad proprium arbitrium expendenda; & tot aliæ vanitates, nimium dedecentes religioſam paupertatem, procul exularent à ſacris clauſtris. O, Jeſu mi, quantum per iſtam maledictam proprietatem deformata eſt pulchritudo religioſæ paupertatis! O quot & quot animæ religioſæ ardent in inferno, quia ſanctam paupertatem non æſtimarunt nec obſervarunt!

jungi voluntariam proprietatẽ,

ob quam multi damnentur:

C

205 Aliàs dixit: Capere nequeo nec intellige-

nec capit quomodo ea excuſetur,

re, quomodo Religioſi, qui tribus ſolennibus votis dedicaverunt ſe Deo, inter ſe non obſervent communionem rerum, ſed nitantur per ſuam proprietatem evertere pulcrum illum vitæ perfectioris ordinem. O maledicta proprietas! ſecum ferens tot excuſationes & adinventiones, per quas fit ut quod vitium & defectus eſt, ſæpe videatur eſſe virtus. Aliàs ait: O Sorores, neſcio quomodo Religioſi poſſint ſalva conſcientia habere reditus particulares: cum autem illis ſuſtineri debent officia monaſteriorum & onera ſpecialia, ſæpe contingit Religioſos magis quam ipſos ſeculares eſſe affixos rebus mundanis. O Jeſu mi, fac me ſuſtinere quemlibet cruciatum, modo tot ſponſæ tibi conſecratæ inducant animum ad obſervantiam vitæ communis: facis enim ut magno meo cum dolore videam, multas iſtarum miſellarum ad infernum deſcendere. O felices Religioſos! exclamavit aliàs, tantum honoratos à Deo, ut ipſemet velit eſſe eorum hereditas, quia propter ſuum amorem ſolenni voto res omnes alias dimiſerunt. *& multis ideo male ominatur.* O divitem paupertatem! quæ poſſeſſores facis ſummi boni: contra vero, Væ illis Religioſis, qui per actum proprietarium retinent ſibi quidpiam, cum eo negotiando, æque ac ſi nullam hujuſmodi obligationem haberent. Hei me! ſic enim abrenuntiant portioni ſuæ quæ eſt Deus, volentes & poſſidentes aliquid extra ipſum, contra promiſſionem ei factam. Utinam vero in hora mortis, quando ad diſcuſſionem venietur, non abnegentur ab ipſomet Deo, atque ab eodem ſummo bono ſuo æternum ſeparentur. O miſeri Religioſi, adeo excæcati in ſuo ſtatu! O ſimplicitas! ô paupertas! tantum collapſæ in Religionibus; tam parum cognitæ & obſervatæ ab iis qui vos profitentur. Novit Deus, utrum extremo in examine hujuſmodi cæcitas habitura ſit excuſationem; ubi non ſolum defectus, ſed multa etiam quæ nobis videntur eſſe virtutes, vitia & peccata fuiſſe deprehendentur.

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

E

206 Rapta aliquando in ecſtaſim ſancta Mater, vidit animam cujuſdam Religioſæ, quæ ex hoc mundo ad alteram vitam tranſierat cum opinione ſanctitatis, quia revera vitam laudabiliſſime traduxerat. Videbat autem illam circumquaque veſtitam gloria, unde nec poterat ſatiari aſpectu pulchritudinis tantæ: ſed oculos ad ejuſdem manus convertens, ſolas eas obſcuras vidit, & omni decore deſtitutas. Datumque eſt ei intelligere, id à divina Majeſtate ſic permitti; quia anima illa, cum adhuc viveret, multa dona fecerat perſonis ſecularibus, eo quod ex natura eſſet benevola ac liberalis: quapropter ſic exclamavit: O quantum defectus iſtiuſmodi diſplicet divinis oculis! quandoquidem animam iſtam, felicem aliàs, privavit luce iſta ſuprema, quam habuiſſet, ſi ipſe in ea non fuiſſet repertus.

Videt animam, aliàs beatam, ſed magna gloria ideo privatam,

F

CAPUT XX.

Eximia caſtitas Sanctæ, & media eam conſervandi, fugaque à colloquio & commercio cum ſecularibus.

207 QUæ voto perpetuæ virginitatis anno ætatis decimo ſe obſtrinxerat, & ipſum ſolennis Profeſſionis ſigillo poſtea confirmarat, omni deinceps vita illud ita ſervavit, ut moriens ſit profeſſa, uſq; tunc numquam ſciviſſe ſe quid ſit actus contrarius caſtitatis, aut quomodo ea maculetur. Hoc vero tanto fuit admirabilius, quod duobus primis ſuæ probationis annis graviſſime fuerit tentata ex parte ſenſus. Nempe (ſicut poſtea moriens retulit) numquam intellexit, quid dæmon, primis

CAP. LVII *Moriens fatetur eatenus neſciſſe ſe quid ſit peccatũ contra caſtitatem,*

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

primis iis quos ingerebat, quoſque citiſſime repellebat ipſa, motibus intenderet: & quia mentem habebat ab omni re ſenſibili alieniſsimam totamque occupatam in Deo, non comprehendebat qualis eſſet ea tentatio, ſed, Pugnabam, inquit, cum inimico ignoto. Poſtquam autem die XVII Septembris anni MDLXXXVII à beatiſsima, ad quam confugerat, Virgine velum iſtud candidum acceperat (*de quo Puccinus num.* 58) inſenſibilitatem quamdam hac in parte obtinuit: qua cum etiam S. Thomam Aquinatem donatum intellexiſſet, poſt heroicum illum actum per quem ab Angelis cingi meruit, ipſi ſemper devotiſsima fuit.

vel ſolus aſpectus ejus inſpirat amorem puritatis,

208 Quotquot illam cognoverunt, affirmant, quod omnis ejus aſpectus & geſtus ſpirabant quiddam illius puritatis, quam corde & corpore circumferebat: verba autem quibus cæleſtem hanc margaritam exaltabat, inducebant animos ad ipſius decorem concupiſcendum; ultroque fatebatur, à teneris annis fuiſſe ſibi divinitus impreſſum ſingularem amorem caſtimoniæ. Ipſum quoque corpus odoris aliquid exſpirabat, quod quæ experiebantur Monachæ non poterant ſimilitudine aliqua explicare. Tribus tamen ultimis vitæ ejus annis ſpecialius notatum fuit, quod cum jaceret in quodam infirmariæ cubiculo, per ſe male olente; quamdiu tamen ipſa in eo decubuit, nihil ingrati odoris perceptum ibi aliquando ſit; ſed ſuavis illa, quæ antea ex ejus corpore abſiſtere ſentiebatur fragrantia, nullo artificio, nullis aromatis rebuſve aliis odoriferis procurata. Porro expertæ Monachæ, quod non poſſent in ejus præſentia quiete conſiſtere, ſi quam vel leviſſimam labeculam contraxerant, ſed magna verecundia ſuffundi ſe ſolitas; priusquam ad conſpectum ejus venirent, reflexâ ſupra ſeipſas cogitatione, examinabant conſcientias ſuas. Sicut autem peccatis maculati non poterant coram ea conſiſtere, ſic & ipſa multum patiebatur, quando in eorum cogebatur venire præſentiam: ideoque, licet ſemper illibenter accedebat ad crates, longe tamen illibentius eo ibat, quando adeſſe ſciebat perſonas parũ timoratas. E contrario perſonis affli&is tentatiſſve maximo ſolatio erat ejus conſpectus, omnem formidinem ab eorum animis pellens. Sunt etiam quæ affirment, quod tentationibus pulſatæ conabantur ei appropinquare, & vel externam veſtem leviter contingere, eoque ſe liberas ſentiebant. Aliæ deponunt, quod vel ſolum exiſtentes in loco ubi erat; aliæ, quod ipſam eminus aſpicientes, vel de ipſa tantummodo cogitantes, expertæ ſint in ſeipſis effectus admirandos, dum ſerenaretur eis animus, quietabatur cor, & omnis tentationum moleſtia recedebat, ſubeuntibus in earum locum cogitationibus caſtis & affectibus piis.

B *immundis intolerabilis:*

C *ab aliis tentationes fugat,*

feraſque manſuefacit

209 Nec mirum quod religioſæ perſonæ, quæ ipſam pro Sancta habebant, norantque eximiam mentis ejus puritatem, & quomodo in omnibus ſuis externis & internis actibus ſemper manebat unita cum Deo, ex illius aſpectu, contactu, aut converſatione ejuſmodi mutationes experiebantur; quando etiam ipſæ ſilveſtres feræ illa præſente ſuam deponebant ferociam, eique ſubjiciebantur. Liburno miſſus erat capreolus vivus, uni Sororum donandus: qui inductus in monaſteriũ, effectus eſt adeo furioſus, ut malum aliquod ab eo timeretur; nec poterant Monachæ quantavis adhibita diligentia eum capere, ſed magis magiſque ferociebat; & ingreſſus aulam, in qua omnes erant, univerſas conterruit. Acceſsit illuc eodem tempore Sor. Maria Magdalena, & ivit ad beſtiam; quæ ſtatim ad ejus proſtrata pedes, facta eſt mahſueta atque tractabilis, & capi ſe, quoque volebat illa duci permiſit, Aliàs, dum menſæ accumbebant Monachæ, per apertam (neſcio qua occaſione)

duabus vi-

monaſterii portam ingreſſus moloſſus, ſeque concluſum videns, hac illac diſcurrere furibundus cœpit; venienſque in refectorium, terrorem cunctis intulit. Surrexit autem de menſa Sor. Maria Magdalena, eique approximans, apprehendit per aurem: ille vero, inſtar agni manſuefactus, perduci ſe ſivit ab ea uſque ad portam, & abiit. Poſtea interrogata quomodo non timuiſſet; Quia, inquit, una beſtia haud incommode aliam ducit. D

Gaudet ſermonibus de puritate;

210 Deſiderabat vehementer Sanctimoniales omnes inducere ad amorem puritatis, & quando veniebat in locum ubi de ea ſermo erat, ipſa lætitiis omnibus exultans dicebat, Quam libenter hic manerem, ubi ejuſmodi ſermo miſcetur! Sentiebat autem ſingularem affectum erga perſonas puritatem iſtam profeſſas, licet alioqui imperfectiores, quam erga conjugatas aut viduas quantumvis ſanctas; dicebatque, quod pro virtute illa in ſeipſa augenda, libenter toleraſſet quemcumque cruciatum; quia ad culmen ejus pertingere deſiderabat, quatenus eo poteſt perveniri in hac vita. Eâdem ex cauſâ ſingulari honore ac reverentia proſequebatur quaſcumque virgines. Accidit aliquando, in Choro cum Sanctimonialibus aſſiſtere puellam quamdam, recens ingreſſam monaſterium & ſecularibus veſtibus adhuc indutam: quæ videns ingredientem Sororem Mariam Magdalenam, & tam profunde ſe inclinantem ſingulis ac ſi earum famula fuiſſet, exiſtimavit hunc honorem ab illa haberi veſtitui religioſo, quo induebantur. Cum vero coram ſe poſitam vidiſſet ſimiliter inclinari, ſuſpicata eſt, ſecularem eam ceremoniam eſſe: ſed interrogando poſtea Novitias, ex illis didicit, bonam Matrem actu iſto reveritam in ea fuiſſe virginitatem ipſius.

virgines ſpecialiter honorat. E

Talem ſervabant,

211 Quamvis autem Deipara certam eam reddidiſſet, quod in virtute caſtitatis ſemper eſſet conſervanda; omni tamen cautela utebatur ad ejus cuſtodiam, ſemper timida ne tam pretioſam gemmam amitteret, per quam jus obtinebat ſequendi in Paradiſo Agnum quocumque ierit. Media autem, quibus illam tuebatur, hæc erant.

quotidiana Communio,

1. Si non impediebatur neceſſitate ſumendæ alicujus medicinæ aut ſimilis rei, ordinario communicabat quovis mane.

abſtractio à creaturis,

11. Dixit prius quam moreretur, quod ſemper habuerit magnum amorem erga creaturas rationales, tantum ut adimpleret præceptum dilectionis nobis relictum à Jeſu, & quia hic tantum eas amavit: ſed quod extra hanc dilectionem numquam ſenſiſſet vel minimam adhæſionem erga creaturam aliquam, neque permiſiſſet ut aliæ creaturæ ipſam amaſſent amore inordinato; quod ſi vidiſſet quamdam ex ſibi ſubjectis nimis erga ſe affici, continuo mortificaſſet eam, ſategiſſetque ad illius animum ab illo vinculo expediendum. F

ſermo de ſolis divinis,

111. De nulla re alia loquebatur quam de Deo & rebus ſpiritualibus, de mundo vero rebuſque mundanis ſermonem omnem horrebat: nec volebat ut filiæ ſuæ ſpirituales de mundo déve parentibus ſuis loquerentur; dicens, magnum defectum ſibi videri, quod perſonæ Deo conſecratæ per ſolenne votum caſtitatis, admitterent in cor ſuum vel minimam cogitationem aut verbum proferrent, non conveniens ipſarum profeſſioni. Multo minus ſuſtinuiſſet ſermones induci de matrimoniis, affinitatibus, prægnantibus, parturientibus, aliiſque ſimilibus, quos ſermones ipſa ſcandaloſos exiſtimaſſet, nec ullatenus toleraſſet.

cautela cujuſcumque contactus,

IV. Neminem tangebat, nec tangi volebat ab ulla, citra maximam neceſſitatem: & in ultima trium annorum infirmitate eo redacta, ut per ſe in lecto moveri non poſſet, ſed de latere in latus transferenda

á Soro-

A à Sororibus eſſet, dicebat: Si creditis, Sorores, quod hujuſmodi contactus poſſit officere caſtitati, relinquite me ut ſum; libenter enim ſuſtinebo tormentum iſtud, atque in hoc uno latere computreſcam.

fuga colloquiorũ cum ſecularibus

v. Subterfugiebat, quantum poterat, acceſſum ad crates ut loqueretur ſecularibus. Dico, ſecularibus: quia ad crates illas ordinarie non accedunt Religioſi, cujuſcumque ſint Ordinis, niſi forte frater aut proximus conſanguineus alicujus Monachæ, idque raro, nec niſi cum licentia prævia & ſcripto obtenta. Quando autem ad crates vocabatur, plangebat; oportebatque eam illuc per obedientiam adducere: inter eundum vero ſolebat Novitiis ſuis dicere, Orate pro me, quia appellor ad crates; & alicui mandatum relinquebat, ut, quæſito prætextu cito requireret ipſam. Dicebat etiam, quod eo tempore libentius fuiſſet in Purgatorio, quam ad cratem cum ſecularibus: adeoque abhorrebat locum iſtum, ut grave ac moleſtum ipſi accideret vel ſolum iſtac tranſire; unde ajebat, Chriſti Sponſas aliud non referre quam inquietudinem, perturbationem & tentationes. Ordinarie autem ſolebat appellare Locum diſtractionis: & quando audiebat per domum nominari Locutorium; Ego, inquiebat, non Locutorium, ſed Purgatorium dicerem. Exhortabatur ergo Sorores omnes refugere à cratibus, dicens: Recordamini, Sorores, quod ſitis conſecratæ Deo, nec unquam à cratibus redire Monacha poſſit, quin poſtea neceſſe habeat multum temporis impendere, ut redeat ad illam internam pacem in qua prius fuerat: quia ſermones & colloquia ſecularium plerumque relinquunt aliquid pulveris, & quandoque offuſcant candidum lilium caſtitatis. Si ergo videbat aliquam hilari vultu ad Locutorium accedere, dicebat, Apparet Soror, quod necdum integre noſtra ſis: proprium enim Monacharum S. Mariæ Angelorum eſt, triſtari, non lætari, quando vocantur ad crates. Contra, videns communiter in pleriſque averſionem à cratibus, exhilarabatur, exiſtimabatque hunc eſſe fructum quotidianæ Communionis.

& horror loci eo deſtinati,

B

atque commercii litterarii cum eiſdem.

vi. Non habuit unquam commercium aut correſpondentiam cum perſonis ſecularibus aut religioſis extra monaſterium, nec communionem per litteras cum perſonis mundanis: magnamque ſentiebat repugnantiam, ſi quando cogebatur accipere vel ſcribere Epiſtolas: dicens non convenire, ut Sponſa Jeſu Chriſti ſcribat aut accipiat litteras à ſecularibus: quia per horum litteras renovatur in mente memoria rerum mundanarum. Quando autem ab illis Epiſtola aliqua veniebat, qua ipſam orabant ut pro negotio aliquo Deum vellet orare; Mater Prioriſſa, quæ ſcilicet noverat quantum faſtidii moleſtiæque inde hauriret, ordinarie illam ſupprimebat, neque dabat aut legebat ipſi, neque ipſas commendationes in particulari renuntiabat; ſed Monachis omnibus ſimul exiſtentibus, præſente etiam Sorore Magdalena, in genere commendabat ut orarent pro ejuſmodi negotiis; certa, quod illa, ut erat obedientiſſima, id eſſet factura accurate; itáque ſeculares habituros intentum ſuum, nec minus Magdalenam quod optabat, manentẽ abditam & reductã à ſeculo, quærentẽque placere ſoli Deo procul à commercio creaturarum. Hinc pauciſſimæ illius inveniuntur Epiſtolæ: & ipſæ illæ paucæ, non niſi per obedientiam ſcriptæ ſunt, ſicut dixi de ea quam ſcripſit Principiſſæ Mariæ, Franciæ Reginæ. Scripſit ei aliquando D. Ludovicus Capponi conſanguineus ſuus Epiſtolam, qua petebat ejus orationes in quadam ſua afflictione. Judicavit Prioriſſa tradendam Epiſtolam, & ipſa oravit ut fuerat rogata: ſed Epiſtolæ non reſpondit. Quia autem Dominus iſte reſponſum cupiebat, neceſſe fuit ut Pater Confeſſarius ſub obedientia id ei imperaret: & ſic reſpondit, conſolans eum. Ille magno ſuo cum ſolatio acceptam Epiſtolam deinceps velut Reliquiam in honore habuit; nec enim eatenus viſa erat ulla ejus ad aliquem ſecularem Epiſtola.

Solis quando que religioſis ſcribit,

EX ITAL. VIRGILII CEPARII.

211 Porro modus ſtyluſque ſcribentis ſimplex erat ac ſpiritualis, abſque ullis ceremoniis, quemadmodum æſtimari poteſt ex ſequenti breviculo. Scriptum mihi à Superioribus meis Roma fuerat, ut ſuſciperem regimen noſtri Collegii Florentini anno MDXCVIII: hærebam autem dubius quid mihi eſſet faciendum, quippe qui ſatis notam haberem imperfectionem meam, & quam parum aptus eſſem ejuſmodi oneri. Rogavi ergo illam ut vellet orare, ac poſtea mihi diceret quæ ſibi Dominus inſpiraret. Fecit quod rogaveram, & poſtea cœpit mihi oretenus reſponſum dare: ſed ego, qui deſiderabam ſcriptum ab ea reſponſum habere, oravi ut litteris conſignare vellet quæ mihi dicebat, ut eorum numquam oblivi ſci poſſem. Quod obſequenter annuens, manu propria conſcripſit chartam, quam pro Reliquia penes me ſervo; tenorem autem ejus verbatim hic referam, ut omnibus in regimine conſtitutis uſui eſſe poſſit.

ſtylo ſimplici ac pio,

cujus ſpecimen exhibet

JESUS. MARIA.

epiſtola ad auctorem.

REverende in Chriſto Pater. Ut obedientiam veſtram impleam, ſcribo modicum iſtud, quod mihi in mentem venit circa quæſtionem veſtram, videlicet.

1. Ut ſuſcipias onus regiminis cum illo amore, quo Dominus noſter acceptavit crucem.

11. Ut maneas in illo cum illo amore & animi ſerenitate, qua manſit in cruce ſua Dominus noſter.

111. Ut in eo aliud non quæras quam quod quæſivit Dominus manens in cruce, videlicet pati, amare, dare gloriam Patri ſuo, & orare pro crucifixoribus.

Si aliud quidpiam tibi dixi, oblita ſum: quia, ut noſti, nullam habeo memoriam. Benedicite.

Ora Deum pro me, ut illuminet animam meam, pro re quadam particulari, quæ mihi adfert dubietatem & faſtidium. Jeſus te repleat zelo ſuo.

Hactenus Vita, compoſita impreſſaque à Virgilio Cepario, *quando* Beatarum *numero primum adſcribebatur* Maria Magdalena, *anno* MDCXXVI: *qua ſequuntur Capita adjunxit* Joſephus Fotius, *poſt ſolennem Canonizationem ejuſdem; & cum priori* Ceparii *labore, primum vulgavit anno* MDCLXIX.

CAPUT XXI.

De oratione & contemplatione Sanctæ, nonnulliſque ſenſis & affectibus ſub ea ipſi communicatis.

A puerſtia addicta orationi,

JAm inde à teneris annis cœpit uſurpare & diligere meditationem myſteriorum vitæ, paſſionis, & mortis ſui amantiſſimi Redemptoris, ſicuti ſupra dictum eſt: tantaque erat conſolatio quam inde hauriebat, ut commoditatem captans ad continuandum exercitium iſtud, tam in domo paterna quam in monaſterio S. Joannis, induſtrie exquireret ſecretiores angulos, ubi non impediretur; manebatque ibi intra ſe reducta, per ternas quaternaſve horas, fere ipſa non ſentiens moram temporis tanti. Quia autem parciſſimum cibum capiebat, reprehenſa ab ea quæ illius gerebat curam, reſpondit, Plus comedendo impedirem mihi orationem, quæ magis ſubſtantialis eſt cibus. Et revera id ipſa experiebatur:

212 CAP. LVIII

EX ITAL. IOSEPHI FOTII.

tur: orabat enim tanto cum animæ ſuæ fructu, quantum monſtrabat exolutio ejus ab omni vanitate, & mortificatio ſuæ univerſæ voluntatis, etiam in rebus licitis; atque ardens deſiderium creſcendi in perfectione & recollectione internarum omnium animæ potentiarum ac ſenſuum corporis: adeo ut operans & laborans maneret ſemper cum Domino ſuo; qui poſtquam eam extraxit de mundo, non multum operis habuit in ea, mox atque religioſo habitu fuit induta, ad gradum altiſſimæ contemplationis ſublevanda.

indeque ad ſublimem contemplationem evecta,

213 Recitabat Officium magna cum reverentia & devotione; & excepto infirmitatis tempore numquam deſiderari ſe patiebatur in Choro diu noctuve, niſi forte ea hora ipſam aliter occupaſſet obedientia. Quando autem propter infirmitatem nequibat ad Chorum accedere, neque ipſum Officium recitare, faciebat illud ſibi recitari ab aliis; recitanteſq; audiebat quã devotiſſime, pectus ſuum in fine percutiens, atq; dicens, *Deus propitius eſto mihi peccatori:* hæc pars mea eſt, neque mereor amplius dicere. Quidquid ab exercitiis communibus temporis ſupererat, noctesque integras impendebat orationi, aut (ut verius dicam) contemplationi altiſſimæ, conjunctæ extaticis raptibus adeo frequentibus, jám indè à ſuo Novitiatu, nec ſine maxima ſua mortificatione apparentibus, ut aliam gratiam nec deſideraret nec peteret amplius, quam eos non habere, ſed nihilominus manere unita Deo, in ipſis exterioribus occupationibus & laboribus diſtractivis.

etiam ægra recitari ſibi Officium cupit:

optans ſine ecſtaſibus Deo unita manere,

B

214 Viſus eſt autem Jeſus, die IX Junii anno MDXC, inclinari ad ejus preces ſuper hoc exaudiendas, quia aliter non conveniſſet pro majori ejus honore & gloria atque animarum ſalute. Die autem VII Martii anno MDXCIII, rapta in ecſtaſim, ſecundum omnes animæ potentias & corporis ſenſus recepit novum robur Spiritus ſancti, concedente illi Domino idem lumen eamdemque unionem ſecum, quovis loco ac tempore ſecundum naturam ageretur, atque cum inveniebatur abſtracta à ſenſibus. Itáque ſenſit inflammatam eſſe voluntatem ſuam igne Spiritus ſancti, ut poſſet eumdem actum amoris Dei & proximi continuare, quando in ecſtaſi erat. Deinde infudit ſe intellectui ejus, ad inſtar ſplendentis radii, ut idem lumen haberet: indeque per modum rapidi fluminis inundavit memoriam, fœcundando eam ut ſemper recordari poſſet Verbi incarnati, eorumque quæ *in divinis* operantur tres divinæ Perſonæ. Animadvertit denique, quod Dei gratia inſtar novaculæ radebat ſibi crines, id eſt, deſideria & cogitationes, renovando eas ut eſſent deinceps omnes cæleſtes, puræ, & amoroſæ. Imo ſenſit, quod Deus in ſpecie ſonoræ vocis ſe communicabat ſenſibus ſuis, ut audire poſſet illam vocem, Honor Deo & gloria; unde intellexit, quidquid videret, audiret, loqueretur ac operaretur, id totum futurum ad Dei honorem & gloriam.

id impetrat an. 1593.

C

215 Tunc etiam vidit quod Dei Filius æternus, de throno ſuo deſcendens, in ætate annorum duodecim, in cor ipſius venit, iſtic ſemper manſurus: & quemadmodum ipſe inter Doctores interrogabat eos, non docendus, ſed docturus; ita in corde ejus manens, volebat ipſam continuo interrogare, id eſt docere, dando ei cognitionem viæ ſuæ majeſtatiſque & bonitatis: deinde deſiderabat ut illa ipſum interrogaret viciſſim, id eſt, ut diligenter & accurate ſcrutaretur ipſius opera, & qualis Dei voluntas eſſet tam circa ipſam quam circa proximum. Quoties autem aliquod horum donorum recipiebat, ſentiebat pœnam in corpore, atque exclamans magna voce dicebat, O Verbum, ô Verbum, recordare quod ſim creatura mortalis, & quod fragile vaſculum tolerare nequeat violentiam tantam. Cum Deus ſic eam impleviſſet ſuis donis, faciebat aquilam ſemper volantem, id eſt, ſuper alas contemplationis tenebat, defixam intuendis fruendiſque perfectionibus & veritatibus divinis: ex quo viſu ſic remanebat abſorpta, inter mirabiles delicias ejus qui ipſam probabat, tantumque accenſa in amore Dei & creaturarum capacium divinæ electionis, ut videretur tota ſibimet-ipſi mortua & inflammata deſideriis ſanctis, ac zelo ardenti trahendi omnes animas, ſi poſſibile fuiſſet, ad cognitionem & amorem Domini ſui; qui non videbatur unquam ſatiari perficiendo & purificando ſanctam iſtam animam, per ſuos gratioſos influxus.

ſedem ſibi capienteVerbo in corde ejus.

D

216 Deus denique die X Junii anno MDXCIX, infundi ei fecit tam efficax donum perſeverandi in gratia; tantumq; roboris in potentiis animæ & ſenſibus corporis, mediante S Angelo Carmelita, ut in poſterum iis aliter non uteretur quam ad Dei honorem & proximorum utilitatem. Videbat autem quod Sanctus pretioſo quodã & odorifero unguento ungebat ſenſus ſuos, primum oculos, deinde aures, os, manus ac pedes: finita vero unctione exteriori pergebat ad animam: ac voluntati quidem imprimebat duo ſigna, Primum, eſſe ſemper conformem divinę voluntati in rebus omnibus, & voluntati omnium creaturarum, cui non ſubeſſet Dei offenſa; Secundum, non mutari vultu, niſi in caſu neceſſariæ reprehenſionis, ut poſſit intelligi, quo caſu ſatis eſt, ſi cor non mutetur. Deinde purificabat memoriam, inſcribẽdo ei ſeptem monita. I. *Pacem relinquo vobis, pacem meum do vobis.* II. *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* III. *Meus cibus eſt ut faciam voluntatem ejus qui miſit me, ut perficiã opus ejus.* IV. *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.* V. *Qui autem ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus & demergatur in profundum maris.* VI. *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* VII. *Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt.* Intellectui inſeruit tria ſpecula, I, Dei puritatem, ut ejus amore teneretur; II, Communicationem ipſius Dei, ad imitandum communicando ſe proximo; III, Caritatem omnium Beatorum, & varias virtutes cunctarum ſuarum Matrum atque Sororum, ut prompta atque parata ſit impendere eis omnem vitam, ſcientiam ac potentiam ſuam. Deinde purificavit cor ejus, in eoque collocavit tres petras, I, ut ibi requieſceret Verbum ſimul cum ſalute proximi; II, ut ibi requieſceret Spiritus ſanctus cum complacentia omnium Electorum; III, ut ibi requieſceret Pater & ſalus ſua propria. Lavavit poſt hæc animam ejus ſanguine Jeſu, eâque ſic lotâ dixit ipſa, *Lavit animam meam in ſanguine Sponſi mei*, ita ut futura ſit alba inſtar liliorum, & rubicunda inſtar roſarum: & poſuit in eadem lucernam, id eſt, cognitionem propriæ nullitatis atque abjectionis. Inde purificans concupiſcibilem facultatem, tria ei deſideria indidit, I, ſalutis animarum, non ſolum fidelium, ſed etiam infidelium; II, deſiderium paupertatis; III, deſiderium ut unaquæque creatura diligat aliam. Denique purificavit intentionem, mandans ut per eam continuo requieſceret ſub umbra juniperi, id eſt, Paſſione Jeſu: quia, ſicut juniperus tacta pungit, ſic meditatio Paſſionis generat compunctionem & compaſſionem: ipſa vero umbra non eſt alia, quam dare honorem & gloriam Deo, *Non quæro gloriam meã.*

Anno 1599 infunditur ei donum perſeverãtiæ

purificans ſenſus externos,

E

potentias animæ,

& cor ejus.

F

217 Non tamen, quia ſic fruebatur illuſtrationibus & inſtructionibus divinis, recuſabat directionem Patrum ſuorum ſpiritualium, quoad exercitium orationis ac contemplationis, idoneum reformandæ vitæ & moribus ſanctificandis. Anno igitur prædicto MDXCIX, cum vidiſſet gloriam S. Joannis Euangeliſtæ & S. Ignatii Confeſſoris, de cujus ſpiritu multa mirabilia

facit Exercitia S. Ignatii,

A mirabilia dixit; voluit menſe Novembri cum tribus aliis Matribus facere exercitia ejuſdem S. Ignatii, directore utens P. Virgilio Cepario, ejus qui hanc hiſtoriam pro majori parte ſcripſit. Fecit autem illâ maximâ ſuâ cum conſolatione, ſublimemque de ipſis conceptum formavit; & dum vixit ſæpius eadem dedit Sororibus, docens eas, quomodo in praxim deducenda eſſent lumina & inſpirationes, quas inter ea Dominus communicabat. Atque hinc poſtea invaluit uſus in iſto venerabili monaſterio, faciendi quotannis prædicta Exercitia ſpiritualia, cum profectu non exiguo & incremento in ſpiritu ac ſtudio orationis.

CAP. LIX *Simplici intuitu divinorum contemplando utitur,*

218 Porro contemplatio & oratio ſublimior, quæ poteſt exerceri ſuper terram, ſive ea paſſiva ſit & infuſa animæ, acceptanti intra ſe operationem divinam; ſive activa & acquiſita auxilio gratiæ, labori & induſtriæ humanæ ſe jungentis; non eſt aliud quam attentus ſimpliciſſimuſque intuitus perfectionum divinarum, veritatumque & myſteriorum, cauſantium affectus amoris, gratitudinis, zeli, contritioniſque, & mille aliorum ſimilium motuum; aut vero unius ſolius motus, tenentis animam defixam in eodem attento, ſimplici, atque affectuoſo intuitu. Hoc vero exB ercitium, quod in multis animis fuit & eſt paucarum dumtaxat horarum (dicente Bernardo, *Rara hora, brevis mora*) in Sancta noſtra fuit continuum: quia qualiſcumque res ei ſerviebat, ut mentem immobiliter affectuoſeque defigeret in Deum, ejuſque perfectiones vel attributa, dulciſſimo ſub ſilentio, contuenda: niſi quod aliquando, non advertens ipſa, vocibus bene articulatis exprimebat ſenſus & affectus, quos in anima ſua percipiebat: quorum ſpecimina quædam magis utilia huc conferre placet.

vocibus articulatis viſa exprimens.

219 Anno MDLXXXIV die V Januarii, rapta à ſpiritu ad contemplandam beatiſſimam Virginem, cum filio unigenito inter brachia, exangui ac mortuo, ſacras ejus plagas affectu pleno compaſſionis conſideravit, & dixit; Plagas pedum, manuum atque lateris quatuor ardentes eſſe fornaces; nam utriuſque pedis plaga unicam ei fornacem repreſentabat. In *ſic an. 1584 vulnera Chriſti, 4 fornacibus comparat:* prima earum, pedum videlicet, immittitur ferrum, ut emolliatur. Peccatores obdurati ſunt inſtar rigidi ferri, quod tamen fornaci immiſſum emollitur ad quidlibet inde fabricandum. Ita cum peccatores intrant in plagam ſanctorum pedum Jeſu, molleſcit durities cordis eorum, liqueſcuntque in lacrymas veræ contritionis propter culpas commiſſas, ut de iis C jam poſſit diſponere Deus in quoſcumque voluerit uſus. In ſecunda fornace, manus ſcilicet ſiniſtræ, coquuntur ſaxa, ad conficiendam calcem in uſum fabricæ; ſuntque peccatores converſi, qui augent ædificium Sanctæ Eccleſiæ, ſicut fecerunt Paulus & Magdalena; quorum converſio adeo magnam utilitatem Eccleſiæ attulit. In tertia fornace, quæ eſt manus dexteræ, formantur vitra, id eſt, Virgines. Quamvis enim vitrum non ſit tam utile atque aliæ multæ res majoris valoris, ſervit tamen ad ornatum, & oculis gratum ſpectaculum præbet; ſic etiam Virgines, licet non adferant Eccleſiæ emolumentum quantum Martyres, Confeſſores, & Doctores; negari tamen haud poteſt, quin Eccleſiæ magno ornatui ſint, multumque in eis ſibi complaceat Verbum divinum. Quarta fornax ſacri lateris eſt, in quam mittitur aurum: & in hanc fornacem omnes illi intrant, qui ſunt in caritate conjuncti Verbo per fidem & amorē. Hic autem ſubjunxit: Ad duos fines utimur auro, ad ornatum ſcilicet & ad compagem gemmarum. Ad ornatum eo uſus eſt Rex Salomon, quando *fecit ſibi Rex Salomon de ligno Libani reclinatorium aureum, adſcenſum purpureum media caritate conſtravit.* Servit etiam aurum ad compagem pretioſarum gemmarum, quas

niſi eo incluſæ eſſent facile perderentur, & minus eluceret earum pulchritudo ac pretium: ſic omnes virtutes, niſi colligentur in caritate, periclitantur ne pereant; & ex caritate exercitæ, gratiores ſunt Deo, & magis faciunt ad ædificationem proximi. EX ITAL. IOSEPHI POTII.

220 Eodem anno MDLXXXIV die XXII Januarii, ſublevata in altiſſimam contemplationem myſterii ſanctiſſimæ Trinitatis, ipsâque ejus admirabilitate attonita, replicabat: Incomprehenſibilis Deus, æterna eſt magnitudo tua & ineffabilis tua bonitas. Video, & videndo mihi complaceo, tres Perſonas influere unam in alteram divinos ſuos influxus, modo indicibili & inſcrutabili. O incomprehenſibilis Deus, mirabiliſſime & æterne! quamvis immenſus & inſcrutabilis ſis, es etiam indicibiliter bonus, quia per bonitatem tuam communicas creaturæ, firmatæ in cognitione ſuæ nullitatis, cognitionem aliquam tuæ æternæ eſſentiæ. Quantumcumque tamen admirabilis ea communicatio ſit, dici tamen poteſt cum veritate, quod purum nihil ſit, reſpectu ejus communicationis quæ inter Deum & creaturam intercedit. Influunt tres divinæ Perſonæ divinos ſuos influxus in omnes Beatos Paradiſi, & ipſi Beati refluunt in Patrem, Filium, ac Spiritum ſanctum, cum laude & gratiarum actione, magnificando, benedicendo & B exaltando ſanctiſſimam Trinitatem continuo & inceſſanter. Influunt etiam tres divinæ Perſonæ in creaturas omnes, quotquot in mundo ſunt; & Verbum incarnatum reinfluit mittendo dona ac gratias creaturis, quatenus per eas ſic diſponantur, ut tota ſanctiſſima Trinitas in iis ſibi complacere poſſit. Video Patrem, qui aſpirat ſalutem creaturis; obſervo Filium, reſpirantem in ipſis creaturis; Spiritum vero ſanctum inſpirantem iiſdem. Aſpiratio quam facit Pater, eſt quaſi deſiderium quo ardet, cupiens ſalutem creaturarum; reſpiratio quam facit Filius, eſt ejuſdem requies in anima, dum eam divino Patris aſpectu dignam efficit: inſpiratio Spiritus ſancti, eſt illuminatio quam inſpirat, ut poſſit anima progredi de virtute in virtutem, donec videatur *Deus deorum in Sion.* Et hæc eſt continua operatio ſanctiſſimæ Trinitatis in creaturis. *explicat myſterium SS. Trinitatis, ad intra,* *& ad extra ſperantis.*

221 Dicebat etiam, quod ſanctiſſima Trinitas ſpecialiori modo influit in Religioſos eoſdem divinos influxus. Sed eos, inquiebat, recipiunt tam differenter, ut nequeam ſatis id admirari. In hac autem admiratione ſuſpenſæ ſubito monſtravit Deus Religioſam quamdam, ipſi incognitam, quæ iſtos influxus non recipiebat, iiſdem indignam ſe reddens; eo F quod volebat perſeverare in peccato mortali, unde etiam ſtipata erat maxima dæmonum multitudine, multis catenis ligatam eam tenentium. Plena illa ad hoc ſpectaculum ingenti terrore, non deſinebat lacrymari & plangere: cumque ſic ſtaret cogitatione defixa in animam prædictam, ſubito eamdem vidit in profundum inferni miſerabiliter detrudi, una cum ſpiritibus omnibus infernalibus. Hanc adeo horrendam viſionem pati nequiens, emiſit clamorem tam validum, ut quaſi per totum monaſterium audita fuerit, atque dicebat: Anima religioſa? Ah! numquam credere potuiſſem, quod obſtinata voluntate in peccato mortali, non tantum vivere, ſed etiam mori voluiſſet. Aliàs de myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis dixit: O quam pulcher circulus eſt ſanctiſſima Trinitas, inſcrutabilis, incomprehenſibilis! In hoc circulo Speculum eſt, Liber, & Fons. Speculum intueri debeo, ſtudere in Libro, lavari Fonte. Speculum eſt Verbum incarnatum; Liber in Patre & in ejus pectore, Fons in Spiritu ſancto. *videt Religioſam in peccato obſtinatam damnari.*

EX ITAL. IOS. POTH

CAPUT XXI.

Devoti ſenſus S. Mariæ Magdalenæ ſupra myſterium ſepulturæ Chriſti, & Aſſumptionis Deiparæ Virginis.

222 CLX *An* 1585 *rapta ad horas* 40

ANno MDLXXXV die XII Maji, rapta in ecſtaſim per horas continuas quadraginta, in memoria horarum quadraginta quibus ſanctiſſima Chriſti humanitas manſit in ſepulcro; præter affectus varios ac devotiſſimos, conſiderando, modò corpus collocatum in ſepulcro, modò animam reclinatam in ſinu æterni Patris; audita eſt etiam in perſona Virginis dicere: *Adoro filium meum & unigenitum tuum. Offero tibi pro omni creatura ſanguinem, quem effudit ipſe unigenitus filius tuus, pro redemptione humana.* Et poſtea, *Date mihi filium meum & ſponſum meum, qui fuit conſolatio mea, & hac hora eſt afflictio mea; conſolatus & contriſtatus eſt me.* Oſtendebat ſe conſiderare totum corpus Jeſu de parte in partem, oſculabaturque plagas, & latus intuendo, dicebat; Quare non intrant omnes in latus tam apertum, atque in tam profundam cavernam amoris? Cumque videretur ſibi eum videre ſepultum: Nunc, inquiebat, recte diceretur, quod plus quam unus Paradiſus ſit: ubi enim eſt eſſentia tua, ibi & Paradiſus eſt. Paradiſus ergo eſt in ſepulcro, Paradiſus in limbo, Paradiſus in purgatorio: & quid amplius? Paradiſus in inferno. Ac paulo poſt: Quam multi, quam multi, ô Verbum, ô Sponſe, te volunt clauſum ſepulcro tenere; non audendo, imo timendo confiteri nomen tuum in conſpectu creaturarum! Alii vero, querentes quod nullum donum à te accipiant, concluſum te tenent: & alii propter commodum proprium te amittunt.

videtur ſibi ſepultura Chriſti intereſſe:

B

223 Hic vero cum aliquantum ſilentium tenuiſſet, in perſona Virginis advocavit Magdalenam, Petrum, Joannem & Jacobum, ut ingrederentur ſepulcrum, & obſequia ſua Domino redderent. Laudabat etiam devotionem atque amorem Joſephi & Nicodemi, cum quibus ſepelierant Jeſum. Vos, inquit poſtea omnes alloquens, hic inſimul colloquium facietis cum filio meo; & ego mente comitabor eum in quocumque fuerit loco: ſi in ſinu Patris, in ſinu ejus; ſi in limbo, in limbo; ſi in ſepulcro, ego quoque in ſepulcro ero. Tunc loqui deſinens, largo temporis ſpatio monſtrabat ſe ſtare admirabundam, quia videbat animam Verbi reclinare ſe in ſinum Patris cum ſua Divinitate, & paulo poſt dixit: *Vidi animam Verbi collocare ſpiritum ſuum in eſſentia Divinitatis.* Cumque æternus Pater oſtendiſſet ei exaltationem & glorificationem Verbi incarnati, datam ei propter humiliationem ſuam; ipſa, demonſtrans ſe audire & videre res magnas, cum maxima admiratione & complacentia, rurſus poſt longum ſilentium in hæc verba prorupit: *Et conduxit me in locum magnum & altum,* circumdatam à dextris & à ſiniſtris ſonitu tubarum, citharæ & pſalterii, aliorumque inſtrumentorum muſicorum, quorum ſuavis ſonus eſt inenarrabilis, dulcedo incomprehenſibilis, melodia inexcogitabilis. *Vidi animam Verbi quieſcere, collocari, & dilatari in ſinu Patris.* Tunc ad ſilentium ſe admirabunda recepit; intellexitque fructus, quos conſequebatur natura humana & angelica ex paſſione Verbi incarnati; infelicemque ſortem angelorum apoſtatarum & hominum criminoſorum, contra quos extollens vocem, Ite, inquit, ululate, clamate quantũ vultis: *Et collocavit eos in inferno, & ſublimavit humanitatẽ noſtrã in confuſione ejus. Vidi glorificationem meam, & omnis creatura in ipſo.*

& receptioni animæ in ſinũ patris:

C

224 Deinde proſecuta ſermonem addidit: Tu nimium infinitus & nimium magnus es, ideoque intelligi non potes; à me ſcilicet, quæ ſum plena ignorantiæ & cæcitatis; imo etiam in genere ab univerſis: ita, ita. Intelligêris tamen poſtea: ſed, ô quando? Quando diſſolvetur illud, quod modo per conformitatem quidem, ſed non per complacentiam unitum eſt? Ah! quomodo mors vita eſt, & vita mors, nempe per conformitatem, ei qui amplius te cognoſcit. Qui amplius te cognoſcit, amplius etiam patitur, eo quod non teneat te. Hic vero cœpit ratiocinari de quinque ſpeciebus conformitatis. Prima per ignorantiam habetur, eſtque illa, quæ lumine privata, nec cognoſcens Dei magnitudinem aut animæ dignitatem, committit peccatum, & poſtea ſe obvolvit ficta quadam humilitate, quæ ad nihilum valet. Secunda eſt per naturam, & hæc durabilitate caret, propter inſtabilitatem naturæ noſtræ. Tertia conformitas exiſtit per gratiam, atque hæc eſt humilis proceditque à Deo, utilis quoque eſt ſibi & proximo. Quarta naſcitur ex admiratione, eſtque permanens, humilis, & gratiâ plena. Ultima fit per amorem, eſtque ſublimitas conformitatis, naſcens ex intima cognitione magnitudinis divinæ, procedenſque ex pura voluntate. Hæc autem conformitas non eſt obvoluta, ſed pura, ſimplex, & ſincera, placetque ſanctiſſimæ Trinitati, ſibique & proximis utiliſſima eſt. Animæ ſic conformatæ per amorem tanti eſt Paradiſus, quanti Infernus; & tanti Infernus quanti Paradiſus; tanti cælũ, quanti terra; tanti natura humana, quanti Angelica; tanti ipſa creatura rationalis, quanti beſtia; tanti lux, quanti tenebræ. Etenim per intimam iſtam Dei cognitionem nihil novit, derelinquens ſe veluti mortuam inter manus Dei: hoc autem procedit ex intimo illo & ardenti amore, quo fertur in Deum. O conformitas ſublimis! quæ ſimul unit res tam contrarias, eſtque veſtimentum nuptiale caritatis, qua fœcundata anima tamquam vitis generat illum ſuavem fructum uvæ, unde exprimitur vinum, Deum ipſum inebrians. O deſiderium anxium! quod inſtar torcularis ſuaviter exprimit fructus ipſius animæ, in ſalutem proximorum, Dei honorem, & propriam utilitatem.

cujus magnalia intelligere cupiens, optat mori.

D

exponit 5 ſpecies conformitatis,

E

225 Hic rurſum ſilentium aliquamdiu tenuit, inter ſigna admirationis, propter exiguum numerum electorum, reſpectu longe maximæ multitudinis reproborum, quos videre ſe dicebat: numeravitque varios ordines Sanctorum innumerabilium & Spirituum beatorum, Verbum divinum feſtive circumdantium: & deteſtans culpas atque peccata mundi, replicabat: O ſi vitã dare poſſem, ut auferrentur tot iniquitates! Etiamſi tolerandus mihi eſſet Infernus, cujus in præſentiarum video partem tolerare, putaretur is mihi Paradiſus eſſe, modo de medio tollerentur Infernus æque ac Paradiſus. Ardebat rubus Moyſis, nec conſumebatur: aſt ego conſumor, & non ardeo. O Verbum! Non amplius ſint peccata, non amplius peccata. *O bone Jeſu*, quomodo tibi hodie in me complaceo, qui te non cognoſco, non intelligo, non amo? Hic vero, geſtibus oſtendens totam ſe conſumi, Jeſu mi, ajebat, neſcio an intendas ut corpus meum hoc modo deſtruatur: neſcio utrum ſim in cælo an in terra, in inferno an in abyſſo. *O bone Jeſu! ô bone Jeſu! Si aſcendero in cælum, tu illic es; ſi deſcendero in infernum, ades. ô bone Jeſu! ô bone Jeſu!* Totus amor es: ſed purus amor, *ô bone Jeſu!* Jeſu mi, nec te, nec me intelligo. Utrum in te ſim, tu noſti. Utrum ſim in terra neſcio, an in cælo, tu ſcis: utrum in purgatorio, non. In inferno? Audebo dicere, quod ex eo tam multum participem, ut neſciam ubi vel quid ſim. Nihil ſum, & ſum res infinita, quatenus procedo à te qui infinitus es: omnes enim creaturæ infinitæ ſunt, quatenus à te infinito procedunt, ſed quoad ſuum eſſe ſunt nihilum. Quia autem ſunt infinitæ, intelligunt res infinitas; comprehendunt amorem tuum, qui eſt infinitus; amant te, qui es infinitus; poſ-

petitata humani generis deteſtatur,

F

liqueſcit amore Jeſu.

A sident te, qui es infinitus. Utrum sim, an non sim, utrum intelligam, vel non intelligam, tu nosti; possemque cum Apostolo tuo dicere, *Sive in corpore sive extra corpus nescio, Deus scit.* Non curo ut hoc intelligam vel sciam. Tu totus misericordia, totus justitia es. *Bone Jesu! bone Jesu! Benedicam Dominum in omni tempore.* Veni, Verbum, Veni. *Venies autem ad me cum exultatione.* O Sponse amantissime supra omnem favum dulcissimi mellis, quantum, quantum cunctaris venire ad me; venire, inquam, per præsentiam tuam, nam per essentiam jam te habeo. Convertantur oculi potentiæ tuæ & respiciant creaturam, peccatis tantopere deformatam, sicut novit cui id intelligere dedisti, quique tormentum sustinuit hujusmodi visionis. Magis equidē eos miror qui offendunt potentiā, sapientiam & bonitatem, quam eos qui te amant.

226 Paulo post ostenditsigna lætitię & jubili, videns æternum Verbum triumphāliter ad Limbum cum anima sua descendere, ad consolandas imo glorificandas animas illas: & exorsa beatissimam Virginem alloqui, *In psalterio*, inquiebat, *psallam tibi & adorabo ad templum sanctum tuum.* Templum eras, ô Maria, & templū erat filius tuus. Tu videbas te in ipso, & ipsum in proximis. Tu eras pulcherrimum templum, in quo fieri debebat digna ista oblatio, quia non fueras sanctificata, sed immaculate concepta. Et postea: *Vidi*

B *thronum Dei altum & elevatum, sedentem in eo Mariam, matrem Jesu* circumdatam liliis & stipatam quatuor Angelis. Quæ glorificatio poterit dari Mariæ propter vocationem tam eximiam, factam ab ipsomet Verbo, & propter fidem adeo firmam ac stabilem? Hic subjunxit de affectu, quo expectabat filium reducem à Limbo & resuscitatum. Tum loquens de mulieribus, egressis ad visendum corpus mortuum ubi non erat; Docent, inquiebat, nos, quod quando Verbum recessit á nobis; ipsumque, quasi mortuum esset, non sentimus; non debeamus stare, sed illud cum magno desiderio requirere, & cum ardentibus suspiriis pergere usque ad sinum Patris, non subsistendo, donec inveniamus eum; neque desistere vocibus internis emittendis, quibus eum advocemus; aut à jaciendis balista amoris jaculis in ipsum Verbum, quasi in avem, donec in terram decidens capi se sinat, suaque potentia impotentem se faciat.

227 Denique à Limbo regrediens, O felices, inquit, animæ, quæ licet præsentes non fueritis quando Verbum sanguinem suum effudit; nihilominus communicastis efficaciæ illius, vobisque aptastis & consuistis vestimentum sanguineum, quod mox ut induistis, non potuistis vel unicum momentum in isto loco remanere. Ita si anima se redderet idoneam participando prædicto sanguini, impossibile foret ut non salvaretur: omnes autem illum susciperemus, nisi ipsi nos faceremus incapaces. Quis te deduxit in terram, ô Verbum? Amor. Quis te reduxit in cælum? Sanguis. Quis te fecit ad nos descendere, nisi essentia tua, quæ in sui communicatione consistit? Quis te ascendere fecit in Paradisum, nisi pœnæ & plagæ tuæ? Quis unquam poterit non esse ei gratus, pro tantis tamque infinitis beneficiis ipsius? Amor ipsum de cælo traxit in terram; Sanguis à nobis abstrahit de terra in cælum. Hic porro fecit signum quod videret Jesum resuscitatum, & dixit; *Omnes videntes eum mirati sunt in splendore gloriæ ejus.* Ubi vulnera, ubi verbera, ubi sputa?

228 Valde notabiles etiam nec minus devotæ fuerant cogitationes & affectus, quibus sese occupavit in nocte Assumptionis beatissimæ Virginis anno ..... Postquam enim orasset omnes Angelorum choros, ut impetrarent sibi à Domino veniam suorum defectuum, quatenus disponeretur ad conscendendum in cælos cum Virgine; visa est sibi videre, ut ait, ipsos Angelicos Choros donis onustos turmatim progredi ad sepulcrum, in quo jacebat sacrosancta arca corporis Mariani, ut illam sibi assumerent: quia autem non poterant augere ejus gloriam, utpote perfectam & consummatam, quod illi facere voluissent, fecerunt animabus fidelioribus, ut possent simul cum ipsa assumi. Ecce autem Angelos properantes ad sacram humanitatem Verbi; ut ex illius roseis plagis educant varia ornamenta ad ornandas nostras animas: quæ utinam dispositæ essent ad recipiendum omnem illum ornatum, varias virtutes significantem, quem illis ipsi dare vellent: sic enim in nobis tantum sibi complaceret Virgo, ut oculos in nos jugiter defixos teneret. Vadunt autē Archangeli ad roseā plagam manus dexteræ, seque onerant pulcherrimis collaribus, distribuendis in eos qui caput suum non inclinant ad faciendam propriam voluntatem. Throni, ex sinistra manu tollunt pretiosas armillas, significantes quod solum debeamus operari ut Deus honoretur: quia hoc ei promisimus & hoc ei placet. Dominationes, ex vulneribus sanctissimorum pedum sumunt inaures, denotantes continuam attentionem, quam debemus adhibere internis inspirationibus Spiritus sancti ad eas executioni mandandas. Chorus Principatuum, à spinoso capite Verbi trahunt auream coronam caritatis, quæ ipse Deus est, quia *Deus caritas est.* Potestates, ex sacri lateris caverna promunt signum sponsis adeo carum, & sine quo non possent Sponsæ appellari; annulum videlicet, de quo dicitur, *Sponsabo te mihi in fide.* Quid autem facient tres alii Chori? Eja, ornabunt nos insigniis Passionis Verbi, ut ipsum quoque sibi possit complacere in nobis.

229 Hic dixit, videre se Angelos tripudiantes atq; festive circumcingentes locum ubi requiescebat corpus Virginis, quod appellari potest alter Paradisus, quia in eo requieverat ipse Deus. Cumque ei videretur Virgo jam sublevata, oravit illam ut interius exteriusque renovare se dignaretur, & hoc sufficere sibi ajebat. Tum sensit ingentem cruciatum, adeo ut diceret, O Maria, vereor ne anima mea dissolvatur à corpore sicut tua. Videns autem paulo post Virginem esse assumptam, & audiens suavissima cantica Angelorum; O quam suaves, inquit, cantus; colliquescere me faciunt; sed nequeo eos perfecte intelligere, nedum exprimere: substantia interim talis est: Assumamus eam, quæ assumpsit Deum in se. Assumamus eam, quæ assumpsit in se omnes generis humani miserias. Assumamus eam, quæ assumpsit in se omnes virtutes. Hic autem totaliter in admiratio-

F nem absorpta, novies replicavit Responsorium; *Sancta & immaculata Virginitas.* Deinde subjunxit: Sanctissima Trinitas nominavit illam novies Sanctam, quia sublimavit & exaltavit eam supra novem Choros Angelorum. O rem mirabilem & stupendam, quod Pater æternus, qui utique Deus est, tanto cum amore ad se trahat pauperculam creaturam, qualis erat Maria; & cum eodem amore, quo misit Verbum ad exequendum opus redemptionis, attrahat ad se quoq; rē redemptam. Idem amor qui movit Verbum, ut seipsum sibi quadamtenus detraheret, movit ipsum ut trahat Mariam ad se. Non magis promptus fuit Spiritus sanctus ut descenderet in Mariam, formaturus in ea Verbo corpusculum humanum; quam ut Mariam assumeret in cælum, quod sine ea non videbatur perfectum, deficiente ei ornatu suo præcipuo. Sancti necdum erant, ut sic loquar, plene glorificati, quamdiu defuit Paradiso Maria; quia per ipsam receperunt fructum glorificationis suæ.

230 Quid amplius dicam? Ipse Deus non videbatur satis frui gloria sua, cum sit adeo sui communicativus, quia non inveniebatur in Paradiso ulla creatura tam pura, ut posset esse capax ejusdem

& inde reducem expectari à matre,

tum animas Patrum sanguine ejus vestitas exire.

Videt Christum ad limbum descendere,

Innocte Assumptionis Mariæ

EX ITALIOS. TOM. II.

videt Angelos ornare comites ejus animas

ornatū simpto de vulneribus Christi:

B

petitque interius & exterius sibi formari:

& ipsam assumi videt,

EX ITAL. IOSEPHI FOTII.

gloriæ participandæ. Erat ibi quidem humanitas Verbi, ſed ipſe erat Deus & homo, adeoque ſeipſo glorioſus: oculos ergo in Mariam defigens Pater æternus, complacebat ſibi in ejus maxima puritate, quia ipſa ex eo Verbum traxerat, & anguſto ventre ſuo concluſerat. Verum ſi tantopere tibi in ea complacebas ô Deus, quare tamdiu ipſam detinuiſti in terra? Complacebas tibi eam habere in terra, ſicut complacebas tibi habere eam in mente tua, quando creaſti eam. Quia ſicut tenendo eam in te, videbas fructum ex ea prodituram; tuum, inquam, Verbum, quod ex puriſſimo ejus ſanguine debebat carnem aſſumere; ita poſtea tenendo eam in terra, reſpiciebas fructum productum ex ea; quia conſpiciens humanitatem Verbi, ſedentem ad dexteram tuam, videbas quodammodo carnem Mariæ, utpote ex ea aſſumptam. Tu vero Maria, quomodo potuit tibi placere tamdiu in terra remanere, poſt aſcenſionem dulciſſimi & amabiliſſimi filii tui? Nempe, ſicut complacuiſti tibi conformando te voluntati Patris, ut ille penderet in cruce; ſic eidē conformabaris, ut abſque illo eſſes in terra. Conformaſti te ad rem tā difficilem, quam erat videre Filium æterni Patris adeo probroſa pati, conſiderans maximum fructum ex tali paſſione proceſſurum, qui fructus nos eramus, deſtinati ad replendas ſedes vacuas in Paradiſo: & in hoc tantum tibi complacuiſti, ut ſi expediens fuiſſet, etiam te ipſam, ô Maria, dediſſes. Ecce jam elevata eſt ſuper nubes Maria, neque videtur amplius, ſed ſolum ſplendoris aliquid ab ea relictum. Hic porro cum obtuliſſet multas creaturas ſanctiſſimæ Virgini, à raptu ad ſenſus communes rediit, relinquens nobis exempla ſuæ tam piæ ac ſanctæ contemplationis.

quodq; tamdiu in terris manſerit,

ut ſe conformaret voluntati Dei.

B

D

CAPUT XXII.

Patiendi deſiderium inſatiabile in Magdalena: extremus ejus morbus, obitus, ſepultura, miracula.

231 CAP. LXI *In ſuum corpus ſeveriſſima,*

NOn fuit inimicus, quem gravius odiſſet Sancta, quam amorem proprium & propriam carnem: cui ſe jam inde à prima pueritia contrariam declaravit, recuſans extra tempora prandii aut cœnæ cibum ſumere, dimittens fercula delicata, in ſtramineo ſacco dormiens, noctu ad diſciplinam ſurgens, ſpinoſis virgis circumdans tempora. Sed quæ tam male tractavit corpus in domo paterna, ſub eorum oculis qui illam obſervabant ne exorbitaret; quando ſe conſpexit in alio ſtatu ac domo pœnitentiæ, numquam potuit ſatiari aſperitate vitæ inchoatæ. Non fuit autem minima pœnitentiarum ejus, quod nulli fatigationi parceret in iis laboribus, qui vel ab obedientia ſibi injuncti, vel ad proximi auxilium ultro erant ab ea aſſumpti, quamvis corpus jejuniis aliiſque caſtigationibus fractum ægre ſuſtineret. Ultra quinquennium iſtud, quod totum in pane & aqua traduxit, niſi quod hebdomadatim ter vinum guſtaret, omnis ejus vita continuum jejunium videri potuit.... Hoc non contenta addebat flagellationes tam rigidas, ut audientes Monachæ ad Superiorem accurrerent, quatenus obedientiæ præcepto adhibito ipſam coërceri juberet. Cingebat carnē aſperis ciliciis, præter cingulum, ex clavis & aliis ferramentis confectum, quo utebatur. Ut vero implacabili in ſe odio obſequeretur, modo pectus ſaxo percutiebat, modo brachia & crura ſtillanti cera uſtulabat, vel admotis urticis; quandoque etiam forcipibus carnes ſtringebat uſq; ad ſanguinis expreſſionem. Addē his tolerantiam hiberni frigoris, ſub una tunica & pedibus per triennium nudis: quibus quando inducebat calceos, non raro inſerebat aculeatas juniperi baccas. Adde ſomnum, non niſi vigiliis interruptum cruciabilemque, etiam in nuda humo, per noctes continuas quinquaginta, veſtibus non niſi raro detractis, ut promptior vel ad infirmas accurreret, vel Sorores ad matutinale Officium excitaret, ſicut annis omnino quindecim fecit. Talem vero vivendi formam vix intermiſit, niſi coacta graviſſimis morbis, quos nequiret diſſimulare.

C

non contenta illud multimodis vexare,

232 CAP. LXII *optat ſibi concedi parum pati,* Nihilominus majoris tolerantiæ deſiderio incenſa, cœpit poſtulare à Deo, ut purum ac merum pati concederet ſibi. Cujus beneficii ſpem in raptu anni MDCII accepiſſe ſibi divinitus viſa, acceſſit tota hilaris ad Matrem Sor. Euangeliſtam Jucundi, mulierem magnæ experientiæ atque virtutis, ſuam olim in Novitiatu Magiſtram, quam plurimi faciebat & ſolebat Sanctam Sanctoream nuncupare; ſignificans ei quod Deus ſibi conceſſurus videbatur nudum pati; proindeque rogavit, ne ipſa, cujus preces multum apud Deum poſſe credebat, vellet deprecando intercedere, ſibique tantum bonum impedire: quod cum illa promiſiſſet, ſecurior jam ad Chorum abiit, Deo actura gratias. Quos ergo deinceps habuit raptus, ſine guſtu omni ſpirituali fuerunt: quia autem in uno eorum aliquid denuo ſibi viſa eſt reguſtare prioris dulcedinis, audita fuit in querelas prorumpere atque dicere, Ah! mi Deus, quare violas pactum mecum initum? Et preces eaſdem ſæpe replicans, fuit in ultimo raptu vitæ ſuæ, anno MDCIIII certior reddita, quod Deus annuerat ejus deſiderio; cum ultima graviſſima infirmitate conjuncturus extremam ſpiritus ariditatem & deſolationem, ad quam jam inde ab anno MDXC, poſt quinquennium probationis ſupra dictæ, ſeſe animoſe obtulerat. Hinc cogebatur, ut vel tantillum devotionis excitaret, conquirere media nonnulla: & ſic videbatur modo cum roſario in manibus coram venerabili Sacramento, modo vocalium orationum libellos volutans, modo Paſſionis Dominicæ hiſtoriam aut Sanctorum Vitas legens, præſertim poſt Communionem. In quibus omnibus aliiſque ordinariis exercitiis experiens inſolitam repugnantiam ſenſitivæ partis, aliquando cuidam amicæ dixit: Vere, Soror, oportet valde laborare, & animam quæ Deum deguſtaverit perquam amantem eſſe tolerantiæ, ut eodem modo operetur tempore ariditatis, quo operabatur divinis conſolationibus affluens.

E

& impetrat an. 1604.

F

233 *Extremum decumbens,* Jam anno MDCII febrim cum tuſſi cœperat ſuſtinere, & ſequenti MDCIII vena pectoralis ei rupta erat; nihilominus contra medicorum judicium vitam protraxerat uſque ad Septembrim anni MDCIV: quando abſoluto Novitiarum magiſterio, electa Supprioriſſa fuit: ſed poſt octo dies, quibus magno cum zelo multa ordinaverat ad meliorem obſervantiam, denuo febri correpta lectoque affixa per obedientiam eſt. *Dolorum varietatem gravitatemque quos exinde pertulit, totumque extremi morbi ordinem habes extremo capite Vitæ à Puccino deſcriptæ; quæ propterea ſtrictius hic auctor proſequitur: ſed neque ſic retexenda puto: ſufficit ex eo hic dicere, quod* Diſcipularum una, videns eam tantum pati, dixit, Mater Magiſtra, res enimvero magna eſt, quod Deus quotidie novam patiendi materiam tibi largiatur. Cui illa: Atqui hoc meum deſiderium fuit jam inde à juventute; & hanc gratiam, ſpecialiter poſtquam communicaveram peti à me ſolitam, æſtimo maximi. Etenim exercitium patientiæ eſt tam nobile, ut Verbum, reperiens ſe in ſinu Patris in deliciis Paradiſi bonis omnibus affluere, quia tamen ibi deerat patientiæ ſtola, ut hunc quoque ornatum pararet ſibi, de-

c. LXIII

commendat exercitium patientiæ.

A deſcenderit in terram: erat autem Deus, nec falli poterat.

& dolores monet à Dei voluntate non ſeparandos,

234 Fuit, quæ adeo cruciari ipſam videns, dixit: Mater, non ſufficit mihi animus ad videndum quod Deus te faciat tantum pati. Turbavit illam vox, adeo diſſona à conformitate cum Dei voluntate; oſtenditque ægrius ſibi feciſſe defectum, verbis iſtis admixtum, quam ipſa quibus affligebatur mala: ideoque perquam ſerio ei dixit: Soror, quoties te videris tribulationibus preſſam, cave vigilanter ne eas extrahas de ſuo fonte, quæ eſt voluntas Dei, alioqui magno & importabili oneri tibi erunt. Pulcrum ſane monitum pro illis animabus, quæ, dum verſantur in hac vita, deſiderant multum proficere. Monſtrabat etiam quod ei compateretur Sor. Maria Pacifica del Touaglia, cui dixit infirma: Ego acquieſco ei in quo ſibi placet Deus, & ex animo illi offero omnem guſtum conſolationemque ſpiritualem, modo queam ſalvari. Ad quæ verba non potuit altera tenere lacrymas: majorem autem compunctionem cunctis attulit, quando ita ſerio interrogavit Confeſſarium, utrum ipſam ſalvandam crederet. Et tamen paucis diebus antea dixerat (uti teſtatur Sor. Maria Innocentia Dati) Non potuiſſem aliter operari quam hactenus operata ſum, quia in omnibus actionibus meis (quantum equidem ſcio) aliud nihil intendi, quam Dei honorem & gloriam: id quod modo magnam cordi meo quietem adfert.

B

moritur in actu obedientiæ,

235 Inter hæc ad vitæ finem tendens, ſacro Viatico munita fuit, nocte ſequente diem XXIV Maji hora ſeptima poſt ſolis occaſum. Interq; ſactos hymnos, ad moribundæ ſolatium, recitatum eſt ſymbolum S. Athanaſii: cumque hora XIV, ad Sacrum faciendum & Sanctimonialibus Communionem impertiendam, digreſſus Confeſſarius, per Sacriſtanam Prioriſſæ Sor. Euangeliſtæ Jucundi mandaſſet, ut ſuo ei nomine ſub obedientia præciperet vivere, uſque dum abſolutis myſteriis ad eam reverteretur; vitam protraxit uſque ad horam XVIII, quando obiit XXV Maji anno MDCVII, cum in Religione tranſegiſſet annos XXIV, menſes V, dies XXV. Eâ autem defunctâ, non ſolum miraculo fuit vultus, antea

non ſine ſignis acquiſitæ mox gloriæ.

pallidus & emaciatus, moxq; in juvenilẽ plenitudinem ac florulentiam reſtitutus: ſed etiam, quod una ex ibidem adſtantibus Monachis, quæ uſque ad id tempus alieniore ab ipſa animo, raptibus ac virtutibus ejus fidem nullam adhibuerat; ſubito compuncta, ſenſerit ſibi firmam inſpirari perſuaſionem de obtenta ab eadem cæleſti gloria.

C

C. LXIV *convertitur ad ejus aſpectũ peccator;*

236 Finitis poſtero die XXVI Maji, ad corpus in eccleſia expoſitum, officiis, ſemotoque ut melius fieri potuerat populo, portis jam clauſis, remanſerunt nihilominus aliqui, interquẽ eos P. Claudius Siripandus Societatis Jeſu, ac juvenis quidam vitæ admodum lubricæ & diſſolutæ, qui vidit ſubito vultum Sanctæ à ſe averti in latus alterum. Quem obſtupefactum, & mutato colore conturbati animi ſignum edentem, aſpiciens Pater; eumdem acceſſit, & Vide, inquit, Adoleſcens, ne forſitan Sancta non ſuſtinuerit conſpici oculis tuis, qui vitam adeo ſcandaloſam ducis. Cui ille, jam compunctus & contritus, Ita eſt, inquit, Pater: ſed ego finem licentiæ faciam, uti ipſe videbis. Nec minus quam promiſerat fecit: poſt paucos enim dies ad eumdem Sacerdotem revertens, generali Confeſſione totius vitæ delicta expoſuit, magno cum doloris ſenſu & ſerio emendationis propoſito; nec ita multo poſt idem obiit, cum ſpe æternæ ſalutis non modica. Cœperunt deinde inquietari Sanctimoniales ſupplicationibus poſtulantium devotionis ergo aliquid ex iis rebus, quæ in defunctæ uſu fuiſſent: quibus recuſarunt illæ ſatisfacere, uſque dum D. Archiepiſcopus Alexander Marci de Medicis, pro magna quam conceperat opinione de ſanctitate Mariæ Magdalenæ, permiſit ut illorum devotioni ſatisfieret; itáque diſtributa ſunt varia, quæ deinceps valde auxerunt communem erga ipſam venerationem, propter miracula quæ mediantibus illis operatus eſt Dominus.

Reliquiæ cupide poſtulantur:

EX ITAL. IOSEPHI FOTII.

237 Fuit deinde ad locum ſepulturæ undique accurrentium devotio tanta, ut peregrinorum non pauci ad ipſum portarum civitatis ingreſſum ponerent calceos, non niſi nudis pedibus eo accedere præſumentes. Ad incrementum vero fervoris iſtius multum contulit ſparſa fama de incorruptione corporis, agnitâ anno MDCVIII die XXVII Maji; quando illud placuit exhumare, quia loco, ubi ſepulturæ datum fuerat, proximus erat puteus; & à ſuggrundiis tecti eccleſiæ ſtillans aqua jugiter eumdem locũ humectabat. Inventa eſt autem capſa humida tota & incerati lini pannus, qui corpus involvebat plane fracidus, adeo ut abiret in fruſta, humida quoque erant veſtimenta cetera: ipſum tamen corpus incorruptum apparuit, niſi quod facies ac pedes fuſcum colorem induerant, naſique & labii inferioris extremitas nonnihil videretur conſumpta. Accedente deinde Domini Archiepiſcopi licentia, idem corpus palpabile atque tractabile, velut ſi tum primum expiraſſet, receptum intra monaſtérium eſt; ſericiſque indutum à Sanctimonialibus, collocatum in camera, jam tum converſa in oratorium, ubi annis quinque infirma jacuerat. Stuporem auxit octiduo poſt ſuaviſſimi odoris liquor, ſtillare animadverſus ex ſacro corpore à genibus deorſum; fuitque exceptus ſuppoſitis pannis, qui exinde manſerunt velut oleo odorato tincti, ſuntque in varias perſonas diſtributi. Cœpit enim ſtillare hic liquor à principio Junii MDCVIII, nec deſtitit, ante finem Junii anni MDCXX: quando ceſſante ſtillatione prædicta, manſit tamen, hodieque permanet ſuavis odor, in Proceſsibus legitime comprobatus. Hoc autem miraculum occaſionem dedit anno proximo MDCIX feſtivius recolendi diem obitus, & hic deinceps in veneratione fidelium manſit. *Quæ vivens Sancta patravit miracula curationum, alibi deducta jam ſunt: quæ autem patravit poſt mortem, ſpeciali mox Tractatu referentur; ſuntque in Vita à Fotio edita poſtremorum fere capitum, hic omiſſorum, argumentum.*

C. LXV *fit concurſus ad ſepulcrum,*

C. LXVI ET SEQ.

238 *Ad eumdem quoque Tractatum differimus Beatificationem anno* MDCXXVI *celebratam, & hanc ſecuta mirabilia: quibus* cum Sanctæ nomen, non ſolum per Europam, ſed etiam extra eam longe lateque clareſceret; ex omni parte incredibili cum inſtantia requiſitæ fuerunt Monachæ S. Mariæ Angelorum, ut de Reliquiis ejus communicarent aliquid: unde factum eſt, ut illæ tandem, pro Dei Sanctæque gloria, ſpoliatæ remanſerint omnibus quas habebant ejus veſtibus, velis, aliiſque rebus ad ejus uſum aliquando ſpectantibus: ex quibus per partes diſſectis miſſum eſt in multas civitates Franciæ, Hiſpaniæ & Belgii, Uliſiponam, Viennam, Oenipontum; in Angliam, Hiberniam, & Poloniam; in Indias Orientales & Occidentales; in Congum & Angolam; in Siciliam, Marchiam, & Romandiolam; Romam, Neapolim, Venetias, Bononiam, Parmam, Mutinam, Mantuam, Mediolanum, Genuam, Lucam, aliaſque plures Italiæ civitates: & in multis prædictorum locorum fabricatæ ſunt capellæ erectaque altaria, creſcente ſemper ad ea devotione populari, quemadmodum probant appenſa ubique anathemata, & oblata donaria in memoriam acceptorum beneficiorum; quod ſicuti venerationem Sanctæ apud omnes auxit, ita etiam incendit deſiderium videndi eam magis glorificatam: [*quin etiam anno* MDCXXIV *ſacrum*

F

Poſt beatificationem C. LXXI

cæpta toto orbe coli;

cada-

EX ITAL. IOSEPHI FOTII.

cadaver, quod eatenus ſervatum fuerat in capſa mere lignea, licet inaurata; in decentiorem aliam tranſpoſitum fuit, cujus latera ſpecularibus cryſtallis inſtructa pie venerantium oculos non excluderent; & in hac jacuit uſque ad annum MDCLIX.]

ſed imprimis Florentiæ,

239 Quod ſi ubique locorum, in quibus Reliquiarum eſt aliquid, ita factum eſt; multo magis in ea civitate, ubi habetur illius venerabile corpus, quod nunc ſervatur in capella Dominorum Naſorum, ubi primum appenſa videbatur imago S. Bernardi. Placuit autem prædictis Dominis capellæ Patronis, anno MDCXXIX, ut ejus loco ibidem exponeretur depicta imago Sanctæ, genibus flexis brachiiſq; protenſis ſuſcipientis à beatiſſima Virgine velum: ipſumque altare fuit marmoribus exornatum: cui magis etiam condecorando D. Lutozzus Naſi, ultimus familiæ, anno MDCLXVII, tria millia ſcutorum teſtamento

ubi nunc jacet in nova capſa,

legavit. Sub jam dicto marmoreo altari repoſitum ſacrum depoſitum eſt, intra capſam, lucidiſſimis cryſtallis, per quatuor latera fundumque & operculum faſtigiatum intra limbos inauratos diſpoſitis, ornatam pulcherrimo artificio: ipſa vero capſa inſiſtit baſi, cubitum unum altæ, & undique inauratæ, cum

B ſculptura florum eleganter protractorum, ſuiſque lemniſcis & faſciolis illigatorum; quæ res pulcherrima viſu eſt; nec minus pavimentum, cui baſis imponitur, marmoribus exquiſitis elaboratum totum.

conſtructa an. 1659,

240 Anno autem MDCLIX, quando conſtructa fuit nova illa capſa, formæ & elegantiæ majoris, ex munificentia D. Joannis Vai Pratenſis, propter gratiam acceptam; fuit etiam ſacrum corpus indutum novis veſtibus, ad formam habitus Carmelitani, ſed materia ditiori confectis: ſubtus ſcilicet ex filis aureis nigro ſerico, ſuperius ex argenteis ſerico albo intextis, faciem nihilominus nudam æque ac pedes manuſque relinquentibus. Coronam argenteam habet in capite Sancta, cujus poſtea digitis inſerti ſunt quatuor pretioſiſſimi annuli, & manibus viridis ex argento picto ramus liliorum, eodem metallo candentium; ſupra pectus vero habet Sancta Crucifixum aureum, ad hoc donatum à D. Commendatore Fr. Joanne Franciſco Ricaſoli. Medalia etiam aurea eſt ad pedes, miſſa ab Urbano Papa VIII, cum mandato ut iſtic collocaretur. Extra capſam, ad partem

ad quam plures lampades.

quæ intra monaſterium clauditur, videre eſt appenſam crucem auream grandem magni valoris, itemque cor aureum, cui inſcripta leguntur hæc verba:

C *Signum cordis Ferdinandi Ducis Mantuæ VI & Montisferrati IV, Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis dicatum.* Circumcirca capſam pendent decem argenteæ lampades exiguæ, quæ ſemper ardentes reddunt corpus ſacrum ſpectabile; præter undecim ſimiliter argenteas, appenſas intra extraque capellam, à diverſis ipſius Sanctæ devotis intra quas duæ habent formam

& multa anathemata.

cordis, una vero earum inaurata eſt, donumque Sereniſſimi Nicolai Franciſci Lotaringiæ Ducis, cum annuo reditu ut ardeat ſemper. Anathemata porro argentea alia, formæ ac magnitudinis diverſæ, extra intraque capellam (ut verbis Proceſſus anno MDCLXIII Florentiæ fabricati utar) *vix dinumerari poſſunt.* Et ex illo deinceps tempore plurima alia acceſſerunt, creſcente magis magiſque veneratione, cum fama ſanctitatis & miraculorum.

GLORIA POSTUMA

Ex variis auctoribus & monumentis collecta.

PRÆFATIO COLLECTORIS D. P.

Colliguntur hæc, partim ex Vincentio Puccino,

Mirabilis in Sanctis ſuis Deus, non ſolum viventem inter nos Mariam Magdalenam eximiis decoravit miraculis, quæ jam dedimus in præcedenti hiſtoria, fidei certiſſima teſtimoniis roborata: ſed prolixius etiam id fecit poſt mortem. Hæc autem trifariam partiri placet, ſic ut prima ſint, quæ tribus primis ab obitu annis acciderunt, ſuntque ab Auctore vitæ conſignata poſt tertiam & ſextam partem, itemq; poſt ultimam anni MDCXX *editionem. Secunda & tertia erunt, quæ ante ſolennem Canoniz.ationis actum contigerunt; ultima, quæ eam ſecuta ſunt uſque in hodiernam diem. Primo dabimus ex originali Italico Vincentii Puccini, cujus auctoritas potior nobis eſt alio quantumcumque majoris ponderis nomine, cum ab ipſo hauſerint ceteri quæ ad Romani Pontificis tribunal detulere. Secundi generis miracula non ex Romanis Proceſſibus, ſed immediate ex Florentinis auctoritate ordinaria confectis calligere in animo mihi fuit, ſi eos nanciſci potuiſſem: nihil enim dubitabam, quin ea gratiora habiturus eſſet lector, curioſus veritatis ex ipſo præſentium teſtium ore immediate diſcendæ, quam ſi acciperet ab aliis decimata, alterata, & in compendium redacta. Sed hanc qualemcumque gloriam, Sanctæ ſuæ ex ejuſmodi collectione proventuram, illi ipſi ſubtraxerunt, quorum maxime intererat talia nobis communicare; etiam poſtquam Romæ jam factus eſſet ad eum finem labor & ſumptus non exiguus, ut quod de S. Angelo Carmelita feci, etiam poſſem facere de S. Maria Magdalena de Pazzis. Viderint illi, quomodo Deo & Sanctæ ipſiſque ſuis Romæ Superioribus reddant rationem conditæ ſub modio lucis; pergemus nos etiam de invitis mereri bene, & ad ſui Ordinis ornatum conferre quidquid ſalva veritate poterimus. Tertii generis miracula, quamvis magis authentice dari poſſent, quam ea nunc habentur Summatim edita; nolumus tamen, iis quorum intereſt, præſcribere formam, qua debeant ipſi Sanctæ ſuæ decora efferre in lucem: erimus ergo illis contenti, ſicuti jam habentur impreſſa, partim in Vitis poſt Beatificationem editis Romæ, una ſub nomine Puccini, altera ſub nomine Ceparii noſtri; partim apud R. P. Patritium à S. Iacobo, ex Romano recentiori prototypo; iiſdemque addemus quæ Reverendiſſima ipſius monaſterii Prioriſſa Soror Euangeliſta de Corde Maria, ſuis ſuarumque Sanctimonialium manibus, humaniſſime tranſcripſit, ſelecta de plus quam centum quadraginta gratiis, poſt eamdem Canonizationem uſque nunc fermè Florentiæ factis; cum hiſtoria expoſiti ſolenniter corporis anno* MDCLXXVI *pro pluvia impetranda. Hiſce accedet ſolennior tranſlatio, facta an.* MDCLXXXV, *ad pretioſiſſimi marmoris & operis capellam quæ ſub artificum manibus per octennium fuit & ari inciſa exhibetur: atque ita finis dabitur huic tractatui, quem, exemplo jam alias uſitato, placet* Gloriam Poſtumam *nominare.*

addumtur quædã facta poſt Canonizationem.

E *partim ex poſtea editis,*

F

CAPUT I.

Miracula poſt mortem, impreſſa Italice ad calcem Partis 2, & cum aliis nonnullis recuſa poſt Vitam anno 1629 impreſſam.

POſt mortem Sor. Mariæ Magdalenæ, dum ex omni vico civitatis concurrebat populus ad ejus ſanctum corpus videndum, voluit Dominus ut ſanctitas ejus inciperet miraculis comprobari, quorum primum hoc fuit. Venerat illuc eadem

2 *Expoſitum cadaver in eccleſia*

A eadem de cauſa quidam Societatis Jeſu Sacerdos, motus mirabilibus iis, quæ de ipſa tum Florentiæ tum alibi audierat: & poſtquam cum magno animæ ſuæ ſolatio, in ſacriſtia ubi corpus grabato impoſitum ſtabat, aſpectu ejus fruitus fuiſſet; obſervaſſetque qualiter in facie, pallida ac mortua, reſplendebant vivi colores ſanctitatis, & vitæ æternæ ab ejus anima jam adeptæ pignora, cum quadam vivacitate oculorum, aliquatenus apertorum & plane ſerenorum, qualia numquam conſpexerat in ullâ mortua vel moribunda; egreſſus eſt de ſacriſtia, locum facturus aliis. Cum ecce ad plurium ſatisfactionem, eodem aſpectu frui cupientium, ex anguſtiori illo loco elatum eſt corpus ad eccleſiam. Hic ille vidit vultū converſum ad ſacriſtiam, verſus latus ubi ſunt crates monaſterii; moxque in ictu oculi revolutum ad latus alterum. Miratur factum, & forſan interna quadam inſpiratione impulſus, attente conſideravit, num quis ibi fuiſſet à quo proceſſerat motus ille; & manifeſte cognovit, neminem ibi ſtetiſſe, qui vel caput vel grabatum attigerat. Dumque in eo hæret cogitabundus, animadvertit ab altero latere perſonam ſtantem, cujus animam ſciebat totam eſſe immerſam cœno carnalium voluptatum; cujus conſpectum quodammodo fugerat caſtiſſima Virgo. Sed & eadem res ab ipſamet perſonâ notata, præter admirationem, excitavit in ea pœnitentiam priorum delictorum, cum propoſito vitæ melioris; prout diffuſe manu ſua propria ſcripſit Pater prædictus.

ab homine impuro faciē avertit.

B

Attacta floris ab eodem ſumpti

3 Domina Maria de Rovais in Rubeis, ſedecim menſibus ægrotaverat, neque de lecto ſe moverat; ſed nec movere ſeſe ullatenus per ſe ipſam poterat; eoque adducta fuerat longo illo morbo, ut neque aëris conſpectum, neque candorem parietis inoffenſa ſuſtineret; & adhibita à medicis omnis generis remedia nihil ei profuerant, defeceratque ſpes tota recuperandæ ſanitatis. Accidit autem die xxx Maji anni MDCVII, Rev. D. Georgium Ciari, Priorem S. Simeonis Florentiæ & ſuum Patrem ſpiritualem, flores aliquos, qui contigerant corpus Sor. Mariæ Magdalenæ, utpote conſcium eximiæ ſanctitatis ejus, ad ipſam ferre, ſuadendo ut eos cum devotione ſuſciperet: quod debita cum fide faciens, eos ſibi impoſuit. Mirum dictu! Nocte ſequenti ſurrexit per ſe ipſam de lecto, & Dominicâ proxima acceſſit ad eccleſiam S. Simeonis, prorſus libera ac ſana, ſtupentibus omnibus qui ægram noverant. Quodque eſt mirabilius, intra paucos dies domo ſua, totis mille paſſibus diſtante à monaſterio, huc acceſſit, pedibus ſuis ambulans; ingreſſaque in eccleſiam, ſenſit ſibi reſtaurari vires, ac ſanitatem mirabiliter confirmari. Ibi ergo, poſt obita pie Confeſſionis & Communionis ſacramenta, ore ſuo proprio fecit certiſſimam fidem miraculo, ſimul cum ſupradicto D. Georgio Patre ſpirituali ſuiſque conſanguineis, ad uſus monaſterii donans libras ceræ albæ quadraginta, in ſignum gratitudinis pro beneficio, à Dei famula ſibi conceſſo.

ſanatur incurabiliter ægra,

C

eademque liberatur à diuturna fabri contacta parte habitus ſemel,

4 [Annis poſtea quatuor elapſis, id eſt MDCXI, eadem D. Maria ægrotare cœpit Majo menſe; totamque ætatem febribus aliiſque moleſtis ſymptomatis gravata, adeo debilis facta eſt, ut medici nulla ei auderent applicare remedia; quapropter extra vitæ ſpem poſita, die XXVI Octobris, accepit à præfato D. Georgio Ciari plumis fartum ſacculum, quo Beata ſolebat uti ſupra ſtomachum, contra graves ejus quos patiebatur dolores. Vix autem ipſum ſinui ſuo admoverat, cum toto corpore diffundi ſenſit confortativum quemdam calorem; ac primo caput roborari, tum cetera membra; adeo ut febribus libera, ipſaque hora de lecto ſurgens, convocatam ad ſe familiam pariter juſſerit Te Deum cantare, mirantibus omnibus ad ſubitationem tam miraculoſæ curationis: & ipſa pedibus ſuis primo mane ad eccleſiam venit, gratias actura. Impetraverat eadem D. Maria à Monialibus S. Mariæ Angelorum, ut inter eas reciperetur quædam filia ſua; & poſtea reciderat in febrem, ſic ut de lecto ſurgere nullatenus poſſet, ideoque differebatur puellæ veſtitio: quæ cum ita per duos menſes matris convaleſcentiam præſtolata eſſet, renuntiari fecit ei, quod omnino cupiebat ſacro habitu indui. Aſt mater, Oret ergo B. Mariam Magdalenam, ut me ſanet. Hoc intellecto miſit ei filia tunicellam ſericeam, qua Beatæ corpus aliquamdiu poſt mortem indutum fuerat: Maria vero ipſam cum fide ſuſcipiens, eodemque veſperè induens, ſubito convaluit; ac mane ſequenti ivit ad monaſterium, deſiderio filiæ factura ſatis; utraque gratias agente, pro reddita miraculo ſanitate. Tertium denique in eoſdem relapſæ morbos, duobuſque aut tribus menſibus jam lectum tenenti, miſſum eſt velum, quo vivens Beata fuerat uſa: cum quo ſignum Crucis formari ſibi ſua pra pectus faciens, à præſente dum adferebatur Parocho, ipſo momento convaluit.

EX VARIIS.

iterum.

ac tertiùm.

5 Magdalena Petri Rondoni, ex Derelictis quas Abondonatas Ceppi Florentini vulgo nuncupant, ſex annorum ſpatio febribus & ſtomachi dolore tanto afflictabatur, ut præ ciborum nauſea non niſi difficillime comedere aliquid aut bibere poſſet, atque ad odorem cujuſcumque refectionis, etiam vini, ſentiret magna cum violentia ſibi vomitum cieri. His malis in peſſimum ſtatum deductæ nihil proderant quæcumque applicata remedia; quando acceptam particulam habitus iſtius beatæ Matris ipſa ſibi cum fide impoſuit, addito voto viſitandi eccleſiam ejus, ibique Sacramenta ſuſcipiendi, & dies aliquot in ſuum honorem jejunandi: nec mora, diſpulſo omni malo, cœpit edere ac bibere, & ſana manſit. Catharina Antonii Toſi, Abandonatarum S. Catharinæ Florentinæ ſimiliter una, exceſſivis doloribus ſtomachi per annos duodecim continuos gravatabatur, qui ſæpe nec diurnam ei quietem neque nocturnam concedebant, tantūq; affligebant, ut teſtetur ipſa pene ad deſperationem ſe iis adductam, qua cogebatur amaras in lacrymas diffluere: jamque conſumpta tota, nec niſi pellem atque oſſa habens, detinebatur quaſi aſſidue in lecto. Huic vero datum etiam fruſtillum eſt de veſtibus Beatæ: quod cum ſibi fideliter applicuiſſet, ſtatim ſopita fuit, & evigilans omnino ſanam ſe reperit: nec tale quidquam amplius paſſa eſt.] *Hæc prioribus in editione Romana addens ejus curator, notat in titulo Capitis 145 utraque fuiſſe à Congregatione rituum ſuſcepta & approbata ut miracula; ſequentia vero quæ ipſi conſtituunt caput 146 & à Puccino referuntur, eſſe quidem in Proceſſibus teſtata pleraq;, non tamen à Romana Rota in cenſum miraculorum recepta fuiſſe, videlicet hæc.*

E

curantur puellæ duæ ab inveterato ſtomachi dolore.

F

6 Margarita, filia Dominæ Coſæ Laurentii Caſati, octodecim annis tulerat dolores in dextero corporis ſui latere; deque ſalute ejus deſperantibus medicis, receperat ſanctiſſimum Sacramentum cum extrema Unctione. Præterea manſerat in agone diebus octo, reputabaturque jam mortua. Verum, Deo volente, poſitum ſupra eam fuit aliquid de habitu Sor. Mariæ Magdalenæ; ſtatimque receſſit morbus, & plane libera ac ſana remanſit, ſicut ipſamet teſtata eſt. Joannes, filius D. Petri-Franciſci Rinuccini, decennis puer, jacebat graviter infirmus in lecto, tantoque in periculo vitæ, ut veſpere quodam fuerit à medicis domeſticiſque depoſitus: quare D. Virginia Ridolfi, mater ejus, ſupra modum afflicta, viva cum fide accurrit ad Matrem Sor. Mariam Magdalenam, cui fuerat familiaris ac devota cum viveret; viſaque ſibi eſt audire interius, quod per illius interceſſionem liberandus eſſet filius ſuus. Itaque impo-

particulâ habitus moribunda puellæ;

item puer;

ſuit

EX VARIIS.

fuit ei particulam veſtis, votum faciens Deo & ſanctæ Matri, quod ſi ei ſalutem impetraret, faceret eum anno uno geſtare habitum Carmelitarum, ferretque anathema ad ſepulcrum. Hæc veſperi acciderant, quando mane inventus à medicis eſt puer ita perſanatus, ut admirantes dicerent, non poſſe tam citam convaleſcentiam alteri cauſæ, quam gratiæ divinæ tribui. Impleto autem voto, mater & filius miraculum confirmaverunt. P. Antonius Meneſius,

Altera quadã reliquiæ admota curatur dolor capitis,

Concronator Societatis Jeſu, periculoſo ac ſatis moleſto morbo correptus, inſuper tanto capitis dolore tenebatur, ut nullam partem quietis caperet; quando à nobili quadam matrona miſſa ei fuit calantica, ex iis quibus uſa erat Mater Sor. Maria Magdalena: quare in ejus ſanctitate plurimum confidens, cum maxime vis doloris urgeret, ipſam capiti ſuo devote impoſuit. Res mira! Vix hoc fecerat, cum unico inſtanti liberum ſeſe ſenſit ab omni cruciatu, & febrem uſque eo imminutam, ut brevi recuperaverit ſanitatem: & miraculoſi hujus ſucceſſus fidem publicam fecit.

ſputum ſanguinis letale,

B

7 Sor. Maria Magdalena Berti, ipſius monaſterii Profeſſa in quo vixerat Soror Maria Magdalena, graviter infirma ſputo ſanguinis & febri ardenti, magis magiſque gravata fuit, ſic ut aliæ Religioſæ ipſique medici multum metuerent ne cito ab hac vita tranſiret. Jamque Pater ſpiritualis monaſterii juſſerat eam facere aliquos actus humilitatis, ab illis Sanctimonialibus uſitatos in caſu mortis. Sed mane quodam, poſt Communionem in lecto acceptam, ſpes eam inceſſit valetudinis recuperandæ, per merita Sor. Mariæ Magdalenæ; quare eumdem Patrem Spiritualem rogavit, ut ſe ſignaret cum aliqua ejus Reliquia. Quo facto melius habere cœpit, ac brevi de lecto ſurrexit, rediitque ad exercitia ſolita monaſterii, cum admiratione cunctarum Monacharum, quæ omnes teſtatæ ſunt rem prodigioſam. Thomas Fiaſchi

genu tumefactum,

genu dextero laborabat, ex concurrentibus illuc humoribus valde inflato, quod ei diu noctuque dolores incredibiles pariebat, abſque ullius ſolatii intercapedine: dixeratque ei medicus, quod res ea adhuc diebus aliquot durare deberet. Hunc quidam amicorum viſens, dedit ei folium Gelſominii floris, qui attigerat corpus Sor. Mariæ Magdalenæ. Ille vero eo recepto, magna cum fide ſe commendavit precibus famulæ Dei, & ſubito alleviatum ſe ſenſit à doloribus ſuis. Cum autem veniſſet medicus, definiturus remedia applicanda infirmæ parti, pro diſſolutione

C

humorum ibi collectorũ; præter omnem expectationem, contraque prædictionem ſuam, apertã invenit: unde clare innotuit, quod Deus per merita Sor. Mariæ Magdalenæ voluiſſet illi gratiam ſanitatis concedere, prout ipſemet atteſtatus eſt. Philippus filius

& gravis catarrhus,

Clariſſimi D. Pauli Ricaſoli ægrotabat ex catarrho cum febri ardente, & in pectore patiebatur dolores acerbiſſimos; remediiſque nil proficientibus timebatur vitæ ejus. Interim prædicto D. Paulo patri infirmi miſſa eſt crucula Sor. Mariæ Magdalenæ, quæ ſupra pectus pueruli poſita, ipſo die ſanitatem eidem reddidit; eumque ſua mater in urbem duxit, neque amplius tale quid paſſus eſt: quemadmodum poſtea certa fide teſtari voluit prænominatus Paulus.

liberatur energumena:

8 Lucretia Andreæ Pezzini, annorum viginti-quinque virgo, annis circiter novem poſſeſſa à diabolo, ab eo totis ſeptem hebdomadis ſic fuerat incurvata, ut terram pene contingeret ore: quamvis autẽ quatuor aut pluribus vicibus exorciſmos Eccleſiæ conſuetos experta erat, nihil tamen auxilii ab iiſdem retulerat: ſed die quodam, ferventi cum fide oſculata flores aliquos & particulam ex habitu Sor. Mariæ Magdalenæ, ſubito elevata eſt in pedes; atque octavo poſt die malignus ſpiritus, qui eam ante afflixerat, non valens ferre virtutem ſanctarum iſtarum Reliquiarum, ab eadem receſſit. Ipſa vero

D

cum matre & ſororibus tribus, in gratiarum actionem venit ad viſitandum corpus ſanctum Feriis ſextis continuis ſeptem, confitendo ac communicando quavis vice, & dictum miraculum ore proprio ſæpius confirmaverunt. Domina Maria de Bardis inter Arri-

convaleſcit moribunda.

ghos nupta, nocte quadam tanto dolore per totum corpus oppreſſa fuit, ut ex omnibus ipſius membris magna copia ſudoris ſtillaret. Advocati ſubito medici multa quidem adhibuerunt remedia; ſed his nihil proficientibus, multum illi metuebant ne intra horas duas expiraret: credebant enim dolores eſſe colicos, ex calculoſa obſtructione procedentes. Interim nobili cuidam Matronæ, ibidem præſenti, venit in mentem, adhibere quam habebat Reliquiam Ven. Matris Sor. Mariæ Magdalenæ. Qua de re cum monuiſſet infirmam, & hæc votum feciſſet adeundi ſepulcri cum argenteo anathemate duabuſque ex cera candelis; impoſuit pectori ejus particulam habitus, & florem unum tactu ſancti corporis conſecratum. Nec mora, ſenſit infirma ſic paulatim diminui cruciatum, ut ſomnum denique capere potuerit; à quo experrecta, plane liberam ſeſe ſenſit, cum admiratione medicorum & præſentium omnium.

E

item puer moribundus.

9 Horatius, filius Joannis Baptiſtæ quondam Antonii Perſiani, annorum circiter trium puerulus, quatuor continuis menſibus vexatus fuerat ardentiſſima febri, cui hydropiſis admixta erat: neque aliud ei videbatur ſupereſſe, quam pellis oſſa cooperiens; imo cum jam amplius nihil deglutire poſſet, tribus diebus & quatuor noctibus nullo alio cibo, quam modico ſtillato refectus, qualibet hora moriturus credebatur. Tum genitores ejus, conſiſi meritis Sor. Mariæ Magdalenæ curaverunt habere aliquam ejus Reliquiam; portataque ad eos eſt particula habitus; quæ mox atque domum allata fuit, puerulus, qui in cunis quibuſdam jacebat moribundus, ſubito lætanti vultu matrem inclamavit, dicens, Mater, ſanus ſum. Evidentius autem patuit miraculum, quando prædicta Reliquia corpori ejus impoſita fuit: ſiquidem ad ejus contactum liber à febri vigorem reſumpſit, & cœpit ambulare per domum, quaſi nihil umquam mali paſſus. Et hoc teſtificatur Joannes Baptiſta, pater ſanati pueri.

Servatur periclitans ex eſu fungorum,

F

10 Magiſter Simon Ciſti, Frater Conventualis in ſanctæ Crucis Florentiæ, Ordinis Minorum S. Franciſci, quodam die menſis Octobris, mane in jentaculum ſumpſerat venenatos quoſdam fungos: qui ei poſt modicam quietem attulerunt alienationem à ſenſibus, tuberibus duobus ad caput, totidem aliis circa nates procedentibus; interim multam ſpumam ejiciebat per os, nec poterat quemquam advocare in auxilium, quia etiam loquela ei præpediebatur. Contigit autem ut ad ejus cellam, in qua ſic ſolus jacebat miſer Pater, veniret tali articulo temporis diſcipulus ejus Magiſter Leonardus de Vacchia; qui moribundum inveniens, mox curavit ea adferri remedia quæ credebat proficere poſſe. Sed ipſe Magiſter Simon, videns adeo vicinum morti ſe eſſe, magiſque in divino quam humano ſubſidio fidens, recordatus eſt Sor. Mariæ Magdalenæ, erga quam magna fide & devotione afficiebatur. Vocemque ut melius potuit formans, rogavit ut peterentur flores aliqui & particula habitus à D. Georgio Ciari, Priore S. Simeonis Florentiæ; obtentaſque Reliquias ſibi ipſi impoſuit, devote promittens, quod ſi periculum præſens evaderet, viſitatum iret corpus ſanctum, atque in ipſius monaſterii eccleſia Miſſam celebraret. Patuit autem mox miraculum evidens: cœpit enim continuo melius habere, atque à mortis periculo erutus, brevi liberatus fuit omni incommodo, ad

ſtuporem

A ſtuporem uniuſcujuſque: & fidem miraculo in ſe patrato fecit. Soror Humilitas Cini, Converſa in monaſterio S. Clementis Florentiæ, propter apoſtema quod annis jam triginta in corpore toleraverat, ægre poterat ſe commovere. Hæc ſupra ſe ſumpſit particulam ſæpedicti habitus, ſeque Sorori Mariæ Magdalenæ ferventer commendavit. Paucis autem diebus poſt, prædictam Reliquiam penes ſe habens cum ſumma fide, ſenſit veluti petram cadere, & evaneſcere humorem illum, qui cauſa fuerat apoſtematis. Quare agnoſcens miraculum, à Dei famula in ſe patratum, teſtata id ipſum eſt, cum admiratione Monacharum, in monaſterio iſto degentium.

& 3 annis apoſtema patiens.

Horum fides publica.

11 Supradicta omnia miracula, & plura alia hic omiſſa, quæ Dominus Deus voluit Florentiæ patrare, per merita Matris Sor. Mariæ Magdalenæ, ab iis in quorum gratiam patrabantur, coram teſtibus fide dignis, depoſita rite fuerunt, & propriarum manuum ſubſcriptionibus roborata: de quibus etiam à Notario publico facta eſt fides & ſcriptura authentica, ad magis affirmandam veritatem eorumdem. Eadē cum præfatis atteſtationibus & ſubſcriptionibus deſcripta ſunt etiam in libro, de quo ſupra, continente ſubſcriptiones Sanctimonialium: eorumdemque (ſicut & aliarum rerum omnium, ad præſens opus pertinentium) exemplar Notariale repoſitum eſt in Archivio Archiepiſcopatus Florentini. Atque ex his ſucceſſibus, velut certis pignoribus obtentæ à Sor. Maria beatitudinis æternæ, intelligi poteſt, quod quæ in terris vivens tam accenſo zelo curabat auxilium proximorum, nunc dilecto Sponſo (ut confidere licet) fruens in cælo, impetratura ſit gratias infinitas iis, qui devota cum fide recurrent ad ejus merita imploranda apud divinam majeſtatem, à cujus gloria infinita profluit omnis gloria ſervorum ejus electorum.

B

CAPUT II.

Alia miracula, ad finem Partis VI à Puccino relata.

12 Hieronymus Mariotti, qu. Pauli Pagliazzii de Valle-Arni, quatuor menſibus conflictatus cum gravi febri, gravius malum patiebatur in pectore: quare deductus eſt Florentiam ad hoſpitale S. Mariæ-novæ, ubi à medicis ablata eſt ſpes convaleſcendi. Sed cum datum eſſet fruſtulum de habitu Sor. Mariæ Magdalenæ, idque ipſe devote acceptaſſet, eidē ſe cum magna fide commendavit. Dies erat Mercurii cum hoc agebatur, & eodem die cœpit melius habere, ſic ut ſequenti ſabbato fuerit ex integro liber ac ſanus. Fuitque ſucceſſus hic miraculoſus indicatus Matribus monaſterii à D. Camilla, matre ipſius Hieronimi, & à D. Caſſandra Martelli, velut totius rei conſcia. Ipſa autem die qua corpus Sor. Mariæ Magdalenæ poſt mortem proſtitit ſpectandum in eccleſia, mulier quædam epileptica, non valens præ multitudine confluentis populi ad ipſum uſque pervenire, flexit genua ante imaginem Deiparæ Virginis, ſtantem ſupra portam eccleſiæ jam dictæ, devote ſupplicans, ut ſibi per famulæ Dei merita ſalutem obtineret: & mox exaudita fuit, nihilque ſimile deinceps paſſa.

Invocatâ S. Mariâ Magdalenâ

ſanatur dolor pectoris,

C

epilepſia,

dolor capitis,

13 D. Eliſabetha, uxor Clementis Tinctoris, acutiſſimos capitis dolores patiens, ſic ut nullam caperet partem quietis; vertici ſuo impoſuit unum ex floribus, qui corpus beatæ Matris tetigerant, & ſubito ſana fuit. Filiolus D. Ugolini Bonſi, natus menſes viginti, ardentiſſima febri laborabat, & præ magnitudine æſtus non poterat vel ad momentum quieſcere: nam & in pectore ingentem patiebatur dolorem; ideoque ſalus ejus habebeatur á medicis deſperata. Sed ſtatim atque ejuſmodi flos unus pectori ejus impoſitus fuit, extinctus eſt febrilis ardor, reſedit moleſtia, & carò pueri facta eſt vegeta ac ſuccu-

EX VARIIS.

ardens febris,

lenta, cum magna admiratione medicorum & aliorum conſciorum. D. Julius Ruccellai, maculoſa ac peſtilenti febre adductus ad extremum vitæ terminum, ſecundum judicium medicorum; mox atque impoſitum ei fuit aliquid de habitu prædicto, convaleſcere cœpit, & brevi ex toto liber fuit. Catharina, filia Antonii Toſſi, ſupra modū gravabatur doloribus capitis ſtomachique; ſtomachi autem dolor per octo continuos annos ipſam afflixerat; nec profuerant quamvis multa adhibita medicamenta, ſed malum magis exacerbarant. Deſperato ergo ab his auxilio, convertit ſe ad interceſſionem Sor. Mariæ Magdalenæ ferventi prece implorandam; nec abiit ſeſquihora, quin omni dolore tam liberam ſe ſenſit, quam eſt modo, tota ſana & vegeta.

peticula,

dolor ſtomachi,

14 D. Ginevra Buſini, uxor D. Petri-Philippi Uguccionii, periclitabatur inter graviſſimos dolores partus, quando commendavit ſe venerandæ Matri, vovens viſitare corpus ejus, argenteumque anathema offerrre: deinde ſignata fruſtulo habitus ſæpe dicti, ſubito feliciterque peperit: & voti reddendi cauſa ad monaſterium veniens, rem totam diſtincte ibidem narravit Matribus. Religioſus quidam, graviter, ſed falſo accuſatus, juſſus fuerat à Summo Pontifice, cui cauſa innotuerat, ſeveriſſime caſtigari. Hic innocentiæ ſuæ præſidium in ſanctæ Matris interceſſione quæſivit & reperit, vovens tertio viſitare ejus corpus, atque ad illud appendere anathema ex argento. Res mira! Subito patefacta eſt veritas, & Religioſus ille declaratus innocens, confuſionem omnem moleſtiamque evaſit. D. Hippolyta Chelli in Barbadoris, oculo uno per tres menſes fuerat infirmata, ſic ut nec aërem intueri, nec caput attollere poſſet præ doloris vehementia: adhibitis autem remediis opportunis nihilque proficientibus, præſcripta eidem à medicis eſt prolixæ ac diuturnæ curationis forma, eo quod ægre admodum ſanandam appareret. Qua denuntiatione perculſa, contulit ſeſe ut melius potuit ad Sor. Mariæ Magdalenæ monaſterium; & quam ibi habebat Sororem Monacham obnixe rogavit, ut efficeret quatenus Religioſæ pro ipſa invocarent beatam ſuam Matrem, in cujus meritis ſpem magnam ſalutis habebat repoſitam. Factum eâdem veſpera quod rogaverat eſt, eademque veſpera alleviatam ſe ſenſit Matrona illa nobilis, atque intra dies paucos omnino liberatam.

ſolvitur difficilis partus,

diſſipatur calumnia,

Sanatur oculus peſſime affectus.

F

15 Margarita, filia Thomæ Sarti de Ponte-Sevæ, in paxillum clitellarium tibiam unam infeliciter fixerat; nulloque ſanguine effluente, ſed circum vulnus coagulato, diriſſimis cruciabatur doloribus, quibus continuo acceſſit graviſſima febris. Facto autem cum fide voto Sor. Mariæ Magdalenæ, ceſſavit febris ac dolor omnis: & ipſa rem ut acciderat eſt atteſtata, argenteam tibiam ad ſepulcrum ferens. D. Antonius Valderama, febri aliiſque accidentibus afflictus menſe Octobri anni MDCVII, gravius adhuc patiebatur in crure; recordatus autem quod D. Franciſca à Suares habebat faſciolas aliquas, factas ex ſudario Sor. Mariæ Magdalenæ, fecit iiſdem circumligari crus ſuum, multa cum devotione rogans ſanctam illam animā, ut pro ſua ſalute intercederet: & ſubito evanuit dolor, meliuſque habere ſe ſenſit, uſque eo ut, ſi prohibitus non fuiſſet, vellet ſtatim è lecto diſcedere. In hujus autem beneficii teſtimoniū, voluit idem D. Antonius extare propriæ manus ſcripturam. Bernardinus Cerboni, toto decennio doloribus calculi & arenarum gravatus, cum doloribus in veſica conti-

crus vulneratum,

alterum dolore plenū.

EX VARIIS.

nuis & urinæ reddendæ moleſtiis, principio Decembris anni MDCIX cœperat de vita formidare. Sed cum moveri ſe diceret fama ſanctitatis & miraculorum Sor. Mariæ Magdalenæ, mater & uxor ejus collo ipſius appenderunt particulam habitus ſæpe dicti, & eumdem quam ferventiſſime venerandæ Matri commendarunt. Nec diu dilata fuit deſiderata gratia, ſiquidē mitigari mox cœpti dolores, & intra horæ unius ſpatium plane ſunt diſſipati, ſic ut tenue dumtaxat indiciū ſui veluti ad memoriā ſervandam reliquerint; prout ipſemet per propriæ manus ſcripturam affirmavit, cereos duos adferens ad ſepulcrum, quibus mater atque uxor ejus duo parvula ex argento anathemata addiderunt.

Item calculi cruciatus.

Impetratur gratia diu optata:

16 D. Laura Cavalcanti, legens Vitam impreſſam Sor. Mariæ Magdalenæ, interius inſpirari ſe ſenſit ut rogaret Dei famulam, quatenus per merita ſua dignaretur intercedere apud majeſtatē divinā, pro adimplenda quadam interiori gratia, quam annis continuis novem poſtulaverat perquam ardenti deſiderio, & pro qua fruſtra interceſſores adhibuerat varios alios Sanctos. Ferventior autem oratio fuit, quia meminerat ſe præſentem adfuiſſe in eccleſia, cum Sor. Maria Magdalena habitu Religioſo induebatur. Hanc precationem bis fecit, & deſideratam gratiam tam plene obtinuit, ut Confeſſarius re intellecta miraculo imputandam putaverit. Ita nobilis illa Matrona ab urbe Roma ſcripſit ad Monachas, perquam minute; gratiam tamen ipſam non expreſſit, eo quod ad internum animæ tuæ ſtatum pertinere ipſam affirmaret. Sebaſtianus Dominici Fabri de plebe á Scò dicta, brachium habuit, quodam malo ſic impeditum, ut movere ipſum non poſſet; adeoque increvit morbus, ut toto illo latere quaſi paralyticus ſit effectus. Nullum ei remedium inveniebant medici: cum ergo fama Sor. Mariæ Magdalenæ ad ipſum perveniſſet, concepta erga eam fiducia, vovit effigiem ſuam, pictam in tabula, ſepulcro ejus offerendam: & voto nuncupato ſtatim convaluit, propria manu ſua teſtimonium veritatis ſignans.

B

ſanantur, paralyſis,

fluxus ſanguinis,

17 Soror Camilla Blondi, Monacha venerandi monaſterii S. Martini Florentiæ, fluxum ſanguinis paſſa fuerat duobus menſibus: quæ corpus ſibi accingens cordula, ad corpus Mariæ Magdalenæ admota, ſtatim convaluit. Sor. Maria Dati, ejuſdem monaſterii Sanctimonialis, ex gradibus delapſa ad altitudinem quinque ulnarum, notabiliter offendit patellam pedis dexteri, ſic ut hæc ei in partes diſſilierit, ipſaque inter Sororum manus fuerit portanda ad cellam. Malo remedium fecit chirurgus non prorſus infeliciter, ſed remanſit ei ipſo in loco ſpaſmus tam atrox, ut noctu diuque ejulare cogeretur. Recurrens ergo ad interceſſionē Sor. Mariæ Magdalenæ, quaſdā ejus Reliquias ſibi applicuit: citoque gratiā conſecuta, ſenſit remiſsiores dolores, & brevi prorſus libera fuit.

ſpaſmus in genu,

C

quartana,

18 D. Eliſabetha Bonviſi, uxor D. Benedicti de Nobilibus Lucenſis, cum febri quartana per multos menſes graviter conflictata, & intolerabili quam illa cauſabat ſiti capitiſque dolore; acrius ſe urgeri ſentiens, jubebat ſibi legi aliquid de Vita impreſſa Sor. Mariæ Magdalenæ, indeque ſumebat robur ac ſolatium ſpirituale, ac denique magnam erga illam devotionem concepit. Accidit autem anno MDCIX die XVII Martii, ut more ſuo piæ iſti lectioni audiendæ intendens, ſenſerit per miracula quæ occurrebant interius ſe commoveri ad contritionem de peccatis ſuis, adeo ſenſibilem, ut tota in lacrymas ſolveretur. Hinc vehemens eam inceſsit deſiderium habendi penes ſe aliquid Reliquiarum ejus, obtentaſque ab alia Matrona nobili devote habuit, & intra paucas horas evidenter ſenſit melius ſibi eſſe: nam ipſa veſpera comedit melius ſolito, dormivit præter morem quietè nocte illa, & die ſequenti, quo vehementiorem pati debebat paroxyſmum, liberatam ſe ſenſit: tum etiam alia accidentia diſſipata ſunt, quibus afficiebatur. D. Antonius Bonviſi, ipſius D. Eliſabethæ pater, tamquam omnium conſcius, ſuo & illius nomine rem totam manus proprię ſignaturâ firmavit in teſtimonium veritatis: quod idem fecit XXXI Martij anno MDCX Mag. Bernardus Vecoli, medicus Lucenſis, qui ſupradictam matronam tempore morbi curaverat, & ſingula minutiſſime noverat.

D

delirium impediens confeſſionē.

19 Femina quædam mechanica, dicta Maria Margareta, ſenio & morbo amens effecta, ſuadendentibus Confeſsionem reſpondebat omnino nihil, ſed ſæpius monita rogataque tacebat pertinaciter. Tum puellæ cuidam venit in mentem, ponere ſuper eam fruſtillum ex habitu Sor. Mariæ Magdalenæ: quo facto ſanæ menti reddita, juſsit vocari Confeſſarium: cui non ſolum de peccatis confeſſa eſt, ſed etiam Sacramentorum omnium capax inventa, quæ devote ſuſcepit, cum maximo familiæ totius ſolatio, die VIII Maji MDCIX. Alexandra, Joannis Baptiſtæ Guidi de Mugello, puella annorum quindecim, à malignis ſpiritibus infeſſa, ſæpius fuit exorcizata à P. Fr. Vincentio de Burgo S. Laurentii, Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci. Tandem cum inter exorciſmos ſolitos idem Pater ſuper eam poſuiſſet aliquid de lodice, veſte, & calantica Matris Sor. Mariæ Magdalenæ, reſpondit dæmon à duobus ſe expelli, ſcilicet á S. Franciſco & Sorore Maria Magdalena de Pazzis. Exclamanſque & ejulans in illo corpore, Non poſſum, non poſſum amplius ſuſtinere; aduror, aduror; dimiſit puellam omnino liberam. Res autem contigit in Burgo S. Laurentii de Mugello, in eccleſia S. Franciſci, die III Novembris MDCIX; & prædictus Pater Fr. Vincentius ore proprio teſtatus rē eſt Gubernatori monaſterii,

liberatur energumena.

E

Curantur, languor ſtomachi cum dolore lateris,

20 Catharina Baptiſta Manocci de Septimiano, puella & famula D. Catharinæ del Turco-Gucci, ſtomachum adeo habebat remiſſum ac debilem, ut cibum quem ſumpſerat reddere brevi cogeretur: deinde in latere ſiniſtro patiebatur cruciatum, qui nunquam dimittebat eam, ſed aliquando ſic exaſperabatur, ut loqui non poſſet aut ſomnum capere, viveretque afflictiſsima. Octo continuis annis duraverat ei hoc malum, & quamvis varia medicamenta experta fuerat, nullum inde auxilium retulerat. Vovit ergo decies quinies viſitare corpus Sor. Mariæ Magdalenæ, & mox habere ſe melius ſenſit; remittentequę ſe magis dolore, denique libera omnino fuit. Accidit autem hoc Florentiæ die XXV Julii anno MDCX: reſque teſtata deinde eſt à R. D. Matthæo Veſtri, Capellano eccleſiæ S. Laurentii Florentiæ & Confeſſario ipſius puellæ, qui omnium conſcius manu ſua eamdem deſcripſit. Antonius Mattii, famulus Oratoris Lucenſis Florentiæ, contendens cum altero ejuſdem Oratoris famulo, duobus locis vulneratus fuit, ſcilicet in muſculo brachii dexteri & in latere: & ex hoc ſpirabat ei vehemens flatus, quaſi ex folle, interim dum ſanguinem vomebat ore: unde judicabant medici non poſſe hominem vivere ad ſequentem diem. Sed cum vulneribus ejus impoſita eſſent paucula filamenta, extracta de lodice Sor. Mariæ Magdalenæ, ipſeque eidem ſe devote commendaſſet; breviſſimo tempore, ad medicorum ſtuporem, conſolidatæ ſunt plagæ, quæ credebantur letales; & in gravi illo caſu non ſenſit infirmus dolorem vel minimum. Res autem contigit Florentiæ XXIII Maji MDCX, hora ſecunda noctis.

F

letalia vulnera,

febris tertiana.

21 D. Thomas Jucundi, à febri tertiana lecto affixus, ipſo quo paroxyſmum ſibi jam jam ingruere ſenſit die, ſe commendavit Sor. Mariæ Magdalenæ, & ſubito fuit morbo liberatus. Cum autem ex eo

ſibi

A tibi remanſiſſet dolor capitis,hoc quoq; ſolutus fuit mox atque ſe ſignavit floribus, qui præcedenti die corpus illius attigerant : atque id totum manus ſuæ ſcriptura firmavit. D.Maria delGarbo,multos annos afflicta graviſſimo capitis dolore , & varias fruſtra medicinas experta,illo ſemper incrementum ſumente, vovit Sor. Mariæ Magdalenæ ad ejus ſepulcrum ferre anathema argenteum : ſubitoque liberata fuit. Eadem,in uno digitorum malum ferens, quod pini nominant, & dolores ſpaſmaticos inde obvenientes evadere cupiens,iterum votum fecit cum eodem ſucceſſu;& utrumque beneficium manu ſua confirmavit.D.Petrus Albi Romanus,quem graviſſima febris lecto affixerat,dubitantibus de ſalute medicis & malo augeſcente, accepit Reliquias aliquas Sor. Mariæ Magdalenæ:quas ſibimet imponens,devotas ad eamdem orationes adhibente uxore ejus,ſenſit ſe velut à catena ſolvi, liberarique à febri & quovis alio malo; ſic ut venientes medici ſummopere obſtupuerint: credebant tamē fore ut vicibus adhuc aliquot febris rediret,ſed in hoc opinione ſua prorſus falſi fuerunt: & ipſe D. Petrus propriæ manus ſcripturam dedit, fidem certam faciens veritati. *Atque hoc ultimum refertur iterum in editione Romana cap.*147. *ſed dicitur Curatus Parochiæ accerſitus ad Viaticum infirmo præbendum, rogatuſque ab illius uxore D.Lucretia Ghiccizzani, ut Reliquiam (erat hæc unum ex velis Beatæ) marito applicaret: quod & fecerit,commendans ipſum Beatæ,eo qui jam relatus eſt ſucceſſu.* Aliæ porro multæ gratiæ & miracula, quæ ſucceſſu temporis facta ſunt ac fiunt,per merita & interceſſionem hujus venerandæ Matris,hic omittuntur,ne ultra modum liber excreſcat.

dolor capitis,

malum digiti,

& febris mortalis.

B

CAPUT III.

Expoſitio ſacri corporis,tertio poſt obitum anno adhuc integri , & miracula quædam poſterius à Puccino collecta , & in Romanam editionem ex ipſo & Proceſſibus relata.

22 *Moto Card. Gonzaga lectione vitæ,*

C FLuxerant anni circiter duo ab obitu Sanctæ Matris,quando Vita ejus admirabilis , plena exemplis ſanctis & favorum cæleſtium deliciis, producta in lucem , ſparſit odorem ſanctitatis ejus, non ſolum in populis Florentinæ ditioni ſubjectis,ſed etiã in locis remotioribus, quo penetrare potuerat vel fama nominis , vel notitia operis illius. Contigit porro ut Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Gonzaga, Mantuæ commorans, tum Vitæ illius lectione, tum miraculorum quæ patrabantur identidem celebritate, moveri ſe ſenſerit ad ſingularem devotionem erga Sor.Mariam Magdalenam : quare primum curavit ut Florentia acciperet imaginem illius,penicillo expreſſam ad viventis ſimilitudinem, & partem habitus ejus. Deinde Romam proficiſcens, cum adveniſſet Florentiam , manſit ibi diebus aliquot: intra quos vehementiori devotione accenſus erga beatam Matrem,ſategit,ut cum bona Archiepiſcopi Florentini venia,videre poſſet ejus benedictum corpus. Ergo de licentia expreſſa ejuſdem D.Archiepiſcopi, factus fuit ſuggeſtus ſublimis in eccleſia monaſterii, ſupraque eum collocata arca,ſpecioſe ac pretioſe ornata, qualis tam ſanctum depoſitum decebat. Habebat illa formam capſæ, foris egregio opere ſculpta ex ligno atque inaurata, in cujus ſummitate conſiſtebant Angeli duo , ſimiliter ex ligno inaurato facti ; quorum unus manu tenebat coronam, inſigne victoriarum contra dæmones relatarum; alter lilium candidum, ſymbolum eximiæ puritatis. Intus omnia veſtiebantur plumbo æque deaurato, in eoque jacebat ſacrum cadaver , conſpicuum volentibus videre per crates inauratas. Fuerat hæc arca fabricata ex eleëmoſynis quarumdam perſonarum, Matri Mariæ Magdalenæ devotiſſimarum; tantuſque ardor plurium erat ad ſumptus conferendos, præ deſiderio honorandi iſtud beatum corpus, ut neceſſe fuerit varias pecuniarum oblatarum ſummas recuſare : nam niſi editum fama fuiſſet, nulla amplius opus eſſe pecunia ; certum eſt quod arca, nunc lignea, potuiſſet ſolide aurea fabricari.

& deſiderante corpus videre,

exponitur area, qua id claudebatur,

EX VARIIS.

23 Sic nobiliter collocata arca ſtabat in eccleſia, continens corpus illud adeo integrum & incorruptum , quod miraculo id eſſe attribuendum medici cenſuerint ; eo magis, quod ipſum cum ſepeliretur nequaquam apertum fuerat , vel aliqua ratione alia diuturniori ejus conſervationi conſultum. Spirabat nihilominus odorem ſuaviſſimum: quia humor quidam optime redolens ſtillabat ex ſanctis illis membris, humectans veſtes quibus operiebatur. Erant hæ quoad colorem conformes ordinario veſtitui Religionis ac monaſterii, ex ſerico tamen, ut minus facile corrumpi poſſent, eædemque floribus conſpargebantur : ſed difficile fuit tantam horum poſtea ſubminiſtrare copiam,quæ ſatisfaceret deſiderio populi eos undique petentis. Mirum imprimis viſu ſpectaculum erat ipſum corpus benedictum, quod, licet mortuum & omni vitali ſenſu privatum, ſpeciem tamen retinebat majeſtate pleniſſimam, adeo ut intuentium animis ſenſum imprimeret compunctionis & devotionis. Supra arcam ſtabat expoſita imago Sor.Mariæ Magdalenæ,ad vivum expreſſa,& multis circumquaque anathematis argenteis adornata, quæ fuerant à devotis perſonis oblata,in teſtimonium gratitudinis pro beneficiis reportatis.

adhuc integrum.

B

Ad illam Cardinalis offert lampadem.

24 Hoc apparatu,quam potuit fieri ſilentiſſime & vix ullo externorum conſcio,expoſitum in eccleſia fuit ſacrum corpus , ut deſiderio Illuſtriſſimi Cardinalis fieret ſatis. Venit ergo ad diem præſtitutam , eſtque vix credibile dictu , quantam erga benedictas illas Reliquias demonſtraverit devotionis teneritudinem, dono ferens argenteam lampadem, quæ coram ipſis jugiter arderet: quia confitebatur ſe multas gratias ſpiritualeſque favores divinitus accepiſſe, per merita hujus venerandæ Matris. Voluit poſtea loqui Sanctimonialibus illis,quæ ipſa vivente præſentes fuerant ſanctis ejus actionibus : multumque delectatus audiendis tantis mirabilibus,oſtendit pleniſſime ſatisfactum ſibi eſſe,novaque devotioni ſuæ priori incrementa acceſſiſſe verſus famulam Dei, quam vetuit in locum priorem reponi, priuſquam vice altera, ante ſuum Florentia abitum,ipſam viſitaſſet. Interim ſparſa hujus ſucceſſus fama tantam continuo excivit populi multitudinem, ut fuerit depoſitum ſacrum adhibitis cuſtodibus muniendum, ne qua parte forſan violaretur , aut detractis veſtibus nudaretur. Creſcente quotidie numero affluentium , plena euntium ac redeuntium ſemper erat platea ante monaſterium;nec in ea aliud audiebatur, quam voces exclamantium & devote invocantium beatam Matrem Sor. Mariam Magdalenam. Multæ etiam mulieres,à ſpiritibus malignis inſeſſæ, adducebantur ad ſacrum ſepulcrum : ibidemque à religioſis perſonis auctoritate Sacerdotali conſtricti dæmones, magno cum ſtridore & horribili ululatu confitebantur, ipſam eſſe Beatam & Sanctam:cujus ne conſpectum ſuſtinerent , avertebant oculos vultumque totum,& capite ac pedibus impingebant in feretrum: ſed concurrentis populi ſtrepitus & compreſſio impediverunt, ne ſacris exorciſmis urgerentur ad egreſſum,quem jam eorum aliqui videbantur polliceri.

F

accurrit populus,

adducuntur energumena,

25 Denique Sereniſſimus Magnus Dux ac Dominus noſter Coſmus venire etiam ipſe voluit,ma-

EX VARIIS.

accedit Magnus Dux aliique Proceres,

gna cum devotione, in comitatu ſuo ducens Illuſtriſſ. D. Card. Gonzagam, & Excellentiſſ. D. Franciſcum ſuum ipſius fratrem; nec non Illuſtriſſ. D. Abbatem Urſinum, cum Dominis Fratribus ſuis, aliiſque multis nobilibus & aulicis; qui omnes devoto illo viſu ſpiritualiter paſti, inclinatione corporis religioſa beatam Matrem venerabantur, gaudebantque participare ex floribus ſupra corpus ſparſis, gratias agentes Deo pro magna ſua bonitate, quam magis magiſque indies oſtendit circa Sanctos ſuos. Poſtea, propter ingentem concurſum multitudinis, opus fuit ad depoſitum relinquere Ducales Satellites; alioqui timendum erat, ne plures in ipſa compreſſione ſuffocarentur, aliaque incommoda evenirent. Exhinc ordinatius omnia acta ſunt: manſitque expoſitum corpus ſanctum biduo toto, ad ſatisfaciendum devotioni populi, vota ſua offerentis gratiaſque petentis. Cumque nihil remiſsior fieret concurſus; ad Illuſtriſsimum Archiepiſcopum recurrerunt Monachæ, facultatemque impetrarunt ſacrum depoſitum referendi in locum ſuum intra monaſterium: atque ita & ſuggeſtus & reliquus omnis apparatus ſublatus ab eccleſia eſt, ad quam tamen non deſierunt pluribus poſtea diebus convenire multi, dolentes quod optato conſpectu privati diſcedere cogerentur. Menſibus aliquot antea, Sereniſsima Domina Maria Magdalena, Archiduciſſa Auſtriæ & Magna Duciſſa Hetruriæ, viſitans monaſterium, voluerat inſpicere ipſum venerandum corpus: quod cum dono pretioſo ornaſſet, demonſtravit ſingularem erga hanc ſanctam Matrem devotionem.

& tandem arca ſuo loco reponitur,

B

26 *Hactenus primaria Vitæ auctor Puccinus: qui deinde anno* MDCXXI *ad calcem tertiæ editionis etiam addidit ſequentia, in editionem Romanam poſt modum eodem fere tenore relata cap.* 146, *conſequenter ad ea quæ ſupra Cap.* 1 *retulimus.* Dominus Fabius Seralii, nobilis Florentinus, anno MDCXII gravem infirmitatem, quam Ponderum vulgus nominat, cum febri continua intenſiſq; doloribus patiens, nec non continuum fluxum ſanguinis; quia moriturus credebatur, extremis jam muniebatur Sacramentis; quando ſumpto in manus Breviario, quo conſueverat uti Sor. Magdalena dum viveret, commendans ſe eidem, votum fecit ejus eccleſiam quotidie per annum integrum viſitandi, ſi valetudinem recuperaret: & ſubito melius habere incipiens, judicatus eſt mortis diſcrimen evaſiſſe. Agnellus Dominici del Piano, operam ſuam locans in fundis Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Cardinalis Barberini, anno MDCXII, exceſſivi cujuſdam laboris cauſa, in maniam tam vehementem incidit, ut domeſticorum cognoſceret neminem, vinculiſque eſſet conſtringendus. Cum autem in tam miſero ſtatu totis tredecim diebus manſiſſet, uxor ſua ſuper eum poſuit particulam habitus prædictæ Matris, vovitque argenteum anathema, ferendum ſepulcro, ſi maritus compos mentis redderetur: qui mox levius furere cœpit, & intra triduum plena ratione eſt uſus. D. Antonius, filius Illuſtriſſ. D. Bernardi Minutoli, pro Republica Lucenſi apud Regem Catholicum Oratoris Matriti, ætatis ſuæ anno XV, Chriſti MDCXII, cum patre ſuo ibidem Matriti exiſtens, infirmatus eſt depoſituſque à medicis. Quare pater ejus velum Matris Magdalenæ, quod penes ſe habebat, ſupra eum poſuit; vovens quod, ſi puer ſanaretur, deduceret eum ad ipſius Reliquias viſitandas, mox atque in Italiam rediiſſent: & ſanum intra dies paucos habuit.

An. 1612 ſanantur, Nobilis moribundus,

rufticus maniacus,

filius Legati Lucenſis Matriti,

C

27 D. Maria, uxor Raphaëlis Pera Lucenſis, graviſſimis febribus & pleuritide laborans ad deſperationem medicorum; poſt collata ei extrema Sacramenta, commendata fuit interceſſioni ſanctæ Matris, à Matribus monaſterii S. Dominici ejuſdem civitatis: mox autem atque ad eam allati ſunt flores, ex contactu ſacri corporis venerabiles, quos prædictæ reverendæ Matres ſubmiſerant; ſubito ſic relevata eſt, ut intra tres dies fuerit tam perfecte ſana, ac ſi nihil morbi fuiſſet paſſa, cum juſta omnium admiratione. Sor. Anna Lippi, ibidem Monacha, viginti menſium continuo ſpatio ſuſtinuerat quatuor febres quartanas, cum inflatione aliiſque malis: ſed poſtridie tranſitus beatæ Matris, ipſi ſe commendavit, & ſumptis nonnullis ex floribus jam dictis miraculoſe convaluit. In eodem monaſterio S. Dominici, vaſis cujuſdam vinum ſic erat corruptum, ut potabile amplius non eſſet: quapropter illæ reverendæ Matres recurrerunt ad interceſſionem hujus bonæ Matris, injectiſque vaſi nonnullis floſculis qualium jam meminimus, ſubito ad priſtinam bonitatem reverſum eſſe miratæ ſunt. Cum autem poſt aliquantum tempus exhauſtum vas illud eſſet, præter modiciſſimam in fundo quantitatem, quæ acida facta; mulier Lucenſis, graves febres patiens mortique vicina, eo aceto ſe lavit; & abluit peſtilentes maculas, quæ jam eruperant toto corpore, ac cito ſana ex integro fuit. Eadem, eodem aceto uſa, contra vehementem quem patiebatur dolorem capitis, remedium acceleratum ſenſit; intraque unius horæ ſpatium integram habuit ſanitatem. Lucenſis quidam, cruciabiliter arthriticus, eodem aceto tinctus, ſtatim doloribus caruit; & puella ibidem Lucæ, omnino cæca ex catarrho, viſum recepit eodem aceto oculos perfricans. [Atque de his quatuor, *inquit Curator editionis Romanæ*, habetur atteſtatio plurium Lucenſium in ſcripto, ad Monachas S. Mariæ Angelorum.]

& Monacha quartanaria.

vinum corruptum reſtauratur,

& aceto in vaſe reſiduo plures ſanantur.

D

E

28 Anno MDCXV, die XVIII Auguſti, Soror. Virginia Magnani Parmenſis, ex Sodalitate S. Urſulæ Parmæ, ad extremum vitæ articulum deducta Sacramentiſque procurata, à Sororibus prædictæ Sodalitatis commendabatur interceſſioni Matris Magdalenæ; adeoque melius ſtatim habere ſe ſenſit, ut diceret videri ſe ſibi quaſi à morte rediviſſe ad vitam: quemadmodum etiam verum erat: nam intra quatriduum ſana aſſurrexit de lecto. Dominicus, filius Sebaſtiani Fabri, in planitie di Scò nuncupata, infirmitate quæ veneficio imputabatur ſic exaruerat, ut ſola jam pellis oſſa operiret, nec quidquam amplius poſſet comedere. Pater ſuus eum pluribus Sanctis devoverat, tandemque etiam recordatus Matris Magdalenæ, per ejus interceſſionem filio petere cœpit ſanitatem, cum voto quod ſibi reſtitutum mitteret ad Domum Lauretanam: deinde duos ex floribus, qui corpus dictæ Matris attigerant, comedendos filio tradidit: & ſubito conſanatus adoleſcens, quarto poſt die Lauretum profectus eſt. Anno MDCXVI, cum Monachæ quædam Benedictinæ Bruxellis in Belgio, legerent librum de Vita ſanctæ Matris, iſtic ex Italica lingua Anglice redditum, à D. Tobia Matthæi Equite Anglo, eodemque Catholico; incenſæ fuerunt tanto religioſioris obſervantiæ deſiderio, ut omnino reformatum cuperent monaſterium ſuum. Sed tam piis deſideriis obſtabat pars Monacharum alia: quarum pervicaciam ut Deus edomaret, priores illæ voverant Matri Magdalenæ altare, ſub ejus nomine erigendum intra monaſterium ſuum: quo voto facto converſi ſubito ſunt adverſantium animi, magnaque cum tranquillitate & pace proceſſit reformatio in pluribus punctis, & altare communi conſenſu eſt extructum.

An. 1615 curantur, moribunda Monacha,

& puer maleficiatus.

F

1616 impetratur reformatio monaſterii.

29 Anno MDCXVII Sereniſſimus D. Ferdinandus Dux Mantuæ, febri & moleſta cordis palpitatione afflictus, nec quietis partem ullam capiens; vovit, ſi malo illo liberaretur, mittere ad ſepulcrum illius cor aureum: moxque liberatus obli-

mulier pleuritica,

1617 ſanatur Dux Mantuæ,

A obligationem contractam ſolvit, votivo anathemati verba hæc inſcribi jubens: Signum cordis Ferdinandi, Ducis Mantuæ ſexti, & Montis-ferrati quarti, beatæ Virgini Mariæ Magdalenæ de Pazzis dicatum.

& cephalalgia puerpera, Eodem anno D. Virginia Jucundi, uxor Benedicti Serbaldeſi civis Florentini, die xx Auguſti, in partu laborans, cum diuturno atque intolerabili capitis cruciatu, eidem impoſuit flores aliquos qui corpus ſanctum tetigerant, ſtatimque depulſus dolor omnis fuit.

vinumque reſtauratur. Sebaſtianus Dominici Fabri, ex parœcia à Scò nuncupata, idem cujus filium curatum ſupra diximus, vas habebat vini corrupti: & ſciens quod ſimile vas in ſuo monaſterio reſtauraverat Mater Magdalena, accepit librum Vitæ ejus: accedenſque ad vas illud, brevem ibidem orationem cum libro fecit, ac deinde vinum reſtauratum invenit.

1618 De aqua ubi Magdalena laverat brachia, 30 Antonius Dominici Partiliani Lucenſis, menſe Decembris anno MDCXVIII, derelictus à medicis propter fluxum quem patiebatur & malum pectoris, recepit extremam Unctionem: deinde commendavit ſe Matri Magdalenæ, ut quemadmodum multis concivium ſuorum varias gratias, ita ſibi etiam ſanitatem conferret. Sic oranti apparuit illa, & tertio ei dixit: Si vis ſanari, aquam de fonte meo bibito. Mane ergo facto, miſit ad monaſterium S. Mariæ Angelorum in burgo S. Frigidiani, ut aquam prædictam impetraret. Monachæ autem, neſcientes quem fontem ille diceret, miſerunt de puteo in quo ſolita illa erat lavare brachia, extaticos æſtus refrigerare volens, quemadmodum in Vita narratū eſt. Æger vero ut acceptam bibit, melius habuit: intra biduum autē, cunctis admirantibus, ſanus apparuit. [Occaſione hujus ſic impetratæ gratię, ſparſa eſt fama iſtius aquę, cœptumq; concurri ad monaſterium, pro ea infirmis obtinenda: quod in hodiernum diem, *inquit Curator editionis Romanæ*, in uſu ſervatur, plurimis per eam obtentis gratiis, non ſolum Florentiæ ſed etiam Lucæ, unde ad Monachas S. Mariæ Angelorum perſcriptæ ſunt gratiæ ſequentes duæ.] Reverenda quædam Monacha, in eadem civitate Lucenſi & monaſterio S. Dominici, ſex menſibus febres paſſa cum exceſſu melancholici humoris, ita ut fere inſenſata videretur, neque de lecto ſe poſſet levare, cum devotione bibit ex eadem aqua; ſtatimque ſic convaluit, ut poſtridie potuerit de lecto ſurgere, & communia Religionis ſuæ exercitia obire cum aliis, quaſi nihil unquam incommodi paſſa. Alia ejuſdem civi-

C tatis Monacha Ordinis Jeſuatorum, calculo diebus continuis quatuor gravabatur, unde creber ei vomitus veniebat cum faſtidio cujuscumque cibi, eo quod ſumptum retinere requiret: ſed mox ac bibit de eadem aqua vomitus doloreſque ceſſarunt, nec aliis medicinis ei opus fuit.

1619 Panormi, promiſſo anathemate ad ſepulcrum mittendo, 31 Anno MDCXIX Panormi in Abbatia S. Mariæ Martoranæ, Monialis nomine Sor. Eliſabeth Criſpo, ad ultimum vitæ terminum adducta erat, prægravante hydrope quo diu liberaveraverat: votum tamen fecit Matri Mariæ Magdalenæ, de argenteo anathemate ad ejus ſepulcrum mittendo, ſi redderetur ſanitati: quam etiam ſine mora obtinuit, detumeſcente paulatim corpore & ſymptomatis ceſſantibus. Hujus Soror Cæcilia Criſpo, Correctrix monaſterii quod ibidem Panormi habetur ſub nomine Educantium, quatuor annis laboraverat malo medicis incognito, quod plerique tamen ſuſpicabantur eſſe cancrum prorſus incurabilem. Sed deſperatis humanis remediis, prædicta ejus Soror Eliſabeth vovit aliud anathema argenteum mittere pro ſorore: eique obtinuit ſanitatem. D. Franciſcus Geluſus, Confeſſarius ſupra nominati monaſterii Martoranæ Panormi, graves ſæpe capitis dolores ac ſpaſmos patiebatur: ab eâdem vero Eliſabeth, ſimili voto liberatus eſt. Eodem in monaſterio Sanctimonialis erat Sor. Angelica-Maria nuncupata, quæ graviſſimas patiebatur febres, cum dolore ſtomachi & ſyncope cordis, neque ſpes remedii ulla erat. Mori ergo ſe ſentiens, vovit anathema argenteum tarorum quindecim, & ſtatim emerſit à periculo inſtantis mortis, rectęque convaluit. In eadem Panormitana civitate & in monaſterio S. Mariæ à Pietate dictæ, erat Monacha penitus excæcata: multiſque remediis tentatis, & factis ad varios Sanctos votis, non potuerat viſum recuperare. Tandem fiduciam obtinendæ gratiæ cœpit collocare in Matre Maria Magdalena, ideoque rogavit prædictam Sororem Eliſabetham Criſpo, pro ſe votum ut faceret de anathemate tarorum quindecim, mittendo ad ſepulcrum: eodemque veſpere, quo votum hæc fecit, illa viſum recepit. [Et omnes iſtę quinque gratiæ, Panormo ad ſepulcrum Beatæ ſunt miſſæ, ſub publicæ fidei auctoritate.] Paſithea Matthei Lucenſis, famula Monacharum S. Dominici Lucæ, menſem quartum affixa lecto jacuit cum tantis tibiarum doloribus, ut pedem ſolo figere non poſſet abſque intenſiſſimo cruciatu. Cumque nullum malo iſti inveniret ſolatium, vovit quod ad ſepulcrum Magdalenæ portaret argenteas tibias duas: ſtatimque recepta ſanitate, ceſſarunt dolores. Verum cum animi dubia hæreret, qua ratione compleret prędictum votum, propter difficultatem eundi uſque Florentiam; recruduerunt eædem, quibus antea cruciabatur, pœnæ; ideoque confirmavit votum prius, & ſana mox iterum reddita, ipſum generoſe adimplevit.

devote bibentes ſanitatem recipiunt.

varii curantur à deſperatis morbis:

item famula Lucenſis monaſterii.

E

EX VARIIS.

CAPUT IV.

Miracula ex Proceſſibus, à Curatore editionis Romanæ collecta Cap. 141, & alia ex Lucenſi civitate allata cap. 148.

32 ANdreas Bindi, Sacerdos Florentinus, Curatus eccleſiæ S. Frigidiani Florentiæ, contagioſum quoddam malum verrucarum pungentium (Formicationem Plinius, Myrmeciam Græci appellant) in una tibiarum tulerat annis multis, neque variis adhibitis remediis curare illud potuerat, ſed indies pejus habebat. Hic ipſo ſepulturæ die rogatus cum aliis Sacerdotibus corpus Beatæ portare, & inter geſtandum ei ſe commendans, ſubito levamen ſenſit, citoque integre curatum ſe fuiſſe cum juramento teſtatus eſt in primo Proceſſu. D. Antonius Valderama Hiſpanus, Florentiæ commorans, gravi febri aliisque ſymptomatis gravatus, cum acutiſſimo cruris unius dolore, obvolvi ipſū ſibi fecit faſcia, ex ſudario Beatæ confecta; ſubitoque ceſſaſſe dolores ſenſit, & ſe paulo poſt ex integro curatum, in primo Proceſſu teſtatus eſt. Bernardinus Cerbonii de Colle, civis Florentinus, calculi & arenarum cruciatus per decennium paſſus, iiſque ſæpiſſime recurrentibus, vice quadam ad extremum vitæ periculum deductus videbatur, quando impoſitus ei fuit habitus Beatæ; cui ſe commendans, gaviſus fuit mox dolores mitigari, & intra horam iiſdem ſe liberatum; nec umquam poſtea eos recurrentes paſſus, etiam hanc gratiam recepiſſe, una cum aliis teſtibus, in primo Proceſſu aſſeruit jurejurando.

Curantur myrmecia,

crus male affectum.

F

dolores calculi,

letale vulnus,

33 Antonius Matthæi Lucenſis, famulus D. Alexandri Lamberti, Legati Reipublicæ ad Magnum Hetruriæ Ducem, in quadam cum alio ejuſdem familiæ rixa, vulneratus fuit in pulpa brachii dexteri atque in latere: & lateris quidem vulnus follis inſtar ſpirabat, ita ut læſa crederentur inteſtina, nam etiam patiens ſæpe per os eructabat ſanguinem:

qua-

EX VARIIS. quapropter medici atque chirurgi, ad curandum eum accerſiti, cum formidarent ne ſibi moreretur inter manus, has ei noluerunt admovere, niſi prius confeſſo de peccatis. Interim Domina uxor Legati, filamentis, ad vulnerarios peniculos componendos præparatis, fila pauca admiſcuit ex lodice B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis: qua ejus fide & interceſſione Beatæ Matris factum creditur, ut vulneratus ille, non ſolum non moreretur, ſed nec dolorem quidem plagarum ullum ſentiret, aut febricitare inciperet, atque intra paucos dies convaleſceret; prout ipſemet cum prædictis Dominis ſuis teſtatus eſt, in primo ſecundoque Proceſſu. Idem D. Legatus, cum Domina uxore ſua, iiſdem in Proceſſibus affirmavit, quod diebus aliquot paſſus dolores maximo in brachio dextero, ortos ex parvula quadam punctura nigra, cujus nec occaſionem noverat, nec remedium poterat invenire, tandem eos ſenſit converti in ſpaſmum. Sed Domina uxor ejus, faſcias diſſolvens, brachio illi obvolutas, eiſdem reponendis ſuppoſuit inſcio viro fruſtillum ex lodice prædicta, commendans conjugem Beatæ Magdalenæ. Mox autem Legatus, ceſſare omnem dolorem ſentiens, quæſivit ab uxore, quid brachio applicaſſet; neque enim ſe quidquam mali ſentire amplius. Illa vero fatente quod erat, ambo converſi ſunt ad agendas ſuę liberatrici gratias, viro ab omni pœna exinde ſoluto. Iidem teſtantur, quod D. Laurentia Cenami, innupta Lambertis, mater ipſiuſmet Legati, annorum octoginta, jam pridem tantum aſthmatica ut ſuffocanda aliquando crederetur; cum in aqua ſumpſiſſet parum pulveris ex floribus qui ſacrum corpus tetigerant, ſubito fuerit relevata, & deinceps ſana.

brachii cruciatus,

invieterata aſthma,

B

peſtilentes puſtulæ,

34 Alexandra filia Capitanei Franciſci Puccini, uxor Andreæ Sapiti, peſtilentibus puſtulis conſperſa corpus, moritura putabatur, ideoque extremum inuncta jacebat; quia comedere nihil valens, in horas ſingulas expectabatur ſpiritum extremum datura. Interim conſanguineus ſuus D. Alexander Puccini, chartulam, pauculas Beatæ Reliquias obvolventem, collo ægræ appendit: cumque ipſa, omni jam fere ſenſuum uſu privata, loqui amplius non poſſet; juſſit eam Beatæ commendari à circumſtantibus, ad ejus tranſitum congregatis: ipſa vero, dictis Reliquiis mediantibus, paulatim cœpit reſtitui ſibi; atque intra dies paucos ſana egreſſa de lecto, una cum marito rem actam affirmavit, in primo ſecundoque Proceſſu. Stella, vidua qu. Taddei Corradi, annorum circiter LXX, lateris dolores acutiſſimos multis diebus toleraverat, nec iis levandis remedium ullum humanum reperiebatur; quare ſuſcepto Viatico jam ſeſe ad mortem obeundam paraverat; quando, cum fiducia in meritis B. Magdalenæ collocata, loco dolenti impoſuit pulvillum, quo ipſa utebatur ad dolores ſtomachi ſui: moxque alleviata indormivit; & paulo poſt expergefacta, liberatam ſe profeſſa eſt in utroque Proceſſu. Auguſtinus Franciſci Cortellini, duorum annorum infans, in periculo vitæ conſtitutus, nullius remedii ſibi applicandi capax erat, dum ardentiſſima febre conſumebatur. Ita cum jacuiſſet dies aliquot, mater ejus Eliſabeth ad interceſſionem Beatæ accurrit, & à Monachis S. Mariæ Angelorum velum quoddam exoravit: quod ubi ſuperpoſuit parvulo, liberatus à febri dixit, Mater ſanus ſum; nec male poſtea habuit, idque utroque in Proceſſu teſtimoniis firmatum idoneis fuit. Pater Don Vincentius Maccanti, Sacerdos Theatinus, Mutinę laborans tertiana graviſſima, quæ ei jam quindecim dies duraverat, nec remedium inveniens, commendavit ſe interceſſioni Beatæ: ipſaque hora appropinquante qua ſibi debebat febris recurrere, cœpit illius gloriam meditando conſiderare. In hac cogitatione obdormiſcenti ſibi, vidit apparere B. Mariam Magdalenam, cum S. Nicolao Epiſcopo, ſuo ſpeciali Patrono; ſimulque ex ore Beatæ audire hæc verba, Faciamus ei integram gratiam. Quibus ſic dictis, injecit ipſi cooperiendo pallium ſuum; & æger plenus jubilo evigilavit, nec ultra ſenſit recurſum febrilem, licet omni poſtea medicina abſtinuerit, ſicut in Proceſſu priori depoſuit.

dolores lateris,

C

ardens febris,

gravis tertiana,

D

cephalalgia,

35 Domina Maria de Garba in Rubeis, nobilis vidua Florentina, multis annis cephalalgia laboraverat: à qua facto B. Magdalenæ voto liberata fuit, tunc & deinceps. Eidem in uno digitorum morbus venit, quem Pinum appellant: unde cum dolores veluti ſpaſmaticos multis diebus pateretur abſque ullo remedio, aliud votum ipſi Beatæ nuncupavit: ſimiliterque ſubito liberata, utramque gratiam, una cum adjunctis ſibi teſtibus, declaravit in Proceſſu remiſſoriali. Antonia Jacobi Julianetti de Sarperia, puella ex Derelictis Cippi Florentini, graviſſimo morbo ad extremũ deducta, & ſacro Oleo inuncta fuit. Verum non placuit Deo ipſam ex hac vita ſubducere, manſitque menſibus pluribus obnoxia ſymptomatis epilepticis, adeo diris, ut non modo non reſtitui ſibi, ſed nec erigere caput poſſet. Subito enim atque illud tentabat vel tantillum elevare in lecto, corripiebatur fœdo iſto morbo, cum tremore atque convulſione oris, divaricantibus ſe oculis, & ſpumante per labra ſaliva: quibus ceſſantibus manebat aliquantulum velut alienata à ſenſu. Huic Prioriſſa loci ſuperimpoſuit aliquam Reliquiam B. Mariæ Magdalenæ, ſtatimque cœpit & reſtitui ſibi & citra difficultatem erigi: die autem ſequenti ſurrexit de lecto, moleſtis omnibus accidentibus libera: ipſaque, cum aliis ejuſdem loci puellis, teſtatur acceptam gratiam in remiſſoriali Proceſſu.

pini malè,

epilepſia,

E

anguſtiæ pectoris,

36 Alexandra vidua, Prioriſſa Derelictarum S. Catharinæ, in extremo vitæ articulo poſita, ab alumnis ſuis deplorabatur ut mortua: talem enim medici mox futuram pronuntiaverant, propter anguſtias pectoris. Huic dum extrema Unctio miniſtratur, puellarum iſtarum una votum fecit B. Mariæ Magdalenæ, implendum ſi convaleſceet infirma: quæ impoſitâ ſibi ejus Reliquiâ ſurrexit à lecto, ceſſantibus febribus; atque intra biduum triduumve priſtinæ reddita ſanitati, id ipſum cum jaramento teſtata eſt in remiſſoriali Proceſſu, atteſtantibus ſibi pluribus aliis. D. Joannes Baptiſta Rubei, Nobilis Florentinus, per duos continuos menſes palpitatione cordis detentus, ad ſingulas pene horas linquebatur animo, cum ſymptomatis ſudoris gelidi, ſic ut mori videretur: ipſoque in corde patiebatur jugem dolorem, nihil proficientibus medicinis. Die ergo quodam decrevit preces aliquas in honorem Beatæ recitare, & ad ſepulcrum ferre anathema argenteum. Facto voto, ſubito ceſſavit cardalgia, cum palpitatione aliiſque accidentibus, quæ numquam reverterunt: quemadmodum & ipſe & alii cum ipſo pariter conteſtati ſunt, in Proceſſu Remiſſoriali examinati. Aliàs memorata Maria Rovai Rubei, præter miracula ſupra relata, in Proceſſu Remiſſoriali affirmavit, quod in prædio ſuo menſe Octobri exiſtens, ibique in febrim lapſa, ac nihilominus proxima feſtivitate Sanctorum omniũ deſiderans communicare; cum tergiverſaretur Parochus ea de cauſa venire domũ ipſius, ſatis remotã ab eccleſia; ipſa, in feſto S. Simonis Apoſtoli veſperi, appendit ſibi aliquam Beatæ Matris Reliquiam: ſtatimque ſenſit abactam febrim, quæ ſibi á feſto S. Franciſci uſque in illam horam duraverat: redditaſque ſibi vires ipſo inſtanti experta, ſurrexit de lecto; atque ſequenti mane pedes adivit eccleſiam, ſpatio plus quam unius milliaris via ardua confragoſaque diſtantem. Laurentius, filius Pauli Rubei & prædictæ

palpitatio cordis,

F

febris Communionem impediens,

A dictæ Mariæ, puer trimulus, pati cœperat ſpinas ventoſas, quæ brachium pedemque ſic exederant, ut latus quinque vel ſex plagis in directum apertis hiaret, atque aſſulę ab ipſo oſſe decederent; ac denique, nullo per annos quinque reperto remedio, multis fruſtra adhibitis, de reſcindendo pede cogitaretur: ſed mater ad interceſſionem Beatæ recurrens, plagiſque applicans nonnullos ex floribus, qui ſacrum corpus attigerant, vidit illas coire intra paucos dies, teſtificata ut ſupra.

Spina ventoſæ.

Adjuta puerpera.

37 Aliæ inſuper multæ gratiæ in prædictis Proceſſibus continentur, ac præcipue mulierum in periculo partus conſtitutarum, & adhibitis Reliquiis Beatæ per ejus invocationem feliciter liberatarum, quæ brevitatis cauſa prætermittuntur. Inſuper inveniuntur aliæ plurimæ, à Sanctimonialibus monaſterii ipſius collectæ dietim, prout relatæ fuerunt à variis perſonis ad crates venientibus, & ſua ad ſepulcrum anathemata receptique beneficii teſtimonia deferentibus, quas habent notatas in libro memorialium ad id comparato: & quando in Proceſſu remiſſoriali viſitatum fuit corpus, numerata circa ſepulcrum fuerunt anathemata ſexcenta viginti ſex, quorum quingenta ſexaginta ſeptem argentea erant, quinquaginta novem depicta in charta ſeu tabella. Sequuntur porro etiam gratiæ, ad invocationem Beatæ iſtius factæ in civitate Lucenſi, & examinatæ in Proceſſu Remiſſoriali, ibidem formato ad inſtantiam Monacharum S. Mariæ Angelorum: qui Proceſſus approbatus non fuit, quia non erat debita auctoritate formatus. Quia tamen illæ ibi reperiuntur, ſub juramento plurium teſtium deſcriptæ, eæ hic referuntur; Lectoriſque arbitrio definiendum relinquitur quam ipſis fidem habere velit.

Numerus anathematum.

B *Lucæ ad invocationem Beatæ*

38 Rev. D. Joannes Pierotti, Sacerdos Lucenſis, adeo mente conturbatus erat, ut (quemadmodum ipſemet teſtatur) nullam noctu diuve requiem capere poſſet: patiebatur etiam neſcio quid circa cor atque per omnia membra, quod ipſum non ſinebat quidpiam pacate agere; memoria inſuper ita fugerat, ut quid de hora in horam ageret ignoraret, & inter recitandum Officium Canonicum eumdem Pſalmum decies ac duodecies iteraret, ac denique dubitaret legiſſetne eum an non: ſiquidem autem comedere vellet, ſuffocari ſibi eo tranſmittendo videbatur: adeo ut, neſciret, quo tandem modo vivere poſſet, non ambigeret tamen quin hæ omnes illuſiones à diabolo eſſent. Poſt multa jejunia, orationes & vota, tandem ſibi poſt Miſſam inſpirari ſenſit, ut ſe commendaret

curantur, mentis inquietudo,

C B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Florentinæ; votumque fecit de viſitando ejus corpore, cum oblatione argentei calicis: & ſtatim ſibi viſus eſt quaſi aquæ rivo perlui, diſcutique omnem phantaſticam illuſionem, & ſerena exinde mente manſit; ſuoque ſe voto perſonaliter exolvens, calicem obtulit ad ſepulcrū Beatæ Matris, & miraculum in Proceſſu teſtatus eſt. Soror Hilaria Jannuccii, Monacha in S. Claræ Lucæ, variis infirmitatibus per anni ſpatium attrita, jamque continua febri laborans, cum debilitate ac diſſolutione capitis atque ſtomachi maxima; tantumque exhauſta viribus, ut præter manus nihil poſſet movere, itáque affixa diu lecto; cum incurabilis æſtimaretur à medicis, credebatur cito moritura. Hoc in ſtatu conſiſtens, fuit per Matrem Abbatiſſam monaſterii ſui contacta fruſtillo veli unius, ex iis quæ Beatæ fuerant: ſubitoque ſic confortata eſt, ut de lecto ſurgens ſecuta ſit veſtigia Abbatiſſæ, referentis prædictam Reliquiam ad Priorem S. Joannis Lucenſis, à quo talem in finem commodatam acceperat; attonitis ad ſpectaculum tam inexpectatum Sanctimonialibus univerſis, atque præ lætitia ſimul cum Hilaria ad Chorum concurrentibus: ubi pulſatis campanis, Te Deum concinuerunt. Miraculo huic non ſolum ipſamet ſanata Monacha aliæque plures atteſtatæ ſunt, ſed etiam Vicarius Domini Lucenſis Epiſcopi & Prior S. Joannis, qui tum temporis alia quapiam ex cauſa ſtabant ad crates monaſterii; ac denique medicus, qui infirmam curaverat.

febris continua,

EX VARIIS.

39 Soror Anna Lippi, Monacha in venerando monaſterio S. Dominici Lucæ, integro anno colluctata cum duplici continua febri, omniumque membrorum dolore & jugi ſudore, non amplius ſurgere de lecto poterat; operam in ea omnem ludentibus medicis, deque ejus vita deſperantibus. Hæc mane quodam, poſtquam in lecto communicaſſet, petiit ſibi à Patre Confeſſario dari pauxillum ex aqua, cui immiſſus erat pulvis, confectus ex floribus qui tetigerant corpus B. Magdalenæ, eidem ex animo ſe commendans. Aqua tali ſumpta, ſicut ipſa teſtatur, viſa eſt ſibi collocata in balneo intolerabilium cruciatuum; in quibus ad meridiem uſque perſeverans, nec unquam ceſſans Beatam invocare, ipſa meridiana hora ſenſit totam febrim in momento fugiſſe; ſeque ſic corroboratam, ut de lecto ſurgens firmiſſime ſuis inſiſteret pedibus, nulloque fulcimento egeret. Sequenti mane, cum Monacharum ceterarum admiratione, ivit in Chorum; ubi ſimul omnes Te Deum gratanter decantaverunt; & poſtea eædem, cum ipſa & medico, miraculi teſtes juratæ, omnes comparuerunt.

& suidem duplex,

B

hemiplexia,

40 Dum pro ſic curata Sor. Anna Lippi cantaretur Te Deum in gratiarum actionem, Mater Sor. Maria-Benigna Lamberti, ibidem Monacha, annis quatuor privata uſu ac ſenſu lateris dextri, niſi quod continuo ſibi videretur in eo quaſi raſuram limæ perſentiſcere; toto etiam corpore tam tremula, ut abſque ſubaxillaribus ambulare non poſſet, nec ſine adminiculo quopiam ſe commovere; ideoque derelicta à medicis, multa ac diuturna remedia fruſtra expertis; accenſa etiam ipſa in fiduciam eſt, quod eâdem interceſſione mediante ſanitatem poſſet recuperare; rogavitque Sorores ut pro ſe quoque orarent. Id dum faciunt, ipſa per ſe impoſuit lateri quamdam, quæ penes ipſam erat, Beatæ Reliquiam: ſtatimque ſenſit toto corpore tremorem tantum, ut omnia lateris iſtius oſſa, mota compagibus ſuis, diſſolvi viderentur. Hinc deliquium patiens, atque poſt dimidiam horam ad ſe revertens, latus ægrum ſibi perſanatum cognovit: atque per ſeipſam aſſurgens, ſed tamen velut alienata à ſenſibus, proceſſit pedes; ſine adminiculo quidem, aſt ita debilis & imbecilla, ut

F ſenſibus attonitis non redderetur ſibi: quare à Sororibus arrepta atque ad lectum ſuum deducta fuit, ubi totum diem manſit quaſi in deliquio. Tandem vero regreſſa ad ſe, eodem die, ſine furcillis aut baculo, revertit ad exercitia ſua: & denique de ſeipſa, deque Sorore Anna, quidquid actum fuit una cum aliis teſtata eſt, atteſtante iiſdem etiam medico ipſarum ordinario.

plagæ toto corpore ſparſæ,

41 Soror Leonida Trenta, Monacha profeſſa S. Claræ Lucenſis, per annos triginta continuos, toto ſuo corpore plagas plurimas tulerat, cauſatas ex ſalſo quodam humore, qui quacumque deſcendebat, rodebat atque excoriabat membra; nec potuerat à malo tam moleſto ullis mediis adhibitis liberari. Jamque nec dormire nec comedere valebat, & quaſi juge martyrium tolerabat; quia tam panni quibus inducebatur, quam lintea quibus incumbebat, adhæreſcebant ejus carnibus pellemque abſtrahebant: aceſſerat autem ſub brachio ſiniſtro accidens aliud, quod magnam ipſi creabat moleſtiam. Infelix hæc ſic infirma, præſens adfuerat miraculo, patrato in perſona Sor. Hilariæ Jannuccii, mediante Reliquia B. Mariæ Magdalenæ, voluitque etiam ipſa illam deoſculari;

EX VARIIS.

ſed quaſi in extaſim rapta, præ ſtupore tanti prodigii quod habebat præ oculis in Sorore Hilaria, non animadvertit in ſeipſa virtutem prædictæ Reliquiæ. Verum ſub noctem cubitum concedens, & volens conſuetam curationem adhibere, tum plagis ſuis, tum illi ſub brachio accidenti, uti omni veſpere in more habebat; conſolidatas illas, totamque carnem ſuam ita mundam lævemque reperit, ac ſi nihil paſſa mali fuiſſet: eoque exinde libera, fidem miraculo una cum conteſtibus per ſe fecit.

pes diſtorſus

42 Sorori Magdalenæ Franciotti, Monachæ profeſſæ S. Georgii Lucenſis, ex lapſu ſic læſus manſit pes totus ſiniſter, ut illum movere nuſquam poſſet, & in eo pateretur acutiſſimos dolores. Cumque diebus viginti manſiſſet affixa lecto, nihil ex applicatis remediis auxilii ferens, recurrit ad interceſſionem beatæ Matris. Mane autem quodam, poſtquam eſſet ſacra Communione in lecto refecta, circumſtantes Novitiæ ſimul omnes votum voverunt, quod, ſi Soror iſta ſua convaleſceret, in honorem iſtius Beatæ tot recitarent Pſalteria, quot litteræ continentur in nomine Mariæ Magdalenæ, totidemque horis tenerent ſilentium. Votum tale nuncupantibus illis, infirma oravit Confeſſarium, ut Crucis
B ſignum ſibi ſupra pedem dolentem formaret, cum fruſtulo ex linteo quodam Beatæ. Hoc facto, ſenſit ſubito, tum illum pedem, tum latus iſtud totum tremore pervadi, cum majori quam unquam antea dolore: & his intra octavam horæ partem ceſſantibus, ſanam ſe credens, ſurrexit de lecto, atque ad officia ſua explenda citra impedimentum ullum abiit, & ſimul cum Novitiis ac Monachis gratias Deo & Beatæ retulit; deinde, cum aliis multis prædictoque Patre Confeſſario & medico, veritatem miraculi juramento affirmavit. Soror Georgia Mariani Marcii de Caſolis, Converſa ejuſdem monaſterii S. Georgii, ſimili ex caſu diſtorſerat pedem, & ſpaſmum in eo patiebatur: ſed facto voto ſanata fuit, rem ut ſupra atteſtans.

latus contractum.

43 Soror Flavia Arnolfini, Monacha profeſſa in monaſterio S. Juſtinæ Lucæ, præcipiti lapſu ſic offendit ſiniſtrum latus, ut omnes ejus nervi ſe contraxerint, vehementia tanta tamque dolorifica, ut nec minimum quidem contactum paterentur, nec moveri ipſa in lecto ratione ulla poſſet: adhibiti autem medici adeo profecerant nihil, ut nocuerint potius, ſpaſmumque auxerint medicaminibus ſuis. Cum ergo intolerabile malum videretur, monita ad interceſſionem Beatæ recurrere, unam Monacharum
C rogavit, adferret ſibi aliquam ejus quam ipſam habere ſciebat Reliquiam. Hoc illa dum facit, quanto plus appropinquabat infirmæ, tanto ipſa magis ſibi dolores relevari ſentiebat; Reliquiâ vero tandem allatâ, ceſſavit omnis cruciatus, movendiq; ſe facultatẽ recepit Flavia, & ſana de lecto ſurrexit; atq; una cum omnibus ibi præſentibus provoluta in genua, alacriter hymnum Te Deum concinuit: fuitque ab ea aliiſque, nec non à curante ipſam chirurgo, fides miraculo facta. Soror Ludovica Franciotti, Monacha in S. Joſephi Lucæ, viginti & uno annis catarrho quodam valde dolorifico cruciata fuerat in lateribus, cruribus,

catarrhus invetera-tus,

manibuſque, nec niſi bene fulta poterat vel genuflectere vel inclinare aut erigere corpus, manuſque & genua ſemper tumefacta habebat. Ut autem contacta fuit particula veli quod Beata geſtaverat, tanto terrore corripi ſeſe ſenſit, ut pene alienata à ſenſibus ſyncopen pateretur; à qua dimiſſa ſanam ſeſe, abſque dolore, abſque tumore, abſque impedimento ullo mirata, libere manus pedeſq; agitabat, acſi nihil illis paſſa fuiſſet; & una cum iis quę præſentes fuerant Sanctimonialibus, atque cum curante ipſam Medico, rei veritatem comprobavit atteſtatione ſua.

44 Soror Maria Electa Orſucci, Monacha in eodem S. Joſephi cœnobio, multis annis morbida, tandem affixa lecto fuit maximis cum doloribus, natis ex abſceſſu quodam in dextero latere; unde etiam ortæ febres acutiſſimæ nec minimam quidem ipſi indulgebant quietem, quando jacere nullo modo poterat, ſed cogebatur diu noctuq; ſedere in lecto, & febres bis in die recurrebant: laborantibus autẽ fruſtra medicis, & malum exaſperantibus potius quã levantibus, ad mortis articulum deducta erat. Hoc in ſtatu recurrit ad interceſſionem B. Mariæ Magdalenæ: & mane quodam, poſtquam communicaſſet, cum firma recuperandę ſanitatis ſpe, appendit ſibi quam habebat Beatæ Reliquiam: quo facto ſtatim irruit in eam vehemens tremor cum ſyncope, ad quartam horę partẽ durante; eaque ceſſante plene corroboratam ſeſe ſentiens, per ſeipſam ſurrexit de lecto, & integrã unam horam oravit de genibus ante altariolum, cum ſtupore Sanctimonialium, Deo gratias agens pro valetudine recepta. Ita biduum valenter egerat per domum obambulans & res ſuas agens; quando dictum ei eſt à perſona, quam credebat prudentem, ne fideret repentinæ iſti ſanitati; fieri enim poſſe, ut illa parum vera ac certa ſit; proinde ne poneret omnem medicinam. Credidit infelix tam aſſeveranter monenti, cœpitque animo fluctuare, metuens recidivum malum: quapropter permiſit Deus, ut in pœ-
E nam modicæ ſuæ fidei, ambæ febres iidemque quos prius tulerat dolores ei reverterentur: ſed ſimul eamdem interius illuminans, oſtendenſque culpam quæ ſic meruerat caſtigari, fecit ut denuo ad Beatam recurreret: quæ poſtquam alia vice communicaſſet, ſeque ſignari cum eadem Reliquia petiiſſet, ſubito relevata iterum fuit, atque ut prius rediit ad conſueta exercitia Religionis, Deo gratias ferens: totumque hunc ſucceſſum, una cum conteſtibus ac nominatim cum medico ſuo, in publicas tabulas referri fecit.

febris octimeſtris,

45 Domina Eliſabetha Bonviſia, familiæ Nobilium Lucenſium innupta, octo menſibus febrim tulerat, cum intentiſſimo capitis dolore, & tanto ciborum faſtidio, ut nihil niſi, reluctante ſtomacho poſſet recipere. Hæc Beatæ Vitam legi audiens, & magna erga ipſam devotione accenſa, cupivit adipiſci aliquam ejus Reliquiam; & nacta modicum de linteo ejus, cum ſuo ipſum collo alligaſſet, ſubitam recepit ſanitatem, quam tam diuturna medicamina conferre non potuerant. Eadem, eâdem Reliquia mediante, alia quoque vice ſanitatem recepit. Inſuper filius Cæſar, qui occaſione variolarum oculum unum ſquamma obductum gerebat, eumdemque imminutum plus quam alterum; ſtatim ac mater, re-
F mediis humanis fruſtra tentatis, oculum Cruce ſignavit cum prædicta Reliquia, & vovit eumdem habitu Carmelitano per annum unum induere, cœpit melius habere, oculo paulatim in ſtatum priſtinum redeunte. Atque hæ gratiæ, non ſolum ab ipſa D. Eliſabetha teſtatæ ſunt, ſed etiam à medicis ad curam vocatis. Soror Iſabella Gian-Pauli, Monacha ad S. Claræ Lucæ, teſtatur quod aliquoties quartanæ recurſum paſſa, fuerit liberata, adhibita ſimili Reliquia. Et Soror Pacifica Collodi affirmavit, quod ex quadam ſtomachi indiſpoſitione continuos patiens cruciatus; his aliquando ſic invaleſcentibus ut ſe crederet morituram, reſtituta ſibi ipſi fuerit, mox ac Monacha alia tale quid ipſi admoverat: eodem autem veſpere cum rediiſſet ſibi dolor, idemque factum eſſet, iterum ceſſavit dolor, nec amplius rediit. Soror Apollonia Maſaroſſa ibidem, ex rheumate quodam ferebat oculum totum opertum ſanguine: quem ipſa contingi fecit tali Reliquia, & mundatus continuo oculus apparuit. Omnia hæc prænominatis tribus atteſtantibus cum juramento conſtant: uti etiam, quod Soror Franciſca Barſotti, in eodem, ubi Monachæ illæ erant,

oculus ſquamma obductus,

quartana,

dolor ſtomachi,

oculus ſanguine opertus,

A erant, monaſterio S. Claræ Converſa, cum brachium haberet concurrentibus in illud humoribus putridis tumidum totum, ac ſpecialiter cubitum circa manum, unde tuber pendebat pomi ſimile; ideoque nullas eo in brachio vires ferens, nec ſine difficultate ipſũ movere valens, cum continuis ſex menſibus illud ſic tuliſſet; viſis tot gratiis, quas iſto in monaſterio obtinuerant aliæ, per interceſſionem beatæ Matris, ejuſdem Reliquia mediante; eidem ſe per dies plures commendavit, brachiumque ſibi tangi fecit; & eodẽ inſtantanee reſtituto deinceps uſa eſt, abſque impedimento.

inutile ac tumens brachium,

46 *Iſtæc omnia, ut Beatificationem* Magdalenæ *præceſſerunt, ſic etiam præceſſiſſe videntur pauca quædam, in noviſſima ejus Vita, Latine collecta per Fr. Patricium à S. Iacobo lib. 2 cap. 4 & ſeqq. abſque nota temporis ſic relata.* Catharina de Taſſis, duodenni ſtomachi dolore dire exagitata, & cruciatu capitis cum vertigine & febri ſuccedentibus prope jam moritura, particulam ejuſdem veſtis ſtomacho admovit, & ſomno ſtatim correpta eſt: mox expergefacta, ſe ab omni doloris & ægritudinis moleſtia liberam reperit & exemptam. Eliſabetha Corradi, malignæ victima febris, vix fuerat venerata extenſum ſuper corpus ſuum velum,

B quo vivens uſa fuerat Sor. Maria Magdalena, quando ſe ſanam eſſe exclamavit; poſtque mediæ horæ ſomnum, qualem binis diebus & noctibus integris continui prohibuerant dolores, ſurrexit vegeta, medicis rẽ miraculo adſcribentibus. Thomã Pallini convellebant exceſſivi per duos annos dolores ſtomachi, inque varios quotidie compellebant ejulatus, ſalutem omnibus deſperantibus medicis: velum itaque prædictum quam devotiſſime infirmo admovit ſtomacho, tanta optati ſucceſſus efficacia, ut confeſtim dolorum lenimen, & infra dies octo omnimodã conſecutus fuerit ſanitatem. Alexandra Caſtellani, letali conſumpta pectoris malo, uſuque linguæ deſtituta, ulteriorem vitam deſpondentibus medicis, horam præſtolabatur extremam: cui dum circumſtantium pietas faſciam imponit beatæ Matris, mox ſomno correpta, poſtque trinæ circiter orationis Dominicæ ſpatium expergefacta, ſanitatem vireſque priſtinas recuperavit; ſtupentibus medicis & Confeſſario, quorum hic infirmam Sacramentis extremis munierat, illi ſpe ulterioris vitæ ægram exuerant. Margarita Jacobi Clari, uxor Vincentii Brocchi, ſculptoris Florentini, continuo trium menſium fœtuerat profluvio, & tandem ad extremum vitæ marginem devoluta, ad eccleſiam S. Mariæ Angelorum, ut corpus ſanctæ Virginis veneraretur præſens, deduci petiit cũ ſpe firma ſanitatis obtinendæ. Necdum infirma attigerat extremã plateæ partem quæ ad eccleſiam ducit, quando in momento ſe ſanam lætata, reſiduum viæ abſque adminiculo perfecit, non ut ſanitatem recuperaret, ſed ut pro obtenta dignas retribueret gratias.

febris maligna,

ſtomachi dolores,

item alia moribunda duæ:

C

ſanatur palpitatio cordis,

47 Joannes Baptiſta Roſſi, continuis agitatus doloribus & palpitatione cordis vehementi, naturalibus nihil proficiẽtibus remediis, extremos inter cruciatus, afflictiſſimum frequenter extremæ compaſſionis exhibebat ſpectaculum. Cor itaque argenteum ſanctæ Virgini promiſit, nec non aliquas devotiones. Neque ſanare diſtulit Thaumaturga, dum è veſtigio cliens ſenſit diſparuiſſe, nec unquam poſthac ſimiles rediiſſe dolores. Catharinam, Antonii Toſtii prolem, octo annorum ſpatio continui quodammodo convulſerant capitis ſtomachique dolores, nullis ſanabiles remediis naturalibus: itaque Mariæ Magdalenæ ſuffragia imploravit, quæ intra unius & mediæ horæ ſpatium feliciter experta eſt, exulantibus doloribus omnibus. Caſſianus Dominici grave unius brachii malum ſanctæ Virginis patrocinio commendavit, ab humanis penitus derelictus atque depoſitus remediis.

cephalalgia,

Votum offerendi imaginem ad ſepulcrum ejuſdem nuncuparat, ſubitoque cum omnium ſtupore vincula rupit immedicabilis mali. Maria de Roſſiis, pertinaces duodecim annorũ dolores in capite patiens, plurimâ temporis ſumptuumq; jacturâ tormentũ auxiſſe, neutiquam leniſſe videbatur: cui, dum anno MDCXII ingemiſceret inconſolabiliter, Sor. Mariæ Magdalenæ unum caput argenteum, & aliquot quotidie orationes Dominicas, nec non ſalutationes Angelicas vovit; eodemque inſtanti, quo votum emiſit, dolor omnis remiſit, penituſque evanuit. Eadem anno MDCXV ferociſſimos manibus brachiiſque dolores & tumores paſſa, ſanctæ Virginis ſepulcrum vicibus ſeptem inviſere, manumque argenteam dedicare vovit: vixque votum emiſerat, quando ſe totam ſanam obſtupuit & incolumem. Magdalena Stella, anno MDCXVII pertinaciſſimorum lateris dolorum furiis pene exanimata, ut prædictum parti infirmæ applicuit pulvinum, mox mitigato dolore, prius requiem, exinde perfectam obtinuit incolumitatem.

EX VARIIS.

brachii malum,

cruciatus capitis,

brachii,

& lateris.

CAPUT V.

Beatificatio facta anno MDCXXVI, *& eam ſecuta multiplicatio olei, atque miracula ex uſu ejuſdem.*

Incrementeſcente ſanctitatis, venerationis, & miraculorum fama, eorumdemque continuatione, Proceſſus informativi Florentiæ, Lucæ, & Parmæ annis MDCX *&* MDCXI, *juxta decretum felicis recordationis Pauli V, auctoritate ordinaria facti ſunt: qui denique ad Vrbani VIII Pontificis maximi judicium prolati, rem eo adduxerunt, ut Beata fuerit canonice nuncupata. Quæ hac in re acta ſint minutius deducunt Patricius à S. Iacobo & Daniel à Virgine Maria, apud quos legi poſſunt: ipſius Vrbani Breve ſubjicio, priuſquam ad miracula, Beatificationis ſolennitatem ſecuta progrediar.*

48 *Ab Vrbano VIII editum*

URBANUS PAPA VIII ad perpetuam rei memoriam. In Sede Principis Apoſtolorum, nullis licet noſtris ſuffragantibus meritis, à Domino conſtituti, piis fidelium votis, quibus virtutum Dominus in ſervis & ancillis honorificatur, libentiſſime annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, prout in Domino conſpicimus expedire. Sane pro parte dilecti filii, nobilis adoleſcentis, Ferdinandi Etruriæ ſibi ſubjectæ magni Ducis, dilectarum in Chriſto filiarum, nobilium mulierum, Mariæ Magdalenæ Archiduciſſæ Auſtriæ, & Chriſtiernæ à Lotharingia, Etruriæ ſimiliter ſibi ſubjectæ Magnarum Duciſſarum Viduarum, nec non Prioriſſæ ac Monialium Monaſterii S. Mariæ Angelorum, nuncupatis in Burgo S. Frigidiani Civitatis Florentiæ, nobis nuper expoſitum fuit, quod bonæ mem. Ancilla Dei Maria Magdalena dè Pazzis, Florentina, Monialis dicti Monaſterii, multis eximiis virtutum & gratiarum ac miraculorum donis à Domino illuſtrata fuit. Quapropter Ferdinandus Magnus Dux, & Maria Magdalena Archiduciſſa, nec non Chriſtierna magna Duciſſa vidua, ac Prioriſſa & Moniales prædictæ, nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut, donec Canonizationis honor dictæ Ancillæ Dei Mariæ Magdalenæ, ob ejus excellentia merita, divinâ ſpirante gratiâ, ab Apoſtolica Sede decernatur; eadem Ancilla Dei Maria Magdalena, Beata nuncupari, atque Officium & Miſſa de eâ, ut infra, recitari & celebrari poſſit. Quare nos, re prius per venerabiles Fratres noſtros, S. R. E. Cardinales ſacris Ritibus præpoſitos, quibus eam examinandam mandavimus, mature diſcuſſa; de eorumdem Cardinalium conſilio, hujuſmodi

beatificationis decretũ,

F

cum Indulto Officii & Miſſæ,

EX VARIIS.

ſupplicationibus inclinati, ut ipſa Ancilla Dei Maria Magdalena, impoſterum Beata nuncupari, Officiumque & Miſſa de ea, tamquam de communi Virginis non Martyris, juxta Rubricas Miſſalis & Breviarii Romani, in omnibus & ſingulis Civitatis Florentinæ Eccleſiis, & hic Romæ pro præſenti anno dumtaxat, in eccleſia S. Joannis Baptiſtæ, nationis Florentinorum, in qua Beatificationis hujuſmodi ſolennitas celebrabitur, in ejuſdem Ancillæ Dei Mariæ Magdalenæ obitus, ſeu aliâ ſubſequenti non impedita die, à quibusvis Clericis & Presbyteris, tam ſecularibus quam regularibus, recitari & celebrari reſpective poſſit & valeat, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, perpetuo concedimus & indulgemus. .... Datum Romæ .... VIII Maji MDCXXVI, Pontificatus noſtri anno III. *Vbi reſtrictio*, pro præſenti anno dumtaxat, *intelligenda eſt Vrbem Romanam attingere ſolum, non item Florentinam, cujus eccleſiis ea gratia* perpetuo *conceditur.*

etiam ad ordinem Carmelitanum extenſo,

Neſcio cur neque inter ſupplicantes, ab Vrbano enumeratos, compareant Generales aliique Superiores & Fratres Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo; *neque in Annalibus Ordinis, ad annum uſque* MDXV *à Lezana deductis, ulla fiat mentio Monaſterii veteris S. Mariæ Angelorum in Burgo S. Frigidiani, jam inde ab anno* MCCCCL *memorabilis, quo primæ illius inquilinæ Virgines, in eccleſia Patrum Carmelitarum Florentiæ, Ordinis iſtius habitum aſſumpſerunt; ejuſdè regimini ſubjectæ uſq; ad annũ* MDXX. *Fortaſsis Carmelitæ poſt hanc mutationẽ deſierunt illas habere pro ſuis, licet eamdem Regulam profeſſu. Quidquid cauſæ ſubſit, certum eſt eoſdem Patres, omnem, ſi quis tunc fuit, defectum egregiè ſuppleviſſe, poſtquam Beatificatione peracta, urgeri porro Canonizatio cœpit, monaſterio in alium jam locum tranſlato, novamque claritatem per novellam iſtam Beatam adepto. Exinde enim pro tam ſancto negotio, velut imprimis ad ſe ſpectante, multum operæ impenſæque contulerunt. Ac ſtatim quidem effecerunt inſtantiis ſupplicando, ut idem qui* Magdalenam *beatificaverat Pontifex,* anno MDCXXVII, die XXIII Aprilis, *per expreſſum Breve declararet,* dictam B. Mariam Magdalenam de Pazzis, dicti Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Monialem, dum ipſa vixit, fuiſſe; quodque in omnibus monaſteriis, locis & eccleſiis d. Ordinis, in die qua ſupra, ſingulis annis ab omnibus utriuſque ſexus d. Ordinis Religioſis Officium & Miſſa; & à confluentibus ad eccleſias d. Ordinis, in alma Urbe, & in civitate Florentina exiſtentes, Miſſa dumtaxat .... in futurum recitari & celebrari, libere pariter & licite, reſpective poſſint & valeant. *Neque hic ſtetit Pontificis erga cultum novæ Beatæ propenſio: ſiquidem* anno MDCXXVIII die XVIII Januarii, Ferdinandi Magni Ducis ac Prioriſſæ & Monialium *Florentinarum* ſupplicationibus, denuo humiliter porrectis, inclinatus, *ſtatuit*, quod in omnibus & quibuſcumque eccleſiis, tam in diœceſi Florentina quam in univerſa ditione temporali præfati Magni Ducis Ferdinandi exiſtentibus .... Officium & Miſſa recitari & celebrari poſſint.

B

C

Pro feſto beatificationis ſervitutum oleum,

50 *Decretâ porro (ut ſupra dictum eſt) Beatificatione, contigit miraculum perquam memorabile, quod ex Proceſſu Florentino verbotenus ſic exprimendum duxit Patricius.* Die XXIII Maji anno MDCXXVI, quo parabatur feſtum B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, in eccleſia monaſterii S. Mariæ Angelorum Florentiæ celebrandum, Moniales in altari majori prædictæ eccleſiæ, molem ex tabulis conſtantem fabricarant, variis picturis & nubibus ornatam, gloriam Paradiſi indicantem, in cujus medio exiſtebat imago d. Beatæ. Et ut nubes per reflexum luminũ oculis intuentium eniteſcerent, ac univerſæ moli ſplenderent, plus quam ſexaginta lampades ibi accenſæ fuerant, pro quibus enutriendis magna opus erat olei copia. Quidam ergo urceus ex creta, menſuræ circiter cadorum trium olei, exiſtens in manſione nuncupata d. Monaſterii, in quo erat aliquantulum oleum, non excedens menſuram decem œnophororum, fæculentum & (ut dicitur) amurca; ex quo cum in lucernis exponeretur, ardendo ſtrepitabat, malumque odorem reddebat; abſque ulla humana ope, quoad fieri poteſt, mirabiliter plenus repertus eſt uſque ad ſummum, oleo claro & puro, quod abſque ullo ſtrepitu & malo odore arſit; ex quo eodem die per duas Converſas dicti Monaſterii hauſtum fuit tantum oleum, quod implevit ſeptem vel octo œnophoros. Et cum per quatuor vel quinque tunc ſubſequentes dies, ipſæmet duæ Converſæ ex eodem urceo haurirent oleum, pro ornamento apparatus feſti dictæ Beatæ; quotieſcumque dictum oleum hauriebant, videbant illud creſcere & redire ad eam menſuram, ad quam primâ die, poſt mirabilem impletionem prædictam, reliquerant. Et cum ſpatio quindecim dierum, à dicta die XXIII Maji proxime ſubſequentium, causâ & occaſione dicti feſti & pro uſu totius monaſterii, ex eodem urceo hauſtum, & conſumpta fuerit in lucernis, tanta quantitas olei, quæ implevit quinquaginta œnophoros; tamen abſque aliâ infuſione, adhuc in eodemmet urceo remanſit tantum olei, quod cadum integrum, ſeu ſexdecim œnophoros implevit. Ex quo facti ſucceſſu concludentiſſime probatum eſt in dicto Proceſſu, tria fuiſſe miracula.

D

modicum & fœculentæ,

excreſcit & diu clare ardet,

E

51 *Huic porro non abſimile fuit, quod in eodem Proceſſu octodecim poſt annos geſtum ſic narratur.* Cum anno MDCLIV, ob ſummam ſterilitatem, in civitate Florentina oleum valde incaruiſſet, ita ut Moniales prædictæ, ob deficientiam pecuniarum, illud emere non valerent; & pro uſu prædicti monaſterii, nempe lampadibus enutriendis, officinis & condimentis coquinæ, reperirentur duo cadi cum dimidio, in quodam urceo menſuræ trium cadorum, circa finem Menſis Auguſti, prædicti anni; Soror Caritas Monialis Converſa (quæ vices Sororis Reparatæ, tunc Valetudinariæ, curæ diſtributionis prædicti olei præpoſitę, ſupplebat) & Soror Obedientia, itẽ Converſa, fiduciâ plenæ, dum ceteræ Moniales ad ſuas cellas receſſerant, ſumpto tantillo olei, anno MDCXXVI ut ſupra multiplicati, unxerunt fundum cyathi, appoſitâ retro prædictum urceum imagine papyraceâ prædictæ Beatæ; cui enixe ambæ ſeſe commendarunt, eam deprecantes, dignaretur intercedere apud Dominum, ut ex oleo prædicto ſuppleretur neceſſitatibus Conventus, uſque ad novi receptionem, abſque ullo ſigno apparente. Cumque re ſic permanente, quolibet menſe ad minus, pro rebus neceſſariis prædicti Conventus inſumerentur quinque cadi; mirabiliter factum eſt, ut ex prædicto urceo ſemipleno magna quantitas deſumpta fuerit, ita ut duraverit uſque ad medietatem ſequentis menſis Decembris; quod ad rationem quinque cadorum pro quolibet menſe, incipiendo à fine Auguſti, multiplicatum fuerit ad quantitatem quindecim cadorum & amplius: quod tunc ab omnibus communiter, & poſtea palam & publice, miraculoſe factum fuiſſe precibus prædictæ Beatæ, exiſtimatum eſt. Hucuſque proceſſus Florentinus. In hujus itaque olei virtute, cui, ſucceſſu temporis deficienti, aliud profanum admixtum fuit, plurima (inter quæ principaliora circumferuntur ſequentia) patrata ſunt miracula. Cum Soror Angela Maria de Crucifixo, annum octavum agens, ruri cum ſuis parentibus maneret; prolapſaq; in humum eſſet, & os è genu ſeſe de ſuo loco moviſſet, illudque tacuiſſet; præ nimio dolore coacta fuit in lecto per aliquot hebdomadas decumbere; elapſoque integro menſe à parentibus Florentiam adducta, judicio chirurgi difficilis curationis exiſtimata fuit, imo

eodem inuncto cyatho ad aliud oleum promendũ,

ipſum etiã facit mirabiliter augeri.

F

Ob genu pridem loco motum ac tumens,

A imo medici voto unanimi cenſuerunt, progreſſu temporis malum in deterius protrahi. Anno autem decimo ſeptimo ſuæ ætatis, gravius afflicta fuit, occaſione cujuſdam fluxionis, ita ut genu flectere minime potuerit, per ſpatium octodecim menſium. Et licet à peritis plurima remedia illi adhibita fuerint, nihilominus prædictæ fluxioni mederi haud potuit, quin ſemper magno cruciatu ibidem afficeretur; ita ut non niſi cum magna difficultate illud aliquantulum flectere poſſet; donec elapſis quatuordecim annis, nova fluxione oppreſſa, maximis cruciatibus affecta fuerit; ita ut continuo in lecto jacere cogeretur, nec ſe tangi etiam leniter pateretur.

An. 1663 optans ad ſepulcrum duci,

Hactenus Patricius, ſed reliquæ hiſtoriæ filum, nec non pleraque huc adducta ab eodem miracula ſuccinctiori ſtylo percurrens: quapropter placet ex Ioſepho Fozio noſtro, cap. 69 eamdem materiam proſequente, eadem pertexere. Sic ergo de præſenti infirma (quam Angelam Mariam Anſelmi *nominat) narrationem hic cœptam continuat:* Ultimus iſte doloris acceſſus, qui eam lecto affixerat, contigit anno MDCLXIII initio Maji: quo inter cruciatus

B jam dictos ad finem decurrente, appropinquabat feſtivitas Sanctæ: quando dimiſſis, quæ fruſtra adhibita fuerant, chirurgorum remediis, die prædicti menſis XXIII, deſiderare ſe oſtendit (quod & antea ſæpius requiſierat) ut ad ipſius ſanctæ ſepulcrum deducetur, quo ab ea vel tolerantiam vel ſanitatem impetraret. Cupiebant quidem tam Superior quam Infirmariæ conſolationem hanc ei dare; ſed hæſitabant, jam aliàs expertæ omni motu augeri dolores ejus, affluentibus ad partem affectam copioſius humoribus. Tandem tamen tentaverunt eam de lecto extrahere quomodocumque: & imponentes eam ſellæ ſuper rotulas truſili, atque offenſam partem in ſublime elatam ſuſtinentes, promovere cœperunt: quod eis maximo cum labore ſucceſſit. Infirma vero magnos animos præ ſe ferens dicebat, quod libenter quoſcumque cruciatus ſuſtineret, ut ad concupitum Sanctæ

ſanatur oleo Sanctæ ſuæ conſpectum adduceretur. Sumpto in hunc modum experimento, rurſus eam in lecto compoſuerunt Infirmariæ, decretum habentes ipſam quo volebat deducere mane ipſius feſti. Sequenti die XXIV Maji eademq; Vigilia feſti prædicti, communicavit ægra in

C lecto, ut ſe diſponeret ad gratiam deſideratam conſequendam: deinde oravit Sor. Mariam Minimam Strozzi, ut partem læſam ungere vellet oleo Sanctæ, cujus illa ampullam penes ſe habebat. Sed hæc non rediit ante tertiam horam noctis, quando eam non amplius expectabat infirma, & Infirmariæ omnes receſſerant; tunc unà cum decumbente brevem faciens orationem, genu male affectum unxit & abiit. Vix tantum effluxerat temporis, quantulo ſemel Credo diceretur, quando ægra in parte offenſa ſentire cœpit calorem modicum accendi, qui eam ſuaviter demulcebat: applicataque ad eam manu (nam & bullire quidpiam videbatur, fortius initio, ſed poſtea remiſſius) detumeſcere quoque genu ſenſit: & *& ſanatur:* intra tertiam horæ partem vidit, quod ab annis ſeptemdecim non viderat, expeditum illud ad quemlibet motum. Erexit ergo ſe ſupra lectum, & circiter horam unam genuflexa manſit, gratiis Sanctæ agendis intenta: erat enim omnino ſanata, & citra difficultatem ullam complicabat extendebatque genu ſuum: quare etiam de adeundo ſtatim ſepulcro cogitavit, ſed cohibuit ſeſe, memorata Conſtitutionis, vetantis extra conſuetas horas noctu per Conventum ambulare.

quæ de miraculo dubia, relabitur,

53 Formato igitur propoſito, quod primo mane illuc accederet, cubitum ſe collocavit: ſed ſomnum nequiens inſtaurare, & de eo quod ſibi acciderat cogitans, cœpit ambigere an naturale oleum ejuſmodi effectum habere non poſſet. Cui tentationi ſuccumbens, & muliebri victa curioſitate; accepit aliquid olei ex lampade, quam ante lectum poſitam habebat, genuque eo unxit. Verum ecce pœna, exiguæ fidei debita, mox adfuit, recurrente inflatione, cum iiſdem omnibus, quibus fuerat exercita, doloribus atque impotentia motus. Vix explicuerim quanta hinc illi confuſio remorſuſque conſcientiæ. Spargebat lacrymas copioſas, & metuens ne reliquam deinde vitam hoc in ſtatu traducere cogeretur, noctem illam maxima cum anxietate tranſegit, quia gratiam tantopere deſideratam momento amiſerat. Mane facto adſunt Infirmariæ, interrogantque an in eadem adhuc mente perſiſtat; velitque deduci ad viſitandum corpus Sanctum: quod cum affirmaſſet, cœpit reviviſcere fiducia erga Sanctam: petitaque interno actu venia, duabus tribuſve olei ſanctioris guttis denuo ſuum genu inunxit; renovarique in ſe ſenſit temperatum illum quem prius calorem cum ebullitione, & ſublato rurſum tumore expeditum ſicut antea genu ad motum: adeo ut à ſupervenientibus interim Infirmariis, à quibus deportanda fuerat, adjuta ad veſtes induendas, cum ſtupore omnium deſcenderit per ſeipſam de lecto: & opis nullius indigens, nihil etiam debilitatis ſentiens, ambulare cœpit uſque ad capellam; ubi ante ſacrum corpus flexo genu proſtrata, nullique adnixa fulcimento; tres conſequentes Miſſas audivit. Poſt meridiem quoque totis Veſperis in pedes erecta adſtitit, admirantibus non ſolum Sanctimonialibus omnibus, ſed etiam medicis atque chirurgis, ſub quorum cura toties & tam diu fuerat. Omnes vero affirmaverunt miraculoſam fuiſſe curationē, tum quia inſtantanea fuit; tum quia contrarius effectus apparuit olei benedicti & non benedicti; tum denique quia laborioſus motus ab infirmaria ad capellam Sanctæ, malum exaſperaſſe debuerat, nedum imminuiſſe: nunc autem integra fruitur ſanitate, habilis ad quodcumque Conventus ſui miniſterium.

EX VASIS.

ſed iterata unctione denuo ſanatur,

E

& ſepulcrum adit.

54 *Hoc miraculo præmiſſo, quod pro ſui magnitudine primum locum videbatur mereri, alia nonnulla ſic proſequitur Fozius.* Anno MDCXLVIII, ſubita & acutiſſima *An. 1643* febri cum pleuritide invaſus Petrus Caravita, Regius *eodem oleo* Neapoli Conſiliarius, ægre poterat reſpirare; cumq; *ſanantur,* acceſſiſſet marcidi ſanguinis copioſus vomitus, ha- *ſanguinem* bebatur à medicis deſperatus: quando uxor ejus D. *vomens,* Portia ad Conventum Patrum Carmelitarum (S. Mariæ de Vita dictum) miſit qui accerſerent P. Fr. Albertum Calaccium; inſtanterque rogavit, ut infirmum ungeret oleo Sanctæ, iſtic ubi magis pungebat dolor. Paruit ille, præmiſſaque brevi oratione & F invocato Sanctæ nomine, ægrum unxit: qui ſine mora ſanum eſſe ſe dixit, deſcendenſque de lecto ut ſanus cum reliqua familia acceſſit ad cœnam: & gratus *& morbundus;* pro accepto beneficio ad capellam Beatæ, in prædicta eccleſia S. Mariæ de Vita, lampadem argenteam appendendam donavit. Eodem anno Joannes Salgradus Matriti jacebat depoſitus à medicis. Audiit hoc Vincentius Carlini, qui Florentia in Hiſpaniam deportaverat lagenulam olei miraculoſi: accedenſque ad infirmum & Sanctam invocans, eodem unxit. Ille vero ſomnum mox oculis cepit, deinde tantum ſibi reſtitutus apparuit, ut medici judicaverint miraculo rem adſcribendam, eo certiori, quod pauciſſimos intra *curatur* dies plene ſanus fuit. Hujus rei fama ſparſa cum eſ- *hernia,* ſet, & filius Ludovici Florentini ſic crepuiſſet, ut chirurgus vitam ei ſalvaturus caſtrare eum præſumpſerit, deinde curationem deſperans omnino deſeruerit; confidens pueri mater quod deſperatum à chirurgo remedium poſſet accipere ab oleo miraculoſo Sanctæ, prædictum Vincentium Carlinum adiit, guttulas aliquot impetravit, iiſque partes offenſas inungens ſubito melius habere filium gaviſa eſt: qui

breviſſimo tempore liber ab omni malo apparuit.

EX VARIIS.

8 menſium paralyſis

55 Gabriel Antonii Ciori, homo ruſticus, octo menſium ſpatio ſic lecto affixus fuit, ut præter ſiniſtrã manum movere poſſet nihil. Hic cum àConverſa quadam monaſterii pauxillum olei prædicti accepiſſet,& R.D. Bartholomæum Franciſci Durantis, Rectorem eccleſiæ S. Juliani Caſciæ, ubi habitabat, rogaſſet, ut ipſo eum inungeret Sanctæque commendaret; ſubito melius habere cœpit, brevique convaluit totus, ſicut prædictus Rector affirmat.

periculoſa febris,

Anno MDCLVIII D. Venantius Mutius, Plebanus S. Victorini in caſtro Ploraco territorii Camerinenſis, maligna & periculoſa, ut credebatur, febri correptus, recurrit ad interceſſionem Sanctæ, ungens ſeſe oleo ejus. Vix autem effluxerat tempus quo ſemel Miſerere recitaretur, quando eum dimiſit febris, cum ſtupore medicorum qui eum viſitarunt: perfecteque ſanatus, miſit ad monaſterium fidem authenticam collatæ ſibi gratiæ.

deſperata vomica in pectore

56 Paulæ, filiæ Franciſci & CatharinæVerdi, anno MDCLX ad pectus excrevit tuberculus: quod malum quia nullius momenti eſſe judicabat mater, ſpatio octodecim menſium occultum habuit, nec medicorum ulli oſtendit. Verum cum jam ad magnitudinem nucis excreviſſet, inſpiciens ipſum chirurgus, glandem eſſe judicavit; juſſitque ut imponeretur ei lamella plumbea, quod eam haud parum decreſcere fecit. Poſt aliquot vero dies crepans, cœpit ejicere materiam quamdam inſtar calcis: quare idem chirurgus præcepit matri applicandum cerotum cum unguento roſaceo. Paruit mater, executa præceptum per annos duos, ſed peſſimo ſucceſſu: creſcens enim malum factum eſt plaga grandis, ad cujus aſpectum non poterat non exhorreſcere mater. Quare remedium ei facere volens Calderinus, chirurgorum Princeps, eidem quater applicuit pilulas tres, ignis (ut vocavit) mortui; quas primis vicibus, cum effectum nonnullum habuiſſent, feliciter extraxit: quarta autem vice ex tribus unam tantum educere valuit, unde intumuit pectus,& malum ſic auctum eſt cum exceſſivo cruciatu, ut de vita actum chirurgus opinaretur, & ſpaſmo crederet puellam immorituram. Tunc ejus mater Catharina, commendans ipſam Sanctæ, partem offenſam unxit oleo ipſius: ſubitoque detumuit pectus, egrediente multo pure cũ particula oſſis & pillula prędicta, ſed plaga tota aperta remanẽte: quæ etiam magis exaſperata fuit applicito neſcio quo unguento. Suaſum ergo ei eſt, ut denuo recurreret ad Sanctam, quærendo pauxillum olei ſui. Paruit illa, unctaque per dies aliquot plaga, tota coiit, & ſanata eſt puella.

& igne mortuo male curata.

Eodem oleo reſtauratur annona monaſterii corrupta,

57 Anno MDCLX menſe Auguſto, inventa eſt omnis annona frumentaria, quæ erat in monaſterio S. Mariæ Angelorum, tam vetus quam nova, ſic accenſa & corrupta, ut varii generis vermes ex ea ſcaturirent, copiâ tantâ, quod grana omnia diſſolvenda in pulverem brevique nulla futura præviderentur, quemadmodum jam nunc multis ſextariis acciderat, nihil proficiente quacumque in remedium adhibita diligentia. Ergo prudenti conſilio, ad Sanctam, cujus efficacem interceſſionem toties expertæ fuerant, recurrerunt Matres: & granarium ingreſſæ, ſaccos omnes ſignaverũt cum ejus imagine, facientes ſuper ſingulos crucem oleo prędicto; roganteſq; Sanctam enixis precibus, ne ſineret totum iſtud frumentũ corrumpi. Non fuerunt in vacuum miſſæ preces: deferbuit noxius ille calor, deſierunt ſcaturire vermes, & futuræ inopiæ proſpectum ea ratione eſt.

58 Eodem anno univerſum monaſterii vinum deperierat, ducentorum circiterbarilium, mutato colore & ſapore. Superior, duabus aliis Matribus adhibitis, oleum Sanctæ in vaſa immiſit, tres guttulas in ſingula; priſtinoque vigori reſtituit vinum univerſum. Anno autem MDCLXXIX Auguſto menſe, corrupti fuerunt viginti circiter flaſcones vini: quod Prioriſſa intelligens, & pro ea quæ erat anno iſto vini caritate defectum futurum reformidans, inſpirari ſe ſenſit ut opem Sanctæ invocaret, & aliquid aquæ de ejus puteo affunderet vino ſic corrupto. Petita ergo illius aquæ phiala, & Novitiarum Magiſtra accerſita, cum ea in caveam deſcendit. Hæc vero, cui Mariæ-Catherinæ nomen, longum opus futurum dixit, ſi reducto ſingulorum flaſconum probe obturatorum epiſtomio, ſigillatim inſtillanda iis aqua eſſet: quare Prioriſſa aſpergillum ſumens, ſatis habuit illos conſpergere. Ex ipſa autem hora nihil amplius vitii deprehenſum in vino toto eſt, ſed quovis alio melius ſemper ac melius guſtantibus ſapuit. Quadam porro die Sor. Tereſia Victoria acceſſit ad Sor. Victoriam Electam, Cellerariam, accuratius intelligere cupiens qua ratione reſtauratum fuiſſet vinum: & hæc in caveam ducens interrogantem, monſtravit ei flaſconem unum, ſeorſim poſitum, in quo bulliebat vinum: ſepoſuerat autem eum cauſa faciendi acetum. Sed cum ipſum Sorori Tereſiæ Victoriæ monſtraret, nihilo minus bonum vinum reperit continere; & magna cum admiratione gratias Sanctæ egit. Simile miraculum decem annis antea ſimili in caſu experta eſt Sor. Maria Helena Felicai, Camerariæ officium exercens in monaſterio Pauperinarum, quæ dolium vini integrum ſic corruptum dolebat, ut nec famuli quidem eo uti vellent. Recordata enim quod Sancta ipſa, dum viveret, vini dolium corruptum reſtituit; invocatâ eâ, olei ſui guttas tres etiam ipſa dolio iſti infudit, die x Aprilis anno MDCLXIX. Poſtera autem die vinum bonitati priſtinæ reſtitutum reperit, atque in gratiarum actionem Miſſam dicendam apud S. Mariam Angelorum curavit, atteſtans veritatem facti, ſicut Moniales eam ſcripto ſignarunt.

& ova putrefacta bis,

59 Huc etiam referri poteſt ac debet, quod in jam dicto S. Mariæ Angelorum monaſterio, anno MDCLXIII & IV, factum eſt, reſtauratis quæ computruerant ovis plurimis. Habebat Diſpenſatrix, primum quidem ſub finem Martii, poſteriori autem anno ſub finem Aprilis, ad mille ducenta ova in uſus victumque communitatis; quando ſub finem Maji, animadvertit bonam earum partem eſſe corruptam, cum foris ſordida ac nigra apparerent, non ſine fœtore: unde cum ſummo ſuo dolore coacta fuit multa abjicere. Solicita porro de ceteris omnibus, ad locum ſe contulit ubi ova ſervabantur, & goſſypio quod oleo Sanctæ intinxerat unxit eadem, prout jacebant. Poſt aliquot deinde dies regreſſa ad ſumenda ova, à coquinariis Sororibus poſtulata, invenit omnia clara & tranſparentia diſcuſsâ nigredine, cum admiratione coquarum; quæ factum conjectatæ, non omiſerunt reddere gratias Sanctæ, quæ fecerat ut ova bona per totum Majum Juniumque haberent. Quin etiam earum quædam, conſervata donataque externis, inſtrumenta fuerunt nonnullorum miraculorum, quæ Deo placuit per illa operari.

quibus uſi ægre diu ſanantur.

60 Sor. Maria Magdalena Gondi, exceſſivis doloribus per dies multos cruciata, nullo invento quo ſublevaretur remedio, uncta à D. Bonaccurſio Epiſcopo Collenſi fratre ſuo oleo Sanctæ, ſtatim quidem ſublevari ſe ſenſit, non tamen integre ſanata eſt: quare Epiſcopus mittens ei unum ex ovis prædictis, mandavit ut illud ſub foco torreret. Fuerant quidem elapſi multi menſes à reſtauratione prænarrata; ipſum tamen ovum, coctum ac deinde apertum, adeo integrum eſt inventum, ac ſi primum illud gallina edidiſſet. Poſtquam autem illud infirma ſumpſit,

A ſumpſit, ceſſantibus plane doloribus, integram recepit ſanitatem: quare in agnitionem acceptæ gratiæ, ad ſepulcrum Sanctæ portari ſe fecit, & Miſſam coram ſe celebrari. D. Franciſca Dei, in peſſimum reducta ſtatum, ob maximam dierum quadraginta debilitatem, cum unum ovorum prædictorum accepiſſet à P. M. Fr. Marſilio Ronconi Carmelita, idque ſorbendum coqui ſibi juſſiſſet, & cum devotione ac fide ſumpſiſſet, perfecte ſanatam ſe ſenſit: atque in gratiarum actionem mandavit, ut medicamenta omnia, curando malo ſuo comparata, pro Dei amore diſtribuerentur: & ipſa ad ſacrum curatricis ſuæ depoſitum venerandum acceſſit.

Supradicto oleo curatur eriſipelas,

61 Anno MDCLXV, Magdalenæ Franciſci Clari, annorum novemdecim puellæ, advenit eriſipelas in capite, quæ illud enormiter inflavit: ſuperveniente autem febri, etiam oculi ſic intumuerunt, ut cogeretur perpetuo clauſos tenere, nullam interim quietis partem diu noctuque capiens; adeo ut medici aliique exiſtimarent, inde vel morituram vel cæcam remanſuram. Ergo ipſa ſe commendavit Sanctæ, interim dum Antonius Tornai, monaſterii famulus (factorem appellant) oculos eoſdem oleo mirabiliter
B multiplicato inunxit: & ſubito receſſit febris, ceſſaverunt dolores, detumenteſque oculi cœperunt aperiri; quibus deinceps optime vidit, cum non exigua admiratione cunctorum, quia viſu privatam opinabantur: ipſa vero veniens ad ſepulcrum, Miſſam ibi celebrari fecit. Anno MDCLXIV, Sor. Angela Cæcilia

& periculoſus tumor pectoris,

Nardi, in monaſterio Montis-Domini Florentiæ, malum in pectore ſenſit, quod medicis videbatur periculoſum, propter conjunctos dolores aliaque ſymptomata: vix tamen induci potuit biennio toto, ut ſemel ſaltem ſumeret ſimplicem purgationem, omne aliud remedium unctionemve recuſans: ſolum autem magnis precibus poſtulabat pauxillum de oleo Sanctæ, cujus beneficio confidebat certam ſanitatem ſe conſecuturam. Veſperi ergo quodam, quo ſævius ſolito cruciabatur, eo fecit tumorem pectori adnatum ungi à Matre Abbatiſſa; quo facto tolerabilior redditus dolor eſt. Secundo autem veſpere prorſus ceſſavit, tertio vero etiam evanuit tumor, remanente dumtaxat parva verrucula inſtar lentis. Viſo eo obſtupuit medicus, & iis quæ fuerant acta auditis, ſuaſit, ut ſi votum aliquod nuncupaverat, ipſo ſeſe exolveret quam primum, eo quod magnam gratiam & naturali ordine ſublimiorem receC perat. Ergo Miſſam unam coram ſancto corpore dici fecit, addita oblatione decem librarum ceræ.

Oleo lampadis ante ſepulcrū pendula ſanationes varii.

62 Sed & oleum lampadis ante ſepulcrum ardentis, ſanitatem quam plurimis contulit. Paulus Matteozzi, quem medicorum induſtria deſperatum deſtituerat, oleo tali delibutus vicibus binis, prima quidē dulcem quietem, ſecunda autem omnimodam conſecutus eſt à febri & quocumque corporali incommodo liberationem. Anno MDCLIX, Magdalena Boddi, ſecundum latus immobilis, ut affectam partem eodem oleo inunxit, mox motum optatamque induxit ſanitatem. Anno MDCLX, Ginevra Bartolozzi, graviſſimis agitata febrium æſtibus, idem oleum ſumma cum religione & fide adhibuit; quando omni ſubito alleviato dolore, febrique fugata, poſtridie eccleſiam adiit, confeſſura & communicatura. Eamdem gratiam, per dictum oleum ſibi præſtitam, ſimili gratitudinis ſigno, altero poſt ſanationem die, compenſavit Thomas Simon Chiari, anno MDCLIX. Anno MDCLXIII, eamdem à dicto oleo incolumitatem conſecutus eſt Antonius Franciſcus Fuoraſaſſi, quando in virtute dicti liquoris, duas plagas ſtupuit ſanatas, chirurgi Vincentii Giannini judicio letales. Eliſabetha Antonii Spaziani, exceſſivis duorum annorum agitata doloribus, perque tres dies & noctes continuas, abſque ullo quietis intervallo, excruciata; eodem oleo ſe inungi fecit; moxque in uno quaſi momento omnibus exempta anguſtiis, ipſamet ſanctæ Virgini argenteum detulit, quod promiſerat, anathema, anno MDCLXIII. Conſtantia quoque Lucæ Miſuri, anno MDCLXIV, febri ac ſtomachi dolore, nec non dyſenteriâ, in eum erat redacta ſtatum, ut deſperatam haberent medici. Huic Domina Flos Schianchini attulit aliquid de oleo lampadis ſæpe dictæ: qua poſtquam unxit infirmam, ceſſavit febris, ſimulq; vomitus & dyſenteria, ſtatimque ſanata fuit ægra. Verum cum illa acceptam gratiam non referret Sanctæ, ſed alteri Patrono cui devota ſe commendaverat, paulo poſt graviſſimis correpta doloribus eſt in uno humerorum & ventre: qui cum ei per quindecim dies duraſſent abſque remedio, inſpirata divinitus, requiſivit quod ſibi remanſerat olei pauxillum: eoque ſe inungens, veluti ventulum ſenſit, humero ventrique afflatum; ceſſaruntque cruciatus, & audivit ſibi dici: Agnoſce, quæ fuerit Sancta, unde gratiam accepiſti. Quare poſtulata ab eadem venia, gratias ei multas retulit, miraculum in ſe factum divulgans.

EX VARIIS.

CAPUT VI.

Tranſlatio ſacri corporis & monaſterii, à veteri ad eum quem nunc obtinent locum, illiuſque adhuc incorrupti ſtatus uſque ad annum 1663.

Ob loci prioris anguſtias,

63 *De pratitulatis inſtrui poſtulanti mihi, Sanctimoniales ſæpe dictæ ex ſuo archivo ſubminiſtrarunt documenta ſequentia, Italice conſcripta:* Anno MDCXXVII, revertens à ſua legatione Hiſpanica Eminentiſſimus D. Franciſcus Card. Barberinus, Urbani VIII nepos, atque Florentia tranſiens, dignatus eſt per ſeipſum viſitare monaſterium S. Mariæ Angelorum in Burgo S. Frigidiani, ubi duas habebat ſorores. Animadvertens autem quam difficulter eo in loco complerentur obligationes ſtatutorum & regulæ, propter multarum ibi Religioſarum exiguam ſanitatem, imprimis RR. Matrum Innocentiæ atque Mariæ-Gratiæ ſororum ſuarum; nihil prius curavit, ut Romam advenit, quam Pontifici patruo indicare conditionem ſatis afflictam Religioſarum; eo quod locus, Arno flumini ejuſque crebris exundationis ſubjectus, & valde anguſtus, parum idoneus
F eſſet proſequendo curſui obſervationum monaſticarum. His auditis exiſtimavit Sanctitas ſua proſpiciendum ſibi eſſe, ut ſublatis impedimentis imperturbata ſemper vigere obſervantia poſſet; curavitque conficiendum inſtrumentum commutationis, cum loco quem Pictorum vocant, eratque Ciſtercienſium Patrum. Id quod totum proprio Motu peregit, nulla interveniente Monachorum Monacharumve ſupplicatione motus; ſed matura proprii judicii deliberatione, atque ex plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ, ratam firmamque voluit haberi in perpetuum commutationem prædictam, per Breve ſpeciale. *Expedito Brevi, & apparatu neceſſario recipiendis novis hoſpitibus in loco Patrum Ciſtercienſium facto (quæ inter totus fere ſequens annus* MDCXXVIII *effluxit) priùs quam tranſportaretur ex uno in alterum locum totus viventium tunc Sanctimonialium Conventus, placuit eodem ſub nocturno ſilentio tranſferre oſſa Venerab. Matris Sororis Mariæ Bagneſiæ, una cum oſſibus omnium priorum Matrum, ad S. Frigidiani in Chriſto defunctarum. Factum hoc de conſenſu D. Alexandri Marci Medicis, Archiepiſcopi Florentini. Et corpus quidem Venerabilis Mariæ tranſlatum intra propriam arcam eſt; exuviæ vero ceterarum omnium*

facta cum Ciſtercienſibus permutatione.

anno 1618 2 Decemb. tranſferuntur oſſa defunctarum.

EX VARIIS.

nium Matrum, ex communi ſepultura ſublata, grandibus incluſæ capſis fuerunt; ac ſimul cum illo, deducentibus Patre Confeſſario D. Antonio-Maria Raconiſio & Sacellano Rudolfo Mini, Pſalmosque Officii mortualis per plateas recitantibus, abſque majori cereorum numero quam qui præciſe neceſſarius erat, ad novum monaſterium deportata; ſimul etiam poſita in loco ſubterraneo, in quo facienda erat communis Religioſarum poſt hac morituratum ſepultura. Quarto poſt die ſecuta eſt tranſlatio corporis B. Mariæ Magdalenæ, *eo modo ac forma quam deſcriptam Italice ſervant Monachæ ad memoriam poſterorum, quamque Latinam reddimus hoc tenore.*

die 6 Dec. recognoſcitur corpus Beatæ,

64 Die VII Decembris MDCXXVIII facta eſt tranſlatio corporis beatæ Matris Mariæ Magdalenæ de Pazzis, juxta pacta conventa ipſius commutationis, quibus inter alia cavebatur, ut Religioſæ auferre ſecum poſſent corpus ſuæ beatæ Matris. Facta eſt autem Tranſlatio ſecrete, ſicut faciendam decreverat Illuſtriſſ. D. Nuntius. Die enim VI ſub horam XXIV, venit ipſe ad eccleſiam S. Mariæ Angelorum, cum Illuſtriſſ. D. Vicario atque Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Antonio Magalotti, Dominiſque Petro Carneſicco & Cambio Anſelmio Locumtenentibus ſuis, præſentibus D. Laurentio Capponi Præpoſito Metropolitanæ eccleſiæ, D. Horatio Quarteſio Archidiacono, D. Petro Strozzio Archipresbytero, D. Julio Riccii Canonico; & Dominis Raphaële Medici, Vincentio Picti, Ludovico Altoviti, atque Silveſtro Aldobrandini, Senatoribus hujus civitatis, tamquam teſtibus; nec non Michaële Stili & Zenobio Pelli, Notario & Cancellario D. Nuntii. Erat in medio Presbyterii collocatum corpus Beatæ in ſua conſueta cryſtallina arca, duabus clavibus obſerata, collocata intra aliam ligneam atque portatilem; quæ etiam firmabatur duabus clavibus, atque ſex vinculis ferreis circumductis: deſuper vero inſternebatur tapes ſericeus, eleganti acu varie exornatus; ardentibus circumcirca cereis. Cumque omnes ſacrum depoſitum adoraviſſent, R. P. Confeſſarius monaſterii D. Antonius Maria Raconiſius claves prædictarum capſarum tradidit Illuſtriſſ. D. Nuntio. Quo ipſas capſas aperiente, conſpectum fuit corpus Beatæ, ſolito habitu ſuæ Religionis indutum, ſed ſericeo variiſque floribus conſperſo. Cunctis autem rurſus adorantibus, prædictum ſanctum Corpus ſuſceptum ab Illuſtriſſimo fuit, conducendum ad novum monaſterium: qui arcas ipſas iterum clauſas fecit ſenis in locis ſigillari proprio ſuo ſigillo, ad majorem cautelam. Tum eodem in loco beatum Corpus relinquens, prædictis DD. Carneſicco & Anſelmio Locum-tenentibus ſuis ſecreto intimavit, qua hora facerent transferri prædictum Corpus ad novum monaſterium ipſiſmet aſſiſtentibus, & in ſecuro loco reponerent poſtea conſignandum. Cumq; prædictus Notarius ſuæ Illuſtriſſ. Dominationis de ipſo Corpore, ejuſque ornamentis, clavibus & ſigillis, accuratam feciſſet deſcriptionem; diſceſſerunt omnes, relictis in eccleſia Rev. Raconiſio & Marco Caſinio, ut perſonaliter aſſiſterent cuſtodiæ prædicti Corporis, uſque ad horam decretæ Tranſlationis, ſervando penes ſe claves prædictarum arcarum. Ad horam decimam diei VII venerunt in eccleſiam Domini Carneſiccus & Anſelmius, Vices-gerentes Illuſtriſſ. Dominationis ſuæ, cum Notario & Cancellario atque ſupranominatis Dominis Canonicis, eorumque numero ſuperadditis Dominis Machiavello, Arriguccio, Bamberino, aliiſque pluribus Sacerdotibus & ſecularibus ad quadraginta. Adorato deinde ſanctiſſimo, præfati Notarius & Cancellarius inſpexerunt capſam atque ſigilla, & RR. Raconiſius atque Caſinus juraverunt ipſam eamdem eſſe, quodque ad ejus cuſtodiam tota nocte vigilaviſſent. Tum prænominati Domini capſam acceperunt, eamque manibus extulerunt de eccleſia, in comitatu viginti quinque aut triginta facularum ardentium, ſingulis certatim ſeſe ingerentibus ad ſacrum pignus bajulandum, multiſque per plateas adjungentibus ſe pompæ, ita ut facularum delatarum numerus centeſimum excederet. Fuit autem mirabilis omnium in hac deductione devotio atque taciturnitas. Sub medium circiter duodecimæ perventum eſt ad novum monaſterium; ingredienteſque per portam clauſtralem præcipuam, detulerunt capſam in oratorium, novitiorum Ciſtercienſium uſibus olim deputatum; & ibi ſupra tapetem collocaverunt; iterumq; ſacra Corporis veneratione & recognitione perfuncti, coram præfatis Notario & Cancellario claudi juſſerunt valvas feneſtrarum, ipſiuſque oratorii oſtium, imponentes ei proprium D. Nuntii ſigillum ſex in locis; ubi etiam aſſer fuit affixus, ad cautelam, ne ſigilla corrumpi poſſent. Denique cuſtodiæ ſancti Corporis coram prędictis proviſum eſt, deputatis ad eum finem Juliano & Sanctio Romanellis, qui diu noctuque iſtic aſſiſterent, quoad uſque Sanctimoniales venirent.

D *majori cum devotione quam pompa.*

65 *Venerunt illa ſequenti mox die, ex vi Apoſtolici Brevis, quod* Breve, *ut executioni mandaretur*, commiſſum fuerat D. Alfonſo Epiſcopo Anglanenſi Nuntio Apoſtolico apud Sereniſſimum Magnum Ducem, eique impoſitum, ut Religioſas, extractas de veteri ad S. Frigidianum Monaſterio, traduceret ad novum, in comitatu plurium grandævarum Matronarum, die VIII Decembris anno MDCXXVIII, cum ea qua Chriſti ſponſas decet modeſtia faciem velo opertas, intraque concluſas rhedas, die Immaculatæ Conceptioni ſacra. Venit ergo una cum Dominis Canonicis, eorumque Vicariis atque Notario & Cancellario, Aſſiſtentibuſque ſibi Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Antonio Magalotto & Rev. D. Antonio Maria ipſarum Religioſarum Confeſſario; coram Sereniſſimis Maria Magdalena Archiduciſſa Auſtriæ & Magna Duciſſa Hetruriæ, atque D. Chriſtierna à Lotharingia & Sereniſſ. Principiſſa Anna, in eccleſia expectantibus; D. Nuntius Florentinus prædictus, acerſiri juſſit Rev. Matrem Prioriſſam Sor. Mariā Gratiam de Pazzis, neptem ipſius Beatæ, præcepitque ut traderet ſibi album omnium Monacharum velatarum, Novitiarum non profeſſarum, atque Converſarum: quo recepto mandavit omnes ad ſonitum campanulæ convocari in conclave, proximum portæ clauſtrali. Ibi collectis omnibus, indutis cappas albas, facieſque velo nigro groſſiori opertis, adductis etiam quam proxime rhedis; Illuſtriſſima ſua Dominatio nominatim evocabat Religioſas ſingulas, & quæ ipſarum comitatui erant deſignatæ Matronas nobiles, primam rhedam pariter ingreſſuras. Singulæ autem, ut ſe nominari audiebant, ſupra limen portæ genua flectentes, petebant benedictionem à Matre Prioriſſa; deinde egreſſæ clauſuram, etiam ab Illuſtriſſ. ſua Dominatione, atque à Patre Antonio Maria Raconiſio benedici ſibi poſtulabant. Ingreſſæ rhedam, recta vectæ ſunt ad novum monaſterium; eodemque ordine proceſſum eſt, donec ad unam omnes eſſent tranſlatæ. Cum vero ad portam loci perveniſſent, fuerunt ab Illuſtriſſ. ſua Dominatione, coram DD. Canonicis Carneſecco & Anſelmo atque Notariis prædictis, deducentibus Sereniſſimis Celſitudinibus, ſuis per portam clauſuræ intromiſſę; iveruntque ad Capellam B. Mariæ Magdalenæ, quæ ipſis pro Choro eſſe debebat, eo quod ſuper altari, foris in eccleſia exiſtenti, collocatum eſſet venerabile Sacramentum: nec enim adhuc conſtructum erat altare majus, Choruſque retro ipſum aptatus. Hujus introductionis vigore, tradidit illis Illuſtriſſ. Dominatio ſua poſſeſſionem monaſterii, ſub perpetua clauſura

E *die 8 Dec. ex vi Brevis Apoſtolici,*

traducenda ad novum monaſterium Virgines,

F *nominatim evocatæ rhedis imponuntur*

B *à D. Nuntio Apoſtolico,*

C *& transferendum ſuſcipitur;*

transfertur autè die 7,

A ſura tenendi, impoſito nomine S. Mariæ Angelorum,quo porro eſſet appellandum ab omnibus. Voluit poſtea,ut Mater Prioriſſa conſignaret illi ſub juramento Religioſas omnes: quo facto inventus eſt idem ille numerus, qui fuerat ex altero monaſterio extractus. Tum ipſe Nuntius aliique omnes, quotquot huic actioni interfuerant,receſſerunt: relictæq; ſibi Sanctimoniales, ante omnia ſe contulerunt ad capellam Beatæ, Dominum collaudaturæ:decantatiſque Veſperis & Completorio, Deum omnis boni largitorem deveneratæ ſunt. *Poſthæc* XIII Decembris,D.Nuntius,cum DD.Laurentio Capponi atque Horatio Quarateſio, eorumque Vices gerentibus Carneſicco & Anſelmio Cancellario atque Notario, aliiſque Dominis Secularibus & Regularibus, transferens ſe ad monaſterium, introgreſſus eſt; venitque ad oratorium, ubi ſtabat corpus B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis; & invenit oſtium clauſum, ſigillatum atque confixum eo quo illud dimiſerat modo. Sublatis deinde ſigillis, produxit quas penes ſe habebat claves capſarum; & reperit Corpus in capſa ſua cryſtallina, modo ac forma jam deſcriptis. Recognoſcens autem ipſum idem eſſe,coram prædictis Dominis atque Notariis denuo claudi capſas mandavit, claves vero reſtituit Matri Prioriſſæ, Mariæ Gratiæ prænominatæ, Nepti hujus Beatæ iſtic præſenti.

& tranſlatæ,officium veſpertinũ ordiuntur in capella Beatæ,

B Denique eidem, tamquam omnes ſuas Religioſas repræſentanti,conſignavit Illuſtriſsimus cuſtodiam jam dicti beati Corporis, acceptanti illam, promittentique fidelem ejus ſervandi curam; ſicut patet ex Inſtrumentis,ipſo die poſt ejuſmodi ceremoniam rogatis ſubſcriptiſque: atque ita Illuſtriſſ. ſua Dominatio,cum toto ſuo comitatu, diſceſsit: de quo laus Deo & Beatæ ejus famulæ perennis ſit.

Addunturdeinde ædes novæ,

66 *His ita geſtis non contenta optimorum Patronorum liberalitas,cœpit etiam dare operam,ut quæ plateam ſpectabant ædes novæ à fundamentis exurgerent, ipſique eccleſiæ novus adderetur cultus: & fuerunt intra decennium omnia ad eam quæ nunc cernitur perfectionem adducta: quod quibus auctoribus factum ſit ut poſteritas diſceret,in pariete exteriori ſeu facie monaſterii poſitum eſt ex candido ac grandi marmore Vrbani VIII elegantiſsimum ſcutum,cum ſubjecto Titulo*: Urbano VIII, Pontifici Maximo, qui monaſterium hoc,ex anguſtiore loco tranſlatum, in ampliorem formam cultumque meliorem ſuis impenſis reſtituit: & Carolo Barberino, Ereti Duci, fratri ejus Germano: & Franciſco S.R.E. Cardinali Vicecancellario;atque Thadæo Præfecto Urbis, Caroli filiis, Urbani nepotibus; qui tantæ pietatis auſpicia ſecuti, idem monaſterium multis beneficiorũ præſidiis communiverunt,ęternũ grati animi monumentũ Virgines Sanctimoniales P. *id eſt, Poſuerunt.*

C

appoſitis Titulis

Similis ex marmore Titulus, interiori in facie templi ſupra januam poſitus, Franciſci Cardinalis liberalitatem ſpecialiter commendat,hiſce verbis: Franciſco Cardinali Barberino,S. R. E. Vicecancellario,quod Virginibus Deo Beatæque Virgini Mariæ Angelorum ſacris, ex vico

an. 1639

S. Frigidiani humili auguſtoque loco tranſlatis, emerit & amplificaverit hoc Cœnobium, ut aptiore Parthenone conſtructo, Innocentia & Maria Gratia ipſius ſorores, ceteræque Moniales Divinæ Majeſtati famularentur; eædem Moniales beneficentiſsimo largitori poſuere, anno Salutis MDCXXXIX.

Corpus ab an 1607 adhuc integrum

67 *Hanc quoque rẽ,ex præcitato Proceſſu Florentino,ita refert jam ſæpe citatus Patricius lib 3 Cap.* 13 Cum anno MDCVII die XXV Maji, ſecuto obitũ S. Mariæ Magdalenæ, eccleſiaſticæ ſepulturæ traditũ corpus fuiſſet in monaſterii choro, retro altare majus Monialium Carmelitarum, humiditati obnoxium, tam ob contiguitatem cujuſdam putei, quam ſtillicidii illic ſe effundentis;ab eo poſtmodum extractũ illud ac reconditum in quadam capſa cryſtallina, in altari ipſi Sanctæ dicato, in Conuentu S. Mariæ Angelorum, Florentiæ, à dexteris altaris majoris ſubtus chorum, in quo Moniales conſueverunt recitare ac decantare Officium divinum; ſervatur porro & conſpicitur incorruptum & palpabile, pannis holoſericis indutum, ad uſum Monialium Carmelitarum; etiamſi à die obitus illius, elapſi numerentur anni ſexaginta & amplius. Quod factum primo comprobatum fuit à Judicibus remiſſorialibus, qui XIII Septembris anno MDCLXIII ad ſacrum tumulum accedentes, & apertâ capſâ ſepulcrali cryſtallinâ,per quam relucebat corpus ibi repoſitum, viderunt dictum pignus veſtitum ex lamina argentea, alba & nigra, nempe cappa ex lamina nigra, & cum velaminibus albis & nigris, juxta habitum aliarum Monialium dicti monaſterii. Faciem habebat detectam & nigram, pedes

EX VARIIS.

inventum fuit anno 1663 etiã palpabile,

fuſcos & nudos, manus minus fuſcas, nudas, & ſuper pectus expanſas; & cum dextera careat digito annulari, quem dixerunt Moniales fuiſſe ſectum & traditum ſel. record. Urbano VIII ſic ipſo jubente, loco naturalis inſitus eſt aureus digitus. Dictum porro digitum ab eodem Urbano VIII dono accepêre, hodieque poſident Carmelitanæ Monaſterii S. Incarnationis, Romæ in Monte-Cavallo. *Suavem totum corpus ſpirabat odorem,& quamvis veſtimenta redolerent eo, magis tamen membra corporis fragrabant.* Et Illuſtriſsimi

E

Reverendiſsimi Domini Judices prædicti, Subpromotores,medici ac teſtes experti id ſunt,*odorando manus vel pedes, aut faciem, ut ſupra dictum eſt*, detectas & nudas. Et omnes uno ore confeſsi ſunt,fragrantiã ſentire, & à corpore & membris ejus bene olentibus provenire; & præcipue ex ore. Omnes pariter ſunt experti, dum premeretur manus circa pulſum,carnem eſſe mollem & flexibilem ſeu palpabilem, ita ut preſſa elevaretur, quod quidem magna admiratione præcipue dictorum medicorum recognovetunt. In genu etiam ſupra veſtem tacto, ſentiebatur pellem poſt preſſum elevari. Corpus,cauſa honeſtatis & decentiæ, non fuit aliter detectum, niſi pauliſper ſupra pedes & circa manum: & viſum fuit,carnes eſſe minus fuſcas & magis candere.

& ex eo ſuavis odor perceptus.

idem odor, etiam ex capſa & veſtibus emanat,

68 *Hactenus Proceſſus Florentinus, Miraculo primo: cui ſecundum,de perenni fragrantia & odore ſuaviſsimo manante è corpore & veſtibus Beatæ, ita ſubjungitur*: Defunctæ S. Mariæ Magdalenæ corpus ſepultum in loco humido, &,ut ſuperius dictum, poſtea effoſſum, inque monaſterium S. Mariæ Angelorum delatum, compertum fuit, non ſolum incorruptum & palpabile, ac odorem mirificum & ſuaviſſimum ſpirans uſque ad præſentem diem; ſed,quod mirabilius eſt, è capſa in qua reconditum jacet, ac ex indumentis quibus tegitur, idem odor præſentitur: quem magis membra corporis redolere, præcipue vero ex ejus ore afflari omnes ſunt experti, ut patet ex dicta viſitatione Apoſtolica & depoſitione teſtium, qui pluries dictum ſacrum corpus pertractarunt,veſtibuſque ſpoliarunt; unaniniter conteſtantes, quod, quando aperitur capſa, in qua reconditum viſitur corpus S. Mariæ Magdalenæ, odor prædictus diffundat ſe per cellas contiguas;& poſt contactum illius, odor etiam per aliquod temporis ſpatium conſervatur in manibus & veſtibus Monialium illud tangentium, quæ deinde ſæpiſſime illum percipiunt, licet capſa obſeretur. Eædem Moniales non modo deponunt iſtud de certa ſcientia, quia viderunt corpus prædictum, tetigerunt, ac odorem perceperunt;ſed etiam quia ab aliis Monialibus magis antiquis audiverunt, ſimilem fragrantiam è corpore, capſa, & indumentis dictæ Sanctæ ſemper exhalaſſe. Quæ optime coarctant negativam, quod ſcilicet nec in capſa prædicta, nec circa eam, flores, pulveres, aquæ odoriferæ, aut quodpiam aliud genus odoris, unquam apponantur

F

EX VARIIS. seu deferantur, imo id expreſſe vetitum eſſe, ne quidquam circumcirca apponatur, quod ſapiat odorem. Sed, quod admiratione dignum eſt, abſterſo cum lixivio quodam panniculo ad uſum Monialium, vulgo ſaggolo dicto, & ſupra dictum corpus exiſtente, quod conſuevit deferri ad infirmos, odorem primævum ſervavit, & inter ceteros pannos lineos, ex fragrantia ab eo manante, diſcernitur.

CAPUT VII.

Miracula poſt Beatificationem patrata uſque ad annum 1661.

Curatur] monialis amens,

69 *His præmiſſis, quæ reſtant ante Canonizationem miracula, quatenus ea Patricius ſuggerit, ſervato temporum ordine recenſeamus, tribus continenter Capitulis.* Menſe Octobri anno MDCXXIV, Soror Daria Teri Monialis, in tantam phreneſim ac furorem inciderat, ut dementiæ agitationem, geſtis, ſermonibus:ac inceſſu multifariam demonſtraret,quare ligatis manibus, eam in quadam cella incluſerunt. Cumque medicorum judicio, ſanitatis nulla ſpes ſupereſſet, utpote fruſtra adhibitis illi per ſeptem & B amplius menſes humanis remediis; Soror Catharina ejus germana, die XXVI Maii, quo feſtum publicæ venerationis, eidem Sanctæ à Sede Apoſtolica indultæ, erat celebrandum; ad illius interceſſionem ſeſe convertens, ſtatutoq; prius, per totum vitæ ſuæ curriculum, pervigilio ſuæ feſtivitatis, in pane & aqua jejunaturam fore; celebratiſque coram ſepulcro prædictæ Sanctæ aliquot Miſſis; ſanitatem ſororis enixe commendavit. Quare expletis Veſperis rediens ad dictam Sororem, eam invenit ſanam & incolumem, præque gaudio amare flentem: quæ nunquā impoſterum fuit relapſa. *Ita, de viſu & certa ſcientia, atteſtantur tres conteſtes.* Antoniū Antonii Gatti Santini, anno MDCXXXIII fœtentis infirmitatis horror peſſimis ſecundum corpus operuerat cruſtis. Is, quæ incaſſum humana applicaverat induſtria, à ſancta Virgine ſupplex emendicavit remedia, vovens ſepulcrum ejus ſuâ ſe veneraturum præſentiâ, & gratitudinis mnemoſyno unum Miſſæ ſacrificium ſe legi facturum. Deinde hymnum ſanctis Virginibus ſacrum exorſus & orationem, vix hanc finierat, quando vires reſtaurari, fœtorem diſſipari, cruſtas fœtidas exſiccari & decidere, priſtinumque pedibus inflatis reſtitui ſenſit ſtatum.

fœtida ſcabies,

attritis, C

70 Anno MDCXXXIV Antonium Leonem, Cancellariū civitatis Forolivienſis in Romania, graviſsimi per totam vitam contorquebant dolores articulares, imaginabilibus quibuſcumque fruſtra adhibitis remediis. Cujuſdam igitur Patris Carmelitæ Confeſſarii ſui hortatu, anguſtias ſuas letales ſanctæ Virginis Patrocinio commendavit: quam ut invocarat, dolorum lenimen perfectamque ſanitatis gratiam ſibi conciliavit. Memor ergo beneficii, imaginem ſanctæ Virginis, in eccleſia Carmelitarum Forolivienſium, in perpetuum ſuſpendit. Anno MDCXL Donna Magdalena Angela Gorina, Florentina, annorum ſeptemdecim, ob guttam ſerenam, quam per biennium paſſa fuerat in oculo dextero, videndi facultatem amiſerat. Deperditâ igitur à medicis ſpe, humanis remediis viſum unquam recuperandi, voto emiſſo S. Mariæ Magdalenæ, cujus velum ad cellam illius delatum fuerat, in pervigilio feſtivitatis illius jejunandi cum pane & aqua, ſtatim primævam facultatem viſivam recuperavit. Quam operationem miraculoſam fuiſſe, in Proceſſu Florentino, modus evicit & qualitas ſanationis; præſertim cum ultra inſtantaneitatem, ſanatio undique fuerit perfecta, nullo poſtea præcedentis morbi ſigno remanente in oculis, D & perfectione viſionis recuperatæ jugiter perſeverante. Laurentius Paſſerini, continuam paſſus trium menſium febrim, deſperatis remediis humanis, velum ſanctæ Virginis petiit; obtentumque afflicto applicavit corpori, anno MDCXLIV menſe Martii; infraque triplicis circiter orationis Dominicæ ſpatium, dolores ſenſit remittere, mitigari æſtus, quarto die integram conſecutus valetudinem.

ocŭlus excæcatus,

febris trimeſtris,

71 Soror Maria Catharina Rinuccini, anno MDCXLVIII, à die ultima Aprilis, per totā vigeſimam ſecundā Maii, laborans febri maligna cum petecchiis; quæ illâ tempeſtate Florentiæ ob intemperiem aëris communiter regnabant; cum inflammatione pulmonum ac dolore capitis vehementiſſimo cruciaretur, ita ut viribus deſtituta, languens ac morti proxima, amiſsâ quaſi facultate loquendi, ob inflammationem linguæ, ſomnolentiaq; ac delirio affecta cerneretur; acceptis ſanctiſſimis Euchariſtiæ & extremæ Unctionis ſacramentis, à Medicis abſque ſpe ſalutis derelicta fuit. Tunc Mater Prioriſſa applicuit ei pulvinum, quo Sancta fuerat uſa, nihil ſentiente infirma; quæ tamen dormire cœpit, viſaque ſibi eſt in ſomnis ſignari à Sancta ex parte cordis; dicentemq; audire, Sanata es, ſurge: & quia appropinquat feſtum meum, vade atque commenda te coram corpore meo. Evigilavit ad hæc Maria Catharina, ſeque aleviatam ſentiens, cum ante extraordinaria torpedine ac veluti pondere quodam oppreſſa jacuiſſet, nec brachium quidem attollere prævalens; dixit Sorori, ad ſui cuſtodiam appoſitæ: Soror, ſanata ſum: voca Matrem Prioriſſam, ut cum ejus licentia poſſim ſurgere. Audivit relationem Prioriſſa non ſine ſenſu devotionis, licentiam tamen poſtulatam negavit, quamvis integris viribus ſe eſſe illa diceret; donec rediiſſent mane medici, eamque cum ſuo ſtupore prorſus ſanam conſpexiſſent. Tum vero permiſſa ſurgere, exercitia monaſterii deinceps continuavit, agnoſcens gratiam à Sancta acceptam.

& alia peſtilens,

applicito Sancta pulvino. E

72 Iisdem quibus iſta Florentiæ gerebantur annis MDCXLVII & VIII, fervebant Neapoli ſeditioſæ rebellionis tumultus, inter quos Gaſpar de Roomer, mercator Belga, ad Caſtellum novum ſe receperat, vitæ ſuæ quærens ſecuritatem: quando interius commoveri ſe ſenſit, ut, turbato quamvis mari, in unam navium ſuarum ſe reciperet. Factum id non ſine gravi periculo, fiduciam præſtante quam ſupra ſe habebat Sanctæ Reliquia: & celocem, quam conſcenderat, uſque ad navim, S. Petri Majoris dictam, per medias procellas labore maximo promoverunt naviculārii, magnis promiſſis ad tentandum, quod alias horrebant, diſcrimen animati. Ceterum licet nautæ majoris navis emiſſis funibus voluiſſent celocē ad ſe adducere, non tamen id patiebatur mare, nihil levius minitans, quam colliſionem utriuſque navigii, futuram ut minimum exitialem celoci in partes confringendæ. Suadebatur ergo regreſſus ad terram: ſed Gaſpar, viſa poſt navim cymba, valido rudente ad juſtum ſpatium religata à navi, ſcienſque firmam ac robuſtam eſſe; ſalvum ſe futurum credidit, ſi illam ſaltem adipiſci poſſet. Idem autem periculum indicantibus nautis & redire jubentibus, perſiſtens in conſilio & in Sancta poſitam fiduciam habens, ad illam converti remos juſſit, ſeque erexit in pedes, ſcapham in tranſitu quem meditabantur apprehenſurus manibus, ad ſignum quod ſe daturum promittebat is, qui clavum ipſius celocis regebat. Dictum, factum: Sanctam invocans proſiluit ad ſcapham, eamq; manibus apprehendit; cum ecce decumanus fluctus ſcapham in altitudinem horrendam erexit, eâdemque con-

Neapolitanus mercator

tempeſtuoſo mari miraculoſe ſervatur, F

A concuſſione ſe intra ſcapham ſuper unum tranſtrorum ſedere reperit; oculos autem ad celocem convertens, vidit ipſam eadem unda ventoque vehementiori retroactam, quantum jacere baliſta poſſet. Tum vero in ſe recollectus, totus gratias egit Sanctæ, per quam credebat ſe ſalvatum: & quamvis in eo poſtea ex cymba ad navim adducendo nihil minus fuerit laboratum ab epibatis, vacuus tamen à timore fuit. Lacrymatus eſt eo ſuſcepto Capitaneus navis; &, tamquam uno inſtanti amiſſum receptumque à mortuis, amplexi omnes ſunt. Ipſe vero dedit gloriam Sanctæ, à qua inſpiratum ſibi fuiſſe credidit, ut per vitæ periculum tantum egrederetur de caſtello: poſtea enim intellexit, nonnullos, ante portam ejus in quo morabatur conclavis tranſeuntes, eo die ex vicinis domibus, caſtello ipſo altioribus, trajectos à populo ſclopis fuiſſe; inter quos facile venire potuiſſet, propter frequentem neceſſitatem per iſtam portam egrediendi & ingrediendi.

qui manens in urbe fuerat occidendus,

idem ſanatur à peſte.

73 Idem Gaſpar de Roomer, pro ſingulariſsima gratia per Sanctã accepta etiam habuit, anno MDCLXI liberatum ſe fuiſſe à peſte, qua fuerat contactus in villa ſua Pauſilypi die XVI Julii. Cum enim ſimul & ardentiſsimam febrim intra viſcera conceptam
B ſentiret, & peſtiferum carbunculum in inguine; periculo tam præſenti conterritus, ſe proſtravit in genua ante Crucifixum, ad cujus pedes erat imago Sanctæ, Florentiâ ad eum miſſa, quæ imago illius corpus contigerat. Facta autem devota oratione, icunculam iſtam applicuit plagæ, cum aliis nonnullis ejuſdem Sanctæ Reliquiis; præter quas nihil conſueti tali caſu medicaminis uſurpare voluit, fiduciam omnem in ſancta ſua Protectrice collocatam habens. Nec ſane fruſtra: etenim ceſſavit mox febris; ipſaque conceptæ peſtis index macula intra paucas horas ſic evanuit, ut exinde magis magiſque fuerit in priori fiducia confirmatus; multiſque deinceps aliis maximi momenti occaſionibus Sanctæ opem expertus. ***Hic eſt ille Gaſpar de Roomer, civis Antuerpienſis, qui ſua in patria fundavit dotavitque inſigne illud ſacellum marmoreum S. Ioſephi, apud Canoniſſas Regulares, vulgo Falcontinas, quo de meminimus ad iſtius Sancti feſtum XIX Martii: qui idem tot nominibus huic Sanctæ obligatus, magnificam gratitudinem ſuam exhibuit Neapoli, multa ſcutorum millia impendens Canonizationi ejuſdem, maximo cum ſplendore celebrandæ, præter ea quæ liberaliter contulerat ad negotium Romæ promovendum.***

C *Applicita Reliquia Sanctæ ſanatur cruciatus intolerabilis,*

74 Anno MDCLII Tomaſia Petri Pallini cœpit exceſſivis doloribus cruciari, qui ab orificio ſtomachi ſumentes initium, per totum corpus ſe diffundebant, adeo ut per venas ejus ignis quidam videretur diſcurrere; punctura ſque acerrimas ſentiret, quarum vehementia ejulare ipſam cogebat, volutarique per terram, ac pene de ſtatu mentis exire. Erat autem hoc ei tormentum quotidianum, quandoque etiam uno die ſæpius iterabatur; & ſic duravit biennio integro, nihil proficientibus ullis quæ applicabantur remediis: itaque derelicta fuit à medicis, perſuaſis dolores colicos & matricarios eſſe, quibus miſcerentur lumbrici, inteſtina corrodentes. In hoc ſtatu derelictæ, poſt aliquot menſes abſque uſu medicamentorum tranſactos, frater ejus Thomas Pallini attulit velum Sanctæ: quod miſella accipiens, magna cum veneratione applicuit dolenti ſtomacho, Sanctamque rogavit ut optatam ſanitatem ſibi largiretur. Nec mora: cœpit habere melius, & intra dies octo remanſit omnino libera, nec ejuſmodi cruciatus unquam poſtea ſenſit.

item tria apoſtemata dolorifica,

75 Non minus ſingularis fuit gratia, quam fecit Sancta anno MDCLV cuidam Antonio Ricci de Campis, tres continuos annos ferenti tria apoſtemata in pectore, quibus nullum potuerat inveniri quod proꝺeſſet remedium: dolores autem tanti erant, ut neque jacere ad momentum quietus, neque ſuper pedes poſſet conſiſtere: quare cum nullam partem quietis caperet, de vita ejus deſperabant medici. Tunc uxor ejus Margarita, tam labore continuo quam cura familiæ ſupra modum fatigata, acceſſit ad monaſterium, ſolatium quæſitura à Sor. Martha Converſa, ſua conſobrina; cui expoſuit mariti malum, ut ipſum Sanctæ commendaret. Illa vero ſuas orationes promittens, etiam ipſam hortabatur devotionem concipere erga eamdem; deditque ei particulam habitus, à Sancta dum viveret geſtati. Theſaurum accepiſſe rata Margarita, domum revertit, magna cum fiducia obtinendæ marito ſanitatis. Nec fruſtra: mox enim ut applicita ei Reliquia fuit, mitigatis doloribus cœpit dormire, viditque conſolidari ſibi plagas, adeo ut intra octo dies totus ſanus Florentiam venerit, Sanctæ ſacellum & corpus viſitaturus: ubi cum tres Miſſas in gratiarum actionem dici curaſſet, fidem ſucceſſus miraculoſi, à tribus teſtibus ſubſignatam, Matribus reliquit, nec ultra male habuit uſq; ad hunc annũ MDCLXIX. Non hic ſtetit munificentia Sanctæ. Cum enim Margarita prædictam Reliquiam, in formam amuleti conſuiſſet, ut ipſam geſtare ſupra ſe Antonius poſſet; eadem poſt tempus aliquod ipſi elapſa eſt: qui nullam requirendi diligentiam prætermittens, propter dolorem jacturæ talis, omnemque fruſtra ſcrutatus angulum; non tamen ſpem
E dimiſit ejus recuperandæ per ipſam Sanctam. Mane ergo quodam poſt tres hebdomades, dum Antonius in agro jentaculum aliquibus ruſticis præberet, fecit ei videre Sancta venientem eminus canem ſuum; & hic recta accurrens ad dominum, ei ante pedes poſuit amuletum amiſſum: quod Antonius mox flexus in genua de terra ſuſtulit, infinitas gratias Sanctæ agens.

EX VARIIS.

ipſaque Reliquia amiſſa miraculoſe recipitur.

Febris delirio juncta curatur.

76 Anno MDCLX Tereſa Marmoraï, Landinorum familiæ innupta, ardentiſſima tenebatur febri, quæ deinde abiit in quartanam, ſed talem, ut liberam numquam dimitteret, quin novæ febris recurſus inveniret adhuc luctantem cum priori. Multa quidem medicamina ſumpſerat, ſed nullo fructu; eratque tanta jam ejus debilitas, ut pedibus conſiſtere omnino nequiret, unde & afflictiſſima erat, maxime cum denuo in illam incurriſſet ardentior febris, delirio juncta. Tam male habentem inveniens quædam amita ſua, ſuaſit ad Sanctæ interceſſionem recurrere: ideoque maritus infirmæ, Chriſtophorus Landini, die III Januarii MDCLXI, poſt menſes quinque
F infirmitatis prædictæ, ivit ut velum Sanctæ mutuo acciperet; ſimulque attulit ampullam olei, ad Sanctæ interventionem multiplicati. Mox autem ac pedes in cameram intulit cum Reliquiis, ſublevari infirma cœpit: ſumtoque pauxillo olei, ſupra ſe ſacrum velum extendit, expectans donec ſe remitteret febris: quod ita fecit, ut numquam redierit amplius; priſtinoque vigori reddita mulier, pedibus acceſſit ad ſacrum corpus, & de accepto beneficio gratias egit.

CAPUT VIII.

Miracula ab anno 1661 uſque ad 1669.

77 *Sanatur maligna febris.*

ANno MDCLXI R. P. Franciſcum Socci, Rectorem Eccleſiæ S. Andreæ, maligna invaſit oppreſſitque febris; quamque ſupplex à S. Maria Magdalena ſanitatis gratiam poſtulavit, duorum dierum ſpatio, perfectam ab ejuſdem velo impetravit. Camillus Bonchriſtiani, anno eodem exceſſivis duorum annorum cruciatibus, in variis

totius corporis membris exhauſtus doloribus, præſertim autem pectoris, ubi enatus tumor ad quantitatem dimidii ovi, cauſabat ei acutiſſimos cruciatus; inter eos crebrum cogebatur evomere ſanguinem, fruſtrà quibuſcumque humanis applicitis remediis. Librum igitur, in quo Vita ſanctæ Virginis impreſſa erat, quemque uxor ſua nuper legere cœperat, una cum gratiis in varios collatis, ſuppoſuit capitis pulvinari ſummo cum pietatis affectu, ardentibuſque precibus votum adjecit; in cujus virtute devotionis, poſtridie ſanus è lecto proſiliit, vitam & vigorem medicis ſtupentibus conſecutus.

EX VARIIS. & ſanguinis vomitus,

78 Eodem item anno MDCLXI domi ſola remanſerat Margarita; annorum trium puella, filia Antonii Coccii, agricolæ monaſterii S. Mariæ Angelorum in Campis: quæ cum veſpere quodam diſcurreret per aliquem ipſius domus angiportum, adeo arctum ut ægre duo ſimul illac poſſent tranſire; bos furioſus, elapſus è ſtabulo, per eumdem angiportum cucurrit in domum, manſitque inter pedes ejus infantula. Currebat poſt beſtiam villici famulus, videnſque eminus parvulam inter ejus pedes, mortuam credidit, nec enim aderat qui ſubſidium ferret. Quare, cum accedens proprius, non ſolum illæſam, B ſed nec in minimo territam vidit, vehementer obſtupuit: apprehenſamque manu ad patrem deduxit, monens eam ut gratias Deo redderet pro ſucceſſu, quem ex ordine narrabat ut contigerat. Tunc pater filiolam interrogans; Et quis inquit, liberavit te à furioſâ beſtiâ, quæ ſupervenit tibi? Illa vero incunctanter reſpondit: Sancta per manum me apprehendit, dixitque, Tranſi hac, faciens me per latus tranſire inter pedes bovis. Cui pater, Cujus vero coloris habitū induta erat? nigri an albi? [Nigri, inquit filia, & habebat] velum nigrum in capite. Tum ille, probare volens filiam: Imo candidum, inquit, ejus velum erat. Aſt illa, Nequaquam, ſed erat nigrum, ſicut habet ſuperius in camera, ubi dico Ave-Maria. Quod autem majori admirationi fuit, ſæpius idem juſſa narrare parvula, numquam vel in minima circumſtantia variavit aut ſibi contradixit, quantumcumque objectæ ei fuerint quæſtiones non raro in contrarium: ſed ſibi ſemper conſtitit uſque ad annum MDCLXIII, quando die XXV Septembris, deducta Florentiam eſt à parentibus, ad reddendas gratias liberatrici ſuæ; quæ gratam ejus innocentiam habens, novo eam iſtic affecit beneficio.

Puella trimula à bove furioſo conterenda,

à Sancta apparente ſervatur:

79 Fuerat in eccleſia S. Mariæ Angelorum cum C matre ſua, ad Miſſam audiendam in capella ipſius Sanctæ; & poſtea ducta ad crates locutorii, Ah, inquit, vidi in eccleſia Sanctam. Multæ, replicant Matres, ibi pictæ ſunt; qualis eſt illa quam vidiſti? Reſpondit illa, Omnes ſunt ſupra altarie: ſed pulchrior omnibus eſt quam vidi ad cratem, ſicut iſta [oſtendens imaginem appenſam in ipſo locutorio]: ſed illa quam vidi ad cratem etiam formoſior eſt: ipſa vero Sancta jacet ſub altari, nigro alboque veſtita, habens in capite velum album, ac ſuper eo nigrum; habet etiam in capite coronam argenteam, totam gemmis conſperſam: verum corona illa non eſt ſicuti eſt meæ imaginis, quam habeo in crumena, ſed alta; imponebatque manus capiti ſuo, ac circumducens, volebat formam coronæ, quam viderat, declarare. Ut autem ſecuriores eſſent Matres, quod revera Sancta eidem ſe conſpiciendam præbuiſſet, dixerunt; Male vidiſti, erat ſupra menſam altaris, non ſubtus. Quibus illa: Eſt quidem una picta ſupra altare, ſed quam ſubtus vidi, pulchrior eſt. Interrogata de ſitu corporis; Jacet, inquit, manibus hoc modo compoſitis; & præciſe oſtendit modum, quo Sancta eas habet. Omnibus vero poſtea requirentibus, quid aut quomodo vidiſſet, idem ſemper abſque varietate dixit. Digreſſa poſtmodum à monaſterio cum filia mater, queſta ei eſt dicens: Si vidiſti Sanctam, quare non dixiſti mihi, & ego quoque eam vidiſſem? Cui parvula, Oculos, inquit, magnos habes, exiguos ego: ideo deorſum ego videbam, tu ſurſum. Interrogata quam alta erat Sancta; Sicut nutrix mea, inquit; ſed nigella eſt, manus autem magis candidæ: dixitque mihi ut ſim bona, & ego reſpondi quod eſſe velim. Porro neque mater neque de familia illa quiſpiam unquam viderat corpus Sanctæ, adeoque à nemine poterat didiciſſe puella, quomodo jaceret ſub altari, tunc undequaque clauſo. Proinde dubitari non potuit, quin Sancta ipſi ſe oſtenderit, ſicuti ſub altari jacet. Mane autem ſequenti cum matre ad eccleſiam regreſſa puella, denuo dixit, eadem ſe quæ die præcedenti vidiſſe. D

eadē quinquennis clauſo ſepulcro videt corpus Sanctæ,

& ſtatum ejus ac ſitū accurate deſcribit.

80 Anno MDCLXII febri maligna correptus fuit D. Dominicus Frederici: & quia de vita actum dicebant medici, uxor ejus recedens cœperat ut mortuum plangere; quando ſub horam XXIV allatum eſt velum Sanctæ, intraque duas ab inde horas fuit tam liber à febri, ut quæ ipſum cuſtodiebat mulier ad uxorem cucurrerit, dicens, Eia Domina, quem mortuum luges, eſt abſque febri. Ipſe vero receptam E ſanitatem Sanctæ deberi agnoſcens, eâdem ipſa hebdomade venit ad viſitandum corpus: auditaque ibi Miſſa & Communione ſuſcepta, argenteum anathema ad ſepulcrum reliquit. Joannes quoque Poggiali, aſthmate aggravatus & ardentiſſima febri, poſt plura remedia abſque fructu applicita, juſſus à medicis eſt diſponere domui ſuæ, & extrema Sacramenta ſuſcipere, quia naturaliter vivere diu non poterat. Hujus matri allata eſt particula ex habitu Sanctæ: quæ mox ut attigit infirmum, alleviata eſt febris; & ille intra ſex horas liber à morbo, omnibus qui eum in priori ſtatu viderant admirationi fuit, nec tale quid ultra paſſus eſt.

ſanantur moribundi,

ſervantur periclitantes à lapſu,

81 Alexander, Petri Lapini filius, trium annorum puerulus, anno eodem ex ſublimibus ſcalis prolapſus, in letale corruit malum. Miſerrimum ſobolis ſtatum ſanctæ Virgini commendavit Franciſca, carnalis infirmi mater, audita ad eum finem Miſſa in capella Sanctæ; domumque regreſſa, inter brachia ipſum accepit, dicens: Bono animo eſto, parvule, magnæ Sanctæ te commendavi, quæ te ſanabit: & hoc dicto puerum humi depoſuit. Tunc liberrimo uti cœpit greſſu, hinc inde digrediens per ædes paternas puerulus, qui à ſex menſium curriculo nec pedem F potuerat promovere: cui beneficio grata mater, in altari Sanctæ Miſſam dici fecit. Anna, Peregrini Viti conjux, infelici cruciabatur partu, vitam deſperantibus omnibus. Anno prædicto agonizantem maritus interceſſioni ſanctæ Virginis commendavit inſtantiſſime, nec multo poſt felicem mulier enixa eſt fœtum: & ille, in agnitionem beneficii, eleemoſynam ceræ laboratæ atque oleum miſit, quæ in honorem Sanctæ conſumerentur. Denique anno eodem, dextrum Luciæ Franciſci Cambii filiæ oculum improviſus graviter offenderat, perque ſolidos quatuor menſes occluſerat, catarrhus. Tormentum continuum, puncturas acerbiſſimas, jugeſque lacrymas, omnibus poſſibilibus lenire geſtiit remediis humanis; ſed deſperatam proclamabant medici puellam: cujus ſanitatem ſperare, & cælitus à S. Maria Magdalena implorare non dubitavit Catharina mater, firmiter ſtatuens, ſeptem vicibus corpus ſanctæ Virginis inviſere. Tertius ergo à devotione inchoata agebatur dies, quando filia perfectum oculorum recuperavit uſum, ſola oculis adhibita aqua benedicta, quam mater attulerat ex eccleſia S. Mariæ Angelorum.

puerperio,

catarrho oculari,

82 An-

A *Rhedæ ab equis raptatæ implicitus,*

82 Anno MDCLXIII seu IV, D. Dominicus, filius Petri Caravitę Consiliarii Regii, egressus fuit Neapoli, quoddã suum casale invisurus cum duobus fratribus suis, D. Hyacintho & D. Prospero, ac consobrino D. Joanne Caravita, nec non duobus juvenibus Equitibus amicis suis, D. Leonardo Mauri & D. Manilio Grisolia. Transito autem ponte Magdalenæ, jubens descendere rhedarium, officio ejus fungi ipse cœpit & rhedam agere: unde egressi D. Prosper & D. Leonardus, cum eo venissent ubi est capella Abbatis Joannis Ambrosani, ambulabant post rhedam ludibundi, ac virgis digladiantes inter se. Hos ut melius videret Dominicus, in pedes sese erexit è sella: sed fallente eum pede sinistro, supra rotam in pectus corruit, unamque tibiarum subtus axem implicuit. Equi vero ut laxatas sibi senserunt habenas, quæ à manibus Dominici in brachium defluxerant, fugam arripuerunt. Tum vero de rheda exilierunt amici atque fratres, ut lapsum juvarent; eaque ipsa de causa effusius currentes equi, longo mox intervallo reliquerunt post se illos qui auxilium ferre volebant. Agnovit ergo Dominicus periculum in quo versabatur; &, cum voce non posset, corde invocabat Sanctam, suæ totius familiæ protectricem, Mariam Magdalenam: quæ, mox ut fuit invocata, adesse visa est in habitu Carmelitano, ac dicere, Ne dubites, vade hilaris. Hæc autem verba, licet præcipiti cursu ferrentur equi, timorem ab eo omnem pepulere, cum ea continuo sentiret sibi replicari. Quando tamen vidit portam prædii transvectum se, iterum invocavit Sanctam; & interius sibi audivit mandari, ut erigeret ac retrotraheret brachium dexterum, cui equorum habenæ innexæ erant. Hoc facto, absque alia violentia, steterunt equi, potentiori virtute retenti, & ipse supra rotam se erigens desilivit in terram, seque excalceatum reperit, vestesque plane laceratas; aliud tamen in corpore suo læsionis nihil, quam quod unius genu pellis leviter perstricta esset, & in brachio nonnullum, licet exiguum, sensum doloris servaret. Talem cum viderunt fratres amicique & rhedarius, præ admiratione hæserunt attoniti, quod non membris omnibus esset confractus: auditoque successu, simul omnes gratias egerunt Sanctæ. Ipse vero Dominicus regressus in urbem, ad perpetuam rei memoriam, jussit historiam totam depingi super telam; eamque misit appendendam in capella Sanctæ, intra ecclesiam Patrum Carmelitarum S. Mariæ de Vita.

B *apparente Sancta illæsus evadit.*

C *Tactu floris è corpore sumpti illuminatur cæca,*

83 Anno MDCLXI, bene videns cubitum vesperi concesserat Magdalena Victoria, vidua Marci Fraxinelli, sed mane surrexerat cæca; adhibitisque remediis multis absque fructu, talis permansit usque in annum MDCLXIV, judicantibus medicis incurabile esse malum, quod insuper aggravabant intensi dolores. Cœperat tamen illa à biennio fiduciam collocare in Sancta, & quotidie jusserat se deduci ante sepulcrum ejus, Missæ ibidem audiendæ causa. Ipso ergo ejusdem Sanctæ festo, in anno prædicto, interfuit panegyri ad Sanctæ honorem pronuntiatæ; & accepit unum ex iis floribus, qui supra ejusdem corpus jacuerant; eumque fideliter ac devote oculis suis applicans, subito tantum videre cœpit, ut absque duce potuerit reverti domum: postera autem die perfecte videns, rediit ad agendas Sanctæ gratias. Anno quoque MDCLXVI similis floris virtutem experta est Catharina, filia Dominici Poggialis, quæ subitâ correpta hemiplexiâ, brachii ac manus dexteræ usum amiserat; in linguâ etiam sic contacta erat, ut nullum intelligibile verbum effari posset. Vivebat afflictissima illius mater, quia medici propter rigorem hiemis (Januarius enim mensis erat) nolebant ægram vel visitare, nedum autem *sanatur hemiplectica,* ei applicare remedia; puella vero jugiter lamentabatur, metuens ne talis maneret omni reliqua vita sua. Recurrerunt ergo ambæ ad Sanctam, & petierunt aliquid de oleo ejus: sed hujus vice missa est rosa sericea, quæ corpus illius attigerat. Recepit eam magna cum fide infirma, seque cum eadem signari petiit: ipso autem contactu primo cessavit dolor brachii, solutumque est vinculum impeditæ eatenus linguæ, sic ut jam recte loqueretur: tertio vero die perfecte sana, venit ad sepulcrum, ibique in rei memoriam obtulit argenteum anathema. EX VARIIS.

& tactu veli moribundus.

84 Anno MDCLXVII extra intraq; Florentiam personuit fama periculosę infirmitatis, in quam inciderat D. Marchio Lucas de Albicis; cui postquã non profuissent applicata remedia, salutem attulit velum Sanctæ, à P. Fr. Carolo Pistoriensi Capucino fronti ejus impositum, cum illius invocatione devota. Continuo enim cibum absque fastidio sumpsit, & somnum cepit: à quo experrectus, ab omni febri liberatum se sensit: remque authentico scripto consignari voluit, quæ ab ipso & à tota civitate habita fuerat pro evidenti miraculo.

Matrona a filio phrenetico letaliter sauciata, E

85 Sequenti anno MDCLXVIII mense Februarii, Catharina Nelli, Villanis innupta, specialem Sanctæ experta est protectionem. Hæc cum filio suo, ex humorum melancholicorum redundantia mente capto, quodam mane assidens mensæ, ab eodem, in subitas furias acto, batillo ferreo tam duriter icta in caput est, ut manubrium inter percutientis manus frangeretur. Inde scipionem arripiens infelix, geminavit ictus; quos misera mater, absque ullius auxilio tum forte sola derelicta, effugere quidem cupiebat; sed insequens filius adeo ursit, ut per scalas quasdam præcipitem egerit. Tunc illa de vita sua actum credidit: Sanctæ nihilominus se commendans, ut pervenit ad planitiem quamdam in medio scalarum, ubi ingressus erat in quoddam conclave, ipsum ingredi cogitavit, & in eo salvari: statimque audivit vocem distincte dicentis: Siste, & dimitte illam. Obstupuit ad ea verba matrona, certo sciens neminem domi adesse. Ut ergo melius potuit conversa retrorsum, vidit Sanctam, alba in nebula & Ordinis sui habitu conspicuam; phreneticum vero, elato quasi ad percutiendum brachio, oculis in eamdem defixis adstare attonitum: itáque manibus illius subducta in tutum sese locum recepit, Sanctæ acceptum referens, quod non fuerit occisa. Erat tamen perquam male habita, & letalibus quatuor vulneribus rupto cranio saucia: ad quam curandam convenientes medici chirurgique, casum habuerunt pro desperato. Bona matrona nihilominus non desperavit, sed quotidie invocabat Sanctam: quæ toto curationis tempore semper ab ea febrim arcuit, & dolores mitigavit, curamque sic promovit ut præter spem omnem infra paucos dies consolidatæ plagæ sanam dimiserint: quæ idcirco multas Missas fecit in illius honorem celebrari, atque ad memoriam rei pulchrum argenteum anathema obtulit. *Sancta apparente sanatur.* F

Neptis Vrbani PP. VIII testatur,

86 *Hactenus P. Fotius, penultimis Capitibus Vitæ, ipso Canonizationis anno editæ, & pridie quam illa solenniter perageretur, id est* XXVII *Aprilis anni* MDCLXIX *Clementi Papæ IX oblatæ, à Priorissa & Sanctimonialibus Monasterii sanctissimæ Incarnationis Romæ: ad cujus Vitæ calcem vacaturas alias paginas nonnullas impleri voluit auctor instrumento authentico, scripto manu Sor. Mariæ Gratiæ (Barberinæ, nisi fallor) de qua ut Vrbani VIII nepte, actum alibi; præterita tamen (quod miramur) anni ac diei nota illa, quibus vel ipsum conscripsit vel Notarius in formam legitimam transtulit, vel denique fidei Subpromotor Michael Lapius revisum approbavit: quæ tamen omnia sub ipsam libri editionem facta fuisse vehementer suspicor,*

EX VARIIS. *ex modo & loco quo inveniuntur impreſſa. Tenor ipſius inſtrumenti, ex Italico Latine redditi, hic eſt.*

JESUS. MARIA.

87 In nomine Patris,& Filii,& Spiritus ſancti.Ne continuem,quod multis annis præteritis feci, ingratitudinem meam,in eaque moriar; decrevi obedire pluribus Patribus Spiritualibus & Confeſſariis meis, qui mihi ſuaſerunt mandaveruntque, ut ſcriberem ſucceſſum gratiarum, quas mihi contulit Beata Mater Maria Magdalena de Pazzis. Harum una fuit, quod cum annos nata undecim vel duodecim adeo graviter ægrotarem , ut Viatico Dominici corporis munitæ proximum diem conſpiciendum negarent deſperantes de vita medici ; nihil jam niſi ultimum ſpiritum à me reddendum momentis ſingulis expectabat, quæ præſens aderat, Excellentiſſima Domina mater mea. Ego vero,ſupra me habens tunicam, qua fuerat corpus ſacrum beatæ Matris indutum, dum ei me commendo; rogoque ut mihi vitæ ſpatium impetraret, quo poſſem implere jam conceptum vitæ religioſæ deſiderium; ipſam coram adſtantem vidi, cum pulcherrimo lilio in manibus, dicentemq; quod petitū tempus habitura eſſē, tā iſti quā aliis piis votis complendis.Intelligebant autē omnesSanctā, diſtincte reſpondentē ad ſingula, quæ mihi interius obverſabantur, dubia; & declarantem quas habitura eſsē difficultates:puta,quod propoſituri eſſent parentes me reducere Romā,& ſimilia alia,quibus deſiderium iſtud meum poſſet tardari. Sigillatim vero dixit, Non morieris,ſed Monacha fies,in hac religione & monaſterio: monuitque ut,unica illa re excepta, in ceteris facerem voluntati meorum,quia Deus volebat per eos benefacere Religioni. Multa præterea alia addidit, variis annis & temporibus poſtea ſubſecuta; ac denique ſubjunxit,ut me curarem cubitum componi, dormiremque ut feci &c.

duodennem ſe & moribundam,

ſanatam à Sancta apparente,

B

& varia ipſe prædicente;

88 Anno porro MDCXXVI, quo beatificata fuit beata Mater Maria Magdalena, diu fuerat (anni quantum memini tres) quod reſpirandi tanta difficultate laborabam,ut cum illa me occuparet,pluribus conſequenter diebus ac noctibus requieſcere non poſſem, neque ſtare aut jacere : motus etiam omnis noxius erat: & cum dormiebam, tam copioſum rheuma defluebat ex capite,ut me ſuffocandam ſæpius formidarem. Plurima adhibita mihi fuerant remedia,ſed irrito ſucceſſu.Interim vero expectabatur Breve Beatificationis ; & Supprioriſſa , veniens à ſancto corpore, mihi mandavit , ut ab ea peterem ſanitatem. Obſecuta ego imperio ſum : ſed nihilominus cœpi diebus aliquot continuis iterum indiſpoſitione iſta fatigari. Jamque advenerat expectatum Breve;cum tali modo affectam me videns , & ſolitaria exiſtens , ſumpſi prædictam Reliquiam Beatæ , meoque gutturi ipſam applicans renovavi ſupplicationem priorem,rogans etiam ut requieſcere poſſem. Ad hoc vero me componens,iterum coram me adſtantem Beatam vidi inſtar ſolis fulgere: quæ me inſtruebat circa rem quamdam, me privatim concernentem; dicebatque,quod me ſanabat. Cumque ego timerem,ne ſomnium id eſſet ; dixit , non eſſe , faciens me videre apparatum nubium,factum pro expoſitione ſacri ſui corporis in eccleſia, ad majorem Beatificationis ſolennitatem. Videbar autem videre luminaria, quibus machina iſta colluſtrari debebat, quaſi extincta : cumque conturbarer propter eam negligentiam aſſiſtentium, expreſſe dixit,quod ipſa hoc mihi monſtrabat,in ſignum quod non ſomniabam, quodque me revera ſanabat. Addebat multiplicandum oleum, Deo id facturo in confirmationem ejus quod ſuus Vicarius in terris faciebat. Et hoc mihi contigit aliquot diebus prius quam de oleo multiplicato ſermo fieret in monaſterio , aut ego quidquam ſcirem.Et ſuper conſcientia mea affirmo, verum eſſe quidquid dico.

C

jamque Religioſam,

ſimili ratione reſtitutā à catarrho.

D

Ego Soror Maria-Gratia,cum juramento, affirmo quidquid ſupra, manu propria.

CAPUT IX.

Solennis Canonizatio Sanctæ,eamque ſecuta miracula.

89 *De Canonizatione peracta anno 1669.*

PEracta inſignis hac actio eſt à Romano tunc Pontifice Clemente IX, anno MDCLXIX *die* XXVIII *Aprilis,in Baſilica Vaticana. De ea multa eſſent à nobis hic dicenda , niſi totam peculiari tractatu optimoque ordine deductam haberemus, duplici in opere Romæ excuſo:cujus operis bene prolixam Epitomen texuit. & Speculo Carmelitano inſeruit R.P. Daniel à Virgine Maria , per Capita quinque, quorum hic ſufficiet titulos exhibuiſſe.*

CAPUT I. Sanctitatis & miraculorum fama publica,ante & poſt obitum, jugiter creſcens uſque ad Beatificationem , & exinde quaquaverſum magis magiſque gliſcens , permovet Principes ad poſtulandam Canonizationem , & ſummum Pontificem ac Cardinales ut ad eam procedant.

E

tractatus inſignis inſertus Speculo Carmelitano;

II. Conſiſtorium ſecretum , præſentibus Clemente IX ſummo Pontifice & Eminentiſſimis Dominis Cardinalibus,habitum die XVIII Martii anno MDCLXIX, in cauſa canonizationis B. Petri de Alcantara & B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis.

III. Conſiſtorium publicum, habendum die XXI ejuſdem anni denuntiatum , & eodem die celebratum.

IV. Conſiſtorium denuntiatum pro die VIII Aprilis, & ea ipſa habitum in cauſa Canonizationis ejuſdem: & ſuffragia, ſententiæ, judicia Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium ac Illuſtriſſimorum aliorum Præſulum, de ſanctitate atque heroicis virtutibus B. Mariæ Magdalena de Pazzis.

V. Canonizationis ordo , modus , cereminoniæ, quibus peracta.

90 *Hu explicatu addi poterat, quomodo proxime ſecuto anno compoſitum, atque à ſacra Rituum congregatione approbatum fuerit , die* XIII *Septembris* Officium *totum* proprium, *cum novis Antiphonis , Hymnis, Lectionibus, Reſponſoriis , atque Capitulis , die feſto atque per totam Octavam , recitandum à Fratribus & Monialibus totius Ordinis Carmelitarum, quale accepimus impreſſum Romæ & Florentiæ , pulcrum ſane atque devotum. Eo tamen omiſſo , quia uſum in ſolo Ordine habet, tranſit P. Daniel in Speculo prælaudato ad alterum ejuſdem Congregationis Decretum , de Officio, pro Eccleſia univerſali juxta Romani Breviarii uſum compoſito , cum formula commemorationis annuæ, Romano Martyrologio inſerendæ, his verbis.* Florentiæ,S.Mariæ Magdalenæ de Pazzis,Ordinis beatiſſimæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, quam plurimis Dei donis, vitæque innocentia ac miraculorum gloria illuſtrem, Clemens Nonus Sanctarum Virginum numero adſcripſit *Decretum autem hoc emanavit auctoritate* Clementis X , *ſucceſſoris immediati* , die XXIX Novembris MDCLXX. *Sed cum formula prænotata juſto prolixior videretur Romani Martyrologii Recognitoribus, anno poſt quarto brevior hæc ſubſtituta nunc legitur:* Florentiæ, S. Mariæ Magdalenæ Virginis, Ordinis Carmelitarum, Vita & ſanctitate illuſtris. *Eodem tempore inſtitutum Florentiæ primum eſt peculiaris devotionis erga Sanctam exercitium,per quinque ſextas Ferias,in memoriam totidem ſingularium beneficiorum,Sanctæ eidem præſtitorum,de quo prælaudatus P. Daniel ſic ſcribit.* Dei inſpiratione , hæc devotionis

F

decreta circa Officiū, an.1670.

praxis

praxis initium habuiſſe videtur. Prima enim ſexta feria poſt ſolennitatem Canonizationis, plus quam trecentæ perſonæ, ſine ullo proprio inter ſe condicto ſeu communicatione, ſed ex inſtinctu quodam interiori, convenerunt ad eccleſiam, ubi requieſcit corpus S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, communicantes, confitentes, & alia pietatis exercitia præſtantes. Motivum fuit, Sanctæ hujus Virginis pietas erga Feriam ſextam & myſteria Paſſionis Chriſti ea die peracta... & quod ipſa illâ die à Chriſto & Deipara recepit ſingulares favores. Hæc autem devotio Florentia Romam quoque traducta fuit, & inibi Italico ſermone explicata, probata, & typis publicata; ac deinde per alias Europæ regiones propagata & frequentata, ob ſingulares gratias, variis illa mediante collatas. *devotio 5 ſextarum Feriarum,*

Ipſa devotio exercetur hoc ordine. Prima ſexta Feria recolitur Stigmatum ſacrorum receptio; II, eſt in venerationem ſpiritualis Deſponſationis Chriſti, cum annulo ipſam ſubarrhantis; III, in memoriam favoris à Chriſto ei præſtiti conceſſione Coronæ ſpineæ; IV, in honorem gratiæ ei præſtitæ à Chriſto, ipſi cor ſuum communicante; V, commemoratio victoriæ de

B ſpiritibus immundis obtẽtę meritis B.V. Mariæ, illam, in teſtimonium puriſſimæ caſtitatis ab omni labe impuritatis, velo candidiſſimo circumdantis. *Hactenus, ut exiſtimo, prædicta Devotio inoffenſo currebat profectu utentium; cum P. Mag. Fr. Andreas Maſtelloni Carmelita libellum de ea, compoſitum à D. Ioanne Antonio Solazzi de Vetralla, ipſum (niſi fallor) qui Romæ fuerat approbatus, non ſolum curavit anno* MDCLXXIII *recudendum Neapoli, typis Ioannis Franciſci Pacii; ſed eidem inſuper, lingua ſimiliter Italica, addidit* Auctarium Exercitii actionis gratiarum, directæ ad tres divinas Perſonas, propter favores prænominatæ Sanctæ factos: *quæ ſic aucta edito meruit damnari ac prohiberi, eo ſacra Congregationis ab Indice cognominatæ decreto, quod anno* MDLXXX *prodiit, ſignatum die* XXVI *Septembris; & cujus non potui non meminiſſe hoc loco, ne citra diſcrimen commendaſſe videar probata improbataque. In ipſo porro monaſterio Angelorum triplex agitur ipſius Sanctæ feſtivitas: prima, die* II Aprilis, *quo in hanc mortalem lucẽ nata eſt, quod ſane rarũeſt, & (ſi Deiparã Baptiſtamq; excipias) exemplo caret in ſacris; quamvis in civili uſu ſit, ejuſmodi Natales celebrari, mutua gratulatione atque muneribus: tum* XXVIII *ejuſdem* Aprilis, *quod eo die, ut ſupra dixi, canonizata ſit Sancta: ac denique* XXV Maii, *quando denata terris, cælo felicius nata fuit.* *& libellus de ea imprudenter auctus,* *feſtivitas triplex.*

C 91 *Tranſeo ad Miracula, ac primo exhibeo* brevem Relationem quorumdam, meritis & interceſſione S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis poſt ſolennem ejus Canonizationem patratorum, *quam* Joſephus Fotius Societatis Ieſu, ex Commiſſione P. Fr. Hyacinthi Libelli Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri legit, & impreſsione dignam cenſuit, ad augendã fideliũ devotionẽ erga Sanctã & omnipotentis Dei exiſtimationẽ. Romæ X Julii MDCLXX. *Dabit hanc, cũ Appndicula haud contemnenda, ſæpe nominatus Patricius à S. Iacobo poſt Vitam Latinam; apud quem etiam Latine inveniri poterunt* Documenta & monita, quæ S. Maria Magdalena de Pazzis diverſis dedit Religioſis dum vixit, nulli non ad perfectionẽ propriamq; ſalutẽ anhelanti utiliſsima, edita in lucem idiomate Italico per præfatũ Joannem Antonium Solazzi de Vetralla. *Relatio autem prædicta talis eſt.* Paucos ante dies, benevole Lector, in quodam trium quaternionum codicillo, aliquot hic Romæ impreſſa fuêre Italice, quæ meritis atque interceſsione S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, à proximo ejuſdem canonizationis tempore, patrata ſunt miracula; quibus Deus cultum venerationemque publicam, eidem Seraphicæ Virgini à Chriſti Vicario nuper indultam, veluti totidem authenticis dignatus eſt inſignire & confirmare ſigillis. Quia igitur operis *Relatio miraculorum factorum poſt Canonizationẽ,* *ex impreſſo Italico Romano.*

EX VARIIS.

pera Dei revelare & confiteri honorificum eſt, partium mearum eſſe duxi, eadem cum pauculis aliis, ad majorem Dei & Sanctæ noſtræ gloriam, in calce Opuſculi hujus adjicere; ne ſolis Italicarum auguſtiarum conſtringerentur limitibus, aut longis temporum circumducta ambagibus, oblivioſæ ætatis tandem attererentur injuriis. Pervolvens itaque illa, mirabilem in Sponſa ſua venerare Deum, & conſolatricis afflictorum piiſsimæ, S. Mariæ Magdalenæ, tu pariter implora ſubſidium, nec dimitte eam niſi benedixerit tibi. Contigerunt equidem & alia diverſis in locis, notanter autem Florentiæ & in Galliis; de quibus quoniam nonniſi ſuperficialiter uſque modò meminerunt litteræ, ad ſequentia dumtaxat me accingo recenſenda; ratus ea ſufficienti omnibus argumento futura, ut ſanctæ ejus Thaumaturgæ in multiplicandis prodigiis efficaciam obſtupeſcentes, ac celerem opem, eamdem ſuis quoque in neceſsitatibue invocent, colant, venerentur.

92 Primum itaque, quod á tempore Canonizationis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis meritis ejuſdem contigiſſe novimus miraculum, ſolenne ſingulariter illuſtravit Octavarium, quod Romæ quarta poſt Canonizationem ſeptimana, in Seraphicæ Matris ſuæ honorem, quam feſtiviſſime exorſæ ſunt XXV Maii, Moniales ſanctiſſimæ Incarnationis; quas, antiquam Carmelitanam obſervantiam regularem profitentes, vulgus in urbe Barberinas intitulat; aut propter binas felicis memoriæ Urbani VIII Neptes, Carmelitani inſtituti Moniales profeſſas, Romanique monaſterii in Monte Quirinali ſanctiſſimæ Incarnationis inſtitutrices; aut vero propter magnificentiam, qua ſummus Pontifex Urbanus & Eminentiſſimus Cardinalis Barberinus dictum monaſterium fabricamque erexerunt & conſummarunt. Ut autem ad noſtrum deveniamus intentũ; Angelã Perſiani tanta adverſæ valetudinis contorſerat violentia ut veluti à ſenſibus alienata, extremum jam ſpiritum trahere cenſeretur judicio omnium. Ab humanis igitur ad divinas confugiens ſuppetias decubua, Seraphicæ Virgini ſeſe commendavit; ejuſque imploravit opem die XXIV Maii. Nec mora: nam veluti in momento, in ictu oculi, Sanctam ſibi viſa eſt intueri præſentem, haſque diſtinctiſſime auribus inſonare voces: Sana es, ô Angela, Dominica proxima (quæ erat XXVI Maii) Miſſæ ſacrificio aſſiſtes. Sponſioni optatiſſimus, contra omnem tam domeſticorum quã medicorum expectationem, correſpondit eventus; & infirma priſtinæ reſtituta incolumitati, in monaſterio ſanctiſsimæ Incarnationis, in honorem, inque altari S. Mariæ Magdalenæ Miſſam celebrari fecit, gratitudinis holocauſtum ob recuperatæ beneficium ſanitatis. *In monaſterio Barberinarũ Romæ* *moribunda Soror ſubito ſanatur.*

93 Longe maxima eodem anno Florentinorum erga Sanctam conterraneam eminuit devotio, quando poſt tranſlatum, cum numeroſiſsimo Cardinalis Medices, Magni Ducis Florentiæ, aliorumque cujuſvis ſtatus & conditionis hominum comitatu (proceſsione, ex Patrum Carmelitarum Eccleſia II Junii, ad dictam S. Mariæ Angelorum directa). Sanctæ vexillum, delatũ; & virgineum corpus uſq; modo penitus incorruptum, integrum, atque odoriferum, ad majorem devotorum conſolationem, Chriſtique fidelium excitandam pietatem, publico proſpectui expoſitum fuit per dies quindecim continuos. In ſublimi igitur rari pretii & majeſtatis abſide, ſuper tres ſtatuas inargentatas, trium votorum religioſorum expreſsivas, quæ fulcri loco erant, Balthaſar Franceſchini (à patrio ſolo Volterranus nuncupatus) ſacrum collocarat pignus, urnæ incluſum, politiſsimis pellucidę cryſtallis, aureas inter corollas compactis ſecretiſque. Qui vero anguſtam nimis ſtructuram *Corpus Sanctæ in eccleſia ſic expoſitum,*

enormis

EX VARIIS.

enormis deformabat defectus, eum, ad majorem Virginis gloriam, non prius Dominus innoteſcere voluit, quam omne, quod ab humano ingenio induſtriaque expectari poſſet remedium, deſperaretur. *ut propter circumjectum ornatum videri vix poſſet,* Cauſabat eum apparatus arcæ inferior, qui, ſeptem brachiorũ altitudinem à terra habens, liberiorẽ ſacri depoſiti impediebat proſpectum. Defectum ſubito advertit Architectus ipſemet, ſimulq; eum & populi devotioni ſumme inviſum & penitus irremediabilem vidit. Interim concurſus populi agglomeratus eſt ingens, tantum magnificentiæ & faſtuoſo applaudentis apparatui, quam, quod Reliquia ſacra minus perfecte oculis pateret circumſtantium, lamentantis. Et reliquos quidem inter, qui vario undequaque conatu, imprimis autem tubis opticis, obſtaculum illudere, ſacrumque corpus clare & diſtincte intueri allaborarunt, ſingulariter eminuit Sacerdos quidam Balatrenſis, qui toto illo triduo, ante & poſt meridiem, iterum iterumque reverſus, ſemper, an ſacrum corpus perfecte videre poſſet, tentarat; ſed fruſtraneo uſque & nullo molimine; ſicuti & complures alii. Hanc autem univerſalem tridui mœſtitiam ſtupendo lætificavit ſucceſſu Virgo Seraphica, quando die quarto corpus ſuum, arcæ incluſum, vi quadam impenetrabili ad fidelium ſolatium elevavit, ſublimavit, verſuſque populum convertit. Cujus prodigii fama vix divulgata immenſum nimis hominum conglomeravit cœtum, præſertim vero eorum, qui primitus tot tantaſque, ut expeditam ſacri pignoris contemplandi nanciſcerentur copiam, multiplicarant adinventiones ac methodos: qui omnes ex eo tempore uſque ad quindecim dierum terminum, quibus corpus expoſitum manſit, ipſum viderunt diſtinctiſsime, nihil poſthac apparatu, qui arcam ambiebat, impediente. Dumque à venerandis Matribus, quæ corpus intra arcam compoſuerant, illud variis in locis ligatũ, & majoris cautelę ergo binis clavis ſeniſque cochleis conſtrictũ fuiſſe audirent; nec non à Sacerdotibus, Titulatis, aliiſque Nobilibus, qui continua & indefeſſa ſucceſsione diu noctuque ſacrum corpus cuſtodierant, intelligerent, arcam à priori loco numquam remotam fuiſſe aut elevatam; imo ne quidem ſcalas illi, eo quod per modum inſularis ambitus theatrum fabricatum eſſet, applicari poſſe; omnes elevationem converſionemque illam corporis ſacri, veluti prodigioſam & ſupernaturali factam virtute canonizarunt indubitanter; certi, Virginem ſanctam, quantum in ſuorum civium ſibi complaceret obſequiis, hoc facto indigitare voluiſſe. Præ reliquis tamen ſingulariſsimam hanc gratiam maximi fecit atque veneratus eſt ipſemet Volterranus, qui defectum illum ſciverat irremediabilem fuiſſe humanitus, illis rerum poſitis circumſtantiis.

elevata per miraculum arca ſpectabile redditur.

B

C

Farina ad ſolennitatem comparata,

94 Eodem hoc tempore longe benigniſsimã liberaliſsimamque Virgo Seraphica ſuo ſe exhibuit Florentino Parthenoni, dum in dictæ ſolennitatis decurſu, farinam miraculoſe multiplicavit in arcis farinaceis, quemadmodum in feſtivitate Beatificationis oleum adauxerat in urceis. Imminente igitur ſolennitatis tempore ingens diverſarum, religioſa illarum Monialium munificentia excipiendarum tractandarumque, expectabatur perſonarum varietas & quantitas. Quem in finem Mater Prioriſſa Quæſtrici ſeu Procuratrici, ut varias faceret proviſiones, præcepit; ſingulariter autem, ut magnam, tam ſubtilioris, ad conficiendas intritas; quam ordinariæ, pro pane uſuque omnium operariorum & ceterorum concurrentium, compararet quantitatem farinæ. Mandato indilate paritura Quæſtrix, ſexto Maii, undecim moli curavit modios, & viginti duos tam ſubtilis quam rudioris grani ſextarios, qui viginti quatuor conficiunt rubeos menſuræ Romanæ. Quæ licet bona quantitas foret; nihilominus dum quindecim dierum protracta ſolennitate, præter omnem ſpem populum multiplicari augmentarique videret Quæſtrix, pane paſtuque monaſtico reficiendum, farinam timuit defecturam; ideoque feſtivitate terminata, Sorori Converſæ, quam adminiſtrandæ cellæ habebat adjutricem, ut, ubi farina de novo molenda reponenda eſſet, diſponeret, inſinuavit. Cui Converſa, nullum capiendæ farinæ novæ locum ſupereſſe reſpondit; ſiquidem arcæ ſeu ciſtæ, in quibus farina conſervari aſſueverat, adhuc plenæ eſſent. Ad quam Procuratrix: Quomodo plenæ, ſi tanta in panibus & intritis abſumpta eſt farina? Abiit igitur ad cellam ſeu locum farinæ aſſervandæ deſtinatum, arcaſque intuens repletas, obſtupuit Quæſtrix, moxque Prioriſſæ quod factum fuerat intimavit; quæ vocatam ad ſe Converſam, qualiter, poſt tantam farinæ conſumptionem, arcæ farinaceæ plenæ remaniſſent, interrogavit. Quæ, qualiter farina imminuta non fuiſſet, ſe ignorare reſpondit; hocque dumtaxat ſeſe advertiſſe, quod, dum farinam extraheret, nulla apparuiſſet loci concavitas, prout aliàs fieri ſolebat; quodque toto eo tempore numquam ſcalas applicuiſſet, quemadmodum aliàs deficiente farina facere conſueverat; imo ſubjunxit, quod, dum ex reſidua in eodem conclavi extra arcas contenta farina aliquid deſumpſiſſet, numquam aut deficere aut imminui viſa fuiſſet. His itaque aliiſque ſufficientibus præmiſſis diligentiis & inquiſitionibus, ut rei geſtæ innotuit veritas, Prioriſſa, gratiis Deo ſanctæque Matri actis, prodigium omnibus manifeſtavit Sororibus, ut debitas Deo & Sanctæ referrent gratiarum actiones. Quapropter omnes ad ſanctæ Virginis corpus abeuntes, Te Deum laudamus, cum aliis orationibus cecinerunt ſolenniter.

D

per dies 15 non imminuitur.

E

95 Miraculum hoc non vulgare exſtitit, cum tanta farinæ ordinariæ eſſet abſumptio, ut piſtor trium ſeptimanarum ſpatio, pro populo quem alebat monaſterium, ſex grani modios ſe coxiſſe ſancte atteſtatus ſit. Et exinde per totum menſem Junium, cum eadem continuaretur in monaſterii uſum conſumptio, reſiduam farinam poſt diligentiſſimas inquiſitiones molitor ut vidit, ſeptem aſſeruit ſupereſſe modios, & ſextarios viginti duos: unde evidens eſt prodigioſe multiplicatam fuiſſe farinã, Sanctamq; monaſterium in ſolennitate iſta, eoque convolantes ex pietate & devotione populos, miraculoſe alere voluiſſe. Hac autem ex farina poſtquam per totum menſem Julium Matres victitaſſent, tandem Prioriſſa conveniens judicavit reſiduum minime abſumi, ſed ad Dei Sanctæq; Virginis gloriam devotas inter perſonas diſpenſari debere; præſertim cum multi de prodigioſo eventu certificati, à molitore & piſtore dictam farinam ſæpe ſæpius magnis cum inſtantiis petiiſſent. Qua in re dum Moniales nimium graderentur ſcrupuloſe, non pauci in menſe Julio, quando ex eadem farina panis conficiebatur, ſecreto abeuntes ad piſtorem, monaſtico pani alium furtive ſuppoſuere; eumque variis impertientes infirmis, alimentum ſimul & efficax ſanitatis experti ſunt contuliſſe remedium. Quapropter Eminentiſſimus Nerli Archiepiſcopus, juridice diſcuſſo miraculo, ut multiplicatam farinam Moniales libere diſtribuerent, indulſit. Quantam vero ille prodigioſus virginei corporis motus tam incolarum quam exterorum acciverit turbam, paucis non explicaverim. Vix namq; eccleſia ad duas treſve noctis horas claudi poterat; quæque per totum diem innumero ſcatuerat populo, circa veſperam iterum replebatur; inſuper per dies illos plus quã ducentę plerumque celebrabantur quotidie Miſſæ; accreſcentibus indies eleëmoſynis illarum, in honorem Sanctæ inque altari ejus celebrandarum.

& totum inſuper menſem durat,

F

ac deinde pro Reliquiis diſtribuitur.

offertur ingens numerus Miſſarum & anathematũ.

Vota

A Vota argentea & tabulæ votivæ numerum exceſſere quadringentarum, ita ut intra tres aut quatuor ſeptimanas plurima favorum receptorum gratiarumque inclareſcerent teſtimonia: de quibus ſi plena & ſuffiens foret notitia, efficaciter indubie exſtimularet illa audientem aut legentem, ut Dominum, qui in Sancta ſua adeo glorioſus apparere voluit, glorificaret. Ideoque, ut in principio aſſerui, illas duntaxat in medium adducam ſubjiciamque gratias, de quibus plena, vera, & fidelis facta eſt informatio.

Monialis paralytica annis 19,

96 Sororem Angelam Catharinam Ulivieri, Florentiæ Monialem in monaſterio S. Annæ in prato, per annos continuos novemdecim, in lecto decubuam afflixerat & exhauſerat paralyſis, ea nervorum contractione in latere dextero, ut digitis quatuor brevius eſſet ſiniſtro. Tanta capitis laborabat gravedine, diſtillatione, ac rheumatiſmo, ut nec viſitantis ſermonem audire, aut manuum motum ſufferre poſſet. Hac igitur in extrema anguſtia inſignem aliquam Seraphicæ Virginis concupiſcere cœpit Reliquiam, ſecreto confidens, ſe in Canonizationis ejus ſolennitate, illius meritis & interceſſione, deſperatam recuperaturam ſanitatem. Infirmæ deſiderium intelligens Infirmaria, Dominum Bentivoglio, ut aliquam à Matribus monaſterii S. Mariæ
B Angelorum Reliquiam, S. Mariæ Magdalenæ petere & procurare dignaretur, obteſtata eſt; ſubitoque maxima cum caritate, vela virginei capitis ad Matrem Abbatiſſam monaſterii S. Annæ tranſmiſêre rogatæ Moniales. Conſignatas Reliquias magna cum reverentia excepit Abbatiſſa, & proceſſionaliter ad infirmæ cubiculum ſeu valetudinarium deferens,

allatis ad ſe velis Sanctæ ereſta in pedes,

præmiſſa brevi oratione eas applicuit paralyticæ. Et ecce mox ingens decumbentem concutere tremitus, & paulo poſt exſanguis & mortua veluti eam alterare forma; interim dum Reliquiis ſacris pars corporis ſignaretur attracta, è veſtigio nonnihil ſibi reſtituta, è lecto ad ſanctiſſimæ Virginis altare deduci petiit; ſtupentibus Monialibus omnibus, dum erectam viderent in pedibus, quæ novemdecim annis impotens decubuerat in grabato. Ad lectum poſtea reducta conſedit, & diſcooperto crure, multus in eo livor ſeu nigredo apparuit, ita ut totum crus veluti virgis cæſum dixiſſes; deinde paulatim vivum carnis colorem reaſſumere, gradatimque per venas ſanguis diſcurrere viſus eſt. Qua miraculoſa operatione dum attonitæ hærent Moniales, ſignum da-
C tur pro recitandis in Choro Horis, quo indilate ſe contulêre Sorores, paucis dumtaxat apud infirmam remanentibus. Horas inchoant, finiuntque congregatæ: ſubque Officii terminum Sacriſtanæ præcepit Abbatiſſa, ut Sanctæ afferret vela, ut illa Moniales omnes juxta votum devotionemque ſuam revereri poſſent, exinde ad infirmam reportanda. Abit Sacriſtana, & Abbatiſſæ inſinuat voluntatem: qua intellecta, una earum quæ apud infirmam remanſerant, ad eam converſa, inquit: Soror Angela Catha-

na deferi ipſamet ad Eccleſiam.

rina, tui erit muneris vela ad Chorum deferre, Cui prompte paralytica: Libenter illa ego per me ipſam portabo; dumque ſurgeret, non ſpernendam in ſe advertit morbi diminutionem. Ducunt, reguntque gradientem Sorores duæ: vixque paucos promoverat infirma greſſus, quando ad Sorores converſa, exclamat: Sorores meæ, ego vado, ego vado: veraciter ego vado: moxque ſine ullius gradiens adminiculo, notabilem ægritudinis experta eſt imminutionem, pedes expedite portans & corpus. Poſtquam autem propter nimiam debilitatem bina vice requieviſſet, tandem cum ſacris in manu velis ad Chorum accedens, omnes implevit ſtupore. Hinc infirma ſolicitante, in gratiarum actionem hymnus Te Deum laudamus inchoatus; quo durante valetudinariam genuflexam ingens invaſit tremitus, qui pariter cum hymno Te Deum terminatus fuit; ideoque novo exultans jubilo Catharina, Cantica intonavit, Benedictus & Magnificat, ſonantibus campanis. Quæ inter lætitiæ communis ſigna, tantis, quæ convaluerat, ſe repletam fuiſſe proteſtata eſt conſolationibus, ut in Paradiſo ſibi viſa fuerit demorari. Terminata gratiarum actione, nulla adjuvante, ſuam repetiit cellam, perfecte ſana. Dumque medicus XV Maji, cum Vicario Generali, Catharinam ſcalas deſcendentem videret, ait: Ingentis hoc miraculi eſt opus, gratias Deo & Sanctæ, lateris enim dexteri uſum penitus amiſerat.

EX VARIIS.

CAPVT X.

Eorumdem Miraculorum proſecutio.

Macula, oculis cæcitatem allatura.

97 TEreſia, filia Vincentii Mariotti & Angelæ Roſſelæ, nata anno MDCLX, apertis palpebris lucem oculorum ſanguine protendebat maculatam, quod ſignum peritæ nutrici periculum prognoſticabat cæcitatis. Interim magna cum ſoli-
E citudine educatur infantula, principaliter dum ad colorem ſanguineum, priuſquam ablactaretur, alius quidam color, veluti cinereus, accederet; qui identidem uſque ad nonum ætatis annum, cum continuo viſus detrimento, invaleſcebat. Quæ vero viſum totaliter necdum amiſerat, lectioni laborique beneplacito applicata fuit, beneficio ſuffulta & adjuta perſpiciliorum, quæ patruus puellæ procurarat. In lectura inque labore juvenculam mirifice promovit perfecitque ſpiritus vivacitas, cum maxima ſemper genitorum afflictione, dum teneræ ætati illi inviſa eſſe adverterent remedia; neſcientes quoniam mali illius medela, ad manifeſtandam S. Mariæ Magdalenæ gloriam, reſervata eſſet. Die XXIX Maji R. Hippolytus Tonelli, Sacellanus & Cathedralis Florentinæ Eccleſiæ Confeſſor, finitis Veſperis ad Sacriſtiam ſe conferens, omnibus Sacerdotibus, inibi congregatis, imaginem dedit ſanctæ Virginis; quos inter & R. Carolus Mariotti, Tereſiæ patruus, opportuniſſi-

applicita ejus imagine evaneſcunt.

me aderat; qui domum reverſus, donum ſibi oblatum impertiit cognatæ. Quod ut Tereſia vidit, importunis matrem urſit ſolicitationibus, ut ſibi imaginem concederet, ſeſe ſtatum ſuum afflictum nimis S. Mariæ Magdalenæ recommendaturam. Votis filiæ annuit mater, deſideriique compos puella, mille oſculis iconem demulcere cœpit & baſiis, eaque ſe ſig-
F nare multoties. Finita cœna, dum ſuas ſolitas expleret devotiones, aliquot ſuperaddidit orationes Dominicas & Salutationes Angelicas in honorem ſanctæ Virginis, ſupplicans, ut optatam ſibi concederet gratiam. Exinde ad lectum ſe conferens, imagine pectori ſuperpoſita, obdormivit: ſummoque mane expergefacta, poſtquam ſuas devotiones eaſdemque in honorem Sanctæ abſoluiſſet preces, tempore deſtinato cum ſorore ſua ad ſcholam ducitur ab ancilla domeſtica. Ubi pro more ad lectionem laboremque ſe reaccingens Tereſia, perſpiciliis ultra ſe indigere negavit: unde domum redux, tota feſtiva & hilaris, ad patruum, qui dicta perſpicilia adoleſcentulæ dederat, accedens, inquit, Domine patrue, ecce veſtra vobis reſtituo perſpicilia, ſiquidem ſine illis non modo lego & laboro, ſed etiam caput erectum, quantumque neceſſe eſt, ſuſtineo elevatum. S. Maria Magdalena me ſanavit. Dic obſecro patri meo, ut pro tanta gratia aliquod nomine meo ſanctæ Virgini conſecret votum. Præ gaudio itaque omnibus exilientibus domeſticis, oculorum maculas evanuiſſe compertum fuit, parenteſque puellæ gratitudinis mnemoſynon obtulere Virgini Seraphicæ.

EX VARIIS. *Sanatur plaga pedis incurabilis*

98 Anna Conſtantia, filia Dominici Fortini, octodecim annorum puella, crudeli torquebatur plagâ in majori pedis dexteri digito: quod malum medici & chirurgi omnes, poſtquam plurima inaniter applicuiſſent remedia, penitus judicabant incurabile. Quatuor ex plaga extractæ fuerant particulæ oſſis, neque medici aut chirurgi ipſam adverſi caſus originem cauſamque unquam penetrare potuerant. *uncta illius oleo:* Hæc inter puellæ mater, miraculum inaudiens ſupra memoratum, quod in monaſterio contigerat S. Annæ in prato, ad Moniales ſe conſert querula, quare ſe quoque velorum participem non feciſſent, probe ſcientes afflictiſſimum filiæ ſtatum. Culpam oblivioni attribuêre Matres: quæ, ut mœſtam conſolarentur parentem, aliquam goſſipii partem oleo Sanctæ inunctam, ei conſignarunt, dicendo, ut cum illa ungeret infirmam. Magna cum fide paruit Catharina mater, quando ſtupendum in modum ſubito remittere cœpit plaga, ita ut quarto Junii, poſt inchoatam Canonizationis ſolennitatem, mater filiam ſanam ad viſitandum Virginis ſanctæ corpus conduxerit. Aſt dum in eccleſia moraretur cum genetrice filia, quæ convaluiſſe videbatur; tanto hæc opprimi cœpit dolore, tamq; monſtruoſe pes infirmus inflari,

B ut omnibus aſtantibus compaſſionis doloriſque ſenſus ingereret vehementes. Domum ergo conducta, ſeu delata, totam ſequentem noctem ululatibus potius quam ſtridoribus, ob dolores exceſſivos, inquie- *votoque innovato idem pes detumeſcit.* tavit. Die IX Junii, qui ſolennitatis Florentinæ ultimus erat, tempore Veſperarum ad eccleſiam redit Catharina mater, ſupplicatura Sanctæ, ut, ſi filiam à malo liberare nollet, pedem ad minus in eo reſtitueret ſtatu, ut incedere poſſet. Talibus uſque ad noctem immorans precibus, inſuper, ſi filia convaleſceret, votum appromiſit argenteum. Et ecce domum redeunti matri obvia procedit filia, dicens: Mater mea, benedictus Deus, ego nec tumorem, nec ullum amplius patior dolorem. Inquiſivit, vidit, ſtupuitque Catharina plagam penitus ſolidatam. Unde poſtridie, ſcilicet X Julii, Annam Conſtantiam ad eccleſiam ſanctæ Virginis, ubi in gratiarum actionem communicavit, conduxit. Et die XXIX ejuſdem menſis, inſigne ex argento detulere votum, grati animi teſſeram, pro obtentæ ſanitatis beneficio.

99 Soror Maria Paula, Converſa in Monaſterio S. Nicolai in prato, anno MDCLIX atrocem in brachio ſiniſtro, in ea parte quæ inter cubitum arteriarumque pulſum mediat, experiri cœpit dolorem,

C adeoq; intenſum, ut uſque ad humerum inclementer deſæviens, nec laborare ſineret, nec quieſcere. Partem infectam patiens oleo inunxit S. Dominici. Dumque, poſt multorum dierum decurſum, tormentum non imminui ſentiret; manibus peritiæque ſe *Brachii inſanabilis plaga* conſignavit Nicolai Calderini; qui monaſterii chirurgus, poſt multa emplaſtra, unctiones, & balnea applicata, dum fruſtra inaniterque ſe mederi advertit brachium, cum indicibili patientis cruciatu, magnanimiter nihilominus ſanitatis recuperandæ gratiâ tolerato, incidere illud ſtatuit. Inciſura tempore multo, ut tumor remitteret, peccanſque materia extraheretur, aperta manſit, Nicolao Calderini quotidie infirmam inviſente & medicante: qui omni tandem adhibitâ induſtriâ & arte, inciſionem quidem ſolidavit, aſt dolorem neutiquam imminuit, qui torquens ſemper æqualiter perſiſtebat. Quapropter malo indies ingraveſcente, poſtquam infirma per annos quatuor diverſas diverſorum medicorum & chirurgorum expertiſſimorum exploraſſet curas, nominatim autem Doctoris Palei, qui medicum agebat monaſterii; & Jacobi Prateſini, chirurgi civitatis, & medici Raphaelis, & famoſiſſimi chirurgi Odoardi Calderini, nec non Antonii Calderini (qui dicti Odoardi frater, & ipſe chirurgiam profitebatur) item

D Joannis Veneti expertiſſimi Anatomiſtæ; tandem *ad votum chirurgi qui eam inciderat,* Antonius Calderini, dum ſub Quadrageſimæ exordium, S. Mariam Magdalenam, Sanctarum Virginum catalogo per Clementem IX adſcribendam inaudiret; fiduciâ plenus, in Vigilia S. Mariæ Magdalenæ ſe jejunaturum ſpopondit, quatuor Miſſas in die feſtivitatis ejus legi procuraturum, ſepulchrumque virgineum voto exornaturum argenteo, ſi vulnus plagamque ſanaret. Die itaque Veneris ſancto, infirma unam è Sororibus, ut quoddam plagæ officulum, quod egreſſum minabatur, extraheret, ſolicitavit. Aſt illa debilioris complexionis, cum ſimile quid attentare abhorreret, Calderinum chirurgum accerſiri fecit: qui poſt multiplicem conatum tandem tres oſſis eduxit particulas, ita tamen ut plaga ſicuti primitus aperta maneret. Die XXIV Maji, dum Monialis, dictæ Sorori Mariæ Paulæ aſſiſtens, quamdam Sanctæ iconem in Choro deferendam ſolennitatis causâ exornaret; infirma iterum plagæ ſtatum contemplata eſt, reperitque os quidem diſcoopertum, ſed carne penitus nudatum. Die XXV, dum Miſſæ legerentur, iterum plagam conſiderare ſtatuit; dumque ligamina ſolveret, eam penitus occluſam reperit. Brachium ſuæ exhibuit Sorori, quæ

E evidentiſſimum obſtupeſcens favorem, mox Deo *reſtituta ſubito carne obducitur.* Sanctæque gratias egit; ita tamen ut convaleſcenti ſilentium imponeret, uſque dum aliquot tranſactis diebus, perfectæ recuperatæ ſanitatis omnimoda haberetur certitudo. Quo tempore & deinceps tota caro nativum ſuum rubeum reaſſumpſit colorem: ita ut hodie, qui ſeptimus eſt dies Septembris, nihil præter cicatricis veſtigium ſuperſit; ipſaque Maria Paula Converſa, optimâ fruens valetudine, brachio manuque utatur abſque difficultate ulla. Quam veluti miraculoſam & prodigioſam gratiam examinarunt, judicarunt, deprædicarunt, ipſe Vicarius in Spiritualibus, Senator Ruccellai, Pater Provincialis Carmelitarum, P. Confeſſarius, cum medicis & chirurgis.

100 Soror Maria Seraphina, Monialis in mona- *Siſtitur fluxus ſanguinis.* ſterio Porticus, in urbe Florentinâ, per annum integrum, continuo inſorduerat ſanguinis profluvio; ita ut omnem faſtidiens cibum, in eas reducta eſſet anguſtias, ut præ virium imbecillitate ſe nullatenus erigere poſſet; cunctis, iiſque magnis, fruſtra applicatis medicinis. Auditâ igitur S. Mariæ Magdalenæ Canonizatione, ſeſe ejus commendavit protectioni. Hinc R. Mariottus Guidotti, Confeſſarius, F ſanctum Virginis velum procurans, die XXIV Maji, in Vigilia feſti ſanctæ Virginis, ipſum ſuper infirmæ caput applicavit. Moxque veluti in momento, quemadmodum & ipſa infirma & Mater Abbatiſſa atteſtantur, fluxus ceſſavit ſanguinis, appetitum recuperavit infirma: & exinde priſtinis paulatim redeuntibus viribus, favorem Sanctæ cum maxima experta & proſecuta eſt gratitudine.

101 Per quatuor circiter annos & dimidium, *Parmenſis matrona paralytica* Parmæ in mortali contabuerat grabato Domina Corona Scotti; adeoque penitus mediam inferiorem corporis amiſerat partem, ut dum, infirmam è lecto elevando, brachia ab auxiliatrice manu ſuſtinerentur, pedes veluti mortui penderent & exangues: quod paralyſis malum febris auxit continua, cruciatu ferociens nimio. Hoc inter extremæ mœſtitiæ ſpectaculum, XXX Maji, ad infirmam littera defertur, ad eam ſcripta per Marchioniſſam Malæſpinæ, in qua miraculum recenſebatur, quod meritis S. Mariæ Magdalenæ circa Monialem S. Annæ in prato contigerat: in cujus Epiſtolæ fine, eadem ſubjungebat Domina, ſe hujuſmodi ad infirmam ſcribere, ut & ipſa Sanctæ ſeſe recommendaret. Conſilium

accep-

A *intellecto Sanctæ miraculo,*

aceeptavit Domina Corona, cujus conſenſum ut intellexit Sereniſſima Parmenſis, illico per Comitiſſam Juliam Mariam Prati, quam acquiſiverat, decumbenti miſit Reliquiam Virginis Seraphicæ. Quam ut adveniſſe didicit infirma, maximam obtinendæ ſanitatis concepit fiduciam; ſubitoque P. Joannem Andream Spinolam, Societatis Jeſu, Confeſſarium ſuum ad ſe vocatum, ita alloquitur: Pater, ecce Reliquiam S. Mariæ Magdalenæ, mihi à Sereniſſima Parmenſi tranſmiſſam; optarem, ut Reverentia veſtra me cum ea ſignaret, licentiamque daret votum emittendi, ut, ſi perfectæ ſanitatis gratiam Seraphica Virgo mihi indulſerit, ego per annum integrum colore albo & ravido (qualis eſt Sanctæ habitus) me veſtire; & ut primum vires permiſerint, Florentiam me conferre poſſim, ad ſanctum ejus ſepulchrum viſitandum. Votum approbavit Confeſſarius, omnibuſque domeſticis convocatis, ut tria Pater noſter & Ave Maria, & totidem Gloria Patri recitarent, impoſuit; ipſaque infirma ita Sanctam invocavit tenerrime: S. Maria Magdalena, ſi ita voluntas eſt & major Dei gloria, majuſque animæ meæ bonum, impetra mihi ſanitatem: ſin minus, patienter acquieſco. Tunc Pater Spinola Reliquiam ſancti habitus aſſumens, eâdem infirmæ pedes ſignare cœpit, extenſos penituſque immobiles: & ſubito infirma eos veluti manu quâdam elevari ſenſit, ideoque motu proprio ſe moveri poſſe rata, pedes abſque ulla erexit difficultate. Quibus neutiquam acquieſcens Confeſſarius, tibias & genua ſignare perrexit; quo finito, libere Corona Scotti in hæc prorupit verba: Detis mihi veſtes meas, quoniam me convaluiſſe experior, propriiſque pedibus me gradi poſſe confido. Veſtes attulere ancillæ; indutaque, ad ſacellum motu ſe proprio contulit, nonniſi exile propter corporis debilitatem admittens adminiculũ; adeoq; expedite gradiens de reliquo, quaſi nullo unquam laboraſſet malo. Qui eventus incredibili omnes, maxime vero domeſticos, qui Dominæ ſuæ per tot annos veluti emortuo ſervierant trunco, replevit ſtupore; præterquam quod Doctor Zanarai medicus infirmam exili offenderit colluctantem cum febri, quæ indies imminuta, intra exile ſpatium infirmam deſtituit, perfectiſſimæ reſtitutam ſanitati. Sereniſſima Parmenſis miraculum hoc Eminentiſſimo Cardinali Leopoldo intimavit, qui ejuſdem relationem Monialibus S. Mariæ Angelorum, ut Deo, cui Seraphicam Virginem adeo

C glorificare complacuit, debitas redderent gratiarum actiones, communicavit.

ejus Reliquiis ſignata in pedes erigitur:

mulier diu lecto affixa

102 Julia Caroli Bondini, uxor Juliani Bogi, per tres continuos annos adeo lecto adhæſerat affixa, ut propter exceſſivam corporis debilitatem, ne pedem quidem erigere poſſet. Altera itaque die Julii, ſolennitatem Canonizationis S. Mariæ Magdalenæ inchoatam eſſe inaudiens, eccleſiam S. Mariæ Angelorum, ut corpus virgineum inviſeret, adire ſtatuit. Aſt in itinere conſtituta, quantumvis alieno ſuffulta & adjuta ſubſidio, progredi nequivit; unde paucos poſt greſſus humi concidens, mortua reputata jam ſpiritum credebatur trahere extremum. Quo tempore dum proceſſio Vexilli (de quo egimus in Miraculo ſecundo) inſtituta eſſet, mulier infirma imaginem Sanctæ intuita, tanto confeſtim ſe ſenſit animari vigore atque fortitudine, ut in pedes erecta, dixerit liberrime: Sana ſum, laus Deo & Sanctæ: moxque ſupplicationem, ex eo loco uſque ad eccleſiam S. Mariæ Angelorum, devotiſſime proſecuta, debitas ibi pro recuperata ſanitate gratias egit. Ingentem nihilominus dolorem acerbiſſimumque manuum ſenſit ſuperſtitem æſtum, ita ut nullatenus in quemcumque eas uſum adhibere poſſet: cujus mali

ſubitoque ſanata,

manuum uſum recipit

qualitatem dum nunquam medici penetrare poſſent, & conſequenter nec ulla applicare efficacia remedia, Julia primæ particeps gratiæ, alteram petere pie præſumpſit. Quapropter ad monaſterium S. Mariæ Angelorum deducta, Sorores, ut velo S. Mariæ Magdalenæ manus ſuas ſignare dignarentur, rogavit inſtantiſſime. Aſt, ſive negotiorum moles, ſive aliud quodcumque obſtiterit impedimentum, incaſſum obteſtata eſt infirma. Portaria nihilominus, ne ſupplicem penitus dimitteret afflictam, particulam veli, quod apud ſe cum viva fide retineret, impertiit. Vix Julia impetrarat donum, quando ad eccleſiam & *attacta velo.* ante altare ſanctæ Virginis reverſa, velo illo ſuas ſignavit manus: & è veſtigio remiſiſſe ſenſit ardorem, omnem evanuiſſe cruciatum, ſubitoque propriis ſe ipſam adjuvit manibus, quod uſque ad tempus illud ſæpius quidem, aſt ſemper tentaverat inaniter. Poſtridie igitur Julia cum matre ſua ad eccleſiam accedens, in honorem Sanctæ communicavit.

gradiendi facultas redditur.

103 Sanctes Scopetus lateris ſiniſtri tantam, ex quodam præcipitio, debilitatem contraxerat & mutilationem, ut vix incedere poſſet, aut ne vix quidem ſine fulcris, per duos annos & menſes, omnibus inaniter adhibitis remediis. Quarto igitur Junii, qui Florentiæ tertius erat feſti Canonizationis S. Mariæ E Magdalenæ dies, ut ut potuit ad eccleſiam Sanctæ repere cœpit; ubi aliquali adjutus ope, ante corpus virgineum genu flexus oravit ſubmiſſiſſime. Qua in oratione dum aliquid temporis tranſegiſſet, ecce vobis, quaſi in ictu oculi, fulcra lignea, quibus innitebatur, deſerere ſtatuit; tantum in ſe expertus robur, ut in pedes ſe erigere præſumeret. Quod ut feliciter ſe attentaſſe advertit, omnia humana ſprevit adminicula, libereque gradiens, coram numeroſo exclamavit populo: Miraculum, miraculum. Tibi gratias, Sancta benedicta. Fulcris itaque ad ſepulchrum relictis, eodem ipſo mane in honorem Sanctæ, quæ tantum ſibi favorem impertierat, confeſſus eſt & communicavit. Lucia Fedi Senenſis, *ſanatur aſthmatica.* hoſpitem agens apud Sebaſtianum Conti Florentinum, per tres annos continuos tantam experta fuerat ſpirandi difficultatem, ut nulla unquam, quantumvis varia, illi profuerint medicamina aut remedia. Quinto igitur die Junii, ad expoſitum Sanctæ corpus ſeſe tranſtulit; ubi poſtquam Sanctæ cum viva fide ſe recommendaſſet, obſtupuit attonita, qualiter in momento omnis aſthmatis & reſpirandi evanuerit difficultas. Quia vero integram nec-

F dum ſibi illico promittere audebat incolumitatem, exhorruit animitus, ne forſitan induciæ forent, caro nimis & enormi poſtmodum dolore recompenſandæ. Aſt liberaliſſima in favoribus Sancta, clientulam ab omni penitus redemerat malo. Stephanus Franciſci Centelli, faber lignarius in Prato, annos *illuminatur oculus extinctus.* agens duodecim, lucem oculi ſiniſtri ex quadam macula, quam trium annorum infantulo reliquerant puſtulæ, penitus amiſerat. Illis itaque diebus, quibus feſta Canonizationis ſanctæ Virginis peragebantur, mater Stephani, opera Nicolai Gianni tantillum impetrarat goſſipii, quod ſanctæ Virginis corpus attigerat. Reliquiam mulier, magna cum devotione fideque, ſicut & filius ejus, acceptavit; atque eâ, poſt recitatam Antiphonam Salve Regina, cæcum filii oculum attigit. Nec mora, ſiquidem vix oculum tetigerat goſſipium, quando in eodem velut momento, macula, quæ annis novem oculum excæcaverat, penitus evanuit.

ſanantur, maligna febris.

104 Pandolphum, Silvii Spannochi Senenſis filium, ætatis annorum xv, febris invaſerat maligna, eo progreſſu, ut paucos intra dies medici aſſiſtentes ſanitatem deſponderint infirmo. Qui ad Sanctam confugiens, inſignem, ſi convaleſceret, in honorem

EX VARIIS.

EX VARIIS.

ipſius ſe facturum promiſit eleëmoſynam, illiuſque corpus ſacrum viſitaturum. Et ecce quaſi in ictu oculi, promptiſſimum Sanctæ expertus ſubſidium, & à malo præcipitoſo perfectiſſime liber, priſtinam redemit incolumitatem. Quapropter certam ad Sanctæ ſepulchrum (in cujus ſacello magnam etiam miſſarum quantitatem, veluti totidem ſacroſancta anathemata celebrari fecit) quæ gratias debitas ageret, ablegavit perſonam. Martham Tiberii Graſſi, XXVII Septembris tempore nocturno, tam copioſus & malignus invaſerat fluxus catarrhi, ut jam jam ſibi exſpirare videretur. Conſilium accepit, ut ſanctæ Virgini ſeſe recommendaret. Filia igitur infirmæ roſam conſervabat, quæ Sanctum corpus contigerat; quæ ad matrem decubuam accedens, unicum floris folium ori materno impoſuit; ſubitoque omnis evanuit infirmitas, & poſtridie ad eccleſiam S. Mariæ Angelorum abiit mater, debitas ſanctæ liberatrici actura gratias. Agnina, duodecim annorum puella, filia Aureliæ Serpi, in Octobri tam importuno fuerat exagitata catarrho, ut penitus inflammatis oculis omnibusque decedentibus palpebris, præſentiſſimos intuentibus ingereret compaſſionis ſenſus. Exile quid ad oculorum unctionem adhibuit olei S. Mariæ Magdalenæ: & intra dies paucos, palpebris naturalem ſtatum ſuum repetentibus, omnes implevit ſtupore, quotquot ei in tam miſerabili condoluerant ſtatu.

catarrhi sive periculoſi, in gutture

& oculis.

B

105 Magdalena Hippolyta, Hieronymi Bambicai, per viginti tres annos à dæmonibus obſeſſa, à variis Sacerdotibus per quinque annos continuos inani ſemper effectu fuerat exorcizata: nec quiſquam, quid miſera intra temporis illius decurſum ſuſtinuerit, ſibi imaginabitur, niſi obſtinatam infernalis contra hominem ſpiritus cognoverit rabiem. Corpus itaque cecidit crudeliter, ſtomachum implevit angoribus, acerbiſſimis vitam cruciatibus, extremis caput doloribus; ut nihil de ululatibus & horrendis loquar ſtridoribus: à ſacris eam abſtrahebat Confeſſionibus, nec ullum ei permittebat cibum, niſi prius à Sacerdote benedictus eſſet. P. Frater Donatus Maria Ricci, Ordinis Prædicatorum, Pater ejuſdem ſpiritualis, poſtquam varias infirmæ, in honorem ſanctiſſimæ Virginis ſuique Patriarchæ S. Dominici, præſcripſiſſet implerique curaſſet devotiones; oleo ſancti Patriarchæ eam inunxit; quod quidem plagas ſanavit, aſt nequaquam ſpiritum expulit malignum. Cum igitur Octava S. Mariæ Magdalenæ celebraretur, obſeſſam die Martis, qui quartus erat menſis Junii, ut ſanctum corpus expoſitum quotidie inviſeret, obligavit. Paruit pœnitens; quæ vix eccleſiam ingreſſa, horribili ſtridorum ululatuumque fragore omnia ſuſque deque everſura timebatur. Velum, quod miſeræ applicaretur, petitum fuit; ſed nullo in diebus illis effectu; poſt quos obſeſſa quietior quidem, non tamen libera penitus, angebatur. Quapropter dictus Pater Ricci, ut habitum Sanctæ in ejuſdem honorem aſſumeret, conſuluit; vixque comparuerat habitus, quando dæmon ſe à Sancta, ut exiret, compelli proteſtatus eſt publicè; ipſo fauſtiſſimo correſpondente exitu. Nam XV Auguſti, in feſto Aſſumptionis Beatæ Virginis, habitum Sanctæ induens, totaliter ab omni ſpiritu maligno libera evaſit & immunis; ita ut ex eo tempore quaſi renata, & quemcumque abſque omni difficultate aggredi laborem, & ſancta frequentare Sacramenta, & ſuas explere poſſet devotiones. Quam gratiam voto ſolenni, ad ſepulcrum Sanctæ appenſo, & frequenti viſitatione recognovit, & profeſſa eſt coram univerſis.

Annis 30 energumena,

liberatur aſſumpto habitu Sanctæ.

C

106 Poſtquam ſolennitatem Octavæ in eccleſia S. Mariæ Angelorum terminaſſent Moniales, Patres quoque Carmelitani, Florentiam incolentes, ſuam concluſerunt honorare ſanctam Sororē, quemadmodum multo cum applauſu & ſolennitate, à die XIV Junii uſque ad XXIV ejuſdem menſis, præſtiterunt magnifice. Quo fine vexillum Sanctæ à Monialibus mutuum accepere, finita ſolennitate reſtituendum. Quod ut Moniales Monaſterii S. Claræ, non longe a conventu Carmelitarum diſſitæ, intellexere; Patribus ſupplicarunt, ut vexillum Sanctæ tranſlaturi, in pauperis cujuſdam infirmæ ſolatium, parthenonem earum tranſire dignarentur. Soror hæc erat Maria Archangela Fieſolini, quam duorum menſium continuorum ſpatio ſæva aduſſerat febris, aliis ſociata accidentibus; quæ infirmam tanto replebant ſudore, ut hic lectum ipſum corrumperet, & illa tempore longo quaſi mortua reputaretur à pluribus. Exinde nonnihil ſibi reſtituta, tantam capitis patiebatur debilitatem, ut nec in cubili ambulantem, nec ſuſtinere poſſet loquentem. Nulla ei vel minima quies morbi alleviabat inclementiam; dumque mala inſoleſcerent atrocius, tam extraordinarios ſtomachi patiebatur impetus, ut omnia veluti evomitura, extremo angeretur conatu, aſt ineffi caci; è lecto præceps proſilitura, niſi detenta fuiſſet violentius. Nullo reficiebatur cibo, nulla ei proderant medicamina, maximamque Monialibus tribulationem cauſabat & faſtidium. Semper tamen plenam erga S. Mariam Magdalenam fovens fiduciam, diverſis ejus intellectis favoribus, aliquam ſanctæ Virginis Reliquiam expoſcere cœpit; ſe ipſam Sanctæ recommendans, & aliis ut ſe recommendarent ſupplicans; præſertim autem cuidam ſorori ſeculari, quam ut corpus Sanctæ ſuo nomine inviſeret fuerat obteſtata. Ut primum à Matre Abbatiſſa, vexillum Sanctæ compariturum didicit; pridie Confeſſione præmiſſa, magna cum fide ſe eidem recommendavit. Die XXIII Julii vexillum ad infirmariam delatum fuit, & Pater Confeſſarius aſſiſtens, ipſum ſuper infirmæ lectum explicavit; diverſas cum omnibus Monialibus pro infirma fundens orationes. Poſt hæc cœnavit decubua tempore ſolito: horaque illa, qua malum ferocire ſolebat truculencius, aliqualem experta eſt infirma afflictionem; aſt invocato confeſtim Sanctæ auxilio, omnem eliſit dolorem; imo tantam experta eſt fortitudinem, ut veſtes quibus indueretur petierit, ſe penitus (qualiter & in re erat) ſanatam rata. Veſtita obambulare cœpit: ſanamque ſe advertens, per Sororem, Matri Abbatiſſæ, tunc in refectorio cum reliquis Monialibus cœnanti, ſuam, meritis & gratia S. Mariæ Magdalenæ obtentam, intimavit ſanitatem; omneſque Sorores ſimul in Choro congregatæ Te Deum laudamus cecinere. Et ad ſingulos Verſus, novas vires novamque fortitudinem ſibi accedere exiſtimabat, ita ut finito Hymno ad circumſtantes dixerit: Ecce me jam penitus ſanam & incolumem. Poſtridieque in gratiarum actionem, omnibus aſtantibus Sororibus, Miſſa decantata eſt in honorem S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis.

D

Monialis febri & gravibus accidentibus afflicta.

illato ad ſe vexillo Sanctæ,

convaleſcit.

E

F

107 Bertum de Berto Ferri, in coxa dextera, quis neſcio, offenderat catarrhus ſeu fluxus, ut ſolo fulcrorum adminiculo, multis variiſque abſque ullo effectu adhibitis remediis, incedere poſſet. Quare in menſe Auguſti corpus Sanctæ inviſit: de cujus oleo ut ampullam obtinuit, quam Eliſabetha Leonii à Matribus S. Mariæ Angelorum acceperat; ille domum reverſus, ipſum cum devotione & fide applicavit; ſubitoque tantam expertus eſt mali diminutionem, ut paucos intra dies libere gradiens abſque ſuſtentaculo vel minimo, utrumq; fulcrum, quo uſq; ad tempus illud uſus fuerat, per eamdem Eliſabethā, veluti bina obtenti favoris anathemata, ſuſpendi curarit

Sanantur, claudus,

A *periculoſe febricitans,* rarit in eccleſiæ S. Mariæ Angelorum. Neque minus glorioſam S. Maria Magdalena reddidit ſolennitatem, quam Romæ in ejus honorem natio Florentina in eccleſia inſtituit S. Joannis Florentinorum. Nobilem quemdam, gravi exhauſtum infirmitate & quaſi à medicis deſperatum, inviſit amicus; eidem, ut in præſenti S. Mariæ Magdalenæ feſtivitate aliquod ei votum faceret, perſuaſurus. Inſtantiam iterum iterumque repudiavit infirmus, qui nimium tandem importuno amico reſpondit: Ego Vitam legi Sanctæ illius, ſemper ipſa ſe aliosque voluntati commiſit divinæ, & ego ſanitatem peterem? Ad quem indilate amicus; Forſitan hæc Dei voluntas erit, ut media S. Mariæ Magdalenæ interceſſione ſanitatem recuperes. Quo reſponſo veluti enervatus infirmus, Sanctam invocavit, votumque vovit; vixque devotionis elicuerat actum, quando & à febri & ab omni corporis ſe ſenſit liberum imbecillitate. Gratiam agnovit cliens, corque argenteum perbelle expolitum, inque tabula collocatum, ad altare detulit ſanctæ Virginis, voto ſatis facturus. Sacriſta eccleſiæ S. Joannis Nationis Florentinæ, ubi dicta celebrabatur feſtivitas, R. P. Franciſcus Spenter, origine Germanus, graviſſima laborarat infirmitate, quæ ipſum ſiniſtræ auris deſtituerat auditu, multis iiſque ſecundum ſe efficacibus, aſt inaniter ſemper, applicatis remediis. Hic tempore feſtivitatis illius, ut ad S. Mariam Magdalenam confugeret, ſe ſtimulari ſenſit interius; inſpirationique obtemperaturus, pauxillum accepit goſſipii, in oleo lampadis, quæ ante ſanctæ Virginis altare ardebat, intincti, eoque ſiniſtram bis unxit auriculam; paucosque intra dies ab omni immunis malo, promptiſſimam recognovit deprædicavitque Sanctæ gratiam & opem.

& ſurdaſter, B

108 Glorioſa imprimis illa mihi videtur S. Mariæ Magdalenæ atteſtatio, quam aliqui Patres Sacerdotes dictæ domus & eccleſiæ S. Joannis perhibent, unanimiter aſſerentes, varias ſibi obtigiſſe perſonas, quæ in viſitando altari Virginis Seraphicæ, vehementes expertæ fuerant impulſus mutandæ vitæ, remediumque multis porrigendi culpis ſacrilegis, quas in Confeſſionibus præteritis incurrerant voluntarie. Quæ gratiæ tanto majoris faciendæ ſunt, quanto difficilius à corde extorquentur humano, quod uſu ſuæ malæ libertatis in obſtinatione pertinax, & difficultates quas in ſalutis æternæ ſemita experitur exhorrens, Deo ſe mancipare recuſat. *Hactenus Fr. Patricius, in genere punctum iſtud attigiſſe contentus, quia ejus natura eſt, ut non ſoleat nominatis perſonis explicari: lubet tamen ad dictorum confirmationem ex ipſius monaſterii Manuſcriptis* Italicis *addere aliquid, eo mirabilius, quod nec de Sancta quidem cogitantibus talis obvenerit gratia, adſolam Reliquiarum, quantumvis occultarum, præſentiam. Res ita habet.* Sacerdos quidam Reliquiam Sanctæ ferebat ad infirmum ſub veſte abditam, nemine conſcio; cum obviam habuit duas perſonas, quæ, ſubſiſtente ut fit ad earum alloquium Sacerdote, tam vehementi ſe compungi contritione ſenſerunt, ut abducto in partem confiteri de peccatis voluerint. Hoc vero dum inſolito facerent affectu, & tam ipſæ quam Sacerdos audiens mirarentur adeo improviſum gratiæ divinæ allapſum, cum integra cordis ac voluntatis mutatione, horrore offenſarum adverſus Deum commiſſarum, & melioris vitæ firmiſſimo propoſito; incidit Sacerdoti cogitare, quod hæc forte agerentur virtute Reliquiæ, quam geſtabat; ipſamque eis oſtendit, mox perſuaſis ut crederent, ab illis ſibi afflatum ſpiritum illum tam novæ tamque ſalutaris compunctionis.

Peccatores ad ejus altare,

vel reliquiæ converſi. C

CAPUT XI.

EX VARIIS.

Alia quædam miracula, a Patricio prænominato collecta.

109 *Curatur gravida mulieris fluxus.*

IN oppido quodam, cui nomen Turris Annuntiatæ (locus eſt, duodecim ab urbe Neapolitana numerans milliaria Italica) Andræana Jordani, uxor Blaſii Senenſis, utero ferens, continuum quinque menſium paſſa fuerat ſanguinis fluxum, ea virium imminutione, ut inſtante partus tempore, præ nimia imbecillitate, infelix præpediretur eniti fœtum: ideoque omnibus de vita ejus deſperantibus medicis, jam quaſi exanimata agonizare cœpit, ſuam Deo recommendans animam. Infauſta perterritus tragœdia maritus, quod ab humano ſubſidio exſpectari advertit inaniter, à S. Maria Magdalena de Pazzis, viva cum fide petere & extorquere præſumpſit. Quare ad ejus interceſſionem confugiens, imaginem chartaceam ſanctæ Virginis, quam domi habebat, in præſentia multorum qui aderant, ſuper conjugem jam moribundam cum magna ſtatuit fiducia, in hæc altâ voce prorumpens verba: Ego teneo firmiter, quod Sancta iſta glorioſa ei gratiam impetrabit à Domino. Fideique correſpondit meritum & exitus fauſtiſſimus: vix enim dictam imaginem ſuper infirmam poſuerat, quando indilate melius habere, ſe per lectum movere, & ſigna edere cœpit urgentis partus. Quapropter à lecto ad ſedem delata, filium maſculum vivum ſubito peperit feliciter; poſtque dies paucos è lecto ſurrexit ſana & incolumis, univerſali cum ſtupore totius populi; qui tam evidenti permotus miraculo, non vulgarem ex eo tempore, erga dictam glorioſam Sanctam, concepit devotionem; & maritus beneficium inſigni reveritus eſt voto, quo Neapoli eccleſiam S. Mariæ de Vita, Patrum Carmelitarum de obſervantia, honoravit.

eique felix partus dätur. E

110 Ipſo eo die, quo propter Canonizationem S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, ſolennis per urbem Neapolitanam indicta & inſtituta fuerat proceſſio, hæc ex conventu majori Carmelitarum egreſſa, per ſuburbium Virginum directa fuit, ut ad eccleſiam S. Mariæ de Vita, ubi ſolennis Octava quam feſtiviſſime celebranda erat, accederet. Parochus itaque eccleſiæ Virginum, ſtatuam Sanctæ, quæ ante eccleſiam ejus tranſitura erat, honoraturus, ſedecim circiter annorum juveni impoſuit, ut campanas ſonaturus campanile aſcenderet. Abit ſolicitus puer, ſatis facturus mandato. Vix campanile conſcenderat, quando uno fallente pede, ad triginta paſſus corruit deorſum; quo perveniens, miraculoſe ſuper terram ſtetit erectus in pedibus, abſque damno minimo. Quodque magis miraculum auxit, circumſtantia erat loci: cadens namque juvenis, naturaliter in profundam montis excavati foveam, quæ campanili immediate ſubjecta erat, prolabi debuiſſet, cum omnimoda oſſium confractione; aſt, patrocinante S. Maria Magdalena, quam juvenis ille ipſo in caſu invocavit, in alium cecidit locum, ad decem aut duodecim palmos à præcipitio illo in diſtantia habentem. Ita Patribus Carmelitanis S. Mariæ in Vita retulere Sacerdotes, dictam parochiam incolentes, utpote oculati teſtes. Idem Eminentiſſimus Cardinalis Indicus Caraccioli, Archiepiſcopus Neapolitanus, iiſdem Patribus teſtificatus eſt, & inſuper Romam ad Eminentiſſimum Cardinalem Roſpiglioſium tranſcripſit.

Ex turri læſa ipſus ſervatur incolumis. F

111 In eodem ſuburbio Virginum, uxor Vincentii Pagani nobilis Neapolitani, graviter decubua, malo premebatur medicis incognito, per quinque men-

Sanatur febri & apoſtemate laborans,

EX VARIIS.

menſium ſpatium continuæ aſſociato febri. Tandem igitur mali ſe prodidit qualitas, interius nempe apoſtema in pectore concluſum; quando ſcilicet, ex ore& naribus,ingentem ſanici ſanguine permixtę evomere cœpit quantitatem, cum tanto ciborum faſtidio, ut nec cibum ſumere nec retinere poſſet: unde medici paucos ipſi reſiduos vitæ ſpondebant dies. Hæc inter,dum infirma juxta palatium ſuum ſtatuam S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis proceſſionaliter deferri inaudiſſet; domeſticis, ut ſe per brachia ad feneſtram deferrent, præcepit. Quibus obtemperantibus, ut ad deſtinatum locum, famulitio bajulo ſuffulta,pervenit infirma; maxima cum devotione lacrymiſque multis ſe recommendavit Sanctæ, ut ſuam ſibi à Deo impetraret ſalutem.Et ecce prodigium; vix namque dicta pertranſierat proceſſio, quando lectum repetiit ægra abſque febri,inſuper à ſputo ſanguinis & ſaniei, quod per os & naſum emittebat,immunis &cibum affectans;poſtque dies paucos reſumptis viribus,lectum deſeruit ſana. Quapropter Vincentius, maritus ejus, ad eccleſiam ſe contulit Carmelitarum de Vita, ut tantum beneficium,meritis Sanctæ collatum,debitis proſequeretur gratiis,votumque offerret.

B *febrim cum ſanguinis fluxu patiens,*

112 Dux Teleſanus, D. Antonius Ceva Grimaldi, conſilio medicorum Neapolim ſe contulerat, ut beneficio novi aëris à febris continuæ, quæ ipſum integro quaſi anno tribularat, convaleſceret infirmitate; ſed malo in pejus incrudeſcente, tam copioſum tandem ſanguinis fluxum paſſus eſt per nares, ut de vita ejus plurimum dubitarent medici; præſertim cum multa diverſaque pro ſiſtendo ſanguine adhibita remedia, omni viderent deſtitui efficacia, nec proficere quidpiam. Æger igitur totalem virium ſuarum ſentiens diminutionem, abſque ullo mali medicamine,ad conventum Carmelitarum de Vita quempiam deſtinavit, qui Patres eos ſuo nomine rogaret, ut aliquas de S. Maria Magdalena ſibi deferrent Reliquias; quæ poſtmodum infirmo applicatæ fuere,& inter alias quidem velum Sanctæ. Quod ut capiti ejus impoſitum fuit, omnis indilate ſopitus ſtetit ſanguinis fluxus,cum aſtantium ſtupore, magnoque ipſius Ducis convaleſcentis ſolatio: qui poſtridie in eo ſe reperit ſanitatis recuperatæ viriumque ſtatu, ut ipſemet eccleſiam de Vita,ſanctæ Virgini gratias acturus inviſens, pro beneficio recepto, in eleemoſynam obtulerit ſcuta viginti. Hieronymum Carminianum, Equitem Neapolitanum,plateæ Toletanæ incolam, tam ferox ex improviſo invaſerat accidens,

C *& infirmus ad mortem.*

ut unanimi medicorum ſententia filius mortis denuntiaretur; quique vel maxime malum illud augebat cruciatus, impotentia erat quieſcendi in lecto. Nullam itaque ſibi humanam profuturam intelligens medicinam, ad patrocinium confugit S. Mariæ Magdalenæ,aliquas ejus petendo Reliquias; quæ ut corpus infirmi attigerunt,ſanitatem impertiri cœperunt. Mox enim ſe movere, & abſque faſtidio ullo in lecto jacere, commodeque ſe extendere infirmus; magis magiſque per dies ſingulos ita convaleſcens, ut integram tandem conſecutus ſanitatem, in grati animi beneficium,ſe obligaverit coram multis Nobilibus, omni ſtudio induſtriaque promoturum, ut ſanctam Virginem Neapolis ſibi eligat in Patronam.

A Nocturno incendio

113 Victoria Simonis, Neapolitana puella, in monaſterio Charitatis, quod in eadem platea Toletana ſituatum eſt,educanda,quamdam S. Mariæ Magdalenæ chartaceam dono acceperat imaginem; quam quia eodem die ad cellæ ſuæ parietem affigere non poterat, ſub veſperam, cum alia quadam pariter juvenculâ ſociâ ſuâ decubitura, ex tenero devotionis quo in Sanctam ferebatur affectu, imaginem illam ſuper pulvinar, in quo caput quieſcebat, depoſuit, ſicque obdormivit. Sed eheu; quod incuriæ non extinxerant lumen, flammam concepit; protinuſque invaleſcens, ipſum in quo filiæ illæ dormiebant corripuit lectum: quando miraculoſe à ſomno expergefacta Victoria, cellamque igne ardentem exhorreſcens, ſuam quoque excitavit ſociam; ambæque è cubili egreſſæ, ſuis reliquas etiam Moniales omnes expergefecerunt ſtridoribus.Quæ ignis graſſantis incendium, toti imminens monaſterio, dum cohibere non poſſent, gentem forinſecus vocant in auxilium; quæ ſubito diverſis cum inſtrumentis, ut ignem extingueret, ſicuti & de facto extinxit,accurrit numeroſiſſima. Quod autem ſtuporem meretur, tum expergefactio fuit Victoriæ, quæ ſubitanea quadam & occulta conquaſſatione ſe à ſomno ſenſit excitari, tum auxilium opportuniſſimum, ſiquidem caſus circa dimidium noctis ſucceſſerat; mane itaque facto ad cameram ſuam reverſa Victoria, totam ſuppellectilem, ſingulariter autem lectum, ubi dormierat, igne reperit abſumptum, præter unicam illam imaginē chartaceam S. Mariæ Magdalenæ,quam tot inter cineres ſanam, integram, & ab omni ignis læſione invenit immunem, Unde tam ipſa, quam reliquæ omnes Moniales,non modo binas illas adoleſcentulas, ſed totum etiam Monaſterium, ſuffragantibus Seraphicæ Virginis meritis, à flamma & incendio liberatum fuiſſe agnovere;quam proinde in ſuam ſuſceperunt Protectricem, in eccleſia ſua ſacellum ſanctæ Virginis erecturæ; præterquam quod pro tanta gratia, in eccleſia de Vita, tabulam offerent ſeu picturam, in qua totus repræſentabitur caſus commemoratus. Interim magna cum veneratione & devotione chartaceam illam imaginem, miraculoſe inter flammas illæſam intactamque conſervatam, ſolicite cuſtodiunt.

D

liberatis periclitantibus,

imago Sanctæ intacta invenitur.

E

intolerabilis ex ore fœtor infirmæ curatur.

114 Claudia Nicolai Antonii Antuerpienſis, Neapolim incolens, poſt graviſſimam, quam annis octo exantlarat, febris continuæ infirmitatem,tantam viſcerum ſtomachique pati cœperat corruptionem, ut ex ore ejus intolerabilis ſe proderet fœtor, ſe ad loca etiam inſinuans remota, ea cum moleſtia, ut proprii etiam parentes, amici, domeſtici, Confeſſarius, imo nec ipſi medici,propter intolerabilem graveolentiam, accedere præſumerent. Deſolata itaque & derelicta ab omnibus, dum proceſſio S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis per eam civitatis partem tranſiret, admonita infirma tantam concepit fidem, ut in virtute ejus ſe è lecto erigens,quamdam adierit feneſtram; ubi ſanctæ Virgini votum nuncupans, ſubito ſe ſanam reperit, & ab omni liberam fœtore, cum maxima totius familiæ admiratione & lætitia. In cujus favoris recognitionem puella illa, cum omnibus amicis ſuis, eccleſiam de Vita Patrum Carmelitarum inviſit, quando in eadem eccleſia Octonarium ſolennis Canonizationis celebrabatur, inque animi grati ſymbolon, cum inſigni Miſſarum ceræque quantitate, ſuum explevit votum.

F

Pauca olei miraculoſi gutta

115 Prioriſſæ Conſervatorii, Romæ in hoſpitali ſancti Spiritus, cui nomen Victoria Gaſparrini, parva vitrea donata fuerat ampullula,in qua duæ tresve olei illius miraculoſi, quod Florentiæ in feſto Beatificationis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis multiplicatum fuerat, aſſervabantur guttulæ. Donum,maxima cum ſatisfactione exceptum, puellis ſuis, quibus educandis præeſt, detulit exhibendum.Quarum una, ætatis annorum triginta, rem adeo exilem tantillumque videns olei, ſubriſit dicendo: Pater Generalis Carmelitarum (ab eo namque proceſſerat donum) ingens ſane in unica olei guttulâ, & minima iſta phiala, impertiit xenium. Interim ampullam reverenter obſervans Prioriſſa, eam in pyxide ſerico veſtita

A ſtita repoſuit; multiſque prætерlapſis diebus, eamdem ipſam Prioriſſam in ſiniſtra corporis parte dolor invaſit, qui ab inguine uſque ad pedem diſcurrens, tantum creabat moleſtiæ & afflictionis, ut non modo non ſtare aut ſedere poſſet, ſed nec in lecto jacere; indieſque magis ingraveſcente dolore, ſemper difficilius ſtare pedibus & longe difficillime incedere. Igitur XXIX Maii, dum inſolitus urgeret cruciatus, lecto ſe committere coacta fuit; ubi poſt aliquantulum temporis, afflictam corporis partem, velut inſenſibilem, præ dolore ſenſit evaneſcere. Quas inter anguſtias ampullulæ dictæ memor, eam in præſentia trium puellarum (ſcilicet Bibianæ annorum XXXII; Tobiæ annorum XXIV, & Margaritæ annorum XXV) ſibi allatam, ſiniſtra apprehendit manu, dextra ligamen, quo cooperta erat, ſolvens; utque ad ceram quæ orificium immediate claudebat pervenit, ceram acu elevavit. Qua vix ſublata, exilis illa olei quantitas bullire cœpit, eo cum incremento, ut foras prorumpens, tenentis unxerit manum. Quo tam Prioriſſa quam aſſiſtentibus puellis attonitis ſucceſſu, patiens, ampullâ in dexteram aſſumptâ, ſiniſtrâ, quam oleum perfuderat, partem inunxit offenſam. Dumque manu dextera ampullam teneret, & iſtam
B oleo madefactam reperit. Ne igitur prodigioſus liquor, qui ſecundam hanc unxerat manum, deperiret; puellis advocatis, frontem, fauces, & pectus unxit. Quo facto dictam recluſit ampullulam, in qua eadem quæ prius viſa fuit remanere olei quantitas; unde cera, novaque & duplicata eam cooperiens charta, fortique conſtrictam ligamine, in dicta repoſuit pyxide in domo ſua. Nocte ſequenti, dictæ Prioriſſæ dolor priſtinus nonnihil intulit afflictionis; quare altero die iterum aſſumpſit ampullulã, quam ita reperit plenam, ut ex oleo redundante lacera videretur charta, & ſecundum aliquam partem ipſa pyxis, in qua conſervabatur, madefacta. Soluto itaque fune, & quanto placuit partem offenſam inungens oleo, iterum cera & charta obductam in priori collocavit repoſitorio; hodieque ampulla majorem, quam primitus habuit, notatur continere olei quantitatem. Ita ſancte atteſtantur, inque Dei & Seraphicæ Virginis majorem gloriam & honorem profitentur, dicta Prioriſſa & commemoratæ puellæ.

novo miraculo exuberantes.

ingentes dolores ſanant.

In Armoricis convaleſcit moribunda,

C 116 Soror Maria à S. Joſepho, Monialis Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, in Monaſterio dicto de Bethleem, Ploërmeli in Britannia minori, phthiſi per annos plures infecta & à medicis depoſita, poſtquam in hebdomada Paſſionis anno MDCLXIX Viatico & extrema Unctione, tanquam morti proxima, munita fuiſſet; interius ad implorandam S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, tunc proxime Sanctorum faſtis adſcribendæ, opem mota fuit; ſtatuitque duobus novendiis preces aliquas in ipſius honorem perſolvere, quod & fecit. Nocte igitur, Sanctæ ipſius feſtum immediate præcedente, tam acuti dolores ac debilitas infirmam opprimere cœpêre, ut ad oratorium novitiatus in dormitorio extructum, eidem Sanctæ conſecratum, & in quo expoſita eſt ejus imago, ſe deportari poſſe omnino diffideret. Nihilominus in ſede rotatili, non ſine ingenti difficultate & periculo expirandi in via, eo deducta fuit. Quo cum perveniſſet, dum quædam à Sororibus preces recitarentur, pectus, tamquam appoſito ſibi interius aliquo corroborativo, ſibi ſenſit convaleſcere; tibiaſque, prius debiliſſimas, conſolidari. Quare ſtatim è ſede exiliens, velum Sanctæ in altari expoſitum acceſſit deoſculatura, & exinde ad infirmatorium omni abſque difficultate reverſa eſt; & appetitu recuperato, perfecte ſanata. Soror Angelica à S. Philippo, Monialis ejuſdem ordinis & monaſterii, importuna nervorum contractione pridem afflicta, & à duobus annis lecto jugiter affixa, die feſto S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, cum Confeſſarii ſui licentia, in ejuſdem honorem novenam inſtituerat, ut ipſius meritis & interceſſione aut totalem recuperaret ſanitatem, aut ſaltem aliena abſque ope (ſi ita Deo placitum foret) ad Chorum progredi, ibique Miſſam audire, & Sacramenta percipere poſſet. In ipſa igitur Aſcenſionis Domini noſtri ſolennitate (quæ intra dictum novendium occurrebat) dum ex Choro, ad quem in ſede volubili ſeu rotatili deducta fuerat, ad lectum reportata fuiſſet; pectus ſuum (quod uſque modo debiliſſimum fuerat) nonnihil meliorari experta, an ſe erigere poſſet, attentavit. Conatumque ſentiens optatum, veſtes ſibi dari petiit, quibus induta ad Chorum proceſſit; ubi, poſtquam Sanctæ Reliquias venerata fuiſſet, hymno Te Deum laudamus in gratiarum actionem à Communitate cantato, reverſa eſt ſana; nulliuſq; indiga opis. Illuſtriſſimus ac reverendiſſimus Dominus Epiſcopus Veneti in Britannia minori, moleſta in uno crure laborabat fiſtula; à quo importuno malo ut ſeſe redimeret, paulo poſt ſolennitatem Paſchalem hujus currentis anni, novenam inchoavit in honorem S. Mariæ Magdalenæ; deſideriique compos effectus, priorem obtinuit integerrimam corporis incolumitatem. Cum igitur Sancta hæc tam corporali quam ſpirituali animarum benigniſſime medeatur faveatque ſanitati, tamque apud Deum ejuſdem pro clientibus efficax ſit interceſſio, ut ex præſentibus, veluti ex ungue leonem, dilucide cognoſcis, Lector benevole; tu quoque eamdem, tuis in adverſitatibus morbiſque, præſertim vero animæ, invocare non differas.

Ex variis.

& Epiſcopus ager.

B

CAPUT XII.

Gratiæ quædam miraculoſæ, ex Mss. Italicis ipſius monaſterii à Sanctimonialibus collectæ & tranſmiſſæ: ac primum factæ anno 1669.

ANno MDCLXIX menſe Junio, Sor. Maria Thecla Neri, in conventu Sanctiſſimæ Annuntiatæ, miraculoſe liberata eſt ab infirmitate, quæ totis quatuor annis eam ſic detinuerat affixam lecto, ut in eo vel de eo non plus moveri poſſet quam juvabatur à duabus Sororibus, hoc caritatis obſequium ei præſtantibus. Rem ſcripſit nobis, qui partem aliquam in ea habuit, Angelus de Monte-claro Preſbyter, ex Burgo S. Joannis, Florentiæ ad Boream ſito, neque multo plus quam XIII milliaribus diſtante, in hæc verba. Cum D. Philippus Franci hoc in loco, propter quædam ſua negotia ageret, & Sor. Maria Thecla intellexiſſet, habere eum de oleo Sanctæ, quo ſanabantur quotquot ungebat infirmos; rogavit Matrem Abbatiſſam, efficeret, ut etiam illa caritas impenderetur ſibi. Acceſſitum ergo me rogare hæc cœpit, ut ſolatium iſtud procurarem infirmæ. Nec difficile fuit D. Philippo, ad benefaciendum promptiſſimo, perſuadere quod cupiebam. Ivit continuo ad Annuntiatæ eccleſiam, dumque in ea preces aliquas fundit, infirma collocata in ſella, inter duarum monacharum brachia, deportata ad craticulam eſt: ubi ipſi Philippus frontem inunxit facto ſigno Crucis, jubens ut firmiter confideret ſe ſanandam: deinde mihi oleum ipſum dedit, tradendum D. Abbatiſſæ, ut ipſa eas corporis partes liniret, quas dolere ſibi infirma dicebat. Atque ecce ſurrexit continuo illa, & per gradus ad Chorum aſcendit una cum Sanctimonialibus omnibus, præ animi teneritudine collacrymantibus, atque Te Deum canentibus. Paulo poſt iterum ab

117 Annis 4 paralytica

F

oleo Sanctæ curatur.

item contracta,

Abbatiſſa

XX VARIIS.

Abbatiſſa accerſitus ſum, juſſaque ad crates comparere Maria-Thecla coram me ambulavit, tam expedite ac ſi numquam fuiſſet infirma: quod cum viderim non ſine lacrymis, volui etiam vobis ſtatim perſcribere, ut & ipſæ Deum collaudetis.

goſſipio, oculus novennio cæcatus;

118 Eodem anno Prati erat Stephanus, Franciſci Gentilis lignarii Pratenſis filius, qui ante novem annos ſolum triennis, oculi ſiniſtri viſum amiſerat, per obductum ei à variolis panum. Interim celebrata Florentiæ feſtivitas Canonizationis, occaſio fuit ut pueri mater, per eos ipſos dies à D. Hieremia Ganni acciperet aliquid de goſſipio, quod fuerat ſacro Corpori admotũ. Hoc ergo applicitura filio, una cum ipſo devote ac fidenter Salve Regina pronuntiavit, tum extincto oculo goſſipium iſtud admovit: & ſubito ei viſus rediit, quo tam diu caruerat. Magdalena Sarti, apud Petrum Cocchi in conducto habitans, ſyncopas & deliquia pene continua patiebatur integro fere anno: nec ullum inveniebatur ei remedium, quin etiam ſignis haud obſcuris apparebat, obſidentis vel circumſidentis ſpiritus maligni

velo, frequẽs ſyncope curatur:

B effectus eos eſſe. Die autem quodam eo reductæ, ut jam jam expiratura crederetur, aſſidebat Presbyter, dubius an viveret, poſſetque ei extrema Unctio impendi. Interim filia ejus Fauſtina venit ad monaſterium noſtrum, & commodari ſibi petiit velum Sanctæ: quod mox ac capiti ejus impoſuit Presbyter, ſubito ad ſe rediit, nec deinceps tale quid paſſa eſt; cum anni jam ſex præteriiſſent, quando id quod contigerat ſcribebatur.

aquâ fontis ejus, febris maligna:

119 Maria Nicolai Barbaſſi, commorans Franciſco Chiare, torquendi ſerici opificium exercenti, circa XXVIII Julii, febri tam maligna fuit correpta, cum dolore ſtomachi, ut nono morbi die de vita ejus actum judicans Dominus Campelli, propter proſtratas omnino vires, Viatico eam muniri mandaverit. Hoc cum factum eſſet, quædam ejus amica præbuit de fonte Sanctæ hauſtam aquam; & Maria, mox atque ipſam cum fide bibit, liberata à febri, redeuntem poſtridie medicum ſtupore complevit: atque in gratiarũ actionem mandavit ad Sanctæ altare dicendam Miſſam, cum oblatione votivæ ceræ. Retulit

ſola invocatione, diſſipatur initiũ gravis morbi.

nobis D. Coſmus Pandolfini, quod XXVIII Julii, tanta oppreſſus debilitate, ut erigere ſe nequiret; ſub horam XXIV ſenſerit algorem extremum, cui nec à calore cubiculi tum ſatis intenſo, nec à pannis injectis ſolatium reperiebat: in eoque ſtatu manſit horis quatuor, principiumq; gravioris mali id fore judica-

C vit; quia aliquo ab hinc tempore, ſimili prorſus initio, incurrerat malignam febrem. Hoc in ſtatu quam devotiſſime potuit commendavit ſe Sanctæ, ſenſitque mox cum ſuperveniente ſudore diſſipari malum: & circa auroram indormiſcens, paulo poſt ſurrexit ſanus, adeoque robuſtus, ut ad omnes functiones ſuas mox ſe applicuerit, cum magna domeſticorum & ipſiuſmet admiratione, hanc gratiam Sanctæ acceptam referentium fide neutiquam dubia.

34 menſibus infirma

120 Ginevra Salvini, apud Stephanum Peripi frænarium commorans, narravit nobis, quod per menſes triginta quatuor paſſa ſit graviſſima ſymptomata palpitationis ac ſuffocationis cardiacæ, cum tumore gutturis fauces præcludente, ſic ut difficillimum ei eſſet aut cibum ſumere aut ſpiritum reciprocare: cauſam autem referebant periti in catarrhum, copioſe ſtillantem ex capite; in quo etiam capite diriſſimos dolores cum nervorum attractione ſentiebat. Multis porro medicinis tam purgativis quam aliis fruſtra adhibitis, præſcripſit ei medicus pulveris Peruani, quem Chinam-chinã vocant ſumptionem. Cumque eo uſa eſſet diebus ſedecim, uſque adeo aggravatum fuit malum, ut non modo non aſſurgere de lecto, ſed nec caput quidem poſſet attollere, accedente inſuper gravi melancholia & cibi faſtidio: quare circa XX Julii, deſperans de vita ei ſervanda medicus (nam etiam pulſus deficere cœperat) juſſit eam extremis Sacramentis muniri. Tunc quædam ejus amita acceſſit D. Philippum Franci, rogavitque ut dignarerur ire, ac neptem ſuam viſitare: hic vero ut vidit & intellexit mali gravitatem, opus eſſe dixit, ut requireretur velum ſanctæ Matris. Ivit ergo ad monaſterium ipſumque accepit, deinde ad infirmam rediens, reperit loquela deſtitutam; nihilominus ei dixit: Gratiam tibi fecit Sancta, & ſanata es: ſurge. Et juſſit eam attolli ac ſeſſum locari ſupra lectum ſuum; velumque capiti ejus imponens, iterum mandavit ſurgeret, abiret, res ſuas ageret. Cum vero infirma, quæ experiebatur quod nec caput quidem poſſet attollere, multo minus auderet de lecto ſurgere; increpuit eam D. Philippus, clamans quod factam ſibi gratiam repudiaret: & Surge, inquit; ac circumſtantibus, Ferte ei veſtes ſuas: rurſumque infirmæ: Surge, & agnoſce gratanter factum tibi favorem. Tum illa ſe veſtiens, pedes pavime fixit: magnoque cum ſtupore ſuo, quæ conſiſtere prius nequiverat, acceſſit ad culinam curandam. Admirati ſunt etiam vicini omnes, ſpirantem, loquentem, operantem videntes. Poſtridie veniens medicus, eamque videns erectam in pedes, primum quidem miratus eſt; deinde dixit, eum eſſe effectum adſtringentis medicinæ quam ei præſcripſerat: neſciebat enim quid factum eſſet: ſed vicini domeſticique repoſuerunt, dicentes; Non tua medicamina, ſed velum S. Mariæ Magdalenæ, ſanitatem ei contulit.

D *ac tandem à medico deposita,*

impoſito ſibi velo Sanctæ ſervatur:

E

ejuſdẽ particula ſanatur febricitans;

121 Uxor Domini Legati Lucenſis apud Sereniſſimos noſtros, retulit nobis varias gratias, à Sancta factas domeſticis ſuis: Die enim, inquit, XVIII Junii, hujus præſentis anni MDCLXIX, juveni cuidam meo vehementiſſima advenit febris; quæ cum in ſimplicem tertianam ei converſa eſſet, nec ulla medicorum diligentia pelli poſſet, aſſerentibus illis crebrius adhuc redituram; ſuaſum ipſi eſt, ut quo tempore febrilem expectabat paroxyſmum, recurreret ad opem Sanctæ implorandam, de cujus velo particulam ei dabant. Fecit juvenis devote quod ſuggeſtum ſibi erat, & neque tunc neque deinceps febrem paſſus eſt. Die vero II Auguſti, alius juvenis, natione Francus, vehementi & acuta febri cum intenſiſſimo capitis dolore correptus eſt: quæ primum frigore, dein calore grandi eum torquens, neq; diu neque noctu aliquam ei requiem indulgebat.

F *& alius à graviori febre, unctus oleo.*

Accerſitus medicus applicuit quidquid ſibi ars ſua ad remedium ſuggerebat, ſed fruſtra: imo ad quartum quintumque diem morbi, ultra magnam debilitatem proſtratarum virium, vexari cœpit vehementi tuſſi atque anguſtia pectoris; adeo ut non minus medicus quam ipſe infirmus judicarent, clarum hoc indicium eſſe diſpoſitionis peſſimæ. Cum autem nihil interea remitteret febris, adeoque vix ulla ſpes ſalutis ſupereſſet, monitus æger eſt, fieri poſſe ut ſanaretur, ſi cum vera fide invocarét Sanctam: quod ille fecit, maxime ad exhortationem boni cujuſdam Sacerdotis, qui oleo per Sanctam multiplicato ipſum inunxit decimo die morbi. Sub horam autem XXI ejuſdem diei venit medicus, & ægrum valde relevatum reperit ac fere abſque febri: mane vero regrediens, liberum à febri omnino eſſe pronuntiavit, & ſolum modica tuſſis, anguſtiaque etiam minor ſupererat; ac porro bene habens, gratiam à Sancta acceptam recognovit.

122 Simon, filius Franciſci Torricelli ſartoris, annos quatuor vel quinq; natus, ex terreo ſuggeſtu, plus quam duodecim ulnas alto, decidit in petram quamdam ſubjectæ curtis, adeo graviter, ut tempus dexte-

A dexterum ingenti pateret vulnere, duos digitos profundo. Accurrit excita Mater Apollonia Ricci, filiumque expertem ſenſus ſuoque ſanguini innatantem reperit. Tum eum accipiens, magna cum fide Sanctam invocavit, ac dixit: S. Maria Magdalena, adjuva me, & filio meo vitam redde: atque inter hæc deficiens ipſa, velut exanimis corruit. Interim quidam ex officina adveniens, acceptum puerum, nec ullius ſenſus ſigna dantem, depoſuit in lectum, ubi vulneri albumen ovi impoſuit. Tertia poſt inde hora rediit ad ſenſus ſuos puer, matremque inclamans, Mater, ait, non ſum mortuus: ſanavit enim me Monacha quædam, albis fuſciſque veſtita, ea ſcilicet, cui veſperi Ave-Maria recito. Mane ſequenti reverſus chirurgus ad vulnus curandum, eique inſerendos peniculos aliquot lineos propter profunditatem, ſublato albumine invenit ſolidatum vulnus, nullumque aliud ejus veſtigium quam modicum ruborem pro menſura plagæ: quod admirati tam ipſe, quam pater & magiſter pueri, qui cauſa compaſſionis ad caſum accurrerant, puerumque antea viderant velut mortuum; agnoverunt haud dubium illud eſſe miraculum Sanctæ. Mater autem adduxit filium ad ejus capellam, votumque argenteum obtulit, addens

B quod Habitu ſui ordinis veſtiret eum toto anno. Ad confirmationem autem majorem, puer ipſe cum nono poſt die vidiſſet Religioſas alterius habitus, dixit matri, quod illæ non erant veſtitæ ſicut ea quæ ipſum ſanaverat, quia hæc albis & fuſcis induebatur.

123 Catharina Angela, annorum ſex puella, filia Joannis Baptiſtæ Pentolarii, anno MDCLXIX die IV Auguſti, per quamdam feneſtram domus, plus quam ſedecim ulnas altam, cadebat: quam per aëra ferri videns mater, S. Mariam Magdalenam & S. Antonium Patavinum invocavit, rogans ut ſalvam ſibi filiam vellent. Accurrit qui in platea rem ſpectabat populus, nihil dubitans, conſiderata altitudine loci, quin vel extinctam vel corpore toto contritam puella invenienda eſſet; invenerunt autem lapſam quidem in faciem ſupra pavimentum ſaxeum, ſed nec lividum uſpiam nec læſum vultum, nedum aliud ullum membrum: & manibus apprehenſam, clamantes Miraculum, ſurſum adduxerunt matri, filiæ infortunium, imo ſuum, plangenti. Quæ mox ut illam ſanam vidit, converſo in gaudium luctu, ſanctis Advocatis ſuis egit gratias; quas ipſo etiam opere reddi-

C tura, continuata quinque feriarum ſextarum devotione inſtituit Sanctam honorare, filiolam quoque huc ſecum ducens.

124 Sor. Maria Seraphina, annos nata ſeptemdecim, & Religionem in monaſterio S. Franciſci hujus urbis profeſſa, quadam letalis apoplexiæ ſpecie ſubito correpta jacebat, non linguæ ſolum, ſed omnium ſenſuum uſu deſtituta. Tertia circiter noctis hora erat, cum id ei accidit; non tamen omiſerunt accerſere continuo Doctorem ſuum Medicum, D. Petrum Franciſcum Porcellini: qui viſo ægræ ſtatu, deficiente etiam pulſu, ſpem nullam vitæ ei producendæ habuit, juſſitque ad ſepulturam apparari omnia. Itaque ſuperveniens etiam Confeſſarius, confeſtim ei Unctionem ſacram miniſtravit, & Commendationes animæ, velut jam jam expiraturæ, cœpit recitare. Adhibita nihilominus remedia omnia poſſibilia ſunt, tam veſicatoria quam alia, quibus ad ſenſus revocaretur. Illa nil iſtis juvabatur, toto tamen die ſequenti ſic perſtitit, uſque dum allatum applicatumque ei eſt velum ſanctæ Matris: ad cujus contactum ſtatim ſenſus redeuntis ſignum dedit ægra, & loquentes potuit intelligere, non tamen loqui ipſa. Ergo Pater Confeſſarius os caputque ejus inunxit oleo, per Sanctam multiplicato: & redeunte ſibi voce, dixit illi infirma, vidiſſe Sanctam in habitu propriæ Religionis, quæ brachium ipſius ſiniſtrum elevans, protulerit verba quædam; quorum tamen non recordabatur, ſicuti nec meminerat ullius eorum quæ facta ſibi erant toto infirmitatis tempore. Rediit autem ſubito ad priſtinam ſanitatem, cum magna admiratione devotaque lætitia piarum iſtarum Matrum, quæ ſimul gratias egerunt Sanctæ pro tali beneficio.

Puer ex alto lapſus & leviter ſaucius

Sancta apparente reſurgit:

puella ſimiliter labens

ſervatur illæſa.

velo & oleo applicito convaleſcit.

EX VARIIS.

CAPUT XIII.

Gratiæ anno MDCLXX *invocata Sancta miraculoſe obtentæ.*

QUintius Vectoris Firmanus, ſed à pueritia Florentiæ habitans, filium habebat diſſolutiſſimum, & in omne vitiorum genus effuſum, nomine Joannem Franciſcum. Cum hoc rediens Certaldo anno MDCLXX, & eccleſiam noſtram tranſiens, rogare eum cœpit, intraret ſecum, ad viſitandam pariter Sanctam: ſed ille abruptim reſpondit, Nolo: cauſam autem interrogatus, aliam non reddebat, quam, Quia nolo. Iterum ergo rogavit Quintius, ſaltem ad Annuntiatam ſequeretur ſe, ibique unum Ave-Maria recitaret: quod ille quidem perſuaderi ſibi ſivit, ſed vix genua flexerat, quando ſurrexit abiturus. Quæſivit ex eo pater, quo tam ſubito diſcedere vellet: ſed ille aliud non reſpondit, quam omnino eundum ſibi eſſe ad negotia ſua. Indoluit ad tantam filii obſtinationem bonus pater, venitque ad eccleſiam monaſterii noſtri, & cœpit intimo ex affectu orare pro illius ſalute, ſanctam Matrem his verbis appellans: S. Maria Magdalena, trado & conſigno tibi hunc meum filium, ut tuus deinceps ſit: tu adjuva & ſerva animam ejus. Si emendatus ſalvetur, honori tuo cedet; ſi damnatus pereat, reddenda pro eo tibi ratio erit. Tibi eum do: tu curam ejus age. His dictis egreſſus ab eccleſia, perrexit filium Sanctæ commendare, præſertim quotidie mane, plures conſequenter Miſſas in eccleſia noſtra audiens: interim dum ille proſequebatur male inſtitutum profligatiſſimæ vitæ curſum, cum magno ſenis patris dolore, rapiens pecuniam quam ex diurno ſtipendio is referebat domum, totaſque noctes foris agens.

125 *Iuvenis profligatiſſimæ vitæ*

126 Sic utrique vix menſis effluxerat, cum miſer ille, inſpirante Deo & ſancta Matre, venit ad eccleſiam noſtram, in qua etiam erat pater ſuus; & F huic appropians quidam interrogavit, Nihilne ſciret de filio ſuo, aut ubi eſſet. Nihil ſe ſcire reſpondentem Quintium, iterum interrogavit amicus; an gratum foret ſi eum ipſi indicaret; & annuenti, monſtravit retruſum in ſacelli unius angulo, atque orationi inſiſtentem. Sed pater veritus ne ei crearet moleſtiam, vidiſſe diſſimulavit, & ad aliam quamdam capellam ſe recepit. Exinde cœpit curioſius filium obſervare, deprehenditque eum ſæpius ad eccleſiam venire Sanctæ viſitandæ cauſa, & ſuſcepiſſe devotionem quinque ſextarum feriarum cum Confeſſione & Communione agendarum: quod cum valde patrem oblectaret, gaudebat etiam domi longe alium videre quam fuerat: redibat enim ad horam vigeſimam quartam, & cœna ſumpta recipiebat ſe in cubiculum, ubi ante grandem Chriſti imaginem, tribus aut quatuor horis proſtratus, in oratione perſeverabat. Agnoſcit mox Quintius ejus opus id eſſe, cui filium commendaverat; eoque fidentius orare perrexit, ut quod Sancta cœperat conſummaret. Interim XV Auguſti, ipſo Aſſumptæ Deiparæ die, infirmari cœpit Quintius, duplici quotidie paroxyſmo violentiam febris experiens, quæ ei uſque ad finem

à patre commendatus Sanctæ

uno poſt menſe invenitur coram ea orans,

Totus mutatus ac deditus pietati:

EX VARIIS. *atque pasſ miniſteriũ ſe ſuime-ſtrè agro patri exhibitum,*

Septembris duravit, filio ad paterna obſequia aſſiduam & indefeſſam operam conferente. Cum autem videretur ſibi ad extremam imbecillitatem adductus, animi æque ac corporis, ad caram ſibi Sanctam accurrit, rogans ut ſibi à Deo vel vitam vel mortem impetraret. Tum vero hæc duabus aliis Sanctis comitata apparuit, Sancta videlicet Maria Magdalena & S. Roſa, interrogavitq; ecquam è tribus Patronam optaret. Ipſo vero S. Mariam Magdalenam nominante, ait hæc, Poſt triduum à febri liberaberis. Et nos, inquiebant aliæ duæ, erimus tuæ protectrices: itaque diſparuerunt.

Cortonam abiens de via ei ſcribit,

127 Cum ergo patrem poſt tres dies ſanum videret filius, ſumpto ſimul prandio dixit, quod oppido fatigatus laboribus, in ejus ægrotantis miniſterio exantlatis, foras egredi vellet ad captandum liberiorem aërem. Annuit id ei libens pater, ſed interrogans, quo ire cogitaret, reſponſum accepit, fore ut ſciret. Mane vero ſequenti diſceſſit adoleſcens verſus Caſtellum Francum ſuperius, ubi habebat ſororem Monacham, nomine Hippolytam: quam cum brevi alloquio ſalutaſſet, ſtatimque valediceret; rogavit illa ut prandium vellet apud ſe ſumere. Sed ipſe,
B urgens cauſatus negotium, negavit ſe poſſe. Petiit autem confeſtim ſibi commodari folium chartæ: quo allato, ſcripſit patri, benedictionem ejus poſtulans; addenſque quod ibat Cortonam, ingreſſurus ibi Ordinem Cappucinorum; & rogans, ne intra annum ſibi ſcriberet, alioquin futurum ut epiſtolam combureret: & hæc obſignata reliquit ſorori, mandans ut quam ſecuriſſima via mitteret litteras ſuas patri, non tamen niſi poſt tres aut quatuor dies. Recepit illa id ſe facturam: ſed quia malum aliquod formidabat, maxime quia ſciebat quod aliquem læſerat, à quo fuerat affectus injuria; inſtanter oravit ut terminum & cauſam itineris tam feſtinati indicaret ſibi. Et ipſe Cortonam, inquit, cum Domino quodam negotium grave expediturus, quod brevi ſcies: itáque diſceſſit. Metuebat vehementer Hippolyta, quia anteactam fratris vitam noverat: acquievit tamen, & poſt condictos dies patri miſit commendatam ſibi epiſtolam. Qui filii conſilio gaviſus, poſt actas S. Mariæ Magdalenæ gratias, illi aliud nihil reſcripſit, quam pauca hæc verba: Mando tibi benedictionem meam: nec plura addidit, ut morem ei gereret. Poſtea vero intellectum eſt, quod facta ibidem profeſſione, Patribus illis optimam de ſe
C ſpem faciat feliciſſimi exitus.

**i.1671 Periculoſus ſub mamilla abſceſſus,*

128 D. Joanna, filia D. Franciſci Bracciolini, Florentiæ commorantis, annorum viginti octo virgo, expoſuit nobis, quomodo hoc anno MDCLXX * exeunte menſe Martio, ſubitus eam dolor invaſit ſub mamilla ſiniſtra, cum inflammatione tam vehementi, ut aduri ſibi videretur: in medio autem inflammationis illius apparuit rubra macula, paulo grandior obolo, unde pus manabat magno cum dolore: ſi enim alicubi adhærebat induſio, ipſum ſic agglutinabat carni, ut attractum ſequeretur etiam pellis. Cumque varia in remedium acciperet conſilia, nec iis uti vellet amore verecundiæ (timebat enim ne ſi alicui malum monſtraret, tradenda eſſet manibus chirurgi, quibus potius quam ſuſtineret ſe tangi, mori malebat) tertio poſt die gravioribus ſolito doloribus lancinata, commendavit ſe Sanctæ, cum magno affectu multisque lacrymis; & ſumpto oleo ex lucerna (quamvis ſoror ſua D. Blanca id diſſuaderet, aſſerens pejus inde habituram) eodem ſe inunxit, dicens: Sancta mea, volo inungi oleo tuo; ideoque, ſi mihi feceris gratiam ſanitatis, mox atque potero accedam tuam eccleſiam, & illud ibi poſtulabo. Poſtquam ergo locum doloris ita unxit, corio-

ſtra verecundia occultatus,

Sancta invocata diſparet.

que operuit, in iiſdem doloribus uſque ad noctem D perſeveravit. Quando iterum ſe Sanctæ commendans, ſoporata eſt; & mane facto experrecta, perfecte ſe liberatam ſenſit, nullo prioris mali remanente veſtigio; & una cum ſupranominata ſorore ſua D. Blanca, quæ partem affectam viderat, affirmavit non niſi miraculo divino ſe fuiſſe ſanatam.

Curantur ſubito, genu ac pede dolens,

129 Sor. Maria Dei, inter eas Sanctimoniales profeſſa quas Stabilitas nuncupant, annorum circiter quadraginta quinque, cœpit grandem in pede atque genu cruciatum ſentire, ita ut genu inflectere aut eo niti nullo modo poſſet. Hoc ei cum integrum menſem duraſſet, nec ulla adhibita remedia prodeſſent; exeunte menſe Prælata ſua dixit, quod ipſam vellet ad medicum ducere. Cui Sor. Maria inſtanter ſupplicavit, ut eo conſilio ſuperſederet, donec tranſiſſet feſtum Sanctæ noſtræ, quod una cum tota civitate monaſterium iſtud colit: eoque jam præſente, genu prædictum unxit oleo lampadis, ante Sanctam ardentis; & ſtatim abſque dolore ſe demiſit in genua, quod toto menſe elapſo facere non potuerat: cœpitque ambulare per monaſterium, publicando omnibus gratiam acceptam.

pluribus vulneribus letaliter ſaucius,

130 Thomas Quirini, à puero in Piſtorienſi diſtrictu commoratus, cum forte Florentiæ eſſet die XXV Auguſti propter ſua negotia, & domum cujuſdam acceſſiſſet; ſubito ſenſit incurriſſe in ſe quinque viros, qui à parte poſteriori eum vulneraverunt, inter ſcapulam ac ſpinam dorſi, quintamque & ſextam coſtam thoracis. Ille in terram corruens, magno cum affectu commendavit ſe Sanctæ, auxilium ſibi ferri poſtulans; indeque vires ſibi additas ſentiens, elevavit ſe in genua, atque unum ex iſtis quinque percuſſit: qui videntes non eſſe mortuum, fugam arripuerunt. Fratres autem ex Societate Miſericordiæ ſublatum eum tulerunt ad hoſpitale S. Mariæ-novæ: ubi commiſſus Mag. Antonio Calderini, ejusdem hoſpitalis chirurgo, curationem quidem opportunam ſuſcepit, ſed ſolatii ex ea nihil, quin potius impoſſibilis omnibus videbatur ſanitas. Duo enim vulnera acceperat in ejuſdē lateris brachio, ſupra cubitū bis transfixo: & intra illos triginta dies, quibus continuata curatio fuit, putrefactū ſanguinē carnemque expuebat. Omnia autem accidentia illa, paſſim letalia judicata, cœperunt diminui: & decimo
F quinto poſt die venit ad noſtram eccleſiam, portans in gratiarum actionem induſium, in quo apparebat vulneris letalis inciſura, ante ac retro: chirurgus autem prænominatus manu propria ſcripſit amplam totius miraculi relationem, in teſtimonium veritatis.

tormentario pulvere fœde uſtulatus faciem,

131 Joannes-Carolus, filius Jacobi Tarioletti, ſub quintam horam noctis mediam libram pulveris nitrii purioris in lance ſtannea ſiccandam poſuit ſupra foculum, eam iſtic relinquens, per horæ quadrantem: poſtea vero verſare eam cœpit. Et ecce ex fundo lancis liquefacti ſtanni tantū decidit in foculum, quantus eſt orbis unius nummi argentei ſeptem librarum, quem plaſtram nominamus: ſimulque cadens & accenſus pulvis, luculenta cum flamma ſurrexit in vultum Joannis-Caroli, ut totius faciei cutis inſtar membranæ aduſta fuerit. Margarita ejus mater, videns filium totum uſtulatum, & quod capilli ejus omnes inſtar fuliginis excidiſſent; convertit ad Sanctam preces, ut tali in articulo ipſi ſuccurreret: tum filium interrogavit, qualiter haberent oculi: qui reſpondit, eos extincta luce omnino periiſſe. Tum illa denuo verſa ad Sanctam, oravit, ut quæ tot gratias ſibi fecerat hactenus, novam hanc adderet, efficiendo ne membris impeditus remaneret. Addidit ſuas preces etiam ipſe: cui præterquam quod erat

ablata

A ablata videndi facultas, ipſius liquefacti ſtanni guttæ tres in oculi ſiniſtri cavitatem ſe ingeſſerant, duæ etiam in ipſum oculum, plures autem in varias partes faciei, quas omnes inde exemit chirurgus Valmorius. Præterea uſtulatum ei erat brachium ſiniſtrum à manu uſque ad cubitum, ita ut nervi omnes conſpicerentur: & tamen, per interceſſionem Sanctæ, nulla in parte remanſit impeditus ex eo caſu: qui, niſi grande miraculum interveniſſet, poterat quatuordecim perſonis necandis ſuffeciſſe. Amplius autem eſt & mirabilius, quod cum Joannes Carolus in pera ſua haberet alteram pulveris libram, ambuſtaque ſibi eſſent thorax, ſubucula, & induſium; ad peram tamen, in qua pulvis erat, non pervenit ignis, quemadmodum teſtantur qui viderunt.

ac brachii.

132 D. Joannes Euangeliſta Diociajuti, civis Florentinus, maligna correptus febri aliisque accidentibus, graviſſime tamen torquebatur doloribus colicis, & auris unius. Cumque ad decimum uſque diem aggraveſcens continuo malum, ejus curandi ſpem omnem medicis Porcelliniis ſuſtuliſſet, propter virium omnino exhauſtarum defectum; ille, qui ſæpius ſe commendaverat Sanctæ, oleoque ipſius inungi fecerat, ipſo veſpere diei decimæ, poſt medicorum diſceſſum, cum nonnihil dormitaret, audivit vocem dicentem ſibi: Sanatus es ab omni infirmitate: & hanc gratiam à beatiſſima Virgine Maria impetravit tibi Sancta: tertiumque ei vox eadem replicavit, Plane ſanus es. Ipſe vero experrectus abſque dolore, & viribus priſtinis reſtitutus, tantum ſenſit internum gaudium, ut eo foras erumpente in riſum ſolveretur. Delirium id eſſe credebant circumſtantes, & quid rideret interrogarunt: quibus ipſe narravit factum. Cumque eodem die recurrere ei febris deberet, nec minimam quidem motionem ſenſit: & redeuntes medicos ſequenti mane hilari atque expedita voce ſalutans, in magnam traxit admirationem; quando inſuper explorando cognoverunt, febrim prorſus evanuiſſe: auditoque eventu, ſingulari Dei gratiæ eum adſcribendum, affirmando aſſeverarunt.

Febri & colica ager ad mortem.

B

CAPUT XIV.

Aliæ gratiæ, poſtremis decem annis notatæ.

133 C ANno MDCLXXI Sorori Antoninæ, Sanctimoniali noſtræ, inflammatus atque intumeſcens pes, intenſiſſimos dolores & uſque ad cor penetrantes faciebat, præſertim ex medio pedis digito: acceſſit deinde ad palpitationes cordis etiam febris tam vehemens, ut qui eam viſitabat Doctor Innocentius Valentini, & qui curabat chirurgus Dominicus Roſſi, male ominantes dicerent, quod res non careret periculo grandi, eo quod partes illas deficeret calor naturalis; quodque medius ille digitus, qui inſtar carbonis factus erat niger, ſeparandus ultro eſſet, ſicut etiam una circiter ſeptimana poſt accidit. Minuebatur aliquando & rurſum augebatur cruciatus: cœpitque ei dolere etiam pes dexter, & digiti omnes manus ſiniſtræ; quapropter de vita ejus actum illi dicebant, cujus ut ſummum quatuor dies ſupereſſe definiebat chirurgus. Minutus eſt et nihilominus ſanguis, & alia quædam remedia adhibita: ſed cunctis nihil proficientibus, viribus autem jam exhauſtis, & doloribus magis magiſq; ingraveſcentibus, cœpit ægra ſe parare ad mortem, per ſuſceptionem Sacramentorum Pœnitentiæ & Communionis. Quarto porro die Januarii viſus eſt ei intolerabilis omnino cruciatus, & ingravata fuit febris: quod indicatum volens uni ex Matribus, eam ad ſe

Monacha ſeptuagenaria major,

ex gangræna proxime moritura,

venire rogavit: hæc vero orationum ſuarum auxilium rogata, conſilium dedit ut velum Sanctæ adferretur. Dum hoc quæritur, prædicta Mater exhortabatur infirmam, ut magna cum fide ſe commendaret Sanctæ, ſeque à Superiore ſignari peteret: quibus illa efficaciter mota ad ſperandam gratiam deſideratam, mox atque allatum fuit velum, ſenſit abſcedere dolorem pedis, atque ſuavi quodam calore ſubeunte reſtaurari vires, & cor exhilarari, febre etiam evaneſcente. Cum ergo poſt horas aliquot veniſſet Superior, ut infirmam velo prædicto ſignaret; invenit eam omnino ſanam. Poſtera die ſanam etiam eamdem & abſque febri invenit medicus, pedemque vidit reſtitutum in ſtatum naturalem, cum magna ſua admiratione atque ſtupore: agnovit ergo verum eſſe ac perfectum miraculum, ſanctæ Matri adſcribendum. Supervenit deinde etiam chirurgus, pedemque contrectans & conſiderans, admiratus etiam ipſe eſt, quod tam bonus, naturalis, ac temperatus calor in eo jã ſentiebatur: dixitq; omnino præter ordinem naturæ id eſſe, tum quia gangræna jam ægram tenebat, tum quia complexio ejus delicata ac tenera, cum gravi ſeptuaginta duorum annorum ætate conjuncta, ipſiuſque hibernæ tempeſtatis frigidiori ratione, ſpem nullam relinquebat felicis curationis. Ajebant vero, duas perſonas ſimiliter affectas ſe curandas fruſtra ſuſcepiſſe, ſed ambas mortuas fuiſſe. Porro in die Epiphaniæ mane, Soror Antonina venit ad Chorum cum Communitate, manſitque ibi genibus flexa ad Miſſas aliaſque devotiones, tanta cum facilitate, ut ſibi videretur non tantum ad ſanitatem, ſed etiam ad juventutem rediiſſe: quapropter omnes reddidimus Deo & Sanctæ gratias.

EX VARIIS.

velo Sanctæ ſignata, ſtatim ſanatur.

E

134 Anno MDCLXXIIII, die 11 Aprilis, quo recolimus ſanctæ Matris noſtræ nativitatem in terris, ipſumque diem ejus honori impendimus; Sor. Maria de S. Dominico, dicta in ſeculo Cavalcanti, vigeſimum menſem ſe inveniens lecto detentam febri quadam putrida, atque à principio Septembris ultimò præteriti uſque ad diem iſtum gravius quam ante paſſa, quia febri acceſſerat dolor capitis perquam acutus, nocturnam diurnamque quietem fere omnem impediens; timebat ne denique in hecticam tranſiret febris: jam enim menſibus abhinc aliquot ſæpius ſanguinem vomuerat, & ſublato cibi appetitu nihil excogitare poterat quod ſaperet; unde non ſine maxima difficultate capiebat perquam modicum cibum, & gravi inſuper tædio ac melancholia affligebatur. Venerat ei principio menſis Martii magnum deſiderium petendæ ſanitatis per interceſſionem Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, ideoque ad eam gratiam pluribus ante feſtum Annuntiationis diebus ſe paraverat: ſed videns ſe non fuiſſe exauditam, reduxerat ſe ad omnimodam in in Dei voluntate indifferentiam, neque de ſanitate petenda cogitabat amplius, niſi biduo ante eum quem dixi Matris noſtræ natalem, quando iterum accendi ſopitum deſiderium ſenſit. Grandi ergo cum devotione convaleſcentiæ gratiam petiit à Sancta, rogavitque ut ejus velum ſibi tali die adferretur: die autem primo Aprilis & quaſi Vigilia dicti Natalis, accepit tabellam, in qua depicta Sancta erat, eamque lecto ſuo appendit. Viſa porro eſt imago illa, tam ipſi infirmæ quam aliis conſiderantibus, ſolito hilariorem vultum referre. Noctu vero cum ipſam ſupra lectiſternium locaſſet, & capiti ſuo impoſuiſſet partem habitus olim à Magdalena geſtati, atque oleo miraculoſe multiplicato inuncta ſæpius ei ſe commendaret; melius quam conſueverat noctem illam tranſegit.

Alia menſes 20 ægra,

F

concepta ſpe ſanitatis, uncta oleo Sanctæ,

EX VARIIS.

135 Mane accedens Sor. Innocentia Infirmaria, ex ea quæſivit, quomodo ei eſſet. Cui illa, Melius, inquit. Tum Infirmaria requiſivit, an vellet ſurgere, atque ad Communionem accedere. Aſt ægra, Non auſim, inquit: præſumptuoſum enim videtur gratiam petere per miraculum, quæ poſſit paulatim exſpectari. Communionem ergo recepit in lecto, poſt quam ſibi intus ſenſit dici: Surge: ſana es. Cumq; nihilominus timeret, & idem ſibi diceretur; in eo quaſi conflictu manſit ſpatio unius Miſerere. Sola tunc erat in infirmaria, propterea quod Infirmariæ ad ſacram Communionem abierant: tentavit ergo an ſurgere poſſet, dicens: Si nequeam pedibus meis inſiſtere itáque manere, revertar ad lectum; neque enim aſſuevi adhuc. Id autem dicebat, quia diebus aliquot antea idem fruſtra tentaverat, ſtare nequiens; imo cum ſellæ inſidens per ſe voluiſſet accipere focariam ollulam, ſolus ille motus adeo ipſam fatigaverat, ut deliquium patiens continuo fuerit in lectum reponenda. Nihilominus nunc, ſumpto ſurgendi conſilio, quo videbatur externa admonitione impelli, deſcendit de lecto; & rectam ſe ſtare poſſe ſentiens, tranſiit ad altariolum quod ibi erat, ac genuflexa Deo Sanctæque egit gratias; deinde etiam de genibus Matutinum & Horas recitavit, pridem omiſſum Officium reſumens. Jacebat in ejuſdem cubiculi angulo infirma alia, quæ cuncta audiens, interrogavit, quid ageret: illa vero reſpondit, ſe eſſe ſanatam, ipſamque adivit. Interim tertiæ cuidam infirmæ, longius in alio cubiculo poſitæ, neceſſitas aliqua ſupervenit: cujus indicio accepto, quia nondum redierant Infirmariæ; ipſa, ultro citroque jam libere commeans, illuc abiit: qua viſa, dixit alia iſta infirma, Noli fatigari, quæ ipſa ægra ſatis es. Aſt illa, Non ſum, inquit, quia ſanitatis gratiam mihi contulit Sancta. Sub hæc redeuntibus Infirmariis narraverunt ægræ quæ acciderant; advocataque Superior, duxit ſecum Sor. Mariam ad capellam Sanctæ, ſatis remotam ab infirmaria, nec niſi per trium ſcalarum deſcenſum adeundam: quo perveniens illa, nullo ſuſtentaculo uſa, ſed nec minimum fatigata, plus quam unam Miſſam de genibus audivit: manſit deinde in Choro cum Communitate, & ceteris diei illius devotionibus interfuit; addidit autem, quod intus in anima motum ſentiret, numquam antea expertum, ad vitam renovandam, & per ſolidarum virtutum exercitium tendendũ ad veram perfectionem. Doctor vero Valentinius fidem fecit, quod ejuſmodi curatio fieri non potuerit abſque miraculo,

poſt ſumptã Communionem,

impulſa interius ad ſurgendum,

B

C

136 Sor. Angela Tereſia, Religioſa noſtra, eodem anno, die xx Decembris, totam noctem inſomnem duxerat, occaſione cujuſdam inſolitæ ac gravis melancholiæ, cujus neque cauſam noverat, neque occaſionem ex parte ſua ullam. Mane autem circa horam octavam ſurgens, ut iret ad communis lotrinæ exercitium; prius quam ei ſe accingeret, voluit ire & commendare ſe Sanctæ: metuebat enim, propter eam quam noctu paſſa erat afflictionem, ne grande aliquod incommodum eo die ſibi tolerandum objiceretur. Ivit ergo, & clauſam capellam reperiens, foris ante oſtium genua flexit, orans ut ſibi adeſſet Sancta auxiliareturque, in quocumq; ſuperventuro caſu. Inde ad caveam ſe contulit, in qua panni lavabantur: ſedenſque ſupra grandem lapidem, quo claudebatur os putei, una cum lapide & parte pavimenti ſubſedit in puteum, tam celeriter, ut labentem nemo viderit, ſed ex oculis ſubito raptam animadverterint omnes. Erat puteus profundus tres ulnas, latus quatuor, & plenus uſque ad pavimentum uno palmo excepto. Narrat autem illa, quod labi ſe ſenticns, ſtatim dixerit, converſa ad Sanctam,

Tertia, præſaga ſibi alicujus periculi,

Sanctam in omnem Caſum invocat,

Sancta Mater, adjuva me: jam tempus eſt. Nec plura permiſit influens per os aqua copioſa. Ergo moriendum ſibi eſſe exiſtimans, occupabatur internæ contritionis actu eliciendo, maxime circa quædam particularia quæ ipſam affligebant, & bis deſcendit ad fundum. Cumque tertium immergenda eſſet, viſa eſt ſibi retineri & ſublevari in aëre, ne denuo fundum peteret; ac circuire quærendo aliquid quod apprehenderet ad emergendum. Soror Joanna Antonia de S. Maria à Victoria, Converſa, quæ ei fere ad latus ſederat, videratque diſparuiſſe, & audiebat magnum aquæ ſtrepitum; accepto lumine ut exploraret quid id eſſet, puteum inſpiciens, nihil vidit niſi extremos tres digitos unius manus, voluitque ei auxilium porrigere; ſed non potuit, deficiente ſub pedibus pavimento; totaque exterrita oculis etiam obtenebrata eſt. Sor. Maria-Geltruda à Spiritu ſancto, etiam ipſa vidit extremitates trium digitorum, ſuper aquam palpitantium atque hac illac ſe gyrantium, voluitque manum ejus apprehendere: ſed ea ſibi elapſa eſt, ac fundum (ut illa ſentiebat) petiit. Sor. Angela-Victoria de Plagis S. Franciſci, quæ longius abſtiterat intervallo ſeptem ulnarum, accurrit etiam ipſa in auxilium; cumque nec digitos quidem videret, cœpit immiſſo in aquam brachio requirere demerſam; ſeque humi eumdem in finem ſternens, tandem pugnum illius apprehendit; petitoque auxilio plurium quæ mox accurrerant Sororum, extraxit de puteo, inſtar cadaveris pridem ſepulti luridam ſordidatamque, quia in puteum iſtum omnes culinæ & lotrinæ ſordes, totiuſque monaſterii immunditiæ derivabantur. Tum vero extra eum locum delata eſt repurganda, aliiſque veſtibus induenda: quo facto, volebant eam ad infirmariam ducere ad quieſcendum: ſed illa voluit prius ire ad gratias Sanctæ agendas, ivitque ſuis pedibus nec ullius auxilii indigens; ubi ab omnibus Religioſis cantatum Te Deum eſt, in gratiarum actionem, cum ſingulari conſolatione univerſarum.

D

mox in puteum lapſa ſuſtineri ſe ſentit,

donec ab aliis extrahatur,

E

bene ſana.

137 Anno MDCLXXIX, Sor. Gabrielæ, Converſæ monaſterii noſtri, die XVI Auguſti, dolere incipiens pollex manus ſiniſtræ, totum mox brachium dolore corripuit, ut nec noctu quidem poſſet quieſcere. Accerſitus chirurgus applicuit varia, quæ ſibi ars ſua ſuggerebat, remedia; quibus non obſtantibus quinque fere menſes cruciatus duravit. Rurſum vero, menſe Aprilis hujus anni MDCLXXX, idem dolor digitum eumdem invaſit, eratque in oſſe ipſo intenſiſſimus, ſimiliterque per brachium totum diffundebatur, & quietem neceſſariam impediebat. Rurſus advocatus chirurgus, cum neque malum, quod eſſet, ſcire; neque remedium, quod applicaret conveniens, excogitare ſe fateretur; mandavit nihilominus ex ovi albumine emplaſtrum apponi, ſi forte tantillum mitigaretur dolor: dixitque, formidoloſæ conſequentiæ accidens iſtud videri. Tantum autem abfuit, ut albuminis applicatione quidquam leniretur cruciatus, ut augeretur magis; proinde, cum ferre diutius infirma non poſſet, auferendum à digito cataplaſma fuit. Decimo circiter ab inde die, inſpirari ſibi ſenſit fidem magnam erga ſanctam Matrem, ſpemque recipiendæ ejus interventu ſanitatis. Itaque veſperi ſub horam tertiam acceſſit ad ſepulcrum Sanctæ, in eademque capella inventam Religioſarum unam oravit, ut pro ſe Sanctam deprecaretur, quia non dubitabat quin eſſet per eam ſananda. Tunc digitum immerſit in lampadem ante Corpus ardentem; & interea quædam in illius honorem facienda proponens, poſt unum Miſerere illum inde extraxit. Fatetur autem doluiſſe eum ſibi, dum tenebatur in lampade; ſtatim vero atque inde extractus eſt, omnem cruciatum abiiſſe. Digitum ergo faſciis

Soror Converſa, pollicem incurabiliter dolens,

F

eo in lampadem Sanctæ immiſſo ſanatur

A faſcus obvolvit, cubitum conceſſit, totamque illam noctem dormivit numquam expergiſcens. Faſciam deinde poſtero mane reſolvens, vidit cum magna ſua admiratione prorſus ſanatum digitum, ſed unguento quodam oblitum, odoris tam vehementis, ut ſimilem nunquam expertam ſe meminerit, quia videbatur terrenum omnem odorem ſuperare: moxque ad gratias Sanctæ agendas abiit.

Sanatur puella è lapſu graviter laſa,

138 Anno MDCLXXXI die XXVIII Martii, D. Catharina, filia Lucæ Aremannati & Angelicæ Saccerini, annos circiter viginti nata, de camera ſua egrediens, decidit per ſaxeas ſcalas graduum viginti; perveniens autem ad octavum à fine ſubſtitit, & caput impegit in oſtium nuceum ad tempus ſiniſtrum; ita quidem ut exterius nulla appareret ruptura, ipſa tamen jaceret velut mortua, multumque per os atque aures ſanguinem emitteret: atque hoc modo manſit totis viginti horis loquelæ expers, judicabaturque à medicis certo certius moritura. Sed cum implorato ſanctæ Matris auxilio hujus velum ipſi impoſitum eſſet, brevi ſana apparuit abſque læſione ulla, & in monumentum gratitudinis tabellam attulit, in qua caſus ipſe exprimebatur. Poſtea Catharina alia, menſium triginta duorum infantula, filia Franciſci Cecchi Florentini, die VIII Aprilis, adeo infeliciter in focum cecidit, ut toto vultu aduſto humanæ formæ nullam amplius ſpeciem præ ſe ferret. Sed amita, magna cum fide ſpem auxilii referendi collocans in Sancta Matre, ambuſtæ faciei oculos unxit modico oleo illius quod habebat, & continuo parvula manibus plaudens exclamavit, Video te, amita mea, video. Nec tardarunt amita atque mater illius confeſtim gratias referre Sanctæ in eccleſia noſtra: feſtinatæ autem gratitudinis fructus fuit, quod intra octo dies ſanata facies nullum ambuſtionis ſignum retinuerit, ſicut puellæ pater Franciſcus manu ſua ſubſcribens affirmavit.

& infantula faciem ambuſtæ.

B

Novitia, ſcalis ruptis ex alto lapſa,

199 Eodem anno Sor. Maria Anna à S. Carolo, Novitia noſtra, aliàs Paganelli, annorum octodecim, cum ſcalas quaſdam inſcendiſſet, ruptis infeliciter per medium ſcalis, decidit, abſque eo quod poſſet juvari, cum ſolæ tres perſonæ præſentes eſſent, duæ ſatis remotæ, & tertia quæ ſcalas tenebat. Sed illa inter cadendum ad Sanctam cor ſuum vertit, clamavitque: Adjuva me, Sancta mea: idem etiam fecerunt aliæ. Altitudo, unde decidit, erat ulnarum octo: itaq; lapſa, à ſenſibus alienata manſit, neque motus neque loquelæ compos. Accurrunt ad tumultum excitæ Sorores, velum Sanctæ adferunt, ipſumque capiti ejus applicantes, hortantur ut firmam in Sanctam concipiat fiduciam. Obſervarunt aliquæ, quod in ipſa applicatione veli ſe commoverit puella, licet vocem non redderet, neque rediret ad uſum rationis: ſed neque ad ſenſum rediit, niſi poſt unam circiter horam. In aliud conclave remotius abſtulerunt eam interim, ubi exutam veſtibus & in lecto collocatam viſitavit Dominicus Cloin chirurgus, qui nulla in parte offenſam reperiens, niſi quod digitus annularis dexteræ manus perſtrictus in ſumma cute apparuerit, non dubitavit miraculo factum attribuere, attenta loci ſublimitate tanta, ut inde nemo videretur cadere poſſe, citra mortem in ipſo lapſu incurrendam. Ipſa autem Soror Anna dicebat, nihil mali ſe ſentire, & ſolum turbatam aliquantulum eſſe: qua propter Mater Prioriſſa, cum omnibus Religioſis, Sanctæ gratias egerunt, Te Deum laudamus concinentes.

C

ut ad ſe reciit illæſa apparuit.

CAPUT XV.

EX VARIIS.

De expoſitione Corporis facta anno MDCLXXVI, *& continuatione cultus uſque ad nuperam Tranſlationem.*

141 *Poſt 4 menſium ſiccitatem*

POſt Canonizationem ab aliis deſcriptam, iterum Corpus ſanctum fuit in eccleſia noſtra exteriori expoſitum anno MDCLXXVI, die XXV Maii, hac quam deſcribere aggredimur occaſione. Illo quem notavimus anno, per totam Sereniſſimi Magni-Ducis dominationem maxima fuit ſiccitas, quatuor integris menſibus abſque pluvia præterlapſis, cum maximo agrorum damno ſperatæque meſſis; eo quod fruges, vixdum ad ſpicas perductæ, præmatura ſiccitate flaveſcerent; adeo autem tenues ſpicæ eſſent, ut quibuſdam in locis vix decem aut duodecim grana ſingulæ haberent: unde merito formidabatur grandis annonę caritas proxime affutura, præſertim pauperibus, Deo peccatis noſtris jure jurato. Hujuſmodi ergo flagellum ditionibus ſuis imminere cognoſcens Magnus-Dux, decrevit recurrendum eſſe ad Deum per merita ſanctæ Matris noſtræ, in quã fertur ſpeciali devotionis affectu: ideoque mandavit, ſacrum ejus Corpus in eccleſia noſtra exteriori exponi. Electus eo fuit dies XXV Maii, feſto ejus dicatus: edictumque prodiit, ut omnis Clerus cunctique Magiſtratus proceſſionaliter comparerent, tali ritu qualis ſolet in ſanctorum Corporũ expoſitionibus hic ſervari; utque tres continui dies quibus expoſitum ſtaret, feſtivi haberentur; itáque facilius ex omni parte confluere poſſet accolarum multitudo, ad gratiam deſideratam à Sancta petendam deprecatione communi.

E

Magnus Dux Sanctæ corpus expoſiri jubet.

quem in ſtanem apparato in media eccleſia ſuggeſtu,

141 Die XXIV Maii ſub veſperã, adfuerunt miniſtri ſuæ Celſitudinis Sereniſſimæ, cujus impenſis agenda erant omnia, ad eccleſiam prædictæ expoſitioni aptandam: & operi manus illico admoventes, ſuggeſtum fecerunt in modum theatri, octo ulnas altum, cum ſuis circumcirca marmorea variegatione depictis gradibus, capacibus ducentorum candelabrorum argenteorum, in quibus triduo illo totidem arderent faculæ, trium librarum ſingulæ, & intortitia Veneta: fuitque pondus ceræ, ea occaſione conſumptæ, ter mille octingentæ circiter libræ. Supra ſuggeſtum iſtum, eo quo capſa collocanda erat loco, ſtrata erat culcitra holoſerici rubri, cum ſua circumcirca frangia; eique imminebat deſuper umbella, cum dependentibus per latera laciniis ex ſerico albo, & frangiis auratis. Eccleſiam conſueta veſtiebant tapetia, ex ſerico phrygionici operis perquam pretioſa; circum coronidem vero, ſicut aliàs in eodem feſto, ordinate diſpoſita viſebantur argentea vaſa, floribus omnigenis ſpecioſe inſtructa; qualia etiam in capellis omnibus viſebantur, eâ præſertim quæ Sanctæ eſt propria, & ſpeciali ornatu nitebat.

F

illud à 5 Maii elatum à monialibus ad portam clauſtri

142 Ipſo die natali Sanctæ, poſt abſolutum templi apparatum, dato ad id ſigno, convenerunt omnes Religioſæ ad capellam ipſius; ibique inchoato Pſalmo, Eructavit, cœpit proceſſio ab Acolythis ante Crucifixum gradientibus, per clauſtrum verſus portam Sacriſtiæ: quæ etiam multis facibus & numero floriferorum ex argento vaſorum ornata erat. Præcedebant ſacrũ depoſitum Religioſæ omnes binę ac binæ, manibus facem ferentes ſingulæ, & faciem velo obtectæ, ſeque in lineam diſpoſuerunt è regione portæ; agmen claudentibus Matribus majoribus, ſuper humeros ſuos portantibus ſacri Corporis capſam, coopertam carmeſino rubro, argenteæ texturæ varietate diſtincto. Ad hujus adventum, omnes in genua

EX VARIIS. *excipiunt Sacerdotes:*

nua adorabundæ ſubſederunt: eæ vero quæ arcam portabant, applicuerunt ſe portæ, ubi expectabantur à genuflexis Sacerdotibus, qui eam porro deferrent ad locum in eccleſia paratum. Erant hi Illuſtriſſ. D. Decanus Riccius, Gubernator noſter, in habitu dignitatis ſuæ; Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Alexander Strozzius Electus Epiſcopus Aretinus, & Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Eques Bonacurſius: tum Reu. adm. D. Ignatius Conti Confeſſarius noſter, R.D. Coſmus Pandolfinus Procurator noſter, & R. D. Franciſcus Baldi. Hi ſacrum depoſitum ſuis exceperunt humeris, comitati duodecim aliis Preſbyteris tædiferis, multiſque Dominis propria devotione advocatis, Agentibusque ſuæ Celſitudinis: progreſſique in eccleſiam, venerabile depoſitum ſuo loco intra capſam cryſtallinam depoſuerunt, ſonantibus interim campanis & organis.

Clerus & Magiſtratus eodem proceſſionaliter accedunt,

143 Fuerant jam antea præmoniti Magiſtratus omnes, ut intereſſent proceſſioni pro neceſſitate publica faciendæ, convenerantque in metropolitanā eccleſiam: & hora diei decima tertia movit pompa ordinata Cleri, aucta Collegiis Canonicorum S. Laurentii, S. Joannis, & S. Petri; quam claudebant Diaconus cum Subdiacono, Dalmatica & Tunicella induti, ſupra ſpecioſum feretrum portantes caput & mitram S. Zenobii, pone ſequente Presbytero Officiante, in Cappa-pluviali ut vocant. Per viam canebantur Litaniæ Sanctorum, ad pluviam impetrandam: cumque ad eccleſiam noſtram perventum eſt, Cantores intonaverunt Pſalmum, Laudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus: & ſubjuncta convenienti ad finem intentum Collecta, Illuſtriſſ. D. Altoviti, Epiſcopus Fæſulanus, Miſſam dixit ad ſupradeſcriptum altare: qua finita iidem cantores intonaverunt Hymnum de Sancta: & rediit unde venerat proceſſio, cum capite & mitra S. Zenobii. Iſtis digreſſis venit in eccleſiam Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Joſepus Cajetani de Aragona, Archiepiſcopus Neocæſareenſis & Apoſtolicus Nuntius, cum facultate Legati à Latere apud Sereniſſ. Magnum-Ducem Hetruriæ: hic clauſis eccleſiæ valvis ad idem altare ſacrificavit. Quando autem reſeratæ poſtea portæ fuerunt, ad omne periculum ſcandali aut incommodi cujuſcumque cavendum; adfuerunt die noctuque Nobiles, ex familiaribus & benevolis monaſterio, ad id rogati à Matre Prioriſſa; qui invicem ſibi per intervalla horarum octo ſuccedere juſſi ſunt, atq; hoc ſolum curare, ne capſa Sanctæ contingeretur, cum periculo frangendi cryſtallos, & ut ceteris eodem precatum accedentibus eſſent ſua pietate ad exemplum.

B

Poſt Veſperas & panegyrim de Sancta,

144 Poſt meridem decantatæ à nobis fuerunt ſolennes Veſperæ: quas excepit R. P. Vencius è Societate Jeſu, elegānti ac valde pia parænesi diffuſe explicans effectus admirabiles divinæ gratiæ, infuſæ in animam ſanctæ Matris noſtræ; & quomodo hæc illi perfecte reſpondens, meruerit copiam cæleſtium donorum atque favorum, in ipſam idcirco cumulatorum à Domino: deinde digreſſus ad præſentem expoſitionem Corporis, ejuſque cauſam, exhortari omnes cœpit ad divinam Majeſtatem, peccatis noſtris offenſam, ſupplicationibus placandam, pro impetranda eorum remiſſione, emendatione vitæ, & gratia pluviæ deſideratæ. Veſperi ſub primam noctis horam clauſa eccleſia fuit, appoſituſque ad cuſtodiam Nobilis abſterſam à pulvere capſam cooperuit, & & extinctis candelis ceteris viginti relictæ ſunt quæ perpetim arderent, commode diſtributæ & bene obſervatæ, ne qua abſiſtens inde ſcintilla quidquam noceret. Pervigilavit autem ibidem, una cum Nobili à nobis deputato, publicorum operum Præfectus unus, duobus ſtipatus ſclopetariis; par etiam ex nobis unum ſemper adfuit, intentum ſacro Corpori venerando, pluviæque à Deo expetendæ per merita noſtræ hujus ſanctæ Matris. Sic tranſacta nocte, mane diei XXVI, hora octava, aperta eccleſia fuit populo, jam conferto in platea, aditumque ad ſacri depoſiti venerationem præſtolanti. Fuit autem die toto concurſus ingens, non tantum Florentinorum civium ſed ex diœceſi univerſa: ſæpeque tam denſa erat multitudo in platea, ut ægre pateret acceſſus ad eccleſiam. Præterea nulla fere tranſibat hora, quin aliqua Sodalitas veniret in corpore, tam earum quæ intra quam quæ extra urbem ſunt, occaſione viſitandarum eccleſiarum ad lucrandum Jubilæum, quod à S. D. N. Clemente Papa X Eminentiſſimus Cardinalis Nerlius, Archiepiſcopus noſter, impetraverat: qui omnes eadem commoditate uſi, quidā etiā iterato propterea venientes, viſitabant pariter eccleſiam noſtram, expoſitumque in ea Sanctæ corpus. Venerunt etiam proceſſionaliter Regularium clauſtralium conventus aliquot. Multitudo tamen populi & ſodalitiorum advenientium nullam pariebat confuſionem. Cum enim commodiſſimo ſitu locatum ſtaret theatrum, & diſcreta ſclopetariorum ſolicitudo intenderet ſervando ab omnibus ordini, utque in gyrum irent omnes, itáque ingredientibus non impingerentur egredientes; nullus omnino ſtrepitus audiebatur impellentium invicem repellentiumque, ſed maximum ſervabatur tota eccleſia ſilentium, cum quiete, quæ devotionem cunctis cumpunctionemque aſpirabat. Numerus Sacerdotū, qui eo die cauſa ſacrificandi acceſſerunt ad eccleſiā noſtram, ſedecim ſupra centum fuit: nec pauciores numerati ſunt conſequenti deinde biduo. Advenit etiam Sereniſſimus Magnus Dux cum Principibus, & Sereniſſ. Magna Duciſſa cum Principiſſa: à nobis vero conſuetum Officium quam ſolenniſsime eſt decantatum.

D

26 Maii accurrit undique populus;

venium Sodalitates & Religioſi Ordines,

E

denique & Magni Duces.

28 Maii continuatur devotio uſque meridiē

145 Quamvis autem ſolum fuiſſet conſtitutum publicatumque, quod triduo corpus Sanctæ expoſitum ſtaret; tamen quia Magnus Dux foris aberat, productus eſt terminus, & in quartum diem, XXVIII menſis, dilata eſt ejus repoſitio. Quod cum innotuiſſet, nihilo minor, imo major, hoc die quam præcedentibus fuit concurſus Prælatorum & Sacerdotum, apud nos ſacrificare volentium. Ipſo autem mane Sereniſsimus in urbem rediit, & caram ſibi Sanctam viſitatum venit. Sub meridiem, clauſa eccleſia, comparuit D. Decanus cum aliis DD. Canonicis in ſuo habitu, & alii Sacerdotes in ſuperpelliceis, faces ex Veneta cera confectas præferentes. Depoſitaq; ab expertis è ſuggeſtu arca uſque ad pedem graduum, tradita eſt D. Decano, Gubernatori noſtro & aliis, qui eam in baſi humiliori collocarunt, adorandam aliquanto adhuc ſpatio temporis, à ſe aliiſque in eccleſia relictis; quorum unuſquiſque ſatagebat, ut vel corollas precatorias ſuas, vel florum ad id paratorum manipulos admoveri arcæ eidem facerent. Tum inchoato Hymno de Virginibus, delatum proceſsionaliter fuit ſacrum pignus verſus monaſterium, ſuccollantibus D. Vicario Florentino, D. Decano, D. Vicario Caſtellani, D. Canonico Tornaquinci: quos comitabantur alii Sacerdotes ad viginti, multique Domini ac Dominæ, & omnibus Agentibus Ducalibus qui prius adfuerant; nobis autem, in habitu noſtro & palliis albis velataq; facie, præſtolantibus de genu ad portam interiorem noſtrum theſaurum: quo recepto Superior intonavit Hymnum Te Deum laudamus; arcâque in ſuum locum repoſitâ, ſubjunxit conſuetam pro gratiarum actione Collectam.

F

quando in locum ſuum relato corpore,

146 Porro exaudibilem ſe præbuit miſericors Deus precibus populorū, ipſi per Sanctæ ſuæ merita ſupplicantium. Primo enim quo illius corpus expoſitum eſt die, cælum eatenus innube obduci cœpit,

& omni apparatu ſubmoto,

obdu-

C

Continuatur tota nocte oratio:

nec non Apoſtolicus Nuntius.

A obductumque manſit toto die, pluviam tamen nec-
dum dedit: ſed noctu ea decidit in quibuſdam qui-
dem campeſtribus locis copioſa valde, alibi vero &
Florentiæ intra civitatem modica & placida nec
diuturna, finem autem habuit cum initio diei; quaſi
vellet Sancta ſupplicum orationes ſic exaudire, ut
tamen non impediretur eorum devotio, nec prohibe-
rentur ad corpus ſuum venerandum accedere. Se-
cundus, tertius, ac quartus dies eodem modo acti
ſunt, cælo nunc nubilo, nunc ſereno. Iſto autem
quarto die, poſtquam in locum ſuum reducta erat
Sancta; miniſtri Ducales, quorum mandato fabri
qui compoſuerant, diſſolverunt machinam in eccleſia
erectam, cuncta in monaſterium referri fecerunt:
29 Maji poſt innoxiũ fulmen, ipſius porro conventus miniſtri, ſequenti die XXIX,
eccleſiæ ornamenta depoſuere. Vix ad nos intro re-
ceptæ erant grandiores partes, quæ non niſi per pla-
team patenterque transferri poterant, cum ſubito
pluvia cœpit decidere; veluti ſi expectaſſet Sancta,
ne quid rerum ſuarum corrumperetur. Tunc etiam
cum ingentis tonitrui fragore ſagitta fulminea do-
mum Blaſii Veſtrii intravit, per unam feneſtrarum,
eo loco ubi multi ſimul prandebant; iiſque conſter-
natis quidem, ſed tamen Sanctam invocantibus, ſine
B noxa exiit per aliam feneſtram. Qui agnoſcentes
impenſam ſibi protectionem, venerunt ſubito acturi
gratias: deinde vero caſum, in tabula expreſſum, at-
tulerunt, capellæque appenderunt, in perpetuam rei
memoriam.

Imber decidit copioſiſſimus: 147 Porro una cum fulmine illo decidit copio-
ſiſſimus imber, ſed abſque turbine aut vento: qui
cum tota nocte ac die ſequenti duraret, clamabant
omnes una voce, hanc gratiam ſibi eſſe impetratam
à Sancta, adeo id temporis neceſſariam, pro aver-
tenda quæ timebatur annonæ caritate. Ipſo veſpe-
re venit Magnus Dux in eccleſiam noſtram, acturus
pro votis exauditis gratias: eamdemque ob cauſam
pro quo mox acta ſolen-nes gratiæ: maxima hominum multitudo confluxit. Eodem
veſpere Religioſæ omnes, collectæ in capellam San-
ctæ, concinuerunt Hymnum Te Deum laudamus,
cum Collecta pro Gratiarum actione. Idem ſequenti
die mane cantari cum muſica ſolenni Dux-magnus
voluit, in ſua parochiali S. Felicitatis eccleſia, cui &
præſens adfuit. Eodem mane D. Vicarius ſacrificare
voluit ad altare Sanctæ. Tertio Junii, Sodalitates
quædam urbanæ advenerunt, dictumque Hymnum
in capella Sanctæ concinuerunt; & poſtea popoſce-
runt, ut ſacrum ejus velum oſculandum ſibi præbe-
C retur. Die quinto Junii, exiit edictum Sereniſſimæ
& 5 Iunii, inſtituta ſupplicatio. Celſitudinis ſuæ, ut omnis Clerus cunctique Ma-
giſtratus convenirent in eccleſiam, ad ſolennem a-
ctionem gratiarum: itáque rurſum à Metropolitana
ad nos ventum proceſſionaliter eſt, cantatus per viam
Hymnus te Deum, & Miſſa de ſanctiſſima Trini-
tate à Domino Altoviti ad majus altare celebrata,
ſubjungendo eidem Antiphonam, Veni Sponſa Chri-
ſti, cum Oratione de Sancta. Relatum eſt autem no-
bis, quod de ſingulis ditionis ſuę locis certior fieri vo-
lens Sereniſſ. Celſitudo ſua, an eis & quantum plu-
via profuiſſet; per certos homines ad ſingulas por-
tas diſpoſitos juſſit examinari omnes venientes ex
agris: cognitumque eſſe, quod nullus omnino vicus
expers beneficii communis fuerit: in pleriſque vero
tantum creverint pauca quæ in ſpicis erant grana,
ut numeri defectum magnitudo compenſarit: non-
nullos etiam, qui ſine dilatione aliquid molendum
dedere, farinam recepiſſe copioſiſſimam.

Interim 27 Maji, curatus erat pes à cancro, 148 Diebus quoque illis, quibus Sanctæ corpus
expoſitum ſtetit, obtentæ fuerunt aliquæ valde no-
tabiles gratiæ à variis ipſam invocantibus: ac nomi-
natim à Mag. Joanne Alexii, annos nato LXXV, qui
à ſex menſibus cancrum in pede dextro circa mini-
mum digitum patiebatur, & duos ultimos menſes EX VA-
lecto decubuerat, quia plaga penetraverat totum RIIS.
pedem, ſic ut utrimque pateret. Curabat quidem il-
lum magna cum diligentia & caritate D. Antonius
Joannioli: ſed nihil proficiente cura, decreverat in-
firmus recurrere ad patrocinium S. Mariæ Magda-
lenæ, eamque viſitare. Ergo die XXVII Maji, mag-
na cum fide nec minori labore, conduci per domeſti-
cos ſe fecit ad eccleſiam noſtram; ubi poſt aliquanti
temporis orationem paſſus eſt ſyncopen, ſic ut de-
ficiente etiam pulſu ageretur de præbenda ei extre-
ma Unctione. Ad ſenſus autem ſuos reverſus, au-
divit vocem bis ſibi dicentem, Surge. Exiſtimabat ille
vocem uxoris ſuæ eſſe: ſed diligenter requirens, hu-
jus eam non fuiſſe cognovit: proinde ſurrexit in pe-
des, & domum abiit abſque ferulis, confitens quod
gratiam Sanctæ acceptam referret, idque teſtimonio
ſcripto affirmans. Antonius quoque Vincentius Pre- *& crus ab herpete exe-ſum.*
ſtoveli, quintum annum ex crure ſiniſtro, plagis
pleno, graviſſimos patiebatur dolores, nihil profi-
cientibus variis quas applicabat medicinis: cumque
ad cruciatum etiam febris accederet, non poterat ſibi
ſuiſque victum lucrari. Oſtendit ergo crus ipſum
D. Calderino Chirurgorum Magiſtro: qui adhibita
varia curatione viſus eſt proficere aliquid, ſed diffi- B
culter, herpes enim erat qui crus rodebat. Interim ex-
ponitur corpus Sanctæ, accedit ille ſecundo die, cu-
rari petit & impetrat: nam continuo ceſſavere do-
lores, & domum reverſus faſciaſque diſſolvens, pla-
gas omnes clauſas reperit magna ſua cum admiratio-
ne. Confeſtim itaque ad monaſterium venit, gra-
tiam ſibi factam affirmavit, & crus argenteum do-
no obtulit. Plura alia ſimilia acciderunt eodem tem-
pore, quæ brevitatis cauſa omittuntur.

Munera pretioſa quæ oblata; 149 Sunt autem à perſonis devotis oblati plures
annuli, adamantibus, carbunculis, ſmaragdis inſtru-
cti; & quatuor jocalia ex adamantibus compoſita, ad
ornatum ſacri corporis: ex argento item crucifixi,
florigera vaſa, & candelabra, quorum majora duo
ſcutis trecentis æſtimantur, lipſanothecæ ſcutorum
centum octoginta, thymiateria ad ornatum altaris,
lampades triginta duæ, quarum duæ ſcutis quingen-
tis ſteterunt ſingulæ, pendentque una ante altare
exterius, altera intra ſacellum: omnium autem do-
nariorum ſimul æſtimatorum pretium aſcendere
creditur ad ſummam ſcutorum bis mille quadrin-
gentorum octoginta; ut taceam calices, veſtes ſa-
crificales, altaris pallia (quorum unum ab extranea
perſona, in vicem receptæ gratiæ oblatum, ſtetit F
quinquaginta ſcutis) mappas, corporalia, albas, om-
nia poſt Canonizationem comparata. Fuit etiam
qui periſtylium marmoreum pon fecit, ante
capellam ubi communicatur, impendio ducentorum
viginti ſcutorum. Ingens eſt numerus quotidie viſi- *quam multi ad Sacra-menta uſurpanda illuc confluxerint,*
tantium ſacrum Corpus ab aurora uſque ad noctem,
ideoque oportet ſemper eccleſiam habere apertam.
Multi quoque apud nos Sacramenta uſurpant, præ-
ſertim in ſolennitatibus Deiparę Virginis, quia in iis
Indulgentia plenaria apud nos eſt; plures autem, cum
iſta aut alia feſta de præcepto cadunt in feriam ſextã,
devotioni ſingulari ipſius Sanctæ deſtinatam. Tunc
enim communicantium numerus invenitur aliquan-
do exceſſiſſe tertium millenarium: & octo Presby-
teri tunc expoſiti, ſufficere vix poſſunt excipiendis
Confeſſionibus undique accurrentium. Sacerdotes *quot Sacer-dotes ibidem ſacrifica-rint:*
qui vel ex propria devotione, vel ex alieno mandato
apud nos hactenus ſacrificarunt, cenſentur trede-
cim millia, octingenti ſeptuaginta octo: eleemoſy-
narum vero pro curanda Miſſa ad nos directarum
numerus ſubductus fuit quadraginta novem millia
quinquaginta quinque. Quidam etiam externus Do-
minus ſex millia ſcutorum impendit fundandæ apud

nos

IN VARIIS.

nos Capellaniæ, pro Sacerdote qui obligetur quotidie pro animæ ſuæ ſalute celebrare in capella,& aſſiſtere in eccleſia ad Sanctam honorandam: & alii plures, ſimiles Præbendas fundaverunt.

150 Omni autem anno, ex circumjectis civitati oppidis viciſque,plures Communitates proceſſionaliter adveniunt: & nuper etiam die IV Auguſti MDCLXXV, advenerunt captivi, quos à barbarica ſervitute redemerunt triremes Sereniſſ. Magni-Ducis. Ex aliis etiam civitatibus, caſtellis, & oppidis videmus ſæpe Principes viros ac Dominos titulatos, faciendi aut ſolvendi voti, vel ſacri Corporis videndi cauſa, ſe ſiſtere: quod ultimum inſtantiſſime poſtulant ſibi indulgeri. Sereniſſimi Patroni frequentiſſime huc accedunt, ac ſigillatim Magnus-Dux omni hebdomade vel ſæpius: quoties enim foras progreditur aut, regreditur,primæ ultimæq; viſitationis officium Sanctæ reddit. Sereniſſima Magna-Duciſſa cum Pricipiſſa ſæpe per annum ingreditur monaſterium, ut propinquius poſſit ſacrum depoſitum contemplari & venerari: pluribus etiam externis Dominabus ipſum diſcooperiri fecit,quæ tali aſpectu maxime recreatas & conſolatas ſe teſtabantur. Plurimi inſuper infirmi, ut vel ſanitatē vel finem felicem obtineant, mittunt, qui coram altari, infra quod Sancta requieſcit, horarum quadraginta orationem inſtituant: primus autem qui hujus devotionis exemplum pro animæ ſuæ ſalute dedit,anno MDCLXIX die XII Junii, fuit D. Canonicus Burgheſius, unus ex Poëtis, quorum verſibus exornata Canonizatio fuit. Academicarum porro exercitationum, à variis inſtitutarum, ad celebrandas laudes ſanctæ Matris noſtræ, in hac politioribus litteris cultiſſima civitate, Latino vel Hetruſco idiomate, numerus initus non eſt: ſolum ſcimus frequentiſſimas fuiſſe, pro variis occaſionibus & Academicorum devotione.

commodo eodem accedant viri Principes,

40 horarū ibi preces currentur,

B

Reliquiæ undique poſtulentur;

181 Continuæ ac fere quotidianæ ſunt inſtantię, poſtulantium commodari ſibi Reliquias, deferendas ad infirmos, non ſolum de civitate, ſed etiam aforis. Petuntur etiam mittendæ in Hiſpaniam, Franciam, Germaniam, Luſitaniam, Poloniam, Siciliam, atque (ut de Italicis civitatibus taceam) in ipſam Braſiliam & Indiam; advectique ex partibus illis Sacerdotes, ad ſacrum Miſſæ officium coram ſancto Corpore celebrandum, oraverunt ut ejuſmodi Reliquiæ ſibi darentur ſub authenticæ atteſtationis certitudine, ibidem ad publicum cultum exponendæ, in ſacellis atque altaribus ſub ejus nomine fundatis aut

C

fundandis. Sunt autem ſic ædificatæ (quod quidem ſciamus) extra Florentiam à fundamentis eccleſiæ duæ: & Florentiæ ſub eodem titulo inſtituta eſt Confraternitas piorum civium, aptiſque ad honorandam Sanctam regulis ordinata; quæ inſtantiſſime ſupplicat, ſibi quoque concedi aliquid, quod publice venerandum exponat. Paucæ autem eccleſiæ ſunt in hac urbe aut monaſteria (ſunt autem plurimæ & plurima) quin tale aliquid habeant: idemque audimus de noſtri ordinis Monachorum aut Monacharum cœnobiis, pro quibus eædem Reliquiæ ferme ubique terrarum ſunt petitæ. Anathemata argentea, tabellæque votivæ, & varia teſtandi gratias petitas acceptaſve inſtrumenta, ipſarum gratiarum genera & qualitates indicant, ac ſpecialiter tres ſtrapontini, pro triremi in tempeſtate ſervata donati. Ejuſmodi autem argentea anathemata, fere à civibus Florentinis oblata, à tempore Canonizationis numerantur mille ducenta nonaginta ſex. Quantitas ceræ, eo fine miſſæ ut ante ſanctum Corpus arderet, præſertim ad horas quadraginta, per quas ſæpius menſe quolibet inſtituitur votiva oratio, pertingit ad libras ſexies mille octingentas octoginta quatuor. Gratiæ denique,miraculo adſcriptæ & legitime teſtatæ, quarum ad nos pervenit notitia, & ex quibus præcipua hic deſcripta dedimus, poſt Canonizationem habentur centum quadraginta octo.

quis numerus anathematum & votivæ cerę.

Ex miraculis 148 poſt Canonizationem,

D

152 *Hactenus Religioſiſſimæ illæ Virgines, quæ ex præcipua nobilitate Florentina collectæ, totam civitatem ſuavi ſanctimoniæ ſuæ odore replent; & ſuggerente ſtudiorum noſtrorum indefeſſo Patrono D. Antonio Magliabechio, per D. Bernardum Benvenuti admonitæ, quid ad hujus tractatus complementum deſiderarem, tranſcribere ſuâ ipſæ manu voluerunt collectionem iſtam, à me Latine redditam, ſicut accepi: quid enim ad fidem certius ſperari poſſet, quam quod ille partim expertæ in perſonis propriis, partim à ſibi conjunctiſſimis notiſſimiſve edoctæ ſuggerunt? Claudat ergo hoc Caput epiſtola, quam Reverendiſſima Mater Prioriſſa, Sor. Euangeliſta à Corde-Mariæ, ſuo ſuarumque omnium Monachārum nomine, dedit anno* MDCLXXXII, XVII *Aprilis.* Glorificetur ſemper Divina Bonitas, quia magnæ & quaſi infinitæ obligationes, quibus Monaſterium noſtrum ſe profitetur obſtrictum ſacræ veſtræ Religioni, ac pluribus nominatim Patribus, ad noſtrum ſpirituale commodum procurandum longo jam tempore intentis, grande nunc accipiunt incrementū, dum intelligimus quod Reverentia veſtra occupatur in opere,tantum conducente ad Dei gloriam & honorem ſanctæ Matris noſtræ, Vitam ejus deſcribendo. Quæ res profecto nobis omnibus ſolatium maximum & jubilum parit univerſale, nihil tantopere cupientibus, quam indies magis magiſque exaltatam videre glorioſam iſtam Sanctam: quod juſtiſſimum deſiderium noſtrum complendum labore veſtro plane confidimus, dum conſideramus conditiones operis veſtri,toto orbe notiſſimi æſtimatiſſimique. Gaudemus inſuper, quod eodem opere mediante, devoti ipſius Sanctæ ubique multiplicandi, majorem ex tali lectione fructum relaturi ſint; ideoque non prætermittemus humilium noſtrarum orationum obſequium eo dirigere, ut ipſa ſancta Mater vobis à divina ſua Majeſtate lumen gratiamque obtineat, ad ejus beneplacitum perfecte complendum. Neſcimus utrum expectationi ac deſiderio veſtro factura ſint ſatis, ea quæ inhabilitas atque imperitia noſtra, majori fide & affectu, quam expreſſionis elegantia collegit; interim oramus, ut ſi quid aliud ex re communi eſſe videatur, in quo opella noſtra utilis eſſe poſſit, indicare ne graveris, ad omnem ejuſmodi nutum promptiſſimis futuris, interimque humiliter benedictionem veſtram efflagitantibus. Ex noſtro monaſterio S. Mariæ Angelorum, Florentiæ.

præmiſſa excerpſerunt ſacræ Virgines,

cum multa grati animi teſtificatione erga Societatem Ieſu.

E

F

CAPUT XVI.

Novæ Capellæ forma & fabrica, atque apparatus ad Tranſlationem Corporis anno MDCLXXXV *faciendam.*

153 *Primaria Vitæ Auctor Puccinus, ſextæ ejus Parti finem impoſiturus tertio à Beatæ morte anno, cum exhibitione incorrupti corporis, hic à nobis relata cap. 3, deſcripſit arcam ligneam inauratam, in qua tunc fabricata compoſitum ſacrum Corpus fuit, privatim habendum intra monaſterium, quoad uſque Romana Sedes permitteret publico illud cultui exponi. Interim toties oportuit Principibus matronis, illud honorare cupientibus, ipſum oſtendere; ut, cum id fieri aliter non poſſet, quam ſublata parte ejuſdem arcæ ſuperiori, non ſatis videretur tanti pignoris conſervationi reverentiæque conſultum tali caſu eſſe: quapropter ſumptum conſilium fuit fabricandi arcam cryſtallinam, intra quam clauſam conſpici Corpus poſſet. Id in ea collocatum anno* MDCXXIV, *ſic manſit uſque ad* DCLIX,

Corpori ſemel,iterum, ac tertio in arcam elegantiorem tranſlato,



A DCLIX, *quando fabricata fuit alia amplior pretioſiorque ut hodie eſt, tranſparens tota: de qua, deque ornatu altaris & ſacelli actum eſt in fine ſecundæ Vitæ num.*240: *proinde ea de re aliud dicendum non ſupereſt, quam quod tranſpoſitiones Sancti corporis, ex una in aliam arcam, ſemper ſint privatim factæ à Matre Prioriſſa & Religioſis, abſque ullo externorum interventu.*

anno 1675 *Capella amplior fabricatur,*

154 *Sic ergo collocatum pretioſum pignus manſit in proprio ſacello (quod, inter ſex utrimque ſacella lateralia ex parte Euangelii ultimum verſus caput eccleſiæ, inſigni ornatur laqueari, felicem glorioſæ animæ in cælos aſſumptionem repræſentante) manſit, inquam, ibidem ſanctum Corpus uſque ad annum* MDCLXXXV, *quando jam habebatur perfecta in capite eccleſiæ, iſtic ubi majus altare ſteterat, longius procurrens Capella nova, qualem anno* MDCLXXVII *Cyrus Ferri Romanus Architectus delineaverat. Placuit enim Sereniſſimo Magno Duci, poſt varias à variis formatas ideas, hæc ceteris ſpecioſior; datumque operi principium fuerat, aſſiſtentibus Dominis Operariis* I *die Iulii. De hoc cum multa referrent ii, qui Romæ per annos ſequentes conſpexerant parata, polita, & compoſita ſucceſſivè marmora, cumq; ad viginti ducatorum millia jam impenſa, ac porro ad ſexaginta vel ſeptuaginta millia aſcenſurum univerſi operis pretium dicerent; tam magnifica autē*

B *cujus hic exhibetur conſpectus, beneficio Laurentii Pazzii,*

præjudicia nequaquam ſupra veritatem exaggerata cenſerent, quibus rem ibidem coram inſpiciendam æſtimandamque commiſeram; optare cœpi, ut, quemadmodum Narnienſis Confeſſionis delineationem acceperam, una cum Actis S. Iuvenalis ad III *Maji faciendam juris publici, beneficio Capituli Narnienſis; ſic etiam liceret fabricæ tam elegantis figuram exhibere lectorum conſpectui. Id ubi Illuſtriſſimus Laurentius Coſmi de Pazzis intellexit, minime ſegnis ad hunc quoque honorem gentili ſuæ Sanctæ procurandum, non ſolum curavit delineationem ejuſmodi, ex Architecti ipſius directione formandam tranſmittendamque; ſed etiam pro celatura perficienda liberaliter obtulit quod ſuffecturum videbatur, dignus qui hoc loco propterea commemoretur, præ multis inſignibus viris, Pazzia ſtirpe procreatis, quæ nunc in quatuor familias multiplicata cernitur.*

155 *Habes autem in hoc ſchemate duplicem novæ Capellæ conſpectum; alterum directum in altare, qualis ingredientibus eccleſiam objicitur; unius duorum laterum alterum, cum utriuſque partis ichnographia; in qua videre eſt partem veſtigii cancellorum, quibus ad paucos pedes elevatis, uti arcetur promiſcui vulgi ingreſſus ſic non impeditur proſpectus, vel ab ipſo introitu eccleſiæ amœnus; ſed tanto ſemper gratior oculis, quanto propius accedenti interiorem omnem ornatum diſtinctius contingit intueri. Accepi inſuper accuratam operis totius deſcriptionem, diviſam in Capita omnino ſeptemdecim, quorum hi ſunt tituli.*

& accuratior deſcriptio prætermittitur.

C

I. Diverſitas marmorum, è quibus compoſitum opus totum eſt.
II. Enumeratio ornatuum, ex ære inaurato factorum.
III. Picturæ ipſius ſanctæ Capellæ.
IV. Forma & figura ejuſdem.
V. De primo & ſecundo plintho baſium.
VI. De ſepimento columnari.
VII. De pavimento capellæ.
VIII. De initio ipſius pavimenti.
IX. De ornamento quadrato pavimenti.
X. De diaphragmate medium pavimentum interſecante.
XI. De anteriori medietate pavimenti.
XII. De poſteriori medietate pavimenti.
XIII. De altari ſanctæ Capellæ.
XIV. De fornice, ſub quo ipſum incorruptum ſanctæ Virginis corpus requieſcit.
XV. De ſancto Corpore ejuſque arca, & variis eo ſpectantibus.
XVI. De ovali ſupra aram feneſtra, alioque for-

nice ad expoſitiones ſolennes ſacri corporis facto.

EX VARIIS.

XVII. De baſi & ornamentis aliis ejuſdem ovalis feneſtræ.

Quantus in ea ex ære inaurato ornatus,

156 *Hæc omnia ut deſcribuntur ſic minutius velle tranſſcribere, inutilis laboris & omnino faſtidioſi opus foret: quæ enim non potuerunt cælo exprimi in tabella & ſubjici abſentium oculis, quomodo ſubjicientur verbis intellectui, oculorum ope deſtituto? Satis erit pauca & potiora de multis excerpere. Ac primo indicatum lectori velim, baſes epiſtyliaque columnarum, lemniſcos, pancarpia, ſimileſque ornatus omnes, ex ære fuſos atque inauratos eſſe. Simili etiam metallo fuſas inauratasque ſex grandes laminas, quarum quadratæ duæ exornant baſem columnæ, totam altaris machinam mediam utrimque ſtipantis; ovales quatuor venuſtant ſpatium, procurrens ſub baſibus columnarum, & laterales portulas complexum. Portularum dextera ſive ad latus Euangelii, quæ inaurata crate munitur, ingreſſum præbet ad locum Capitularem Sanctimonialium; ubi illæ, numquam egredientes de clauſtro, ſacrum habitum ſuſcipiunt, religioſa vota nuncupant, defunctarumque ſuarum exequias celebrant: ſiniſtra, nunquam tota aperiri poteſt, feneſtellam dumtaxat inauratam habens, per quam communicantibus ſacra Euchariſtia præbetur.*

157 *Supra priorem conſpicitur inſignis tabula, in qua excellenti ſuo penicillo Lucas Iordanus repræſentavit ſponſalitium Sanctæ cum Ieſu Chriſto, ſedente in throno ſtipato Angelis, annulumque ipſi inferente in digitum, aſſiſtentibus ut teſtibus SS. Auguſtino & Catharina Senenſi. Supra alteram pictor idem exhibuit Deiparam, inſidentem nubibus, & offerentem Sanctæ parvulum quem gremio tenet. Sed grandior iſtis tabula altaris, ab ipſius Cyri manu eſt, in qua aſſumpta ad cælum Deipara Magdalenæ collum ornat geminato torque, ex quo monilis inſtar pendet cor unigeniti filii Dei. Aliis adhuc faciendis picturis ipſa in calce vacat locus, ſicut & latera trium grandium feneſtrarum. Harum duæ ex lateribus ſacellum illuminant, tertia ſupra altare caret lumine, propter ædificium Chori poſt altare educti. Similiter ex quatuor feneſtris ovalibus, in coronide tholum rotundum ſuſtinente, tres dumtaxat lumen trajiciunt; quod feneſtræ octo in laternula octogona copioſum ſatis deorſum mittunt. Triangularia etiam quatuor ſpatia, inter quatuor arcus tholum ſuſtinentes, reſtant exornanda picturâ eleganti, ſecundum præſcriptam ab Architecto ideam, de qua proinde nihildum dici poteſt. Aſt laminæ, quas ſupra dixi inaurato ex ære poſitas in parietibus, infra columnas, ad latera portularum & altaris, jam perfectæ habentur; & opere anaglypho ſic circumducuntur, ut quæ prima ingredientibus occurrit ad portulam Capitularem, oſtendat Sanctam, de manu gloriſiſſimæ Virginis recipientem velum puritatis; alia, eamdem prædicentem Cardinali Medicæo ſummum Pontificatum, ac brevem in eo vitam. Ex altero latere prima lamina ſe offert, in qua Salvator præbet Dilectæ ſuæ faſciculum myrrhæ, collectum ex inſtrumentis ſuæ Paſſionis; ſecunda vero, mirabilem illum octo dierum raptum exprimit, in quo coram Sanctiſſima Trinitate, durante Pentecoſtali Octava, ſeptiformem Spiritus gratiam Sancta excepit, ſicut in ejus Vita narratur. Similiter in ea quæ juxta altare eſt ad cornu Euangelii lamina quadrata, Virgo cernitur rapta in extaſim, ad conſpectum apparentis ſibi Crucifixi, ſuſtentante ipſam Angelo; ad cornu autem Epiſtolæ alia, in qua rapta pari modo Sancta præbet Salvator corpus ſuum, Euchariſtice ſumendum.*

E *quod argumentum picturarum,*

F *& anaglyphorum:*

158 *Iam vero altare ſic conſtructum eſt, ut quinque gradibus elevatum emineat ſupra Capellæ pavimentum; quod ipſum duplici gradu altius quam reliquæ eccleſiæ ſolum, habet ſub ſe ſacellum marmoreum fornicatum tantæ altitudinis, quanta eſt ab imo eccleſiæ ſolo ad lapidem altaris. Sacellum hoc, extra eccleſiam verſus Chorum Sanctimonialium ſolo eccleſiæ coæquatum, totum patet; profundum, quam latus eſt capellæ paries eique adhærens altare, atque pro hujus menſura latum: intra eccleſiam vero tranſmittit oculos aſpicientium, per frontale ex ære inaurato*

quæ forma altaris,

EX VARIIS. *curatum quod altari pro pallio eſt, habetque poſt ſe ſacri corporis arcam, in eadem cum gradibus altaris altitudine elevatam, ſuper baſim eleganter ſculptam ex ligno pariter inaurato. Eadem arca, in diebus ſolennis expoſitionis inde ſumpta cum ſua baſi, componitur intra alium fornicem, pari modo in pariete ſupra altare excavatum marmoreumque, ſic ut ipſa reſpondeat ovali illi crati, quam in imagine cernis ſupra altare, quæ alias tota obtegitur tabernaculo Venerabilis Sacramenti, ideo ex materia lignea, ſed marmoris inſtar depicta, elaborato, ut auferri poſſit, & conſpectus arcæ per cratem haberi diebus illis, quibus (ut dixi) Sanctæ corpus ſpectandum univerſis exhibetur. Tunc, enim Euchariſtica hierotheca extollitur inter manus Angelorum duorum, qui pro tempore lignei, aliquando etiam marmorei vel potius argentei erunt. Et hactenus ad quadraginta millia ducatorum expenſa ſunt; quod autem plenæ totius operis perfectioni deeſt, ſperatur à liberalitate devotarum ipſi Sanctæ perſonarum, ad Dei ipſiuſque majorem gloriam: reſtant enim non ſolum incruſtationes, tam tholi, in octo partes opere plaſtico ſecti, quam ſubtus patentium inter arcus angulorum; ſed etiam quatuor grandes ex inaurato are ſtatuæ, ponendæ inter columnas octo amborum laterum; & alia plura, quæ noſtra in tabula non omnia exhibentur; & ultra jam conceptam ideam forſan adjicientur alia.*

& loci pro expoſitione ſolenni.

B

59 Cunctis autem eatenus extructis, definitum eſt tempus dieſque ſolennis tranſlationis faciendæ; in quem diem apparuit tota eccleſia eo quo ſolet quotannis modo pulcherrime veſtita pretioſi operis phrygionici tapetibus, Monacharum opera elaboratis, per intercurrentes inter ſena utrimque ſacella pilas uſque ad coronidem ſupremam. Ipſa vero ſacella omnia ſimiliter conveſtita erant rubri flavique ſerici, perpendiculariter & alternis diſpoſiti, periſtromatis: ſic ut nuſquam paries appareret, ſed contextus pulcherrime uniformis. Eâdem ratione ex cupula, quatenus adhuc picturam præſtolatur, picturæ loco defluebat ſericus pannus rubeus, inter candorem coſtarum limborumque plaſticorum tanta amœnitate ductus in varias figuras, tela candida intercurrente, ut nihil videretur deſiderari. Idem factum eſt principalibus angulis illis, quatuor inter arcus tholum ſuſtinentes, quos etiamnum extare rudes diximus. Taceo altarium ſingulorum ornatum ſpecioſiſſimum; taceo aureorum argenteorumque liliorum ramos, ſupra unumquemque lateralem arcum argenteis ex vaſis emergentes, & utrimque ad epiſtylia defluos: taceo organum muſicum, plenum ejuſdem metalli vaſis floribuſque. Præ omnibus intuentium oculos rapiebat altare, majoribus minoribuſque ex argento candelabris inſtructiſſimum, quibus impoſiti congruæ cuique magnitudinis cerei accenſique, lumen dabant veluti ſtellarum in varias figuras diſpoſitarum, atque imprimis circum ovalem ſuper altare cratem, cui liliis roſiſque coronatæ, ampliorem circumducere coronam ſtellarum videbantur. Intercolumnia denique, quatuor ſtatuis adhuc deficientibus vacua, impleverunt grandia quatuor æris inaurati vaſa, emergentibus alte liliis argenteis inſtructa.

Ad tranſferendum eo Corpus inſigniter ornatur eccleſia tota.

C

& altare novum;

60 Super gradus, ad altare ducentes, ſubſternebatur ſacrificantium pedibus ingens ex rubro holoſerico operimentum, phrygio opere affabre illuſum, & ſparſis per totum campum frondibus, floribus, fructibuſque, quos ſedula piarum filiarum manus elaborarant; expreſſis ad quatuor angulos totidem quaſi ſitibundis cervis, qui curſim exilientes ad fontem, in operis umbelico expreſſum, ipſa textricum videbantur exprimere corda, ſuaviſſimo virtutum maternarum odore attracta ad fontem aquarum viventium, Sponſum ſuum. Supra quod idem ſtratum ad cornu Euangelii erigebatur thronus Archiepiſcopalis Antiſtiti noſtro Sacris operaturo: & ad cornu Epiſtolæ credentia, quam vocant, ſeu menſa ſacrificalis, omni ſupellectili ad divinum miniſterium ex auro argentove inſtructa. Exhinc per utrumque latus ſedilia protendebantur, uſque ad ſepimentum columnare, pro Canonicis ceteriſque operanti ſacris Antiſtiti miniſtraturis, aut ſuam aliàs præſentiam exhibituris. At vero, intra proxima duo à Capellâ principali ſacella, erigebantur ſpatioſi ſuggeſtus duo, capiendo choro gemino muſicorum, magno numero invitatorum. Nihil dico de ſacriſtia, omnique vaſorum ac veſtium ſacrarum ibidem expoſito apparatu, quem ad ſolennem privataſque Miſſas fuiſſe tam ſplendidum copioſumque, haud ægre concipies, quantum requirebat tale feſtum; numeruſque Sacerdotum, qui præſciebatur toto tempore futurus tantus, ſi non major, quantum ſucceſsive capere altaria duodena non poſſent.

D

magnifice præparantur.

61 Etiam porticus adhærens eccleſiæ panno erat veſtita tota, uſque ad ipſas columnas; & ſupra pannum illum ducebantur varii coloris telæ, abiegnis ramis permixtæ: quæ telæ in parietibus & columnis circumducebantur eo ingenio, ut una cum quatuor ilicibus vivis ante ipſam porticum conſitis, & tunc lætius viriditantibus, ſpeciem formarent topiarii operis aut amœniſſimi horti. Inter frondes autem errantesque varia forma telas, diſpoſitæ erant pictæ tabulæ, exprimentes ſpecimina illuſtriora omnis generis miraculorum, ad invocationem Sanctæ patratorum. Similes telæ à ſuggrundiis tecti ad capitella uſque columnarum, feſtivo modo variegatæ, pendebant. Similis erat ornatus fornicis, media ex porticu ad eccleſiam porrectæ; cujus porta ut magnificentius occurreret intrantibus, placuit auferre veſtibulum, ante ipſam exiſtens, valvarumque principalium proſpectum impediens. Nec cedebat apparatui iſti ornatus majoris portæ, ſupra quam conſpiciebatur picta cum aureis radiis Sancta, velut intrantibus bene precari volens; nec minus ſpecioſæ videbantur portulæ duæ laterales, quarum una ducit ad Monacharum locutorium, ut appellant; altera ad capellam S. Philippi; ſupra quas etiam appenſæ erant grandes tabulæ duæ, repræſentantes Chriſtum Servatorem, hinc orantem in horto, inde ſuæ crucis ad calvariam bajulum.

& introitus eccleſiæ.

E

Porticus item,

F

CAPUT XVII.

Tranſlatio Corporis ad novam Capellam; & triduana ad illud, populari conſpectui expoſitum, feſtivitas.

62 EXpoſitioni ſacri Corporis in novâ capellâ, ante ſæpe dictas crates, deſignata erat dies ultima Maji, eademque feria quinta hebdomadæ, Dominicæ ſacra Aſcenſioni; pro eoque & biduo ſequenti impetrata, ad fidelium devotionem magis accendendam, plenaria Indulgentia. Pridie autem feſti Sereniſsima Duciſſa Mater, ut fuit ſemper zelantiſsima pro augendo Sanctæ noſtræ honore, & erga ejus filias affectu plane materno, mane ſub horam duodecimam venit ad monaſterium, cum Sereniſsima nepte ſua, & comitatu aulico matronarum atque nobilium: ipſumque cum matronis prædictis ac paucis primæ notæ puellis ingreſſa, excepta fuit non ſine mutua gratulatione à Matre Prioriſſa atque

Die 30 Maji adeſt Duciſſa Mater cum nepte,

A que religioſis omnibus. Tum vero cum eadem ſua nepte, ingreſſa antiquum ſacellum, ubi adhuc quieſcebat depoſitum ſacrum, ante illud ſeſe in genua poſuit; juſſâque aperiri capſa, prolixam fudit orationem. Deinde ſuis ipſa manibus tollens byſſum, capiti ac faciei inſtratam, ſumpſit ſibi coronam veterem, & pro ea ſancto vertici impoſuit novam, conſperſam gemmis & quatuor ſcutorum millibus æſtimatam. Monitus deinde à Matre Prioriſſa Serenisſimus Magnus Dux, futurum ut eodem die veniret Illuſtriſſimus & Reverendiſſ. D. Archiepiſcopus, ad ipſam tranſlationem executioni mandandam; viderique futuram rem publici exempli, atque ad honorem Sanctæ congrui, ſi ſuam ipſe præſentiam exhiberet, libenter annuit.

& novam Sanctæ coronam imponit.

63 Venit ergo ſub horam diei XXII Archiepiſcopus, D. Jacobus Antonius Morigia, ſolenni in habitu, Cardinalitio ſcilicet, Archiepiſcopis Florentinis ad tales functiones conceſſo, cum ſeptem primoribus ſuæ eccleſiæ Metropolitanæ Illuſtriſſimis Canonicis; videlicet D. Bartholomæo Medici, Præpoſito & monaſterii noſtri Gubernatore; D. Abbate Ludovico Strozzi, Archidiacono; D. Horatio Bardi,

Sub veſperã venit Archiepiſcopus cum præcipuis è Clero,

B Archipresbytero; Ludovico de Verrazzana, Vicedecano; Andrea Quarantefio & Luca Tornaquincio, tamquam futuris teſtibus hujus actionis, omnibus in habitu ſui gradus, qui ex antiquo uſu Epiſcopalis eiſdem eſt. Sequebantur autem & Presbyteri domeſtici ejus tres, nec non Camerarius cum miniſtris duobus, & cum Præpoſito Patrum Bernabitarum S. Frigidiani Piſis; Presbyteri ex Clero Metropolitico quatuor, cum Rev. D. Hyacintho Marini Ceremoniarum Magiſtro; atque cum Rev. D. Joſepho Gerardi, Religioſarum Confeſſario, alii earumdem Capellani duo, Clericuſque unus & Cancellarius. Hoc in comitatu exceptus à Prioriſſa ac Religioſis, & progreſſus ad vetus ſacellum Archiepiſcopus, dum ſacrum cadaver reverenter ac genuflexus adorat, ſupervenit eiſdem Sereniſſimus Magnus Dux, nec non Sereniſſimi Principes, Joannes Gaſto filius ejus, atque Franciſcus frater, cum cunctis aulæ Proceribus: ex quibus Dux ſecum ipſe induxit Illuſtriſſimos Marchiones duos, Franciſcum Riccardi & Clementem Vitelli; Principes autem ſinguli ſingulos, pariter Illuſtriſſimos, D. Manfredum Macinghi, Filius; D. Comitem Elcitanum, Frater. Sed & ingreſſi pariter ſunt Monaſterialis Fabricæ Præfecti Illuſtriſſimi tres (Operarios vocant) Prior Franciſcus Maria Covoni, Philippus Franceſchi, & Comes Philippus Bentivolius.

& Magnus Dux cum aliquot Proceribus,

C

64 His pariter in Sacellum ab Archiepiſcopo reſeratum ingreſſis, & ſacrum Corpus ab eodem ſuffumigatum veneratis, Mater Prioriſſa & Matres quædam aliæ ſuſtulerunt cryſtallinum arcæ operculum; iteratoque per Archiepiſcopum incenſo, & per ceteros actu adorationis devotæ; cœperunt Religioſæ, ibidem cum cereis ardentibus congregatæ, intonare hymnum Sanctæ proprium, *Pange, Carmeli ſpecioſe vertex, &c.* Tum prælato Crucifixo cum ceroſtatis, proceſſionaliter gradiebantur verſus Chorum, ſingulæ genua corã Sancta flectentes, & Archiepiſcopo ac Magno Duci profunde ſeſe inclinantes; interim dum ex Dominis Canonicis ac Presbyteris quidam acceptam arcam impoſuerunt feretro, inſtrato ornatoque ad eum finem. Subſequebatur Religioſas Illuſtriſſimus in Pluviali, inter medios duos Canonicos, atque poſt hos illi qui feretrum geſtabant; tum Sacerdotes alii, cereis ardentibus inſtructi; ac denique Sereniſsimus Magnus Dux, cum Principibus & Proceribus prænominatis pompam claudens. Jam ad ultima Chori ſedilia ſacræ Virgines conſtiterant, quando veneratæ tranſeuntem Archiepiſcopum cum

qui una cũ Religioſis,

ſacri corporis arcam deducunt,

ſacro Corpore genuflexione profunda, & capitis inclinatione Magnum Ducem, viderunt arcam collocari ſupra altare, quod intra Chorum exterioti altari reſpondet; aſcendentibus illuc Presbyteris & ſupra auratam baſim collocantibus ipſam, ex oppoſito ovalis cratis, per quam à ſtantibus foris in eccleſia poſſet videri. Iidem porrectas à præſentibus, tam eccleſiaſticis quam laicis, corollas precatorias multas ſacro corpori admoverunt, prius quam impoſito operculo arca clauderetur. Tum Cantores inſonuerunt Antiphonam, *Veni Sponſa Chriſti*, additoque Verſiculo ſubjunxit Illuſtriſsimus Orationem, *Deus Virginitatis amator*, eamdem ſic leviter mutatam concludens; *ut qui ejus hodie Tranſlationem ſolenniter facimus, eamdem puritate & caritate imitemur.* Poſt hæc, data benedictione cum Indulgentiâ, ad oſtium clauſuræ progreſſus, à Prioriſſa & Matribus diſcretis extra Chorum præſtolantibus, cum brevi gratiarum actione dimiſſus eſt; uti & Magnus Dux, dicens habere ipſas grande exemplum quod imitarentur, roganſque ut Dei omnipotentis iram precibus ſuis averterent, quibus & ſe & filios commendabat; aſſiſtente jugiter, quoad foras omnes eſſent egreſſi, ad clauſuræ januam Archiepiſcopo.

EX VARIIS.

ponendam ſupra interius altare,

pariterque diſcedunt.

E

65 Ita finitus eſt dies Aſcenſionis Dominicæ, feſtum prægrediens ac penultimus Maji: ultimuſque idemque etiam populo feſtiviſsimus, ratione proprii ſibi myſterii, initium novæ ſolennitati, totum triduum duraturæ, dedit. Ea durante, ne tumultum pareret turba incondita affluentium ad tam pium ſpectaculum, quaternos & quaternos ex ſuo ſatellitio aſſiſtere, ante ſepimentum Capellæ, Magnus Dux juſsit, repulſuros & coercituros impetum inconſultum: ſimilique conſilio ad capita platearum, verſus Eccleſiam Angelorum ducentium, repagula poni voluit, impeditura acceſſum rhedarum concurrentium mutuoque impingentium, quarum occaſione rixantibus (ut facile fit) inter ſeſe aurigis, ſcandalum aliquod provenire poſſet, devotionemque populare turbare. Ipſa feſtivitate Dominicæ Aſcenſionis, ſub horam diei decimam, ſacrificante in Capella Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Gherardo Gherardi, Epiſcopo Piſtorienſi, reductum eſt quod ovali crati intrinſecus obtendebatur velum: & pius Antiſtes Sanctæ civis ſuæ, cui ſe devotiſsimum ſemper profeſſus erat, & cujus cauſa venerat, incorruptum Corpus intuitus eſt: actiſque pro tali favore gratiis, totum fere tam ante quam poſt-meridianũ tempus tranſegit genuflexus, in ea parte Capellæ unde conſpicere ipſum poterat.

Die 31 in feſto Aſcenſionis reducitur velum arca prætenſum.

ante illud ſacrificante Epiſcopo Piſtorienſi.

F

66 Multi etiam ex Metropolitanæ ædis Canonicis eodem in altari per hoc triduum ſacrificarunt, magna cum conſolatione animæ ſuæ; nec non ex Canonicis S. Laurentii aliqui, itemq; extranei nonnulli ex Feſulanorum & Figlinenſium Canonicorum Collegiis; ita ut nobilium Sacerdotum multitudine excluſi Presbyteri conditionis inferioris, locum ad eamdem aram nequirent impetrare, quamvis à primo ſolis ortu uſque poſt meridiem gratiam illam præſtolarentur, quia ad hoc ex longinquo advenerant: quod ſi pauci aliqui admittebantur, id non fiebat niſi ad maximam Dominorum quorumdam Canonicorum Majorum inſtantiam, ſuas ipſis vices ex compaſsione cedentium. Reliquorum multi, deſperato ad ſacrificandum acceſsu, aſſumebant ſuperpellicia, & offerebant ſe ſacrificantibus miniſtros; alii vero, qui forte tranſitum per cancellos impetraverant à Satellitibus, aliàs quoſvis indiſcriminatim arcentibus, etiam Presbyteros atque omnium Ordinum Religioſos, tranſitum exorarant, raptim etiam ipſi ſuperpelliceo induebantur, ut ad altaris miniſterium pertinere crediti, facultatem ha-

Hunc ſequuntur Canonici multi,

ceteris ferme à Capella excluſis;

EX VARIIS.

berent virginei depoſiti ex loco propinquiori contemplandi; atque eo obtento contentiſsimi diſcedebant, poſt mille gratiarum actiones erga eos à quibus ad piam iſtam fraudem exequendam adjuti fuerant. Miſſarum vero, in eccleſia noſtra, per triduum hoc ex mera devotione factarum (nam eorum qui eleëmoſynam recipiebant Sacerdotum major numerus fuit) ea habita eſt ratio, ut creſcente quotidie numero, primo die triginta, ſecundo quinquaginta, tertio ſex ſupra centum cenſitæ ſint; univerſim autem ferme quingentæ, nullo altarium unquam vel ad momentum vacuo. Nempe ſuccedebant invicem ſibi citra interruptionem Sacrificia: ad quæ cum prius reciperentur qui priores ſe obtulerant, contigit ut quam plurimi foraneorum Presbyterorum longius venientium, videntes recipi ſe non poſſe præventos ab aliis, cogerentur adorato ſacro Corpore ad alias viciniores eccleſias tranſire, ibique facere devotioni ſuæ aut obligationi ſuſceptæ ſatis.

& plurimis per ſacella 12 facientibus Miſſas,

cum maximo undique concurſu populi.

67 Affluxus populi grandis ſemper fuit, venientibus aliquibus ad trecenta paſſuum millia: & quamvis primo die magnus, major tamen fuit ſecundo; tertio autem tantus, ut quavis hora pleniſſimum templum totam tamen multitudinem non caperet, & qui in eo erant præ conſtipatione nimia propemodum ſuffocarentur. Quin etiam atrium porticuſque, capax alias multi populi, opplebantur exſpectantibus ingrediendi commoditatem; & quæ huc ducunt viæ pene factæ erant impermeabiles; adeo ut turbis undique affluentibus præ ſingulari devotione erga Sanctam, & templum ejus velut inundantibus, aptari potuerit illud Pſalmi, Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, ſanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus. Paucæ tamen fuerunt laicorum Sodalitates, quæ proceſſionaliter advenerunt; quia non niſi ſero reſcitum fuit, quo præciſe die inchoanda, & quamdiu eſſet duratura feſtivitas, expoſito venerabili Corpore. Hinc multæ ac devotæ populorum circumvicinorum querelæ, defuiſſe ſibi tempus præparandi pompam, quam alioqui miſſuri huc fuiſſent. Cumque multi tam accolæ quam incolæ civitatis Florentinæ perſuaſum haberent, omnino fore ut ſaltem per Dominicam immediate ſequentem expoſita maneret Sancta; ſecunda hæc fuit querelarum cauſa, quod etiam iſta ſpe fraudatos ſe viderent: quibus duabus cauſis etiam accedebat tertia, quod, cum loco inacceſſibili ſtaret arca, non multis contigerit eamdem propinquius intueri; fatebantur tamen, etiam eminus viſam, magnæ ſibi conſolationi fuiſſe.

B

C

Primo die ſacrũ ſummum Archiepiſcopus,

68 Non vacavit myſterio, quod Feriâ quintâ, eâque Dominicæ Aſcenſioni ſacrâ, cœpta fuerit tota feſtivitas. Fuit enim ipſi Sanctæ cara admodum Feria illa, propter memoriam inſtitutæ in ea Euchariſtiæ, cujus ab infantia ſemper fuit eſurientiſſima; deinde quia tali die in veſperum vergente, cœperunt ipſi angores & paſſiones, quas cum patiente Jeſu ab horto Gethſemanes uſque ad crucifixionem pertulit: tertiò, quia toto Aſcenſionis die ſolita erat, raptâ à ſenſibus mente, cum Sponſo ſuo quotannis converſari in cælo. Iſto autem die Pontificaliter in ſancta Capella ſacrificavit, poſt abſolutam Nonam, Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Archiepiſcopus noſter, aſſiſtentibus ſibi quatuor Canonicis, ſub excellentiſſima vocum inſtrumentorumque ſymphonia. Veſperas vero ſolenniſſime decantatas, Officium faciente Illuſtriſſ. D. Archidiacono, ſecuta eſt panegyrica in laudem Sanctæ oratio, quam R.P. Fr. Albertus Salvi, ex Conventu Dominicanorum S. Marci, pronuntiavit. Sequenti die prædictus D. Archidiaconus, eadem hora & cum ſimili muſica, ad aram fecit, & Veſperas cecinit; poſt eaſque ad populum dixit R. P. Fr. Antonius Philippus Scholarum piarum S. Mariæ de Ricciis. Tantumdẽ fecit tertio die adm. R. P. Fr. Franciſcus Bruſchi Lucenſis, Carmelita ad S. Mariæ Majoris, Officium ante ac poſt-meridianum faciente Illuſtriſſ. D. Archipresbytero. Totis denique tribus illis noctibus, quibus ſic elevata ſuper altare & diſcooperta arca ſtetit, ad eamdem vigilarunt complures Presbyteri Equitesque, quos nihil opus eſt ſingulos nominatim recenſere.

Veſperas Archidiaconus, ſequente panegyri,

alii aliis duobus fecerunt & dixerunt.

D

69 Ita quidem tres illi dies acti feſtiviſſime ſunt, inter continuatas modulationes hymnorum canticorumque ſacrorum, cum univerſali applauſu populi: ſed grandi cum planctu terminati. Paulo enim antequam, adducto poſt cratem velo, ſubducenda oculis arca erat; diabolus, velut exultabundus de fine devotioni populari imponendo, tantam ex improviſo concivit ventorum, fulgurum, ac tonitruum tempeſtatem, grandini mixtam, ut ſubvertendus mundus videretur: quo turbine per crates vehementius ſæviente, cum omnes pene quotquot ante illas ardebant candelæ momento extinctæ eſſent, adducta inexpectatò fuit cortina. Tum vero populus, ipſo procellæ tam horribilis allapſu ſubito ſatis ſuperque conſternatus, ſublato etiam aſpectu eo in quo ſervari ſe à noxa credebat, cœpit ubertim plangere, ac Dei miſericordiam vociferando invocare, auxilium etiam Sanctæ depoſcere; increſcebantque ſuſpiria & clamores, pro modo inhorreſcentis magis magiſque aëris. Hinc motæ ad commiſerationem Sanctimoniales, congruum putaverunt retrahere cortinam: eoque facto ſtatim ventus imberque ceſſarunt, quibus intra horæ quadrantem effuſa aqua fluminum inſtar fecerat undare vias. Unde per eaſdem, dilapſa cito aqua meabiles, revertentes populi, gratias agebant ſuæ Sanctæ liberatrici, collaudantes Deum, in ſuis Sanctis atque in hac ſua Sponſa dilectiſſima laudabilem.

Sub finem exorta tempeſtate,

cum obductum corpori velum eſſet,

E

eo reducto illa ceſſavit.

70 Porro cum Archiepiſcopus noſter Roma acceperit facultatem, pro Tranſlationibus ſanctorum Corporum in ſua diœceſi faciendis, inſtituendi commemorationis annuæ Officium; publicari juſſit, ut per annos deinceps ſingulos celebraretur die XXXI Maji Officium Tranſlationis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, ſub ritu Semiduplicis per civitatem ac diœceſim totam; ſub ritu autem Duplicis Majoris ab ejus Sanctimonialibus, quæ illo anno diem illum occupatum habentes ſolenniſſimo Aſcenſionis Dominicæ Officio, novum iſtud tranſtulerunt in diem VIII Junii. Quando autem idem faciendum fuit per civitatem, multi tam Canonici quam Presbyteri alii advenerunt, cauſa Miſſæ apud nos de Tranſlatione dicendæ. In ipſa quoque civitate fuerunt hac occaſione impreſſæ laudes variæ, tam ipſius Sanctæ quam Sereniſſimi Magni Ducis: ad inſtantiam quoque Petri Franciſci Fraxinetti & Bonaventuræ de Telia, ſubjecti prælo ſunt proprii Hymni de Sancta, cum ſalutatione, *Ave Virgo Florentina*, ad augmentum popularis devotionis: iiſque duodennis Teliæ filius, ingenii præcocis adoleſcentulus, Franciſcus-Gregorius-Pius nuncupatus, addidit devotorum valde affectuum tributum erga eamdem Sanctam, & Sereniſſimo juventutis Florentinæ Principi, Joanni Gaſtoni, cum eleganti elegia Latina gratum munus obtulit. Denique in noſtra Sacriſtia venientibus ad eam Dominis, eccleſiaſticis ac ſecularibus, diſtributus eſt magnus numerus orationum poëmatumque, in honorem Sanctæ Neapoli impreſſorum, quæ omnibus gratiſſima acciderunt.

Indicitur quotannis recolenda hac Tranſlatio.

F

& laudes Sanctæ verſus ac proſa vulgantur.

CA-

A

CAPUT XVIII.

Mirabilia, feſtivitatem jam deſcriptam prægreſſa & ſecuta.

71 NOn prætermiſit divina bonitas glorioſam noſtram Matrem, hac etiam occaſione, variis honorificare prodigiis; in quibus enarrandis ut ab ipſo monaſterii loco exordiar, primum ſit, quod admirabilis ille ac plane cæleſtis odor, qui ex capſa quamvis obſerata ſentitur identidem ſeſe diffundere, quoties magnam aliquam gratiam pia Mater filiabus ſuis impendere parat, vel quidpiam ſingulare ad ipſius honorem accidit; quique etiam ſæpe à ſacrificantibus Preſbyteris Sacroque miniſtrantibus in capella eccleſiaque percipitur, nec non à ſecularibus ipſi carioribus occaſione varia; odor inquam ille, hoc anno MDCLXXXV, à die feſto XXV Maii uſque ad diem ultimum Tranſlationis atque etiam poſtea, crevit indies; ſic ut cum pedem imponerent limini, eccleſiam ingreſſuri, Magnates aliqui, teſtati ſint, eum percepiſſe maximum ac ſuaviſſimum; & cui nullus comparari eorum poſſit, qui ex aromatis aliiſque naturaliter ſuaveolentibus rebus, etiam pigmentaria arte temperatis, procederet.

Cæleſtis odor, aliàs ſæpe,

ſed maxime hac occaſione perceptus à multis.

B

72 Crevit ejusdem prodigii admiratio, ubi innotuit prægreſſum in monaſterio aliud de ſanata multiplicataque farina; res autem ſic acta eſt. Die XII Aprilis decem grani modios comminuerat in farinam mola, in uſum monaſterii, cui adhuc medius ſupererat farinæ modius, jam inde à Februario menſe commolitæ. Die autem X Maii ingreſſa farinariam apothecam Sor. Maria Joſepha Converſa, Sororis Promæ-condæ adjutrix, ut acceptam inde farinam ſubigeret in maſſam ad panes coquendos, ſimulque videret numquid uſpiam damni exiſteret; dum per omnes quatuor alveos circumit, quibus annona prædicta ſervatur; in uno eorum reperit farinã omnino incaluiſſe, ebulliiſſe, atque induruiſſe inſtar cæmenti; adeo ut palo ligneo nequiens illam commovere, ligone ferreo neceſſe habuerit armare manus, ad evacuandum alveum; quod agenti intolerabilis afflatus eſt fœtor; exhauſto autem quod intus erat, adeo fervere ſenſit ejuſdem alvei fundum, ut ei nequiret inſiſtere pedibus. Inſpexit alveos alios, ſed in iis non niſi leve corruptionis initium reperit ad ſuprema alveorum labra; excepto quod etiam dimidius ille modius, de quo ſupra, colorem ſaporemque mutaverat, amiſſo candore in rubedinẽ ſubflavam tendens, uti corrupta dum efferbuit farina ſolet: quare etiam huic commovendæ adhibendus ferreus cuneus fuit.

Farina exhuando corrupta

& indurata,

C

73 Hæſit ad inſperatam novitatem attonita Soror illa; licet enim commiſſam ſuæ curæ annonam diligenter obſervaſſet, eatenus tamen vitium nullum notarat. Dum autem in eo articulo rerum deprehenſa, auxilium implorat Sanctæ; ſuperveniens Promaconda Sor. Maria-Gratia, ſimiliter eſt affecta. Roganti autẽ ipſam Converſæ, ut ex multiplicata tempore Canonizationis farinula, corruptę farinæ aſpergere aliquid vellet; excuſavit illa ſe, juſſitque, ut cui remedium hoc inſpiraverat Deus, ipſamet exequeretur: atque mox aliam Converſam accivit in auxiliũ ejus. Illa ergo, ſuggeſtionem Spiritus ſecuta, conſperſit (ut dixi) farinam ſic corruptam, & quinies Pater ac Ave recitavit, ſignavitque eamdem cum imagine Sanctæ, dicens; Sancta mea, ſana illam, imo & multiplica ſi tibi placuerit. Hinc digreſſa, poſt modicum rediit; viditque ex farina prodire multitudinem grandium ac nigrorum vermium, quales nec in frumento nec in farina unquam viſi erant, eoſque collectos foras extulit. Iterum vero ac mox regreſſa, vidit reliquos per parietem ſubrepere, & per feneſtram exire omnes; farinam vero ad naturalem ſuum candorem reverti, ac diſſolvi maſſulas coagmentatas: quapropter actis ſanctæ Matri gratiis abivit, relatura Sorori Gratiæ quod acciderat, teſtem habens Matrem, Camerariam cum duabus Converſis. Semel autem priusquam ſanaretur farina, in confecto antea pane, corruptionis aliquid fuerat obſervatum: ſed poſtea panis ſemper candidiſſimus ac ſapidiſſimus exinde prodiit. Cum autem prima vice minor farinæ quantitas mactræ impoſita ideo eſſet, ut poſſet eodem mane panis confectus haberi; reverſæ ad piſtrinum Sorores, primum odoris miraculoſi fragrantiam toto loco diffuſam ſenſerunt, deinde ſubactam jam maſſam longe majorem quam reliquerant invenerunt.

ex variis regiis, egreſſis ultro vermibus,

& multiplicata invenitur;

74 Hæc ut acta erant à Matre Prioriſſa edoctus D. Gubernator, rem ad Archiepiſcopum detulit; qui continuo mandavit, ut Sorores, quæ farinam tractaverant, examinarentur. Venit ergo XXV Julii Illuſtriſſ. Præpoſitus, monaſterii Gubernator; & quid in mandatis ferret exponens Matri Prioriſſæ, accerſivit Matrem Gratiam, Converſamque ejus adjutricem Joſepham: & comperiens convenientia plane illarũ teſtimonia eſſe, quod compererat Archiepiſcopo expoſuit. Hic nihilominus etiam ipſe per ſe cuncta explorare voluit, & XXV Auguſti apud nos comparuit; cum Vicario ſuo D. Nicolai Caſtellani atque Præpoſito prædicto, nec non Illuſtriſſ. D. Luca Tornaquinci ac R.D. Joſepho Gherardi Confeſſario, tribuſque Presbyteris ſuis domeſticis & Cancellario; cum quibus ingreſſus in penum, aſcendit ubi ſolet farina ſervari, & ubi ea ſanata ac multiplicata fuerat; auditiſque & expenſis relationibus conſciarum facti, tam ipſam farinam, quam panem exinde confectum videre voluit (pauxillum enim ſervaverant Monachæ in eventum ejuſmodi) plenéque certificati omnes de veritate facti, accepta panis particula, abierunt tum quidem, quia veſper erat; ſed die ſequenti reverterunt; & auditis iterum duabus Converſis, quæ miraculum viderant, nec non aliis quæ in transferenda farina jam ſanata eaſdem juverant, etiam illuc ſe tranſtulit Archiepiſcopus; nec prius egreſſus de monaſterio eſt, quam factum Cancellarius authentice conſcripſiſſet. Similiter inita ratio cum Cameraria eſt, ut ſciretur quanta facta fuerit multiplicatio; dictumque, ad duorum modiorum quantitem; & hoc ipſum fuit eidem ſcripto adnotatum. Hujus rei notitiâ per monaſterium ſparsâ, non prius ceſſarunt ſingulæ de farina illa poſcere aliquid, devotis amicis communicandum, quam exhauſta eſſet pars omnis reliqua, quæ necdum converſa fuerat in monaſterii uſum.

prout, præmiſſo examine facti;

F

etiam Archiepiſcopus affirmavit.

F

75 Sor. Maria de S. Dominico, aliàs Cavalcanti, ab anno MDCLXXXI paſſa catarrhum erat, ex capite in fauces, perquam moleſtum, non ſine febri & dolore grandi, uſque ad Majum ſequentem; quando imminui ille & intermittere cœpit, numquam tamen omnino diſſipari potuit, medicinis adeo nihil proficientibus, ut etiam nocerent purgantia rejecta per vomitum, & ſtomachum ſic debilitantia, ut nec aquam quidem vel puram vel ſtillatam retinere infirma poſſet. Ita manſit uſque ad annum MDCLXXXIII, nullum ultra conſilium ut in re deſperata capiente medico monaſterii Doctore Valentinio: qui autem eidem ſequenti anno ſucceſſit medicus novus D. Carolus Braccii, cum & ipſe eamdem purgare inſtituiſſet adhibita Tettucci & Ticoncellæ aqua, nec vomitus illos avertere poſſet, audiſſetque quid Valenti-

Quinquennalis catarrhus,

indeque relicta ſtomachi diſſolutio totalis

EX VARIIS.

nio uſu veniſſet,non fuit auſus proſequi cœptam curationem mali(ut apparebat)periculoſi,& modo cum febri modo cum aliis ſymptomatis tam diu jam durantis; nec quidquam cooperante natura,adeo ut vel modicum caſciæ præbitum vehementer affligeret cruciaretque. Hoc autem ultimo anno acceſſit tanta inflatio ſtomachi, ut etiam labra retraherentur, neque cibo veſci abſque dolore & incommodo Maria poſſet:ſub veſperā tamen etiam extra ſtomachum apparebat tumor, ſurſum ſubrepens; adeo ut chirurgus Dominicus Rubeus diceret, periculum eſſe, ne ad cor ipſum pervadens malum adferret mortem.Per medium quoque corpus apparuit quoddam veluti cingulum,latum circiter digito uno,& reſpirationem præpediens in tantum, ut quandoque nec loqui poſſet nec Officium recitare; & videbatur extrorſum attolli caro; atque ita tota illi hiems acta eſt, multo cum labore & febre ſæpius recurrente.

ac denique inflatio ſuffocans,

Sanctā ſæpius invocatā.

76 Solebat illa, recurrentibus per annum variis S. Mariæ Magdalenæ feſtis, ipſi ſe commendare & ſanitatem repoſcere; hoc autem ſpecialius fecit II Aprilis anni MDCLXXXV,ſumens aliquid de multiplicata farina,oleoque ejuſdem Sanctæ inungens ſeſe; crediditque certo obtinendam gratiam concupitam,

B ſed fruſtra. Venit deinde principale feſtum die XXV Maii, in cujus Vigilia peſſime habuit ægræ ab inflationeſtomachi, cum maxima anguſtia intumeſcens; non tamen quidquam de fiducia recuperandæ per

tandem tota tollitur. Sanctam valetudinis remiſit, ſed ipſo veſpere iterum oleo illius ſeſe unxit, & per noctem tenuit ſupra ſe calanticam unam, quæ in uſu viventi Magdalenæ fuerat, eidem ex animo ſeſe commendans; atque ita demum exaudita fuit. Etenim mane ſenſit detumeſcere paulatim ſtomachum; & unctionem priorem proſecuta in partibus male affectis, applicanſque jam dictam calanticam, pedetentim cœpit ad ſanitatem proficere: atque intra octo dies, qui à feſto prædicto ad Tranſlationem fluxerunt,liberata fuit ab omni incommodo, tot annis tolerato, procedenteque (ut judicabat medicus) ex viſcerali quadam indiſpoſitione, reſtringente vitales omnes partes, nec quidquam alimoniæ recte tranſmittente. Et tamen Dominicâ,triduum Tranſlationis ſequente, prorſus ſana apparuit atque valida, nihilque ullius moleſtiæ ſentiens.Quæ autem prius nequibat inſiſtere pedibus, nunc ad omnia religionis exercitia concurrit abſque fatigatione, & cibos communes cum omni facilitate ſuſcipit.

C

Puer, læſo per lapſum capite periclitans,

77 Filius Illuſtriſſ. atque Clariſſ. viri D. Senatoris Philippi de Verazzana, annum ætatis quartum vel quintum agens,nomine Andreas,caſu ex vehiculo quodam cecidit ſupra extantem petrā,&tempus dexterum ſupra aurem læſit: unde cum dolorem maximum pateretur, adhibita ſunt opportuna remedia, quibus curari malum viſum eſt; & per quinque dies nihil magnopere querebatur. Quinto autem die corripuit eum graviſſima febris; cum intenſo dolore capitis: & eriſipelate totum vultum occupante, intumuit in modum monſtroſum caput; ſic ut inflatio etiam guttur ejus ſtringeret, & per dies omnino undecim trajicere nihil puer poſſet, ſed magno cum

Sanctæ commendatus inunctusque, labore ingererentur ei paucæ guttulæ aquæ ſtillatæ aut decoctæ carnis. Erat febris vehemens æſtuſque exceſſivus; quare medici,licet nihil boni augurantes, propter teneritudinem ætatis cibique defectum, bis tamen ei venam aperuerunt. Interim avia pueri,D. Lavinia Ruccellari, videns nepotem tanto in periculo, qui jam etiam in letargum deciderat; primo die Junii, Feria ſexta & die Tranſlationis ſecunda, ad honorem S. Mariæ Magdalenæ Communionem ſumpſit in ejus eccleſia,vovens anathema argenteum pro ſalute pueri, quem ungere intendebat multiplicato quondam miraculoſe oleo. Poſt hæc regreſſa D domum, repertum eodem in ſtatu Andream, ut voverat,unxit: ille vero mox oculos ſuſtulit, & ex mi-

ſubito ſanatur & cibū ſumit: noris fraterculi manu ſcriblitam rapiens manducare cœpit; cunctis ad rem tam inſperatam mirantibus in eo, quem ſæpius ut aliquid manducaret rogatum numquam potuerant ad id inducere. Petiit deinde ſibi panem dari, attuleruntque panem intritum ovo, interim dum caput ei detumeſcit & ceſſat febris: quē deinde Dominica die adduxerunt ad Sanctam, votum pro ſe anathema ferentem manibus; & tota familia gratias egit, pro curatione tam mira, ejus intercedentibus meritis impetrata.

curatur item alius à deſperata febri.

78 Hoc eodem anno, ad quem etiam omnia ſequentia pertinent, D.Joannes Baptiſta Georgii habebat quindecim menſium filiolum, cui nomen Carolus-Maria. Is febri gravi continuaque correptus cum aliis periculoſis ſymptomatis, extra ſpem curationis eſſe judicabatur à peritiſſimis duobus medicis, propter imbecillitatem ætatis, & quia ad primum incurſum febrium deſierat mammam fugere, atque in ſomnolentiam prolapſus erat. Non ideo tamen ſpem depoſuit mater, D. Catharina Ginetti; ſed meritis S. Mariæ Magdalenæ freta, ejus oleo quod penes ſe habebat inunxit infantem, recitans interim quinies Pa- B ter & Ave. Ecce autem aperuit oculos puer: & qui per decem continuos dies nec guttulam quidem lactis fugere potuerat,ſub initium diei undecimæ attraxit illud copioſe. Quapropter parentes, gratanter agnoſcentes cujus id beneficium eſſet, voverunt, quod puerum toto uno anno veſtitum haberent habitu Carmelitico; mater vero fidem fecit miraculoſi eventus atteſtatione authentica.

Camaldulenſis Abbas,

79 Sub finem Aprilis, R.P.D. Juſtus Cavalli, Abbas Congregationis Camaldulenſis,annum LXVIII ætatis agens, correptus fuit graviſſima febri, cum dolore pectoris tam vehementi, ut intra paucos à morbo inchoato dies derelictus à medicis, ex eorum conſilio ſuſceperit extrema Sacramenta. Tum vero ad patrocinium S. Mariæ Magdalenæ recurrens, accerſito D. Jacobo Biſtacchi, Rectore S. Mariæ in Campulis, rogavit eum, ut quam multos poterat in-

curatis in Sanctæ honorem pluribus miſſis, venire Presbyteros conduceret, ad Miſſam in Sanctæ honorē celebrandam. Quo facto, ex duabus quæ illi ſolebant recurrere febribus, una ipſo die ceſſavit; altera declinare etiam cœpit, poſtquam ambæ eidem ad quinquaginta duos dies duraſſent.Ipſe autem perfecta ſanitate nunc gaudet, ac propria manu ſua fidem beneficii accepti ſcripſit, atteſtante ſibi Doctore Franciſco Guiduccio, qui infirmitati adſtiterat; qui- F que ſimiliter nomen ſuum ſubſcripſit,agnoſcens etiam ſe, in acceptis à Sancta Matre beneficiis referre vitam, ejus interceſſione ſervatam. Ipſe vero Pater Abbas peracta Tranſlatione venit per ſeſe, ad celebrandam in gratiarum actionem Miſſam; & quidquid de ipſo narratū eſt, ſcripto manus ſuæ firmatum tradidit.

à febri lætali ſanatum ſe teſtatur:

itē vidua,

80 Quinta Julii, Dionora, quondam uxor Juliani Juliantini Figulenſis, in Caſtello-franco ſuperiori, apud familiam Baldorum conditionem nacta,cum febribus atque doloribus colicis per menſes duos laboraſſet citra ullum remedium, accepit Florentia de oleo lampadis ardentis ante corpus Sanctæ;quo inungens ſeſe,febrim doloreſque expulit,ſeque manu propria affirmavit agnoſcere gratiam à ſancta Matre acceptam. Venit deinde ipſamet Florentiam, actura liberatrici ſuæ gratias,iterumque teſtata rei veritatem eſt, addens, quod licet vetuiſſet comburi goſſipium, quo uſa fuerat ad unctionem prædictam; factum tamen ſit incuria domeſticorum, ut lucernæ impoſitum pro ellychnio fuerit: ſed cum accendi diu non potuiſſet, tandem agnitum eſſe, quod Deus

uſa ad ſui unctionem goſſipio, quod poſt uri non potuit.

iſti

A iſti ſuæ omnipotentiæ inſtrumento parcitum omnino vellet, plura forſitan eodem mediante futuris temporibus operaturus.

81 Die XXIV Septembris anni hujus MDCLXXXV, retulit nobis R.P. Fr. Joſephus Maria Torilerius Parmenſis, Carmelita Congregationis Mantuanæ, quod VIII Decembris anni MDCLXXX, conſtituto ſibi in procinctu diſcedendi Parma Bononiam, ad exercendum Magiſterium Profeſſorum in Conventu S. Luciæ, ſub nonam noctis horam ſupervenerit vomitus vehementiſſimus ſanguinis, qui uſque in mane duravit; quando de ſtrato ſurrexit atque ad P. Priorem acceſſit, coram quo renovatus ei vomitus eſt. Remiſſus ergo ab eo in Cameram eſt, ubi uſque poſt meridiem, & tota nocte uſque manè, nec non ſequenti die, erumpentem ſimiliter ſanguinem conati ſunt medici cohibere remediis variis. Sed in iis ſpem nullam habens Pater, identidem recurrebat ad S. Mariam Magdalenam; tandemque delibavit pauxillum farinæ, anno MDCLXIX ad feſtum Canonizationis mirabiliter multiplicatæ; aſſiſtentibus ſibi Sacerdotibus nonnullis, eo quod in horas ſingulas expiraturus crederetur, proſtratus in lecto. Sed placuit Deo, ut ſumptâ farinulâ illâ ſubito ceſſaret malum, nullo febrilis ardoris veſtigio remanente: id quod miraculo adſcribendum judicarunt Domini Doctores, Volpara Bononienſis & Marcellus Malpigi, ad ejus curam convocati: verum erat tantopere extenuatus viribus, ut ſpirantis cadaveris imaginem prætenderet. Tum accerſitum P. Priorem rogavit infirmus, ut cum ejus licentia poſſet ſeſe obligare voto, pedibus eundi Florentiam ad corpus curatricis ſuæ viſitandum, & anno uno in pane & aqua jejunandi omnibus feriis quartis. Quod cum annuiſſet Prior, & illo feciſſet, liberatus eſt illico ab omni moleſtia, nulloque deinceps alio remedio adhibito perrexit integra ſanitate frui. Sed quia iidem medici negabant facultatem pedeſtris itineris aſſumendi, coactus fuit uſque modo votum ſuum differre per annos quinque: poſt quos, poſtque factam corporis Tranſlationem noviſſimam, prædicto die huc advenit, acceptam à Sancta profeſſurus gratiam, & ſacris ad ejus altare operaturus; ac virtutis in ſe patratæ teſtimonium propria manu exaratum reliquit. DX VA RI 16.

ſiſtitur guſtata farina aliàs miraculoſe aucta,

B *& mox emiſſo voto priſtinis viribus redredditur æger.*

82 *Hactenus, ipſo anno* MDCLXXXV *à Sanctimonialibus conſcripta, Relatio, mihique, ut miſſa per Reverendiſſ. tunc monaſterii Prioriſſam* Franciſcam Tereſiam; *cui ut idem cum antecedenti Prioriſſa ſpiritus, ad honorem ſanctæ Matris fervens, ſic idem haud abs re inditum cognomentum* à Corde-Mariæ. *Huic gratiam debitam relaturus, poſtrema hæc tria Capita, ad duplicem Vitam, & ſatis aliàs per ſe prolixum de poſtuma Sanctæ gloria commentarium, ideo etiã adjunxi libentius, ut ex tot tamq; prolixis de hac una Sancta tractatibus, quos omnes ex Italico ipſemet verti & propria manu exaravi, intelligat Carmelitanus Ordo, quam numquam parcus futurus ſim, in exornandis Sanctorum ſuorum Actis, quoties ea ex congruâ antiquitatis auctoritatiſque monumentis colligere potero. Quod enim Magiſter meus Henſchenius profeſſus jam pridem fuit, ego quoque profiteor ac profitebor ſemper, nullam mihi eſſe difficultatem, in novis Carmelitici inſtituti Sanctis (qui utinam centeni ac centeni Eccleſiæ faſtis adderentur) quantovis impendio ſumptus, temporis, ac laboris prolixius exornandis; tantum de veteribus, certo, dubio, aut nullo (quod nobis quidem demonſtrari valeat) jure adſcriptis, nemo aliquid amplius cogat dicere, quam ratio patitur, ſemel inſtituta paſſimque probata operis noſtri, uno eodemque ſtylo, quâ fieri poteſt, deducendi.* *Quæ fide hæc dictata.*

& quo animo tam prolixe de Sancta hic actum ſit.

E

DIE VIGESIMA SEXTA MAII

SANCTI QVI VII KALENDAS IVNII COLVNTVR.

Sanctus Alphæus, pater SS. Matthæi & Iacobi Apoſtolorum, Capharnai in Galilæa.

S. Carpus, ex LXX diſcipulis, Epiſcopus Berœæ:

S. Quadratus, Epiſcopus Athenienſis, ſcriptor Eccleſiaſticus.

S. Symmetrius, Sancti XXII, } Martyres Romæ.

S. ELEUTHERIUS Pontifex Romanus.

S. Priſcus, S. Cottus, SS. plurimi, } Martyres Cociaci in agro Autiſſiodorenſi.

S. Abercius, S. Helena, } Martyres apud Græcos.

S. Eraclius. S. Paulus, ſeu Paulinus, S. Mindina, ſeu Mondinus, } Martyres.

S. Iocundus, S. Paulus, S. Anteon, S. Quadratus, S. Rufinus, S. Valeria, S. Magnus, } Martyres in Africa.

S. Feliciſſimus, S. Heraclius, S. Paulinus, S. Menedina, S. Saturus, S. Victorius, S. Saturninus, S. Maronus, S. Saturus alter, S. Fortunatus, S. Theomedon, } Martyres Tuderti in Italia.

S. Memorius Confeſſor, Petracoriæ in Aquitania.

S. Pardus, Epiſcopus in Peloponneſo, Patronus Larini in Italia.

S. Augu-

S. Auguſtinus, Epiſcopus Cantuarienſis in Anglia.
S. Godo, Abbas in diœceſi Galliarum Trecenſi.
S. Bobolinus, Epiſcopus Viennenſis in Gallia.
S. Berengarius, Monachus in urbe S. Papuli, in Gallia.
S. Guinizo, } Monachi Caſinenſes.
S. Januarius, }
S. Lambertus, Epiſcopus Vencienſis in Gallia.
S. PHILIPPUS NERIUS, fundator Congregationis Oratorii Romæ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAncti Hildephonſi, Epiſcopi Toletani Tranſlatio, *indicatur a Marietta, Tamajo, & Ferrario. De eâ actum eſt ad Vitam ipſius Sancti* XXIII Januarii.

Suffredus Epiſcopus *refertur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Forſan eſt* S. Sigfridus Epiſcopus Vexione in Sueciâ, *à nobis relatus* XV Februarii.

S. Milburgæ, Abbatiſſæ *in Anglia*, Tranſlatio *celebratur in Martyrologio Anglicano ſecundæ editionis. Acta ejus dedimus* XXIII Februarii.

B S. Santinus Doctor *memoratur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, de quo inter Prætermiſſos ex eiſdem ſcriptis egimus* XVI Martii.

B. Ambroſius Senenſis, Ordinis Prædicatorum, *indicatur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Acta ejus varia illuſtravimus ad diem* XX Martii.

S. Theodorus, Epiſcopus Cæſarauguſtanus, Martyr cum Sociis, *refertur in Kalendario, ad Chronicon Dextri ſub finem à Bivario appoſito. Quæ eadem verba in dicto Kalendario leguntur ad diem, quando de eo egimus,* XXVI Martii.

SS. Marcellinus Papa, *ejuſque in Martyrio ſocii*, Claudius, Cyrinus, & Antonius, *memorantur à Rabano. De iis egimus* XXVI Aprilis.

Blancha, Virgo Regia, Ordinis S. Franciſci, *indicatur in Menologio Laherii. De ea egimus inter Prætermiſſos* XXVI Aprilis.

S. Philippi Apoſtoli certamen *refertur in Martyrologio Arabo-Ægyptio, per Gratiam Simonium Maronitam, nunc Archiepiſcopum Tripolitanum in Syria, Latine nobis redditum, qui de eo egimus* I Maji.

Mater Aſcelinæ Virginis, Ordinis Ciſtercienſis, *licet anonyma, tamen ut* Beata *refertur in Gynæceo ſacro*
C *Arturi. Omnia de ipſa* Aſcelina, *ut fabuloſa, reprobavimus inter Prætermiſſos ad diem* XVIII Maji.

SS. Felix & Silvanus Martyres *referuntur in antiquo Ms. Caſinenſi. Videntur eſſe ex Martyribus Syris, relatis* XXIV Maji.

Davidis Regis depoſitio *indicatur à Dempſtero in Menologio Scotico. Conſule dicta inter Prætermiſſos* XXIV Maji.

S. Joannes Pſichaita Confeſſor, ab Iconomachis plurima paſſus, *hoc die refertur in M. Græco Taurinenſi Ducis Sabaudiæ. De eo jam egimus die præcedenti* XXV Maji.

S. THEODORÆ Martyris Receptio *ex Romanis Cœmeteriis recolitur in eccleſia Aſſumptionis Pariſiis, indicaturque in Kalendario Spirituali iſtius civitatis impreſſo pro anno* 1686.

S. FAVIANUS Martyr, *Viennæ in Auſtria colitur Officio eccleſiaſtico à Patribus S. Mariæ de Monte Carmelo, ob ejus inſignes quas poſſident Reliquias: nec aliud habent quod de eo ſuggerant.*

S. Theodorus Martyr *indicatur in Kalendario antiqui Breviarii & Miſſalis Eccleſiæ Mediolanenſis, omiſſus in Kalendario recentioris Breviarii. An ſit quis ille ſit inter varios* Theodoros Martyres *non liquet.*

B. Berina, Virgo & Martyr, *indicatur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, nobis hactenus incognita.*

Colmanus Stellan de Tirdaglas *refertur in Martyrologio Tamlachtenſi. Quem Colganus* XX *Ianuarii, ad Vitam S. Molaggæ in Notis num.* 10 *appellat* S. Colmanum Stellanum Abbatem de Tyrdaglaſs in Momonia juxta flumen Sionna, qui obiit anno DCXXIV, XVI Maji, *quem ad Vitam S. Colmani vulgo Macduach ad diem* III *Februarii num.* 2 *aſſerit* obiiſſe anno DCXXV. *Nec plura de eo potuimus nanciſci.* E

Becanus de Cluain-aird *indicatur in dicto Ms. Tamlachtenſi. Is Colgano* 16 *Martii, in Notis ad Vitam S. Abbani num.* 22 *appellatur* Mo-Becoc, *& ab eo monaſterium* Cluain-aird *cognominatur* Mo-Becoc, *ſitum in* regione Breogain, ad Aquilonarem plagam montis Crott, in regione Muſcraigi conſtructum à S. Abbano, *ut ibidem in hujus Vita cap.* 20 *refertur.*

Odunaldus, Abbas Mailroſenſis in Scotia, ab Angelo contra tremorem mortis confortatus, *ut* Sanctus *memoratur à Camerario in Menologio Scotico.*

Probus, Presbyter Moguntinus, apud S. Albanum incluſus, inſigni ſanctimoniâ *hoc die obiit, de quo agit Serrarius lib.* 4 *Rerum Moguntiacarum pag.* 653: *ſed fatetur nullo in eccleſia Moguntina cultu honorari, quare etiam Mabilio, ſolius religionis cauſa* Beatum *à ſe appellari ait, licet quidam etiam* Sanctum *vocent. Nobis ſatis eſt ad ſeculi Benedictini* 4 *partem* 2 *remittere Lectorem, ubi inveniet Probi illius Acta ex variis collecta, cum conjectura minime futili, quod ipſe ſit à cujus ſtylo habetur antiquior Vita S. Patricii, inter opera Bedæ relata.*

Adrianus, Monachus Fuldenſis, *ut* Sanctus *indicatur* F
in Ms. Kalendario Benedictino, de quo apud alios Martyrologos, etiam Benedictinos, altum ſilentium.

Benedictus XII Papa, Avenione anno MCCCXLII ſepultus, *cum titulo* beatæ memoriæ *indicatur in Kalendario Ciſtercienſi Divione excuſo.*

Rolandus, Ordinis Ciſtercienſis, à S. Bernardo in Luſitaniam miſſus, *ut* Beatus *indicatur ab Henriquez, Bucelino, Cardoſo. Omittitur à Chalemotto & Tamayo: nec ullum indicium cultus profertur à Cardoſo.*

Agnes Henriqueſia, Burgis in Hiſpania, Abbatiſſa Ordinis Ciſtercienſis, mortua an. 1599, cujus corpus anno 1612 incorruptum eſt inventum. *Ac proinde tamquam* Beatificata *memoratur in Gynæceo ſacro Arturi du Monſtier.*

Anna ſenior & Anna junior, Sorores Virgines Baſileenſes, *laudantur à Ioanne Nyder lib.* 2 *Formicarii cap.* 6, *eaque de cauſa cum titulo* Beatæ *inſcribuntur Gynæceo Sacro Arturi du Monſtier.*

Joanna à S. Stephano, ſanctimonialis Ordinis S. Dominici, in monaſterio S. Catherinæ Senenſis in oppido Toro, dono orationis & elevationis in Deum exornata, *laudatur à Ioanne Rechac ſive de S. Maria*

A *S. Maria Tomo 2 lib. 1 cap. 8, in Anno autem ſancto Ordinis Prædicatorum refertur hoc die.*

Guilielmus Samnucus *ſeu* Sanwicus, *in Acie bene ordinata Sanctorum ac Beatorum Carmelitarum, refertur cum titulo* Beati: *in Notis Mss. vocatur* Tholoſanus, *&* poſt actam in Carmelo ſanctiſſime vitam, deinde in Europam redux, dicitur obiiſſe hoc die ac coli in Kalendariis. *Ea Kalendaria quæ ſint neſcio, & neſciviſſe videtur R. P. Daniel à Virgine Maria, quidquid in hoc genere alicujus momenti eſſe credidit colligens ante Tomum 2 Speculi Carmelitani. Edoctus, libenter majorem eorum rationem habebo.*

Electus Bremæ, anno 1249. } Or-
Liberatus de Civitella, anno 1480 } di-
Franciſcus à Turre in India Occidua, an. 1550 } nis
Vincentius à Venaco in Corſica, anno 1570 } Mi-
Magdalena à Conſtantio Neapoli, an. 1622, } norum, *inſcripti Martyrologio Franciſcano Arturi, &* Magdalena *etiam Gynæceo.*

Julianus Adamus Salernitanus, pro Chriſti fide à Turcis palo transfixus, coronam promeruit. *Ita Octavius Cajetanus in ſuo Martyrologio Siculo, citatis Actis Martyrii, quæ inter Vitas Sanctorum Siculorum non edidit. Omittit etiam eum in indice Siculorum*
B *Sanctorum. Meminit ejuſdem Ferrarius in Catalogo generali. Sed titulus* Sancti *aut* Beati *à neutro additur.*

S. Therapon Presbyter Martyr in Lydia. } *in*
S. Therapon Hiero-Mart. ex Cypro tranſlatus CP. } *aliquibus Synaxariis hoc die, alibi, & melius, referuntur ſequenti* XXVII Maji.

S. Zacharias, Epiſcopus Viennenſis, Martyr, *memoratur in hodierno Martyrologio Romano: ubi citatur Beda, ſed ſuppoſititius; quem etiam ſequuntur Molanus, Galeſinius, Caniſius. Verum colitur officio ſolenni in Eccleſia Viennenſi, ſequenti die* XXVII Maji.

S. Hildevertus *traditur* hoc die mortuus *à Vincentio Bellovacenſi, & Petro de Natalibus: at nunc* coli *dicitur à Trithemio, & hoc ſequuntur recentiores, relati ſequenti die, qui in Actis dicitur* migraſſe ad Chriſtum, *& colitur à Meldenſibus* XXVII Maji.

S. Beda Presbyter, Monachus in Anglia, *hoc quidem die obiit pridie Aſcenſionis: ſed quia obiit poſt Veſperas feſti, inſcribitur Romano Martyrologio, quando de eo agimus,* XXVII Maji.

S. Odo, Archiepiſcopus Cantuarienſis, *refertur in Ms. Martyrologio quod Romæ in bibliotheca Ducis Altempſii ſervatur: ab aliis ad diem* IV Junii.

S. Timotheus, Epiſcopus Pruſæ Martyr, *refer-*
C *tur in Mss. Menæis Græcis Divione aſſervatis, ab aliis* X Junii.

S. Bobo *ſeu* Bobolinus, primus Archiepiſcopus Viennenſis, *à Nicolao Chorier dicitur hoc* XXVI Maji mortuus, eique hic dies in Eccleſia Viennenſi conſecratus. *Verum hæc de Bobolено ſecundo accipienda eſſe infra docemus, &* S. Bobo *colitur* XIV Junii.

S. Zacharias, Epiſcopus Lugdunenſis, *indicatur à Ghinio in Natalibus Sanctorum Canonicorum. A Sauſſayo adjungitur S. Irenæo, cui ſucceſſit, ad diem* XXVIII Junii.

S. Jacobus Apoſtolus, frater S. Joannis Euangeliſtæ, juſſu Herodis decollatus, *inſcriptus eſt Martyrologio ſub nomine Bedæ vulgato. Celebris ejus veneratio incidit in* XXV Julii.

S. Zacharias in Britanniis, ejuſdem gentis Epiſcopus & Confeſſor, *memoratur in Ms. Florario, Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno 1490 excuſo, & in Auctario Greveni ad Vſuardum. Verum non reperitur in Faſtis Anglicanis hujus nominis Epiſcopus. Eſt forſan alterius loci, aut regionis, cui* in Britanniis *perperam adjunctum ſit. Weſtmonaſterienſis ad annum 618 refert* S. Zachariam, Patriarcham Hieroſolymitanum, expulſum. *Sed num hic intelligendus ſit quis dicet? Colitur is* XXIII Auguſti. D

S. Elpidius, Epiſcopus Afer, *memoratur in Kalendario Capuano tertio & quarto apud Michaëlem Monachum, qui aſſerit pag. 70, hoc die eum coli* in Eccleſia Caſapulli; *cenſetque eum eſſe ex iis Epiſcopis Afris, qui coluntur etiam in Martyrologio Romano* 1 Septembris.

S. Benedictæ, Virginis & Martyris, Tranſlatio *celebratur ſub ritu duplici in monaſterio Origniaco diœceſis Laudunenſis. Acta hujus Martyris plane eadem ſunt, quæ* S. Saturninæ Virginis & Martyris, *mutatis ſolum nominibus, & hæc à nobis* XX *Maji edita ſunt. At feſtum primarium* S. Benedictæ *celebratur* VIII Octobris.

B. Aquilinus, Ubiorum Antiſtes, qui SS. Urſulam & Socias ſepelivit; & SS. Linoldus Diaconus, & E
Clematius illuſtris Patricius, qui B. Aquilino in ſepeliendis ſanctis Virginibus auxilio fuerunt, *referuntur à Gelenio in Faſtis Agrippinenſibus. Aliqua horum Acta à ſe collecta ſubmiſit nobis Colonia Hermannus Crombach, de quo illi gratias ampliſſimas habemus. Verum quia Hermannus Greven in Additionibus ad Vſuardum, & Caniſius* Aquilinum *ſolum cum titulo* beatæ memoriæ *referunt ad 16 Maji, malumus omnia ſeponere, ut ad Acta S. Vrſulæ, ubi cunctas ſimul difficultates hiſtoriam Vrſulanam concernentes examinabimus, referantur* XXI Octobris.

Henricus, à S. Bernardo converſus ad monaſticam vitam, & dein Archiepiſcopus Remenſis, *cum titulo* Beati *memoratur ab Henriquez, Chalemoto, & Bucelino. Sammarthani tradunt obiiſſe anno* MCLXXV, *Novembris* XIII, *& humatum eſſe Remis in eccleſia ſanctæ Virginis, cujus uti benefactoris anniverſarium ibi & Pariſiis commemoratur die* XVII Kalendas Decembris, *id eſt* XV Novembris.

S. Catharinæ Virginis Martyris inventio *recolitur Pariſiis in eccleſia ſua cognomen habente à* Cultura, *vulgo de* la Couture. *Dies ejus eſt.* XXV Novembris.

S. Saturnini, Epiſcopi & Martyris, conſecratio baſilicæ Toloſæ, facta ab Urbano II Pontifice, *celebratur hoc die, teſtante Sauſſayo: poterit ejus rei fieri mentio ad Vitam* S. Saturnini XXIX Novembris. F

Fugatius & Damianus, à S. Eleutherio Papa miſſi in Britanniam, *cum illo relati à Wilſono in Martyrologio Anglicano anni 1608, in quo recuſo ad* XXIII *Maji inſeruntur. Verum neutro die reperimus ullam eorum mentionem in aliis Faſtis. Quia vero miſſi dicuntur ad S. Lucium Regem, poterit de iis agi ad hujus Vitam,* III Decembris.

Emerita, ſoror S. Lucii Regis, fratrem Euangelii prædicationi intentum ſecuta, *memoratur in Menologio Scotico Dempſteri. Hanc poſtridie S. Lucii coli tradit ex Breviario antiquo Curienſi Murerus, id eſt,* IV Decembris.

DE SANCTO ALPHÆO

PATRE SS. MATTHÆI ET JACOBI APOSTOLORUM.

D.P. *CAPHARNAI IN GALILÆA.*

Ejus genus, conditio, patria, & cultus apud Græcos.

XXVI MAII.

Hi duo Apoſtoli fratres dicti,

PRimo hujus menſis die tres Jacobos *Apoſtolos diſtinxit Magiſter noſter Henſchenius, tum aliis adjunctis pluribus, tum etiam cognominibus diverſos; quorum unus,* Frater Domini *dictus, patrem habuerit* Cleopham; *alter,* Frater Joannis, *fuerit filius* Zebedæi; *tertius denique,* Alphæi *cognominetur, ab Alphæo genitore, à quo etiam progenitus ſit Apoſtolus & Euangeliſta* Matthęus, *dicente Marco,* vidit Levi filium Alphæi, ſedentem in Telonio: *quod ſequuntur Theodoretus Epiſcopus Cypri & Ioannes Chryſoſtomus, ibidem nu. 2 allegati ab Henſchenio, Græcorumque Synaxaria ad* IX *Octobris, quo* Jacobum; *&* XVI *Novembris, quo celebrant* Matthæum. *Conſentit his libellus de Apoſtolis & Diſcipulis Domini, nobis ex Vaticano ſine auctoris nomine deſcriptus, à multis paſſim, ſed falſo, attributus Hippolyto Martyri, de* Matthæo *quidem, ut ſeniore, ſic ſcribens* Ματθαῖος ὁ καὶ Λευὶς, καὶ ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ Ἀλφαίου Matthæus, qui & Levis, frater Jacobi filii Alphæi: *deinde de* Jacobo, *ut juniore,* Ἰάκωβος Ἀλφαίου ὁ καὶ ἀδελφὸς Μαθθαίου· ἀμφότεροι γὰρ τὸν Ἀλφαῖον ἔσχον πατέρα. Jacobus Alphæi, qui & frater Matthæi: ambo enim patrem habuerunt Alphæum. *Hinc Theodoretus ambos* Capharnaitas, *Chryſoſtomus ambos* Publicanos *facit; quod utrumque eorum patri* Alphæo *veroſimiliter etiam competit.*

patre Alphæo publicano Capharnaï:

B

2 *Hunc autem Sanctis adſcriptum invenio (& quidem cum titulo* Apoſtoli, *omnibus Chriſti, imo & Apoſtolorum diſcipulis apud Græcos communi) primum in Synaxariis Claromontano & Chiffletiano, deinde in Menæis excuſis. Et hæc quidem ad* XXVI *Maji hoc ſolum habent* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἀλφαίου. Eadem die S. Apoſtoli Alphæi, *Claromontanum addit,* ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου κατὰ τῶν υἱῶν αὐτοῦ. *Verum puto intercidiſſe verba quædam, locumque ſic integre legendum eſſe:* τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἀλφαίου, [παρὰ τῶν Ἀποστόλων Μαθθαίου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ καὶ Ἰακώβου τοῦ] ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου. Apoſtoli Alphæi [patris Apoſtolorum Matthæi Euangeliſtæ, & Jacobi] fratris Domini. *Sed ita auctorem ſua memoria fefellerit: duos* Jacobos *confundendo, vel alterum ſumendo pro altero. Chiffletianum Synaxarium (in hoc Menæis accuratius, quod ſingulis Sanctis, abſque ulla fere exceptione, Diſtichon unum accinendum præſcribat, ſæpe in Menæis neglectum) cum dixiſſet die præcedenti* XX *Maji,* ὁ Ἅγιος Ἀπόστολος Ἀλφαῖος ἐν εἰρήνῃ πελειῶτωι. S. Apoſtolus Alphæus in pace requieſcit: *hos verſus ſubjungit.*

Hujus cultus in Synaxariis Græcis,

C

Θεῷ λόγῳ τὸ θεῖον Ἀλφαίου σῶμα
Τάφος καλύπτει, πικρὸν ἐγχανὼν σῶμα.
Verbi divini divinum os Alphæum,
Os triſte pandens, humo condit ſepulcrum.

3 *Iſta ne de alio* Alphæo, *quam prædictorum Apoſtolorum patre, intelligantur, facit primum uſus Græcorum,* Apoſtolorum *nomine in ampliori ſua ſignificatione eos ſolos dignantium, quos in Euangeliis Chriſti vel Epiſtolis Apoſtolorum inveniunt nominatos: alius autem nullus ibi nominatur* Alphæus. *Idem ſuadet in Claromontano addita memoria* filiorum, *licet ſuppreſſis vel male expreſſis eorum nominibus. Quia vero is dicitur* requieviſſe in pace, *verſimile ſit, haud multis poſt Chriſti mortẽ diviſionemq; Apoſtolorũ annis fuiſſe ſuperſtitẽ, nec perſecutionis à Gentilibus illata tempora attigiſſe. Supervixiſſe autem Chriſto* Alphęũ, *ejuſque fidem prædicaſſe (puta in Capharnao locisque vicinis ad mare Galilææ ſeu lacum Genezareth) nemo quidem vetuſtiorum ſcriptorum dixit; id tamen ex aliqua Orientalium traditione debuerunt Græci habuiſſe. Etenim* Apoſtolum *vocant, & colunt ut* Sanctum, *non item* Zebedæum, patrem Joannis & Jacobi. *Hunc vero cum nemo dubitaverit in Chriſtum credidiſſe, conſiderans quam facile ad unam Chriſti vocem paſſus ſit filios à ſe diſcedere; neſcio quæ alia fingi poſſit diverſitatis iſtius cauſa, quam quod Zebedæus mortuus erat ante Chriſtum, ideoque non potuit collaborare Euangelio, & mereri* Apoſtoli *nomen.*

cum titulo Apoſtoli, ut videatur Chriſto ſupervixiſſe,

non item Zebedæus pater Ioannis & Iacobi.

E

4 *Hoc porro ulterius videtur poſſe probari ex uxore, Chriſtum filioſque ſequente, uti patet ex Matthæi* XXVII, *ubi verſu* LVI, *inter* mulieres, quæ ſecutæ erant Jeſum à Galilæa, miniſtrantes ei, *nominatur* Mater filiorum Zebedæi: *neque enim vivente marito Chriſtum ſequi convenienter poſſet; ſicuti nec Apoſtolorum quiſquam vivente uxore vocatus ad ejuſdem ſequelam legitur; nolente ſcilicet in hoc Chriſto obloquii cauſam præbere Iudæis, quaſi minus obſervaret legem de non ſolvendo matrimonio à ſe latam; quamvis aliàs indicaſſet futurum, ut aliqui propter regnum cælorum, non ſolum patrem & matrem, fratres & ſorores, ſed etiam uxores dimitterent: quod ultimum ex Apoſtolorum doctrina ſic intellexit Eccleſia, ut fieri non poſſet, niſi vel uxor conſentiret, vel adultera inveniretur, vel nollet viro ad fidem converſo abſque injuria Creatoris cohabitare. Aſt inquies,* Joanna, Uxor Chuzæ Procuratoris Herodis, *de qua* XXIV *Maji, utique maritata, evincit, ejuſmodi mulieres non univerſim fuiſſe à Chriſti ſequela & miniſterio excluſas. Reſpondeo, hujus aliam à ceteris fuiſſe conditionem, ex parte Mariti: qui ratione Officii vel aulam ſequens, vel in negotiis ſui Regis plerumque domo abſens, præſumi poteſt liberiorem reliquiſſe uxori qua vellet progrediendi poteſtatem (maxime ſi liberis illa carebat) poſt tantum acceptum beneficium, quantum erat liberatio à dæmonio vel infirmitate; quam cauſam ſequendi Chriſtum aſſignat Lucas Cap.* VIII. *Et tum quidem intra Galilæam prædicabat Chriſtus: Capite autem* XXIV, *ubi iterum illa commemoratur, potuit & altera fuiſſe Chriſtum uſque Hieroſolymas ſequendi ratio, quod iſtic cum Rege eſſet maritus ſuus. Adde quod hæc erat Matrona nobilis, quæ per multiplex quod habebat familitium, ſuæ cuicumque obligationi circa curas familiares poterat facere abunde ſatis: non item pauperis piſcatoris uxor, ſenem domi maritum habens, nec alium qui debita ejus neceſſitatibus præſtaret obſequia.*

quorũ mater Chriſtũ ſecuta eſt Vidua.

F

5 *Porro* Capharnaum, *ubi putamus aut ſemper aut præcipue* Alphæum *vixiſſe, creditur ætate Chriſti totius Galilææ Metropolis & præclari nominis emporium fuiſſe, dicente de ea Chriſto Matthæi* XI, Numquid uſque in cælum exaltaberis? *Sed impletum paulatim in ea eſt quod ſequitur,* Uſque in infernum deſcendes. *Quippe quæ uſque ad ætatem Hieronymi, ut ſcribit in libro de locis Hebraicis,* oppidum *erat; quando illam vidit S. Arculphus, apud Adamnanum de locis ſanctis lib. 2 cap. 22,* Murum *amplius non habebat. Ætate autem Brocardi, ex ordine Prædicatorum ſcriptoris, non erat niſi* viculus humilis, vix ſeptem habens caſas piſcatorum. *Has ipſas neſcio*

Patria Capharnaum olim clarũ,

A *nunc prorſus deſolata.*

neſcio an poſtea reperit ex eodem Ordine Bonifacius, libro de perenni cultu Terræ ſanctæ, aſſerens, quod eam difficile invenire poteris, quia fabulo ruinæ ejus coopertæ ſunt. *Quare pro ſigno, quo inveniri poſſit, ponit* duas palmas: *quas ſcribit Quareſmius lib.7 cap.8, peregr. 5. ibi ſolas inveniri, &* miſerabile diverſorium, in quod ſe viatores recipiunt, *multaſque ruinas. Atque hæc tanta deſolatio, veroſimiliter ſtatim cum Iudææ excidio cœpta, cauſa fuerit cur in Orientali Eccleſia & monaſteriis Paleſtinæ, ex quorum uſu habentur Menæa, tam exilia ſuperſint veſtigia cultus, olim* S.Alphæo *delati. In Synaxario Divionenſi ad hunc diem,* S. Abercius Martyr filius S.Alphæi Apoſtoli *appellatur, proinde etiam ſoror ejus* S.Helena Alphæi filia *eſſet dicenda: ſed putamus aliquem errorem ſubeſſe, idque infra plenius dicemus.*

6 *His jam prælo paratis, ab eruditiſſimo viro Claudio Caſtellano, metropolitanæ eccleſiæ D.Virginis Canonico Pariſiis, operis noſtri promovendi ſtudioſiſſimo, moneor, Eruditorum aliquos exiſtimare, quod omnis neceſſitas conſtituendi* tres Jacobos Apoſtolos, *de medio tolli poſſit, aſſerendo* Alphæi *&* Cleophæ *unam eſſe perſonam, imo & nomen idem, ſecundum variam pronuntiationem mutationemque punctorum vocalium, manentibus iiſdem litteris; quemadmodum* Cludoëchus, Clodovæus, Hludovicus Ludovicus, Lodoicus, Aloyſius *nomen unum ſunt, hodierno uſu Francis,* Clouis *&* Louys. *Equidem facile concipio, quomodo hujus Regis nomen à ſua originaria duritie, vetuſtis Francicis nominibus propria, paulatim deflexum lævigatumque fuerit; & quod ſcribenti ad ipſum Anaſtaſio Papæ II adhuc* Cludoëchus *erat; uno poſt ſeculo, cum ſcriberet Gregorius Turonenſis,* Clodovæus *aut* Hludovicus *ſit pronuntiatum, ac denique initialem conſonantem vel aſpirationem amiſerit; ſi tamen abſque illa, uti præſumitur, revera unum nomen eſt. Sed quod uno eodemque tempore, quo* Alphæi *&* Cleophæ *nomina ſcripta ſunt, non ſolum ab Euangeliſtis variis, ſed etiam ab eodem, ſcilicet Luca, unum nomen tam diverſimode enuntiatum fuerit, agre poteſt apud me fidem invenire. Quid, quod nec eædem conſonantes inveniantur? Nam juxta Syriacam verſionem* Alphæus, *ſcribitur* Chalphai, *per unam gutturalium, quales cum liquidis connecti initio alicujus ſyllabæ, (ut concipiantur aliqui pro* Chalpai *pronuntiaſſe* Chlapai) *nec Hebraicæ nec Syriacæ linguæ proprietas tolerat.* Cleophas *autem in eadem Syriaca verſione, ſcribitur per diverſiſſimam plane conſonantem,* Kleioupha. *Itaque longe tolerabilius diceretur, ſi omnino neceſſe foret unum hominem facere. quod ſicut* Levi, *etiam* Matthæus; Saulus, Paulus; Nathanael, Bartholomæus, *cognominantur; cognomento quadamtenus Græcanico libentius inter Gentes uſi, quam prænomine Hebraico; ſic etiam* Cleophas, *cognomentum ſimiliter Græcanicum* Alphæi *tulerit. Verum ſic vel non fuerit idem vocandus* Apoſtolus, *quaſi qui Chriſto mortuo cum Apoſtolis fidem prædicaverit; vel uxor ejus* Maria, *non fuerit vidua Chriſtum ſecuta: quorum utrumque libenter tenuero, ob congruentias prænotatas.*

AUCTORE D. P.

Non poteſt dici Cleophas & Alphæus idem nomen eſſe,

B

7 *Neque ſuſpicari quis velit quod* Maria, Jacobi & Joſeph mater *dicta ab uno Euangeliſtarum, alibi autem* Maria Cleophæ, *huic jam aliunde filium* Symeonem *habenti (eum qui ſecundus poſtea fuit Hieroſolymorum Epiſcopus, annis facile quatuordecim ſenior ipſo Chriſto) genuerit Apoſtolos Simonem & Iudam, ſecundus autem cum Alphæo nuptiis facta ſit* Jacobi & Joſeph mater. *Nam rationi repugnat, ut hæc apud Ioannem, à defuncto marito potius nominetur* Maria Cleophæ, *quam à poſteriori vivente* Maria Alphæi. *Maneat igitur, ut longe veroſimilius,* Alphæum, *patrem* Matthæi *&* Iacobi, *genere Caphar-naitam, neque conſanguineum neque affinem Chriſti fuiſſe: ſicut fuit* Cleophas, *natus ex ſtirpe Iuda & familia David: adeoque & patres & filios recte diſtingui à Græcis. Neque me dimovet locus Pauli ad Gal. 1, dicentis quod in ſuis iſtis initiis, de quibus agit,* Aliorum Apoſtolorum vidit neminem, niſi Petrum & Iacobum fratrē Domini, *quod non poſſit niſi de Majoribus Apoſtolis intelligi; nam & ego ſic intelligo: ſed uti* Paulum *ipſum, licet non unum ex duodecim, Majoribus adſcribo; ſic &* Iacobum fratrem Domini, *licet nec ipſe ex duodecim fuerit.*

aut mater Iacobi primo Cleopha dein Alphæi nupſiſſe.

E

DE SANCTO CARPO

EX LXXII DISCIPVLIS, EPISCOPO BEROEÆ.

SYLLOGE HISTORICA.

Elogia ex Græcis, Epiſcopatus, Laureola: an idem qui Cretenſis Presbyter, à Dionyſio ad Demophilum laudatus?

D. P.

SEC. 1

Mentio S. Carpi apud S.Paulum:

TRoas, *regio eſt Aſiæ, contigua Myſiæ & Phrygiæ, cujus caput olim fuit Ilium & Troia Poëtarum fabulis decantatiſſima. In hac poſtea ab Alexandro Magno* Troas *urbs conſtructa eſt, paucis milliaribus à veteris Troiæ ruderibus in Auſtrum, in ora littorali maris Ægæi; dein Epiſcopali Sede exornata ſub Archiepiſcopo Cyziceno. Vrbis ejus meminit S.Paulus Apoſtolus Epiſtola Secunda ad Timotheum capite quarto, ubi verſu* XIII *iſta huic indicat:* Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maxime autem membranas. *Qui ibi indicatur* Carpus, *in magna veneratione eſt apud Orientales ad hunc* XXVI *Maji: quo die in Martyrologio Arabo-Ægyptiaco (quod nobis Latinum fecit Gratia Simonius, collegii Maronitarum Romæ olim alumnus) celebratur* memoria S.Carpi Diſcipuli. *Verum in pervetuſto Ms. Menologio Græco, ex bibliotheca Friderici Lindebrogii accepto, appellatur* Sanctus Apoſtolus Car-

memoria in faſtis,

Elogium e Menologio Baſilii Imp.

pus, *uti etiam in Typico Hieroſolymitano S. Sabæ.*

2 *In Menologio Baſilii Porphyrogennetæ Imperatoris de eo texitur elogium, quod Græcum habes cum reliquo menſe Majo poſt primum hujus menſis tomum, Latine autem ſic ſonat:* Fuit hic inter ſeptuaginta Diſcipulos & Apoſtolos ab ipſomet Chriſto annumeratus: qui Magno Paulo in prædicatione miniſtrans, ſacraſque ipſius epiſtolas ad illos, quibus eas mittebat, deferens, multos ex Ethnicis ad Chriſti fidem adduxit: ac fulgore Paracleti habens mentem illuſtratam, tamquam cæleſte ſidus ab Oriente exurgens, univerſum terrarum orbem divinis illuminavit documentis. Porro cum magna quotidie miracula patraret, & iniquiſſimos ſpiritus ejiceret, imo urbes & populos ad Chriſti fidem traduceret; multas ab infidelibus ærumnas illatas ſuſtulit. Verum virili animo cujuſcumque certaminis potitus felici ſucceſſu, Principum iratum animum non formidavit. Quapropter cum Deum in ſuis membris glorificaſſet, ab ipſo eſt glorioſe magnificatus; atque in pace decedens, in Dei manus

ubi dicitur in pace deceſſiſſe.

AUCTORE D. P.

tradidit ſpiritum. *Hæc ibi: quibus ſimilia, de vita & obitu in pace, referuntur in Menæis excuſis.*

aliud ex Ms. Synaxario,

3 *Sed in Synaxario pervetuſto Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ſpectat ad Collegium Claromontanum Societatis Ieſu Pariſiis,* Epiſcopus & Martyr *habetur: cujus Elogium, licet ſub initium fere idem ſit, hic repetimus; & primo quidem ſicut Græce legitur:* Οὗτος ὁ τοῦ Κυρίου Ἀπόστολος, τοῖς ἑβδομήκοντα Μαθηταῖς καὶ Ἀποστόλοις ὑπὸ τοῦ Κυρίου συναριθμηθείς, καὶ τῷ μεγάλῳ Παύλῳ διακονῶν ἐν τῷ κηρύγματι, καὶ τὰς θείας αὐτοῦ ἐπιστολὰς τοῖς θεοῖς ὃν ἐπέμποντο διαπορθμεύων, πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων τὴν τριάδα σέβειν ἐδίδαξε· ὅθεν καὶ θείᾳ ἐλλάμψει τοῦ παρακλήτου καταυγασθεὶς τὴν διάνοιαν, ὥσπερ ἄδυτος ἀκτὶς ἐξ ἀνατολῶν ὁρμήσας, πᾶσαν τὴν οἰκεμένην τῆς θείας αὐτοῦ διδασκαλίας κατεφώτισε, θαυμάσια μέγιστα καθεκάστην τελῶν. Ὕστερον οὖν τοῦ μεγάλου διδασκάλου καὶ κήρυκος τῆς ἀληθείας Ἐπίσκοπος ἐν Θράκῃ Βεροίας χειροτονήθη, ὅθεν τοὺς Ἰουδαίους ἐλέγξας, καὶ διδάξας ὅτι ὁ παρ' αὐτῶν σταυρωθεὶς Χριστὸς θεός ἐστιν ἀληθινὸς καὶ ποιητὴς τῶν ἁπάντων, θυμῷ συσχεθέντες ὑπ' αὐτῶν ὠμῶς καὶ ἀνιλεῶς ἀνῃρέθη, παραδοὺς τὴν ἁγίαν αὐτοῦ ψυχὴν εἰς χεῖρας κυρίου, θαυματουργῶν καθεκάστην ἐν τοῖς αὐτοῦ λειψάνοις, πάσῃ παντοίᾳ καθαίρων, καὶ ἀκαθάρτα πνεύματα ἀποδιώκων. *Hæc ibi, quæ Latine ſic ſonant:* Hic Apoſtolus Domini, ſeptuaginta diſcipulis & Apoſtolis ab ipſo Domino adſcriptus, & Magno Paulo in prædicatione ſubſerviens, ſacras ejus epiſtolas ad eos quibus miſſæ erant deportavit: ac ſimul multos Paganorum ſanctiſsimam Trinitatem venerari docuit. Proinde velut divina luce perfuſus, & mente à Spiritu ſancto illuſtratus, velut ſidus numquam occidens, in Oriente exortum, totum mundum cæleſti doctrina illuminavit, & in ſingulos dies maxima miracula patravit. Tandem à magno doctore & præcone veritatis Epiſcopus urbis Berœæ in Thracia ordinatur. Unde cum Iudæos argueret, & doceret, Chriſtum, ab illis

ubi dicitur Martyr obiiſſe,

cruci affixum, eſſe verum Deum & univerſorum Creatorem; ab iis furore commotis, & nulla miſericordia uſis, crudeliter occiſus, tradidit ſanctam animam ſuam in manus Domini. Per cujus Reliquias quotidie miracula patrantur, omniſque generis morbi curantur, & impuri ſpiritus fugantur.

4 *Aliquanto amplius videtur extundi poſſe ex Diſtichо, quod pro more ante Elogium ponitur, & eſt hujuſmodi, cum alluſione ad nomen, dum acuitur in fine* fructum *ſignificante.*

Martyr etiam videtur in Officio haberi,

C Καρπῷ ἐνέγκων καρπὸς δεκτὸς Κυρίῳ,
Φέρει καθορᾶν τὴν τελευτὴν ὡς τρύγην.
Carpus placentes offerens fructus Deo,
Mortis deſpectum tritici portat loco.

Plus etiam quadamtenus aſſerit Sticharium ſimilare tertium ante Canonem, ſic ſonans: Θυσίαν ἀναίμακτον Θεῷ θύων, τελεώτατα ὑπὲρ αὐτοῦ Μάρτυς τέθυσας καὶ θεοσήνεξας νοητῇ τραπέζῃ θύμα εὐωδέστατον. Incruentum ſacrificium Deo immolans, pro eodem immolatus es ipſe perfectus Martyr, in odorem ſuaviſſimum divinæ oblatus menſæ.

5 *Vrbs ejus Epiſcopalis,* Βεροία *Græce ſcripta, quæ in Menæis poſt elogium de S. Carpo in Stropha tertia Odes* VII Βερροία *ſcribitur, dicituruque eum* Epiſcopum optimũ à Domino ſortita, habuiſſe diligentẽ in omnibus Epiſcopalibus exercitiis. *In Synopſi Septuaginta diſcipulorum, quæ S. Dorotheo Epiſcopo & Martyri affingitur,* quinquageſimus octavus eſt Carpus, cujus recordatur Paulus, *& hic, inquit auctor,* Berhoeæ, quæ in Thracia eſt, Epiſcopus fuit. *In alio Catalogo ſub Hippolyti nomine citari ſolito,* 62 *loco eſt* Carpus Epiſcopus Βιρρύας τῆς Θρᾴκης. *An* Birrhya, *quæ aliis* Byſia, *urbs Epiſcopalis Thraciæ Mediterraneæ ſub Heraclea metropoli in provincia Europa? In antiquæ Graciæ Macedoniæ, à Ianſonio parte 5 Atlantis edita, pag. 35 tres urbes* Berrhoeæ *indicantur*: prima in Syria, altera in Emathia provincia Macedoniæ, tertia in Thracia ſive Mœſia: *illa ſcilicet quæ ab Irene Imperatrice Irenopolis eſt dicta. Adverti etiam provinciam Macedoniæ Theſſalonicenſem, Thraciæ proximam, ſubinde huic à poſterioribus adſcribi, ubi* Beroea, *celebris peregrinatione & prædicatione S. Pauli, memoratur Actorum cap.* XVII, *eaque poſtmodum Epiſcopali dignitate ornata fuit ſub Archiepiſcopatu Theſſalonicenſi.*

D *an in Macedonia antiqua ſita.*

6 *At major difficultas eſt in martyrio illi adſcribendo, cum in elogio Baſilii Imperatoris dicatur* τελειωθεὶς ἐν εἰρήνῃ; in pace deceſſiſſe; *in Menæis vero excuſis* ἀναπαυσάμενον τὸν γλυκύτατον ὕπνον, dulciſsimo Somno requieviſſe. *S. Ioſeph Hymnographus Canonem hoc die recitandum compoſuit ſub hac acroſtichi:*

Τὸν κλεινὸν αἰνῶ Κάρπον ἐνθέῳ πόθῳ. ΙΩΣΗΦ.
Divino amore nobilem Carpum cano. IOSEPH.

In hoc Canone cum undique acceſſantur encomiorum ac laudum tituli, à fervore prædicationis, illuſtratione ſpiritus, multiplicitate fructus relati, &c. non fit expreſſa mentio martyrii: dicitur tamen Strophe III *Odes* II

& in Canone Ioſephi Hymnographi.

Ἵνα, Κάρπε, τὸ σωτήριον κήρυγμα τῇ κτίσει, ὡς Ἱεράρχης θεόληπτος, καταγγείλῃς, πολλὰς ὑπέσης διωγμὰς καὶ θλίψεις, ἔνδοξε. Ut ſalutarem prædicationem creaturæ annuntiares, o glorioſe Carpe, multas perſecutiones & tribulationes ſuſtinuiſti: *& Odes* VII *Strophe* II, Θυμὸν Ἀρχόντων, Σοφὲ, μὴ δειλιάσας ὅλως, συντόμως ἐχώρεις πρὸς ἀθλήσεως ἐπίτονα σκάμματα. Indignationem Præſidum nihil omnino reformidans, ô Sapiens, ſine mora cucurriſti ad ſtadium certaminis. *Denique Odes* IX *Strophe* III *laudatur* S. Carpus, *ut* Συνόμιλος τῶν Ἀγγέλων, Ἀποστόλων, καὶ Μαρτύρων, θαυμασιῶς ἐν εὐσεβείᾳ τελειωθέντων, Socius Angelorum, Apoſtolorum, & Martyrum, in pietatis cultu mirabiliter conſummatorum. *Quæ omnia cum nihil certæ notitiæ adferant, & expreſſionis ſignificationis abſtinentia magnum pro negativa præjudicium fundet, in præſenti caſu; arbitrio Lectoris dimittimus, velitne Confeſſorem an Martyrem credere* S. Carpum.

E

7 *In Epiſtola ad Demophilum, octavâ inter eas quæ S. Dionyſio Areopagitæ tribuuntur, nominatur* Carpus Presbyter, ad quem in Creta divertit Dionyſius. *Hunc S. Maximus in ſcholiis ſuper ipſam Epiſtolam, noſterque Corderius in Annotationibus, & Raderus lib.* 3 *Viridarii, faciunt eumdem cum ipſo de quo agimus, Pauli Diſcipulo: Benedictus vero Iuſtinianus in Pauli epiſtolam* II *ad Timotheum diverſos cenſet: quod tanto certius tenebitur, quanto veroſimilius fuerit quod ejuſmodi Epiſtolæ non ſint Dionyſii Areopagitæ, ſed alterius longe poſterioris Dionyſii. Vt autem ipſius Areopagitæ eſſent, titulus* Presbyteri *&* Cretenſe domicilium *ſufficere videntur, ne Carpus iſte Apoſtolus fuiſſe credatur, in prædicatione Euangelii quaquaverſum Pauli more vel cum ipſomet Paulo oberrans, qui Troade primum ac deinde Berœæ conſedit. Quia tamen multa ædificationis eſt ea quæ à Dionyſio qualicumque narratur viſio Carpi Cretenſis, quiſquis demum hic fuerit, lubens eam ex Corderii noſtri verſione tranſcripſero.*

Melius diſtinguetur à Presbytero Cretenſi,

F

8 Cum aliquando in Cretam veniſſem, S. Carpus me hoſpitio accepit, vir ſi quis alius, ob inſignem mentis puritatem, ad Dei contemplationem aptiſſimus: neque enim ſacros myſteriorum ritus auſpicabatur, niſi prius ipſi inter præparatorias orationes ſacra quædam & propitia viſio apparuiſſet. Ipſum ergo (uti referebat) infidelis quiſpiam contriſtaverat aliquando, triſtitiæque cauſa erat, quod ille ab eccleſia quemdam ad infidelitatis errorem ſeduxiſſet, cum adhuc celebritatis, quæ ab Hilaritate nomẽ accepit, dies agerentur. Cum autẽ pro utriſque benevole Deus fuiſſet exorandus, ut auxilio ſalutari alterum quidem ab errore converteret, alterum vero bo-

de quo Dionyſius ep. 8 *narrat,*

& Epiſcopus Beroeæ, urbis Thraciæ,

D bonitate ſuperaret; neque deſiſtendum fuiſſet ab eorum per totam vitam admonitione, donec tandem ad divinam cognitionem promoverentur; tumque demum illis quæ ambigua videbantur & obſcura pateſcerent, & ab iis quæ præter rationem temerarie commiſerant reſipiſcere legitima veritate cogerentur; neſcio quo pacto, cum id illi antea numquam eveniſſet, tum vehementi quadam indignatione & amaritudine concepta obdormierat: veſper enim erat. Circa mediam vero noctem, quo tempore ad divinos hymnos evigilare conſueverat, experrectus quidem ſurgit, cum ſomnos parum quietos, crebroque interruptos nec abſque perturbatione cepiſſet: ſtans tamen ad divina colloquia non ſatis religioſe triſtabatur, graviterque ferebat; iniquum eſſe dicens, impios adhuc homines rectaſque Domini vias pervertentes vivere. Et hæc dicens, precabatur Deum, ut ſemel amborum vitam fulgetro quopiam immiſericorditer abrumperet. His dictis repente ſe vidiſſe referebat, *quod offenſus duobus infidelibus,* domum in qua conſiſtebat primum conquaſſatam à ſummo vertice, bifariamque diviſam; & quemdam B ante ſe ingentis luminis rogum; eumque (ſub dio enim jam locus ille videbatur) è cælo ad ſe uſque delatum: cælum autem ipſum apertum, & in cæli cardine Jeſum, innumeris illi humana ſpecie Angelis adſtantibus. Atque iſta quidem ſurſum conſpexiſſe, miratumq; fuiſſe: porro deorſum reſpectando Carpus ſe vidiſſe aſſerebat, ipſum quoque pavimentum inſtar vaſtæ cujuſdam tenebricoſiſſimæque voraginis diffiſſum, illoſque viros (quos diris devoverat) ante ſe ad os voraginis trementes ſtare ac miſerabiles, tamquam jam jamque præ pedum lubricitate collapſuros: inferne autem è voragine ſerpentes emergere cernebat, circa tam labiles illorum pedes, modo quidem in gyrum actos, & implicitos ſimul pertrahentes, modo quoque dentibus & caudis incendentes ac demulcentes, omnibuſque modis eos in voraginem præcipites dare molientes: fuiſſe autem & viros quoſdam in medio, qui adverſus eos una cum ſerpentibus impetum facerent, exagitando una & impellendo atque feriendo: viſos autem eſſe viros illos lapſui appropinquare, partim quidem invitos, partim vero ſponte, à malo ita ſenſim coactos, & ſimul perſuaſos. EX VARIIS.

iiſq; vindictam imprecans,

9 Referebat autem Carpus ſe, dum inferiora reſpiceret, fuiſſe delectatum, ſuperiora negligendo. Cum vero graviter & indigne ferret illos necdum cecidiſſe, atque ad hanc rem ſæpe fruſtra incubuiſſet, indignatum iis & imprecatum eſſe. Et cum, vix tandem revocatis ad ſuperna luminibus, vidiſſet quidem denuo, ſicut prius, cælum, Jeſum vero miſeratum quod fiebat, deſuper cæleſti throno deſcendiſſe; atque ad ipſos accedentem, benignam iis manum porexiſſe; Angeloſque una opem conferentes, alterum virorum exaltera parte retinuiſſe; Jeſumque ipſi Carpo dixiſſe, Manu jam extenſa percute me, ſiquidem adhuc paratus ſum denuo pro hominibus ſalvandis pati, illudque libentiſſime, ne demum alii homines pecent. Ceterum conſidera, num tibi expediat hanc iſtiuſmodi hiatus & cum ſerpentibus manſionem, Dei ac bonorum clementiſſimorumque Angelorum conſortio præferre. Hæc ſunt quæ ego cum audiverim, vera eſſe credo. *S. Maximus in ſuis ad hanc Epiſtolam Scholiis notat,* Idololatris dies fuiſſe, quos Hilarios vocabant; eoſque vel privatos, ut cum quis uxorem duxerat; vel publicos, ut cum Rex inauguratus erat: per quos dies nemini licebat quidquam lugubre E geſtare, ſed ſpectacula ſacrificiaque celebrabantur. *Addit Corderius ex Macrobio, quod* Hilaria antiqui diem æquinoctii verni appellabant. *Sed quid hæc ad Chriſtianos? Suſpicor ergo etiam hoſ ſuos habuiſſe* Hilarios dies, *octo ſcilicet poſt ſuſceptum baptiſmum, quibus albati incedebant in ſignum lætitiæ, & intra quos neophytum illum à fide recens ſuſcepta abſtractum, tam egre ferebat* Carpus *iſte, dignus fortaſſis poſtea factus qui etiam ipſe inter Sanctos commemoretur.*

viderit quaſi lapſuros in ignē,

quibus imagenum porrigebat Chriſtus.

tempus Hilariorum.

DE SANCTO QVADRATO

EPISCOPO ATHENIENSI, SCRIPTORE ECCLESIASTICO.

SYLLOGE HISTORICA.

De ejus doctrina, Epiſcopatu, confeſſione, cultu; diſtinguendisque ab eo Magneſienſi & Philadelphienſi ejuſdem nominis Epiſcopis.

CIRCA AN. CXX. *Illuſtris prophetiæ gratiâ,*

Prima eaque antiquiſſima S. Quadrati *memoria extat apud Euſebium in ejus Hiſtoria Eccleſiaſtica: qui libro tertio, cum capite 36 egiſſet de S. Ignatii Epiſcopi Antiocheni martyrio & epiſtolis, capite ſequenti 37 iſta ſcribit:* Eâdem tempeſtate, *ſub Trajano imperatore,* floruit etiam Quadratus: qui cum Philippi filiabus prophetica gratia illuſtris fuiſſe commemoratur. Præter hos alii quoque complures eodem tempore viguerunt, inter Apoſtolorum ſucceſſores principem obtinentes locum. Qui, utpote diſcipuli tantorum virorum admirabiles plane ac divini, Eccleſias quarum fundamenta variis in locis Apoſtoli prius jecerant, ædificando perfecerunt: prædicationem Euangelii magis ac magis promoventes, & ſalutaria regni cæleſtis ſemina per univerſum terrarum orbem late ſpargentes. Siquidem plerique ex illius temporis diſcipulis, quorum animos ardentioris philoſophiæ deſiderio verbum divinum incenderat, Servatoris noſtri præceptum jam ante expleverant, diviſis inter egentes facultatibus ſuis. Deinde relicta patria peregre proficiſcentes, munus obibant Euangeliſtarum; iis, qui fidei ſermonem nondum audiviſſent, Chriſtum prædicare & ſacrorum Euangeliorum libros tradere ſatagentes. *Hæc ibi ſtudioſius quæ num ad* S. Quadratum *etiam ſpectent, ex infradicendis conſtabit. De filiabus Philippi nonnulla jam diximus ad Vitam S. Philippi Apoſtoli* 1 *Maii. Acta S. Ignatii dedimus* 1 *die Februarii. At Trajanus mortuus eſt* x *Auguſti anni* CXVII. G. H.

2 *Idem Euſebius lib.* 4 *cap.* 3 *iſta de ipſo* S. Quadrato *iterum.* Cum Trajanus per viginti annos demptis ſex menſibus Principatum tenuiſſet, Ælius Hadrianus ſuſcepit Imperium. Huic Quadratus obtulit Orationem, quam pro defenſione Religionis noſtræ idcirco conſcripſerat, quod quidam malevoli homines, vexare noſtros atque inceſſere conabantur. Extat hodieque apud pleroſque ex Fratribus hæc oratio, quam

orationem apologeticã offert Hadriano Impo.

AUCTORE G. H.

nos etiam habemus: ex qua & ingenium ejus viri & rectam Apoſtolicæ fidei doctrinam perſpicue licet cognoſcere. Porro idem Scriptor ſuam ipſius antiquitatem ſatis declarat his verbis: Servatoris autem, inquit, noſtri opera ſemper conſpicua erant, quippe quæ vera eſſent: ii ſcilicet qui morbis liberati, aut qui ex morte ad vitam revocati fuerant. Qui quidem non ſolam dum ſanabantur, aut dum ad vitam revocabantur, conſpecti ſunt ab omnibus, ſed ſecuto deinceps tempore. Nec ſolum quamdiu in terris moratus eſt Servator noſter, verum etiam poſt ejus diſceſſum diu ſuperſtites fuerunt: adeo ut nonnulli eorum etiam ad noſtra uſque tempora pervenerint. Hæc de Quadrato. *Ita Euſebius, quem deſcribit Georgius Syncellus in Chronographia, ambo abſque mentione ullius Epiſcopalis dignitatis: & præter relatum fragmentum nihil de dicta Oratione Apologetica S. Quadrati reperitur.*

3 *Denique idem Euſebius lib. 4 ſuæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ late proſequitur, quæ ſub M. Aurelio Antonino è L. Ælio Vero, ab anno* CLX, *ad annum* CLXXX *imperantibus, contigerunt, & cap. 23 iſta habet:* Primum quidem de Dionyſio dicendum eſt, qui Corinthiorum Eccleſiæ Epiſcopatum geſſit..... & ad diverſas Eccleſias, varias Epiſtolas ſcripſit..... Harum altera eſt ad Athenienſes ſcripta, excitans ad fidem & ad vitam ex præcepto Euangelii traducendam. Qua in re negligentiam arguit Athenienſium: quippe qui à fide propemodum deſciviſſent, ex quo Publius eorum Epiſcopus in perſecutionibus tunc temporis excitatis martyrium ſubierat. Meminit etiam Quadrati, qui poſt martyrium Publii Epiſcopus Athenienſium eſt conſtitutus, ejuſque labore & induſtria cives denuo in Eccleſiam conveniſſe, & redivivum fidei ardorem in illis reparatum eſſe teſtatur. *Hæc ibi de* S. Dionyſio, *cujus reliqua Acta dedimus* VIII *Aprilis, uti* S. Publii *Epiſcopi & Martyris* XXI *Ianuarii.*

B

Epiſcopus Athenienſis fidei ardorẽ renovat:

4 *S. Hieronymus hactenus dicta de uno eodemque Quadrato intelligenda aſſerit: idque potuit ſcire ex Tabulis Eccleſiæ Athenienſis. Nam Epiſtola* 84 *ad Magnum Oratorem Romanum, rationem reddit, quare ſubinde ſecularium litterarum exempla adferat; & quorum exemplo id faciat, late oſtendit.* Curram, *inquit*, per ſingulos. Quadratus, Apoſtolorum diſcipulus, & Athenienſis Pontifex Eccleſiæ, nonne Adriano Principi, Eleuſinæ ſacra inviſenti, librum pro noſtra religione tradidit; & tantæ admirationi omnibus fuit, ut perſecutionem graviſſimam illius excellens ſedaret ingenium? *Idem eadem confirmat libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 19 *his verbis:* Quadratus, Apoſtolorum diſcipulus, Publio Athenarum Epiſcopo ob Chriſti fidem martyrio coronato, in locum ejus ſubſtituitur: & Eccleſiam grandi terrore diſperſam fide & induſtria ſua congregat. Cumque Hadrianus Athenis exegiſſet hiemem, inviſens Eleuſina; & omnibus pene Græciæ ſacris initiatus, dediſſet occaſionem his, qui Chriſtianos oderant, abſque præcepto Imperatoris vexare credentes; porrexit ei librum, pro religione noſtra compoſitum, valde utilem, plenumque rationis & fidei, & Apoſtolica doctrina dignum: in quo & antiquitatem ſuæ ætatis oſtendens, ait plurimos à ſe viſos, qui ſub Domino variis in Judæa oppreſſi calamitatibus ſanati fuerant, & qui à mortuis reſurrexerant. *Hæc S. Hieronymus, à quo indicata Eleuſina ſacra, in Honorem Cereris ob acceptas fruges celebrari ſolita, ab Eleuſine oppido Attica dicta fuerunt. Ex Hieronymo Honorius Auguſtodunenſis libro de Scriptoribus cap.* 20 *hæc excerpſit:* Quadratus, Apoſtolorum diſcipulus, Athenarum Epiſcopus, ſcripſit librum pro Chriſtiana religione, valde utilem, Apoſtolica doctrina dignum.

perſecutionem ſedat:

C

vidit à Chriſto ſanatos & reſuſcitatos.

5 *Hujus porro ſancti Epiſcopi ſacra memoria inſcripta eſt paſſim Martyrologiis manu exaratis & prælo cuſis ad præſentem diem* XXVI *Maji, in quibus Ado iſta habet:* Apud Athenas B. Quadrati Epiſcopi, diſcipuli Apoſtolorum. *Iiſdem verbis relatis iſta Vſuardus addit:* Qui perſecutione Hadriani Eccleſiam, grandi terrore diſperſam, fide & induſtria ſua congregavit. Etiam librum pro Chriſtianæ religionis defenſione edidit, plenum fidei, & Apoſtolica doctrina dignum. *Quæ etiam in hodierno Martyrologio leguntur, additurque eum* Imperarori dictum librum porrexiſſe. *Plura ex S. Hieronymo deſcripſit Notkerus; ſecuti recentiores. At qui Martyrologium ſub mentito Bedæ nomine edidit, iſta ſingularia habet:* Apud Athenas B. Quadrati Epiſcopi, diſcipuli Apoſtolorum. Hic firmavit, ut nulla eſca à Chriſtianis repudiaretur, quæ rationalis & humana eſt: *quod S. Eleutherio Papæ adſcribunt Catalogi.*

D

Memoria in Martyrologiis.

6 *Demum Petrus Halloix, ſeculo primo Antiquorum Patrum & Scriptorum inſeruit ſatis longam Vitam* S. Quadrati, *in ſeptem capita eam diſtinguens, ſub hiſce titulis;* Caput I. Patria, ætas, educatio, ſtudia. Caput II. Provectio ad ſacros honores, & in eorum functione primi labores. Caput III. Acceſſus ad urbem Athenas, & oneris Epiſcopalis ſuſceptio. Caput IV. Pro Chriſtianis, quos Gentilium vexabat perſecutio, librum Hadriano Imperatori offert, & pacem Eccleſiis impetrat. Caput V. Poſtremi labores, & dignus vita anteacta exceſſus, & poſt mortem honores. Caput VI. Scripta ejus & fragmentum unicum. *Hæc late deducuntur, ſumpto fere fundamento ex iis quæ nos ex antiquis Scriptoribus protulimus: proinde lectorem, qui ſimilibus amplificationibus delectatur, ad præfatum librum remittimus: ubi & reperiet longas notationes. Vltimo Capite* VII *ex Menæis Græcorum proponitur* martyrium S. Quadrati, *quaſi eſſet iſtius de quo hic agimus: & illud elogium ex die* XXI *Septembris adducitur:* Eâdem die memoria S. Quadrati Apoſtoli. Hic vir antiquus & multiſcius Athenis atque Magneſiæ Domini Verbum annuntiavit, multoſque ſuis illuſtratos documentis ad lucem cognitionis Dei adduxit. Unde & Athenis procul à grege ſuo perſecutorum injuria depellitur, dein prius ſaxis appetitus, & igne probatus, pœniſque aliis, tandem ſub Ælio Hadriano Martyrii palmam reportat.

Vita ab Halloix amplificata omittitur.

E

Perperam Martyr & Magneſiæ Apoſtolus habetur:

7 *Verum ea ad alium pertinent* Quadratum: *cujus Acta martyrii in antiquo Menologio Baſilii Porphyrogennetæ Imperatoris ita referuntur ad dictum* XXI *Septembris.* Eâdem die certamen Sancti Hiero-Martyris & Apoſtoli Quadrati, Epiſcopi Magneſiæ, & ſociorum ejus. Quadratus divinus Hiero-Martyr, Apoſtolus Chriſti & Epiſcopus Magneſiæ, floruit Decio & Valeriano Imperatoribus. Hic cum audiſſet Decium Cæſareæ commorari, profectus Magneſia Nicomediam, ut conventos à ſe, qui in vinculis eſſent, Sanctos adhortaretur ad ſubeundum egregia animi alacritate pro Chriſti nomine martyrium, cognoſcitur Chriſtianus à Nicomediæ Proconſule: ad cujus tribunal productus cum reliquis Martyribus, cum primus idolorum impoſturas coarguceret, ceteris graviſſime cæſis, atque iterum in carcerem detruſis, Cæſaream ad Decium adducitur. A quo cum nulla arte poſſet adduci, ut Chriſtum abjuraret, per varia tormenta quæſtioni ſubjectus, atque ab omnibus divino beneficio ereptus, tandem in caminum injicitur vehementer accenſum: ſed & inde incolumis egreſſus, capitis damnatus morte occubuit. *Hactenus Menologium Baſilii Imperatoris, ex tranſlatione Petri Arcudii & editione Vghelli Tomo* 6 *Italiæ ſacræ, ſed perperam ad diem* XX *Septembris collocatum, propter errorem inceptum ad diem* XVI *Septembris, qui in autographo Græco eſt dies* XVII; *& quia hic error continuatur uſque ad diem* XXX, *ideo*

is eſt junior Quadratus Magneſiæ Epiſcopus an. 250.

F

21 Septembris martyrio coronatus,

duo

A *duo Elogia, ad illum ultimum menſis diem ſpectantia, in duos dies dividuntur à tranſlatore Latino. His obiter notatis, ad S. Quadratum Magneſiæ Epiſcopum revertamur, de quo qui in Menæis Canon unus habetur ad diem ſequentem* XXII *Septembris, ex eoque Petrus Halloix excerpſit elogia* XXXI, *eaque Latine ſimul & Græce edidit, tanquam* S. Quadratū *Epiſcopum Athenienſem attinentia, quamvis in illis nulla fiat Athenarum mentio, imo de Magneſia elogio* XXIX *iſta habeantur:* Tuarum Reliquiarum capſam, velut divinam arcam, obtinet Magneſia, ô Quadrate, & ex ea cunctam haurit deſiderio utilitatem. Cælorum autem tabernacula, quæ tuam poſſident animam, ſimul cum omnibus Sanctis exultant.

Magneſia ob Reliquias clarus,

8 *At contra* S. Quadratus, *de quo hoc die agimus*, Athenas ad prædicandum verbum miſſus, poſtquam eidem urbi pluribus annis euangelizavit, clarus doctrina & vita, ſancto fine quievit, ibidemque humatus jacet. *Ita Petrus de Natalibus lib.* 5 *Catalogi cap.* 47. *Præterea in citatis elogiis nulla etiam mentio fit libri aut orationis apologeticæ oblatæ Hadriano Imperatori: cujus tamen valde honorifice meminit Nicephorus Calliſtus, illiuſque virtutem deprædicat, ſed uſus fere verbis Euſebii, abſque ulla mentione Martyrii: nos autem contra ex S. Hieronymo etiam diximus*, excellenti hujus

uti alter Athenis,

B Quadrati ingenio perſecutionem graviſſimam fuiſſe ſedatam. *Interim, quia Apoſtoli titulum Magneſienſi Martyri videmus attributum, credimus ambos* Quadratos *à compilatoribus Synaxariorum in unam perſonam eſſe conflatos; cum is qui tantopere laudatur ab Euſebio, nullum in faſtis Græcis nomen haberet, nedum diem certum cultus. Hoc vero mihi occaſionem daret ſuſpicandi, non Athenis, ubi Epiſcopus fuerat; ſed peregre mortuum eum eſſe, itaque in oblivionem veniſſe etiam Athenienſibus ſuis; niſi viderem etiam* Publium, *non ſolum Epiſcopatu, ſed etiam Martyrio commendatum, in iiſdem Græcorum Faſtis inhonoratum prateriri. Quare non alia occurrit talis omiſſionis cauſa, quam quod Athenienſis Eccleſiæ feſta propria, ignota fuerint Synaxariorum auctoribus, deficientibus Actis Sanctorum, annua aliàs memoria digniſſimorum, unde dies mortis eorum diſceretur. Quomodo vero eum certius Latini didicerint quam Græci, vel utrum viris tantis pro ſuo arbitratu diem elegerit aliquis, equidem non divino.*

9 *Porro licet Euſebius, ex Dionyſii Corinthii Epiſtola, tam clare doceat*, Quadratum *Athenis fuiſſe Epiſcopum; inventi tamen ſunt qui illum amandarent, non quidem* Magneſiam, *ſed ad alteram bidui itinere remotam urbem* Philadelphiam. *Eſt autem* Magneſia *Cariæ urbs, ab Epheſo diſſita* XXV *milliaribus in ortum, altero milliari à Mæandro fluvio: & hinc verſus Septemtrionem, eſt urbs*

C *qui non fuit Epiſcopus Philadelphiæ,*

Lydiæ Philadelphia *ad Cayſtrum fluvium, à Magneſia circiter* LX *milliaribus diſtans, ad cujus Epiſcopū, ſub titulo* Angeli Philadelphiæ Eccleſiæ, *dirigitur Epiſtola ſexta Chriſti Domini in Apocalypſi S. Ioannis cap.* 3 *verſu* 7 *& ſequentibus. Petrus Halloix Capite* 2 *Vitæ* S. Quadrati *hanc Epiſtolam profert, explicatque, &* S. Quadrato *ſcriptam aſſerit; in Notationibus vero adducit ita ſentientes*, Petrum Aureolum, Nicolaum Liranum, & Brondum; *imo ait*, ſe nullum reperiſſe, qui alium nominaret Philadelphiæ tunc Angelum, quam S. Quadratum. *Ioannes de la Haye in ſuis Bibliis Maximis Tomo* 17 *pag.* 741 *addit* expoſitores communiter dicere, quod iſte fuit Quadratus. *At contra Gregorius Ferrarius in Commentariis ſuis ſuper Apocalypſim, explicans hanc ſextam Epiſtolam. pag.* 183 *opponit*, cum ex

ſed alius ab utroque diverſus.

S. Hieronymo & aliis S. Quadratus, Epiſcopus fuerit Athenienſis, non Philadelphius; merito Alcazar, Pierius & alii negant eſſe hunc Epiſcopum: qui proinde incertus ignotuſque remanſit. *Quibus & nos aſſentimur, vehementer addubitantes, an is qui hodie colitur* S. Quadratus, *unquam in Aſia fuerit.* AUCTORE G. H.

10 *Finieram: ſed aurem vellicat Zegerus Pauli Carmelita. in Notis ad Vitam S. Theleſphori Papæ à ſe compoſita, ne obliviſcar ſuo Eliano ac Prophetico Ordini accenſere* Quadratum, *facem ad hoc præferente Euſebio, tum loco præcitato libro* 3 *cap.* 37, *tum libro* 5 *cap.* 16; *ubi ex opere cujuſdam Miltiadis contra Montaniſtas, novi Teſtamenti Prophetas enumerat,* Agabum, Silam, Philippi filias, Aramiam Philadelphenſem, Quadratum. *Hic Zegerus, ſe & ſuos palpans;* Et illi, *inquit*, non idcirco tantum Prophetæ appellantur, quod prophetiæ dono ſeu ſpiritu prædíti fuerint, ſed quam maxime quod Prophetici Ordinis ſectatores extiterint, cujus Profeſſores olim Prophetarum filii .... & idcirco iidem qui ſupra Agabus, Judas, Silas, & alii quidam à Palæonydoro & Didaco de Coria, in Annalibus ſuis, expreſſe inter Eliani ſeu Prophetici Ordinis viros recenſentur. *Lezana in Annalibus ad an.* 128 *hæc refert, ut* pie præmeditata, etſi non certa. *Non ibi hærent alii, ſed R. P. Philippus à Viſitatione, in ſua Acie bene ordinata, Sanctis Ordinis Carmelitarum abſolute & citra ſcrupulum accenſet* Quadratum, *allegans in Notis Mss.* E *Marianum Scotum atque Lezanam. Lezanæ judicium jam audivimus, agnoſcentis hæc omnia ſolius piæ meditationis inventa eſſe, nulliuſque vetuſti, qualem res exigeret, Auctoris teſtimonio ſuffulta: allegat tamen Marianum Scotum lib.* 2 *Chron. at.* 6 *quaſi in illum ſenſum accipiendus ſit, cum ait*, Inter eoſdem *Prophetas* floruit vir æque inſignis Quadratus, qui una cum Philippi filiabus in prophetica gratia celeberrimus fuiſſe perhibetur. *Laboravi, ſed fruſtra, in iis quæ habeo Mariani editionibus verba iſta requirens. Demus tamen apud eum inveniri: expreſſe ea agunt de* Prophetica gratia, *qua effulſerit Quadratus; non de aliquo* Prophetico Ordine, *nec nomine quidem tenus apud antiquos noto, ad eum ſenſum quo ipſum nobis obtrudunt Patres Carmelitæ.*

An Carmelita,

11 *Sed necdum ſatis. Pia illi ſuorum meditationi aliquid ſuprameditans Philippus à Viſitatione*, Ex Philoſopho, *inquit*, & Eliotarum Magiſtro, factus Athenienſis Epiſcopus, totā Eccleſiā firmavit cum S. Theleſphoro, ſuo primum diſcipulo. *Ita in floccos bene magnos coagmentantur delapſa altius per inane tenuiſſimæ nives.* Teleſphorus, *anno* CXXVI *factus Romanus Epiſcopus eſt,* ex Anachoreta *(ſic habet Catalogus Fontificius) ergo Carmelita.* Natione Græcus; *ergo* Athenienſis, Quadrati *diſcipulus.* Quadratus *ille* Propheta *fuit, ergo etiam* F *Carmelita: omnes enim numerati ab Euſebio dicuntur* Prophetæ, non tam quia erant gratia prophetica prædíti, quam quia erant Ordinis Prophetici ſectatores: *hic autem erat Ordo Carmelitarum. Eſtne in toto hoc progreſſu vel unica propoſitio, quæ cum altera nexum congruum habeat? Si non eſt; quis nobis jure ſuccenſeat? quod, non ſpeculantes phantaſmata, ſed antiquorum ſcriptorum colligentes teſtimonia, nec ultra quam hæc evincant aſſerentes quidpiam, cautius nobis progrediendum credamus, quoties ea nobis offeruntur, quæ vix per multas inconſequentes præmiſſas elici potuerunt à meditabundis Palæonydoro & Coria, & poſt hos ab aliis, prægreſſos ſine diſcuſſione ſecutis; atque hoc ſolum agentibus, ut majorum qualiacumque dicta aliqua veriſimilitudine veſtirent, quādiu adferebatur nemo qui contrarium poſitive dixerit: quaſi ſcriptores veteres refutare potuerint, aliter quam ſilentio ſuo, id, quod multis poſt ſeculis excogitaturi erant recentiores.*

& S. Teleſphori Papæ magiſter?

DE

G. H.

DE SANCTO SYMMETRIO

ET ALIIS XXII MARTYRIBVS ROMÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Eorum Martyrium & cultus: corpus Symmetrii an Ledernaci: Acta fabulosa.

CIRCA AN. CLIX.

Historia martyrii:



Ntiquißma horum Martyrum memoria reperitur in Vita SS. Pudentianæ & Praxedis Virginum, quæ à S. Pastore habetur conscripta, à nobis ad XIX *Maii elucidata. In hac cum esset indicata Dedicatio Ecclesiæ, in thermis S. Novati fratris S. Praxedis extructa, à Pio Pontifice Romano peracta; ista subjunguntur:* Post annos duos & dies decem & octo, facta est persecutio magna Christianorum, ut traherentur ad idolorum culturam, & multi martyrio coronati sunt. Virgo Domini Praxedis fervens in Spiritu sancto, multos
B Christianos occultabat, quos & cibo pascebat & verbo Spiritus sancti. Tunc divulgatum est Antonino Imperatori, eoquod conventus fieret in Titulo Praxedis: & misit & tenuit multos, inter quos etiam tenuit Symmetrium Presbyterum, cum aliis viginti & duobus: quos sine interrogatione gladio puniri præcepit in eodem Titulo; quorum corpora noctu B. Praxedis collegit & sepelivit in cœmeterio Priscillæ, sub die septimo Kalendarum Juniarum. Tunc afflictione contristata B. Praxedis ingemuit, & oravit ad Dominum, ut transiret ex hoc mundo: cujus orationes & lacrymæ ad Dominum Jesum Christum pervenerunt. Nam post dies * triginta & quatuor, post martyrium Sanctorum supradictorum & coronam, migravit ad Dominum Virgo sancta, die duodecima Kalendarum Augusti: cujus corpus ego Pastor Presbyter sepelivi, juxta patrem suum, in cœmeterio Priscillæ via Salaria. *Hæc in nostris variis Mss. & apud Mombritium leguntur. At Paulus Aringhus lib.* 1 *Romæ subterraneæ cap.* 15 *num.* 6, *& lib.* 4 *cap.* 28 *num.* 4, *allegat Ms. codicem Vaticanum in quo ista leguntur:* Quorum corpora noctu B. Praxedis colligens, sanguinem quoque spongia, quæ hactenus extat, de pavimento exhauriens, sepelivit
C juxta patrem suum & sororem, in cœmeterio Priscillæ.

* *imo*, quinquaginta.

Reliquiæ ubi?

2 *Elevata postea atque in varias ecclesias distributa Reliquiæ sunt: unde Abbas Piazza in Santuario Romano asserit*, in ecclesia S. Silvestri in campo Martio asservari magnam partem corporis S. Symmetrii, partem vero esse in ecclesia Sanctorum Quatuor Coronatorum. *Eadem affirmat Octavius Pancirolius, in Thesauris absconditis urbis Romæ, ubi de utraque ecclesia agit. Ad tempus Martyrii quod attinet, in hodierno Romano Martyrologio dicuntur illi Martyres* passi sub Antonino Pio: *cui assertioni licet videatur repugnare* magna persecutio Christianorum *indicata in Actis; ostendimus tamen ad diem* XIX *Maii facile eam componi posse cum moderatione qua plerumque usus Antoninus est; adeoque nihil obesse, quo minus res tota acta sit, ipsaque S. Praxedis mortua, circa annum* CLIX: *nec ibi dicta necesse habemus iterum hic retexere. Apud Vsuardum sola ista leguntur*: Romæ Sanctorum Martyrum Simmitrii Presbyteri, & aliorum XXII. *Quibus ista adduntur apud Adonem*: Quos Antoninus Imperator gladio pro Christo puniri fecit: quorum corpora noctu B. Praxedis collegit, & sepelivit in cœmeterio Priscillæ sub die VII Kalendas Junii: *Similia habent Notkerus, & auctor Martyrologii sub nomine Bedæ excusi, & passim recentiores cum Petro de Natalibus lib.* 5 *Catalogi cap.* 58 *ac pluribus Mss.*

Tempus martyrii

nomen in Fastis sacris.

3 *Et hæc sunt quæ de* S. Symmetrio *ejusque sociis Martyribus Romanis certiora habentur. Interim in primaria monasterii Stabulensis hereditate est parochia* Ledernacum, *vulgo* Lierneus, *diœcesis Leodiensis, sed ditioni Luxemburgensi inserta: ibi Patronus primarius habetur* S. Symmetrius Presbyter & Martyr, *sub cujus invocatione est dicta ecclesia fundata; idque, ut ferunt, à Papoleno secundo Abbate Stabulensi, & S. Remacli successore, qui dicti* Symmetrii corpus *Romæ cum auctoritate summi Pontificis eruit, & in dicta ecclesia collocavit, ubi sacræ hæ Reliquiæ sunt argenteæ capsæ inclusæ, & ab immemorabili tempore fuerunt publico in honore adservatæ, atque in aliquibus solennitatibus publica processione circumlatæ. Primarium autem Sancti festum ibi cum magna veneratione* E *celebratur hoc* XXVI *Maii, quo nomen ejus est Martyrologio Romano insertum. Fit præterea mentio loci & Martyrii in libro secundo Miraculorum S. Remacli, per Nodgerum conscripto, ubi ista habet:* Fiscus Ledernacus nostro monasterio addictus est: in eo est ecclesia S. Symmetrii & aliorum, virtutibus illustris. Decretum autem fuit, *teste Chapeavillo in Notationibus ad cap.* 14 *Harigeri de Gestis Episcoporum Tungrensium*, ut prædicta villa se filiam Stabulensis Ecclesiæ recognosceret, sub censu unius esterlini ex qualibet domo persolvendi; & ut sarcophagum Martyris annue nona die Maii Stabuletum cum hymnis & processione, in indicium filials subjectionis, deferrent. *Meminerunt ejusdem Translationis Miræus in Fastis Belgicis, Fisen in Floribus Ecclesiæ Leodiensis. Saussayus in Martyrologio Gallicano, & Gelenius in Fastis Colonienſibus, qui iterum ipsam attingunt die* IX *Maii, aliquas autem* S. Symmetrii Reliquias esse in Ubiis, *addit Gelenius, quapropter etiam* IX *Maii refertur in Catalogo generali Ferrarii.*

Aliquod Corpus Ledernaci:

Vita ex Mss. duplex, quia fabulosa, omittitur:

4 *Duplicem nos Vitam* S. Symmetrii *nacti sumus à Gamansio & Crusio Societatis nostræ Sacerdotibus, Aschaffenburgo & Colonia submissam; qualem etiam* inter Mss. codices monasterii Stabulensis & Ecclesiæ Ledernacensis *reperit Chapeavillus, &* diligenter perlustravit. *Habuit etiam illas Vitas Christophorus Browerus, & idem quod Chappeavillus de iis judicavit, multis conspersas esse fabulis: nec noster alius de iis est sensus. Narrant enim* S. Symmetrium à S. Materno in infantia resuscitatum, eaque occasione Albanam ejus matrem cum prole fidei Sacramenta suscepisse, cui nomen dederit Symmetrius sextus Comes Salmensis, *Albanæ frater. Prior pars desumpta est ex Vita S. Valerii, Episcopi Trevirensis, ad* XXIX *Ianuarii illustrata; in qua capite* 3 *dicitur* S. Eucharius, filium Albanæ matronæ mortuum resuscitasse, eamque cum suis baptizasse & domum ejus ecclesiam consecrasse: *ubi tunc annotavimus inter fabulas recensendum, quod* S. Symmetrius *feratur* hujus Albanæ filius, *&* non à S. Eucharo, sed à Materno suscitatus. *At pro secunda parte observat Browerus, quomodo* crescente Martyris Ladernacum translati fama, proclive creditu fuit, honoris causa vicinorum Salmæ Comitum quempiam à Martyre potius nomen adsciviſſe, quam à Comitibus obvenisse Martyri: *quod alii, ut dictis Comitibus abblandirentur, inverterunt. Dicitur deinde* S. Symmetrius, *post S. Materni obitum,*

F

tradi-

A *traditus magiſterio Naviti, ſecundi Tungrorum Epiſcopi; ac deinnarratur iter ejus jam Clerici ordinati Romam, ubi à S. Pio Papa Presbyter ordinatus, ſub Antonino Martyrium fecerit, ſicut legitur in Actis S. Praxedis. Hic ita male conſutus, ſcripti à Gamanſio nobis miſſi Auctor queritur in Prologo, Sanctum honore* debito caruiſſe in Villâ de Lierneux, dum quis, qualis, quantus foret incolis regionis eſſet incognitum: *ſed* tandem, *inquit*, infra urbem Romanam . . . . . partim in Archivis Apoſtolicis, partim in Geſtis Pontificum Tungrenſium & Leodienſium, repertus eſt liber vitæ & paſſionis ejus: in quo ejuſdem glorioſi Symmetrii genus ac patria, martyrii palma & cauſa, nec non ejuſdem ſacratiſſimæ glebæ tranſlatio . . . . plenarie reperiuntur deſcripta. *Sed his non movemur, quia novimus qualiter iſta potuerint in Archivis Geſtiſque prædictis reperta fuiſſe.*

5 *Alterum Ms. incipiens à miſſione S. Materni &* anno Incarnationis centeſimo primo, *fere iiſdem ubique progreditur verbis, quibus Auctor prior, exorſus à S. Petri Romam adventu: in titulo autem dicitur* Vita *hæc*, integrâ fide deprompta ex illuſtriſſimorum Comitum Salmenſium genealogica ſerie Ms. *qua ſeries qualis ſit, diſce* ex vetuſtis (*ut prætenditur*) carminibus, olim
B repertis in Abbatia Stabulenſi; *hoc tenore*:

Edita progenies Tungrorum ſanguine Regum;
Wernere, ô noſtri gloria prima ſoli;
Verſibus his Divi memorantur facta Symetri;
Arx quo Salmenſis nobilitata fuit.
Hic paucis Comitum genus & fundamina caſtri
Accipe, Salmenſi prima locata ſolo.
Inter Tongrenſes à nono Rege Colongo
Illud conſtructum nobile ſurgit opus:
Oblatum accepit germanus, nomine Salmon,
A quo Salmenſis terra vocata fuit.
Suſcipit imperii tunc ſceptra Richarius, hujus
Gnatus ſucceſſit Martialis ſoli honos:
Quartus Manſuetus regnat, quintus Julianus;
Deinde Symetrius his regna relicta capit.
Tempore quo quædam matrona, Albana vocata;
Huic Comiti claro ſanguine juncta fuit:
Cui foboles fuerat, quam primo ſuſtulit ævo
Atropos, ob cujus funera mœſta parens
Ingemit, & ſubito Divum venerata Maternum
Poſcit opem: puero vita calorque redit.
Sacrato toties qui fonte Symetrio, ab iſto,
Primo Chriſticola Principe, nomen habet.
Tunc convertit iter Romanæ ad limina Sedis
C Poſt ſex ætatis luſtra peracta ſuæ.
Hunc ubi crudelis cæde impius Antoninus
Enecat; & cæli ſpiritus alta petit:
In Stabulaus cujus Baboleno ſupplice corpus;
Pontifice, allatum, non renuente, fuit.
Poſt Landernaci feretro ſplendente locatum
Quæ, Stabulenſis erat portio, terra, ſoli.

conſonant verſus de Genealogia Comitum Salmenſium

6 *Quam non ſit novum illuſtrium familiarum origines exornare fabulis, ſæpius vidimus: neque hoc diffitetur, qui nunc Principatum Salmenſem obtinet Excellentiſſimus Cæſarei Principis Ioſephi Inſtitutor, nobis nonnulla familiaritate conjunctus, & aliquando dignatus in noſtri ſtudii Muſæo ſcrutati viam, qua debeat ad Regiam Caroli magni ſtirpem majores ſuos adducere; nihil ſolicitus de fabuloſis Tungrorum Regibus, ante non multa ſecula primum excogitatis. Nec majorem ætatem ſapit ſtylus prædictorum carminum, eoque perſuadent* Wernerum *illum, cui inſcribuntur, ipſum eſſe quem Hieronymus Henninges, in ſuo opere Genealogico* Tom. 4 pag. 386, *natum docet ex Ioanne Salmæ & Rifferſcheti Comite, atque Eliſabetha Wilhelmi Comitis Hennebergici filia, anno* MDXXXVIII *matrimonio junctis. Vt ut ſit, fabuloſa ſunt omnia. Sed neque multo melius compaginata eſt hiſtoria Tranſlationis Romæ Ledernacum, ex traditione quadam populari, poſt ejuſmodi Vitæ conſequenter deſcripta; dum in ea dicitur* Honorius *Papa, audita fama S.* Remacli; *abdicato ſub annum* DCLII *Epiſcopatu monaſteria Stabulenſe ac Malmundarienſe regentis, miſiſſe Romam S.* Babolenum; *ex monaſterio S. Andreæ ad clivum Scauri, cum poteſtate viſitandi omnia Auſtraſiæ monaſteria, Regulam S. Benedicti profitentia: qui ſuo illo Viſitatoris perfunctus munere, factaque Pontificis relatione, petierit licentiam Stabulaum remeandi, eoque deferendi corpus S.* Symmetrii: *hoc autem allato non diu poſt obiiſſe S. Remaclum, & in regendis monaſteriis ſucceſſiſſe prædictum Babolenum, qui ædificata Ledernacenſi eccleſia, & à S. Lamberto Epiſcopo conſecrata, illuc intulerit prædictum ſacrum corpus anno* DCLXII.

AUCTORE G. H.

7 *Nolim equidem Auctori talis narrationis moveri litem de chronologia SS. Lamberti atque Remacli, & hunc primum ordinatum dicere anno* DCLXXVII; *iſtam ſe abdicaſſe anno* DCLX: *ſolus ad totam fabulam evertendam ſufficit* Papa Honorius, *quo nomine Primus obiit anno* DCXXXIX, *Secundus primum eſt Pontifex electus anno* MCXXIV. *Videntur tamen reſpexiſſe ad hunc Secundum Honorium Ledernacenſes, eorumque Paſtor Paſchaſius Ronval: qui Honorium Papam, cujus cum conſenſu Reliquiæ tranſmiſſæ ſint, circa annum milleſimum quinquageſimum ſecundum rexiſſe Eccleſiam indicavit, per litteras datas anno* MDCLXXI *P. Philippo Schouville, Societatis noſtræ in ditione Luxemburgenſi Miſſionario: ſedit enim Honorius iſte uſque ad annum* MCXXX. *Ita dum unus evitatur error, alias non minus abnormis incurritur. Etenim Notgerus Leodienſis Epiſcopus, qui (ut vidimus)* S. Symmetrii *Ledernacum allati meminit, obiit anno* MVII, *adeoque* CXVII *annis citius quam Honorius II ad S. Petri cathedram promoveretur. Neq; tamẽ interim negavero, iſtud quod Ledernacenſes venerantur corpus, eſſe alicujus* S. Symmetrii *Romæ paſſi, aut (ſi vis) etiam hujus ipſius de quo in Actis S. Praxedis, vel alicujus ex iſta ſocietate Martyrum viginti duorum. Patiar etiam illud allatum dici à Baboleno, permittente Pontifice Romano; modo is fuerit Vitalianus, qui ab anno* DCLXXI *Eccleſiam gubernavit. Quæ de re plura dici poterunt ad diem Natalem* S. Babolenî XXVI *Iunii. Interim ut ſtylus geniuſque Auctoris inſulſi cognoſcatur melius, qualemcumque Tranſlationis hiſtoriam hic ſubjangimus.*

Honorii Papatum cum Prælatura S. Remacli conjungens.

TRANSLATIO COPORIS

Roma Ledernacum in Belgio Diœc. Leod. per traditionem fabulis mixtam accepta.

Ex duobus Mss. Codicibus.

I. REſtat deinceps, qualiter nobilis theſaurus iſte, videlicet corpus glorioſi Martyris Symmetrii, ad locum ubi nunc requieſcit pervenerit, explanare. Siquidem inclitus Confeſſor Remaclus; poſtquam Tungrenſi Eccleſiæ præſediſſet feliciter annorum ſeptem a curriculis, pertæſus curarum ac laborum, quæ Paſtorale comitantur officium; juxta Pſalmographi vocem, elongavit fugiens; manere volens in ſolitudine, & in cordis puritate, ſoli Domino tranquille deſervire. Igitur conſenſu Sigiberti *b* Regis Francorum & Palatinorum Procerum, renuntians Epiſcopatui, factus eſt Pater duorum monaſteriorum, Stabulenſis videlicet & Malmundarienſis; quæ præfatus Rex in ipsâ Ardennæ foreſtâ, ſub regulâ S. Patris Benedicti *c* & in honorem S. Petri, cum ſolenni dotatione conſtruxit, in uſum famulorum Chriſti, quos inibi divinitus aggregavit. Facta ſunt hæc circa annum Domini ſexcenteſimum quinquageſimum *d* ſecundum.

Ad S. Remaclum ex Epiſcopo Abbatem Stabulen. & Malmundarienſem,

a

b

c

d

neque ſincerior eſt hiſtoria Tranſlationis,

2 Cumque fama ſanctitatis ejus & confratrum per omnium ora crebreſceret, pervenit tandem ad aures Beatiſſimi Papæ *e* Honorii, qui ſacroſanctam Romanam Eccleſiam ea tempeſtate gubernabat, & ſuper profectu religionis maximo gratulabatur affectu. Eſt autem intra muros urbis Romæ monaſterium egregium, juxta eccleſiam Beatorum Martyrum Coſmæ & Damiani ad Clivum Scauri, quod Beatus Papa Gregorius & Doctor præcipuus in proprio domate conſtruxit, in honorem B. Andreæ Apoſtoli; in quo ipſe idem habitum *f* monaſterii ſuſcepit. In quo monaſterio erat quidam magnus, qua religione, qua ſcientia vir, Profeſſor *g* ſacræ Theologiæ, Babolenus videlicet, Papomoleus nomine, id temporis totius Ordinis S. Benedicti per totum *h* orbem à ſancta Sede Apoſtolica deputatus Pater & viſitator. Hunc, inquam, evocatum è monaſterio venerabilis Papa Honorius ad partes Galliæ & Germaniæ deſtinavit, gratia viſitandi ſingula monaſteria, quæ ſub Regula ſanctiſſimi Patris Benedicti fuerant dedicata.

e Roma miſſus à Papa S. Babolenus,

f

g

h

3 Cumq; idem Ordinis Magiſter, viſitatis pleriſque monaſteriis, Stabuletum deveniſſet; viſo primario ejus Abbate ſanctiſsimo Remaclo, & excellentiſſima religione quæ tunc ibidem irrefragabiliter & inconcuſſe viguit, & per annos fere ducentos, ſcilicet ad rabiem uſque Nortmannorum *i* abſque diminutione perſeveravit; confeſtim in Monachum ſe recipi à S. Remaclo petiit, & obtinuit. Qui ſanctus Remaclus eum Gubernatorem Malmundarienſis cœnobii non multos poſt dies in partem ſibi ſubſtituit: quod is etiam aliquantum temporis ſpatium ſub regulari diſciplina ſolertiſsime gubernavit.

ab eodem excipitur, B

i

& præficitur Malmundario,

4 Non multo poſt, idem venerabilis vir Babolenus à ſanctiſsimo Patre ſuo Remaclo licentiam petiit redeundi Romam, ut ſummo Pontifici Honorio, quod vidiſſet & inveniſſet in legatione ſibi demandata, plene ac plane renuntiaret. Annuens ejuſdem juſtæ petitioni ſanctus Vir, permiſit eum cum benedictione ad primum monaſterium repedare. Explicitis ad plenum, in præſentia ſummi Pontificis cauſis omnibus, quæ ſibi in ipſo legationis itinere contigerant; Papa Honorius vere fortunatum & felicem Babolenum Fratrem reputavit, qui in præſenti mundo vitam adeptus tranquillam, in futuro gloriam & mercedem percepturus eſſet ſempiternam. Adjecit una, ut poſtularet quod juſtum eſſet, id ſibi denegatum non iri. Petivit ergo, ut Apoſtolico ſigillo decerneretur, monaſterium Stabulenſe primarium *k* & & præcipuum eſſe debere, inter cetera ejus Ordinis Cœnobia, quæ in Regno Auſtraſiæ erant ædificata. Cui Pontifex aſſenſum lubenter præbuit, & Apoſtolicis privilegiis copioſe roboravit: quem deinceps publica voluntas Regum & Ducum Auſtraſiæ conſecuta fuit.

unde Romã regreſſus,

C

k

5 Vir Sanctus intelligens ſe repulſam hac in prece nequaquam fuiſſe paſſum, majora auſus eſt poſtulare. Videlicet ut nonnulla Sanctorum corpora, quæ in Urbe Roma in ſubterraneis locis & cryptis occultata modicâ devotione colebantur, ad monaſterium Stabulenſe liceret aſportare, ob loci ejus exaltationem & divini cultus ampliationem. Auditis his precibus Papa, quoniam dignum videbatur ejus voluntati non contradicere, replicuit, ut demptis ſanctiſſimis corporibus Apoſtolorum Petri & Pauli, quorum meritis Urbs conſiſtit ſalva, acciperet quæcumque placuiſſent Sanctorum corpora, & ſecum in ſuam Provinciam deferret. *l* Ipſe autem honoribilis vir Babolenus, ſolicitiſſimus talium explorator, utpote qui plene per revelationem & experientiam & ſcripturam ſacram agnoverat, quibus in locis Sanctorum corpora tumulata forent,

impetrat corpus S. Symmetrii,

l

quo martyrii genere vitam terminaſſent, aut de quibus regionibus oriundi fuiſſent, ex cœmeterio S. Priſcillæ vel ex titulo Beatæ Virginis Praxedis auferens corpus B. Symmetrii, & multorum aliorum Martyrum reliquias ſibi admodum notas, ſecum ad Stabulenſe cœnobium aſportavit, vivente adhuc Beato Patre Remaclo. Qui ſuper tranſmiſſo incomparabili theſauro immenſas gratiarum actiones, cum interno cordis ſuſpirio, retulit omnium creatori Domino, qui terræ ipſius indigenam, poſt tot temporum curricula, ad propriam de qua natus eſſet remiſiſſet patriam, ad ejus ſempiternam tutelam.

D

6 Aliquanto poſt emenſo tempore, venerabili viro Babolenο, per ordinationem & voluntatem Beati Patris Remacli, ut præfatum eſt, aſſumpto in regimine Malmundarienſis cœnobii, Beatus idẽ Remaclus in ſenectute bona *m* deceſſit fideliter è ſeculo: cui ex omnium Patrum aſſenſu & decreto ſæpe dictus Babolenus ſubſtitutus eſt, ad utriuſque monaſterii gubernaculum: cui feliciter & ſolerter inſtitit per non parvum temporis *n* ſpatium. Nec multo poſt ſui cordis aperiens deſiderium, ex auro & argento compactum juſſit fieri feretrum, in quo glorioſum collocavit Martyrem Symmetriũ. Adiens vero villam de Lierneux, monaſterii Stabulenſis hereditatem primariam & perpetuam, Parochialem juſſit ædificari Eccleſiam. Quam beatiſsimus Chriſti Martyr Lambertus propriis manibus, in honorem Sanctorum Andreæ Apoſtoli & Martyris Symmetrii, ſolenniter dedicavit, ſacraſque Reliquias honore congruo illic locavit, multiſque indulgentiis & prædiis prædictum locum ditavit, anno Domini *o* ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo. Fuitque conſentientibus incolis decretum, ut ex illo die in poſterum prædicta Villa, ſe filiam Stabulenſis Eccleſiæ recognoſceret, ſub cenſu capitali unius Eſterlini *p* argentei, de qualibet domo infallibiliter perſolvendi, atque ſingulis annis nona die Maji B. Symmetrii ſarcophagum ad monaſterium Stabulenſe cum hymnis & proceſſionibus, per ſpatium duorum milliarium, in indicium ſubjectionis filialis deferendi; qui celebratis inibi Miſſarum ſolenniis, & expletis divinis obſequiis, ad propria cuncti cum gaudio remearent, ad laudem & gloriam Domini Noſtri Jeſu Chriſti, cui cum Patre & Spiritu ſancto poteſtas, honor, & imperium, per infinita ſecula ſeculorum.

& poſtea Abbas Stabulenſis,

m

n

illud in Lierneux tranſfert.

E

o

unde quotannis Stabuletum refertur.

p

F

NOTÆ ET CENSURÆ. D. P.

a *Colitur* S. Remaclus 3 *Septembris, & ſedit juxta indicem Chronologicum Henſchenii, ad Diatribam de Epiſcopis Trajectenſibus, ab anno* 650 *ad* 660: *adeoque annis decem.*

b S. Sigebertus *Auſtraſiæ Rex, cujus Acta illuſtrata* 1 *Februarii, regnavit ab anno* 638 *ad* 663.

c *De horum monaſteriorum fundatione prolixe actum §.* 3 *in Analectis ad Vitam jam dicti S. Sigeberti, productis fundationis tabulis aliiſque Privilegiis abſque ulla Benedictinæ regulæ mentione; imo dicit Rex ſe ea monaſteria conſtituiſſe* juxta Patrum traditionem; *& qualiter ibidem ſecundum ordinem & monita antiquorum Patrum converſari debeant. Qualibus verbis ſæpe alias vidimus, adjunctum nomen* S. Benedicti, *non tamen hic.*

d *Imo* 660, *ut jam dictum.*

e *Imo Papæ* Vitaliani.

f *Leguntur hæc in Vita* S. Gregorii, *per Ioannem Diaconum num.* 6, *ſed hoc monaſterium ſub Regula Benedictina fundatum fuiſſe, non potuimus tam certo quam optabamus probare Comm. prævii §.* 3.

g Profeſſorem ſacræ Theologiæ, *quis, niſi hoc vel*

A *vel ſuperiori ut ſummum ſeculo, ſcripſit?*

h *Præpoperâ hac Benedictini Ordinis propagatio multis non placet: difficile certe eſt demonſtrare in Belgio monaſterium, quod ſub eo primò conditum fuerit tempore Merovingorum Regum: minus etiã veroſimile eſt, ætate illa notum fuiſſe officium Viſitatoris Apoſtolici, ad omnia monaſteria alicujus regni vel provinciæ.*

i *Gamanſianus auctor*, Danorum & Friſorum. *Irruptio autem* Normannorum *in Arduennam, à Miræo in Chronico Belgico, refertur ad annum* 892.

k *Si huic Primatui comminiſcendo cauſam dedit Privilegium aliquod, ſub nomine Papæ Honorii aſſervatum in monaſterio Stabulenſi, debuit id (niſi proꝛſus ſuppoſititium eſt) fuiſſe Honorii II, adeoque non potuit ab Auſtraſiæ Regibus confirmari. Interim ſi id ita eſt, apparet unde* Honorii *nomen huic obrepſerit narrationi. Quod autem ad Primatum illum attinet, ſolum Malmundarienſe monaſterium ſpectare is poteſt: & Malmundariẽſes ſæpius niſi ſunt à Stabulenſibus ſe abjungere, ac nominatim* Theodoricus Abbas *ſub annum* 1067 validis tribulationum procellis agitatus fuit, dum iterum Malmundarienſes à Stabulenſibus defectionem tentant. *Ita Bucelinus Germaniæ Sacræ tom.* 2 *pag.* 280, *qui deinde in Cunone, Abbate quarto poſt Theodoricum, docet, quomodo hic anno* 1128 *à Frederico Archiepiſcopo Colonienſi obtinuit definiri*, ut Malmundarium eo ſubjectionis jure Stabulenſi eccleſiæ obediat, quo jure omnes cellæ vel præpoſituræ ſuis cœnobiis ſubeſſe videntur: *& hanc ſententiam potuit Honorius II, tum ſedens, confirmaſſe.* AUCTORE D. P.

l *Hactenus Ms. Gamanſianum, vix pauculis verbis nec uſquam in ſenſu differens ab altero, quod proſequimur, Ms.*

m *Fiſen, in Floribus Eccleſiæ Leodienſis*, mortem S. Remacli *refert ad annum* 675.

n *Idem putat* S. Babolenum *ad* 685 *ſupervixiſſe.*

o *Si vere Eccleſia illa conſecrata fuit à S. Lamberto, ſcribendus erit potius annus* 682; *ſiquidem is primum creatus Epiſcopus fuit an.* 677, *ut oſtenditur in Diatribæ præcitatæ.*

p Eſterlinus argenteus, *quid Leodienſibus & Colonienſibus ſit, explicat Hotſemius apud Cangium, dicens vin Adolpho à Marca Leodienſi Epiſcopo.* In provincia Colonienſi unciam 20 Sterlingos ponderare, Sterlingum 36 vel circiter hordei groſſi ſive ſpeltæ grana, 8 vero uncias marcam adæquare. *Porro de vocis hujus origine & etymo plurima idem eruditiſſimus Cangius in Gloſſario ad ſcriptores mediæ & infimæ Latinitatis, quem adeas cenſeo.*

DE SANCTO ELEUTHERIO

PONTIFICE ROMANO. G. H.

SYLLOGE HISTORICA.

De tempore Sedis, Actis in Pontificatu, & Laureola.

ANNO CLXXXV. Eleutherius Sanctus, *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifex decimus quartus, fuit* natione Græcus, patre Abundio, *aliquibus* Abundantio, *progenitus* in oppido Nicopoli, *ut antiqui paſſim teſtantur. Eſt* Nicopolis *ad oſtium Ambracii ſinus in Epiro, à Cæſare Auguſto, poſt victos navali pugna Antonium & Cleopatram condita; quæ ex reliquarum urbium ruinis aucta, poſtmodum in urbem magnam & metropolitanam excrevit. In antiquiore Catalogo Pontificum Romanorum tempus Sedis ejus, poſt aliquem hiatum, ita ſignatur:* Fuit temporibus Antonini & Commodi, à Conſulatu Veri & Erenniani, uſque Paterno & Braduâ. *Prior Imperator eſt Marcus Aurelius Antoninus, cognomento Philoſophus, qui, poſtquam Lucius Ælius Verus ejus gener & in conſortem Imperii adoptatus, anno Imperii* IX, *Chriſti* CLXIX *apoplexia eſſet extinctus, ſolus regnabat, Conſulibus hic ſignatis* Septimo Severo, *aliis* Vero, & Herenniano, *anno Chriſti* CLXXI, *quando Soteri Pontifici vitâ functo* XXII *Aprilis (ad quem diem de eo & anno mortis egimus) ſucceſſit* S. Eleutherius, *ex calculo Collegæ mei Papebrochii ordinatus, die* III *Iunii in Dominica. Sub hujus Pontificatu deceſſit Sirmii in Pannonia memoratus* Antoninus Philoſophus, *die* XVI *Martii anno Chriſti* CLXXX, *cui tunc ſucceſſit filius ejus* L. Ælius Aurelius Commodus. *Hoc imperante ſupra indicati Conſules fuerunt:* Paternus, *aliis* Triarius Maternus *&* M. Atilius Metilius Bradua *anno* CLXXXV, *quos ultimo anno vitæ ſuæ Conſules habuit* S. Eleutherius, *defunctus ſecundum Hieronymianum Martyrologium* VI *Septembris: ſic enim* VIII Idus *legitur*, Romæ Via Salaria Natalis S. Eleutheri Epiſcopi. *Ita autem ſederit* Eleutherius *annos* XIV *menſes* III *dies* VI; Conſulibus autem Imperatore Commodo V & M. Aurelio Glabrione, *id eſt anno* CLXXXV *ſucceſſerit* S. Victor, *ordinatus ex calculo ſupra laudato die* XI *Septembris, poſt Interpontificium unius anni & dierum quatuor.*

Patria Nicopolis.

Tempus Sedis ſub & Aurelio Antonino, D

ab anno 171

& L. Ælio Aurelio à Commodo

uſque ad annum 185

2 *Hæc ratio temporis confirmatur in altero Catalogo Romanorum Pontificum ex Codice Ms. Chriſtinæ Reginæ Suecia, alibi à nobis edito, itẽ in Vitis Pontificũ apud Anaſtaſium bibliothecarium & Luitprandum, & Ms. Geſtis Pontificum ad Martinum Quintum deductis, atque in Breviariis Romanis manuſcriptis & excuſis anno* 1479, 1490, *&* 1524 *quæ penes nos habemus: ubique enim dicitur fuiſſe* temporibus Antonini & Commodi uſque ad Paternum & Braduam, *aut corrupte* Patrianum & Barduam. *Quod ſi diſpliceat tam diuturna integri anni vacatio, nulla ſatis congrua ejus apparente ratione, tempore ſatis tranquillo & perſecutione ceſſante: poſſent quidem cum prædicto ſecundo Catalogo, Anaſtaſio, & ceteris prænotatis,* anni XV *dari atque ita ſolis* IV *diebus vacaſſe Sedes; ſed prior Catalogus dicetur præter ſuũ ſtylũ attribuiſſe Conſules anni* CLXXXVI *attribuiſſe Victori, qui minorem illius partem obtinuit, præterito, qui nonum illius anni menſem attigit,* Eleutherio. *Cenſet ergo Collega meus, in ipſa illa qua tunc Eccleſia fruebatur pace, nonnulla ambitionis æmulationiſque zizania ſuccreviſſe, per quæ factum ſit, ut plebs Romana minus patienter tuleris tres conſequenter externos Pontifices, Romanumque optare cœperit; Clero è contrario liberam electionem volente, & in* Victorem *Archidiaconum ſuum, licet,* Afrum *propenſo. Potuit hic etiam citius electus, vel morbo gravi, vel alia aliqua ignotanobis cauſa, impeditus fuiſſe quo minus ſtatim ordinaretur.* *Succeſſor anno* 186 *ordinatus.*

F

3 *Interactiones ſuas dicitur* S. Eleutherius feciſſe ordinationes tres per menſem Decembrem, & conſecraſſe Presbyteros undecim aut duodecim, Diaconos ſeptem *vel* octo, Epiſcopos per diverſa loca numero quindecim. *At ſingulare illud eſt, quod* acceperit epiſtolam à Lucio Britanniæ Rege, ut Chriſtianus fieret per ejus mandatum; *quod confirmat Bedæ lib.* I *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum cap.* 4, *his verbis:* Cum Eleutherius vir ſanctus Pontificatui Romanæ Eccle- *facta 3 ordinationes:*

G. H. Ecclesiæ præesset, misit ad eum Lucius Britannorum Rex epistolam, obsecrans, ut per ejus mandatum Christianus efficeretur. Et mox effectum piæ postulationis consecutus est, susceptamque fidem Britanni usque in tempora Diocletiani Principis inviolatam integramque quietâ pace servabant. *Colitur Lucius* III *Decembris, quando erit occasio reliqua ejus Acta discutiendi. Interim videri possunt Scriptores rerum Anglicanarum, cum Baronio in Annalibus & Notis ad Martyrologiū, in quibus explicat, quomodo* S. Eleutherius *oppugnavit hæresim Montanistarum & aliorum, qui à quibusdam sibis, velut à malo genio conditis, abstinebant: quod in Catalogo ex Ms. Regina Suecia ita paucis indicatur:* Et ita obtinuit, ut nullus cibus repudiaretur à Christianis, maxime fidelibus, quem Deus creavit, qui tamen rationabiles sunt; *aut, sicut Anastasius explicat, ut* nulla esca usualis repudiaretur, quæ tandem rationalis & humana est.

ordo conversionis Britanniæ.

hæreses oppugnatæ:

4 Quo tempore agebatur annus decimus septimus Imperii Antonini Veri, tunc vehementior mota est persecutio in Gallia, in quâ duæ præ ceteris

B insignes præstantesque urbium matres celebrantur, Lugdunum & Vienna. *Ita Eusebius lib.* 5 *Historiæ Ecclesiasticæ in Proœmio & cap.* 1. *Annus hic erat Christi* CLXXVII, *quando Lugduni passi sunt Photinus Episcopus & alii, die secunda Iunii. Erat etiam annus septimus Pontificatus* S. Eleutherii *inchoatus, cujus virtutes notæ erant Lugdunensibus Christianis. Quare ut verbis Eusebii cap.* 5 *relatis utamur,* iidem Martyres Irenæum, qui tunc temporis adhuc Presbyter Lugdunensis erat Ecclesiæ, supradicto Eleutherio per litteras commendarunt, eum testimonio suo non mediocriter ornantes, sicut ipsorum verba declarant, quæ sic se habent: Te per omnia ac perpetuò optamus in Deo valere Eleuthere. Has litteras ut ad te perferret, fratrem & collegam nostrum hortati simus. Quem quidem ut commendatum habeas rogamus, utpote æmulatorem testamenti Christi. Quod si nobis compertum esset, locum cuiquam conferre justitiam, eum tamquam Prsbyterum Ecclesiæ (hunc enim Gradum obtinet) tibi imprimis commendassemus. Ceterum quid opus est expressum in supradictâ epistolâ catalogum Martyrum hic recensere, quorum alii securi percussi, alii feris objecti, alii in carcere exanimati sunt? Quid item opus est referre numerum Confessorum, qui postea superfuerunt? Hæc enim quicumque voluerit, cuncta poterit plenissime cognoscere ex ipsius epistolæ lectione, quam quidem nos in Passionibus Martyrum à nobis collectis integram inseruimus. *Horum Martyrum nomina ex Adone & aliis danda erunt die secundâ Iunii, quando Acta martyrii ex Eusebio & aliis illustrabuntur, uti etiam* XXVIII *die ejusdem Iunii in Actis S. Irenæi. Hic sufficit observasse, qua reverentia Sancti isti Christiani Lugdunenses* S. Eleutherium *Pontificem Romanum coluerint, cui omnia in Ecclesia sua peracta indicarunt.*

S. Irenæus ad eum Lugduno missus.

Cum catalogo Martyrum & Confessorū.

C 5 Sepultum fuisse S. Eleutherium juxta corpus B. Petri Apostoli in Vaticano VII Kalendas Junii, *legitur in citato Ms. Catalogo, & apud Anastasium in codicibus excusis & manu exaratis, item in Pontificali Romano & Mss. Gestis Pontificū usque ad Martinum V deducis: sed Collega mei Dissertatio* IV *ad Romanorum Pontificum Catalogum ostendit, qui Anastasio eumque secutis dicitur* sepulturæ dies, *diem esse Translationis, ex loco prima sepultura (quem via salaria fuisse scimus ex Martyrologio Hieronymiano) facta ad Vaticanum, in plena Ecclesiæ pace sub Constantino Imperatore. Corpus ibidē adhuc servari testantur Romani in Ordine divini Officii, quotannis pro usu sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ excudi solito, ubi præscribitur Officium sub ritu duplicis, & Credo in secretario Missæ recitatur, ac præter unicam Lectionem propriam, quæ in hodierno Breviario Romano extat, omnia dicuntur de Communi unius Pontificis & Martyris. Addit Abbas Piazza aliquas Reliquias esse in ecclesia S. Annæ de Funariis. Hoc tamen non obest, quo minus quæ nunc Troiæ in Apulia colantur Reliquiæ, Tibure allatæ, anno* MCV, *ipsius quoque sint potius, quam* S. Eleutherii Æcanensis Episcopi, *uti nobis videri diximus* XVIII *Aprilis, ipsam Translationis historiam daturi* XIX *Novembris, occasione S. Pontiani. De* S. Eleutherii *Papæ martyrio nulla apud antiquos mentio invenitur imo, ut in Lectione citata habetur,* Commodo Imperatore summa pace & quiete fruebatur Ecclesia Dei, ac per orbem terrarum, maxime Romæ, fides propagabatur. *Interim Petrus de Natalibus lib.* 5 *cap.* 46 *asserit,* tempore Commodi Imperatoris martyrio pas- E sum. *Bellinus de Padua, in Martyrologio secundum morem Romanæ curiæ anno* 1496 *excuso,* S. Eleutherium Papam & Martyrem *celebrat* XXVI *Maii; & hoc, secuti sunt Maurolycus, Molanus, Galesinius, aliique cum hodierno Romano. At pridie seu* XXV *Maii ejus venerationem proponunt Ado, Notkerus, & Auctor Martyrologii sub nomine Bedæ suppositi, absque mentione* martyrii. *Item die* XXIV *Maii mentio* S. Eleuterii Papæ *fit à Maurolyco & Felicio, & XX Februarii in Ms. Martyrologio Bruxellensi Ecclesiæ S. Gudilæ. In Ms. Florario Sanctorum ad diem* VI *Decembris recolitur expresse memoria* S. Eleutherii Episcopi & Confessoris Romæ. *Sed num de Sancto hoc Pontifice sint ista intelligenda, nescimus.*

D

martyrium ab aliquibus asserti.

corpus & cultus in ecclesiâ Vaticanâ:

6 *In Vita S. Feliciani, Episcopi Fulginatis in Vmbria & Martyris, à nobis ex Mss. edita ad* XXIV *Ianuarii, leguntur hæc:* Cū vidisset S. Eleutherius Episcopus urbis Romæ sublime propositum S. Feliciani, & quod dignum cupiebat se effectum, ut ipse Sacerdotium mereretur; præcepit S Eleutherius, urbis Romæ Episcopus, Victori Archiadiacono, ut inter suos scholares eum reciperet, & seculi habitum recusaret. Regressus ad patriam ..... à civibus suis in Clero adscitus subrogatur Episcopus: & deductus ad urbem Romam, jam S. Eleutherio Episcopo ad Christum transito, S. Victore Archidiacono Episcopo facto, dum vidisset Felicianum ad se post tempora longa venisse, gavisus est valde. *Ejusdem S. Feliciani Acta adjunximus ex lectionibus antiquorum Breviariorum, usurpatorum in Ecclesiis Hamburgensi & Mindensi, ubi in lectione ultima sic habetur:* In Episcopum electus est Romamque profectus, ut à sancto Episcopo Eleutherio consecraretur. Qui cum Romam veniret, reperit eumdem Pontificem de seculo migrasse ad Dominum, locoque ejus Victorem Archiadiaconum constitutum. *Hac ibi, citra ullum martyrii* à S. Eleutherio *tolerati indicium, quod ante Petri præfati ætatem nemini forsitan venit in mentem asserere.*

S. Felicianus in studiis adjutus.

F

DE SS. PRISCO ET COTTO,

ALIISQUE PLURIMIS MARTYRIBUS,

COCIACI IN AGRO AVTISSIODORENSI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. G. H.

De Actis Passionis & Translationis, cultu & Reliquiis eorumdem.

SUB AURELIANO *Acta ex variis Mss.*

ACta *horum Martyrum damus ex pervetustis codicibus Germanicis, Trevirensi S. Maximini & Paderbornensi monasterii Bodecensis, item Gallicanis Parisiensi S. Victoris & Meldensi monasterii Iotrensis ad Matronam fluvium; ac potissimum ex antiquo Breviario ipsius Ecclesiæ Autissiodorensis, per Petrum le Venier ejusdem Ecclesiæ Pœnitentiarium nobis donato: ubi in sex Lectiones, quæ ad Matutinum solebant recitari, sunt divisa; quale Breviarium nos quoque habemus excusum an.* MDLXXI. *Addimus* Chartam Joannis Baillet, Episcopi Autissiodorensis, de Translatione corporis S. Cotti Martyris, ab ipso factâ anno MCCCCLXXX: *quam Chartam communicavit cum Ms. Iotrensi Georgius Viola Monachus S. Germani: & tam hujus quam dicti Pœnitentiarii humanitatem experti fuimus, cum anno* MDCLXII *Autissiodori essemus. Alia ex his Actis leguntur cap.* I *Historiæ Episcoporum, Autissiodorensium, apud Philippum Labbe in novâ Bibliothecâ.*

B

Memoria in Fastis antiquis: 2 *Memoriam eorumdem Martyrum celebrant passim Martyrologia omnia, etiam apographa quatuor Hieronymiana, hisce fere verbis:* In territorio Autissiodorensi loco Quociaco, passio S. Prisci Martyris, cum sociis suis innumerâ multitudine. *Usuardus, Ado, Notkerus, aliique hoc eos modo indicant:* In territorio Autissiodorensi, passio S. Prisci Martyris cum ingenti multitudine. *Additur alibi*, Christi fidelium. *In Mss. Martyrologiis Corbejensi & Teruanensi istud Elogium habetur.* VII Kalendas Junii. Autissiodoro loco Cottiaco, passio S. Prisci cum sociis suis, cum innumerâ Martyrum multitudine, tempore Aureliani Imperatoris, sub Alexandro Præside: qui cum Christum negare cogerentur & idolis sacrificare, atque illi nequaquam acquiescerent, sed magis Dominum Christum liberâ voce proclamarent; à gladiatoribus mox interfecti, atque in puteum jactati sunt. Unus autem ex commilitonibus, Cottus nomine, arrepto capite S. Prisci fugam petiit: sed insequentibus eum Paganis, & ipse vitam pretiosâ morte finivit. Latuit autem caput Martyris Prisci usque ad tempora B. Germani Episcopi, quod ei miris modis mox ut revelare voluit omnipotens Dominus, idem sacratissimus Pontifex locum de more consecrans, populis colendum tribuit. Sed & corpus B. Cotti Martyris, post multorum circulos temporum, B. Desiderio Episcopo à Domino revelatum est, atque ab eo honorifice traditum sepulturæ, non longe à capite S. Prisci, sub die XIV Kalendas Februarii. *Hæc ibi: quorum prior pars, usque ad necem* S. Cotti, *leguntur etiam in Ms. Leodiensi S. Laurentii, & alio Reginæ Suecia. Ex Episcopis ibi nominatis* S. Germanus *successit S. Amatori anno* CCCCXVIII *mortuo, uti ad hujus Vitam Kalendis Maji diximus. Alter est* S. Desiderius, *qui floruit sub initium sæculi* VII, *& colitur* XXVII *Octobris.*

Elogium ex Mss. de Martyrio C

& Inventione S. Prisci

& S. Cotti.

3 *Sequentem porro Notitiam descripsimus ipsi Autissiodori ex autographo memorati D. Georgii Violæ.* Cociacus locus, nunc est parœcialis ecclesia in Archidiaconatu majori Autissiodorensi: in cujus ecclesiæ sacrario multæ sociorum S. Prisci Reliquiæ etiamnum asservantur: nullique in hujus basilicæ Choro sepultura datur, ob singularem Martyrum reverentiam; cum ibi cisterna fuerit, in quâ primum reconditi fuere. Aliquæ Reliquiæ Sanctorum Martyrum sociorum S. Prisci, quæ remanserant extra capsam anno MCCCCLXVI, in translatione factâ per Petrum Autissiodorensem Episcopum, donatæ sunt Fratri Stephano Magistri Joannis, Ordinis Fratrum Prædicatorum, per D. Joannem Robinelli Presbyterum, Rectorem Ecclesiæ Parochialis de Sanctis in Puisaya, ut reponantur in ecclesiâ conventus Autissiodorensis prædictorum Fratrum. Quasdam SS. Prisci & Cotti reliquias aliquando vidimus in Ecclesia Cathedrali Parisiensi: S. Prisci etiam apud Tociacum, in territorio Autissiodorensi. *Hactenus Ms. Georgii Violæ prælaudati.*

Reliquiæ Martyrum Cociaci,

Autissiodori,

B

Parisiis.

ACTA

Ex variis Mss. & Breviario Autissiodor.

CAPUT I.

Martyrium S. Prisci & sociorum.

1 IN a diebus Aureliani Imperatoris, idolorum decrescente culturâ, & Christianæ religionis dogmate meliori successu provecto, ita persequentium furor exarsit, ut ipsi quoque Imperatores, suorum scelerum satellitibus minime confidentes, singularum provinciarum penetralia peragrarent. Eodem quippe tempore Aurelianus Imperator, vir crudelissimus, Romanâ urbe relictâ, in partes Galliæ successerat: qui veniens in civitatem b Senonis, ferocitatis suæ comites, ad investigandos per omnem Galliam Christianos, transmisit. Egressi igitur à conspectu Imperatoris funesti satellites, circuibant urbes & castella, nec non & c latibula silvarum: ut & suorum criminum singuli potirentur effectu, pagos quoque sibi indagandâ solicitudine divisêrunt. Tum demum pagus Autissiodorensis in sortem impiissimi Alexandri, sacri lateris Protectoris d, obvenit. Ibat igitur truculentus; & spumigeris rictibus apro similis, venabula fugienti venatoris, in in sanctos Dei Martyres sæviebat. Cumque venisset ad locum, qui e Cociacus vocatur, reperit Christianum, f Priscum nomine, cum immensâ multitudine ejusdem g religionis psallentem: quorum agmina ferocissimo cursu irrumpens, ait: Quæ vos h seditio in hoc loco glomeratim consistere compulit? aut cujus religionis estis vos? i cur non timetis profiteri? Cui sanctissima multitudo respondit; Nos non seditio, sed reverendissima ad hunc locum devexit reli-

a *Aureliano Imperatore in Galliæ profecto,*

F

b

c

d

ab Alexandro Protectore Autissiodorum misso

e

f

g

h

Christiani ibi se dare profitentur:

i

ex mss. gio: Chriſto enim noſtrarum libamina precum deferimus congregati, qui diſperſionem noſtram ſanguine ſuo redimendo conjunxit. Alexander reſpondit: Undenam in vobis talis ac tanta confidentia audacter inceſſit, ut coram Imperialibus Miſſis Chriſtianos vos eſſe profiteamini? Sancti viri dixerunt: Ille nos miſericordiæ ſuæ gratia corroborat, qui Imperatoribus & Regibus veſtris vitale præſidium præſtat. Alexander reſpondit: Ergo ſectæ noſtræ eſtis vos: nam Imperatores & Reges, vel nos ſubjectos eorum, nullus alius vivificat, quam Jupiter cælorum rector & conditor. Congeries Chriſtiana reſpondit: Falleris, infelix, qui temulentum ac luxurioſum hominem poſſe vitam largiri contendis? Nonne ipſe eſt Jupiter, ſororis inceſtator, qui petulante laſciviâ in varias formas animalium eſt commutatus? Alexander iracundiâ commotus, dixit: Vos nefandi & neſcio cujus Crucifixi ſeducti mendaciis, ſummum Jovem blaſphematis, totius mundi ſalvatorem? Religioſa ac felix turba reſpondit: Illum tu ſalvatorem teſtaris, qui ob turpitudinis cauſam alienas ſub ſimulatione imbrium irrupit tegulas? Alexander dixit: Per ſalutem Imperatoris, omnes vos ſacrilegi eſtis, & debetis hinc *k* in cruciatum abripi. Viri ſancti dixerunt: Quis ſacrilegium nefario ore committit? Nos, qui verum Deum, veraciter viſibilium atque inviſibilium confitemur conditorem? aut tu, qui execrabilem Deum aſſeris Jovem? Alexander reſpondit: Diu vos patientiâ meâ eſtis abuſi: propterea aut confitemini Jovem Deum omnipotentem libationibus veſtris, aut Imperatoris præceptio illico vos devaſtabit. Omnes unicâ voce dixerunt: Fac quod tibi præceptum eſt, nam nos non dimittimus Creatorem, ut deſerviamus (quod nefas eſt) creaturæ.

Jovem abominantur.

k

B

l

S. Priſcus corroborat alios.

2 Hoc audiens impiiſſimus Alexander, dixit Priſco: His & tu conſentis? Priſcus reſpondit *l*; Jube ad modicum ſatellites foras ſecedere, & conſilio accepto cum Fratribus iſtis ſtatim debeo ſuper hoc tibi reſpondere. Hoc autem non ideo dixit, ut timeret paſſionem; ſed ut Fratres conſolaretur & roboraret ad majorem tolerandæ adverſitatis conſtantiam. Alexander, vanâ ſpe deluſus, juſſit Imperiales ſatellites egredi; æſtimans ut Priſcus, qui princeps & magiſter illius ſanctæ multitudinis erat, evadendi viam quæreret, & ſacrificiis conſentiret. Excluſis igitur omnibus, ait Priſcus: Ecce, Fratres, ecce Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Crucis vexilla circumferens, & in medio noſtrûm deambulans dicit: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Hæc cum dixiſſet, omnes & ſinguli concorditer reſponderunt: Salutare tuum conſilium, Pater, amplectimur: & libenter Dei voluntatem in nobis impleri deſideramus. Poſt hæc Alexander ingreditur, & cum ſtrepitu irrumpens, turbam ſatellitum vultu, verbis, & minacibus gladiis horrificam multitudini Sanctorum circumfundit. Interrogatus ab Alexandro Priſcus; Quid tractaſſet, quidve circa ſalutem ſuam agere deliberaſſet, reſpondit: Quid te verbis protraherem? Sicut unum Deum colimus, ita & pro eo omnes unanimiter interfici feſtinamus. Tunc Alexander in S. Priſcum gladio animadverti præcepit: nec non ceteros eadem ſententiâ puniens, Priſcum in puteum præcipitari juſſit.

C

& eum illis occiditur.

m

S. Cottus poſt capit illius ablati interficitur.

n

3 Mox unus de ſuperſtitibus, nomine *m* Cottus, caput Priſci clam rapiens, devia ſilvarum appetiit. Quo cognito perſecutores, vicinorum locorum latibula indagantes, in ſtadiis fere triginta cum B. Priſci Martyris capite fugitivum deprehenderunt, non longe à civitate Autiſſiodorenſi, juxta *n* ſtratam Veſtrenſem: ubi eum interfecerunt: ibique à Chriſtianis tam ille quam caput reverendiſſimi Priſci cum hilaritate ſepultus eſt. Sanctorum vero Martyrum, qui cum B. Priſco uno die interfecti ſunt, Chriſtiani corpora furtim ſubducta, in ciſternâ non procul à puteo, in quo corpus ejus præcipitatum fuerat, humaverunt *o*.

D

o

ANNOTATA.

a *Breviarium Autiſſiodorenſe, & Ms. Iotrenſe*, In diebus illis.

b *Ms. idem*, Senonam; *Hiſtoria Autiſſiodorenſis*, Senonicenſem.

c *Idem Ms. Iotrenſe*, latebroſa.

d *Additur in Hiſtoria Autiſſiod.* Vocabatur eo tempore ſacri lateris Protector, cujus erat officium cuſtodiendi Imperatorem, ne ab aliquo quoquomodo vulnerari ſubito potuiſſet. Plurimi etiam Chriſtianorum ex diverſis civitatibus, præceptum Domini ſequentes, ubi ait; Cum vos perſecuti fuerint in una civitate fugite in aliam, relinquentes proprias ſedes, ad pagum Autiſſiodorenſem ſe contulerunt, eo quod eſſet eo tempore, ex maximâ ſui parte, nimiâ ſilvarum opacus denſitate. Quod minime latuit Alexandrum, ſacri lateris Protectorem.

e *Mss. S. Maximini & Bodec.* Codiciatus; *ſupra*, Quociacus; *Hiſtoria Epiſc. Autiſſiod.* Totiacus, *Breviar.* Tociacus: *eſt q*; *etiamnum* parœcialis eccleſia in Archidiaconatu majori Autiſſiodorenſi. *Ita Viola.*

E

f *Additur in Breviario & Hiſtoria Autiſſ.* maximâ nobilitate pollentem, multiſque ibidem cohortibus præminentem: qui cum pluribus à Veſuntionenſi civitate advenerat.

g *Ms. Iotrenſe*: profeſſionis.

h *Ms. Bodec.* ſeductio.

i *Breviar.* ne cunctemini confiteri.

k *Mss. Bod. & S. Maxim.* cruciatu acerbiſſimo conſumi.

l *Hæc omnia, de ſeceſſu petito & in illo actis, deſunt in Breviario & in Mss. Bodec. & S. Maxim. uſque ad illa verba*, ſicut unum Deum.

m Cottus, *aliis* Codcus, Cotus, Quodcujus.

n *Breviar.* ſtratam Veſociſim. *Mss. Bodec. & S. Max* viam tritam Veſcentem *aut* Veſtenſem.

o *Hic deſinit Ms. Iotrenſe.*

CAPUT II.

Reliquiæ Sanctorum honoratæ. Templum S. Priſci erectum, deſolatum, & reſtitutum.

4 LAtuerunt igitur glorioſorum Sanctorum memoriæ uſque ad tempus beatiſſimi *a* Germani Epiſcopi. Quo Præſule Deus, in cujus conſpectu fuerunt clariores, volens per eorum quoque patrocinium ſubvenire, omnibus *b* declaravit. Caput autem Priſci Martyris miris modis revelavit Chriſtianis: quem idem Antiſtes, locum de more conſecrans, colendum populis tradidit. Poſt non multa vero annorum curricula, irruentibus *c* Vandalis, Gallia eſt pene tota depopulata. Tunc vero locus ille ſacer infrequentatus cultoribus remanſit. Erat autem in convalle baſilica, in quâ Porcarius quidam vir nobiliſſimus, ejuſdem agri dominus, quadam die aprum cum clamore ſequens, ad eamdem vallem delatus, inſcius atque ignarus ſacratiſſimi loci, inſpicit locum deſertum, tegulas vero adhuc ipſius novas: qui reverſus in domum ſuã, præcepit ab alumnis ſuis illud tegumen, de loco illo quaſi privato ac deſolato, auferri & ſuis tectis imponi. Servi vero dictis domini parentes, celeriter ſolariis ejuſdem allatas tegulas *d* accommodant. Alterâ vero die Porcarius venatui indulgens, in pede fuit offenſione

a

Templum tempore Vandalorũ deſolatum.

b

c

d

quadam

A quadam lælus, ita ut febrium calore inopinato exuſtus, deſperationem vitæ haberet. Poſt mœrores autem nimios, quos dolor vulneris & ignis febrium ingerebant, luminibus ejus ſopor irrepſit: & ecce vir aſpectu terribilis, & nivea ſtola circumdatus, ante eum in loco reſulſit: cujus viſione obſtupefactus conticuit. Tunc ille reverendiſſimus vir jacentem aggreſſus eſt: Cur habitaculum meum, quod eſt in tuo agro, deſtruxiſti; & manſiones privatas, quod nefas eſt, ex tegulis ejuſdem habitaculi reparaſti? Porcarius autem, licet timore perterritus, reſpondit: Domine, tu quis es, qui me harum rerum ignarum alloqueris? Reſpondit Priſcus: Ego ſum Priſcus, humilis Dei famulus: in quem culpam admiſiſti, templum meum deſtruens, & domicilium tuum avide reſtaurans: & ut ſcias, ob hoc tibi hæc triſtitia accidit, & læſio pedis ſucceſſit. Cui Porcarius, ſumptis jam viribus, precatorie reſpondit: Parce, quæſo, Domine, mihi: ignorans hoc feci. Ego enim, non quaſi ſacrilegus de ſacrario tuo tegulas abſtuli, ſed exiſtimans veterem locum, olim habitatoribus viduatum, inſtrumenta ipſius tecti inferri juſſi. Puto enim, Domine, non eſſe crimen, quod per ignorantiam à quolibet admittitur. Verum quia dignatus es ignarum famulum tuum, oſtendendo quis ſis, conſolari, & quod ſis Martyr omnipotentis Dei revelare; non ſolum illas reſtituam, verum etiam plura ſuper adjiciendo locum collaudabilem atque ſolennem omnibus reddam. Tantum deprecor, ut hanc à me ægritudinem, qua me opprimens vulnus morbuſque affecit, illico amoveri præcipias. Vir Dei reſpondit: Niſi feceris quod nunc promittis, auferam animam tuam à te. Facto igitur mane, Porcarius, famulos ſuos evocans, ait: Quidquid de illo loco in valle ſito abſtuliſtis, celeriter reſtituite: & quemadmodum compoſitus fuerat locus, diligentiſſime exornate: quoniam non peccatorum, ſed habitaculum eſt venerabilium Martyrum. Ipſe vero cetera quæ opus erant ad reædificandam baſilicam fieri imperavit; & continuato ardore divinitatis incenſus, ædificationi indulſit, recepta jam priſtina membrorum ſanitate. Et ignorans quod ſemel ſacrificatum aboleri non poteſt, iterum Sacerdote accerſito baſilicam, quam in meliorem ſtatum reduxerat, ab eo conſecrari rogavit; & tantæ frequentationis eidem loco venerabili ſolennitatem accommodavit, omnibus vitæ ſuæ temporibus, ut concurſum ibidem conſtitueret facultatibus propriis. Hæc autem omnia operata eſt in Sanctis ſuis ſancta & individua Trinitas, cujus mandatum factus agnoſcit mundus, cujus proventu cuncta ſubſiſtunt, & Martyrum gratiæ coronantur. Acta autem ſunt hæc in Gallicana provincia, regnante fide catholica, ſub die ſeptimo Kal. Junii.

Ob tegulas ablatas Porcarius in morbum lapſus,

à S. Priſco monitus,

B

eccleſiam reſtituit,

& curat dedicari.

C

ANNOTATA.

a *Poſt an.* 418, *ut dictum eſt.*

b *Mss. Bodec. & S. Maxim.* eorum memoriam depalavit.

c *Imo exorſi Gallias ingredi ab anno* 406, *paulatim interiora depopulati ſunt.*

d *Mss. citata,* aptaverunt.

EX MSS. a

Charta a Joannis Baillet Epiſcopi Autiſſiodor. ex bibliotheca nobilis Viri D. de la Chaſſe, Senatoris Autiſſiodorenſis.

De tranſlatione corporis S. Cotti, ab ipſo Epiſcopo factâ.

UNiverſis præſentes litteras inſpecturis, Joannes, Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Autiſſiodorenſis Epiſcopus, ad futuram rei memoriam. Licet Sanctorum animæ humanis non indigeant laudibus, cum requieſcant in cælis, ubi immarceſſibilem æternæ gloriæ coronam de manu Domini percipere meruerunt; Nos tamen, qui in hujus mundi naufragio periculoſe navigamus, ipſorum Reliquias in terris nimis honorare non poſſumus, ut ipſorum precibus & meritis hujuſmodi coronæ participes effici mereamur. Accedentes igitur ad eccleſiam parochialem B. Priſci, noſtræ diœceſis Autiſſiodorenſis, ad debitum viſitationis impendendum officium, Stephanus Regnaudus, incola dicti loci, nobis devote & humiliter ſupplicavit, ut reliquias S. Cotti, in præfata eccleſia in quadam capſa lapidea, retro majus altare ipſius eccleſiæ quieſcentes, de ipſa capſa in quamdam aliam novam ligneam, quam ad dictas transferendum Reliquias fecit honorifice fieri, transferre vellemus: ut ibidem, ad dicti Sancti majorem excellentiam, honorificentius requieſcerent; & devotio populi ad Sanctum ejuſdem ferventius & propenſius augeretur. Nos autem hujuſmodi ſupplicationi zelo devotionis inducti benigne annuentes, & ipſum Regnaudum in devotione ſua confovere volentes; quia comperimus & audivimus quam plura miracula, per interceſſionem S. Cotti facta; & quamdam litteram antiquam valde, in petrâ deſuper ipſa capſa lapidea in muro ſculptam, quam vidimus & legi fecimus, in effectu continentem; HIC REQUIESCIT SANCTUS COTTVS, QVI CVM CAPITE S. PRISCI MARTYRIS SVSCEPIT MARTYRIVM; nec non plura alia, nos & animum noſtrum moventia ad hæc. Idcirco ad Tranſlationem hujuſmodi procedere cupientes, dictam antiquam capſam lapideam in noſtra præſentia, Pontificalibus ornamentis ornati, juſſimus & fecimus aperiri: in qua honorabiles Reliquias dicti S. Cotti, videlicet caput corporis, & oſſa per particulas, ſicut pie credimus, invenimus; & dictas Reliquias à dicta antiqua capſa lapidea, in dictam novam ligneam, manu propria tranſtulimus, præſentium die datæ. Aſſiſtentibus nobis & præſentibus Dominis, b Hugone, Abbate S. Germani, Ordinis S. Benedicti; c Joanne, Abbate S. Mariani prope Autiſſiodorum, Ordinis Præmonſtratenſis; & d Joanne, Abbate S. Petri Autiſſiodorenſis, Ordinis S. Auguſtini. Solennitatem quoq; hujuſmodi Tranſlationis indiximus & ordinavimus, in dicta parochiali eccleſia perpetuo celebrandâ annis ſingulis, die datæ præſentiũ; ut dicti S. Cotti & omnium aliorum Sanctorum meritis & interceſſionibus adjuti, præfatam coronam aſſequi valeamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum oblongum præſentibus litteris, una cum ſigno & & ſubſcriptione Magiſtri Radulfi Chef-de-Ville, Presbyteri, Notarii publici, Secretarii noſtri, duximus apponendum. Has autem litteras in præfata capſa lignea cum dictis Reliquiis includi fecimus. Datum & Actum in præfata eccleſia S. Priſci, anno Domini MCCCCLXXX, die XIX Novembris, præſentibus

Epiſcopus in viſitatione,

E

propter miracula audita,

F

reliquias S. Cotti tranſfert,

b

c

d

coram 3 Abbatibus,

EX MSS. *an.* 1480 19 Nov.

tibus Venerabilibus viris Magiſtris, Stephano Naudet, Curato dicti loci; Ioanne Odry, Officiali noſtro Autiſſiod. Edmundo Boilceni, Presbytero Eccleſiæ noſtræ; Canonicis, Ioanne Lanceaulmo, Michaële Rebot; Presbyteris, Nicolao Odry & Petro Gral, Curiæ noſtre Autiſſiod. Notariis, cum pluribus aliis teſtibus ibidem affluentibus.

D

ANNOTATA.

a Ioannes Baillet *fuit* 91 *Epiſcopus Autiſſiodor. & ſedit ab anno* 1478, *uſque ad an.* 1513.

b Hugo Tyard 48 *Abbas, præfuit ab anno* 1453 *uſque ad an.* 1488.

c Ioannes de Verandat *dicitur electus anno* 1471.

c Ioannes de Baugis, *Abbas* 20, *indicatur hoc anno* 480 *præfuiſſe.*

DE SS. ABERCIO ET HELENA

GERMANIS MARTYRIBVS.

D. P.

Ex Synaxario Divionenſi & aliis. An Alphæo patre nati?

Nomen in faſtis.

B

MEnæa Græcorum excuſa, & Menologium à Sirleto editum, cum Maximo Epiſcopo Cytherorum, nominant hoc XXVI *Maji*, Sanctos Martyres Abercium & Helenam, *nullo addito Elogio. Ms. Synaxarium Claromontanum ad hunc etiam* XXVI *Maji eos refert, ſed pro* Abercio *nominat* Abenium. *In Ms. Divionenſi Græco ſic legitur* Ὁ ἁγιὸς Ἀβέρκιος, ὁ τὲ ἁγίε Ἀποςόλε Ἀλφαίε υἱὸς, ἐν μελισσῶνι γυμνὸς ἀπολωθεὶς ὑπ δακνώμενος, ὑπ' αὐλῶν πλείςτων: S. Abercius, filius Alphæi Apoſtoli, nudus in apiario expoſitus & ab apibus compunctus, ab iiſdem occiditur. *Additur diſtichon, quod in ſeparatione filiorum, male (ut alibi dictum fuſius) cohærentium, ſic vitiatum fuit ut legi nequiverit. Deinde dicitur* Ἡ ἁγία Ἑλένη ἡ ἀδελφὴ αὐτε λιθοβοληθεῖσα, S. Helena, ſoror ejus, lapidata; *cum hoc diſtticho:*

Σὸς Χριςονύμφη κόσμος Ἑλένη λίθοις,
Δι' ὧνπερ ὠφθης εὐπρεπὴς ἐν Κυρίῳ.

O ſponſa Chriſti, mundus eſt, lapides, tuus:
Quibus videris optime ornata in Deo.

Genus martyrii.

Ferrarius, neſcio unde allegatis Græcorum tabulis (neque enim Græca ulla originalia ad ſuum Catalogum texendum adhibuiſſe, aut omnino Græce videtur ſciviſſe) retulit eos ad XXIV *Maji. Invenimus etiam in Synaxario Combefiſiano, apud Patres Prædicatores ſtrictioris obſervantiæ Pariſiis, eoſdem Martyres, relatos ad diem* XX, *& alibi ad* XXVII *Maji. Quod autem* S. Abercius *vocetur in Divionenſi filius* Alphæi Apoſtoli, *vereor ne inde ſit, quod in pleriſque (ut ſupra dictum eſt) Synaxariis, hic inveniatur laudatus, tamquam* pater Apoſtolorum Jacobi & Matthæi, *alibi vero ipſe* & filii ejus, *non expreſſis nominibus, commemorentur; & deinde ſubjungatur memoria horum Martyrum, quos potuit Divionenſis Synaxarii collector pro filiis accepiſſe. Certe non audemus, ex hujus unius Ms. fide, aſſerere eorum cum prædictis Apoſtolis germanitatem, omnibus aliis ſcriptoribus ignoratam.*

E

An pater Alphæus?

DE SANCTIS MARTYRIBVS

ERACLIO, PAULO SEU PAULINO, MINDINA SEU MUNDINO, JOCUNDO.

G. H.

Ex Martyrologio S. Hieronymi & aliis.

XXVI MAII.

DIem quartum *Maji omnia antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa ab his ſanctis Martyribus auſpicantur: & Corbejenſe Pariſiis excuſum iſtis verbis:* VII Kalendas Junii Natalis SS. Eraclii, Pauli, Mindinæ, Jocundi. *Eadem in alio Ms. Corbeienſi necdum excuſo leguntur:* At Jocundo *omiſſo, reliqua habentur in apographis Lucenſi & Blumiano. Nulla iſtic indicatur palæſtra Martyrii: ſed Ms. Epternacenſe videtur ſupplere defectum cum hac nominum varietate.* In Africa, Eracli, Paulini, Mundini. *Sequuntur Mſs. Richenovienſe & Rhinovienſe hoc modo:* In Africa Eracli, Pauli, *pro quo in Aquiſgranenſi nomen* Paulini *habetur:* Heracli *eſt in Ms. Labbæano, etiam cum palæſtra* Africa. *Interim de ea poteſt controverti, quod in aliis apographis tribus non habeatur, & mox indicentur alii Martyres* in Africa *paſſi, quibus potuiſſent conjungi. Hoc ergo lectori, voluimus ſic nude proponere, ſi forſan aliunde lumen poſſit affundere. Interim ſequentium martyrum Afrorum* Paulus *anteſignanus agnoſcitur: alios autem tres vel quatuor ad tertium ordinem mox proferendũ reduceremus, niſi in antiquis Martyrologiis ab illis ſeparatentur.*

An paſſi in Africa?

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

PAVLO, ANTEONE, QVADRATO, RVFINO, VALERIA, MAGNO.

G. H.

Ex eodem Martyrologio & aliis.

XXVI MAII.

ANtiquum *Ms. Reginæ Sueciæ, propoſitum ab Holſtenio in Animadverſis ad Martyrologium Romanum, de his Sanctis ſic habet:* In Africa Pauli, Quadrati, cum aliis tribus. *Omnium nomina exprimuntur in vetuſtis Martyrologii Hieronymiani apographis, & in Lucenſi iſtis verbis:* In Africa item Pauli, Anteon, Quadrati, Rufini, Valeriæ. *Particula* item *eſt reſpectu* Pauli, *in præcedenti turma relati, & deeſt in Mss. Epternacenſi ac Blumiano, in quibus loco* Anteon, *ſcribitur* Ateonis & Anſimi. *In codice Corbeienſi Pariſiis excuſo additur* Magnus, *qui aliis deeſt. Mss. Caſinenſe & Altempſianum ſic legi jubent:* In Africa Pauli, Rufinæ, & Valeriæ. *At melius Ms. Trevirenſe S. Maximini:* In Africa Rufini & Valeriæ. *Et, Palæſtra omiſſa, nomen* Rufini *eſt in Ms. Pariſienſi Labbæi, atque Auctario Greveni ad Vſuardum: cui additur* Valeri *loco* Valeriæ *in Ms. Aquiſgranenſi. In apographo Luceuſi ad* XXI *Maji referuntur iidem* Paulus, Anteon, Quadratus, *& perperam* Autiſſiodoro *adſcribuntur.*

B

2 S. Quadrati *memoria poſt Vſuardum, Adonem, Notkerum, alioſque recentiores, ita inſerta eſt Martyrologio Romano:* In Africa S. Quadrati Martyris, in cujus ſolennitate S. Auguſtinus ſermonem habuit. *Addit Baronius ejus Sermonis* mentionem fieri in Indiculo Poſſidii. *Vtinam hic prodeat aliquando* ſicut prodiit *ſermo de* SS. Perpetua *&* Felicitate, *datus ad* VII *Martii.*

B

DE SANCTIS MARTYRIBVS TVDERTINIS

FELICISSIMO, HERACLIO, PAVLINO, MENEDINA, SATVRO, VICTORIO, SATVRNINO, MARINO, ITEM SATVRO, FORTVNATO, ET THEOMEDO.

G. H.

Cultus ex Martyrologiis, tempus Paſſionis.

XXVI MAII.

Memoria omnium in antiquis faſtis,

TUder *& poſterioribus* Tudertum, *urbs antiqua, alii Vmbriæ, alii Hetruriæ ſeu Tuſciæ annumerata, vulgò* Todi *dicta, plures toto anno profert Martyres; & inter illos ad hunc diem illuſtrem turmam, quam quatuor antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa indicant. Vetuſtiſſimum Epternatenſe his verbis utitur:* In Tuder Tuſciæ, Feliciſſimæ, Eracli, Paulini, Meridiæ, Saturi, Victuri, Saturnini, Marini; item Saturnini, Furtunati & Theomæ. *Aliqua ſcripturæ varietas eſt in aliis: & codices Corbeienſis atque Lucenſis loco* Feliciſſimæ *habent* Feliciſſimi, *& tam in his quam etiam in Ms. Blumiano loco* Meridiæ *eſt* Menedinæ: *ita etiam loco* Victuri, Marini, Saturnini, Secundi, Furtunati & Theomæ, *in pleriſque legitur* Victori, Maurini, Saturi, Fortunati & Thomedi. *Mss. Rhinovienſe & Richenovienſe iſta habent:* In Tuder, *ſeu* Tuderto, Feliciſſimi & Mindiniæ. *Mss. Auguſtanum S. Vdalrici & Pariſienſe Labbæi, omiſſa palæſtra, referunt nomina* Feliciſſimæ, Pauli, Victuri, Saturi. *Meminit etiam* Victoris *in ſuo Auctario ad Vſuardum Grevenus.*

C

2 *Celeberrima permanſit memoria trium primorum Martyrum, quos ſuo Martyrologio ita inſcripſit Vſuardus:* Tuder Tuſciæ natalis Sanctorum Feliciſſimi, Eraclii, Paulini. *Eadem habent Ado, Notkerus, & alii recentiores cum hodierno Martyrologio Romano: ubi Secundus ferè* Heraclius *appellatur, & civitas ſæpius* Tudertum. *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, ex Officiis Eccleſiæ Tudertinæ, Romæ approbatis, hoc eorum Elogium edidit:* Feliciſſimus, Heraclius, & Paulinus, cives Tudertini, ſub Diocletiano & Maximiano martyrio coronati ſunt. Cum enim perſecutione ferveſcente, Chriſtum prædicare hi non deſiſterent, comprehenſi ſunt, ac poſt diverſa tormentorum genera tandem martyrii palmam conſecuti ſunt. Quorum corpora extra urbem in eccleſia S. Stephani Protomartyris ſepulta ex antiqua traditione creduntur. *Hæc ibi, quæ fere eadem habent Ioannes Baptiſta de Sanctis Tudertinis, & Ludovicus Iacobillus de Sanctis Vmbriæ; qui addit,* Feſtum illorum celebrari, ſub ritu duplici, ac magno populi Tudertini accurſu. *Horum trium Martyrum meminit Baronius in Annalibus ad annum* CCCIII, *numero* CXXI. *Maſinus in Bononia perluſtrata ad hunc diem tradit, aliquas* S. Feliciſſimi *reliquias in eccleſia Servitarum aſſervari: ſed an hujus Tudertini non aſſerit.* Sanctorum Martyrum Feliciſſimi & Heraclii *memoria etiam celebratur in vetuſto Ms. Caſinenſi, ſed ad diem* XXVIII *Maji, quod huc referendum arbitramur.*

F

Tempus martyrii.

trium primorum apud Vſuardum, Adonem & alios.

DE S. MEMORIO CONFESSORE

D. P. *PETRACORICÆ IN AQVITANIA.*

COMMENTARIUS CRITICUS.

De ejus ætate, laureola, cultu: an ipſe unus ex Innocentibus?

XXVI MAII. *Nomen & titulus Confeſſoris ex Martyrologiis.*

Otitiam Paſſionis S. Sicharii, *ad diem hujus menſis* 11, *primam ac tertiorem, licet breviſſimam, accepimus ex Vſuardi Martyrologiis, ad Aquitanicarum Eccleſiarum uſum auctis: & nunc ex ſimiliter interpolati Vſuardi exemplari, ſane antiquo, quod in Ducis Altempſii bibliotheca Romæ invenimus, primum in Gallia deinde in Britannia auctum, diſcimus titulum, ſub quo antiquiùs cultus fuit, hic de quo agere inſtituimus Sanctus Nam ad* VII *Kalendas Iunii, ita ibidem legitur:* Petragoricas S. Memorii Confeſſoris. *Conſentit Adonis Martyrologium, non quidem ut ab ipſo ſcriptum eſt, ſed ut pro Eccleſia Tolonenſi amplificatum habetur inter Mss. Reginæ Suèciæ; Tolonenſibus, quæ dixi, additamentis manu recentiori additis, ad vetuſtiorem ſcripturam membranei codicis, qui olim Brixienſis eccleſiæ fuerat. In hoc ſiquidem ſic dicitur:* Ipſo die, *ſcilicet* XXVI *Maji,* B. Memorii Confeſſoris, quem B. Frontonius, cum eſſet in Ægypto, Domino revelante reperit.

non videtur corpus ex Ægypto allatum:

2 *Colitur* S. Fronto, *primus Petracoricenſium Epiſcopus, die* XXV *Octobris; ad quem diem examinabimus, rectene hic idem eſſe credatur cum illo ſancto Eremi Nitrienſis Abbate, de quo egimus die* XIV *Aprilis. Interim cenſeo in hujus identitatis ſuppoſitione, ſeu vera ſeu falſa, certe non multorum ſeculorum aſſenſu firmata, niti, quod* B. Memorii *corpus reperiſſe Sanctus in Ægypto dicatur; prout etiam in Petracoricenſi veteri Breviario (unde verisimiliter additio poſterior atque recentior accepta fuit) teſtatur Ioannes du Puy, in libro quem ſcripſit de Statu eccleſiæ Petracoricenſis pag.* 195. *Sed hic, licet identitatem præfatam tueatur, miratur tamen majorum ſimplicitatem, qui corpus* S. Memorii *credere potuerint ex Ægypto allatum. Creditur illud requieſcere in S. Frontonis eccleſia, olim Abbatiali, ſed pridem converſa in Collegiatam ac nuper in Cathedralem, traductis eo Canonicis ex æde S. Stephani. Colitur autem ejus ibi feſtum tanto cum populi undique accurrentis affluxu, ut D. Armandus Girard Canonicus Sarlatenſis, qui librum prædictum cum ſuis propriis additionibus donavit nobis, manu ſua teſtari & recentius per Epiſtolam confirmare potuerit, ſingulis annis ad proceſſionem tunc inſtituendam advenire plus quam quatuor millia extraneorum.*

ejus in eccleſia S. Frontonis, frequens cultus:

ſed confuſus cum cultu unius ex Innocentibus,

3 *Licet autem non aliter notus antiquis fuerit* Memorius *hic, in ipſa Gallia & diœceſi Petracoricenſi veroſimiliter vita functus, quam cum titulo* Confeſſoris; *à ſeculis tamen aliquot cœpit coli ut* Martyr, *& quidem velut unus ex Innocentibus ab Herode occiſis. Hinc cogor credere, ignotum prorſus eſſe ſepulturæ locum, confuſionemque perſonæ ac nominis inde natam, quod in eadem eccleſia pridem haberetur corpuſculum unius ex Innocentibus. Tali enim corpuſculo ſolo apparente iſtic, ubi* S. Memorius *ab antiquo celebrabatur; cœptum ſit credi, ejus iſtud eſſe; & quidem eo proclivius, quod jam exiſtimaretur, Brantolmiæ ex eodem Innocentium numero haberi alterum. De iſto Innocente circumfertur in Petracoricenſi plebe abſurdius aliquid, ſcilicet ipſum eſſe Herodis filiolum, quem pater juſſerit occidi cum ceteris, ne forte vel hic eſſet Meſſias à Iudais expectatus, à ſtella deſignatus, à Magis quæſitus.*

cui nomen Memorii caſu factum ſit.

4 *Sed ut hanc de Herodis filio fabellam merito omnes eruditi explodunt; ita qui noverit,* S. Memorium, *celebrem Trecis in Gallia* Martyrem & Levitam, *cujus & ſociorum Paſſio* VII *die Septembris recolitur, adeoque intelliget uſitatum Galliæ nomen id eſſe; mirabitur conjecturam Ioannis præfati, qua ſuſpicatur* Memorii *nomen caſu natum, & anonymo puero inditum eſſe, ex inſcriptione ſepulcri, altaris aut lipſanothecæ, quæ notabatur* Memoriæ Martyris Innocentis. *Quamvis enim eum nunc talem colant Petracoricenſes, & ad Officii Lectiones aſſumpſerint homiliam S. Ioannis Chryſoſtomi de Innocentibus, cetera de communi unius Martyris facientes; non tamen dubitaverim antiquiori cultui poſtponere uſum recentiorem, & ſuadere, ut capſam, quæ* S. Memorii *eſſe dicitur, ſcrutentur curioſius; inventuri forſitan aliquid ſcitu dignum; & ſaltem, ſi ſolum corpus infantile appareat, evidenter cogniturі, hoc non eſſe ejus quem ſui majores pro* Confeſſore *habuerint.*

DE SANCTO PARDO EPISCOPO

G. H. *PATRONO LARINI IN ITALIA.*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus eccleſia & cultu in ea, Actiſque Mss.

XXVI MAII. *Larini Eccleſia Cathedralis illi dicata.*

Larinum, *ſeu* Alarinum, *urbs olim Ferentanorum, ab antiquis ſcriptoribus multum celebrata, in hodierno Comitatu regni Neapolitani Moliſino, in confinio Capitanatæ provinciæ prope Frentonem amnem, nunc* Larina *appellatur, & licet parva ſit, proprio tamen gaudet Epiſcopatu. Cathedralis Eccleſia, amplæ ex quadrato lapide ſtructuræ,* S. Pardo Epiſcopo *dedicata eſt, ubi ſacrum ejus corpus aſſervatur. Ferrarius in Catalogo generali ad hunc diem* XXVI *Maji, ita ipſius meminit:* Larini in Frentanis S. Pardi Epiſcopi, urbis Patroni. *Vghellus Tomo* 8 *Italiæ ſacræ, ubi agit de Archiepiſcopis Beneventanis eorumque Suffraganeis, inter quos ſunt Epiſcopi Larinenſes, columna* 435 *iſta habet:* Pardus iſte non fuit Larini Epiſcopus, ut Ferrarius ſcribit, ſed cujuſdam civitatis in Peloponneſo Antiſtes, qui cum à ſua Sede expulſus fuiſſet, Romam venit ad Pontificem Maximum: à quo oblatum in Italia alterum Epiſcopatum, quietis gratia & amore ſolitudinis illum recuſavit, & in eremum ſeceſſit prope Luceriam civitatem Apuliæ: ubi tanta vitæ ſanctitate ea in ſolitudine vixit, ut Sanctus poſt obitum habitus ſit;

&

A & Larinates, quibus corpus S. Primiani detractum fuerat, profecti in ſaltum Luceriæ invenerunt cordus S. Pardi. Quod cum abſtuliſſent, Larinum deportavere, & in eccleſia condidere, quam in honorem ejus dedicaverunt: cujus Tranſlationis diem celebrant XXVI Maji, veluti civitatis ac diœceſis Patroni: inventionis vero diem XVII Octobris. Acta ipſius Mss. hæc habent. *Ita Vghellus.*

ibi corpus adſervatur

& colitur 26 Maji & 17 Octobris.

2 *Acta illa ipſemet, quantum recordari poſſumus, nobis Romæ donavit, deſcripta ex Ms. Bovinenſi. Eſt autem Bovinum, cum indicata ab Vghello Luceria, in provincia Capitanata,* XIV *millibus paſſuum ab ea diſſita verſus Meridiem, prope confinia Principatus ulterioris. Eadem Acta, ſed abſque Prologo & non nihil contracta, deſcribi nobis curavimus ex codice Ms. bibliothecæ Vaticanæ, quod ad primi Ms. correctionem aliquando neceſſariam profuit. Sunt autem illa non valde antiqua, ſed ſeculo primum* X *aut etiam ſerius, ex traditione forſan populari compoſita. Prologus juſto verboſior eſt: Auctor in eo ſe* Radoynum Levitam *appellat, ſcilicet Eccleſiæ Larinenſis. Carthuſianorum Bruxellenſium ſupplementa ad Grevenum indicant* S. Pardi *Tranſlationem die ſequenti* XXVII *Maji, ac dein* XVII *Octobris, quo ſupra dicitur Inventionis memoria celebrari, iſta leguntur*: In civitate Alarnienſi S. Pardi Epiſcopi

Vita Ms.

B & Confeſſoris.

VITA

Auctore Radoyno Levita Eccleſiæ Larinenſis.

Ex codicibus Mss. Bovinenſi & Vaticano.

PROLOGUS.

1 AD Salvatoris magnificentiam, laudemque totius Eccleſiæ, operæ pretium credimus fore, ſi triumphos Confeſſorum atque Pontificum Chriſti, & coronas certaminum annotamus. Aſt ſi antiquæ oblivioni vetuſtas ſilentio deprimatur, non dubium eſt eos [non] carere culpa invidiæ, qui acceptum munus Dominici talenti, non ad utilitatem Chriſtianorum fidelium, ſed ſeculari ſtudio torpente lingua impartiri maluerunt: cum Gen-

Acta ſcribit ad imitationem Sancti,

C tiles Poëtę, inani ſtudio dediti, priſcorum infidelium facta virorum, figmentis ſuorum carminum, toto orbe diffamare ſtuduerint: cum accuratius foret illuſtribus viris, celeberrimum agonem iſtius Beatiſſimi Pontificis ad memoriam ducere, & mentes fidelium exemplo illius certaminis pia devotione ſolidare. Dum autem felicitates iſtius ſanctiſſimi Pardi Confeſſoris atque Pontificis releguntur, corda audientium, deſpectis ſecularibus negotiis, toto conamine amore cæleſtis patriæ inardeſcunt, & illuc feſtinare deſiderant, ubi remuneratoris certaminum ſine fine regna percipient. Ad hæc mihi placuit ſcribere omnibus ſpiritualibus Fratribus, audientibus vel videntibus palmam iſtius fauſtiſſimi Agoniſtæ, qualiter agonizaverit contra omnia carnalia vitia, & quam acerrime contra ſuum palæſtritem diabolum luctaverit: ut glorificent Dominum miſericordemque Patrem, qui ſibi adhærentibus victricia arma confert, & ſalvos facit ſperantes in ſe.

& gloriam Dei:

2 Nunc autem Divino fretus nutu, ſanctiſſimis veſtris orationibus adjutus, iſtius ſanctiſſimi Patris Pardi, Confeſſoris atq; Pontificis, vitam & meritum enucleatius exarare aggrediar: ut haurientes corporalibus auribus ejus ſanctiſſima facta, internorum viſcera referta dulcedine, mellito gutture in deſinenter eructent. Sed quod iſte Confeſſor atque Pontifex ſanctus Pardus peregre profectus ſit, in fine iſtius opuſculi hiſtorialiter enarramus. Cumque hic ſanctus intelligendo & operando aliis prædicaſſet, quaſi duplicatum de negotio lucrum reduxit. Servus vero qui geminata talenta retulit, à Domino laudatur, atque ad æternam remunerationem reducitur, cum ei voce Domini dicitur, Euge ſerve bone & fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Sed tunc fidelis ſervus ſupra multa conſtituitur: quando devitata omnis corruptionis moleſtia, de æternis gaudiis in illa cæleſti ſede gloriatur. Tunc ad Domini ſui gaudium perfecte intromittitur, quando in æterna illa patria aſſumptus atq; Angelorum cœtibus admixtus, ſic interius gaudet de munere, ut non ſit jam quod exterius doleat de corruptione. Nam & de pigro ſervo ſcriptum eſt, Tollite ei talentum, & date ei qui decem talenta habet. Ubi etiam mox ſententia ſubinfertur, qua dicitur: Omni enim habenti dabitur, & abundabit; ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo.

A. RADOYNO EX MS.

Matth. 25

exemplo ſervi boni Evangelici,

admirans Sancti caritatem,

3 Unde neceſſe eſt, Fratres mei, ut ſupra omne quod agitis, erga caritatis cuſtodiam vigiletis. Vera autem caritas eſt [& inimicum amare propter Dominum *a*] & amicum diligere in Domino: quia qui non habet caritatem, omne bonum amittet. Hic autem venerabilis vir atque omnium ore canendus, in quo & vera confeſſio fuit in verbis, & triumphus in virtute ſanctitatis, tantæ caritatis & ſanctitatis extitit, ut . . . . *b* dum æmuli ſui eum expellere conarentur, propter ſuam ſanctiſſimam prædicationem, & propter divinum ſemen quod anxie cupiebat ſerere in mentibus eorum, & ſpinas impietatis evellere. Et cum ſponte ceſſiſſet odiis iniquiſſimæ ſuæ plebis; ut eam lucraretur Dominus per ſe, ad tempus locum dedit iræ, ut ora balbutientium canum obſtruerentur, & in tempore ipſe cum fructu veniret. Sed minime ei conceſſum eſt: eo quod plures præſciti eſſent ad interitum perditionis. Sed nunc, qua occaſione vel quibus precibus iſtius ſanctiſſimi viri Confeſſoris & Epiſcopi Pardi vitam comere exorſus ſum, evidenter audite.

E

a

b

4 Cum quietus eſſem ego Radoynus peccator, & indignus Levita in Dei ſervitio, nullis ventorum flatibus præpeditus, ſed contemplative divinis præcinctus orationibus; cominus aſtitit ante me quædam Chriſti famula, Mirata nomine, obſecrans cum lacrymis, provoluta pedibus, caputque ſolo inhærens, ut iſtius clariſſimi viri actus exararem; ut & præſentibus gaudium foret, & futuris accommodaret paradiſiacum quęſtum. Sed dum me ineruditum conſpicerem, *c* auribus audiens, voces illius in penetralibus cordis haud inhærere *d* ſivi, propter importabile pondus; & quia iſtius ſanctiſſimi Pardi merita, etiamſi adeſſet Maronis profuſa loquacitas, numquam valeret exponere vel ſeriatim comere: ſed victus precibus & lacrymis ipſius clariſſimæ mulieris, non cauſa temeritatis aut jactantiæ, adjutus precibus iſtius Confeſſoris ſanctiſſimi Pardi, exorſus ſum edere ea quæ de tanto clariſſimo viro, mihi poſſibilia, & veſtræ memoriæ accommodata fuere, ut ad ædificationem animarum omnibus proficuum & notiſſimum eſſet.

& incitatus à Mirata matrona.

F

c

d

ANNOTATA.

a *Vt hæc verba addidi ad explendum ſenſum, ita expunxi ſequentia, eumdem interturbantia: nam*

b *In ecgrapho legebatur*, Ut ſua infenſa plebs diabolico virus infecta dum æmulatur.

A. RADOYNO EXMS.

c *Item hac*, & divinarum harundinum vera ſcitu-rus neſcium, *ubi forte legendum* veraciter neſcium; *ſed quid ſubſtitues loco* harundinum? *reliqua facilius fuit reducere ad ſenſum aliquem.*

d *Egraphum*, ſed penetrabilium corda haud in-hærentes.

HISTORIA

VITÆ ET TRANSLATIONIS.

5 HIc autem prædictus Pontifex venerandus Pardus, fuit *a* de civitate Poliponiſſu: & quia ſuæ diœceſeos omnes cultores per abrupta currebant, propriam ſequentes voluntatem, cœpit eos alloqui, & divinæ ſermone prædicationis eos confundere, quatenus à peſtifero errore [eos] auferre potuiſſet. Illi autem ægre ferentes ſuam prædicationem, nequitius & cum dedecore expulerunt eum de ſuo Epiſcopatu; Judaico more dicentes; Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et quanto plus verba veritatis attentus prædicabat, tanto plus corda pravorum hominum, more nitri, ad pejus ſcaturiebant: unde &

B Salomon ait; Qui mittit acetum in nitro, ſic eſt qui cantat carmina cordi peſſimo. Expulſus autem de civitate, cum aliquantis Clericis, venit Romam cum magno mœrore ad Apoſtolicum, qui illis diebus pręerat ipſius Cathedræ. Quem ipſe venerabilis Papa *b* cum Clericis ſuis honorifice ſuſcipiens ac blande conſolans, ſufficientia ſibi juſſit accomodari ſtipendia & hoſpitia, inſuper & locum habere in urbe; per Spiritum ſanctum cognoſcens, quam magnæ virtutis eſſet vir ille qui adventaverat.

6 Sed poſtquam ejus fatigata membra refocillàta ſunt, & aliquantiſper recepere vires, caſus & geſta ſuarum ovium cum luctu magno retulit, in auribus ſummi Pontificis; ut conſuleret ei Beatus Papa, quid inde faceret de ſuo Epiſcopatu, vel qualiter extra ſuam parochiam quamvis invitus degendo peregrinaretur. Cui præfatus Papa ait; Noli, fili, dies tuos mœrore conſumere: ſed habeto noſtrum ſolamen: in proximo enim Dominus nobis & tibi dabit ſuum conſilium. Poſt non multos vero dies, cives ſui ad limina Apoſtolorum venientes, indagare ſtuduerunt ſi ſuus Paſtor illic adveniſſet: quem anxie in urbe & in ſuburbanis quærentes, jam belluina feritate depoſita, repererunt eum divinis orationibus

C vacare, & apud Papam in Urbe morari. Ad quem cum magno luctu & inſtantia precum accedentes, oppido deprecabantur, ut ad propriam Sedem reverteretur. Quorum preces, quia ſenio & valetudine fatigabatur, flocci pendens, ſummi Pontificis & ſancti Concilii roboratus conſilio, licentiam dedit eis alium inthronizare in ſua Sede, ut ſe, veſtigiis ſummi Pontificis adjunctum, in urbe linquerent commanſurum. Quam juſſionem quamvis cum mœrore ſuſcipientes, accepto conſilio elegerunt Pontificem, & ſic ad propria cum ingenti triſtitia repedaverunt.

7 Hic autem prædictus Pontifex Beatus Pardus, poſtquam ſui cives regreſſi ſunt ad propria, expetivit à Papa, ut ſibi locum annueret commanendi Apuliæ, ubi & ſuas calamitates lugubri officio defleret inſtantius. Quam petitionem ſummus Pontifex cum gaudio perficiens, & quia locum invenerat ſuum implendi deſiderium, ſodales etiam cum petitione attribuit. At ille compos voti effectus, ſtipatus magnis catervis & ſanctiſſimis turmis, venit Apuliam. Invenienſque ibi locum aptum ſui deſiderii, applicuit in ſuburbano opulentiſſimo *c* Luceriæ. In quod ingreſſus, miræ magnitudinis & pulchritudinis edificari juſſit duas eccleſias, hærentes muro civitatis: in quibus Deo ſervivit tempora plura, & erga quas parviſſimam & arctiſſimam cellulam ſibi fieri præcepit; in qua per plures annos degens, afflictus multis vigiliis & inediis ſimulque orationibus, Deo animam reddidit.

8 Poſt cujus exceſſum meritis accolarum permiſit Omnipotens flagellari eos plagis maximis, etiam & totam Apuliam depopulari. Quia *d* tunc egreſſus Imperator Auguſtus Conſtantinus de ſua urbe cum magno exercitu, transfretavit maria: venienſque *e* Tarantum, lata arva implevit ſuo exercitu. Concite autem inde ſurgens cum ſuo apparatu, totam Apuliam vaſtavit, atque prædatus eſt. Inde Luceriam adiens acerrime dimicari juſſit, & diverſas machinas apponi, quam diu caperetur. Captam vero uſque ad ſolum juſſit proſterni, & eâ exuſtâ igni, omnem populum, qui prius non fugerat, in captivitatem mitti. Alacer autem Auguſtus redditus de victoria, ſuorum inſatiatus adhuc ſcelere, præcepit amoveri caſtra, & ocius erga mœnia olim ditiſſimæ [urbis] Beneventi caſtra metari, in qua Romuwaldus Princeps, cum ſanctiſſimo Sacerdote *f* Barbato, & paucis ac validiſſimis Longobardis morabatur. Qua circumſepta prædonibus & innumerabili exercitu, novas machinas apponi præcepit, ut dolo aut virtute caperetur. Sed Dominus omnipotens, meritis & orationibus Beati Barbati, enervavit vires militum: & ſic demum Auguſtus vanus & vacuus receſſit, tantum acceptis obſidibus inde pervolat; Neapolimque ingreſſus, & velivolum mare appetens, ſuos adiit fines.

9 Lucerinus autem Epiſcopus, qui antequam caperetur ſua diœceſis latenter fugerat cum ſuis Clericis in aliquam partem Apuliæ, condidit oppidum nomine *g* Leſinam, in quo & moratus eſt per annos non exiguos. Sed poſtquam Dominus permiſit flagellari Auſoniam barbarorum gladiis, ſunt ingreſſi *h* Agareni, & late eam depopulantes, magno cum impetu venerunt Larinum: quam deſtruentes, habitatores ipſius gladiis occiderunt. Poſt hæc vero, quia habitatoribus carebat ipſa depopulata civitas, ierunt habitatores de oppido Leſinæ, illucque furtim tulerunt duo corpora *i* Sanctorum Primiani & Firmiani, ibi quieſcentium, & duxerunt Leſinam: cum autem homines Larinenſes hac illacque diſcurrerent per agros, invenerunt ſepulcra Sanctorum effoſſa, & Corpora ablata. In magno itaque mœrore poſiti, & diutius lamentantes, ſuis indicant concivibus: quibus adunatis ſolicitius conſulunt, & per plura loca indagantur, ut Sanctorum pignora, à quibus piratis ſint delata, in lucem perduceret Dominus omnipotens.

10 Quo comperto quod homines de oppido Leſinæ rapuiſſent, omnes ſe in armis præparantes, properarunt Luceriam: quam circumientes, pervenerunt ad ſepulcrum S. Pardi Confeſſoris & Epiſcopi: quod effodientes, repererunt ſanctum corpus intactum, minus tantum uno pollice. Quod cum gaudio elevantes, dignis linteaminibus involutum, ac thymiamatibus præcedentibus, & faculis coruſcantibus, cum hymnis & canticis, itinere arrepto, cœperunt properare Larinum. Sed antequam propinquaſſent portæ civitatis, vectores ipſius ſancti pignoris ſubſtiterunt, non valentes incedere, divina clementia talia operante. Cumque omnes qui ad ſancti corporis obſequium confluxerant, hoc [cernentes] tenerentur attoniti de tanto miraculo; cœperunt flere, & ſolotenus conquiniſcentes, & ubertim genas madefacientes, proſtrati ante ſanctum Corpus, has voces cum prece & magnis promiſſionibus emittebant. O ſanctiſſime Præſul, Beate Parde, qui & cæcos videre

D *Luceriæ plè moritur.*

d

e *Hac everſa à Græcis,*

f

E

inveniunt corpus S. Pardi, & Larinum ferunt,

g *& à Saracenis Larino, Larinenſis pro amiſſis Reliquiis*

h

i

F

Expulſus venit Romam,

ubi exceptus à Papa

nec permiſſus redire,

A videre feciſti & ſurdos audire, claudoſque ambulare, paralyticos contractare, juvenes, nervorum [diſſolutione] laborantes, in priſtinum ſanos reduxiſti, *non ſine miraculo.* obſeſſos ab immundis ſpiritibus, non ſolum prece, ſed interdum etiam poteſtate ſanaſti; adeſto nunc afflictis reliquiis Larinenſium, & concede ut infra mœnia iſtius civitatis intromiſſum, te mereamur habere Protectorem & defenſorem, non ſolum corporum ſed etiam animarum: ut ſicut reliquæ civitates tripudiant & extolluntur in ſuis ſanctis Protectoribus, ſic & nos gaudeamus, te habentes Gubernatorem. Ad has preces & lacrymas B. Pardus Confeſſor & Pontifex divino munere motus, & greſſus reddidit hominum, & proſperum iter eundi ad civitatem: ut & ipſi gauderent ſe exauditos, & ipſe ibi quieſceret in loco ſibi à Domino præparato. Tunc omnes vectores & obſequitores ipſius ſancti pignoris, elevantes illud cum hymnis & canticis, & omni cum honore, introduxerunt in Larinenſium civitatem corpus B. Pardi Epiſcopi: & poſuerunt eum in eccleſia ſanctæ Genitricis Dei & Virginis Mariæ, uſque quo ſibi dignam fabricarent eccleſiam, in qua poneretur: in qua non poſt multos dies poſitus eſt: B & omnipotens Dominus ſuis fidelibus multa beneficia præſtat per eum, uſque in hodiernum diem.

11 Tempore autem quodam, quo Dominus permiſit flagellari Italos pro ſuis iniquitatibus flagellis Paganorum; ingreſſi Ungari Heſperiam, omnes Chriſticolas, quotquot obvios habuerunt, ut hoſtes ſecundum ſuum poſſe necaverunt; & mœnia ſubvertentes urbium munitiſſimarum ac depopulantes provincias, pervenerunt Larinum; quam graviter oppugnantes, deprędati ſunt uſque ad internecionem. Sed cum vellent reverti cum ſpoliis & captivis in ſua caſtra; orantibus civibus ad tumulum beatiſſimi Pardi Epiſcopi, ut & eos liberaret & captivos ſolveret; tantam confuſionem contulit eis, ut 1 tremebundi *l* fugerint in ſuis tentoriis: & homines, ac beſtias, & univerſa ſpolia relinquentes, quaſi magna militum manu cogerentur, ſic ocius fugiebant. Captivi vero ad civitatem reverſi, jam ſoluti glorificabant Dominum, & S. Pardum Confeſſorem & Epiſcopum, cujus precibus ab hoſtium manibus liberari merebantur.

12 Alio autem tempore impetum facientes Ungari ceperunt ipſam civitatem, & expoliantes eam ve- *iterumque:* nerunt ad eccleſiam, ubi tumulatus erat B. Pardus Epiſcopus: erga cujus tumulum latebant, quidam Guido Presbyter, cum quadam vetula ac parvo puerulo; & expoliantes dictam eccleſiam omnibus bonis, ſic cæcati ſunt meritis B. Pardi Epiſcopi, ut nec viderent neque contingerent latitantes. Poſt non multos annos quædam cæca venit ad ſepulcrum ejus, miſericordiam petens, ut lumen reciperet, & ſtatim eo operante conſecuta eſt lumen. O quanti cæci, quanti dęmoniaci, quanti paralytici ſuſceperunt ſanitatem ad ſepulcrum ejus, & uſque hodie ſuſcipiunt, humiliter & devote petentes! Fuit enim hic Paſtor pius & miſericors, humilis & benignus, nullum ſpernens, omnibus tribuebat, omnibus indulgebat, animabat trepidos. A. RADOYNO EX MS. *alia multa miracula fiunt.*

ANNOTATA.

a *Imo* de civitate aliqua in Peloponneſo. *Vti etiam expoſuit Vghellus. Ms. Vaticanum* Relicta eccleſia ſua Pelopponiſi.

b *Inſertum his erat nomen* Cornelii, *qui unicus fuit anno 252: ſed multo ſerius videtur* Pardus *vixiſſe, ſeculo 5 aut 6.*

c Luceria, *vulgo* Lucera, *urbs Capitanatæ Epiſcopalis, à Larino circiter 30 M. P. diſſita verſus meridiem.* E

d *Sub finem anni 662: ſed intelligendus* Conſtans, *aliis etiam* Conſtantinus *dictus, Imperatoris Heraclii ex filio Conſtantino, noverca fraude occiſo, nepos. In Vatic. ſcribitur* Conſtantius.

e Tarentum, *vulgo* Taranto, *urbs celebris Magnæ olim Græciæ, in provincia ſeu Terra Hydruntina, ad Sinum Tarentinum in peninſula ſita.*

f *Colitur* S. Barbatus 19 *Februarii, ante cujus Vitam §. 2 hæc late deduximus, potiſſimum ex Paulo Diacono, quæ ibi videri poſſunt.*

g Leſina *urbs, etiam poſtea Epiſcopalis, ad radices montis Gargani Aquilonaris, ab aliis dicitur condita à Chriſtianis piſcatoribus Leſinæ inſulæ Dalmatiæ, forte adjuvante Epiſcopo Lucerino, à cujus urbe diſtat circiter 20 M. P. in eadem Capitanata.*

Agarenos *ſeu* Saracenos *circa annum 840 & ſequentes dominatos in iſtis ditionibus, ſcribit Leo Oſtienſis lib. 1 Chronici Caſinenſis cap. 27 & ſeqq.*

i *De hiſce Sanctis nihil hactenus potuimus aſſequi, gratias acturi iis, qui aliquid certi ſuggeſſerint.*

k Ungarorum *incurſiones, quæ hic duplices indicantur, videntur contigiſſe anno 937, apud Oſtienſem lib. 1 cap. 55, & aliis ejus ſeculi annis.*

l *Similem eorum fugam, à Marſis & Pelignis illatam, ſcribit Oſtienſis dicto loco.*

DE SANCTO AVGVSTINO

EPISCOPO CANTVARIENSI IN ANGLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

De Vita & Tranſlatione, ſcriptis à Gocelino Monacho; ac duplicis feſti celebritate.

ANNO DCVIII. *Memoria in Faſtis,* *Elebris eſt* S. Auguſtini *memoria paſſim in omnibus Martyrologiis, poſt ejus obitum editis. Venerabilis Beda, in Martyrologio genuino, de eo iſta habet:* VII Kalendas Junii, in Britannia, depoſitio S. Auguſtini, primi Anglorum Epiſcopi. *Eadem habet Rabanus. Aſt Vſuardus ita ſcribit.:* In Britanniis S. Auguſtini Epiſcopi & Confeſſoris, qui miſſus à beato Papa Gregorio, primum genti Anglorum Chriſti Euangelium prædicavit. *Addunt Ado & Notkerus,* Atque illic virtutibus & miraculis glorioſus in Chriſto quievit. *Sequuntur paſſim recentiores cum Martyrologio Romano. Res geſtas ipſius illuſtravit Venerabilis Beda lib. 1 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum cap. 23 & ſequentibus, & lib. 2 cap. 2. & 3, unde collectam Vitam invenies apud Surium. Breviorem aliam edidit in ſua Legenda Capgravius, cui quadam in fine addidit de corporis Tranſlatione. Habemus etiam Compendia aliqua Mss. Vniverſim autem ſecuti ſunt Bedam omnes Auctores Rerum Anglicanarum, antiquiores æque ac recentiores. Inter illos eminet* Gocelinus, *ſicut ipſe nomen ſuum ſcribit, aliis* Goſcelinus *aut* Gotzelinus, *qui* innume- *Vitæ auctore Gocelino,*

AUCTORE D. P. ras Sanctorum Vitas ſtylo extulit, vel informiter editas comptius emendavit, poſt Bedam ſecundus in laudibus Sanctorum Angliæ *enarrandis, uti ex lib. 4 Malmesburienſis de Geſtis Regum Anglorum cap. 1 deduximus die* III *Februarii, ad Vitam S. Wereburgæ Virginis, filiæ Regum Merciorum, quam Vitam idem Gocelinus compoſuit: ubi de hoc ſcriptore, qui circa annum* MLXXX *& ſequentes floruit, late egimus, iterum de eo acturi* X *die Junii ad Vitam S. Ivonis Perſæ. Hic ergo Auctor ante Monachus Rameſeienſis, tunc Cantuarienſis ad S. Auguſtini, hujus Vitam duplici edidit opuſculo, Majore ſcilicet & Minore, ut in ſequenti Prologo indicatur. Nos Majus opuſculum damus cum libro Miraculorum, ubi quæ de* S. Auguſtino *à Beda ſcripta ſunt, paſſim hujus verbis referuntur. Damus autem illa, prout jam inde ab anno* MDCLXVIII *impreſſa leguntur, inter acta Sanctorum Benedictinorum tomo 1, à Ioanne Mabilione edita; ejuſdemque beneficio ſubjungimus prædicti Gocelini ineditum hactenus opus,* ad Venerabilem Cantuarienſem Archiepiſcopum Anſelmum, de Tranſlatione S. Auguſtini Anglorum Apoſtoli & Sociorum ejus, *ſcriptum ſeptimo ab ipſa Tranſlatione anno, Chriſti* MXCVII. *Dividitur illud in duos libros, quorum prior proprie agit* de S. Auguſtino,

cum miraculis & Tranſlatione.

B *ſecundus* de Sociis, *id eſt, Epiſcopis, Regibus, Abbatibus, in eadem eccleſia contumulatis, & ante ipſum tranſlatis in novam eccleſiam, anno* MXCI, *biennio citius quam Archiepiſcopus fieret S. Anſelmus, cui inſcribitur hiſtoria, magnum lumen rebus & Sanctis Anglicanis datura, præſertim in ſecundo libro: qui licet ad alios ut plurimum pertineat, non fuit tamen à primo ſeparandus. Ejuſdem Gocelini Minus opuſculum de* S. Auguſtino, *tacito Auctoris nomine, reperitur in Appendice ad opera B. Lanfranci Cantuarienſis Archiepiſcopi, à Luca Acherio edita, & ibidem legi poteſt. Aliqua inde obſervamus in Annotatis.*

2 *Quo anno ex hac mortali vita ad Chriſtum migrarit* S. Auguſtinus, *non ſatis liquet inter Auctores. Beda ſolum notat eum* defunctum ſeptimo Kalendas Junias; *addit Wigornienſis,* feria tertia, *qui characteres conveniunt in annum biſſextilem* DCVIII *litteris Dominicalibus GF: ad quem annum etiam obitum ejus retulerunt Weſtmonaſterienſis & Sigebertus. Et hanc chronologiam ex tempore ſucceſſorum Laurentii & Melliti probavimus latius, ad Vitam S. Laurentii die ſecunda Februarii num.* 10. *In monaſtici Anglicani tomo* 1 *pag.* 90 *profertur fundatio Elienſis cœnobii in agro Cantabrigenſi, & ex Hiſtoria Elienſis eccleſiæ in bibliotheca Cottoniana aſervata, iſta ſcribuntur:* In primitiva Eccleſia naſcentis fidei & Chriſtianitatis, B. Auguſtinus eccleſiam ibi fabricavit in honore

Obitus anno 608.

C ſemper Virginis Mariæ, anno ab Incarnatione Domini DCVII, adventus ſui in Angliam anno XI, cujus operis Rex Ethelbrithus primus fundator extitit. *Vnde conſtat S. Auguſtinum dicto anno adhuc vixiſſe. De monachatu ejus aliorumque primorum Angliæ Apoſtolorum multi multa, quæ hic non vacat referre & expendere omnia. Sufficiunt nobis pauca illa, quæ in favorem Benedictinorum deduximus ante Vitam S. Gregorii num.* 11, *ex auctoritate SS. Aldelmi atque Wilfridi, quæ nihil attinet hic retexere; quia nullam evidentis prorſus demonſtrationis vim continent: & ideo ab omni particularis Regulæ expreſſione abſtinemus in titulo, uti paſſim in aliis primorum ſeptem ſeculorum Monachis. Eo tamen nolumus præjudicatum Benedictinis, maxima cum veroſimilitudine ac propemodum evidentia* Auguſtinum *inter ſuos numerantibus. Iiſdem etiam novum mireque ad rem noſtram faciens accedit adminiculum, ex vetuſtiſſimis Letaniis Anglicanis, quas tom.* 2 *Veterum Analectorum producit Mabilio, atque ante finem ſeculi* VII *fuiſſe uſitatas probat, ex defectu Sanctorum ſeculo illo poſteriorum, quamvis aliàs apud Anglos celeberrimorum. Ibi enim inter Confeſſores nullus ex omnibus Monaſticæ vitæ inſtitutoribus nominandus præſcribitur, præter* S. Benedictum; *& hic quidem bis; prærogativa nulli alteri iſtic conceſſa, quam* S. Stephano, *ſicuti ter nominari jubetur* S. Maria: *evidenti pene indicio, quod vel* S. Auguſtinus, *vel inſtituti ab eo in Anglia Monachi iſtarum Letaniarum collectores, unicũ illum agnoverint ſui monachatus auctorem. Quoniam autem facta eſt mentio Letaniarum, placeat etiam intelligere, decreto Cloveshovienſis Concilii anno* DCCXLVII *celebrati, ſancitum fuiſſe,* ut dies depoſitionis S. Auguſtini Archiepiſcopi, ab eccleſiaſticis & monaſterialibus feriatus haberetur, *ejuſque nomen* in Letaniæ decantatione poſt S. Gregorii, *tamquam Angliæ Apoſtoli,* vocationem ſemper diceretur.

Monachatus,

cultus feſtivior.

4 *Wilhelmus Thorn, Auguſtinienſis Monachus, in Chronico monaſterii ſui, ab adventu Auguſtini uſque ad annum* MCCCLXXXXVII *perducto, Cap.* 8 §. 3, *quæ ad Tranſlationem Sancti pertinent ſic paucis complectitur, nulla habita aliorum antea vel ſimul tranſlatorum ratione.* Anno Domini MLXXXXI, Wydo, hanc Eccleſiam dignitate Paſtorali gubernans, eccleſiam ſuam, quam prædeceſſor ſuus Scotlandus, morte prohibente ad ſummum perficere non potuit, feliciter conſummavit, & de transferendis Sanctis efficaciter elaboravit. Igitur anno quo ſupra, VIII Idus Septembris, tranſtulit corpus B. Auguſtini, de loco ubi per quingentos annos jacuerat, & poſuit omnia oſſa majora ipſius Sancti & caput in quadam ſaxea tumba, ferro & plumbo peroptime ſigillata, cujus ſuperſcriptio talis erat.

Feſtum Tranſlationis 6 Septembris,

D

E

Inclitus Anglorum Præſul, pius & decus altum,
Hic Auguſtinus requieſcit corpore Sanctus.

cum nundinis dierũ 5.

Pergit deinde narrare, quomodo metu barbarorum, ſæpe in partes Cantiæ irrumpentium, idem Abbas ſequenti nocte pleraque oſſa ſacri corporis, tumbæ exempta, in vicino loco abdiderit: quæ ibidem latuerunt uſque ad annum MCCXXI, *quo rurſum inventa tranſlataque ſunt, prout plenius explicat Cap.* 2 §. 2: *quæ omnia Gocelinus partim ignoraverit, quia habebantur arcana; partim ſcire non potuerit, quia necdum facta, ponentur autem infra per modum Appendicis ad calcem libri primi. Hic ex Cap.* 9 §. 3, *tamquam ad feſtum Tranſlationis pertinens, noto, quod Rex Wilhelmus II anno* MXCII, conceſſit monaſterio habere Feriam in Tranſlatione S. Auguſtini, ita quod duraret per quinque dies, ſcilicet per duos dies ante feſtum, & duos dies poſt: & quod eccleſia S. Auguſtini habeat medio tempore omnes conſuetudines, quas Rex habet per civitatem Cantuariæ. Iſtam Feriam Monachi tenuerunt uſque ad tempora Edwardi filii Regis Henrici, quo tempore illam Feriam omnino dimiſerunt, propter jurgia & lites & etiam pugnas, quæ in cœmeterio eorum frequenter fiebant.

F

5 *Amplius eſt, quod anno* MCCCLVI *Innocentius Papa VI, ſicut idem Wilhelmus Thorn ſcribit, inter cetera privilegia monaſterio conceſſa, Archiepiſcopo (ut reor Cantuarienſi) mandavit, ut feſtivitatem S. Auguſtini* duplicite*r* celebrari faceret, *hujuſmodi verbis:* Decens & congruum reputamus, ut glorioſus confeſſor B. Auguſtinus, qui olim miſſus per Sedem Apoſtolicam ad gentes Anglorum, nondum tunc baptiſmatis unda renatas, eas de infidelitatis tenebris ad lucem Catholicæ fidei per prædicationis miniſterium evocavit, primuſque in Anglia erexit Eccleſiam, ſpecialiter in illis partibus honoretur: ex hoc namque ibidem populorum creſcet devotio; ac ille, qui glorificatur in Sanctorum conſilio, benignus preces reſpiciet devotorum. Ut igitur ipſius Confeſſoris feſtivitas in dictis partibus, quibus, ſicut accepimus, vix aut minus in regno Angliæ celebriter colitur, ſolennius & devotius veneretur; Fraternitati veſtræ, de qua ſpecialem in Domino fiduciam gerimus, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus feſtivitatem Confeſſoris ejuſdem, in omnibus Eccleſiis dicti regni exemptis, facias auctoritate noſtra perpetuis

*Feſtum Natalis jubetur duplicite*r *celebrari an.* 1356.

A tuis futuris temporibus ſub duplici Officio ſolenniter celebrari; & nihilominus in dicta feſtivitate ceſſari à mechanicis & aliis operibus, interdictis in feſtis duplicibus, de more, conſuetudine ſeu obſervantia Eccleſiarum earumdem.

VITA

Auctore Gocelino Monacho.

Ex editione Pariſina Ioannis Mabilionis.

PROLOGUS.

DOminis cariſſimis & Paternæ dilectionis filiis eccleſiæ Sancti Auguſtini, cum ſuo reverendo Monaſteriarcha, ille abjectiſſimus nec recolendus, tamen omnium amicus ſincerus, in Domino ſalutem. Decreveram hanc hiſtoriam, velut

* *al.* procedere. B *Hiſtoria veritas ex circumſtantiis dignoſcenda,* divæ ſponſæ & maternæ Eccleſiæ filiam perpulchram, non prius de thalamo ſuo producere*, quam ſuis ornamentis, redimiculis ac monilibus compoſita, ſine nota poſſet procedere. Verum veſtra imperatrice dilectione moræ impatiente & acrius impellente, tandem exoptatam exhibere ſpecie compellimur pudoroſa, dum adeo nequeamus formoſa: multæ enim rerum turbæ propoſitam nobis elegantiam & volucrem acceſſum ſuſtulêre. Quam vero vera quæ ſcripſimus comprobentur, tempora, loca, perſonæ, quando, ubi, & in quibus facta noſcuntur; antiqua etiam & moderna ſcripta veſtra, præſentium quoque oculi, ininficiabiliter teſtantur. Quod autem de veteribus nova fecimus, vel recenter facta recenti ſtylo propagamus, nemo vetuſtatis accola indignetur novitati, ne forte Deo ſemper nova creanti videatur indignari: quia Deus Abraham, Deus eſt Auguſtini; & antiquorum ſignorum operator eadem hodie in modernis & hodiernis Sanctis ſuis operatur, cui clamat Propheta; Innova ſigna & immuta mirabilia; creat novos cælos, & ſedens in throno nova facit omnia. Si antiqui Patres non ſuſcepiſſent quæ tunc habebantur nova, nulla nobis modo eſſent vetuſta. Sed Judæi & ceteri increduli, ſanctæ novitatis ac veritatis inimici, malunt permanere in tenebris vetuſtatis & erroris ſui, quam luce

non ob novam ſcriptionem deſpicienda, Eccl. 36, 6

C novæ gratiæ illuſtrari. Hoc etiam ſub ipſa gratia videntur imitari, qui rancore vetuſti uſus aggravati, refugiunt novis Dei miraculis in melius renovari. Plerique etiam hominum, quod ſpernunt, credere renuunt; quod amant, ultro credentes appetunt. Nemo autem qualemcumque vel minimum contemnat veritatis præconem: nam ſicut mendacium nullius auctoritate poteſt eſſe verum, ita veritas ſuam per ſe habet in quolibet auctoritatem. Quæ autem per viſum vel in ſomnis mandata, vera probantur ex rerum conſequentia: utpote legimus ægros per ſomnum ad Sanctorum buſta ſalutis gratia juſſos venire, & obedientes ſoſpitatem ibi recepiſſe. Qui hanc veri evidentiam mavult velut ſomnia vana deridere, quam attendere; poterit & Joſeph & Danielem alioſque Prophetas, ipſumque Joſeph in Euangelio & alienigenam Nabuchodonoſor, qui divina myſteria conſpexere, velut ſomniatores abnuere. Sunt etiam qui inepte indignantur, cum in vilibus perſonis facta Sanctorum miracula recitantur, quaſi probroſa ſint talium * nomina vel memoria: cum nullum verbum fiat propter eos; ſed propter ipſorum in Deo gloriam, qui mira in minimis facit, omnia enarrentur. Nam omnium Dominus Lazarum mendicum ex nomine proferre non dedignatur: denique nec

memoria *vel* nomina, *aut ob miracula in vilioribus patrata.*

Herodes, nec proditor Judas, nec Cayphas in Euangelio nominarentur, niſi propter Dominum vel ſuos quibus inſidiabantur. Hæc nos propter diverſorum controverſiam proferre noverint benevolæ animæ; ne cum obloquentibus incipiant quod diligunt faſtidire, & quod verius cognoverunt infirmius credere: Corrumpunt enim ſenſus bonos colloquia mala. Feçimus autem de eadem materia duos codices, majorem & minorem: quatenus minor amicabiliter obtemperet amicis exteris tædioſis, major uberius redundet domeſticis filiis deſideriosis. Verumtamen quædam habet major, quædam minor, quæ non habet uterque liber; & alter alia, alia alter ſapit condimenta. Item eadem geſta aliter ibi, aliter hic ſunt dicta, ut alter alterius ope egeat & gratia. De Ulyſſe facundo ait Poëta:

Auct. Gocelino.

Auctoris duæ de S. Auguſtino lucubrationes.

Ille referre aliter ſæpe ſolebat idem.

Hæc piis amicis pie alludendo & pie commendando, oramus & præſentes & poſteros memores eſſe affectus noſtri & ſervitii devoti, quamvis ingrati. *Hactenus Prologus, in quo voces duas per conjecturam correximus; eamdem libertatem deinceps ſumpturi in ſequentibus: ita tamen ut addito *, notetur in Margine ea lectio, quam correctionis egere putabimus. Similiter deficientia quandoque ad integrandum ſenſum verba, à nobis addimus, ſed inter [ ], tantiſper valitura, donec facta collatione cum aliis Mss. quæ necdum videre licuit, integritas originalis ſuggeratur ab aliquo, qui voluerit eo labore de Sancto atque de noſtro hoc opere mereri bene. Mabilio partitionem Auctoris in marginem tranſtulit & titulos Capitulorum initio collegit. Idem hic ſervatur per numeros, inducta ſolum diviſione Capitum nova noſtroque inſtituto ad ſervandam uniformitatem idonea, quod ſimiliter fiet in libro primo de Tranſlatione.*

B

E

DIVISIO CAPITUM.

CAP. I. VIctore mundi Domino regna captivati tyranni ſuis palmigeris diſtribuente, Auguſtinus, divinus Legatarius, à Romano apice hereditatem ſortitur Oceanitidis Britanniæ.

II. Deſcribitur hic Auguſtinenſis mundus, ut quidam terrenus paradiſus rerum fæcundus & gratioſus.

III. Hoc ingens hujus omnibus domicilium paravit Dominus ſuo Auguſtino, ut ab initio conditum mundum homini condito; & Auguſtinus relinquens patriam, factus eſt in gentem magnam.

IV. Hunc Papa Gregorius aſſumpſit, quem pro ſe mitteret in Angliam; ut Anglos, gentem candidam, gentem faceret Angelicam.

V. Mittitur vir virtutum, cum quadraginta Euangelicis Collegis, ad convertendam Angliam. Eunt armati ad fructiferam gloriæ patientiam.

VI. Sancti rumore pravo exterriti, Gregoriana epiſtola ad cœptum iter virtutum, fortius per Auguſtinum ſunt animati.

VII. Epiſtola B. Gregorii ad ipſos, ut perſeveranter agant & Auguſtino obediant.

VIII. Epiſtola ejuſdem Papæ Arelatenſi Archiepiſcopo Ætherio, ut Auguſtino ejuſque conſortibus neceſſaria provideat.

IX. Auguſtino referente ſociis Apoſtolica mandata, feſtinant per adverſa & proſpera ad vera præmia, conſolante eos etiam miraculis ſuperna gratia.

X. Andegavæ Dei peregrini per feminas expulſi, evolantem baculum de manu Auguſtini per tria ſtadia ſecuti, noctu ſub dio quieſcentes, irradiantur ſplendore cæleſti, & ſatiantur fonte divinitus producto humi: ſcripſitque ibi Dux nomen & cauſam itineris ſui.

XI. Vicini, tanto jubare noctu viſo perterriti,

mane

AUCT. GOCELINO.

mane ad locum currunt; in amissis Sanctis, reatum suum plangunt, ex litteris in terra descriptis Augustinum cognoscunt: Ecclesiam ibi in ejus honore, quæ omnem feminâ perpetuo excludit, constituunt.

XII. Matrona cum cereo hanc tentans intrare, ante limen in ipsâ vetitâ metâ ruptis intestinis interiit, cunctasque sui sexus acrius exterruit.

XIII. Miraculum auditum ab ipso Andegavensi Episcopo, qui hanc ecclesiam reædificatam dedicavit: qualiter in dedicatione funditus conculcatæ segetes ac penitus desperatæ, omnibus aliis uberiores extiterint in messe.

XIV. Augustinus cum sociis, post diversa terrarum discrimina, applicuit Britanniam, ad mansionem perpetuam Divinitatis præordinatam.

XV. Tanetus insula Christum in Sanctis suis suscepit prima; felix tellus, fœcunditate sua tot Deiferorum advenarum felicissima.

XVI. Æthelbertus, Rex Anglorum Regum tertius, sed Christicola primus, uxore Christiana clementior, optimum æternæ salutis nuntium ab Augustino suscipit; sed non facile acquiescit, ut ex
B difficultate Sanctis gloria accrescat. Venit in Tanetum audire advenas, Dominicæ Crucis vexilliferos & præcones.

XVII. Augustinus exponit Regi optimum nuntium quod attulerit, videlicet, mundi Conditorem & Redemptorem humano generi regnum cælorum aperuisse, & de terrigenis cælestes indigenas fecisse; & homines ita dilexisse, ut homo fieri, atque insuper, post innumera Divinitatis suæ miracula & ostenta, pro hominum [amore] morte crucis mori voluerit, & suos Legatos ad convertendas nationes omnibus tormẽtis invincibiles inextinguibiliter accenderit: quodque ipsi, tali caritatis flamma stimulante, advenerint.

XVIII. Rex Æthelbertus laudat quidem æternæ beatitudinis promissa, & colligit Sanctos pro illorum benevolentia: sed nescit adhuc vetusti erroris tenebras exuere & indui luce nova.

XIX. Regis clementiâ, immo Dei providentiâ, sancti advenæ, cum elato Dominicæ Crucis vexillo & canoris precibus, in perpetuam habitationem Doroberniæ ingressi, vivebant Angelice, ut peregrini mundi, & indigenæ cæli, & coheredes sibi gliscentes regni Dei.

XX. In Orientali Doroberniæ ecclesia B. Martini, olim à Romanis Christianis condita, fidus Reginæ
C custos Beatus præsul Letardus agebat divina Officia, quæ sacratissimus Augustinus cum suo choro irradiabat Apostolicâ vitâ & doctrinâ, & signorum, qua plures convertit, affluentiâ.

XXI. Victus Rex, per dulcia æternæ felicitatis blandimenta & irrefragabilia virtutum exempla, subjicitur Christo fide devota.

XXII. Rex de excelso humillimus, de Principe puer Ecclesiasticus, baptizatur in summæ Trinitatis confessione & nomine, repletur candida Christi columba, fit de veteri idololatra novus Christicola. Hinc Augustinus Deo canit, cum suprema chorea, gaudens sua vota sic prosperata.

XXIII. Gloriatur Rex fraternitate nova de Ducum & plebium combaptizatorum turba, nec jam suum regnum æstimat quod administrabat, sed totum cum subjectis sibi Regibus & populis in dulcem Christi ditionem transferre ac dilatare decertat; episcopia, monasteria, ecclesias, tamquam Dominica castella, regaliter ædificat.

XXIV. Augustinus præbens se electioni Apostolicæ & Ecclesiasticæ, nimirum Assumptioni Dominicæ, ab Arelatensi Archipræsule consecratur in primitivum Patriarcham Angliæ, perpetuamque benedictionem refert Doroberniæ.

XXV. Mittit Augustinus Romam nuntiare B. D
Gregorio, Regem & populum Anglorum cultum Christi suscepisse, se Episcopum factum esse, jamque multæ messi operarios deesse. Cui Papa remittit Apostolicum Pallium, & plurima Doctorum auxilia, & diversarum interrogationum responsa.

XXVI. Epistola B. Gregorii Papæ de misso Pallio, de jure Lundonienſis Episcopi, de Eboraci Metroplitano, & de Augustini ditione super omnes Sacerdotes Britanniæ.

XXVII. Item ejusdem per Mellitum ad Augustinum epistola, ut destruantur idola, & fana bene constructa aquâ benedictâ ad Divina purgentur Officia; nec diabolo animalia fideles immolent, sed ad laudem Dei in esum suum animalia occidant, & donatori omnium gratias referant.

XXVIII. Item ipse Papa, auditis tot tamque assiduis Augustini miraculis, sicut gaudens in gloriam Dei exclamat, sic timens humanæ imbecillitati ne insoleſcat, virum virtutum missa epistola attemperat.

XXIX. Item ipse B. Gregorius, Æthelberti Regis susceptæ Christianitati congaudens, hortatur eum dulci epistola hanc gratiam solicite servare, & hanc in subditos sibi populos ocius extendere, fana evertere; subjectos exhortando, terrendo, corrigendo, ædificare [ecclesias] exemplo Constantini piissimi Imperatoris, qui abjectis idolis Romam cum gentium populis tota mente secum ad Christum convertit; simul monet, ut Augustino obediat, quatenus illum Deus pro ipso orantem citius exaudiat. E

XXX. Venerabilem quoque Reginam Bertam idem præcellentissimus Illustrator Ecclesiarum gratifice laudat epistolari serie, tam pro Regis conversione, quam pro pia erga B. Augustinum suosque consortes procuratione; hortaturque hæc famosa merita attentius augere.

XXXI. Hos epistolarum Gregorianæ dulcedinis favos B. Augustinus, omnium virtutum gradibus fidei scalam transcendendo, colligens; hos quoque Rex & Regina, pro suo affectu & capacitate, haurientes, nitebantur Apostolicis documentis obsequi, ut post pereuntia regna mererentur cælestia consequi.

XXXII Britones, Anglorum debellantium reliquias, ab Ecclesiastica regula dissidentes, convocatos Regis ope Augustinus, tota paterni affectus instantia, decertabat ad legitimam omnium concordiam adsciscere; sed difficillimum est irrationabiliter rationi repugnantes corrigere.

XXXIII. Causidicus Domini, advocato in medium cæco; In hoc, inquit, ostendat Dominus re- F
tum, cujus partis dogma sit verum. Proponit cæcum Britonibus curandum; illis recusantibus, signo Crucis cæcum illuminat Augustinus: victi Britones petunt inducias, dum suos consulant & synodus iteretur.

XXXIV Consulti Britonum Pontifices [respondent], ut Augustinum advenientibus assurgentem, tamquam mitem & humilem corde, reciperent; residentem vero, ut superbum & ferocem, repudiarent. Venêre, & sedentem sibique non assurgentem indignanter respuêre. Quos ille adhuc clementius cupiens lucrari, proponit tria servanda, ceteris modo data tolerantia; ut Pascha suo tempore sicut omnes Ecclesiæ celebrarent, ut Baptismi sacramenta Ecclesiastico ordine peragerent, & Anglis una secum Euangelizando fratres & concives Regni Dei acquirerent. Sed illis omnia repudiantibus, prædicit ab his perituros, quos nollent habere salvos.

XXXV Hanc præconis Domini prophetiam Rex Anglorum Æthelfridus immaniter exegit, qui Britones

A tones bello delevit; & de eorum Monachis, contra ipſum acrius oratione pugnantibus, mille ducentos extinxit.

XXXVI. Poſt Britonibus incorrigibilibus prædicta mala, Auguſtinus omnium ſaluti intentus, Eboracam Metropolim adit; in itinere hominem paralyſi & cæcitate deſtitutum erigit, & Chriſtianum * facit. * fecit

XXXVII. Quod in die Natalis Domini pluſquam decem millia credentium, abſque parvulorum ac mulierum infinito numero, in fluvio Sioalira baptizavit.

XXXVIII. Ubi intranſvadabile profundum non ſolum incolumes tranſierunt, verum etiam omnes infirmi ſanitatem receperunt; ubi & in memoria B. Auguſtini conditâ eccleſiâ multa fidelibus præſtantur beneficia.

XXXIX. De epiſtola B. Gregorii Papæ ad S. Eulogium Patriarcham miſſa, in qua gloriatur in Domino de Anglorum converſione, per Auguſtinum facta: & quod ipſe, & qui cum eo miſſi ſunt, Apoſtolorum virtutes & ſigna imitari videantur; & de decem millibus vel amplius uno die baptizatis.

XL. Regrediens feliciter ab Eboraco, occurrit ægro, fœdo candore lepræ tabeſcenti, lacrymabili
B querimonia paternam ipſius clementiam muſſitanti: qui clamoſa pietate audit cum Domino clamoſum taciti murmuris deſiderium, & in virtute dicentis in Euangelio, Mundare, ſancta * fide hunc luridum reddit mundiſſimum. * acta

XLI. Auguſtinus, omnibus bonis deſiderabilis, ſolis inimicis lucis odibilis, indomabiles Sanctorum injuriatores æterno opprobrio in ſpiritu Eliæ deformat, qui ſupplices ægros jugiter ſalute reformat.

XLII. Additur huic mulctæ aliud in alia incorrigibilium gente judicium, ut videlicet novo & inexperto prius huic orbi [morbo] omnes à minimo uſque ad maximum fulfureo flagrarent incendio, donec ab impietatis ſcoria, conflati in maſſam fidei pretioſam, purgarentur; & inextinguibilis pœna ſolo Baptiſmate Chriſti, Auguſtino ſuccurrente, extingueretur; & hæc clades ab hac patria perpetuo eliminatur.

XLIII. Auguſtinus ejuſque ſocii, à præmemoratis repugnatoribus digreſſi, gravi exæſtuant ſiti; ſed ipſum Ducem Dominus ſua apparitione & allocutione confortat, ut pro quocumque fideliter petierit impetraturum ſe eſſe firmiter credat.

XLIV. Vates Domini in loco, ubi fons vitæ apparuit, baculum fixit, & ſitientibus largifluum & variis morbidis ſalutiferum produxit; locum à cernen-
C do Deum Cernel appellavit, ibique Eccleſiam in memoriam tantæ revelationis Domino Salvatori condidit, ubi etiam Monaſterium in honore principis Apoſtolorum Petri conſtructum excellit.

XLV. Parochiano Sacerdoti Cernelli, morbo in mortem anhelanti, Auguſtinus noctu apparens, jubet ad præfatum fontem ſuo nomine vulgatum pergat, ibique quinquageſimum Pſalmum tertio cum trina ablutione corporis concinat: qui ſurgens vires eundi recipit, juſſis obediens ſanus redit, mane Sacerdotalia officia populo exolvit.

XLVI. Auguſtinus, peragrata ex parte Britannia, ad perpetuam manſionem ſuam Doroberniam regreditur, & ut ſolis ſui recurſus omnium gaudio recipitur.

XLVII. Juvenem greſſibus, auditu, & loquela damnatum pius curator redintegrat; rurſumque ſolita inſolentiæ abuſum ſanitate, & priori repercuſſum debilitate, rurſum Patris benignitas triplici ſalute reſtaurat

XLVIII. Legitur ut B. Martyri Livino in baptizando affuerit, ut cæleſtis ſplendor ſuper baptizatum affulſerit, dextra divina ſigno Crucis ter illum bene- AUCT. GO-
dixerit: tum ut juſſu & ductu Angelico ſuper longi CELINO.
maris undas, quaſi florido prato, pedibus ad Auguſtinum venerit, & ab eo totius perfectionis documenta acceperit: quem apud ſe quinquennio detentum, Sacerdotem Domino conſecrat; donatumque liberaliter Sacerdotalibus inſigniis, & de diſcipulo magiſtrum Gentis ſuæ, relegat.

XLIX. Atteſtatio Veturnoſi, quem tertia progenies ſua hodietenus durans aſſerit B. Auguſtinum vidiſſe, & de lubrico ac nebuloſiſſimo Chriſtianum modeſtum ab ejus baptiſterio reſurrexiſſe; ipſum vero jugi turba vallante innumerabilia ſigna patraſſe. Referebat etiam modernus ſuperſtes, ab antiquo avo relatam ſancti Patris formam & perſonam patriciam, ſtaturam proceram; ipſumque nudis pedibus patrias luſtrando, callos in plantis attraxiſſe.

L. Jam æternis amoribus totus ſaucius, jam à terrenis tumultibus in requiem Domini abſorptus, vim faciebat cælo, crebris precum, ſuſpiriorum, & lacrymarum pulſibus. Tandem intelligens ex Spiritus ſancti reſponſo ſuum exauditum deſiderium, B. Laurentium, Apoſtolicis virtutibus præclarum, ſuorumque comitum præcipuum, Rege cum confluo E
populo immenſum congratulante, ordinat cum omni ſolenni gaudio ſibi ſucceſſorem, ut quondam Apoſtolorum Princeps Petrus Clementem, videlicet ob novellæ informationis neceſſitatem.

LI. Jam melliflue exhortato Rege & Eccleſia ac populo, ut perſeverent in fide & amore Chriſti, relinquens omnibus perpetuæ dilectionis pignora, præſente Rege & Pontifice Laurentio, inter omnium lacrymoſa examina, vallante eum cæleſti chorea, tranſit ad æterna Domini ſolennia: quos infimi laudatores proſequamur, non exequialibus planctibus, ſed triumphalibus cantibus.

LII. In Monaſterio quod condidit, à S. Laurentio dedicato, reconditur pretioſiſſimum ſui corporis margaritum cum jubilo.

LIII. Quam pulchre Roma, Eccleſiarum parens, tanta pignora edidit, qui totius Britannici Oceani patres & inſtitutores emineant: quanto odore ſuavitatis & ſplendore gloriæ, unus amor & unum cubiculum ſimul aſtringit; qui, diſtincti per diverſas mundi nationes, ſinguli patroni ſingulis populis ſolariter prælucerent.

CAPUT I.

Res geſtæ uſque ad ingreſſum. Miracula in Gallia patrata. F

POtentiſſimus Triumphator mundialis tyranni, omnia trahens ad ſeipſum in Crucis examine, habens per olim præſcripti nominis inſignia, Iſa. 18. 1, Velociter ſpolia detrahe, feſtina prædari; univerſa captivi prædonis ſpolia ſuis ducibus victoribus diſtribuit; Petrus arcem rerum Romam comprehendit, *A S. Gregorio mittitur* Paulus procinctu belli omnia ſubegit, Andreæ Achaia, Joanni Aſia, Matthæo Æthiopia, Thomæ & Bartholomæo contigit vaſtiſſima à ſolis ortu India: & ne per ſingula prolonger, tandem ſummus Dominicarum nuptiarum præcentor Gregorius, orbem terræ Apoſtolicis alis amplexus eſt; Auguſtinus vero, cui hæc corona gemmis æthereis texitur, alterum Britannici Oceani orbem ſuo Apoſtolatu præcinxit. Felix Roma, quæ, poſt primos theoricæ fidei Principes, tam principales Eccleſiæ edidit Conſules. Hæc olim præpollens Auguſtali monarchia, deinde bellorum turbinibus pene ſubmerſa remanſit, ut gigneret hæc duo magna mundi luminaria, alterum quod præeſ-

AUC. GOCELINO. præesset diei, alterum quod præesset in diem vertendæ nocti. Gregorius, in filiis lucis præluxit Christiano orbi, velut sol diei: Augustinus, tenebrosum Gentilitatis orbem & nocturnum chaos Oceani illustravit lampade lunari, atque aurora succedente vertit in solarem meridiem Christi. Hanc obstinatam mundi zonam, armis gentium ac dæmonum septam, Augustinus invadit animosius, quam quondam * Centopolim montem Hebron Caleph magnanimus. Hęc est in Christo portio tua, hæc hereditas, hæc cælo translata patria. O stella Romæ nativa, & noster in hac plaga Patriarcha! Hanc Domino acquisisti; acquisisti Domino, & ipse possedisti. Quidquid pietatis hæc terra germinat, quidquid florificat, quidquid fructificat, tu cultor, tu sator, tu plantator es; totum in Domino tuum est. Quidquid etiam Sanctorum protulit; tu institutor, tu primicerius, tu princeps es; omnia te respiciunt, te comitantur, te coronant, quæ Domino allaborasti: labores manuum tuarum manducabis, beatus es & bene tibi erit. Te Reges, Proceres, Patres, Gensque sequitur: te protectorem concinunt & protopatrem.

* an Gigantopolim?

in Britanniam,

B 2 Sed qua laude attollam hunc Augustiniensem mundum? Quidam terrenus terrenis est paradisus; quidquid opum ubivis habetur, aut hic nascitur, aut confluis undique nationibus circumfusâ Amphitrite invehitur. Credas maximum orbem divitias suas ac delicias, quæ particulatim in suis partibus prærogat, hic pariter aut invenisse aut thesaurizasse. Regnum est Imperiale, Romanis Cæsaribus Augustaliter regnatum, qui se tam hic quam Romæ gloriabantur rerum habere solium. Tellus copiosa, omnium sationum & plantationum fœcunda; ubertim procreans non solum patriæ assueta, sed adeo Græciæ vel remotiorum * [regionum] plantaria. Patet ampliſſime uberrimis agris, vernantibus pratis, diffusis campis, pinguibus pascuis, gregibus lactifluis, equis & armentis bellicis. Irrigant crebrescentes fontium scaturigines, rivuli salientes, flumina insignia & famosa, lacus & stagna piscibus & avibus ac navali commeatu assidua, urbibus & populis accommoda. Frondent luci & nemora, campestria & montana, glande & fructibus silvestribus plena, diversis venatibus opulenta. Sunt & silvæ castaneæ, divitum epulis acceptæ: vineta * quoque non solum Gallicis & Italicis, sed etiam Albanis, Argolicis & Puniceis, arvis respondent * uberrimis. Sunt hic fontes salinarum, sunt & fontes calidi, calidique fluvii, balneis calidis exstructi. Quid dicam maris divitias, quæ non solum navalibus mercibus, verum etiam innumeris piscium generibus hoc regnum & replent & decorant? inter quæ diversa ac magna natatilia capiuntur passim, delphini & vituli marini, atque insuper montuosæ balenæ. Rubent conchilia super Indicas ac Sidonias tincturas; & decorem suum, dum alia omnia vetustate mutant aut minuunt, hæc tenacius illustrant, nec sole nec imbre violant. Inest conchis ornamentorum pretium, unionum scilicet gemmantes orbiculi, candore splendidi, & margaritarum multicolora decora. Rubent aliæ, aliæ virent, hæ purpureo, hæ hyacinthino, hæ prasino colore vestiuntur: sed major harum candicat multitudo. His aurificum ingenia inter præclaros lapides aurea Ecclesiæ adornant monilia: ipsos etiam æquat aut superat aurea Anglicarum virginum textura, quæ Regia & Pontificalia insignia, intincto murice coccoque bis tincto flammantia, splendidis unionibus & margaritis cum præcellentibus gemmis prætexto auro instellant, & pretiosa stemmata artificii mixturâ amplius irradiant. Uniones tantum Hesperia, Britannia, & Eoa-India sororisant. Hæc etiam gagatem prodige gignit lapidem, eo pretiosiorem quo aliis

* remotioris horum

* vinetis

* respondebit

C

etiam gemmarum,

seculis rariorem: hic [autem] est gemmea nigredine fulgidus: invenitur quoque purpureus, cereus, albidus, viridis: ardet igni admotus: ubi confricatus incaluit, levem materiam attrahit ut adamas ferrum; ubi * incenditur, serpentes fugantur. Venis nihilominus metallorum æris, ferri, plumbi, stanni, argenti & auri divites massæ eviscerantur. Mirere & rupes & scopulos aerios, templaque passim & mœnia de saxosis montibus operosa, & quodam nativo marmore decorata. D

* intenditur

3 Hoc ergo tam speciosi & opulenti orbis ingens domicilium, prodiga manus Domini dilecto suo Augustino præparavit; qui quondam, ubi mundum condidit & omnem ejus ornatum perfecit, conditum tandem hominem amicum, cui hæc paraverat, introduxit. Beatus igitur Augustinus dimisit dulcem alumnam & augustam matrem Romam, amplectens pro patria peregrinationem longinquam & periculosam; ut de frementibus nationibus in patientia fructum ferret, & hereditatem sempiternam Christo acquireret. Exivit de Senatoria cognatione sua cum Patriarcha Abraham, & veniens in terram à Deo provisam factus est in gentem magnam. Multiplicatus est ut stellæ cæli, in Sanctorum multitudine sequaci, & gentium populo fideli. Bene itaque in tot filios dilectionis excrevit, qui pro alienigenis animam ponere venit. Alii fortiter, iste & fortiter & feliciter vicit, qui martiali animo incruentum martyrium tulit. Bene etiam, qui omnia reliquit, & cæli regnum obtinuit, & hic omnia [in] centuplum recepit; cujus Angelica caritas & generosissima liberalitas, quæ omnibus largissima & sibimetipsi erat parcissima, hoc abundantissimum regnum, superbis Augustis pomposum, calcato appetitu fecit omnibus beneficiosum. Felix paupertas, quæ tam multos ditavit! beata abstinentia, quæ semper indeficientem familiam pascit! Quo se arctavit, nos amplificamur: quod jejunavit, nos epulamur: immo ipse in suis heredibus omnia possidet & exaltatur. Sed dum ista scribimus, hoc maritimum Elysium revirescente mundo floruit; & inter Paschalia floreta, splendidi Augustini sidereo Natalitio instante, omni decore arrisit. Juvat ergo ad præsignati ipsius adventus seriem recurrere, ac demum de innumeris ejus virtutibus aliqua retexere.

illi committendam,

4 Viderat insignis legifer Domini Gregorius, venales Romæ pueros, crine rutilo & formâ eximiâ gratiosos; utque erat visceribus caritatis in omnes diffusus, percunctatur ardenter nomina gentis, provinciæ, ac Regis illorum. Audit quod incolæ Angli, provincia *a* Deira, Rex Alle vocitaretur: sed omnes paganismo obsequerentur. Ingemuit benigna anima, flores, paradiso Dei tam congruos, tetris dæmonum aris addictos: sed mox, uti Propheticus interpres, adgaudens nominum auspiciis: Bene, inquit, Angli: Angelica facie nitidi: bene Deiri, de ira Dei cernendi! bene quoque Rex dicitur Alle, cujus * terræ cantetur Alleluia. Invasit ergo iter ad Anglos convertendos: sed populi Romani factione, immo Spiritu Domini Jesu omnia provide dictante, retractus est; videlicet alii amico hanc gratiam servante Domino. At ubi Apostolatum Romæ suscepit, unde gravius ab intentione sua præpeditus exstitit, inde potentius consilium invenit: quod enim per se non potuit, per splendidam lucernam suam & armigeram dexteram Augustinum explevit. Hunc invenit secundum cor suum, unicum in Domino sancti desiderii sui remedium, virum omnium virtutum, ad Dominica bella paratum, per ardua & fortia coronæ avidum; ut turrim David munitum, in qua clypeus & hasta omnisque armatura fortium, atque ad omnia comptum; vas scientiæ Dei Euangelicum, vas

F

a *occasione Anglorum juvenū Romæ visorū.*

* terra

eligitur:

A vas electionis Domini aureum. Mirabatur generosum animum sua attentiorem exhortatione; ut videretur non tam sequi velle ad palmam, quam præcurrere.

& cum sociis 40 discedit Roma

5 Collecto itaque Angelico eruditorum Christi præconum contubernio, qui comites, adjutores, & cooperatores Euangelici existerent duci Augustino; postquam omnes ad propositum opus accepit promptos & unanimes, inceſſabiles totius bonæ voluntatis auctori immolat grates. Nec mora, exhortatos diligentissime & armatos ad fructiferam gloriæ patientiam, omnibus * bene provisis quæ mundi peregrinis competerent, Deo & Angelis pacis commendat, & in viam perpetuæ salutis destinat. Longum est exponere, sed pium est recolere, tam sanctæ tamque dulces animæ Beatorum Gregorii atque Augustini sanctorumque Fratrum, à maternis visceribus monasterialis ecclesiæ avulsorum, quæ spicula vulneratæ caritatis in separatione corporali senserint; quas imprecationes beatæ restitutionis, quæ suspiria, quas lacrymas invicem reddiderint: cum se ultra dilectam patriam, immo mutuos aspectus tam desiderabilium Patrum ac sociorum, in hoc exilio visuros non sperarent; & ad tam longinquam, tam

* pene

B externam barbariem, tamque incerta vitæ discrimina transmigrarent. Sic quondam arcam Domini ferentes vaccæ, & post fœtus abstractos mugiebant; & tamen à recta viæ linea nusquam declinabant. Sancti namque euntes ibant & flebant transeundo ad vitæ patriam, mittentes in lacrymis semina virtutum: venientes autem venient in resurrectione, cum exultatione portantes manipulos lætitiæ de luctu & morte. Annus tunc erat ab Incarnatione Do-

b *anno 596.* mini *b* sexcentesimus, Principatus autem Mauritii ab Augusto quinquagesimi quarti annus quartus decimus, ex quo vero Angli Brittanniam invaserant annus circiter centesimus quinquagesimus, ordinationis autem beati Gregorii Papæ quartus; cum ipse Romanorum Pontificum gemma illustrissima, hæc siderea Augustino præfulgente Anglis misit luminaria. Tot Dominicæ Legationis manipulares ad quadraginta numerantur, quaterno scilicet denario legis & Euangelii, quatuor animalia imitantes. Tot olim Legifer ad considerandam terram repromissionis miserat exploratores; sed illi, præter duos, perfidi; isti, erant fideles: illi, filii alieni Domino sunt mentiti; isti, filii adoptionis, adhæserunt veritati. Procedebant ut oves ad victimam, grande scilicet

C * mundi spectaculum, * mundo, Angelis & hominibus spectabiles; aëriis potestatibus, ut acies ordinata, terribiles.

6 Jam eminus à cognata domo excesserant aliquot dierum itinere, alacres viam mandatorum Do-

Marc. 16, 41, & Ioa. 15, 5 mini percurrere: at vero dicente veritate, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma; &, Sine me nihil potestis facere; docendi erant ex humana imbecillitate, non de se præsumendo, sed in Deo sperando, viriliter agere; & in ipso, qui vicit mundum, vincere. In Deo, inquit Psalmista, faciemus

Ps 59, 14 *Iidē à proposito deterriti.* virtutem. Dei itaque athletæ, immemores constantiæ suæ, surripiuntur vaniloquâ hominum famâ, fallaciâ Dæmonum ventilatâ. Nuntiatur quod Gens quam peterent immanior belluis existeret, quod crudelitatem epulis præferret, quod sanguinem innocentum sitiret, quod Christianam fidem abhorreret, quod salutis doctoribus tantum suppliciis & cædibus responderet. Sanctos quidem sine causa plecti posse; hostes autem veritatis nec ratione nec signis flecti. Hinc ergo desperantes talium saluti & suo profectui, Præpositum suum reniti non valentem Augustinum, ad B. Gregorium fecere Legatum: quem Anglis, si Christum susciperent, dederat E-

piscopum; orantes humillime per ipsum, quatenus eos absolveret à tam periculoso & infructuoso apud ignotas linguas dispendio laborum, & placidum ad sua annueret reditum. Tales enim adhuc erant invalidi, & ad Dominicam quidem expeditionem prompti, sed inexercitati; sicut quondam Discipuli Domini, volentes, sed non valentes illum ad passionem sequi, interim condebantur sub asylo; donec induerentur virtute ex alto; visâ vero ipsius Resurrectionis & Ascensionis gloriâ, ita sunt animati & Spiritus Paracliti capaces effecti, ut passionum ipsius participio plus gauderent, quam timerent illum ad æthera subsequi. Poterat tunc magnanimi Gregorii caritas, quasi de frustrato incepto & de ludibriis dæmonum insultantium, perturbari; nisi speraret in nomine Domini, in quo sua cœpta credebat feliciter perfici. Repletus ergo spiritu virtutis, mittit per ducem Augustinum Christi peregrinis hanc Epistolam paternæ exhortationis, suadens & ipsi obtemperare, viamque & opus cœptum, usque ad palmam & coronam gloriæ, in Dei adjutorio fidenter perficere.

AUCTORE CELINO.

S. Gregorii Epistola confirmatur.

7 Gregorius, servus servorum Dei, servis Domini nostri. Quia melius fuerat bona non incipere, quam ab his quæ cœpta sunt cogitatione retrorsum redire; summo studio, dilectissimi filii, oportet ut B opus bonum, quod auxiliante Domino cœpistis, impleatis. Nec ergo labor vos, nec maledicorum hominum linguæ deterreant; sed omni instantia omnique fervore, quæ inchoastis, Deo auctore peragite; scientes quod laborem magnum major æternæ retributionis gloria sequitur. Remeanti autem Augustino Præposito vestro, quem & Abbatem vobis constituimus, in omnibus humiliter obedite; scientes hoc vestris animabus per omnia profuturum, quidquid à vobis fuerit in ejus admonitione completum. Omnipotens Deus suâ vos gratiâ protegat, & vestri laboris fructum in æterna me patria videre concedat: quatenus etsi vobiscum laborare nequeo, simul in gaudio retributionis inveniar, quia laborare scilicet volo. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi filii. Data die decima Kalendarum Augustarum, imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto, anno decimo quarto, post Consulatum ejusdem Domini nostri anno decimo tertio, Indictione decima quarta.

c *& Arelatensi Epist. commendantur.*

8 Arelatensi quoque Archipræsuli *c* Ætherio, ut Augustino ejusque sociis Christi Legatis in Britanniam necessaria solatia provideret, ita scripsit, secundum nomen suum omnibus vigilans, Gregorius; Reverentissimo & sanctissimo fratri Ætherio Coëpiscopo Gregorius servus servorum Dei. Licet apud L. 5 Ep. 53 Sacerdotes, habentes Deo placitam caritatem, religiosi viri nullius commendatione indigeant; quia tamen aptum scribendi se tempus ingessit, Fraternitati vestræ nostra mittere scripta curavimus, insinuantes latorem præsentium Augustinum, servum Dei, de cujus certi sumus studio, cum aliis servis Dei illuc nos pro utilitate animarum auxiliante Deo direxisse: quem necesse est ut Sacerdotali studio Sanctitas vestra adjuvet, & sua ei solatia præbere festinet. Cui etiam ut promptiores ad suffragandum possitis existere, causam vobis injunximus subtiliter indicare; scientes quod eâ cognitâ, totâ vos propter Deum devotione ad solatiandum, quia & res exigit, commodetis. Candidum præterea Presbyterum, communem filium, quem ad gubernationem patrimonioli Ecclesiæ nostræ transmisimus, Caritati vestræ in omnibus commendamus. Deus te incolumem custodiat, Reverentissime Frater. Data die decima Kalendarum Augustarum, imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto, anno quarto decimo, post Consulatum ejusdem Domini

AUCT. GOCELINO.

nostri anno tertiodecimo, Indictione quartadecima.

Augustinus rum sociis iter prosequitur,

9 Hæc igitur Apostolica documenta referente & altius intentante sociis Augustino, ita sunt confirmati; ut fortius quam cœperant cœpta percurrere intrepidè gauderent, & more optimorum militum acrius post fugam victoriam extorquerent. Ibant ergo cum cælestibus animalibus ante facies suas, & non revertebantur cum incederent. Jam eis Dux suus magnanimus Gregoriano ore dicere videbatur Augustinus: Cum jucunditate exibitis, & cum gaudio deducemini: nam & montes Reges, & colles Duces vobis exilient, expectantes vos suscipere cum gaudio. O immensum gaudium, quo, licet per aspera & acerba, itur ad interminabile regnum, cum indeficienti copia meritorum & dulci fructu quæsitorum Deo filiorum! Hæc intelligentes Sancti festinabant per adversa & prospera, per plana & dumosa, transire ad vera præmia; ad omnia patientes, usque ad mortem facti obedientes. Inter tot autem virtutum merita semper B. Augustinum comitabantur miraculorum lumina: ex quibus innumeris in Andegavensi, opima Galliæ provincia, celeberrimum est quod ibi tunc peregrinus exhibuit: pro quo ejus honori ecclesia consecrata nullam umquam feminarum admittit. Unde multi honoratissimi viri Andegavensium, venientes Cantuariam ad S. Augustinum, vehementer admirabantur, hic, ubi corporaliter requiescit, tam licite & libere omnes feminas intrare, quam ibi nullam hujus licentiæ gratiam consequi posse. Quibus mirantibus respondebatur à Fratribus; illas videlicet, quæ Sanctum expulerunt, merito à sua ecclesia repelli; istas vero, quæ hunc susceperunt ultro, ab ipso debere recipi. Jam olim quippe plurimi illius Gentis nobiles & clari Proceres, simulque ecclesiasticæ dignitatis reverendi Patres, in Anglia, & maxime apud ipsum suum (ut gloriantur) Patronum Augustinum, frequentes horum, quæ apud ipsos gessit, constantissimi celebrantur assertores. Hi omnes suis successibus beatificabant Angliam, & maxime Apostolicam Doroberniam, in summi Augustini prærogativa & in ipsa corporali ejus præsentia, tamquam corporali vita; cujus apud ipsos esset tam indelebilis memoria, & frequentia miracula, vel scripta, vel scriptis evidentiora. Hic ergo referamus ex publica notitia, quæ ibi suæ præsentiæ reliquit signa.

B

per Andegavensem provinciã:

C

10 Agens sane Dominicam legationem, ut prænotatum est, à Roma in Angliam, in Andegavensi Provincia *d* Pontem * Sai nuncupatum, milliari tractu super Ligerim fluvium lapideo opere productum, cum illo sancto choro transiit sociorum. Quibus adjacenti villæ Sai ejusdem nominis conantibus succedere, incolæ hostilitatem pro hospitalitate restituêre; & tot homines peregrinos, pedestri incessu & habitu humiles, quasi tot lupos & ignota monstra repulere. At vero mulierculæ simul glomeratæ, tanta non modo irreverentia, sed insania, ululatu, despectu, subsannatione, derisione in Sanctos Dei sunt debacchatæ, ut viri indemnes vel innoxii quodammodo in eadem viderentur comparatione. Nec sufficerat ejecisse, sed longius inculcantes trahebant, impellebant, lacessebant, abigentes ludibriosa importunitate. Stabat juxtà ulmus ampla & umbrosa, lassis viatoribus ad pausam accommoda: sub hac Sancti volentes ipsa nocte requiescere, non poterant à mulierum, velut tot canum, infestatione. Unam vero ceteris impudentius Sancti vestigiis incumbentem, dum ipse elato baculo, velut ad bestiam & rapidam lupam pugnans, conaretur abigere; subito baculus, novo Dei gratiæ signo, de manu ejus velut ab arcu excussa sagitta evolavit, & in spatio fere trium stadiorum humi affixus substitit: moxque cum beato contubernio subsecutus (sensit enim Divino spiritu ad nutum Domini se eo vocari) accurrit, & baculum, immo cum baculo fontis æstum extraxit, qui protinus copiosa scatebra erupit: quo Dei famuli, immensas gratias reddentes suo largitori, à gravi siti relevati & suaviter sunt refecti, ibique nocte ipsa quievere in laudibus Divinis devotissimi. Tum etiam Altissimi clementia, impatiens filios lucis suæ ac diei, tetræ noctis & nudi aëris injuriam pati; subito lucem de summo cælo suo, solare jubar vincentem, super eos effudit; tectoque carentes tota ipsa nocte superno splendore obtexit, quasi sic orasset voce Prophetica ipsa Ecclesia sub divo relicta: Fac mecum, Domine, signum in bonum, ut videant qui oderunt me & confundantur; quoniam tu, Domine, adjuvisti me & consolatus es me. Viderunt itaque omnes finitimi tam immensum radium, à cæli vertice usque ad Sanctos directum; ut ad confusionem suam pernoscerent, quantos cæli cives sui hospitiis extrusissent. Ipse autem sacratissimus Dux secus fontem illum ita baculo scripsit in terra: *e* Hic hospitium habuit servus servorum Dei Augustinus, quem misit ad convertendos Anglos beatus Papa Gregorius.

D

projecto baculo fontem elicit,

e

11 Jam lucis crepusculo imminente, ad destinatum locum anhelantes, per Andegavensem civitatem iter accelerant; & hesternos contemptores suos, nunc appetitores ac de copia inopes, Dei nimirum zelo volente, sua salutifera præsentia vacuant. Mane itaque vicini ad locum, ubi tantum lucis miraculum conspexerant, undique accurrunt; gravi gemitu ac luctu ablatos repetunt: tum novi fontis beneficia contuentes, acriori mœrore sui reatus contabescunt. Heu nos miseros! aiebant, quomodo tantum bonum, quod ultro in manibus habuimus, impia abjectione nostra perdidimus, nec à tantis Angelis saltem benedici meruimus! Discentes ergo ex præfata scriptura nomen B. Augustini optatum, & legationis officium, accensique frequentia miraculorum; quantocius juxta ipsum fontem ecclesiam condiderunt, ac in nomine ipsis B. Augustini consecrari fecerunt; ubi vero litteræ ipsius descriptionis inventæ sunt, altare constituerunt; ubi illud perpetuum, ut præmonstravimus, durat miraculum, quod ipsam ecclesiam intrare aut de fonte aquam haurire nulla unquam potest feminarum: *f* ut nimirum sciat mundus, quantum hoc genus offenderit Deum in injuria servorum suorum.

E

& ab incolis ecclesiã positam habet,

quam femina nulla,

f

F

12 Quædam illustris matrona cum magno cereo huc tentabat ingredi, quasi modo Sanctus suæ adularetur potentiæ ac muneri; & absterrentibus qui aderant respondit, se in Sanctum non peccasse, sed velle se eum honorare: urgetque propositum audaciæ. Vix ergo vetitam metam & sacrum limen attigerat, cum repente ruptis intestinis, & effervescentibus in terram alvi secretis, corruit infelix & interiit; forasque extracta mortua, credere omnes terribiliter docebat, quod nulli crediderat. Tali repulsa ita omnes feminæ sunt eruditæ; ut plus aperta quam clausa ostia abhorreant contingere. Ne * tamen ibi feminæ usquequaque sancti Patris gratia viderentur desolatæ; incolæ * diutina miseratione [moti] proforibus ecclesiæ receptaculum illis congruum ædificavere; ubi convenire, orare, oblationes suas & vota persolvere, sacrisque mysteriis possent succedere.

d

* pontum

ubi repulsus à feminis,

impune ingreditur.

*tantum.

*divina.

13 Ecce autem dum hæc & antiqua fama, & recenti clarissimorum virorum Andegavensium assertione essent comprobata; accidit Reverendissimum ac prudentissimum Andegavorum *g* Pontificem, ad desideratissimum Patronum Augustinum venire, & quasi tam antiquum suæ patriæ hospitem magna cum devotione revisere. Is etiam suprascripta miracula non modo à Fratribus audire, verum ultro referre attentus erat; eodemque modo quo scripta sunt,

g

fixa

A fixa ſtipulatione, velut ex lectione, exponebat. Addidit etiam novum miraculum, velut heſternum, in ſui declaratum præſentia, cum tali ſcilicet tanti Patris favore & gratia. O vos, inquit, felices, quibus æterna B. Auguſtini contigit præſentia! nec nos adeo ſumus infelices, quibus perpetuo beata ipſius remanſit memoria. Noſtra quidem patria ante vos illum agnovit, & prius Andegavia quam Anglia ſignipotentem vidit: at nos, fateor, in majoribus noſtris abjecimus præſentem; ſed ſupernis ſignis territi, ſatisfactione perſecuti ſumus abeuntem: quem cum jam non meruiſſemus nec manu nec viſu contingere, cœpimus eum condita in ipſius honore eccleſia retinere. Quid audientiam veſtram à miraculo ibi declarato verborum ambage morer? Creſcente plebis devotione erga tantum Parentem, ſuis ſupplicibus ſemper exaudibilem, ſemper præſtabilem; cœpere illam ipſius reconciliatricem eccleſiam præcelſius reſtaurare, ejuſque patrocinia ſibi arctius amicare. Hanc itaque ego menſe Majo, die ſcilicet Depoſitionis tanti Patris, magnis utriusque ſexus votis, in ipſius, cujus prius erat, dedicavi memoria, confluente multitudine plebium innumera. Eminebant in B circuitu condenſæ agrorum ſegetes, jam meſſi proximantes, jam in ſpicas & ariſtas adoleſcentes. Populus ut fluvius undique irruens non attendebat annonam, nec cujuscumque foret meſſionem: conculcabatur & conterebatur, velut in area, labor hominum & boum, confundebatur ſpes ſationum & frugum: jam vero non tam flagellata & contrita videbatur ſtipula frugifera, quam ſcopata & nudata area. Quid ergo? Valedixerunt omnes illius anni opibus, valedixerunt & Auguſtino, aliàs quam [amiſerant obventuras] ſibi ſperantes in ipſius largitionibus. Sed tandem deſperatis in rebus mirabilior virtus [apparuit], Auguſtini meritis non fallentibus: tanta quippe ſegetum copia eodem menſe ad meſſem emicuit in tota illa vaſtatione, ut nulla terrarum illius provinciæ huic ſe poſſet æquare, vel ubertate frugum, vel altitudine. His mirabilibus populi attoniti, tantis B. Auguſtinum præconiis gaudent efferre, ut credant & prædicent, eum quidquid velit à Domino ubivis gentium poſſe impetrare, & quidquid fideliter petitur poſſe præſtare. Hæc memoratus Epiſcopus, tota patria teſte, propalans gratificis auditoribus, dignam certitudinem dabat omnibus, quam ſancte credenda ſunt antiqua ſigna, in tam novellis declarationibus.

Ibidem in nova Eccleſia dedicatione ſegetes conculcatas.

copioſius revixiſſe teſtatur Epiſcopus.

C 14 Jam poſt Latium, poſt Italiam, poſt Gallias, poſt tot montana, campeſtria, nemoroſa, fluvioſaque terrarum & gentium diſcrimina, tandem Deifer, pacifer, ſalutifer Auguſtinus, cum beato contubernio, felici curſu *h* applicuit Britanniam, ad manſionem ſcilicet & quietem perpetuam, divinitus ſibi præordinatam. Via Juſtorum recta facta eſt, & iter Sanctorum præparatum, & deduxit eos Dominus Deus noſter via mirabili ad certum locum.

C appellit in Britanniam Sanctus.

h

ANNOTATA.

a Deiri *pars Nordhumborum, uti &* Bernicii, *ſubinde ſub propriis Regibus fuere. Ibi* Alle *dicitur Rex fuiſſe ab anno* 559 *uſque ad annum* 589. *Conſuli poteſt Vita S. Gregorii* 12 *Martii ex Mss. edita cap.* 3 *& noſtra ibidem Annotata.*

b *Imo ſolum erat annus* 596 *Æræ communis, atque ille erat Mauricii* 14, *Gregorii Papæ quartus, quin & Indictio* XIV, *infra in epiſtola S. Gregorii etiam citata. Apud Bedam lib.* 1 *cap.* 23 *omittitur annus Chriſti.*

c *Fuit inter ſocios hujus miſſionis S. Laurentius, & S Auguſtini in Epiſcopatu Cantuarienſi Succeſſor, cujus Vitam illuſtravimus ad diem* 2 *Februarii, oſtendimuſque inviſiſſe eum in Gallia hoc ordine Epiſcopos,* S. Serenum Maſſilienſem, Protaſium Aquenſem, Virgilium Arelatenſem, S. Deſiderium Viennenſem, Ætherium Lugdunenſem, *perperam hic Arelatenſi Sedi tributum:* S. Siagrium Auguſtodunenſem: *de quibus conſuli poſſunt ibidem annotata.*

D d Pons-Say *vulgo* le Pont de Cé, *alias* Pons-Cæſaris. *Ita Mabilio.*

e *Totam hujus miraculi hiſtoriam, uti & inſcriptionem, etiam nunc ſingulis annis legi in eccleſia, prope Andegavos S. Auguſtino conſecrata, indicat idem Mabilio: verum arbitratur veri magis ſimile eſſe, quod inſcriptio ab incolis dictata ſit. In Regiſtro beneficiorum hujus diœceſis appellatur* Prioratus Parochialis Canonicorum, *ſcilicet Canonicorum S. Auguſtini, Abbatiæ omnium Sanctorum Andegavenſi ſubjectus: eccleſia autem iſta vulgo appellatur* Saint Outin.

f *Hoc tempore gaudere feminas ingreſſu eccleſiæ & uſu fontis adhuc permanentis, obſervat dictus Mabilio: addiſque ex epiſtola ſui confratris Alexandri Fournereau, quod* fons hic memoratus parieti eccleſiæ ad Auſtrum poſito eſt incluſus, cujus aquæ ſanitatis cauſa ab infirmis frequentantur.

g *Gocelinus in codice Minore* Guiffridum *appellat. Cujus nominis duo fuerunt: prior præfuit ab anno* 1081, *uſque ad an.* 1093, & Turonenſis *cognominatur ad diſtinctionem Succeſſoris, itidem* Guiffridi, & da Meduana *cognominati, qui cathedram ceſſit Rainaldo, conſecrato* 12 *Ianuarii anni* 1102. *Quis horum intelligatur, neſcimus conjicere. Quidni autem poſt nova eccleſiæ dedicationem ſtatim ceſſaverit illa muliebris ſexus excluſio?*

CAPUT II.

Ingreſſus in Angliam. Converſio S. Æthelredi Regis. Latitia S. Gregorii Magni.

HAbet Regia Cantia inſulam prægrandem & celeberrimam Tanetum, capacem amplitudine ſexcentarum familiarum: januam & ſinum pandit tranſmarinis frequentiis, tellus uberrima & opulenta, atque camera Cantiæ accommoda. Fluvius *a* Wantſume, tribus ſtadiis latus, hanc à continenti terra diſcriminans fecit inſulam: is utrumque caput in mare protendens, duobus tantum oſtiis tranſvadatur. Hæc ergo inſula Chriſtum in Sanctis ſuis prima *b* ſuſcepit, felix tellus ſua fœcunditate, ſed feliciſſima tot Deiferorum advenarum, immo tot civium ſupernorum hoſpitio! Hinc interim novus Pater Angliæ cum ſancto collegio à marina ſalſugine refovetur. 15 *In Taneto inſula exceptus Auguſtinus.*

a

b

16 Regnabat tunc Anglis Rex *c* Æthelbertus, Anglorum Regum tertius, ſed futurus jam Chriſticola primus. Hic ſupernæ electionis providentia, præ ceteris anteceſſoribus, aliis etiam Regibus præſidens, imperium uſque ad Humbram vaſtiſſimum fluvium porrexerat, qui ſcilicet Meridianas ac Boreales Anglorum gentes interluvio diſterminat. Huic regaliter præſidenti in metropoli Cantuariæ Legatus Domini Auguſtinus, per Legatos & quos ab affinibus tranſmarinis B. Gregorii hortatu aſſumpſerat interpretes, mandat ſe, ſui ſuæque gentis amore & gratia, à Roma veniſſe; & nuntium ſibi optimum atque omni acceptatione digniſſimum afferre, qui ſuſcipientibus ſempiterna gaudia & infinita, cum ſempiterno Deo cæleſtis regni ſecula, fide proteſtetur indubitantiſſima. Talia Rex placido animo percipiens, præcepit eos in ipſa qua recepti ſunt inſula reſidere, eiſque exhiberi quæ vitæ uſus poſtularet, quouſque pertractaret, quomodo ipſos

c

indicat Regi per Legatos ſuum adventum &

AUCT. GOCELINO.

dispone ret: jam enim ubique coruscans Christianitas illi innotuerat, maxime quia Regia conjunx illi erat ex Francis Regibus, Christianissima *d* Berta nuncupata, quam eo sacramento à parentibus obtinuerat, quatenus Christianam Religionem semper intemeratam sibi cum suis comitibus servare permitteret. Sanctissimus enim Præsul Letardus datus est comes & custos Reginæ fidelissimus, qui eam piis monitis & exemplis, inter damnosos paganitatis usus, jugiter in Christi cultu corroboraret. Hæc ergo Regem, quamvis avitis adhuc tenebris oberrantem, fecere Christicolis clementiorem; & quasi jam ipse media sui corporis parte Christum coleret, viam Christi bajulis patefecit, donec & ipse intraret. Veniens itaque Rex ad insulam die opportuno, & residens cum Optimatum cœtu sub dio, ad suam audientiam accersit Augustinum cum suo conventiculo: fallebat enim adhuc Regem augurationis error, velut nocturnum Nicodemum, verentem, ne si in aliquod tectum sibi supervenirent, si quid incantationis aut maleficii scirent, convictum eum seducerent. Sed quantum lux à tenebris, distabat talis mens ab innocentibus ac rectis: attollebant potius vexilla Dominica, quibus exterminarent præstigia dæmoniaca. Venêre ergo, non erubescentes, sed eminenter afferentes triumphatoris mundi Crucem argenteam, & imaginem Domini Salvatoris, formose atque aurose in tabula depictam. Canebant simul letanias, quibus caderent adversaria Dei mœnia Jericho; orantes contrito corde pro sua ipsorumque, quos Deo acquirere venerant, perpetua salute.

ab hoc ad audientiam vocatus

B

17 Residentibus eis jussu Regio, Augustinus primum ore intonat Euangelico; ad tuam, ô Rex, totiusque hujus Regni perpetuam pacem huc ingressi, optimum nuntium sempiternæ lætitiæ, ut pridem mandavimus, afferimus tibi: si susceperis, hic & in æterno regno æternaliter beatificaberis. Jam enim mundi Conditor & idem Redemptor humano generi regnum cælorum aperuit, & de terrenis cælestes indigenas fecit. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum, sicut ipse Unigenitus testatur, pro mundo daret; ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. Tam enim infinita caritate idem Dei filius homines dilexit quos fecit, ut non solum homo inter homines fieri; verum etiam mortem, mortem autem Crucis, pro hominibus dignaretur pati. Sic namque placuit ejus ineffabili clementiæ, ut diabolum captivatorem nostrum, non in suæ Divinitatis majestate, sed in nostræ carnis infirmitate eliderei; & nos debitam prædam, per indebitam crucis pœnam, à faucibus impiissimi tyranni erueret. Cujus incarnata Divinitas innumeris virtutum claruit ostentis, omni debilitate curata, omni virtute patrata: cælo, sideribus, terra, mari, inferno se omnium Deum & Dominum ostendit; ventos & mare imperio sedavit, fluctus maris quasi solidum campum calcavit: tandem mori ut homo pro hominibus dignatus, in triduo à morte sicut Deus surrexit; & solem, qui in sui conditoris nece obtenebratus est, suo splendore clarius illustravit. Surrexit, inquam, ut nos resuscitaret: ascendit ad cælos, ut illuc nos triumphantes aggreget. Inde judex omnium seculorum veniet, ut credentes in regno suo damnatis incredulis perpetuo collocet. Ne ergo, ô præcellentissime Regnator, superstitiosos nos judices, quod à Roma in tuos fines tuæ tuorumque salutis gratia laboravimus devenire, & ignotis Gentibus quasi ingrata beneficia subrogare. Noveris, piissime, magnæ caritatis necessitate urgente id nos intendisse. Desideramus enim, super omnem mundi appetitum & gloriam, quamplurimos in regno Dei nostri concives habere; & qui in sanctorum Angelorum consortium possint proficere, ne pereant, totis nisibus certamus prospicere. Hanc quippe benevolentiam Christi nostri benignitas, de inæstimabili dulcedine Spiritus sui, omnibus suæ veritatis præconibus ubique infudit, ut propriis necessitatibus postpositis in omnium Gentium salutem exardescant, & quaslibet nationes, ut parentes & filios, ut fratres & cognatos habeant; & omnes una Dei dilectione amplexos, ad infinita omnium gaudiorum ac solennitatum secula pertrahere satagant. Tales Regis signiferi, cum innumeris miraculis facti testes Dei, per gladios, per ignes, per bellua, per omnia tormentorum & mortium genera mundum Salvatori suo invictissime subdiderunt. Jam olim Roma, jam Græcia, jam Reges & Principes terræ, jam Insulæ gentium, Propheticis invitationibus attractæ, cum ipso orbe terrarum gaudent Regum Dominum adorare & illi in perpetuum servire, per quem & cum quo perenniter valeant regnare. Tali etiam affectu hodiernus Pater totius Christianitatis Gregorius, vestram salvationem ardentissime sitiens, nec pœnarum, nec mortis timore prohiberetur ad vos venire, si posset (quod non potest) tot commissarum animarum curam deserere. Quapropter nos in sua vice misit, ut viam æternæ lucis & januam vobis pandamus regni cælestis: quo, si contemptis idolis dæmoniacis per Christum intrare non renuitis, certissima fide semper regnetis.

D

& desiderium procurandi salutem æternam omnium,

E

18 Hæc & his similia salutifero Augustino differente, ejus suffraganei: prout Dominus dedit, pleraque addidere. At Rex, ab inolito errore non facile extricabilis, respondit ut æger, favens quidem medicis, sed necdum patiens curationis: Pulchra quidem & ad quamdam gloriam infinitam sunt invitatoria quæ suggeritis dicta & promissa: sed quoniam nova habentur & hactenus incognita, non mihi competit his animum subdere, & majorum ritus per totam Angliam eatenus servatos deserere. Attamen benevolentiæ vestræ, qua de longinquo (ut video) ad nos venire, nostræque saluti, prout nostis verius ac melius, certastis consulere, nos nequaquam infesti, sed nec ingrati voluimus existere: magis vero optamus benigna vos hospitalitate fovere, & vitæ subsidia sufficienter præbere: sed & hoc permittimus vobis, ut quoscumque potestis in vestram fidem & professionem prædicando & hortando assumatis. Rex ergo tam clemens Christicolis in paganitate, quis digne memoret quam est dilata, ut ex difficultate B. Augustino crescerei corona, & ex insperata salute major Ecclesiæ Dei nascereturlætitia.

acceptaque fidem prædicandi potestate,

F

19 Igitur Regis benevolentia, immo Dei providentia, in Metropolitana civitate Doroberniæ conceditur Sanctis locus habitationis congruæ, & promissa stipendia corporalis alimoniæ, & indulgentia prædicationis optatæ. Itaque appropinquans possidendæ civitati pacifer Augustinus, cum beato Sanctorum choro, elato ex more Crucis Domini argenteæ triumphali vexillo, cum imagine vivifica ipsius sempiterni Regis Jesu Christi, invocat suppliciter super eam Salvatoris salvatricem clementiam: tum hanc letanialem Antiphonam dulcimode intonat; &, eum excipiente primitiva Anglorum nutrice Ecclesia, consona modulatione ac devotione decantat: Deprecamur te, Domine, in omni misericordia tua, ut auferatur furor tuus & ira tua à civitate ista, & à domo sancta tua, quoniam peccavimus. Bene autem addiderant, Quoniam peccavimus, qui, ex Christi caritate, aliena peccata, quasi propria, venerant documentis, precibus, & fletibus abluere. Hic interim, non tã exterorum cura, quam dispensatione divina in pace compositi, accinguntur attentius ad fructum regni

Doroberniã cum suis migrat

Ioa. 3. 16,

explicat mysterium Incarnationis,

C

A regni Dei. Vivebant non modo ut exules Oceani, ſed prorſus ut peregrini totius mundi: adeo nil terrenæ, nil ſecularis illecebræ appetebant, ut non tam eos terrigenas quam cæligenas obſtupeſceres. Voluptates, delicias, divitias, honores, & quidquid obſtaret cæſos adeuntibus funditus abſciderant: jejunia, vigilias, orationes, elemoſynas, cum caſtimonia & omni ſanctimonia aſſiduabant. Arma Chriſti ad virtutem pacifica, in acies vero ſcelerum bellicoſa robuſtiſſime exercebant; debellantes omnem perfidiam; ad omnem injuriam prætendentes pro thorace omnem patientiam; ad pericula, ad ſupplicia, ad ipſam quoque mortem ferendam invictiſſimam conſtantiam; ad indigentes vulneratam clementiam; ad omnes homines & ad ipſos adverſarios caritatem viſceream. Liberi & expediti à terrena ſarcina, ut pennata animalia volabant ad æthera; immo vero dicente Apoſtolo, Noſtra converſatio in cælis eſt, niſi quod adhuc amore gentium ſalvandarum terras incolebant, jam mente in cælis habitabant.

ubi in magna abſtinentia & ſanctitate vivit:

Philip. 3. 20.

20 Ante adventum autem Anglorum poſſederant Romani quadringentis circiter annis Britanniam, id eſt à tempore Caii Cæſaris uſque ad Maximum Imperatorem; qui rapta purpura contra Gratianum & Valentinianum Auguſtos, euntibus bellis, ipſum Oceanum Romanis præſidiis exhauſit. Reſidua vero eccleſia *e* B. Martini, olim ab ipſis Romanis Chriſtianis condita, tunc illuſtrabat Cantiam,

Eccleſiam B. Martino olim dicatam,

B

quæ hactenus manet aſſiduis miniſtris officioſa, per dimidium fere ſtadium diſtans Orientalis ab authentica Chriſti eccleſia. In hac beatus Præſul Letardus, velut Apoſtolicorum Legatorum præcurſor aut janitor, primo divinis officiis & ſacramentis Reginæ Chriſtianæ, ut fidelis paranymphus, cum ſuis Clericis obſequebatur; & ut cervus poſt ſerpentum virus intendens ſitit ad fontes aquarum; ita inimicis fidei venenoſis Paganorum ritibus exæſtuans, ad ipſam eccleſiam, tamquam ad vitæ fontem, cum ipſa alumna Regina rapiebatur, * quando Romani magiſtri, velut aurum argento prælucentes, ibidem quæ Dei ſunt agebant. Nam hos Chriſti peregrinos, inter alienigenas ſolitarios, in his cæleſtibus advenis Dei gratia viſitauit; viſitavit & plebem ſuam per ipſos crediturum, ut & Regina non ſolum licenter Chriſtum coleret, verum etiam per tantos eruditores fidelis infidelem conjugem ſalvaret. In hoc itaque oratorio Auguſtinus cum ſuo choro quotidiana Domini miniſteria celebrabat; & in pſalmis, hymnis, precibus, atque in voce tubæ, quibus caſtra diaboli interirent, noctes & dies laudes Domini attollebat. Interea tam ſplendida Sanctorum merita ingens ſignorum & mandatorum Dei commendabat gratia; nec diſſimulare, nec reticere imperatoria Chriſti preconia poterant: illum canticis, illum prædicationum tonitruis, & ſignorum corruſcationibus magis ac magis perſonabant. Curabant viciſſim omnes debiles & languidos, vel ad ſe delatos vel à ſe viſitatos: adeo aut nullus, aut rarus in grege Auguſtini habebatur, qui non gratia ſanitatum polleret, ut non minus miraculis quam prædicationibus tenebras Gentilium illuſtrarent. Mulcebant ſtupidos hominum ſenſus hæc perennis lætitiæ promiſſa; verberabant

& à S. Letardo excultam,

* quo

pro ſacris miniſteriis accipit.

C

Pſ. 76, 19. rigidos tanta fulgura, ut Domino canitur à Pſalmiſta: Illuxerunt corruſcationes tuæ orbi terræ, commota eſt & contremuit terra. Clamabant trepidæ plebes: Dii de ſupernis ſedibus deſcendentes converſantur inter homines. Sic & quondam Gentes admiratæ Dei Apoſtolos terrena tranſcendentes, dicebant: Iſti ſunt ſancti Dii terræ. Nec mentiebantur ſuo errore, Pſalmiſta teſtante: Dii fortes terræ vePſ. 46, 10. hementer elevati ſunt. Hactenus itaque indomita colla ſuave jugum Domini amabiliter ſubiêre, ſuſcepêre fœcunda arva in perpetuos fructus vitæ ſemina, credidêre plurimi, & regenerati in Chriſto fiunt ex alienigenis filii adoptionis Dei.

AUG. GOCELINO.

21 Omnibus ergo intentus ſummi Regis Armiger Auguſtinus, ad ipſum maxime ſummum regni caput machinam intendit ſalutis; ut ſubverſa arce profanitatis, arcem fidei eam attollat ſanctitatis, & cum Rege ſuo Salvatori ſuccumbat ſubjectus orbis. Ipſum per Reginæ ambitus, per legatarios monitus, per opportunos acceſſus, per dulcia æternæ felicitatis blandimenta, per omnia virtutum exempla & oſtenta, per vigilata ad Deum Eccleſiæ precamina, Redemptori ſuo acquirere certavit; certavit, & in Domino vicit, & obtinuit. Ingens elephas terræ, & enormis cetus pelagi captus eſt triumphaliter Apoſtolica ſagena. Captus enim æterna dulcedine, eruditus irrefragabili veritate, illuminatus tam ſancta & mirifica divinæ inſtitutionis claritate, abdicata avita Gentilitate cum mortis auctore, ultro ſe mancipat Auctori vitæ. Eamus, inquit, & nos ad magnum Principem Regum, ad ampliſſimum datorem regnorum, non ſolum temporalium, verum etiam æternorum: nec pudeat nos ſaltem veniſſe poſtremos, quos merito pudeat ſicut in regno, ſic & in fide non fuiſſe primos. Sequamur tandem, quos decebat præceſſiſſe; maxime cum eum Regem petamus, qui non perſonæ vel ordinis penſat dignitatem, ſed animæ devotionem.

ad fidem Chriſtianã convertit Regem,

E

22 Talia prolocutus, volebat ſubſtrata Regalitate adorare famulum Chriſti, per quem in Chriſti famulatum & adoptionem mereretur regenerari. Quem ſalutis miniſter paternis viſceribus excipiens, hortatur ut priſtinos errores abſtinentia, indulgentia, eleemoſynis ac fletibus diluat, ceteriſque piis operibus faciem ejus qui baptizat in Spiritu ſancto præveniat. Iſte indulget omnibus ut ſibi indulgeatur, & humanis beneficiis ad beneficia ſuperna præparatur: patent carceres, laxantur vincula, liberantur captivi, & cum amicis Regis epulantur pauperes & rei. Non poteſt nec eget exponi, quanto gaudio exultaverit in ſalutem Gentis hactenus anhela B. Auguſtini anima, quę gratiarum Deo immolaverit libamina. Jam videt ſuũ proſperatũ deſiderium, terram ſuam dediſſe fructum ſuum, omnes labores & dolores ac difficultates partuum ſuorum perpetuum ſibi peperiſſe gaudium, cum in ipſo Rege converſo totum Dominico jugo ambiret Oceanum. Illuxit ergo dies, Anglis & Angelis ſolenniſſimus, quo Deo devotus Rex Æthelbertus, profanatis idolis ac diis patriis, naſceretur Chriſtianus. Convenit non modo Regia Principum Curia & tota Cantia, verum etiam frequentiſſima Anglia, videre præcellentiſſimum regni Dominum adventiciorum ſervorum Chriſti ſubſtratum veſtigiis, & quaſi ultimum mancipium eorum in omnibus deſervire imperiis; ut quem extera regna armis formidarent, inermes pauperes verbo alligarent. Ornatur eccleſia, decorantur baptiſteria, conſecratur Jordanici & Paradiſiaci fluminis urna. Interrogatus ab Auguſtino fidem, an credat in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, ceteraque quæ veritas exigit Catholica; fidelis confeſſor Domini, toto corde & ore, Credo, reſpondit ad omnia. In hac ergo Trinitatis confeſſione & nomine baptizatur & regeneratur Rex Angligena: factus eſt de veteri idololatra novus Chriſticola, de tetra nocte ſui orbis lampas matutina. Baptizat noſter Silveſter noſtrum Conſtantinum, cum inclita turba Ducum & Optimatum atq; copioſa plebe credentium. Ad vocẽ autem miniſtri Dei aperti ſunt cæli, & Dominus Jeſus columbam ſuam, quam quondã ſibi in Jordane Pater de cælis teſtificatus filiũ miſit, huic adoptivo ſuo infudit. Illa deſcendit ſplendido candore, & requievit in * ſuſcepto ſimplici puritate, quaſi modo genito infante. Hinc novella Eccleſia, poſt Dominicũ primogenitum ac unigenitum

& ſummo omnium accurſu baptizati:

F

item alios Duces, Optimates & ſubditos ad 10 millia:

* ſuſceptore.

UCT. GOSELINO. Chriſtum, gaudebat pſallere amplexa recentem natum: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Sic directus eſt Spiritus Domini in noſtro David, à die illo & in perpetuum; eumdemque Salomonem, in lucem populi ſui, Dei ſapientia illuſtravit. In ſolo autem priore David decem millia computantur: & in noſtro ſolo Principe ampla Britannia Chriſto mancipatur. Cum ergo in uno peccatore correcto Salvator teſtetur Angelos gaudere; haud abſurde credimus, ipſa ſuperna agmina, in hoc ſalvato Capite, tunc conſono jubilo proclamaſſe; Gloria Domino mundi, quia factum eſt & Regnum Anglorum Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Res Divinas mirifice promoveri à Rege gaudet:

23 Exinde ergo Euangelicus Sanctorum alumnus, & Auguſtini præceptoris adjutor robuſtiſſimus, jam non ſuum regnum æſtimat quod adminiſtrabat; verum ejus, cui ſe cum omnibus ſuis dediderat; ipſi [ſe] potius ſubjicere ac dilatare anhelat, qui omnia mundi regna ſuo nutu juſtiſſime diſpenſat: ſubjectos etiam ſibi Reges & populos, non vi ſed benevolentiâ, ut à ſanctis Doctoribus didicerat, in dulcem Chriſti ditionem transferre decertat. Tanta quoque erat caritas in ſancto ac Deo amabili Rege, ut credentes in Redemptorem, jam non clientum vice penſaret, ſed tamquam fratres & concives perpetuos regni Dei magna congratulatione ac dilectione adſtringeret. Tum epiſcopia & monaſteria, tamquam Dominica caſtella, quibus Dominicum regnum teneatur, liberaliter ac regaliter paſſim machinatur. In Metropoli ſua Salvatoris baſilicam, Auguſtino ſuo condendam & poſſidendam, opitulantiſſime determinat. In ejuſdem vero ſuburbio monaſterium Regale & Apoſtolicum ſublimat, quod Antiſtitum & Regum corpora in diem vivificæ reſurrectionis cuſtodiat. Condidit & *f* Rhoffi Suffraganeam, & Lundoniæ Pontificalem Hierarchiam, aliiſque locis opportunis eccleſias ac cœnobia.

B

f

conſecratur Epiſcopus.

24 Ante omnia autem jam electiſſimum à ſummo Papa Gregorio Auguſtinum, cum tota patria, inſtat conſecrari ſibi Apoſtolum. At ille, qui tanto peregrinationis diſcrimine tantorum quæſierat ſalutem, pro quibus non fugeret mortem, non abnuit principalem perferre laborem. Ad Arelatenſem Archipræſulem *g* Ætherium, ordinandus ab eo, tranſit mare, obediens ſcilicet electioni Apoſtolicæ & petitioni Eccleſiaſticæ, immo vero aſſumptioni Dominicæ. Prævenerant etiam eum Gregorianæ Epiſtolæ, ſemper pro eo & pro amatis Anglis vigilantiſſimæ. Hic igitur primitivus Angliæ Patriarcha conſecratur, & cum Apoſtolicis inſigniis in ſempiternam benedictionem ſuæ hereditati regreditur, ac paratæ Sedi Doroberniæ inthronizatur.

g

C

S. Gregorii de Regis converſione certii facit.

25 Tum vero inter omnes docendarum gentium ſolicitudines ſcelus deputabat ignaviæ, ſi B. Gregorii animæ, ſancto deſiderio ſuſpenſæ, tanta gaudia Dominici lucri tardaret nuntiare. Mittitur ergo Romam ſacratiſſimus Laurentius, tunc Presbyter, deinde B. Auguſtini ſucceſſor eximius; & *h* Petrus, dignus monaſteriali Prælatione Monachus, qui Auguſtinenſi monaſterio poſt Abbas præluxit primus, ut etiam hic mutuæ congratulationis nuntius graviter in plurimos excreſceret fructus. Auguſtinus, qui in multa lætabatur meſſe, anxie queritur de operariorum paucitate: ad hoc de diverſis quæſtionibus conſulit divinum Magiſtrum, unde reformet labantem Eccleſiam & rudem populum. At vir ſanctorum deſideriorum Gregorius, ubi Regem Britanniæ conſecratum Chriſto didicit cum ſuo orbe, ad populos turmatim confluentes baptizantium manus deficere, fœcundis arvis cultores tantum ac ſemina rareſcere, publicam famem audiendi verbum Domini multis doctoribus egere;

h

ab hoc præ gaudio exultante

quanto gaudio Altiſſimum benedixerit, quantâ flagrantia mentis & vocis, ut hæc incrementa lætitiæ perpetuo roborarentur, imprecatus ſit, quis digne retulerit? Te, inquit, Domine, auctorem ſalutis omnium, te mirabilem & glorioſum in Sanctis tuis & in cunctis tuis miſerationibus, ut fragiles laudatores per omnia magnificamus. Ecce enim, per humilem legatum tuum Auguſtinum, quondam tumidus, jam ſubſtratus Sanctorum pedibus ſervit Oceanus; & barbara lingua Britanniæ jam in ſuis laudibus Hebræum Alleluia cœpit reſonare. Suſcipe, Sator beneficiorum, fructus gratiæ ſempiternæ, quam in ipſius uberrimo plantaſti pectore; ſuſcipe advenam & pupillum tuum cum loquentibus fratribus ſuis, cum quibus relicta domo, patria, cognatione, abnegato ſeipſo, aſſumpta cruce, ſecutus eſt te. Potens es & ipſum multiplicare in gentem magnam, poſt antiquum auditorem tuum Patriarcham; omnes autem difficultates & anguſtias Sanctorum tuum, Domine, ſemper eſt temperare, & in infinitum lucrũ transferre gaudiorum. Hos affectus paternæ caritatis ſanctiſſimus Papa Deo aromatizans, addit orare Dominum meſſis, ut conſilium ſuum dirigat, * quo idoneos operarios in meſſem ſuam * mittat. Igitur aſpirante ſuperna providentia, deſtinantur cum prænominatis Legatis, Laurentio & Petro, eximii virtutum viri, Mellitus, Juſtus, Paulinus, Rufinianus, ceu quatuor Euangeliorum præcones. Hos comitatur non rudis turba Euangelicorum miniſtrorum & cooperatorum, qui terribili acie diripiant caſtra dæmonum. Quidquid enim viſum eſt opportunum in cultu & miniſterio Eccleſiæ, in vaſis ſacris, in paramentis altarium, in ornamentis eccleſiarum, in ſacerdotalibus induviis, in pretioſis ſanctorum Apoſtolorum & Martyrum Reliquiis, in codicibus plurimis, in qualibet rerum divinarum elegantia, *k* prorſus aggeſſit præclaris gerulis litteralis Gregorii vigilantia. Ad hoc præmiſſarum quæſtionum ac interrogationum lucide expoſita miſit reſponſa, quæ hic aut dilata aut prætermiſſa, plene reperies in Beda. Super hæc omnia additur hæc Apoſtolicæ prærogativæ Epiſtola.

D

accipit aliòs petitos operarios,

* quos

* mittit

E

i

ornamenta Eccleſiaſtica & ſacras Reliquias

k

26 Reverentiſſimo & ſanctiſſimo Fratri Auguſtino Coëpiſcopo Gregorius, ſervus ſervorum Dei. Cum certum ſit, pro omnipotente Deo laborantibus ineffabilia æterni Regni præmia reſervari; nobis tamen eis neceſſe eſt honorum beneficia tribuere, ut ſpiritalis operis ſtudio ex remuneratione velint * multiplicius inſudare. Et quia nova Anglorum Eccleſia ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Domino largiente & te laborante, perducta eſt; uſum tibi Pallii in ea ad ſola Miſſarum ſolennia agenda concedimus, ita ut per loca ſingula duodecim Epiſcopos ordines, qui tuæ ſubjaceant ditioni: quatenus Lundonienſis *l* civitatis Epiſcopus ſemper in poſterum à Synodo propria debeat conſecrari, atque honoris Pallium ab hac ſancta & Apoſtolica, cui Deo auctore deſervio, Sede percipiat. Ad Eboracam vero civitatem te volumus Epiſcopum mittere, quem ipſe * judicaveris ordinari: ita dumtaxat, ut ſi eadem civitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipſe quoque duodecim Epiſcopos ordinet, & Metropolitani perfruatur honore; quia ei quoque, ſi vita comes fuerit, Pallium tribuere Domino favente diſponimus: quem tamen tuæ Fraternitatis volumus diſpoſitioni ſubjacere. Poſt obitum vero tuum ita Epiſcopis, quos ordinaverit, præſit, ut Lundonienſis Epiſcopi nullo modo ſubjaceat ditioni: ſit vero inter Lundoniæ & Eboracæ civitatis Epiſcopos impoſterum honoris iſta diſtinctio, ut ipſe prior habeatur qui prius fuerit ordinatus. Communi autem conſilio & concordi actione quæque ſunt pro Chriſti

L. 12 Ep. 15

F

* Valeant *uſum Pallii & poteſtatẽ conſtituendi Epiſcopatus*

l

* judicaveris

A sti zelo agenda disponant unanimiter, recte sentiant, & ea quæ senserint non sibimet discrepando perficiant. Tua veroFraternitas non solum eos Episcopos, quos ordinaverit; neque hos tantummodo, qui per Eboracæ Episcopum fuerint ordinati; sed etiam omnes Britanniæ Sacerdotes habeat, Deo & Domino nostro Jesu Christo auctore, subjectos: quatenus ex lingua & vita tuæ Sanctitatis & recte credendi & bene vivendi formam percipiant; atque officium suum fide ac moribus exequentes, ad cælestia, cum Dominus voluerit, regna pertingant. Deus te incolumem custodiat, Reverentissime Frater. Data die decima Kalendarum Juliarum, imperante Domino nostro Mauricio Tiberio piissimo Augusto anno nono decimo, post Consulatum ejusdem Domini
m anno octavodecimo, Indictione quarta *m*.

Mellito etiam. L. 9 Ep. 71

27 Jam onustum Apostolicis opibus Dominicum contubernium longius excesserat, nec animus Gregorii euntes prosequi cessat, quia caritas infinita finire nescit obsequia. Iterum de Augustino suo, iterū de suis Anglis unicas curas renovat; unde & hanc Epistolam præmemorato venerabili Mellito destinat. Dilectissimo filio Mellito Abbati, Gregorius, servus servorum Dei. Post discessionem congregationis no-
B stræ, quæ tecum est, valde sumus suspensi redditi, quia nihil de prosperitate vestri itineris audisse nos contigit. Cum ergo Deus omnipotens vos ad Reverentissimum virum Fratrem nostrum Augustinum Episcopum perduxerit, dicite ei, quid diu mecum de causa Anglorum cogitans tractavi; videlicet, quia fana idolorum destrui in eadem gente minime debeant; sed ipsa quæ in eis sunt idola destruantur, aqua benedicta in eisdem fanis aspergatur, altaria construantur, Reliquiæ componantur. Quia si fana eadem bene constructa sunt, necesse est ut à cultu
* viri dæmonum in obsequia * veri Dei debeant commutari: ut dum gens ipsa eadem fana sua non videt destrui, de corde errorem deponat; & Deum verum cognoscens & adorans, ad loca quæ consuevit familiarius concurrat. Et quia boves solent in sacrificio dæmonum multos occidere, debet etiam eis de re hac aliqua solennitas immutari; ut die Dedicationis vel Natalitiis sanctorum Martyrum, quorum illic Reliquiæ ponuntur, tabernacula sibi circa easdem ecclesias, quæ ex fanis commutatæ sunt, de ramis arborum faciant, & religiosis conviviis solennitatem celebrent: nec diabolo jam animalia immolent, sed ad laudem Dei in esum suum animalia occidant, &
C Donatori omnium de satietate sua gratias referant; ut dum eis aliqua exterius gaudia reservantur, ad interiora gaudia consentire facilius valeant. Nam duris mentibus simul omnia abscindere impossibile esse non dubium est: quia & is qui summum locum ascendere nititur, gradibus vel passibus, non autem saltibus, elevatur. Sic Israëlitico populo in Ægypto Dominus se quidem innotuit: sed tamen eis sacrificiorum usum, quem diabolo solebant exhibere, in cultu proprio reservavit; ut eis in suo sacrificio animalia immolare præciperet; quatenus cor mutantes aliud de sacrificio amitterent, aliud retinerent; ut etsi ipsa essent animalia quæ offerre consueverant, vero tamen Deo hæc & non idolis immolantes, jam sacrificia ipsa non essent. Hæc igitur Dilectionem tuam prædicto Fratri necesse est dicere, ut ipse in præsenti illic positus perpendat qualiter omnia debeat dispensare. Deus te incolumem custodiat, dilectissime Fili. Data die quintodecimo Kalendarum
* *al.* Juliarum Augustarum, imperante Domino nostro Mauricio Tiberio piissimo Augusto anno nono decimo, post Consulatum ejusdem Domini anno octavodecimo, Indictione quarta.

& ejectis idolis consecrandi ecclesias.

ANNOTATA.

a *Beda* Wantsumu, *nunc* Stoure *dicitur.*

b *Apud Willelmum Thorne in Chronico dicitur*, S. Augustinum de navi descendentem, pedem petræ quasi luto impressisse, eamque in capella ibi fundata honorifice collocatam.

c S. Æthelberti *Regis Acta illustravimus ad 24 Februarii: quibus ex lib. 2 Translationis S. Augustini cap. 4 addenda aliqua erunt ad confirmationem cultus.*

d Berta *S. Gregorio lib. 9 Epist. 59* Aldiberga, *filia non Chlotharii primi, ut Mabilio ait, sed Chariberti Regis Parisiorum, uti ex Gregorio Turonensi & aliis deduximus ad Vitam S. Letardi, quam dedimus cum Vita dicti* Æthelberti *Regis ad diem 24 Februarii, quod diem natalem ignoraremus. Verum postea didicimus ex Ms. Romano Ducis Altempsii, & alio antiquo nostro, diem natalem & cultui sacrum esse* VII *Maji, uti ad hunc diem diximus. Ejusdem miracula quædam habentur infra lib. 2 Translationis S. Augustini cap. 5.*

e *Eadem habet Beda, ex quibus liquet antiquus cultus* S. Martini, *mortui anno 397: scilicet 60 solum annis, antequam Hengistus occuparet Cantium anno 457, uti referunt Florentius Wigornienſis & alii*

f *Hæc contigerunt anno 601, quo* S. Justus *creatus est Roffensis Episcopus, &* S. Mellitus *Londinensis. Hujus Vitam dedimus 24 Aprilis, de S. Iusto agendum erit 10 Novembris.* E

g *Imo* Vigilium, *ut ante diximus, nisi Ætherius Lugdunensis sit substituendus.*

h S. Petri *Abbatis Acta dedimus 6 Ianuarii.*

i *Ex his* S. Paulinus, *postea Eboracensis Archiepiscopus creatus, colitur 10 Octobris.*

k *In monasterio Aldinghoffensi Paderborna duplex portatilis ara instar arculæ servatur, & utraque creditur ex ea supellectile sacra esse, quam S. Gregorius Augustino misit: utrique à pia posteritate additus argenteorum bractearum & lapidum pretiosorum ornatus, utrique variæ inclusæ Sanctorum reliquiæ, utrique versibus leoninis conscripti margines: unius autem notabilis inscriptio sic habet:*

Præ cunctis aris hæc Gregoriana vocaris,
A quo sacraris, gens petit Angla, daris:
Post huc portaris, hic ossibus associaris,
Cum quibus esse faris vis meritique paris.

l *Erat notissima, uti etiamnum est urbs Londinensis, cui designarat Sedem Archiepiscopalem, verum sedulitate S. Æthelberti Regis, & civium caritate captus S. Augustinus,* Cantuariam *elegit, & ibi Sedes Archiepiscopalis cum Sedis Apostolicæ approbatione permansit.* F

m *Is est annus Christi 601.*

CAPUT III.

Miracula patrata. Epistolæ S. Gregorii Papæ. Acta cum Britonibus Christianis.

TUnc etiam auditis tot tamque assiduis B. Augustini miraculis, ficut gaudens in laudem Dei exclamitat, ita timens humanæ imbecillitati ne insoleſcat, hac illum Epistola attemperat: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis, quia granum frumenti cadens in terra mortuum est, ne solum regnaret in cælo, cujus morte vivimus, cujus infirmitate roboramur, cujus passione à passione eximimur, cujus amore in Britannia fratres quærimus quos ignorabamus, cujus munere quos nescientes quærebamus invenimus. Quis autem narrare sufficiat quanta hic lætitia in omnium corde fidelium fuerit exorta, quod gens Anglorum, operante Omnipotentis gratiâ & tuâ Fraternitate laborante, expulsis errorum tenebris tantæ

28 *Miracula patrat jam sanctus.* L. 9 Ep. 58

AUCT. GOCELINO. fidei luce perfusa est; quod mente integerrima jam calcat idola, quibus prius vesano timore subjacebat; quod omnipotenti Deo puro corde substernitur; quod à pravi operis lapsibus sanctæ prædicationis regulâ ligatur; quod præceptis divinis animo subjacet & intellectu sublevatur; quod usque ad terram se in
Ioan. 3, 17 oratione humiliat, ne mente jaceat in terra; cujus hoc opus, est nisi ejus qui ait; Pater meus usque modo operatur & ego operor? qui ut mundum ostenderet, non sapientiâ hominum, sed sua se virtute convertere; prædicatores suos, quos in mundum misit, sine litteris elegit; hæc etiam modo faciens, quia in Anglorum gente fortia dignatus est per infirmos operari. Sed est in isto dono cælesti, Frater carissime, quod cum magno gaudio vehementissime
& monetur à S. Gregorio ne intumescat: debeat formidari. Scio enim quod omnipotens Deus per dilectionem tuam in gente, quam eligi voluit, magna miracula ostendit: unde necesse est, ut de eodem dono cælesti & timendo gaudeas, & gaudendo pertimescas. Gaudeas videlicet, quia Anglorum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur: pertimescas vero, ne inter signa quæ fiunt, infirmus animus in sui præsumptionem se levet; & unde foris in honore extollitur, inde per in-
B anem gloriam intus cadat. Meminisse etenim debemus, quod discipuli cum gaudio à prædicatione re-
Luc. 10, 17 deuntes, cum cælesti Magistro dicerent; Domine, in tuo nomine etiam dæmonia nobis subjecta sunt; protinus audierunt; Nolite gaudere super hoc, sed potius gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cælo. In privata etenim & temporali lætitia mentem posuerant, qui de miraculis gaudebant: sed de privata ad communem, de temporali ad æternam lætitiam revocantur, quibus dicitur; In hoc gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cælo. Non enim electi omnes miracula faciunt, sed tamen eorum nomina in cælo tenentur adscripta. Veritatis etenim discipulis esse gaudium non debet, nisi de eo bono quod commune cum omnibus habent, & in quo finem lætitiæ non habent. Restat itaque, Frater carissime, ut inter ea, quæ operante Deo exterius facis, semper te interius subtiliter judices ac subtiliter intelligas, & temetipsum quis sis, & quanta in eadem gente sit gratia, pro cujus conversione etiam faciendorum signorum dona percepisti. Et siquando te Creatori nostro, seu per linguam seu per opera reminiscaris deliquisse, semper hæc ad memoriam revoces, ut surgentem cordis gloriam me-
C moria reatus premat; & quidquid de faciendis signis acceperis vel accepisti, hæc non tibi sed illis deputes donata, pro quorum tibi salute collata sunt. Occurrit autem menti ista cogitanti, quid de uno Dei famulo actum sit etiam egregie electo. Certe dum
exemplo Moysis, post tot miracula, Moyses Dei populum ex Ægypto educeret, mira (sicut tua Fraternitas novit) signa in Ægypto operatus est. In Sina monte quadraginta diebus ac noctibus jejunans Legis tabulas accepit; inter coruscos
* & tonitrua * tonitruos, pertimescente omni populo, omnipotentis Dei servitio solus, familiari etiam collocutione conjunctus est; Rubrum mare aperuit, in itinere ducem habuit nubis columnam, esurienti populo manna de cælo deposuit, carnes desiderantibus usque ad satietatem nimiam in eremo per miraculum mini-
diffidentiam passi, stravit: sed cum jam sitis tempore ad petram ventum fuisset, diffisus est; seque de eâdem aquam educere posse dubitavit, quam jubente Domino largis utique fluentis aperuit. Quanta autem post hæc per triginta & octo annos in deserto fecerit, quis enumerare, quis investigare sufficiat? Quoties res dubia animum pulsasset, recurrens ad Tabernaculum secreto Dominum requirebat, atque de ea protinus Deo loquente docebatur. Iratum Dominum populo placabat suæ precis interventione; surgentes in su-
D perbia atque in discordia dissidentes dehiscentis terræ * hiatu absorbebat, victoriis premebat hostes, sig- * hiatus
na monstrabat civibus: sed cum jam ad repromissionis terram fuisset ventum, vocatus in montem est, *& ideo terram promissionis non ingressi.*
& quam culpam ante triginta & octo annos (ut dixi) fecerat, audivit, quia de educenda aqua dubitavit; & propter hoc, quia terram repromissionis intrare non posset, agnovit. Qua in re considerandum nobis est, quam timendum sit omnipotentis Dei judicium, qui per illum famulum tot signa faciebat, cujus culpam tam longo tempore adhuc servabat in cogitatione. Si igitur, Frater carissime, & illum agnoscimus post signa pro culpa mortuum, quem ab Omnipotente novimus præcipue electum; quanto nos debemus metu contremiscere, qui necdum adhuc novimus si electi sumus? De reproborum vero miraculis quid dicere debeo, cum tua bene Fraternitas noverit, quod in Euangelio Veritas dicit: Multi Matth. 7
venient in die illa dicentes mihi, Domine in tuo nomine prophetavimus, & in tuo nomine dæmonia ejecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus; sed dico illis, nescio qui estis, recedite à me omnes operarii iniquitatis. Valde ergo premendus est animus inter signa & miracula, ne fortasse in iis glo- E
riam propriam quærat, & privato suæ exaltationis gaudio exultet. Per signa enim animarum lucra quærenda sunt, & illius gloria, cujus virtute ipsa eadem signa geruntur. Unum vero signum Dominus nobis ostendit, de quo & vehementer gaudere & electionis in nobis gloriam possumus agnoscere, dicens: In hoc scietur quia discipuli mei estis, si dile- Joan. 13, 35
ctionem habueritis ad invicem. Quod signum Propheta requirebat cum diceret: Fac mecum, Domine, Ps. 85, 17
signum in bono, ut videant qui me oderunt & confundantur. Hæc autem dico, quia auditoris mei animum in humilitate sternere cupio. Sed ipsa humilitas tua habeat fiduciam suam: nam peccator ego certissima spe teneo, quia, per omnipotentis Creatoris ac Redemptoris nostri Dei Domini Jesu Christi gratiam, jam peccata tua dimissa sunt. Et idcirco electus es, ut per te dimittantur aliena: nec habebis luctum de quolibet reatu imposterum, qui de multorum conversione gaudium conaris facere in cælo. Idem vero Conditor & Redemptor noster, cum de pœnitentia hominis loqueretur, ait: Ita dico vobis, Luc. 15, 7
majus gaudium erit in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, quibus non opus erit pœnitentia. Et si de uno F
pœnitente grande fit gaudium in cælo; quale gaudium credimus factum de tanto populo, à suo errore converso, qui ad fidem veniens, mala, quæ egit, pœnitendo damnavit? In hoc itaque cæli & Angelorum gaudio repetamus ipsas quas præmisimus voces Angelorum: dicamus igitur, dicamus omnes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

29 Regis quoque Æthelberti almæ fidei idem *à S. Gregorio missis litteris* L. 9 Ep. 60
Papa congaudens, hoc ordine cum piis xeniis scripsit. Propter hoc omnipotens Deus bonos quosque ad populorum regimina perducit; ut per eos omnibus, quibus prælati fuerint, dona suæ pietatis impendat. Quod in Anglorum gente factum cognovimus, cui vestra Gloria idcirco est præposita, ut per bona quæ vobis concessa sunt, etiam subjectæ vobis genti superna beneficia præstarentur. Et ideo, Gloriose Fili, eam quam accepisti divinitus gratiam solicita mente custodi, Christianam fidem in populis tibi subditis extendere festina, zelum rectitudinis tuæ in eorum conversione multiplica, idolorum cultus insequere, fanorum ædificia everte; subditorum mores in magna vitæ munditia exhortando, terrendo,

A terrendo, blandiendo, corrigendo,& boni operis exempla monſtrando ædifica;ut illum retributorem invenias in cælo, cujus nomen atque cognitionem dilataveris in terra. Ipſe enim veſtræ Gloriæ nomen etiam poſteris glorioſius reddet, cujus vos honorem quæritis & ſervatis in gentibus. Sic etenim Conſtantinus, quondam piiſſimus Imperator, Romanam Rempublicam à perverſis idolorum cultibus revocans, omnipotenti Deo Domino noſtro Jeſu Chriſto ſecum ſubdidit, ſeque cum ſubjectis populis tota ad eum mente convertit. Unde factum eſt ut antiquorum Principum nomen ſuis vir ille laudibus vinceret, & tanto in opinione præceſſores ſuos, quanto & in bono opere ſuperaret. Et nunc itaque veſtra Gloria cognitionem unius Dei, Patris & Filii & Spiritus ſancti,Regibus ac populis ſibimet ſubjectis feſtinet infundere;ut & antiquos gentis ſuæ Reges laudibus ac meritis tranſeat; & quanto in ſubjectis ſuis etiam aliena peccata deterſerit, tanto etiam de peccatis propriis ante omnipotentis Dei terribile examen ſecurior fiat. Reverentiſſimus autem Frater noſter Auguſtinus, in monaſterii regula edoctus, ſacræ Scripturæ ſcientia repletus, bonis auctore Deo operibus præditus, quæque vos admonet libenter audite, devote peragite, ſtudioſe in memoria reſervate: quia ſi vos eum, in eo quod pro omnipotenti Deo loquitur, auditis; idem omnipotens Deus hunc pro vobis orantem celerius exaudiet; ſi autem (quod abſit) verba ejus poſtponitis, quomodo eum omnipotens Deus poterit audire pro vobis, quem vos negligitis audire pro Deo? Tota igitur mente cum eo vos in fervore fidei ſtringite, atque anniſum illius virtute quam vobis Divinitas tribuit adjuvate, ut regni ſui vos ipſe faciat eſſe participes, cujus vos fidem in regno veſtro recipi facitis & cuſtodiri. Præterea ſcire veſtram Gloriam volumus, quia ſicut in Scriptura ſacra ex verbis Domini omnipotentis agnoſcimus, præſentis mundi jam terminus juxta eſt,& Sanctorum regnum venturum eſt, quod nullo unquam poterit fine terminari. Appropinquante autem eodem mundi termino, multa imminent, quæ antea non fuerunt; tot videlicet immutationes aëris, terroreſque de cælo, & contra ordinem temporum tempeſtates, bella, fames, peſtilentiæ, terræmotus per loca: quæ tamen non omnia noſtris diebus ventura ſunt, ſed poſt noſtros dies ſubſequentur. Vos itaque, ſi qua ex his evenire in terra veſtra cognoſcitis, nullo modo veſtrum animum perturbetis: quia idcirco hæc ſigna de fine ſeculi præmittuntur, ut de animabus noſtris debeamus eſſe ſoliciti, de mortis hora ſuſpecti, & venturo Judici in bonis actibus inveniamur eſſe præparati. Hæc nunc, Glorioſe Fili, paucis locutus ſum, ut cum Chriſtiana fides in regno veſtro excreverit, noſtra quoque apud vos locutio latior excreſcat; & tanto amplius loqui libeat, quanto ſe in mente noſtra gaudia de gentis veſtræ perfecta converſione multiplicant. Parva autem xenia tranſmiſi, quæ vobis parva non erunt, cum à vobis ex B.Petri Apoſtoli fuerint benedictione ſuſcepta. Omnipotens itaque Deus in vobis gratiam ſuam, quam cœpit, perficiat; atque vitam veſtram & hic per multorum annorum curricula extendat, & poſt longa tempora in cæleſtis vos patriæ congregatione ſuſcipiat. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat, Domine Fili. Data die decima Kalendarum Juliarum, imperante Domino noſtro Mauricio Tiberio piiſſimo Auguſto anno nonodecimo,poſt Conſulatus ejuſdemDomini anno octavo-decimo, Indictione quarta.

commendatur Regi ut vir eruditus & Sanctus,

item Reginæ,

30 Venerabilem nihilominus Reginam Bertam, ipſe præcellentiſſimus Illuſtrator Eccleſiarum gratice laudat hac epiſtolari ſerie, tam pro Regis converſione, quam propria erga B. Auguſtinum ſuosque conſortes procuratione,hortaturque hæc famoſa merita attentius augere. Qui poſt terrenam poteſtatem cæleſtis Regni gloriam cupit acquirere,ad faciendum lucrum Creatori ſuo debet enixius laborare; ut ad ea quæ deſiderat operationis ſuæ gradibus poſſit aſcendere,ſicut vos feciſſe gaudemus. Remeantes igitur dilectiſſimusFilius noſter Laurentius Presbyter & Petrus Monachus, qualis erga Reverentiſſimum Fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Auguſtinum Gloria veſtra extiterit, quantaque illi ſolatia vel qualem caritatem impenderit,retulerunt;& omnipotentem Deum benediximus, qui converſionem gentis Anglorum mercedi veſtræ dignatus eſt propitius reſervare. Nam ſicut per recordandæ memoriæ Helenam, matrem piiſſimi Conſtantini Imperatoris, ad Chriſtianam fidem corda Romanorum accendit; ita & per Gloriæ veſtræ ſtudium in Anglorum gente ejus miſericordiam confidimus operari. Et quidem jam dudum glorioſi Filii noſtri, conjugis veſtri, animos prudentiæ veſtræ bono, ſicut revera Chriſtianæ, debuiſtis inflectere, ut pro regni & animæ ſuæ ſalute fidem quam colitis ſequeretur; quatenus & de eo & per eum, de totius gentis converſione, digna vobis in cæleſtibus gaudiis retributio naſceretur. Nam poſtquam, ſicut diximus, & recta fide Gloria veſtra munita, & litteris docta eſt, hoc vobis nec tardum nec debuit eſſe difficile. Et quoniam Deo volente aptum nunc tempus eſt, agite ut divina gratia cooperante cum augmento poſſitis quod neglectum eſt reparare. Itaque mentem glorioſi conjugis veſtri in dilectionem Chriſtianæ fidei adhortatione aſſidua roborate, veſtra illi ſolicitudo augmentum in Deo amoris infundat; atque ita animos ejus etiam pro ſubjectæ ſibi gentis pleniſſima converſione ſuccendat, ut & magnum omnipotenti Deo devotionis veſtræ ſtudio ſacrificium offeratis,& ea quæ de vobis narrata ſunt, & creſcant, & vera eſſe modis omnibus approbentur. Quia bona veſtra non ſolum jam apud Romanos, qui pro vita veſtra fortius oraverunt, ſed etiam per diverſa loca & uſq; ad Conſtantinopolim ad Sereniſſimum Principem pervenerunt. Unde ut,ſicut nobis de Chriſtianitatis veſtræ ſolatiis lætitia facta eſt, ita quoque de perfecta operatione veſtra Angelis fiat gaudium in cælis; ſic vos in adjutorium ſupradicti Reverentiſſimi Fratris & Coëpiſcopi noſtri,& ſervorum Dei quos illuc miſimus, in converſione gentis veſtræ devote ac totis viribus exhibete; ut & hîc feliciter cum glorioſo Filio noſtro conjuge veſtro regnetis, & poſt longa annorum tempora futuræ quoque gaudia vitæ, quæ finem habere neſciunt, capiatis. Oramus autem omnipotentem Deum, ut Gloriæ veſtræ cor & ad operanda quæ diximus gratiæ ſuæ igne ſuccendat, & æternæ mercedis fructum vobis de placita ſibi operatione concedat.

qua excitatur ad mariti converſionem accelerandam.

31 Hos mellifluos florigeri Gregorii favos, hæc Apoſtolicæ & Romanæ allactationis nutrimenta, quam pia aviditate deſideriosa Auguſtini flagrantia hauſerit, pauper ſenſus nec capere nec expedire ſufficit. In hac divina paternarum litterarum armatura jamdudum emeritus agoniſta * Dei ſe oblectabat; in hoc limpidiſſimo ſpeculo, ante oculos elegantiſſimi Regis ſui, decorem & ornatus ſuos conſulebat; in hac ſtatera, quid vergeret, quid ſuperaret de pretio ſuo, librabat. Cui cum ſancta conſcientia tot virtutum præconiis reſponderet, omnia ad emolumentum gratiarum reponebat in ſinum Largitoris bonorum: nec verebatur ne ſuo triumpho obrueretur, qui non ſibi, ſed Auctori ſuo innitebatur. Non labem timebat, quem timor Domini Sanctus poſſederat,

Auguſtinus ex his litteris multum proficit,

* Deum.

derat, quem ſupra firmam petram fundatum nec gloria nec ignominia flectebat, qui non in ſe ſed in Domino ſtabat: nec Petrum præſumptione labilem ſed fide ſtabilem, Paulumque in infirmitatibus gloriantem ob Chriſti virtutem, æmulabatur ad claritatem interminabilem. Poſtremo quid jactare deberet, qui omnem typum jactantiæ eliſerat, qui egeſtatem & vilitatem pro gloria appetebat, cujus architecturæ fundamenta tantâ humilitatis altitudine ſunt depreſſa ac molibus ſuis ſolidata, ut dum turris ejus auro mundo & omni lapide pretioſo conſtructa in cælum aſſurgeret, omnium tempeſtatum ictus immota & illæſa rideret? Rex quoque Æthelbertus tantum Apoſtolicis ſummi Gregorii reſultabat exhortationibus, quantum ſe novit gratiarum debitorem in Chriſto redemptus, quod de æterna perditione filius adoptionis Dei eſſet effectus. Quem niſi quia Regia potentia dilatandi regni Chriſti ſummopere habebatur neceſſarius, credimus ſervire quam imperare maluiſſe monaſticis inſtitutionibus, atque coronæ regni coronam præponere Petri. Verum quod tunc non permittebatur fieri officio, apparet nunc fuiſſe animo. Sed & Bertæ Chriſtianiſſimæ Reginæ non eſt poſtponenda devotio, quam tantus Papa ſimiliter dignam cenſuit præmiſſæ epiſtolæ favore & apologetico. Nam erat janua luci pervia, per quam ſplendidus Domini paranymphus Auguſtinus, verum ſolem Chriſtum Regii animi infudit penetralibus.

AMCT. GODELINO.

cum Rege,

& Regina, B

32 Cum ergo hic Dei amicus claviger eſſet fidiſſimus cordis Regii (ejus ſcilicet Regis, cujus cor in manu Domini) diffuſa caritate & dilatata mente extendens affectum in omnium ſalutem, egit apud ipſum obedientiſſimum Principem, ut * Pontifices Britonum, ab Eccleſiaſtica regula * exorbitantes, ad ſuum convenirent colloquium: nam ab his Britannis hæc patria ante Anglos eſt antiquitus appellata, quæ & ab olim Chriſto erat initiata. Anno quippe incarnati verbi centeſimo quinquageſimo ſexto, Marco Antonio Vero ab Auguſto quarto-decimo cum fratre Aurelio Commodo regnante, Rex horum Britonum a Lucius S. Eleutherium tunc temporis Papam per epiſtolam ſuppliciter expetiit, & gratanter obtinuit, quatenus fideles doctores deſtinaret, qui ſe ac gentem ſuam in Chriſto regenerarent. Nec defecere Britanni à ſuſceptæ pietatis integritate, uſque in tempeſtatem perſecutionis Diocletiani & Maximiani, qua plures ſunt paſſione coronati. Sed & deinceps in fide Dominica perſeveravere, adeo ut nec hæreſi cederent Pelagianæ, ſed per accerſitos Epiſcopos Gallorum, convictos perfidos & hoſtes, profligarent à ſe. Verumtamen luxu tandem & arrogantia corrupti, dum vitiis malunt ſubjici quam jugo Domini, gladio Gentilium deleti *, & paucis reliquis pene à tota patria propulſi, in ſilveſtria & ſterilia loca ſunt coarctati. His ergo Apoſtolicus Legatus Domini Auguſtinus cupiens mederi, Anglosque & ipſos unam gentem unumque corpus efficere Chriſti; convocatis illuſtrioribus gentis, cœpit inſiſtere omni ſuadela paternæ dulcedinis, omnibus viſceribus caritatis, quatenus omnem Chriſto adverſariam diſſenſionem abdicantes, Deum pacis admitterent, & una ſecum Deo filios adoptionis ſibique coheredes cæleſtis regni acquirerent. Inſtabat etiam obnixis precibus & monitis, ut Dominicum *b* Paſcha communi totius orbis uſu & concordia ſuo tempore celebrarent, relicto ſcilicet errore, quo à quartadecima luna uſque ad vigeſimam hæc feſta uſurpabant, quo ambitu octoginta quatuor anni calculantur: præterea in multis aliis ab Eccleſiaſtica regula deviantes, reſipiſcere poſtulantur. At Britanni quo mitius petuntur, eo ferocius renituntur: & cum ſuas obſervationes omnibus aliis præſtantiores eſſe *gloſſentur, nulla rationis modeſtia flectuntur. Autoriſabant ſuas ceremonias, non ſolum à S. Eleutherio Papa primo inſtitutore ſuo, ab ipſa pene infantia Eccleſiæ, * dictatas; verum à ſanctis Patribus ſuis, Dei amicis & Apoſtolorum ſequacibus, hactenus obſervatas, quas non deberent mutare propter novos dogmatiſtas. Quid ad hæc eruditiſſimi Auguſtini prudentia reſponderit, mens perſpicax non pertinax colligat: Sancti Patres veſtri, ſi hæc Apoſtolica ſcita, quæ ferimus, jam omni mundo ſuſcepta, ſanctiora eſſe comprobaſſent, ultro obediſſent, & ignorantias ſuas atq; irregulares obſervantias correxiſſent: alioquin non Sancti, ſed ſanctitatis rebelles apparerent. Et quidem Apoſtoli Domini in primordio fidei hoc unum opus ubique exercebant, ut omnes gentes in Salvatorem mundi credere, & æternam vitam in ipſo ſperare docerent. Sic non mortalibus armis, ſed in omni patientia & ſignorum ac ſanctorum operum indiciis omnem mundum Chriſti ſubjecere veſtigiis. Interea non poterant Lunares cyclos publice tradere, ne cæleſtia promiſſa terrenis ſolicitationibus offuſcarent, & evacuata Cruce Chriſti inaniter cucurriſſent. Pauci aut rari tunc de Paſcha diſputabant, maxime cum totius mundi rabies omnem animam Chriſto credentem puniret. At ubi ſubjugatis Chriſto Regibus & Tyrannis Eccleſia regnare cœpit, tunc publice Conciliis habitis de Paſcha & de ceteris Eccleſiaſticis Sacramentis decreta Apoſtolica quærebantur; & quæ antea neglecta erant, vel diverſis in locis diverſis modis agebantur, quidquid ad unius fidei integritatem poſcebatur, unius Eccleſiæ incude informabatur. Huic ergo regulari Chriſtianitatis communicet unitati, quisquis à Chriſto non vult abſcindi. His omnibus Britanni repugnare magis quã acquieſcere certant. Vix unquam crediderim, præconem Dei Auguſtinum à quoquam Paganorum majori fatigatum verborum ambage: adeo nihil ſævius eſt domeſtico hoſte vel civili irrationabilitate: nam hoc eſt ad beſtias pugnare, vel inteſtina bella ferre.

D

* graſſentur,

* dicatas.

ſecundum conſtitutiones Conciliorum:

E

de Britonit converſione agit,

** Pontificum exorbitantium,*

a

ipſiſque ad ſe vocatis,

* in paucis reliquiis,

b

Paſcha cum Romanis celebrãdum inculcat,

23 Sed aſſecla Domini, poſt Chriſtum & Apoſtolos doctus vincere patientia, omnia ſtudet experiri, ut vel divino cedant examini, qui Dominicæ reſiſtunt legationi. A Deo, inquit, pacis & veritatis, qui habitare facit unanimes in domo, doceri poſtulemus evidentis ſigni indicio, quorum ſanctior ſit ſententia, quæ in hac controverſia tenenda ſit linea. Quærite in aliquo ægro vel debili veritatis experientiam, qui coram admiſſus probet in nomine Domini curatoris ſui aſſertionem veram. Hanc propoſitionem omnibus approbantibus, & ipſis rebellibus licet invitis, venit ad manum quidam ex Anglis, cujus oculis extincta erant gaudia lucis. Credo Dei nutu inventus eſt Angligena, ne Britonibus (ſi de ſuis eſſet) extuberarent ſupercilia. Horum ergo Sacerdotibus primitus ingeritur cæcus curandus, ut his deficientibus verus teſtis veritatis & verus clareret medicus. Omni itaque temeritate confuſa, Auguſtinus humilis flectit genua; orans ſuum compertiſſimum Auditorem & illuſtriſſimum mundi Illuminatorem, ut cæco reddat lumina, quo in fide & ſpirituali gratia multorum illuminentur pectora. Tunc homini ſigno Crucis impoſito, cum hoc fidei verbo, In hoc ſigno oſtendat Dominus rerum, cujus dogma ſit verum; cæcus reſeratis palpebris illuminatur, & poſt longam noctem ſereno die infunditur. Ab omni populo laus Domino acclamatur, & fidus teſtis Dei ac verax veri dogmatis aſſertor Auguſtinus celebratur: ipſi etiam Britones, tanta luce obruti, favent modo; & vera eſſe atteſtantur ejus prædicamenta, tanto ſigno declarata: ſed ſe non poſſe ſine ſuorum

F

ut miraculi veritas diſcernatur,

cæcum illuminat.

Majo-

A Majorum conſultu & aſſenſu patrias leges abjicere. Hinc petitæ & datæ induciæ, dum Synodus iteraretur, & pluribus convenientibus quid ſequendum eſſet tractaretur. Hæc acta memorantur in loco ubi uſque hodie lingua Anglorum Auguſtineac, id eſt Robur Auguſtini, in confinio c Wicciorum & Occidentalium Saxonum appellatur, ubi contigua eſt maxima Britonum provincia.

34 Septem ergo Britonum Pontifices, cum pluribus eruditiſſimis viris, maxime de nobiliſſimo ipſorum monaſterio, quod d Bancornaburhe Anglice appellatur, cui tunc Abbas Dinoot præerat, ad conſilium ituri, quemdam, anachoretica vita apud ipſos inſignem, virum ſanctum ac prudentem, adeuntes & rei ordinem exponentes conſulunt, an Auguſtini doctrinam ſectando patrias obſervationes abdicarent. Quibus ille, Dei, inquit, famulum ſi cognoviſtis, ſectamini. Nos vero, aiunt, unde cognoſcemus? Tum ille, Audite, inquit, & diſcite à Domino præ- Matth. 11, 29. cipiente: Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Ex miti ergo & humili corde cognoſcibile vobis erit, Auguſtinum jugum Domini ferre, & ferentibus condeſcendere. B Si vero ferociam vel contumaciam prætenderit, quomodo eum Dei hominem vel de Deo eſſe conſtabit? Illis autem hujus intelligentiæ exemplum poſcentibus: Sinite, ait, illum primitus Synodum intrare, ſi vobis ſupervenientibus aſſurrexerit, ut Dei famulo reverenter obaudite; ſi vero reſidendo vos ſocio honore, cum ſitis numeroſiores, excipere contempſerit, & ipſe vobis contemptibilis ſit.

35 His ad interitum ſuum armis præcincti, dum coram adveniunt, Auguſtinum in Epiſcopali ſella reſidentem, nec ſibi prorſus aſſurgentem offendunt. Tum vero ira, indignatio, deſpectus, repudium, lites, contentiones inhorruere, nec barbarus furor mitigari poterat ulla Patris manſuetudine: nec ſolum patiebantur hunc audire, verum etiam omnia ejus prædicamenta refutare conati ſunt & refellere. Quos vir Domini omnibus modis adhuc certans lucrari, de mult's, quibus adverſabantur Eccleſiæ univerſali, tria propoſuit obſervanda, ut cetera tolerari poſſent contraria; videlicet ut Paſcha ſuo tempore ſicut omnes Eccleſiæ celebrarent, ut Baptiſmi Sacramenta Eccleſiaſtico ordine peragerent, & Anglis una ſecum evangelizando fratres & concives regni Dei acquirerent. Adverſarii vero omnia abjiciunt, nec ſolum ſe ejus mandatis vel precibus obtemperare nolle, ſed nec Epiſcopum eum habere velle aſſerunt. Qui C enim, aiebant, advenientibus nobis dedignatus eſt aſſurgere; quanto magis nos opprimet ſi ſubdamur ditioni ſuæ? Liquet ergo quam miti & humili corde jugum Chriſti tulerit ille Domini fidelis & prudens Vicarius, qui aſſidebat; & quam dura cervice ac tumido corde ſe jugo Domini rebellare prodiderint, qui aſtabant. Nec vero in ſeſſione vel aſſurrectione, ſed in manſuetudine ac dilectione fraterna cognoſcitur homo Dei, cum & ſedens clementiſſimus, & ſtans ſæviſſimus poſſit reperiri: præterea indecens haberetur ſanctioni Eccleſiaſticæ, ut tam feros & erroneos inflaret aſſurgendo, quos potius corrigeret increpando. Tandem vero Dominicus armiger, ſuper incorrigibiles vibrans gladium Domini, hanc ſententiam promulgat ſpiritu & ore prophetali: Si, inquit, non acquieſcitur monenti, credite interminanti: quia quos repudiatis habere pacificos fratres, habebitis ſæviſſimos hoſtes: & quibus invidetis ſocietatem regni Dei, ab hac vita & regno ipſis debellantibus eritis auferendi. Sic rebelles veritati, veriloquum vatem tandem ſunt experti. e Poſtremo namque tempore, aſſumpto jam ad Dominum Auguſtino, armipotens Anglorum Rex Æthelfridus, cum ingenti copia civitatem Legionum invadit quæ, ab Anglis * Lega-ceſtra, à Britonibus autem rectius Carlezion nuncupatur. Convenerat ibi grandis cœtus Britannorum & Sacerdotum & Monachorum, ad orandum contra Regis impetum: de monaſterio autem Bancor tantus erat numerus, ut in ſeptem turmas diſtinctus, in nulla portione minus trecentis hominibus haberetur, qui omnes labore manuum victitabant: quorum ſumma ultra duo millia cenſebatur. Hi omnes, orationum & triduani jejunii armis contra hoſtem militabant: quos in tutiore loco compoſitos ubi Rex vidit, & cauſam perpendit; Proh! inquit, contra nos iſti inermi dextra, ſed armata oratione pugnant, atque in nos Deum ſuum omni pugna acerbius exagitant: hanc perniciоſiorem aciem primum miles disjice, & ad internecionem dele. His defenſor erat cui nomen Broithmailus, qui hoſte irruente fugiens, relictos inermes, quos defenſaret, gladiis expoſuit. Ex oratoribus mille ducenti cæſi, quinquaginta tantum fuga erepti referuntur: tum ceteras perfidæ militiæ copias juſta victoris delevit immanitas. Sic ergo perverſi ſenſerunt in pœna ſua Auguſtinum, longe poſt triumphata ſidera fuiſſe veridicum, cujus adhuc in corpore poſiti contempſerant vaticinium: quod ſcilicet debellarentur ab Anglis hoſtibus, cum quibus in Chriſto pacem nollent fratribus.

AUCTORE CÆLINO.

* Lega Aſtra.

B

F

permittitur primus Synodum ingredi,

triæ ab illis petit,

quibus ſibi negatis excidium prædicit,

e *quod ab Æthelfrido tulerunt.*

& conſilio Eremitæ,

ANNOTATA.

a *Coluntur* S. Lucius *3 Decemb. &* S. Eleutherius Papa *hac 26 Maji: ad cujus Vitam hæc latius exponuntur.*

b *De hac controverſia paſſim Beda & alii aguni, & nos in variis Actis: uti* S. Colmani *Epiſcopi Lindisfarnenſis 18 Februarii,* S. Wilfridi *Archiepiſcopi Eboracenſis 24 Aprilis, & aliorum.*

c *Quia* Wiccii *dicebantur illi Cornaviorum agri, qui ad Wigornienſem provinciam ſpectant, hinc Alfordo ad an. 604 num. 3 videtur* Auguſtineac, *jam dici contracte* Auſric, *pro* Auguſtinſric, *id eſt Auguſtini ditio, ſita in margine Wigornia verſus Heresfordiam.*

d Banchor *ſeu* Bangor *fuit celeberrimum ampliſſimumque monaſterium, ad Devam flumen ſive æſtuarium maris Hibernici, in Flintenſi Comitatu ad fines Ceſtriæ, cujus modo vix ulla rudera extant. De eo egimus 29 Januarii ad vitam S. Gildæ Sapientis §. 2 Appellatur autem* Bancornaburg *Beda, ad diſtinctionem celeberrimi monaſterii Hiberniæ, etiam* Banchor *ſeu* Beanchor *dicti, in quo ſub S. Comgallo tria millia Monachorum fuiſſe traditur 13 Martii in Vita S. Mochœmoci ſeu Pulcherii Abbatis num. 14 Conſule ibidem noſtra Annotata.*

e *Chronologus Anglo-Saxonicus hoc bellum refert ad annum 607.*

f Caërlegio *alii, ubi Sedes olim Archiepiſcopalis, fuit ad Iſcam ſive Oſcam fluvium: verum ea dignitas ad Meneviam tranſlata fuit ſub S. Davide, ut 1 Martii §. 1 ad hujus Vitam deduximus.*

CAPUT III.

Prædicatio & converſio per regnum. Varia miracula.

UBi ergo ille veritatis vates hæc mala implacabilibus prædixit Britonibus, ad Eboracam civitatem, ut omnium ſolicitus, eſt profectus. Totum iter ejus hoc ſatagebat quod manſio, ut ubique viam rectam & plebem perfectam pararet Domino. Ibat ſemper pedes abſque vehiculo, patiens laborum, [qui] ut verus aſſecla ſanctorum Apoſtolorum, nihil ſecum tulerat in hac mundi via, de 36

Sanctus Eboracum abiens,

AUC. GOCELINO.

de cupiditate mundana. Liber & expeditus per mandatorum Dei ſemitas currebat ad cæleſtia, trahens ſecum ſequacia agmina. Vallabant æthereum Ducem auxiliaria ſanctorum Fratrum collegia, cum credentium turba; & quo longius procedebat, eo ampliori ſequentia, ut ignis vires acquirit eundo, creſcebat. Quis enim non anhelanter concurreret ad tam pia conſortia, nihil de mundo præter hominum etiam perſequentium ſalutem deſiderantia, ad tam certa cæleſtium gaudiorum promiſſa? quibus fidem dabant & ſanctæ converſationis exempla, & divina ſignorum gratia, & unanimitas pro veritate mori parata. Igitur circa fines Eboracas, juxta iter quo Seminiverbius Domini tendebat, homo, toto corpore paralyticus, & ipſorum oculorum lumine deſtitutus ac mendicus, accubabat: qui ad ſtrepitum prætereuntis populi viæ auctorem percuctando edoctus, crebris in Sanctum fertur clamoribus: Sancte, inquit, Auguſtine, famoſæ pietatis tuæ largitate, huic homini, rerum & ſalutis indigo, ſuccurre. Ad hæc clementiſſimus Pater, memor Domini cæcum in Euangelio curantis, ad languidum acceſſit; & voce Dominici Clavigeri Petri, quem ut patrimum inſtitutorem tota devotione æmulabatur, dixit: Argentum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do; ſurge ſanus in nomine Domini Jeſu Chriſti. Vix elocutus erat, & infirmus, qui ſe hactenus movere non poterat, tanta verbi potentia curatus exiliit, ſimulque reſilientibus oculorum palpebris clarum diem hauſit; credenſque gratifice in quem Auguſtinus docuit Salvatorem, cum pleno corporis vigore feliciorem animæ ſuſcepit ſalutem.

Paraliticum cæcum ſanat

B

Act. 3. 6.

In Natali Domini 10000 hominum batizantur in fluvio,

37 Sic præco Domini, & in proceſſione, & in Eboracenſi civitate, & ubicumque devenit, quod doctrina intonabat, multiplicibus ſignorum coruſcationibus confirmabat: gaudenſque ſucceſſu, ſicut qui lætantur in meſſe, & ſicut exultant victores capta præda, copioſos populos Chriſto undique acquirebat; adeo ſcilicet, ut in illa Natalis Domini die, omnium cælorum concentibus celebrata, pluſquam decem millia Anglorum, abſque parvulorum ac mulierum infinito numero, in fluvio, qui *a* Sirarios Anglice dicitur, renaſcerentur ſacri Baptiſmatis lavacro, velut uno Eccleſiæ partu & utero. Qui ad imperium Divini præceptoris, tamquam ad vocem Angeli de cælo clamantis, omnes pariter bini & bini, minacem fluminis profunditatem acſi ſolidum campum ingrediuntur; ibique in vera fide & confeſſione ſummæ Trinitatis invicem, alter ab altero, aquam duce Apoſtolico benedicente, baptizantur. O quanta ſolennitas! quantum gaudium! quam jocundum ſpectaculum civium cæleſtium ac terreſtrium! cum capaciſſimi alvei ſinus tantæ multitudini non ſufficere videretur, totque turmarum & agminum generatio quaſi una proles unius parentis alvo effunderetur, tanta progenies in cælum de profundo gurgitis naſceretur! Quantis natorum luminibus tunc omnium naſcentium dies & gloria illuxit nativitas Chriſti! quanta lætitia omnes Angeli Dei, qui gaudent ſuper uno pœnitente, tunc exultabant ſuper tanto divinæ meſſis germine, canentes in nato Salvatore, Gloria Deo in altiſſimis, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

a

C

abſque ullius damno,

28 Cum quibus omnibus, id eſt ſupernis civibus, adeo beatiſſimus Papa Gregorius congratulabatur in Spiritu ſancto, ut de tam præclaro fidelium numero, ſancto Dei amico, pariter congratulaturo, epiſtolam mitteret Alexandrino Patriarchæ Eulogio. Hoc etiam gaudium præclaro exaggeratur miraculo; quod in tanta irruentium turbarum preſſura, in tam diverſo ſexus & ætatum atque infirmorum diſcrimine, cum omnes per illud intranſvadabile profundum tranſirent, nullus omnino periit, nullus ſe arctatum vel læſum planxit: ſed omnes renatos in Chriſto, & ut greges tonſarum aſcendentes de lavacro, manus Domini in ulteriorem ripam tranſmiſit, ut omnes unum haberent & Chriſti & proprium in Chriſto natale. Parum dixi, nullum ibi læſum; omnes ægroti, ſicut animarum, ita & corporum moleſtias in aqua depoſuêre; & cum ſalute utriuſque hominis, ut populus Iſraël de rubro mari vel de medio Jordanis cum cæleſti tripudio candidati exercitus proceſſêre. Stat hactenus in eodem loco eccleſia, in hujus præclari Baptiſtæ Auguſtini honore & nomine condita ac dedicata, quæ tantæ ſalutis frequentes turbas curando celeberrima præſtat indicia. Sed & de ſupradicta Papæ Gregorii ad Eulogium epiſtola hæc ſubjicimus fidei gratia.

D

imo ſanitate corporibus collata:

L. 7 Ep. 30

39 Gratias omnipotenti Domino agimus, quia impletum in vobis videmus eſſe quod ſcriptum eſt: Ubi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta fortitudo boum. Si enim bos fortis aratrum linguæ in terra cordis audientium non traxiſſet, tanta fidelium ſeges minime ſurrexiſſet. Quoniam vero in bonis quæ agitis ſcio quod aliis congaudetis, veſtræ vobis gratiæ vicem reddo, & non diſſimilia nuntio. Quia dum gens Anglorum, in mundi angulo poſita, in cultu lignorum ac lapidum perfida nunc uſque remaneret; ex veſtræ mihi orationis adjutorio placuit, ut ad eam monaſterii mei Monachum, religioſum ac Deo dignum Auguſtinum, in prædicatione tranſmittere auctore Deo debuiſſem. Qui data à me licentia à *b* Germaniarum Epiſcopis Epiſcopus factus, cum eorum quoque ſolatiis ad prædictam gentem in fine mundi perductus eſt. Et jam nunc de ejus ſalute & opere ad nos ſcripta pervenerunt, quia tantis miraculis, vel ipſe, vel ii qui cum eo tranſmiſſi ſunt, in eadé gente coruſcant, ut Apoſtolorum virtutes in ſignis quæ exhibent imitari videantur. In ſolennitate autem Dominicæ Nativitatis, quæ hac *c* prima Indictione tranſacta eſt, pluſquam decem millia Angli ab eodem nuntiata ſunt Fratre & Coepiſcopo noſtro baptizati. Quod idcirco narravi, ut cognoſcatis, quid in Alexandrino populo loquendo, & quid in mundi finibus agitis orando. Veſtræ enim orationes ſunt in eo loco ubi non eſtis: quorum operationes ſanctæ monſtrantur in eo loco ubi eſtis. De his etiam quæ Francorum Epiſcopis ſcripſit idem Papa mellifluus, hæc pauca excipimus. Sicut ignis aura flante fit grandior, ita bonæ mentis ſtudia commendatione proficiunt. Quia igitur Redemptoris noſtri gratia cooperante, tanta de Anglorum gente ad Chriſtianæ fidei gratiam multitudo conuertitur, ut Reverentiſſimus Frater & Coëpiſcopus noſter Auguſtinus, eos qui ſecum ſunt ad hoc opus exequendum, per diverſa loca aſſerat non poſſe ſufficere; aliquantos ad eum Monachos, cum dilectiſſimis & communibus filiis Laurentio Presbytero & Mellito Abbate, prævidimus tranſmittendos. Et ideo Fraternitas veſtra eis caritatem, quam decet, exhibeat. Quæ etiam Regi Francorum Lothario, de Sanctorum ſuſceptione; quæ Reginæ Brunichildæ, de ipſorum ubique notis miraculis, gratificis ſcriptis ſuggeſſerit, quam dulce eſſet retexere, & avida manu tot margaritas & favos legere? Sed obtemperandum eſt vel deſidioſe vel faſtidioſe audienti, cum pleraque reperiantur in Regiſtro ipſius beatiſſimi Papæ Gregorii.

Prov 14, 4.

quæ omnia cum lætitia S. Gregorii indicantur Eulogio Alexandrino

E

b

& Francorum Epiſcopis,

L. 9 Ep. 52

F

Regi ac Reginæ.

Auguſtinus leproſum curat,

40 Igitur, ut ſuperius iter repetamus, tandem Euangelus Domini Auguſtinus, egrediens ab Eboraca cum ſanctorum ſociorum & aſſiduarum virtutum comitatu, obviam excepit quemdam leproſum, ulceroſa ac purulenta fœditate deformatum. Inclamitat miſer miſerabilibus queſtibus ultroneæ ſalutis bajulum Auguſtinum. Quid dixi, Inclamitat?

A tat? cui peſtifer morbus vocem ademerat, cui ſibilus pro loquela, cui taratara pro clamore erat. Non indiguit indice curator benevolus, non multa prece opus habuit miſerator compatientiſſimus: anguſtiam languidi ſentiebat, quam videbat; & ut ærumnoſo ſalutem operaretur, caritas Chriſti urgebat. Quid celerem largitatem ſermonum ambage moremur? Acceſſit ſupplex morbidus, eique prodigus benedictionis Pontifex benedixit, ſicque Chriſti præſentia animatus dixit; In Domini Salvatoris nomine, mundare ab omni lepræ tuæ illuvie. Dixit: & continuo omnis calamitas putidi humoris ut nubes aufugit; cutiſque munda, abſorptâ prorſus immunditiâ, totum hominem veſtivit. Non tam cito mundatus eſt Naaman Syrus, quem antea ſepties lavari in Jordane juſſerat curator Eliſæus. Verum Auguſtinus in verbo ejus, qui dixit in Euangelio, Mundare, velocitate
Marc. 1, 41. prævaluit. O beatam & locupletem in Chriſto Apoſtolici prædicatoris pauperiem, omnibus terræ opibus ditiorem! O theſaurum opulentiſſimum! ubi non aurum avidis mortalibus, verum incomparabilis auro gratuita animarum & corporum effunditur ſa-
B lus. An Crœſi vel Darii infinitis opibus ſoſpitas mercari poſſet languentibus? Attollitur ergo de tanto ſigno admirantis populi clamor in cælum, & undique concurritur ad baptiſmum vivificum.

ex quadam villa cum ludibrio pulſus,

41 Sic operatus Dominicus negotiator in itinere, in Occidentalem ab Aquilonari plaga divertit; non tam viatoris, quam venatoris aut aucupis morem gerens; non tam feſtinans ad propria, quam expetens Dominica lucra; illic tendens retia, qua proveniret divina captura. Cumque Provinciam, quæ Dorſete appellatur, attigiſſet; & ubique ut Angelus Domini reciperetur, ſimulque auditorum fide quos paſceret paſceretur; incidit in quamdam villam, velut in tartaream Plutonis ſedem. Ibi plebs impia, tenebris ſuis excæcata, & divinam lucem exoſa, non ſolum audire nequibat vivifica documenta, verum tota ludibriorum & opprobriorum tempeſtate in Sanctos Dei debacchata, longe proturbat eos ab omni poſſeſſione ſua; nec manu peperciſſe creditur effrænis audacia. At Dei nuntius, juxta Dominicum præceptum & Apoſtolorum exemplum, excuſſo etiam pul-

pulverem pedum excutit:

vere pedum in eos, dignam ſuis meritis ſententiam (non maledicentis voto, qui omnium ſalutem optabat; ſed divino judicio & Eliæ typo) atrocibus injecit, quatenus Sanctorum contemptores, tam in ipſis quam in omnibus poſteris ſuis, debita pœna redargueret, qui vitæ mandata repuliſſent. Fama eſt, illos
C effulminandos, prominentes marinorum piſcium caudas Sanctis appendiſſe; & illis quidem gloriam ſempiternam peperiſſe, in ſe vero ignominiam perennem retorſiſſe, ut hoc dedecus degeneranti generi, non innocenti & generoſæ imputetur patriæ.

alibi pejus exceptus,

42 Hic etiam correptionis argumentum conſequenter ſubnectendum videtur, quod in alia incredulorum gente ea tempeſtate ſalutifer Auguſtinus operatus recitatur. Ille quoque populus, inveterata profanitate dæmonibus incorporatus, tenebrarum [amore] amicos lucis exoſus, qui in infidelitate ſua
Iſa. 28, 15. diceret Deo: Recede á nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus, pactum cum morte fecimus; Angelicum Doctorem, Angelica converſatione & ſignorum fulminibus doctrinam veram probantem, non ſolum repudiabant, verum etiam aut gladiis excidere, aut ignibus vitæ latores vivos exurere ardebant. Quidquid benignus prædicator credentibus pollicebatur, illi expuebant; quidquid prophetico typo comminabatur, illi ſubſannabant. Quid in tam deſperabilibus tunc faciat illa Deo amabilis, omnium ſalutem parturiens anima, quæ ſe etiam pro talibus dare vellet in caritate perpetua? & quid tantæ fidei impoſſibile & tam forti dilectione erit invincibile? Itaque confu- AUC. GO-
giens ad inexhauſtam Chriſti clementiam, orat ut il- CELINO.
lam ollam mundialis petulantiæ ac diabolicæ culturæ, qualem Propheta vidit à facie Aquilonis ferven- Ierem. 1.
tem, in virga ferrea tamquam vas figuli conterat; aut illam maſſam ſua fornace in melius excoquat, & perditione dignos correptione redimat. Protinus inuſitato ſupplicio corripitur univerſa illa conſpiratio perverſorum, ut ſola vexatio auditui det intellectum. Ardent omnes *d* igni inviſibili; non ſicut quartanis *d*
febribus aut aliis morborum incendiis æſtuantes, ſed, *injuriosis igne ſacro*
mirum dictu & miſerabile viſu! exuſta cute & cru- *poniis,*
deſcentibus carnibus, ſanguinolenta veſtigia & femora exeſa oſtendebantur. In tota vero illa furioſa plebe, ut nemo erat qui reſipiſceret, ſic nemo erat qui evaderet. Ætas & ſexus, ſenes & lactantes, parentes & liberi, una omnes pœnæ ſententia plectebantur: ubique clamor, gemitus, & ululatus cruciatuum jactabatur. Tunc demum redeuntes prævari- *cor docile*
catores ad cor, intellexerunt quid illis cæleſtia pro- *impetrat,*
miſſa contemnentibus propheticus Auguſtinus ſit comminatus. Qui ſimul conglobati, ad illum quem E
ſpreverant concurrunt, ad illum quem repulerant refugiunt; ejus veſtigiis, cujus preces & monita riſerant, luctuoſi ſuccumbunt; lavacrum ſalutare, quod expugnaverant, efflagitant; mutatoque ardore pœnali in ardorem fidei, omnes implorant ſe in Chriſto renaſci. Hæc mutatio dexteræ Excelſi, nec poſſunt jã eſſe increduli Auguſtino promittenti, quia in Baptiſmo regenerarentur mentis & corporis ſaluti. Fit ergo ingens ſolennitas cæligenis & terrigenis, ubi tot millia renatorum junguntur civibus ſupernis: utque hoc tripudium deterſa nube dolorum ſerenius effulgeat, ille putidas carnes devorans peſtifer ignis, *& baptizati*
omnibus aquis inextinguibilis, omnibus artibus im- *tis ſanitas ẽ*
medicabilis, ſolo baptiſmate, Auguſtino interve- *corporum:*
niente, in univerſis ibi baptizatis extinguitur. Ab illa quoque die hæc peſtis, quæ in aliis terris nonnumquam graſſatur, Auguſtino patrocinante à tota hac patria exterminatur. Poterant tunc illi, Dei liberti gratifice clamare: Niſi Dominus nos liberaſſet per Auguſtinum, aut Auguſtinus per Dominum, quaſi Sodoma vel Gomorrha fuiſſemus, aut Eliæ ignibus cum quinquagenariis hoſtibus merito periſſemus.

ſiti & æſtu afflictus cum ſuis,

43 Ab hoc ergo ſimilis furiæ juſtæque correptionis diverticulo, ut ſuperiorem viam peragendam repetamus, ſanctiſſimi Dei veredarii Auguſtinus ejuſque ſocii, à ſupramemoratis injuriatoribus ſuis quinque milliariis, per loca ſolitaria in terra deſerta & inaquoſa egreſſi, gravi ſiti & æſtu ſub divo conſedêre deſeſſi. Spes moribundis una ſalutis, in Deo & Auguſtini ſui meritis. Ille, non tam pro ſe, quam pro Fratribus æſtuans, ad beneficum Dominum ſuum, in omni petitione ſemper expertum, fecit cum omnibus orationis confugium. Oranti itaque Dominus Jeſus, compatiens Martyri ſuo (Martyrem enim & ſine paſſione facit animus paratus martyrio: hujuſque martyrium erat, inter inſecutores patiens & benigna converſatio) ineffabili clementia hic ſe oſtendere eſt dignatus, ſicque eum familiari allocutione eſt conſolatus: Confortare, mi bone ſerve & fidelis, & viriliter age: quia tecum ſum Dominus Deus tuus, in *Chriſto ap-*
omni tua effectione; & aures meæ ad preces tuas, *parente,*
quatenus ſemper pro quibuſcumque petieris, obtineas. Tibi enim janua patet æternæ vitæ, ubi mecum gaudebis ſine fine. Tanta Dominicæ viſionis & allocutionis chariſmata totâ præcordiorum B. Auguſtinus ebibens flagrantiâ, oblitus corporeæ ſitis, magis ac magis ſitiebat guſtatam dulcedinem, ſuiſque lacrymis gratanter occurrentem uberioribus fletibus proſequebatur abeuntem.

44 Adorans vero ibidem, ſentienſque illi loco

ubi

AUCT. GOCELINO. *fontem obtinet.*

ubi ſteterunt pedes Domini ſuperna beneficia redundare; nec illam terram pati arditatem, in qua apparuit Fons vitæ; illico itineris baculum ibidem affixit. Nec mora, puriſſimus fons velut ictâ venâ exſiliit, qui omnes ubertim refecit, & tam miraculo quam ſalute exhilaravit; atque exinde uſque in perpetuum, in amnes & rivulos derivatus, hæc loca habitabilia ac populoſiſſima fecit. Ipſe vero divinus Pater, tam beatæ contemplationis compos, ad æternam tantæ gratiæ memoriam, locum à cernendo Deum Cernhel appellavit. Quod nomen ex Latino Hebræoque confectum (nam ut prima ſyllaba à cernendo, Viſum, ita ſequens, Hel, Deum ſonat) indelebiliter ſibi inolevit. Ad hoc etiam Eccleſia in nomine Domini Salvatoris, quod ſe ibidem revelare dignatus eſt, conſtruitur & conſecratur: ac deinde *c* monaſterium, jam olim in honore B. Petri Apoſtoli ædificiis & rerum opulentia ſublimatum, conſpicuo impræſentiarum cœtu pollet Monachorum. Fons autem ille ſacer, Auguſtini adminiſtratoris nomine celebratur; non ſolum potantibus præbens aquæ uſum, ſed etiam diverſorum morborum credentibus remedium: unde nuper geſti miraculi hic damus indicium, quod ibi ac per ipſam provinciam late habetur celeberrimum.

Eccleſia ibi dein cum monaſterio ſtructa,

c

B

45 Eſt Cernelienſi Abbati eruditiſſimo Presbyter Parochianus, qui populo Divina officia in ipſo monaſterio agere eſt ſolitus. Hunc languor ad extrema perductum, Monachicum poſcere compulit habitum. Appoſitum eſt ejus capiti ſacræ profeſſionis indumentum, qui tunc demum ad hoc confugeret, cum mors inſtaret; hoc eſt, tunc Dei armaturam arriperet, cum hoſtis invaderet. Nox erat, & feſſum ægrum ſomnus captabat. Adſtat trepido benignus Auguſtinus, ipſo habitu & virga Pontificali conſpicuus. Nec vero diu remedia tali denegat, qui forte adhuc ſeculari animo degebat; invitans illum ad bravii cumulum, qui gratis & ingratis adminiſtrat ſolem ſuum, & averſos ſæpe revocat beneficio magis quam ſupplicio. Refovet anxium pius conſolator tali alloquio: Surge, ait, & ad fontem S. Auguſtini accede, ibique quinquageſimum Pſalmum trino repetitu concine, & invocatione auxilii ipſius Auguſtini tertio in eodem fonte corpus tuum ablue: ita optata vita & ſanitate potiere. Ne qua vero præpediaris ambiguitate, ipſum ſcias tibi adeſſe & hæc ſuadere, per quem debeas revaleſcere. Inter iſta moribundus erigitur, raptoque baculo mirantibus cunctis egreditur. Videbatur tunc vigilibus ſuis, illum imminentis leti præſagio ita oberrare: malunt tamen ſubſequi, & quo tendat obſervare, quam prohibere. Ille ad ſacrum fontem veniens, tertio in ejus amne abluitur, tertio quinquageſimus Pſalmus cum implorato Auguſtini ſuffragio decantatur; & ante expletum precum holocauſtum, æger ſe miratur ſubita ſanitate de interitu revocatum. Nempe quod antiquus fecerat ſeptena lavatione in leproſo, hoc noſter Eliſæus ſummæ Trinitatis confeſſor exhibuit trina Baptiſmatis forma morituro. Regreſſus ergo, jam non languidus, ſed totus ſoſpes ad lectulum, ſuaviter requievit; & ipſo lucis crepuſculo monaſterium ſubiit, populoque ex more Matutinas decantavit. Stupor ingens & extaſis Abbatem & Fratres ac plebem corripit, cum lætitia & gratiarum effuſione; ut cujus exequias præſtolabantur excipere, alacrem & incolumem viderent ſolitum officium exhibere. Ille etiam populo expoſuit publica voce, qualiter per S. Auguſtinum ſanatus ſit tam propere.

Parocho ægro apparet Sanctus, & ad fontem ſanat.

C

Dorobernia Sedem figit.

46 Igitur Angelicus Domini Legatus Auguſtinus, ut iter ejus terminemus, poſt longa terræ ſpatia & ex magna parte pererratam Britanniam, poſt innumera virtutum & documentorum ſalutaria ſolatia, ad perpetuam ſedem & manſionem ſuam Doroberniam, cum illo beatiſſimo ſociorum comitatu, regreditur: ubi ut omnium genitor & lucifer, ac ſolis ſui deſideratiſſimus recurſus, omnium favore & gaudio excipitur.

D

47 Inter frequentantes tam potentem curatorem debilium turbas, advenit juvenis, genibus nitens pro pedibus, utpote gravi utrorumque pedum contractione tortuoſus, ſimul etiam auditu & loquelâ defunctus; oculis tantum via patebat, ſed viam informis greſſus negabat; quæ peteret videbat, ſed quâ peteret interventrix lingua defecerat: anguſtias ſuas mutus tacebat; quod ſcire juvaret, ſurdus non audiebat; tot vitæ officiis carentem, ſive ſemivivum ſive ſemimortuum dixerim, nota miſerabilis eſt. Verum miſerator Auguſtinus hanc miſeriam pia prece abſolvit, & in Trinitatis gratiâ triplicem calamitatem triplici curatione abegit. Diriguntur greſſus, abſolvitur lingua, reſerantur aures, triformis æger triformi ſoſpitate gratulatur. It, currit, loquitur, audit inoffenſe, plane, clare. Verumtamen homo lubricus, tanta vanitate & inſolentia, accepta incolumitate abuſus eſt, ut vim feciſſe Deo videatur Auguſtinus, qui tam indiſciplinatum ſaluti donandum expetierit. Nam ut cetera vitia levitatis & ſcurrilitatis ipſius taceamus, ad eccleſiam veniens tanta garrulitate & laſcivia plebem afficiebat, ut omnes ſua improbitate ſcandalizaret; dum nec reverentiam ſancto loco ageret, nec ullius increpationi acquieſceret. Sic intemperatum divina animadverſio prioribus vinculis gravius adſtrinxit, & ablata ſalute quæ erat indomito ad perniciem, repetitis majori dolore induviis domuit: videlicet os ſtulti ebulliens ſtultitiam, & aures intentas ad fabulas omnemque laſciviam, pedes quoque currentes ad præcipitium, ænea clave obſtruxit, & ad continentiam retorſit. Arctatus itaque acrioribus cruciatibus, ad cæleſtem medicum ab amicis & cognatis attrahitur; Sanctique veſtigiis inhærens, quod obſtructis verbis nequibat, diris ſuſpiriis deplangit: lacrymans & ejulans veniam poſcit, ſoſpitatem indebitam præſumptâ clementiâ repetit. Vulnerantur altius paterna viſcera alienâ miſeriâ, & cum miſericordiæ Judice luctatur miſericordia, qua ſola ſolet vinci miſeratrix juſtitia. Inter reum & Deum obſtat cauſidicus mediator: hinc puniendum increpat, illinc ſalvandum intentat. Confunditur ſceleſtus de culpa, corrigitur pœnitentia; ut correctus induatur juſtitia, juſtificatus potiatur juſti Salvatoris gratia. Sic interveniens Auguſtinus prævaluit victoria, extorſit cum Jacob benedictionem, cum Moyſe propitiationem, & raptam à Domino victor miſero reportavit denuo ſoſpitatem. Ille & greſſibus & eloquio & auditione reformatus ad integrum, ceſſat ulterius aliena ope duci, ceſſat digitis loqui, deſueſcunt & alii quibus ſurdo ſatisfaciant ſigna doceri; ſenſu quoque ſanior redditus, deſinit à ventoſitate priori (quod utilius eſt corporea ſalute) Patris ſcilicet Auguſtini eruditione, correptione, prece, ac ſalvatione.

contractum, ſurdum & mutum ſanat;

E

in quevadem mala ob inſolentiam relapſum,

reſtaurat per pœnitentiam,

F

ANNOTATA.

a *Vrbs* Eboracum *eſt ad* Urum *fluvium, vulgo* Ouſe, *in quem alius minor ibidem influit* Foſſa *jam dicta, & videtur hic* Suarios *dici. In minori Vita* Sualavi.

b *Imo* Galliarum: *ſed propter Francos, ex Germania oriundos, Gallia ſub Germania continebatur.*

c *Scilicet anno* 598, *ſed videntur hæc de Cantuarienſium converſione potius intelligenda.*

d *De hoc igne ſacro egimus* 17 *Ianuarii ad Miracula S. Antonii* § 1.

A e *De hoc* monaſterio Cernelienſi *conſule Monaſticum Anglicanum pag. 253 & ſequenti. Datur ibi charta fundationis, facta anno 987, cum ſub initium eſſet cœnobiolum trium Monachorum.*

CAPUT V.

S. Livinus baptizatus & inſtructus. S. Auguſtini obitus & ſepultura.

48 *Profectus in Scotiam,* JAm vero inter tót virtutum inſignia, quis digne efferat tanti Doctoris præconia, per quem non tantum efferatiores ſuave Chriſti jugum ſuſcipiunt, verum etiam ſancti & ſignipotentes viri, etiam Angelico monitu, ad eum mirabili veniunt via erudiendi? Res eſt non capitulari arctitudine commendanda, ſed planâ & lucidâ ſententiâ exponenda.

a Legimus in *a* Vita beatiſſimi Pontificis & Martyris Livini, fideli ſanctorum ſociorum ſuorum commendatione deſcripta, qualiter ipſe Dominicorum negotiorum diſpenſator fideliſſimus Auguſtinus, ad

b religioſum Regem *b* Scotiæ Colomannum omnium ſaluti conſulens venerit, & B. Livinum tunc pue- *S. Livinum baptizat:* rum cum S. Menalchio Pontifice baptizaverit, utque

B Rex & Regina regnique Optimates illum à fonte ſuſceperint. Tunc inſuper baptizatum ſolaris ſplendoris columna coram omnibus alluxit, & in ſplendore aurea ſole micantior dextra apparens ter puerum ſigno Crucis benedixit, atque vox cælica in hæc verba ſonuit: Dilectus Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione eſt. Hinc præclarus Auguſtinus Dominum glorificavit, & cunctis glorificandi documentum dedit. Interea ſanctis vitæ incrementis adoleſcens ille, ſuus & ævo & merito fi- *eumque cũ Sociis Angelo Duce* liolus, adeo dilectus erat Regi & omnibus, ut miro affectu ac precibus eum retinere tentarent. Cui timenti retiacula mundi & hoc ſuper anxie fluctuanti, Angelus lucis affulſit; proprioque eum nomine ſalutans, Aue, inquit, Frater Livine, deſine tribulari, & audi quo debeas conſolari. Vade hinc ad Anglorum Pontificem Auguſtinum, & ab eo percipe totius ſanctæ inſtitutionis documentum, per quem Deo provehente ſummam attingas virtutum. Aſt Domini Confeſſor feſtinans Angelicis juſſibus obtemperare, expetita Regis dimiſſione & ruptis fautorum ſuorum retinaculis ceu telis araneæ, cum tribus beatis diſcipulis Foilano, Helia & Kyliano (qui etiam deſcribendis ipſius geſtis probatiſſimi auctores

C claruere) ultro contendit ad mare, quo poſſet ad deſideratiſſimum Patrem Auguſtinum tranſnavigare. Sed occurrit Angelus Domini in itinere, juvenili decore, ſplendida facie, gratioſus inceſſu, dulcis affamine; Confide, ait, Frater, quia Dominus me tibi miſit ducem & cuſtodem inſeparabilem in omni via tua. Tu modo incunctanter ſequere me: quia ad *ſuper mare ambulando,* illum tui profectus doctorem quem petis, favente Domino, perducam te ſucceſſibus proſperis. Agnoſcens ergo prudens Livinus ſpiritum veritatis hæc ſibi dicentem, proſequitur fiducialiter cum præfatis diſcipulis præcedentem, & illud mare magnum ac ſpatioſum ſiccis pariter tranſeunt veſtigiis. Videbatur autem tam ſacratiſſimo Livino quam beatis ſociis ſuis, toto illo itinere, quo pedeſtri inceſſu vaſti gurgitis fluctus acſi ſolidam aream calcabant, quod per prata vel campeſtria vireta, roſis ac liliis omnique herbarum ac florum pulcherrima varietate vernantia, tranſirent. Ubi vero fidereus Dux ſequaces ſuos tuto littore feliciter expoſuit, cum indicibili jubare & ampla lucis coruſcatione, ipſis intuentibus, cælos repetiit; ut hoc ſplendore videretur dicere: Huc me, filii lucis, ſpretis mundi tenebris, ſequi properate. Quis itaque hæc tam florida ac fulgida miracula glorioſi Auguſtini meritis dubitat vel adſcribere vel communicare, ut Auguſtinum quærentibus unda vireret, pontus floreret, fluctus vernaret; & ipſe gurges, ſub pedibus Euangelizatorem pacis petentium, ſe ut ſolidum campum exhiberet? Venit ergo, cum prænominatis tribus ſanctæ Trinitatis Confeſſoribus, deſiderioſus Livinus ad deſiderabilem Patrem Auguſtinum; venit Angelico ductu velut ad alterum Angelum, de florido itinere ad florigerum paradiſum, de via maris ad fontem melliſluum, de perniciosis opibus ad incorruptibilium divitiarum theſaurarium, cui de cubiculo veri Regis infinitam opulentiam rerum & immarceſſibilem pulchritudinem ſpecierum depromat omnium. O *ad ſe veniẽtem inſtruit* quam feſtivum ortum eſt gaudium tam præcelſo Doctori Sanctorum, ubi talem ſibi divinitus deſtinatum excepit diſcipulum, quem Spiritu ſancto præſciverat venturum, qui dignus erat magiſter aliorum! Sed generoſa indoles Livini, à tam divinitus inſpirato mavult diſcere humiliter, quod poſtea doceat fiducialiter. Audit illum, qui in cælo poſuit os ſuum, Angelico ore diſputantem de infinita multitudine & glorioſa ſupernarum Virtutum, de præcelentiſſima Apoſtolicæ ſublimitatis hierarchia, de innumerabili exercitu & triumphali Martyrum palma, E de candidiſſima Confeſſorum ac Virginum corona; omnem mundi pœnam non eſſe condignam ad tanta præmia; nihil comparari, nihil appretiari poſſe ad illam pulchritudinem; ad illam dignitatem, ad illam indeficientem ſolennitatem & gaudia, omni genere laborum, omni fragrantia virtutum, nunc eſſe currendum. Ad illud ſempiternæ beatitudinis bravium ducebat avidiſſimum æmulum per omnia floreta ſacrarum Scripturarum; pandebat ei æraria & cellaria Chriſti & Eccleſiæ, in deliciis & oblectationibus Dominicarum gazarum ac vitam ſpirantium aromatum, in ſempiterna caritate & claritate Sanctorum. His aliiſque plurimis exhortationibus Dux inclitus Dominicorum caſtrorum armabat athletam Chriſti fortiſſimum, accendebat ardentiſſimum: jamque ſecundum præducis Angeli pollicitationem ad Apoſtolicæ converſationis evexit perfectionem, ut & palmam attingeret Martyrialem. Itaque per *Sacerdotem conſecrat & dimittit:* quinquennium & menſes tres ſecum detentum, ſanctiſſimis exemplis ac inſtrumentis in omni ſanctitate provectum, ævo tenerum ſed religioſa maturitate grandævum, tandem conſecrat Sacerdotem Chriſto electiſſimum. Dat etiam liberaliſſimus *c* catigeta in c ipſa dilecti diſcipuli ordinatione dulciſſimum pignus F & memoriale perpetuæ dilectionis ſuæ, Caſulam videlicet purpuream, glorioſi martyrii præſagam, auro & gemmis inſtar meritorum prætextam: addit Stolam & Orarium, ſimiliter aurea ac pretioſarum gemmarum ſideribus decorata inſignia. Jamque imprecatus ſibi omnia bona, & mutua orationum ſuffragia, non ſine mutuis lacrymis, remittit eum Regi ac genti ſuæ deſideratiſſimum eruditorem, cum prædictis ſanctis comitibus ſuis. Denique ſicut apes melliſluum florem, & ſicut cervi aquæ fontem, ſic Auguſtinum appetebant undique cæleſtia mellificantem.

49 Erat quidam veteranus, qui aſſerebat avum *irriſorem adoleſcentem* ſuum per S. Auguſtinum baptizatum fuiſſe, & hoc avum patri ſuo, patremque ſibi tali modo retuliſſe. Cum eſſem, aiebat, adoleſcentulus, & vidiſſem ad illum novum & inauditum noſtræ ſalutis Protodoctorem Auguſtinum, quaſi ad quemdam Angelum, concurrentia populorum agmina; ego, cui vanitas corona, cui gaudium ſtultitia, cui deliciæ erant ridicula, mira ſenſus hebetudine deridebam omnia, velut phantaſmata; omneſque errare præter me meoſque coërroneos magna credebam ineptia. Cum

AUC. GOCELINO.

vero audiſſem illum omnia debilium ac moribundorum curare corpora, ampliori incredulus cachinnabam veſania. Concepi tandem doloſitatem laſciviæ meæ, & ut uter ventoſus veni illum quaſi ſycophantam videre, aut ſeminiverbium audire; ad hoc videlicet, ut aliquam ſtrophamraperem ab ejus ore vel curatione, unde poſſem meis ſimilibus riſum movere. Cumque me preſſanti turbæ, ut inſidioſus & latrunculus, immerſiſſem, ejuſque paternum ac reverendum intuitum oculis notaſſem; protinus ingenti confuſus terrore dirigui, ut videretur in eo divina quædam animadverſio impuritati meæ indignari. At ille ſancto Dei Spiritu plenus (ut claruit hactenus) inviſum quaſi notiſſimum reſpexit: miſſoque miniſtro, Illum, inquiens, adoleſcentem adduc mihi; me ſibi de medio plebis præcepit adduci. Tum vero altius intendens quod ſine indice innotuerim illi, tanto ſtupore contremui, acſi cum exerta machæra quæſtorem ac punitorem vidiſſem ſceleris mei. Continuo ad tanti vatis clementiam confugi, ac ſubſtratus ſacros pedes adſtrinxi. Ibi omnem ventoſitatis tumorem quaſi compuncta veſica emiſi, omnes ſordes fluxæ levitatis evomui, totum me tam benigni Patris præceptis ac documentis dedidi. Ille placide increpatum & inſtructum paternis ulnis amplexus, credentem in Chriſtum me baptizavit, atque in filios filiorum *d* producta longævitate benedixit. Hæc & his plura præfatus vetulus, ab avo ſuo patri audita, & à patre ſibi narrata, repræſentabat audientibus fidei aſſertione, quaſi ab alio ſeculo cognita. Intimabat autem à parentibus ſibi inſinuatam ipſius B. Auguſtini formam & perſonam patriciam, ſtaturam proceram & arduam, adeo ut à ſcapulis populo ſupereminere, & Saülem proceritate, non atrocitate, exhiberet. Facies amabilis & reverenda, frons mediante coma ſuis columnis reſultabat feneſtrata. Signa vero & ſanitates, quæ in populo frequentantium cœtuque debilium aſſiduabat, nullum enarrare nec enumerare poſſe adſtruebat. Memorabatur jugiter pedeſtri inceſſu, ſæpius diſcalceatus, provincias Apoſtolica devotione luſtraſſe, & callos genuum fratris Domini Jacobi in plantis attraxiſſe: plures quoque ſanctorum comitum ejus eaſdem virtutes vel imitari vel æquiparare ſolitos aſſerebat. Hinc itaque, cum caritas omnia probabilia credat, & cum ultro credimus quod amamus, quod vero non credimus odiſſe nos vel ſpernere probamus; perpendant filii dilectionis & non alieni, quod ea quæ Sancti geſſerunt in vita, vel per ſcripta, vel per longævos ſeniores, vel per famam (quæ eſt lex hiſtoriæ) à generatione in generationem propagatam, Deo propalante ad notitiam ſcripturarum ſanctarum potuerint pervenire, quæ & qualia non eſt injuria credere. Jam poſt flumina & feras repulſas glorioſi Auguſtini palmarium explicemus.

ad ſe vocatum emendat,

& inſtructum baptizat:

B

d *fuit Sanctus ſtatura procera.*

Miraculis clarus

anhelat ad cæleſtem gloriam,

50 Jamdudum vero ille ſupernus incola, percuſſus illâ, quæ fortis eſt ut mors, ſuperni amoris plagâ, abhorrebat omnia terrena oblectamenta ſicut vitæ detrimenta; & mundanam gloriam ſicut vincula, ſicut ergaſtula, ſicut ſupplicia; quæ tamen cum ipſa morte dulce eſſet pro Salvatore pati omnia. Solo itaque corpore ligatus in terra, immo ſolâ gignendorum & informandorum Deo filiorum paternâ aſtrictus curâ, de reliquo totus converſabatur in illa æterna patria; totâ mente, totâ animâ, jugi ac violentâ inſtantiâ captabat cæleſtia. Quæ precum incenſa, quæ ſanctorum deſideriorum lamenta, quam inenarrabilia mittebat cælo ſuſpiria? Quis, inquit, dabit mihi pennas ſicut columbæ & volabo & requieſcam? Et, Quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei. Concupivit & defecit anima mea in atria Domini. Sic irrequietis clamoribus præoccupabat faciem Domini, & vim faciebat cælo, crebris pulſatibus rogans admitti, cupiens diſſolvi & cum Chriſto eſſe. Tandem vero intelligens ex Spiritus ſancti reſponſo exauditum ſuum deſiderium, ut veniat ad ipſum omnibus rectis corde deſideratum; cœpit parentalibus viſceribus anxie pertimeſcere, ne poſt ſe lactea natæ vel naſcentis Eccleſiæ infantia, orbata Paſtore, luporum dilapidaretur invaſione. Hinc B. Laurentium, Apoſtolicæ ſanctitatis virum, Apoſtolicis ſignis præclarum, ſuorumque comitum præcipuum, dicente ſibi Domino in ſpiritu; Hunc mihi unge in Sacerdotem electum, perſpicaci animo cum ſuperno inſtinctu intendit pro ſe ordinandum. Refert hæc ad Clerum, ad Regem, ad populum: placet omnibus, favent omnes, ſimul benedicunt & expetunt. Rege itaque cum confluo populo immenſum congratulante, ordinat cum omni ſolenni gaudio Laurentium ſibi ſucceſſorem; ut quondam Apoſtolorum Princeps Petrus Clementem, ob ſupradictam videlicet novellæ informationis neceſſitatem: quod tamen exemplum nulli impoſterum debet eſſe præſumendum. Nemo rite hoc fecit poſt Petrum, nemo incompetenter faciat poſt Auguſtinum. Nam unus Chriſtus, una Eccleſia, unus Epiſcopus, nec dividitur unus & unitas. Conſecratum ergo deſtinat ad omnia promptiſſimum, ut Paulus Timotheum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti; ut diſcurrat, feſtinet; inſtet opportune, importune; arguat, obſecret, in omni patientia & doctrina. Ipſe vero theoricus contemplator, ut mundi opprimentis perfuga, ut paſſer ſolitarius in tecto, gaudebat nimium, ruptis rerum retinaculis, pennis æterni amoris ad Dominum evolare, in optima parte Mariæ requieſcere, ſoli Deo vacare, revelata facie gloriæ Domini aſſiſtere, ejuſque perpetua paſci dulcedine. Tunc demum ſe vivere ac regnare, tunc primum ſe cœpiſſe ſervire Deo credebat. Numquam tamen defecit Dominica lucra augere, in conveniendo populos in unum, & ipſos Reges ut ſerviant Domino: nuſquam deerat, ubi Divina res poſtulabat. Nunc, ut aquila, ad ſuperna volabat; nunc, Dominica poſcente, paſcua ima reviſebat.

D

S. Laurentium ordinat ſucceſſorem:

ſoli Deo vacat:

E

egerdat monita Regi & aliis:

51 Quid longa tergiverſatione exitum præſentis lucis dare formidat oratio? Tandem victorioſiſſimus Athleta Domini, in omni ſanctitate & meritorum perfectione excurſo vitæ ſtadio, pervenit ad bravium ac diu deſiderata æterni Regni præmia. Jam pulſanti per ægritudinem Domino aperuit, cum inenarrabili tripudio & aromatico gratiarum ſacrificio. Tum magnanimo paternæ dilectionis affectu exhortabatur, tam Regem & Principes, quam Clerum & populum, ſervire Domino in timore; & profanatis dæmonicorum ſacrificiorum ſordibus, in fide Chriſti divinitus ſibi tradita immobiliter perſeverare; & uni Deo vivo & vero, fide & amore, perpetuo adhærere; ejuſque mandata, per inunctum Pontificem ac Dominicos miniſtros, diligenter obſervare. Venit ergo finis mundialium procellarum, & illuxit aurora æternarum lætitiarum: & benedicto Rege, & confirmata in Chriſto primitiva ſuæ geniturae Eccleſia, relinquens omnibus perpetuæ dilectionis pignora beatæque vitæ documenta, inter ſanctorum ſociorum diſcipulorumque lacrymoſa examina, ſtante B. Laurentio cum populoſa frequentia, depoſita ſarcina carnis aſſumitur in cælum, cum ſupernarum virtutum triumpho & gloria, cum inæſtimabili omnium occurſu & receptu ſempiternaque lætitia. O quanto ſolennio adornatur & coronatur tunc omne cælum, videlicet ad tam præclari civis adventum. Ambiunt ætherææ turmæ victo-

F

ſanctè obit.

rem

A rem palmigerum, invitant Apoſtoli in ſuas ſedes ſocium Apoſtolicum, vallant purpurata caſtra Martyrum martyrialem ſigniferum, amplectuntur inſignem Hierarcham ſplendentia agmina Confeſſorum & venerabilis turba Sacerdotum, cantant dulcibus hymnis candentes chori Virginum ducem virgineum; utque uſu mortali loquamur illa ineffabilia ſacramenta ſupernorum concentuum, tunc illa magna Jeruſalem magni Regis civitas ſimul vidit populos & tribus ſuas, ſimul in Auguſtini triumpho perſonantes Domino gratias & laudes indefeſſas. Quos omnes nos infimi, licet tam indigni quam impares laudatores, proſequamur ut poſſumus, non exequialibus planctibus, ſed his triumphalibus cantibus: Regnas Auguſtine, Auguſtis ſeculi nomine & dignitate ſublimior, qui auxiſti rem Chriſti publicam, & Romanæ Eccleſiæ adjeciſti Britanniam, melius quam Cæſar Auguſtus Romanis opibus Alexandriam. Te Reges & Principes & Senatus Anglorum, & turba gentium comitantur in cælum; te Angeli & Archangeli triumphantem deducunt, Throni & Dominationes excipiunt, te coronat Rex Regum.

& coronatur in cælo:

52 Pretioſiſſimam vero ejus corporis margaritam, in ipſo Apoſtolico & Regali monaſterio, quod ipſe Deo auctore condiderat, præelectiſſimus Laurentius, facta magnifica dedicatione, cum devotiſſimo Rege Æthelberto & confluis Angliæ populis, recondidit in Aquilonali videlicet ejuſdem ſacræ aulæ porticu, ubi in æterna memoria cæleſtis regni depoſitum theſaurizavit.

ſepelitur in monaſterio, B

53 Sed dum feſtinamus tam piam hiſtoriam finire, adhuc obſtinate tenemur, & hujus Angelici loci gratioſa dulcedine & Sanctorum caritatis infinito chariſmate, quod ſedet ſaturos, ſaturet deſideriosos, dulciter * recolere, qualiter illam porticum tot primorum Eruditorum Britanniæ, immo tot Angelorum Dei, cæleſtia impleverint mauſolæa. In quibus gratanter eſt animadvertendum, quam generoſa pignora univerſalis Mater Roma ediderit, quæ ipſi Britannico Oceano Patres & inſtitutores exiſterent: quos dum unus amor uno cubiculo ſimul aſtringeret, ſingulos Patronos ſigillatim diſtinctos plures nationes propriis radiis præclaros haberent. Horum præcellentiſſimus Auguſtinus, Laurentium ejus templi dedicatorem, ſibi ſucceſſorem (ut præmonſtratum eſt) creavit; Mellitum Lundoniæ, Juſtum Roffenſi Eccleſiæ Epiſcopos ordinavit; quos utroſque propter Chriſtum exiliatos, tertius Mellitus,

C

e quartus Juſtus ſucceſſor excepit. His *e* Honorius, & ipſe Romanæ informationis honor decoroſus, annexus eſt quintus. Sextus Deuſdedit ordine, ſed primus flos gentis Anglicæ, in Romanorum Patrum tranſiit conſcriptionem: cujus primitiis ex Anglia nihil gratius habuere Doroberniæ Romanâ principia. Septimus quoque Theodorus, Romanæ præcellentiæ ſubſecutor egregius, almo Auguſtino à dextro conſepultus eſt latere, una tantum monaſterialis alvi maceria interſtite, quia nondum amplificata porticus omnes nequierat ſuſcipere: qua poſtea dilatata, his ſanctis conſortibus adjungitur omnibus amandus ſeculis Adrianus, ejuſdem monaſterii Abbas clementiſſimus; qui ab Apoſtolico Romæ electiſſimus in Archipræſulem Doroberniæ, ipſum beatum Theodorum adduxit pro ſe, cum quo Anglos fecit docibiles Dei tam Græca quam Latina eruditione. Item candidiſſimum ex Anglis lilium Regia Chriſti virgo Mildretha, ſuo candore gratiſſime illuſtrat ſplendida tantorum Patrum ornamenta. Horum igitur omnium auctor beatiſſimus Papa Gregorius, habens altare medium velut patricium ſolium, ipſamque ſervans Deo dicatam porticum, æterna dilectione circumplectitur, non tam funera conſepul-

torum, quam triclinia convivantium filiorum: ante omnes vero ſibi aſtringit Auguſtinum, ut ſuæ inſtitutionis primicerium, ſuæ parturitionis primogenitum, & vita & ordine primum. Ceteri quoque filii, qui Protoparentes Eccleſiaſtici ſunt Angliæ, accumbunt ſicut novellæ olivarum in circuitu menſæ ſuæ. In authentica vero præeminentiſſimi Auguſtini tumba Epitaphium ſcriptum eſt hujuſmodi: Hic requieſcit Dominus Auguſtinus, Dorobernenſis Archiepiſcopus primus, qui olim huc à B. Gregorio Romanæ urbis Pontifice directus, & à Deo operatione miraculorum ſuffultus, Æthelbertum Regem ac gentem illius ab idolorum cultu ad Chriſti fidem perduxit, & completis in pace diebus officii ſui defunctus eſt, ſeptimo Kalendas Junias, eodem Rege regnante. De his quoque ſeptem primis Anglicæ Eccleſiæ columnis, Tarpeïa de rupe Romæ exciſis, hi verſus ſubſtituuntur.

AUCT. GOCELINO: & altare eſt S. Gregorii.

Additi verſus de ſeptem Epiſcopis,

Septem Primates ſunt Anglis & Protopatres,
Septem Rectores ſeptemque per æthra triones;
Septem ſunt ſtellæ, has tenet unius area cellæ;
Septem ciſternæ vitæ, ſeptemque lucernæ;
Et ſeptem palmæ regni, ſeptemque coronæ. (bem,
Quin oculi ſeptem, quibus hunc Chriſtus videt or- B
Ut currit mundus ſeptem per ſecla diebus.

Horum tituli, ſuo ordine ſuperſcripti, ſunt hi.

Dux Auguſtinus præcellit in ordine primus.
Lauriger & mundus, Laurenti ſede ſecundus.
Tertius eſt gratus Mellitus, melligeratus.
Quartus adeſt Juſtus, dulces dans nomine guſtus.
Quintus Honorius, Eccleſiæ vigor extat honorque.
Deuſdedit eſt ſextus, cui dat ſua munera Chriſtus.
Theodorus juxta fert ſabbata ſeptimus alma.
His ſeptem Ducibus viget Anglia totque diebus.
Additur octavus Monachorum dux Adrianus: *aliiſq; Sanctis ibidem conſepultis.*
Anglorum ſtella Mildretha refert ſua mella.
Octo Patres Romæ, reliqui comitantur honore
Ex Anglis nati, meritis horum ſociati.
Hinc manat divis Euangelii via rivis:
Hi ſunt Brithwoaldus, Tatwinus, vosque Nothelme,
Et jam Berta, Patres primos Proceres imitantes,
Tot ſimul Eccleſiæ cingunt frontem pietate.

De innumeris vero ſignis, quæ in hoc requietionis ſuæ dormitorio, vel ubivis gentium aut locorum, B. Auguſtinus pro fide petentium exhibuit, aliquanta quæ fidelium oculis probata ſunt, ſequens libellus enarrabit, Deo nos in veritate ſua dirigente, qui per omnia ſecula regnans, ſemper in Sanctis ſe mirabilem oſtendit.

F

ANNOTATA.

a *Hæc illuſtranda erunt* 12 *Novembris, ſcripta à S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntinenſi.*

b *Id eſt Hiberniæ hodiernæ, quæ tunc Scotia dicebatur.*

c Catigeta *Papiæ eſt* Doctor, aut Rhetor, *Græce* καθηγητὴς, *perperam impreſſum* Catigera.

d *In Vita minore hæc accuratius ita explicantur:* Affirmabat enim eumdem ævum ultra centum annos vixiſſe, ipſamque longævitatis benedictionem in patrem ſuum deſcendiſſe, in ſe etiam centenarios progenitorum annos longe excreviſſe.

e *Coluntur ſequentes*, Honorius 30 *Septembris*, Deuſdedit 30 *Junii* Theodorus 19 *Septembris*, Adrianus 9 *Januarii*, Mildretha 13 *Julii*.

f *Præfuerunt Eccleſiæ Cantuarienſi Archiepiſcopi*, Brithwaldus *ab anno* 693 *uſque ad annum* 730, *cui ſucceſſit* Tatwinus, *mortuus anno* 734, *ad* 30 *Julii Martyrologio Anglicano inſcriptus. Succeſſit* Nothelmus *& vixit ad annum uſque* 739. *Hic in tabella veteris altaris S. Auguſtini etiam* Sanctus *habetur, ejuſque ibidem mauſoleum inter alios Sanctos extat.*

* dulce eſt *ubi ſepulti etiam alii plures Sancti.*

APPENDIX

Ex Chronico Joannis Bromtoni.

De mortuis, ad evictionem Decimarum & Excommunicationis vim probandam, ſuſcitatis.

INter decem Scriptores Angliæ, anno MDCLII *Londini excuſos, ſextum locum tenet Iornalenſis Abbatis* Joannis Bromtoni *Chronicon, ab ingreſſu S. Auguſtini in Angliam perductum uſque ad Ricardi Regis mortem, ſeu annum* MCXCIX. *Hic inter alia rem mirabilem minimeque contemnendam narrat, ut à vetuſtiori Auctore ſcriptam; quem utinam nobis indicaſſet! eo enim plus fidei haberet, quo ille eſſet antiquior. Nunc in Auctoris ignoti fide quidquid eſt refero: cui an & quatenus credi poßit, ſi lente de re tam inſigni Beda & hoc Vita auctore Gocelino, Lectori æſtimandum relinquo: ipſa narratio ſic habet.*

B *Decimas ſolvere recuſantem correcturus Auguſtinus,*

De iſto S. Auguſtino legitur, quod cum in Comitatu Oxoniæ, in villa quæ dicitur Cumpton, ad prædicandum ſemel veniſſet; acceſſit ad eum Presbyter ejuſdem villæ, dicens: Pater, ſciatis, quod Miles, hujus fundi Dominus, ſæpe à me monitus, non vult ex iis quæ ſibi Deus dedit decimas perſolvere: & Excommunicationis ſententiâ ei comminatus, magis eum reperi obſtinatum. Quod audiens S. Auguſtinus, Militi ad ſe vocato dixit: Quid hoc, fili, audio de te? Cur decimas tuas Deo & Eccleſiæ non reddis? Neſcis quia decimæ non ſunt tuæ, ſed Dei? Cui Miles iratus reſpondit: Quis terram coluit aut ſeminavit? nonne ego? Sciant omnes, quia ejus erit decimus manipulus, cujus ſunt & novem. Cui Auguſtinus: Noli, fili, ita loqui: ſcias enim quod, ſi juxta fidelium conſuetudinem non decimaveris, excommunicabo te. Et converſus ad altare ut celebraret, coram omni populo dixit, Præcipio ne aliquis excommunicatus Miſſæ interſit. Quo dicto, in ipſo introitu eccleſiæ cadaver ſepultum ſe erigens, cœmeteriumque egrediens, quamdiu S. Auguſtinus Miſſam celebravit, immobile ibi ſtabat. Quo viſo fideles ibi præſentes, fere extra ſe poſiti, venientes ad B. Auguſtinum referunt ei factum. Quibus ait: Nolite pavere: ſed Crux cum aqua benedicta nos præcedat, & videamus quid hoc eſt. Procedens autem Auguſtinus cum populo, venit cũ eis ad ingreſſum cœmeterii: videnſque cadaver dixit: Præcipio tibi in nomine Domini, ut indices mihi, quis ſis. Cui reſpondit mortuus: Cum ex parte Dei juberes, ne aliquis excommunicatus Miſſæ intereſſet; Angeli Dei, qui itineris tui aſſidue comites exiſtunt, ejecerunt me de loco ubi ſepultus fueram; dicentes, quod amicus Dei Auguſtinus carnes fœtentes projici de eccleſia Dei juſſit. Ego enim tempore Britonum, antequam gentilium Anglorum furor hanc vaſtaſſet regionem, hujus villæ patronus fui: & licet ſæpius ab hujus eccleſiæ Presbytero monitus, decimas meas numquam dedi: tandem ab eo excommunicatus mortuus ſum, & inferno detruſus. Quo audito ipſe Sanctus & omnes qui aderant multũ fleverunt. Et dixit Auguſtinus: Scis locum ubi ſepultus fuit Presbyter, qui te excommunicavit? Quo reſpondente, in hoc eodem cœmeterio requieſcit; Præcede nos, dixit Auguſtinus, & locum nobis oſtende. Præceſſit defunctus, & venit ad locum quemdam prope eccleſiam, ubi nullius ſepulturæ ſignum apparebat: & ſequente ſe Auguſtino & populo toto, dixit: Ecce locus, hic fodite, & Presbyteri oſſa invenietis. Ex præcepto igitur B. Auguſtini foderunt, & in profundo oſſa pauca inve-

ea de cauſa excommunicatum, ideoque viſum de eccleſia egredi, ſuſcitat:

C

& ab eo qui illum excommunicarat ſimiliter reſuſcitato,

nerunt, præ temporis diuturnitate in ariditatem converſa. Quærente Auguſtino, ſi hæc eſſent oſſa Presbyteri, reſpondit defunctus; Etiam. Tunc Auguſtinus, orans diutius, dixit; Ut ſciant omnes, quia mors & vita in manibus Dei ſunt, cui nihil eſt impoſſibile, in ejus nomine ſurge: opus enim de te habemus. Quo dicto videbant omnes præſentes pulverem pulveri uniri, & oſſa nervis compaginari, & ipſum ſurgere. Quo ante Auguſtinum ſtante, dixit Auguſtinus: Cognoſcis iſtum, Frater? Reſpondit: Novi, Pater: & utinam non noſſem! Cui Auguſtinus: Tu eum excommunicaſti? Cui reſpondit; Utique, & merito: in omnibus enim eccleſiæ ſemper extitit decimarum retentor, & multorum flagitiorum uſque ad diem ultimum patrator. Cui Auguſtinus. Noſti, Frater, quia miſericors eſt Deus: unde & vos miſereri oportet creaturæ & imagini Dei, quæ ejus ſanguine redempta tamdiu pœnas inferni ſuſtinuit. Tunc tradidit illi flagellum: & flexis ante illum genibus, abſolutione flebiliter petita, mortuus commiſſa mortuo relaxavit. Quo abſoluto præcepit Auguſtinus, ut ad ſepulchrum rediret & diem præſtolaretur ultimum. Qui ſtatim ad ſepulcrum reverſus, in cinerem mox eſt reſolutus. Tunc ait Auguſtinus Presbytero, Quanto tempore hic jacuiſti? Qui reſpondit; Centum quinquaginta annis & eo amplius. Et ille; Quomodo, inquit, huc uſque feciſti? Reſpondit, Bene, & in æternæ vitæ deliciis. Et Auguſtinus; Viſne, ait, ut orem Dominum, quatenus ad nos revertaris, & animas à diabolo deceptas nobiſcum prædicando ad ſuum Creatorem reducas. Abſit, ait, à te, Pater, quod me à quiete mea perturbatum ad laborioſam ſeculi vitam facias reverti. Tunc, Auguſtinus Presbytero dixit: Vade, cariſſime, & quieſce in pace: ſimulque ora pro me, & univerſa Eccleſia ſancta Dei. Qui mox ſepulcrum intrans, cinis effectus eſt. Tunc vocato ad ſe Militi Auguſtinus dixit: Quid eſt, fili? adhuc non vis decimas tuas Deo reddere? Tremefactus autem Miles procidit ad pedes ejus flens, & reatum ſuum confitens, & veniam petens: relictiſque omnibus & coma depoſita, S. Auguſtinum omnibus diebus vitæ ſuæ ſecutus eſt, & in omni ſanctitate diem clauſit extremum, & æternæ felicitatis gaudium intravit.

D

facit abſolvi,

E

poſt annos 150 à morte:

Uſum ab Excommunicatione abſolvendi etiam mortuos ætate S. Gregorii adhuc viguiſſe, conſtat ex ejus Vita lib. 2 num. 45: apud Græcos autem idem uſus etiamnum obtinet, quibus experientia compertum, eſt, in Excommunicatione mortuorum corpora non diſſolvi, ſed fœde intumeſcere, uſque dum fuerit ſuper eos Abſolutionis pronuntiata formula. Sed hæc animabus dumtaxat prodeſſe poteſt, quarum exitus in ſtatu gratiæ fuerit, manentibus Excommunicationis eccleſiaſticæ vinculis, impedientibuſque ne aut celeſti gloria, aut communione precum ac meritorum perfruantur. Quod ſi tum reatu æternæ damnationis obierint ii qui fuerant excommunicati, animis quidem eorum prodeſſe abſolutio non poteſt, ſed ut ſummum corporibus quatenus humo contineri & communi ſorte diſſolvi valeant, niſi forte alicui damnationis debitæ ſententiam ſuſpenderit Deus ex præviſis Sanctorum orationibus meritiſque, ut reſuſcitato daret ſpatium pœnitentiæ; cujus extraordinariæ clementiæ aliqua, ſed rara, habentur exempla. Vide Goar in Euchologium pag. 688 & ſeqq. & cum allegato loco ex Vita S. Gregorii, apud nos legendo XII *Martii, confer hanc formulam Euchologii, ab ipſo qui Excommunicationem tulit, aut alio ejus perſonam ſuſtinente, legendam de ſcripto ſuper mortuo:* Contigit quidem humilitatem noſtram, excommunicationem ferre in devotiſſimum N. propter indecens facinus quoddam, qualia plura humanæ naturæ haſcuntur. Quandoquidem vero, iis modis, quos novit Dominus, qui cuncta antequam fiant agnoſcit, commune debitum exolvit ille, procellam Excommuni-

F

uſus talis abſolutionis antiquus,

& forma.

A municationis ſecum devolvens; præſenti diplomate in ſancto Spiritu à tali Excommunicatione illum liberamus, ut & in futuro ſolutus exiſtat, cum Chriſtianis omnibus Domini viſionē percepturus,& cum benedicta Patris benedictam & beatā Chriſti vocem audituris; *videlicet ſi capax illius boni ſit. Hæc autem aliaque ſimilia,excuſata explicataque in rectum ſenſum,vide apud prædictum Goar, atque exemplis firmata. Ceterum phraſi illa de carnibus fœtentibus, ab eccleſia projici juſſis, uſus eſt in ſimili caſu S.Gregorius lib. 2 Dialog. cap. 52, ubi inducit idem jubentem Brixiæ S.Fauſtinum, reſpectu excommunicati unius.*

MIRACULA

Auctore eodem Gocelino Monacho.

Ex eadem editione Mabilionis.

CAPITULA LIBRI SEQUENTIS.

CAP. I. DE raptore pallii tumbæ S.Auguſtini,ab ipſa rapina mirabiliter redarguto & emendato; ſociiſque ejus barbaris, illius exemplo converſis: & de ipſius temporali felicitate.

II. De contracto miſerabiliter deformato & mirabiliter reformato, S.Auguſtino cum duobus ſociis ſibi vigilanti glorifice apparente, eumque curari jubente.

III. De divite moriente, ad vitam convaleſcente, venerando Pontifice eum viſitante.

IV. De quodam Principe, qui cum S. Auguſtinum blaſphemaſſet, terra dehiſcente & tartareo cane in eum terribiliter irrumpente, in barathrum abſorptus eſt.

V. De mari ſedato, & ſupplice Rege à periculo liberato.

VI. De aura congruâ, nautis poſcentibus reddita; & [trabe], trium pedum ſpatio divinitus adaucta.

VII. De naufrago, inter fluctus conſervato.

VIII. De navi, ceteris ratibus ſubmerſis,à tempeſtate ſalvata.

IX. De alia navi, à periculo potenter eruta.

X. De tempeſtate ſedata, ventiſque verſa vice poſtulatis & celeriter acceptis.

XI. De navi à naufragio tutata, eo quod nautæ feſtivitatem S.Auguſtini celebrarent.

C XII. De puella muta, loquendi officio reſtituta.

XIII. De alia puella à nativitate muta, eloquio donata.

XIV. De podagrico curato.

XV. De quodam claudo & manco, ab utraque deformitate reformato.

XVI. De quodam vincto, potenti virtute ſoluto.

XVII. Qualiter & in qua neceſſitate B. Auguſtinus feſtivitati ſuæ epulas procuraverit.

XVIII. De cæco illuminato.

XIX. De violatore ſepulcri ejus, à ſeipſo punito.

XX. De cujuſdam matronæ irreverentia, ſtatim correpta & cito remiſſa.

XXI. De quodam, ad inclamationem S. Auguſtini, à prædonum & avium importunitate liberato.

XXII. De divite defuncto, qui poſt obitum in viſu apparens conjugi ſuæ, calicem argenteum ad quietem animæ ſuæ B.Auguſtino fieri mandavit.

* gemma vitæ. XXIII. De alio divite, cui ſanctus Antiſtes * gemma vice apparens, calicem argenteum ſuo monaſterio procurare juſſit.

XXIV. De cæco nato illuminato.

XXV. De circulo ferreo, mirabiliter longe diſſiliente, in glorioſi Præſulis gemina apparitione.

XXVI. De duobus miſeris, uno cæco, altero claudo, utroque reſtaurato. Auc. Go-celino.

XXVII. De eodem contracto,inſoleſcendo cæcato, & reſipiſcendo illuminato.

XXZIII. De alio contracto erecto.

XXIX. De matrona, quæ imaginem ſancti Auguſtini deridebat, ab eo emendata; ipſo Reverendo Pontifice iterata vice ei apparente,primo caſtigante, ſecundo propitiante, ſuamque imaginem reſtaurari jubente.

Et hæc quidem genuina partitio eſt: ſed adeo inæqualia facit capita, ut horum numeros in margine adnotaſſe contenti, malimus aliter partiri paragraphos.

CAPUT I.

Injurii puniti: contractus & moribundus ſanati; adjuti periclitantes in mari.

CAP. I. a CUm Danorum adhuc Paganorum exercitus a Doroberniam obſideret, omnibus in urbem compulſis, exterius B. Auguſtini monaſterium, ſpeculativum ſcilicet * urbis præſidium, videbatur hoſtili prædæ expoſitum, quod erat tantum ſupernæ providentiæ relictum. Protinus irrumpunt adverſarii,tamquam ad ſpolium;& ſepulcralem Sanctorum porticum, ſancta ut profana habentes, invadunt. Quorum unus pallium haud ignobile, quo S. Auguſtini tegebatur monumentum (quia filii paternæ dilectionis,nec in fuga vel manu hoſtili,Sanctum relinquere poterant inornatum, quem præſumerent cælitus protegendum) furtim ſibi præripuit, & ſub aſcella complicatum abſcondit. Igitur poſt ceteros ad alia inhiante greſſu, mirum dictu! prædo à prædā tenetur, fur à furto arguitur. Pallium adhæret inextricabiliter rapacibus unguibus; adhæret pro cute clandeſtino lateri; ab hoc tenetur,quod ſe tenere gloriabatur; jamque palam omnibus confiteri compellitur, quod clam cudere arbitrabatur.

* vobis? E

Danus ſuratus tegumentum ſi pulcri.

2 Cum hoc itaque Sanctum Domini repetunt ad ſatisfactionem, in quem irruerant ad direptionem; fiunt interventores, qui fuerant perſecutores. Pollicitus ergo cum uberrimis lacrymis ſe Chriſtianum fore ſi ſolveretur, larga Auguſtini indulgentia continuo abſolvitur, & liber liberatum ſpolium ſuper Sancti tumulum reponere, ut prius fuerat, gratulatur. Ad tantum Chriſti vel Chriſti famuli miraculum diriguere ſtupida barbarorum pectora, majorique Dei mirificentia lapidoſa durities inhumanorum hominum in inſolitos rivos defluxit lacrymarum. Nec ſolum Chriſti potentiam ac ſui Auguſtini prædicant, ſed ultro cum ipſo ſocio, quem duplici miraculo juſtitiæ & indulgentiæ divinæ & ligatum & reſolutum videbant, ad Chriſtianitatis Baptiſmum convolant. Creſcunt de hoc fonte beneficentiæ flumina, dum totum exercitum cæleſti nectare irrigat hæc fama, & plurimi tranſeunt in Chriſtianitatis Sacramenta. Sic Dominus, qui tenebras in lucem & noctem in diem vertit, ex hoſtibus fratres fecit; & ab Anglis, quos venerant expugnare, capiuntur à diabolica captivitate divina libertate, & pro præda capiunt contubernium immortalitatis æternæ: omnibus autem & fideli & incredulo reveretur Auguſtini manus experta, & benedicitur paternitas prodiga. Unde ne hoc quidem prætereatur, quod præfatus ſuus prædator, poſt ſuſceptam Chriſtianitatem, de mediocri Milite dives emicuit & potens, & tota ſua progenies hactenus divitiis accreſcens.

convertuntur cum ſociis.

F

& baptizantur, cum plurimis ex exercitu.

3 Vir Saxonicus, vocabulo Leodegarius, monſtruoſa tortione toto corpore à nativitate erat contractus. Quid virum dixi, qui manibus nitens pro CAP. II.

AUCT. GOCELINO. *Contractus membris conglobatis reptans,*

pedibus ſimilior erat reptili quam homini? Suræ & crura coxis inolita, carne & cute coalüerant una. Calcanei extalibus arctabantur infixi, pedes eminebant ſupini, genua ad pectus inflectebantur, quibus homo acclinis humi innitebantur. Sic miſer per terram tractilis, iter legebat manuum ſcabellulis, aut (ut ita dixerim) manibus ſcabellatis; mutato ſcilicet uſu, in morem natantis vel reptantis, manus & lacerti greſſus captabant, poplites fallentibus veſtigiis ſuppeditabant. Conglobatus erat ericius cũ jaceret, * curvatum videbatur reptile cum prodiret. Ecce Adam Dei imago, cum per ambitionem, non per gratiam, appetit ſimilis eſſe Deo, comparatus eſt non modo jumentis & quadrupedibus, verumetiam lutoſis reptilibus. Verumtamen in Chriſto jam reſolidatus, quod perdidit per vanitatem, aſſequi poterit per virtutem. Sed hæc deſcribendo piis intentamus; quatenus de majori mortalium miſeria majora Dei in Sanctis ſuis laudentur mirabilia. Hic igitur homo tam impos ſui, qui nuſquam poterat ſine tormento progredi, ad magnam confuſionem ſoſpitum & fortium, quos piget etiam Eccleſiam adire, in ſua debilitate orandi gratia magnam partem pervagatus eſt orbis terræ, mirabile & miſerabile, improperabile & erubeſcibile factus exemplum humanæ inertiæ. Tranſivit terras & flumina, ſuperavit aëria Alpium juga, adiit Romam & Romana confinia; poſtque tot Sanctorum quęſita ſuffragia, ut & maris tranſcenderet iram, trnſlatus eſt in Angliam. Qua circuita patria, venit contiguum Lundoniæ Weſt-Monaſterium.

* curatum

poſt viſitata varia Sanctuaria,

B

Angliam adit.

4 Ibi demum poſt tot labores invenit ſalutis documentum, ubi tantopere quæſitum obtineret remedium: ibi ad cælorum Clavigeri Petri præſidium noctu pervigilanti, & tandem ambigue obdormitanti, lucidùs nuntius clara reluxit ſpecie, cum blando affamine. Rogat, quid ceteris dormientibus hic vigilando expoſtulet. Refert ille, ſe petere quatenus & animę & corporis ſui vincula ſolvantur beati Petri Apoſtoli clave. Reſpondet conſolator, ibi nequaquam hunc ſanandum; ſed oportere illum progredi ad primum Angliæ eruditorem Auguſtinum, illic demum aliàs ubivis Sanctorum inconceſſam ſalutem adepturum. Ad hæc advena, conquerens ſe nec Sanctum nec locum noſſe ad quem deſtinabatur, à divino indice docetur, ut urbem proximam Lundoniam ingrediens, viam quæ ducit Cantuariam à viatoribus percunctetur, ubi ei ſalus promiſſa & ſalutifer Sanctus inveniatur. Secutus ergo debilis viatores indices, venit ad Grenewic villam, Tamenſe fluvio irriguam, B. Ælfegi Martyrio ſacratam: inde eleemoſynaria navi tranſvectus, manualibus ſcabellulis ingreditur Cantuariam. Hunc oberrantem diverticulis, & quo ſe reciperet quæritantem oculis, quædam benigna matrona reſpiciens, ignotum advenam percunctata, & audita univerſa ejus à nativitate ærumna, maximeque adventus ſui cauſa, miſerata miſerum colligit & fovet hoſpitali clementia. Congaudens etiam de ſalute ſibi cælitus promiſſa, adducit illum ad ſancti Patris ſuffragia, dato quod ibi offerat lumine. Admiſſus ergo intra Sancta ſanctorum ipſa poſcente, tres noctes ibi pervigilat in prece, eo ſcilicet attentior quo ſanitatis certior.

cælesti monitur miſſus ad S. Auguſtinũ,

C

ibi cereo oblato à S. Auguſtino Laurentio & Mellito viſitatus,

5 Jam tertia aurora imminente videt vigilator lucrum ſuæ imminere perſeverantiæ: adveniunt ſibi conſpicabiliter tres Angelicæ claritatis & principalis eminentiæ Patres, ſuperno ſplendore (ut referebat) radiantes. Horum medius ſtatura & auctoritate prę-cellebat: nitebat cæſaries, non arte, ſed gratiâ calamiſtrata, cæleſti nive dealbata, patriarchaliter lilioſa; frons ſpeculativa Dominicæ cruci patebat, quam media coma pro columna formoſe feneſtrabat; aſpectus ejus dulcis & amabilis, qui fulgore ſuo fundebat gaudia lucis. Tum auri ſplendorem longe tranſgrediens infula, byſſumque & coccum, ceteraque ornamenta, Salomonis gloriam vincentia, ultra nitorem mortalem ſua præbebant lumina. Crucis vero labarum *, quod ſignifer Domini coruſcanti dextera extulerat, quo victrices Auguſtorum aquilas elideret, ineffabili ſplendore rutilabat. At dexter lateralis mediocri ſtatura condecens erat, oculorũ ſideribus flammabat, facie cãdebat, plano crine purpurabat. Siniſter autẽ lateralis, Euangelicũ Zachęum referebat ſtatura, cujus puſillitas ſublevante Crucis arbore non ſolum Chriſtum videre, ſed & in domum ſuam meruit ſuſcipere; roſas & lilia prætendebat facie, & totus modus corporis gratioſiſſime ſua condecebat habitudine; omnium vero cultus & indumenta ſupra intellectum humanum glorioſa & multimoda varietate fulminabant. Laterales cum medio eunte ibant, cum ſtante ſtabant. Approximantes autem miſero, eos trepide reſpicienti, pariter ſubſtitêre. Tunc qui medius præſtabat, ſocio lævæ talia irrogat: I, Frater, & ab hoc peregrino nos inclamante, quid poſtulet, ſciſcitare. It nuntius, & refert, debilem advenam, beatum patrem Auguſtinum requiſiſſe, & in Dei miſericordia hunc orare, quatenus eum dignetur à nativa contractione curare. Interrupit etiam æger, ſuæ ſalutis avidus, legatarias preces, hos emittens clamores: Ad te, Pater clementiſſime, divino juſſu veni; in te, poſt tot Sanctos requiſitos, reſtat ſalus hujus deſtituti, ſicut cæleſti oraculo didici.

D

* barbarã

E

inter magnos dolores erectus ſanatur,

6 Tunc ille mediatione præcipuus, quem ipſum Auguſtinum fuiſſe & ſuo nomine declarare hactenus diſſimulavimus, utriſque lateralibus (quorum dexterum Laurentium, ſiniſtrum Mellitum extitiſſe, fideliter credimus) benigno reſpectu & paternis hæc ſuggerit adhortationibus: Ite, cariſſimi, ite; eumque ſolutis nativis nervorum nexibus in ſtatum ſuum erigite. Protinus dexter comes debilem à capite utriſque palmis adſtringit, ſiniſter vero talos innatos extalibus, ceu robur arboris, à ſuo nodo extrahit & evellit, atque intortos poplites in directum oſtendit. Sanguis vero uberrimus diſrupta carne profluxit: quæ ſanitas ob hoc forſitan facta eſt acerbe, cum poſſet à Sanctis fieri mitiſſime; ut æger ab animæ & peccatorum ſanaretur debilitate, & ex difficultate diſceret ingratus non eſſe. Clamabat ergo inter anguſtias curationis, ubi inveteratus morbus expavit virtutem novæ medicationis: Miſeremini, inquit, miſeremini, Domini mei, parcite contorto & fragili. Adhuc vociferabatur, & jam toto corpore extentus terræ ſoſpes agebatur. Nec mora in ſtatum ſuum erigitur, pleneque vigoratus ipſos tres æthereos Hierarchas, mirabile viſu! ſingulos tumulos ſuos ſubiiſſe conſpicatur. A tanto autem pavore quo clamaverat excitati & exterriti eccleſiæ cuſtodes ac miniſtri, lectulis exturbantur, ad Sanctorum ſacrarium curſim raptantur, mirantur virum adſtantem procerum, quem antea miſerabantur reptantem per humum. Exponit ordine mirabile ſacramentum totius viſionis & curationis ſuæ: indicat manu & voce tumbam B. Auguſtini, qua ipſum medium; & tumbam ſacrati Laurenti, qua dextrum; tumbamque almi Melliti, qua ſiniſtrum memoratorum Principum clare viderat ſubintrare; omnimoda ſcilicet aſtipulans aſſertione, cuncta quæ referebat manifeſte ſe audiſſe & vidiſſe: cruor etiam in pavimento abundanter effuſus, cum cruentatis artubus, tanti miraculi fidem & divinorũ operum laudẽ addebat propenſius.

F

& accurrentibus omnia narrat.

CAP. III. *Eboracenſis civis moribundus*

7 Quia noſter Auguſtinus & noſter Abraham, multorum, immo omnium, ſe poſcentium pater eſt; multis ſignorum apparet argumentis, & in hac elucet ſerie. Civis Eboracenſis urbis opulentiſſimus langue-

A languebat ad mortem : medietas corporis à cingulo vergens, tota jam habebatur defuncta ; in pectore tantum extremus halitus palpitabat. Jam confeſſo, uncto, & communicato finis expectabatur ; jamque ſine voce & ſenſu jacens, circumſedentibus amicis & plangente domo, migrare putabatur. Interea moribundus ſidereum virum, Pontificali excellentia redimitum, aſſiſtentem ſibi contemplatur, qui ſe auroſa virga clementer à latere tactum excitabat, dicens: Surge ocius, & ſequere me. Negante languido ſurgendi facultatem; Prætende, inquit, manum tuam, & me ducem comitare. Mox Angelicus dux, data dextra apprehendens erexit ægrum; ductoque comite in quoddam ſuum hippodromum, tale protulit conſolationis antidotum: Infirmitas hæc non erit tibi ad mortem, quia ſuperna miſeratione meo ſuffragio annuente, jam nunc de ægritudine redibis ad ſoſpitatem plenam, de funere ad vitam ; votum autem tuum, quo ſummos Apoſtolos te viſitaturum orandi gratia voviſti, matura diligenter exequi, gratias agendo ſemper Deo, tuæ incolumitatis auctori.

à S. Auguſtino apparente ſanatur:

B Poſtquam exoratis Sanctorum patrociniis in Angliam recurreris, & Cantuariæ approximaveris, præclarorum Apoſtolorum monaſterium, quod ab Oriente ipſi urbi imminet, ſupplex ingredere : Sanctorumque inibi feliciter quieſcentium expetitis piis ſuffragiis, nuntia meis Monachis ibidem Deo famulantibus, quomodo vitæ & ſanitati de interitu, meo interventu, ſis reſtitutus. Nam ipſe ſum Auguſtinus, totius Anglicæ gentis Pater affectuoſus, omnes vos in Chriſto parturiens genitivis viſceribus, quem quondam ſacratiſſimus Papa Gregorius cum multis adjutoribus in ſalutem omnium veſtrum deſtinavit.

& Romam adire,

8 Inter hæc læta nuntia æger evigilat, jamque vivaciores oculorum acies in aſſidentes vibrat, flentes amicos rediviva voce in gaudia revocat, intimat certiſſime ſe jam redditum vitæ, & ab univerſali Angliæ Patrono Auguſtino, interventore veracique indice ſibi apparente, id collatum & cognitum ſibi fuiſſe. Obſtupentibus ergo omnibus & congratulantibus de ægro tam deſperato, Deumque benedicentibus in tam ſalutifero medico, vir fidelis jam reſtitutus priſtino vigori, Eia, inquit, tempus urget me tanti præceptoris juſſa ac mea promiſſa exequi, quatenus B. Petrum Romæ requiram, ac poſt repetitam patriam, ad ſuum monaſterium & familiam, ſua mandata de facto in me miraculo referam. Qui ubi hæc vota exegit, & paternam Auguſtini affectionem ipſius domeſtico gregi expoſuit, omnes unanimi devotione gratias fuderunt Domino, pro tam grato pii Patris facto & nuntio. Vir autem ille, in ſignum ſuæ curationis, quatuor argenteos impoſuit quatuor ſui monumenti angulis.

deinde Cantuariæ omnia narrare jubetur.

C

CAP. IV. *Princeps iraſcens Regi ad S. Auguſtini accurrenti,*

9 Armis & religione illuſtris Rex Angliæ *b* Ethelſtanus, contra exteros Gentium impetus claſſem navalis exercitus in portu Sandowic collegerat, & ad hanc conducendam ibat: verum ſummi Ducis & Patroni ſui Auguſtini prius opem & benedictionem expetere prudenter elegit, per quem ſe proſperius acturum haud inaniter credidit ; nam ipſe hunc præcipuum Patrem egregie dilexit, ejuſque eccleſiam regiis opibus ac privilegiis more optimorum anteceſſorum ſuorum provexit. Cum paucis ergo huc ad orationem Rex divertens, à venerabili Abbate Ælfontho violenta quæſiti Patroni caritate detinetur. Cui devote prandenti, unus ſuorum Principum, cum furioſa ironia irruens, Pulcre, inquit, Rex tot gentium, ad unius neſcio cujus tranſmarini mortui declinavit ſepulcrum; & relictis tot legionibus, ſine duce oberrantibus, ad Regni & Optimatum ſuorum injuriam, deſpicabili hic accubitu paſtinatur : nos belli procinctu occupamur, & belliger noſter clandeſtinis epulis pro armis accingitur. Optabat contra Regis prudentia vecordem temperare, cujus ſic obviat Sancti defenſor veſaniæ. Iſte quem calumniaris externum advenam, omnium noſtrum, quos late ambit Oceanus, divus genitor eſt, omneſque hujus orbis filii à nullo terreno parente præclarius, quam ab ejus generoſitate ſumus generoſi. Nemo hujus mundi nobis propinquior extitit, nemo plus contulit, quam qui ſe ipſum dedit, & animam ſuam propter Chriſtum ponere venit. Hic gratuitus pater ingratorum, & ultroneus miſerator tenebrarum noſtrarum, ampliſſimam natalitiæ Romæ gloriam propter nos, non propter noſtra reliquit; & ab illo mundi vertice ad hunc noſtrum angulum declinavit, atque perpetua caritate ad perpetuam ſalutem noſtram nobiſcum perpetuo manere elegit; exemplo ſcilicet mundi Salvatoris, qui de æterna cælorum gloria ad infimum ſeculum noſtrum deſcendit, ut nos ad ſuæ celſitudinis claritatem erigeret. Et nos, ob tanta Dei ſuorumque æmulorum beneficia, repulſas reddimus & opprobria? Deſine ergo infelix arrogantia blaſphemare ; & nobiſcum potius benedictione & caritate paterna participare: nã quiſquis tam verum Parentem contempſerit, in æternum degener erit. Hæ itaque interminationes recte in caput decidêre contemptoris.

fruſtra à Rege de blaſphemiâ objurgatus,

AUC. GOCELINO.

E

terrâ dehiſcente abſorbetur.

10 Memoratus itaque Princeps, ſpreta ſancti caritate, ſpreto Rege & ejus licentia, cum omnium prece, aſcenſo equo ad exercitum feſtinat ſæva indignatione. Qui veniens ad locum, Ciolum nominatum, non longe à monaſterio ad Orientem ſitum, irruente ira Dei, videt cum ſuis comitibus vaſto hiatu terram dehiſcere, canem immenſæ enormitatis & infernalis nigredinis exſilire, atque in ſe terribili rictu irruere. Hoc igitur monſtro exterritus equus in terga erigitur; & impius ſeſſor excuſſus, fracta cervice ſuperbiæ, in infernum demergitur, & barathri offa efficitur. Dominus autem juſtus concîdet cervices peccatorum: cunfundantur & convertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion. Sic Dei ultione peracta, canis qui videbatur evanuit: nam tali hoſte perire debuit, qui contrà ſanctum Domini Auguſtinum tam ſæve oblatrare non timuit. Adeo autem res properata eſt, ut adhuc diſcumbenti Regi factum nuntiaretur. Qui contremiſcens & ingemiſcens; Jure, inquit, incurrit maledictionem, qui Sancti reſpuit benedictionem: jure tartarum hereditavit, qui Patriarcham noſtrum ab hac ſua patria bruto ſupercilio exheredavit.

F

CAP. V. *Cnutus Rex pius.*

11 Quid etiam in mari poſſit, qui ubique terrarum vel locorum credentibus ſuccurrit; quis digne memorabit? In Tranſlatione Deo dilectæ Virginis *d* Mildrethæ ſatis expoſuimus, de *e* Cnuti Regis Danorum tempeſtuoſo periculo ad tam mirifici Patris invocationem ſedato, quod & in hac menſa avido convivæ apponimus, eodem quidem ſenſu, licet alio verborum apparatu. Is ergo de expugnatore Pater Angliæ, de vaſtatore eccleſiarum conſtructor factus eſt egregius. Hæc mutatio dexteræ Excelſi, qui de tenebris lucem, de tribulatione reddit exultationem. Ille, erga Sanctos patriæ ac Dei miniſtros cum eſſet devotus, præcelſo Auguſtino tamquam Sanctorum parenti deditus erat attentius, illi ſe commendabat obnixius. Igitur Romam proficiſcens ad Apoſtolorum ſuffragia, hunc ſibi Apoſtolicum ducem ac patronum in omnibus viſendo ſuppliciter requiſivit, & muneribus ac votis adjunxit: quo fretus ibat feliciter ac proſpere, acceptiſſimus tam Principibus ac plebibus ipſique Imperatori, quam Clero & Sacerdotibus ipſique Romanę monarchiæ Præſuli. Grande erat ſpectaculum gratumque miraculum popu-

d

e

peregrinatus Romæ,

AUCT. GOCELINO.

populis & nationibus, quod Rex quatuor Regnorum ſublimium, iret, ferro quidem inermis, ſed Apoſtolica fide armatus, ut Apoſtolicus Domini peregrinus. Non illum à cœpto deterruerat avidum regnandi hominum genus, cujus vacua regna ambirent circumhabitantes gentes, velut obſidione cingentes. Auctus ergo quæſitorum Sanctorum præſidiis cum Apoſtolica benedictione, tandemque redux ad Anglicum mare, excipitur gaudenter ſuorum occurrentium claſſe.

In reditu prope Angliã à tempeſtate periclitans,

12 Proſpero itaque vento jam medium pelagi nautæ tranſierant, jam ſua Anglia oculis patebat; cum repente verſa ſerenitas in ſeveritatem, omnium procellarum & turbinum evomuit furorem. Pontus à fundo evertitur, undarum montibus ad æthera graſſatur; hic terra inter fluctus aperitur, illic cælum fluctuoſo vertice pulſatur, pendulis ratibus patula charybdis intentatur. Quantus hic omnium tremor & terror, ubi omnem ſpem effugii ac remedii obruit irruens mortis horror! Cælum undique & undique pontus, undique expugnans ventus & fluctus; naves in mari, & mare in navibus. Contra hunc Martem nil agit lorica & clypeus, haſta & gladius; hic bellator nullam veretur multitudinem; B non Xerxem Regem, cujus exercitui terra defuit, cujus claſſibus mare defecit; omnes uno hiatu, tamquam unum virum una machæra, devoraret. Quid hic dices Regnorum Monarcha? Numquam in terreſtri acie vel in placidioris undæ certamine talem incurriſti quæſtionem. Ubi nunc regna tua, quæ avidis aſpectibus oblata, jam pene amiſiſti cum vita? Eruant te modo in quibus confidebas, ſi Auguſtino adjutore, tuis copiis fretus, non indigeas. Quinimmo niſi ipſe ſuccurrerit, jam omnia perdidiſti, jam cum omnibus periſti. Tum vero Rex, tot fremitus tempeſtatum, ſtridorem rudentum, rugitum procellarum, ictus turbinum, clamorem nautarum, jam pene exanimis, tali voce interrupit,

invocat S. Auguſtinũ,

dicens; Quæ eſt hæc ira, ſanctiſſime Pater Auguſtine, vel quod ſcelus meum, ut in tuo patrocinio ubique confiſum, jam longo itinere pene exacto, in conſpectum mei Regni perductum, hic tandem tradas ad interitum? & in hac abyſſo tot fluctibus obruas, tot periculorum montibus interimas? Si puniendus eram, ſaltem in tantis terrarum ſpatiis vel viliſſimo loco humanam conciliaſſes ſepulturam, dummodo non traderer in hanc vaſtiſſimam lacunam, & in prædam marinis belluis devorandam. In C quem Sanctorum jam audebit confidere, qui me audierit in tui fiducia periiſſe?

13 Hæc elevatis oculis & manibus proclamans, apertis theſauris ſuis auream laminam extraxit, & hac totam Regiam navim ſuam capaci longitudine circumcinxit; addidit & decentiſſimum pallium cum aliis feſtivis opibus, atque hæc ornamenta interventori Auguſtino cum his precibus ac votis prætendit: Succurre, inquit, Pater clementiſſime, in Chriſti nomine, tuaque ſancta interceſſione ab hoc me erue letali diſcrimine, quatenus hæc & alia noſtræ devo-

& liberatus dona offert:

tionis munuſcula mereamur beatæ dormitionis tuæ templo exhibere. Adhuc Auguſtinum ore verſabat, & jam omnis furor pelagi in ſummam tranquillitatem verſus erat; acſi ſubitus ſol condenſas tenebras à toto cælo profliget, aut ſeditioſus tumultus Imperatore ſuperveniente mox conquieſcat. Ipſi nautæ jam remis ſudantes optabant ventos, quos inhianter gaudebant depoſitos, quos letaliter expaverant efferatos: jam quærunt adjutores, quos extimuerant perditores. Hanc mutationem dexteræ Excelſi, per Auguſtinum aut in Auguſtino adveniſſe, novit fidelis Rex cum lætiſſima gratiarum actione longius celebrare. Ubi tandem, ſalvis omnibus rebus & ſociis, optatum littus contigit, ad liberatorem Auguſtinum rapidis equis cum omnibus venit, dona promiſſa & promiſſis addita gratantiſſime obtulit, tamque prædicato Patris miraculo quam ſui præſentia totam patriam lætificavit. D

CAP. VI

Egelwius Abbas ventum diu expectatum impetrat,

14 Retulimus pium interventorem, tempeſtates tranquillantem; referimus & auram navigationi poſcentibus reddentem. Romam & triumphoſos Chriſti urbis Conſules Petrum & Paulum inviſerat Egelwius, Abbas devotus monaſterii quod *f* Ethelingey dicitur: ſed in reditu, maris tempeſtatibus ventorumque repulſus, per totas ſex ſeptimanas à patria arcetur. Pecunia in cibos effuſa, equi & ipſa veſtimenta vendita, afficiebant eſurientes trepida penuria. Tandem Abbas, conſilio Monachi ſui Withgari, ætate & prudentia provecti, animatur; ut qui tranſmarinorum Sanctorum ducatu & interventu bene proſperati eſſent, jam Sanctorum ſuæ patriæ auxilia, quo ad ſua tranſducerentur, affatim implorarent. Summum itaque Sanctorum Angliæ Patronorum Principem Auguſtinum ſupplex

poſt votum ſtruendæ turris:

Abbas precibus ſpecialiter efflagitat: hiſque ſe votis obligat, quod ſi ſe de inſtanti periculo eripiat, ſi beati templi ſui turrim videre & ad ſua ſe ſalvum pervenire concedat, ibi prorſus Auguſtinianam turrim à fundamentis erigere ſatagat. In hac pollicitatione obdormitanti, forma navis in qua veheretur celeri æſtu adventare ſibi eminus cernitur, & in ea E vir Præſularis excellentiæ & formoſitatis ſidereæ, indutus habitu Clericali, nitidiſſimo podere, qui dexteræ manicæ ventilatione navigare volentes invitat ad ſe: quem beatum Auguſtinum fuiſſe fides renuit dubitare. Nec citius ſomniator evigilans oculos aperuit, vel ſocio viſionem retexere cœpit, quam læto nuntio gubernator venit, auram optimam obſequentibus ventis inſtare dixit, ad navim æſtuantes impulit. Ita in Angliam appulſi proſpere, ad ſuum ductorem Auguſtinum in gratiarum actione acceſſere. Hic hoſpes Abbas cum ſuis ab Auguſtinenſi Abbate, ut decebat tanti Patris diſpenſatorem, non ſolum benigne ſuſcipitur, ſed & perditarum rerum largo impendio refovetur.

qua dum fabricatur,

15 Inſulanus itaque Pater prænominatæ Ethelingey, in ſuum cœnobium lætanter acceptus, memor voti, Auguſtinenſem turrim à fundamentis erigit, trabes ſex ad hanc difficulter expetiit, ſeptimam autem diu negatam tandem pro amore redditoris Auguſtini dari obtinuit. Cujus ſufficientiæ cum frequenti * metitione avidus auctor pedem & F ſemis deeſſe ſemper videret, ſine qua opus deficeret; jam prandentes operarios Abbas anxius prævenit, & ſtudio amantis Mariæ, quæ iterum atque iterum in vacuum Domini monumentum reſpexit, iterum metiri per ſe jam notam ligni quantitatem contendit. Forſitan, inquit, aliquo ſolatio Auguſtinus aderit. Res tam mira quam inuſitata! Apparuit trabi trium pedum ſpatium excreviſſe, hoc eſt tantum jam illi ſupereſſe, quantum ante claruerat defuiſſe. Interea regreſſum artificem iterum orat Abbas ligni attentare longitudinem. At ille motus, Non ſi, inquit, millies menſus fuero, plus erit quam fuerit. Menſus ergo, ſuperantem Abbatis modum coæquavit, nimiaque admiratione velut in ecſtaſi poſitus obſtupuit. Sed cum hujus ſigniferæ trabis ſuperſtitem partem pararet abſcidere, & ceteris conformare: Abſit, ait Abbas, ut hæc injuria fiat largifluæ Auguſtini mirificentiæ, abſit ut quidquam minuatur ſuæ beneficentiæ; promineant potius utroque latere & utriſque cornibus Auguſtiniana augmenta; vincat mortalem compoſitionem cæleſtis prærogativa. Sit formoſa deformitas, ſit continua inæqualitas, dum hinc in perpetuum claréſcat

* mentione

trabs juſto brevior, ſubito longior invenitur.

gratioſa

A gratioſa Auguſtini poteſtas. Nunc igitur hoc mirificum lignum, in turrito tecto ordinem exſpatians ceterorum; lucide eloquitur indelebile Auguſtini ſignum.

ANNOTATA.

a *Erat tunc* S. Elphegus Archiepiſcopus Cantuarienſis, *in cujus Vita hæc Danorum incurſio explicatur ad 19 Aprilis: eamdem autem referunt ad annum 1011 Florentius Wigornienſis & alii.*

b Ethelſtanus *cœpit regnare anno 924, ut paſſim Auctores tradunt; aut, ſecundum Chronologum Anglo-Saxonicum, anno ſequente. Inter bella, quæ feliciter abſolvit victor, præcipuum fuit contra Aulianum Norwegum Dublinii & inſularum Hibernicarum Regem Paganum & Conſtantinum Regem Scotiæ, peractum anno 937. Mortuus is eſt 27 Octobris anni 940 aut 941*

c *Eodem modo fuit addictus venerationi* S. Cuthberti, *uti dictum 20 Martii, in Hiſtoria Tranſlationis ejus num. 36.*

d Rex Cnutus *iturus Romam vovit Deo & S. Auguſtino (ſi gratia Dei & B. Auguſtini Patroni ſui adjutorio redux fuerit) corpus S. Mildethræ ad monaſterium S. Auguſtini transferendum. Quod & factum eſt. Conſule Chronicon Willielmi Thorne de Rebus Geſtis Abbatum monaſterii S. Auguſtini.*

B

e Cnutus *ſive* Canutus *in Regem electus eſt anno 1015, mortuus 12 Novembris anni 1035.*

f Ethelingey, *id eſt, nobilium inſula, in Somerſettenſi agro, ab Elfredo Rege munita anno 887, & anno ſequenti exornata monaſterio ibidem conſtructo. Conſule Aſſerum de Rebus geſtis Elfredi, Dunelmenſem, Bromtonum & alios.*

CAPUT II.

Alii naufragi aut periclitantes, à morte & tempeſtatibus liberati.

16 CAP. VII. *Elfnothus naufragus in mediis fluctibus incolumis ſervatur,*

POſt tanta ſuperati pelagi ſigna, quis non miretur naufragum inter fluctus ſervatum, navi ſubmerſa? Res ita provenit. Erat vir in curia S. Auguſtini à pueritia enutritus, ſtudio Auguſtinenſis Abbatis *a* Wlfrici inter præcipuos Lundoniæ ſublimatus, nomine Elfnothus. Hic cum apud primum ex Normannis Angliæ Regem *b* Wilielmum in Normannia moraretur, tandem Regio nutu aſcenſa navi in Angliam regreditur. Jam medium æquoris ſulcante carina, oborta tempeſtas immaniter attollit freta. Hic non longa expoſitione eget mortalis jactura. Rudentes rumpuntur, velum ſcinditur, malus frangitur, navis ſubvertitur, cum omnibus rebus ac hominibus in profundum demergitur. Solus Elfnothus, quem [in curia] B. Auguſtini nutritum diximus, inclamato jugiter tanti Patris nomine & ſubventione, nudus rerum ad malum ſe proripuit; ibique quaſi mortis depoſitum declinis inſedit, vel pendulus amplexo ligno inhæſit. Sic ſuperſtitem tota gurgitum indignatio proſequitur: ille nunc procellis obruitur, nunc emergens rejicitur, nunc excuſſus malo antennæ incumbit vel tabulæ, vel quidquid fractæ navis fluctivagus arripere potuit. Ita miſer per duos dies & noctes luctatus cum * marina rabie, in tam continua morte, te, Pater Auguſtine, invocando expertus eſt cuſtodem vitæ. Diſtuleras quippe palam ſuccurrere, qui juvabas occulte, ut ille exerceretur in fide; & (quod præcelſius eſt) ad majorem Chriſti gloriam proficeret, quod in tantis periculis turbinum, frigoris, famiſque duraſſet, quam ſi continuo liberatus eſſet; ſimul etiam remorata ſalus gratior rediret. Tertio itaque die cum Chriſto reſurgente ſerenitas reluxit, & Auguſtino duce navis ex Normannia ſupervenit; cujus nautæ miſerati pereuntem, intra illud ſuum navale aſylum ſuſcepere, & ad deſtinatum littus perduxere. Videmus hic, ut minora magnis comparemus, magni Pauli tertio naufragantis virtutem noſtrum Auguſtinum in ſuo naufrago exercentem, & laudem Domino dedicantem. Veniens ergo naufragus ad ſuum Paſtorem & liberatorem Auguſtinum, cum gratiarum devotione, ubi Domno Abbati *c* Scollando cunctiſque Fratribus ſuos eventus expoſuit, omnes in magnam tanti miraculi celebritatem accendit: pro ſuorum vero ſociorum interitu ultroneas omnium orationes obtinuit. AUCT. COELINO. c

17 Ecce ſicut unum, de una navi cum ſuis nautis abſorpta, ſalvatum retulimus; ita alio tempore unam ejuſdem Patris miniſtram navim, omnibus aliis demerſis exportatam, referimus: neque enim minore miraculo habemus inter bellantia freta ſervatos, quam quos primitus diximus ſedatis fluctuum bellis ereptos. Igitur ſub primo ex Normannis Anglorum Rege Willelmo ſupramemorato, negotiatores ex Anglia, quindecim navibus Normanniam Catomenſi foro appulſi, ubi peractis mercimoniis parabant regredi, convehendis lapidibus ad Regis palatium Weſt-Monaſterii à Regio exactore ſunt addicti. Præerat huic officio vir probus Vitalis nomine, qui à Domno Abbate Scollando ſuſcepta fraternitate, in convectione lapidum ad S. Auguſtini monaſteriale ædificium ſe præbebat efficaciſſimum. Itaque uni ex prædictis quindecim navium magiſtris fidiſſimo perſuaſit, uti ſe in hujus perpetui apud Deum remuneratoris ſacroſanctum miniſterium donaret, unde ſibi præſens ac perpetua merces accreſceret. Mox ultro obtemperanti dat litteras ſigillatas ad Abbatem prænominatum, de conventione navis ac lapidum, juxta modum ceterorum. CAP. VIII. *Deferens lapides pro ædificio S. Auguſtini,* E

18 Tandem rebus compoſitis, ſereno diluculo, omnes quindecim naves in judicium maris emittuntur. Heu cæca futuri mens hominum & fallax vultus Sirenarum! Eſt vulgare proverbium, Ad veſperum lauda matutinum; lauda navigantis felicitatem, ſed cum pervenerit ad portum. Vela dabant læti, & aſpirante favonio alacriter currebant. Jam tertia pars captati æquoris excurſa videbatur, cum mox tanto fremitu furentibus Auſtris Nereus inhorruit, ut Æolum totum ſpiritum procellarum effudiſſe crederes. Quid humanam calamitatem retexere longius certem? Quis vero occulta, ſed ſemper juſta, non fortuita, Dei judicia diſcutere audeat? De quindecim expoſitis navibus, quatuordecim in brevi ſunt abſorptæ, cum hominibus & lapidibus cunctiſque ſarcinis ſuis, non parcente turbine ipſis Regiis ædificiis. Alias fluctus obruerat, alias rapiens vortex deglutiverat, hos atque illos dehiſcens pontus ſepeliebat. Miſereatur miſeris illa, quæ in miſeriâ ſuperabundanter compatitur miſericordia, quæ in tribulatione dimittit fidelibus omnia peccata: Beati mortui qui in Domino moriuntur. F *aliis 14 navibus tempeſtate demerſis,*

19 Sola vero ſupererat navis illa quintadecima, quæ Auguſtino rectore grandia ſanctuarii Dei geſtabat ſaxa, ad baſes, ad columnas, ad capitella & epiſtylia. Tremebat vectrix miſeranda ad ſuam quæſturam, expectans quaſi damnata judicialem abſumptorum ſententiam, non reſpiciens Auguſtini defenſoris præſentiam: tot enim hujus ſolitariæ ratis pupilli pertulere turbulenta excidia, quot ſociorum videre naufragia. Cumque ad Deum ac Dei famulum Auguſtinum inter tanta clamarent diſcrimina, adhuc fortiori ictu impulſi ſunt, ut fortius clamarent, & perſeverante terrore attentius in oratione perſeverarent; donec eo mirabilius quo deſperabilius *vehementer concuſſa etiam ipſius navi,*

*maxima

AUCT. GOCELINO.

evasissent. Denique flatus vehemens, velut hostis indignans ad formidantium clamorem, & in hanc efferatus solam superstitem, acri impetu arietat, velum cum antennis & ipsum malum excussum in mare præcipitat, navim dissipat, & pene ad eversionem inclinat. Aucto timore augetur vociferatio ad Deum Sanctumque suum Augustinum, ut Dominus imperio, servus obsequio subveniat. Alii lapides ejicere & navim alleviare parant: quos fidelis & prudens gubernator increpitans: Quo, inquit, insani subsidia nostra ejicitis? An non perpenditis, quia nisi his opibus templi Dei & procuratoris sui Augustini suffulti essemus, aut cum primis, aut cum mediis, aut cum postremis intereuntibus interiissemus? Quin vero credamus, his sacris oneribus nos magis leviari quam premi, magis efferri quam mergi; tantum nos liberare dignetur superna Clementia, per tanti Patroni suffragia. Si autem nostris sceleribus exigentibus hic sumus sententiati, numquam diffidamus, hanc tribulationem animabus nostris perpetuam salutem operari; dum quasi pro reverentia Dei & Sancti sui hæc pertulerimus, qui ejectis lapidibus forsitan evadere possemus & noluerimus, ne per damna ecclesiæ incertum vitæ lucrum quæreremus. Nunc, ó fidissima pectora, sanctissimum Patronum nostrum & Apostolum, nos maxime ipsius ministri, in communi periculo communi jugiter [oratione] inclamemus: nunc, inquam, per hunc Deo juvante insurgite; & damna navis atque cursus nostri pro tempore & copia reparate.

nolente gubernatore lapides ejicere,

B

20 Sic omnes confortati exaudientissimum Patrem inclamitant cum spe, qui ante clamaverant pro timore. Illico undosam navim exhauriunt, mare in mare rejiciunt, rimas detritæ ratis stupa occludunt, & ubi grandius foramen violentior ictus egerat, complicatos pannos aut aliquem assidentem vestitum, qui undis resisteret, infigunt. Promptiores velum de ponto intra navim attrahere properant, chordis, contis, & palis longis intentant, & ad ventorum vesaniam temperant: sicque mira Dei providentia Sanctique sui diligentia, per aspera & incerta, per longa & continua tempestatum ac mortium discrimina huc & illuc pervagati, tandem in portum, quem Angli Brembre appellant, salvi cum omnibus suis sunt appulsi. Tum vero indubitanter agnovere, quam fidum de cælo habuerint rectorem, qui eos probare periculis, non punire voluerit. Testis est ipsa carina, quę quasi pro suis nautis, quos advexerat,

mirabiliter adducitur ad portum:

ibique allisa in partes dissilit,

C

ibidem est tradita. Nam ad evidentius miraculum suffragiorum Augustini, non citius omnes incolumes sunt egressi, quam illa à fine ad finem fissa, in geminas partes dissiluit. Ac ne quid damni inficeret tanti Custodis præconium, omnes lapides quos attulerat, illęsos deposuit gremio arenarum. Ad quos evehendos ductor navis aliam navim pretio acquisivit, & in illa omnes composuit: inde Cantuariam cum nautis veniens, præclaro Abbati Scollando litteras superius de conventione susceptas depromit; deque suis casibus, quam mirabiliter per advocatum Augustinum emerserit, tam ipsi quam cunctis Fratribus lætanter & lacrymanter exposuit. Fiunt Deo ab omnibus gratiarum libamina cum solenni tripudio, videlicet de tanti Patris miraculo, in tam desperatorum remedio. At memorabilis Abbas, altius compatiens & congaudens, ultro dat pretium lapidum ex litteris comprobatum, ac superaddit aliquot * solidos in pignus gratiarum. Nauclerus haud ignavus animi, nec immemor beneficiorum, totam recepti quæstus ac pecuniæ medietatem Deo obtulit, ad ipsum Interventorem præstantissimum, gratias affatim reddens pro sui ereptione, orans atque ab omnibus orari poscens lacrymose pro submersorum amicorum perpetua requie.

salvis vectoribus lapidibusque.

* solidorum

D

21 Simile ejusdem Patris miraculum huic subnectimus, eo scilicet brevius quo similius. Superiori tempore, navis, à Normannia placido mari immissa, petebat Angliam grata favente aura. Jam terrâ ab aspectu relictâ, infestissimis flatibus unda sævit agitata. Ratis solivaga vastissimâ undique expugnatur procellâ, velut urbs infinito exercitu obsessa: solvitur fragilis cymba, tamquam omni ariete & machinâ conquassata. Quid enim agat imbellis unica ad universa bellorum jacula, quam & impetebant aër & maria? Undique hiantibus rimis, ut capta & distracta, cedit irruentibus undis. Clamor pereuntium fertur ad sidera, non jam pro vita desperata (quid enim speraretur jam morte inflicta?) sed ut miseris animabus indulgendo subveniret inexhausta Salvatoris misericordia, per piissimi amici sui quem invocabant Augustini patrocinia. Quid ultra? Jam ad summas tabulas pontus intrinsecus ascenderat, jam malum & velum furiosa tempestas longe in fluctus expulerat, jam finis & conclamata videbantur omnia. Sed mirabile dictu! Deo, sui famuli quem petebant gratia, miserante, navim unda quæ ad interitum possidebat, ipsa quodammodo sicut bellua Jonam deducebat; fluctus intus accrescens captivos suos absorbere parabat, & navis exarmata suis telis ac velis ibat, nec attendens minantem voraginem cursum tenebat. Adeo miro modo gradiebatur vel jactabatur, acsi ipso pondere aquarum quo mergeretur, potius à mersione servaretur.

CAP. IX *Alia navis jam jam mergenda.*

E

22 Cum ergo tam longa & continua morte, immo tot mortibus quot turbinum ictibus, fluctuantes morerentur; tandem reluxit oculis Apostolica Augustini tellus, & tunc moribundis cœpit ægre redire vitalis spiritus. Tunc post letæas noctes lucifer canduit splendidus: sed his, quos terror merserat & naufraga dux ferebat, adhuc erat nubilus. Jam tantum de desperatione & certa morte ad incertam salutem incipiunt respirare; quique hactenus præ timore clamaverant, jam inter spem & timorem clamare gestiebant: Deus mirificator almi Augustini, qui nos per tanta miracula hucusque adduxisti, per ipsius merita nos de debito exitio ad portum salutis perducere dignare. Talia jugiter vociferantes, *d* Winceneseу contra mortalem spem pervenere, ibique de navi quasi de ceto Jonæ, aut lacu Danielis, aut spelunca Lazari, exiere. Continuo vero, quantum experti sint ductorem Augustinum, ad ejus requiem currentes monstravere: ibique oblatis votis & luminaribus, de quanta eos eduxerit internecie, cunctis monasterii Dei ministris clara fide rerum expositore: ad quem desiderabilem tanto amore in gratiarum relatione festinarant, ut madentia adhuc de mari vestimenta in argumentum veri exhiberent, quæ etiam ante Sancti visitationem mutare noluissent. Sed hic propositam brevitatem rei sublimitas excessit, & currente rotâ de urceo instituto amphora exivit.

invocato Sancto

d

salva appellit.

F

23 Verum hic rursus liberat clamantes sedata tempestate, qui ante eduxit naufragantes tempestate ipsa perseverante. Præclarus inter Fratres senior, hujus miraculi assertor & testis eo certior extat, quo in se & sociis factum irrefragabiliter comprobat. Hunc ergo memorabilis Abbas Scollandus, in ædificio Augustalis monasterii ardentissimus, videns in hac arte, ficut in aliis bonis, ingenii gnarum *e*, recidendis & evehendis de trans mari saxis fecit magistrum. Nec vero iste minus fervens ad obsequendum, ascensa rate fertur in *f* Marchiam, Flandriæ villam, fœcundam lapidum. Ibi præfectis basibus, columnis, & capitellis grandibus, justo onere navale vehiculum impletur. Sed quid unquam antiquus livor imper-

CAP. X *Tempestas alia sedatur, aura secundiore.*

e

f

A imperturbatum reliquit? Elatis jam velis & hilariter illis euntibus, repente ventorum vis effunditur, montibus & vallibus ſuis trux pelagus evolvitur, navis ictibus quaſſatur, fluctibus obruitur. Tunc Patris Anglorum famulus, numquam tali clauſtro coarctatus, foris pelagi, intus animi altis agebatur fluctibus. Sed reſpirans ad notum Parentem, in hunc erumpit, atque omnes erumpere in hunc perſuadet clamorem: Inclite Pater totius Angliæ Auguſtine, hic in tua ſervitute periclitantes nos erue, ut ad Dominicum templum labores noſtros te duce mereamur perferre. Ad hanc precem ita omnis immanitas turbinum conquievit, ut navis quaſi in ſicco vel ejectâ anchorâ videretur immobilis, tamquam vaſta trieris. Tunc manibus & brachiis innitentes, pro periculo laborem ſuſcepere.

Infidunt tranſtris, & verrunt cærula remis.
Cœpere rurſum ventos poſcere; moxque à benigno exauditi adjutore, amplos veli ſinus expandere; latoque ac felici curſu in optatum portum ſuum, cantantes celeuma, applicuere. Hæc vero ſignorum gaudia, ubi memoratus Frater tunc junior, nunc venerabilior, Domno Abbati Scollando retulit; ille elevatis
B manibus, in benedictionem Dominicam, congaudentibus Fratrum choris, erupit.

CAP. XI 24 Tanta tanti Præſidis inſignia, quibus noſter relucet Oceanus & maria, quam ſunt ubique potentia, etiam Græcorum experta late prædicant æquora. In illo Pelaſgo pelago & navigio, quo hæc quæ memorabimus claruere, affuere ex noſtris Fratribus viri fidei probatiſſimæ; qui nobis conſtantiſſima aſſertione jurando vera probavere, & adhuc ſuperſtites probant tali narratione. Circa Pentecoſtem, aiunt, de Regia urbe Conſtantinopoleos Venetiam navigaturi, mare intravimus. Fuimus in navi centum quinquaginta viri, cum turba generis & ordinis diverſi, Græci & Angli, Clerici & Laici, plerique eruditiſſimi. Ingens trieris noſtra pleno vento & velo currebat, & ut magni maris ſpecula caput tollebat. Interea vis ventorum acrius juſto intumuit, & fluctus qui moloſam puppim æquis viribus ducebant, indomito bello frangere aut abſorbere parabant. Periclitamur ergo, cum tanta moles nec modico vento procedere, nec nimio durare, nec portum niſi temperato poſſet ſubire. Non ferebamus tempeſtatem à tergo impellentem, quanto minus in facie repellentem? Depoſitis velis, ejectis anchoris, vim ſæviendi ſubduximus furentibus auris; verum graviter oppugnabamur tergiverſantibus & allidentibus undis. Itaque per plures dies diutino vitæ diſpendio tenebamur captivi, velut exitiali judicio aut judiciali exitio proſcripti.

Navigantes Conſtantinopoli Venetias Græci & Angli,

tempeſtate ſuborta,

C

25 Inter hæc, fauſta ac deſiderabilis primi inſtitutoris noſtri in Chriſto Auguſtini feſtivitas imminebat, quæ ſolet feſta Pentecoſtes, ſecundum Paſchales Cyclos, aut prævenire aut ſuccedere aut intervenire. Tunc & mœrore & gaudio, ſpeque metuque agebamur trepidi: mœrore, quia incommodus erat locus paternæ feſtivitati; gaudio, quod per hanc illuſtraremur præſentia paternali; ſpe, quod hanc celebrando poſſemus liberari; metu, ne natione diverſi diſſentiremus à ſalute communi. Suggeſſimus ergo nauclero & ceteræ multitudini Auguſtini clarum nomen & meritum, atque inſtans ſolennium, quem dudum Apocriſiarius Conſtantinopoli & Apoſtolicus Romæ, convertendis Anglorum gentibus dedit Apoſtolum, virum Apoſtolicarum virtutum, tam in vita quam poſt vitæ bravium ſignorum potentiſſimum, cunctiſque poſcentibus ſuccurrentiſſimum: quibus ſi unanimi voto placeret feſtivum ipſius triumphum celebrare, nos de nota ejus bonitate auderemus ſpondere, quia optatæ auræ potiremur proſpe-

AUC. GOCELINO. *celebrant feſtum diem S. Auguſtini,*

ritate. Omnibus ergo tam Sacerdotibus quam ceteris conſpirantibus in Auguſtini præconium, venit cum Dominica votivum ipſius ſolennium: utque eramus inibi grandis chorus Sacerdotum & Clericorũ, Veſperas & tota nocte vigilatas egimus Laudes; & Chriſtum in Sancto ſuo glorificantes, ejuſque interventu cum timore & fiducia ſalvari poſcentes, omnia tunc nobiſcum pio Patri ſollenniſabant, omnia Dominico militi militabant. Navis erat, eccleſia; malus, Sion ſpecula; crux, antennæ; carbaſa, aulæa; prora, ara; Sacerdos, proreta; gubernator, Hierarcha; remiges, Clerici; rudentes, pro cymbalis & organis; ventoſi ſibili, pro ſollibus & fiſtulis. In circuitu ingens maris atrium & infinita turba fluctuum reſpondebant pſallentibus crebris alliſionibus undarum. Cantabat aquoſa Eccleſia; Benedicite maria & flumina Domino, benedicite cete & omnia quæ moventur in aquis Domino: & eadem reddebant aquæ cum ſuperno choro: omnia adeo perſonabant ſolennem Chriſtum Chriſtique ſolennem famulum Auguſtinum.

26 Poſt nocturnales Laudes pene in lucem celebratas, requieſcentibus ceteris, Nauclerus pervigil, E
dum notat ſidera, dum explorat aëra, videt illico ſentitque quid valuerit Auguſtini quæſiſſe ſuffragia. Nam eotenus repugnantia flumina, hujus gratia in auram gratiſſimam converſa, facta ſunt navigationi noſtræ prorſus auxiliaria. Læto itaque clamore & canora teſtudine omnes excitat, & quaſi piratica vis irruat, gaudia tamquam prælia intimat. Surgite, ait, ocius, ô ſocii: adeſt nobis Deus in Auguſtini ſui feſtivitate, adeſt & Auguſtinus feſtinus in Dei ſui directione: bene ejus hodie feſta celebramus, cujus interventu non ſolum à mortis terrore liberamur, verum etiam optato vento & curſu ad optatum littus dirigimur. Hic eſt gubernator, hic ductor & navigator: ipſe impellit, regit, vehit, præcedit & ſuccedit. Nunc ergo feſtinemus divina Myſteria in ejus veneratione explere, tantoque duce ſecuri feliciter enavigare. Ad hæc læta hortamina tota turba, tenſis palmis in gratiarum libamina, Auguſtinum tollit ad æthera, quem ſe inveniſſe novum adjutorem triumphant inter tanta pericula. Statimque, ſicut qui hoſtem fugiens ad domeſticum Patronum currat, feſtivam Miſſam cum celſo jubilo in ipſius honore concinimus, ejuſque merita auctori Domino immolamus.

27 Sed inter hæc Signifer Domini ſignum dat ſuæ præſentiæ, fidem exterorum novellam erga ſe C
veniens divo ventilabro diſcutere, & in Deo attentiorem facere. Nam cum ſacrum Euangelium legeretur, tantus ſpiritus turbinis mare & navim impulit, ut Sacerdos, niſi viri robuſtiſſimi hinc inde à lateribus hunc ſuſtentaſſent, Dominicis Sacramentis conficiendis nequaquam aſſiſtere poſſet. Exacto vero ſalutari Myſterio tanta temperies rediit, ut opportuniorem optare neſcirem ad propoſitum locum, videlicet ad velificandum, excurrendum, portumque inoffenſe ſubeundum. Currebamus ergo obſequentibus ventis gaudentes & alacres, Deique mirabilia in tam mirifico Sancto ſuo magnificantes, pollicentibus omnibus toto affectu ſe ejus feſta quotannis perpetuo celebraturos, nomẽq; ipſius & virtutum inſignia ubique declaraturos. At princeps navis tam feſtivum ſe inter tam feſtini adjutoris feſta exhibuit, ut non ſolum ſolennibus ejus laudibus devote congauderet, ſed etiam epulis & vino largifluo convivas ſuos exhilararet. Jam vero felici curſu diei ad veſperum exacto, Angli de noto Patrono fiducialius præſumentes, ſuadebant ſociis, de auræ incertitudine dubitantibus & ad portum nitentibus, quod ſi irreflexa fide cœptum iter tenerent, ipſam auram uſque

& Miſſa Sacrificio peracto obtinent temperiem,

aliq; portum.

AUCT. COCELINO. ad deſtinatum locum perſeverantem haberent. Sed aliorum ſententia prævaluit, ut magis portum ſubiremus, & diutino labore tabeſcentia membra quiete reficeremus. Ubi vero poſt ſolis occaſum portui ſuceſſimus, mirabile dictu! ipſa dialis tranquillitas abiit, & prior tempeſtas adverſantibus ventis recurrit: ut videlicet doceret Auguſtinus, tamdiu proſperitatem affuiſſe, quamdiu ſuæ feſtivitatis veneratores vellent navigare; iterumque votis obtinendam auram, cum ipſa ſtatione decernerent procedere.

ANNOTATA.

a *Hic eſt* Wlfricus *ſive* Wulfricus *junior, ab Archiepiſcopo Eadſino anno* 1047 *benedictus, & anno* 1059 *vita functus.*

b Willielmus *Conqueſtor regnavit ab anno* 1067, *ad an.* 1087.

c *Ita Mabilio*: Schotlandus *aliùs ſcribitur, & in ecgrapho Tranſlationis utroq; modo ſcriptum reperitur nomen, frequentius tamen* Schollandus. *Fuit hic natione Normannus, Abbas conſtitutus anno* 1067, *vixit uſque ad diem* 3 *Septembris anni* 1087.

d Winchelſey *in finibus Suſſexiæ verſus Cantium.*

e *Mabilio* agnarum *& videtur hic nomen proprium agnoſcere, ſed cum eo nullus ſit ſenſus: itaque mutavi & ſcripſi* gnarum.

f Marchia, *inter Caletum & Gravelingam, non quidem ad mare ſita eſt, ſed utrimque per mediterraneos canales ſubvectas naves planiores recipit: ejusque iterum infra ſit mentio.*

CAPUT III.

Muti loquela, claudi greſſu, captivi libertate donati.

CAP. XII 28 IAm ſepteno miraculo, in ſeptem Chriſti convivis piſcatoribus & ſeptiformi gratia Spiritus [ſignato], Auguſtinum fluctuantes liberantem [ſequendo], per mare navigavimus: nunc ipſum per terras, diverſas clades curantem, reducemus. Qui hic, incipienti de mutis ſuas virtutes, obtineat tacito vel infantiſſimo Scriptori eloquendi vires. In villa Cilleham notiſſima, Cantuariæ ad Auſtrum ſita, parvu-

Puella muta,

C la octo annorum, patre orbata, matri viduæ unica unicum ſolamen erat relicta. Hanc alebat, hanc fovebat, hanc miſeras delicias inter deſolationis ſuæ miſerias deputabat; flebat hujus orbitatem & ſuam viduitatem; ſibi conjugem, & illi amiſſum querebatur genitorem. Verum dum in hoc materno affectu pendet, dum in hujus profectibus omnem ſpem & mœrorem demulcet; acceſſit doloris augmentum, ubi expectabat conſolationis incrementum. Nam quæ matrem & cognatos dulci alloquio vel cantu virgineo gratificabat, ſubito caſu muta effecta omnes notos mœſtificabat: pro eloquio pecualem boatum, pro cantu mugitum, pro verbis elinguem reddebat gemitum. Mater lugebat, ejulabat, ululabat, & clamabat: Heu, filia mi! hæccine ſpes mea? hæccine ſolatia, poſt patris tui funera, ut optimo officio linguæ mihi ſis funerata? Ex magna enim parte funebris eſt vita, ubi nulla eſt loquela. Nunc, proh dolor! tibi loquendum eſt digitis tacente lingua, & clauſo ore ſolis nutibus abſona dabis verba! Nunc miſere docebis matrem abſurda ſigna, quo ſenſus tuos perpendat, non aure, ſed viſu, pro loquela!

à matre vidua,

monitu Sacerdotis perſuaſa,

29 Talia jugiter conqueſta, querimoniis non eſt contenta, omnia indefeſſe quærit remedia, poſcit auxilia, conſulit medicamina: nemo ferre noverat ſubſidia. Illa muta perſeverabat, & maternus dolor indies creſcebat: cumque aliorum vulnus tempore ſopiatur, hujus augebatur: ſed perſeverantibus in fide ſemper occurrit ſuperna reſpectus clementiæ. Sedula femina tandem Parochianum ſuum lacrymoſe requirit Presbyterum, nomine Elfelmum. Ille humanæ inſcius medicinæ, docet hanc ſe credere divinæ. Proxime, inquit, imminet triumphalis ſolennitas ſigniferi noſtri Auguſtini: in ejus honore cereum faculam compone, & cum hac lampade (decet enim amicum Sponſi cum lampade requiri) luciferâ ac ſalutiferam ſuæ feſtivitatis noctem pervigila in prece cum tuapte ſobole: ubi ſi fideliter perſeveraveritis, credimus in Dei beneficio quod non fruſtra facietis. Ad hæc devota virago, fide armata, velut ab Angelo docta, juſſa maturat lumina. Ad cæleſtem Medicum in ſuo feſto puella venit cum genitrice, ibique ad ipſius vivifica pignora lucifluæ feſtivitatis noctem pervigilant in oratione. Altera orabat & gemebat, altera ſuſpirabat & mugiebat, ſummus autem Miſerator utrique aurem accommodabat. Jam Hymnus laudationis Dominicæ ter ſanctiſonus à Patrefamilias intonatur, & ab excipiente Dei familia ſublimiter chorizatur. In hoc ergo Hymno Opifer qui petebatur ſentitur & agnoſcitur, lingua mutæ puellæ diu obſtricta protinus reſolvitur, os eotenus clauſum ad collaudandum cum Eccleſia Deum reſeratur, pro quo gaudio idem Hymnus finitus lætiſſime repetitur: illa vero diuturna ſilentia rumpit, & in Dei laudem ac gratiarum actionem proſilit. Mater exclamat gaudio cum loquente filia, filia reſultat matri cum concinna loquela. Quid ultra? Peractis matutinis Laudibus, Hymnus laudationis ſuperius decantatus, in quo hæc populo teſte facta eſt ſalus, celſioribus ab omnibus repetitur laudibus, & tam clara Dei in Auguſtino ſuo decantatur virtus.

D

cum tereo ad feſtum S. Auguſtini ducta,

E

loquelam recipit.

CAP. XIII 30 Poſt aliquot annos interfluos, recurrente eadem ipſius ſolennitate, ſimile in ſimili perſona reſulſit miraculum: niſi quod ſuperior recepit eloquium antea perditum; hæc vero, de qua loquemur, ſuſcepit antea inconceſſum. Hæc quippe à nativitate muta, jam juvencula, ſalutis gratia multa Sanctorum peragrabat habitacula; tandem cum plurima populorum undique confluentium turba, ad ſolenniſſimi Confeſſoris Domini devenit ſolennia, ad ipſius ſcilicet vitalia buſta, præfulgidam noctem vigiliis agere intenta. Verum illa quo attentior erat ad vigilandum, eo declivius urgebatur ad dormiendum. Jam celſa producta modulatione, exactis nocturnalibus ac matutinalibus canticis, Euangelici Prophetæ Zachariæ Canticum, quod omni die ſeculi ad perpetuum Dominicæ Incarnationis præconium aſſiduatur, altiſſimis pſallentium concentibus ad æthera porrigitur. In hoc ergo carmine, quo apertum eſt os Zachariæ, quod clauſum erat Angelo interminante, mirabili ordine, Domini gratia dilecti ſui Auguſtini ſolennio favente, os etiam mutæ dormientis aperitur, & lingua in nova verba reſolvitur. Erumpens animà ſomno, tamquam nimio terrore agitata, clamabat ter patria loquela, voce elata: Parce, parce, parce Domine.

aliâ à nativitate muta,

F

ſub cantico Zachariæ,

31 Sic vociferantem invadunt undique & noti & ignoti, percunctantur ſtupidi qui noverant numquam antea locutam, unde ei hic clamor & vis loquendi. Primo illa cunctari, nec audere viſum myſterium effari; ſed omnibus ſuadentibus atque urgentibus, verbis inuſitatis, quæ ſola didicerat aure, ſic referebat balbutienti ruditate: Propoſueram equidem hanc ſanctiſſimam noctem pervigilem ducere, ſanctique Patris clementiam qua meæ calamitati ſubveniret exorare; ſed renitentem blanda ſomni prærripuit violentia: quâ capta, nec dulcius umquam

nec

A nec ſuavius requievi in vita. Hic mihi refulſit vir Angelicæ gloriæ, Pontificalis excellentiæ, ætatis venerandæ, reverentiſſimus nivali & paternali crine. Effundebat radios ſuos facies ſplendida; fulgebat cum zona Pontificali auroſa infula; candebant ſubter veſtimenta auro circumtexta: me vero anxie trepidantem ad tam decoram ornatamque majeſtatem, amplius terrebat illa ſublimitas per dignam increpationem, ut videlicet gratius conſolaretur per paternam curationem. Pontificalem enim baculum, quem manu tenebat, intentans labiorum meorum clauſulæ, videbatur hoc acumine os meum tranſverberare velle, arguendo plane meam ſegnitiem, quod omnibus vigilantibus ſola dormirem. Hoc igitur terrore plurimum concitata, ſolutâ Dei beneficio linguâ per tanti Patroni ſuffragia, in hæc nova quæ audiſtis erupi verba, quam vere conſtat nulla unquam prius uſam fuiſſe loquela. Ad hæc audita proclamat admiranter, Deo laudes, turba circumfuſa; qui mirabilis in Sanctis ſuis, hæc in S. Auguſtino oſtendit mirabilia. Certant tantum adhuc Æditui verum altius experiri, videlicet palpantes in luce tam evidenti. Satisfaciunt vero omnibus magnis juramentis puel' e noti & vicini, hanc ex quo nata ſit hactenus mutam fuiſſe proteſtati. Hæc etiam convenientia non faſtidioſe recolenda eſt pro digno miraculo; quod in hoc Cantico quo mutus Propheta locutus eſt, Chriſtum ejuſque Præcurſorem prophetando; per noſtrum Auguſtinum, muta loquente, viſitavit nos Oriens exalto.

apparente S. Auguſtino,

uſum linguæ recipit:

B

CAP. XIV

Podagri curatio à S. Auguſtino incepta,

32 Diverſis etiam debilitatibus potens curandi in Chriſto divinus noſter imperat Medicus. Degebat Lundoniæ vir rebus præclarus; ſed timore infauſto arctiſſimæ podagræ acriter debilitatus: cumque opibus dilataretur, uſquam prodeundi inopia magis arctabatur. Eia, divitiæ, quid facitis? Veſtro quæſitori ac ſervatori ſuccurrere quid tardatis? Expenduntur ergo opes in medicos, & perduntur: caſſantur in ægroto labores, & augentur dolores. Æger tandem in ſe reverſus, Quærendus eſt (inquit) divinus, ubi medicus deficit humanus. Impoſituſque vehiculo fertur ad Anglorum Metropolim Cantuariam, ad tuam, Apoſtolice curator Auguſtine, clementiam. Ibi cum lumine vigilans, ibi orans, ex parte recepit quæſita remedia, & ex parte docetur necdum promerita alibi quærenda: neceſſaria enim erat in debili ſalutis dilatio, cum non deeſſet in Sancto petita virtutis perfectio, quatenus attentius & longius quærendo adipiſceretur, quod nec eo loco nec tempore aſſequi mereretur. Denique Auguſtinus podagricum pede ſanat uno, alterum nimirum ſummo amico *a* Swithuno incuratum relinquendo, & quaſi ipſi Sancto curandum deſtinando. Itaque æger ſemiſanus reductus ad ſua, audit uberrima, quæ ſuperna fundebat affluentia, beati Præſulis Swithuni miracula. Illuc velut ab Auguſtino directus venit, ipſoque die reſidui pedis ſanitate recepta imparem greſſum æquavit, & plene ſoſpitatus cum pleno gaudio gratias agens rediit.

C

a

à S. Swithuno perficitur.

CAP. XV.

b

Claudus & mancus manu,

33 In caſtro *b* Levenſe erat vir claudus & mancus, cui læva manus palma retrorſum detorſa ac reflexa, non tam ſupinata quam deorſum pendula, conglutinata brachio inhærebat, & dira tortura miſerum cruciabat. Hujus miſerias ſupernæ clementiæ reſpectu miſerante, jubetur in viſu, à quadam præclara forma, opiferi Auguſtini opem Cantuariæ expetere; ibi demum hunc ſoſpitandum ejus intervention. Nec tardavit ille credere, nec diſtulit pro ſuo commodo obedire. Venit Cantiam quomodo debilis potuit ad inſinuatum Patronum, indicat monaſterialibus Patribus cælitus indictum ſuæ ſalutis mandatum. admittitur ultro ad Curatorem largifluum ibique perſeverat in precibus, revelatæ ſalutis indubius. Jam octavam diem ibi exegerat qui erat in Sabbato, & tunc venit fideliter expectata promiſſio: nam inter Sextam & Nonam corripitur cæleſti mendela, & manus reformatur in ſua officia, totâque debilitas vertitur in recta commoda. Sic deformis tortura, quæ erat ad ignominiam & tormentum, Auguſtino juvante redit ad vitæ ſubſidium. Benedictus Dominus Deus virtutum.

Alc. Sacelindi

CAP. XVI

34 Quantus etiam ſummi Clavigeri Auguſtinus ſit aſſecla in ſolvendi potentia, probabile dabunt ſequentia. Novit Cantuaria tres cives ſuos, quorum duo videntur germani, Wilfronius & Ælredus, tertius Ælredi filius Siredus, qui pari ſolertia & arte vitam alebant, & de inopia ad divitem ſufficientiam excreverant. Quid unquam humana aviditas inexquiſitum reliquit? quid mortalis egeſtas non penetravit? Hi tres, id eſt duo fratres & ex ſecundo natus tertius, ob quem maxime hæc ſeries texitur, ambiebant pariter diverſas Angliæ civitates & artificum fabricas. Indagabant curioſe aurifices, argentarios, monetarios, trapezitas, ceterorumque metallorum fuſores, pro illorum fuſilibus cineribus & purgamentis, pro ſpumis & ſcoriis vel teſtularum fragmentis, in quibus maſſas ſuas liquefeceranr, æſtimata pretia offerentes; has reliquias emptas corradebant & conſcopabant, unde vulgo hujuſmodi collectas ſcopaturas vocitant, quas illi torridis fluentis abluebant, conflatamque duritiem duro lapide comminuebant, his minutiis ſuo igni conflatis pretioſam maſſam extorquebant. In tali negotio venientes ad oppidum, quod à balneis calidis ibidem ſcaturientibus *c* Bathan Anglice nuncupatur, emptaſque ex more copioſas arſuras, quas dicunt ſcopaturas, ad proximum flumen ferebant diluendas. Sed temerarie & inconſulte pergrandem lapidem de Regia via extractum ſecum tulere, videntes illum validum ad conterendas teſtas & ipſas arſuras igni concretas.

Iuvenis ille patre ac patruo levi ex cauſa detus in vincula,

D

E

c

35 Hinc indignati Præſides & Judices oppidi irruunt in eos, ut ſunt paſſim homines ferini hiantes ad prædam, raptosque hos tres advenas, velut Regii juris invaſores & publicos prædones, ſimul in arctiſſimum cippum omni compede durius conſtrinxêre. Addunt ferreas manicas manibus, & collaria ferrea in cervicibus, ita ut per medium maceriæ lapidei cubiculi tranſducta vincula obſerarentur: nam ex lapidum copia omnia ibi lapidea ſunt habitacula. At captivis tali tormento aliquamdiu arctatis, duo germani qui erant ſenili jam defectu, impatientes ſupplicii ac pene abſumendi, datis fidejuſſoribus pro viginti ſolidis argenti, cum ſuis mercibus ſunt dimiſſi. Juvenem vero, aſpectu elegantem & robuſtum corpore, quem ſuperius notavimus ſecundi fratris filium, cum exactores vidiſſent nil offerentem, quem putabant pecunioſiorem ſuamque expleturum ingluviem, atrocioribus tormentis ac terroribus aggrediuntur. Stringuntur ſuræ & oſſa arctiori ligno, incuſſis ſudibus coacto: duplicantur catenæ manibus & collo, vallatur vinctus cuſtodibus acſi ferreo muro. Inter hos cruciatus anxiatus & anxietate inſopitus, domeſticum civilis Cantuariæ Patronum altis gemitibus invocat Auguſtinum, ut qui primus Angliam à captivitate diaboli laxavit, & ferreos nexus ſolvere novit, quique ubivis gentium ſe poſcentes tuetur, ſuum ultimum famulum à tribulantium manibus liberare dignetur.

& illis ſub fide juſſionis dimiſſis,

F

arctius conſtrictus,

36 Ad has anxii preces, quas & cuſtodes audierant, ingenti miraculo apparuit, quantum auditorem apud Deum invocaverit. Concuſſit ſubito ac terruit ipſam domum vehemens ſonitus, franguntur & diſſiliunt fortia lignorum robora, cum impactis clavis

AUCT. GOCELINO.

longius excuſſa, quæ vincti impreſſius angebant veſtigia; cadunt è manibus manicæ, expulſis peſſulis reſeratæ: quæ etiam collum arctaverant ferrata collaria, violento impetu reſiliunt in parietem ejecta. Captivus liber exiliens cuſtodibus inſultat, feroces increpitat, minaces inſtigat. Religate, inquit, rebelles Dei, divinitus ſolutum, ut iterum confracta arctius vos veſtra conſtringant vincula, & confundat pecuniæ ſpes effuſa. At illi, tanto ſigno acriter exterriti, reſpondent, ſe nihil injuriarum ultra in eum velle moliri. Qui diluculo erumpentes, per totam civitatem omnia divulgant, cunctumque populum attonitum cum Magiſtratibus huc ad videndum accelerant. Aſpicientes itaque tam clara Dei mirabilia, quæ nulla contradicere poterat verſutia, rapiunt hominem cum magno jubilo gratiarum ad principale B. Petri Apoſtoli monaſterium: ibique confluente civitate, conjubilante monaſteriali concione, ſonantibus ſignis, reboantibus hymnis, collaudatur Dominus mirificator Sanctorum, per quem & Auguſtinus Apoſtolus Anglorum tanto fulget jubare miraculorum. Cujus paternæ gloriæ in tantum congratulabantur oppidani,
B ut illum libertum ejus certatim ad convivia & pocula raptarent, & feſtivo obſequio exhilararent: inter quos unus civium graviter erubeſcebat & ingemeſcebat, quia unde ſibi optatum ſymbolum daret, aut aliquam amicitiæ obſequelam exhiberet, non habebat. Quem videns probus juvenis ſui gratia triſtari, ultro ei argentum de proprio contulit, orans uti à ſe acciperet, quod ſibi dare cupiens non habebat, vel non habens dare cupiebat. Quo beneficio tam ultroneo civis ille delectatus, Vicem, inquit, reddemus. Mane itaque attulit ei ſcopaturas modico emptas, de quibus ille ante ſextam horam viginti ſolidos argenti almo Patrono favente obtinuit: hiſque datis pro patre ſuo & patruo, liberos eos ac ſecuros ſecum abduxit, quem ſcilicet ita Sanctus liberavit Auguſtinus, ut ipſe ſuos liberaret cum ſuis quæſtibus.

vinculis ultro ſolutis,

liber dimittitur & acquirit unde pro aliis ſolvat,

C. XVII. *Elfſtanus Abbas feſtum Sancti cum epulis celebraturus,*

37 Quem ergo ſolvendi potentia ſummi Clavigeri aſſeclam præmonſtravimus, idem ejuſdem Nutritoris alumnus, cui dixerat Princeps Paſtorum, Paſce oves meas, hic conſequenti ſigno lucebit. Sub Regè Cnuto celeberrimus Auguſtinenſis aulæ moderator *d* Elfſtanus enituit, qui inter cetera bona *e* Tanetum cum ſua pretioſiſſima margarita, ut omnibus claret, in Patriarchalis Præſidis Auguſtini ſinu repoſuit. In hujus regimine evenerat per ſextam feriam annuo recurſu ipſius Patris natalitium, quod ſeptimo Calendas Junii rite omni Angliæ agitur celeberrimum. Hinc ipſe Pater magnanimæ liberalitatis magnum epularum agebat apparatum, tam ob hoſpitales turbas ſacrorum Ordinum, illuſtriumque ſecularium, atque egenorum undecumque confluentium, quam ad Dominicæ familiæ domeſticum uſum. Sed providum animum graviter angebat feſtivorum penuria piſcium, cum undique miſſi emptores vacui redirent domum. maria & flumina opes ſuas negabant, lacus & ſtagna nil conferebant, fora & cellaria vacabant, ſilvæ & paſcua nil proderant, quia perpetua reverentia diei Cruci Dominicæ omnes adſtrinxerat, populum monaſteriis æquabat. Inter has difficultates, fidelis Abbas, quem caritatis neceſſitas urgebat, unicum in Domino remedium attendebat. Denique ipſa vigilia craſtinæ, celebritatis, Veſperarum canticis ſolenniſſime completis, paternæ quietis thalamum irrumpit; fuſuſque humi paternis auribus, ut ſuæ ſolennitatis ſuorumque miniſtrorum & hoſpitum complacita benedictione meminerit, affectuoſa prece ſuggerit: ſic in paternum ſinum theſaurizans ſpem ſuam exiit, attendens ſi quid ille reſpondere velit. D

in defectu piſcium,

38 Interea tota nocte celebrata præfulgidis luminaribus & præcellentibus jubilis, dies omnibus feſtiva illuxit, quæ, qualiter ſereniſſimus Auguſtinus ſuis vigilibus pervigilaverit, divinis beneficiis cum ſplendido ſole declaravit. In ipſius quippe villa, quæ Swalwatluia dicitur, ſupra mare ſita, à monaſterio ſeptem leugis ſepoſita, & ad victum Fratrum data quaſi cellaria, ingens piſcis ſcilicet Rhombus longitudinis pedum quatuordecim offertur, qui vulgo Sturio appellatur. Hunc maris rheuma attulit; Auguſtino proculdubio impellente; nec poterat recedens ſecum auferre, ipſo prorſus retinente. Hunc ergo ejuſdem manſionis ruricolæ, primo lucis crepuſculo inventum, vehiculo maturant imponere; & Principi monaſterii novum, feſtivum, & gratiſſimum Auguſtini præmium præſentare. Videns itaque devotiſſimus Abbas, exoratum Patrem reſpectivis ſuis precibus matutino die tam largiflue reſpondiſſe, ſuſcepit cæleſte donum cum immenſa alacritate & infinita gratiarum exhibitione. Inde expleto magnifice Dominico officio, epulantur feſtive in Domino & domeſtica concio & hoſpitalis multitudo, gaudentes tam de miraculo, quam de beneficio divino. Pulchre autem hic ſuperni Piſcatoris alumnus confluam ad ſe turbam ſua captura replevit, qui primus Angliam de Stygio gurgite Apoſtolicis retibus Chriſto attraxit. Alii Sancti fluviales prædas divinitus adactas retibus mirabiliter cepere, hic mirabilius ſine retibus mare jubet adducere & in ſicco relinquere, quod fida manus tutius capiat in littore. Notandum autem eſt quod nullius recolit memoria, hujuſmodi piſcem vel antea vel poſtea viſum in manſione illa. E

ultro accipit Sturionem pedum 14.

C. XVIII. *Sub Wlfrico Abbate cæcus annis 15 illuminatur.*

39 Succeſſit reverentiſſimo Elfſtano *f* Wilfricus, pari probitate & ſolertia præditus. Cujus tempore tanto B. Auguſtinus coruſcabat ſanitatum fulgure, tanta diverſarum debilitatum curata eſt turba, ut ad memorandum nec ſcriptor ſufficiat, nec lector, nec auditor: de quibus unum, pro multis vel majoribus, exempli gratia adſcribimus. In ipſius anniverſaria ſolennitate memoratus Abbas Wlfricus apud ſalutiferam glebam agebat celeberrime ſolennia Miſſæ, plebe quanta irrumpere poterat condenſa adſtante: adſtabat & quidam notus de Taneto inſula, jam per quindecim annos obſeſſus nocte cæcitatis terrima. Is intenta mente & voce orabat curari adjacentis Sancti interventione, jam de ſui illuminatione tam certus, quam divino oraculo per viſum edoctus, ut ſcilicet huc ad ſplendifluum Patronum veniret, quo optatum lumen perciperet. Interea in lectione Euangelii, quod jam ad medium legebatur, F cæcus divina virtute corripitur; qua impulſus ſuper Diaconum lectorem ita præcipitatur, ut ille difficulter reſtaret quin ſimul obrueretur. Qui declinans à ruente, dum Dominicum præconium fine tenus perſonat; ille jacens humi glaucomate defluente oculos reſerat, ſurgenſque die infuſa luminibus clare omnia ſpectat. Sic perſtans ad Miſſarum ſacramenta in gratiarum ſacrificia, indicat poſt finem adſtanti populo, qualiter ſibi antea hæc fuerint revelata, quæ per Auguſtini merita poſt quindecim annos cæcitatis conſecutus ſit gaudia lucis.

ANNOTATA.

a S. Withunus *Ep. Wintonienſis colitur 2 Iulii: cujus res geſtas ſcripſit idem Gocelinus.*

b Lewes, *Latinis* Leſna, *à paſcuis dicta, ſatis celebris civitas in Suſſexia.*

c Bathonia *urbs primaria Comitatus Somerſetenſis.*

d Elf-

A d Elfftanus *præfuit Abbas ab anno* 1017 *uſque ad annum* 1045.

e Anno 1027 Cnutus Rex dedit Elfftano corpus S. Mildrethæ, cum tota terra ſua infra inſulam de Thonet & extra, cum omnibus conſuetudinibus ad ſuam eccleſiam pertinentibus. *Ita charta privilegii apud Wilhelmum Thorne cap.* 6 § 2.

f *Hic eſt* Wlfricus *ſeu* Wulfricus, *de quo ſupra actum.*

CAPUT IV.

Sacrilegi aut irreverentes puniti, iidemque pœnitentes ſanati.

CAP. XIX 40 * tantum *Ædituus infracturus ſepulcrum,*

TAm clemens Pater in ſupplices exteros, oſtendendus eſt & diſtrictus in delinquentes domeſticos, qui * tamen maluerit corrigere quam punire reos. Pudet memorare quod maxime ſacro Ordini & grandævitati [incongruum] cenſeatur: verumtámen ſit ſua turpitudo improbis, & ſuá pulchritudo rectis, & ſua valetudo correctis. Sub

B bonæ memoriæ Abbate Wlfrico erat ſenior Monaſterii Ædituus, nomine Godricus: hic in tumulo, ubi cæleſtis theſaurus corporis pretioſi Auguſtini reconditus erat, magnum theſaurum repoſitum fuiſſe ab ipſa pueritia auditum habebat, ſed pecuniam, non pretium ſanctitatis bruto intellectu penſabat. Hinc ſemen cupidineæ vanitatis, conceptum ab ipſa puerili ignavia, quotidianis incrementis fovebat, & alebat deſideriosa ſuſpiria. Creſcebat ævo, creſcebat & avaritiæ ſtudio: jam canis albeſcebat, & cupidioſa mente nigreſcebat. Quid fallimus, & fallimur? Plerumque ſua tempora aſſequuntur & optimi & peſſimi, quibus ſe depromant. Invenit tandem mens hominis perdita locum, quo attentaret iniquum propoſitum. Deſtruxerat memoratus Abbas veteris monaſterii renovandi presbyterium, & patebat aditus uſque ad theſaurariam præfulgidi Auguſtini porticum. Hic claviger eccleſiæ perfidus, uno ex artificibus aſſociato ſibi infinitis promiſſionibus, data opportunitate noctis, in opus tenebrarum arreptis ferramentis, invadit parietem, ad ſancti Confeſſoris pedes appoſitum, & duplici materia extructum. Nam antiquorum fidelium cura exteriorem munitionem duro ſilice compegerat; interiorem vero grandibus & fortibus lateribus, ut tanti margariti ſervatoriam

C myrothecam, obfirmaverat.

Auri ſacra fames quid non mortalia cogis
[Pectora]?

genua propria ſibi lædit, 41 Jam adjutor artifex à frangendi & irrumpendi difficultate defecerat, ſed præceptorem ſceleris non annoſitas, non impoſſibilitas, non profeſſio ſacra, non Dei vel præſentium Sanctorum reverentia cohibebat: qui incentiva furia ſuis fidens viribus, Mihi, inquit, accommoda ferramentum; experiar quid meæ poſſint manus. Illico arripit roſtratum ferrum, totoque niſu efferatus in proprium genu debitum dedit ictum. Sic demum propria mulctatione ab incepto exturbatus, calamitoſe ad lectulum eſt digreſſus, jam ſuam confuſionem & pœnam magis lugere, quam Sanctorum innocentia monumenta violare compulſus. Væ fami & ſiti avaritiæ, quæ etiam rerum indigos, inſidioſa ſuſpicione ſomniat eſſe divitioſos. Qua ergo veſania hic miſer quærebat mortales opes in vitali tumba cælicolæ Auguſtini, qui mundo crucifixo ſibi memoratur dixiſſe vice B. Petri Apoſtoli,
Act. 3.6. Argentum & aurum non eſt mihi? Non ergo errat, ſed delirat, qui apud Auguſtinum alium quærit theſaurum quam ipſum Auguſtinum, pretioſiorem ſcilicet cunctis opibus rerum. Itaque providus Abbas Wlfricus, dum diliculo quæque eccleſiæ ſacraria rimatur, videns illud ſanctum ſanctorum fracturâ violatum, acriter (ut par erat) indignatur, & tantæ injuriæ auctorem collectis operariis ſciſcitatur. Intererat criminis ſocius, qui metuens ſe fuiſſe proditum, quem conſcius accuſabat reatus; Ab illo ſeniore (inquit) Domine, veritatem require, qui ſe lecto refovet à recenti ægritudine: ipſe tibi ſciet verum exponere. Extemplo quæſitor ad ægrum properat, cauſam ſuffoſſi parietis ſuæque debilitatis interrogat, cunctantem & diſſimulantem adjurationibus impellit, & durum obſtinatæ mentis parietem evertit. Ille luctuoſe confitetur & execratur tam inſenſate præſumptam noxam, deflens jugiter uſque ad vitæ exitum & inſanabilem plagam, & perdurabilem pœnam. Sui quoque particeps facinoris, participium meruit & doloris: ut acerrima & diutina decoctione uſque ad obitum langueret, & à Sanctorum tactu, velut à pupilla Dei, rapacem manum continere poſteros doceret. Ne quis autem ſæviorem hanc judicet ſententiam, recogitet in his majorem factam clementiam: ut qui in barathrum effulminandi eſſent, per temporalem correptionem liberari poſſent.

AUC. GOCELINO. *& inde ad mortem languit.*

E

CAP. XX 42 Audiatur hinc alia Confeſſoris correptio, & mox impetrata remiſſio. Quædam matrona ſuburbana Cantuariæ, Mazelina nomine, addicta maritali * copulæ, quotidiana devotione aſſiduabat Auguſtinianum templum & paradiſiacum Sanctorum cubinum: ablatis ſecum clavibus, venit, ibique in oratione procubuit. Venit maritus domum, claves inclamitans; miſſoque filio ad genitricem, claves repetit exportatas. Puer attentus paterni mandati, obnixius inſtat oranti matri. Illa continuo, poſthabita oratione & tanti Præſidis ceterorumque Sanctorum reverentia, ut leæna ſtomachata exiliit, efferataque palma partui ſuo trucem alapam illiſit, nec Dei aſylum totque Dominicorum Optimatum patrocinatum violatum attendit; ſatiatoque furore, ceu juſtificata, orationem repetit. Puer plorans domum rediit, & fletus patri pro legatione retulit. Sed verberatricem, immo Dominicæ pacis prævaricatricem manum & brachiũ repentina pœna increpuit. Eâdẽ quippe horâ elata dextera, cũ toto brachio uſq; ad humeros, enormi groſſitudine intumuit, quercino robore diriguit, ardore incanduit, dolore intremuit, nigredine inhorruit; obſtupuerunt inflexibiles digiti, & incurvabilis rigor lacerti nec ad caput erigi, nec ad latus poterat deponi, ſed extenta duritia * prætendebatur inſtar ligni.

* copiæ *Iracundæ matri,* *filium intra eccleſia verberans* *obrigeſcit,* * pretendebat

F

43 Tunc demum femina attendit majeſtatem loci; quia, ut ſcriptum eſt, ſola vexatio intellectum dabit auditui. Tunc intellexit aliud eſſe ſanctum ſanctorum, aliud domeſticos penates vel cunas liberorum. Tunc planctus, ejulatus, & ululatus iram, indignationem, & inflammationem mentis vacuavit; aut in ſe, quod meruit, retorſit. Ad cujus miſerabilem clamorem inter matutinalem Miſſam cum accurriſſent æditui, & vidiſſent præ nimio angore mentis & corporis crines lævâ manu, quia dexterâ nequibat, vellentem, & per pavimentum hac & illac ſe volutantem; graviter indoluere, putantes eam vecordem. A qua tantæ animadverſionis cauſam audientes, hortantur hanc inſtanti prece almi Auguſtini implorare clementiam: ipſi vero ad conventum Fratrum referunt rei evidentiam. Qui trementes & compatientes afflictæ, communi aſſenſu ad eccleſiam properant, & coram placabili Auguſtino affuſi, ſeptem Pſalmos pœnitentiales pro rea lacrymoſe decantant. O celerem in Dei miſericordia auditorem! Ubi exacta prece conſurgitur, protinus omnis dolor gementis in gaudium ſalutis refunditur. Tumor & rigor & angor, ut tenebræ à luce, evaneſcunt; brachiũ

Is. 28.19.

& orantibus monachis,

lætatur

&

ANCT. GOCELINO. & manus, & digiti, ſua gracilitate, & forma, & officio hilareſcunt.

CAP. XXI 44 Non ſolum autem variis cladibus, verum etiam infimis neceſſitatibus, ubivis interpellatus ſubvenit Dei potens Auguſtinus, ut hic probabimus. Eſt ſenior inter Fratres venerabilis, quem ſuperius intimavimus conſcium * indicem paterni miraculi patrati in mare, nunc vero rememoramus ipſum fidiſſimum teſtem alterius, facti in loco & comite legationis ſuæ. Hic itaque miſſus Boloniam *a* Flándriæ provinciam, venit Marchiam villam, lapidum fœcundam, conductiſque operariis grandem lapidum coacervavit copiam ad ſui ſcilicet monaſterii fabricam. Interea Marchiſus Flandriæ *b* Rotbertus, Boloniam à ſe diſſidentem, tamquam à parente filiam, acrius caſtigabat; & diffuſo per ampla arva exercitu, in ſua jura redigebat. Trepidantes autem operarios ab inclementia exercitus, confidentes in Domino & S. Auguſtino, trepidare vetat vir memoratus, ut fidelis & magnanimus: quos etiam de favore prænominati Principis confortabat, cujus amicum patrocinium habebat. Intererat operariis quidam juvenis ejuſdem provinciæ, huic eccleſiaſtico operi fideliſſimus & intentiſſimus, vocabulo Burchardus: huic mater erat vidua, adeo paupercula, ut omnes opes ejus & cuncta vitæ ſolatia unica eſſet vacca, qua ſumma rerum amiſſa amiſiſſet omnia. Tantum enim perdit pauper, qui totum minimum; quam dives, qui totum perdit infinitum: & vidua à Domino laudata, plus omnibus ex parte dantibus dedit, quæ minimum ſuum totum dedit.

* judicem

a

b

ſervaturus vaccam matris pauperculæ,

B

45 Anxius ergo juvenis pro matre, tribus milliariis ſemota, accepto in Sabbato ſtipendio exactæ hebdomadæ, orat prænotatum magiſtrum, ut liceat ſibi ad ipſum tutiorem locum matrem adducere cum ſua bove, proponens die Lunæ ad opus redire. Verum res appretiata domi, *c* vendetur arbitrio fori. Ivit ille præceptore annuente, & ut in omnibus Auguſtinum adjutorem invocaret adhortante. Qui videns belli incendia & rapinas undique fremere, genitricem, quam venerat educere, compellit in proximam eccleſiam fugere; ipſe cum materno armento refugium contiguæ & condenſæ petit ſilvæ. Sed quid unquam profugis fuit tutum? Quem homines perſequentes neſciunt, perſecutrices aves produnt. Continuo illuc, ubi ille latitabat, copioſus ac pernicioſus picarum confluxit cœtus, & ſuper eum plenis arboribus, ut populoſo theatro, garrulo concilio & accuſatricibus perſtrepebant vocibus, acſi dicerent accerſitis prædonibus: Hic, hic eſt, quod rapiant avidæ veſtræ manus. Jam vero equites & pedites, cum canibus & armis, aut venandi aut aliquid captandi gratia, altum nemus ſubintrarant; jam invitantes picarum voces ſecuti, perfugæ approximabant, & pene jam illum ceperant. Qui, ut prædoctus erat, ad benigniſſimi Auguſtini opem in anguſtia confugere; Sancte, ait, Auguſtine, totius gentis Anglicæ, immo omnium te petentium patrocinator egregie, ſicut devotus tui gregis alumnus nos ſæpe docuit ac perſuaſit credere; obſecro, ut in me tuo operario hanc fidem rudem digneris confirmare, meque ab importunis hominibus & avibus properes liberare; hac gratia me & omnia promitto tuo operi & ſervitio, prout tuus fidelis Monachus præcepit, exhibenda, dum in hac opus habuerit terra.

c

eam agit in ſilvam invocato Sancto.

C

& ab imminentibus ſibi prædonibus

mirabiliter liberatur.

46 Adhuc precabatur, & mirum dictu! omnis illa improba multitudo volucrum cum querulo ſtrepitu in fugam præcipitatur, acſi arcu vel funda vel jaculo abſterreatur: ad majorem etiam ſplendorem miraculi, omnes raptores certatim inſectantur avolantes, & cachinnandos perſecutores ludibrioſe poſt ſe trahunt fugientes. Itaque & inhiantes prædam homines, & qua prædentur indicantes alites, una utroſque fugæ ſententia Auguſtinus eludit; id eſt rationales, irrationalibus vanitate ſimiles factos, quos ſimul longius profligat, & ſuum fugitivum ſolum cum ſola bove relictum tam leviter liberat. At ille videns tam expeditam patere viam regreſſus ad ſæpedictum præceptorem ſuum, refert omne ſuum periculum; ſeſeque jam per B. Auguſtini adjutorium de periculo liberatum, ipſe non ſolum in gratiarum actione exultavit, verum etiam Abbatem monaſterii, cum omni Fratrum contubernio, hæc referendo magnifice lætificavit.

D

CAP. XXII *apparens à morte calicem S. Auguſtino pro animæ ſuæ quiete fieri rogat.*

47 Vir in Cantia de villa Cilleham, opibus & genere clariſſimus, ad extrema perductus, res ſuas largiter diſtribuit eccleſiis & pauperibus: uxor quoque fidelis, quod illi defuit, poſt ipſius obitum ſupplere certavit. Verum inter omnia tam Sanctorum quam egenorum obſequia, ſola Auguſtini, qui primus eſſet, præterita eſt gratia; forte diſpenſatione Divina, quo Sancto creſceret gloria. Itaque defunctus apparens in viſu cuidam illuſtri matronæ, gratias perennes reddendas de eleemoſynis, pro anima ſua exhibitis, mandat uxori munificæ: ſed hanc & ſuam & illius graviter deplangit negligentiam, quod ſuæ & totius Angliæ illuminationis in Chriſto Principi Auguſtino, quem præ ceteris maxime deceret, nullam fecerint competentiam. Nuntiat conjugi, quæ ſe totam pecuniam expendiſſe putabat, quo loco & in qua arca argentum inveniat, quantumque inveniat. De hoc, inquit, argento in honore præcellentiſſimi Patris noſtri Auguſtini calix fiat, quo potente interventore anima mea in pace quieſcat. Omnia ergo ordine nuntiata, inventa, & facta ſunt: atque inſignis calix teſtis adeſt.

E

CAP. XXIII *alius jubetur proſtanneo argenteum dare.*

48 Auſtralium Saxonum civis erat honoratus, adeo caſtus, ut conjugalis officii celebretur inexpertus: in quo ſimilem gratiam oſtendit omnium Pater Auguſtinus. Huic ſe fidereo ſplendore exhibens in viſu jubet de pecunia repoſita calicem ſibi emat, & ad ſuum monaſterium, quo cum ſanctis collegis ſuis requieſcit, afferat; ac ſuper ſuum tumulum, ad Dei myſteria agenda, offerat. Mane homo Lundoniam tendit, calicem ſtanneum emptum ſex argenteis, quaſi Auguſtino ferendum, ſimpliciter domum retulit. Sequenti nocte præluentiſſimus Antiſtes, eadem forma qua prius, ſopito præluxit; ruditatem hominis & ſtricti animi hebetudinem redarguit: Stanneum, inquit, calicem, quem mihi ruſticana * utilitate paraſti, alicui egeno Parochiano præbe; mihi autem ex argento, quod tali loco inutiliter ſervas reconditum, calicem effice honorificum, & ad meum ſolenniter defer monaſterium. Vir autem ille, non mediocriter territus cæleſti increpatione, monſtratam pecuniam rapit, ad Apoſtolicum ſancti Præceptoris monaſterium conceſſit, Abbati & Fratribus quo calix fieret argentum contradidit, unde calix præcipuus enitescit, & auctoris Auguſtini miraculis amplius clareſcit.

F

* *an* vilitate?

CAP. XXIV *Cæcus natus illuminatur.*

49 Inter confluas turbas ad Natalitiam Confeſſoris Domini feſtivitatem adductus eſt homo, quem mater cæcum effuderat, cæcum in virile robur educaverat; & lux & tenebræ quid eſſent, audire poterat, intelligere nequibat. Egit feſtivas cum populo vigilias ad Sancti monumentum, quem petebat orans ſuppliciter ut videre mereretur, quos adjutores requirebat. Tenebat manu, quod neſciebat, lumen; ſenſit ardorem, cujus non videbat ſplendorem; ſtabat ad Miſſas ſine luce, cum ſua facula lucente. Illa citius ardens feſtinat conſumi, Auguſtino feſtinante melius lumen reddere. Jam legebatur ſanctum Euangelium, & ambuſta candela elatâ flammâ

A flamma exedebat tenentis manum. Ille turbatus, & Divinæ virtutis præſentia comprehenſus, rejecit lumen ſibi alienum; & illico recepit proprium, quod hactenus ſibi erat ignotum: continuo quippe ſibi reſerantur nativa clauſtra oculorum, & nova luce infuſa haurit lumen ubique diffuſum. Miratur lucis candorem, mundi decorem, tam diverſas rerum formas & ſpecies, omnes hominum facies & conſimiles & diſſimiles: triumphat ſe veniſſe de ſeculo mortis & tenebrarum, ad lucis & vitæ ſpeculum. Hæc autem forma eſt, de hac mortalitate ad ſplendidiſſima Sanctorum ſecula migrantium. Hujus ſigni gaudium protinus verſatur in omnem conventum populorum, in Dei ſuique famuli Auguſtini laudem & munera gratiarum.

CAP. XXV *Pœnitens vinculatus,*

50 Gentis Germanicæ vir ſpectabilis, ob reatum ſuum arcto ferri circulo ſiniſtrum aſtrictus brachium, pererrato Romano orbe in quærendo ſuffragia Sanctorum, tandem ad Angliæ protectores Sanctos tranſiit in Angliam. Indè percurrit in Scotiam, ad ipſum, cujus Scoti ſcripto *d* monſtrant Reliquias, Apoſtolum Andream. Inde regrediendo venit Wiltoniam, ad Regiæ & ſigniferæ virginis *e* Eadgithæ oppidum & eccleſiam. Hic remoratus in oratione, didicit ſe non fruſtra veniſſe, dum docetur ſitum ſolutionis ſuæ. Nam benigniſſima Virgo, impatiens quemquam ſe fideliter poſcentem fruſtrari, viſa eſt ſplendide talia dicere precanti, & inter preces obdormitanti: Quæ hic petis remedia, ab Anglorum Patrono tibi ſunt quærenda: ejus clementiæ credita eſt remiſſio & abſolutio tua: Cantuariam ergo ad ipſius patrocinia iter matura. Protinus ille exiliens à ſomno, cæleſtem ſuæ ſalutis nuntiam benedixit; atque ita acſi jam ſolutus eſſet, certa fide exultavit; ita indictam viam acceleravit, ut pedibus ſuis alas creviſſe cenſuerit: nimirum hoc egit libertatis dilatio, ut longiori labore emeretur redemptio. Veniens Doroberniam, hoſpitatur apud fidelem quamdam matronam, ante monaſterii portam. Jam medio noctis exacto, ipſe vigilantiſſimus patriæ cuſtos Auguſtinus, quaſi occurrens advenæ ſibi credito, oſtendit ſe ſereniſſime dormienti in monachili habitu, cum Pontificali baculo; * quo attactum inſtruit tali præcepto: Luceſcente, inquit, aurora, monaſterium noſtrum ingredere; & quem ex noſtris Monachis conſpexeris depoſce, quatenus aqua benedicta te potatum ex ſacro calice, inducat oratorio dormitionis meæ; nam me eſſe noveris ad quem veniſti. C Acſi diceret medicus: Tali loco cras ad me veni curandus.

d

e

B

à S. Eadgitha Cantuariam mittitur:

ibique à S. Auguſtino monitus

* qui attactu

51 Exequitur ordine advena ſui præceptoris mandata: ingreditur monaſterium, obviumque habet Monachum dictum Ælfwinum: bibit ex calice oblato, in gratiam videlicet reconciliationis, benedictam aquam, & ſic inducitur ad liberatoris ſui tumulum & arbitrium. Sexta feria erat dies illa, Cruci & abſtinentiæ dicata: ad Nonam, dum Miſſa intonatur, ille intentus orabat: dum Euangelium præconatur, non ferens majeſtatem præſentis remedii, exangui pallore corruit & obdormivit. Jam vero ad invocationem immolati Agni Dei qui tollit peccata mundi, relaxato, ut conjicimus, reatu ſuo, dira ferri armilla procul de exeſo torti brachii ſulco excutitur, & inter adjacentis Sacerdotis aram & tumbam excipitur. Homo territus in ſpaſmum præcipitatur; qui injecta aqua ad mentem redit & reſedit, bibenſque ut prius aquam ſacratam de calice, prædicto ſeniore propinante, convaluit & exiliit. Hinc percunctatus ab aſtantibus unde ſic defeciſſet, refert viſum ſibi quemdam, Archiepiſcopali dignitate ornatum, de monumento quo jacebat ad ſe prorupiſſe, ſeque injecta alapa ſic terruiſſe. His auditis intonatur ab omnibus laus Domini, in mirificatione ſancti ſui Auguſtini.

ſolvitur ſub Miſſa:

AUCT. GOCELINO.

52 Duo advenæ, perdita vitæ commoditate, à gratuito largitore Auguſtino remedium quæſiere: alteri cæcitas viam negaverat, alterum à pedibus contortum & contractum ire manibus pro greſſibus debilitas compulerat; cervix quoque in tergum ſupinata, cogebatur tantum ſpectare æthera. Cæcus ducem baculum aut ſocii vocem ſequebatur, hic manuum ſcabellulis viam metiebatur. His ergo [ad] tumulum pii intervetoris per aliquot dies orantibus, primo reſeratis oculis cæco lux infunditur; debilis vero, ut fiducialius oret, hoc exemplo accenditur; & ipſi quoque non longo poſt [tempore], Apoſtolicâ ſubveniendi potentiâ, Auguſtinus relaxat contractos nervos, protendit in rectum crura, plantas & baſes reſolidat, flexibilem jam cervicem & caput ſuo ordine compaginat, atque in Chriſti gratia ſuo ſtatu hominem reformat.

CAP. XXVI *cæcus & contractus curantur:*

53 Verumtamen hic ex contracto ſoſpitatus, ſævior prorupit ad tempus. Metropolis Doroberniæ civis matrona, opibus & moribus honeſta, illam ſidereorum Patrum ſæpe memoratam porticum devotis, orationibus, & obſequiis frequentabat, aliaſque eccleſias luſtrabat, & largis eleemoſynis egentes refovebat. Huic invidens totius boni adverſarius, invenit memoratum debilem jam curatum, per quem à pia intentione exturbaret, ſi poſſet, ejus propoſitum. Is in illam typo indignationis extimulatus, & ut rabidus canis oblatrans, ac virulentis dentibus incurſans; Quid hic, inquit, agis feminarum ſcoria, domus quiſquilia, colubra, vipera, lacerta, ceraſta, & ſtygia furia? Cur ſanctum locum fœdas tua præſentia, quæ hypocriſi indueris fallentiſſima, & ſub ſpecie ſanctimoniæ cæcis & lippis crederis aurea? Quid tibi cum Sanctis requieſcentibus in hac pacis aula? An ut facie nitida velut Syrenæ, à virginali forma deſinentes in atra reptilia, tu tota indigne cenſearis munda? Vade in domum tuam, cura cellaria olida & clientelam æmulam; ſequere aviditatem illecebroſam & avaritiam voluptuoſam, & dimitte Dei miniſtris eccleſiam ſuam, à tua occupatione & præſtigiis liberam. Hæc & alia multa, quæ hominis fœda lacuna potuit egerere, excipiens modeſta femina & perſiſtens in prece devota, ſua in furioſum tacendo reliſit ſpicula. Adeo vero inſaniebat, ut videretur ſacer Auguſtinus (ſi dici fas eſt) feciſſe injuriam, qui tam injurioſum ſanitate armaverit.

C. XXVII *ſed qui contractus fuerat,*

deinde pro linguæ petulantia

E

54 Quem prudens virago, poſt egreſſionem à templo ſeſe adhuc convitiis inſectantem, advocans: Heus tu, inquit, homo, quo merito meo vel delicto in te, tam hoſtiliter in me debaccharis? quæ hæc eſt dementia tua, ut immemor priſtinæ miſeriæ, qua te trahebas per humum tamquam languidum reptile, & ingratus divinæ miſericordiæ, qua per S. Auguſtinum reſtitutus es humanæ formæ, nunc inſontes laceres beſtiali ac ſerpentino dente? Pœnitere, miſer, quod tam prave abuteris data ſoſpitate, ne priori plectaris examine. Sed ille velut irritata fera ſævior inſurgit, nec arguente ſocio ſuo miteſcit. At Auguſtinus, benignus & juſtus, ſic illius furori obviat, ut non puniat; ſic corripit, ut corrigat. Membrorum quidem integritatem, quam ei obtinuerat, ſervat: lumen vero oculorum tollit, quod prius habebat, ne quem invadat jurgiis videat. Tunc dolor correpti ſenſum revocat, & exterior nox oculorum ad lucem repoſcendam cor illuſtrat. Franguntur elata cornua, concidit mens tumida, corruit contumacia cervicoſa, ſiluit ſopita fax linguoſa; veniam poſcit & interventionem à femina quam læſerat, ut ipſa pro malis bona reddat. Projectus ergo coram ſancto corpore & priori curatore ſuo, per octo dies

excæcatur, & pœnitens lumen recipit.

F

AUCT. GOCELINO.

& noctes ſatisfaciens illi, in precibus, jejuniis, vigiliis & lacrymis; purgata acie recepit largifluæ gaudia lucis, ſupplices Deo gratias agens, ac de cetero ab irritamento proximi & typo exprobrationis abſtinens.

C. XXVIII *Alter contractus curatur.*

55 Illuxerat mundo triumphalis Dominica Palmarum, in qua alius debilis, uti ſupra memoratus, manualibus ſcabellulis innitens, attracto corpore humi ſerpens, divini beneficii diſpenſatorem manibus exquirebat, qui pedibus negato officio nequibat. Admiſſus ad illam Sanctorum medicinalem apothecam, occupat ſuſpiriosis precibus, proſtratus coram almi Auguſtini tumba, ſemper ſalutis prodigum. Jam Eccleſiæ proceſſio candidata & palmata, cum Angelis & pueris laudiſona, Regem cælorum, regnantem ſuper Cherubim, apud nos vero aſello reſidentem, deducebat vel obvia excipiebat Jeroſolymis triumphantem. Interea Auguſtinus, detentus domi incumbentis miſeri anhela prece, feſtinat eum redeunti proceſſioni feſtive reſolidatum offerre. Repente itaque in rectum protenduntur intorta veſtigia, erectuſque homo in proprios greſſus dediſcit manibus, diſcit procedere pedibus. Quo obviante Eccleſiæ feſtivo cum jubilo remeanti, creſcit omnibus feſtivitas tripudio triplici, videlicet de triumpho Chriſti, de merito Auguſtini, & de ſalute reparati.

B C. XXIX *Anglus ad Græcos ſe recipiens, Auguſtino ſacrã adem ponit,*

56 Quis autem tam innumera ejus ſigna, quæ in loco dormitionis ſuæ aſſiduat, ſcriptis comprehendat? qui regnans cum Chriſto & in Chriſto ubique regnante, etiam in extera Regna vel ubicumque oratio flagitat, ſupplices adjuvans & tumidos reverberans, virtutum radiis coruſcat. Rem apud Danaos geſtam hinc lector vel auditor patiens animadvertat, quam illo fideli indice cognitam cum idoneis teſtibus, apud quos claruit, hic ordo narrationis ediſſerit. Primo ex Normannis regnatore Angliæ Willelmo Angliam captante, vir honorificus de curia & nutritura B. Auguſtini, cum multis Optimatibus patriæ profugis, Conſtantinopolim tranſmigravit; tantamque gratiam apud *f* Imperatorem & Imperatricem ceteroſque potentes obtinuit, ut ſuper ſapientes Milites multamque partem ſociorum Ducatum acciperet, nec quiſquam advenarum ante plurimos annos tali honore profecerit. Duxit uxorem nobilem & opulentam, memorque beneficiorum Dei, in honorem B. Nicolai ſanctique Patroni ſui Auguſtini conſtruxit Baſilicam domui
C ſuæ contiguam, & utriuſque Sancti, id eſt, B. Auguſtini ab Auſtrali & B. Nicolai ab Aquilonali latere, quam formoſe depingi fecit iconiam. Addidit & luminaria, cereos vel lampades flagrante oleo perſpicuas, coram ſacra imagine domeſtici Protectoris ſui noctibus accendere, quæ etiam diem ſuum referrent in nocte, quoties placida aura concederet ſub ſereno æthere. Hæc ibi videlicet ſplendida conſuetudo eſt patriæ. Hæc itaque Auguſtinianæ memo-
g riæ Baſilica & iconia Anglis *g* exulibus erat patriæ ſuæ conſolatrix matertera; hic orationes frequentare; hic dulcem Parentem, velut advenæ orphani, repetere dulce habebant.

quo ad S. Iacobum peregrinato,

57 Tandem vir hujus devotionis, Apoſtolicam urbem Romam, vel Apoſtoli Jacobi dicatam nomine Gallæciam, orationum gratia adiit: & qui in quatuor menſibus reditum propoſuit, in quatuordecim menſibus moras exegit: nam homo proponit, ſed Deus diſponit. Uxor autem deflebat viri aut interitum, aut quodlibet infortunium, dum ultra ſtatutum moratur terminum. Quam vicina ſua commater, æquali generoſitate & opulentia clara ſibique æquivoca, (nam utrique nomen erat Eudochia) tam præſente quam abſente marito frequenti viſitatione colebat, & tunc maxime dum viri ſolamen aberat. Quadam itaque die ſe ad hanc referens ex more, reſpicit imaginem Auguſtini, dextro oculo ab Auſtrali exeſam illuvie, legit & titulum ſic ſuperſcriptum: Agios Auguſtinus, Anglorum Apoſtolus. Tum mulier, repleta vanitate infida, talemque concipiens mente lubrica, qualem notabat in imagine læſa, hæc apud ſe verſabat cogitatione ſtolida: Quis, inquit, iſte Anglorum eſt Agios Præpoſitus, oculo damnatus, facie turpatus? quid mihi proderit, qui ſe à ſua injuria defenſare nequiverit? Tali ſenſu irrumpens ad amicam quam petebat, ſic garrula ſive inſultans, ſive improperans exclamat: Mea Eudochia, veſter Anglicus Apoſtolus luſcus eſt. At altera revocare bacchantem conata: Noli, inquit, amica, in hunc Sanctum ad tuum garrire diſpendium, quem non ſolum ſua Anglia, verumetiam totus orbis Romanus novit ſanctitate magnificum; quem etiam præcellentiſſimus Papa Gregorius legans Anglis Pontificem mirificum, dignis ſuarum attollit ubique præconiis ſcripturarum. Econtra hoſpita, obtendens ſtivam ſtultitiæ, Quantus-quantus, inquit, ſit, quantumlibet extolle, tandem monoculus eſt. Certius teneo quod video, quam quod audio: quem ſervabit, qui ſuam formam temerari pertulit?

D *vicina mulier imagini S. Auguſtini inſultans apud uxorem,*

E *ſed correpta à Sancto,*

58 Inter hæc eludia vel ſeria, epulata delicioſe matrona & potata, ad ſua ſe recepit habitacula, & ſuccedente nocte ſomnum petit mente nocturna. Cernitur hic aſſiſtere Auguſtinus in imagine ſua heri deſpecta, modo perpulchra & utriſque oculis ſuis æquo fidere illuſtrata. Unde ream terret vox emiſſa; En, inquit, ô mulier, ille luſcus vel ille monoculus, de quo te heſterno riſu ſatiaſti, adeſt tibi, ut videas hunc nullum diſpendium lucis vel oculorum pati, ſed utroque orbe clare omnia intueri. Tuis vero obtutibus jam lues incommoda, quæ indebita nobis imputaſti; nec proderunt medici, donec diſcas Dei famulos pro contemptu venerari: tandem etiam perdes quibus inſoleſcis divitias perituras, ne cum ipſis pereas. In his evigilans femina, ſenſit acriter oculis debitam incubuiſſe ſententiam. Incutitur morbus ut ignei clavi, urit dolor torre carbunculi. Refert patiens pro riſu gemitum, pro cachinno luctum, pro ludibrio ululatum: angor etiam oculorum ſanis veſtigiis negat egreſſum, niſi quantum urgebat neceſſitas rerum. Jam illum, cui velut invalido heſternum ferebat repudium, ſupplici prece velut quæſtorem ſuum invocat Auguſtinum: ſed
F non tam cito, quo ingrata abuteretur, meruit reſponſum. Erogat in medicos ſubſtantiam, ſed aggravat magis quam alleviget medicina pœnam. Diu ergo ſic laborante & prædicante Sancti correptionem rea, per totam Conſtantinopolim & intra ipſam Imperatoriam Regiam Agii Auguſtini nomen flagrabat & fama. Tandem vero multis poſcentibus pro ea ipſius clementiam, ipſaque attentius votis & muneribus implorante veniam, quadam nocte ſic viſitare dignatus eſt afflictam.

eamque pro oculis dolentibus invocans,

59 Affulſit ei denuo per viſum in claritate lucis ſupernæ, ut repercutiente fulgore in ipſum nequiret reſpicere; talique ægram refovet affamine: Non te merente, ſed illa commatre tua, quæ te à noſtra injuria compeſcere certabat, interveniente, nunc venio ad te, quatenus parens meæ legationi potiaris ſalute. Nuntia craſtino eidem amicæ tuæ ex me, quatenus iconiam meam reſtaurari totam faciat conducto pictore; hocque ſigno quod vir ſuus, pro quo velut defuncto eotenus fluctuat, infra hos quindecim dies redibit ſibi cum lætitia & incolumitate, certũ habeat quod hæc ſibi mandaverim per te: docetur etiam proſpera vel adverſa contemnere tranſitura, & ſperare attentius gaudia æternaliter manſura. His omnibus

jubetur uxori pranunciare reditũ abſentis,

A nibus ad ingentem lætitiam omnium nuntiatis, & iconia Sancti cum priori epigrammate ceteriſque omnibus ad honorem ejus perfectis, mulier quæ ſua hactenus dolebat lumina, ad ipſius imaginem, antea irriſam, nunc veneratam, placabilia Deo accendit luminaria. Sic ergo peſtem, quam oculis ridendo attraxit, flendo excuſſit; & ſalutem, quam ſua jactantia abſtulit, expetita interventoris Auguſtini indulgentia reſtituit. Inter hæc tanta gaudia, intra præſcriptos dies venit uxoris deſolatæ maritus, uti erat promiſſus, ſoſpes, hilaris, jucundus, quaſi de funere redivivus, quaſi de tumulo reſuſcitatus. Audit, aſpicit, agnoſcit ſui Auguſtini oſtenta prodigia, edicta mandata de imagine ſua læſa & deriſa, ſuoque juſſu renovata, de vicina ſua inſultatrice à Sancto correpta & correcta, de conjuge ſua promiſſo maritali reditu conſolata. Erigitur heros ad Deum Auguſtini in multa gratiarum libamina, effunditur longe lateque hujus virtutis notitia, Auguſtini ſignipotentiâ & nomine repletur Græcia, laudant Danai, prædicant Attici, venerantur Achivi, Agios Auguſtinus Anglorum Apoſtolus per omnium volitat ora, & Auguſtalia occupat Palatia. At dives matrona, ad B meliora æternitatis commercia, prædicta ſibi à ſancto Patrono tandem ferens mendicitatis probra, amplius declaravit ejus merita, cujus tam veracia oſtendit vaticinia. Benedicta Domini gloria, in Sancto ſuo ubique operantis mirabilia.

qui rem omnē gaudens intelligit.

ANNOTATA.

a *Bononienſem agrum intelligit, olim Flandriæ accenſitum.*

b *Hic eſt* Robertus Friſius, *qui Comitatum Flandriæ obtinuit ab anno* 1072 *uſque ad an.* 1093, *cui tunc filius* Robertus, *cognomento* Hieroſolymitanus, *ſucceſſit.*

c *Proverbio huic vernaculo, alia aliaque reſpondent, in ſua cuique lingua, quibus animi propoſitum ſucceſſu fruſtratum ſignificetur. Huc facit Chriſtianum iſtud,* Homo proponit, Deus diſponit, *quod infra uſurpatur.*

d *Eſt* Eadgitha *inſcripta Martyrologiis Anglicanis ad diem* 15 *Iulii. Ejus Vitam traditur etiam Gocelinus ſcripſiſſe: quam utinam in illum menſem nobis ſuggerat aliquis.*

e *Hector Boëthius lib.* 6. *Hiſtoriæ Scotorum de illa Tranſlatione agit, velut facta tempore Conſtantii Imperatoris: ipſum quod hic allegatur ſcriptum nanciſci optamus.*

C f *Coronatus* Conqueſtor *fuit in Natali Domini anno* 1066: *ſequenti autem anno mortuus Conſtantinopoli Conſtantinus Ducas, Eudoxiam uxorem cum parvulis filiis reliquit poſt ſe; quibus illa conſultum volens an.* 1068 *Romanum Diogenem matrimonio & imperio ſuo aſſociavit: hos ergo hic intellige.*

g *Eruditiſſimus Cangius, Obſerv.* 89 *in Hiſtoriam CP. Villharduini, præclare demonſtrat, ex Oderico Vitali & aliis, quomodo Anglo-ſaxones, ſeu potius Anglo-Dani, ſub Eduardo Rege excedentes ab Anglia an.* 1040 *gratioſi eſſe Conſtantinopoli cœperint, & Palatii cuſtodiam exinde obtinentes numero & potentia creverint ibidem, robur exercitus facti: quibus hac nova occaſione multi ejuſdem nationis acceſſiſſe debuerunt.*

HISTORIA TRANSLATIONIS.

Auctore eodem Gocelino Monacho.

PROLOGVS.

Ad Venerabilem Cantuarienſem Archiepiſcopum Anſelmum.

Dux Anſelme Patrum, pater & vigor Eccleſiarum,
Quem celebrat titulis Romanus & Anglicus Orbis,
Ne ſpernas imi pronum munus Gocelini.

IN arce ſapientiæ ad menſam cœleſtis Philoſophiæ, Eccleſiaſtice Princeps, principaliter præſidenti ferculum tibi aureum afferre gliſcit cor meum, non mei ſtudii, ſed Auguſtini ſummi opibus pretioſum, ejus virtutibus refertum, ejus chariſmatibus condîtum, ejus ſanctorumque ſociorum ipſius auro & gemmis contectum. Codicillus eſt recentis Tranſlationis, ſignorumque ipſius ſuorumque conſortium, quæ diverſis locis per hoc fere ab ipſa Tranſlatione E ſeptennium, teſtibus fidelium præſentium aſpectibus, clare patrata noſcuntur. Beata tui Pontificii tempora! in quibus tanta diuturnitate clauſa, parturiente Sanctorum terra, reluxit nobis cum ſuis gemmis hæc Angelica margarita. Reſpice ex alto gerulum humilem, hæc tuæ paternæ Celſitudini devote dedicantem: nam quid præſtantius ſuſcipias, vel quo pignore gratius doneris, quam præducis Auguſtini præconiis, cujus Hierarchiam celſis adminiſtras officiis? & cui hæc decentius exhibeantur, quam tanto ſuæ Sedis heredi? Tuere modo pio patrocinio qualemcumque ipſius dumtaxat fidei aſſertorem; verique defenſor, refelle incredulum latratorem.

Proponit ſcribere per ſeptennium geſta.

CAPITULA LIBRI I.

CAP. I. PRimo exponitur novum gaudium alterius novæ ſolennitatis, id eſt, Tranſlationis B. Auguſtini ſociorumque ejus: quia prima eſt ſupernæ aſſumptionis, qua de cælo nos irradiavit; iſta, qua de tumulo receptus, poſt diuturnum ſoporem, typo futuræ reſurrectionis nobis reluxit.

II. Veterana eccleſia deſtructa & Sanctorum porticus ſuper ipſos Sanctos ad gloriam patientiæ ipſorum eſt ſubverſa, ſolis prius eductis ſanctis Adriano & Mildretha. Obrutus juvenis ſarcophago cum Corpore B. Adriani, magno miraculo illæſus exiliit. Capitulantur & alia numeroſa ipſius ſancti Adriani miracula.

III. Auguſtinus, cum tumulis & conſepultis ſuis, in prædicta obrutione tam ponderoſa nihil læditur.

IV. Item materia, ſupra S. Auguſtinum ruitura, ruit contra impellentes, integritate ſolida, repulſione divina.

V. Jacuere ſub divo novem hebdomadibus, ad humanam ignominiam, & compaſſionem ac reverentiam ætheream.

VI. Ad interventorem Frater dormitans in prece, divina emendatur increpatione.

VII. Candela ſupra B. Auguſtini tumbam diutius arſit, nec quidquam læſit.

VIII. Trepidantibus artificibus aliis punitis, Præſul fidelis in tumbam Sancti percuſſit, & ceteros confortavit.

IX. Magiſter artificum, facto foramine, ſentit cum aliis & nuntiavit S. Auguſtinum adeſſe ex odoris majeſtate.

X. Quam

AUCT. GOCELINO. EX MS.

x. Quam dulci gratia, positione, & forma inventus est quingentarius sepultus.

xi. Solennitas & gaudium populi in Augustinum, tamquam de morte resuscitatum: quem transferunt ad altare summorum Apostolorum.

xii. Jam sepulchrum Augustini, vacuum corpore, plenum virtute, calet in languidos celeri salute: nam & de hoc sacro tactu puella moriens potata revixit.

xiii. Duo letales inimici, sanatis animis hic reconciliati, majori sunt miraculo quàm corpore sanati.

xiv. Ut Presbyter vidit Angelos, per scalam à cæli vertice in Augustinianum templum descendere, cælestem civem cælicâ turbâ terris visitante.

xv. Ut Augustinus suo componitur thalamo, & miranda populum rapit offerendi devotio atque compunctio.

xvi. Titulus miraculorum Sanctorum Laurentii & Melliti, transferendorum.

xvii. Ordo, perpetua pietate memorabilis; qua Sancti positione & gratia priori cubiculo requieverint.

xviii. Dum fodiunt circa S. Laurentium, inveniunt prius alium ignotum: quem mira fragrantia
B & tumulus inter Sanctos notificavit Sanctum.

xix. In translatione Laurentii & Melliti mulier, tactum feretri S. Melliti oculo carbunculoso infricans, sanatur.

xx. Mulier cæca, credula fermocinanti de Sanctis, continuo illuminatur.

xxi. Mirificante Domino Sanctos suos, Justum, Honorium, ac Deusdedit, non poterant sexta feria ab insistentibus confringi eorum busta, ut transferantur in sabbato, die S. Augustini octava.

xxii. Femina muta, surda, & clauda, ad S. Augustinum per revelationem venire jussa, magna ibi curatur Dei munificentia.

xxiii. Candela coram S. Augustino extincta, dum ad illuminandum portatur, cælitus illuminatur.

xxiv. Exhortatio celebrationis tot Sanctorum conjunctorum: & quod pro una die computatur Octava: & quod nunc pariter ut priori requie componuntur.

xxv. Suggestio meritorum Sanctorum Justi, Honorii, ac Deusdedit, cum Apostolicarum epistolarum testimonio. Prima est hæc: Dilectissimo Fratri Justo, Bonifacius.

C xxvi. Secunda est ita, Dilectissimo Fratri Honorio, Honorius: & qua revelatione persona spectabilis S. Honorium à derogatore defenderit.

xxvii. Contra obtrectatores expositio vitæ, laborum, & certaminum Sanctorum, qui & Reges converterunt.

xxviii. Exhausto corpore B. Melliti, mira aromata refudit vacua tumba, adhuc die quarta.

xxix. Lateres etiam & subjecta terra, quibus incubuit nardifluum corpus Augustini, mira cynnama fumantes, pro Reliquiis reconduntur: lateres, Gregoriano altari; terra, vacuis Sanctorum Sarcophagis. Tumbam ejus amplectitur columna, quam vulgo pilare dicimus, venerabilis posteritati locus. Sequuntur & virtutes de reservato latere.

xxx. In Orientalibus Anglis matrona languens, in somnis edocta, de hoc latere irrigato sospitatem potavit.

xxxi. Eodem poculo & Presbyter fidelis curatur à longa ægritudine.

xxxii. Mercator quoque, tumens in mortem, hoc antidoto detumuit & convaluit.

xxxiii. Reliquiæ hujus lateris sacrique pulveris horrende terrificant ignaros gerulos, ipsa nocte tota & sequenti: conscius vero per revelationem redarguitur negligentiæ. D

xxxiv. Mysterium somni propter prædictas Reliquias in laminis argenteis: quarum somniator subito dolore ictus, orationis refugio subito curatur.

xxxv. Abbatissa Bertina, post noctis medium, splendore, divinitus tertio coruscante, ter excitata, docetur præsenti Reliquiarum Augustini gratia.

xxxvi. Presbyter (mirabile dictu) videtur eodem momento post Præfationem, & Dominica libamina consecrare, & retrorsum consulendi gratia descendere: quod factum creditur Augustino auctore.

xxxvii. Anno Domini MXCI, VIII Idus Septembris, facta est Sanctorum Translatio, quæ celebratur die VIII.

xxxviii. Ut candela ante Translationem, supra tumbam sancti Augustini palliatam; sic postea, supra ornamenta altaris ejus, candela ardens nihil nocuit.

xxxix. Hic Natalitium Sancti tribus signis illustratur. Primo puella, dexteram palmam sinistro humero innatam gerens, inter matutinas Laudes reformatur.

xl. Secundum est, quod vir debilis contracto genu curatur. E

xli. Tertio nativam lacertulorum torturam infans, matri arridens, ostentat curatam.

xlii. Ut Monachus perfuga, de medio ignis & hostium, per Augustinum ereptus sit.

xliii. Qua revelatione Clericus vinculis & cunctis claustris eductus sit.

xliv. Matrona, trans mare à partu interitura, per S. Augustini visitationem donatur salute ac sobole dulci.

xlv. Simile miraculum de alia ejusdem loci matrona.

xlvi. Corripit ægritudine Sacerdos Domini Militem, temerarie se incusantem, sanat pœnitentem.

xlvii. Qua nece prædatores parochianorum suorum in Exonia protriverit.

xlviii. Quam benignum Patronum Scholastici inibi experti sint.

xlix. Ut languidus, à diuturna mortis instantia, Augustini visitatione respiraverit.

l. Alius ægrotus, à letali faucium tumore, voto facto, liberatur.

li. De infantulo morituro nutrix in visu tertio jubetur, ut offerre illum sancti Augustini oratorio Patri Presbytero antistetur: respirat, funebria ubi parantur. F

lii. Pervasor ecclesiæ S. Augustini vecordia punitur: satisfactione propinquorum in ipsa ecclesia recuperatur.

liii. Ut in alia ipsius ecclesia, quæ est in Legecestra, Anachoreta cæca illuminata sit, & ipsum videre meruerit.

liv. Matrona pauperculam cæcam hospitio fovebat: quod beneficium sanctus Pater ei apparens approbat: jubet, miseram Cantuariæ ad suam præsentiam sanandam adduci faciat: adductam mox Lucifer noster illuminat.

lv. Hæc de præscripta Translatione signa, per hanc annorum hebdomadam, oculis probata.

A

CAPUT I.

Inter demoliendam veterem eccleſiam invenitur & transfertur corpus S. Auguſtini.

1 POſt antiqua Euangelici protoparentis Anglorum Auguſtini ſolennia, cælo triumphata, quæ nuper egimus; laude feſtivâ nova nobis oritur gloria, nova lætitia, ſolennitas nova. Ipſa eſt ſua ſanctorumque collegarum ſuorum Tranſlatio nova, quæ poſt centum fere luſtra, in nova ejus facta jam lucet eccleſia. In priori feſto, de ſeculi agone & tenebris ad ſolem gloriæ palmatus aſcendit; in iſto de diuturno humi ergaſtulo ſuam lucem oſtendit, & de æthereo honore ad vitalia buſta nos reviſit. Illic de mundano utero ſuperis naſcitur, hic de ſepulchrali alvo nobis renaſcitur. Ibi laudibus deduximus victorem tranſeuntem ad ſidera, hic colligimus theſaurum renitentem de terra. Tunc æternæ pacis ſomno quievit, nunc de tam longævo ſopore noſtra manu motus evigilavit; ſeſeque adeſſe tam de cælo quam de ſepulcro evidentibus ſignis reſpondit, ut competentibus locis clarebit. Ac ſuperior feſtivitas, ſingularis eſt bravio unius: iſta, tot reſplendet feſtivitatum ſideribus, quot adjunctis cum Principe ducibus. Hinc Dominum rerum, novis ſemper beneficiis renovantem ſæcula, & de vetuſtate ac morte in rediviva Sanctorum gaudia reſtituentem nobis omnia, glorificemus fidei & ſpei gloriatione nova, qua ipſorum corporum repræſentatione vivifica jam prævidemus beatæ reſurrectionis præmia. Hæc igitur præclara tripudia, longo ſeculo deſiderata, noſtris temporibus declarata, miraculis & revelationibus confirmata, nequando perdat poſteritas, noſtra mandare litteris exorat pietas, urget caritas, impellit fraternitas, indicit totius boni affectus concinnitas. Jam vero rem ipſam explicemus: quamquam noſtram facultatem longe excedat tot Principes divinos uno textu, velut uno cubiculo ſuo, componere: quos deceret ſingulis libris, velut propriis prætoriis, pollere.

Qui ſuo Natali die ſolus colitur,

In feſto Tranſlationis cum pluribus ſociis honoratur.

B

2 Sublimatum auguſtius novæ Auguſtini eccleſiæ Presbyterium, totum illud cum amplis porticibus amplectitur ſpatium, quod ſanctæ Dei genitricis ab Oriente contiguum poſſederat oratorium, ſuo cæleſtiumque virtutum jugi ſolennio ac ſignis illuſtriſſimum. Hinc reliqua navis veteris monaſterii, cedere juſſa ædificio ſurgenti, jamque rea minarum excidii, ne obruat diruitur: ante tamen cuncta Sanctorum turba, omnibus ſacrariis diffuſa, à jactura eruitur, & novis tectis reponitur. Sicut illi à mundi ruina cum Loth à Domino liberantur; ſic Apoſtolica Auguſtini aula ad deſtinatam metam tendebat: ſed ſuæ dormitionis porticus obſtabat. Quid faciat ergo auctor ædificii devotus Abbas Scollandus? dum nec illa ſancta penetralia, tanto ævo intacta, movere præſumit; nec opus cœptum, niſi ablatis obſtaculis, procedere poſſit: maxime cum prædeceſſor ſuus præſcriptam Dei genitricis baſilicam fractam morte luerit? Sed ipſo inter hæc ſuperno arbitrio de medio terrenarum curarum ſublato, a ſucceſſit Abbas Wido, cujus anno quarto facta eſt quæ adſcribitur Tranſlatio: cui Rex conſultus favens juſſerat, ut cum Pontificum & Abbatum populorumque affluentia decentiſſime ageret hæc ſolennia. Volebat & ipſe intereſſe, ſed tunc ibat in expeditionem b Scotiæ. Sed Monaſteriarcha, ubi turrim præfatis porticibus ſupereminentem auguſto faſtigio extulerat, dum reliquam templi navim protendere flagrat, illud Beatorum cubiculum, moræ impatiens qua Sancti eruerentur, forti ariete ſubvertit: totque ſuperni Regni Principes, longiturna pace ſoporatos, feſtinata modo virtute negligentiam excuſante, obruit. Antea tamen condignorum Sanctorum, Adriani confeſſoris & Mildrethæ Chriſti Virginis nardiflua pignora, mira ſuavitate vernantia, ſolenniter exportari, & imminentem caſum evadere fecit.

Producta longius nova eccleſiæ fabrica,

C

veteri ruinam minante,

a *& everſa quæ Sanctis ſmminebat turri,*

b *poſt SS. Arianum & Mildretam tranſlatos,*

AUC. CÖCELINO. EX MS.

3 At vero ipſis Primoribus, videlicet Auguſtino, Laurentio, Mellito, Juſto, Honorio, c Deus dedit in prædicta obrutione relictis, divina protectione quaſi manum ſubmittente, ſaxa & ſigna pepercere, quibus durior humana obſtinatio non pepercit. Nam ubi tanta moles lapidum, trabium, tectorumq; plumbatorum, quæ ſacroſancta corpora obruerant, ſunt ablatæ; omnes illæ illorum ſepulcrales ædiculæ, cum eſſent fractiles & lateritiæ; ſed & ſculpturæ & imagines Angelicæ, cum Dominica majeſtate ſuper tumbam magnifici Auguſtini mirifice formatæ, cunctis miracula Dei acclamantibus, illæſa apparuere.

c *reliquorum ſepulcra manent illæſa,*

4 Reſtabat interim paries Auſtralis, qua parte almus Auguſtinus ſacerque Deus dedit quieſcebant: qui tandem multo ariete ſolutus, dum certo nutu Sanctos oppreſſurus videretur, protinus inæſtimabili Dei virtute, quaſi in ſaltum excutitur: & ad Auſtrum contra impellentes, totus, integra ſoliditate, proſternitur: quantumque vaſtus & cacuminatus erat, tantum ſpatii jacens occupabat. Vix evaſiſſent ſecuri impugnatores, niſi his ſuperna clementia Sanctorum meritis peperciſſet. Tum vero ad tam evidens ſignum clamor laudiſonus attollitur omnium: nam qui Superos dilectos obrutos ſervaverat, hic ne obruerentur vetabat. Sic plerumque ipſe Sanctorum mirificator, alios in mediis ignibus protegebat, ab aliis etiam ignes fugabat: iſtos per profundum maris ſicco veſtigio tranſtulit, alios ſuper undas currere fecit.

ac ſingulariter S. Auguſtini.

5 Jacuere tunc per novem hebdomadas illæ cæleſtes exuviæ ſub dio, ac ſi vulgaria funera expoſitæ, & ad omnem impetum aëris patuere: adeo proh dolor! terreſtris diſſimulabat indignitas, quibus Angelos concives frequentaſſe credimus excubias. Certabat tamen Fratrum devotio, pro ſuo modulo, defenſacula ſpeciali Principi ſuo parare Auguſtino.

ad quod ſub dio tectum,

6 Compoſuere tugurium afficulis: & unus aut duo pro arctitudine viciſſim agitabant vigilias, cum luminibus & canticis divinis: ubi unum, forte ſomno prægravatum, vox audita increpuit: Et, hic, inquit, non domitioni, ſed orationi locus congruit. Qua correptione Frater ille vigilantior eſt redditus in prece.

dormitans Frater coarripitur,

7 Deinde candela oblata, candelabro negligenter affixa, ſupra tumulum Sancti, linteis aut palliis ſolenniter ornatum, decidit; ibique trium pedum tractu ſignante favilla (aberant enim cuſtodes) exarſit. Tandem ſuperventum eſt: candela ablata, favilla excuſſa, lintea & pallia prorſus intacta fulſere: quo miraculo omnes Deo gratias exultantes reddidere.

F

& candela decidua nihil lædit.

8 Jam dies poſitus gratiſſimus illuxerat ſacræ Tranſlationis: Adeſt venerabilis Pontifex Eccleſiæ Roffenſis Gundulfus, qui tunc Archipræſulis e defuncti auctorali vice pollebat: progreditur cum Abbate & Patribus ac Officialibus hymnidicis ad illud ſanctum ſanctorum, ad illud Domini ſacrarium ac propitiatorium: jubet primum ſummi Auguſtini aperiri. Nemo approximare præſumpſit: timor omnes abſterruit. Videres artifices, tamquam reos, ſub indicibus & quæſtoribus ac fulmine, trepidantes. Viderant pridem egregium juvenem, monaſterii artificem, celeri morte mulctatum, qui juſſu Abbatis primus hanc ſacram porticum impulit: nec ille tam officioſus excuſari potuit, quia præceptori obedivit, quin pœnas præſumptricis gratiæ luerit. Sed fideliſſimus Epiſcopus, jam triduana abſtinentia prælibata

Illud cum aperire auderet nemo,

opus ordituri Epiſcopus Roffenſis

AUCT. GOCELINO EX MS.

à Fratribus, armatus fide, prece, ac devotione, ultro ferramentum invadit, ictum in tumbæ frontem dedit, ſuoque exemplo & hortatu reliquos in opus animavit.

ſentitur ſuavis odor

9 Primo præſtantiſſimus artificum magiſter, templique ſpectabilis dictator Blitherus, expetita Pontificis benedictione, trepide, lacrymoſe, & proſtratim accedit: altareque capitis ſummi Auguſtini ad pavimentum exhaurit. Ibi, complanatum areæ, Parii marmoris candens ſaxum quadratum offendit: quo paululum erecto, erumpens vapor nardiſluus, quæſitorem ſuum in ora reverberavit: & ſe adeſſe qui quærebatur, ſua ſuavitate pulſanti reſpondit. Intellexit vir prudens ultro oblatum, quem alto foſſatu & laborioſo quæſitu formidaverat vix inveniendum: ſtupenſque & tremens lapidem repoſuit, atque hoc mirificum thymiamaterium occluſit; perpendens ſapienter, non ſui eſſe officii ulterius progredi, cedit illico; teſtatur ſubmiſſe, quæſitum pignus adeſſe: nec tacebat interea jugis pſalmodia. Protinus juſſu Abbatis Fratrum manibus removetur prædictus lapis. Tum vero ingens ſtrepitus ſuaviſſimorum aromatum, velut à pectore & ore dormientis Auguſtini, exiliit: longeque ventilatus, omnes tam mira quam inexperta prius dulcedine replevit: quoque magis hæc balſamatica apotheca reſerabatur, eo profuſius odor cæleſtis jaculabatur. Continuo locus, ob gloriam Patris & impetum populi, cortinis ambitur: intuſque à fidelibus domeſticis deſiderantiſſimus theſaurus perſcrutatur.

ſublato qui tumbam tegebat lapide:

B

invenitur corpus

10 Tum patente oſtio clara luminaria ingeruntur: & ecce Angliæ Chriſtianitatis inſtitutor primicerius, tot ſeculis abſconditus, tam deſideratus, tam magno quam inſperato gaudio oſtenſus, poſt annos fere quingentos conſpicitur. Sane tot tempeſtatibus bellorum, tanto diluvio Paganorum, exterminio populorum, ſubverſione urbium & eccleſiarum, mira Dei protectione Auguſtinianum veſtibulum, ut Arca Noe, ſemper manebat intactum. Unde & ubi, & ſicut primitus ipſe cum beatis collegis ſuis à die dormitionis eſt conditus, eodem loco & eodem modo immotiſſimus eſt inventus. Patebat forma & quantitas corporis, pietas & qualitas antiquæ obſecutionis primæque tumulationis. Cernitur cum Caſulâ, Albâ, Stolâ, Baculo, Sandaliis, ceteriſque Pontificalibus inſtrumentis; ut putaretur adhuc carneæ integritatis, niſi tactus probaſſet conditionem mortalitatis, quæ tamen eſt ad augmentum gloriæ immortalis. Omnium ergo votis ſpeluncam illam, inæſtimabilis pretii theſaurariam, Fratres idonei cum ſummo ingrediuntur timore ac reverentia, cum prece & laude Davidica: colligunt in ſcrinia linteata & palliata, illa aurea ac gemmea pignora, compagine & harmonia corporali rite compoſita. Aſſerit etiam aliquis illorum veridica conſtantia, ſe inter illum pulverem pigmentarium ſolidas adhuc carnes quingentarii depoſiti manu contigiſſe, & ſuppliciter foviſſe: unde merito æſtimatur hæc ſacra gleba, in cuſtodia ſupernæ gratiæ, longiturna duraſſe incorruptione.

Pontificaliter induitur:

C

11 Interea indicta à Præſule ſumma & omni nitore lætitiæ colenda feſtivitate, totum monaſterium adornatur tamquam Paſchali dignitate. Extemplo tantæ novitatis fragrantiam procul odoratur turba remota, confluit urbs tota, inundat Cantia, undique concurrunt populorum examina: gratulantur immenſum, Auguſtinum ſuum, jam quaſi de morte reductum, de ſepulchro reſuſcitatum, de cælo ac terra redditum, viſu corporeo ſe repræſentantem, ſignis & virtutibus velut ore ad os alloquentem. Redit illa felicitas, qua quondam populos in corpore erudiebat, & cæleſti nectare ſe videntes & audientes beatificabat: imo vero tanto felicius ac potentius nos eum habemus, quanto jam à mortali captivitate in regnum claritatis Dei tranſlatus, præſentior adeſſe poteſt ſuis ubique ſupplicibus. O nova & matutina lætitia! in qua tantum jubar, cum tot paternis radiis, noſtris oculis tanto ævo occluſum, videre; imo etiam gratificis manibus illa nardiflua pignora, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & favum, amplecti & contrectare meruimus; quod nos viſuros nec ſperare quidem ante unquam præſumebamus. Multi Reges & Principes, ſeculares & eccleſiaſtici, voluerunt videre, quæ vidimus, & non viderunt, nec prece nec pretio valuerunt: utpote Romanus Imperator: qui prodigo pondere auri & ornamentorum prætento, ne minimum inde pulviſculi potuit attingere. Exportatur itaque cum omni ornatu & proceſſu ac jubilo celebritatis eccleſiaſticæ, cum vocum & cymbalorum modulatione, cum ſupernorum & infimorum ſocia congratulatione, atque cum hac altiſona gloria ante authenticum altare ſummorum Apoſtolorum, velut depoſitum cæleſte, componitur, donec parato decenter thoro collocetur. Tanta vero gratiarum Chriſti chariſmata refundebantur in populum de tanti Patris dulcedine, ut velut incenſum paſſim ſtillarent lacrymis lætitiæ, quibus ille dies paternæ præſentiæ eotenus inæſtimatus potuiſſet clareſcere.

D

ad altare Apoſtolorum.

E

Ablutione digitorum ejus qui corpus tetigerat

12 Nec vacat interea à ſalute ille locus prioris quietis, ille lectulus prolixæ dormitionis: calet magni incolæ accubitu, ſudat opifera balſama, & odore ſuo curat morbida. Ægri, languidi, debiles, contracti veniunt veſpere, & incolumes redeunt mane. Reſidui quoque comites & Conſacerdotes Auguſtini, favent ipſi thalamo ſua benedictione, reſpergunt ſua confloratione, thurificant ſuo thymiamate. Unus autem horum, qui has margaritas ſacrorum civium inveſtigaverat, ex aqua, qua digitos pulverulentos lavit, puellæ, jam biduo ſine voce & ſenſu ad finem agonizanti, jam morienti, quaſi antidotum miſit: qua guſtata, protinus erecta lectulo aſſedit, cibum popoſcit, refecta ſoſpes ſurrexit: cum ipſa ſuſcitata velut à morte, mater & cognati in gaudia & gratiarum libamina ſuſcitantur à dolore. Nota eſt illa, portæ monaſterii à nativitate contigua.

moribunda ſanatur:

reconciliantur duo paria inimicorum,

F

13 Magna erant tunc de Auguſtini præſidio miracula corporalium ſanitatum: ſed majora ſunt cordium ſanatorum. Vidimus hic duos irremediabiles inimicos conveniſſe. Alter alterius occiderat genitorem: ultor exhorruit interfectorem, interfector expavit ultorem. Cum uterque, alter odio, alter timore, fugere ab eccleſia decertaret; divina virtute quaſi fulmine reverberati, etiam patente oſtio, non poterant egredi. Ita Auguſtini interveniente gratia, ex improviſo coram eodem pacificatore pio repræſentati, & nullo alio mediante invicem compuncti, invicem in ſatisfactionem proſtrati, uberrimis lacrymis conflagrati, ex deſperatiſſimis adverſariis fiunt germani amici, acſi ejuſdem parentis filii. Similiter alii duo, quorum alter alterius fratrem interemerat, poſt cruentiſſima odia, cunctis mirantibus & congratulantibus, eodem die ultro pacati & confœderati ſunt. Quorum exemplis, omnibus Auguſtini nectare perfuſis, nullus in tanto populo remanſit inimicus, quatenus ipſe primipilus, ſignifer pacis Chriſti, ut dignus Pater concordium filiorum gauderet in omnibus, in tam nova tamque præclara feſtivitate. Epiſcopus Miſſam, candido Choro conjubilante, celebrat: & poſt Euangelium de tanto tanti Patroni tripudio populo ſermonem diſpenſat: tantæ lucis myſterium, cum ſpe beatæ reſurrectionis, viſionis, & cohabitationis ejus perpetuæ fideliter intimat:

& transfertur exultanter

& ſolennitas ab Ep. Roffenſi terminatur 6 Septembris.

A mat: poſtremo peccatoribus abſolutionem, pœnitentibus remiſſionem, omni populo confluo, ejuſdem primi Præſulis & inſtitutoris ſui vice atque auctoritate, dat benedictionem, perennemque in Chriſto confirmat pacem: ſuperna quoque agmina his ſolenniis congratulari ſunt viſa. Contigit hæc celebrabilis Tranſlatio in Sabbato, cui ſanctæ Dei Genitricis Nativitas ſuccedebat die tertio.

ANNOTATA.

a *Guil. Thorn.* Obiit Scotlandus, Abbas 41, anno Domini 1087, III Nonas Septembris..... *& Auguſtinenſes* Monachum quemdam ex ſuo gremio, moribus & litteratura inſignem, ac Regi Willielmo juniori amantiſſimum, nomine Wydonem, Chriſto prævio elegerunt.

b *Ioannes Bromton in Willielmo Rufo*, Menſe Majo Malcolmus Rex Scotorum cum immenſo exercitu in Northumbriam venit..... quod audiens Rex Willielmus, mox cum Roberto Fratre menſe Auguſti, de Normannia in Angliam revertens, congregato immenſo exercitu & claſſe non modica, verſus Scotiam profectus eſt.

B c *De his & prænominatis duobus, aliiſque adhuc nominandis, quia ſeorſim ac plenius infra agitur, nihil nunc notamus.*

d Aſſiculus, *diminutivum ab* Aſſis, *tabula: aliis ab* Aſſer, *formatur* Aſſerculus; *ſed nec hoc apud antiquos reperies.*

e *Id eſt*, Landfranci; *defuncti jam inde ab anno* 1089, 28 *Maji, quando Vitam ejus illuſtrabimus: & vacavit Sedes uſque ad* 1093, *quo ordinatus fuit* S. Anſelmus 4 *Decembris, ſicut ad Vitam ejus diximus* 21 *Aprilis.*

f *Conveniunt Characteres: nam anno* 1091 *erat littera Dominicalis* E, *adeoque* 6 *Septembris dies Sabbathi, poſt quod, mediante Dominica ſequebatur* 8 *Septembris, Nativitate Deipara veneranda: quomodo autem ſequenti mox nocte clam abſconditum ab Abbate ſit corpus, quia ignoravit Gocelinus, infra in Appendice reperies.*

CAPUT II.

Tranſlatio Sanctorum Laurentii, Melliti, Deo-noti, Iuſti, Honorii, Nothelmi.

14 C *Abſens Presbyter interea videt de ſepulcro ſcalã aſſurgere in cælum,*

IN ipſo Sabbato & ſubſequente nocte Dominica, pervigil ſuorum cuſtos Auguſtinus, cum pernoctantibus Pſalmicanis, ante Apoſtolicum altare præſtolabatur apparatum requietionis ſuæ. Eſt autem Cantienſis civis Presbyter notiſſimus, probatæ fidei ac veriloquii, qui tunc forte hoſpitatus Wintoniæ, in ipſa nocte Dominica circa lucem parabat domum redire. Ecce autem inter ſomnolentiam vel ecſtaſim, ut ille jurejurando adſtipulatur, vidit eminus cælum apertum ſupra Auguſtinianum templum, ſcalamque flammeo fulgore radiantem, ab ipſa ſuperna janua uſque in caput ejuſdem eccleſiæ, qua Sanctus Domini accubabat, quaſi columnam libratam; Angelorumque chorum, candidiſſimo ac ſplendidiſſimo habitu, per illam deſcendentem uſque in ipſam Apoſtolicam aulam: totum vero monaſterium, quaſi ingens globus flammivomum, ſtantis fulgoris radius cum ipſa ſcalæ extremitate involvebat; ut repercuſſo intuitu, quid intrinſecus vel circa ea loca ageretur, perpendere nequiret. Dumque miratur tam inexpertam contemplationis majeſtatem, tandem redditur exteriori ſenſui. Mirabatur amplius, cum prorſus nihil ſciret vel cogitaret de paternæ Tranſlationis myſterio, quidnam rerum præſignaret hæc viſio. Obſtupuere nihilominus & comites ignari, audita revelatione tali: donec pervenientes propius, rei certitudinem cognovere. Tum vero major ac major obortus eſt ſtupor, ubi indicio contemplatoris novi meritorum Sancti, teſtis comprobatus eſt æther: nec dedignetur quiſquam ſcalam ſomniantis Jacob in fæce noſtri temporis mediocri perſonæ revelatam credere, quia omnium Dominus in magnis & parvis facit quæ vult, & quando vult, & quomodo vult. Nos quoque fide videamus, quod ille videndo forſitan non perpendit: ſcilicet Angelicos cives per illam ſcalam ad dulces exuvias animæ contubernalis Auguſtini amabiliter deſcendiſſe, & revictura in ſuâ claritate pignora viſitatione gratiſſima refoviſſe, ſimulque oſtendiſſe, ſe cum terrigenis ejus gloriæ congaudere: ſcalam vero flammeam hanc eſſe, qua ſummarum virtutum gradibus & flammeo ſupernæ dilectionis ardore cælos aſcendiſti, ſublimis Auguſtine. Auc. Gocelino ex ms. *eamque flammeam.*

15 Deinde poſt illa Sabbati feſta recentia, affulgente Dominica, alia Auguſtino feſtivitatis ſecundatur gloria: cum ab univerſa chorea, iterum candidata & purpurata, cum præcipiti populorum fluvio & altiſono laudum jubilo, adornato ſolenniſſime thalamo collocatur; ubi nunc à fronte & facie eccleſiæ, pervigil ſpeculator & cuſtos domus urbiſque ac totius Angliæ ſuæ, auroſa ædicula excubans, rite ab omnibus veneratur, atque ut omnium interventor adoratur. Quis vero tantam vidit oblationem in auro, argento, ceris & candelis, aliiſque reſellis fidelium? Miraculo erat omnibus tam inſueta copia: non capiebant hæc altaria, non ſufficiebant colligentium certamina, noctes & dies non quieſcebat offerentium turba. Mira erat in cunctis gratia: paſſim currebant lacrymarum flumina. Incredibilis videretur, niſi palam conſpiceretur, nova hæc plebis devotio atque inſueta compunctio. Sed nimirum paterna eos afflaverant chariſmata, ut quaſi de longinquo temporum vel ſpatiorum ſeculo regredientem liquefactâ animâ benigniſſimum exciperent Parentem. Nec vero fallebantur fide & caritate ſua: revera enim ſe adeſſe oſtendit tam ſpiritus quam corporis præſentia, & ſignorum evidentia & pietatis flagrantia; utque ſupra meminimus, pacis & reconciliationis conſpiratione publica. *Proxima die Dominica* E *confluit cum oblationibus populus;*

16 Volebant tunc & beatos cives conſortes transferre, quatenus una ejuſdem diei celebritas unius aſtringeret mentis collegas. Verum & ipſo die & ſequenti (quæ erat, ut prædictum eſt, Nativitatis Matris altiſſimi Verbigenæ) in uno Auguſtino componendo manus dedere: nec ſuffecerunt prorſus, interveniente jugi plebium glomeratione, opus explere. Tertio demum die, id eſt tertia feria, vix ædiculam & opertorium Ducis confecere: quarta tandem die, quæ eſt quarta feria, quaſi expeditis lacertis, ad beatiſſimos contubernales & ſucceſſores ſuos, Laurentium a & Mellitum, ad ipſum Principem devehendos acceſſere. Laurentius cum ipſo Duce Auguſtino primus venit: cum quo & diaboli aciem primus rupit, primuſque ab ipſo adhuc vivente ordinatus Archipontifex, S. Clemens ſummo Petro ſuperſtiti ſucceſſit. Mellitum vero electiſſimum præcellentiſſimus Gregorius Auguſtino poſt miſit auxiliarium, in procinctu Chriſti ſtrenue ſuccenturiatum. De B. Laurentio dulce eſſet memoratu, quomodo mortuum ſuſcitaverit, ſuper undas maris pedibus cucurrerit, igne de cælo evocato virtute Eliæ impios conflagraverit: quomodo fontem aridis locis productum in perpetuum rivum effuderit, qua pœna arceatur omnis feminarum acceſſus ab eccleſia, quæ ejus apoſtolatui exſtructa & conſecrata eſt in Scotia: ut nuper Regina Scotiæ inclita *S. Auguſtini tumulo novo intra triduum clauſo.* F *feria 4 offeruntur SS. Laurentius & Mellitus.* a *utriuſque collegium,*

b Mar-

b AUCT. GOCELINO. EX MS.

b Margareta, cum oblationibus aditum tentare ausa, ſubito ſit percuſſa atque repulſa, ſed Clericorum prece reſtituta. Verum hæc, loci arctitudine excluſus, prætermitto, alibi Deo aſpirante retexenda. Mellitiſſimi vero Melliti, Archipræſulis à primitivo Auguſtino tertii, probatiſſima ſanctitas, in hiſtoria fideliſſima Bedæ conflagrantem urbem Doroberniæ ſemet ignibus oppoſito liberat, flammas retrorſum tempeſtate & turbine violenter propulſat: à cujus facie recedunt ventique rogique, pereuntque citius cum ſuo terrore. Hujus etiam primi Pontificis & Illuminatoris Lundoniæ condignis meritis adſcriptũ legitur, quomodo inclitam eccleſiam Weſtmonaſterii nocte Dominicę diei, qua dedicaturus eam erat in honore Principis Apoſtolorum, ipſe Claviger arduus opus prævenerit, & per piſcatorem tranſvectus Tameſim fluvium, omne officium & ſolennia Dedicationis eccleſiaſtico ordine exegerit (quod claris indiciis intueri fuit) atque in ſignum facti xenium Pontifici inſignem piſcem miſerit.

& ſitus prima ſepultura.

17 Pium eſt etiam poſteros audire, quod jam non eſt videre, qua hic Sancti prius requieverint poſitione. Primus Auguſtinus ſuæ porticus Auſtrale latus poſſidebat, & ſacris veſtigiis Orientalem maceriam pulſabat. Ab ejus læva primus ſucceſſor & lateralis Laurentius, ut præmonſtratum eſt, ſimili ſpatio protendebatur; tantummodo remotus, quantum loci altare beatiſſimi Auctoris ſui Gregorii, hinc inde utrumque aſciſcens, occupabat. Cetera pars Aquilonaris latitudinis, à ſiniſtra almi Laurentii, Adrianum ſanctum exceperat. Virgo autem Chriſti Mildreta, unica Patrum gemma, à Boreali pariete, Auſtrali Auguſtino concordi reſpondebat regione; quos, ut ſupra, tranſlatos extulimus. Ejus vertici B. Auguſtini altare aſtabat: at capiti ſacro Laurentii Mellitus, ut proximus ſucceſſor, in producta eccleſiæ area imminebat. Mellitus juſtifluum Juſtum, ſecundum ſuam ſucceſſionem, ſibi accommodat ad caput: à Juſti vero dextera B. Honorius, ſucceſſor Juſti: à dextra Honorii ſanctus & à Deo datus Deus-dedit, ſucceſſionis ſuæ ordine, ſubjungebatur. Is nempe à capite ſummi Auguſtini ejuſdem Auſtralis parietis thorum commeruit, quos tantum medium oſtium, quo intrabatur, diſcrevit. Sic tamen erant omnia illa Angelorum Dei mauſolea diſtincta, ut tranſitus haberetur inter ſingula.

B

C *juxta Laurentii tumulum apertus alius*

18 Igitur efferendo B. Laurentii corpore dum pavimentum, quod coram Gregoriano altari inter ipſum & præclarum Auguſtinum patebat, prius evellendum cenſeretur; quatenus à latere fracta tumba, facilior exitus Sancto pararetur; mirum dictu! ferramenta & ingenia omnium ridebat durities laterum. Sane hæc tam ſolida ſtructura prodebat theſaurum, noſtra latentem ſecula. Sed quoniam labor omnia vincit, imo fides quæ in Deo perſiſtit; ſude ferri robuſtiſſima ab anteriori margine ſuffodiunt & impellunt. Tandem rebellis fortitudo crebris ictibus ſubjicitur: nec tamen munitiſſimus laterculorum textus ſolvitur; verum, mirabile viſu! quaſi lignеum tabulatum conclavatum, ad ſpatium amplæ januæ integer ſuſtollitur. Dumque ſic excruſtato pavimento evulſa crates erigitur, ſepulcralis cryptula, quæ coram ipſo vel ſub ipſo altari latebat, evulſo pariter lapillo violatur. Ita modico foramine facto, protinus ingens vapor inexpertæ ſuavitatis ebulliens, non ſolum adſtantes ut vehemens flatus in faciem percuſſit, ſed & totum clauſtrum monaſterii ac Fratres in eo reſidentes nova aromatum virtute perflavit. Ad tam inſperatum miraculum dicebant adſtantes; Quis iſte eſt? dicebant abſentes, Quid eſt hoc? Ita hic, omnibus ignotus perſona & nomine, omnibus & præſentibus & abſentibus innotuit meritorum chariſma-

ſuavem odorem expirat;

te: adeo enim erat omni noſtro ævo jam abolitus, ut nihil minus quiſquam animadverteret, quam quod ſub illa pavimenti planitie aliquid præter humum latitaret. Gratia Deo, omnium bonorum largitori. Pro noto Patrono Laurentio, quem quærebamus, ignotum conſortem invenimus: creſcitque duplicatum gaudium noſtrum, dum utrumque habemus. Verum hic uno dolore indignitas noſtra tabeſcit; quod, dum ſcimus, quid ſit quod habemus; quis ſit, neſcimus: niſi quod illum de intimis Patris Auguſtini pignoribus fuiſſe, qui tali loco conſepeliri meruerit, autumamus. Nomen vero quia antiquum perdidimus, novum & familiare ſibi fideliter impoſuimus, ut uſque in diem revelationis vocetur nobis ſanctus Deo-notus. Sub eodem itaque Gregoriano altari ſacroſancta gleba ſepulti, ad ipſum Orientalem parietem contiguum, ſicuti Auguſtini & Laurentii porrigebatur; qui tamquam filius, geminorum Patrum æque medius, velut utriuſque alis, fovebatur. Reſeratâ ergo illâ aromatum apothecâ, magis ac magis annitentes populos reficiebat divina fragrantia: unde raptum pulviſculum quidam naribus applicuit, & paradiſi amœnitatem æſtimavit: quoque magis ſtupeas; cum ſtatim pulverem repoſuerit, manus ejus diutius inde fragravit. Quia itaque die illa, propter impetum populi, non poterant; ipſius Deonoti ſacratiſſimam glebam, plumbea theca ſuſceptam, mane, id eſt quinta feria, in novam eccleſiam tranſtulere; & poſt novum altare novæ porticus memoratiſſimi Papæ Gregorii decenter repoſuere. Habemus unum ex ſenioribus monaſterii adeo notæ probitatis, ut ejus aſſertioni non. credere injuria ſit. Teſtatur hic, ſibi poſtera nocte per ſoporem quaſi hujus Sancti faciem & formam præclare conſpectam, ſtaturæ proceritate & monachali ſchemate condignam, ſeque ita allocutam: Gratias amicabiles habeo & mercedem perpetuam imprecor, ajebat, veſtræ fraternæ devotioni, pro diligentia & labore, quem pridie exhibuiſtis meo transferendo ac componendo corpori. At equidem non ſum ille, quem me eſſe cenſebatis. Conferebant enim Fratres inter ſe, hunc eſſe Rufinianum illum, quẽ Beatus Papa Gregorius quondam, cum Beatis Mellito & Juſto, deſtinaverat in adjutorium Euangelii ſacratiſſimo Auguſtino, aut aliquem ex illius contubernio. Neſcitur, inquit, quis ſim, nec adhuc ſcietis: ſcietis autem poſtea ad nutum ſupernæ diſpoſitionis.

D

cumque manſcireturcujus eſſet.

S. Deo-noti appellatur:

E *qui feria 5. tranſlatus*

ſe vere Sanctum eſſe declarat.

19 Iſto igitur præueniente, vel, ut jucundius dicam, ſupplantante priorum Laurentii ac Melliti tranſlationem, ad ipſos cum noſtro ſtylo redeatur. Enucleantur tumbæ illorum à latere; nec minus, quam ſupra diximus, irruenti turbæ cynnama & balſama ſua effudere. Jamque paratus Laurentius dignum conſortem Mellitum præſtolatur. Compoſitis utriſque in adornatis digne loculis, prior effertur; alter ſubſequitur. Procedente candida concione, glorioſus in Sanctis ſuis Dominus altiſone gloriatur. Jam Laurentius oſtium novæ eccleſiæ intraverat, Mellitus exterius imminebat: ibi pium ac celebrandum Dei miraculum ad intellectum bonum populos animavit. Aderat quidam Miles, cujus oculum dexterum carbunculus (quod malum Franci per antiphraſim bonum malannum *d* vocant) adeo poſſederat, ut non modo de viſu, ſed & de vita periclitaretur. Ipſe orbis, ipſa ſupercilia, naſusque, ſpatium ſuum à tumore exceſſerant: tota facies languens extuberabat. Inſtabat, impingebat, anhelabat vi, ad unum remedium ſuum Auguſtinum pertingere: ſed turba, ſicut in Euangelio cæco clamanti, obſtabat; & confertiſſima acie reprimendo, acceſſum vetabat. Sed vicit, ut aſſolet, perſeverantia: vicit, ut potuit, & ſalutem violentia rapuit: nec mirũ, ea rapit regnum

F *Deinde transferuntur SS. Laurentius & Mellitus.*

d

Hujus tactu feretro ſanatur oculus periculoſe inflatus,

cælorum

A cælorum. Itaque impellens & irrumpens denſatos cuneos, elatum brachium protendit; ac deſuper nitens extremam partem vectis, quo B. Melliti feretrum portabatur, ſummis digitis contigit; ipſumque tactum, quaſi collyrium, quaſi emplaſtrum, quaſi optimum unguentum, morbido oculo infricuit: ſimulque, ô ſancte Auguſtine, ſubveni, proclamavit. O Dei potentiam! ô Sanctorum gratiam! ô hominis confidentiam! Cum illius mali tyrannis, aliqua læſione irritata, magis minetur exitium; ſtatim ad ſacrum tactum, ut incantatus anguis, crepuit; ſanies peſtifera defluxit; viſus & vultus detumuit, omnemque dolorem ſubita ſalus, & lux tenebras profligavit. Miratur cum omnibus tam properam mutationem, tam celerem de morte ad vitam, de tribulatione ad lætitiam regreſſionem. In Euangelio, tactâ fimbriâ Domini, fluxus noxius ad ſanitatem ſtetit: hic tacto vehiculo Melliti letifer humor excurrit, Deumque ſoſpes in Sanctis ſuis cum omnibus glorificavit. Nequis autem dubitet, utrum Auguſtino, an Mellito hæc adſcribatur curatio; certiori fide adſcribatur utrique Patrono: Auguſtino, quia eum in altero
B quærebat; Mellito, quia hujus feretrum pro altero tangebat.

20 Interea, depoſitis Sanctis ante altare Præſidis Auguſtini, agitur de ipſis Miſſa celeberrima, ut de-
ſub concione illuminatur cæca. cebat ſanctos Sacerdotes Domini: in qua habito ſermone ad populum, illorum præclara exponuntur merita. Unde fide illuminata anus quædam, quæ intererat, diu carens luce humana; dum fideliter clementiſſimos Patres interpellat, reſeratis extemplo luminibus clare diem captat, & exclamat, Benedicta ſit omnipotentis Dei gratia, per Sanctorum ſuorum ſuffragia, quia nox mea in diem eſt converſa; & in quibus adveni tenebræ, jam luce reduce receſſere. Additur hinc ab omnibus Deo benedictio & gratiarum actio. Poſt Miſſam adjunguntur Auguſtino digni Conſacerdotes, prior Laurentius à dextris, ſecundus Mellitus à ſiniſtris.

Tota fer. 6 excavando S. Deuſdedit impenditur, 21 His ita in quinta feria compoſitis, ſextam feriam nanciſcuntur, reliquis Sanctis, Juſto, Honorio, ac Deusdedit afferendis. Sed nimirum divina diſpenſatio Sabbatum his intendit, quæ dies Tranſlationis Auguſtini jam erat octava: quatenus iſtorum Sanctorum amplius innovaretur gratia, & omnibus per ſuos dies tranſlatis conſervaretur feſtiva, omnesque conjungeret ac ſolennizaret pariter hæc una dies, ut caritas una. Ipſa ergo ſexta feria itum eſt ad
C prænominatos Sanctos, quaſi facillime ac celerrime
e adducendos. Acceditur ad ſacratiſſimum *e* Deusdedit, qui (ut prænotatum eſt) Auſtralem parietem poſt Auguſtinum poſſedit. Incredibile, ſed verum dicemus. Totum illum diem, totam ſequentem noctem, in frangendo vel reſerando ipſius mauſoleo
Sabbato refodiuntur SS. Juſtus, Honorius, attritis viribus, conſumpſerunt: mane tandem ſabbati, anhelo ſudore cryptulam ejus perruperunt. Deinde cryptæ B. Juſti *f* uſque ad horam primam attentius inſudarunt, & vix eam tandem referarunt. Poſtremo S. *g* Honorii, qui horum medius accubabat, pertuſa in latere crypta Sancto egreſſum dabat. Hic ergo interroga vitam almiflui Deusdedit: mira odoramentorum ſuavium gratia, de ejus erumpens tumba, enarrabit. Sciſcitare, quis ſit Juſtus: exponet tibi cæleſtium aromatum domus: Honorii quoque virtutes & merita uberrima loquitur apothecæ ſuæ fragrantia. Omnium ergo horum Patriarcharum unica paterni affectus viſcera & pectora, una proclamat divinarum nardorum prærogativa. Tranſlata ſunt itaque hæc tria, coram ſumma Trinitate radiantia candelabra, in hac die Auguſtini octava: quod ad hoc (ut credimus) ſuperna diſtulit ac retardavit benevolentia, quatenus (uti prætulimus) am-

plius conſervetur & ſolennizetur in tot Hierarchis hæc eadem dies octava, totaque ſeptimana feſtorum exacta, octava reddatur prima: jamque myſterium reſurrectionis in his Sanctis operetur, quod poſt ſeptem volumina ſeculi octava interminabilis naſcetur. Nec ab his ſeparamus beatæ memoriæ Archipræſulem & conſortem ſurum Nothelmum *h*, intra altare S. Gregorii inter eos ante reconditum, & nunc ſecundo cum eis tranſlatum: quem auctorem & judicem hiſtoriæ Anglorum ſcriptor Beda præconatur. Ducebat hos Duces ſuos, ut priores, ſolenniſſima proceſſio & canora laudatio: ipſiſque coram altari præſidis Auguſtini depoſitis, donec ſuis ſedibus inthronizarentur, Miſſa feſtiva celebratur. AUC. GOCELINO. EX MS.

& Nothelmus, Archiepiſcopi. h

ANNOTATA.

a *Coluntur* S. Laurentius 2 *Februarii*, Mellitus 24 *Aprilis, utrobique de iis egimus.*

b *Hæc eſt* S. Margareta, *Malcolmi ſupra memorati uxor, quarto poſt viri mortem die defuncta anno* 1097, *quæ olim* 10 *Junii, nunc* 8 *Julii colitur.*

c *Leguntur hæc prolixe in tomo* 1 *Monaſtici Anglicani,* E *tum ex Veteri chronica, tum ex quadam nobis necdum viſa S. Melliti Vita, quam optamus nanciſci. Tacet de iſtis Beda.*

d Malandria, *Francis*, nævus & vitium *quodcumque corporis, in cute apparens, ut lepra &c. videtur huc reſpicere auctor*, malanum, *velut* malandrum *nominans.*

e *De* S. Deusdedit *agendum nobis decrevimus* 15 *Julii, quando hæc uſui eſſe poterunt.*

f. g S. Juſtus 10 *Novembris*, S. Honorius 30 *Septembris inſcribuntur Martyrologiis Anglicanis.*

h Nothelmus, *in ordine Archiepiſcoporum decimus, laudatur à Beda in Prologo ſuæ hiſtoriæ, ut per quem adhuc Presbyterum documenta quædam ſubminiſtrata ſibi ſint: eum alibi necdum reperimus Sanctis adſcriptum: Godwinus obiiſſe eum ait anno* 741, 17 *Octobris.*

CAPUT III.

Sanatur ſurda muta & clauda, reaccenditur divinitus candela caſu extincta.

HAc etiam die, irradiata claris miraculis, fa- 22
vere ſuperna benignitas dignata eſt Sanctis *Surda muta & clauda,*
ſuis. Femina hic ſurda, muta, & clauda, à F
trina ſcilicet calamitate eſt mutata. Candela extincta, cælitus eſt reaccenſa, aſtante ſolenniter plebe innumera. Sed res tam ſtupenda enucleatius & copioſius eſt exponenda. O miſerandam cladis humanæ conditionem! Non poterat hæc, quam diximus tripliciter damnatam, ſuas ærumnas proloqui, nec ſolamen vel plangendo quærere dolori: non audiebat quo conſolaretur, nec audiebatur quo ſibi quis compateretur: quidquid eam neceſſitas urgebat, excluſa interventrice lingua, conſequi nequibat: auris non admittebat vivendi conſilium, nec os advocabat egeſtatis remedium; adire adjutores quærebat, pedes debiles adjutorium negabant: ſed annitens conſtantia plerumque vincit impotentiam. Multis perluſtratis Sanctorum ſuffragiis, ligneis veſtigiis, quolibet ſemper ductore nutibus expoſtulato, perrepſit tandem miſera ad miſericordiam. Prævenit in civitate Roffenſi ſanctæ Dei Genitricis imminentem Nativitatem: quæ, ut ſuperius relatum eſt, *à Deipara* erat dies tertia à Tranſlatione almi Auguſtini. Ibi in *apparente* nocte feſtiva ipſius altiſſimæ Virginis pernoctans in *juſſa,* quadam ejus eccleſia, tanto altiori cordis gemitu calamitates ſuas apud clementiſſimam Dominam eructabat, quanto magis intercluſa lingua erumpere in

AUCT. GOCELINO. EX MS.

verba nequibat. Jam circa gallicinium, ubi feſſæ ſomnus obrepſit, perſona cæleſti claritate ſpectabilis, divaque gratia delectabilis, in viſu aſtitit, quæ anxiã mentem dulciflua voce permulcens, taliter infit: Jam à triſtitia tua reſpira, filia: in proximo eſt curatio tua. Jam preces interpellantes pro te clementer à Domino ſunt exauditæ: tu modo certiſſima fide, remota omni ambiguitate, mane iter arripe ad B. Auguſtinum; veniensque ad ipſius monumentum, ubi hactenus requievit, accede: ibi & loquela, & auditu, ac greſſibus, cum plena ſoſpitate donabere. Nec remorata illa, nec cunctata ad tam præclaram admonitionem; ubi auroram hauſit, invento ductore iter juſſum invadit: quod ſoſpes viator una die aut dimidia facile geminis pedibus conficeret, illa quaſi ſex pedibus vix ſex diebus tranſegit: nam binis greſſibus humum verrebat, cambuttis binis incumbebat, binis manibus ſe ſublevabat; & his ſex miniſtris invalidis vix ſexto die ad ſuum curatorẽ tam laborioſe, ubi labores deponeret, pervenit: ipſa ſcilicet dies à Nativitate Deiferæ Virginis ſexta, à Tranſlatione primarii Auguſtini erat hodierna octava. Depoſita ante antiquum inventi Auguſtini mauſoleum, jam ejus corpore vacuum, ſed vitali virtute plenum; dabat altos mugitus pro precibus, anhelos gemitus pro affatibus: excelſiusclamabat muta, obnixius vociferabat taciturnitas violenta: audiri ſe flagitat, ut audiat ſurda; elinguis petit verba, pro greſſibus interpellat proſtrata, orat flexis genibus & tenſis manibus ſuperna remedia. Inter hæc ſubito corripitur cæleſtis medicamenti virtute, nec ſuffert humana imbecillitas vim curationis æthereæ: apprehenderunt eam illico anguſtiæ tamquam parturientem: parturivit enim hic dolor ſalutem. Verſatur hinc inde tamquam furioſa: nunc in terga jactatur, nunc in faciem præcipitatur: ſpumat ore, ſtridet dentibus, tranſvertit lumina, toto concutitur corpore, tremula tundit humum, nunc fronte, nunc cervice, varioque raptatur dolorum turbine. O alta & inſcrutabilia Dei judicia! ô miſericordiæ & juſtitiæ Domini abyſſus infinita! qui per anguſtias de anguſtia, per pœnam liberat de pœna. Aſtabat Præceptor monaſterii cum Fratribus ſuis & Chriſti eccleſiæ, multis ſtupentibus & lacrymoſe poſcentibus ſalutem miſeræ. Hinc poſt dimidiã fere horam, favente ſumma clementia ſui amici Auguſtini interventioni, illa ab ortu loquelæ excluſa, his repente verbis ſuum curatorem inclamitat, terque repetito nomine deſignat;

ad S. Auguſtini vetus ſepulcrum accedere,

B

ibidẽ oranſ proſternitur:

C O S. Auguſtine, ô S. Auguſtine, ô S. Auguſtine: hæc dicens concidit, totaque immobilis ſine anhelitu & ſine voce jacuit, ut inſpicientes mortuam dicerent: omnes vero magnificabant & glorificabant magna Dei miracula, magnaq; ſui Auguſtini merita, quem in veræ Trinitatis gratia, ter nominari audierant à perpetuo muta, à numquã ante locuta. Rurſum illa poſt paululum reſpirat, oculos reſerat; ac tunc non ſolum Auguſtini nomen explicat, ſed & omnes ſocios Sanctos ſecum tranſlatos ſingulis nominibus ex ordine, tamquam letaniam, emiſſa voce intonat. Dehinc proſequitur orationem Dominicam, quam interſtinctis per verba ſilentiis, magno omnium ſtupore, & integre & inoffenſe decantat. Jã ergo plane loquentem, jam clare audientem, jam reformatis greſſibus prodeuntem accedens Abbas cum Fratribus, ſanatam invenit, aqua benedicta aſpergit. Illa in pedes erecta conſiſtit, firmatiſq; veſtigiis cum plena ſoſpitate totius corporis procedit. Tunc fere viginti quinq; annorũ ætas, ſibi pluribus notis ſuis atteſtantibus, cenſebatur; ut tamdiu eidem ab ipſa nativitate dilata ac pene deſperata ſalus gaudentius amplectatur, tamquã quæ de ipſa morte renaſcatur. Trina ergo in uno homine medicina, trina unius Deitatis exuberavit gratia. Loquitur muta, audit ſurda, progreditur debilita-

& ſanata S. Auguſtinum inclamat,

ejuſque ex ordine ſocios,

ta. Sic de ipſo jam vacuo Auguſtini monumento, uſque ad altare quo nunc trãſlatus requieſcit, immenſa turba vallante, tantaque Dei beneficia & Auguſtini merita cum ingenti ſtupore collaudante, pervenit: ruenſq; in faciem ante illud ſacroſanctũ ſui corporis altare, tantas gratias Domino Salvatori in Sancto ſuo egit, quanta gaudia ſalutis præcepit. Sed parum viſum eſt verbis gratias retuliſſe: ibi protinus ſeipſam Domino redemptori ſuo in holocauſtum gratiarum obtulit, quo nil acceptius in omni rerũ ſacrificio ei dare potuit. Velatur ad ipſum altare umbraculo perpetuæ caſtitatis, in pignus Dominicæ deſponſationis, & repudium damnoſæ corruptionis. Favens Abbas cum Senioribus adſtabat obſtupeſcens, populus aggaudebat: gratulantur mortales de ejus mortali ſalute, ſed perfectius gaudent Angeli de ipſius ad ſuam immortalitatem converſione: nec iſtam licet brevem ſoſpitatem vacuamus beatitudine, qua incenſa fides redundat in beatiorem & incorruptibilem ſoſpitatem animæ. At vero cum adhuc nonnulli dubii illam percunctarentur, quomodo ſuperius ſanctum Auguſtinum trina repetitione invocaverit, & poſtea Dominicam Orationem tam expedite decantaverit, quam nunquam didicerat (quippe quæ nec doctorem adeo audire potuerit) ſic reſpondit: A nullo plane ante didici, neque audivi quæ pronuntiavi, ut vos probatis: verum ea hora qua S. Auguſtinum divino inſtinctu, non meo rudi ſenſu, ter appellavi; vir perſona venerabilis, habitu monachali aſtitit, ipſa ſacrata verba in auram mihi juxta capacitatem meam diſtillavit, juſſitque ut ita proferrem quæ protuli. Ad ſingula verba, quando loquebar, quod ille ſuggerebat exprimebam; quando vero tacebã, ab illo quod dicerẽ auſcultabam, quo modo ſolet alumnus audire & æmulari doctorem. Dic aiebat ita, Pater noſter, dixi. Qui es in cælis, proſecuta ſum. Sanctificetur nomen tuum, & ipſa ego verba relegi. Sic & totam orationem illam divinã præduce magiſtro firmavi, & ſemel dicta non poſſunt mihi elabi: jamque ipſo à me elapſo, præcepta bene memoriter teneo. His à pluribus auditis, amplius admirantibus de tam novo & inuſitato, tamque inviſibili, ſed viſibiliter probabili miraculo; [virtutẽ] quam palam videbant in corpore curato, magnumq; Dei amicum Auguſtinum prædicant cum jubilo.

D

ac ſacrum Velum ſuſcipit,

E

& narrat qualiter loquelam receperit.

23 Interea candela ſuperius prætitulata, quæ corã auguſtali Auguſtino jugiter ardebat, toto igne extincta eſt, adeo ut querula turba accendi poſtularet. Tandem ut ædituus agnovit, territus quaſi de injuria Principis, honore lucis deſtituti, per condenſa agmina accurrit, rapit, effert cereum elata dextra, ut illuminet ab illa, quæ coram principali altari principũ Apoſtolorum radiabat, candela. Vix ſe loco moverat, nec ullã lucem materialem attigerat, cum ecce candela, toto populo aſpiciente, cæleſti flamma reluxit, claramque faculam in altum porrexit. Cernere tunc erat plebem tanti prodigii majeſtate tremiſcere, palmas ad æthera tendere, pectora tundere, terram oculis premere, alios clamare, alios gaudenter flere, Auguſtini ceterorumque Patronorum virtutes ad aſtra attollere. Conſideranda vero & veneranter eſt amplectenda tam divina rerum conſequentia, quod hac una die & adeo eadem hora fecerit tam clara ſigna in prædictâ ſcilicet feminâ, ad antiqua Auguſtini Sociorumque ejus mauſolea curatâ; & in candela, cæleſti lampade flammata, ante illorum ſacro-ſancta pignora nova ſede recondita. Tunc vero omne os & omnis lingua in voce exultationis & confeſſionis, in cymbalis bene ſonantibus, omnique modulo gratiarum, laudem perſonant Domino virtutum, glorioſo in gloria Sanctorum ſuorum. Abbas intonat Hymnum, Te Deum laudamus: Chorus ſolenniſſimus proſequitur reliquum concentum, Te Dominum confitemur.

Candela ibidem extincta,

F

divinitus reaccenditur.

Hunc

A *Octava Tranſlationis S. Auguſtini*

24 Hunc ergo diem, tot Sanctorum conſepultorum & tranſlatorum ſplendoribus irradiatum, ipſis pariter ſuſceptis & compoſitis, hodie perfectum agamus omni nitore & celebritate, quotannis cum indelebili repetitione feſtivum. Unius horum ultimi non ſufficeremus digne celebrare ſolennium, quanto minus omnium? Sed & quotidiana celebritas harum Octavarum, inferior eſſet dignitate tantorum Principum. Notandum autem, quod pro una die celebrantur omnes per annum Octavæ; adeo ut in Octava Paſchæ, & Pentecoſtes, & Natalis vel Epiphaniæ Domini, atque Apoſtolorum, hodierna die in Collectis, item ac in Paſcha, Hæc dies quam fecit Dominus, tota hebdomada repetatur. Quocirca noſtros Sanctos, per ſeptimanam tranſlatos, una die fidei conſtantia adſtipuletur. Nunc autem hi Senatores noſtri & Patres conſcripti, pariter ut primitus compoſiti requieſcunt; ſicut unus ſpiritus, una fides, una caritas, una religio & gratia erat in eis. Major-domus Auguſtinus frontem & principalem eccleſiæ porticum poſſidet, cum primo ſucceſſore laureato Laurentio ſibi proximo; à læva & mellifluo Mellito ſucceſſore ſecundo appoſito, à

venerabilis prædicatur ſeptē ſimul Sanctis,

B dextra ipſe principale caput ſuaviter reclinat aſſito altari ſanctæ Trinitatis. Poſt Laurentium juſtiſſimus Juſtus, & Dei dato aſſumptus Deuſdedit ſubjuncti, à ſiniſtris honorificentiſſimo Honorio, & & theorico Theodoro reſpondent à dextris. Hi ſunt ſeptem oculi Domini, per quos nos propitius reſpicit: hi ſeptem ſtellæ in dextera ejus, & ſeptem candelabra aurea coram ſe lucentia, quibus ſeptiformi gratia Spiritus ſui ſeptempliciterEccleſiam ſuam illuminat. Horum exterioris alæ Borealis Mildreda, & Auſtralis Adrianus proprias tenent porticus & altaria ad capita,ut Auguſtinus. Mildreda altari prænitet Sanctorum Innocentium, quos omnes virginali fovet gremio, & cum eis citharizat & cantat canticum novum Sponſo ſuo & Agno, illum quocumque ierit pariter ſequendo. Adrianus, Protomartyris Stephani nec non Laurentii ac Vincentii Martyrum tenens altarium, martyriali vita Martyrum teſtatur conſortium. Item è regione Boreali ſuum quique in meridiem ſalutant ſucceſſorem,Laurentius Mellitum, Juſtus Honorium, Deuſdedit Theodorum, Mildreda cum temporali thalamo Patrem Adrianum, omneſque Præſidem efferunt Auguſtinum.

apto inter ſe ordine collocatis.

CAPUT IV.

Encomium SS. Iuſti, Honorii, Deuſdedit.

25 SEd quia horum tres altiſſimæ Trinitatis confeſſores, Juſtus, Honorius, ac Deuſdedit, hanc hodiernam Auguſtini Octavam ſua propria Tranſlatione vendicant; primam, illorum diſſimulare dignitatem, æſtimamus injuriam. Sane quia Beda Venerabilis in multiplici Hiſtoria ſua minus horum declaravit miracula, non ideo à fide noſtra obliterari debent tantorum merita. An non ſufficere tarditati duritiæ noſtræ potuit, quod Auguſtinum cum ipſis ſuis Sociis Apoſtolicam vitam & virtutes cum innumerabilibus ſignis imitari, atque pro ipſa quam prædicabant fide mori paratos deſcripſit? Parvæne ſanctitatis teſtimonium æſtimandum eſt inter alia præconia, quod ſanctiſſimus Papa Bonifacius, à præcipuo Gregorio Quartus, B. Juſtum Apoſtolicis litteris collaudat, ejuſque meritis ac cælorum præmiis gentium converſionem adſcribat? Quod

S. Iuſto ſcribens Bonifacius Papa,

a ipſa Epiſtola partim annotata gratius clarebit *a*. Dilectiſſimo Fratri Juſto Bonifacius. Quam devote, quamque etiam vigilanter pro Chriſti Euangelio elaboraverit veſtra Fraternitas, non ſolum epiſtolæ directæ à vobis tenor, imo indulta deſuper operi veſtro perfectio indicavit: nec enim omnipotens Deus aut ſui nominis ſacramentum, aut veſtri fructum laboris deſeruit; dum ipſe prædicatoribus Euangelii fideliter repromiſit, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Quod ſpecialiter injuncto vobis miniſterio ejus clementia demonſtravit, aperiens corda gentium ad ſuſcipiendum prædicationis veſtræ ſingulare miniſterium. Magno enim præmio faſtigiorum veſtrorum delectabilem curſum bonitatis ſuæ ſuffragiis illuſtravit, dum creditorum vobis talentorum fideliſſimæ negotiationis officiis uberem fructum impendens, ei quod ſignare poſſetis multiplicatis generationibus præparavit: hocque etiam illa vobis repræſentatione collatum eſt, qua in injuncto miniſterio jugiter perſiſtentes, laudabili patientia redemptionem gentis illius expectatis, & veſtris ut proficerent meritis eorum eſt ſalvatio propinata, dicente Domino, qui perſeveraverit uſque in finem hic ſalvus erit. Salvati ergo eſtis ſpe patientiæ & tolerantiæ virtute, ut infidelium corda, naturali ac ſuperſtitioſo morbo purgata, ſui conſequerentur miſericordiam Salvatoris. Suſceptis namque apicibus filii noſtri Æl-

AUC. GOCELINO EX MS.

eidem gratulatur ſucceſſum

in converſione gentis,

E thelbaldi Regis, reperimus quanta ſacri eloquii eruditione & longanimitate ejus animum, ad novæ converſionis & indubitatæ fidei credulitatem, Fraternitas veſtra perduxerit: qua ex re de longanimitate clementiæ cæleſtis certam aſſumentes fiduciam, non ſolum ſuppoſitarum ei gentium plenifſimam ſalutem, imo quoque vicinarum veſtræ prædicationis miniſterio credimus ſubſequendam: quatenus, ſicut ſcriptum eſt, conſummati operis vobis merces à retributore omnium bonorum Domino retribuatur, & vere per omnem terram exiiſſe ſonum eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, univerſalis gentium confeſſio, ſuſcepto Chriſtianæ Sacramento fidei, proteſtetur. Pallium præterea per latorem præſentium, Fraternitati tuæ, benignitatis ſtudiis invitati, direximus. Ex his & ceteris, quæ eadem Epiſtola proſequitur, Beatiſſimi Papæ teſtimoniis, magnifice penſandum eſt, quanti meriti quantæque ſanctitatis hunc beatiſſimum Juſtum tam ſanctus & juſtus Eccleſiarum apex æſtimavit, quod tam devote tamque vigilanter pro Chriſti Euangelio elaboraverit, quod magno præmio ſupernorum faſtigiorum delectabilem curſum ejus Dominus illuſtraverit, dum creditorum ſibi talentorum fideliſſimæ negotiationis officiis uberem fructum multiplicitер ſibi præparavit; quod meritis ſuæ laudabilis patientiæ & uſque in finem perſeverantiæ gentis hujus ſalvatio propinata ſit; quod pro juſtitia exilium paſſus ſit, & Regem perſecutorem ad indubitatæ fidei credulitatem ſua eruditione & longanimitate perduxerit: quem, poſt multos agones & multa cum feris gentibus certamina, ſupra memoratus Hiſtoriographus triumphatum mittit ad cæleſtia: Hæc, inquit, inter Juſtus Archiepiſcopus ad cæleſtia regna ſublatus eſt.

& Pallium mittit,

F

magnus ejus virtutes expendens.

26 Honorium nihilominus, *b* Sanctiſſimum Juſti ſucceſſorem, ab Auguſtino primario quintum, Beati Papæ Honorii ſucceſſoris præſcripti Bonifacii Apoſtolicæ litteræ, ut fortiſſimum Chriſti agoniſtam, victoriosâ coronâ triumphant. Pulchre vero & gratâ divinæ gratiæ conſonantiâ, uno tempore eâdem ſanctitate atque eodem nomine, iſte iſti occurrit; ut Romanus orbis ſuum habeat Honorium, orbiſque Anglicus pariter ſuum. Pulchre, inquam, ille huic univoca prærogativa hoc unanimis dilectionis mittit xenium: Dilectiſſimo Fratri Honorio Honorius.

b

S. Honorio ſcribens Honorius Papa

AUCT. GOCELINO EX MS.

Inter plurima quæ Redemptoris noſtri miſericordia ſuis famulis dignatur bonorum munera prærogare, illud etiam clementer collata ſuæ pietatis munificentia tribuit, quoties per fraternos affectus unanimam dilectionem quadam contemplatione alterius aſpectibus repræſentat: pro quibus Majeſtati ejus gratias indeſinenter exolvimus, eumque votis ſupplicibus exoramus, ut veſtram Dilectionem, in prædicatione Euangelii elaborantem & fructificantem, ſectantemque magiſtri & capitis veſtri S. Gregorii Regulam, perpeti ſtabilitate confirmet, & ad augmentum Eccleſiæ ſuæ potiora per vos ſuſcitet incrementa: ut fide & opere, in timore Dei & caritate, veſtra acquiſitio deceſſorumque veſtrorum, quæ per Domini Gregorii exordia pullulat, convaleſcendo amplius extendatur: ut ipſa vos Dominici eloquii promiſſa in futuro reſpiciant, voſque vox iſta ad æternam feſtivitatem evocet, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Et iterum, Euge ſerve bone & fidelis, quia ſupra pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. De reliquo hujus Epiſtolæ Bedam conſule, ut intelligas etiam ex hujus ſancti Papæ favore, hunc B. Honorium, Gregorianæ inſtitutionis diſcipulum, hoc eſt Apoſtolicæ vitæ & perfectionis dignum fuiſſe alumnum. Nec illud parvæ gloriæ præconium eſt, quod per S. Felicem *c*, à ſe ordinatum Orientalium Anglorum Præſulem, illam quoque ad Chriſtum converterit gentem: de cujus nuperrima revelatione parum quid, ſed magnum fidei monumentum hic inſeruimus. Derogabat quidam æmulus huic Sancto, præferens illi quemdam ſecularis opulentiæ Epiſcopum, quia Eccleſiam Dei multis opibus & ornatibus extruxerit, cum iſtum tale aliquid utilitatis in vita ſua feciſſe nullum veſtigium ſit. Quod ubi ejus loci alumnus Prior nuntiatum ægre ferret; nocte ſubſecuta cuidam Seniori, ætate & moribus venerabili, quidam honorificentiſſimus in viſu adſtitit, ita præclare, ut recolat adhuc, cujus formæ illum aſſimilare potuerit: attonitoque de tam ſpeciali & magnifica perſona, ſic ait: Quare ille talis heſterno Sanctum Domini Honorium abuſiva lacerare voluit detractione, in Pontificis laudati prælatione? Cur, his relatis, Prior ex Sancto Euangelio non reſpondit? Quia omnibus autoſis & copioſis largitionibus divitum, plus duo minuta valuerunt pauperculæ apud judicem juſtum.

laudat eum ut Regulæ S. Gregorii Papæ inhærentem.

eidem obloquens redarguitur.

B

c

C

27 Beatum quoque Deuſdedit ſanctitate adjungimus conſimili, qui B. Auguſtini Apoſtolatui ſextus ſubjungi, & eidem tam proxime meruit conſepeliri. Hi ſunt ergo omnes viri miſericordiæ, quorum juſtitiæ oblivionem non acceperunt: quia enim præfatus Hiſtoriographus ſingulorum geſta deſcribere nimium æſtimavit, in fine omnium merita ſic concluſit *d*. De his omnibus recte & veraciter dici poteſt, quia corpora eorum in pace ſepulta ſunt, & nomina eorum vivunt in generationes & generationes. Quis vero digne memoret vel recogitet, quos labores, quæ certamina, quæ probra, quas repulſas, quæ patientiæ martyria pertulerint in barbarie ferociſſima, pagana vel ſemichriſtiana, donec vincerent & fructum afferrent in patientia? Qualis illa Sanctorum vita extitit, quæ non ſolum gentes ad fidem Chriſti attraxit, ſed & Reges converſos etiam religioſos fecit. Hæc intulerim propter obtrectatores Sanctorum, quos neſciunt, quos tumide præjudicare quam ſcire malunt. De ceteris vero, id eſt, Regibus, Præſulibus, Abbatibus, aliiſque Sanctis tranſlatis, nunc eſt ſubſedendum; de quibus jam alibi dictum eſt vel ſuo tempore dicendum, cum parato templo thorum perceperint deſtinatum.

Cum illis etiam ſanctum Deusdedit

d

laudat Beda.

ANNOTATA.

a *Epiſtolam hanc recitat Beda lib. 2 cap. 8. Succeſſit autem Mellito* Juſtus, *ex Roffenſi Sede Cantuariam tranſiens anno 625. Auctor Epiſtolæ fuit Bonifacius V.*

b *Iuſto ſucceſſit* Honorius *anno 634, ad quem ſequens Honorii Papæ Epiſtola refertur ab eodem Beda lib. 2 cap. 18, unde ſphalmata nonnulla correximus, juxta ultimam noſtri Chiffletii editionem*

c *De S.* Felice *Epiſcopo egimus 8 Martii.*

d *De morte S.* Deuſdedit, *quæ contigit anno 664, agit Beda lib. 4 cap. 1: Verba autem hic deſcripta habentur lib. 5 cap. 8, poſt narratam mortem S. Theodori ſucceſſoris.*

CAPUT V.

Odor ex ſepulchris jam vacuis, & miracula ex latere de ſub S. Auguſtini tumba ſumpto, alteroque Bertingam tranſlato.

POſt hoc ergo Sabbatum, cum ſubſequente Dominica, tapetia, quæ fracta & exhauſta Sanctorum corporibus monumenta tegebant, pluvia & lutum ſordidaret; cuſtos eorum venerabilis hærebat animi, utrum auferre tentaret; an in ipſorum obſequio, qui meliora reddere poſſent, corrumpi ſineret: rurſumque recogitabat, quod illorum gloria, ornamentorum Eccleſiæ detrimenta non ambiret. Tandem accedens trepide, cum incenſo pſalmodiæ, ad B. Melliti ſimiliter perruptam & evacuatam cryptulam, pallium ab apertura paululum ſeduxit: & ecce expertus pridie vigor cæleſtium odoramentorum vernantiſſime hunc repercuſſit. Ille perculſus prodigio, Quid eſt, inquit, Domine Deus, quid eſt hoc? Unde ſpirat gratia? An quatriduo vacua tumba adhuc ſudat etiam abſentia balſama? Talia ſecum Senior ille ſtupido corde volutans, repoſuit tegmina nardifluo foramini, ardens cujus eſſet hæc gratia certius experiri. Illico obtruſus odor, velut excluſus lucis radius, evanuit. Rurſus ille detexit, rurſus factâ viâ effuſus odor redolevit. Tum vero indubitata fide pervidens cujus adeo mulceretur fonte, ſimulque hanc mellifluam dulcedinem intimo hauriens corde, madeſcit lacrymis, verbiſque reſultat anhelis; O, inquit, melliflue vero nomine & vitæ ſuavitate totiuſque paternæ dilectionis dulcedine Mellite, quanta paradiſum Dei perfundis amœnitate, & aram templi Domini gratiarum thymiamate, ubi coram Largitore præmiorum perpetualiter in tuo vernas nectare; quando modo etiam exinanita buſta tua, te abſente, te exhauſto, tuo ſancto corpore abraſo & ablato, tua adhuc ſpirant aromata, & te abſente ſua repræſentant chariſmata? Miro ergo modo, ubi deſerta theca te monſtrat abeſſe, liquidis pietatis tuæ veſtigiis teſtatur te adfuiſſe. Talia Senior ille ſuis deliciis inſonans, ac dulciter illacrymans, vix inde avelli poterat.

28 E

Ex vacua S. Melliti tumba

odor ſuavis expirat.

F

quoties illa retegitur,

29 Secunda dehinc feria, patente ſpatio, ſtructura navis eccleſiæ procedit: fundatur columna ſpatioſa in Aquilonari ſerie, ipſo loco, unde opulentiſſimus theſaurus Auguſtini corporis aſſumptus eſt: cujus tumbæ vel cryptulæ ſacratos laterculos alvo capaci, pro ſacris pignoribus, illa complectitur: ſubſtrati vero pavimenti, cui beatiſſima gleba incubuit, lateres punicei, nitidi plano tabulatu contexti, & croceâ nardo fumantes, certatim excruſtantur, & in altari novæ porticus B. Gregorii ſupra memorato reconduntur. Sub his lateribus inventa eſt terra mundiſſima, ſemipedis ſpiſſitudine, fundamento, quod de

uti & ex lateribus, tumbæ S. Auguſtini ſubſtratis,

A de pariete veteri Auguſtinianæ porticus præeminebat, ſuperjecta. Hæc quoque terra, penetrante lateres Auguſtini odore, mirifica fragrabat ſuavitate: quam ad prædicti fundamenti ſilices exhauſtam per ſacrata buſta Laurentii, Melliti, ac Juſti, quæ eccleſiaſticæ ſtructuræ perſecutionem evaſerant, diſtribuendam ac ſervandam cenſuerunt. Ne vero poſteri noſtri, hi qui fuerint filii dilectionis tanti Patris, ſe neſcire doleant hactenus deſcriptum ejus antiqui monumenti locum; notet qui voluerit hanc columnam, quam paulo ante deſignavimus, ejus continere lateritiam tumbam: numeretque & ſciat, ab illa quæ turri Orientali arcuatur, tertiam. Quid enim piis heredibus non videbitur dulce de tanto progenitore dignoſcere? quid vero non ſit triſte ejus gratiæ ignorare? Verum de illis balſamaticis lateribus præſcriptus Senior fideliſſimus, qui ſe hujus gratiæ [conſcium] innoteſci repellit, unum clanculum ſubduxit, ne dicam furtim ſurripuit. Laudabilis hæc culpa, quam fides adornat, caritas juſtificat: quia ille languentium remedio, pio ſacrilegio hoc proſpiciebat: nam divino inſtinctu hæc ſacra eum reſervaſſe, conſequentia miraculorum probat.

qua quo loco ſteterit indicatur.

Clam inde ſublatus later,

B 39 Orientalium Saxonum provincia illuſtrem virum Francigenam novit incolam, cujus uxor diutino languore jam deſperabat ſalutem & vitam. Revelatum illi tandem in ſomnis eſt, quatenus propere ad S. Auguſtinum Cantuariæ mitteret, & laterem qui ipſius ſalutifero corpori ſubjacuerat, aqua ablui expetat: quæ inde bibens de Auguſtini virtute confidat, quia indubitatæ ſoſpitatis remedium percipiet. Hoc læto indicio vir ejus exhilaratus, ad cæleſtis medici requiem honeſte cum Militibus venit: orato Sancto, cum lagena aquæ ædituos monaſterii expetit, rem ordine exponit; laterem proditum viſu, unde aquam ſuam vivificet, exigit. Attonitus tunc ille lateris ſervator, vehementer obſtupuit; ſecretum, nulli præter ſe proditum, quis vulgaverit. Gaudenſque ſe ſuperno indicio publicatum, laterem protulit, lymphę intinxit; & ut, ſi ſalvam vellet conjugem, de ſalute confideret, inſtanter edocuit. Ille, libenter credens, gratias egit: &, ſicut credidit, de hoc ſacro poculo infirma celeriter convaluit: quam nec viſio ſua nec fides fefellit.

ægro abſenti per viſum indicatur ſalutem daturus:

ſicut etiam aliis duobus contigit.

31 Novimus & quemdam Presbyterum venerabilem, virum cœlibem & probum, hujus loti lateris potu à diuturna ægritudine mirifice ſanatum.

C 32 Hoſpitantibus in urbe Cantuariæ duobus mercatoribus, alter morbo deſtituitur: qui dum minuto ſanguine prærumpit remedium, vitæ incurrit periculum. Intumuit totus, adeo ut deſperabilis foret omnibus. At domeſtici qui eũ ſuſceperant, graviter condolentes, hortantur compatientem ejus ſocium properare ad monaſterium B. Auguſtini, ibi librum adeo medicinalem haberi, de cujus conſilio poſſet morbido ſubveniri. Paruit ille neſcientibus quid dicerent: rogat, neſciens quid remedii quæreret, niſi ſi quid de Auguſtini largiflua pietate præſumeret. Poſtulat inſinuati libri medicamentum: reſpondit ædituus, nec medicamentum, nec medicum ibi haberi alium, quam Deum & Auguſtinum ſanctumque Auguſtini Collegium: inde ſanari poſſe, ſi fideliter crederet, infirmum ſuum. Cumque interventor intimatam credulitatem profiteretur, Secretarius coram beati Patris corpore, præſente bajulo, ſacratum laterem lympha perfudit, & ægroto ut incunctanter ſumeret potum miſit. Erat dies ſextæ feriæ: ille ubi devote hauſit, ſubrepente mox ſomno placido requievit. Omnis interea corporis inflatio deceſſit, adeo ut poſt ſoporem firmus & alacer exurgeret; & tertia Reſurrectionis Dominicæ die, cum largo cereo, ſanctum curatorem ſuum, comitante ſocio, cum magna gratiarum actione reviſeret, & experta ipſius beneficia miranti populo divulgaret.

AUC. GOCELINO. EX MS.

33 Reliquias de pretioſo Auguſtini corpore plurimi imploravere, ſed nemo (tanta tamque pia eſt paterni theſauri ſervandi avaritia) vel unum capillum inde potuit obtinere. Verum de præſcripto latere data beneficia, adhuc loqui nos cogunt miracula: cujus ſervator ſupra memoratus, dum, hoſpitatus cœnobio Rameſenſi, ſermocinaretur de virtutibus ipſius præſtantiſſimi Patroni (ut ſemper dulce habetur quæ bona ſunt referre, & maxime illum omnibus tamquam omnium Patrem infundere) narrabat etiam ipſos thuriferos lateres, quibus incubuerat ſepultus, ſanitatum charilmate redundare. Rogatus ergo à Fratribus inde Reliquias, ſub conditione celebrandæ perpetuo Tranſlationis ſuæ, adduxit ſecum Fratrem ex illo contubernio idoneum: præmittenſque eum cum ſigno ad condignum Seniorem, dictum Refwinum, hujus fidei amiciſſimum, apud S. Auguſtinum; ipſe operiebatur ejus reditum ad Bertingain, provide ſcilicet diſſimulans, ne quis de ipſo ſacro arcano præſentiſceret aliquid abducendum. Ille particulam pulveris, quem de ſepulcrali crypta S. Auguſtini exhauſerat, & duo laterum fragmina quibus Sanctus indormierat, præfato Fratri remittit in buſtula: quo Bertingenſi & Rameſenſi eccleſiæ æque divideret utriuſque gratiæ xenia. Suſceptor itaque horum ſacrorum, ut fur metuens deprehendi, aut ut theſaurifer deprædari, ocius de S. Auguſtino ad Chriſti eccleſiam ſe rapuit; ibique conſueta benignitate Fratrum ſuſceptus, nocte illa cum ipſis requievit. Mantica ejus, ſervatrix ſacri myſterii, foris cum famulis remanſit: famuli autem inſoleſcentes, & tantæ virtutis præſentiam vel reverentiam ignorantes, ea nocte tanto terrore & horripilatione exagitantur, quantam nunquam in vita perpeſſi ſunt, ut jam interituros aut in amentiam tranſituros ſe crederet. Cumq;, cur aut unde hæc formido eſſet, aut quid pertenderet, prorſus neſcirent; ipſum quoque Fratrem vox divina increpuit per ſoporem: Quare, inquit, Frater, creditum tibi pignus tam negligenter expoſuiſti? Sequenti nihilominus nocte, ipſo in Roſenſi eccleſia hoſpitato, rurſus manticâ ſacrorum theſaurária cum famulis relicta; iterum brutos animos, divinarum rerum indociles, anterior pavor reverberavit, & plurimum noctis ut vecordes occupavit. Tertia die in Bertingam ad Auguſtinianum Monachum Auguſtiniana pignora exhibuit: quæ ille lætiſſime excipiens, nocte imminente ſecum ſervavit.

Indidem ſumpti pulveres & laterum fragmina,

Bertingam & Rameſiam ferenda,

incurioſos cuſtodes ſuos terrent:

F 34 Ipſa nocte hic ſacrorum ærarius magnis viſionum agitur myſteriis. Plena laminis argenteis ſibi cernitur capax arca lignea, quas ille, tamquam famulo ſuppeditante, exhauriebat, tanto candore ac ſplendore radiantes, ut omnem hujus metalli naturalem claritatem, omnem artificum tranſcenderet induſtriam. Inter hæc apparuit minor tabula ferrea deargentata: quam cogitans retinere, dum ceteras decreviſſet illi eccleſiæ conferre, prædictum famulum ſic viſus eſt commonere: Vel hæc una lamina deargentata, reliquis expenſis, nobis retineatur, ſi quomodo argentum à ferro redimatur. Adeo, inquit ille, huic ferro argentum inolevit, ut nunquam extrudi poſſit, dum ferrum duraverit. Quid totum expendiſſe quereris? Æqualiter munus diviſum eſt: quantum præbes, tantum aufers. Aſſenſit cauſator æquitati. Inter hæc viſa diro pectoris & inteſtinorum cruciatu idem ſomniator confoditur; talique angorepulſatus, à Deo docetur, quæ ſit ipſa viſio, qua reverentia vel vigilantia ſervanda eſſent ſacra quę tenebat. Expergiſcens ergo, clamoſam in vocem erumpit repente Matutinorum: proſequuntur Rameſen-

monachi latoris de eis viſum

AUCT. COCELINO.

sis monachus & Clerici socii, stupefacti: moxque inter sacros concentus omnis ille dolor ut nubes aufugit. Mirabatur, quid modo, quid ante fuerit: majoremque stuporem subita salus de subitanea ægritudine addidit. Ut ergo diluculum, post noctis timores, & gaudium hausit; illas pulvereas, sed mirificas Reliquias ecclesiæ intulit; ipsique Deo amabili animæ Abbatissæ, quam ob gratiosam sinceritatem Caramgratiam Patres appellavere, rem omnem visionis & prodigiorum exposuit ordine. Illa dum ejus miratur relationem, amplius admirando propriam sic ingreditur, eodem fere tempore declaratam, exponere visionem.

audiens Bertingensis Abbatissa,

narrat vicissim eadē nocte magnam lucem à se conspectam,

35 Multa, inquit, mecum trepida ruminabam, quidnam portenderet quod videbam: sed vestra, Pater, narratio certam, quo magis mirer, me docuit causam. Hac sane nocte mediante tanta lucis claritas cubiculum nostrum adimplevit, ut sepultos somno oculos spiculato ictu jubaris excitaret; ipsoque sopore, quasi nocte à sole, fugiente, vigiles palpebras referarem: sed quem sensi clausis, non vidi apertis luminibus splendorem. Cumque ad Matutinos hymnos nequirem excitare Sorores, repetii somnum: quem
B expetitis vicibus flagrantior lux falarica profligavit: & tunc patefactis oculis, reliquias comprehendi fugitivi fulgoris; sed Sorores adhuc imperiosior somnus arctabat, meoque stupori ac pavori nemo respondebat. Tertio caput reclinabam: & ecce tanta vis splendoris totam domum occupavit, ut jam stupori ac somnolentiæ renuntiarem; jamque clara acie vibrantis luminis radios, quamvis nutantibus palpebris rebelles, haurirem. Putabam jam clarum diem affulsisse, & priora signa phantastica fuisse. Sed quam diem unquam vidimus intra ipsa claustra tam lucidam? Mox vero excitatis cantricibus insolita lux abscessit, & nox, ut supererat, tantum domesticis lucernis apparuit, nocturnusque Deo canor tempestive personuit. Mirabar, inquam, cum spe & timore, quid ignotæ lucis significaret sacramentum: sed magis miror ex vestra visione veri probamentum; quod videlicet in his exuviis vestris, illuminatoris nostri Augustini suscipimus adventum. Ad hæc altius obstupescens superior index, reddidit: Ita plane perpendo mutuam visionem nostram, tuam vigilanter propalatam, meam in somnis prænotam, eamdem Augustinianæ visitationis consonare sententiam: tibi tuoque loco in luce refulsit ille communis Patriarcha; mihi lucidissimi argenti laminæ collectæ de arca, sunt ipsius corpori subtrati lateres, quos assumpsimus de sua tumba: ferrea vero tabella deargentata,
C ipsum arbitror laterculum, sui corporis pulvisculo infectum, quem vobis divisimus. Verum nos doctiori interpreti permittimus horum conjecturam: illud vero est non tædiose animadvertendum, quantus præfulgeat coram Deo in gloria & corona sua; cum hujus pulveris minutiæ, tantæ illustrationis totque beneficiorum præstent subsidia. Ornatis itaque Sacerdotibus & Clericis, necnon Sororia processione festive induta, excipitur sua medietas sacrati lateris & pigmentati pulveris à devotissima Ecclesia, cum laude dulcimoda; altera medietate alteri Ecclesiæ, quam præmonstravimus, reservata. Colligitur hoc pretium pompose decorato scrinio: circumfertur claustro à Sacerdotibus in benedictionem cum jubilo: comitatur paternis laudibus virginalis concio: agitur in B. Augustini memoria Missa solennissima, modulante Angelica carmina, & superante circa organa virginum melodia: tanto adeo decertant triumpho, ac si Augustinum tenuissent corpore solido. Missam personat Augustinensis Monachus, servator & distributor suorum sacrorum fidissimus. Hic ergo, sacra Præfatione finita, cum Angelico hymno sum-

& Reliquias festive excipit:

sub Missa ante eas cantata

mæ Trinitati sacrato, grande apparuit prodigium, D
nostroque seculo tam stupescendum quam insuetum.

apparens S. Augustinus,

36 Soror ævo maturior, quæ administrabat altari, dum adstat psalmis & orationibus intenta, aspicit palam præsignatum Sacerdotem, sicut Dominicis sacramentis conficiendis assistebat, quomodo per gradus descendens ad se accedebat, sicque sibi ajebat: Provide, Soror, ne aquæ administrandæ negligentia proveniat. Unde vehementer attonita, talia secum volvebat: Quis unquam vidit tale, eumdem hominē eodem tempore & altari adstare, & ad me descendere; divino Sacrificio intentum esse, & ad me retro conversum providentiæ monita susurrare? Ecce ut plene vigilo: vidi & audivi eodem momento aversum eminus stantem, & ad inferiora descendentem; Deo colloquentem, & homini consulentem: sed ignoro quæ hæc suggestio fuerit, nisi experiar utrum aqua *indicat aquam deesse.* desit. Sic mente locuta, Diacono innuit, & aquæ absentiam cognoscit; procurrit, & attulit; quamque veracem monitorem audierit, recognoscit. Hæc ubi benevolæ Abbatissæ & Sororibus ipsique Sacerdoti, scilicet ignaro, publicavit; omnibus affatim mirantibus, intellectum est alterius esse eminentiæ Sacerdotem illum, qui in vice & specie humilioris improvidam mentem excitaverit; ut vel hunc Augustinum, E
vel Augustini vicarium fuisse haud absurde æstimari possit. Eadem ergo solennitate processionis, modulorumque ac ornatuum atque Missarum, suscepta est altera medietas sæpe fati lateris & pulveris, quæ obvenit Ramesensi monasterio: & ita celebrari in perpetuum Translationem dignissimi Patris Augustini promissum & confirmatum est, sicut in Bertinga.

CAPUT VI.

Miracula S. Augustini post Translationem.

37 *Translationem hanc annue celebrari jubet S. Anselmus.*

HAnc itaque semper recolendam Sanctorum Translationem festivam, annus incarnati Salvatoris millesimus nonagesimus primus, octavo Idus Septembris, nostro ævo gratissime consecravit, quo juniorem Wilhelmum Regem Anglia, & Widonem Abbatem hujus festi latorem Augustinia habuit: cui Roffensis Præsul Gundulphus memorabilis, pro Archiepiscopo amabiliter obsecundavit. Ipso quoque Abbate volente, placuit præstantissimo Archipræsuli Anselmo ceterisque Pontificibus, haberi in perpetuum hanc Octavam præcipuam ac celeberrimam pro prima: quatenus tam Augustino Duci, quam ceteris Collegis suis, Romanæ scilicet Ecclesiæ alumnis & legatis, atque Angliarum Principibus ipsorum successoribus, in commune omnibus consecretur, in qua omnium facta Translatio, ut jam supra memoratum est, comprobatur.

Candela innoxie super pallia tumbæ instrata ardet.

38 Superius retulimus, candelam ante Translationem super priorem Sancti tumbam, solenniter palliatam, innoxie diu arsisse: hic quoque post Translationem, ubi nunc requiescit, consimili respondit virtute, & se utrumque locum sua præsentia dedicasse. Hic, inquam, pauper mediocrem cereum altari capitis almi Augustini offerens, ardentem imposuit: statimque, nihil cogitans quid ignis posset in lino, abscessit. Ignis interea supra purpuras & linteamina libere iter agebat, totoque prandio Fratrum, velut in nudo marmore tractum flammæ ducebat. Tandem gregem Domini, à pastu ad ecclesiam chorizantem, Apocrisiarius officialiter præcurrens, aspicit audacem faculam in palla Altaris. Extemplo ut amens irruit, rapit, manu extricat, rogum detrahit, & excutit altaris ornatus, Ignis peremptus in-

A inſontem necem luit: nam nihil damni intulit; nullum veſtigium læſionis, ut aves aëra, & naves maria tranantes, reliquit; nec macula veſtibus inſedit. Miraculum miraculo additur. Pallia ipſa & linteamina, quantum flamma percurrit, indicabant: nam alias ſeparabilia, in ignis progreſſu quaſi conſuta vel conglutinata altari cohærebant. O Martyrialis Auguſtine, his virtutibus liquet, quam nihil in te poſſent Neroniana vel Deciana incendia, quodque ipſa tibi inaneſceret fornax Babylonia; poſtremò in ipſa mundi conflagratione, cum omnia mortalium ſtudia univerſalis ignis devorabit, inde non ſolum excelles, tam intactus à pœna quam liber à culpa, verum etiam multos proteges alarum tuarum ſub umbra, unde & nos cum innumeris eripias Chriſti clementia. Cognito ergo miraculo, Deo in Sancto ſuo ab omnibus litatur benedictio.

In Natali S. Auguſtini,

39 Poſt iſta recentia tripudia, recurrit Patris ſolennitas prior, qua adiit aſtra, quæ tribus curationum titulis claruit illuſtrata. Primum horum ſignum ipſa ſua luciflua nocte ad Matutinales excubias propalatur. Puellæ adultæ dextera palma, ſiniſtro humero extenta, à materno utero inoleverat; pectusque occupante brachio, in unam ibi carnem

B coaluerat. Hæc, populoſiſſimæ turbæ denſitate ad ſalvificum Auguſtinum negante acceſſum, ad altare

puella brachium, ejus pectori inhærens,

Euangelici Theologi Joannis paternum implorat ſubſidium. Jam itaque intonante præcentore Hymnum, Te Deum laudamus; debilis, æthereæ medicinæ vigore, ut parturiens percellitur; & Angelico ferro perpetua carnis unitas ſcinditur. Illa cum angore & cum clamore humi volutatur, dum per pœnam ſolutâ culpâ à pœnâ ſolvatur. Intuebatur populus, dum prædictus Hymnus decantatur, dum Euangelium recitatur, quomodo tremula palma de coagulo ſuo, profluente ſanguine, evellebatur, paulatimque ac paulatim revocabatur. Interea, dum ad Matutinas laudes hæc feſtiva & condigna tanto Hierarcha inchoatur Antiphona, Gaudium cæleſtium Principum factus eſt Auguſtinus; illa repente in gaudium exilit,

miraculoſe reſolvitur:

ſanam jam manum cum brachio libere attrahit, extendit, reflectit, erigit, deponit; tantum crudam & cruentam, velut excoriatam, interius palmam ſtupida turba cum Senioribus monaſterii conſpicatur, & in laudes Dei magnalium animatur. Sic igitur Auguſtinus ad hanc, quæ ad ſe præ turba venire nequiverat, ſicut Dominus ad Zachæum ultro ſalutifer venit, qui & clamantem cæcum ab increpitante

C multitudine reſtans ſalvavit. Hæc inde aliquamdiu monaſterii ſtipe alebatur.

contracto genu vir debilis,

40 Secundum miraculum alii, almo Adriano, ad cujus corpus & altare; alii, Beato Auguſtino, in cujus feſti aurora patratum eſt, attribuant: ego hoc utrique conſecraverim, ſive iſte illius ſolennio id adminiſtraverit, ſive ille hujus dilectioni hoc pignore arriſerit. Igitur vir debilis contracto genu, pendulum baculo ſuſtentans pedem, baculo velut altero pede nitebatur; ſicque è diverſo in cunctis veſtigiis gradiebatur. Hic ſacri feſti veſpere, irruens cum

ad S. Adriani tumbam in pedes erigitur:

populo ad Auguſtinianas vigilias, coram ſacratiſſimo Adriano in orationem affunditur, ibique inter excubias tandem ſomno obruitur. Jam finitis Matutinis ædituus presbyterium à ſuperflua turba expedit; huncque pulſans exire compellit. Ille ſubito terrore ſemiſopitus exilit, atque in utrumque pedem ſaniſſimus conſtitit: tum ſe circumſpiciens in clamorem prorumpit; Omnipotens Deus, quid mihi contigit? Sancte Adriane, quæ tanta pietas tua me mihi reddidit? Percunctante ergo ædituo cauſam hujus tripudii; Me, inquit, jam quindecennalem publici ac proximi hoſpitalis ſancti Gregorii ſtipendiarium, atque hactenus impari greſſu debilitatum, tune ignoras? At ille, Novi, ait, te hactenus debilem & eleëmoſynarjum; ſed video nunc recto ſtatu & inceſſu, tamquam alium aut eumdem alteratum, ac de veteri innovatum. Plane ipſe ſum, refert curatus: vere Sancti beneficio redintegratus, ipſe neſciens nec ſentiens ante qualiter in melius ſim mutatus. Sic proteſtatus, refluente plebe ad ſignum, reſultans ad Sanctum dixit: Quid tuæ largitati, Beatiſſime Adriane, rependam? Nihil præter hunc habeo bacillum, hoc ad altare tuum offero munuſculum, cujus me amodo vetuiſti fore indigum. Offerens ergo illud vetus ſuſtentaculum ſuum, propriis paſſibus, ſtupente omni populo, iter repetit placitum.

AUC. GOCELINO. EX MS.

puer brachiis intortis miſerabilis,

41 Tertium in die ejuſdem præfati ſolennii oſtentum, ad altiſonum Miſſæ concentum, glorioſius hoc modo reſplenduit. Euangelicæ Chananææ fide induta mulier quædam, de Ludenham villa, ad ſuffragantiſſimum Auguſtinum, in ipſius Tranſlationis anniverſaria ſolennitate, ſeptennem attulit filium, manibus brachiiſque intortis ab ortu debilitatum. Orat, clamat, ingemit: ſed Sanctus verbum ei non reſpondit: diſtulit clementiam, ut approbaret potentis perſeverantiam, accenderet diligentiam, jamque jucundiorem faceret ſalutem dilatam. Tandem feſſa

E recedit, ſed non defecit; & patientiam atque perſiſtentiam Chananææ etiam repulſa oſtendit. Parvulus, mala ſua neſciens, matri arridebat: illa ſciens hiſce querimoniis deflebat; O fili, ut quid te genui,

à matre ſæmel fruſtratâ,

deformem, impotem, extorrem, ad dolorem magis quam ad levamen; nec tibi nec matri auxiliabilem? tua damna, mea ſunt detrimenta: intorta manus & brachia, mea jugiter torquent viſcera. O optime, ô benigniſſime Auguſtine, duobus ægerrimis in uno mederi dignare: ſana matrem in filio. Taliter deplorans, ad aliam feſtivitatem ejus Depoſitionis in Majo, poſt novem menſes, ſecundum tempora parturi-

iterum relatus ad S. Auguſtinum,

tionis ſuæ, uterinum ſuum onus magis quam gaudium reportavit; coramque altare & corpore miſeratoris Patroni depoſuit, ſimulque in orationem procidit. Nec ultra diſtulit Vicarius Domini, nec viſcera miſericordiæ continuit: ſed quaſi Conſortibus medio Primario ſuo dicentibus, Dimitte illam, quia clamat poſt nos, approbatæ fidei annuit. Jam Miſſa celeberrima, in ſolenni frequentia Angelorum & hominum, illis ad concivem, his ad Patronum convenientibus, modulabatur: ubi autem cantores inceptant Kyrie eleyſon; infans divina virtute correptus, Auguſtino cum Superis accedente, pavimento

F extenditur; manus & laterculi in regulam ſuam diriguntur; confluentiſſimus populus videns in ſtuporem & gratiarum actiones attollitur. Inter iſta venerabilis Præſul Roffenſis Gandulfus, uti ad Miſſas in honore tanti Patris agendas advenerat, & principali Apoſtolorum altari ornatus aſſidebat; egregium monaſterii Fratrem, ſibi obſequentem, aliquid miraculi de ipſo Sancto exponere ſibi flagitat, quod poſt Euangelium populo referat. At ille, ut eſt rerum prudentia & facundia gratioſus, Sanctorumque amantiſſimus, illud de Hiſtoria Bedæ revolvere parat; ubi B. Auguſtinus, in argumentum Apoſtolicæ doctrinæ cæco illuminato, Britones rebelles confuderat, & ab his quorum pacem repudiaverant debellandos prophetaverat *a*. Vix dum narrationem inceperat, & Præſul de ſtrepitu plebis, apud S. Auguſtinum exultantis, cauſam interrogat. Plane mira convenientia! Dum hic miraculum de antiquo auſcultat, miraculum in præſentiarum conſpicabile acceptat; acſi illi vox divina reſpondeat, Signum de longinquo quæris audire, veni potius proprio intuitu videre; ut non tam alieno ore audita, quam tuis oculis viſa poſſis aſſerere. Sed ipſe tunc Miſſæ officio intentus, miſſis aliis atque aliis probatiſſimis in-

ſub Miſſa curatur:

quod miraculum Roffenſis pro concione exponit.

ſpecto-

AUCT. GOCELINO. EX MS.

ſpectoribus rem perſcrutatur attentius. Quis autem ibi temperaret à lacrymis, cum viderent puſiolum ſupinum accubantem, brachiola ſua & manus crebro reſpectu quaſi alienas vel novas admirantem, matri protendentem, oſtentantem, arridentem. Jam ſalutem ſuam infantia agnoſcebat, quæ antea pœnam neſciebat: excipit jam genitrix fletibus lætitiæ ejus ſanum riſum, quem prius amare luxerat inter dolores ridiculum. Ipſe etiam Antiſtes, tam evidenti indicio certus factus, in fletibus exultationis & gratiarum effluxit; populoque poſt Euangelium inde ſermocinans, omnes in Dei laudes accendit.

Ex tribus apoſtatis Monachis regreſſus unus,

42 Qualiter autem apud extera regna quemdam Fratrem ſui Pontificatus, de hianti corporis & animæ excidio, ubique exorabilis adjutor Auguſtinus eruerit, longæ ſunt narrationis ambages; ſed annotanda eſt ipſa ſeries. Tres egregii & bene eruditi
b Fratres de eccleſia S. Salvatoris *b* receſſerant; mutatoque monaſteriali habitu in clericalem vel ſecularem, in Danorum terram voluptuoſam tranſierant: adeo Leviathan ille draco tortuoſus optima quæque hiatu ſuo eſurit, & eſca ejus electa, & tertiam partem
B ſtellarum trahit cauda. Horum itaque tertius, poſt triennium reſumpto habitu, repatrians, ad S. Auguſtinum venit; orationem fundit, devotiſſimas grates exolvit. Cui multum congratulantibus ipſis Fratribus, iterque ſuum ſciſcitantibus; ita intulit:

narrat quomodo ob latronem à furca raptũ ſepultumq; periclitatus,

Magnas, inquit, Deo & meo Patrono Auguſtino, vitæ meæ & ſalutis gratias debeo: ſed rem audietis ordine. Poſtquam hinc egreſſi tres, ut ſcitis, in Daniam venimus; ego Coloniam migravi; indeque
c progreſſus, apud inclitum Canonicatum B. Martyris Alexandri *c*, qui unus ex ſeptem Fratribus eſſe dignoſcitur, Archidiacono ejus loci acceptiſſime adhæſi. Quadam autem die egreſſo mihi cum duobus Clericis, latro ſuſpenſus oſtenditur: quem miſeratus, depoſui cum ipſis comitibus, quamquam furioſam plebem ſcienter reverentibus. Vix inde tranſivimus: & ecce armata turba inſequitur, fremens inplacabiliter. Ipſam in nos latronis ſententiam difficulter evaſimus: ego ad Comitem provinciæ Cononem profugiens, optime apud eum habitus ſum. Huic atque alii, ejus unde digreſſus ſum ditionis, Primati potenti, cui nomen Amalangus, odium, inſidiæ, pugnæ, vaſtationes immaniter invicem exercebantur: ejus
d quoque poteſtati Grandior-villa *d* parebat, unde pars aliqua ad Comitem pertinebat. Qui, cum ex
C conſilio duos illuc deſtinaret Milites exploratores, *deinde ad hoſtes exploratum miſſus ac deprehenſus,* me adjeci tertium, promptior tunc parere & placere mundiali Domino, quam ſpirituali eccleſiæ Bajulo. Sed qui fugi parcentem Chriſti virgam, incidi in ſæviſſimam diaboli machæram. Suſcipimur clam apud ipſam villam in quamdam domum dominii Comitis, rati nos tam cautos fore quam audaces, & provido latibulo ſupplantare inſidiantes. Verum repente vulgamur, repente hoſpitium armatorum multitudine cingitur, à patre-familias domus exigimur, aut ocius nos exploratores tradat, aut ipſe nobiſcum & cum tota domo ardeat. Illo è contra negante fidelium Domini ſui proditionem, tandemque difficillime obtinente, ut cum uxore & liberis ac ſuppellectile ſua evaderet, nobis eligentibus flammam quam manus adverſariorum ſubire, ſoli torrido exitio relinquimur. Tentabant foribus irrumpere, ſed reſiſtentibus nobis tamquam pro vita, omnem exitum ſtrue lignorum obſtruunt, domum incendunt. Illico elata tecta Vulcanus fortius armato cuneo circumfudit, flamma cacuminata cælum operit, nos intus tres ſoli ignibus addicti atque conſtricti infinite trepidamus. Ab horrore irruentis judicii ipſi duo ſocii mei, Milites Chriſtianos ſe recolentes, invicem peccata confitentur: ſigno Dominicæ Crucis muniuntur, &

incenſo ubi latebat hoſpitio ſociiſque extinctis,

ſociali affectu invicem ſe quo fortius ferrent ſupplicia complectuntur: commendant animas Redemptori, ſicque ſub ſcamno proximo ſe projicientes, quaſi ſepulchrum petentes, mutuis lacertis conſtricti, in manu Dei ſunt abſumpti. Omnipotens Chriſte, horreſco referens, & miror, quomodo me in amentiam non vertit tantus terror; cum deſuper ignea grando me operiret, & ſubter ad abſorbendum me in infinito rictu hiantia tartara expaveſcerem; cum cogitarem qualis ante æternum Judicem in ſeculari vita & habitu venirem, mentiendo illi emendationis vitæ promiſſionem. O felices Martyres, qui ſempiternam gloriam adepti ſunt per flammam; cum meis criminibus nec venia præſumeretur per tantam pœnam! Tanta igitur charybdi ut emergerem, benedicta Auguſtini clementia ſubito ſe menti meæ infudit, atque in memoriam rediit. Nam ut ex ipſa conſequentia certius credatur, mei redemptio divinitus illi fuit conceſſa. Ipſa nox erat, & bene anxiæ menti recurrit, qua ejus Tranſlatio eſt dedicata, & tunc mihi radiabat anima: ſicut enim, quando & ubi tranſlatus eſt, cum Fratribus noſtris intereram; ita hanc feſtivitatem corde tenus diligebam. Itaque
E tamquam ab inferno vidiſſem illum mihi deſuper adveniſſe, ad ipſum ſubito reſpiravi. Sed quo modo auderem hunc de vita præſenti interpellare, ipſa me morte jam intra fauces poſſidente? Oravi tantum ut miſereretur animæ pereunti, & gehennam pro commiſſis formidanti. O benignum & celerem exauditorem, & plus noſtra præſumptione concedentem, ut & vitam redderet præſentem ab incendio intereuntem. Subito ad nomen Auguſtini reflexis oculis, ad pedes ſecuris reluxit mihi; quaſi ipſo Angelico duce dicente, Hac tibi effugium pande. Rapui divinum donum, & rui præceps ad oſtium: unoque ictu aſſere ejecto, velut oſtio in oſtio facto, per objecta repagula trabium, per obſtantes cuneos armatorum, ſemiuſtulatus erupi. At hinc, ab obviis periculis creſcente gloria liberatoris, per arma fugiens comprehendor, corona hoſtium coarctor; ab omnibus, vel membratim diſſecari, vel in rogum rejici jubeor. Sed qui me à medio ignium, ipſe à manibus & ipſis faucibus extraxit carnificum. Aſpicit unus ex furentibus Corona Chriſti ſignatum: ſtatimque inſurgit pro me, qui ferebatur in me. Quæ hæc, inquit, inſania, coronatum Dei, Clericum Domini, laicali ſeditione extingui? quo fine puniemur, qui in ipſum armamur, cujus miniſtrum perſequimur? Abſit, abſit, ut me vivo hic hodie damnetur: ſatius eſt me mori pro illo: quin potius vinctum eum tradamus Domino noſtro Amalango ejuſque arbitrio. Tali modo confuſis & moderatis noxiis, defenſoris ex hoſte reſervor ſententia: ſed interim, cuſtode meo Dei nutu aliàs intento, mandavi hæc fido nuntio priori advocato meo Archidiacono. At ille intentans raptoribus jaculum anathematis, niſi me eadem hora liberum dimitterent; illico fracti divini gladii terrore, abſque arbitrio tyranni ſui me dimiſere. Ita de luporum mandibulis ovis excuſſa, Auguſtini propugnatoris virtute, ocius en redii ad ovile. Unde quæſo, cariſſimi, mecum vel pro me meritas benedictiones tanto ereptori & ſervatori meo rependite: quia proculdubio Auguſtini eſt beneficii in Chriſto, de tanto diſcrimine quod vivo, quod adſto. Hæc & alia ille memorabilis Frater longa retexens ſerie, Auguſtinenſes omnes, tam de Patris pietate quam de Fratris gemina ſalute plurimum lætificavit, & in divinarum gratiarum hoſtiam accendit.

S. Auguſtinũ invocaverit,

& per ipſas flammas erumpens,

F

agnituſque eſſe Clericus, ſervatus ſit.

AN-

ANNOTATA.

a *Beda Lib. 2 cap. 2 ſub hoc titulo*, Ut Auguſtinus Britonum Epiſcopos pro pace Catholica, etiam miraculo cæleſti coram eis facto, monuerit, quæve illos ſpernentes ultio ſecuta ſit: *hoc autem accidit in controverſia de Paſchate, in cujus obſervatione veteri ſuo uſui pertinaciter inhærebant Britones, nec aliter docere Angloſaxones volebant, licet ab Auguſtino & ſociis, tanta meſſi non ſufficientibus, rogarentur.*

b *Eccleſia &* monaſterium S. Salvatoris *Cantuariæ erat, de quibus Beda lib. 1 cap. 33.*

c *Coluntur* Septem Fratres, *filii S. Felicitatis, 10 Iulii: ubi agemus de* S. Alexandri, *unius eorum, Tranſlatione ad Ottenburanum in Suevia monaſterium: quod hac ætate Canonicos habuiſſe, probant tot Epiſcopi Auguſtani, inter Abbates à Bucellino nominati, in quibus S. Vdalricus. Monachos Benedictinos forſan Rupertus induxerit, anno 1104 poſtulatus ex monaſterio S. Georgii in Hercinia: de quo ideo magis hic juvat meminiſſe, quod cum eum Bucelinus* Sanctum *appellet, mortuum an. 1145, 15 Aprilis, ejus tamen in Menologio Benedictino non meminit: quare de eo plenius inſtrui optamus pro futuro operis Supplemento.*

d Grandior-villa *proprium nomen hic eſſe videtur: non invenio tamen cujus loci proprium fuiſſe dicam: eoque difficilior eſt divinatio, quod non ſatis liqueat ubinam hæc geſta ſint.*

CAPUT VII.

Captivus liberatus, parturientes adjutæ, injurii contra Sanctum puniti aut repreſſi.

43 SUbſequitur, quomodo alium captivum potens ligandi & ſolvendi Auguſtinus eripuerit. Philoſophorum & Sacerdotum præcellentiſſimo Antiſtite Anſelmo noſtra ſecula irradiante, familiarique ac generoſa benevolentia doctos ut doctiſſimo efferente catigeta; quidam de grege Scholaſticorum ſub eo pollebat nuper Cantuariæ. Hic cuidam noto ſibi advenæ Clerico de Normannia lectionem inter compares conceſſerat: cenſebatur illi nomen Gerardus. Poſt aliquantum temporis mutata gratia, criminatur illum furti. Judicatum eſt ut ſacramento cum duobus ſui Ordinis ſe purgaret. Juvavit ipſe cum uno ex Clericis; alterum, ut juramentum quaſi de re incognita inficiaretur, promiſſo clam præmio criminator corrupit, ut zelotypia magis quam veritate graſſari videretur. Qui illico miſerum, à ſocio deſtitutum, invadit per gulam tamquam reum; & convictum trahit dedecoroſe ad inhoſpitale hoſpitium. Arctantur pedes ferreis compedibus, torquentur loris poſt terga manus, damnant fugam vincula, conclavia, vigilum cuſtodia; ut plagis & tormentis craſtino ſatietur perſecutoris ira. Quem deflentem ſulcantia ligamina, gravius torquebant craſtinarum minarum ac terrorum ſupplicia. Spes nulla effugii, nullus amicus, nullus notus erat externo: unum tandem remedium occurrit deſolato, cognita Auguſtini ſubvenientiſſima clementia. Cujus ſubſidium tota nocte anxiis luctibus inclamanti, tandem ſomnus ſurrepſit, & vox aforis audita per ſomnum inſonuit; Gerarde, Gerarde: Dormiſne, an vigilas? Cui reſpondenti, non ſe tam ſopore quam formidine occupari; vox replicata ſubjunxit, Ut S. Auguſtini præcepto relaxeris, téne illi miniſtrum profiteberis? Imo, inquit ille, devotum mancipium. Tunc qui loquebatur adjecit, Velociter ſurge, & ad S. Auguſtinum percurre. Protinus & ſomno & manibus abſolvitur; miraque diſpenſatione pes unus exuitur compedibus ad exitum, alter vincula portat ad ſignum. Corrigiâ, quæ manus conſtrixerat, ſonoras compedes compedito cruri, ne accuſent fugitivum, annectit: ita Sancti beneficio, quod fuit ad ſupplicium, cedit ad ſubſidium. Sed egredi carcerem ſuum feſtinanti liberto captivo, adverſatrix janua arctiſſime obſerata, pro maceria vel ergaſtulo, reſtitit. Ingemuit miſer, arctiores nexus de abſolutione irritato cuſtode formidans: &, Quæ eſt hæc, inquit, ô ſanctiſſime Auguſtine, expeditio mea, cum me hoſtili fauce coarctat exterior domus catena? An ut acrioribus ſuppliciis retrudat ultoris ira? Video me proditum, non abſolutum: video quaſi perfugam leporem ſub dente canino. Emitte quæſo, Sancte, quem laxaſti; ne tua pia liberatio me atrociter mancipet hoſti. Taliter implorans iterum attentat januæ ſeram. Res mira! Mox ſentit reſeratam; utque magis augeſcat miraculum, ille egreſſus, obfirmatum ut primitus poſt ſe comperit oſtium. Hoc modo per medium civitatis, per nocturnos timores, per clauſtra & repagula portarum, Auguſtino cum Angelo Petri pandente & proſperante cuncta, evadit: atque ad Auguſtiniani monaſterii defenſatricem portam pervenit. Dormiere vigiles, obmutuere canes: quorum turbam irruentem & occurſantem per totam plateam, ſine latratu & infeſtatione, ultra triginta penſabat. Sed præſcripta porta jam tuto clauſa offenditur: quæ nimirum, ut cetera obſtacula, panderetur, ſi perſecutor timeretur. Quam poſt paululum, nocturnæ ſynaxis ſonantibus ſignis, præſtolator apertam irrumpens; ad ſummi liberatoris ſui beatam requiem confugit. Mane illi patrocinantes ejuſdem monaſterii Fratres ſummo Pontifici aſſiſtunt; coramque ipſo æmulo pædagogo, dum captivus Auguſtini ereptoris auctoritatem, ſuamque innocentiam offert ardentis ferri probare judicio, confuſis adverſariis libertati conciliant. Qui profeſſus ſe B. Auguſtini capite cenſum, quatuor nummos in altari ipſius tumbæ obtulit in conditionis teſtamentum, pollicitus annuatim id debiti referendum. Gratulatur tota civitas Cantuariæ, redolente in omnes miraculo, dum coronatur fulgido tanti Patris bravio.

Inſons accuſatus furti,

invocato S. Auguſtino,

AUCT. GOCELINO. EX MS. *evadit ſolutis vinculis & carcere aperto:*

calumniatore convicto abſolvitur.

44 Ubique etiam ipſius Apoſtolicam benignitatem poſcentibus affluere, vel ultro ipſam ſe infundere, ſubſequenti liquet ſerie. Andwerpa oppidum eſt Imperatoriæ ditionis celebre, quod influo pelago & Scaldi fluvio incumbens, tranſmarina mercimonia derivat in Angliam. Hinc femina Maenzindis dicta, genere opibus ac condigno marito inclita, jam fœtu gravida, votis & donariis Romæ Apoſtolica requiſierat ſuffragia. In reditu turgeſcente utero corripitur laceris inteſtinorum angoribus, multaque difficultate & mora, cum eſſet omnibus gratioſa, à comitibus & amicis domum tandem eſt perlata. Ibi receptam lectulo creſcens indies dolor & tumor diutina excoctione ad extrema coëgerat: jacebat immota, linguâ totoque corpore funerata, tantum audiendi & intelligendi ſupererat ſcintilla. Convenerant propinquorum & amicorum nobilium turbæ, tamquam ad viſitationem ægrotæ; ſed ad exequias potius ſe vident conveniſſe: fletur ab omnibus, tota aula reſonat plangoribus; ſed ſaniores ſupernum remedium votivis implorant ſupplicationibus. Interea defeſſæ viſus in ecſtaſi quidam præcelſæ dignitatis, ſic infit: Compatiens afflictionibus tuis tuorumque amicorum petitionibus lacrymoſis, nuntius tibi adſum proſperitatis: quia per clementiam B. Auguſtini Anglorum Apoſtoli vitæ & ſoſpitati priſtinæ jam reſtitueris: tu modo tuum ſolve cinctorium, ipſique

Antuerpiæ matrona pia, poſt iter Romanum,

in puerperio moritura,

AUCT. GOCELINO. EX MS.

in ſuam Angliam ad hujus gratiæ tranſmitte argumentum: quia ut vivas obtinuit ipſius patrocinium. Ad hæc illico muta in clamorem precatorium effunditur ; cunctiſque vehementer obſtupeſcentibus, qui ſolum ejus funus operiebantur, ordinem viſionis proloquitur. Omnes gratulantur, lamenta in gaudia mutantur, quod ejus vel loquela deſperata audiebâtur: myſterium autem viſionis vix tandem perſcrutantur, quare ipſius cingulum Sancto poſcebatur, quæ nullum præ moleſtia uterinæ inflationis patiebatur. Divino ergo inſtinctu fabricata citius argentea cordula, quam B. Auguſtino parabant, ægram quo amplius extuberabat; cum invocatione ipſius cæleſtis medici, circumdant. O gratiàm Domini! O meritum Sancti! Eodem momento ad nomen Auguſtini, ad tactum ipſius ſacrati cinguli, languida feliciter abſolvitur & partu & dolore letali; ac poſt longos cruciatus ſalute donatur celeri, cum ſobole dulci. Xenium vero illius argentei cinguli, per fideles gerulos, ipſi ſummo ſuæ reſtitutionis mittit Interventori. Supereſt adhuc ipſa, quæ per ſingulos annos miſſis luminaribus ſuum gratifice ſalutat curatorem, ſuæ vitæ teſtatur conciliatorem.

per viſum juſſa ſe vovere S. Auguſtino,

præter ſpem liberatur.

B

Alia ibidem ſimiliter periclitans,

45 Addimus huic aliud in alia femina ejuſdem præclariſſimi Confeſſoris ſignum, in eodem vico & eodem pene tempore patratum; ea ſimilitudine concinnum, ut, niſi nomina attendas, non aliud nos adjunxiſſe, ſed id ipſum quod præſcriptum eſt repetiiſſe contendas. Eſt mercator, in ipſius quam prænotavimus Andwerpæ portu degens, in Anglia frequens, nomine Hagano: cujus conjux, Emma dicta, in partu periclitans ad extrema trahebatur. Quæ inter tantas anguſtias ad Dominum Salvatorem reſpirans, orabat anhela, ut per alicujus Sancti ſui merita ſibi ſuccurreret. Inſecuta ergo nocte, cum defeſſa doloribus paululum dormitaret, Archiepiſcopalis figura ſibi præcellenter apparuit; trepidæque ad tàm præclarum aſpectum, clementiſſime dixit: Si vis, ô mulier, ab inſtanti periculo partus liberari, fac candelam in honore beatiſſimi Anglorum Apoſtoli, ad menſuram ſtaturæ tuæ, ſimulque ad groſſitudinem corporis & uteri tui; atque hanc mitte ad proximam eccleſiam, in ipſius Sancti opifera commemoratione. Evigilans ergo mulier tam ſalubria mandata acceleràt, indictam oblationem præparat, ad proximiorem eccleſiam in honore S. Auguſtini dirigit; ſtatimque feliciter enixa puerum, de dolore gaudium recipit. Poſt hæc maritus ſuus in Angliam veniens, argenteam cordulam, ad priorem conjugalis longitudinis ac groſſitudinis menſuram, ſanctiſſimo liberatori Auguſtino attulit: ſeſeque cum eadem conjuge ad ipſum ſalutiferum Patronum, ſi Deus facultatem daret, rediturum ſpopondit. Sic excellentiſſimum Auguſtinum, cum Chriſto regnantem, conſtat ubique gentium quibus vult ſuccurrere poſſe.

ſimili fere modo juvatur.

C

Dum ad recuperationẽ Terræ ſanctæ

46 Dulceſcit tanti Patris benignitas erga ſupplices, revereatur & ſeveritas in inſolentes: in qua referenda miraculi gratia, prius pandamus fidei januam, ad ſplendidam noſtri temporis auroram. Vidimus, immo videmus novum ſeculum, novum Chriſti bellum & triumphum, novum in terris, hoc eſt in urbe ſua Hieruſalem regnum: regnat ibi nunc in novo *a* Rege & novo populo Chriſtianorum, deleta longiturna abuſione Gentilium: nam qui per Crucis & Martyrum patientiam vivit & acquiſivit mundum, jam nunc aliis, id eſt, ſecularibus ſuorum bellatorum armis, exciſa inconverſibili immanitate hoſtium, induxit in montem ſanctificationis ſuæ triumphatorem populum ſuum, montem quem acquiſivit dextera tua, Rex virtutum; & ejeciſti à facie eorum gentes, & diſtribuiſti eis terram nativitatis & paſſionis tuæ, ô noſter Emmanuel. Sed in hoc exercitu Domini, quis à ſeculo vidit talem motum populorum, tantum congreſſum præliorum, tantum fervorem emigrantium. Reliquêre omnia, regna, urbes, domos, liberos, agros; ſoloque æſtu divini zeli, ſine imperio, ſine duce effluxere: nulli erat exactor niſi propria voluntas, niſi fides ſodalitas. Principes & Magnates, ceteros ut fratres, ut contubernales, ut commilitones, non vi, ſed exemplis & hortamentis direxere: lex erat publica ſanctio, Dominus ſolus dux eorum erat. Feruntur & Martyres, noto nomine, in equis & armis militaribus, viſi publice eos deduxiſſe; lanceam quoque lateris Dominici, divina revelatione tunc inventam credentes, triumphaſſe.

a

D

undique ſacra militia concurrit.

47 Quale erat ibi cernere novum exercitum, ſigillatim in veſte propria Cruce Dominica præſignatum, ut & corporalem ſicut ſpiritualem adverſarium elideret hoc ſignum. Non ibi modo gens in gentem, & regnum in regnum; ſed orbis in orbem, occidens in orientem, mundus Chriſtianorum in mundum congreſſus eſt Ethnicorum. Cælum ipſum cum inferno, Michaelem & Angelos ejus cum diabolo ſuiſque angelis pugnaſſe victorioſe, probares. Ferro aperitur iter per conglomeratas nationum acies, per munitiſſimas natura & defenſoribus urbes, per inſidias & undique inſilientes commiſſiones. Ita noſtri, hactenus ſoliti in pera & baculo Regem Chriſtum in urbe ſua humiliter reviſere, nunc in haſta & gladio ſtratis adverſariis ad ſuam gratiam gaudent inſigniter accedere. Igitur & Anglicus orbis in hoc iter incaluit: ſed Rex, poſt effuſam multitudinem veritus regni debilitatem, egreſſum vetuit: unde plerique per totam patriam Sanctorum patrocinia luſtrare, & infecti voti depoſcere veniam ſategêre. Ex quibus Dominus Hubaldus, Scriberienſis Archidiaconus, & Odo Miles ac nepos Epiſcopi venerandæ memoriæ Hermanni, haud plebejus, quos ut noſtros ſub eodem Epiſcopo condomeſticos novimus, ad Patriarcham Auguſtinum ceteroſque ſacratos Præſides Cantuariæ oratum venere. Quos cum poſt orationem & gratam hoſpitalitatem hoſpitator ſuus obſequenter conduceret; & inter alia, de tot Eccleſiis, Paſtore deſertis ac devaſtatis, *b* maxime autem de primaria parente monaſteriorum S. Auguſtini Baſilica deſtructa & oppreſſa, querimoniam ageret; prænominatus Miles, cujus occaſione hanc ſeriem produximus, ut præceps animi, ita reſpondit. Quid nos hic tantum moramur, quando modo ille veteranus, quem oporteret omnes patriæ Eccleſias ſuo principatu potenter tueri aut terribiliter ulciſci, ita obdormivit, ut nec ad proprię domus ſuę peſſumdatæ defenſionem evigilet? Jam ipſa eccleſia ſua, quinquennio carens Rectore, vaſtatur; nec eſt qui tueatur. Vix garrula vel ſtomachantia verba finierat; & ecce quaſi plumbato ictu inter ſcapulas percuſſum indignatio cæleſtis increpat. Hoc adeo dignum ſuæ temeritati Sanctus reſponſum reddidit, qui hinc divinam correptionem præjudicare, inde patientiam provocare non timuit. Et qua fronte cæci ſupernum conſilium remordemus? Quomodo ſuo reatui parcendum ſperat, qui in alienam culpam juſtum judicem inſtigat? Cœpit itaque homo vultus in diverſa mutare, palleſcere, tremiſcere; nec jam ſe tenere, nec equo reſidere, pro intolerabili poterat dolore. Jamque vix prævalens fari, Succurrite, inquit, ô ſocii, ſuccurrite jam morienti. Cumque illi graviter attoniti percunctarentur cauſam morbi, reſpondit, nihil aliud in ſe verſari, quam ultionem Sancti, in quem tam ſtolide auſus ſit efferri. Reducitur ergo ægerrime, ſuſtentantibus hinc inde ſociis, & ab his commendatur obnixe priori hoſpitio, cum ſuo

prohibiti ad egreſſu Anglı Cruce ſignati

E

templa circumeunt;

b

F

quorũ unus S. Auguſtino injuriam

ſubito correpitur,

A ſuo armigero. Ibi per ſeptem ſeptimanas coarctatum diro languoris lectulo, ille vetulus dormitor docuit, quam pervigil caſtigator calumniatoris ſui extiterit; quam vigilantem virgam pro ſuis ferat; qua in ſub tempore nocentes conterat: docuit & ſe nequaquam dormire, ſed vigilare jugiter in cuſtodia domus propriæ ac totius Angliæ ſuæ, quantum modo permittit ſuperna libra cenſuræ. Tandem ſupplicibus votis & gemitibus placata Patris pietate, de timore mortis & deſperatione vitæ redditur emendatus æger ſaluti integræ: qui ſurgens quaſi de funere, ad tumulum conſolatoris ſui ſtratus genibus & ulnis perrepſit; humillime gratias effundit cum lacrymis lætitiæ; ſeſeque illi mancipat, cujus ſubſidio reſpiraverat, ut per ſingulos annos ejus ſe ſolenniis pro facultate exhibeat. Congratulantur Fratres de paterna virtute, cum divinis laudibus & jubilatione.

& pœnitens ſanitati reddi-tur.

47 His annectatur ſuperioris temporis factum, quo idem Pater & arbiter ſeverius injuriam ſuorum defendit ſupplicum. In Occidentalibus Anglis, ſub mœnibus Exoniæ civitatis, in honore ipſius ubique ſalutiferi conſecrata pollet eccleſia Auguſtini. Hæc adeo ejus paternæ pietatis charismatibus redundat, B ut quiſquis hanc beneficia petens fideliter intrat, cuncta ſe impetraſſe gaudeat. Hanc ſuperna largitate famoſam, & longinqui & proximi ſuum habent refugium, ſuum requirunt præſidium, cum igitur prior Willelmus, prioris ævi noſtri Rex, præfatam civitatem rebellantem c obſideret; undique vicinia C ruſticorum totam ſupellectilem ſuam & annuum victum in hanc tutatricem contraxere eccleſiam, in hanc ab exercitu velut à diluvio confugientes in Arcam. Ambiebant & undique ramoſæ arbores illud ſacratum atrium, in quo meſſem ſuam recondiderat hoſtem fugiens turba ruſticorum. Mirum ſpectaculum, mira fides plebium, ut ibi tutari res ſuas crederent, in conſpectu tot armatorum cuneorum, tot hiantium & eſurientium belluarum. Riſit omnium populatrix phalanx raptorum ultro ab hoſtibus oblatum ſibi victus ſubſidium: nec cunctati invadere, aſcendunt arbores patentes prædæ: alii ſubter expectant, qui dirutas annonas auferant. Eia defenſor Auguſtine, quid moraris? Sentiant jam expugnatores tui, quem provocent: ſciant devoti tui, quem Patronum ſpectent. Jam ſecuribus inſtant, quibus ramos cum frugibus dejiciant: ſed illico Auguſtino ſubvertente, illi pro annona corruunt; & ipſi intereuntes, etiam ſocios quos paſcerent obruunt: arborea quoque robora, in præſumptuoſa capita cadentia, exitii ferunt arma. Itaque plures extincti, reliqui capitibus, brachiis, cruribus fracti, contriti, diſrupti, ceteris omnibus fuere terrori, nequis ultra vim attentet ibi præſidentis Auguſtini: ſub quo, belli tempeſtate jam ſedata, reduces incolæ ſalva gratanter recepere ſua.

Obſeſſa Exonia, ſervantur in eccleſia Sancti

omnia iſtic ab accolis depoſita,

prohibitis acceſſu militibus:

48 Scholares quoque pueri, in ipſa eccleſia diſcentes, quoties ad altare ipſius mellitiſſimi Patris poſſunt confugere, protinus magiſtri furore divinitus tranquillato, nequaquam eos verberari probatiſſimum eſt d. Hæc etiam quidam, ibi eruditi in puericia, nunc Monachi, obnixe teſtantur, tam ſe quam ſuos condiſcipulos, mira ipſius benignitate, ſæpiſſime de manu indignantis ultoris erutos.

pueri ſupplices exaudiri.

d

ANNOTATA.

a Godefridus *Bullonius, Rex Ieruſalem factus anno* 1099.

b *Wil. Thorn. in Chron. cap.* 9 *narrat, quomodo ipſo Tranſlationis celebratæ anno (ſequentem debuit dicere) Wido Abbas defunctus eſt* 6 *Auguſti: & Monachis, ad ſucceſſorem eligendum proceſſuris,* Rex non ſolum licentiam petitam denegavit, ſed ne eligerent pœnis comminatoriis interdixit, dicens ſe velle omnes baculos Paſtorales per totam Angliam manu ſua tenere, & de eis pro libitu ſuæ voluntatis diſponere. Erant enim Eccleſiæ per totam Angliam ita venales, ut qui pro eis plus daret citius obtineret. . . . . Igitur defuncto Wydone, Monachi ſuper electione futuri Abbatis per prædictum Regem diu perturbati ſunt. *Sed quam ait ipſe ſic loquitur quaſi Hugo, à Wydone Abbate receptus ad habitum,* vix annum probationis expleverat, *quando ad Regem conſanguineum deputatus pro monaſterio miſſus, creatus ipſemet Abbas eſt,* & anno ſupradicto, à Mauritio Londonienſi Epiſcopo benedictus, Dominica infra Aſcenſionem, Anſelmo Archiepiſcopo tunc exulante. *Sed Eadmero teſte, in Hiſtoria Novorum apud nos ad* 21 *Aprilis num.* 20, *egreſſus in exilium eſt Anſelmus anno dumtaxat* 1097 *menſe Octobri. Itaque ut ſummum anno* 1098, *& vacantis Abbatiæ ſeptimo electus fuit Hugo: qui etiam ſic adhuc juvenis in monaſterio fuit, licet à Widone receptus. Res interim quæ hic narratur contigit anno* 1096, *quando jam quidem multi Principes Crucem ſuſceperant, & tota ad eam movebatur Europa, nemo tamen adhuc tranſierat præter Petrum Eremitam cum ſuis. Itaque dici debet quod* B *Gocelinus (qui ſcripſit prius quam in exilium abiret Anſelmus, ideoque meminiſſe non potuit novi poſt Widonem Abbatis) agendo ſuperius de captione Hieruſalem, & Lancea Domini in Antiochena expeditione antea reperta an.* 1098, *per anticipationem ſit locutus; de quibus vide Ioannem Bromtonum in Willelmo* 2, *ad finem ejuſdem anni noni.*

AUCT. GOCELINO. EX MSS.

c Exoniam, *alias* Exceſtriam, *anno* 1067 contra ſe rebellantem, obſedit & infregit Rex Willelmus: *rebellionis autem cauſa fuiſſe videtur* importabile tributum, *quod* Anglis *eodem anno* indixit: *ut lego in Ms. Chronico Ranulphi Ceſtrenſis, quod, necdum hactenus integre editum, penes nos eſt.*

d *Similis perfugii puerilis exemplum, miraculo probatum, vide* 19 *Maji, poſt* 2 *Vitam S. Dunſtani per Oſbernum, in Miraculis num.* 14. *Vide etiam* 21 *Aprilis, Vitam S. Anſelmi num.* 30, *ubi is Abbatem, de pueris quos nocte ac die magiſtri verberarent querentem, docet non ita tractandos neque nimium coarctandos eſſe.*

CAPUT VIII.

Moribundi ſervati: reliqua S. Auguſtini miracula.

JAm ingrediamur civitatem Exoniam, ad quam ſuperius acceſſimus; & inde adhuc ornamenta Auguſtinianæ virtutis de redivivo homine extrahamus. Ipſe civis clarus, mercator opulentus, rem facit celebriorem. Venit is cum uxore ſupplex ad Domini Confeſſorem, & poſt vota ac dona grateſque devotiſſimie redditas, tali modo revolvit Patribus monaſterii, diſcriminis & remedii adventuſque ſui tenorem, quamquam prius per fidelem hæc cognoverint indicem. Debitor, inquit, gratiarum ſimulque viſitatoris & reparatoris mei Auguſtini adveni, cujus plane quod vivo eſt meriti, ut veraciter audietis vos, Domini mei tantique Patris filii. Per undecim hebdomadas deſperabiliter languebam, tantaque decoctione exhauſto vigore defluxeram: ad ultimum eo tortor morbus invaluit, ut mortis faucibus impulerit. Exegi totos novem dies inſopitus, impaſtus, præter ſiquid liquidi ſiccas fauces & deficientem ſpiritum reconciliaſſet. Infundunt ſe amici, tamquam ad exequias: inſtabat emigranti dies nona, quæ mihi nimirum foret extrema, niſi ſalutiferam reddidiſſent Advocati mei ſuffragia. Hortatur circumſidentium frequentia, ut tamquam jam abi-

49

Exonienſis civis narrat quomodo moribundus,

AUCT. GOCELINO EX MS.

turus disponerem ac distribuerem omnia mea, & inde mihi vel sero prospicerem in æterna patria, antequam manus auferret aliena. Promisi in crastinum me dispositurum, si nec tunc mitesceret incumbens malum: solet enim languor magis in noctem gravescere, in diem levescere. Et hoc quidem tam stulta quam incerta conditione pollicitus essem, nisi suffragatorem haberem. Torqueor, ajebam, ô amici, intolerabili ægritudine; sed immanius crucior æterni supplicii formidine: Sancti quoque nostri, quotquot oblationibus & obsecrationibus interpellavi, augent terrorem, nullo solatio respondendo, mihi nimirum innumeris sceleribus meis offensi. Hæc me deplorante, Num (ait unus amicorum) ipsum Sanctorum hujus regni Principem Augustinum postulasti? Ad hoc placabile nomen ego & ipse corpore me subrigens; Bene, inquam, mi Domine Frater, monuisti: nam mea duritia illum adeo excluserat mihi, per quem & aliorum Sanctorum patrocinia possem lucrari. Dehinc nempe sensi, maxime illi creditam salutem mei. Protinus ambito corpore meo, per utrumque latus à capite ad pedes, duplici mensura longitudinis meæ parata luminaria misi, ad suburbanam nostræ Exoniæ ecclesiam interventoris mei Augustini: simulque ab omnibus exegi orationis Dominicæ suffragia, quatenus per caritatem omnium illorum Sanctorum, quos sidereo regno pepererat, de hac monarchia sua, conciliaret mihi adhuc emendatioris vitæ spatia. Pollicitus sum de reliquo præterita facinora corrigenda: oravi etiam convenas meos, ut mecum ipsa nocte relevandis tribulationibus meis perseverarent, meique aut meliorationem aut finem exspectarent. Cunctis itaque ultro manentibus, nox incumbens, post longas vigilias, ægro fessa lumina occlusit: qui mox, pro somno & quiete, terribili singulorum artuum agitatu inhorrui. Transvertuntur oculi, spumant labia, infestat sternutatio, tremuli digiti vagantur, quærunt quod astringant, calces crebris teruntur ictibus; ut tot signis nil aliud quam repentinum mei exitum præstolarentur: sed post hæc quies successit, totusque motus quasi placido somno conticuit. Dum sic fessæ ægritudini indulgeo, sensi luridam pituitam, à corde extrusam, faucibus oberrantem. Hanc erecto corpore uno ictu valide excreans, super adjacentem viridis herbæ fasciculum ejeci, non perpendens ubi caderet, vel quid pestis haberet: nam ibi mortem, quæ mihi insederat, Augustini virtute expui; sicque vitæ redditus, dulci demum sopore diu insopitos artus refovi; adeo ut qui me observaverant moriturum, inciperent sperare victurum. Interea equus meus, haud vilis pretii, dum cum apposita herba ipsam injectam scream avido ventri admittit, extemplo velut transfixus cuspide exilit, furit, fremit; & undique tergiversando ac volutando, ictibus ac pulsibus domum concutit. Turbati famuli dum illum extrahunt, ne me à salubri pausa excitet, ipsi potius me hoc tumultu excitant: sonipes grassante peste illico moritur. Ego ubi cognovi ex meo screatu extinctum, teste amico qui viderat me super ipsum fœnum spuisse, clienteque confitente se de eodem fœno equum pabulasse; sic consequenter subintuli: Procul dubio ille meam mortem voravit, mea nece interiit, te, sancte Pater Augustine, in illius damno meam injustitiam corripiente, meamque inertiam docente, quam pœnam & quod exitium mihi debitum in animal pecuale dignatus sis transfundere. Ad hæc, obstupescentibus omnibus & respirantibus in mei reparatione; Jam, inquam, certus sum ad vitam me convaliturum. Tunc vero magis mirantibus ac percunctantibus, ita rem expedivi: Anxii, inquam, motus, quos in me, ô carissimi, in primordio hujus noctis deflevistis, diram in me cecinere luctam mortis: sed quod deinde quievi, salvificus adventus fecit præfati consolatoris mei: refulsit quippe mihi tunc vir sublimis gloriæ, splendida canitie & Pontificalibus insigniis totus Angelicus: solares radios referens à facie, auream quoque lucem vomebat: virga dexteræ aurea, ut florentes gemmas Virgæ Aaron, quam prædicatis, videretur prætendere. Affatur contrementem cælesti suavitate; Quare, Frater, ita tribularis? Urgeor, inquam, Domine, diris leti vinculis: sed quem te credam nostris interveniisse exequiis? Quem, inquit, tuis ac tuorum civium petitionibus attraxisti Augustinum, noveris adesse tibi: & sicut petisti, pro illorum omnium amore Sanctorum, quos per me transtulit Dei gratia in regnum claritatis suæ, scias me tibi productioris vitæ & sospitatis commodum obtinuisse. Tu tandem cura omnimodis, ne indulto tempore emendationis per priora vitia abutaris; quin potius pro perituris lucris invigiles perpetualiter mansuris. Sane, ne deteriora supplicia incurras, propter subdolos & perjuros quæstus, unde infinito hiatu avaritiæ filios absorbet tartarus; nec pigeat te post integratum vigorem ad nostra habitacula & interventoria pignora venire, ac per nos Deo gratiarum munera litare. Inter hæc monita tangit mihi aurosâ baculi cuspide sedem morbi: cum quo tactu ingressa salus, arcet damnatum virus: mors compulsa excedere, quærit anhela quo evadat; sursumne an deorsum effugiat. Illico ipsum letale virus fauces occupat: ego acri screatu propello, ut vos obsecutoris funeris mei perspexistis. Sic jam quieti de inquietudine, incolumitati ab ægritudine restituar, qui nunc à strepitu obeuntis pro me equi mei expergiscor. Dum hæc igitur tam clara apparentis mihi Augustini subsidia flentibus amicis retexo, luctus in gaudium, orbitas redit in lucrum: in Augustini gloria omnes glorificant Deum; & vos, ô Domini mei, tanti Patris specialissimi filii, cujus celeri medicamine & auctoritate sanus cum conjuge adveni, mecum quæso aut pro me illi grates exolvite, ejus virtuti ac meæ saluti congaudete. Hoc itaque certo indice cunctos fidelis relator exhilarat: omnes laudem divinam in Augustino personant. Ab hoc forte Lundoniæ Augustinensis minister empturus aliquid in usus Fratrum, cœpit tandem in amore S. Augustini rogare illum, cum neuter sciret alterum, ne pecuniæ suæ repudio sibi faceret detrimentum. Mercator, ad amabile nomen quasi alte stimulatus; Quem, inquit, Augustinum intentas mihi? Augustinum, ait ille, primum & Apostolicum Doctorem Angliæ. Tunc homo, liquescens animo à Sancti pietate, velut thus ab igne; Totam, inquit, pecuniam quam debes libentissime pro mei Augustini amore remisissem tibi, si rogasses: quid enim digne vel pro illo rependere potero, cujus benigno suffragio vivo? Sicque & suæ salutis relatione, & pecuniæ susceptione emptori satisfecit.

50 Servit B. Augustini monasterio vir modestus & fidus, ex Orientalium Saxonum provincia: quem ibi degentem similiter de mortis instantia ejusdem Patris revocavit gratia. Addixerat eum exitio infinitus tumor gutturis, qui per mentum & faciem exspatians instar amplæ cucurbitæ extuberaverat, pectusque ipsum obsederat. Omnibus itaque desperabilis, Christiana fide confessus, oleatus & communicatus, jam loquelam posuerat, jam transire parabat. Quem parochianus Presbyter assidens dum præstolatur in verba agonizantem, hanc ab eo vix auspicatur verborum imaginem: Sancte Augustine, mise-

invocata ope S. Augustini,

& vita emendatione promissa,

stremitu venenum excusserit super herbam:

quæ gustata equus suus crepuit.

Addit prius sibi visum in somnis Sanctum,

qui sanitatem sibi promisit:

beneficus posthea erga Augustinenses.

Alius, olim ecclesiæ campanarius,

A miſerere, miſerere S. Auguſtine. Interrogatus à Presbytero, quid dicere intendat; eaſdem preces & nomen Sancti, ut prius, ingeminat. Rurſum interrogator quærit, unde ſibi hæc ſpecialis invocatio contigerit; an aliquid ſibi cum ipſo Sancto vel ejus monaſterio convenerit. Reſpondet æger, forte jam ab Auguſtini nomine valentior, ſe ipſius eccleſiæ in clangendis tintinnabulis quinquennio deſerviſſe; jam ſe priorum offenſionum & negligentiarum pœnitere; ſi pius interventor adhuc ſibi tempus correctionis indulſerit, vovere ſe à conjugali nexu perpetuam continentiam, & in cœlibe vita atque in ſuæ eccleſiæ famulatu jugem perſeverantiam. Tum fidelis Sacercerdos, Si hæc, inquit, vota ſervaveris, audeo tibi de Sancti clementia longiorem vitam polliceri, & converſum à vitiis ad ſalutem poſſe reverti. Ad hæc fidelia dicta ſolvitur letifer tumor, ebullit putris humor, effunditur atra peſtis, totâque ſanie exhauſtâ reſedit turgida cutis: pulſa deformitate, facies, guttur, mentum, pectus redduntur concinnitati ſuæ cum integra ſoſpitate. Hujus gratiæ inſtinctu ille, relicta domo & cognatione, cum ſuffectiva poſſeſſione, ad ſuum ſanatorem Auguſtinum commigravit: ubi nunc jugi mancipatu vitæ & ſalutis ſuæ grates rependit.

edito continentiæ voto à letali capitis apoſtemate ſanatur.

B a 51 Presbyter in *a* Suderia provincia, ſeptem milliariis Londoniæ contiguus, nomine Colemannus, degebat; nunc in Cantia habitat. Hujus filium parvulum lactentem diuturnus languor ab uberibus nutricis ſuſpenderat; nec ſugere, nec cibum capere longo tempore poterat. Squalebat macie, & quaſi funus in gremio materno horrebat: vix parentum diligentia, infuſo labellis lacte, extremum illi ſpiritum detinebat. Cumque nihil ſperaretur, nil exſpectaretur de ipſo præter occaſum; ecce priori nutrici liberorum Presbyteri, Pontificalis perſona in viſu adſtitit, ſicque illi dixit: Vade & dic Domino tuo Presbytero, ut ſi velit infantem ſuum vivere, deferat & offerat illum S. Auguſtino, Anglorum primitivo Didaſcalo: quod ſi negiexerit, funeſtam orbitatem pro filio lugebit: feſtina explere mandatum meum, quia & tibi erit proficuū: erat enim hæc mulier pene cæca, ut ſæpius tactu manuum quam aſpectu oculorum res appoſitas probaret. Quæ in his expergefacta, rem indictam, ut paupercula cui non crederetur, propalare expavit. Dehinc ſequenti nocte ſimiliter admonita, nec ſic quidem obedire præſumpſit. Tertia nocte redarguta negligentiæ, reſpondens nullum ſibi aliud creditum, quam ſe anili phantaſia delirare; talia objectanti Pontificalis illa perſona, quæ decentiſſima videbatur, extenta manu humerum ejus aſtrinxit, notamque impreſſæ palmæ ac digitorum inibi reliquit: Hoc, inquit, ſigno ſatisfacies auditori. Tum demum victa & terrore & tam evidenti indicio, refert mandata Presbytero, cum ipſo luculentiſſimo ſigno. At Presbyter, cum videret infantem jam pene expirantem, vix credere poterat illum tam diu poſſe ſupereſſe, donec ad viciniorem quæ in Lundonia æſtimabatur falutiferi Auguſtini perferretur eccleſiam. Antequam, inquit, locus promiſſæ ſalutis inveniatur, æger labore occidetur; & inaniter ſanitas quæretur, dum non fuerit qui ſalvetur. Venit ergo, cum matre infantis ac prædicta nutrice, ad quoddam ipſius Sancti oratorium, quod jam conflagratum & in cineres erat reſolutum; ſolum remanſerat Altare lapideum, ubi Presbyter, qui antea huic præfato Presbytero *b* obſequebatur, facto deſuper umbraculo divinum actitabat Officium. Huic indicans ordinem viſionis pater, offert infantulum ſuper ipſum altare ſacratum, perpetuum ſervatori Auguſtino famulum. Tum Auguſtini Parochianus infantem corripit, & ſuper altare utriſque manibus volutat, ac ſi cereum rotando componat; contremiſcentibus parentibus, & exclamantibus, quid morientem parvulum extinguere properas. At ille ſeptem Pſalmos pœnitentiales inceptat, & cum ipſo Conſacerdote decantat. Quo facto infans protinus mammam poſtulat, fugit, convaleſcit, & de deſperato ingens parentibus gaudium parturit. Nunc alacer adoleſcens exultat, quem pater ſingulis annis B. Auguſtino, ut capite cenſum, repræſentat. Prædicta quoque nutrix, ſed & ipſe Auguſtinianus Presbyter, cum oculis obtenebreſcerent, clara luce & juvenili donati ſunt acie: ita pro uno parvulo, duo ſunt remediati cum ipſo tertio.

poſt apparitionem anui cæcutienti factam

Puer moribundus

ſuper altari Sancti ſubito convaleſcit.

b

AUCT. GOCELINO.

& cæcutientes illuminantur.

52 In oppido *c* Norderwic, Sacerdos æſtimabilis Wolfagus nomine, eccleſiam in electiſſimi Patroni Auguſtini condidit honore: ſed locum hujus ſacri ædificii quidam vicinus ejus, nomine Copmannus, fretus divitiis & parentela, vi magis quam jure vendicare certabat in ſua: utque eſt humana cupiditas infinita, inſatiabilis, ſemper appetens alieni, nunquam ſufficiens ſui, Presbyterum inclamitat iniquum pervaſorem ſuæ hereditatis & patrimonii, multaque ferocia minabatur illi. His intervenit medius præpotens divini judicii præſes Auguſtinus, judicat judicium miniſtri ſui, & in iniquum calumniatorem retorquet pœnam mendacii: percutitur mentis vecordiâ, exuitur ratione humana; quique aliena appetiit, & ſeipſum & ſua omnia perdito ſenſu perdidit. Quem parentes, inter homines beſtialiter oberrantem miſerati, deducunt per civitatis eccleſias cum ſupplicibus votis, gratia remediandi; ad ſanctam videlicet Trinitatem, ad S. Petrum, ad S. Laurentium, ad S. Gregorium, ad S. Julianum. Jam inſtabat triumphalis ſolennitas almi Auguſtini, quæ celebratur ſeptimo Calendas Junii: ducitur veſanus in ipſa celebritate ad illam ſuam, quam prædiximus, eccleſiam; ut mirâ Dei clementiâ ab illa domo reciperet remedium, ob quam incurrerat ſupplicium; ſciretque tandem, quod ejus tantum beneficio ſanaretur, quem ipſe exheredare conabatur. Pernoctantibus ergo propinquis cum ægro coram ipſius altare, cum luminaribus & precibus, tandem illuceſcente die, errorum fugata nocte & phantaſmate, homo cœpit ſanum ſapere, ſeſeque & notos recognoſcere, atque in priſtinum ſenſum & rationem redire. Ne vero ullum remaneret ſcrupulum, cujus hoc eſſet ſubſidium; vidit eadem hora, claro ac vigili intuitu, quemdam magnificum & Apoſtolicum Archipræſulem, eminus ab ipſo introitu oratorii, geminis Pontificibus ex utroque latere deducentibus, advenientem; ſicque per navim eccleſiæ & chorum, cum eiſdem lateralibus, ad altare aſcendentem; ibique divina myſteria, donec ab ejus oculis decederet, peragentem. Unde nulla fidelis anima debet ambigere, B. Auguſtinum hæc ſuæ præſentiæ indicia dediſſe, & ſuam eccleſiam ſuamque feſtivitatem tali revelatione ac ſalute inviſiſſe. Præfatus quoque Presbyter eidem eccleſiæ, quam fundavit, hactenus hereditarie deſervit.

C *Injurius Nortwicenſis eccleſiæ S. Auguſtini*

& 26 Maii deductus in ejus eccleſiam,

F *viſo ad altare Sancto reſipiſcit.*

53 In Civitate quoque Legeceſtra, inſignis virtutibus Auguſtiniana pollet baſilica. Ibi anachoreta femina converſatur incluſa: quæ cum per quindecim annos eſſet cæca, ſolebat Sacerdotales libros & veſtimenta veſpere ſervanda ſuſcipere, & matutinalibus Officiis referre. Tandem igitur in ſacratiſſima nocte feſtivitatis B. Auguſtini, cum properante aurora adventum Presbyteri ex more præſtolaretur ſolicita; ineffabili Dei clementia favente, meritis ſui Confeſſoris ſubito eſt illuminata, & inſperato viſus tripudio donata: viditque clara acie præcellentiſſimum Pontificem altari aſſiſtentem, geminoſque hinc inde Præſules devotiſſime illi obſequentes. Cumque in hac tam inſueta ac cæleſti viſione

Recluſa Leceſtrenſis, annis 15 cæca,

ſimili viſu ipſo ſi ſto illuminatur.

AUCT. GOCELINO. EX MS. trementi oblectatione obstupesceret, Parochianus venit, agendis Officiis divinis signisonus; & ille Angelicus aspectus ab intuente defecit. Quis igitur dubitet, Augustinum, ubique virtutum potentem, suæ beatæ memoriæ locum & oratorium, maxime in sua festivitate, revisisse; suæque salutiferæ ac gratificæ præsentiæ hoc indicium cum condignis dedisse? Illam vero Dei famulam, quæ se à mundi cupiditatibus occluserat, altissima benignitas altius suo ergastulo, obductis ad tempus luminibus, incluserat, servans eam sua custodia à carnali illecebra, docens eã omnia contemnere, quæ cũ corporali visu sibi poterant perire; mentis vero oculos, exclusis rerum imaginibus, ad Conditorem suum acie pura attollere. Simul etiam hoc credimus supernam clementiam paravisse, ut B. Augustini meritum amplius in ea clarescceret, & illa post tenebras majori lucis gaudio [perfusa] Deum in sancto Patrono suo jugiter benediceret.

item pauperculæ sex annis cæcæ, e 54 Uxor artificis templi pretiosi Anglorum Protomartyris e Albani, mulierculam cæcam per sex annos apud se hospitabat atque alebat. Hanc benignitatem benignissimus in Christo Protoparens Augustinus, qui omnes homines visceribus paternæ caritatis adstringeret, ire tandem ingratam haud passus est. Istius sumptus, illius sublevare angustias parat. Sopitæ namque eleëmosynatrici, præstantissima forma, Pontificali affulsit schemate, talique obstupescentem matronam permulcet affamine: Bene fecisti, filia clementiæ, quod memor humanæ ærumnæ & retributionis æternæ, lucis & vitæ solatio destitutam refovisti mulierculam, pro qua recipias mercedem debitam. Nunc ergo ad meliorem usum transfer opem tuam, & fac eam deduci Cantiæ ad S. Augustini præsentiam: nam ibi exuet cæcitatis ac tenebrarum injuriam, & solaris jucunditatis induet lætitiam. Propera exequi veriloquum mandatum, nec verearis phantasiæ ludibrium. Ad hæc matrona expergiscitur, & triumphans de tanta visione ad lectulum pauperculæ hospitis infertur. Primo eludit ac tribulat miseram, quam noverat tandem exhilarandam; ut Joseph fratres suos terrificat, quibus salutis copiam parabat. Surge, ait, surge, & vade quærere ubi te amodo recipias, ubi hospiteris & pascaris: cutavi te quantum visum est, jam alius qui curet requiratur. Illico exterritæ inopi mens fugit, & ibi mori appetit, quæ quo se verteret, quem peteret, à toto mundo carcerata non invenit. Sed protinus anxiam, quæ terruerat, relevat; & ordine visionis expositio, in spem salutis de barathro desperationis excitat; & docet, quo illuminanda pergat, quo melius suis eleëmosynis munus excipiat; socioque convivio refectam, & equis, duce, ac viatico suffultam, ad almiflui Augustini inexhaustam destinat medelam. Miro itaque divinæ dignationis ordine contigit illam ad sanctissimum Augustinum, ipso festo Translationis suæ die, sibi prorsus ignoto, advenire; ut vere appareret ipsum ejus itineris auctorem fuisse. Quod ut etiam multo veriori ac certiori clarescceret evidentia, ipsa advena orans coram Sancti gleba, quam requisierat mente anhela; eodem die inter Nonam & Vesperam, sexenni cæcitate fugata, clara & optata luce est redonata. Miraculum longius refulsit, & Deo gratiarum actio personuit; femina autem, ne tanti beneficii videretur ingrata, in eleëmosynam priorem redire renuit, sed apud curatorem suum remansit, ubi hactenus propriis manibus haud inerter se pascit.

jussa Cantuariam duci,

in festo Translationis.

55 Hæc igitur de Translatione præpollentissimi Augustini & signis, per hoc septennium, id est per hanc hebdomadam annorum ab ipsa Translatione, non tam auditu quam visu propalata, primo exposuimus: quæ autem antea facta sunt posteriori libro exprimentur; ut de ipso Primario suisque contranslatis prandium, de reliquis cœna sumatur. Hic respirandi dabitur locus: requietus ager bene credita reddit.

ANNOTATA.

a Suderia, *vulgo* Surrey; *Beda* Suthriona, *Australis regio, respectu Londinia.*

b *Hinc intelligitur pueri patrem, virum conjugatum, licet hic vocetur* Presbyter, *talem tamen nudo beneficii titulo, non autem & ordinatione fuisse; qui propterea eguerit Presbytero ordinato ad officium explendum. Simili abusu scimus in Hibernia, eadem ætate ipsum etiam Archiepiscopatum Ardmachanum à conjugatis hominibus possideri solitum, qui eum ad filios velut hereditarium transmittebant, uti ex S. Bernardo in Vita S. Malachiæ ostensum est 6 Aprilis, ubi de S. Celso, qui primus id abolevit quod per quindecim generationes obtinuerat: adeo ut per tolerantiam Ecclesiæ absque peccato esset ejusmodi usus, sicut nunc est consuetudo Abbatiarum in commendam hominibus secularibus concedendarum. Tales autem* Presbyteri, *ad aliorum distinctionem,* PresbyteriCommendatarii *vocari potuissent.*

c Nordwicum, *urbs Episcopalis in Norfolcia, sub Archiepiscopo Cantuariensi.*

d Leceſtria, *in Wallia, sub Romanis* Urbs Legionum *dicta.*

e *De* S. Albano *agemus 22 Iunii: quiescit is Verolamii in Hertfordia (ubi res acta videtur) quod hodie* S. Albani civitas *dicitur.*

APPENDIX
De secunda Translatione S. Augustini:
Ex Chronica VVilielmi Thorn.

56 *Corpus Sancti post Translationem tripartitæ abditi,*

Translato, uti prolixe jam relatum est, S. Augustini *corpore anno* MXCI, quia in partibus Cantiæ tam Danorum quam Normannorum frequens erat irruptio formidabilis, & etiam in Sanctos Dei indebita irreverentia & detestabilis; ne ex insperato gens barbaricæ nationis irrumpens, corpus sancti Apostoli Augustini, venerabile & cunctis gentibus desiderabile, violenter raperet: & tanto thesauro, non solum hoc cœnobium, sed totam Angliam privaret; completa Translationis solennitate & omnibus ad propria remeantibus, venerabilis Abbas, cum quibusdam senioribus Fratribus, ad feretrum S. Augustini clam accessit: amotoque cooperculo, quod nondum erat perfecte completum; sublatoque corpore B. Augustini cum capite, exceptis quibusdam officulis & parte cineris; in tumba saxea, ad hoc præparata, in muro sub Orientali fenestra, juxta feretrum ejusdem, prædictum corpus abscondit, paucis admodum Fratribus hoc scientibus, & illud secretissime celantibus: & quibusdam viam universæ carnis ingressis, memoria hujus rei gestæ pariter est extincta.... Sed ne populus confluens ad venerationem ejus spe optata frustraretur, prædictus Abbas Wydo reliquam partem ossium, licet parvam, & cineres, vasculo quodam plumbeo inclusit, illudque in imo congeriei lapidum feretri suprædicti abscondit. In summitate vero feretri argentei, in quodam vasculo plumbeo, sed parvo, reposuit quamdam particulam carnis, nondum ex toto in terram redactæ, sed fuit quasi terra humida sanguine coagulata. *Ita Augustinensis Monachus Wilielmus Thorn, in Chronica monasterii sui, sub finem* XIV *seculi exarata: ubi postea Cap.* 12, §. 2 *refert, quod* anno MCLXVIII, die decollationis S. Joannis Baptistæ, combusta



Ex Tomo I Monastici Anglicani ad Pag. 23.

Anõ Dñi MCCXL. istud altare dedicat: in honorẽ Aplor. Pet: et Pauli et scĩ. Augustini V. Kal. Nov.
Anõ Dñi MCCCXXV. istud altare dedicat: in honore Apost: Pet: et Pauli Scĩ. Augustini Anglor. Apli, et Scĩ Æthelberti Regis, Kal. Martij à Petro Epõ Corbanienſi.

A busta fuit eccleſia pro maxima parte: in qua combuſtione .... ipſum feretrum S. Auguſtini & etiam multorum Sanctorum hujus loci flebiliter ſunt deformata.

57 *Idem deinde cap.* 20, §. 2 *narrat, quomodo* S. Auguſtinus in corpore per Abbatem Hugonem tertium revelatur, *quod ſupra ſe facturum promiſerat: narrat autem his verbis.* Anno MCCXXI, Cyclo decemnovenali VI, littera Dominicali C, quinto Kalendas Maji, Joannes de Mariſco, Prior S. Auguſtini Cantuariæ, cum Senioribus domus, cupiens certificari ubi depoſitum eſſet corpus B. Auguſtini, Anglorum Apoſtoli, Patroni ſui; præcedentibus jejuniis, vigiliis, cū orationibus, ac diſciplinis; conſilio quorumdam Fratrum, quibus facta fuit trina revelatio, fecit murum frangi juxta altare S. Auguſtini, in Oriētali parte ſub media feneſtra, ubi inventa eſt tumba ſaxea, ferro & plumbo peroptime ſigillata, cujus ſuperſcriptio talis erat:

anno 1221 27 *Apr. requiritur,*

Inclitus Anglorum Prę ſul, pius, & decus altum,
Hic Auguſtinus requieſcit corpore Sanctus.

58 In craſtino autem, ſolennitate ut decuit facta, poſt Completorium, præcepto Prioris, feretrum argenteum à quibuſdam Fratribus amotum eſt, & altare & totū illud opus lapideum, ſuper quod ſtetit feretrū, cauſa emendationis & decoris, fractū eſt. In cujus medio, ſcilicet in imo congeriei lapidum, ex inopinato inventū eſt plumbum magnum, fere ad longitudinem ſeptem pedum, cujus ſubſcriptio talis erat: Hic habetur pars oſſium & cineris B. Auguſtini, Anglorū Apoſtoli, qui olim miſſus à B. Gregorio, gentē Anglicam ad fidem Chriſti convertit: cujus pretioſum caput & oſſa majora alio ſaxeo vaſculo Guido Abbas honorifice tranſtulit, ſicut tabula plumbea cum eiſdē oſſibus poſita indicat, anno ab Incarnatione Domini MXCI. Sed quia illud opus ad effectum perduci non potuit niſi amoto plumbo, amotū eſt & ſaxeum vaſculum, in quo continebatur caput & majora oſſa B. Auguſtini, [quod] ad magnum altare ab Abbatibus de Bello & de Langedon, & à Prioribus S. Edmundi de Favirsham & de S. Radagunda, & à quampluribus aliis viris religioſis, Te Deum laudamus cantantibus, cum magna veneratione deportatum eſt. Ubi poſtea qualibet nocte à quatuor Monachis, coram magno altari vigilantibus & Pſalmos ſuos cantantibus, uſque ad ejus primā Tranſlationem, cum magna diligentiā & veneratione cuſtoditum eſt; tum propter abſentiā Domini Hugonis Abbatis, qui tunc temporis pro quibuſdam negotiis, coram Domino Lodowico Rege Francorū expediendis, in tranſmarinis partibus moram fecerat; tum quia noluerunt nec honeſtum eis viſum fuerat, duas habere Tranſlationes.

& 28 *invenitur,*

B

ac ſoorſim caput cum oſſibus majoribus;

C

59 Poſt adventum Domini Abbatis diſſigillatum eſt illud vas ſaxeum ſuper magnū altare, in quo continebatur caput & majora oſſa, præſentibus Abbatibus, Prioribus, & Magnatibus terræ, vidente clero & populo, ad hoc à magiſtro H. Sandford, tunc temporis Archidiacono, ibi invitato; ubi inventa eſt lamina plumbea, cum capite & oſſibus, cujus inſcriptio talis erat. Anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo primo, regnante Willelmo Rege Anglorum, filio Willelmi Regis qui Angliam acquiſivit, tranſtulit Abbas Guido corpus B. Auguſtini de loco ubi per quingentos annos jacuerat, & repoſuit omnia oſſa ipſius Sancti in præſenti loculo, & alia plura de Corpore ſancto collocavit Abbas in feretro argenteo, ad laudē regnantis in ſecula. Itē in tertio loco, ſcilicet in ſummitate feretri argentei, inventū eſt plumbum parvū, in quo erat de carne ſua, nondum ex toto in terrā redacta, ſed fuit quaſi terra humida & ſanguine coagulata, cujus ſuperſcriptio talis erat: Continet hoc plūbum partem ex pulvere corporis B. Auguſtini: nam cetera hic penes habentur. Juxta quod plumbum inventæ ſunt Reliquiæ pretioſiſſimæ, ſcilicet de capillis B. Mariæ Virginis, de Tunica inconſutili, de Columna ubi Dominus ligatus & flagellatus fuit, & multæ aliæ de quibus hic non fit mentio. Et ſicuti trina revelatione revelatum eſt quod tribus in locis debuit ejus corpus glorioſum inveniri, quod exitus rei poſtea verum eſſe probavit; ita & modo Dominus Hugo III & Conventus ejus, corpus in tribus locis divina inſpiratione fecerunt honorifice recondi. Eſt enim major pars ſurſum ſub feretro argenteo, ferro fortiter ligata, & plumbo peroptime ſigillata: ſecunda pars inferius ſub tumba marmorea, & tertia ſub media feneſtra in Orientali parte, ubi puer quidam per merita ipſius Sancti viſum recepit. Caput vero, ad inſtantiā Magnatum qui interfuerunt, & ad devotionē populi excitandam, fecit idem Abbas Hugo extra feretrū retineri, & ſuis ſumptibus in auro & argento & lapidibus pretioſis, ſicut modo videtur, mirifice decorari.

& ex triplici revelatione ſunt inventa,

ita trifariā reperiuntur.

D

60 *Annis poſt hæc ſic acta* XXIX, XXXVII, *&* XLIX; *cum annus* MCCXL, XLVIII, *&* LXX *Incarnationis Dominicæ numerarentur, Sanctuarium Auguſtinenſe altaribus tribus dedicatis ornatum fuiſſe, & Sanctorum corpora per circuitum apte diſpoſita, docemur præclaro monumento quod æri inciſum tomo* I *Monaſtici Anglicani inſeritur ad pag.* 20, *ex veteri quodam Ms. Codice ejuſdem quondam cœnobii, tunc vero, id eſt anno* 1652, *penes Magiſtrum & Socios Aulæ S. Trinitatis Cantuariæ exiſtente. Ipsū his addo: quia ſeviet ad illuſtrandum libru ſequentem de Sanctis, eodem quo Auguſtinus tempore tranſlatis. Repreſentatur ibi etiam altare majus, quod Sanctuario ipſi prætendit chorum ut puto Monachorum reſpiciens: quod anno quidem* MCCXL, *eodē ſcilicet quo Sanctuarii princeps ara, conſecratum fuiſſe ſanctis Petro, Paulo, & Auguſtino docet eadem membrana: ſed poſt annos* LXXV, *compoſito ſuper illud S. Æthelberti Regis corpore, huic & illis iterum nuncupatum, cum fortaſſis caſu aliquo violatum fuiſſet. Conſecrator* Petrus Corbanenſis Epiſcopus, *fortaſſis Apoſtolicus Legatus fuerit,* Corbaſæ *ſeu* Corbaſiæ in Pamphilia *inultum nudum gerens, nomine hic aliquantum corrupto: quia Apoſtolicæ Sedi immediate monaſterium ſuberat. Porro ne vacaret charta, placuit ex eodem Anglicano monaſtico adjungere reliquias cœnobii, poſt monaſteriorum ruinam per Angliam, à ſcriptoribus etiam heterodoxis deploratam culpatamque: in quibus notabili temporis ſpatio, apud inquilinos Catholicos diverſatus noſter P. Guilielmus Marcius, etiamnum omnia fere ita ſe habere aſſerit; ſed quam tabula noſtra vocat portam Cœmeterii, ipſe ait duxiſſe ad eccleſiam, cujus omnino nihil ſuperſit, præter unicum arcum capellæ S. Pancratii, quem nulla violentia hactenus frangere potuerit: ea autem parte eoq; ordine quo olim columnæ ſtabant, nunc ſeriem arborum longe ultra protendi. Addit, ultra murum, cujus hic vix duo dimidiata latera repræſentantur, verſus Ortum eſſe (ſicut etiam integra charta notat) reliquias eccleſiæ S. Martini, ante adventum S. Auguſtini, ad uſum Reginæ Berthæ, minori tamen opere conſtructæ; quemadmodum etiam ad ſignum* 4 *procurrunt reliquiæ cujuſdam porticus, una cum ædibus fortaſſis infirmorum, nunc in horreum converſis.*

cœnobii res liquiæ.

E

Sanctuarii fortuna.

F

61 *Sanctorum corporibus factum quid ſit, novit is qui* cuſtodit omnia oſſa eorum, *ſicut ait Pſalmus. Prius quā illa diſſiparentur, ad Luſitaniæ Reges pervenerat* totum mentum, cum tribus dentibus & parte oſſis notabilis S. Auguſtini Angliæ Apoſtoli; *quæ accepta* ex ſcrinio ac theſauro, relicto à Joanne III Luſitaniæ Rege, *inſignibus aliorum triginta quatuor Sanctorum Reliquiis* appoſuit Henricus S. R. E. Cardinalis Eborenſis; *poſtea Rex, ſicut in communi omnium approbatione, anno* MDCXXVIII *facta, teſtatur ſibi compertum eſſe, Ioannes Alvarez de Luzena Portucalenſis Epiſcopus. Qua autem occaſione illæ in Belgium allatæ, & Antuerpiæ in cœnobio SS. Salvatoris Ordinis Ciſtercienſis depoſitæ fuerint, atque anno* MDCLXXII, *ſub primo loci Abbate Franciſco Dierickx ſolenniter tranſlatæ, capſiſq; argenteis incluſæ, inveniet lector explicatū ad diem* 2 *Aprilis, ubi de reliquiis S. Mariæ Ægyptiacæ, unius*

S. Auguſtini Mentū an. 1526 *in Luſitaniā,*

inde Antverpiam delatus,

AUCT. GOCELINO EX MS. *unius Sanctorum prædictorum agitur, itemque in Appendice ad diem prædictum. In ſolenni quæ tunc habita eſt proceſſione geſtabantur eorumdem Sanctorum Reliquiæ, ſub novem vexillis diſtributæ, quorum ultimum ſub ſe habebat Apoſtolos & Apoſtolicos viros, & in his* S. Auguſtinum *cum hoc Chronico:*

AVGVSTINVS ANGLIARVM DOCTOR.

donum fuit Henrici 8 Ioanni 3 oblatum.

62 *Prænominatus Abbas biennio poſt librum edidit, ad roborandam fidem & traditionem prædictarum Reliquiarum; ubi invenio pag.* 58 *dici, quod doni Auctor* Henricus VIII Rex Angliæ *fuerit, quondam* Fidei Protector *per Apoſtolicam Sedem nuncupatus; poſtea, heu! ſubverſor ejuſdem. Detulit autem ipſum Cardinalis Volſaus, anno* MDXXV *miſſus gratulatum Ioanni nuptias, cum Catharina Philippi Auſtriaci filia, Caroli V Imperatoris ſorore, & Regina uxoris ſuæ nepte, contractas. Vxorem enim habebat Henricus Catharinam, ipſius Ioannis nec non & Catherinæ ſponſa atque Caroli communem materteram: quorum omnium interceſſione idem Cardinalis obtinuit à Pontifice titulum Legati à latere & Primatis in Anglia. Quo ſi contentus fuiſſet, neque ad ſummi Pontificatus apicem ope Caroli obtinendum ejus aſpiraſſet ambitio; non doluiſſet ſe ab hoc deluſum; dolens autem non excitaſſet Regem ad pudendum ab optima Regina divortium, ut egre*
B *Carolo faceret; & res Catholica Reliquiæque Sanctorum veroſimiliter in Anglia inviolatæ manſiſſent; venerationemque priſtinam ac cultum retinuiſſent.*

LIBRI SECUNDI

PROLOGUS.

PRimitivus noſter Auguſtinus, cum poſterius tranſlatus ſit cum ſuis lateralibus, prima narrationis ſerie anticipatur; ceteri ejus amici, ante ipſum tranſlati, poſt ipſum recenſentur. Ordo præpoſterus, ſed neceſſario commutatus. Quare? Quia & cui potiſſimum hæc ſolennitas præſcribitur, primatus debetur: & eſurientibus paternas dapes, citius medetur; ne longo ſuſpendio diuturnæ ambagis, antequam ad triclinium perveniatur, æger exſpectator exanimetur. Nunc ergo quia grata occaſio renovati templi hunc nobis in aſſumpto Auguſtino ceteriſque Primatibus peperit triumphum; congruum videtur à ſuperioribus Patribus, id ipſum parturientibus, textum ſecundare; & intercurrentibus miraculis, gratiam tam ipſorum quam noſtrorum
C dierum celebrare. Sic ambitus cauſarum [penſabit] moras colligendorum de pratis elyſiis florum, [&] diverſas tranſlationes præcedentium Sanctorum, ad Auguſtini jam tranſlati referemus ſacrarium.

Licet etiam hic liber in 42 capita per numeros dividatur, quia tamen in ecgrapho nobis communicato, fortaſſis autem & in ipſo autographo, eorumdem Capitum nulli habentur tituli, ſicut poſt Prologum lib. 1, *ideo nullam iſtius diviſionis habendam rationem cenſemus, & numeros, ut commodum eſt viſum, partimur.*

CAPUT I.

Reſtauratio eccleſiæ deſignata: ejuſque cauſa translatum corpus S. Adriani. Succeſſio Abbatum.

PRimo igitur Auguſtinenſis Abbas Almerus *a*, quaſi quodam voto & præſagio futuræ tranſlationis, arcus & columnas, ſuper Sanctorum corpora Romanâ elegantiâ ſolenniter ædificatos, abſtulit; quantumque audebat, viam exurgendi illis paravit: de ipſis vero columnis & arcubus monaſterii ſui clauſtrum exornavit. Hinc de Abbate in Pontificem mire renitens aſſumptus eſt Scirebour-

1 a *Almerus Ab. facto demoliendi veteris operis initio, creatur Epiſcopus.*

ne; Ælſtano condigno, qui Beatiſſimam Mildredam *b* ad ſuum Auguſtinum tranſtulit, ſuccedente. Verum ipſe judicio Dei miſericordis, verberantis quos diligit, cæcitate percuſſus, Epiſcopatum tam voluntarie deſerens quam invite ſuſceperat, ad paternum Auguſtini ſignum rediit; & in cella infirmorum degens, otium ſuum in pſalmodiis & orationibus exercuit. Nec prætermittenda eſt hic admirabilis ſuper eo viſio. Jacebat ejus miniſter, vir honorabilis in eccleſia S. Mauritii, adhærente ipſi cellulæ infirmorum: vidit quadam nocte, ut accubabat plene vigilans, duas perſonas venerabiles, Epiſcopum, de eadem cella in qua quieſcebat, hinc inde in ipſam Thebæorum Martyrum baſilicam adducentes, ibique illum ſibi medium familiariter aſſidentes; multamque cum eo ſermocinationem, quam ille contemplator palam audire, ſed prorſus intelligere non poterat, diu conferentes; tandemque finito placito ad lectulum ſuum illum deducentes. De qua viſione pene exanimatus eſt præ pavore, dum nec ſocium ſuum adjacentem ullatenus à ſomno poſſet excitare. Ipſe quoque Epiſcopus totum monaſterii ædificium & loci ſitum revelatione divina in ſpiritu contemplatus eſt, eo ſcilicet ordine, quo dudum oculis corporeis viderat; vel quidquid poſtea mutatum eſt, qualiter mutatum eſſet, ſine indice referebat: maxime autem illud Sanctorum Patrum ſacrarium, unde nunc tranſlatos gratanter videmus, devota mentis acie ſpectabat; quorum vitales glebas lavare lacrymis & thurificare precibus frequenter anhelabat. Quanto vero putamus gaudio hanc noſtræ ætatis aulam innovatam, tantiſque Sanctorum luminaribus illuſtratam, vel ſola mente conſpiceret, dum oculis exterioribus nequiret, manu cognoſceret, auditu videret, aut divina revelatione perpenderet? Fuerunt etiam probatiſſimi teſtes, ſuper ejus tumbam, lucem, de ſupernis ſedibus miſſam, poſt mortem ipſius ſæpius viſam *c*.

D b *& ob cæcitatē regreſſus ad monaſterium, monſtrantibus Sanctis per viſum novit quidquid mutatum erat* 2 E c

2 Præſtantiſſimus autem Abbas Ælſtanus, Romam proficiſcens, à præcellentiſſimo Imperatore Henrico, ob gratiam famoſiſſimi Patris Auguſtini, magnifice ſuſcipitur. Ubi cum de tanto Hierarcha ſermones ſolennizarent; exclamat Imperator, O ſi vel minimum articulum, vel aliquem capillum, vel tandem extremum pulviſculum de tanto theſauro nanciſci mererer, quantis rerum pretiis id emptum vellem! Quod inæſtimabilis ſplendoris bravium, quantum Anglia adeptum gaudet, tantum Roma ademptum fleret, niſi fides utrobique eum adeſſe, & ubique prodeſſe de regno ſuperno crederet. Hæc dicens piiſſimus Princeps, inſiſtebat magnopere venerando Abbati, quatenus illud tam pretioſum decus Romani Imperii ac generis humani jam transferret, ſibique aliquid tam ſacrorum pignorum conferret: quod ſi obineret, quidquid vellet, in terris, vinetis, auro & argento ſublimiter impetraret: inſuper ipſe tanti theſauri ſcrinium auro puriſſimo pretioſiſſimiſque gemmis auguſtaliter ambiret. Sed Abbas, quamvis eum acceſſum ad paternum aſpectum, quem noſtra dies meruit, cunctis opibus terræ præponderaret; tamen pro cunctis opibus rerum nec ſuo nec Imperatoris deſiderio obſequi auderet. Regreſſus domum dum, poſt monaſterii ſui provectum ſtrenuiſſime actum, quadriennio ante obitum langueret; egregium ſui gregis arietem *d* Wlfricum, ſeculari & eccleſiaſtica ac litterali eruditione præclarum, Abbatem ſibi ad Apoſtolicum S. Petri altare, antiqua videlicet Romani privilegii ac libertatis conſuetudine, Apoſtolica auctoritate primitus firmata, rdinari fecit.

ejus ſucceſſor Ælſtanus *negat S. Henrico Reliquias S. Auguſtini,* F d *& ager ſibi Wlfricum ſubſtituit* 3

3 At Wlfricus, qui in dilatatione reipublicæ commiſſæ omnes anteceſſores ſtudebat æquiparare, in eccleſiæ

A ecclesiæ tandem suæ restauratione omnes certabat evincere. Verum inpræsumptum ceteris conatum verebatur inconsulte præsumere, & illud tam antiquum, tam primarium, tam innumerabilium Sanctorum domicilium sine auctoritate publica temerare. Interea illud splendidissimum ac sanctissimum jubar nostri seculi, Papa Leo, Simoniacam Hæresim in Galliis debellabat, nummulariorum mensas & cathedras vendentium columbas evertebat, omnemque negotiationem avaritiæ de templo Domini ejiciebat. Mittitur ad illum Anglicarum Ecclesiarum Principis Augustini Vicarius, ipse Wlfricus, pro ecclesiasticis magistratibus & gente sua responsurus; à Rege scilicet Eduardo destinatus, ut erat in transmarina regna & summa negotia mitti, tam assuetus, quam idoneus. Comites illi adduntur spectabiles Dudeco Sumersatæ Episcopus, & Ramesensis Abbas Ælfwinus. Tunc magnus Sacerdos Domini Remensem ecclesiam S. Remigii dedicabat *e*, & fidum Christi dispensatorem miraculis ostendebat. Discussis Ordinibus sacris, quis per ostium intraverit, quis aliunde ascenderit, Anglos innocentiores Christi Consul invênit; Anglos & maxime Augustinensem legatum, pro tanti nominis dignitate, ampliori benignitate excepit: nam antea venerabilis memoriæ Pontifex Seriberiæ / Heremannus, cui laterales adhærebamus, Romæ in ampliſſimo Pontificum *g* Senatu lucide disputaverat coram ipso Beatissimo Leone, de Anglorum inexcusata omnigenis vel peregrinis vel civibus hospitalitate; de ipsa Anglia, ecclesiis ubique repleta, quæ quotidie novis locis adderentur novæ; de innumera ornamentorum & signorum per oratoria distributione, Regumque & divitum in hereditatem Christi ampliſſima largitate. Gaudebat summus amicus Domini Leo adeo, ut elatis manibus gratias ageret Deo. Addidit etiam præfatus Episcopus nobilitatem Anglicæ Hierarchiæ exponere, quod scilicet Cantuariensis Præsul Apostolica auctoritate Romæ assidere debeat S. Ruffinæ Pontifici; Augustinensis vero Abbas Abbati castri Casini. Quæsitum est in decretis, & inventum, ibique Papæ atque omnium assensu corroboratum.

qui Remos ad Leonem 9 missus à Rege,

e

ab eoque ob reverentiã S. Augustini benigniſſime exceptus,

B

f

g

4 Hujusmodi favoribus idem Beatissimus Papa Anglos familiarius habuit: Wlfrico vero, ob S. Augustini gratiam atque suam concinnitatem deditus extitit; omnia rememorantem de ipso Sancto suisque condignis collegis amantissime audivit, suggerenti monasterii sui restaurationem gratissime annuit, ac benedixit. Sic Nathan David Regis desiderio in ædificando templo favit: sed cum esset uterque Propheta, uterque hic à Dei consilio, ut homo, erravit: nec quisquam quidquam poterit, nisi, cui & quando, Deus decreverit. Hoc desiderioſus Abbas non perpendens, & ad sibi inconcessum opus frustra nitens, facta legatione templum suum à fronte diruit; beatissimam Virginem Mildredam, ante principale altare Apostolorum conditam, in porticum Patris Augustini transtulit; & juxta Aquilonalem parietem, contra S. Augustinum, collocavit. Partem quoque ab Occidente oratorii S. Dei Genitricis, cum porticibus quibus circumcingebatur, dejecit: & inter utramque ecclesiam, Fratrum cœmeterio quod adjacebat purgato, totum spatium ad fabricam corripit, parietes erigit, columnas & arcus componit. Lætabatur novo opere Cantia, quamquam monasticæ habitationi incongruum feciſſet artificum imperitia.

obtinet licentiam novæ ecclesiæ struendæ:

C

& oratorio S. Mariæ dejecto,

5 At offensa est Regina poli de injuria templi sui. Hoc suum sacrarium, hoc juxta Anglicum elogium suum vestiarium, hoc multorum Sanctorum sinus erat & gremium. Hic, ut in consequentibus patebit, audiebatur concentus Angelorum, hic orga-

indignationem Deipara incurrit;

na Virginum, hic assiduabatur virtus miraculorum. Hæc rerum Domina, per visum apparere dignata cuidam anui; Vade, inquit, & dic Wlfrico Abbati, quia morte punietur ob destructionem oratorii mei. Hoc semel, hoc denuo, hoc tertio mulier admonita; tandem per sororem Abbatis bene religiosam (quia illum verebatur) mandat sibi cælica mandata. Ille reformidans ad tantæ Dominæ majestatem, sed renuens credere quasi aniles fabulas ad nuntii vilitatem, tenuit propositi intentionem, & fideteæ querelæ neglexit satisfactionem: ruit enim plerumque hominum impetus irrevocabiliter, juxta illud Nasonis; Difficiles aditus impetus omnis habet. Incidit itaque reus in sententiam divinam: percussus est letali sagitta ægritudinis circa Cœnam Domini. Quotidie tamen, & in ipsa Cœna, & in Paraseve, & Sabbato sancto, & die *h* Paschæ, secunda quoque ac tertia feria, majores Missas in congregatione, seipso & ipsa infirmitate fortior, complevit. Subsequenti vero nocte, repentino transitu, priusquam Fratres accurrere possent, decessit, & festos dies suos eis in lamenta convertit: opus autem suum, innumeris sumptibus & laboribus frustratis, ad destructionem aliis reliquit. Nemo tamen judicet tantum virum, post Dei misericordia destitutum, nec bonæ voluntatis suæ fructu exinanitum. Prophetæ inobedientiam quæstor leo punivit; sed de extincti cadavere, quasi jam purgati, jam justificati, non comedere, nec ipsum ejus asellum lædere præsumpsit.

AUC. GOCELINO EX MS.

ac moritur post 3 feriã Paschæ.

h

E

6 Post hunc Dominus Egelsinus Monasteriarcha attollitur, & in palatio Regis consecratur: qui Romam profectus *i* ab Alexandro Papa mitra & sandaliis sacerdotalibus donatur, hisque uti Pontificali vice jubetur. Hunc, inquit, apicem habere perpetuo Rectorem decernimus Augustinensem, ob ipsius scilicet & Romanorum alumni & Anglorum Apostoli Augustini dignitatem. Hanc itaque prærogativam ille domum revexit, & interim in Augustini potentatu habuit: sed ubi Abbatiam mutavit, Augustinensi successori sua jura alibi inpræsumpta reliquit *k*.

Succedens Egelsinus Pontificalia accipit.

i

k

ANNOTATA.

a Elmerus *Abbas* 34 *anno* 1006 *suffectus Wulfrico, an.* 1022 *factus est Episcopus Schireburnensis, addit autem Willielmus Thorn, allegato hoc Gocelini Capite,* Quem licet Sanctum esse pie credamus, de ipso sine auctoritate Sedis Apostolicæ celebrare non audemus: *in Chronologia dicitur, quod* Jacet in tumba extra clausuram altaris S. Joannis.

F

b *De* S. Mildreda *ejusque translationibus plenius agemus* 13 *Iulii: interim videri possunt quæ habet hic Willielmus, præsertim cap.* 24.

c *Hic est* S. Henricus, *anno eodem quo Ælstanus creatus Abbas, in Italiam profectus contra Græcos, ut tunc mutuo se Romæ vidisse potuerint.*

d Wlfricus 2, *anno* 1047 *dicitur Ælstano mortuo successisse.*

e *Spectant hæc ad an.* 1049, *quando à* Leone IX *celebratum est Concilium Remense (à W. Thorn perperam adscriptum anno* 1056) *& dedicata fuit ecclesia* 1 *Octobris.*

f Hermannus *an.* 1045, *juxta Godwinum Wiltonienſis Episcopus, Sarisberiam transtulit Sedem* 1078: *adeo ut per anticipationem hic dicatur* Sarisberiæ Episcopus.

g *De hoc Romano Concilio, ante Remense habito, eodem tamen anno, extat testimonium Hermanni Contracti.*

h *Male ergo dicitur* Wlfricus *hic obiisse anno* 1049, *quando mense Octobri, adhuc Remis fuit: sed obierit anno* 1060, *quando Pascha celebratum est* 26 *Martii.*

AUCT. GOCELINO EX MS.

i *W. Thorn. annum* 1063 *huic profectioni adscribit.*

k *Idem addit, quod* Egelsini successores, tum propter sui simplicitatem, tum propter Archiepiscoporum infestationem, ista dignitate uti omiserunt, usque ad tempora Rogerii Abbatis, *id est an.* 1179.

CAPUT II.

Sanctorum, Regum, Præsulum, in Oratorio B. Mariæ sepultorum, translatio.

7 a *sub R. Vvilhelmo ordinatus Scollandus,*

INterea Wilhelmus Dux Normannorum, Deo dispensante erectionem plebis suæ, in Regem transiit *a* Anglorum: à quo Domnum Scollandum, virum probum & prodige eruditum, Augustiniana domus Patrem suscepit accommodum. Hic, ut ceteri antecessores, ordinatus in suo monasterio, cum, in ecclesiæ suæ longius protendendę ædificium, largum extenderet animum; graviter offendebat eum astans opus, impedioseque productum, offendebat & angustum decretæ machinæ spatium; terrebat vero Dei genitricis in Abbatem superiorem, de prærupta ecclesia sua, judicium; terrebat de veteri monasterio, longa carie consumpto, ruinæ periculum. In his angoribus rapitur legatione *b* Regia Romam ad Alexandrum Papam: ibi post Regia responsa, consilium accipit ab ipso Papa & benedictionem de transferendis Sanctis, de destruenda & reformanda basilica sua, pro suis votis ac nutu supernæ largitatis. Dehinc Reverendus Apostolicus, de eadem antemurali ecclesia, quam proxime murus civitatis immineret; præcellentissimus Augustinus & decentissimi consortes sui, qua parte ecclesiæ, quo ordine; simul, an distinctis porticibus requiescerent, cum diligentissime indagaret; & præclarus Abbas ad omnia optata satisfaceret: Hæc, inquit, est arx civitatis præeminentissima, ac decentissima totius regni Regia, ubi ille Dux suæ propagationis Ecclesiarũ, Princeps comitum beatorum, hoc est, Princeps Principum, & in suo Apostolatu Sanctus Sanctorum Augustinus, suum thorum, suumque ad cælos porrectum posuit triumphum. Quam præclara domus tot & tantorum cęli siderum! quam veneranda aula universæ genti Anglorum! quam beata Patria, Sanctorum radiis illustrata Patronorum!

B b *hortatu Alexandri 2,*

accingitur novo operi: C

8 Tum Abbas fidelis, ad tantum tanti viri testimonium obstupescens & gratias agens, domum properat, inchoatam molem noui operis subvertit. Verum residua pars Virginalis oratorii summæ Mariæ, [quæ] ejus impetum morabatur, nostræ quoque orationis cursum hic modo remoratur. Occurrunt hujus sacrarii superna præconia, & in ejus gremio adjacentium Sanctorum miracula. Hic ipsa præcelsa Parens Altissimi sæpius visa, & cum dulcimodo Virginum choro ineffabili suavitate cælestis harmoniæ noscitur audita. Huic candidissimo contubernio Angelum Domini exercituum, & post Augustinum suosque consortes nitidissimum decus Anglorum, familiarius & frequentius interfuisse Beatissimum constat *c* Dunstanum; & ut cervum sitientem ad fontes aquarum, ita illum supernæ modulationis dulcedine captum, inexplebiliter assiduasse hunc Sanctorum paradisum. Ne etiam nostris temporibus hujus fidei desit experimentum, ipse Dominici gregis custos Scollandus: quadam nocte ante nocturnas vigilias expergefactus à somno, uti accubabat in vicina ipsi ecclesiæ cella, chorus mire dulcisonus alternatim auditur psallentium, tamquam virorum & puerorum, gratissimam consonantiam diapason reddentium; dum modo cunctis modulis concinerent, modo distinctis organis parvuli viris responderent. Hærebat in insueta melodia; tamen nondum animadvertens cæ- D
lestia carmina, cogitabat Fratres jam expletis Matutinalibus sacris, processionem (ut tunc dies & noctes solebant) in ipsa agitasse ecclesia. Rogat excitatos socios, an signa matutinalia audierint; omnes negant: rogat, an sibi auditos cantus audierint; omnes se plane audire & monachi & laici asseverant. Mittit eo fidelissimum Fratrem, Sumoldum nomine, rei certitudinem explorare. Venit, & ostia clausa invenit, nec quemquam ibi cernit, nec ullum jam sonum audit: regressus omnes lectos Fratrum circuit, omnesque dormientes reperit. Quod ubi Patri retulit; ille inclinis lectulo, modice obdormivit: & ecce vocale signum Matutinorum intonuit. Tum vero obstupescens, intellexit incunctanter cum omnibus audientibus, vere in illo loco olympica convenisse agmina, sæpiusque ante narrata miracula verissimâ sibi claruisse experientiâ, & vere supernos cives hæc incolere habitacula.

& ipse Scholandus

Angelorum cantus audierant:

ubi etiam plures Sancti & Reges sepulti; d e f

9 Nam hunc locum Deo & omni seculo amabilis Patris, nostrique post summum Augustinum optimi Institutoris, Adriani *d* irradiabat præcipue signipotentissima gleba, simul & S. Albini *e* discipuli & successoris sui, nec non Beati Joannis *f* superiori tempore Abbatis veneranda Corpora: ad hoc plures sancti Episcopi & Abbates numerosi, quatuor quoque Reges, cum Regalibus conjugibus, & libens ac longa nepotum genealogia, aulam dominicam illustrabant & noblitabant dormitione sua. Horum autem Regum primus noscitur Edbaldus, *g* tertii Anglorum Regum sed primi Christicolæ Æthelberti filius: qui ab errore idololatriæ, velut ab Acheronte emergens, per beatum Archipræsulem Laurentium, Apostolo Petro pro desperata ove pastorem verberante, ad Christi sinum confugit; paternæque pietatis æmulator hanc ecclesiam præcelsę Dei Genitrici condidit & dedicavit, in qua hactenus requievit, hereditans quod fecit, & possidens quod dedit; cum Justis scilicet, quos in nomine Justi susceptt: hanc Abbate & ordine monastico, ut Augustiniano cœnobio incoporaretur, religiose informavit; ornamentis & opibus regiis, terris & rerum necessariis abundantissime ditavit, inter quæ Regalem villam, Northburna *h* appellatam, adjecit; præterea Christianæ fidei propagandæ beatis Patribus adjutorem & cooperatorem devotum se exhibuit.

E

g *Edbaldus scilicet,*

fundator ipsius oratorii,

h

10 Secundus erat Lotharius, Rege Edbaldo avo, & Rege Erconberto patre, ac Deo dilectæ Virginis Mildredæ avunculo editus: cujus mater sanctissima Regina Sexburga *k*, in insula Scapeia monasterium Dei Genitrici prima fundavit, & Sanctimonialiũ choros instituit; ibique, mutato in sacrum velum regni diademate, ancillis Christi se conjunxit, ipso filio suo favente, terrasque & divitias inibi suffecturas regaliter adjiciente: quæ postea pretiosæ Virginis germanæ suæ Etheldretæ *l* in Elingensis monasterii successit regimen. Lotharius, dum post fratrem suũ Egbrichtum, Raculfensis Cœnobii fundatorem, duodecim annis regnasset: bello Australium Saxonum à nepote suo Edrico, fratris sui Egbrichti filio, oppugnatus, ibique vulneratus, dum medetur, emoritur. Edrico autem post annum & dimidium regni adepti sublato, Reges externi *m* & incerti dominati sunt tempore aliquanto: quorum unus, nomine Mulus, consepultus erat superioribus ordine tertius. Quartus erat legitimus Rex *n* Withredus, alter superioris Egbrichti Regis filius: qui virtute & religione potens, paternum regnum ab externis tyrannis eripuit. Ipse, jubente sibi B. Martino per visum, in ejus honore ad Doueram constituit primus monasterium, ac Dei famulis regalibus donis perpetuo reddidit copiosum. Augustinensi vero Mariæ & beatissimo incolæ ejus

Lotharius,

F

k

l

Mulus, m

n *Withredus, de loco ipso benemeritus.*

Adriano

A Adriano, inter cetera munera Principe digna, regiam manſionem, quæ Litleburna *o* appellatur, perpetualiter largitus eſt: ſicque in ea domo requiem hereditavit, quam opibus auxit.

Tranſlaturi S. Adrianũ, 11 Igitur tot [tum] ſanctis, tum ſublimibus perſonis, ante ipſius eccleſiæ dejectionem transferendis, præluſtris Abbas, ſuperni Regis Genitrice ſuis devotorumque Fratrum jejuniis, orationibus ac lacrymis placata, primo ad everſionem altaris & tumbæ Patris Adriani exportandi venerabiliter accedit. Inſtrumentum operis area complanatur, & Sancti ſepulchralis lapis attentiſſime expurgatur: theſaurus aſſumendus, quaſi ad manum elatus, in noctem differtur, ne quo forte inexperta ſpes lædatur. Nocte cum luminibus, ſuæ lucis gaudium adducere paratis animi redeunt: ſepulchralem lapidem auferunt, pro ſperato Sancti corpore, quaſi parietem à fundamento ſurgentem inveniunt. Extemplo confuſa pectora nox mœroris occupat, geliduſque per ima cucurrit oſſa tremor; putantibus omnibus, ſe tanti Patris præſentia fraudatos. Sed juſſu Abbatis illa obſtructione lapidum everſa, altius fodientibus à læva cryptula offertur: qua perfuſa cæleſti odore, nuntio prorumpente, S. Albinus oſtenditur. A dextris vero ingens

prius inveniunt S. Albinum,

B candidi marmoris ſarcophagum reſpiciunt, moxque animi & gaudia de inventione optatiſſimi Adriani redeunt. Quod circumfodientes, dum operculi amovendi caſſo labore nituntur, ad pedes inductum ſarcophago lapidem contemplantur. Hoc exempto, ſubito teſtis & præco quæſiti deſiderii exiliit, paradiſum Domini ſpirans fragrantia. Sed ad gratiorem

tum ipſum Adrianum:

lætitiam iterum tentantur triſtitia, dum à quodam Fratre, timide inſpiciente, proclamatur tumba vacua. Aſt aliorum cura perſpicacius intuita, reſpondetur, potius verè plena verâ ſancti corporis glebâ: quæ ita videbatur formoſa, ut putaretur adhuc, ſicut primitus erat impoſitus, carne jacere integra. Tandem ipſe Dux gregis inſpexit, vidit, atque illico magna exultatione, Gloria tibi, Chriſte, proclamavit. Vere, inquit, hæc eſt B. Adriani pretioſiſſima corporis margarita, in ſplendoribus Sanctorum vere reſuſcitanda.

quem temerarius tangens Exuter punitur.

12 Ad hæc unus Fratrum, David nomine, Britto genere, in ſanctum corpus temerarie extendit digitum, experiri [volens] curioſius an illud adhuc eſſet ſolidum. Expertus eſt autem ejus virtutem, cujus tentare auſus eſt conditionem. Compungitur digitus, velut acu confixus, aut ardenti ferro aut virulento hydro percuſſus: nec ſolum digitus, ſed tota cum in-

C tolerabili cruciatu extuberat manus. Cumque præ anguſtia clamantem Abbas interrogaret, cauſam oſtendit, tumidam præſumptricis manus pœnam. Reſpondet Pater, jure id factum in tam temerarium. At ille reliquum noctis cum inſomni ejulatu trahebat. Hinc Princeps monaſterii incertus æſtuat duplici mole curarum: cum nec tutum foret ſanctum corpus tangere, nec cum tanto lapidis pondere videretur efferri poſſe: abſterruerat enim præſumptor & illos,

Eoque Odonis Ep. Bajocen. ſuaſu.

quibus Sancti tactus foret ſalubris. Ponit itaque, ut ad tantum theſaurum, uſque in diem cuſtodes, intus Fratres orantes, foris Milites vigiles. Jubet illico totum monaſterium aulæis candeſcere, palliis purpura & auro omnique ornatu Paſchaliter ſplendeſcere, aderat tunc Cantuariæ Bajocenſis Pontifex, Odo frater Regis, & ſub Rege abſente præceptor Angliæ: ipſe lucis crepuſculo ab Abbate adſciſcitur; audit & videt virtutem Sancti: conſultus hortatur Abbatem, ne eum mitteret ab antiquo dormitionis ſuæ thoro; ſed cum eo, quo primum à ſanctis obſecutoribus poſitus eſt, efferret ſarcophago. Obſequitur conſilio auditor prudens; rebuſque paratis, cum candidata & purpurata ſolenniter Fratrum caterva, & populo cer-

tatim irrumpente, ad illud Sancta-ſanctorum ornatiſſime procedit. Totus itaque deſiderabilis Adrianus, ſaxoſa mole ſua ſpecioſe adornata, robuſtiſſimis trabibus excipitur; cum dulcimodis laudum organis aſtra ferientibus effertur; in porticum deſideratiſſimi Patris Auguſtini, gratiſſimus collega deponitur; & inter beatiſſimos ipſius conſortes, ac juxta primum ejus ſucceſſorem Laurentium Archipræſulem ſanctiſſimum, condigna ſanctitate recondi-

AUC. GOCELINO EX MS. *intra ſuam arcã translato, ſanatur:*

tur. Fit ingens turbis, tam Francigenis *o* quam Angligenis exultatio: fit irruendi & conſiderandi ſumma intentio. Currunt lacrymæ præ gaudio: addit Sanctus tripudium miraculo clementiæ, qui terruerat miraculo pœnæ. Expleta celeberrime & candidiſſime de ipſius gloria Miſſa, ſupradictus tentator cum turgida manu miſerabiliter accurrit; candelam, cujus menſura ejus tumbam circumplexus eſt, cum lugubri pœnitudine, cum interventu Fratrum adſtantium, obtulit: & (ô piiſſimi Patris virtutem!) illico omnis dolor evanuit, manus detumuit, ſalus & lætitia poſt angores gratior redit.

ſed oblatam Reliquiam non audet accipere:

13 Tum ille, geminam expertus potentiam, ſeveram & ſerenam, addidit de tam ſalutiferis pignoribus aliquid expoſcere; jurans ſuper ipſa ſancta, ſi vel minimum inde impetraret, quod ſuo loco in Britannia, monaſterii ſancti Salvatoris *p* Redonis, deferre poſſet; ſe effecturum, ut annuatim ejus feſtivitas in cappis celebraretur, uti monaſteriali uſu dicitur. Cumque benignitas Abbatis annueret, ſumptumque parvulum articulum ſibi porrigi juberet, porrectum tanto tremore refugit, ut ad ſuſcipiendum nulla ratione perſuaderi poſſet. Videres hominem ardentem in ſe faculam expaviſſe, acriuſque repercutiendam dexteram, ſi auderet contingere. Percunctante itaque datore, cur tam pavide renueret, quod tam avide exoraſſet: Totius, inquit, mundi promiſſio mihi hoc non infliget. Ita petitore abſterrito ſacrum munus ſuo reponitur loculo, integrum ſcilicet electo loco ſervare ſe dignante Sancto. Clauſa igitur odoriferi corporis apotheca, ſupervenit de ſuburbio puella, jam multis annis inteſtinorum cruciatu immedicabili attrita: & poſt orationem ſciſcitatur Fratres de ſui morbi medela. At illi, abluta Fratris manu quæ Sancti contigerat articulum, propinant morbidæ potum. O fidem ad omnia potentem! ô Chriſti Confeſſorem ad omnia credentibus in Chriſto præſtabilem! Tactus ſancti corporis, ſicut præſumptioſo officit; ita officioſo, ut & aliis prodeſſet, contulit. De hujus itaque tactus ablutione guſtata, plenam ſoſpitatem actutum hauſit ægrota.

interim à colica ſanatur ægra.

F

14 Sic ergo præſtantiſſimo Adriano tranſlato & mirificato, jam poſt prædicta Miſſarum ſolennia, dum inter easdem Miſſas reliqui omnes, qui erant transferendi, elevarentur à ſpeluncis ſuis, & pararentur ad exportandum; diſpenſator Dominicæ familiæ regreditur cum candidiſſima proceſsione: transferenſque Præſulum, Abbatum, reliquorumque Sanctorum pignora, cum vocum & cymbalorum alta reſultatione, in Occidentali turri monaſterii omnia compoſuit, ante Sanctæ Dei Genitricis altare, donec novâ eccleſiâ reædificatâ novo reconderentur honore: nec defuere quatuor Reges ſupramemorati huic tranſlationi, cum conjugibus & ſua progenie evecti. Deinde principale altare Virginalis eccleſiæ diruitur. Ibi quoque [dum] opus protelatur, noſter etiam ſermo ſubſequens prolongatur. Affulſerunt ibi ſacroſancta Sanctorum pignora, eburneo candore & rubore interfuſa, omnique ſuavitate redolentia: à ſanctiſsimo Archipræſule Mellito ibi quondam, quando hoc altare cum eccleſia conſecrabat, decentiſſime repoſita: nomina eorum & indicia chartulis inſcripta, atque in modum Crucis cavato

Transferuntur deinde alii,

& deſtructo altari per S. Mellitum ſacrato,

AUCT. GOCELINO. EX MS.

lapidi indita ac diſtincta, apparuit ibi aliquando flammis abſumpta. Dolemus & horum & tot aliorum Sanctorum notitiam terris abolitam, cum hoc damnum noſtram redarguit inertiam: cum nec illos digne laudare, quos novimus; nec ipſa tot tam multorum geſta relegere aſſurgimus. Innumera autem nobis divina diſpenſatio inſtar ſiderum accendit luminaria Sanctorum, libris & miraculis notiſſimorum; quatenus in tanta copia manifeſtorum, noſtrum ſatiet deſiderium; in inopia vero occultorum, noſtrum compungat tædium. Arbitramur etiam ipſos Dei domeſticos, quos noſtra indignitas nunc ignorat, ultro velle adhuc latere; & in ſinu Domini, cui dicant, Tibi revelavi cauſam meam, dulciter requieſcere; vitamque ſuam abſconditam cum Chriſto in Deo reponere, quatenus in fine revelationis filiorum Dei, tanto clarius cum Chriſto in gloria appareant, tanto mirabilius noſtris oculis reſplendeant, quanto nunc altius humanam cæcitatem latitant. Hæc dixerim propter deſiderioſorum piam querimoniam, aut deſidioſorum cæcam incuriam. Tædet mortales cæleſtium theſaurorum multiplicitas, cum nulla tædeat auri & divitiarum infinitas.

ſub eo inveniuntur Reliquiæ.

15 Igitur aſſumptis ſupradictis Reliquiis, ante ipſum altare extirpatum offenduntur aliæ opes, aliæ margaritæ. Germinat ibi ſacra ſpelunca unius parvuli nivea & lactea membra, ita minuta, ut vix poſſent teneri; ita dura, ut difficillime poſſent frangi. Mirantibus cunctis inſuetam & tenuitatem & ſoliditatem atq; candorem; quidam adſtantium jam maturi ævi prorupit in hanc relationem. Cum puer eſſem, ego & coætanei mei pueri ſacros cantus in hac eccleſia diſcebamus: interea, cum quadam nocte expletis Matutinis concineremus ex more, contigit unum ex nobis, ævo & animo promotiorem, quaſi ſpaſmantem ſubito concidere, & velut exanimem ſine ſenſu & voce jacere. Tandem reſpirans ac ſuſpirans, perſunctantibus nobis trepide, quid pateretur; An vos, inquit, viſum mihi miraculum non vidiſtis? Negantibus omnibus; Vidi, ait, in ingreſſu Chori parvulum aſtantem, inſtar nivis candentem, tenſis in cælum palmulis orantem, poſt orationem flexâ in meridiem viâ ad altare properantem, ſicque inter S. Adrianum ac principale altare evaneſcentem. Hæc dum ille contemplator tremens & pallens expoſuiſſet, ita ōmnes & magiſter & diſcipuli exterriti ſumus, ut pariter ab eccleſia, magiſtro prævio & hortatore, præcipites fugeremus. Vere terribilis & metuendus locus, vere conventus Angelorum & requies Sanctorum eccleſia. Ipſa domus Dei & domus orationis eſt: ibi pax ſumma, vox taciturna, intus clamoſa, & intentio ad Deum, ſicut oculi ſervorum in manibus Sanctorum, Dominorum ſuorum, debet eſſe irreflexa: ubi qui impedit orationem, dæmonum adjuvat infeſtationem, & Chriſti oppugnat exauditionem. Deo ergo injuriatur, qui domui ſuæ parcens, domo Dei abutitur. Sed te, ô Puer, quem præſcripſimus, & forte indiſciplinatis pueris indignantem penſamus; te, inquam, licet nomine ignoremus, meritis [novimus, &] Bethleëmitis Innocentibus fide adſcribimus.

B *cum parvulo corpore,*

C *unius (ut putatur) Innocentis.*

ANNOTATA.

a Wilielmus, *Conquæſtor dictus, occupavit Angliam anno* 1066, *coronatus fuit in Natali Domini; cujus indignationem ſe incurriſſe videns Egelſinus Abbas, fugit, nec comparuit amplius: eique anno* 1070 *ſuffectus eſt ex Normannis* Scollandus *vel* Scotlandus.

b *Legatio hæc videtur incidiſſe in annum* 1071, *occaſione commonitoriarum à Papa* Alexandro *Regi ſcriptarum.*

c S. Dunſtani *Vitas duas dedimus* 19 *Majii: in quarum prima numero* 36 *his ſimilia narrantur. Factus is eſt Cantuarienſis Archiepiſcopus anno* 958, *obiit* 988. D

d S. Adrianus 9 *Ianuarii colitur, quando Vitam ex Beda & Capgravio dedimus.*

e Albinus, *Adriani ſucceſſor, ſcribendæ hiſtoriæ auctor Bedæ fuit, quem W. Thorn. an.* 732 *obiiſſe ait, & addit, quod* in tranſlatione S. Auguſtini cum B. Adriano tranſlatus, poſituſque eſt in muro retro altare S. Gregorii, ubi nunc quieſcit in gloria Sanctorum reſurrecturus. *Fuit autē Abbas octavus, ſed* primus Anglicus, qui ad regimen iſtius monaſterii eſt provectus: nam omnes prædeceſſores ſui erant Romani. *Nullis invenitur Sanctorum faſtis adſcriptus.*

f Joannes, *Abbas* 2 *anno* 607 *inſtitutus, mortuus* 618 *juxta W. Thorn, à quo ſolum dicitur* Venerabilis: *poſt idem tranſlatus altare, cultum etiam nullum habuiſſe fertur.*

g Edbaldus *Rex obiiſſe dicitur anno* 640; *fuerit* triginta annorum.

h *Meminit hujus Donationis W. Thorn, ut quæ & in Chronologia adſcribitur anno* 618, *ubi additur extitiſſe ipſa Charta in archivo tit.* 4, *fol.* 15.

i Ercomberto *defuncto an.* 664, 14 *Iulii ſucceſſit filius major,* Egbertus, *hic* Egbrichtus, *quo ſub annum* 673 *defuncto vacavit regnum uſque ad* 675, *quando coronatus* Lotharius *dicitur dediſſe Stodmerch, & obiiſſe anno* 685, 6 *Februarii.* E

k S. Sexburga *colitur* 7 *Iulii, ſed hactenus nullam ejus vitam niſi ex Capgravio proferre poſſumus.*

l De S. Etheldrita *agemus* 23 *Iunii, Vitam, Tranſlationes & Miracula daturi ex Ms. Hiſtoria Elienſi, cujus ſolum liber* 1 *extat apud Mabilionē, non item liber miraculorum. Addemus fortaßis ejuſdem auctoris librum* 3 *de reliqua fortuna loci: & librum* 4 *continentem Chronicon Abbatum & Epiſcoporum Elienſium, niſi Mabilio hæc eadem evulget, quod nollemus.*

m *Hi fuerunt* Cedwalla, *Weſtſaxiæ Rex, & frater ejus* Wolf, *aliis* Mulo *&* Mulus. *Poſtremus ſecundò irrumpens in Cantiam, dum coactam abſque reſiſtentia prædam ſecurus reducit, &* longe à ſuis cum duodecim tantum militibus in domum quamdam irruit; inopinata multitudine circumventus, quia armis leviter cedi non poterat, in ipſa domo cum ſuis crematus eſt. *Ita Ioannes Bromton,* Wolf *eum appellans in Chronica Regum Cantiæ, ubi poſtea narrat, quomodo Cedwalla per totam Cantiam cede & rapina graſſatus & fratrem ultus, deinde pœnituerit, & Romam profectus à Sergio Papa baptizatus ſit ac Monachus factus. W. Thorn, qui* Mulum *vocat, addit, quod* Rex Weſtſaxonum Yna recepit pro ejus morte à Cantuariis ter mille libras: *idem fortaßis etiam coëgerit, ut honorifice collecta vel refoſſa oſſa inferrent Regum tumulis. Sed nimiæ ſimplicitatis fuit, hominis gentilis cadaver nunc ſaltem non ſeparaſſe ab aliis, poſt annos quadringentos: tot enim ab ejus nece exacti numerantur uſq; hanc Tranſlationem: niſi excuſentur Monachi, interea obliti quis qualiſque fuerit; quod vix credibile eſt, cum dicti auctores illud adhuc ſciverint diu poſt.* F

n Withredus *regnare cœpit an.* 691.

n *W. Thorn. Anno* 690 Withredus Rex Cantiæ, cum conjuge ſua Ethelburga, dedit huic monaſterio & Adriano Abbati, in puram & perpetuam eleëmoſynam, terram quinque aratrorum, quæ appellatur Letleborne, hac conditione interpoſita, ut tam ejus quam & Reginæ, tam in orationibus quam in Miſſarum ſolenniis, memoria jugiter habeatur. *Obiit an.* 725, 23 *Aprilis.*

o Francigenæ *hic vocantur* Normanni, *quia in Francia nati & inde advecti.*

p *Hoc nomine nunc ſolum eccleſia ſupereſt in ſuburbio, ſubjecta Abbatiſſæ S. Georgii, & anno* 1648 *prætendebat titulum parochiæ obtinere.*

CA-

A

CAPUT III.

Miracula in nova crypta B. M. patrata; quinque Archiepiſcoporum tranſlatio.

16 SIc itaque prędicta eccleſia, ſuis pignoribus evacuata, ad ſolum evertitur & complanatur, moxque in ipſa fronte arietatâ novæ facies aulæ erigitur, totumque illum veteris ſpatii uterum cum ampliori capacitate complectitur. In ipſo priori atque electiſſimo loco ſuo cryptam novam altiſſima Virgo nanciſcitur; & Auguſtini thalamus & Principum Apoſtolorum domus deſuper cacuminatur: ſummæ autem Mariæ ſuus thronus receptibilis ſequentibus ſignis declaratur. Necdum erat crypta regia perfecta, & Reginæ noſtræ arriſit gratia. Erat alma dies Palmarum, in qua Filii Dei & ſui mundus celebrabat triumphum. Fecit Eccleſia feſtiva floridam & palmatan proceſſionem, ſuſcipiens ſuum cum antiquis Hieroſolymitis Regem, apud homines aſſello ſedentem, & ſupra Cherubim cælo regnantem. Interea anus quædam, oculorum cæcitate & diutina ægritudine tribulata, ſola remanſerat in crypta; cum Salvatoris genitrice ac mundi ſalvatrice Maria. Miſerata eſt mater miſericordiæ miſeræ calamitatem, & ante peractam proceſſionem cæcæ reddidit oculorum lumen, & languidæ reliqui corporis plenam ſoſpitatem. Hic ergo primus, poſt deſtructam eccleſiam, ſuæ clementiæ reſpectus mire omnes lætificavit: quia hinc fideliter intellectum eſt, non eam deſeruiſſe antiquum domicilium, novo ædificio reſtitutum: pulchre etiam primo luce orbatæ [lucem] contulit; imitata quodammodo filium, qui in mundi fabrica primo lucem creavit.

Struitur nova crypta S. Mariæ:

in qua necdum perfecta cæca viſus reddiſtur:

B

18 Addidit dehinc virtutum operatrix maxima, in eâdem cryptâ jam perfectâ ſua frequentare beneficia, ita in oculis noſtris recentia à ſeptennio, quaſi hodierna. Nuper quippe, poſt Abbatis Widonis obitum, vir quidam Aelfwinus nomine, Taneti inſulanus, à Regiis exactoribus rebus omnibus vaſtatus, apud curiam S. Auguſtini in compedibus diu detinebatur captivus. In nativitate autem tam præcelſæ Dominæ, qua non modo Cantiæ verum etiam Lundoniæ Orientalium atque Auſtralium Saxonum provinciæ ad hanc ipſius baſilicam concurrebant, antiqua conſuetudine captivus populo additur, ad

Regius captivus,

C

orationes & Miſſas cryptam ingreditur, ubi ſummam Adjutricem inceſſanter deprecatur, quatenus ſibi, omni humano ſolatio deſerto, divino in hac ſua ſolennitate præclara ſuccurreret remedio. Cumque jam finienda Miſſa pacis nuntius Sacerdos diceret ad populum, Pax Domini ſit ſemper vobiſcum: ille, quem anguſtia ſtimulabat, extenſis manibus ad æthera proclamat; Omnipotens Deus, miſero mihi ſuccurre, tuæ piiſſimæ Matris interventione. Hæc dicens divina virtute corripitur: quam non ferens, ſolo conſternitur; jacentique pro mortuo, procul diſſilientibus clavis, compedes à ſuris & pedibus extruduntur. Ille tandem regreſſus ad ſe, velut à lecto ægritudinis reſedit languide, & totus diſtillat ſudore: miratur laxatos pedes, disjectas compedes: tollitur clamor à populo, & gratiarum actio. Alii nummos offerunt ſanato, & oſculum manus extorquent invito: quos ille in altari obtulit Salvatrici ſuæ. Fideles gratulantur: perverſi, lima aut arte aliqua ſubtracta vincula, calumniantur. Res ad Archipræſulem Anſelmum defertur: ejus hortatu quæſiti peſſuli inveniuntur. Satisfaciunt pro Deo advocati fabri, quod nulla arte hominum peſſuli ita poſſent remitti vel ejici. Taliter captivus ab æmulorum faucibus extra-

vinculis diſſilientibus liberatur:

hitur, Hymnus laudis Domino ab omnibus jubilatur, compedes ad memorabilem honorem potentiſſimæ Liberatricis appenduntur. AUCT. 69. CELINO. EX MS.

19 Dehinc ejuſdem natalitiæ feſtivitatis ſacratiſſimo redeunte anniverſario, jam exactis Veſperis in Vigilia ſolenni & proceſſione, in eadem crypta ſalutifera, officialis Frater omnia extinxit luminaria, una tantum ardente candela relicta. Interea ad fraternam properat cœnam: reſpicit; & illam, quam ſolam optabat lucere, candelam [vidit] extinctam. Indoluit Reginam cæli interim carere lucis honore, dum feſtinat obſerata janua ſociali paſcuæ intereſſe. Poſt hanc recurrit properus cum lumine; videtque, pro prædicta candela & omnibus luminaribus extinctis, cereum maximum flagrantem clare. Perpendit illico ſuperna accenſum flamma, ſalutat divina beneficia, fuſuſque humi gratias agit cum orationum & lacrymarum hoſtia. Quod ubi Decanus Elfwinus, vir ſanctus & venerabilis, celeri ejus indicio audivit; exundans lætitiæ fletibus, omnia eccleſiæ luminaria jubet extingui; & ejus lucis munere, quæ perpetuæ lucis parens eſt, omnia accendi. Nota eſt civis civitatis Cantuariæ femina, quæ per unum annum aut amplius atroci morbo afflicta, tali voce tandem per ſomnum eſt admonita, Ut optatæ ſoſpitatis recipias gaudium, denarium deauratum, quo claudis ſinum, da ad imaginem ſanctæ Dei Genitricis, in crypta quæ eſt apud S. Auguſtinum: eumque roga ſuſpendi ad ſacrum ipſius imaginis collum. O mirandam tantæ cælorum Auguſtæ dignationem! Quid ſibi tam vile humilis mulierculæ munuſculum, niſi quod cauſam optat miſerendi miſerorum? Quis hoc ſomnium crederet verum, & non velut phantaſticum obgarriret ludibrium, niſi verum probaſſet promiſſum remedium? Venitigitur ægrota ad cryptæ Secretarium, pectoralem obtulit denarium: quem ille rogatus ad Virginalis imaginis appendit collum, & mox ſubſecuta ſalus credenti feminæ reddidit præmium, comprobans fidum ſomnii oraculum. Auguſtinenſis eccleſiæ vernula filium ſuum infantulum, jam morbo interiturum, à matre afferri cum candela ad ejus potentiſſimæ Dominæ fecit ſubſidium: cumque & ipſe paterno affectu ſanctius comitaretur, ab utroque parente Dominica Oratio funditur, & ab his candela per manum parvuli Virginali altari Deo offertur: ubi protinus infans convaleſcit, & poſt paululum plena ſalute hilareſcit.

extincta candela divinitus reaccenditur:

& puer moribundus.

E

F

20 Nec ſolum talibus curationum ſignis, verum etiam revelationibus manifeſtis, & ſupernorum civium concentibus dulciſonis, cum odore inæſtimabilis ſuavitatis, frequenter ipſa mundi Regina dignatur oſtendere, ſe non minus huic cryptæ, quam priori ejuſdem loci oratorio præſidere. Denique, ut multa prætereantur, viſa ibidem quodam tempore eadem rerum Domina, à quodam Fratre ſeniore ipſius cryptæ cuſtode, fideliter celebratur, cum jubare incomparabili, cum fragrantia cæleſtium aromatum inæſtimabili, cum candidiſſimo ac ſplendidiſſimo Virginum innumerabilium choro (ut ipſe obnixe teſtatur) quæ inexplebiliter circumfuſæ præcellentiſſimam ac benigniſſimam Principem, dulcimodam modulabant æthereorum carminum laudem. Alii item Fratri, ævo & moribus venerabili, nomine Gregorio, quadam nocte ante nocturnos Hymnos adhuc ſopito, clare auditur ab eadem crypta mira ſupernæ harmoniæ modulatio; adeo ut præ illo dulci ſonore expergeretur à ſomno. Quieſcebat æger tunc, ut hodie tenus, in infirmorum cella, fronti & ipſi cryptæ monaſterii contigua. Reſedit auditor lectulo, & auſcultat. Cantabatur Officium, quod ibi quotidie in gratiam Virginis devotio Fratrum aſſiduat, Salve, ſancta Parens, enixa puerpera Regem,

ibidem audiuntur cantus Angelici:

curantur, ægra, donum ibi afferre per ſomnum juſſa.

AUCT. GOCELINO. EX MS.

& uſque in finem, In ſecula ſeculorum. Putabat ille, Matutinis expletis conventum Fratrum aſſuetam Miſſam celebrare, niſi quod ſtupidum reddebat inaudita prius ſuavitas cantilenæ. Feſtinavit intereſſe Miſſæ, venit ad oſtium cryptæ, invenit obſtructum clave & vecte. Stratus Fratrum explorat: cunctos ſopor altus habebat, & jam inexperta melodia tacebat. Unde necdum mota, & poſtea ſonata ſigna Matutinorum, certum ſibi dedere teſtimonium, quod mortalibus dormientibus cæleſtem audierit concentum. Summa itaque devotione eſt animadvertendum, quod [ad] noſtros cantus reſultet chorus cæleſtium, & Reginam cæli hoc dignatam dare indicium, ſe more noſtri obſequii ſalutari & laudari dignari cantibus Superorum. In Nocte natalitii Glorioſæ Martyris Cæciliæ, idem ſenior Gregorius, qui adhuc ſupereſt, forte privatim [volens] ſibi cantare Matutinas de eadem Virgine, cryptam ingreditur cum alio Fratre. Cumque aſſiſterent cantando coram altari Chriſti Genitricis, admirabili odore ſuavitatis Gregorius ibi perfunditur: alter nihil prorſus odoratur. Cumque iſte ſentiens, non ſentientem requireret, &
B ille negaret; amplius obſtupebat, ſe tam mirifice odorare poſſe: mane [autem] atteſtabatur Fratribus, ſe nunquam tantam vim liliorum & roſarum percepiſſe; quorum ſi tempus eſſet, totam crederet eccleſiam repletam fuiſſe. His cha iſmatibus divinis credimus, divam Mariam ſuæ præſentiæ gratiam hic intimaſſe, ipſamque beatorum Spirituum & ſacrarum Virginum roſaria coronaſſe.

ſtructa deſuper eccleſia, illuc ex veteri trãsferuntur

21 Cum igitur ſuper cryptam reædificata & parata baſilica Fratres in choro ſuo ad divinas laudes recepiſſet; reliquum corpus veternoſæ eccleſiæ jam ruituræ ſupra memoratus Abbas Scollandus, ne quem obrueret, parans diruere; Sanctorum corpora, quibus tota erat plena, curat prius eruere. De plurimis electiſſimi primo transferuntur: quinque Cantuariæ Archipræſules, velut quinque Dominicæ aulæ prætores, præcluentiſſimus ſcilicet ac ſanctiſſimus Theodorus *a*, ſuique ſancti ſucceſſores *b* Britwaldus, *c* Tatwinus, *d* Nothelmus, Jambertus. Longum eſt de ſingulis dicere, cum in ſingulorum elevatione, merita ſingulorum ſuperna prodiderit fragrantia, ac
C virtutum evidentia: primo autem & ultimo ſua monet gratia paululum ſuppeditare. Jambertus, ex Auguſtinenſi Abbate in Cantuarienſem Archipræſulem *e* aſſumptus, multas perſecutiones propter juſtitiam eſt paſſus. Inter alia cœperat Rex Merciorum *f* Offa Dorobernenſem Archiepiſcopatum, in ſui regni Primatum, ad Lichfeldenſem Eccleſiam transferre; ut ibi de cetero foret caput Eccleſiarum Angliæ. Contra perpetuam ſcilicet auctoritatem primitivæ inſtitutionis Beati Papæ Gregorii. Reſtitit armiger Chriſti Jambertus in virtute Eliæ: & inter crebras Regum minas ac repulſas, atque itiones frequentes ad Apoſtolicam *g* Romæ reclamationem, tandem palmam juſti Primatus ad propriam revexit Sedem *h*. Cui inter has aliaſque præclaræ ſanctitatis virtutes, tanta fuit theſauraria humilitas ut ſe juberet in Capitulo Fratrum, apud primicerium Auguſtinum, poſt obitum tumulari; indignum ſe judicans in Sanctorum eccleſia, & inter tot ſacratiſſimos præceſſores ſuos Pontifices admitti. Ita eum poſt finem in *i* Capitulo velut abjectiori loco ſepultum, ſæpe effuſa deſuper æthereæ lucis columna cæleſti honore Sanctorum probavit dignum. Cumque illum tandem, propter hæc & alia miracula, reſerato buſto in Eccleſia reconden-

5 Archiepiſcopi,

a
b c
d

quorum ultimus Iambertus,

e
f

g
h
i

dum curarent efferre; totum undique clauſtrum mirifice redolebat nardifluo thymiamate. Ibi etiam ab Abbate illius temporis, à dextro latere altaris, ipſo venerabiliter repoſito, ſolita ſigna comitabantur favore ſupremo: quæ nunc præterimus tædioſis parcendo: unam tantum ipſius ſubnectimus revelatiunculam, qua probemus ejus perpetuam ſuper ſuæ dormitionis domicilium vigilantiam. Evenit aliquando in nocte ſuæ feſtivitatis, ut candela, coram altari ſuæ requietionis negligenter affixa cereo, cereum inflammaret, & defluente cera deciD dens in ſubſtratum pavimentum uſtionem ac nidorem pareret. Increpat interea adſtans Pontifex dormientem ædituum: Surge, inquit, & emenda negligentiam tuam. Tardante dormitore: Surge, ait, ocius, & vide qualem honorem ſerves ſummis Apoſtolis & cohabitatoribus ſuis, qui pro lumine fumum & nidorem nobis facis. Ille exterritus ſtratu repente exilit, inventam apertam, quam paulo ante ſuper ſe obfirmaverat, januam vehementer admirans: ad altare currit, vera viſione ſe culpatum invenit, uſtionis vitium corrigit, ac providentius lumen apponit: omnibus vero domus Domini, ſed
E & Dominicæ familiæ, abuſivis diſpenſatoribus ingens in parvo exemplum reliquit.

miraculis clarus,

neglectum ſui alias per viſum queſtus,

primus vero S. Theodorus,

22 Prænominatiſſimi autem Theodori remoto in tranſlatione tumbæ operculo, ſua omnibus affatim fatisfecit thurificatio, ita ut in clauſtrum Fratrum etiam hæc erumperet oblectatio. Jacebat, uti à primordio erat depoſitus, integra forma Metropolitani Sacerdotis, Pallio & monachili tantum obductus cuculla. Tanta erat gratia, ut arbitraretur adhuc ſolida vigere carne: & appoſitis manibus Fratres eum niterentur velut integrum aſſumere. Verum antea immotus pulvis integritatis prętendebat imaginem, tactus autem probavit reſolutionis fidem, reſolutio vero gratiam ſanctitatis addidit venerabiliorem. Nam ille pretioſiſſimus cinis, gloriæ beatæ reſurrectionis deſtinatus, ita ex tactu potentiori vernabat fragrantia, ut ex tritura ſolent prorſus redolere aromata. Excipit itaque theca plumbea illa ſacroſancta pignora, attentiſſime pro gemmis optimis collecta: induitur præcipuis ornatibus, imponitur feretro à duobus quam leviter Fratribus, verum non ea levitate effertur. Intonatur reſponſale præconium, procedit ſolenne collegium, invadunt electi quatuor Fratres F exponendum lucis ferculum: hæret humi gleba, quaſi radicata. Duplicatur auxilium, nituntur totis viribus cum precibus, & octonis humeris vix aſſumitur; graviſſime evehitur, etiam ſummo labore vix ad gradus Presbyterii pervenitur. Ibi tandem omnium ferentium vel ſuccurrentium conatus & robur concidit: omnes præponderans, omnes fixit: quóque plures ſucceſſerant, eo inaniori niſu anhelantes, velut exanimes reddidit. Jamque obruendi erant ſua ſarcina; cum tandem ad preces & lacrymas converſi, pectus tundere, indignitatem ſuam accuſare, veniam poſcere, emendationem vitæ ſpondere cœpere; tantum Sanctus pateretur efferri ſe. His ille placatus votis, continuo fit levis: & ad principale altare locumque paratum geſtatur à paucis, qui paulo ante non poterat à cunctis. Mirantur gaudentes, Dei templum & Spiritus ſancti habitaculum tam grave vacuis, tam ſuave devotis effectum. Reconditur itaque in dextro latere altaris, in tumba parata, in qua à duobus tantum Fratribus deponitur cum plumbea theca. Reliqui quoque quatuor ſupra nominati ſancti ſui ſucceſſores & Coëpiſcopi, dum transferuntur, cujus eſſent meriti ex odoris virtute produntur: quibus Dominum ſuavi-

non niſi poſt preces transferri ſe paſſus.

tatis

A ſuavitatis perpetuam manſionem feciſſe, ſuique amoris incenſum cremaſſe, mota ipſorum ſarcophagorum thymiamateria prædicavere.

ANNOTATA.

a S. Theodorus *colitur 19 Septembris, fuit Roma miſſus cum S. Adriano, & conſecratus anno 668 in locum Deuſdedit, anno 664 defuncti; obiit autem anno 690.*

b S. Britwaldus, *anno 692 electus, obiit anno 731 9 Ianuarii, quando de eo egimus.*

c S. Tatwinus *Britwaldo ſuccedens, obiit anno 735 30 Iulii, quando de eo agendum.*

d Nothelmus *poſt illum 17 Octobris obiiſſe ſcribitur, nuſquam adhuc inter Sanctos nominatus, forte quia ad eum non pervenit Beda, Hiſtoriam finiens in Tatwino, ante quem ipſemet obiit.*

e Jambertus, *Abbas XI electus anno 760, anno 762 conſecratus Archiepiſcopus, obiit anno 789: cujus quia nec dies mortis notatur, evidens pene fit numquam inter Sanctos cultum fuiſſe: quod mirum, propter miracula, ut dicitur, crebra poſt mortem.*

B f Offa, *interfecto Merciorum Rege Ethelberto, regnum ejus obtinuit an. 787. Radulfus de Diceto, in Chronica uſque ad finem ſeculi 12 perducta, ſolum ait, quod Merciorum Epiſcopatus quatuor & Orientalium Anglorum duos, petito à ſe Lichfeldenſi Archiepiſcopo, ſubjicere intenderit. Certe qui toti Angliæ non dominabatur, ut ſummum prætendere potuit tertium hunc, Cantuarienſi & Eboracenſi æqualem, in regnis ſibi ſubjectis inſtitui.*

g *Apud* Adrianum Papam *rem egiſſe Rex miſſis litteris ſcribitur.*

h *Aſt Radulphus ait, quod* Stetit hæc perverſitas toto Præſulatus Jamberti tempore: ſed Adelardus ſucceſſor Jamberti in contrarium impetravit reſcriptum à Leone Papa. *Gervaſius autem, in Actis Pontificum Cantuarienſium uſque ad an. 1205 deductis, nihil etiam de victoria dicit, ſed ait, quod* Jambertus in ſynodo litigioſa, quæ apud Chealchite celebrata eſt, non modicam ſuæ parochiæ perdidit portionem. *Primus W. Thorn ex Gocelino ſcripſit, quod* Offa Sedem Archiepiſcopatus Cantuarienſis ad Lichfeld transferre conatus eſt.

i *Ita etiam W. Thorn: Ms. alioqui habet* in Capitolio, *quod ut mendoſum correxi. Hoc autem curavit Iambertus, ut Auguſtinenſibus reſtitueret jus ſepulturæ Archiepiſcopalis, à ſuo deceſſore Cuthberto interruptum, & à ſe*
C *fruſtra repetitum eo jam clam ſepulto: verum Iamberti ſtatuta iterum fecit irrita ſucceſſor Adelardus, neque opponere ſe audentes Monachi*, ex ſua ſtolida ſimplicitate, ſepulturam Epiſcoporum in perpetuum amiſerunt, *ut latius exponit & queritur W. Thorn.*

CAPUT IV.

Tranſlatio & laus S. Æthelberti, primi Anglorum Regis Chriſtiani.

Tranſferuntur Æthelbertus R. & Letardus Epiſcopus

23 TRanſlatus eſt etiam ſanctus ac Deo amabilis Rex Æthelbertus, Apoſtolici templi ut primus conditor, ita perpetuus heres & poſſeſſor; tertius quidem Regum Anglorum, ſed primus aſcenſor regni cælorum. Beatiſſimi quoque Pontificis Letardi, cujus ſacroſancta oſſa majora Abbas Wlfricus jam olim aureo ſcrinio aſſumpſerat, reliquum autem corporis in ſarcophago remanſerat; ſed & venerabilis Reginæ Berthæ agitur Tranſlatio pia, cum qua & pro qua in fide Chriſti ſervanda, non timuit ipſe Dei athleta, in hac vaſtiſſimæ gentilitatis peregrinari ac remanere barbarie. Jacebant in porticu beatiſſimi Præſulis Martini, Rex in dextero latere altaris ad parietem Auſtralem, Pontifex econtra in ſiniſtro ad Aquilonem, Regina poſt Regem. Illi habebant altaria ſua ad tumbæ ſuæ verticem. De B. Letardo dicentur in poſterum non poſthabenda miracula: de Æthelberto nunc textum exigunt evidentiſſima per Angliam merita. Scilicet quod Anglia credit Chriſto, ſuum eſt: quidquid Protodoctor Auguſtinus ſuiq; commanipulares Euangelici in vinea & meſſe Domini profecere, ſalva præventrice Chriſti gratia, huic debetur primo: quantum in humanis rebus eſt, niſi ille conceſſiſſet, niſi divinos operarios admiſiſſet, nullus cultus, nullus fructus vere ſalubris huic terræ proveniſſet. Ut modo ejus opera poſt ſuſceptam fidem differantur, quis taceat, & non maxime prædicet tantam alienigenæ benignitatem, etiam in eos quibus tunc non credebat, à quibus ſubverti antiquo errore cavebat, adeo ut ipſos alloqueretur & audiret tantum ſub divo, de quibus augurabatur ſe decipi poſſe in domo? Suſcepit in legatis ſuis Chriſtum adhuc incredulus, laudavit æternæ felicitatis nuntium, cui diffidebat: collegit anxios advenas in ipſa regia metropoli ſua Dorobernia, quos neſciebat: dedit illis manſionem, tunc temporalem, deinde perennem cum vitæ neceſſariis, his quorum ſectam non admittebat. Non illos, ut ignotos habitu & moribus abhorruit: non, ut ſuorum numinum ac paternarum legum damnatores, damnavit: ſed animi clementia, contra ſuum inſtitutum prædicantibus favit; utque ad ſuam fidem quos poſſent converterent, patienter tulit, clementer annuit. AUC. GOCELINO EX MS. *quorum iſte S. Auguſtinum gentilis excepit.* E

24 Tam benignus erga Chriſtianos in nativa gentilitate, quis fuit tandem induta Chriſtianitate? Alter dux Chriſti exercitui emicuit, alterum Auguſtinum exhibuit: quod ille cum conſortibus humiliter euangelizabat, ipſe ſublimiter confirmabat: quod Auguſtinus Apoſtolice plantavit, Æthelbertus regifice propagavit. Fulgurabant Sancti miraculis, tonabant documentis: ipſe Regali potentia ac fidei conſtantiâ, jacta Dei fulgura vel tonitrua longius impellebat. Gratia, pietas, timor, amor, exemplum, auctoritas, ac religioſitas præeuntis Regis, multum ſane contulit divinis rebus amplificandis. Qui ſigniferis Doctoribus ſegnius credebant, vel Regem credentem non ſequi erubeſcebant, ille exhortatione ac promiſſione beatitudinis æternæ magis quam ſuo terrore ſatagebat, ſicut divino documento didicerat, voluntarios non coactitios Deo acquirere. Reges quoque ſubjectos vel conſortes tota benignitate cæleſtis conſortii excitabat ad cultum Chriſti; credentes vero mire amplectebatur acſi fratres, cognatos, & concives æterni regni. Ubique Chriſtus celebratur, paſſim eccleſiæ conſtruuntur, aut deorum fana in eccleſias conſecrantur. Quanto hunc ſinu paternæ caritatis præcluentiſſimus Papa Gregorius ſubiit? quantæ congratulationis affectu pro ſuſcepta fide fovit? quam mellifluis miſſæ Epiſtolæ inſtrumentis, acſi cæleſtibus oſculis, ad omnem pietatem allactavit, ad omnem virtutem accendit, ad ineffabile dilatandi Chriſti regni præmium, propoſito Conſtantini Auguſti exemplo, incitavit? Hæc inter multa: Subditorum, inquit, mentes, Domine fili, ex magna vitæ munditia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo, & bonis operibus exempla monſtrando ædificate, ut illum retributorem juveniatis in cælo, cujus nomen atque cognitionem dilataveritis in terra. Reverentiſſimus Frater noſter Auguſtinus Epiſcopus, in monaſterii Regula edoctus, ſacræ Scripturæ ſcientia repletus, bonis auctore Deo operibus refertus, quæ vos admonet liberiter audite, devote peragite, ſtudioſe in memoria reſervate: quia ſi vos cum *inſignibiter et cooperatus* F *laudari meruit à S. Gregorio,*

eo

AUCT. GOCELINO EX MS.

eò quod in omnipotente Deo loquitur auditis, idem omnipotens Deus hunc pro vobis exorantem celerius exaudiet. His ergo geminis alis, Gregorio ſcriptori, & Auguſtino monitori, quaſi Moyſi & Aaron, Rex innixus, volucri animo cæleſtia concipiebat.

Fundator plurium eccleſiarum,

25 Conſtruxit per Auguſtinum Domini Salvatoris eccleſiam & Archiepiſcopatum in regia metropoli ſua, ubi ipſe Auguſtinus & omnes ſucceſſores ſui principaliter præſiderent: conſtruxit & monaſterium principale extra urbis muros à fronte Orientali, in honore Principum Apoſtolorum Petri & Pauli, ubi & Rex & Pontifex cum omnibus ſucceſſoribus ſuis perpetualiter requieſcerent. Orientalium autem Saxonum beatiſſimus Mellitus primus Doctor & primus Epiſcopus emicuit, quem huic genti auctor Auguſtinus dedit & conſecravit, qui ſibi poſt in ſuum Apoſtolatum notius ſucceſſit. Huic quoque Æthelbertus, Dei amicus, in ipſius provinciæ Metropoli Lundonia, eccleſiam Apoſtoli Pauli, quæ uſitatius Paules-brig appellatur, condidit, & ad hanc epiſcopium regaliter fecit ac provexit. Similiter Roffenſis Præſulatus, cum præſulari Baſilica B. Andreæ Apoſtoli, ab ipſo Principe primitus fundatus & ſufficien-
B ter ditatus, juſtiſſimum ſuoque nomine digniſſimum ſuſcepit Juſtum, quem inde Dorobernienſis metropolis ab Auguſtino aſſumpſit quartum. Eligenſis quoque monaſterii ipſe fundator in antiquis chartis legitur: quamquam etiam beata virgo Etheldreda, poſt longam deſolationem ſuam, hinc primatum mereatur. Hæc & alia inclita vel pontificia vel monaſteria quantum liberaliſſimus Rex & ſuperni regni cultor amantiſſimus, cum ceteris minoribus oratoriis, ſublimavit, non indiget exponi, quod reipſa magis hodietenus eluceſcit.

& monaſterii Auguſtinenſis,

26 Illud vero Apoſtolicum domicilium, quo cum ſuo Apoſtolo Auguſtino cunctaque ſucceſſione, ut prænotatum eſt, ex decreto beati Papæ Gregorii requiem hereditaret, tanto ſcilicet præſtantius nobilitare curavit, quanto ſpecialius hoc ſibi cum tot Sanctis & excelſis divinitus prærogatum fore perpendit: foris hoc regiis amplificavit poſſeſſionibus, intus decoravit regiis ornatibus, Regia libertas cum Apoſtolica auctoritate perpetuis ſtabilivit ſanctionibus. Sunt chartæ, ſunt privilegia, ipſius ac tot Primorum teſtimonio ſignata. Primum Abbatem huic ſacro

cujus primus Abbas Petrus

contubernio, à ſanctis inſtitutoribus ſuis electum, præfecit Petrum: quem in ſacrę legationis obedientia
C martyrialiter mari ſubmerſum & ejectum, æthereæ lucis radius, ſingulis noctibus deſuper affuſus, oſtendit civem ſupernum. Donec digniori loco habeat ſepulcrum, requieſcit celebriter Bononiæ in eccleſia Canonicorum, ubi nuper factum prodigium videtur memorandum, his adeo qui ignotis Sanctis derogant in exemplum. Loci ædituus ipſius ſanctum corpus de eccleſia ejecit in cœmeterium, indignatus in eccleſia honorari quem ipſe neſciſſet, cum etiam neſciſſet quantus eſſet quem inhonoraſſet: qui cum cenſiſſet priores ſuos erraſſe, qui Sanctum ſic honoraverant, ſuo potius captus eſt errore. Sequenti enim

corporis ſui violatorem ſevere puniit.

nocte, cum lecto recubans arrogaret ſe magnifice feciſſe, qui eccleſiam purgaſſet à tam ignobili funere; ſupervenit ei repente Abbas, in cuculla & cambutta viſus manifeſte: qui eum increpans aſpectu terrifico & minaci; Adeone, inquit, placet tibi quod me de eccleſia projeciſti? Interrogante ædituo exterrito, quis eſſet; Abbas, ait, ſum nomine Petrus, qui adſto Deo Sanctus inter Sanctos in cæleſtibus: unde nunc ſcies, quem elaboraveris ante deſtituere quam cognoſcere. Inſequitur minas effera mulcta: percutit, & percutit ipsâ quam geſtabat Paſtorali virgâ: ferit caput, tundit latera, conquaſſat omnia membra: tandem, illo ſemimortuo & immobili relicto, divinus D
ultor abſceſſit. Cumque Matutinæ uſque ad ortum ſolis morarentur ſonitore damnato, nec eſſet qui pulſantibus & clamantibus aperiret, tandem effractis oſtiis ad contritum prorupere; auditaque ab eo quereloſa cauſa, ſuſceptum linteo exportavere; poſtera die mortuum in cœmeterio ſepelivere, de Fratre gementes; Sanctum vero de ipſo cœmeterio honorifice receptum in eccleſia recondidere, tanto prodigio proditum gaudentes a. Hujus fidei teſtis eſt heſternus a
Abbas Scollandus, qui tunc aderat cum hæc recenter celebrarentur.

Auguſtinus hic ſepultus

27 Hæc in beati Regis Æthelberti memoraverim reverentiam, ne quis ejus præjudicet merita, quamquam ignorentur miracula: ſed de ipſo [Auguſtino] ac ſuo cœnobio cetera ſolennizet ſermo. In proxima metropoli regnavit: hic requieſcit: ſic & Euangelicus ejus genitor Auguſtinus, ibi ſedem, hic habet requiem: ibi eſt ejus thronus, hic thalamus. Utrique ergo Eccleſiæ ſub Chriſto principatur: illam regit, hanc incolit: illi præſidet, iſtam poſſidet: ibi certavit, hic triumphavit: ibi cucurrit, hic bravium accepit: ibi luctabatur, hic cæli ſcalam aſcendit victor: illa eſt activa Hieruſalem, iſta eſt ſpeculativa Sion: ibat illic de virtute in virtutem, hic vidit Deum E
deorum in Sion: urbs eſt qua ſtuduit, arx eſt ſua qua requieſcit: unus utramque tenens, præſens corpus facit unum. Sed in principe primatus eſt; ubi ipſe degit, præcellit; ut caput inveniatur, ad caput veniatur: ad Regem regnum ſuum confluit, ſive in urbe ſive extra urbem fuerit. Humillimum quoque

quantum ipſum locum cohoneſtet,

locum ſuum ſua præſentia extollit, quia non propter locum dignitas, ſed propter dignitatem locus clareſcit. Rex cælorum in ſpelunca reſurrectionis ab orbe terrarum requiritur & adoratur: ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Summi & antiqui Patriarchæ huc ſe deportari magno ſacramento à poſteris extorſere, ubi Redemptorem mundi naſciturum vel moriturum prævidere. Hac itaque ſimilitudine, ſalva majeſtate, ut minima maximis & humana comparemus divinis; Auguſtinus in loco ſuæ depoſitionis à ſua Anglia requiratur, & ut omnium interventor & patronus ab omnibus adoretur. Hic turba ſucceſſorum & Conſacerdotum ſuo-

cum ſuis ſucceſſoribus;

rum, hic devotiſſimus Rex Æthelbertus cum collegio ſucceſſorum Regum, prædicto exemplo Patriarcharum, ſuo præceptori certabant conſepeliri, cum quo optabant certiſſima fide in fine conreſuſcitari. Huc etiam ſuus poſt plurima luſtra coheres ſacratiſ- F
ſimus Dunſtanus, ut cervus ad fontes aquarum, crebris noctibus veniebat, & aſſuetas ſibi viſiones & hymnos ſupernorum civium frequentabat: qui hoc etiam fertur expertiſſime dixiſſe, quod adeo locus plenus eſſet Sanctorum, ut ubicumque vel in eccleſia vel in cœmeterio pedem vertiſſet, ſuper aliquem Sanctorum calcaret. Nec vero magno caret ſacramento, quod divinus Auguſtinus cum ſuis extra portam locum elegit ab exitu mundano, velut in exitu Iſrael de Ægypto, ut videlicet exiret cum Domino extra portam paſſo.

Æthelbertus imprimis ibi complexus,

28 Verum inter omnes conſepultos nihil Auguſtinum gratius Æthelberto amplecti arbitramur eccleſiæ ſuæ gremio, nihil dulcius ac triumphalius tanto pignore Patriarchali ſinu fovere, in cælo nihil acceptius obtuliſſe Salvatori ſuo. O felix genitura in tanta ſobole! quam non ſolum idem parens Apoſtolicus cæli regno hereditavit, verum etiam Anglicum orbem per eum regeneravit & Chriſti regnum fecit: quem videlicet, ut ingentem cetum maris, rete Petri cepit, & in Euangelicum parvulum tranſlatum Dei filiis inthronizavit. Sed hæc de primariis Anglicæ ſalutis auctoribus, per avia prata, nos luſiſſe

A luſiſſe ſit feſtivum magis quam oneroſum, quamquam ſit moroſum. Æthelbertus igitur, cum omnibus anteceſſoribus auguſtior, orbem Britannicum ad Humbræ fluvium poſſideret, ſic pauperem Chriſti ſe exhibuit, tamquam nihil haberet. Glorioſum erat videre late imperantem, egenis ſervientem; Reges terrentem, Sacerdotes Dei metuentem; populis præſidentem, Clericis obedientem; Duces & Principes increpantem, puſillos & infirmos Eccleſiæ venerantem. In compeſcendis vitiis, in extollendis virtutibus, in explendis Dei mandatis cunctiſque operibus pietatis, maxime autem in dedicandis Chriſto gentibus ſuis, quantus enituerit, ille æthereus liber tanto clarius expreſſit, quanto in his ſegnis mundus obmutuit.

laudatum à Beda

29 Migravit ad Dominum, mutato regno in cæleſtibus, die vigeſimo quarto menſis Februarii, anno imperii ſui quinquageſimo ſexto, adventus B. Auguſtini ad ſe ac ſuſceptæ Chriſtianitatis viceſimo primo, Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo decimo ſexto: qui (ut Bedæ verbum ponamus) inter cetera bona, quæ genti ſuæ conſulendo conferebat, etiam decreta illi judiciorum, juxta exempla Romanorum, cum conſilio ſapientum conſtituit, quæ conſcripta Anglorum ſermone hactenus habentur &
B obſervantur ab eis: in quibus primitus poſuit, qualiter id emendare deberet, qui aliquid rerum Eccleſiæ, vel Epiſcopi, vel reliquorum Ordinum furtim auferret: volens ſcilicet tuitionem eis, quos & quorum doctrinam ſuſceperat, præſtare. Proſequitur

& cultum pro Sancto.

idem venerabilis Hiſtoriographus altam genealogiam Regis, ad quem Lectorem mittimus: ejus autem ſanctitatis teſtis eſt antiquitas, veterumque Sanctorum favens auctoritas, quod ſcilicet antiquitus à primordio inter Sanctos ejus celebrata ſit ſolennitas: quod nec amore, nec errore, nec temeritate ab aliquo, inter tot ſapientes & religioſos, ut credimus, præſumeretur; niſi ille vitæ puritate & cæleſtibus indiciis dignus probaretur: cum filii ſui aliique ſucceſſores, boni ac magnarum virtutum Reges, tantum inter fideles defunctos memorentur: nec illum fidelis Beda primum Anglorum Regum conſcendiſſe regnum cælorum ſcripſiſſet, niſi meritum didiciſſet. Nam & multos poſt eum celeberrimæ ſanctitatis Reges Anglia protulit & veneratur: ſed de hoc ipſo B. Æthelberto aliquod indicium hic dabitur auditorum arbitrio.

30 Cum quodam tempore ejus feſtivitas negli-
C geretur, nec porticus ſua ſuo ornatu nec lumine veſtiretur; Frater quidam, Sacerdos bonæ converſationis, qui ibidem quotidianas excubias aſſiduabat, eadem nocte feſtivitatis ejus neglectæ, tali ibidem excubans percellitur viſione. Perſona formæ pueriliſ de mauſoleo Regis, ubi tunc ipſe (ut præmonſtratum eſt) requieſcebat, prodiit cum rutilo jubare, unde tota porticus reſplenduit velut à die aut à ſole. Facula illi in dexterâ lucidiſſima, quæ indignata ignavis tenebris, aulam præ aulæis ſua luce veſtivit. Facies benigna & nivea, intertincta roſis, cum oculis ſidereis, dignitatem prætendebat gratiæ cæleſtis: aurea cæſaries diffuſis comis candentes humeros gratiſſime velabat, cui nuditas gratioſæ non pudenda nitebat. Tali modo ſpecie viſus Rex memorabilis,

& per viſum aliquando

queſtum de ſui neglectu.

contemplatorem ſuum ſtupidum ac torpidum ſic affatur: Nec lucem mihi, inquit, in hac una mea nocte adminiſtrare curaſtis, nec adeo dignum æſtimaſtis: at ego perenni illuſtratus ſplendore, nequaquam veſtro indigeo lumine. Hæc ubi increpative dixit, tumbam ſuam, eodem contemplatore vigilante, & evidentiſſime intuente, ſubiit. Hæc & Seniores ab illo audita certiſſime adſtipulantur. Videbatur autem dixiſſe in exprobratione tenebrarum, Mea nox obſcurum non habet, ſed omnia in luce clareſcunt. Sed in myſterio hujus viſionis poteſt videri, formam pueri ſignificare ejus poſt baptiſmum in Chriſto ſimplicitatem, atque Euangelici parvuli innocentiam; in nuditate, Fratrum redarguiſſe negligentiam & incredulæ cæcitatis culpam. Hæc de beato Rege largius texuimus, ut obſtinatas cordium cervices mitigemus; ne quis Chriſtum in Sanctis poſtponat, dicentem, Qui vos ſpernit me ſpernit: nam omnis Sanctus, judex erit contemptoris ſui.

AUC. GOCELINO. EX MS.

ANNOTATA.

a *De hoc* S. Petro *egimus 6 Ianuarii, ad cujus loci ſupplementum aliqua hinc ſumi poterunt: interim optamus diſcere, an ejus adhuc cultus aliquis vel memoria Bononiæ ſuperſit: nam Sauſſayus in Gallicano Martyrologio eum nec nominat quidem.*

CAPUT V.

Tranſlatio & laus S. Letardi Epiſcopi: miracula ad ejus invocationem facta.

NUnc B. Letardi exhibeantur induciæ. Dignus Deo Antiſtes Letardus, præcurſor & janitor venturi Auguſtini apparuit: prævenit hunc ut lucifer ſolem: paravit ei viam, ingreſſum, & locum, ut ille pararet Domino. Prodigus ingentis animæ non timuit ferinam Gentilium barbariem, ſeculi Principibus terribilem. Ipſe Dei famulus Reginæ Berthæ, dum Æthelberto adhuc Gentili Chriſtiana à paterno Francorum regno mitteretur, dux, comes, doctor, ſervator, ac totius pietatis inſtigator, à monſtruoſis ritibus munimentum, ab idololatria ſacrarium, à diaboli venabulis obſtaculum, in omni adverſitate patris erat ſolatium: quæ etiam eidem ſancto Patri ſuo, cum ſuo Rege jam Chriſto ſacrato, conſepeliri meruit. Nec illam arbitramur illaudabilem, nec pietate in Deum carentem; ſed religione, eleemoſynis, ceteriſque moribus benignis pollentem; quæ ex Chriſtianis Regibus ac populis nata, tantum habuit inſtitutorem. Inter profanos Chriſti tulit opprobrium, in Eccleſia ridiculum, in Dei ſui cultu ludibrium: ab his cavebatur, quibus imperabat: averſabantur Chriſticolam, qui venerabantur Dominam: nam omnes, qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patientur. Una nimirum erat, in tanta vaſtitate alienigenarum, cui diceret Rex & Redemptor ſuus, Una eſt columba mea. In antiquiſſima ſanctiſſimi Præſulis Martini eccleſia, ſub urbe ſita, beato Pontifice Letardo præſidente, frequentabat Miſſarum ac orationum ſacramenta, cum ſuorum comitum familia Chriſtiana: degebat ut agna in medio belluarum, aut ut Hieruſalem in medio gentium. Sanctiſſimus vero Letardus quis digne æſtimet, quanta miracula per tot merita exhibuerit in vita, cujus tanta crebreſcunt noſtris temporibus poſt tot ſui obitus ſecula, de quibus injuria eſt non memorare aliqua.

31 *S. Letardus, Bertam R. ex Francia ſecutus.*

F

32 Sub Abbate ſuperius memorato Wlfrico, *cæcam* puellam à nativitate cæcam (ut ipſe teſtis erat idoneus) ad ipſius Sancti tumulum à parentibus deductam, Dei Lucifer ignota prius luce donavit; & natalibus tenebris obvolutę mundum cum ſole attribuit. In quadam Quadrageſima mulier natum ſuum, inolitis in terga calcaneis contractum, ad ejus tumulum depoſuit; & hortatu *a* Nunnæ religioſæ, quæ illum locum ſervabat, relicto miſero abſceſſit. Interea ad Veſperas Hymnus Dei Genitricis, Magnificat anima mea Dominum, decantatur; & puer à naturalibus vinculis reſolutus, in clamore verſatur.

a

& contractum ſanat:

AUCT. GOCELINO EX MS.

Solutis inverſis calcaneis, extenduntur incurvæ tibiæ: fluxus de concreta carne ubertim cruentat pavimentum: puer extenſis lacertis Sancti tumbam apprehendere contendit, mox in pedes erectus conſtitit: populus ad clamorem pueri irrumpere certavit, ſed Nunna oſtium obdidit donec Fratres advenirent, & hymnum laudis pro miraculo decantarent: puer domum rediit pedibus propriis, qui advenerat alienis.

b *annulum amiſſum quærenti reſtituit,*

33 Egregium pictorem novimus Abbatum *b* Abbendoniæ, picturæ, ſculpturæ, & aurificii probatiſſimum, Sperans nomine. Is annulum Reginæ Edgithæ *c* pretioſiſſimum perdiderat: quo ubique fruſtra quæſito, etiam ſpem omnem inveniendi perdiderat. Tandem ad S. Letardum (nam hic tunc apud S. Auguſtinum, ab Abbate Elſtano invitatus, operabatur) confugit: precibus & lacrymis, quas anguſtia potentis depoſiti extorſerat, ejus clementiam expoſcit. Res mira! Illico ſibi annulus, ubi orabat, reluxit; ubi ille numquam ſe poſuiſſe vel annuiſſe jurare innoxie poterat. Continuo rapit eum, tanta admiratione & lætitia, quanta perdiderat deſperatione & mœſtitia: nec ſolus gaudebat, ſed & omnes Fratres tanti relatione miraculi feſtive lætificabat: nec ſolum tanti beneficii memor extitit, ſed ut diutius hæc memoria perſeveraret elaboravit. Ejus quippe & venerabilis Reginæ Berthæ, quæ ſuæ peregrinationis eſt corona, imagines enormi magnitudine ac decore effigiavit, ac ſuper ipſius tumulum ſolenniter erexit.

d *juvat parturientem unam*

34 Matronam, in portu *d* Sandowick degentem, vocabulo Edilden, languor diuturnus etiam oculorum luce deſtituit, & ipſa per integrum annum cæcitatis ergaſtulum pertulit: quæ mente ſanior, hanc pœnam ſuis peccatis imputare, eleemoſynis ac precibus Dei clementiam ac Sanctorum ſuffragia implorare, potius quam murmurare ſatagebat. Ita per ſupplices gemitus & humilem patientiam experta eſt, quam ſuſpirabat, miſericordiam. Nam poſt annum exactum in tenebris, quadam nocte ſopitæ forma refulſit, cæleſti decore ac nitore ſpectabilis: jubet hanc ad B. Auguſtini proficiſci eccleſiam, & in ea beati Præſulis Letardi adire tumbam, ibi eam & Sancti gratiam, & optatæ ſalutis gaudium experturam. Adducta ergo ad præſignata Sancti patrocinia cum lumine, ante peractam orationem, accepit plenariam ſoſpitatem, & lucem pro lucis munere. Ita feſtinato remedio curata, jamque non alienis ſed propriis oculis reducta, cognovit, cum magna gratiarum actione & lætitia, quam vera viſione ad ſalutem fuerit deſtinata.

alteramq;

35 Aliam haud ignobilem matronam pariendi defectus pene exanimaverat. Interea in ardui montis ſupercilium ſpiritu raptatur, mox tetris dæmonum tenebris offunditur; unde eam auferentes immaniſſimi tortores, diris ſuppliciis inſectantur; jamque per arctum foramen rotæ extrudere atque detrahere, atque in ſulphureas ſui barathri abyſſos præcipitare graſſantur. Cui in tanta horripilatione jugiter inclamanti Salvatorem, & Sanctorum ſuorum ſubventionem, tandem inæſtimabilis claritatis ſidus eminus alluxit, quod quanto propinquantius, tanto micantius radios ſuos effudit. Et ecce, in medio illius coruſci jubaris, Beatiſſimus Letardus emicuit, qui Pontificali auctoritate perditionis miniſtros exterminans, dixit: Diſcedite, damnatiſsimi ſpiritus, in veſtra tartara à Dei famula: quid vobis cum Chriſtiana? quo illam raptatis? Falſo, inquiunt, nomine non fidei executione Chriſtianam vendicamus in noſtra jura: noſtra eſt pediſſequa, noſtra hereditabit tormenta. Interdico vobis, inquit Epiſcopus, omnem poteſtatem in eam: ocius diſcedite ab illa in veſtræ perditionis ergaſtula. O inſignem Domini Sacerdotem, non ſolum cæli ſed & inferni clavibus potentem, qui & de ventre inferi extorſit abſorptam prædam! Ad ejus imperium, relictâ captivâ, omnes dæmonum minæ, omnia machinamenta funditus evanuere: mulier, reſumpto ſpiritu & viſo B. Letardi vultu & patrocinio, ad vitam emergens de tanto tribulationum barathro, feliciter enixa eſt prolem, cum ſpe ſalutis & gaudio: quæ quantum Domino in tanti Patris admiratione benedixerit, ex magnitudine anguſtiæ magnitudo lætitiæ oſtendit.

cum duobus domeſticis ejus ægris:

36 Cœpit inde familiæ ſuæ tam horribilem viſionem, tamque potentem ſanctiſſimi Patris liberationem inferre; ſeſeque velle ad ipſius ſalvifica pignora cum gratiarum & munerum oblatione accedere, quam citius convaleſceret à recenti partus dolore. Audiere duo ex familia ejus, ephebus & femina, gravi tunc preſſi ægritudine: ſimulque accenſi tanti medici amore, votum dominæ ſuæ, ubi ſanitas rediret, vovere. Mira Dei gratia! mira virtus in Sancto ſuo! Vix finierant promiſſionem, & eadem hora eodemque loco, omnes tres, & domina, & famula, & [ephebus] plena ſoſpitate ſunt donati. Radiabat tunc terris cæleſtis ſolennitas Archangeli Michaelis, in qua mos eſt plurimarum provinciarum populos Doroberniam ad Patrem Auguſtinum confluere: venit & illa cum ſuis devotis ad probatiſſimum Letardum: votisque ſuis ac ſuorum redditis, cum magna fidei animadverſione ipſum, quaſi vivaciter adſtantem, emiſſa voce affatur, ſpirat altas gratias ſuæ liberationis & ſuæ ſuorumque incolumitatis. Audierat adſtans ſenior ex Fratribus gratias proclamantem: quærit cauſam: illa narrat ordine: res late clareſcit, & laus Deo ab omnibus accreſcit.

curat paralyticum:

37 Fratris, qui ad corpus almi Letardi Miſſas frequentabat, germanus laicus, nomine Elfgeardus, à renibus infra totus paralyticus, laborioſiſſime ad Sanctum venit, geminis cambuttis adjutus pro pedibus. Flenti in oratione & inter fletus obdormitanti clementiſſimus Pater adſtitit; & quid velit, quid eum tam importune efflagitet, quærit. Debilis, ſanitatem à Dei clementia & ſua, ſe petere reſpondit. Cui veraciſsimus Pontifex, Quando, inquit, debitas pœnas luitis, tunc ſupplices venitis; ubi obtinueritis deſiderata, immemores & ingrati divinis beneficiis, cito terga vertitis. Ad hæc ægro obnixius inſiſtente & emendationem pollicente, juſtus & miſericors Pater ſubintulit: Unâ tibiâ ſanatus, unâ cambuttâ modo liberaberis, cum alterâ abibis: quatenus ſana pars te admoneat gratiarum bonitatis divinæ, infirma redarguat ingratæ negligentiæ; & cum tantopere requiras ſoſpitatem ablatam, diſcas non parvi pendere collatam. Surrexit itaque, quod ante non poterat, ſemiſanus, uno crure erectus, altero relictus: abiitque cum uno bacillo, altero in ſignum relicto: magnum ſcilicet ſupernæ pietatis & æquitatis exemplum.

e *feſti ſui neglectum punit:*

38 Femina civis urbis Doroberniæ, operabatur in beati Confeſſoris *e* ſolennitate, ceteris eam feriantibus devote; quæ redarguta zelo vicinæ ſuæ de communis celebritatis contemptu vel transgreſsione, reſpondit obſtinate, ſe non poſſe tot feſtis intendere, & vitæ commoda perdere. Sic illa correptrice repulſa, & cunctantibus famulis à ſancti diei reverentia, vas bullientis liquoris de frugibus excocti referre humeris in ventum ad refrigerandum contendit: ſed inoffenſe ire non poterat, quæ in Sanctum offenderat. Mox in limine offendens, ſupina corruit; totumque ardorem, in faciem & cetera membra effuſum, excepit; unde ita eſt aduſta, ut deſperaretur de vita. Tunc illa, quæ contempſerat increpantem, recognovit vindicantem; & cum candela requirens placabilem Sancti pietatem, poſt ſatisfactionem recepit ſanitatem; ita tamen ut dum viveret, notam

in

A in facie vel culpæ vel mulctæ, exhiberet : nec ſolum illa eſt correcta,ſed & ceteris honorandi Sancti extitit forma.

energumenam liberat:

39 In proceſsione annali Rogationum vel Letaniarum, ſolet efferri ſcrinio aureo B. Letardi corpus opiferum, in benedictionem & proventum agrorum ac plebium. Cum aliquando à duobus Fratribus eveheretur pro conſuetudine, quædam muliercula, morbo inſaniæ capta,circa & ſubter illud beatiferum vehiculum crebro lymphata diſcurrebat, adeo infeſta ipſis Fratribus gerulis, ut alapas in faciem daret illis. Sed hoc furoris incurſu, quo frequentius Sancto approximat, eo mitius actitat. Jam ad depoſitum Sancti feretrum accubans, dum Miſſa cantatur, pleno ibidem intellectu & ratione reformatur. Magnum eſt inviſibiliter dari ſalutem corporum, ſed majus eſt mentium. Facta eſt ergo in regreſsione tripudio,quæ in proceſsione fuerat miſeriæ ſpectaculo. Attulit itaque inter Veſperas Sancto argenteum monile, in devota gratiarum ſanatæ mentis relatione.

pluviam invocatus largitur:

B 40 Proximo quoque tempore in die ſolennitatis ſacratiſſimi Antiſtitis, quæ in menſe Majo annuatim recolitur, procedebat Fratrum concio., ob decorem illius feſti feſtive candidata, quos in ſcrinio ſuo præcedebat almi Ducis auroſa gleba. Circumacta proceſſione reſiſtitur ab omnibus compoſite & laudiſone pro foribus eccleſiæ. Clariſſima erat toto cælo ſerenitas, cunctiſque aggaudebat lucivomi ſolis hilaritas; ſed ſuſpenſo imbre, tunc temporis optatiſsimo, minabatur rerum ſterilitas. Interea dum ſtatur, dum Hymnus ingrediendi ſanctuarium præſtolatur; ecce, contra morem & tempus (mirabile!) Antiphona , in Inventionem Protomartyris Stephani habita,à Priore incipitur, à Choro quoque excipitur & decantatur: Nonne vides quanta ſit ſiccitas in toto mundo,
f & tu negligenter agis *f*? Putarent hominem delirare, niſi ſubſequens competentia probaret, illum divino inſtinctu vel fide, non errore, abuſive tantum protuliſſe. Denique ante finitam Antiphonam tanta inundatio cæleſtium aquarum cantantes obruit, ut ordine diſrupto & cantu omiſſo curſim intra templum confugerent, perſequente ſcilicet irrigatione volentes antequam vellent. Notandum vero in prædicta Antiphona gratiſsime eſt, Nonne vides quanta ſit ſiccitas in toto mundo, & tu negligenter agis? quod ſereniſsimus Pater Letardus, quaſi ipſe à poſ-
C centibus increpatus ſit,tam repentinis beneficiis ſuis reſponderit. Hæc pauca de innumeris præclariſsimi Præſulis Letardi virtutibus, ſub fidelibus vel noſtris vel probatiſsimorum teſtium oculis cognita,occaſione Tranſlationis hic inſeruimus, cujus patrocinia multæ Anglorum provinciæ, multæ gentes expertæ frequentant & prædicant.

Immoritur operi Ab. Scollandus.

41 Igitur omnibus de veteri eccleſia ſublatis , & in paratiorem tranſlationem reconditis, ſæpe memoratus Abbas Scollandus, ipſam eccleſiam , jam excidium minantem, jam ruere parantem, diruit; & nova ibi ædificia, uſque ad ipſam porticum ac tranſlationem præcluentiſsimi Auguſtini ejuſque conſortum attollit: verum hunc ulterius progredi ſuperno nutu mors obvia vetuit. Prævénit autem faciem Domini pia eleemoſynarum ceterorumque bonorum actum executione: & famoſiſsimo Archipræſule Lanfranco omnem ordinem obſequii perſolvente, multis hunc lugentibus, placido *g* fine quievit. Præceſsit uno die obitum Regis Willelmi, qui condignum filium reliquit, heredem nominis & regni ſui : cujus in eccleſia & Sanctis provehendis ſolicitum deſiderium (quod gratuitæ Dei largitati,ac ſi jam peractum, ad remunerationem ſufficit) ſucceſſor ejus explevit, uti primus libellus diſſeruit. AUCT. GOCELINO. g

42 Jam longis ambagibus diverſisque receſsibus priorum cauſas & tranſlationes expoſuimus; & Sanctorum opera vel majorum vota , quaſi templa vel buſta, luſtravimus: nunc domum redimus; ubi præpollentiſſimum Auguſtinum , cum ceteris Primatibus noſtris, in perennem lucem noſtram novo thalamo extulimus. Hic jam tertio ortu trinoque natalitio ſummæ Trinitatis ſignifer nos irradiavit. Ortus eſt novo diluculo , quando primum huic orbi, perpetua nocte cæcato, matutina ſtella apparuit: ortus eſt cælo, quando effuſus de ſeculi lacuna,ibi effulſit: ortus eſt modò tertio , quando tam diuturno partu de ſepulcrali aſſumptione reſplenduit : orietur quarto in reſurrectione gloriæ Sanctorum, cujus inoccidua beatitudinis hæc feſta Tranſlatio vel Elevatio prætendit exemplum. Horum bina celebramus E Natalitia, primum cæleſtis , ſecundo terreſtris (hoc eſt de utero tumuli) nativitatis. Largiatur nobis Auctor totius beneficii , ſua & cetera Sanctorum Patrum noſtrorum ſolennia ita pia devotione ac converſione recolere ; ut in regeneratione Beatorum cum eis mereamur ſempiterne gaudere, & Redemptorem noſtrum , regnantem cum Patre & Spiritu ſancto, per infinita ſecula ſemper collaudare. Amen.

Epilogus auctoris de duplici S. Auguſtini feſto.

ANNOTATA.

a Nunna *in Legibus Alfredi Regis aliquoties ponitur pro Sanctimoniali.*

b Abbendonia *antiquiſsimum monaſterium in Berkeria Comitatu, ad Occa & Tameſis confluentes.*

c *Non videtur eſſe* S. Editha, *filia Edgari Regis, circa an.* 970 *Sanctimonialis apud Wiltoniam facta, de qua Ioan. Bromtonus in Chronico, & colitur* 16 *Septembris. Nec etiam ea quæ Martyrologio Anglicano inſcribitur* 15 *Iulii, Æthelſtani Regis filia, ipſius Edgari amita , quæ Sithrico Northumbriæ Principi gentili nupta ac repudiata, circa an.* 926 *ſanctimonialis obiit etiam ipſa; ſed potius S. Eduardi Confeſſoris uxor , quam virginem ſervavit , ut legere eſt in illius Vita* 5 *Ianuarii illuſtrata..*

d Sandwicum, *è regione inſulæ Taneti,* 9 *milliaribus à Cantuaria.* F

e VII *Maii, ut jam ſupra dictum.*

f *In Breviario ſecundum uſum Eccleſiæ Sarum , quod habemus excuſum anno* 1499, *eſt hæc Antiphona* 2 *tertii Nocturni.*

g Schollandus *Abbas obiit an.* 1087, 8 *Septembris, non* III *Nonas, ut ait Chronologia Auguſtinenſis; cum Rex Gulielmus obierit* V *Idus, id eſt* 9 *Septembris:* jacet *autem* in eccleſia cryptarum ſub pelve, cum cereo ardente, *ut in eadem Chronologia dicitur: quod aliquam cultus eccleſiaſtico ſpeciem habere videtur, uti viſum ſupra in Iamberto Archiepiſcopo, & S. Æthelberto Rege.*

DE S. GODONE ABBATE

IN DIOECESI GALLIARVM TRECENSI.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus Vita, miraculis, cultu vario.

SEC. VII

Vita ex Ms.



Itam S. Godonis *damus ex fideli codice, nobis olim ſubmiſſam ab Andrea du Cheſne, libris quamplurimis editis notiſſimo. Hujus pars magna eiſdem verbis continetur in Vita S. Wandregiſili, ejus avunculi, quam ab Auctore coævo & Monacho Fontanellenſi ſcriptam illuſtrabimus ad diem* XXII *Iulii. Adjungimus pauca miracula, ejus tam vivi quam defuncti interceſſione & meritis patrata, quæ vitæ Gallicæ inſeruntur à Nicolao Des-Guerrois in libro de Sanctis Trecenſibus.*

& Miracula ex Gallico,

Cultus ſacer 26 Maij,

B

2 *Mortuus eſt hoc* XXVI *Maji, quo die colitur in eccleſia & diœceſi Meldenſi & Lingonenſi, ac potiſſimum in conſtructâ à ſe eccleſia* Augiæ, *vulgo* monaſterio S. Petri in Augia, *ſive* Oye, *quod nunc ab ejus nomine appellatur* S. Godonis, *vulgo* S. Gand: *quæ vox quia vernacule* chirothecam *ſignificat, Pariſiis (ubi plurimus ejus eſt cultus, ſicut & in variis alibi per Franciam eccleſiis) Patronus habetur Chirothecariorum. Celebratur quoque ad dictum diem ejus memoria à Benedicto Dorganio in Kalendario Benedictino. Ferrario in Catalogo generali, Sauſſajo in Martyrologio Gallicano, cum longo ex Vita elogio: ſed quæ in hac de B. Pipino dicuntur, ab illo* Godoni *tribuuntur. Quia autem* S. Godo *ex territorio Virdunenſi oriundus erat, eumdem Ferrarius, tamquam à priore diverſum, ſecundo proponit, citatis tabulis Eccleſiæ Virdunenſis, Menardus & Bucelinus eumdem referunt ad diem* XXVIII *Maji. Alter dies, veneration ejus in dicto monaſterio dicatus eſt* XIX *Octobris, ob Tranſlationem corporis. Adſervatur illud in arca deaurata, & caput ſeorſim in herma ſimiliter deaurata. Fuerunt autem ſacræ hæ Reliquiæ extractæ coram Renato Breſlæo* XVI *Septembris anni* MDCXXI, *cum duplici ſudario ſuppoſito & lamina plumbea, indicante ipſum eſſe* corpus S. Godonis, *ejuſque feſtum celebrari hoc* XXVI *Maji. In poſteriore parte cranii, cum admiratione medicorum & chirurgorum, nulla inventa eſt ſutura. In Fontanellenſi vetuſto Breviario colitur* XXIV *Iulii, biduo poſt feſtum S. Wandregiſili avunculi.*

28 Maji,

& 19 Oct. ob tranſlationem,

& 24 Iulii apud Fontanellenſes.

C

3 *Dictum* S. Godonis *monaſterium, à dignitate Abbatiali anno* MCCCXLIV, *volentibus Monachis tranſiit ad ordinem Prioratuum, & ſubjectum eſt Abbati S. Petri Cellenſis, auctoritate Ioannis Auxonii Epiſcopi Trecenſis, factum confirmante Clemente Papa VI. Vtriuſque Bullam ad dictum annum edidit Des-Guerrois. In hoc Prioratu* Beneficium, S. Godonis nomini ac memoriæ ſacratum, aliquot annos ſibi commendatum, fiduciarius adminiſtravit *Claudius Eſpencæus, Doctor Pariſienſis Theologus; & propterea Vitam dicti* S. Godonis carmine heroico conſcripſit anno MDLXV, *quam inter opera ejus Pariſiis anno* MDCXIX *ſimul excuſa, Lector reperiet, pag.* 1040 *& ſeq. una cum ſcholiis eodem ſpectantibus.*

Prioratus S. Godonis.

VITA

Ex Ms. codice D. Andreæ du Cheſne.

Nobiliter ortus apud Virdunenſes,

GLorioſus igitur Confeſſor Domini Godo, ante ſecularia tempora præelectus divinæ Majeſtatis judicio, repræſentatus quoque noviſſimis Sanctorum temporibus in mundo, ſplendidiſſimis progenitoribus & (quod eſt præclarius) orthodoxæ fidei cultoribus, ortus eſt in Verdunenſi territorio. Extitit denique nepos præcellentiſſimi viri ac Deo digniſſimi Wandregiſili: qui ex nobiliſſima proſapia procreatus, Francorum excellentiſſimi Principis Pipini fuerat *b* conſobrinus: ſed & cunctis mundanarum rerum diſciplinis imbutus, à Rege Dagoberto Comes Palatii eſt conſtitutus. Ut igitur ejuſdem ſancti Wandregiſili claram originem altius promam, cum eſſet à nobiliſſimis ac ditiſſimis parentibus ortus, nobiliorem ſe non minus ſplendidæ vitæ moribus, ac piæ converſionis exemplis aſſiduis præbuit; reputans etiam cunctos ſeculi honores magis animorum fore detrimentum, quam juſtitiæ emolumentum. [Itaque], cum præfato nepote ſuo Godone, mundanarum cupiditatum illecebras ſpernens, ac theoricæ vitæ ſuaviter decerpere fructus potius eligens, inutilis gloriæ curarumque terrenarum ſtudiis funditus renuntiavit: converſionis quoque normam ſub monachico habitu ſervare inſtituens, *c* monaſterium petivit. Quantæ autem uterque in monaſterio fuerit abſtinentiæ, quantæ benignitatis, humilitatis ac patientiæ, quis mortalium valeat edicere? Contendebant enim divinis officiis viriliter inſiſtere, & ſegnitiem animi mandatorum Domini obedientia ſuperare; animum ab illicitis frænare; paſſiones carnalium oblectamentorum, quæ quotidie interioris hominis integritatem ſauciant, humilis confeſſionis antidoto purgare ac ſanare; ſupernæ patriæ ardore flagrare; & ſeſo mundo, mundum ſibi crucifigere ſtudebant; præterea miſericordiæ operibus invigilare, compaſſionem in miſeros, pietatem in afflictos, ſolamen in deſolatos, obedientiam ad ſuperiores, benignitatem ad inferiores, omnimodamque proximorum utilitatem exercere.

a

cum S. Wandregiſilo cujus nepos erat.

b

E

C

monaſticam amplexus,

omni virtute excelluit:

2 His & hujuſmodi ſpiritalibus exercitiis prædicti certabant indeficienter complacere Deo Patri, exemplumque fieri bonorum actuum Eccleſiæ noſtræ; nec non & ipſius filios frequenti commonitione lucrari. Satagebat etiam beatiſſimus Pater Wandregiſilus, pro eodem nepote ſuo Godone ſedulo divinam exorare clementiam, ut mentis ejus indies dignaretur augmentare conſtantiam, ne labefactari poſſet per maligni deceptoris verſutiam. Licet enim toto niſu mentis idem egregius juvenis Godo tam beati viri conaretur ſequi veſtigia, necdum tamen adeo ſublimium operum ejus ſtudiis ſuis prævalebat æquare certamina.

Pro eo dum S. Wandregiſilus orat,

F

3 Quadam igitur die, cum B. Wandregiſilus pro eo altiſſime precibus inſiſteret, divinis eas auribus offerens, in cellula ſibi conſtituta talique negotio apta; incomparabilis ſuavitatis odore, ſimul & claritate, locus ille cælitus repletur; voxque ad eum Angelica perlata eſt, Serve Chriſti, in timore Domini devotiſſime, pax tibi ſemper multiplicitur: certa bonum certamen, & his ſemper inſiſte operibus, quæ per me gerulū quotidie offeruntur Domino. Quia non otio torpentibus, ſed in fide currentibus, & pervigili inſtantia attentiſſime Chriſto militantibus vitæ janua patet æternæ, quæ jam tibi à Domino reſerata eſt, qualiter cum juſtorum collegiis gaudiis æternaliter fruaris manſuris. Nepos quoque tuus Godo, pro quo creberrimis precibus aures Domini ſolicitas, veſtigia imi-

ſuavi odore & Angelica voce recreatus,

A *Godonis feriam conversionem discit:*

imitabitur tua; cunctisque hujus mundi vanis derelictis, ut strenuus miles ad castra Christi devotissime convolabit. Hæc audiens vir Dei, humi prostratus, attentissime orationi incubuit; non se in corde suo extollendo, eo quod visitatione Angelicâ visitari meruisset; sed humilians se, fragilem ac peccatorem fatebatur; & quia non esset dignus, peccatorum nævis fœdatus, ut cælesti miraculo magnificaretur.

4 At vero ipse egregius Dei cultor, districtiorem desiderans degere vitam, eremi secreta plurimum ambiens, mundanos toto nisu semper fugiebat honores, ut cum Christo posset mereri cælestes; locumque omnino opportunum quærebat tali aptum negotio: aut, si id forte, vetante mundi turbine, votis non concurreret suis, saltem sub Christi jugo & onere ejus placito regularem exequeretur promptissimus vitã, ut per eum multorum Christo prævio accresceret salus. Cum talia volveret animo, contigit ut, largiente d Erchinoaldo Præfecto, non modicam soli partem acciperet, quo Fontanellæ cœnobium, una cum venerando nepote suo Godone, ut rudis habitator construeret: quem veterum traditio, ob copiam fontium in eo fluentium loco, hoc nomine vocitabat. Monstrabantur namque in eodem loco vestigia ædificiorum, priscorum accolarum industriâ olim patrata, sed externorum hostium feritate belluina funditus solo coæquata; in quo magis lustra ferarum, quam habitatio hominum videbatur tunc temporis. Hunc ergo locum vir Domini Wandregisilus, ac præfatus ipsius nepos venerabilis Godo à Patricio sibi indultum, studuerunt, cum nonnullis sibi faventibus, inutilia quæque evellendo, mundare, demumq; fundamenta cœnobii jacere, juxta prophetiam Isaiæ; in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & junci; videlicet fructus bonorum operum ibi nascerentur, ubi prius bestiæ commorari ac inhabitare consueverant.

d Fontanellense monasterium construunt,

B

Isa. 35, 7

5 Ædificaverunt in ipso loco præfati viri Domini basilicas egregio cultu numero quatuor, in honore videlicet Principis Apostolorum Petri, simulque Doctoris gentium Pauli, sanctiq; Laurentii, ac Pancratii Martyrum Christi. Misit autem idem vir Domini, dum huic operi insisteret, antefatum nepotem suum Godonem ad urbem Romam, propter pignora Martyrum Christi; ut ædificatis basilicis in promptu haberent Reliquias Sanctorum, quorum nomini & reverentiæ dicare dispositerat. Qui votis pii Patris libentissime parens, Romam petiit, *e* Vitaliano eodem tempore pontificante Sedem ejusdem Ecclesiæ: atque ab eo susceptа plurima Apostolorum & Martyrum Christi pignora, una cum benedictione Apostolica, rediens secum detulit, codicumque sacrorum copiam non minimam: prosperoque cursu, itinere acto, ovans revertitur ad virum Dei.

4 ecclesias ædificant:

ad quas S. Godo Romã profectus affert Reliquias,

e

C

& codices sacros,

6 Cuncta quæ attulerat, idem venerabilis Wandregisilus suscepit. Accersitoque sanctæ recordationis Audoëno Præsule, præfatas quas ædificarat ecclesias ut consecraret, simulque pignora quæ præfatus Godo cum ejus auctoritate Romæ impetraverat, altaribus Christi imponeret, supplex exorat: quod ità à prædicto Præsule impletum est. Locus autem ipsius cœnobii tam fertilis tamque jucundus extitit, ut cum quis ibidem advenerit, inter pomorum nemora & hortorum amœnitates virentium, in hæc protinus libeat ei prorumpere verba; Quam pulchra tabernacula tua Jacob, & tentoria tua Israel! ut valles nemorosæ, ut Paradisi juxta fluvios irrigui, & tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri super aquas. Ad cujus famam plebes undique procurrere, & cultui Religionis dicare curabant prædia plurima; ut plurima Monachorum multitudine adunata, trecentorum eorum esset numerus. Illuc nobilium liberi undique concurrere nitebantur, ut spretis oblectamentis seculi, æterna cuperent cum tantis his patribus consequi præmia.

consecrantur illæ à S. Audoëno.

Collectis ibi 300 monachis,

EX MS.

7 At vero vir Domini Godo, tantæ consuetudinis contubernia ferre amplius sibi commodum non ducens, magisque singularis pugnæ aream subire concupiscens; valedicens beato Patri Wandregisilo, omnique Fratrum collegio, solus devenit ad *g* Augiæ locum, ubi elegit Domino Christo dicare quod vitæ erat reliquum. Ea itaque tempestate Augiæ locus tam quietus tamque remotus habebatur, ut solitudine non egeret quicumque in eo commorari mallet. Quo ab incolis regionis obtento, in portionem subnitentis Domini *h* basilicam pro viribus erectam; ut rudis incola, inibi construxit. In qua famulatui Christi se arctius mancipans, sanctam & Deo placitam, liber à cunctis mundi [procellis], reliquam studuit agere vitam. In vigiliis pernox, in oratione sedulus, in jejuniis continuus, in lectione frequens, in meditatione seipsum ante Deum examinans: sicque post devictum triumphatumque seculum, ut miles emeritus Regis sui, præmia peracta recepturus, carnis onus terræ relinquens, VII Kalendas Junii, spiritum benignissimo, cui semper servierat, reddidit Creatori.

S. Godo Augiam discedit:

g

h

Ecclesiã ibi erigit:

& obit 26 Maji.

E

8 Igitur post B. Godonis dissolutionem, quidam tyrannus Gentilium per Galliam conduxit exercitum, nomine *i* Asthemius: qui supradictam basilicam destruxit, nimia ferocitate superatus; quam post diuturna tempora iterum restauravit Eva Comitissa, quæ infirmitate corporis valde fuerat anxiata, almi autem Confessoris gratia repente sanitati est restituta: ideoque in ejus honore, ordine & numero competenti, Monachos statuit ibidem deservire, qui die noctuque vota laudum possent opportune persolvere: de rebus autem propriis, ad necessarios usus, prout oportebat, annuales reditus ordinavit illis *k*.

Ecclesiam destructam

i

restaurat Eva Comitissa.

k

ANNOTATA.

a S. Wandregisilus, *alias* Wando, *seu* Wandus, *colitur* 22 *Iulii.*

b *In Actis illius secundis, pater ejus* Walchisus, *dicitur* extitisse consobrinus Pipini. *Hujus Vitam & nobilitatem illustravimus ad diem* 21 *Februarii.*

c *Monasterium duplex assignari potest, aliud in loco qui dicitur* Mons-Falconis, *vulgo* Montfaucon, *in diœcesi Virdunensi, cujus incolas Hincmarus in Capitulis cap.* 1 Canonicos monasterii *appellat, & auctorem Baldericum facit Flodoardus, lib.* 4 *Hist. Remensis cap.* 39. *Aliud* ultra saltum Jurensem, vocabulo Romani dictũ *est, à S. Romano monasterii fundatore, cujus Acta dedimus* 28 *Februarii. In hoc dicitur* S. Wandregisilus *decem annis moratus, quando videtur ad eum* S. Godo *venisse. Nam eo in loco fuit S. Wandregisilus recreatus Angelica visione, de qua hîc agitur ex ipsa ejus Vita.*

F

d Erchinoaldus, *Præfectus palatii Chlodouei II, filii Dagoberti I, consanguineus ex materna origine* SS. Wandegisili & Godonis. *Cujus adjutorio cœpit monasterium Fontanellense construi anno ejus* XI, *Christi* 648, *uti docuimus* 14 *Aprilis ad Vitam S. Lanberti, successoris S. Wandregisili.*

e S. Vitalianus *colitur* XXVII *Ianuarii, quando ostendimus eum sedisse ab anno* 656 *usque ad annum* 671.

f *S. Audœnus, sedit ab anno* 3 *Chlodovei Regis, seu Christi* 640, *usque ad annum* 673, *quo mortuus est* 24 *Augusti.*

Augia, *vulgo* Oye, *in diœcesi Trecensi, duabus leucis ultra Sezanam oppidum prope Fluviolum Morinum, nunc ab ejus nomine* S. Gand *appellatur. Meminit hujus fundationis Albericus in Chronico ad an.* 676.

h *Fuit ecclesia cum monasterio,* S. Petri in Oye *dicta;*

A i *Hic videtur aliquis ex Normannis fuisse, qui seculo 9 has ditiones vastarunt.*

k *Addit Des-Guerrois, Corpus* S. Godonis *fuisse cum magna veneratione depositum in alto loco, post majus altare.*

MIRACULA

Ex Gallico Nicolai Des-Guerrois.

9 CUm S. Godo apud Augiam degeret, exigentibus peccatis populorum, magna ex pestilenti aëre exorta est mortalitas, & alii ardenti febre, alii morbo caduco, alii morbis aliis contagiosis extinguebantur. Tunc varii ad S. Godonem confugerunt, quos ille benigne excepit, & ægrorum alios benedicto oleo ungebat, alios signo salutiferæ Crucis notabat, & ita sanos ad suas ædes remittebat. Adducti etiam cæci, quibus in via virtutum instructis reddidit visum. Feminas etiam, quarum pectora morbus cancer exedebat, signo Crucis liberavit. Varios etiam infantes ægros, à parentibus delatos, sua benedictione & nomine Jesu invocato, sanavit.

Sanitas multis à vivente collata,

10 Perseveravit memoria miraculorum ejus apud posteros, maxime quod ejus adhuc viventis meritis fuisset pestilens mortalitas sublata. Quare cum post restauratam ecclesiam & monasterium, ita rursum peccatis hominum exigentibus, recurrisset ejusdem afflictio mali, & homines tanta multitudine interirent; ut absque ullis exequiis plura corpora in eamdem fossam abjicerentur; cum publico voto ad S. Godonem omnes confugerunt, ac desiderarunt die Veneris sancto in Parasceve sacras ejus Reliquias solenni processione circumferri. Sed ea devotio translata fuit in feriam secundam Paschatis, quando accurrente ex vicinis locis magna hominum multitudine, ea processio summa cum devotione omnium & piis lacrymis peracta est, secutaque ex voto desiderata liberatio, cessante mortalitate, ut vix ulli dicto anno è vita migrarent. *Addit Des-Guerrois, ex ore Allementi Prioris*, quod nemo meminerit quemquã contagioso morbo in dicto monasterio fuisse afflatum, licet eo accurrant peste & aliis contagiosis morbis laborantes, quibus conferuntur Sacramenta Pœnitentiæ & sacrosanctæ Eucharistiæ; quod Monachi meritis S. Godonis attribuunt.

D *mortalitas sublata:*

ab eaq; servati Monachi.

DE SANCTO BOBOLINO

G. H. *EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.*

Sylloge de cultu & ætate Sancti: recentiora Elogia.

CIRCA DCCXVIII

Cultus sacer.

Tempus Sedis.

DUo fuerunt inter *Episcopos Viennenses* Bobolini *appellati, ambo Sanctis annumerati. Horum primus,* Bobo *etiam dictus, colitur* XIV *Iunii, at secundus hoc* XXVI *Maji; quo die ejus veneratio prascribitur in Breviario Viennensi anno* MDXXII *excuso, & Officium Ecclesiasticum desumitur ex Communi Confessoris Pontificis, cum Oratione,* Da quæsumus. *Tempus Sedis indicatur ab Adone, cum decessore & successore, & bellis tunc in Gallia gestis, hoc modo.* Chilpericus Rex & Ragamfridus

C Eudonem Ducem in adjutorium expetunt: contra quos Carolus *Martellus* intrepidus pergit. Eudo Parisios fugiendo pervenit. Chilpericus thesauris sublatis trans Ligerim in Aquitaniam se eripuit. Chlotharius Rex, *scilicet Austrasiorum*, eo anno mortuus est. *Is est Christi* DCCXVIII. *His positis subjungitur:* Post Eoldum Episcopum Bobolinus Viennensis Episcopus successit. Huic Ostrebertus vir strenuus & nobilis Episcopus succedit. *Ex his* Eoldus (*aliis* Euoldus & Eoaldus) *colitur* VII *Iulii*, & Ostrebertus (*aliis* Austrebertus) V *Iunii. Huic scripsit Epistolam Gregorius Papa II, datam pridie Kalendas Septembris anno tertio Leonis Isaurici, ergo anno Christi* DCCXIX: *proinde ante istum annum* S. Bobolinus *ad cælestem vitam migrarat. Ioannes à Bosco in Antiquitatibus Viennensibus ait,* S. Babolinum Viennæ Episcopum præfuisse Leone Imperatore & Dagoberto Rege. *Est hic Dagobertus III, qui puer & juvenculus mortuus est anno* DCCXV, *quo tempore Leo Isauricus necdum erat Imperator, creatus* XXV *Martii anno* DCCXVII. *Potuit tamen* S. Bobolinus *sub utroque floruisse in sua dignitate Episcopali.*

2 *Acta desunt. In Ms. Martyrologio Viennensis Ecclesia, quod accepimus renovatum studio & labore Ioannis Lievrai, hoc elogium continetur:* Viennæ natalis S. Bobolini Confessoris & Archiepiscopi XLII. Hic regens Ecclesiam suam sub Dagoberto II Francorum Rege, imperante Leone II Isaurico hæretico, tandem post labores & sudores innumeros, illustris miraculis, mortem cum vita commutavit, conditus in Ecclesia sua metropolitana. *Saussajus, in Supplemento Martyrologii Gallicani, hoc ei concinnavit Encomium:* Viennæ depositio S. Bobolini, illius urbis metropolicæ Epi-

F scopi & Confessoris, nomine secundi, qui tempore Dagoberti Regis sedens, animas sibi creditas, cælestis quam gerebat in terra vitæ exemplis, informavit; stratoque per pura vestigia ad felicitatem æternam tramite, excedens è palæstra virtutis & pastoralis vigilantiæ cura, in confessum gloriæ candidatorum assumptus est. *Hac Saussajus, quæ de omni Sancto Episcopo dici possunt. Memoria ejusdem inscripta est Ferrarii Catalogo generali Sanctorum, item Catalogo Episcoporum Viennensium collecto à Demochare, Ioanne Chenu, Claudio Roberto, Sammarthanis, & Ioanne Lievræo. At Nicolaus Chorier in Archiepiscopis Viennensibus, edito to. 1 Status Politicis Delphinatus Cap.* XI, *omittit hunc* Secundũ Bobolinũ: *ac* primum Bobolinum *seu* Bobonem *asserit* hoc XXVI Maji mortuum, quem diem *addit* ei consecratum esse in Ecclesia Viennensi. *Sed ea de* secundo Bobolino *accipienda sunt, cum alter colatur* XIV *Iunii.*

Elogium Lievrai,

& Saussaji.

DE

DE S. BERENGARIO MONACHO

IN VRBE S. PAPVLI IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. G. H.

De ejus ætate, & Flavio Anſelmo Vitæ ſcriptore.

ANNO MXCIII. *In monaſterio S. Papuli,*

Inter viros Apoſtolicos, qui Gallias allato fidei lumine illuſtrarunt, cenſetur, S. Papulus, *Sacerdos & Martyr, aſſecla S. Saturnini, primi Toloſatum Epiſcopi, habitus; ut latius ad illius natalem diem tertium Novembris dicendum. Sub hujus* S. Papuli *nomine extat vetus monaſterium, quod tempore Pippini Regis conſtructum ferunt. Monaſterio paulatim accrevit urbs, in Sedem Epiſcopalem erecta anno* MCCCXVII *à Ioanne XXII Papa, cujus erectionis Bullam ediderunt Sammarthani. Eſt ea in ditione Occitaniæ ſeu Languedocii Auracienſi, diſita Toloſâ novem leucis verſus Eurum. In iſto* S. Papuli *monaſterio ſeculo undecimo floruit* S. Berengarius, *mortuus die* XXVI *Maji, ipſo Aſcenſionis feſto, non anno nonageſimo ſecundo poſt milleſimum, ut paſſim Acta habent; ſed proxime ſequenti, anno* MXCIII; *quando cyclo Lunæ XI, Solis X, & littera Dominicali D, Paſcha celebratum fuit* XVII *Aprilis, & conſequenter feſtum Aſcenſionis dicto die* XXVI *Maji; cum anno præcedente habente litteras Dominicales D C, cyclo Lunæ X, Solis IX, Paſcha fuerit celebratum* XXVIII *Martii, adeoque Aſcenſionis feſtum* VI *Maji.*

B

S. Berengarius obiit 26 Maji die Aſcenſionis.

2 *Acta conſcripſit* Flavius Anſelmus, Beccenſis Monachus, *qui quæ ſcripſit ex ore teſtium oculatorũ videtur habuiſſe. Apud Menardum libro 2 Obſervationum ad hunc* XXVI *Maji dicitur*, videri eſſe S. Anſelmus Cantuarienſis, qui ſuperſtes fuit S. Berengario. *Verum id minus probamus. Dedimus illius Acta ad diem* XXI *Aprilis: qui quidem (ut ibidem diximus) factus eſt Monachus Beccenſis anno* MLX, *dein Prior ab anno* MLXIII, *& Abbas ab anno* MLXXVIII, *denique deſignatus Archiepiſcopus Cantuarienſis, ipſo quo S. Berengarius mortuus eſt anno* MXCIII, *& in ea dignitate vixit uſque ad annum* MCIX: *verum hic nuſquam legitur appellatus* Flavius Anſelmus, *neque jam Archiepiſcopus veniſſe fertur ad monaſterium S. Papuli: nec ſe tunc ſcripſiſſet* Beccenſem Monachum, *ſed* Archiepiſcopum Cantuarienſem, *aut* ſervum Eccleſiæ Cantuarienſis, *ut alibi fecit.*

Acta ſcripta à Flavio Anſelmo:

alio à Cantuarienſi.

C

3 *Vtinam vero ab illo qualicumque Flavio Anſelmo conſcripta Vita integra haberetur! quæ enim habentur, ea veremur ne ſint tantum Vitæ amplioris compendia, quorum unum hic dandum continetur in Actis Toloſanorum, à Nicolao Bertrando Iuriſconſulto fol.* XLV, *ſed ſolum uſque ad miracula; cum his autem nobis idem Toloſæ deſcriptum eſt ex libro tertio manuſcripto Sanctoralis Bernardi Guidonis, ex Ordine Prædicatorum Epiſcopi Lodevenſis. ex quo etiam deſcripta nobis fuerunt* Acta S. Papuli Martyris, quæ ſcripſit Flavius Anſelmus Beccenſis Monachus, *in* quodam ſermone. *Similiter hujus Vitæ Titulus notatur:* S. Berengarii Monachi & Confeſſoris monaſterii S. Papuli ex geſtis ejus, quæ conſcripſit Flavius Anſelmus Beccenſis Monachus, cujus feſtivitas celebratur VII Kalendas Junii. *Aliud compendium, ex Schedis Odonis Giſſæi, Toloſa etiam ad nos miſit Petrus Poſſinus, æque ac alter Societatis Ieſu Sacerdos, æque ſcriptis claras. Integrum id excudit Menardus in dicto libro 2 Obſervationum Martyrologii ſui Benedictini, cui ad hunc diem inſcripſit* S. Berengarium. *Addiditque hoc compendium in Lectiones, ad Matutinum recitari ſolitas, fuiſſe digeſtum. In eo aliqua continentur omiſſa ab altero, quæ à nobis ſuo loco adduntur; & vice verſa, aliqua magis contracta inveniuntur. Bucelinus ex Menardo aliquod Elogium concinnavit ad hunc* XXVI *Maji, quod ſuo Menologio inſcripſit. Sauſſayus etiam in ſupplemento Martyrologii Gallicani eumdem celebrat, & auctorem Vitæ cenſet S. Anſelmum Archiepiſcopum Cantuarienſem; quod rejecimus ex ſenſu Bernardi Epiſcopi Lodevenſis, cujus ipſe interim collectionem allegat.*

Horũ compendia, in Mſs.

4 *His ſic digeſtis, accipimus, curante præmemorato Petro Poſſino, ex Archivo S. Papuli deſcriptum, atque à Canonicis ſex & Vicario generali D. Pamés rite ſubſignatum, Commentariolum de Sanctis & mirabilibus eccleſiæ & diœceſis S. Papuli: cujus Auctor in progreſſu agens de Provillianenſi Virginum Monaſterio, per S. Dominicum inſtituto, ſic loquitur*: Ego Petrus, indignus S. Papuli Epiſcopus, earum puritatem & merita frequenter expertus, teſtimonium perhibeo, coram Deo & univerſo mundo, ceſſante adulatione, pro filiabus cariſſimis dandum. *Nullus iſtic fuit Epiſcopus* Petrus *(ſecundum Sammarthanos, & miſſum nobis Ms. Catalogum) ante annum* MCCCLXXV; *nec quiſquam poſt annum* MCCCCXII. *Inter hos annos duo ejuſdem nominis & cognominis* du Cros *fuerunt, quos* germanos *vocant Sammarthani, credo patruum & nepotem: nam Fratres, eodem nomine & cognomine, quis dixerit? Prior ex Ordine Cluniacenſi aſſumptus, & Clementis VII Antipapæ Camerarius etiam Cardinalis illius fuit: ſecundo ſedente*, Epiſcopatus documenta & tabularia per Burgundiones fuere diſperdita ac expilata; *quam ei cauſam fuiſſe exiſtimo dictum Commentariolum concinnandi: ſed quod ex eo notare poſſim nihil præter errores invenio. Primo enim* ſub Abbate Raymundo profeſſus *Berengarius dicitur: quia nempe Vita per Anſelmum ſcripta*, Raymundo Abbati *inſcripta fuerat. Deinde mortuus Sanctus notatur.* Anno Domini 1392, Maji ultimo, media nocte Aſcenſionis Dominicæ, Philippo Rege illuſtri Franciæ regnante. *A tali principio & fine quid boni quis ſperet? Vt autem librariis imputes annum 1392 ſcriptum pro 1092: quid facies* ultimo Maji *die? in quem Aſcenſio cadere non poteſt, niſi cum celebratum fuerit Paſcha die* XXII *Aprilis. Hoc vero ante mutationem regiminis, factam anno* MCCCXVII, *bis tantum contigit ſeculo* XI *ac* XII, *videlicet anno* MXLIV, *&* MCXXVIII; *ſeculo autem* XIII, *etiam bis, videlicet* MCCVII *&* MCCXCI, *ac rurſum anno* MCCCII, *neque poſtea niſi ipſo anno quo primus Petrus Sedem obtinuit.*

Vltimum à Petro Epiſcopo ſcriptũ circa annum 1400 E

non ſine mendis.

F

VI.

VITA

Auctore Flavio Anſelmo Monacho Beccenſi.

Ex Lectionibus propriæ Eccleſiæ, lib. 3 Sanctoralis Bernardi Guidonis, & Geſtis Toloſanorum Nicolai Bertrandi.

Prolo-gus.

a REverendiſſimo Domino & Patri *a* Raymundo, S. Papuli Abbati, Flavius Anſelmus Monachus Beccenſis, de hac convalle miſeriarum conſcendere ad populum accinctum noſtrum. Cum ad monaſterium veſtrum forte veniſſem, & à vobis officioſiſſime exceptus fuiſſem; hoc onus mihi imponere voluiſtis, ut viri venerabilis ac Deo digni Berengarii vitam, nec non & miracula ſcriberem; quatenus & præſentes & poſteri cognoſcerent, qualis quantuſque vir fuerit dum vixit, & poſt tranſitum qua miraculorum gloria effulſit. Suſ-

B cepi igitur onus impoſitum à vobis, & juxta quod accepi à quam plurimis viris, qui quod dixerunt oculis conſpexerunt, memoriæ litterarum contradere

b *b* curavi.

c 2 Vir Vitæ venerabilis *c* Berengarius in territo-

Ab adoleſcentia Sanctus, rio Toloſano extitit oriundus, ex nobilioribus paren-

d tibus ſecundum ſeculi dignitatem. Pater ejus Bernardus, mater vero Hilloardis dicebantur *d*. Qui cum eſſet adhuc infantulus, cœpit bonis moribus præpollere. Fuit enim corde placidus, ſuavis eloquio, ita ut vix vocaret quemquam niſi aut filium Dei aut filiam Dei; innocens, verbo aut opere nul-

e lum lædens, ſimplex & humilis corde *e*. Hic ergo e-

Monachus duro ſubit: lectus à Domino, relictis omnibus ut Chriſtum pauperem ſecurius ſequeretur, Religionis ſumpſit habitum monachalem in cœnobio S. Papuli, diœceſis Toloſanæ, ſub regula B. Benedicti Chriſto Domino ſerviturus; in virtutibus & bonis operibus aſſidue proficiens, & corpus ſuum cum concupiſcentiis in timore Domini crucifigens. Vix enim unquam poſtea jacuit in lecto, videlicet eo dimiſſo ſuper nudam terram, capiti ſuo ſupponens ſi quem lapidem inveniſſet (inſtar Patriarchæ Jacob, qui in itinere cum obdormiſſet lapidem ſuppoſuit capiti ſuo, vi-

C ditque in ſomnis Angelos aſcendentes & deſcendentes) jacebatque veſtitus, corpuſculum ſuum à deliciis & mollitie retrahens ut ſpiritui ſubjugaret. Si quando vero juſſu Abbatis alicubi pergeret, numquam ſuper equum aut aſinum inſidebat, quamobrem parentes ejus verecundabantur: ipſe vero ex hoc gloriabatur. Abbati quoque & Fratribus in om-

varia munia obit. nibus obediens erat: unde ordinatione & juſſu Abbatis fuit magiſter puerorum, deinde eleemoſynarius, poſtremo operis monaſterii cuſtos fuit. Ubi cum populum admoneret, ut ſe ab illicitis abſtineret, avide & libenter ab omnibus audiebatur, ac ſi ejus Angelus loqueretur: quod enim docebat verbo, monſtrabat opere & exemplo.

Sequitur de miraculis ejus.

Sterili prolem impetrat, 3 CUidam mulieri ſterili, uxori cujuſdam Militis, compatiens animo pietatis, & pro ipſa ad Deum preces fundens, prolem à Domino ſuis meritis & ſanctis orationibus impetravit. Factum eſt autem, & tempus impletum eſt pariendi: naſcitur filius, & in baptiſmo Berengarius nominatur.

4 Quodam vero die, cum ad ripam fluminis cum quodam famulo ſuo adeſſet; conſpiciunt in flumine piſcem magnum. Tunc vir ſanctus, ludendo & quaſi optando, dixiſſe fertur, Deus! quam bonus eſſet piſcis iſte ad edendum! Ad hanc ejus vocem piſcis ex aqua in terram proſiliit ad pedes Sancti. Cumque famulus ejus, qui cum ipſo erat, voluiſſet piſcem accipere; Sanctus, pietate & ſimplicitate ſolita motus, prohibuit, & in aquam redire conceſſit, & ſocio ſuo interdixit ne cuiquam hoc manifeſtaret quamdiu ipſe in corpore maneret. Factum eſt autem poſt ejus tranſitum de hoc mundo, cum ad ejus ſepulcrum crebra fierent miracula, tunc iſtud compertum eſt ejus ſocio referente.

D *offerentem ſe piſcem remittit in aquam.*

5 Dumque dies ſuos oppleviſſet in bono, reſta-

Poſt longum morbum obit an. 1093 bat ut conſummarentur in gloria anni ejus. Die igitur in *f* Cœna Domini ante Pareſceven, apud f *g* Caſtrum Lautretum pro neceſſitatibus ſui mona- g

ſterii conſiſtens, corporis moleſtia comprehenditur, & ad monaſterium cito revertitur, ut in conſpectu Fratrum ſanctum Deo redderet ſpiritum. Detinetur itaque uſque ad Aſcenſionem Dominicam illa corporis ſui infirmitate, & decoquitur & mundatur ſicut aurum in fornace, ut mundus & purus exeat à ſeculo. Cumque prope eſſet ut ſpiritus

E reverteretur ad Deum qui fecit illum, poſt confeſſionem & abſolutionem ſi qua forte commiſerat peccatorum, Corporis & Sanguinis Chriſti communione percepta; erectis ſurſum oculis hoc dixiſſe fertur: Domine Deus, quam magnis oculis me aſpicis? Poſt quæ verba ſancta illa anima carne ſoluta eſt. Tranſiit autem ex hoc mundo benedicens Dominum Berengarius, ipſa nocte Dominicæ Aſcenſionis, ſeptimo Kalendas Junii, anno ab Incarnatione Domini *h* MLXXXXIII, Pontificatum Roma- h

næ urbis tenente Papa *i* Urbano, Francorum Rege i

k Philippo. Sepultum eſt autem corpus ejus prope k

miraculis claret: introitum eccleſiæ honorifice, ut decebat. Sed quia furto auferri corpus ipſius timebatur, tumulus ejus muro eſt circumdatus, & infra eccleſiam redactus: ubi frequens eſt concurſus populorum, ob multitudinem miraculorum, quæ ibi divina pietas meritis S. Berengarii dignata eſt oſtendere, de quibus pauca de pluribus adſcribuntur *l*.

l

Sanantur febri laborans, 6 Diaconus quidam, nomine Pontius, acuta febri excruciabatur: venit ad tumulum S. Berengarii, vovitque ſe ei cereum oblaturum, ſi ejus beneficio ſanitatem conſequeretur: & paululum obdormiens, experrectus ſe febris ardore levatum animad-

F vertit: ſed voti immemor cereum non obtulit: ſed iterum febris eum invaſit. Statim ille errati pœnitens, accepto cereo ad tumulum viri Dei ſe contulit: ibique obvolutus tota nocte in oratione perſeveravit, cereo ardente: qui, etſi tumulus adhuc ſub dio eſſet, nulla ventorum vi extingui potuit. Sicque Diaconus ille incolumis diſceſſit. Quædam mulier mente capta, obvios quoſque lapidi-

& amens: bus impetebat; ſæpe nuda, omni pudore muliebri abjecto, curſitabat: ſibilabat ut ſerpens, grunniebat ut porcus, latrabat ut canis. Ad tumulum S. Berengarii à fratre deducta, cum ibi paucos dies & noctes conſtitiſſet, animi compos facta ad ſanitatem rediit.

caci illuminantur, 7 Altera quædam mulier, orta ex territorio Albienſi, quæ duobus annis viſum perdiderat, ad S. Berengarii tumulum veniens, cum ibi in orationibus pernoctaſſet, viſum recepit; & ſic gaudens & clare videns ad propria remeavit. Gaubertus quidam, Narbonenſis civitatis accola, cum & ipſe multo tempore cæcus eſſet, ad S. Berengarii tumulum venire diſponens, candelam jam emerat quam deferret. Videns autem Deus fidem viri, priuſquam adveniſſet

&

A & antequam Sancti tumulum vidiſſet, lumen recepit. Ille vero non ingratus, pervenit ad tumulum, Deo & S. Berengario laudes & gratias redditurus, & quæ ſibi contigerant enarraturus: ac deinceps limina benefactoris ſui annis ſingulis viſitavit.

captivi liberantur.

8 Duo homines in diverſis partibus, cum capti eſſent, & tenerentur in vinculis ferreis alligati, S. Berengarium, ut eos liberaret, humiliter implorabant: quibus Sanctus apparuit, dicens eis: Ite ad locum ſepulturæ meæ, quia liberi facti eſtis. Et ſtatim ipſorum vincula ſunt confracta: quę ſecum accipientes, venerunt ſicut eis juſſum fuerat ad ſanctam ſepulturam, Deo & Sancto agentes gratias, ut debebant: catenæ vero ante ſepulturam appenſæ ſunt, in teſtimonium rei geſtæ.

alius cæcus deſperabundus illuminatur.

9 Quidam cæcus, audita S. Berengarii fama, de longinquo ad eum properavit, ut lumen recipere mereretur. Veniens igitur ad ſepulturam Sancti, aliquantos ibi peregit dies: & cum non cito deſiderium compleretur, cœpit quaſi infideli mente agitari, & cum ira percutere baculo quo ſuſtentabatur tumulum Sancti, & dicere; Tu Sanctus es? &; Tu Sanctus numquam fuiſti vel eris, nec miracula unquam feciſti. Falſus eſt rumor, non eſt vera fama, quæ diſperſa de te cucurrit: ſine cauſa ut ſtultus huc ad te veni, jam hinc diſcedam. Hæc & ſimilia blaſphemando increpitans, recedebat indignans. Cumque non longe proceſſiſſet, ventus vehemens verberavit vultum & oculos ejus, & cœpit omnia clare videre. Qui mox intelligens cujus hoc eſſet opus, reverſus quantocius ad tumulum Sancti, egit pœnitentiam, quod male de illo ſenſiſſet & male locutus fuiſſet; & egit gratias, quod bona ei pro malis reddidiſſet.

B

contractus ſanatur.

10 Adductus eſt quidam homo ſuper aſinum, contractus & membrorum ſuorum officio deſtitutus, ad tumulum Berengarii: qui cum eſſet ante ſacrum corpus, protinus erectus ſtetit ſupra pedes ſuos: & currens ad Monachos ipſius monaſterii, qui tunc cujuſdam defuncti exequias celebrabant, in ſtuporem & admirationem convertit corda ipſorum; dum currentem cernerent, quem prius impotentem viderant & contractum. Pauliſperque exequiis intermiſſis, pulſatis companis in laudem Dei, Te Deum Laudamus intonant alta voce.

varia miracula patramur.

11 Quadam nocte Dominica, dum Fratres more ſolito illius ſacræ noctis vigilias celebrarent, & copioſus populus conveniſſet, tam crebro in diverſis perſonis in eadem nocte, S. Berengarii meritis, miracula ſunt patrata, ut quinque vicibus in illis matutinis laudibus Te Deum Laudamus cantaverint ſucceſſive, cum pulſatione campanarum, ſicut moris erat ibidem fieri pro ſingulis miraculis divinitus perpetratis. Multa quidem & alia miracula operatus eſt Deus per S. Berengarium, dum adhuc viveret in corpore mortali, & poſtquam ad cælos migravit à ſeculo, ubi vivit in Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

AUCT. FL. ANSELM. EX MS.

ANNOTATA.

a *Deeſt Prologus in Sanctorali Bernardi Guidonis & Actis Toloſanorum. Si tempus hujus* Raimundi *ſciretur, ſtatuendum inde eſſet de ſcriptoris ætate: ſed multa diligentia adhibita nihil potuit de Abbatibus iſtius monaſterii inveniri, præter nomen Bernardi, facti de Abbate primi iſtic Epiſcopi.*

b *Ita corrigendum cenſet Menardus, licet Ms. habeat* curaverunt: *erratum ſane hic à librario fuiſſe, occaſione vocis* conſpexerunt, *ſuadet defectus conjunctionis &, quæ alias foret neceſſaria: quod tamen dum plane certum non eſt, manet incerta ætas auctoris.*

c *Idem compendium*, Sanctus Berengarius.

d *Idem*: A teneris unguiculis ſpecimen futuræ ſanctitatis edere cœpit. Mitis erat ingenio, eloquio ſuavi *&c.* E

e *Idem interponit*: Summæ fuit caſtimoniæ, & toto vitæ decurſu virgo permanſit. *Acta Toloſatium ad verbum conveniunt cum textu Bernardi Guidonis, niſi quod in illis dicatur* habitum ſuſcepiſſe monachalem ſub Abbate Raymundo: *hoc autem veremur ne ſolum ideo additum ſit, quia huic dicata inveniebatur Vita.*

f *Die 14 Aprilis anni ſcilicet* 1093.

g *Idem Comp.* in quodam Caſtello, Lauticam dicto, exiſtens, *ubi forte legendum* Lautricum. *Eſt autem* Lautrec *oppidum Occitaniæ in diœceſi Caſtrenſi, quinque vel ſex leucis in Boream diſtans ab urbe S. Papuli.*

h *Deerat in Mss. unitas, omiſſa librarii antiquioris errore facili, & à tranſcribentibus inobſervato, quod ſupplere malui quam offendiculum relinquere.*

i *Hic eſt* Urbanus II, *qui ſedit à 12 Martii anni* 1088, *uſque ad æſtatem anni* 1099, *quo deceſſit.*

k *Hic eſt* Philippus I, *qui regnavit ab anno* 1060 *uſque ad anno* 1108.

l *Hæc duo miracula deſunt apud Bernardum Guidonem.*

DE SS. GUINIZONE ET JANUARIO

MONACHIS CASINENSIBVS.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. G. H.

Eorum laus in Dialogis Deſiderii Ab. Vita à Petro Diac. ſcripta, Reliquiæ.

CIRCA AN. ML.

Memoria in Dialogis Deſiderii Abb. dein Victoris III Papæ.

Loruerunt hi duo ſancti Monachi ſeculo Chriſti undecimo, circa annum milleſimum & quinquageſimum aut paulo ſerius vita functi. Dein in eodem monaſterio Deſiderius Abbas creatus, illud rexit ab anno MLVIII *ad annum uſque* MLXXXVII, *quo mortuus eſt; cum in Pontificem ſummum electus, & Victor tertius appellatus, in ea dignitate vixiſſet poſt ſuam electionem anno uno, menſibus tribus, & diebus quatuor ac viginti. Hic conſcripſit libros tres Dialogorum, quos nobis ex codice Ms. Romano curavimus deſcribi, ſed poſtea accepimus etiam typis Romanis editos à Ioanne Baptiſta Maro Canonico S. Angeli in Piſcina. Secundum hanc editionem libro Dialogorum primo pagina* 20, *prima extat memoria prænominatorum Sanctorum Monachorum his verbis:* Alius quoque vir venerabilis vitæ, Guinizo nomine, mente & habitu Monachus fuit; qui ex ulteriori Hiſpania noſtrum ad cœnobium veniens, in hac vicina ſilva non parvo tempore, vitam ſolitariam duxit, ibique in omnipotentis Domini noſtri ſervitio vitam finivit. De quo venerabili viro Joannes Abbas monaſterii S. Vincentii, ſiti juxta ortum Vulturni amnis, qui

AUCTORE G. H. qui ei familiariſſimus fuit, multa miranda mihi, cum adhuc in noſtro monaſterio Præpoſituræ curam gereret, referre ſolitus erat. Cujus diſcipulus, Januarius nomine, magnæ obedientiæ magnæque abſtinentiæ Monachus exſtitit. *Ac dein narrat Ianuarii miraculum de candente ferro, nuda manu è terra ad incudem portato, uti infra in Vita deſcribitur num.* 10. *Rurſus pagina* 24 *idem Deſiderius iſta ſcribit*: Ea quoque, quæ de hoc egregio viro, videlicet Guinizone, Joannes religioſus Monachus, qui in vicina ſilva ſub anachoretica diſciplina ſolitarius commoratur, ſolitus eſt referre, dignum duxi huic noſtro aſſociare libello, *ſcilicet, quod in Vita narratur num.* 12 *circa ejus obitum Beneventi cuidam Monacho revelatum. Ita etiam, quæ apud Deſiderium de viſione tormentorum, Pandulpho Principi poſt obitum illatorum, referuntur pag.* 41, *in eadem Vita narrantur num.* 9.

Vita datur ex Mss. auctore Diacono Caſinenſi.

2 *Ipſa Acta damus ex Petri Diaconi Caſinenſis libro, qui inſcribitur* Ortus & vita juſtorum ſacri cœnobii Caſinenſis, *qui liber in ſuo autographo manuſcripto antiquis ac difficillimis litteris Longobardicis in pergameno, in eodem monaſterio ſub arctiſſima cuſtodia aſſervatur: habemus autē ipsū inde deſcriptum, ubi capite nono indicatur Vita S. Placidi, & capite* XXV *late deducitur Vita S. Apollinaris Abbatis, quorum infra in Prologo Petrus facit mentionem: ac poſtea capite* XXIX *ſequitur hic titulus*: Incipit Prologus Petri Diaconi in Vitam ſancti Guinizonis Patris noſtri; *itàque paſſim titulo* Sancti & Confeſſoris almiflui *honoratur. Similiter &* Guinizonis *diſcipulus* Januarius *ab eodē ſæpius* Sanctus *appellatur: & ambo* in eadē eccleſia ſepulti ſunt, ad quorū merita declaranda Chriſtus mira patrare *dicitur in fine horum Actorum. Eſt autem ea Vita poſt annum* MC *ſcripta. Idem Petrus Diaconus ſcripſit opuſculum de Viris illuſtribus Caſinenſibus etiam à memorato Ioanne Baptiſta Maro Romæ vulgatum: præterea ad Chronicon Caſinenſe, à Leone Oſtienſi ſcriptum, adjecit librum quartum, & tertium ipſe ſupplevit. In hoc ſupplemento capite* XLVII *deſcribitur miraculum* S. Guinizonis, *in eccleſia concluſi, & ab Angelo januis clauſis educti, quod infra num.* 6 *continetur. Quo miraculo narrato addit*: Hujus autem Viri geſta magnifica, diſcipulique ejus miracula, ſi quis plenius noſſe deſiderat, textum vitæ ejus, à nobis ante hoc ferme ſeptennium exaratum, relegat.

Reliquiæ Caſini obſervatæ.

3 *Ad hunc Chronici Caſinenſis locum annotat Angelus de Nuce Abbas Caſinenſis* S. Guinizonis *ſeu* Winizonis, & S. Januarii ſacras exuvias, venerationi expoſitas conſervari Caſini, & diem feſtum in faſtis Benedictinis relatum XXVI Maii; *ſcilicet apud Wionem, Dorganium, Menardum, Bucelinum, qui dolet ſibi, quam damus, Vitam non fuiſſe viſam. Meminit etiam* S. Guinizonis *Philippus Ferrarius in Catalogo generali, arbitratus eum* è vita migraſſe circa annum MLXXVI. *Verum tunc Deſiderius ſe aſſereret teſtem oculatum, cum ab anno* MLVIII *Abbas Caſini vixerit. Merebatur autem S. Guinizo,* ulteriore Hiſpania ortus, *etiam in Hiſpanico Martyrologio locum: ſed factum bene quod id ignoraverint Dextrinarum fabularum figuli, multis alioqui ineptiis obſcraturi nomen ejus, uti fecerunt circa infinitos alios, quos vel eminus ad Hiſpaniam pertinere cognoverunt.*

Caffarellus Generalis ornaturus Baſilicam Caſinenſem

4 *Marcus Antonius Scipio Placentinus, qui anno* MDCXXX *Neapoli evulgavit Elogia Abbatum ſacri Monaſterii Caſinenſis; inter res præclare geſtas à Reverendiſs. Patre D. Simplicio Caffarello, Congregationis Caſinenſis Generali Præſidi, cum ſcribebatur & imprimebatur liber*; Caſinatem, *inquit*, Baſilicam magnifice prorſus atque inſigniter illuſtrans, ſanctuarium tres circiter palmos depreſſit, ad eam altitudinem, qua olim à Deſiderio Abbate conſtructum fuerat. Aram maximam variis ſpectandiſque marmoribus, & pretioſis lapidibus miro artificio inſertis conveſtivit; Marmoreis cancellis, ad eximiam ſpeciem, Sanctuarium ambientibus, hujus vero pavimentum varii coloris marmore conſtravit. *Ita hæc eadem & alia plura invenimus ipſi anno* MDCLXI: *ad rem autem præſentem potiſſimum facit, quod, poſt alia quædam interjecta, ſic exponitur*: Illud præterea ſingularis à Deo beneficii promeruit, *idem ſcilicet Generalis Simplicius*, quod removendo altari & fodiendo Sanctuario intentus, Divorum corpora Conſtantini & Simplicii Abbatum; Carolomanni, Guinizonis ac Januarii Monachorum invenit. Quo eodem tempore cæleſte Numen ſervorum ſuorum ſanctitatem ac merita, multis atque illuſtribus prodigiis, teſtatam voluit; uti luculenter apparet ex tabulis, in quas diligenter & ex fide ſunt relata. Guinizonis ac Januarii pretioſa pignora, in novo ſacello pereleganti, collocata ſunt, ê regione ſacelli clariſſimi Martyris Bertharii. *corpora invenit an.* 1617 ê

5 *Ex prænominatis* Carlomannus, *nomen inſcriptum habet Menologio Benedictino Bucelini ad* XVII *Aug. non itē* Conſtantinus *&* Simplicius, *S. Patriarchæ Benedicti ſucceſſores in regimine immediati; non etiā hos ſecuti* Vitalis *&* Bonitus, *qui æque appellantur à Marco Antonio* Sancti. *Sed nullum uſpiam indicium adeſt ſpecialis honoris ipſis unquam habiti, ſicut duobus prioribus, quorum tamen præter nomina nihil retinet hiſtoria. Placet porro ex eodem Marco Antonio accipere Actiſque ſubnectere* Appendicem, *quam iſte Elogiis Abbatum ſubtexuit*, de ſacrorum pignorum inventione *facta anno* MDCXXVIII, *eorumque tranſlatione. Licet enim præcipua eorum, fuerint corpora* Sanctorum (*ut Caſini creditur*) Benedicti *atque* Scolaſticæ: *quia tamen horum dies nobis jam præterierunt, ibique de tali inventione aut nihil aut parum admodum dictum eſt, defectui ſupplendo opportunus eſt locus*, SS. Guinizonis & Januarii *memoriā referens. Interim optamus nanciſci Miraculorum, à Marco Antonio indicatorum, Tabulas, in ſupplemento Martii ad Acta* S. Benedicti *proferendas* *cujus rei hiſtoria datur.*

ACTA

Auctore Petro Diacono Caſinenſi

Ex Codice Ms. ipſius Monaſterii.

PROLOGUS.

Auctor ſumit ſcribenda Acta

GUinizonis eximii ortum obitumque deſcripturus, quem Redemptor omnium ceu fidus ſplendidiſſimum iſtis radiare fecit temporibus, cooperatorem adjutoremque invoco Spiritum ſanctum, qui revelat myſteria, & reſerat ſecreta inenarrabilia, qui eumdem Confeſſorem almificum eo potiſſimum tempore, quo diminutæ ſunt veritates à filiis hominum, ſanctusque defecit, in Caſinenſi fulgere fecit cœnobio: indignum ultra & impiiſſimum reputans, ſi tam inſignis cæleſtis curiæ Senatoris geſta in Caſinenſi tantum occultarentur archiſterio, & non potius ad laudem Jeſu Chriſti Imperatoris æterni, qualiter contra ſæviſsimum tyrannum infatigabili lacerto pugnaverit, ejuſque proterviam calcans devicerit, ad omnium ædificationem Monachorum eccleſiis Chriſti, quæ per totum Romani Imperii orbem conſtructæ ſunt, deſtinare. Ad hoc nempe non meæ induſtriæ, ſed Ricardi ejuſdem Caſinenſi Archiſterii Reverendi Monachi ſum provocatus adhortatuſque imperio. Nam cum die quadam in eodem cœnobio de Sanctorum miraculis reproborumque loqueretur ſuppliciis, inter multa quæ tunc peroravit mœrere ſe fatebatur, quod tanti Confeſſoris obliterarentur miracula; & ut nomen ita & geſta illius mirifica, quibus præ omnibus ſui temporis hominibus reſplenduit enixius, diuturnitate temporum in conſpectu occultarentur mortalium; & eo præcipue tempore, cum Grammaticorum, Dialecticorum *rogatu Ricardi Monachi.*

A ticorum Rhetoricæque eminentiſſime ibidem vigerent ſcientiæ. Hæc igitur dum peroraſſet, noſtram exiguitatem flagitare cœpit, ut, quod in beatiſſimo Placido & Appollinario egeram, hoc in Guinizone facere non recuſarem. Tum ego; Cum tanti Confeſſoris miracula Fratribus narrentur ab omnibus, ac ſæpius ſæpiuſque relata ſint notiſſima, ejus exarare quid neceſſe eſt vitam? Nec me, inquit, latet, Ricardus, ſatis ejus patere miracula: ſed non te pigeat ejus inſigniſſimam apicibus mandare hiſtoriam, tam nobis quam poſteris generationibus profuturam. Attendendum eſt enim ac ſolicitius præcavendum, ne antiqui hoſtis verſutia nos in hac parte pertentet, qui vitas eorum qui Redemptori noſtro in iſto pla-
Cant.1,5: cuere cœnobio, deſcribere negligimus. Hinc etenim ſcriptura dicit: Filii matris meæ pugnaverunt adverſus me. Tunc nempe filii ſanctæ Eccleſiæ, adverſus matris ſuæ Eccleſiæ filios pugnant, cum eorum vitam peſtifero taciturnitatis turbine tegunt. Quid ex hoc acturus eris, qui exterorum miracula deſcripſiſti quam plurima, &
Luc.4,24. noſtrorũ audire faſtidiſti? Unde & Dominus ait: Nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua. Noſtræ enim taciturnitatis ſtoliditas ſapientibus mœſtitiam, & inſipientibus gaudium generat.
B Sed vereor ne illud nobis dicatur in ſupremo exami-
Iſai. 1,2. nis die: Filios genui & enutrivi, ipſi autem contemnentes ſpreverunt me: ille namque patrem ſuum ſpernit, qui fratrum ſuorum geſta mirifica apicibus mandare contemnit. Hoc autem ideo flagito, quia corpus illius ſacratiſſimum in noſtra quieſcit eccleſia, & ea quæ de eodem ſancto viro in libris Dialogorum ſuorum Victor Sedis Apoſtolicæ Pontifex retulit,
quia corpus quieſcit in eccleſia Caſini. nimis compendioſa, valdeque tranſcurſim videntur eſſe deſcripta. Hæc venerandus dum vir retuliſſet, exiguitatem inſcientiæ meæ poſtponens, ad hujuſce rei negotium animum impuli: & ad noſtri Redemptoris gloriam, ſanctiſſimi Confeſſoris Vitam ſcripturus, ſenſum aptavi; procul dubio ſciens, in narratione virtutum, & illi honorem debitum exhiberi, & audientibus plurimum utilitatis conferri. Nã (teſte Deo loquor) quæcumq; ſcripta ſunt ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt. Si qua vero [bona] in hoc opuſculo prudens forte lector invenerit, beneficio miſeri-
Rom. 5,4. cordis deputet Conditoris, à quo eſt omne datum optimum, omne donum pefectum. Lecturos interea ſuppliciter poſco, uti pro noſtris commiſſis Jeſum Chriſtum filium Dei Dominum noſtrum univerſalem exorent Pontificem, quatenus me à latrantium
C roſtris eripiens, ac in futuro juſti judicii die delictorum remiſſione conceſſa, ſit mihi præmium fugiſſe ſupplicium.

CAPUT I.

S. Guinizonis ortus, vita monaſtica & eremitica, oppreſſio monaſterii Caſinenſis. Illius illuſtre miraculum.

2 a b TEmpore igitur, quo ſereniſſimus Imperator *a* Henricus Romanum, *b* Baſilius autem Conſtantinopolitanum feliciter gubernabant
c Imperium, ſacerrimæque vitæ Benedictus *c*, moribus doctrinaque præcipuus, Apoſtolicæ ac univerſali præſidebat eccleſiæ; Guinizo Confeſſor almificus, apud Caſinum cœnobium ſole fulgidius claruit: vir plane mirabilis, ſanctitate conſpicuus, humilitate præcipuus, abſtinentia clarus, prophetiæ ſpiritu ſplendens, virtutum jubare coruſcus, & omni bonitate redimitus. Hic ulteriore Hiſpania ortus, tantam in ſe abſtinentiam, tantam ſectatus eſt pœniten-

am, ut liquidius jam à parentibus valeret agnoſci, non ad ſuæ hereditatis ſucceſſionem, ſed ad divinam potius ſervitutem eum electum fuiſſe. Superna ſcintilla namque in ejus pectuſculo divinæ jam lucis ſplendebat, illius utique qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Cum autem puerilem tranſcendens, ad illam perveniſſet ætatem, in qua vel maxime antiquus hoſtis genus humanum irretire conatur; tanto eminentius ſe armatura fidei, gladioque verbi Dei, loricaque bonorum operum cœpit munire, quanto grauius adverſum ſe jacula ignita videbat inſurgere. Cœpit igitur toto mentis deſiderio ad altiora conſcendere, ſpiritualia quærere, labentia perituraque relinquere; ſed quanto à ſe conabatur mundi curas abijcere, tanto magis illius nexibus irretiebatur. Cernens itaque vir Dei, non poſſe ſe ſine gratia ad effectum perducere, quod jam mente conceperat; levavit ſe ſuper ſe; relictaque, ut olim Abraham, patria ſua, caput monaſtici ordinis Caſinenſe cœnobium petiit, ibique cum ſervis Dei vivere cœpit. A. PETRO DIACONO *In Hiſpania natus,* *juvenis pietati additus,*

3 Eo autem tempore graviſſima perſecutionum procella eamdem cœpit agitare Eccleſiam. Pandulphus *d* namque Capuanus Ptinceps, ſupra modum ſceleſtis & inauditis operibus detentus, Caſinenſi cœnobio perſecutionem inferre non deſinebat. Primum namque adjiciens peccatum peccato, Reverendiſſimum *e* Abbatem ex Caſinenſi monaſterio abſtrahens, in civitate Capuana cuſtodiæ mancipavit; de Caſinenſi vero clauſtro omnes fere Monachos exules fecit; paucos tantum, qui vix duodecim poſſent complere lectiones, ad corpus B. Benedicti dimittens. In monaſterio vero eodem ſceleſtiſſimum & ultra modum perverſum, ſuæ nequitiæ complicem *f* Baſilium, Abbatem, ſuum potius quam Monachorum, conſtituit, præbito ſuis manibus prius turpiter Principi ſacramento, quod ultra viginti ſolidos per annum, de rebus monaſterii, omnibus ei traditis, nihil retineret. Ad poſtremum autem univerſos monaſterii homines in ſuam fidelitatem jurare faciens, & cuncta caſtella ſeu villas ejuſdem loci Normannis, qui ſibi tunc adhærebant diſtribuens, g Theodinum quemdam de monaſterii ſervis, ſuæ nequitiæ ſimilem, ſuper cœnobium poſuit; eumque apud ſanctum Germanum, in ipſa Abbatis curia, manere conſtituit. Inſuper & Rocham, quæ *h* Banna dicitur, illi contradens ad ſuam fidelitatem; cunctos illi tam Normanos quam ceteros quoſque parere præcepit. Jam vero quam peſſimus quamque impius idem Theodinus in Dei ſervos extiterit, in quantam eos ſanctumque hunc locum penuriam dedecuſque redegerit, etiamſi Maronis aut Tullii mihi ineſſet facundia, referre non valerem: adeo (ut ex his pauca reſtringam) ut in ipſa ſanctæ Dei Genitricis Aſſumptione, ad myſterium altaris vinum eis defecerit; adeo nihil reliqui tunc Monachis erat, quod Jeremias in lamentum prorumpens ait: Servi dominati ſunt noſtri, nec fuit qui eriperet nos de manibus eorum. *Caſinum venit:* d E e à *Pandulpho Capuano Principe turbatum,* f g *inſtitutione peſſimorum Abbatis & Procuratoris.* h F Thren. 5,8.

4 Cumque nec iſta rabidiſſimo ſufficerent cani, poſt dies aliquot jubet nequiſſimus Princeps cuidam fideli ſuo, nomine *i* Aldegiſio, ut quantocius ad hoc monaſterium veniat, eique planetam & calicem Henrici Imperatoris, & alia præcipua Eccleſiæ ornamenta, Aquini & Sexti Comitibus impignoranda, perniciter deferat. Cumque ille veniens, rem propter quam miſſus fuerat indicaſſet, Adam reverendiſſimus ejuſdem eccleſiæ *k* Paramonarius ait: Ego hæc, quæ, vir bone, requiris, neque tibi, neque alicui alii daturus aliquando ſum. Verum ea quæ petis, ſuper ipſum, cujus ſunt, B. Benedicti altarium ponam; inde ille, qui præſumpſerit auferat. Quod cum feciſſet, mox ille audacter accedens, jamq; ſuper B. Benedicti *& Abbatis donariis ſacris omnibus,*

corpus, manus nefandas extenderet, protinus in
A. PETRO DIAC. CAS. faciem corruit, & vehementiſſima ſubito paralyſi correptus, diſtorto ore & oculo uſque ad mortem permanſit. Quod ſceleſtiſſimus Pandulphus audiens præfatum Baſilium miſit, omnemque hujus loci theſaurum per illum ad ſe aſportari præcepit,
1 quem glorioſæ memoriæ / Carolus, Pipinus frater
ob hæc in ſolitudinem digreſſus Guinizo, ejus, Lodovicus, Lotharius, Carlettus, Otto, & Henricus Imperatores S. Benedicto obtulerunt, atque in arce S. Agathæ, omnia ſimul condens, ſepoſuit. Tali igitur modo abraſis à nefandiſſimo Principe funditus monaſterii rebus, vir Domini Guinizo, eremiticam vitam ducturus, à Fratribus licentiam petiit, atque in eodem monte non longe à monaſterio ſibi cellam fecit: ibique in omnibus jejuniis ac vigiliis perſiſtens, omnipotentem Deum flagitare cœpit enixius, ut Caſinenſi cœnobio ſolita pietate ſuccurreret; filioſque ejus, à ſceleſtiſſimo Pandulfo diſperſos, ad eamdem Eccleſiam iterum revocaret.

revocatur Caſinum à monachis fame preſſis:
B 5 Eo autem tempore, cum prædicti Caſinenſis cœnobii Fratres maxima ſtipendii premerentur inopia, almifici Patris Guinizonis ſanctitatem, vitam, ac mores agnoſcentes eſſe præcipuam, eum convocantes in medium, tale ad eum habuere omnes colloquium. Quantis jam dudum, Frater dulciſſime, ſimus oppreſſi miſeriis, quantiſque tribulationibus coarctemur, veſtræ dilectioni non manet incognitum. Jam enim pervenit gladius uſque ad animam: jam conſummatio deſolationis in hoc loco à Principe facta eſt: jam namque totum deprædati ſunt cœnobium, poſſeſſioneſque B. Benedicti in ſuis utilitatibus retorſerunt; nosque fames diriſſima cruciat, & quale vitæ capiamus remedium penitus ignoramus. Sed Dei omnipotentis confiſi clementia, veſtram fraternitatem ſuppliciter poſcimus, ut ad Theodini perlibentiſſime curiam quantocius properes; confidimus enim in Domino & in potentia virtutis ejus, quod nobis in tanto periculo poſitis concedet remedium. Hæc vir Domini audiens, ait: Fratres & Domini mei, noſtrumque unicum ac ſingulare remedium, cur adeo mœſtum animum geritis? Confidite in eo qui vicit mundum, qui percutit & ſanat, vulnerat & medetur; qui ideo hic flagella irrogat, ne in æternum puniat. Recolite quia Pater ſanctiſſimus Benedictus præſentiorem quam ſi viveret pollicitus eſt ſe futurum; unde in tribu-
eoſque conſolatus,
Iob. 2, 10.
C latione gratias agentes, illud cum Job decantemus canticum: Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſcipiamus? Unum autem à dilectione poſtulo veſtra, ut pro me Domino Ieſu Chriſto Patrique ſanctiſſimo Benedicto preces fundatis, quatenus Theodini miſerrimi vultum mihi placabilem faciat, mentemque ejus ad preces meas inclinet, quo ab eo valeam obtinere quod rogaturus ſum.

Procuratorem adit & frumentum petit, 6 His dictis, nulla interpoſita mora, omnium Fratrum ſe proſternens veſtigiis, ſumpto baculo iter aggreſſus eſt. Mox vero ut ad Rocham crudeliſſimo ſervo præſentatus eſt, cur illuc tantus vir venire inſolite voluiſſet, inquiſitus eſt. Cui vir Dei reſpondit: Noſtrum procul dubio hujus rei ad hunc locum noveris extitiſſe adventum, ut Fratribus noſtris, alimentorum neceſſitatem patientibus, frumenti præſtes auxilium. Qui inter multa verborum convitia, ſervilis ut eſt conſuetudinis, reſpondit: Cur non laboratis manibus veſtris, ſicut vobis Regula præcipit? Tunc vir Dei, quia alii infirmi ſunt, alii vero in decrepita jam ætate conſiſtunt. Sed cum multis vir Dei inſtaret precibus, reſpondit: Ne veſtra demum verba parvipendere videar, hac mecum nocte ſi perſeverare volueris, centum tibi millii modios, diei illuceſcente aurora, veſtri gratia tribuam. Quæ omnia vir Dei ſubdole prætexi ſentiens, Regulæ præcepta ſeſe nullo modo violaturum fore reſpondit. At Theodinus, dum in mente ſua anxius quæreret, quo venena perfidiæ fundere poſſet; diabolicis tandem exagitatus ſtimulis, dum ſervum Dei orationis gratia eccleſiam intraſſe conſpiceret, cœpit intra ſe hæc tacitus volvere. Quia manere hodie ſponte nobiſcum noluit iſte, perſiſtat invitus; ſicque cum ſumma di-
D
ideo eccleſiæ includitur.
ligentia claudi eccleſiam fecit: virgam vero, quam in manu ſervus Dei adduxerat, uxori ſuæ tradidit, & eam in arcam claudi præcepit. Sed humani generis Conditor, qui in ſe ſperantes non deſerit, miſit Angelum ſuum, qui ſalvo januarum ſignaculo eum de eccleſia abſtrahens, in montis pede ſervum Dei depoſuit. Ruſtici vero ex more ſero redeuntes à ruri-
inde tamen januis clauſis educitur.
bus, percunctati à caſtri habitatoribus, ſiquid novi in illis partibus nuperrime geſtum foret, reſpondere ſe omnino nihil aliud vidiſſe, niſi quemdam hominem ſolitarium, diſcalceatis pedibus m gambuctam in manu portantem. Theodinus vero nequiſſimus ſervus hoc audiens, evocat confeſtim Presbyterum & Marottam uxorem ſuam, & quid de Dei homine actum
m
E
fuiſſet, ſolicite cœpit inquirere. Et cum in eccleſia eum permanere dixiſſent, ut eum ad Theodinum perducerent concito gradu perrexerunt; quem invenire non prævalentes, ei nuntiare curarunt; uxor autem ejus baculum, quem in arca poſuerat, ſimiliter requirens, invenire non potuit. Qualiter autem omnipotens Deus de eccleſia januis clauſis ſervum ſuum abſtraxerit, uſque hodie manet incognitum.

ANNOTATA.

a *Imperavit* S. Henricus *ab anno* 1002 *uſque ad annum* 1024, *quo obiit* 14 *Iulii.*

b *Hic eſt* Baſilius Porphyrogenitus, *Romani Iunioris filius, qui cum fratre Conſtantino imperavit annos* 50, *mortuus anno* 1025.

c Benedictus VIII, *præfuit Eccleſiæ ab anno* 1013, *uſque ad* 27 *Februarii anni* 1024. *Sed hæc relata ſpectant ad ultimos illorum annos, & primos vitæ monaſticæ S. Guinizonis.*

d Pandulphus, *hujus nominis*, quartus *Capuæ Princeps, anno* 1022 *à S. Henrico carceri mancipatus, poſt ejus obitum vinculis ſolutus, Capuam expugnatam recepit anno* 1026. F

e Theobaldum Abbatem 32, per 4 fere annos Capuæ detentum (*ſcilicet ab anno* 1026 *ad* 1030) inde Neapolim, & poſt dies aliquot in Marchias profectum, in monaſterio S. Liberatoris uſque ad obitum per quinque circiter annos converſatum, *tradit Leo Oſtienſis lib.* 2 *cap.* 58 *& ſeqq. & Peregrinius, in Theobaldo Abbate, hunc ait defunctum eſſe anno* 1035, 3 *Iunii.*

f Baſilius, *genere Calaber, ſedit annis duobus ab anno* 1036 *ad an.* 1038.

g De Theodino *ſeu* Todino *eadem latius habuit Leo lib.* 2 *cap.* 59.

h Banna, *Leoni* Vantra *&* Branta.

i *Hæc de* Adelgiſio *habet Leo lib.* 2 *cap.* 31.

k *Leo*, Qui tunc Eccleſiæ curam habebat.

l *Imo* Carlomannus, *ibidem Monachus factus, frater* Pippini Regis; *tum* Ludovicus Pius, Lotharius *ejus filius: at quis* Carlettus, *diminutive ſic dictus, enq; diſtinctus à* Carolo Magno? *an* Carolus Calvus *vel* Carolus Craſſus? *Mirum eſt* Magnum *reticeri.* Otto primus *&* Otto tertius *bona Caſinenſibus confirmarunt, & ultimus duabus*

A *duabus coronis argenteis baſilicam exornavitat: de donis à* S.Henrico *oblatis, quando eum S. Benedictus ſanavit, legendum caput* 43 *lib.*2 *apud dictum Leonem.*

m *Ita idem Petrus Diaconus in Miraculis S. Benedicti Caſini patratis, à nobis ad* 21 *Martii editis pag.*296 *num.* 37,gambuttam claudi ſanati ante fores eccleſiæ ſuſpenſam *ait, ubi plura de hac voce ſunt indicata ſub littera* d.

CAPUT II.

Caſinum à ſuis invaſoribus liberatum: hi divinitus puniti. SS. Ianuarii & Guinizonis in vita & poſt obitum miracula.

7 SEd cum idem omnipotens Deus tantis direptionibus decreviſſet finem imponere,Caſinenſis cœnobii Fratres,ultra montes ad Imperatorem pergentes, quæ mala à Pandulpho pertulerant retulere; orantes ut ad Italiam dignaretur venire, ac Caſinenſe cœnobium, quod caput omnium monaſteriorum à Domino Jeſu Chriſto per Patrem Benedictum ſtatutum fuerat, quod omnes Imperatores ſub ſua tutela reverenter nimis habuerant, de ſæviſſimi tyranni manibus potenter erueret. Conradus *a* autem Imperator, his auditis ira ſuccenſus, cum valido nimis totius Occidentis exercitu tranſitis Alpibus Romam advenit; ibique habito cum Romanis conſilio, ſtrenuos à latere ſuo Principi deſtinat viros, mandans, ut niſi indignationem Romani Imperii vellet protinus experiri, monaſterio Caſinenſi cuncta quæ abſtulerat confeſtim reſtitueret. Sed cum hi, qui ab Imperatore miſſi fuerant, nihil profeciſſent; cernens Auguſtus ſe à Pandulpho contemni, ſumpto exercitu venit Caſinum. Quod cum Fratribus fuiſſet relatum, *b* dixerunt: Tempus tacendi tranſiit, & loquendi tempus advenit: ecce illuxit dies redemptionis noſtræ: deſcendamus, & Imperatori omnia quæ ſunt neceſſaria præparemus. Alia autem die Imperator, Benedicto Patri ſe commendaturus, montis aſcendit verticem: cumque Capitulum, una cum Henrico Rege filio ſuo, ingreſſus fuiſſet; ſurgentes Monachi, omnes in terram ante faciem Imperatoris ſe proſtravere, ſurgenteſque; Ita vos, inquiunt, expectavimus, ita faciem veſtram contemplari deſideravimus, acſi juſtorum animæ in inferno Redemptoris adventum expectaſſe noſcuntur. Et iterum omnes in faciem ruentes, quæ & quanta mala per duodecim annos à Pandulpho paſſi fuerant referunt. Tunc Imperator in fletum erumpens, ob eam ſolummodo cauſam ſe ad partes iſtas tranſiſſe, ut ſanctiſſimi Patris benedicti cœnobium de jugo ſervitutis ereptum priſtinæ redderet libertati, jurejurando affirmabat. Ibi autem Imperator aliquamdiu demoratus, *c* Richerium in eodem Caſinenſi cœnobio Abbatem conſtituit: indeque recedens Capuam, ſuper Principem ſine mora perrexit; ibique *d* Guaimarium Principem ordinans, omnem terram S. Benedicti reſtituit.

Conradus Imp. à Monachis rogatus,

B

a

b *Caſinum venit:*

C

Richerium Abbatem conſtituit,

c

d

8 Sceleſtiſſimus autem Pandulphus, una cum Baſilio ſuo ad Imperatorem Conſtantinopolim abiit: à quo juſto Dei judicio in exilium directus *e* eſt. Theodinus vero, diſponente Deo à Richerio Abbate captus, virgis cæſus ac tonſus, nec non ſacco indutus, & ad cernendam farinam more ſervorum in piſtrino poſitus eſt. Normanni vero, qui tanti loci infeſtatores extiterant, centum quinquaginta intra biennium diverſa morte conſumpti ſunt. Comes autem illorum, qui terram monaſterii vaſtare diſpoſuerat, eo die quo id ſe acturum ſperabat, ſubitanea morte defunctus eſt. Siconolfus vero Aquinenſis Comes, & ipſe ex perſecutoribus, Dei judicio percuſſus, una cum duobus millibus quingentis civitatis ſuæ habitatoribus, eodem anno mortuus eſt. Pandulphus autem pro his, quæ in Caſinenſi Eccleſia geſſit, licet in hoc ſeculo pœnam ſuſtinuit, in futuro tamen pœna non caruit; quod certius probabitur, ſi ea quæ de eo viſa ſunt in medium deducantur.

invaſores puniuntur.

e

D

9 Sergius namque magiſter militum, qui Neapolitanæ præerat urbi, in ipſo ſancto Paſchali Sabbato ſilvam ſuis cum pueris venaturus ingreditur: tenſiſque retibus, ad inſequendos apros per ſilvam omnes ſeſe cum canibus huc illucque diffundunt. Fit autem venantibus eis aper obvius, qui priuſquam retium involveretur laqueo, confoſſus verubus captioni ceſſit eorum. Cum autem ad occaſum ſol vergens, tardioris horæ noctiſque jam imminentis indicia certa referret; ſumpta quam ceperant venatione, celerem cum univerſis domum repedationem arripuit: uno dumtaxat poſt ſe puero, Pythagora nomine, derelicto; cui, ut collectis retibus ſumma ſeſe cum feſtinatione ſequeretur, præcepit. Cum autem juſſionibus parens dominicis, dominum celeri curſu ſequeretur; duo repente Monachi, vultus admodum reverendi, ei ſeſe in itinere obvios obtulere. Cumque timore exterritus puer, quinam eſſent inquireret; illi, Procul, inquiunt, ab animo repelle formidinem, noſque intrepidus comitare. Cum itaque per eamdem ſilvam ſimul proficiſcentes aliquantulum proceſſiſſent, venerunt ad locum quemdam cœnoſum valde aſpectuque horribilem; ibique Pythagoræ Monachi, qui videbantur, Pandulfum Principem ſubtus oſtendunt, ferreis nexum vinculis, atque in cœno lacus ad gulam uſque demerſum. Viſi ſunt interea duo Æthiopes in reſtis ſpeciem vites contorquere agreſtes: quibus collum Principis colligantes, miſſum in inferiora lacus, ad ſuperiora trahebant. Cumque hos Æthiopes per vices alternare conſpiceret, immenſa licet correptus formidine, Pandulphum tamen, alloquitur, tantique ab eo cauſam diſcriminis percunctatur.

Sergii Magiſtri militum,

ſervus Pythagoræ,

E

videt Pandulphum torqueri,

10 Tum ille, ſilens & ejulans, in hujus verba reſponſionis erumpit: Licet, ô Pythagora, multiplicibus & infinitis facinoribus meis multiplicia & infinita mihi ſint parata ſupplicia; hujus tamen, cujus ipſe conſpector es, pœnæ nullam aliam cauſam noveris eſſe, niſi quod aureum calicem de ſancti Patris Benedicti cœnobio, ſacrilega ductus cupiditate, abſtraxi, eique moriens minime reddere procuravi. Unde obnixe deprecor, ac per Jeſum Chriſtum Deum, cujus infelix ego præcepta contemnens in hanc ſum detruſus voraginem, te obteſtor; ne uſque Capuam itineris pigriteris fatigationem ſubire, eamque, quæ mihi in conjugem fuit copulata adire, eique pœnam meam, cujus te Deus viſo ipſo cognitorem voluit, intimare; pœnęque cauſam abſtractionem eſſe calicis memorati, te meis eloquiis didiciſſe; meque rogare, & obteſtari obnixe, ut priſtini dilectionem amoris in memoriam revocet, ablatumque calicem ſancto loco ocius & ſub omni celeritate reſtituendum procuret. Ad hæc Pythagoras, Non, inquit, verbis meis, ut reor, uxor tua adhibitura eſt fidem; neque quod te viderim, vel quod ipſe patiaris talia, creditura. Tunc Princeps ait: Ut uxor mea tuis debeat fidem inambiguam adhibere ſermonibus, hoc illi dabis indubiæ certitudinis ſignum, dicens; præfatum calicem Pandulphum Guatæ filium habere pro pignore: rogabiſque ex perſona mea, ut ſi quæ in ipſius animo conjugalis reſident amoris veſtigia, ſolidos, pro quibus calix in pignus eſt traditus, Guatæ reddere non moretur; ſanctoque ca-

ob calicem aureum ablatum,

F

rogatus uxorem de reſtitutione monere e

A PETRO DIAC. CAS.

licem monaſterio reſtituere, ut quam pro ablatione calicis pœnam mereor pati, eâ,calice reſtituto, mercar liberari. Quibus dictis viſio omnis illa ab oculis pueri ablata eſt. Qui reverſus domum, gravi continuo languore corripitur, qui per ſingulos dies invaleſcens, vitam ei brevi temporis ſpatio terminavit. Prius vero quam decederet vita, Pandulphum, cui præfatus calix fuerat in arrhabonem commiſſus, contigit venire Neapolim, & ex ipſius ore Pythagoræ hanc ſeriatim viſionem audire. Qui cum reverſus Capuam uxori Principis cuncta intimaſſet, parvi pendens mulier verba, nec pretium quod vir acceperat mutuo reſtituere, nec calicem reſtituendum eccleſiæ curavit recipere.

quod ille moriturus fruſtra facit.

11 His taliter prælibatis ad S. Januarii, Guinizonis diſcipuli, *g* enarranda miracula veniamus. Hic igitur cum in Guinizonis erudiretur doctrina,magnis abſtinentiæ obedientiæque cœpit pollere virtutibus. Qui cum tempore quodam à magiſtro, ut ferramenta, quibus erant ſoliti operari, reficeret, Aquinum miſſus fuiſſet; domum fabri ferrarii adiit, atque ab eo ferramenta ſibi reparari data mercede popoſcit. Erat autem à natura S. Januario quædam attributa corpulentia, ruborque genarum in tantum, ut mira quoque abſtinentia exinanire duo iſta in Januario non ſufficerent. Faber ergo ferrarius, figens obtutus in Januarium, cœpit de eo cum adſtantibus riſum facere, ejuſque corpulentiam & ruborem eſculentioribus cibis vinique potationibus aſſiduis deputare. Ad quam falſam ſuſpicionem de eo præſumptam ſanctus Januarius reſpondit: Potens eſt Deus facere,ut de pinguedine & rubore meo falſa vos pœniteat opinatos. Interim autem dum faber ferrarius, quæ artis erant ſuæ, operari non deſinebat; fervens nimiique ruboris ferrum de igne extrahit, ſuper incudem ponit, idque fortuito excuſſum forcipe,incude deſiliens, in terram decidit; quod continuo correptum manu S. Januarius incudi reſtituit, cunctorumque, qui præſentes adſtabant, tremore corpora, animos ſtupore replevit: eoque facto,neque ex edacitate ſe nimia corpulentum, neque ex vini potatione ſedula rubeſcentem, evidentiſſime omnibus patefecit. Non enim adſtantium quiſpiam vel tenuiter ultra potuit opinari, ſanctum Januarium edacem vel bibulum, per quem tantæ virtutis in eorum oculis Creator omnipotens demonſtrare voluit ſignum. Cum autem ferramentis refectis ad cellam ſuam remeaſſet Januarius, vehementis à Magiſtro eſt verbis increpationis correptus, quod inſultantibus cedens, virtutis ſignum in eorum facere conſpectibus præſumpſiſſet. Cumque ad hæc S. Januarius ſtupens percunctaretur ab eo, quo revelante iſta ei inſinuata fuiſſent, Guinizo vir Dei, reſpondit, Cujus tibi virtute ſignum tantum conceſſum eſt exterius facere, eodem revelante interius illud mihi conceſſum eſt ſcire. In quo facto Guinizo facta abſentis diſcipuli contuitus, Eliſæo; in extinctione vero virtutis igneæ, tribus pueris ſimilis Januarius factus eſt.

g

S. Januarius ob corpulentiam & ruborem irriſus.

B

ferro candenti ſublato ſe purgat.

quod prophetice ſciens Guinizo redargüit.

C

12 Non multis dierum tranſactis curriculis,cum ad S. Germani curiam, rebus expetentibus, miſſus fuiſſet, omniaque Guinizo jam perfeciſſet; ecce quemdam perſpexit hominem, qui calathum uvis refertum, quas latrocinio acquiſierat, ſuis in humeris deferebat. Quod cum venerabilis Pater Guinizo, ſancto repletus Spiritu, cognoviſſet; protinus vociferans ad ſe illum venire præcepit. Qui cum ſceleris ſui ſe conſcium manere cognoſceret, ad ſervum Dei ocius venit. Qui ait: Unde hæ uvæ, furcifer? Unde eas adducis? Ad hæc callidus fur ſeſe diſſimulans, eas à ſua vinea ſe collegiſſe jurejurando affirmabat. Tunc vir Dei reſpondit: Non ſic, ſed potius eas de tali vinea collegiſti. Qui demum victum ſe ſentiens, tanti viri admirans benignitatem, de commiſſis veniam poſtulat. Quem cum ad rectæ vitæ tramitem Guinizo Pater ſanctiſſimus diu monuiſſet,dixit: Curre frater, curre velocius; & ad vineam, unde uvas rapuiſti, ferre ſummopere ſatage: ecce enim ſuper eas diabolum ſedentem conſpicio. Qui curſu velociſſimo mandata perficiens, ad vineam, unde uvas abſtulerat, eaſdem reportare curavit.

uti etiam uvas furto ſublatas:

D

13 Guinizo autem Pater almificus, expleto ſui temporis curſu laudabili, perrexit ad Dominum VII Kal. Junii. Eo vero die, quo de hoc mundo receſſit, quidam *h* Frater apud Beneventum poſitus, ejus exceſſum per ſpiritum cognouit,& adſtantibus ibi Fratribus dixit, omni remoto ſcrupulo hæſitationis: Eſtote certiſſimi, in Caſinenſi Monaſterio magni quemdam meriti hodierna die migraſſe ad Dominum. Ad quæ nimirum verba mentes audientium omnium in ſtuporem ſunt verſæ, quod migrationem viri, per octoginta fere paſſuum millia ſeparati, tanta ſibi acciperet firmitatis certitudine nuntiari. Diligentiore tamen perquiſitione rei veritatem diſcutientes, cognovere profecto, eodem die Guinizonem Patrem migraſſe, quo nimirum magnum quemdam in Caſinenſi monaſterio virum memoratus Frater obiiſſe cognovit,ejuſque ceteris obitum revelavit. Sepultus vero eſt in Eccleſia ſancti Confeſſoris Chriſti Nicolai, in loculo plumbeo ad dexteram partem altaris, in loco qui dicitur *i* Cyconia: in quo & ſanctus Januarius diſcipulus defunctus una cum Magiſtro ſuo poſitus eſt: ad quorum Chriſtus merita declaranda, mira in diem uſque hodiernum patrare non ceſſat.

& mortuus 26 Maji,

h

(quod eo die Beneventi ſcitum)

E

claret miraculis, S. Januario conſepultus.

i

F

ANNOTATA.

a Conradus, *S. Henrico anno* 1024 *ſubrogatus, in Italiam venit anno* 1038.

b *Hæc* Azzo *unus ex Prioribus dixit apud Leonem cap.* 65 *libri* 2, *ubi eadem referuntur.*

c Richerius Bavarus, *cœnobii Leonenſis Abbas, dein Caſinenſis ab anno* 1038 *ad annum* 1055.

d Guimarius Princeps Salernitanus, *iſtius nominis quartus, uti in ſtemmate Principum Salerni oſtendit Peregrinius.*

e *Addit Leo cap.*65, ubi, *in exilio*, miſer per duos & eo amplius annos,uſque ad mortem videlicet Imperatoris,eſt remoratus. *Erat is Michaël Paphlago, vita functus* 10 *Decembris anno* 1041.

f *Deſiderius Abbas, eadem narraturus lib.* 1 *Dialogorum, pag.* 41 *ita præfatur:* Res eſt mirabilis & multum ſtupenda, quam narro, ſed ita à pluribus cognita, ut de ea ab aliquo in nullo debeat dubitari. *Deinde omnia ibidem narrantur, quæ, verbo ſubinde aut phraſi mutata, referuntur toto hoc numero: uti etiam apud Leonem cap.* 60,*& Baronium anno* 1038 *num.*11.

g *Hæc etiam dictus Deſiderius refert pag.* 20.

h *Hæc ex ore Ioannis Monachi, qui tunc Beneventi degebat, retulit etiam Deſiderius pag.* 24.

i *Non invenio qui doceat, ubinam fuerit locus iſte.*

CA-

CAPUT III.

Noviſſima Sanctorum corporum inventio anno 1627, à Marco Antonio Scipione Monacho Caſinenſi deſcripta.

13 *Simplicius Generalis* ADmonet me inſignis ſacrarum Reliquiarum inventio, &, quæ ipſiuſmet inventionis feſtam gratulationem adauxere, illuſtria prodigia; ne ſilentii tenebris involvam, quæ Deus eximio ſuæ bonitatis munere, nobis eduxit in lucem; neve poſteris juſte meipſum accuſandi locus relinquatur, qui toties de Majorum noſtrorum taciturnitate, vel ſcribendi parſimonia in hoc genere conqueri ſoleo, ac pene indignabundus expoſtulare. Ab *ornaturus S. Benedicti ſepulcrum* ſuſcepta igitur Caſinate Præfectura, verſabat intento animo Simplicius, ſi qua poſſet clariſſimi monachorum Parentis ac Magiſtri ſepulchrum (quod frequentiſſimo concurſu omnium undique gentium quotidie celebratur) ſplendidius ac magnificentius exornare; idque non ſua tantum unius religione ac ſtudio; ſed communi etiam tum Sodalitii, tum Congregationis totius Caſinenſis nomine atque exiſtimatione permotus. At quoniam iſtuc ipſum intelligebat commode perfici non poſſe, niſi templi ſanctuarium (quo in medio, ſub ara maxima, D. Benedicti ſacratiſſimum corpus requieſcit) in meliorem formam redigeretur; excogitatum prius eſt, de ipſomet ſanctuario (reliqua templi parte non diminuta) in laxioris areæ ſpatium protrahendo: id enim videbatur non ſolum ad rem propoſitam neceſſario requiri; ſed etiam ad venuſtiorem aſpectum baſilicam introeuntibus, & ad ſacras functiones (ſolenniores præſertim) pro dignitate commodius obeundas, mirabiliter conferre. Accerſiti hanc in rem non ignobiles Architecti, locus per attente inſpectus ac dimenſus, plures deſcriptæ formæ, poſtremo pronuntiatum, rem plane arduam felicis exitus ſpe tentari non poſſe.

delineationē committit architecto: 14 Cum Abbas ne ita quidem acquieſceret; anno inſequenti Equitem Coſmam Fanſagum Bergomatem, architectonices peritiſſimum, Neapoli denuo Caſinum evocat. Monet, quantum ſibi curæ ſit ſanctuarii amplificatio, quantum ipſius arti confidat, quantum de ſedulitate atque induſtria ſibimet polliceatur; videat proinde accuratius, quid hac in re artificio aſſequi poſſit atque efficere. Coſmas; C diu ſecum meditatus, tandem Abbati novam graphidem exhibet, ad quam expetitum opus aggredi ac perficere deſtinabat. Cum ceteris ad eam diem prolatis exemplaribus haud paulo ampliùs illud arriſiſſet; placuit Simplicio, ad ejus normam futurum ædificium conformari. Verum antequam manus operi admoverentur; Eques nocte per quietem audire *hic factam viſo monitus, mutat:* ſibi viſus eſt, qui ſe capillo apprehenſum excutiens, repeteret, altaris ac ſanctuarii formam parum eſſe idoneam, parum fini ad quem exigebatur deſervire; ſurgeret proinde, aliamque ſuperiore elegantiorem, & Caſinatis ædis amplitudini magis accommodatam, delinearet. Hic Coſmas, recentis viſi timore horroreque perfuſus, accubantes in proximo famulos trepide inclamat. Accurrunt; jubet lumen afferri; ſtatimque arrepto ſtylo, novum exemplar, durante adhuc pavore, deformat; ex quo deinde inſtitutum perfectumque opus, pene ad miraculum, feliciter ceſſit.

15 Aliquot poſt menſes, incepto jam opere, depreſſoque ad tres palmos ſanctuario, cum ara maxima eumdem in modum aptanda ſupereſſet; non una hic cura Simplicii animum & cogitationem anxie diſtrahebat. Altare ipſum demoliri, iterum poſtea reſtituendi conſilio, non placebat: quod Alexander Pontifex, Deſiderii Abbatis rogatu, in Caſinatis templi dedicatione, illud idem ſacraſſet: porro quamlibet in partem illud impellere, quin, vel leviſſimo motu, præ vaſtitate molis ac vetuſtate fatiſceret, videbatur longe difficillimum. Accedebat ſumma religio ac reverentia ſanctiſſimi Patriarchæ Benedicti ejuſque Sororis Scolaſticæ: quorum ſacræ exuviæ, cum aliorum pretioſis cineribus, ſub eodem altari deliteſcebant. Erat vero timendum maxime, ne qua labes, vel graviore ruderum caſu, vel cæmentariorum imprudentia, religioſiſſimo ſepulchro inferretur. Deterrebat etiam ab aggreſſione operis, recordatio cæleſtis vindictæ, quæ nonnullos olim, hæc eadem curioſius auſos inveſtigare ac perſcrutari, nedum aliis gravioribus incommodis, ſed repentino etiam ac miſerabili mortis genere mulctaverat. Hoc metu quo ſe expediret Simplicius, ſtatuit, remotis arbitris, de futuro eventu privatim periculum facere. Igitur, duobus Monachis & uno dumtaxat fabro comitatus, intra templum ſe abdidit; ibique occluſis foribus, juſſit cæmentarium prope aram fornicem perfringere, quantum homini admittendo ſatis eſſet.

EX MANTI SCIPIONE. Dubius Abbas an etiam altare moveret, *dum illud ſecreto explorat,*

16 Aditu ad interiorem cameram patefacto, ingreſſi ſeparatim Patres advertunt, poſſe aram (inofenſo fornice & Sanctiſſimi Patriarchæ Mauſoleo) ad ſanctuarii planitiem demitti. Auxere lætitiam inventi loculi, plurium Monachorum ſanctiſſimis Reliquiis locupletes: è quibus inuſitata gratiſſimi odoris ſuavitas efflabatur. Porro duplex iſtud animi gaudium, ingens etiam admirabilitas excepit. Quo *& baſilicæ organa, pulſante nemine, à multis audiuntur;* tempore namque inſpiciendis tractandiſque Divorum tumulis Abbas & ſocii diſtinebantur, pneumatica ſacræ baſilicæ organa, non in una cœnobii parte, à multis noſtrorum Sodalium exaudita ſunt, ſuaviſſimi concentus ſymphoniam emodulari; cum tamen neque pulſarentur à quoquam, neque intra clauſi templi ambitum à religioſis quæſitoribus audirentur. Sed enim admiranda hæc (quæ menſe Julio contigere) haud longum poſt tempus nova denuo prodigia cumularunt. Altaris moles, ſane pergrandis, quæ (uti diximus) neceſſario removenda erat, ne ulla ex parte inter agitandum labefactaretur, aſſeribus diligenter obſepta eſt, arcteque validis funibus conſtricta. Jamque eâ introrſus ad chorum tres circiter ulnas (quantum videlicet opus erat) ſubmotâ, nox laborantibus operariis obrepſit. Animadverterat Architectus, aram ipſam, non in medio (uti F debuerat) ſed propius ad dexteram ſanctuarii partem, fuiſſe collocatam. Itaque impellendo in ſiniſtrum latus altari (ad eam videlicet deformitatem tollendam) aptatis jam machinis, cum opportunum diei tempus defeciſſet, fabri imperfecto ab opere receſſerunt. Poſtridie mane Eques Coſmas & cæmentarii templum repetentes, dum parant deſtinatum in *poſtridiè invenitur ara ſponte in ſiniſtrū latus receſſiſſe:* locum aram urgere, ſtupentes atque attoniti vident, nihil ultra opus eſſe ingenio & conatu: altare in mediam ſanctuarii partem fuiſſe ſubmotum. Res, aliis atque aliis (ut fit) enarrata perſpectaque, ingentis miraculi vim habuit: nam neque, ſine multorum diuturna ope, moveri potuiſſet; neque vel meridiana in luce, ſine attentiſſima cura & accurato lineæ & perpendiculi uſu, præfinito in loco illæſum ad amuſſim collocari.

E Reliquiæ invenii,

17 Eodem die Monachi Sanctorum lipſana, è ſubterraneo tumulo, ad ſacrarium tranſtulere: ibidem aſſervaturi, quoad altaris opus atque ornamentum perficeretur. Dum autem ſacri theſauri arculas elevant, pulvere ſubjectum loculis ſolum conſternente, aſpiciunt ex eiſdem loculis unum (quo DD. Simplicii

BX M.ANT. SCIPIONE.

Simplicii & Conſtantini Abbatũ includebantur exuviæ) illuſtribus guttis undique abundanter humeſcere ac perfundi. Collectus ſtatim in vitreas ampullas goſſipinis flocculis affluens liquor, qua par eſt reverentia & religione, à Caſinatibus aſſervatur. Simplicius diœceſim perluſtrans, eo ipſo die apud ſanctum Petrum in fine (quod oppidum ſeptem fere milliaribus à ſacro cœnobio diſtat) commorabatur: cumque, obducto circumquaque nubibus cælo, per feneſtram proſpiceret; oculis forte Caſinum verſus directis, animadvertit eam ſolum monaſterii faciem (quæ in conſpectu erat) collucere; quæ ad Orientem vergens, per illud anni tempus, vel maxime udo cælo (ea quidem diei hora) ſolaribus radiis illuſtrari non poterat. Rem demiratus, Monachum (qui forte aderat) ſocium adſciſcit ac teſtem inuſitatæ viſionis, jubetque ſpectaculum illud diligentius contemplari & obſervare; addidit etiam, opinari ſe, eo ipſo temporis articulo Caſinates in removendis transferendiſve ſacris pignoribus occupatos detineri. Nec eum fefellit opinio; nam domum poſtea reverſus, cognovit de Monachis, rem ita prorſus habuiſſe, quemadmodum ipſemet abſens habere antea pronuntiaverat.

SS. Simplicii & Conſtantini urna rore prodigioſo exudant,

& monaſterium cerniſur colluere.

B

18 Sub hæc Simplicius, ut in re longe graviſſima cautiſſime ſe gereret ac prudentiſſime; indicto ſacræ Theologiæ Juriſque prudentiæ peritorum conventu (quem ipſemet prius inſtituerat) communi omnium conſenſione definitum eſt; ex Theologis primæ notæ Judices quatuor, itemque ex præcipuis Juris Doctoribus duos aſſeſſores diligendos eſſe, qui omnes, audito prius Fiſci Curiæ Abbatialis Præfecto, de inventis nuper ſacris Corporibus editiſque miraculis, ex Tridentini Concilii præſcripto ac formula, diligentiſſime inter ſe conferrent. Judices fuere, P. D. Gabriel à Puppio, Prior Caſinenſis; P.D. Germanus de Torres, Vicarius Generalis; D. Felix à Januario, Curiæ Abbatialis Theologus; & Archipresbyter S. Germani: Aſſeſſores, Gubernator S. Germani, & Conſultor Reverendi Vicarii Generalis. Ab his igitur unum in locum congregatis, omnia ſummo ſtudio diſcuſſa ſunt, ac publicis commentariis conſignata; quibus ſacrorum Pignorum, rerumque ſupra naturæ vim atque ordinem effectarum veritas, manifeſto comperta atque deprehenſa, declarabatur. Tum vero Abbas, his perſpectis, homines, divinæ ſcientiæ legumque humanarum cognitione pereruditos, majore numero convocavit. Fuere in his Abbates aliquot, numeruſque Sacræ Theologiæ ſtudia profitentium ex noſtra ſodalitate non exiguus; itemque permulti ſacræ Sapientiæ Magiſtri, tum nobiliſſimis è familiis DD. Dominici, Franciſci, Auguſtini Sodales, tum è Clero etiam nonnulli; è civitate vero Germanenſi diœceſique univerſa omnes Juris utriuſque conſultiſſimi. In hoc conventu geſta ſuperioris conſeſſus perlecta ſunt omnia, ſummaque diligentia ſingillatim ex ordine recognita & expenſa. Cumque nihil non recte prudenterque factum conſtitiſſet; Actis ipſis ingenti omnium approbatione ac lætitia ſubſcriptis, à Simplicio, poſt grates Divinæ bonitati ab omnibus perſolutas, dimiſſus eſt cœtus. Demum perbrevi decem menſium ſpatio abſolutâ ſanctuarii atque aræ maximæ ſtructura, perfectiſque ornamentis, Abbas cæleſtes opes è ſacrario (uti cogitaverat) in priſtinam ſedem reponere decrevit; quod ut celebri maxime apparatu ac pompa, feſtaque gratulatione perageretur, nulli labori aut impenſæ eſt parcitum. In id, quæcumque requirebantur, Neapoli elaborata coëmptaque omnia. Tum denique Kalendis Octobris, ſolenni ſupplicatione indicta, omnes è Clero convocati, ſtatuta die atque hora convenere.

Quibus miraculis rite examinatis,

C

in convocata ad 1 Octob. Synodo

19 Multos ſparſus futuræ celebritatis rumor remotis ex oppidis, longe vero plurimos ex circumpoſitis caſtellis, & ab urbe præſertim Germanenſi, Caſinum perduxerat: ingens etiam Monachorum numerus, ab Roma & Neapoli viciniſque è cœnobiis, qua loci ac Divorum religione, qua Simplicii invitatu, eodem confluxerat. Rebus igitur accurate diſpoſitis, Tertiana precatione in choro mature decantata, Patres in ſacrarium convenere. Simplicius ſex inter Abbates ſedebat medius: utroque è latere conſidebat longa miniſtrorum ſeries: ſuus cuique amictus, qui ſupplicationis & rei ſacræ functiones, eo die ſolenniſſimas, decebat maxime. Conſidebant è regione Abbatum, ad dexteram quidem Judices quatuor, Aſſeſſores duo; at lævâ, Protonotarii ac Notarii octo; aderant teſtes; & honeſtiorum hoſpitum frequentiſſima corona circumſtabat. Principio ſacrarum Reliquiarum productæ capſulæ: quæſitum an eædemmet eſſent, quæ anno ſuperiore ſub ara maxima inventæ fuerant, & in ſacrarium tranſlatæ. Quo rite comprobato, cetera deinde eumdem in modum, ex Tridentinæ Synodi & ſacrorum Canonum præſcripto, peracta ſunt abſolutaque omnia: ſtatimque à præſentibus Scribis in publicas tabulas relata.

D

decernitur faciendа 4 arcarum Tranſlatio

E

20 Ad extremum Arculæ ipſæ plumbeæ (quatuor numero) totidem novis, ex eadem materia, prius à Simplicio ſacratis, inſertæ ſunt. Appoſitâ ſingulis ſuâ ſchedulâ, Sanctorum nominibus, quorum venerandas Reliquias ſervabant, adnotatâ. Et primi quidem libelli hæc erat inſcriptio: *Sanctorum Monachorum Caſinenſium Reliquias, quorum nomina perierunt in terris, ſed ſcripta ſunt in cælis, ſub ara maxima conditas, Simplicius Caffarellus, hoc nomine Secundus, à Sanctiſſimo P. Benedicto Abbas* CXXVII, *meritis excelſas, editiore in loco collocavit; araque honorificentius exornata, majorem iis cultum deinceps haberi juſſit; Anno* MDCXXVIII, *Vrbani VIII Pontificatus anno* VI, *regnante Philippo IV Hiſpaniarum Rege Catholico.* Libelli ſecundi ſic habebat tenor: *Sanctorum Monachorum Caſinenſium, Guinizonis & Ianuarii ejus diſcipuli, miraculorum gloria illuſtrium, corpora, huc olim tranſlata ex monaſterio S. Nicolai de Ciconia, & ſub majore altari poſita, ut ipſum honorificentius exornaretur; Simplicius Caffarellus, hoc nomine Secundus, & hujus ſacri monaſterii Abbas* CXXVIII, *ſolenni pompa elevavit, & decentiori loculo condita repoſuit Kalendis Octobris* MDCXXVIII. *Pontificatus S.D.N. Vrbani VIII, anno* VI. *Philippo IV, Hiſpaniarum Rege Catholico regnante.*

quarum 1 Sanctos Caſinenſes anonymos.

2 SS. Guinizonem & Ianuarium

F

21 Tertius libellus in hunc modum conſcriptus erat: *Corpus S. Carolomanni, Regis & Monachi Caſinenſis, quem clariorem reddidit cella quam regia, cucullus quam purpura, pedum quam ſceptrum, obedientia quam imperium, è monaſterio Viennenſi, (ubi cum apud Pipinum fratrem Francorum Regem, ad Italiæ pacem procurandam, legatione fungeretur, vita functus eſt) huc tranſmiſſum, & ad ſanctiſſimi Parentis Benedicti pedes poſitum, Simplicius Caffarellus, hujus ſacri cœnobii Abbas* CXXVIII: (*ut, qui honoris inſigne repulit vivens, reciperet mortuus*) *ſolenni pompa elevatum, in ornatiorem loculum repoſuit Kalendis Octobris, anno* MDCXXVIII. *Pontificatus S. D. N. Vrbani Octavi anno* VI, *Philippo IV Hiſpaniarum Rege Catholico regnante.* Libelli poſtremi denique hujuſmodi erat inſcriptio. *Sanctorum Abbatum Conſtantini & Simplicii, ſanctiſſimi Patris Benedicti diſcipulorum & ſucceſſorum, corpora, ad ejus pedes poſita, Simplicius Caffarellus, hoc nomine Secundus, & hujus ſacri cœnobii Abbas* CXXVIII, *dum altare majus exornandum curaret, ingenti ſui & Monachorum omnium lætitia, reperit; cum rivi ſacri nectaris ex aridis oſſibus emanarent, & jucundiſſimo cum animi ſui ſenſu ſacras ſuorum prædeceſſorum exoſculatus et veneratus exuvias, ut honorificentiori loculo condita in poſterum ſervarentur,*

3 S. Carolomannum,

4 SS. Conſtantini & Simplicium, Abbates continebat.

A *ſervarentur, ſolenni pompa elevavit, & repoſuit Kalendis Octobris* MDCXXVIII, *Pontificatus S.D.N Vrbani Octavi anno* VI, *Philippo IV Hiſpaniarum Rege Catholico regnante.*

eadem in proceſſione circumferuntur,

21 Quibus rite peractis, hoc ordine inſtituta ſupplicatio. Sacrum vexillum præferebatur: pone ibant duodecim Sodalitiorum ſeculares Collegæ, in duodecim claſſes ſuis ſub ſignis diſtributi: ſequebantur duo è ſacra Franciſci diſciplina manipuli, alter Fratrum Capuccinorum, Minorum alter: tum cohors Dominico duce religioſam militiam profitentium: ſuccedebant linteati è Caſinatis diœceſis Clero ad quadringentos: proxime incedebat Monachorum caterva ingens, quorum è numero ſacris pretioſiſque veſtibus exculti amplius quadraginta conſpiciebantur: ſubibant deinde quatuor feretra, quorum ſingulis deferendis quaterni Monachi humeros ſuppoſuerant. Primo ferculo, quorum nomina intercidêre; ſecundo, Carolomanni; tertio, Guinizonis ac Januarii; quarto, Simplicii & Conſtantini cineres ſacrati ſervabantur. Primi & ſecundi geſtatores Dalmaticis; tertii, Sacerdotali amictu; quarti, Pontificio ſpectabiles incedebant. Sacrarum Reliquiarum pulvinaria, ſub umbellis ex ſerico & argenteo textili cum aureis fimbriis,

B ſtragulis Attalicâ è veſte cooperta, ferebatur. Porro è Nobilitate Neapolitana primarii viri, qui Caſinum religionis ergo advenerant, deferendi ſacrorum Pignorum umbellas, ſibi partes deſumpſere. Secundum feretrum ſceptro & corona, Regum notis; quartum pedo & tiara, Abbatum inſignibus, prænitebant. Sex Abbates mitrati, cum Pontificio amictu, poſtremi feretri utrumque latus cingebant; Simplicius, eodem habitu cultuque inſignis, ſupplicantium agmen claudebat. Sequebatur religioſorum hominum, diſtincte ordinateque incedentium, catervam, multitudo conferti populi copioſiſſima, quæ ſummam capitum ad

cælo ex nubilo in ſerenum verſo, octo millia facile conficiebat. Sacri cineres ea pompa non exiguam Montis partem circumlati; hoc majore pietatis ſenſu & admiratione omnium, quod celeberrimæ ſolennitati, cælum ipſum palam videretur applaudere. Nam paulo antequam compoſitum agmen è templo procederet, disjectis nubibus (quæ ad eam horam minutulo imbre depluerant) Caſinatem montem nitidiſſima luce perfudit; cum tamen per idem tempus circumpoſita late loca obſcurâ nubium caligine premerentur. Dies à ſole & ardentibus cereis (quos longus ſupplicantium ordo & circumfuſæ multitudinis plurimi geſtabant) aucto lumine, ſolito

C *inſignique apparatu.* ſplendidior agebatur. Omnia Montis latera lætis populi acclamationibus, modulate canentium ſymphonia, & repetitis ſcloporum diſploſionibus, reſonabant; cum toto etiam triduo (quod ſolenne feſtum præceſſit) quotidie ſub noctem diſpoſita per cœnobii feneſtras luminaria, ignei turbines, accenſæ tedæ ac lignorum ſtrues, & creberrimi majorum fiſtularum ictus è Montis faſtigio exauditi, proximæ celebritatis ſigna, longe etiam disjunctis oppidis edidiſſent. Templum & periſtylia pretioſis aulæis; porro aulæa carminibus & elogiis, paſſim ubique affixis, pulchrius enitebant: ſiquidem Monachi, politioribus litteris exculti, Divorum immortales laudes ita ſuis ſcriptis celebraverant, ut ipſi quoque ingenii & pietatis non exiguam laudem retulerint.

Reliquiæ SS. Guinizonis & Januarii in proprio ſacello collocantur.

22 Peracta ſupplicatione, Simplicius Abbas Sacrum ſolenne fecit, egregiis ſymphoniacis (quos ab Neapoli aliiſque locis advocaverat) ſuaviſſime intercinentibus. Quo abſoluto, Sanctorum Guinizonis, ac Januarii quod mortale erat ſacello, ad id noviſſime extructo, eſt conditum, cum ſequentis Elogii appoſitione: *Simplicius Caffarellus, Abbas à Sancto Patre Benedicto* CXXVII, *dum ſacra Divorum pignora honorificentius parat reponere; ſua in Divos religionis clariſſima pignora reportat. Dum venerandæ Exuviæ deteguntur, ſol ipſe venerabundus contegit radios, cœnobium prodigioſe irradiantem lucem ſuæ lucis defectu adaucturus; muſicum organum, pulſante nemine, arcano tantum impulſu, ad harmoniacum concentum inſonuit, ne à concordi ſuperum hominumque gratulatione diſſonaret; aridi cineres, ſuaveolenti rore humeſcentes, majorem pietatis flammam in animis Caſinenſium accendêre, dum è veteribus Sociorum Reliquiis, recentes ſubaleſcere Reliquias conſpiciunt, liquidarum imbre lacrymarum ſolidæ voluptatis magnitudinem conteſtantes; anno ab ortu Domini* MDCXXVII, *ab obitu Benedicti Parentis* MLXXXV. At Simplicii, Conſtantini, Carolomanni, & reliquorum exuviæ ſub ara maxima eumdem in locum relatæ ſunt, unde ſuperiore anno fuerant aſportatæ. Ceterum ad abſolutam celeberrimę feſtivitatis gratulationem & magnificentiã, quod unum ſupereſſe videbatur, id vero abunde ac liberaliter eſt præſtitum; omnibus videlicet, qui Caſinatem Baſilicam eo die inviſerunt (invisêre autem, uti diximus, ad octo millia) pro cujuſque ſtatu & conditione, humaniſſimi hoſpitii benignitate recreatis.

alia ſub ara maxima reponuntur,

23 Aræ maximæ (qua parte D. Benedicti ſepulcro jungitur & odeum ſpectat) affixus eſt lapis lydius pergrandis, aræ ipſius & ſepulchri ornamentum haud E mediocriter adaugens. Huic aureis notis hæc leguntur inſculpta. *A. M. D. G. Sanctiſſimi P. Benedicti, Monachorum Patriarchæ, & S. Scholaſticæ Virginis, ſororis ejus, corpora, ſub hoc altari, uno eodemque ſepulchro, ubi primum poſita fuere, ſancte quieſcunt. Hæ poſt annos bis centum, Petronace Abbate, S. Zacharias Pont. Max. pie perſpexit; &, ut reperit, intemerata reliquit. Et poſt alios ter centum annos, Abbate Deſiderio, inſpectantibus Apoſtolicæ Sedis Legatis, Alexander II (qui & baſilicam hanc dedicavit) intacta & indiminuta inventa fuiſſe, teſtatus eſt. Ad ipſorum pedes, Sanctorum abbatum, Conſtantini & Simplicii, ejuſdem ſanctiſſimi Patris Benedicti diſcipulorum ac in Sede ſucceſſorum, & S. Carolomanni, Regis & Monachi, quem ſui contemptus clariorem fecit, patientia admirabilem; & aliorum multorum ſanctorum Monachorum corpora reconduntur. Simplicius Abbas, hoc nomine Secundus, & in eadem Sede* CXXVIII, *qui altare ac tholum exornandum curavit, pietatis ſuæ monumentum poſuit, anno ab ortu Domini* MDCXXVIII, *ab obitu Benedicti Parentis* MLXXXVI.

juxta corpora SS. Benedicti & Scholaſticæ.

24 Poſtremo viſum eſt operæ pretium brevi narratiuncula teſtatum facere poſteritati, quanto meliore ſucceſſu Divina benignitas hanc Simplicii ſacrorum Pignorum perquiſitionem donaverit, præ illa, cui prope ducentis ab hinc annis Joannem Aragoniũ alioſq; plane infeliciter operam dediſſe, comperimus. Perquiſitionis inventioniſque exitum (quando præ inopia temporis incidi marmoreo in lapide non potuit) propoſita tabella hunc in modum palam facit. *Anno Domini* MCCCCLXXXIV, *ruſos profanis auſis religioſa Divorum pignora, è venerandis ara maxima tenebris, in lucem revocare, minax cælum horribili tonitru, fulmine, pluvia, ab incœpto revocavit; tellus, crebris agitata tremoribus, perterrefecit. Sed minis ac terrore incaſſum cedentibus, ſacrorum cinerum curioſi quæſitores non ceſſere. Acriter denique in pervicaces animadverſum; diverſo mortis genere intra annum defunctis, quicumque fuerant eâdem, invisâ Superis pietate, perfuncti. Anno deinde* MDCXXVII, *idẽ diſpari ſtudio tentatum, diſpari eventu ſucceſſit. Vbi cæleſtes theſauri in apertum ſe dedere, clauſum undique nubibus cælum (ut acceptam Superis pietatem atrato amictu clarius teſtaretur) Caſinum dumtaxat nova luce perfudit: humus quoque, religioſa functioni arridens, pretioſis exuviis puriſſimo rore illacrymavit: & muſica organa, quo impenſius ad pietatem impellerent, nullius impulſu muſicos concentus reddidere. Agnoſcant poſteri, ſincera pietas ſimulata pietati quid præſtet.*

ante 200 annos infeliciter requiſita, F

ſed anno 1627 feliciùs revelata.

DE SANCTO LAMBERTO

G. H. *EPISCOPO VENCIENSI IN GALLIA*

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus cultu & Actis, à teſte oculato ſcriptis.

ANNO MCLIV

Corpus S. Lamberti in eccleſia Cathedrali.

NEruſii *Ptolomæo ſunt populi Alpini, quorum urbs* Vintium, *aliis* Vencia, *vulgo* Vence, *Epiſcopalis in Alpibus maritimis, in ultima eaque montana Provinciæ parte ſita, quæ ſolum viginti quinque in ſua diœceſi habet parochias, quarum tres Pedemontio inſertæ, Ducis Sabaudi Dominio ſubjacent. In Eccleſia iſtic Cathedrali aſſervantur ſacta corpora* SS. Verani & Lamberti, *Vencienſium Epiſcoporum. Ex his* S. Veranus *colitur die* x *Septembris, aſt hoc* XXVI *Maii* S. Lambertus. *Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis ad an.* 1154 *num.* 7 *iſta ſcribit*: Hoc itidem anno VI Kalendas Julii ex hac vita

B *Relatus natalis ad* 28 *Junii.*

in cælum migrat S. Lambertus Epiſcopus Vencienſis in Gallia, qui ex monacho Lerinenſi, ad regimen ejus Eccleſiæ à Deo vocatus, mira claruit ſanctitate, eâdemque plurimis miraculis illuſtratâ, res ab eo præclare geſtæ ſcriptis mandatæ ſunt ab ejus æquali, qui complures ex illis ipſe vidit. *Hæc Baronius, ob cujus auctoritatem ad dictam* VI *Kalendas Iulii, ſeu* XXVI *Iunii eum retulerunt. Ferrarius in Catalogo generali, & Sauſſajus in Supplemento Martyrologii Germanici. Verum Acta habent num.* 6, ſpiritum reddidiſſe, ſepultumque VII Kalendas Junii, *ſive* XXVI *Maii, qui dies videtur apud*

Sed melius ad 26 *Maii.*

Baronium ſubſtituendus. Porro dicto die ſolenni Officio colitur, non ſolum in diœceſi Vencienſi, ſed etiam in Regienſi, ejuſdem Provinciæ ditione, quod Baudonii, hujus diœceſis oppido, eſſet exortus. Hinc in Lectionibus, pro dicta diœceſi Regienſi anno MDLXXXV *excuſis, iſta ſub finem adjuncta ſunt:* Anno autem Chriſti milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quarto, inſignis ejus Reliquiarum pars è Vencia Baudonium magno devotæ plebis concurſu tranſlata eſt, ubi hactenus à finitimis populis honorifice colitur, magnaque Deus Optimus Maximus, ad eum per Sancti ſui merita recurrentibus, inibi præſtat beneficia.

C *Acta antiqua.*

2 *Acta antiqua originalia aſſervantur in Archivis Eccleſiæ Cathedralis Vencienſis, ex quibus illa cum autographo collata per Antonium Iſnardum, Vicarium generalem Vencienſem; Dominicum Laureum, Præcentorem dictæ Eccleſiæ; Mauritium Vianum, Beneficiatum & Curatum ejuſdem Eccleſiæ; & Petrum de Guigonis, Notarium, tranſmiſſa fuerunt anno* MDXCVI *ad Vincentium Barralim Salernum, monachum Lerinenſem, qui in Chronologia Sanctorum inſula Lerinenſis ea edidit pag.* 180 *& ſequentibus: inde autem eadem hic damus. Sauſſajus ex dictis Actis longum encomium à ſe concinnatum edidit ad hunc* XXVI *Maii: quo etiam die eum referunt in Martyrologiis Benedictinis Wion, Menardus, Bucelinus, item Ferrarius ſupra memoratus. Ante ſepulcrum ſive altare B. Lamberti verſus ſequentes inſculpti ſunt, ſub ipſam, ut credo, mortem; prius certe quam ad ejus invocationem fierent, quæ in Actis ſcribuntur, quæque illi nomen & cultum Sancti pepererunt, miracula.*

Inſcriptio.

Diſcat qui neſcit, quod Epiſcopus hic requieſcit,
Nomine Lambertus, multa bonitate refertus,
Quique quaterdenis huic Sedi præfuit annis.
Non hunc erexit res blanda, nec aſpera flexit.
Parcat peccatis illius fons pietatis,
Et luceſcat ei lux perpetuæ requiei.

VITA

Auctore coævo & oculato.

Ex Mss. Vencienſibus edita à Vincentio Barrali.

CUm cũcta Creatoris opera, quę adeo immẽſa ſunt & inſcrutabilia, ut totius mẽtis humanæ cognitionem excedant, merito admiranda ſint; quædam tamen, quæ præter conſuetudinem contingunt, nonnulli plus admiramur. Quæ quidem licet admiratione, narratione ſimul, & laude digniſſima habeantur; tamen quia in peccatoris orẽ non eſt pulchra laudatio, cum metu & reverentia nos oportet de talibus habere ſermonem: non quod majora ſint, ſed quia inſolita dictu; videlicet cæcis viſum, mutis loquelã, & ſurdis auditum reſtitui, paralyticis membrorũ officia reparari conſpicimus, & multa alia, quæ frequenter per Sanctos ſuos divina Pietas operatur. Cum etiam cuncta, quæ divino nutu ſubſiſtunt, ad dandam Omnipotenti laudem & gloriam, divinis oraculis innitantur; præcipue tamen in Sanctis univerſis ſuis benedicendus eſt Deus atque laudandus, quod vivẽtes & in mandatis Chriſti perſeverantes diverſis virtutibus adornarit, & tam inter mundi labores atque anguſtias poſitos, quam viam univerſæ carnis ingreſſos, miraculis decorarit, & ex terrenis cæleſtes effecerit, ac divinitatis ſuæ participationem præbuerit & gloriam. Quorum dum vitam vel geſta recenſentes exponimus, quid aliud agimus, quam lumen ſuper candelabrum ponendo, iter agentibus viam oſtendimus? quod in præſentiarum, Domino annuente, facere cupientes, ipſum veritatis Auctorem invocemus, ut & quod verum eſt dicere, & quidquid veritati contrarium eſt vitare concedat, dum ne minus periculoſum ſit pro vero falſum aſſerere, quam ipſam veritatem abnegare. Quod igitur ſcimus, ratione approbamus; dum credimus, auctoritati fidem adhibemus: nam qui ſolam narrat opinionem, nævum quandoque falſitatis incurrit. Nos ergo, dum relinquentes dubia pro certis, ea quæ à multis, tam laicis quã Clericis, perſonis fidelibus & honeſtis, certa didicimus relatione, quę etiam oculis noſtris vidimus, & quæ frequenter fieri conſpicimus, de veris geſtis B. Lamberti Vencienſis Epiſcopi exequimur, ipſam veritatem nos docente Spiritu ſancto, orationis vela pandamus.

1 *Auctor, invocato Deo,* D

F *à ſe viſo ſcribit.*

2 Beatus itaq; Lambertus, de Baudunio Regienſis [diœceſis] oppido, de genere Nobilium traxit originẽ. Cujus mater dum eum in utero geſtaret, & partui propinquaret, doloribus anguſtiata vita deceſſit, & de ventre illius inciſo idem puer manibus extractus eſt. Continuo autem ſacro fonte regeneratus, parvoque tempore parentum domo nutritus eſt, & poſtea Deo dicatus; atque in Lerinenſi monaſterio educandus, & tam litteris quam monaſticis inſtitutionibus traditur imbuendus. Ibi dum adoleſceret tam bonæ indolis ado-

Lambertus utero matris exciſus.

A adoleſcens, tantæ humilitatis, tam ſanctæ converſationis apparuit; ut tam Deo quam hominibus placens, ab omnibus nimio affectu diligeretur; tantaque gratia pollebat, ut mentis ingenuitate ac morum honeſtate Nobilium genus omne tranſcenderet. Virginitatem quoque carnis & animæ cũ omni devotione in omni ævo, divina gratia inſpirante, ſervavit. In addiſcendis litteris ſedulus, ad retinenda ea quæ percipere poterat ſtudioſus, circa ea quæ Dei ſunt omnimodis erat ſolicitus. Verumtamẽ periculum matris animum ejus valde perterruit, in tantum, ut ſe matricidam aſſereret, eo quod initium nativitatis ejus, cauſa mortis illius exſtitiſſet. Unde ſuæ conditionis memor, omnium ſe noviſſimum exiſtimabat; & omnium virtutum cuſtodem humilitatem, ſecum familiariter retinebat: vigiliis vero, jejuniis & orationibus aſſiduis inſiſtendo, ad ſupernam promiſſionem anhelabat. Vir igitur prudentiſſimus erat, qui tranſitoria fugere noverat, & quæ beatum faciunt poſſidentem, omnimodis appetebat. Refrænando etiam ea, quæ homi-
virtutem amplectitur. nem poſſent delectare, temperantiam obtinebat. Fortis erat, quia numquam adverſis potuit frangi, nec aliquando proſperis elevari. Juſtus quoque erat, quia
B nulli unquam quod ſuum erat abnegavit, & Creatoris obſequio ſe perpetua & conſtanti voluntate, ut dignum eſt, mancipavit.

3 Cumque de virtute in virtutem infatigabiliter aſcendere conaretur, fama ſanctitatis illius circumquaque crebreſcente, opportuno in tempore divina
Factus Epiſcopus Vencienſis, prædeſtinatione, Vencienſis Eccleſiæ ordinatur *a* Epiſcopus. Eamdem igitur quadraginta annis fideliter rexit Eccleſiã, ſubjectamq; ſibi plebẽ nõ minus exemplis, quam verborum prædicatione inſtruxit; Humilitatis quoq; non immemor; dũ plus ſublimaretur, non, quaſi dominationem in Clero haberet, ſe extollebat, ſed erat inter eos quaſi unus ex ipſis. Audientes autem multi, diverſis ægritudinibus alligati, tantæ ſanctitatis famam; concurrebant ad eum, ejus auxilium per orationem, vel per manus impoſitionem
ſanat ægros. flagitantes; qui continuo priſtina ſanitate recepta, ad propria cum gaudio revertebantur. Etiam epilepticis divinæ pietatis beneficio reſtituit ſanitatem. Per triginta vero annos ante terminum vita ipſius Pſalterium ex integro, antequam comederet, ſtando perlegere ſingulis diebus ſolitus erat. Licet vero ſtatura eſſet procerus, ſpecioſus forma, vultuque decorus,
Jejuniis deditꝰ jejuniorum tamen & orationum ac vigiliarum aſſiduitate corpus edomitum in ſervitutem ſpiritus redigebat; & omni mentis intentione, ubi theſaurum ſuum reconditum habebat, in cæleſtibus converſabatur. Quamquam & tam ſpeciali dignitate, quam &
C ſanctitatis fama, magnus inter homines haberetur, ſubmiſſum tamen ſe exiſtimando, parvis ſemper erat contentus. Tranſgreſſoribus autem normam juſtitiæ opponebat: quoſdam etiam plus, perferendo, quam perſequendo, ab impietate revocabat: mitibus atque piis mitiſſimus exiſtebat.

4 Quodam igitur tempore, Quadrageſimali abſtinentia peracta, in die ſancto Paraſceve, dum ad
Per aquã in vinum convertitur. veſperum Clericis potus deferretur, ipſe ſibi aquam præcepit afferri, quæ ab eo more ſolito ſignata, illico in vinum converſa eſt. Quod dum guſtaſſet, vinumque comperiſſet, minatus eſt miniſtro, quod ſibi vinum detuliſſet. Iterumque, ipſo præcipiente, aqua delata eſt, ipſoque benedicente, ſignata ſtatimque vinum eſt effecta. Quo guſtato atque comperto, cunctis qui aderant admirantibus, increpavit miniſtrum; non credens quod aqua eſſet, id quod ſibi detulerat. Iterumque præcepit aquam ſibi in plevim afferri, & ſe vidente in ſcyphum infundi; quam iterum ſub nomine Trinitatis ſignavit, & continuo vinum effecta eſt. Quod cum vir beatiſſimus comperiſſet, & opus divinæ fuiſſe pietatis intellexit, & cum gratiarũ actione ex eo bibit, & Clericis qui cum eo erant ad bibendum porrexit; quorum quidam qui biberunt; ſuperſtites exiſtunt, & certũ teſtimonium proferunt. AUCTORE COÆVO

5 Appropinquante vero reſolutionis ejus tempore, artubus ægritudine fatigatis, à lecto ſurgere non *in ultimo morbo* valebat; ſed mentem ac ſpiritum ab intentione oratio- *cæcam illũ* nis non relaxabat. Concurrebant ergo ad eum ex *mittit.* vicinis civitatibus & caſtellis innumerabiles virorum ac mulierum caterva viſitationis gratia, quia ab omnibus circumquaque nimio affectu diligebatur. Cuidam autem mulieri longius manenti, quæ per quinquennium cæca extiterat, viſum eſt per ſomnium, ſe ante ſanctum virum Lambertum aſſiſtere; & per illius manus tactum, viſum recipere. Cujus viſionis non immemor quantocius potuit, ad locum ubi erat perrexit. Quæ ingreſſa interius, obnixius deprecabatur, ut eam benediceret. Dumque elevata manu eam benedixiſſet, apprehenſam manum illius mulier deoſculata eſt, & tetigit inde oculos ſuos, & ſtatim viſum recepit; cunctiſque qui aderant admirantibus, pro ſua illuminatione Deum benedicere cœpit.

6 Cumque vir beatiſſimus exitui propinquaret, E audivit cæmentarios in Eccleſia tundentes lapidem, *ſignat ſepul-* & ſarcophagum illius aptantes. Interrogavit, quid a- *crum* geretur; & dictum eſt ei à circumſtantibus, quod ſepulcrum illius, in quo ponendum eſſet corpus illius, pararetur. Rogavitque eos, ut ſe adjuvarent & ad videndum illud ducerent. Quod cum factum eſſet, benedixit illud, & elevata manu ſignavit; Et ſic reverſus ad lectum, aliquantulum quievit; & circumſtante bonæ memoriæ Petro, *b* Antipolitano Epiſcopo, & Arnaudo, *c* Nicienſi Epiſcopo, cum Cleri ac b
plebis numeroſa multitudine, de his quæ ad eum c
pertinebant, quî ageretur, memoriter ordinavit. Epiſcopus *d* vero agens in extremis interrogatus, d
quomodo ſe haberet; reſpondiſſe fertur, Bene me habeo, & bona Domini in terra viventium me viſurum, credo. Et hæc illius ultima verba fuerunt. Et ſic bonis operibus agitatum ſpiritum reddidit, ſepultuſ- *& pie moritur.*
que eſt honorifice in ſepulcro lapideo, à jam dictis Epiſcopis in eadem vencienſi Eccleſia, cui Deo auctore Præſul extiterat, VII Kalendas Junii: ubi ad ejus memoriam venientes multa beneficia, divina miſeratione, percipiunt.

7 Venerunt quoque die ſeptimo ex vicinis oppidis Clerici multi, Miſſarum ſolennia celebraturi; paupe- *Sanantur* res etiam eleemoſynarum beneficium recepturi; in- *cæci.*
ter quos quidam, qui longo tempore fuerat cæcus, F
adveniens, ante Beati viri ſepulcrum oravit, ſtatimque viſum recepit. Videntes autem illum, qui eum pluribus annis cæcum agnoverant, nunc videntem; valde admirati ſunt, & divinæ pietati laudẽ attribuunt. Mulier quædam filium habens cæcum, audienſque tot ac tanta de B. Lamberto narrari miraculorum inſignia, adduxit filium ſuum ad ſepulcrum illius, & excubiis celebratis; oratione ſtatim oculi ejus illuminati ſunt. Procedente vero tempore in Paſchali ſolennitate, dum deceret omnem Chriſtianum ſanctitati & honeſtati operam dare, vaſque ſuum in ſanctitate & honore poſſidere, puer quidam rixando & conviciando cum altero, ſubito in- *energumenus,* ſanire cœpit, & à dæmonio vexari. Apprehendentes autem eum, qui circumſtabant, tenuerunt eum & ligaverunt. Cumque diutius vexaretur, & male ſe haberet, fuit conſilium eorum, ut ad ſepulcrum B. Lamberti eum adducerent, ibique dimitterent. Quod cum factum fuiſſet, aliquantulum quievit, ſtatimque quaſi à ſomno expergefactus, priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt. Quidam homo, Fulco nomine,

A. COÆVO *ſurdus,* Vencienſis Eccleſiæ parochianus, qui longo tempore ſurdus extiterat, venit ad eccleſiam, & ante ſepulchrum ſanctiſſimi viri cum lumine ſuo noctem duxit inſomnem. Cumque circa auroram orationi inſiſteret, quod fideliter petiit, impetravit: nam tum ad inſtar pellis exſiccatæ dum impetuoſe rumpitur, auris illius fecit crepitum dum aperiretur, & ſic optatum recepit auditum. Quidam juvénis & corpore ægrotabat, & mente alienabatur à Deo, ut amici ejus de ſalute illius dubitarent: fecerunt ergo imaginem ceream, ipſumque ægrum ad ſepulchrum B. Lamberti adduxerunt, & imaginem detulerunt. Cumque in excubiis pernoctaſſent, æger divino beneficio ſenſit levamen, & ſic de illius ſalute gaudentes ad propria ſunt reverſi.

impos mentis.

Aqua ex ſepulchro ſcaturiente ſanantur varii,

8 Redeunte autem tempore, cum ad celebrandum annuale obſequium Cleri ac plebis multitudo maxima conveniret; quoddam inſigne, omnibuſque admirandum, cunctis qui aderant cernentibus, apparuit. Nam vas in quo corpus illius quieſcebat, manantibus limpidiſſimis aquis cœpit ſuperfundi, quaſi imbribus validis deſuper irrigaretur. Miles quidam famoſiſſimus intererat, qui lumen dudum unius oculi penitus amiſerat, & aqua illa oculum cæcum tetigit, & continuo lumen quo caruerat recepit. Puer quidam Joannes nomine, qui ſemper mutus extiterat, ibidem adductus, ante ſepulchrum viri Dei loqui ſimul & Deum benedicere cœpit. Mulier vero quædam, Suſanna nomine, de aqua illa quæ de ſepulchro illius manaverat, in vaſe vitreo recepit, & ſecum detulit; multiſque, qui variis ægritudinibus detenti erant, ad bibendum porrexit, qui illico priſtinæ ſanitati reſtituti ſunt. Mulier quædam, quæ & longo tempore muta extiterat, & brachium ſimul ac manum paralyticam habebat, eodem die & ſanitatem recepit & loquelam. Duæ mulieres, quarum altera erat cæca, altera ſurda, ſub unius diei ſpatio deſideratam ſoſpitatem ſe recepiſſe gaviſæ ſunt. Homo quidam cæcus, & mulier cæca, de diverſis locis venientes, ante ſepulchrum illius orantes divinæ pietatis beneficio una die ſimul illuminati ſunt. Quatuor mulieres, in diverſis locis habitantes, audito rumore tot ac tantorum miraculorum, ad ſepulcrum beatiſſimi viri venerunt, miſericordiam unanimiter deprecantes, quarum duæ longo tempore cæcitate laboraverant, tertia per quinquennium muta fuerat, quarta quindecim annis paralytica extiterat: quæ per triduum orando ſuſtinuerunt, & in die tertia optatam quam petierunt ſalutem impetrare meruerunt. Mulier quædam ſciatica, quæ nullo tempore valebat incedere, ad memoriam prætaxati Epiſcopi delata eſt, & ante ſepulcrum illius poſita: quæ uſque in craſtinum perſeveravit orans: & circa mane, oſſibus illius crepitantibus, ita ut à circumſtantibus audiri poſſent, erecta eſt & ſanitati reſtituta. Mulier quædam, habens filium paralyticum, ad memoriam beatiſſimi Lamberti eum adduxit: & ante ſepulcrum illius pernoctantes, noctem duxerunt inſomnem: circa mane autem cum firmitate membrorum puer optatam adeptus eſt ſoſpitatem: & ſic cum eadem matre ſua cum gaudio ad propria reverſus eſt. *e*

ANNOTATA.

a *Anno Chriſti* 1114, *mortuo deceſſore Petro, qui fuerat iſtis infulis decoratus anno* 1094.

b Antipolis *urbs Provinciæ Epiſcopalis ſitu maritima, ſub quo erat Lerinus inſula, nunc S. Honorati. Verum Sedes Epiſcopalis inde Graſſam interiorem urbem poſtmodum tranſlata fuit, quod hæc maritimis prædonibus non ita eſſet ſubjecta.*

c Nicia *ſeu* Nicea, *vicina urbs, ſed nunc Pedemontio adſcripta, de qua ſupra egimus ad diem* XXIII *Maji, quo colitur S. Siacrius ejuſdem urbis Epiſcopus.*

d *Ita correxi turbatum ſenſum, cum legeretur,* Epiſcopo vero agente in extremis, interrogatus.

e *Sub finem addebantur iſta, ab aliquo poſtmodum adjuncta.* Præfatus vero Epiſcopus per quadraginta annos Viennenſem rexit Eccleſiam, ut dictum eſt, & anno Incarnationis Salvatoris noſtri milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto ſuum ſuo reddidit ſpiritum Creatori.

DE S. PHILIPPO NERIO

INSTITVTORE CONGREGATIONIS PRESBYTERORVM

ORATORII S. MARIÆ IN VALLICELLA ROMÆ.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De tribus Sancti Vitis, compoſitis ab Antonio Gallonio, Jacobo Baccio, & Hieronymo Barnabæo, ejuſdem Congregationis Presbyteris. Prima & ultima dantur.

AN. MDXCV. *Ixdum è vivis exceſſerat* S. Philippus Nerius, *an.* MDLXXXXV *hac die* XXVI *Maji, cum crebreſcentibus ad defuncti corpus, etiam antequam ſepeliretur, miraculis, lateque per Vrbem didita ſanctæ mortis fama, credi cœpit haud diu futurum, quin eum inter Sanctos religioſe colendum ſuſciperet Eccleſia univerſa. Itaque primis ſtatim ab obitu annis, pleriſque tunc Romæ degentibus tam certa viri Sanctitas fuit, ut negotio haud magno fuerit impetrata facultas audiendi eos, qui ſe offerebant, Teſtes de Vita ac Miraculis tanti Patris. Inter hos diſcipulus ejus ex carioribus unus,* Antonius Gallonius, *Cæſaris Card. Baronii in condendis vulgandiſque Annalibus Eccleſiaſticis adjutor ſtrenuus, Hiſtoriam contexuit, quæ confluxuros ad Annum ſacrum undique peregrinos, cum novi Inſtituti, tum ipſius Fundatoris imbueret notitia, in omnes mox Chriſtiani orbis provincias diffundenda. Iuvat autem ex ipſomet Gallonio, Lectorem ſuum alloquente, intelligere, qua methodo, ſtylo, ac certitudine ſcripſerit.*

Prima Vita auctore Ant. Gallonio,

2 Vitam, *inquit* abſolvimus B. Philippi Nerii, non noſtris viribus, qui parum valemus facultate ſcribendi, ſed illius ope, qui infantium linguas facit diſertas. Digeſſimus eam in annos, non idcirco ſolum, ut quo minus confuſa eſſent ſingula, eo eſſent omnia clariora; *breviter ex juratis teſtimoniis collecta,*

A riora; ſed multo etiam magis, ut ex continuatione ac ſerie annorum, & continuata perenniſque Beati viri ſanctitas, & Congregationis progreſſus appareret. Stylo uſi plerumque ſumus, preſſo quidem, ſed non obſcuro. Quæ in hiſtoriam retulimus, à juratis fidelibuſque teſtibus deprompſimus ducentis quinquaginta duobus, qui ſcilicet aut viderunt ipſi, aut ab iis qui viderant cognoverunt. In ſingulas ferme res teſtes dedimus, quos in paginæ extremitate adnotavimus; ubi etiam conſimilia perſæpe iis, quæ de Philippo narrantur, Sanctorum exempla citavimus. In teſtibus (ut ceteri ſileantur) S.R.E. Cardinales ſex, qui cum Philippo uſum & conſuetudinem habuerunt; nempe, Alexander Medices, Auguſtinus Cuſanus, Octavius Paravicinus, Federicus Borromæus, Franciſcus Maria Tauruſius, Cæſar Baronius. Teſtes auditi omnes, juris ordine rite ſervato, ab integro atque incorrupto viro Iacobo Butio Presbytero Galleſano, Civitatis Caſtellanæ (ſic hodie dicitur) diœceſis, Baſilicæ Lateranenſis Canonico, publico Apoſtolica auctoritate Notario, in Romanæ curiæ Tabularium relato, viſitationis Apoſtolicæ S. D. N. Clementis Papæ octavi Notario, & Hieronymi Card. Ruſticuccii Epiſcopi Sabinenſis ejuſdem S.D.

B N. Papæ Vicarii Congregationum, ut vulgo appellamus, à ſecretis. *Huic Vitæ, ineunte anno quem dixi ſe-*

editur Romæ an. 1600. *culari* MDC, *à prælo prodituræ,* IV *Kalendas Februarias approbationem ſuam addidit, poſt quatuor ſuæ Congregationis doctiſſimos ſanctiſſimoſque viros Petrum Peracchionum, Germanicum Fidelem, Thomam Bozium, & Iuvenalem Ancina, totius Congregationis Præpoſitus Angelus Vellius: nec eo contentus, voluit etiam eamdem à quinque Cardinalibus recognoſci; qui fidem ei quam certiſſimam facere poſſent quemadmodum ſub hac forma fecerunt.* Omnia quæ de Beato Philippo Nerio conſcripta ſunt, partim propriis me oculis vidiſſe, partim certo graviſſimorum virorum ſermone cognoviſſe, atteſtor ego Octavius, Tituli S. Alexii Presbyter Card. Paravicinus. Federicus, S. Mariæ Angelorum Presb. Card. Borromæus. Franciſcus Maria, Card. Tituli S. Bartholomæi Archiepiſcopus Senenſis. Cæſar, Cardinal. Baronius Tituli SS. Nerei, & Achillei. Alphonſus, S. Sixti Presbyter Card. Vicecomes.

& atteſtatione quinq; Cardinalium roboratur,

dein an. 1602 recuditur in Germania:

C 3 *Erat Romæ, ſacri anni cauſa, cum Vita illa ſic excuderetur Valentinus Leuchtius, ſacræ Theologiæ Doctor & in æde D. Bartholomæi Francofurti ad Mœnum Eccleſiaſtes. Hic quid ageretur intelligens, rogavit amicum, ut abſoluta editione exemplar ad ſe Francofurtum tranſmitteret, quod cum bona Auctoris Congregationisque venia Germaniæ toti faceret per novam impreſſionem commune; prout fecit anno* MDCII, *ſub patrocinio Reverendiſſ. D. Georgii Abbatis Weingartenſis. Ex utraque inter ſe collata editione placuit eamdem Vitam hic dare, tamquam omnium primam vetuſtioremque; ea tamen ratione, ut deſignatione annorum Chriſti atque ætatis, quam auctor ſupra libri pagellas ſingulas exprimi fecit, relata in marginem, ex eodem margine auferamus Auctoris ipſius Notas, ſingulorum quæ in contextu dicuntur fidem facientes, eaſque more noſtro exhibeamus ad calcem ſingulorum Capitum, in quæ diſtinguemus librum, uſitata nobis hiſtoriæ ſynopſi ad margines illuſtrandum. Quot deinde & quibus locis, auctoribus, ac linguis ubique regionū brevi tempore apparuerint compendiariæ relationes, nec facile eſt accurate exponere, neque huic loco valde neceſſarium. His ergo prætermiſſis, tranſeo ad Vitam alteram, ampliorem priori.*

& hic datur.

Secunda auctore Iac. Baccio Italice bis ante & poſt canonizationē edita.

4 *Hanc compoſuit, Italice primum, Petrus* Iacobus Baccius *Aretinus, prædictæ Congregationis Presbyter, & Gregorio Papæ* XV *dicatam evulgavit Romæ, paulo ante quam idem Pontifex ad ſolennem* Philippi *Canonizationem accederet, ſicut fecit anno* MDCXXII, XII *Martii. Sed quia tunc ſolum comparuerat ibi* Philippus *cum titulo* Beati, *placuit, Canonizatione peracta, eamdem non ſimpliciter recudere, ſed novo labore operoſius recognitam, inſpectis denuo accurateque Proceſſibus: itáque haud parum aucta iterato prodiit Vita hæc, ſub ejuſdem Papæ Gregorii XV auſpiciis, typis Iacobi Maſcardi anno* MDCXXV, *amplum jam volumen, & in ſex diviſum libros. Quin etiam, ut omnis hiſtoria tam eximiæ ſanctitatis etiam ab illiteratis percurri poſſet, Ioanne Stella delineante, Chriſtiano Sas ſculpente, curatæ ſunt tabulæ quadraginta quinque, ipſam partitim exhibituræ per imagines, quæ paucis ſubtus verbis explicatum argumentum haberent, cum numero libri atque capitis in Italica Baccii Vita, ubi ſingulæ poſſent vel ad ornamentum inſeri vel ad firmandam memoriam componi. Nobis placet frontalem inde imaginem accipere, ex judicio Romanorum Patrum nonnihil correctam, quia ſic dicitur veram Sancti effigiem repræſentare, præ aliis plurimis; etiam præ illa, quam libro ſuo præfigi fecit Baccius, ad normam illius vexilli quod pro celebrandæ Canonizationis actu in Vaticana Baſilica appenſum fuit, genuflexum in habitu ſacrificali exhibens, coram apparente ſibi Deipara.*

AUCTORE D. P. *deinde imaginibus illuſtrata,*

unde vera effigies ſumpta.



S. PHILIPPI NERII
Vera effigies.
Obiit Romæ anno 1595, 26 Maÿ.

Porro ut Vita illius tam amplæ fructus pateret latius, idem Baccius ipſam Latine traſtulit; complura *tamen,* tum locorum, tum perſonarum nomina, *ut præfatur, conſulto omittens,* quod non ad Italos, ſed ad exteras præcipue nationes hiſtoriam dirigeret; quibus cum ea ſint prorſus ignota, obſcurus forſitan redderetur ſenſus.

Eadem Vita Latine reddita.

F 5 *Hic liber prodiit anno* MDCXLV, *centum ac triginta paginis Italico brevior. Vterque autem ſerviturus nobis fuerat, ad Vitæ prioris Supplementum bene magnum conficiendum, ſicuti in Martio atque Aprili jam ſæpius fecimus circa recentiores Sanctos, quorum Vitæ, primitus à coævis fere auctoribus ſcriptæ, poſtea ex Proceſſibus aliisq; magna prolixitatis & accurationis documentis plurimum auctæ prodierunt. Eumdem in finem ipſos quoque Proceſſuum libros nobis mitti petieramus, quando una cum his miſſa eſt Vita nova, cum hujuſmodi Epiſtola.* Eruditiſſimi atque amantiſſimi Patres, Godefride Henſcheni & Daniel Papebrochi, Hieronymus Barnabæus, noſtræ olim Congregationis Præpoſitus, qui vos Romam venientes ſingulari animi exultatione excepit, en iterum redivivus venit ad vos, pari ſine dubio caritatis affectu à vobis excipiendus. Ac ne vacuus in conſpectu veſtro appareret, ſancti Parentis noſtri Philippi, quam ipſe diſpoſuerat, Vitam vobis edendam, ac menſi Majo, quem præ manibus habetis, inſerendam offert. Ejus plane conſilium in novo

omittitur; pro eaque datur tertia.

AUCTORE D. P. *Auctore Hier. Barnabæ noviter digesta.*

hoc opere condendo fuerat, ut sanctissimi Patris gesta, quæ vernacula exarata lingua omnium pene manibus per Italiam terebantur, atque ingenti sane animarum lucro frequentabantur, ab exteris quoque nationibus, non jejune ut antea, sed nitidiori sermone & auctiori rerum copia locupletiora redderentur. Quapropter incredibili diligentia Processus omnes, pro ejus Canonizatione confectos, evolvere, ac fugientia quæque Archivi nostri tabulata consulere instituit; religioni ducens aliquid addere aut retinere, quod non probatis certisque testibus firmaretur. Cumque jam supremam operi imponere manum meditaretur, ad beati Patris nostri evocatus amplexus, nobis non eam dumtaxat quam de illo conscripserat, sed quam etiam in seipso ad ejus normam expresserat vitam, contemplendam reliquit. Egregia namque in Deum pietate, ac jugi erga proximum caritate, alterum plane repræsentabat Philippum, qui (ut ajebat Card. Baronius) octogenarius nunquam sibi vixit, sed omnium semper utilitati, noctu diuque, usque ad extremam horam. Quod vos, præstantissimi Patres, in perbrevi illa Romana commoratione haud quaquam præteriisse, docuistis abunde in amantissima, quam ad nos Tomo II mensis Martii dedistis Præfatione, ubi blandam Hieronymi caritatem ingentibus laudum præconiis prædicatis. Cujus ergo mores vestris extulistis laudibus, ejus quoque scripta laudatissimis vestris inferte voluminibus.

B

eo fine ut huic operi inseretur

5 *Ita ab annis circiter decem, tunc* Reverendus Pater, *nunc* Eminentissimus S.R.E. Cardinalis Presbyter, titulo S. Petri in Monte-aureo, Leander Coloredus, *ex antiqua apud Venetos nobilitate Presbyteris Oratorii Romani ab annis ferme triginta adjunctus; inter quos gradatim ad sacros promotus Ordines, tantos in virtute atque eruditione progressus habuit, ut magnis istis Historiæ ecclesiasticæ conditoribus, Cæsari Baronio atque Oderico Raynaldo, ad Annales prosequendos communi omnium voce suffectus, ac tandem sacro Purpuratorum Patrum Collegio adscriptus à S.D.N. Innocentio Papa XI personarum ac meritorum æstimatore acerrimo; ostenderit minime vanam fuisse spem, quam de eo adhuc juvene fovere se testabantur præcipuæ notæ Patres jam inde ab anno* MDCLXI, *quo nobis Romæ existentibus, & P. Henschenio sæpius ad corpus* S. P. Philippi *sacrificanti, promptissima caritate serviebat minister, tanto gratior erudito illi seni, quanto videbatur certius præsagire, eum quoque illustrium Scriptorum numero accessurum aliquando: exinde vero perpetuum nobiscum fovit litterarum commercium; quod ne in hac quidem Eminentissima dignitate intermittendum, quin potius fovendum studiosius declaravit, datis ad nos humanissimis litteris. Illa autem, quas cum Vita prælaudata misit, data fuerunt, vivente adhuc Henschenio, nomine Reu. adm. P. Mariani Soccini Præpositi omniumque Congregationis suæ Patrum. Idem P. Coloredus, post annos aliquot, defuncto jam Henschenio, mihi scripsit, Marcum Antonium Frances de Vrrutigoyti, Archidiaconum Cæsaraugustanum in Arragonia, edidisse Vitam Sancti Patris, Hispanico sermone conscriptam; & anno ipso quo ista indicabat* MDCLXXXII, *Romæ prodisse Opuscula Miscellanea cujusdam Ioannis Manfredi, Sacerdotis Tarentini, ubi multa referantur de* S. Philippo, *deprompta ex Vita ejus: de qua Vita Societatis nostræ Generalis VII, Vincentius Carafa, notæ vir sanctitatis ac gravitatis, solebat dicere, quod sola vocari posset* Flos Sanctorum; *quia conjunctim in ea legerentur, quæ liber sic nominatus & præcipuos quosque per anni circulum Sanctos complexus, sparsim refert de singulis.*

C

& commendata à Card. Coloredo,

6 *Magnum profecto à viro magno maximique faciendum elogium; quamquam Carafa ea solum legisse potuerit, quæ Gallonius Bacciusque ediderunt. Quod si ille nunc viveret, & legere posset, quæ postremus collegit Barnabæus, eadem quo antea Baronii Vitam ediderat stylo, sed rerum copia longe majori, quid dicturum fuisse existimabimus? Talem erga Vitam, tantoque cum affectu præparatam & communicatam nobis, nefas duxi vel unico verbo truncare, sed totam huic Operi inferendam putavi. Superfluum etiam censui, post ejusmodi scriptoris tam accurati labore, scrupulosius evolvere prolixissima Processuum hac pariter missorum volumina: quid enim istic à me sperarem inveniendum, quod ille non curaverit adnotare? Solum ergo licere mihi volui, antiquam divisionem operis, in sex libros brevioraque subinde Capita, designare in margine, novamque inducere continuorum Capitum* XLIII.

D

7 *Edita postmodum Italice est, mihique missa* Brevis notitia quorumdã sociorũ S. Philippi, *auctore (ut intellexi) P. M. Iacobo Riccio, ex Ordine Prædicatorũ, sacræ Congregationis Indicis Secretario ac Magistro Provinciali, nunc Procuratore Generali, ex antiquis Mss. Oratorii aut fidelì eorum narratione, collecta: quæ Vitæ sancti Patris, seorsim edendæ, haud inutilis Appendix accedere potuisset. Verum multa magnaque rationes suaserunt, ne novi istius operis accessione molem nostram, jam satis nimiumque auctam, cumularem magis. Sufficiat ergo indicasse, quod eorum nomina, quorum ibi laudantur virtutes, hæc sint:* Joannes Juvenalis Ancina, Episcopus Salutiensis; Franciscus Maria, Cardinalis Taurugius; Cæsar Cardinalis Baronius; P. Alexander Fidelis, P. Angelus Vellius, P. Thomas Bozius, P. Franciscus Bozius, P. Nicolaus Libius, P. Julius Saviolus, P. Antonius Gallonius, P. Augustinus Mannus, P. Flaminius Riccius, P. Joannes Matthæus Ancina, P. Petrus Consolinus: *quibus ex laicis, rei domesticæ adjutoribus, accensent* Bernardinus Corona, Joannes Baptista Guerra, Baptista Flores, Julianus Maccaluffi, Ægidius Calvelli, Thaddæus Landi.

Indicatur Notitia primorum Sociorum, Italice excusa.

E

8 *De Costa & Vertebra, corpori sancto alias integro exemptis, ac Neapolim translatis, ipsiusque Philippi in urbe illa Regia celeberrimo cultu, in Appendice post Vitam agetur: alibi si reperiat Lector mentionem Reliquiarum hujus Sancti, non existimet agi de aliquo ejus osse vel parte notabili corporis, quod, demptis quas dixi partibus atque intestinis, integrum incorruptumque servatur: sed vel de horum intestinorum particula aliqua, aut de capillis, vel de rebus quæ Sancto fuerunt in usu; puta pileolis, linteis, precatoriis globis, aliisque hujus generis: ad quorum præsentiam plurima esse patrata & hodiedum patrari miracula constat. Quam multis autem in locis extra Vrbem talia habeantur, neminem reperi, qui doceret. Nolo tamen hic præterire quod in Memoriis sacris Ravennatium scribit ecclesiæ illius Canonicus Theologalis D. Hieronymus Fabri, in parochiali S. Agnetis ecclesia, in qua requiescit corpus S. Exuperantii Episcopi, de quo ad diem* XXX *Maii, haberi istiusmodi Reliquiam aliquam* S. Philippi Nerii, *Roma transmissam à dignissimo ejus urbis cive, Francisco Ingoli, Secretario sacræ Congregationis de propaganda fide usque ad annum* MDCXLIX, *quo septuagenarius excessit è vivis, vir multis titulis apud eumdem Hieronymum laudatissimus: quæ quidem Reliquia in die ipsius Sancti festo solenniter exponitur, ut valde notabilem esse oporteat, non vero minimam aliquam lini pannive particulam, quales passim amicis suis impertiuntur Reverendi Patres Oratorii, & nos quoque, nullo non officii genere Roma ab iis culti, grataniter accepimus, atque ad privata nostra devotionis augmentum reverenter servamus.*

Reliquiæ quales.

F

dignissima sane & utilissima.

8 *Lego etiam apud Ferdinandum Vghellum tom. 5 Italia sacra col. 232, quod Iacobus Philippus Thomasinus, Civitatis novæ in Istria Episcopus creatus anno* MDCLI, *inter plura, quæ anno* MDCLIII *(quando suum illius tomum imprimebat Vghellus) prælo parata dicitur habuisse opera, ediderit Italico sermone* Relationẽ de sudore, qui pullulavit ex imagine S. Philippi Nerii Patavii anno MDCXXXII. *Ea, secundum impressa, ultimum prodiit Patavii anno* MDCLXX *à Baptista Pasquale typographo, dedicata*

Imago miraculose sudans Patavii.

A *cata Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Bonifacio Papafava, Nobili Veneto: cujus exemplum Româ nactus, Latine reddidi, & per modum Appendicis ſubjungo Vitæ poſteriori.*

Vitæ compendia varia.

9 *Invenio denique Monachii impreſſum anno* MDCXXIV, *indeque nobis miſſum libellum, in duodecimo, ut vocant, auctore quodam Benedictino Monacho, Matthiaque Admontenſis in Styria monaſterii Abbati dicatum, ſub hoc Titulo,* Petra ſalis, pauperibus relicta, Studioſorum & Sacerdotum neceſſitati expoſita, conformiter vitæ S. Philippi Nerei per compendium productæ. *Qui Titulus, ne quem fallat, admoneo, compendium iſtud aliud non eſſe quam quatuor capitum breves Titulos, quibus deinde ſingulis, abſque alia* S. Philippi *mentione, aptantur Analyſes aliquot inſtructionis moralis, ex tali Titulo, velut conſequentia ex antecedenti, ducta. Quinam porro linguis vulgaribus omnibus, breviorem longioremve Epitomen ejuſdem Vitæ inſeruerint auctis editiſve recentius Sanctorum Vitis, per anni decurſum Legendis, ſive, ut Hiſpani Gallique appellant, Sanctorum Floribus, omitto recenſere, cum libri paſſim terantur manibus pia plebis.*

Nomen in Martyrologio.

B 10 *Cardinalis Baronius, Romanum Martyrologium Annotationibus illuſtrans, prius quam de* B. Philippi *ſui cultu aliquid eſſet ab Eccleſia definitum, ſcilicet ſub annum* MDXCVIII, *id eſt, tertio anno à felici morte* Philippi, *ejus commemorandi occaſionem arripuit ad* XXIII *Auguſti, quo die inſertus Martyrologio erat* B. Philippus, *uti* Ordinis Servorum Inſtitutor: *uſus eſt autem ibi iis verbis Baronius, qua quia exhibebit nobis Barnabæus num.* 559, *ipſa hic non inculco, ſolumque conſiderandam propono formulam, ſub qua proprio ſuo die idem nomen inſertum Martyrologio fuit, Canonizatione peracta, quæque etiamnum ſic recitatur:* Romæ S. Philippi Nerii, Congregationis Oratorii Fundatoris, virginitatis & prophetiæ dono inſignis. *Et hæc quidem tunc ultimo legebantur loco, quamdiu Officium ejus proprium ex inſtitutione Vrbani VIII ſolummodo recitabatur ad libitum eorum qui ad Romani Breviarii uſum obligabantur: ad locum vero primum tranſierunt, poſtquam ſucceſſor Pontifex Innocentius X anno* MDCLII *idem Officium de præcepto recitandum ſtatuit: quod quidem fiebat ſub ritu Semiduplicis, celebriori autem ritu Duplicis faciendum præſcripſit Clemens IX ſub annum* MDCLXVIII. *Hac autem in cauſa id memorabile accidit, quod anno abinde* XIV *nobis ſcripſit numquam abſque honoris præfatione nominandus, nunc Eminentiſſimus Coloredus.* Cum Patres aliquando cogitarent de Pontifice rogando, ut Sancto eum Duplicis Officii honorem, tamquam Fundatori decerneret, quo alii Fundatores fere omnes per totam

Officium in Breviario.

C Eccleſiam fruebantur; & in hanc univerſi pene deſcendiſſent ſententiam, ut ſupplicationibus cum Pontifice ageretur; P. Marianus Soccinus, tunc Præpoſitus Congregationis, eximiæque vir probitatis; Eia, inquit, cum Deus ſibi curam de ſancto Parente noſtro honorificando aſſumpſerit, ipſi etiam hoc idem relinquamus. Mirum dictu! Pauci elabuntur dies, cum ex improviſo Pontifex, nullis aliorum precibus, ſed ſua tantum peculiari erga ſanctum Patrem pietate permotus, illum ſub ritu Duplicis colendum ordinavit: quod & Decreto ſacræ Congregationis peculiari vulgatum fuit.

VITA

Auctore Antonio Gallonio, Oratorii Presbytero, Romæ edita quinto poſt mortem Sancti anno.

CAPUT I.

Prima Philippi vita uſque ad annum ætatis 24.

PHilippus Nerius Leone Decimo Florentiæ naſcitur, XI Kalendis Auguſti, B. Mariæ Magdalenæ pervigilio, poſt mediam noctem, anno redempti orbis milleſimo quingenteſimo decimoquinto. Parentes habuit, Franciſcum Nerium & Lucretiam, Antonii Soldi filiam. Infanti, cum ſacris baptiſmalibus initiaretur, Philippi ab optimo pioque genitore nomen inditum. Quintum vix jam ætatis annum attigerat, cum parentes uſque adeo reverebatur, ut ne latum quidem unguem ab eorum juſſis diſceſſerit unquam, nullamque eis moleſtiam, nullam exhibuerit ſolicitudinem *a*. Duxerat ruſticus, anno hujus ſeculi vigeſimo ſecundo, aut certe inſequenti, Adriano Sexto Pontifice, è villa Franciſci Nerii patris ad Philippi ædes aſellum onuſtum pomis: in hunc Philippus, annos tum octo vel novem natus, ubi aſcendit, continuo factum eſt, ut ex altiſſimo loco cum aſello in cellam vinariam præceps rueret. Accurrunt mox mœſtiſſimi parentes, & quem extinctum jam, inde extrahere putabant, vivum incolumemque, nullaque læſum ex parte, ſingulari Dei beneficio, qui illum ad multorum ſalutem naſci facerat, inveniunt. Atqui non me latet beatum Patrem, inter maxima quæ à Deo acceperat dona beneficiaque, hoc unum referre ſolitum, quo ſcilicet certum interitum, Deo ad magnas res eum deſtinante, evaſerat. Quodam die, cum una cum Elizabetha ſorore, Clemente Septimo Pontifice, Pſalmos Davidicos recitaret; Catharina, ſoror natu major, eos exturbare eſt aggreſſa. Ergo Puerulus, ut ſe atque Elizabetham ab ejus eximeret moleſtia, Catharinam leviter retrudit: quod ubi pater cognovit, eum acriter corripuit. Qua ex re tantum beatus Puerulus *b* doloris cepit, ut culpam (ſi qua eſſe in prima illa ætatula ſua poterat) uberrimis lacrymis deleverit.

Annus Æt. 1 & 7 Chr. 1515 & 1521. *Florentiæ natus Philippus.*

a

Æt. 8 & 9 Chr. 1522 & 1524.

quinquennis periclitatur de vita:

b

F

2 Nihil illo honeſtius, nihil amabilius, nihil comius: erga majores natu reverenter ſe gerebat, æqualibus facilis erat, minores amplectebatur, iraſci neſciebat. Quibus ille rebus aſſequebatur, ut non ſolum ab omnibus unice amaretur; ſed etiam ut Pippus bonus, vulgo jam diceretur: quod ſane vocabulum, nihil aliud quam Philippum probum innuere videbatur. Ergo hic puerulus, in ſortem Domini electus, eccleſias frequentabat, verbi Dei præcones in templis, undecimo ætatis anno (fuit is hujus ſeculi vigeſimus ſextus) libenter audiebat; & præcipue Religioſum quemdam Baldolinum ex Humiliatorum familia, de cujus eximia ſanctitate mira ille narrabat, quæ brevitatis ſtudio miſſa facio. Porro hujus ſervi Dei concionibus intererat Philippus anno Chriſti milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo. Primam ætatem in Grammaticis cognoſcendis atque tractandis totam ferme conſumpſit: nec ſane fruſtra; ex eo enim ſtudio fructum tulit maximum. Præceptore uſus eſt Clemente quodam, Latinis litteris (ut temporibus illis) ſatis erudito; neque vero Philippus in litteris ſolum profecit, ſed in pietate

Æt. 10 & 15 Chr. 1524 & 1529. *decennis etiam levem offenſam horret,*

in pietate & litteris profecit:

AUC. ANT. GALLONIO

pietate multo magis. Patris [uxorem ſecundam, ſuam] novercam, ætate jam devexam, eo quo potuit honore ſemper eſt proſecutus, eique adeo ille gratus acceptuſque erat, ut cum patrio ſolo egrederetur, tanta fuerit affecta triſtitia, tantoque lauciata dolore, ut luctu fere tota conſumeretur. Incidens vero illa in morbum, ex quo non convaluit, Philippi nomen in ore frequentiſſime habebat, eumque quaſi coram adeſſet, ſibi nonnumquam videre videbatur.

Æt. 16 & 19 Chr. 1530 & 1533. *febrim patienter tolerat,*

3 Cupidus beatus Pater, cum ſextum & decimum annum ageret, Euangelicæ perfectionis; adverſa quæcumque, Sanctorum exemplis excitus, patientiſſime tolerabat. In febrim cum incidiſſet, eam tam facile tulit, ut credi vix poſſit; quandoquidem ad morbum non modo remedium non petiit ullum, ſed ne ea quidem ſe vexari cuiquam aperuit. Verũ ubi id una de feminis, affinitate ſibi conjuncta, advertit; quod Philippo opus erat, quamquam ab eo non requiſita, miniſtrabat. Quo tempore Florentiæ fuit, non potuit ejus virtus cubiculi parietibus domeſticiſque tenebris diutius contineri: ſed emerſit è patria ſede, & in luce Florentiæ, in ore atque oculis clariſſimorum civium verſabatur, ut ab ipſis jam inde à puero Pippus bonus, ab adoleſcentia Philippus
B probus diceretur. Quibus rebus poſtea factum eſt, ut cum ſparſi rumores de bonis operibus, quibus ſe Romæ tradiderat, Florentiæ audirentur; hæc concives inter ſe de eo colloquerentur: Quid eſt quod miremur de his? quandoquidem obſervatum à nobis eſt, cum ipſe hic moraretur, quam probe, quam pie, ac religioſe in omnibus rebus perpetuo ſe geſſerit; hiſque permoti, cupiebant ejus orationibus adjuvari. Annos decem & octo natus, à Franciſco patre ad avunculum Romulum miſſus eſt in Campaniam, ad oppidum, cui à Sancto Germano nomen, ad radices ſitum montis Caſſini; miſſus autem eo fuit, non ea tantum de cauſa, ut mercaturam exerceret, ſed ut magnarum opum, quibus avunculus afluebat, heres inſtitueretur: is ſiquidem, cui præter unum Philippum, nullus erat heres, tantum poſſidebat divitiarum, ut earum ſumma pergrandis eſſet ad viginti duorum aureorum millia. Ubi paucos moratus dies, quod timebat conſcientiam lædere, longe potiorem præſtantioremque jam inde animo mercaturam concipiens, avunculo omnibuſque aliis, Chriſti cauſa relictis c (quippe qui dives cum eſſet, pauper pro
c nobis fieri voluit.) Romam, ubi ſoluto liberoque animo
C mo ſuas omnes cogitationes omniaque ſtudia in uno Deo figeret, ſe contulit anno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio.

dimiſſa ſpe amplæ hereditatis,

Romã abit, & ſe totum Deo tradit,

4 Urbem ingreſſus, domum Galeoti Caccii, civis Florentini, divertit, in qua aliquot diverſatus annos non obſcura dedit ſuæ in Deum pietatis indicia. Vitam victu aſperam, ſed continuis meditationibus ſuavem ac plane cæleſtem ducens, ſimplici pane, aqua ad potum adhibita, ſemel in die ſe reficiebat. Nonnumquam, ne dicam ſæpiſſime, domandi corporis fervori cedens, totum triduum cibo abſtinuit. Sui ipſius contemptum perpetuo amavit. Mundana omnia, ut Chriſto, cui ſe totum dicarat, frueretur, animo deſpiciebat; ſemet deſeruerat, ſemet oderat; deliciæ ſuæ Chriſtus, ejuſque amori reſpondendi cupidus, ſolius Dei aſſidua meditatione dies noctesque delectabatur. Verum his non contentus, ut majore indies incredibilique Chriſti ardebat amore, ita hoc ipſo amore ſtimulante, majora agere durioraque pati, ejuſdem Chriſti deſiderio, omnibus prorſus votis expetebat. Jucundæ erant Philippo vigiliæ, ſuaves dolores, labores expetendi, nihilque ad ſummum erat, quod Deo gratum fore putaret, quin illud amplecteretur. Sed illud hic non involuam ſilentio, quod ſub hæc ipſa tempora eidem accidit. Quodam namque die cum in itinere eſſet, obvios habuit, neſcio quos homines perditis prorſus moribus: hi mali dæmonis impulſu, ejus forte allecti pulchritudine, omni depoſita verecundia, caſtiſſimum adoleſcentem ad ſcelus invitant d. Quos ille cum declinare, quod vehementer optabat, non poſſet, eamque ob rem dolore conficeretur; venit illico ei in mentem verbum Dei, quod omni gladio ancipiti penetrabilius noverat, maximam habere vim ad flagitioſorum hominum corda emollienda. Ergo ſermone de rebus divinis, deque peccatorum turpitudine eos aggreſſus; illorum animos ita accendit, ut divinorum verborum efficacia, non ſolum omni illa tentatione eos liberos reddiderit, atque à ſtatuto facinore revocaverit; ſed etiam in alios, Domino rem ſuam adjuvante, mutaverit. O miram Dei bonitatem! qui captatum venerant, maximo ipſorum bono, ab inermi adoleſcente, ſola divini verbi prædicatione capiuntur; neque inde diſceſſerunt antequam evomerent virus iniquitatis ſuæ.

D *ad peccatum ſollicitant & convertit:* d

A. Æt. 20 Chr. 1535 *Philoſophiæ ſtudet* E

5 Romæ cum moraretur Philippus, venit illi divinitus in mentem, philoſophiæ ſe tradere; in his tamen pietatis ſtudium minime negligendum duxit; quamobrem ſpiritualia quæ vocant exercitia nullâ ex parte prætermiſit unquam, ut qui faſtidiret præſentia. Philoſophiæ operam dabat ille, quod Deo rem gratam ſe facere arbitrabatur; in qua tantos brevi progreſſus habuit, ut cum excellentibus in eo genere compararetur: nec tamen eo tempore, quamquam philoſophiæ deditus, frequens orandi ſtudium & conſueta pietatis officia prætermiſſa fecit; quinimo orationi, divinarumque rerum meditationi multum temporis tribuebat aſſidue. Quibus rebus & fortior ſe ipſo indies fiebat, & melior; major enim ſubinde ejus, ut ætatis, ſic virtutis fiebat acceſſio. Mirum profecto dictu videtur, quanta animi puritate, quantaque innocentia lubricam illam inter ſtudendum ætatem tranſegerit. Etenim apud eruditiſſimum virum Cæſarem Jacomellum, præceptorem ſuum, & Antonium Altovitum, Florentiæ Archiepiſcopum, eam probitatis integritatiſque opinionem eſt adeptus, ut eum ambo Probi cognomine honeſtaverint. In ſtudiis acerrimo, ad diſputandum præſertim, ingenio præditus erat. In rebus Theologicis, quas optime callebat, B. Thomæ ſententiam perpetuo probavit. A condiſcipulis atque collegis unice, pro ejus eximia ſuavitate, morum elegantia & Chriſtiana humilitate, diligebatur; nulluſque erat, qui loqueretur F de eo verbum malum. Philoſophiæ ſtudiis jam graviter ſufficienterque inſtructus, adeo ab omni voluptatis illecebra liber extitit, ut conſtanti amicorum fama virgo ſemper habitus ſit. Et hanc quidem cum animi tum corporis virginalem integritatem ad extremum uſque ſpiritum, abſque ulla labe aut ſuſpicione, intactam prorſus illibatamque, ut ſuo loco pluribus dicetur à nobis, ſervavit.

magno cum profectu, etiam virtutis:

Æt. 21 & 23 Chr. 1536 & 1538, *omni terreno affectui renuntiat.* e

6 Quo tempore Philippus ſeſe in litterarum ſtudiis exercuit; quamquam interdiu cum ſodalibus verſabatur, ac de quæſtionibus naturalibus & obſcuris crebros cum illis ſermones ac diſceptationes miſcebat; ſolitudinis tamen ultra quam dici poteſt appetentiſſimus, e noctu longas vigilias trahebat, atque juxta Apoſtoli monitum, inviſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellectu conſpiciebat, ſempiternam quoque ejus virtutem atque divinitatem, quantum homini corruptioni obnoxio fas eſt, ſcrutabatur. Septem Urbis Eccleſias, & religione & ſummorum Pontificum Indulgentiis celeberrimas, nemine ſibi comite adjuncto, obibat frequentiſſime. Noverat enim de anima, Chriſti amore flagrante, ſcriptum reperiri, Ducam eam in ſolitudinem, & loquar

A loquar ad cor ejus: & alibi, Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia levabit ſe ſupra ſe. Paupertatem adeo coluit, ut nihil unquam à cognatis & conſanguineis accipere decreverit. A Franciſco patre, cui egregie carus erat, Romæ cum eſſet, nihil, præterquam initio unum vel alterum induſium, accepit. Caducarum rerum curas, ac præcipue quæ ad affines cognatoſve ſpectarent, refugit omnino. Cubiculo uſus eſt perangusto, in quo nihil erat præter lectulum unum, & libros aliquot, & induſia fune ad parietem appenſa. Ubicumque ſeſe dabat occaſio cupiditates motuſque animi à ratione abhorrentes comprimendi, amplectebatur eam avidiſſime; ſequemet in omnibus vincere curabat. Hinc filios ſuos monere ſolitus erat, ut ſe ipſos minimis etiam in rebus vincere ſtuderent, ſi magnorum certaminum inde victores fieri cuperent. Denique in id totis viribus incumbere ſibi in animo erat, ut ducem Chriſtum, paupertatis ſuique contemptus amatorem eximium, ſequeretur in omnibus.

A. Æt. 23 Chr. 1537 *Scientia ſufficienter inſtructus*

7 Interea cum beatus Pater adeo abunde ſufficienterque in ſcientiis humanis inſtructus eſſet, ut jam cum paucis è ſodalibus conferendus videretur; litterarum ſtudiis relictis, ſe totum, ut vocantem

B Chriſtum ſequeretur, in exitu anni hujus ſeculi (ut opinor) trigeſimi ſeptimi, orationi rerumque divinarum meditationi commiſit. Illud autem ante om-

f nia aggredi conſtituit, ut quos haberet *f* libros venderet. Eo enim ardore inveniendi Chriſti teneri cœpit, ut verbis explicari vix poſſit, in fervore ſpiritus ambulans. Oratione nihil Philippo ſuavius, nihil dulcius, nihilque jucundius: orabat ille dies, orabat noctes; nihilominus non explebatur orandi ſitis orando, ſed excitabatur magis. Cum reputaret ille apud animum ſuum, vel acerbiſſimam Chriſti mor-

ad exercitia orationis ſe transfert. tem pro ſalute humani generis obitam, vel impiorum noxas delictaque, quibus iram Dei in ſe concitabant, lacrymis totus conficiebatur. In ſuum ille corpus, ut ſpiritus ſuggerebat, ſæviebat libentiſſime. Flagitioſorum hominum converſionem enixe à Domino per unigeniti Filii ſui mortem, non ſine magna lacrymarum profuſione, petebat aſſidue. Imaginem Chriſti in cruce pendentis cum cerneret, lacrymas tenere non poterat; quinimo cum Philoſophiæ operam daret, ea viſa, fletum cohibere nequibat. Illud quoque ei in more poſitum erat, ut ſingulis

C pene diebus, ſolus remotis arbitris, ſeptem Urbis eccleſias, vel certe earum unam & alteram, religionis cauſa adiret. Quantum autem ille ex ejuſmodi peregrinationibus profecerit, quamve ſolidos inde divinæ voluptatis ceperit fructus, incredibile dictu eſt. Sæpe enim totas noctes in pia cæleſtium rerum

Viſitat ſæpe 7 Eccleſias, meditatione hiſce in locis conſumebat: ſæpiſſime apud cœmeterium, quod Calixti dicitur, in oratione pernoctabat. Somni parciſſimus, nuda humo ſub harum eccleſiarum porticibus, cum eum neceſſarius ſomnus occupaſſet, cubabat. In precibus præterea Deo fundendis eam adeptus erat facultatem, ut divina potius vi ad eas adduceretur, quam nova aliqua de rebus cæleſtibus meditatione divini amoris flammam in ſe ipſe excitare cogeretur. Tanta vero plerumque, cum precibus inſiſteret, cæleſtium gaudiorum copia perfundebatur, quantam ſuſtinere vix poterat; eamque ob rem non humi ſolum ſeſe proſternere, ſed his etiam vocibus ad Dominum clama-

non ſine periculo vitæ ex animi ardore, re opus habebat: Sat eſt Domine, ſat eſt; continejam, quæſo, undas gratiæ tuæ. Quodam die cum ex nimia iſtiuſmodi dulcedinum vi haud procul exitio abeſſet, majore quam antea animi impetu divinam cœpit implorare clementiam: Recede à me, Domine, aiebat, recede; quandoquidem tantam cæleſtium gaudiorum molem ſuſtinere, mortalis cum ſim, nequeo: en morior, Domine, ni confeſtim ſuccurras, ni opem feras: Cumque ille hunc in modum diutius precatus eſſet, lenivit Dominus aliquantulum (ut ipſo referente cognovimus) ſummum animi ejus ardorem. Ergo mirandum non eſt, ſi ſuo ille doctus periculo dicere ſoleret; vere Deum amanti nil gravius, nil durius, aut moleſtius poſſe vita ipſa contingere *g*. Sancti enim viri mortem in deſiderio, g & vitam in patientia habere dicuntur.

AUC. ANT. GALLONIO

8 Ea in peregrinatione eccleſiarum (qua ille, ut *& variis tentationibus diaboli;* dictum eſt, utebatur creberrime) ſicuti magna à Deo dona accipiebat beneficiaque, ita contra à diabolo, ut illum ab inſtituto abſterreret, multa ſuſtinuit invitus. Eum etenim modo hac, modo illa aggrediebatur via; nunc ardentes ad libidinem faces *h* ſubjiciendo, quas ille tentationes lacrymis ſemper oratione- h que vincebat, nunc aliis artibus eum aſſidue divexando: quibus nihilominus tantum abeſt ut Philippo quidquam nocuerit, ut maxime profuerit; occaſionem illi nimirum præſentiſſimam prębens glorioſi triumphi, de hoſte immaniſſimo erigendi. Illud porro eidem hac in peregrinatione accidit memoria ſane dignum. Obeunti nocte intempeſta, nullo ſibi adjuncto comite, eas de quibus loquimur eccleſias, E tres illico dæmones *i* ſeſe ejus deterrendi cauſa, ad i Caput-bovis, ſic dictum locum, objiciunt; quorum ille truci aſpectu non modo non motus eſt, ſed eos etiam per contemptum, nullo trepidationis ſigno dato, quod cæleſtibus munitus præſidiis ſub umbra divini lateret auxilii, præteriit; cœptumque iter, ut fortiter, ita conſtanter peregit. Id ubi advertêre infeſti illi nequitiæ ſpiritus, omni eum ſuperandi ſpe dejecti, ſeſe ſubito proripiunt. Atque ejus fere generis per id tempus plane multa alia à dæmonibus in hac ipſa peregrinatione ſuſtinuit; ſed ubique novis à diabolo tentationibus roboratur. Verum, quæ ille à *cavet vanæ* Deo acceperit dona, horum ipſe ſibi conſcius erat, *gloriam:* ceteros interiora quæque celata eſſe volens. Noverat Hom. Eu- enim Gregorii ſententiam, dicentis; Deprædari vult, ang. 11. qui theſaurum palam portat in via: illudque præterea crebrius apud ſe reputabat; Secretum meum mi- Eſa. 24. hi, ſecretum meum mihi. Teſtantur ſane omnes, qui Philippo intimi erant, numquam ſe hominem vidiſſe, qui ab humanis laudibus æque atque ille abhorreret, aut qui de ſe ipſe ſentiret prædicaretque demiſſius: quandoquidem neque ſcientiam, qua præclare inſtructus erat, neque ſanctimoniam vitæ oF ſtentare viſus eſt unquam; ſed tum verbo, tum inceſſu, tum reliquis, modeſtiam imprimis gloriæque contemptum præſeferre nitebatur: ſpiritum enim ille, mortificationis qui dicitur, perpetuo coluit. Quocirca miretur nemo, ſi de occultioribus ejus rebus geſtis pauca admodum enarrari poterunt. Illud ſane pro comperto habetur, quod ex illa peregrinatione, ut maxima incrementa virtutum pertulit, ita plurimas contra dæmones claraſque victorias reportavit.

Noſocomio inſervit:

9 Philippus interim his non contentus, noſocomia publicaque valetudinaria adire cœpit, ſeque totum miniſtrandis ægris tradidit. Ergo miſerorum lectos circumiens, mœſtos blande ſolabatur, perditos cæleſtium bonorum ſpe recreabat, cunctos ad patientiam honeſtatemque vitæ hortabatur: animam agentibus præſto erat, quibus tanta ille cum animi alacritate ac diligentia dies noctesque miniſtrabat, ut cuncti obſtupeſcerent; nec prius eos deſerebat, quam illi è vita migraſſent. Neque is labor irritus fuit; ex eo enim magnos collegit ſalutis animorum fructus. Et hæc quidem conſuetudo inter laicos homines ægris in xenodochio jacentibus inſerviendi, tum primũ longo forte intervallo ante id tempus intermiſſa,

AUC. ANT. GALLONIO

surſus initium habuit. Perſeverantia in illo admirabilis fuit. Florentiam, in qua natus educatuſque
k erat, nec vivente, nec mortuo patre *k* repetiit: Roma numquam, niſi Eccleſiarum viſendarum gratia egreſſus eſt. In omni vita ſui ipſius contemptui, Chriſti Domini noſtri aliorumque Sanctorum exemplo incitatus, perpetuo ſtuduit. Vitam complures annos eremiticam propemodum duxit, lacrymis ſe magis quam pane reficiens; ſingulis diebus ſeſe flagellis quam acerrime cædens; ſuper nudam humum cubans; ſimplicem panem cum pauculis nonnumquam olivis, herbulis, ſeu pomis ad cibum, & ſimplicem aquam ad potum adhibens. Eam vero parſimoniæ frugalitatisque rationem ad extremum uſque diem propemodum retinuit: Sacerdos enim factus, mane jentaculo perbrevi, veſperi exigua cœna corpus reficiebat; vino modico, eoque, maxime diluto, frequenterque ſimplici aqua ad ſitim uſus. Erant ei cœnæ vel bina ova mollia ſive ſorbilia, vel olera, vel demum legumina, omnia ſale acetoque condita; plura autem fercula ſibi in eadem menſa apponi haudquaquam permittebat. Carnem raro obſonii
B loco adhibuit: nulli unquam ferculo, quamvis per totum triduum jejunus, arriſit; lactis & quæ lacte conficiuntur nihil, quoad vixit, guſtavit; piſciculis rarius veſcebatur; pulte abſtinebat.

Vitam auſtere parceq; inſtituit.

ANNOTATA.

a *Hiſtoriæ hujus initio, plures quandoque annos ſimul jungere cogimur.*

b *Graviſſimi auctores, quæ ſanctiſſimi viri à pueris fecere, poſteritati tradunt. Lege Athanaſium in Antonio, Paulinum in Ambroſio, Georgium Monachum in Theodoro Siceota, Petrum Ranzanum in S. Vincentio Ferrerio, Surium in S. Thoma Aquinate.*

c *Imitari videtur illuſtrium Sanctorum exempla, nempe Antonii Magni, Hilarionis, & Abrahæ Syri.*

d *Conſimile prorſus leges in Vita S. Bernardini Senenſis.*

e *Idem feciſſe ſanctiſſimos viros, omnes fatentur: tu interim lege Osbertum Monachum in Vita S. Dunſtani Epiſcopi Cantuarienſis cap. 37, Bandominam in Vita Radegundis Reginæ, Theodoricum in S. Dominico lib. 1, cap. 4, & demum Surium in S. Elzeario Comite tom. 5.*

C f *Idem feciſſe S. Dominicum ſcribit Theodoricus, Vitæ ejus lib. 1 cap. 2.*

g *S. Gregorius lib. 9 Reg. ep. 27 & lib. 11 ep. 24; Auguſtinus Tract. 9 in Epiſt. 1 Ioannis.*

h *Similibus tentationibus impugnantur à dæmone ſanctiſſimi viri. Tu interim lege S. Athanaſium in Vita B. Antonii, S. Hieronymum in Vita Hilarionis Abbatis, & demum S. Gregorium Papam in rebus geſtis S. Benedicti, Dialogorum lib. 1.*

i *Diabolum ſanctis viris terrores incutere ſolitum, eorum res geſtæ teſtantur. Percurre Metaphraſtem in Vita Danielis Stylitæ, Georgium Monachum in Theodoro Siceota, Osbertum in Dunſtano, & demum Theodoretum in Philotheo.*

k *Idem præter ceteros magnum Archimandritam Nicephorum feciſſe, auctor eſt in ejus vita Theoſterictus. Hactenus ac deinceps ad ſequentia Capita Nota Marginales ipſiuſmet Gallonii: quibus unicam additam velim, videlicet, quod num. 2 ſub finem, ubi ſimpliciter legebatur* Patris novercam, *locum ex ipſius auctoris mente correxerim. Etenim ipſemet in hujus à ſe ſcripta vita Italica editione (uti teſtatur Eminentiſſ. Coloredus; ipſe autem eam non vidi) non* Patris, *ſed* Philippi *ipſius* Novercam *appellat; & in hunc ſenſum conveniunt omnes, qui ejus meminerunt, in Proceſſu teſtes.*

D

CAPUT II.

Acta Vitæ uſque ad Ordines Sacros & annum ætatis 36.

LAicus admirabilem in terris vitam ducebat; 10
videres enim in eo incredibilem caducarum *Æt. 24 &*
rerum omnium contemptum, ſummam ani- *28 Chr.*
mi demiſſionem, vehemens orandi ſtudium, miram *1538 &*
ciborum parſimoniam, amorem in Deum maxi- *1543.*
mum. Ad Chriſtianæ perfectionis culmen ubi his *Curandæ*
gradibus aſcendit, ad proximos adjuvandos, anno hu- *animarum*
jus ſeculi circiter trigeſimo octavo, evocari ſe ſenſit. *ſaluti ſe*
Decebat enim ut id lumen, non ſub modio amplius, *impendens.*
ſed ſuper candelabrum Eccleſiæ poneretur, quo iis
qui in domibus Dei ſunt luceret. Ibat diebus ſingulis in eum Urbis locum, quem Florentini mercatores incolunt: ubi ſermonibus de rebus piis ita juvenum animos ad ſectandas virtutes incitabat, ut illorum complures ad pietatem amplectendam converterit. Eodem itidem conſilio ſcholas frequentare conſueE verat. Illud vero ſummæ Philippo curæ erat, ut in facinoroſiſſimi cujuſque amicitiam ſeſe inſinuaret; *multos con-*
arbitratus nimirum, ut quiſque maxime opis indi- *vertit pec-*
get, ita ei potiſſimum opitulari. Nec ſane fruſtra id *catores.*
erat; quandoquidem multos, Deo bene juvante, è corruptis moribus, ad emendatiorem vitam traduxit. Nec deerant qui tantam Philippi ſanctimoniam mirarentur, ut qui cum flagitioſiſſimis hominibus tam familiariter, nullo ſui malo, atque maximo illorum emolumento, verſaretur. A feminarum vero conſuetudine, ſuæ caſtimoniæ inſidias timens, abſtinuit *a*. Homines quot plures poterat Chriſto ad- a
jungere nitebatur; tot enim tantoſque, ſermonibus ſimul de rebus divinis, ſimul ſanctimoniæ ac frugalitatis exemplo, ut ſe variis Religioſorum familiis addicerent, impulit; ut Beatus Ignatius, Societatis Jeſu inſtitutor & auctor, Philippum Patrem cam- *multos ad*
panæ ſeu tintinnabuli vocabulo comiter inſigniret; *religionem*
utpote qui alios ad Religioſorum familias cum mit- *induxit.*
teret, ipſe in ſeculo permaneret. Quod tamen divinitus factum eſſe, nemo eſt qui ambigat: nam ejus operâ (ut res ipſa indicavit) uti volebat Dominus ad novam inſtituendam vitæ rationem, toti Eccleſiæ F
mortaliumque ſaluti proficuam. Ex quo quidem inſtituto, quod in hanc diem certiſſimo cum fructu retinetur, homines cum ſanctitate tum doctrina inſignes evaſerunt. Hoc vero non ſilendum, ea fuiſſe B. Ignatium ſanctimonia, à Philippo dici ſolitum, ut animi ejus interior pulchritudo foris promicaret, in cujus oculis vultuque coruſcantes lucis radios ſæpe à ſe viſos eſſe profiteretur.

11 Quodam die cum per Amphitheatrum, ab *novis tenta-*
Imperatoribus Flaviæ gentis conſtructum, hodie *tionibus*
Coliſæum vulgus appellat, iter haberet, animo La- *premitur à*
teranenſem Baſilicam inviſendi; dæmonem pauperis forma nudo corpore obvium habuit. Quo viſo, cum impuræ quædam cogitationes ejus animum ſubiiſſent, ipſo ad orationem confugiente, omnis ea tentatio confeſtim abſceſſit, & diabolus turpiter victus inde aufugit. Memini me audiviſſe beatum Patrem, qui diceret, eam tentationem non ex carne, ſed ex ipſo dæmone proveniſſe; atque ſe omnino credere (ita enim qua erat animi demiſſione loquebatur) pauperem illum, dæmonem, non hominem fuiſſe, quamquam hominis ſpecie ſeſe illi videndum objecit. Novimus enim diabolum his aut certe conſimilibus artificiis ſanctiſſimos viros oppugnare ſolitum: cujus rei præclariſſimum teſtem habemus ſanctum Gregorium Papam in hiſtoria, quam de rebus

A bus geſtis magni illius Monachorum Occidentis Patriarchæ Benedicti litteris mandavit. Poſt hæc cum humani generis hoſtis Philippum nulla ratione adduci poſſe cognoſceret, ut ſua ſponte de hujus virtutis ſtatione decederet; cum per vim nolentem & coactum iterum decrevit evertere. Ergo adoleſcentium quorundam perditorum impudicis moribus in ejus virginitatem accendit invidiam. Hi, cum Philippus forte domi cujuſdam, ſolita obeundi causâ caritatis officia, moraretur; tempus nacti opportunum, quo graviſſimam impudicitiæ labem ejus animo adſpergerent; non ſatis eſſe duxerunt, ſi egregiæ unius viri abſtinentiæ unius mulieris libido opponeretur;

& à laſcivis adoleſcentibus,

b binas feminas, omnium (ut creditur) impudentiſſimas in eum immittunt, & in eodem cubiculo, *b* ipſo prorſus inſcio (indignum facinus) ut omnis fugæ ſpes præriperetur, includunt. Sed pius Dominus, cujus ille cauſa id patiebatur, ſervum ſuum (qui unde fugeret, clauſis undique cubiculi foribus, non habebat) non modo non deſeruit, ſed nulla prorſus impudicitiæ labe pollutum, ex eo eripuit periculo. Nam cum ardentiſſimis precibus divinam imploraret clementiam; ſperaretque eum, qui tot ſanctarum Virginum corpora, palam ad omnium hominum libidines divulgata, integra ab omni labe ſervavit, ſibi in ſimili periculo non defuturum; non fefellit periclitantis ſervi fidem divina benignitas, & deficientibus humanis opibus ſuum ſuppeditavit auxilium. Vix impudicæ illæ mulieres conjecerant in eum oculos, cum, ſive metu aliquo divini ſupplicii perterritæ, ſive pudore tactæ, vel (quod credibilius eſt) ſancti juvenis, cujus pudicitiæ inſidiabantur, auctoritate permotæ, in quemdam cubiculi angulum receſſiſſent; nunquam non modo manus caſtiſſimo corpori, ſed ne inferre quidem oculos auſæ ſunt. O magna virtutis vis, quæ lucet inter tenebras, ſplendetque per ſe ſemper, nec alienis unquam ſordibus obſoleſcit! O ſummus ſplendor honeſtatis, qui non ſolum in eo enitet, in quo eſt, ſed in ipſos etiam improbiſſimos homines, cum ad eum acceſſerint, redundat! Sed nunc ad Philippum redeamus.

per meretrices duas immiſſas.

B

A. Æt. 29, Chr. 1544 *Ingenti amoris ardori capiendo,*

12 Singulis diebus Philippus Spiritum ſanctum quam poterat ardentius precabatur, ut eum ſuis donis ornaret; nullumque abeſſe ſinebat diem, quin ejus opem imploraret. Nec incaſſum hæc fuerunt. Nam laicus cum eſſet, annum vitæ trigeſimum non attingens, Chriſti ſcilicet anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto, ea repente ſpiritus vi repleri ſe ſenſit divinitus, eoque impetu, ut cor illico ſibi intra corpus ſaltitare cœperit, eoque ardore inflammari, ut eum natura, inuſitatâ quadam cordis palpitatione, omnino ſe ferre non poſſe ſignificaret. Quamobrem benignus Dominus, quo illum ad plurimorum ſalutem diutius conſervaret, confractis, atque in pugilli eoque majorem amplitudinem elatis duabus ſiniſtri lateris coſtulis, quarta ſcilicet & quinta, ejuſdem cordis ſinum, quo id liberius ageretur, mirum in modum ampliavit. Erat iſtiuſmodi fractura in anteriore parte pectoris, ubi coſtæ in cartilaginem deſinunt. Quo ex tempore adeo vehementer, amplius quinquaginta totos annos, agitari concutique cœpit aſſidue plus minuſve, mox atq; mente rapiebatur in Deum, ut non modo toto corpore contremiſceret, verum etiam lectulus ipſe, aliaque omnia quibus ille inſidebat, quaſi terræ motu acta, eo orante quaterentur. Quæ cum illi (cui corpus quadratum erat, neque gracile, neque obeſum) ſine ullo doloris ſenſu evenerint, & ad extremum uſque ſpiritum ſine dolore manſerint (nullæ enim nec intus nec foris punctiones doloreſve ſentiebantur) omnino ſupra vires naturæ fuiſſe, ac divinum prorſus miraculum, Medici omnes, qui ejus dum viveret cu-

C

coſtæ laxantur per miraculum:

rationi & poſtea corporis ſectioni interfuere, una voce teſtati ſunt. Mirum profecto erat hominem videre, ætate confecta, plus quinquaginta annos, continuas voluntariaſque cordis concuſſiones palpitationeſque patientem. Crederes illum humana jam omnia faſtidientem, Davidis inſtar Domino dicere; Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt! Quando veniam, & apparebo ante faciem Domini?

AUC. ANT. GALONIUS

Pſ. 54.

Pſ. 119.

13 Hujus præterea doni cæleſtis vi, tanta quoad vixit ſpiritus divinæque dulcedinis affluentia replebatur, ut mentem à cæleſtibus avocare, animumque ſæpiſſime ad terrena convertere, ut Sacrum facere poſſet, cogeretur: quod non eo ſolum referente cognovimus, ſed re ipſa comperimus. Quamquam enim ille omnem adhibebat curam ſe à divinis avocandi, cum rem ſacram facturus pergeret, ut uni & alteri ex iis qui ſibi noti erant indicavit; vix tamen, quod nos plus millies hiſce vidimus oculis, ſacrificium abſolvere poterat. O magnam ſancti Spiritus vim! Alii etiam ſanctiſſimi viri, horis prius aliquot precationi impenſis, prævia diligentique præmiſſa præparatione, omni ope contendunt, ut aliquid pii in Deum affectus, cum rem ſacram acturi ſunt, acquirant; hic autem his adeo abundabat, ut non modo nulla egeret præparatione; verum etiam, cum tot tantoſque divinitus immiſſos ardores ſuſtinere nequiret, animum ſuum quam maxime poterat ab illis divellere cogeretur, Deumque ne majores tribueret indies rogare. Id præterea in illo is ſpiritus efficiebat longe mirabilius, ut eum precibus inſiſtentem ſublime tolleret. Media vero hieme, quo tempore maximum in urbe frigus eſſe ſolet, ad poſtremum uſque diem (quis crederet?) ita derepente eo orante ipſius cor corpuſque divino æſtuabat igne, ut validiſſimi, ne æſtu necaretur, refrigeratione indigeret. Hinc ille octogenarius, modiciſſimo cibo contentus, omni propemodum nativo calore deſtitutus, ut eam amoris flammam aliquo modo reſtringueret, pectus nudare, feneſtras foreſque cubiculi media nocte pandere, linteiſque ac flabellis aliave opportuniore aëris agitatione uti, ad ſe refrigerandum, neceſſe habebat: & quidem ni cordi, interno ac divino conſumpto calore, hiſce rebus feſtinanter ſubveniſſet, repentino certe interiiſſet.

eũ ut temperet cogitur ipſa Ilio-ne, à cerſa-re,

& refrigeria pectori admovere,

14 In iiſdem rebus hoc fortaſſe etiam ponendum. Cauſam quodam die hujus tam miræ ac novæ ejus cordis agitationis à Federico Cardinale Borromæo interrogatus, præſertimque num dolore aliquo in ea ſuſtinenda afficeretur; à Spiritu ſancto eam accepiſſe modeſte reſpondit. Laicus cum eſſem, dicere cœpit, ſanctum Spiritum, quam ſuppliciter poteram, quotidie rogare conſueveram, ut mihi opem ferret, animumq; meum donis ſuis cumularet. Quodam die, cum eum de more orarem, meas exciperet preces; ipſo tandem volente factum eſt, ut cordis agitatio, de qua rogas, quæ nullos unquam dolores movit, initiũ habuerit. Simulque adjunxit, Poſſem equidem eam cohibere, ſed ne animum inter orandum à divinis avocare, atque ad eum motum cordis comprimendum referre cogar, idcirco ab ea re deſiſto. Illud hic addã, quod ejus cor adeo hujus agitationis vi æſtuq; fervebat, ut calor ex eo proveniens ad totum plerumq; corpus ſeſe diffunderet. Cum Philippus inſtituto ſuo in proximorum ſalutem incumberet, adjunxit ad Chriſtum anno hujus ſæculi quadrageſimo ſeptimo, Joannem Manzolium Florentinum, & deinde Henricum Petram Placentinum: qui Sacerdos de ipſius conſilio factus, Congregationis Clericorum doctrinæ Chriſtianæ poſtmodum amplificator fuit.

F

corde jugitur palpitamen.

Æt. 30 & 33.

AUC. ANT. GALONIO. A. Æt. 34.

15 Cum miro flagraret deſiderio proximos modis quibus poſſet adjuvandi, una cum Perſiano Roſa, inſignis pietatis Sacerdote, Sodalitium ſanctiſſimæ Trinitatis nomine inſtituere aggreſſus eſt: conſilium autem id fuit, ut domus à conſodalibus, pauperibus qui è recenti morbo convaleſcebant, peregriniſque hoſpitio excipiendis, aperiretur. Initium habuit Societas in eccleſia S. Salvatoris, cui à Campo cognomen, anno ſalutis humanæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo, menſe Auguſto, quinta hebdomadæ tertiæ feria. Primi, qui in hanc Societatem inſcribi cœpti ſunt, humanis divitiis inopes fuere, ſed Chriſti gratia divites, omneſque ſane ad quindecim. Conveniebant hi in eccleſia S. Salvatoris frequentiſſime, ibique ſacra omnes Confeſſione expiati ac Pane cæleſti refecti, novo animi ardore ad pietatem accendebantur: Philippum præterea cuncti, ut parentem, & unice diligebant & valde reverebantur. Primo cujuſque menſis Dominico die, quadragenarum horarū ſupplicatio decreta à Fratribus, quo tempore Philippus adeuntes ſua præſentia mirifice ſolabatur, omnes vitæ ſuæ exemplo piisq; ſermonibus confirmans, & ad virtutem pietatemq; vehementer accendens. Totas præterea noctes ibi pene ducebat inſomnes: Fratres ipſemet ad orationem vocabat: ubi precando finem fecerant, Abiit hora, dicebat, qua orare, non qua peccata lugere pietatemq; ſequi tenemini. In hac ipſa eccleſia frequentes de rebus divinis ſermones à Philippo habebantur: ſermonibus intererant & Fratres & exteri. Ex colloquiis is fructus colligebatur, ut audientes, ipſius verborum vi incitati, ad eluendas animi ſordes mirū in modum ſe impelli ſentirent. Ejus porro is in dicendo ardor erat, ut cum ſolus inter ſodales eſſet, qui de rebus piis loquendi munus obire poſſet, totos frequenter dies multamque noctis partem in iſtiuſmodi colloquiis, ſui propemodum oblitus, conſumeret. Et ſane operæ fructus egregius Dei beneficio conſtitit: unico enim retis jactu ad triginta juvenes, qui vel argentariam vel mercaturam faciebant, hamo verbi Dei capti ſunt, atque à perdita vita ad honeſtam revocati. Illud non involvā ſilentio. Qui initio huic Societati nomina dederunt, non vulgari claruiſſe ſanctitate. Coquus enim domi, ut Beato Patre narrante didici, ad eam vitæ puritatem venerat, ut Deo adjutore tantam in orando facultatem adeptus ſit, ut è cæli ſiderumque aſpectu, quo maxime capiebatur, confeſtim in Dei notitiam amoremque raperetur. Alter erat, qui cum gravi oppreſſus morbo in lectulo jaceret, Margaritæ ſorori, Scribe, dixit, feria ſexta, hora tali, certam deſignans, moriar. Quod & factum eſt.

Sodalitium S. Trinitatis inſtituit,

& piis colloquiis multos convertit;

B

C

A. Æt. 35.

16 Cum Philippus anno hujus ſeculi quadrageſimo nono, omnibus nervis contenderet, atque in hoc elaboraret, ut novos Chriſto filios acquireret, Proſperum Cribellium, civem Mediolanenſem, eidem lucrifecit; is ubi primum ipſius hortatu Dei colendi deſiderio accendi ſe ſenſit, illico ad Joannem Polancum, Societatis Jeſu Sacerdotem, animo confitendi de peccatis ſuis, venit. Sed cum is Sacramentalem abſolutionem Proſpero denegaret (quod ab ædibus viri nobilis, apud quem auctoritatis habebat plurimum, ubi multæ ſeſe illi graviſſime delinquendi dabant occaſiones, recedere nolebat) Beatum ille mox Patrem mœſtus adit, eique rem totam, ut erat, exponit; rogatque obnixe, precibus pro animæ ſuæ ſalute inſiſtat. Huic Philippus bonum habere animum juſſo, operam pollicetur ſuam, nec ſane fruſtra: Proſper enim brevi Beati Patris precibus adjutus, ab omni ea difficultate moleſtiaque ab illa domo abeundi liberum ſe ſolutumque advertit.

in quibus fuit Proſper Cribellius:

17 Decreverunt Fratres anno hujus ſeculi quinquageſimo, qui Jubilæi celebritate inſignis extitit, domum excipiendis hoſpitio peregrinis, qui ante id tempus conferti ſub dio cubitabant in via, conducere. Id autem Jubilæi occaſione actum eſt: nam cum pauperibus nullum eſſet in urbe hoſpitium, nullumque receptaculum, jacere ii cogebantur in publico, frigore, fame, aliiſque incommodis confecti. Hoc ergo ſpectaculo commotus Philippus, tantæ calamitati omni ope ſubveniendum putavit; reque cum aliis communicata, quemcumque extrema inopia periclitantem reperirent, in id hoſpitium, vel inter manus vel geſtatoria ſella devehere, adeunteſque omnes hoſpitio benigne ſuſcipere ſtatuunt, cunctis quæ ad victum neceſſaria ſunt abunde ſuppeditatis. Ea erat Sodalium erga peregrinos caritas, ut quibus rebus poſſent eos adjuvarent; illeque altero videbatur beatior, cui datum erat, ut ipſis excipiendis primus occurriſſet. Sed non poſſum ego ſatis narrare pium Fratrum in hos pauperes affectum. Alios enim cerneres peregrinorum pedes lavare, alios recens admiſſos ſuaviſſimis ſolari verbis, hos cibos excoquere, illos fercula miniſtrare, hos lectulos ſternere, illos pavimenta verrere. Atque in hæc pietatis opera ea animi promptitudine vultuſque hilaritate incumbebant Sodales, ut eorum virtus omnibus admirationi eſſet. Interea tanta fuit exempli vis, ut non defuerint, qui in hanc Societatem recens erectam ſe adſcribi fecerint. Decreverunt interim Sodales, ut certæ ædes ad peregrinos hoſpitio excipiendos conſtituerentur, ubi quolibet anni tempore benigne per triduum alerentur: qui uſus in hunc uſque diem ſancte laudabiliterque retinetur. Sed nec his contenti, cum viderent pauperes è xenodochiis, quod melius habere inciperent, viribus nondum plene recuperatis dimiſſos, victus tectique penuria fatigatos, in eoſdem morbos recidere, qui vitam quandoque hauriebant; his incommodis pro viribus occurrere decreverunt. Ergo ſtatutum eſt inter eos, ut qui locus excipiendis peregrinis uſui eſſet, ille ipſe hiſce hominibus pateret, dum priſtinæ valetudini virtutique reſtituantur. Atque id aliaque, ipſo potiſſimum Philippo adjutore, agebantur: illic ipſe dies illic noctes inſumere, pauperibus miniſtrare, ceteroſque ad opus excitare in more habebat. Hæc itaque prima eſt hujus Sodalitatis inſtitutio, quæ è parvis initiis, in eam quæ hodie conſpicitur amplitudinem excrevit. Deinde vero proceſſu temporis, nobilibus quibuſdam viris, qui ei nomen dederant, viſum eſt, ut Sodalitas ex eccleſia S. Salvatoris in eccleſiam ſanctiſſimæ Trinitatis transferretur. Ubi illud brevi incrementum accepit, quod toti poſt Chriſtiano orbi, non ſine maxima Dei gloria, palam factum eſt. Cujus deinde pietas, & in univerſas Italiæ Sodalitates incredibilis liberalitas, anno Jubilæi proxime elapſi, Gregorio XIII Pont. Max. ſingulariter enituit. Et nunc etiam Clementis VIII Jubilæo maxime enitet.

D

A. Æt. 36.

colligendis hoſpitio pauperibus,

ſe cum ſociis impendit.

E

magno exempli fructu:

F

18 Philippus, quo majoribus à Deo in ſingulos dies augebatur beneficiis, hoc vehementiore ei inſerviendi deſiderio accendi ſe ſentiebat. Intempeſta itaque *c* nocte, cum ſomno ſepulti ſunt omnes, ut neſciret ſiniſtra, quid faceret dextera, miſerabilium perſonarum domos obibat, quibus, quæ ad victum neceſſaria erant, large abundeque ſuppeditabat. Nocte quadam, cum hic inſtituto ſuo occupatus, panem viro cuidam nobili ſed pauperrimo, deferret; diaboli opera factum eſt, ut intentus ille, quo pacto currum, præcipiti curſu ſe ferentem, declinaret; mox in altiſſimam foveam caſu delapſus ſit. Sed Domino opem ferente, ab *d* Angelo confe-

noctu eleëmoſynas ferens,

c

d

confestim inter cadendum capillo capitis mirabiliter retinetur; indeque nulla læsus ex parte ab eodem incolumis eripitur. Incidit ea res in annum Domini millesimum quingentesimum quinquagesimum. Quodam die, cum pietatis opera ardentius quam solebat sequeretur, *e* Angelus pauperis specie ei sese ostendit, [ac] stipem *f* petit: cui cum ille quã habebat pecuniam libenti promptoque animo elargiretur; Experiri veneram, dixit ei illico Angelus, quid facturus eras: & his dictis evanuit. Qua ex re, eo Philippus miserationis affectu in pauperes ferri cœpit, ut ex eo die nemini unquam poscenti eleemosynam negaverit. Pauperibus viris ac feminis, quibus opus habebant, abunde suppeditabat. Juvenibus, ad literarum studia propensis, pecunia & libris ac vestibus non deerat. Hebdomada nulla erat, quin eleemosynam iis, qui in carcere detinebantur, mitteret. Nemini pauperum stipem denegabat. Cum pauperrimæ feminæ *g* nuditas eo audiente commendaretur, suam sibi vestem detraxit, ut inopi traderet. Egenis adolescentibus, quibus cupiditas erat cœnobiis se mancipandi, probato eorum spiritu, tantum donabat pecuniæ, quantum coëmendis vestibus, ad institutum quod amplectebantur appositis, satis esset. Jure ergo meritoque de eo dicere possumus, nihil habebat, & omnia possidebat: quandoquidem beneficium ille ecclesiasticum possedit nullum, pecuniæ contemptor eximius, ut si quis alius: tamen in omni vita nihil ei unquam, nec ad proprium usum, nec ad aliorum sublevandam inopiam defuit.

divinitus è fovea educitur.

Multis liberaliter succurrit.

19 Philippus interim divinæ voluntatis cupidissimus, Dominum precabatur assidue, ut sibi quam vitæ rationem sequi se vellet, ostenderet. Solitariam vitam amplecti (nisi Deo aliter visum esset) sibi in animo erat: sed incertus, num id maxime ad Dei gloriam pertineret, ad explorandam ejus voluntatem assiduis precibus dat sese, eam ingredi viam paratus, quam Dominus elegisset. *h* Diu itaque in ejusmodi cogitatione versatus, audiri tandem meruit. Quodam etenim die, orationi sub ortum solis intento, S. Joannes Baptista apparet; quo viso mirifice recreatus Philippus, in eam denique mentem divinitus impelli se sensit, ut omni dubitatione sublata, non uni sibi, sed & proximorum saluti vacare decerneret. Rogatus causam altero die, cur tanta parsimonia victitaret; Oranti mihi, subjecit, ostenderunt sese duæ animæ, Sanctorum jam gloria decoræ; quarum una frustulo aridi panis, quod manu tenebat, se vesci simulabat. Cumque quid sibi ea re vellent, pernosse cuperem, ea vox audita; Voluntas Dei est, Philippe, ut in media Urbe, quasi in deserto loco vitam agas. Quibus mihi verbis significatum est, ut continenter sobrieque viverem. Hinc (qua erat humilitate) carnem se idcirco raro ad cibum adhibere dicebat, quod sibi nocumentum afferret; quod virtutis erat, valetudinis vitio tribuens.

Intelligit sibi in urbe vivendum velut in solitudine.

ANNOTATA.

a *Sancti viri, ut castimoniam servarent, feminarum colloquia congressusque quoad poterant devitabant. Leganzur res gestæ S. Bernardini Senensis.*

b *Consimilia ferme narrat de S. Vincentio Ferrerio Petrus Ranzanus in ejus gestis, lib.* 1 *cap.* 13; *& Guilielmus in historia S. Bernardi Abbatis lib.* 1 *cap.* 3.

c *Idem facere solitum S. Marcianum Presbyterum, auctor est Metaphrastes in ejus rebus gestis: extant ea apud Surium tom.* 1.

d *Idem juratus affirmat Cæsar Card. Baronius.*

e *Consimile habes apud Ioannem Diaconum, Vitæ S. Gregorii Papæ lib.* 1 *cap.* 10.

f *Hanc rem Philippus duobus Sacerdotibus, ex data sibi Dei voluntate occasione, narravit.*

g *Simile ferme de S. Marciano Metaphrastes, & S. Audoenus de B. Eligio Episcopo.*

h *Id, ut ceteri fileantur, publico testimonio confirmavit Federicus Card. Borromæus.*

CAPUT III.

Sacerdotio initiatus Sanctus, impensius cœptis erga proximum muneribus vacat.

CUm beatus Pater magna dedisset sanctitatis indicia, visum est Persiano Rosæ, ejus Confessario, illum non modo inducere, verum etiam impellere, ut Ecclesiasticis Ordinibus initiari quamprimum curaret: ad eum enim diem, imitatus Sabam *a* aliosque innocentia vitæ claros, quos sic ex humilitate feciss noverat, ab omni Ordinum gradu se abstinuerat. Unum illud exoptabat, ut laicus permaneret; non quo Sacerdotii apicem non admiraretur, verum quia eo se munere indignum prorsus judicabat: quod tamen ei non contigit. Ubi enim cognovit ille, Persianum ea esse mente, ut Sacerdos fieret; statim, ne onus sibi assignatum à Deo defugere videretur, ejus decreto sibi obtemperandum duxit. Anno itaque salutis humanæ millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, in ecclesia S. Thomæ Regionis Parionis, mense Martio, cum annum prope sextum & trigesimum confeciss, prima Tonsura, quatuor Minoribus, & Subdiaconatu initiari cœpit; Diaconatu vero non multo post in nobilissima antiquissimaque Basilica Lateranensi anno eodem, die sabbati sanctioris majoris hebdomadæ, qui dies fuit IIII Kal. Aprilis eo anno inciderat; demum Sacerdotio in eadem ecclesia S. Thomæ, eodem itidem anno, decimo Kal. Junias. Ceterum, qua adhibita præparatione, quibusve animi motibus, his Ordinibus initiatus fuerit, malo in aliorum consideratione relinquere, quam in historia mea ponere. Evectus fuit beatus Pater per omnes Ordinum gradus ad apicem Sacerdotii ritu solenni, ut fieri solet, à Joanne Lunellio, Episcopo Sebastensi; Philippo Archinto per id tempus Julii tertii Papæ generali Urbis Vicario.

20 Ætat. 36.

Suadente Confessario.

Susceptis Ordinibus sacris.

21 Sacerdos pristinam in victu parsimoniam perpetuo servavit, ovis tantum vel oleribus aut leguminibus ad cibum adhibitis: si quando tamen cum aliis vescebatur (quod ille non raro lucrandarum animarum gratia facere solitus erat) omnem prorsus, quoad ejus fieri potuit, singularitatis atque ostentationis notam evitavit. Quam postea consuetudinem eo consilio, ut omnibus omnia factus, omnes Christo adjungeret, ad multos annos retinuit. Sacerdotio initiatus cogitare mox cœpit de templo S. Hieronymi, quod à Caritate cognomen accepit, incolendo; ut ibi, quoad Deo placuisset, vitam degeret. Erant tunc eo in templo præclari aliquot Sacerdotes, pii admodum & Religiosi, nempe Persianus Rosa, Philippo à confessionibus; Bonsignorius Cacciaguerra, Nobilis Senensis, ex ditissimo mercatore Christi Sacerdos; Franciscus, civis Aretinus, vir eruditus, qui multam doctrinam Angelica quadam cum puritate conjunxerat, quique mortuo Persiano ejusdem beati Patris Confessiones audivit; Franciscus alter Hispanus, doctus æque ac pius, sed caritate in pauperes & austeritate in se ipsum admirandus. Vivebant hi Sacerdotes eodem tecto, sed quamquam eodem adjuvandorum proximorum desiderio flagrabant, vitam tamen pro se quisque diversa ratione, prout Spiritus suggereret, ducebat; suaque curabat pro arbitrio, separa-

Sacerdotibus piis in ade S. Hieronymi se jungit.

AUC. ANT. GALONIO. paratimque cibum capiebat. In id templum itaque admiſſus Philippus, Sacrum ſingulis diebus faciebat. A Sodalibus Caritatis nihil unquam præterquam cubiculum unum, & illud quidem anguſtum, accipere voluit: eo enim, non mercede aliqua ductus, ſed habitatione tantum contentus, quo liberius commodiuſque in proximorum ſalutem incumberet, ſeſe receperat.

Confeſſionibus audiendis ſedulo vacat.

22 Hoc ipſo anno, cum ſumma eſſet in Urbe annonæ caritas, ſex ad Philippum panes deferuntur. Sed quid ille? Acceptos panes non attingendos ſibi, ſed pauperibus tribuendos putans, Hiſpano cuidam Sacerdoti pauperi, in Chriſti Domini noſtri gratiam, hilari vultu largitur. Quo peracto, cum quæreretur ex eo quid cauſæ eſſet, quod portionem ſuam omnem egenti Sacerdoti tribuerit; modeſte id ſe feciſſe reſpondit, quod crederet facilius panem ſe ab amicis accepturum, quam Sacerdotem illum peregrino cælo natum. Quid plura? Illo ipſo die paucas duntaxat olivas guſtavit. Philippi opera Henricus Petra Placentinus, quem laicus cum ille eſſet Chriſto peperat, Theſeuſque Raſpa Sacris initati ſunt, & in templum S. Hieronymi ad habitandum inducti; ubi
B Bonſignorio duce, magnos in ſpiritu progreſſus habuerunt; præcipue vero Henricus, qui reformandis poſtmodum Monialibus, aliiſque eccleſiaſticis muneribus, ad Cleri mores templorumque cultum exornandum, diutino gratuitoque labore, toti Urbi utilitati eximiæ fuit. Hos ſecutus eſt Petrus Spadarius, mitis Sacerdos ingenii, Deo hominibuſque carus: atque is ultimus ex Presbyteris ejus eccleſiæ fuit, apud quem Philippus poſt Franciſci obitum Confeſſiones peregit.

miro eum guſtu etiam corporeo cõmunicans.

23 Sacerdos, numquam intermiſit diem, niſi ægritudine detineretur, quin rem divinam faceret. Æger ſingulis diebus Panem cæleſtem accipiebat. Initio Sacerdotii, cum in eccleſia S. Hieronymi Sacrum ageret, tanta repente divini Spiritus abundantia replebatur, ut aquam vinumque in calicem de more infundere vix poſſet: adeo enim ejus manus in altum attollebantur, ut exilire quodammodo & ſaltitare viderentur; atque ille, niſi brachio ad altare tamquam adminiculo, maximo adnixus ſtudio, cœptum opus proſecutus eſſet, nihil egiſſet unquam. Hujus diviniſſimi Sacramenti, ſupra quam dici poteſt, cupidiſſimus amantiſſimuſque, vel ex eo ſolum quod vacuum calicem in manibus teneret, incredibili perfundebatur lætitia. Quo tempore ſalutarem Hoſtiam de
C more attollebat, ita ejus mens rapiebatur in Deum, ut manus ſublime erectas deponere non poſſet. Retulit ille poſtea, videri ſibi ſe ab aliquo apprehendi, atque alte à terra per vim mirabiliter ſuſtolli. *b* Eamque ob rem in hanc deinde ſe dedit conſuetudinem, ut ſalutarem Hoſtiam, quanta maxima poſſet celeritate, attolleret & demitteret. In Sacro faciendo, ubi vel maxime ad Offertorium ventum erat, ea afficiebatur dulcedine, ut inter celebrandum toto corpore contremiſceret ſaltitaretque: quos ille impetus ut reprimeret, vertere ſe ſæpiſſime conſuevit, nunc in dextrum latus, nunc in ſiniſtrum, modo demum caput perfricare manu.

b

ſub eo frequentes ecſtaſes patitur,

24 Unum hoc tacitus præterire non poſſum, in quo divini amoris vis evidenter apparet. Mos illi erat, ut ſine impedimento rem divinam ageret (raptus enim & ecſtaſes timebat) ut, antequam ſacris ſe indueret veſtibus, id omni ſtudio ageret, ut ſpiritus vehementiam ardoremque quo aſſidue æſtuabat utcumque comprimeret: numquam enim ille cum ſubito abſtractus à ſenſibus tota mente in rerum cæleſtium contemplationem raperetur, Sacrum feciſſet abſolviſſetque, niſi in unam illam rem incubuiſſet ut animum à divinis avocaret. Et hæc quidem quamquam ille faciebat, eos tamen divini amoris impetus
D ſuſtinebat, ea perferebat ſpicula, quibus illi divina illa flamma cæleſtiſque amoris ignis totum undequaque corpus adurebat, ut lacrymis totus conficeretur; ſingultus frequentiſſimos, dum cæleſtis illius patriæ jucunditatem contemplaretur, atque humanæ naturæ fragilitatem apud animum ſuum accuratius intueretur, eliceret; & veluti in veteri inſtrumento divinus ille David ante Arcam, in qua cæleſtis theſaurus recondebatur, ſaltitaret: quibus fiebat, ut cogeretur ſæpiſſime à Sacro faciendo eouſque ceſſare, quoad vires corporis, quas Chriſti amor abſtulerat, iterum ſe collegiſſe ſentiret. O virum Deo plenum! O virum, quem ſpiraculum illud veri Spiritus aſpiravit, & ſe ſibi ſubtraxit! Cum ſponſa in Canticis tute ipſe dicere jure meritoque poteras; Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me caritatem: fulcite ergo me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.

Sacrificio Miſſæ valde addictus.

25 Abſoluto Sacrificio, ita nonnunquam abſtractus à ſenſibus apparebat, ut exanimatum magis quam vivum crederes. Sed hic me locus admonet, ut ponam aliquid de guſtu, quem ille in Sanguine Chriſti ebibendo, ejuſque Carne deguſtanda habebat. Is erat, ut crediderint qui ab ejus numquam latere diſcedebant, eum ipſius Sanguinis, ipſiuſque Carnis ſaporem percipere, perinde atque nudam carnem nudumque ſanguinem guſtaret. Labia ille ſibi aviditſſime lambebat, iterum ac ſæpius calicem ori admovere obſervabatur, nullumque de adſtantibus non modo propius ad altare, ſed ne manere quidem unde ipſius facies conſpici poſſet, permittebat. In deſumendo Sanguine, ſonus in ejus gutture is audiebatur, ut putares aliquid deguſtare, quod ob ejus pinguedinem craſſitudinemque Sacerdotis palato inhæreſceret. In ea calicis parte, ex qua Sanguinem hauriebat, indicia dentium erant; aurumque ipſum, quod ibi circum erat, quamquam recens, brevi obſcurabatur. Purificationem, quam dicunt, dari ſibi nolebat, donec ipſemet petiiſſet. Denique diviniſſimi hujus Sacramenti uſque eo deliciis capiebatur, ut ſuaviſſimam Chriſti carnem ſanguinemque pretioſiſſimum in ore tenens non ſtatim glutiret, ſed paulatim guttatimq; in ſtomachum defluere ſineret. Nec minus inſignis ejus pietas in Sacro faciendo, Chriſtique corpore deguſtando, quam in miniſtrando fuit: ſed ne in re nota atque apud omnes pervulgata operam fruſtra conteram, aggredior ad alia.

annonam ſuam egenti largitur.

26 Sacerdos factus Confeſſionibus excipiendis, F
invitus licet, præficitur, aliiſque obedire magis, quam ſibi credere elegit: noverat enim Deo pergratum perq; jucundum eſſe, ſemetipſum ad aliorum voluntatem conformare. Mirum dictu! Nihil Philippo potius erat quam ut ſolitariam vitam amplecteretur: ne ſibiipſi tamen ſatisfaceret, aliorum voluntatem cupiditati ſuæ antetulit; Chriſtum ducem ſecutus, qui dixerat: Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei, qui miſit me. Et alibi rurſum: Deſcendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me. Confeſſionibus excipiendis ita ſedulo aſſidueque navabat operam, ut ſuiipſius oblitus ab eccleſia numquam recederet. Non parva hæc: ſed hoc forte mirum magis. Magnam diei partem in his inſumebat, numquam tamen defatigabatur; tanta porro cupiditate ardebat errantes animas ad bonam mentem revocandi, ut ex eo ſolum quod ſederet in ſella, qua ad audienda crimina utebatur, maximam caperet voluptatem maximamque delectationem. Incredibile dictu eſt, quot quantoſque ex peccatorum cœno ad meliorem frugem reduxerit, quot ejus opera tum viri tum feminæ adducti ut monaſticam vitam rite complecterentur; ut nullum

A esset Religiosorum hominum institutum, quod non plerosque è Philippi discipulis sibi acquisierit (Prædicatorum vero præcipue familia tali prole fœcundata floresceba) quotve demum magnis sceleribus adstrictos è corruptissimis moribus ad emendatione vitam traduxerit; quique post, eo usi magistro, abjectis curis inanibus, totos se ad seria converterint.

Solicitus tamen ne quid puritas pateretur.

27 Quo tempore primum excipiendis Confessionibus initium fecit, hominum peccata libentius, quam feminarum audiebat: harum crimina excipere quoad poterat fugiebat. Noverat enim ille, virginalis suæ pudicitiæ jacturam timens, dæmones Dei servis, bonis etsi operibus occupatis, insidias moliri non desistere, iis vel maxime qui nimio plus sibi ipsi confidunt. Illud hic attexam, quod tam acer & vigilans custos pudicitiæ fuit, ut coactus mulierum Confessiones audire, eas in ecclesia duris magis quam lenibus verbis exciperet, interdum vultu iram præseferens. Quem morem usque eo se tenuisse narrabat, quoad singulari Dei beneficio obtinuit, ut eas quoquo vellet modo exciperet. Quibus verbis non obscure insigne illud donum significare videbatur, quo id Deo dante assecutus erat, ut omni plane sensu libidinis caruerit; ut ex eo tempore ad extremum

B usq; diem marmoreæ cujusdam statuæ instar esse videretur. Amplius, audiendis Confessionibus adeo sese occupabat quotidie (quo munere ad obitum usque egregie perfunctus est) ut advenientes filios non paucos (noctes enim ferme totas contemplationibus piisque precationibus insumebat) lecto adhuc decumbens audiret. Surgens summo mane mox ibat in templum, non inde egrediens nisi insigne aliquod aut necessarium opus occurrisset, quod in aliam horam differri haudquaquam posset. Nec quisquam fuit, qui illum in ecclesia non semper, vel certe non facile reperiret; ita omnibus promptam ac gratuitam operam suam præbebat. Templum aut cubiculum assiduus incolebat, vagandi minime cupidus, nisi alio vel necessitas evocaret vel caritas impelleret.

Colloquia spiritualia instituit.

28 Cum Philippus majore indies cupiditate flagraret flagitiosos homines ad meliorem frugem reducendi, & quos acquisierat filios integros castosque servandi, ne iterum in vitia delapsi Ægyptum repeterent; cœpit, quo id facilius assequeretur, anno à Virginis partu millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, in suo cubiculo singulis à prandio diebus confluentes, lectulo frequenter insidens (quod Dei amore langueret) de rebus cælestibus e-

C rudire. In his colloquiis (quod mirabile dictu est) eam divini amoris vim sentiebat, ut modo toto corpore contremisceret, modo è lectulo in altum attolleretur (crederes eum ab aliquo sic mirabiliter retineri) modo demum lectulus ipse, vel quandoque etiam ipsum cubiculum motu nutare & concuti videretur, terræmotum ibi factum esse putares. Erant hæc iis qui aderant, non ad pœnitentiam solum, sed ad divinum etiam amorem terrenarumque rerum despicientiam incitamenta. Præclari instituti hujus initio pauci erant (quorum duo erant superstites hæc scribente me) qui eum audirent; sed mox adeo crevit numerus, ut locus, in quo hujusmodi sermones fiebant, auditores non caperet. Quam ob causam, eo relicto, ad alium ampliorem se contulit; ubi eo animi ardore sensuque mentis de rebus spiritualibus loquebatur, ut nullus ferme reperiretur quovis scelere implicitus, quin eo audito resipiscret, & ad saniora sese converteret.

Æt. 37 & 38 Ab edituis magnas passus molestias,

29 Cum cerneret diabolus, novum Sacerdotem Philippum privatis concionibus sacramentorumque administrationibus complures ad Christum aggregare, statuit piis ejusdem studiis omni conatu se opponere. Erant in templo S. Hieronymi Sacerdotes quidam à sacello, viri perditis prorsus moribus atque apostatæ: hi, ut uni Vincentio Tecosio, qui ex sodalitio Caritatis erat, rem gratam facerent, Philippo, anno hujus seculi quinquagesimo secundo, molestiam exhibere cœperant *c*. Deridebant illum, canino dente carpebant, contumeliis onerabant: quæ ille omnia, ne verbum quidem pro se faciens, constanti prorsus animo tolerabat. Nec hic finis, quotiescumque sese illis nova offerebat occasio hominem probris maledictisque lacessendi, & alio quovis modo perturbandi, arripiebant eam avidissime; id autem eo consilio, ut illum, cujus aspectum ferre non poterant, inde expellerent. Hinc ubi Philippum in sacrarium tendere rem facturum divinam cognoscebant, tum læti mirum in modum effecti, quod nova sibi ejus licentius irridendi fieret facultas, hominem vel ejus loci aditu arcebant, vel certe admissum variis artibus graviter admodum exercebant. Atque ut jejunum inde exire cogerent, nunc Missale, nunc vestes Sacerdotales, nunc demum Calicem ipsum occultabant: nec his contenti, frequenter etiam eum paratum jam ad Sacrificium, pedemque è vestiario efferentem, sacrum deponere ornatum jubebant: neque tamen Philippus rebus his provocabatur ad iracundiam. Vincentius interim Tecosius, sola dæmonis opera usque eo eidem, à quo ne in re quidem minima læsus fuerat, adversabatur, ut induxerit animum numquam ab eo perturbando desistere, quin illum domicilium mutare impulerit. Tentationi haudquaquam cessit Philippus, de adversariis suis conquestus numquam: ab ecclesia S. Hieronymi, & quod is locus ad proximorum salutem procurandam aptus esset, & ne cruces sibi à Deo paratas fugeret, recedere noluit: quæ in illum jaciebantur convitia, æquo animo ferebat, illud Jacobi secum forte animo volvens; Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in varias tentationes incideritis.

Auc. Ant. Gallonio

c

B

constantiam tenet:

Iac. 2, 12.

qua unum ex adversariis flectit,

30 Quodam die, cum de more, post consuetas æmulorum derisiones, Sacrum faceret, id anxius intra se in ipso Sacrificio cum Deo colloquium habuit: Quid est bone Jesu, quod cum te toties rogarim pro viribus, ut patientiæ donum mihi impertires, tot tantæque sese mihi indies offerant exardescendi occasiones? Hæc cum dixisset, vocem quamdam internam clare audivit: Quid est, quod me rogas, Philippe, patientiam? ea ego te muniam, quamquam volo ut tute his oppugnationibus, quantum maxime potes, eam tibi acquirere studeas. Quibus ille auditis, mirifice recreari se sensit. Exacto biennio, cum è

F custodibus sacrarii unus, instituto suo, maledictis convitiisque in illum inveheretur, nec ab hac stultitia cessaret; ea vultus hilaritate animique fortitudine hominis verba excipiebat, ut maxima exultaret lætitia. In id spectaculum ex iis apostatis alter cum incidisset, reputans ille mox apud animum suum invictam Philippi in injuriis perferendis patientiam, corde compunctus, eo derepente impetu in maledicum Sacerdotem insiliit, quo beati Patris innocentiam tueretur, ut parum abfuerit quin illum necarit. Vix hoc fecerat, cum cœnobii unde aberat recordatione cœpit mollescere; atque ad se rediens, B. Philippi opera precibusque in tantum sui odium repente exarsit, ut non solum amplecti pœnitentiam, sed institutum etiam sui cœnobii repetere decreverit, quod & fecit. Vincentius quoque, injuriarum auctor, Philippi patientia mansuetudineque commotus, ultro ad eum venit, & procumbens in genua delicti veniam petit: quam ille, injuriarum mox omnium oblitus, prompto & alacri animo concessit; quin hominem amicissime complexus inter filios suos recepit. Atque ex eo tempore ea Vincentius præ ceteris beatum Patrem observantia coluit, ut

alterii etiam in socium recipit.

non

ALLONIO

non abiret dies, quin eum inviſeret, perinde ac nihil ei illo eſſet nec carius nec jucundius: quem poſtea morem ad ſupremum diem ſervavit, Sacramentorum uſu cæleſtes opes ſibi comparare ſtudens. Incidit hujus mors in menſem Martium anni milleſimi quingenteſimi octogeſimi noni.

A. Æt. 39 Chr. 1554

Frequentem Sacramentorum uſum inſtaurat:

31 Dei itaque benignitate moleſtiis expeditus, Chriſti ſponſi caritate quam maxime vulneratus, totum ſeſe ad proximorum ſalutem convertit; eorum Confeſſiones audiens, eoſdemque cæleſti Pane reficiens. Quibus deinde rebus id paulatim factum eſt, ut frequens cum Confeſſionis cum Euchariſtię uſus, extinctus pene dæmonis fraude, iterum renovaretur. Tanta in eo humanitas fuit, ut propterea omnibus chariſſimus eſſet. Adeo ardenter ſitiebat diabolo prædas eripere, ut mirum dictu ſit quanta fecerit tuleritque, ut vel unam animam ad Chriſtum reduceret. Omnium confluentium Confeſſiones alacri vultu excipiebat, eoſque partim ſermonibus de rebus ſpiritualibus partim precibus ad pietatem atque cæleſtium amorem excitabat mirifice. Diligentiam quantam maximam potuit perpetuo adhibuit, ut omnibus omnia fieret, quo vel ex hoc uno facilior ſibi aditus ad proximos juvandos daretur. Ejuſmodi

B præcepta de animarum ſalute ſuis in Chriſto filiis tradebat, ut non ſolum qui ea tenuerint magnam ad virtutem progreſſionem fecerint, verum in omni etiam virtutis genere perfecti evaſerint. Cubiculum omnibus perpetuo dies noctesque, ob magnum quo tenebatur proximorum ſalutis deſiderium, patere voluit. De audiendis Confeſſionibus ita ſolicitus erat, ut de nocte, primis illis temporibus, antequam diluceſceret, quadraginta circiter virorum Confeſſiones frequenter audierit.

poſt quæ dimittebat ſuos ad xenodochia curanda,

32 Erat hoc magnæ in Philippo caritatis argumentum, quod qui multa nocte, ut Confeſſionis beneficio Deo conciliarentur, ad eum veniebant, oſtium ſemper reperiebant apertum. Neque horum labor inanis erat, quandoquidem peccatis primum Confeſſione patefactis, Philippi deinde ſuaſu oratum ibant: in oratione tamdiu erant, quamdiu Sacri faciendi tempus adventaret: in Miſſa communicabant omnes: tum beato Patre annuente, ad diverſa Urbis xenodochia, quorum præcipua erant ſanctiſſimi Salvatoris, ſancti Spiritus, & Deiparæ Virginis de Conſolatione vulgo dictæ, ſub ſilentio ibant; atque his in locis, piis præſertim ſermonibus, ut cetera ſileantur, ægros mirum in modum conſolabantur, & ad

C patientiam peccatorumque confeſſionem & divinæ miſericordiæ ſpem excitabant. Deferebant præterea ſecum cibaria, quibus eorum corpora recrearent; quæ res cum eo tempore neglecta eſſet, difficile æſtimatu eſt, quantum ægris eorumque cuſtodibus ad animorum ſalutem prodeſſet. Quodam die, anno Domini circiter milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto, cum in id omni cogitatione curaque incumberent, contigit ut inter eundum, Philippo patre eos comitante (quod principio facere conſueverat) cum prope Veſpaſiani Amphitheatrum conſiſterent, inciderent in hominem provolutum in luto, ita graviter affecto ægrum corpore animoque dejectum, ut ſe erigere nec vellet nec poſſet; ſed ibidem manere, vel etiam mori ſtatuiſſet. Hunc ubi vidit Philippus, Franciſco (id uni ex illis nomen) jubet illico, ut eum in humeros ſublatum ad xenodochium ſanctiſſimi Salvatoris, quo tendebatur, exportaret. Mox ille nulla interpoſita mora, quamquam longe à xenodochio aberat, ſubjicit humeros oneri; & ad locum deſtinatum ſolus, magno cum ſodalium fructu & ægroti ſolatio, defert.

33 Unus ex iis qui Philippum ſequebantur, nomine Proſper, Judæum hominem quodam die ſecum duxit: qui una cum beato Patre, quem multi comitabantur, Baſilicam Lateranenſem ingreſſus, Patre aliiſque in genua ante aram maximam provolutis, ſolus ex tota illa multitudine ſtabat operto capite, cervice everſa. Quod cum adverteret Philippus, acerſito ei dixit, Frater, his quæſo verbis Dominum precare: Si tu, Chriſte, verus es Deus, animum meum inducas velim, ut avita religione rejecta Chriſtianorum fidem ſuſcipiam. Cui Hebræus, Deum, ut dicis, orare nec poſſum nec debeo: tibi enim ſi morem gererem, de religione deque fide mea dubitare viderer, quod Hebræum hominem non decet. Tum Philippus ad aſtantes converſus; Rogate, inquit, Deum pro ſalute Judæi iſtius fratris noſtri; cito enim, mihi credite, Chriſto nomen dabit. Prædictionem comprobavit eventus: Judæus enim paucis lapſis diebus, non fidem modo Chriſtianam, ſed ſacrum etiam Baptiſma gratulabundus ſuſcepit. Confitebatur ſub hæc tempora creberrime Philippo pia femina, Fulcinia Aneria. Id ubi vir ejus Mauritius reſcivit, ei confeſtim injunxit, ne auderet amplius Sacramenta frequentare (ridebat enim is, cum ea quæ Chriſti erant ignoraret eo tempore, ſpiritales ſervorum Dei profectus) dicebatque, ſermonem vulgi ſecutus, ad deteriora plerumque prompti, Sacramen- E torum frequentia prorſus abſtinendum eſſe. Sed fortis amor Dei feminam virtute muniens impulit, ut cœptam vitam proſequeretur. Cui Philippus, Ne dubites, dicebat: perge ut cœpiſti; Mauritius ad bonam frugem brevi ſeſe recipiet. Quod & factum. Eſt autem Philippo ille, quoad vixit, ad Confeſſiones perpetuo uſus.

D

quorundæ converſionē prædicit.

Ægro, ne heres ab illo ſcribatur,

34 Ægrotabat eodem anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto Proſper Cribellius, morboque indies invaleſcente ita graviter æger apparuit, ut omnes jam medici diffiderent: *d* erant hi d Alexander Petronius, Joannes Monachus cognomento, & Franciſcus Lucenſis, medicæ artis peritiſſimi. Ergo ſacro jam munitus Viatico Oleoque inunctus, pro mortuo habebatur ab omnibus; jamque Sacerdos moribundum de more Deo Sanctiſque omnibus commendat, & luſtrali ſubinde aqua reſpergit. Quod dum fieret, venit ad eum Philippus: Cui mox ille: Quid cauſæ eſt, inquit, quod te ad duos dies non viderim? Medici mortem mihi certiſſimam pronuntiarunt, modo quæ conſuevit febris acceſſio venerit, quæ acceſſit. Tum ille: Audivi te bonorum tuorum heredem me teſtamento reliquiſſe, quo nihil gravius venire poterat ad aures meas: hereditati iſti cedo, eam tu alteri da. Verum quo clarius videas (ſubjecit illico) nihil me ex facultatibus tuis cupere, extemplo ad Vaticanam Baſilicam me conferam, precatum videlicet divinam clementiam, ut

ſanitatem reddat;

te præſenti mortis periculo eximat: quod ſi id obtinere nequivero, Deo meam vitam, pro tua vita tuaque corporis ſalute, offeram libentiſſime: qua ex re fore ſpero, ut facile quod petam impetrem. Hiſque dictis, rem narratu mirabilem! cum inter precandum manus illacrymans morienti imponeret, ſomnus illico jucundiſſimus ægrum arripuit. Qua ex re, ſumpta Philippus occaſione, Baſilicam Vaticanam

eamdē prædicit deſperato à medicis.

petiit, ibique per ſemihoræ curriculum in oratione proſtratus, quanta maxima potuit animi ſubmiſſione in vota effunditur, Divinamque majeſtatem pro vita morientis efficacibus precibus fatigat. Nec irritus: eo enim ipſo momento, quo ille manus ſuppliceſque voces ad cælum tendebat, è ſomno moribundus evigilans, cum ſemiquadrantem horæ circiter quieviſſet, ſalutem ſibi redditam, medicis admirantibus, ſenſit.

F

35 Eodem ferme anno Dominicus Saracenus, cum Romæ ad artem medicam ſe contuliſſet, cardialgia

A dialgia laborare cœpit graviſſime; medicorumque remediis omnibus longo jam tempore fruſtra tentatis, Philippi orationibus, in quo uno ſpes omnis ſita erat, commendat ſeſe. Cui ille: Bono animo, inquit, eſto: è præſenti ægritudine evades. Quibus ille verbis cum certam haberet fidem, brevi, nullo in poſterum medicamento ad morbum adhibito, priſtinam valetudinem ſe recuperaſſe perſenſit. Vivit is adhuc, beneficiique memor, rem, ut geſta eſt, pro miraculo habet. Sed abeamus ab his, & tranſeamus ad res à Philippo geſtas Paulo Quarto Pontifice: Marcellum enim hoc nomine Secundum, Julii ſucceſſorem, cujus Pontificatus tertiam hebdomadam non exceſſit, præterimus. Porro Paulus Pontifex creatur x Kal. Junias anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto: ſeditque annos quatuor, menſes duos, dies ſeptem & viginti.

ANNOTATA.

a *Imitari videtur beatiſſimos illos viros, Monachorum Archimandritas, Pachomium & Sabam; itemque S. Franciſcum alioſque.*

b *Id ſacramento teſtatur Franciſcus Maria Tauruſius Card. idem complures alii jurati affirmant.*

B c *Hæc vel ſimilia ſanctiſſimis viris contigiſſe, ipſorum teſtantur hiſtoriæ. Tu interim legito Vitas SS. Danielis Stylitæ & Vincentii Ferrerii.*

d *Id præter cæteros ſacramento firmavit Card. Tauruſius.*

CAPUT IV.

Geſta annorum 1555, 1556 & 1557.

35 A. Æt. 41. ANno Domini circiter milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto, cum iter Philippo eſſet, quem multi ſequebantur, eum in locum, ubi extant Thermæ, quas Diocletianas appellamus; vidit, in quodam pariete vetuſtate collapſo, ſtantem *a* dæmonem hominis ſpecie: quem cum attentius inſpiceret, obſervabat eum, nunc juvenem *b*, nunc ſenem apparere. Quibus rebus dæmonis inſidias agnoſcens, Chriſti nomine imperat, ut, qui ſit, aperiat. His ille victus celeri fuga ſeſe proripuit, odoreque teterrimo quo abiens locum illum complevit, quem ne beſtiæ quidem ferre poſſent, ecquis tandem eſſet, Philippo ceteriſque qui aderant ſpectatoribus, patefecit. Illud hic ſilentio non involvam, quod avidus dæmon ejus animi quietis perturbandæ, de nocte, quo tempore orationi attentius vacabat, ei ſe videndum offerebat: totis enim viribus contendebat ille, ut ejus impetus, quibus ferebatur in Deum, ſi non reprimeret, certe retardaret. Nocte quadam (incertum mihi eſt quo tempore id contigerit) ſupplices ad Deum preces more ſuo offerenti, adeſt dæmon, ut terrorem incutiat. Id ubi beatus vir advertit, fuſa illico ad ſanctiſſimam Dei Matrem oratione, & eum timorem parvo negotio diſcuſſit, & inimici artes pia audacia vicit: nec præterea minus, imo tanto magis orare perrexit. Dæmon enim, ubi faciem oſtentes, timidus; ubi terga verteris, audax. Sed hæc percurſa.

Dæmonem ſupra Thermas conſpectum fugat,

a

b

C *ætem orationi ſuæ ſe ingerentem.*

Sub ſpecie confeſſionis vocatus ad meretricem,

36 Eodem anno, cum videret humani generis hoſtis, animarum fructum unius Philippi opera ſingulis quibuſque diebus uberiorem fieri; ſolita motus invidia, decrevit eum ab hujuſmodi ſtudio *c* illecebra carnis avocare: id autem per impudicam feminam hac aggreditur arte. Erat in Urbe meretrix, ejus laqueis irretita, Cæſaria, cui nihil erat boni præter pulchritudinem. Hæc, dæmone *d* inſtigante, magnificè ſe jactare cœpit apud adoleſcentulum ſatis ampla familia, quocum turpiter vivebat, de Philippi animo emolliendo, atque ad libidinem alliciendo: cui ille multam pollicetur pecuniam, ſi id tentaret. Accipit impudica femina conditionem: ſed timens (quippe quæ nimium in aliena pernicie prudens erat) ne propter egregiam viri ſanctitatem, ſi ipſum aperte aggrederetur, nihil poſſet perficere, unam reliquam eſſe viam fraudis & doli excogitavit. Quid igitur conſilii cepit mulier, dæmonis artibus inſtructa? Illum per ipſius, quod ad amabat plurimum, ſpeciem honeſti aggreditur. Mittit ad eum quemdam, qui illi deferret, ſe in extremo & animi & corporis periculo eſſe; ad bonam frugem velle redire, & anteactæ vitæ noxas Confeſſione expiare: rogat per eum, ne velit opem periclitanti animæ denegare. Ille, ut incredibili ardebat ſalutis omnium caritate, lætatus vehementer oblatam ſibi occaſionem eſſe, diſperſam Chriſti ovem ad ſuum ovile congregandi; domo egreſſus, eam convenit, nihil hujuſmodi ſuſpicatus. Tum diabolicum illud inſtrumentum femina (Philippus vix ſcalas aſcenderat) omnis non modo pudicitiæ, ſed pudoris oblita, nudam ſeſe illi obtulit videndam, ſolo velamine ad carnem coopertam, ut ſi illi belle res cecidiſſet, utique rem conficeret. Sed vicit, Deo favente volenteque, ſimplicitas callidita- B tem, libidinem continentia. Sanctus vir, ubi ſuæ inſidias fieri vidit caſtitati, ubi ſe unum impugnari; ſibi quod reliquum erat præſidium fuga confeſtim quæſivit. Sic non minus impudicæ, quam impiæ ac turpiſſimæ feminæ profligata petulantia, & dæmonis eſt aſtus illuſus, ejuſque demum vires comminutæ: id re ipſa confirmans, quod verbis affirmare ſolitus erat, cetera tentationum genera pugnando reprimi, hanc unam fugiendo potius vinci quam reſiſtendo. Interim impudentiſſima femina, ubi deluſam ſe vidit, nimio pudore perfuſa iracundiaque exæſtuans; ſcabellum, quod ſibi primum ad manus venit, ejus interimendi ſtudio poſt tergum conjecit. Sed ſervante Deo militem ſuum, nihil ea re læſus, firmo corpore virtuteque integra inde exiit, quod ſane non ſine miraculo fieri potuit. Quo apud Deum præclaro facinore illud impetraſſe compertum eſt, ut plus triginta ante obitum annos, omnibus in poſterum careret ſtimulis *e* cupiditatum, ſenſuque libidinis.

& deinde à ſtimulis carnis liber manet.

e

per donum eximiæ caſtitatis.

37 Magna ſunt hæc profecto; magna, quis neget? ſed adjiciemus alia non minora. Eo ipſo quoque tempore inſigniore alio dono eum exornavit Dominus, ſcilicet, ut ne inter dormiendum quidem ejus corpus ulla impuritate pollueretur, qua interdum vel inviti inquinamur; idque eo mirabilius quo ſupinus ille, facie ſemper ad cælum verſa, ſomnum caperet. His itaque cumulatus beneficiis eum tranquillitatis ſtatum obtinuit, ut jam non inter mortales mortalem vitam, ſed cæleſtem inter cæleſtes ducere, & proxime ad priſtinum illum innocentiæ integritatiſque ſtatum (ſi ita dicere fas eſt) accedere videretur. Refriguerat in ejus corpore omnis ardor libidinum: caro ſpiritui obtemperabat: nullos corroborata virtus impurarum voluptatum impetus extimeſcebat: ita in illo tactus ſenſus obſtupuerat, ut ejus caro lapidis inſtar omnis pene ſenſus expers eſſe videretur. Dicere quandoque ſolitus erat (quamquam id paucis è ſuis aperiebat) unum & idem ſibi eſſe, mulierem atque lapidem contrectare; adeo repreſſus in illo erat omnis impetus, reſtinctaque omnis cupiditas illecebrarum blandæ voluptatis. Harum rerum ſane admirabilium firmiſſima graviſſimaque extant teſtimonia. Affirmat id præter ceteros omni aſſeveratione, qui erat ei à Confeſſionibus, Cæſar Baronius Cardinalis, qui ultimas ejus Confeſſiones in extremo vitæ tempore audivit. Is ju-

multorum teſtimoniis declaratum;

F

AUC. ANT. GALONIO. ratus narravit, Philippum paucis diebus antequam ex hac vita migraret, eam inter confitendum lacrymarum vim cum singultu profudisse, ut fletum cohibere non posset; ut qui summo se affici dolore diceret, quod cum multa à Deo dona nullis suis promeritis accepisset, tum hæc præcipue, ut se *f* virginem ad illum usque diem servasset, trigintaq; plus annos omnibus carnis *g* stimulis ita caruisset, ut nullam ejus tyrannidem ne in quiete quidem sentiret; ita tamen erga divinam liberalitatem ingratus extiterit, ut nihil unquam beata vita dignum egerit, vocationi divinæ haudquaquam responderit. O perfectæ integritatis exemplum! O miram beati viri humilitatem! Et hæc erant, de quibus ille multis cum lacrymis, ob summam animi demissionem, confiteri consueverat.

f

g

38 Ex his itaque rebus, tamquam ex uberrimo fonte ardor ille fluxit, quo alumnos suos verbis plane divinis ad castitatis amorem incitare non desistebat. Vult enim cælestis ille Sponsus (idque ipse noverat) quorum sibi animos perpetuum ad habitandũ delegerit habitaculum, eosdem etiam esse ab omni impura corporis contagione sejunctos. Hinc quos carnis tentatione premi sentiebat, eos consilio, precibus, cohortatione, omni deniq; ope sanare; eos vero, qui ejus essent immunes, conservare integros conabatur; suæ non magis custos castitatis, quã defensor alienæ. Illud etiam hic attexam, adeo elucere solitum in Philippo virginalis castimoniæ candorem, ut nemo eum diutius frequentarit, quin de casta vita amplectenda cogitare cœperit. Communi omnium æstimatione constantique fama virgo est habitus. Atque hujus quidem virtutis tanta erat in animo pulchritudo, ut in ipsum etiam corpus, in vultum, inque oculos mentis indices redundaret; ut non modo in ipso sermone & in omnibus ejus actionibus, sed in ipsa quoque facie virginalis quidam candor eniteret. Sed quid dicam de hominis honestate munditieque? Nulli hominum unquam, sanus esset ille vel æger, castissima membra nudamque *h* carnem patere permisit: cujus rei oculatus testis, præter ceteros, ego ipse sum, qui apud eum dies noctesque assidue eram. Nihil in eo deprehensum fuit ab aliquo, quod cujusquam oculos animumve offenderit: de scurrilibus obscœnisque verbis ne cogitavit quidem: ita denique in omni vita se gessit, ut ab ipso ineuntis ætatis flore, cunctis propositum castitatis Christianæque modestiæ exemplar videretur ad imitandum.

quo etiam aliis puritatis amorem afflabat,

B

semper virgo habitus,

h

C

39 Illud in Philippo fuit ex multis admirabile, quod ut virginitatem ceteraſque virtutes ex odore; ita impudicitiam & id genus alia ex fœtore *i* divinitus deprehendebat. Id porro præter ceteros sacramento testati sunt, Philippo vita functo, complures illorum, qui eo ad Confessiones utebantur. Quippe quibus hujusmodi infectis peste, sed eam non aperientibus, ultro ipsemet ante opportuna remedia & genus morbi & causas detegeret: Filii, libera voce dicens, vos male mihi oletis, lapsi estis in id genus libidinis; conscientiæ noxas detegite, peccatorum venenum Confessione ejicite, admissa scelera confiteamini. Quibus illi auditis, rei novitate attoniti, exponebant omnes sacramento Confessionis, quid quisq; dolendum egisset in vita; & pœnitentiã amplectebantur, animum ad amorem cælestiũ convertentes. Quæ autem fuerit ejus animi puritas quæve cordis mundities, id vel ex hoc uno de multis conjici potest, quod excipiens Confessiones hominum istiusmodi sordibus involutorum, ita teterrimo illo atque pestilenti odore, qui ex obscœnis illorum voluptatibus permanabat, afficiebatur, ut manus aut linteum ad nares admovere, seseq; in aliam quandoq; partem obvertere cogeretur: quod admirabili tamen dexteritate, ne

& castos ab impuris olfactu discernens.

i

quis id adverteret, faciebat. Narrabat ille, tam gravem se ex hoc nefario scelere odorem percipere, ut cum nullo sibi videretur fœtorum genere posse conferri. Huc illud etiam summa admiratione dignum accedit, quamquam alio contigit tempore. Mulier *k* quædam eum frequentare cœpit: hanc beatus Pater intuitus, diabolum in ea residere mentis oculis vidit, quamobrem manu ad eum expellendum *l* feminæ divino instinctu admota, id eo attactu factum est, ut mox tam pestilenti atq; sulphureo femina halaverit odore, ut ejus ille gravitatem ferre non posset. Hic ipse odor postea ita in ejus nares importunissimus penetravit, ejusq; manibus infixus hæsit, ut vix post triduum, *m* quamquam maximam adhibuerat diligentiam ejus se molestia liberandi, restitutus in pristina videretur. Affirmabat ille post, eum fœtorem ex ipso dæmone profluxisse.

D

k

l

m

40 Eodem anno quinquagesimo quinto, cum septem Urbis Ecclesias obiret pedibus, ex labore itineris in ardentem febrim incidit; quæ etsi hominem multos tenuit dies, vitam tamen non hausit. Maximianus Burghius, rogatus à viro quodam primario ut secum vivere vellet, accepit ille, invitus licet, conditionem, ea lege, ut cum solius Dei cupidus esset, negotiis secularibus non implicaretur. Sed cum vir ille, fidem ei datam fallens, hominis opera ad res suas uti tentaret, & Maximianus in voluntate sua maneret; qui in eadem domo erant, Maximiano propter dominum molestissimi esse cœperunt. Ille vero, ut magnæ vir prudentiæ, subodoratus id quod erat, illinc ubi primũ posset, se subducere decernit. Hoc ubi Philippus audit, abscessum dissuadet: propheticoq; spiritu minitatur, si id fugiendæ crucis studio attentet, quieto numquã animo vitam traducturum. Et certe constitit dicto fides. Ille siquidem, datum sibi consilium repudians, semper maris instar fluctibus vel cogitationum vel deliberationum (etsi Dei beneficio laudabiliter vivebat) agitari se sensit. *n*

Crucem fugienti perpetuam inquietem prædicit.

E

n

41 Cum Philippi virtus nomenq; magis magisq; indies eluceſceret, animorum fructus ejusdem opera mirifice cœptus est augeri. Conveniebant quotidie in nostrum Oratorium quamplurimi, quorum ille pectora divini verbi explicatione ita ad pietatem inflammabat, ut laudabiliorem vitæ rationem instituerint, Christoque, abjectis curis inanibus, nomina dederint. Quotidianis colloquiis hoc unum vel maxime agebat, ut confluentium pectora ad orationem, ad Sacramentorum frequentiam, aliave pietatis opera accenderet. Magnos in pietate progressus, Philippi industria studioque habuit Joannes Baptista Salviatus, è prima nobilitate vir. Erat hic Catherinæ Mediceæ, Franciæ Reginæ, consobrinus, atque Antonii Mariæ Cardinalis germanus: qui mira cum significatione pietatis è vita decessit, adjunxitque se Philippo anno Pauli IV primo. Franciscus Maria Taurusius, vir genere nobilis, Philippo ad Confessiones uti cœperat: idque ubi primum aggressus est, flammam illico divini amoris suo infidere pectori sensit; quæ usque eo hominem stimulavit, quoad assiduis Philippi lacrymis precibusq; ejus animus mollitus, totum se illi, ut generosus erat ac nobilis, anno hujus seculi quinquagesimo sexto, regendum gubernandumque tradidit. Neque illud hic silentio prætereundum, quod volens Philippus in hoc de quo loquimur viro formare Christum, illum in suum ducere cubiculũ consueverat: ubi eo præsente precibus dans sese, eam spiritus dulcedinem in ejus animum instillare cœpit, ut in terra cum is esset, quemdam tamen cæli rerumque cælestium gustum sibi percipere, totusque dulcedine liquefieri videretur.

F

I.B. Salviatum,

F.M. Taurusium,

42 Constantius Tassonius, genere clarus, sed seculi voluptatibus implicitus; cum monita beati Patris,

tota

A. Æt. 41.

Lucratur Deo.

A tota ferme obſtupeſcente Civitate, amplectitur, eos, Philippo præceptore uſus, in virtute progreſſus effecit, ut ſæpius per hebdomadam Sacramenta frequentaret, ſtudia mortificationis quæ vocant libentiſſimo animo amplecteretur, valetudinaria adiret, Philippi demum juſſu Sacerdos factus quotidie Sacrum faceret: quam vitæ rationem ad ultimum diem cum integram inviolatamque ſervaſſet, mortem obiit piam & ſanctam, videlicet vitæ conſentaneam. Præter hos alii è prima nobilitate non pauci Philippum ſequebantur; quorum nomina, ne plus nimio creſcat præſens oratio, de induſtria miſſa facimus. Conſuerat Philippus profeſtis diebus, quos Chriſto genuerat, in tres quatuorve diſtributos claſſes, ad Urbis valetudinaria mittere. Initio vero, quo eo magis ad id muneris ſuo inflammaret exemplo, cœpit ipſemet à prandio ægrotos in noſocomiis adire, eoſq; alloquio, obſequio, omni officio proſequi: qua re excita qui eũ ſequebantur, ea ipſa faciendi ardebant deſiderio. Quæ autem fuerit horum pietas in ægros ibidem decumbentes, ex unius facto diſcetur. Joannes Baptiſta Salviatus, cum in id totus eſſet, in xenodochio quod Conſolationis nomine vulgus appellat, recta ad ægrum, ut ejus ſternat lectulum, tendit; B quem, à cubili ſurgat, demiſſe rogat. Hic ille, contemni ſe ratus; Ne quæſo, Domine, ait, mihi illudas pauperi: noverat enim iſte Joannis Baptiſtæ licentiam libertatemque vivendi, ſed ignorabat mirificam ejus animi mutationem, qua à terrenarum rerum affectu ad cæleſtium amorem toto pectore ſeſe converterat. Quid multa? Permotus æger tanti viri auctoritate, ſed multo magis humilitate, ut qui inſtaret urgeretque vehementius, totus in admiratione defixus è ſtrato exiliit. Porro Joannes Baptiſta id vivendi genus ea mentis firmitate conſtantiaque ad obitum uſque retinuit, ut nunquam, ex quo tempore primum manum ſuam ad aratrum poſuit, retro reſpexerit. Ceterum in hoc capite de concurſu, illud ſilentio prætereundum non eſt, ea Philippum prudentia dexteritateque eos qui ſuæ ſe tradebant diſciplinæ rexiſſe, ut in omnibus rebus, quamquam arduis ac difficillimis, obedire gauderent qui jubebantur. Nemo ad eum acceſſit unquam, conſilium C aliquod ad animæ ſalutem petiturus, quin lætus ab eo recederet: frigidoſque in Dei amore filios aſſiduis precibus calefaciebat, nutantes confirmabat.

Conſtantiã Taſſonium,

itiſq; & aliis ad noſocomia præit:

43 Eodem Chriſti anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto, menſe Auguſto, ægrotabat Guilielmus Bucca: quod ubi Philippus reſcivit, Is, dixit, è præſenti morbo haudquaquam convaleſcet. Nec verba in ventum jacta. Æger eo ipſo oppreſſus morbo, eodem anno ſupremum diem, Sacramentis Eccleſiæ præmunitus, explevit. Eodem, ut opinor, tempore crediderat Franciſcus Fortinus, quem Philippus Chriſto genuerat, Alexio Bettino (multum pecuniæ, ut fama erat, poſſidenti) nummos aureos o trecentum, idque inſcio Philippo inconſultoque. o Hoc ut ad ejus aures pervenit, etſi ignarus trapezitæ, alumno confeſtim jubet, ut eam pecuniam nulla interpoſita mora repetitum pergat. Paret ille monenti, & quamquam puderet eum veſperi repetere, quod mane argentarii fidei commiſerat; tamen obedientiæ meritum aſpiciens, parere Philippo maluit, quam ſibi ipſi indulgere. Reſumptaque ab Alexio pecunia, lapſis paucis poſt diebus paſſim apud omnes pervulgari cœptum eſt, argentarium, cum nil minus de eo cogitaretur, decoxiſſe; quandoquidem, infortunio forte aliquo, non nequitia, ut credi poteſt, abſumpto patrimonio ſimulque privatorum pecuniis, creditoribus fidem fefellerat.

futura præſcit:

44 Eodem, ut opinor, anno Joannes Baptiſta Modius Calaber, qui inter alios Philippi filios præcipuus erat, bis uno ferme tempore à media morte ejus opera revocatus fuit. Erat is profeſſione medicus, vir doctus æque ac pius; cujus liber de Aqua Tiberina inſcriptus (ut miſſas faciam, quas in B. Jacobi Tudertis Cantica elaboravit notationes) non ſine auctoris laude circumfertur. Invaſerat eum primum graviſſimus morbus; ea mali vis erat, ut Petrus Antonius Contugius & Hippolytus Salvianus, medici ea tempeſtate primarii, de ejus ſalute penitus deſperarent. Die quodam morbo increſcente, Modium ad paucas horas vitam producturum pronuntiant: ex pulſu enim arteriarum aliiſque ſignis morti proximum eſſe compererant. Cum ergo ille ſenſibus prope omnibus deſtitutus haud procul abeſſet interitu, adfuit Philippus; qui ut hominem, ex cujus privatis colloquiis multus colligebatur animorum fructus, à mortis faucibus eriperet, ſolus ſe in quodam cubiculo abdidit. Ibi pro ægri ſalute eo animi ardore divinam cœpit implorare clementiam, ut plus quinq; cubitis in altum toto corpore attolleretur, ejus facie mirum in modum radiante. Cum ſic autem unam & dimidiam circiter horam ſublime elatus precibus inſtitiſſet, ingreſſa mulier cui Margaritæ nomen, quæ Modio cibaria præparabat, in cubiculum orantis, E eum divina vi ſublatum à terra lumine ſplendere, faciemque ſolis inſtar radios emittere deprehendit. Quo viſu illa primum territa, Miraculum, exclamat, Miraculum. Exciti hoc clamore qui morienti aſſidebant, confeſtim accurrunt: ſummis in tenebris ſplendere omnia, Patremque in altum elatum cernunt. Interim ille in ſe revertens, gratulabundus ad Modium tendit, adſtantibus tantæ rei miraculo ſtupentibus; manibuſque ejus capiti admotis, hominem nominatim inclamat; Bono animo eſto, haudquaquam ex iſto morbo morieris. Quibus dictis, redire ægro mox cœpit vox cum ſenſu; beato Patri reſpondit, quocum longum ſermonem habuit; ac paucis poſt diebus à morbo plane convaluit. Hanc porro rem adeo miram, ut erat geſta, ſacramento mihi aliisque narravit poſt Philippi obitum, Bernardinus Corona p civis Romanus, affecta ætate vir pietatiq; deditus, atque unus ex antiquioribus ejuſdem alumnis; eo enim vivente id ipſe uni tantum vel alteri ſecreto aperuerat; omnibus enim palam indicare numquam auſus fuerat, ne Philippi modeſtiam offenderet, quam quidem offendiſſet graviſſime.

ANC. ANT. GALLONIO Diſcipulum ægrum ſervat à morte ſemel,

45 Nec una hac in re Philippi is expertus eſt opem. Non multo poſt cum veſicæ calculo laborans q, urinæ reddendæ difficultate vexaretur; gravitas morbi fecit, ut deſperatis jam medentiũ auxiliis de ſalute periclitaretur. Ergo inviſit eum Philippus, eoque ut par erat ad patientiam cohortato, in templum ad preces pro illo fundendas perrexit. Ibi in fervore ſpitus oranti, continuo ſalutis filii deſiderio, lacrymæ r in ejus facie eſſe cœperunt; quæ ſimul atq; ex oculis fluere viſæ ſunt, eo ipſo momento urinæ ſimul & calculo iter patuit: qua ex re ita ſe æger allevatum ſenſit, ut ex incommoda illa valetudine penitus emerſerit. Hujus deinde opera beatus Pater in enarrandis priſcorum Sanctorum rebus geſtis, magno cum fructu & ſolatio audientium, uſus eſt: erat enim melliflua quadam facundia præditus, qui cum verba ad multitudinẽ faceret, utile dulci miſcens, adſtantium pectora mira quadam ſuavitate replebat. Denique cum magna in pauperes flagraret caritate, miſericordiæ Chriſtianæque pietatis operibus maxime deditus, aliquot poſt annis in Dei famulatu abſumptis, obiit ita religioſe pieque, ut vitæ reſponderit eodem tenore tranſactæ.

q iterumque.

46 Vincentius, qui vitam, Philippo magiſtro uſus, cum pietate duxerat, Philippo itidem, eo ipſo momento, quo obiit, ſeſe oſtendit: s quẽ ille nubes t penetran-

A. Æt. 42.

s t

AUC. ANT. GALLONIO *Duos à ſuis mortuos in cælum ferri videt:*

netrantem propriis oculis intuitus eſt. Incidit ea res in annum Domini milleſimum quingenteſimum quinquageſimum ſeptimum. Sub idem tempus Marius Tolinus nomine, vir pietati dediti ſſimus, ut obiit, eidem confeſtim apparuit: cumque eum bis nominatim maxima voce inclamaſſet; cælum luce clariſſima circumfuſus, illo ipſo vidente, aſcendit. Sed hoc loco res videtur poſcere, ut paucis explicem, quid ille de viſionibus ſentiret. Viſiones, dicebat, ſervorum Dei aſpectibus ſeſe objiciunt; ſed ex hoc omnia pendent, ut qua decet animi demiſſione eas homo excipiat. Illud frequenter monebat alumnos, ne viſiones curarent: quandoquidem quiſque facile hiſce in rebus (cum Angelus ſatanæ boni Angeli ſpecie hominibus appareat) labi turpiſſime poteſt. Hinc ille ita ab omni viſionum ac revelationum lubrica quadam ac ſpiritualibus hominibus maxime periculoſa curioſitate abhorrebat, ut qui talibus delectarentur acri ſermone corriperet; liquido affirmans, nihil eſſe in laqueis diaboli piis hominibus perniciosius, quam velana hæc dæmonum ludibria. In moribus corrigendis, vitiis extirpandis, virtutibus amplectendis, inque demum moderandis affectibus, & conſimilibus aſſiduam diligentemque operam ponendam inculcabat. Ergo viſiones reſpuendas eſſe docebat; nec dedignari Dominum, ſi id fiat, etiamſi ille ipſe vere appareat.

viſiones tamen magni non facit,

B

& veras à falſis optime diſcernit;

47 Ceterum cum de viſionibus hic verba fecerim, non abs re opinor erit, ſi quam ille harum rerum notitiam habuerit, paucis nunc hiſtoriæ apponam: ea enim talis erat, ut veras viſiones à falſis parvo negotio cognoſceret. Cuidam precibus inſiſtenti tanta tamque mirifica lux ſeſe repente objiciebat, ut momento pene temporis quam plurima de rebus divinis clare perſpiceret: cumque is, dæmonis inſidias veritus, noſſe cuperet, an id diaboli opera fieret, Religioſos quamplurimos magni nominis conſuluit; quorum reſponſis cum contentus non eſſet, ad Philippum tandem confugit, nec ſane fruſtra. Namque adeo ille confeſtim, plane, atque dilucide, quæ vera eſſet, quæve falſa viſio, explicuit; ut is liquido jam compererit, à quo ſpiritu ea lux in ſuam mentem immitteretur. Franciſco, ex ejus diſcipulis uni, Ferrarienſi cognomento x, dæmon noctu ſanctiſſimæ Virginis inſtar apparuit: id autem eo conſilio, ut vel ſic hominem ea ſpecie facilius deciperet. Idque cum is mane ad Philippum detuliſſet; Non tibi, inquit ille, ſanctiſſima Dei Mater, ut putas, ſed dæmon ejus forma ſeſe videndum obtulit: itaque cum primum eadem viſio tibi ſe denuo obiiciet, faciem ejus qui apparet conſpuas jubeo. Inſequenti nocte, Ferrarienſi magno animi ardore precanti, dæmon eadem ſpecie eodemque fulgore micans præſto eſt; qui præcepti beati Patris haud immemor, diaboli mox faciem ſputo fœdat: qua re confuſus dæmon turpiterque ſuperatus, evanuit. Vixque ille aufugerat, cum ſacratiſſima Virgo ei ſeſe palam oſtendit; eum, ut faciem ejus conſpuat, modo id poſſit, monet; demum recreatum mirifice relinquens, ſublimis abiit. Erat is magna animi ſimplicitate præditus, Angelorum voces audiebat, meretrices ex fœtore deprehendebat: nec his ſolis ejus ornabatur animus virtutibus, quandoquidem ex ejus oculis perpetui ferme lacrymarum rivuli profluebant; idque præſertim cum vel ſermonibus, qui de rebus divinis fiebant, intereſſet; vel diviniſſimo Euchariſtiæ ſacramento, quod ſingulis deſumebat diebus, ſe reficeret. Cum is quodam die, y quod ex calculo laboraret, urinam facere non poſſet; ad Deum converſus; Fac, rogo, Domine, ut nec purgandi alvi facultas mihi ſit ulla. Hæc vix effatus erat, cum derepente abſque ullo ſenſu doloris urina profluxit. Cum alio die inter eundum Judæus quidam ſibi occurriſſet, tanto repente ejus ad Chriſtum convertionis deſiderio inflammari ſe ſenſit, ut totos tres annos Deum pro illius ſalute rogare deſiterit numquam. Triennio exacto, cum ad Baſilicam S. Petri, divinam rogatum clementiam, ſe recepiſſet, ex improviſo tumultuantem quaſi turbam ſibi audire viſus eſt. Ergo foras egreſſus, Judæum de quo loquimur, ad ſacrum Baptiſmatis fontem, properantem videt: qua ex re tantam cœpit animo voluptatem, quantam dicere vix homo ſufficeret, lacrymaſque præ dulcedine tenere non poterat. Sed de diſcipuli ſanctimonia ſatis.

x *uti expertus eſt Franc. Ferrarienſis,*

C

y *vir ſanctiſſimus.*

D

De Indis petendis deliberans,

48 Eodem hujus ſeculi anno quingenteſimo ſeptimo, cum veſperi poſt fuſas Deo preces Epiſtolæ de rebus Indicis in ejus cubiculo legerentur, tanta cupiditate ardere cœpit infideles ad legem Euangelicam reducendi, ut ſtatuerit ad Dei gloriam, difficultatibus omnibus periculiſque ſpretis, quæ plurima maximaque ſeſe ei offerebant, una cum Franciſco Maria Tauruſio, Joanne Baptiſta Modio, & Antonio Fuccio, aliiſque è ſuis alumnis ad viginti, in Indias proficiſci. Verum, ut in hujuſmodi deliberationibus fieri ſolet, cogitavit primum ut rem Deo aſſiduis precibus commendaret (nihil enim ille aggrediebatur unquam, magni vel parvi momenti id eſſet, niſi conſulto prius ac propitiato Domino) deinde, quo de divina voluntate certior fieret, ut pios viros conſuleret; poſtremo, ut qui inter eos Sacerdotii capaces eſſent, Sacerdotio initiarentur; tum ut, petita à Pontifice Maximo benedictione atque licentia, longinquo ac periculoſo itineri ſeſe committerent. Is profecto omnium ardor erat, ut terrores, vitæ pericula, dæmonum tentamenta, ærumnas pro nihilo ducerent, gravia quæque nimirum ob Chriſti fidem diſſeminandam patiendi cupidiſſimi. Ergo Philippo eam in rem intento hanc mentem injecit Deus, ut religioſum quemdam, è S. Bernardi familia ſanctitate conſpicuum, adiret; ejus voluntatem, illo interprete ac deprecatore, auditurus: quod fecit. Præerat is eo anno Monachis Ciſtercienſibus apud Cœnobium SS. Vincentii & Anaſtaſii Martyrum ad Aquas-Salvias. Parentes habuit, ut Franciſco Maria referente didici, ea ſanctimoniæ laude exornatos, ut præter ceteras conſuetudines Chriſtiano homine digniſſimas, hanc perpetuo tenuerint, ut biduo antequam procreandis liberis juxta matrimonii ſanctiſſimas leges operam darent, peccata Confeſſione exponerent ſacraque ſeſe Euchariſtia reficerent: quibus peractis, Deum rogabant enixe, ut talem ipſis filium daret, qui dignus eſſet in numerum ſervorum ejus adſcribi. Migrarunt hi è vita ea ſanctitatis fama, ut illos exiſtimarint omnes, ad eum locum, qui recte morientibus patet, ſibi aditum aperuiſſe. Horum filii filiæque ejuſmodi in rebus piis progreſſus habuere, ut ſanctiſſime & vixerint & obierint. Nunc ad Philippum:

E

& Auguſt. Ghettinum conſulens,

cujus cum animum Auguſtinus Ghettinus (id erat Monacho nomen) cognoviſſet, inducias petit: Oratione enim rem à Deo, reſpondit, quæri oportet. Supplicatione completa Philippo narrat, Romam, non ad Indias evocari, Indiaſque ejus Romam eſſe; apparuiſſeque ſibi S. Joannem Euangeliſtam qui diceret, Deum ita velle, ut Romæ ad ipſius vineam excolendam maneat, ubi multos eidem filios aggregabit; Romæ quippe & ejus & alumnorum opera ad plurimorum ſalutem uti decreviſſe. Retulit is etiam, vidiſſe ſe aquas, vulgo Trium fontium appellamus, in ſanguineum colorem mutatas: quare apertiſſime ſignificari dicebat, novam Urbi procellam impendere; quod etiam ab eodem Apoſtolo ſe accepiſſe narravit, totiuſque viſionis ordinem Philippo expoſuit. Tum his ille auditis, ad omnia ſe pro Chriſti arbitrio paratum oſtendens, ſermoni ſervi Dei ceſſit,

jubetur eas Romæ invenire.

F

Romæ

A Romæ manere ſtatuit, ubi quam ſtrenue in animorum ſalute procuranda elaboraverit, quotve fructus ediderit, nullus eſt qui non norit.

ANNOTATA.

a *Acceptum id à Vincentio Tecoſio, viro optimo, qui interfuit.*

b *Lege Osbertum in Vita S. Dunſtani Cantuarienſis cap.* 18.

c *Sanctorum caſtimoniæ diabolum inſidiari ſolitum, eorumdem res geſtæ affirmant. Lege præter ceteros Palladium in Lauſiaca, & Vitas SS. Danielis Stylitæ, Bernardi Abbatis, Vincentii Ferrerii.*

d *Teſtes jurati quamplures id affirmant, in quibus eſt unus Cæſar Card. Baronius.*

e *Nullam carnis tyrannidem ſenſiſſe S. Equitium Abbatem, ſcribit S. Gregorius lib.* 1 *Dial. cap.* 4. *Lege etiam ſi libet Leontium in S. Symeone Salo, & Caſianum Collat.* 12 *de caſtitate.*

f *De ejus virginitate teſtes habemus, præter Baronium, Auguſtinum Card. Cuſanum, alioſque viros optimos.*

g *Fuiſſe beatum Patrem caſtitatis dono exornatum,* B *etiam Franc. Maria Card. Tauruſius publico teſtimonio confirmavit: idemque alii, ut qui à beato viro audiverunt, ſacramento teſtificati ſunt. Voluit enim Deus, ut tanti doni plures extarent teſtes: ſuntque ii, Hieronymus Pamphilius Rotæ Auditor, Alexander Fidelis, Germanicus Fidelis. His accedit hujus hiſtoriæ Auctor, quatuorque alii Sacerdotes optimæ fidei, quique humanitate ejus & probitate in conſuetudine quotidiana magnopere delectabantur.*

h *Idem de Magno Antonio atque Ammone narrat S. Athanaſius: lege præterea Cyrillum in Ioanne Silentiario, & Petrum Ranzanum in S. Vincentio Ferrerio.*

i *Idem de B. Euthymio narrat in ejus Vita præditus Cyrillus: & id ipſum de aliis etiam viris ſanctiſſimis legimus. Atqui non me latet, non deeſſe, qui tetrum aliorum peccatorum odorem percepe[illegible]. Percurre ſi placet Vitam S. Pachomii, à Dionyſio Exiguo in Latinum verſam, itemque S. Hieronymum in Vita Hilarionis, Athanaſium in hiſtoria Antonii, & demum res geſtas S. Brigittæ apud Surium.*

k *Id juratus firmavit Federicus Card. Borromæus, idemque alii ſacramento teſtantur.*

l *Lege Athanaſium in Vita S. Antonii.*

m *Lege Palladium in Lauſiaca de Pachone Abbate.*

C n *Hanc rem ſacramento narravit Card. Tauruſius.*

o *Id idem Cardinalis aliique juraverunt.*

p *Idem alii jurando affirmarunt.*

q *Accepimus id à Card. Tauruſio: hoc ipſum Ioannes Franciſcus Bordinus, Avenionis Archiepiſcopus, publico teſtimonio confirmavit.*

r *Idem Magno Antonio accidiſſe, ſcribit Athanaſius.*

ſ *Sanctiſſimi viri animas ſervorum Dei, recens vita functorum, cælum frequenter conſcendere vident; ut S. Antonius Paulum primum Eremitam: ſimilia leges de SS. Euthymio, Ioanne Silentiario, Saba. Vide alia exempla in Prato ſpirituali cap.* 57, *Dialogorum Gregorii lib.* 2 *cap.* 33, 34, 35, *& apud Bedam in vita S. Cuthberti.*

t *Obiit is* V *Idus Februarias.*

v *Hanc rem juratus narravit Federicus Card. Borromæus: idem fecerunt alii ſex, in quibus Vincentius & Marius, ex Sodalitio ſanctæ Trinitatis, fuere.*

x *Quæ de Ferrarienſi hoc loco narramus, ex Card. Tauruſio didicimus, & ab aliis quibuſdam viris optimis & integerrimis.*

y *Hoc ipſum etiam ab eodem Cardinali audivimus.*

CAPUT V.

Annus Chriſti 1558, *ætatis Philippi* 43.

VErum cum major quam pro loco, ubi ſermones habebantur, eſſet frequentia, de eo mutando cogitari cœptum eſt. Impetravit itaque Philippus anno hujus ſeculi quinquageſimo octavo à Sodalitio Charitatis, ut ſuper fornicem dextri lateris eccleſiæ (locus is erat ſatis amplus, nullique tunc uſui deſtinatus) populum congregaret ſermoneſque haberet. Interea cum aſſiduis ac quotidianis divinarum rerum ſermonibus accedentes excoleret; videns majores indies auditorum acceſſiones ad divina colloquia fieri, viſum ei eſt è ſuis aliquot huic operi deſtinare: elegit itaque Franciſcum Mariam Tauruſium & Joannem Baptiſtam Modium, tum laicos. Hi ubi ad multitudinem verba facere cœperunt, ita auditorum voluntates in Dei amorem accendebant, ut ſe mox tanti tamque eximii parentis filios eſſe confluentibus oſtenderent. In horum numerum aggregavit poſtea Philippus Antonium Fuccium, & Cæſarem Baronium Soranum, alioſque: qui Parentis exemplum manibus pedibuſque imitati, ſimileſque Fratrum ſuorum, opus Dei miris modis magno cum animorum fructu juvabant. Excogitavit præterea Philippus, quo vehementius ad Dei amorem confluentium pectora inflammaret; inflammataque ab omni incommodo, detrimento, moleſtiaque, ſincera & integra conſervaret; ut eodem loco, ſingulis quibuſque diebus, hieme poſtrema hora diei, æſtate tertia & vigeſima, ad certum campanæ ſignum, Oratorium aperiretur, quo non ſolum nobiles, ſed etiam plebeji oratum convenirent. Modus, qui tenebatur, is erat. Poſt dimidiæ horæ ſecretam ac mentalem quam vocant orationem, ad horologii normam dimenſam, quatuor hebdomadæ diebus, tertia & quinta feria, & ſabbato ac Dominico die, Letaniæ recitabantur, quibus & publicæ & privatæ res commendabantur Deo; reliquis diebus qui ſupererant, ſecunda, quarta ac ſexta feria, lucerna in laterna abſcondita, quæ papyraceam in anteriore facie Salvatoris noſtri in crucem acti effigiem habebat, quæque ſola à Fratribus cernebatur, ſinguli qui eo convenerant funiculis tanto temporis ſpatio ſeſe percutiebant, donec recitato prius brevi Dominicæ Paſſionis compendio (cui id eſt initium, Recordemini Fratres cariſſimi) totus Pſalmus quinquageſimus, & centeſimus vigeſimus nonus, atque Antiphona Salve Regina, vel alia quæ tempori congrueret, mœſta ac lugubri voce caneretur. Quæ conſuetudo, Chriſtianæ pietatis plena, hodie apud Patres noſtros magno cum animorum fructu perſeverat.

49 *Loco idoneo impetrato,*

pios ſermones à ſuis habendos inſtituit, B

& oratorii aperiri jubet,

pro piis per totam hebdomadem exercitiis. F

50 Interea cum major indies hominũ concurſus eodem tempore ad eum fieret, & Oratorii opus ferveret; plurimis quotidie ad colloquia conveniẽtibus, hunc ille morem induxit; ut primum vel ipſe legeret, vel aliis legendum traderet librum, qui de rebus ſpiritualibus ageret: quo facto, eorum quæ lecta erant occaſione, unum & alterum, vel plures ex circumſtantibus interrogabat variis de rebus, ut de virtutibus amplectendis, de vitiis fugiendis, & id genus aliis. Quibus primum qua decebat modeſtia reſpondentibus, tum Philippus reaſſumens omnia, uno eodemque tempore, non fucato & artificioſo ſermone, ſed puro ſimplicique eloquio, tanto animi ardore de divinis rebus diſſerebat, ut auditorum pectora inflammaret, eoſque ad pietatem amplexandam mi-

Ibidem colloquia pia ordinat.

AUC. ANT. GALONIO.

rum in modum provocaret incitaretque; eorum vero, qui jam Chriſto nomen dederant, voluntates vehemẽtius accenderet. Divinis colloquiis peractis, Philippus, ut paſtor bonus ac prudens, oves ſuas ad alia nova paſcua educere conſueverat (ad templum B. Mariæ ſuper Minervam ibatur frequentius) ibique divinis Officiis in die, aliquando etiã nocte Matutinis, qui eũ ſequebantur intererant. Viguit is uſus donec Oratorii noſtri inſtitutum in eccleſiam primum S. Joannis Florentinorum, & deinde in ædes noſtras S. Mariæ à Vallicella tranſlatum fuit. Quibus in locis omnia ex præſcripto Philippi Patris ad certam rationis normam dirigebantur, diligenterque perpendebantur. Addam huc præterea, quod Philippus tantopere cupidus erat ſuos in Chriſto filios ad ſtudium orationis inflammandi, ut eorum pectora ſuis precationibus mirum in modum accenderet. Rem exemplo notificabimus. Cum per id tempus Simon, unus de illis, orationi in ejus cubiculo inſiſteret; tanta repente, Philippo pro eo ſupplicante, lætitiæ cæleſtis vi perfundi ſe ſenſit, ut integram horam, quam in oratione conſumpſerat, momenti inſtar judicaret, perpetuoque orare ea dulcedine perfuſus elegiſſet. Non

& orationis gratiam ſuis impetrat.

B omittimus recẽſere quod Martius Alterius, Nobilis Romanus (qui Paulo III Pontifice, relicto ſæculo, Chriſto, magno fortique animo, ſe adjunxerat) dicere ſolitus erat, ea lætitia, cum in Philippi cubiculo eſſet, perfundi ſe, ut id cubiculum jam non ſibi cubiculum, ſed Paradiſus quidam terreſtris eſſe videretur. Pervenerat is ad eum ſanctitatis gradum, ut de rebus di-

a vinis *a* ex nimia ſpiritus affluentia, Moyſis inſtar, loqui vix poſſet. Ea erat præterea in pauperes pietate, ut ſtragula, quibus ad lectum in quo cubabat utebatur, ipſis tribueret. Philippus inſuper illud præter cetera erat aſſecutus, ut quos pectori admoveret, in Dei amorem inflammaret mirifice, eorumque animos ad virtutis deſiderium impelleret.

dæmonem à moribundo Sacerdote fugat.

51 Eo ipſo anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo, Perſianus Roſa Sacerdos, qui Philippo à Confeſſionibus erat, ægrotabat graviſſime; cumque ad ultimum periculi veniſſet, à diabolo nigerrimi canis ſpecie vexari cœpit acerrime. His in anguſtiis divinum magna animi demiſſione implora-

Pſ. 42, 1. bat auxilium, illud Pſalmi frequenter inclamans: Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam. Cumque hunc in modum cum communi hoſte decertaret, ve-

b nit improviſo Philippus. Quem ubi ille vidit, *b* clamare continuo cœpit; Adjuva me, ſancte Philippe:

C eſt hic canis colore nigerrimus, qui me lacerare nititur; ſuccurre quæſo, ſuccurre quod potes, ne devorer. Quibus verbis motus beatus Pater, humi illico, adſtantibus primum ut pro ægro vel ſemel orationem Dominicam recitent juſſis, ſeſe proſtravit. Quod cum faceret, ecce tibi ille derepente magna voce dicere cœpit: Canis recedit: fugit canis: en in limine oſtii ſtat. Tum ſurgens ab oratione Philippus, piacularis aquæ aſperſione dæmonem ab eo etiam loco fugavit, magno cum ſolatio morientis: qui lætus effectus, nullum faciebat agendi gratias Deo, beatoque Patri modum: ea vero moleſtia horribilique viſu, non modo in præſens, ſed etiam in poſterum liberatus, magna cum animi tranquillitate è vita migravit Kalendis Aprilis.

quid duobus ſironibus futurum prædicit:

52 Eodem anno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo octavo, duo ex ejus filiis ſpiritualibus, Franciſcus *c* & Joannes Baptiſta Saracenus, Religioni S. Dominici ſe addicere decreverant. Id ubi Philippus reſcivit; Joannes Baptiſta, dixit, ſacro indutus habitu eos in virtute proceſſus efficiet, ut ad ultimum uſque in ſuſcepto genere vitæ cum laude perſiſtat: Franciſcus, quæ humana fragilitas eſt, labore victus, dæmone ſolicitante, exuta Religioſo-

c

rum veſte, Ægyptum repetet. Nec eventus defuit. De hoc ipſo Joanne Baptiſta narravit ille Dominico Saraceno, ejus faciem ab ſe eximio quodam fulgore coruſcantem conſpectam fuiſſe. Is itaque III Kal. Majas Dominicanæ adſcriptus familiæ, Petri Martyris nomen induit, atque apud ſocios auctoritatis habuit plurimum, Generalis locum tenuit Ordinis Vicarius renuntiatus, deceſſitque ſancte pieque. D

Ægro diſci-pulo diutius vivere cupienti,

53 Habebatur eodem anno inter Philippi filios juvenis quidam Gabriel Tana, ortu Mutinenſis: hic inter Aulicos Joannis *d* Cardinalis Politiani magna cum vitæ integritate vivebat, bis per hebdomadam peccata confitens, Euchariſtiæque ſaluberrimo ſeſe cibo reficiens. Cumque ſic vitam inſtitueret, incidit in morbum: à quo cum nec medicorum arte, nec medicinæ remediis levari tantiſper poſſet; ultimam vitæ horam, quam ſibi inſtare ſenſit, more hominum horrere cœpit; mori verebatur, vivere cupiebat; reſpondebatque his qui eum ſolabantur; De me quod Deo libitum eſt fiat, ipſe me ad ejus voluntatem conformo, ipſe me totum illi committo: tamen, cum caro ſpiritui adverſetur, diuturniorem vitam in terris agere recepta valetudine cupio. Et Philippo, qui de vitæ ſtatu ipſum interrogarat, Lætus ſum, dixit, de ſpe, quam habeo è præſenti morbo convaleſcendi. E Hic ille, diaboli inſidias præſentiens, ut qui de ejus morte divina jam revelatione cognoverat; petit ab eo primum, ut ſuum ſibi velle ſuumque nolle traderet, deinde adſtantes precibus inſiſtant monet. Tum ille precari agreſſus, eo ſpiritus ardore oravit, ut rediens ſupplicatione completa ad moribundum, ejuſmodi in eo invenerit animi mutationem, ut cum Apoſtolo jam diceret: Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Hæc dum magno ſenſu proferret, Philippum intuitus, vultu in eam partem converſo, Ora, Pater, clamat, ut in Paradiſum, quantocius fieri poteſt, ingredi merear: vitæ odium cepi, vitaque mihi moleſta valde eſt ea cauſa, ut cum Deo ſim. Adſtanteſque ſubinde reſpiciens, Date mihi, ait, ſanctiſſimam Crucifixi imaginem, illamque porrigite, quæ uſui fuit Julio collegæ meo animam agenti. Qua accepta totus præ dulcedine perfundebatur lacrymis, hortabaturque præterea ex intervallo ſodales, ut Deo ex animo deſervirent, cunctis hujus ſeculi vanitatibus neglectis; in has ſæpe prorumpens voces; Vita præſens, credite vobiſcum loquenti, mihi faſtidio eſt: mori vellem, ut Deum meum contemplari poſſem aſſidue. Hæc effatus, Philippum appellans; Ad hanc diem oravi te, Pater, ut cum Deo ageres ſaluti me reſtitueret: nunc rogo te quam ſtudioſiſſime poſſum, ut orationibus F me tuis ex ergaſtulo corporis liberes atque ſolvas.

orando impetrat mortis deſiderium: Phil. 1, 23.

jamque ad cælum aſpiranti

54 Interea deficientibus in eo viribus corporis, die ſequenti, qui fuit Kalendæ Septembris, & vitæ ejus poſtremus, in id totus, jam ſublimium appetens, incubuit, ut ſe ad pie Chriſtianeque moriendum præpararet. Erant apud eum aſſidue ex ſchola beati Patris quam plurimi, quibuscum & ipſe aderat Pater, qui tamdiu apud eum eſſe voluit, dum in veſperam inclinaret dies. Quo tempore iterum dicere cœpit æger: In cælum proficiſci cupio, Pater: hoc unum ex omnibus mihi cordi eſt. Cui cum reſponderet Philippus; Si Deo placeret, ut præſentem morbum diutius ſuſtineres, nonne voluntatem ejus cupiditati tuæ præferres? Tum Gabriel, Et quid eſt hoc verbum? Jam dixi tibi ſæpius, ex corporis vinculis in cælum emigrare ardenter cupio; adeo totus Dei videndi ardeo cupiditate, ut nulla res me gravius afficiat quam hic manere diutius: ergo precare Dominum, ut ante quintam noctis horam ad eum evolem. Tum Philippus, Quod petiſti, conſequêris: id tamen te monitum velim, dæmonem multas tibi paraturum inſidias, variiſque tentationibus (quas ſingillatim enume-

tentationes imminentes prædicit.

A enumeravit) animi tui conſtantiam aggreſſurum; ſed nulla in re, crede mihi, nocere tibi poterit, ſi memoria vel maxime retinebis, te voluntatem tuam dediſſe Deo; caveas ne quidquam formides, Chriſtus in te ipſe vincet omnia. In profectione vero (domum enim remigrare, precatum divinam clementiam pro illo, in animo habebat) ægrum Joanni Baptiſtæ Salviato & Franciſco Mariæ Tauruſio commendat, jubetque ſe neceſſitate ingruente accerſiri.

quas ille mox experiens,

55 Vix hora abierat, cum Gabrieli, comparanti ſe ad quam religioſiſſime decedendum, eam objicit mentem diabolus, ut cogitare cœperit ſe juſtum eſſe, nulloque pacto ſibi de æterna felicitate ambigendum. Cumque qui aſſidebant, nocturnas agentes excubias, Letanias pro eo recitarent, & ventum eſſet ad illam precationem, A mala morte libera eum Domine; ſubriſit ille, caputque agitans aliquantulum, ſecum ipſe dicere cœpit: Is in cujus corde Chriſtus inhabitat, liber eſt ab malæ mortis periculo. Quibus dictis, etſi initio nonnihil ea tentatione commotus, tamen ubi ſe collegit, cogitans quod dixerat, illam à ſe rejicere omni ſtudio contendit; clamans dicensque, Quæ eſt hæc ſuggeſtio diabolica, quæ me invaſit? veſtris quæſo, Fratres, orationibus adjuvate me. Nec hic finis certaminis: ejus enim virtute victus

B

& nec Jesu quidem nominare valens,

infeſtiſſimus hoſtis, aliud pugnæ genus perdendi ejus gratia excogitavit. Ergo impedire eum omni ſtudio cœpit, ne ſanctiſſimum Jeſu nomen pronuntiare poſſet: rogarat enim ille amicos, ut ſupremis appropinquanti id nomen in memoriam redigerent, quod invocare ſummopere cupiebat. Quamobrem clamare cœpit, dicereque: Eia, Fratres, opem ferte: pronuntiare nequeo, nequeo prorſus; ſuccurrite itaque mœſto, ſuccurrite laboranti. Cumque rogaretur, quid eſſet quod proferre non poſſet, anne ſanctiſſimum Jeſu nomen? annuit illico; verſuſque ad Jacobum Marmittam; Quid hoc, inquit, rei eſt, quod Jeſum invocare nequeam? Atqui ex his ſumma vis dæmonis dignoſcebatur; quandoquidem cum id nomen clara voce inclamaret, videbatur nihilominus ſibi illud exprimere neutiquam poſſe. Adſtantibus qui monebant, ut quod ore dicere nequiret corde tacitus proferret, in hæc verba reſpondit; Grave jam mihi videtur, Fratres, ſanctiſſimum Jeſu nomen appellare; quinimo eo redactus eſſe miſeriarum mihi videor, ut ejus ſonum ſuſtinere ne vix quidem poſſim.

Philippi reditu recreatur.

56 In hac tam acri pugna, in qua circumſtantium ſermone cohortationeq; ejus virtus confirmabatur, laboravit plurimum. Sed cum ea tentatio hominem adhuc urgeret vehementius, ut totus jam præ animi anxietate & corporis defatigatione ſudore maderet; viſum eſt amicis nuntium mittere ad Philippum, cujus aſpectu æger mirifice recreatus, ſæpius tanti viri hortationibus una cum eo ſanctiſſimum Jeſu nomen expedita lingua inclamavit. Mi Jeſu (ajebat) mi amor, mi ſponſe. Quibus dictis, mox ſecum ipſe ac cum amicis querebatur de tam gravi certamine, quod integram circiter horam dæmonis arte ſuſtinuerat. Cumque lætus ſic eſſet, cœpit iterum non multo poſt clamare; Eia, Pater, filio ſuccurre tuo; eâdem qua ante teneor difficultate ſanctiſſimum Jeſu nomen pronuntiandi. Hæc cum ille dixiſſet, Philippo pro illo precibus inſiſtente, mox ea liberatus moleſtia, Jeſum libera voce magnoque ſenſu; Crucifixi imaginem intuitus, identidem appellabat. Interim cum quieto jam animo eſſet, ecce rurſus ſa-

C

rurſum de infid. litate pulſatus,

tan, qui quem his de quibus diximus tentationibus ſuperare nequiverat, infidelitatis aſſimulatione ſupplantare atque evertere aggreditur. Ei itaque res noſtræ religionis ita repræſentavit, ut videretur ſibi de fide dubius eſſe: objiciebatque præterea animo, ex eo morbo ſurrecturum omnino. Inter has itaque res variis agitatus curis, novas diaboli fraudes Philippo aperit, rogatque ſe adjuvet, quo amiſſam conſcientiæ pacem recuperare, dæmonemque vincere poſſit. Cui ille; Contemne, fili, contemne diabolicas haſce machinationes; dic; Credo, Credo. Quæ verba, quamquã una cũ beato Patre repetebat crebrius, tamẽ cum ipſe ſibi videretur in his quę ad fidẽ ſpectant ſuſpenſo animo eſſe, Affer tu itaque Pater, iterum clamat, afflictiſſimo opẽ, ne peream. His verbis commotus Philippus, cujus pectus ardebat caritate, circumſtantibus primum deinde ægroto injunxit, ut Symbolum Apoſtolorum clara voce pronuntiaret; idque ſi ore præſtare non poſſet, corde ſaltem una cum aliis recitare conaretur. Tum eo in preces ſeſe dante, extemplo omnis illa diabolica tentatio evaneſcere cœpit, maximo cum ſolatio morientis; qui pauliſper reſpirans, ſatanis illis laqueis abſolutus, dæmoni recepto animo his verbis inſultat: Te invito credam: velis nolis, credam: Deo meo, repugnante te, quoad vixero, fidelis ero aſſidue. Quæ cum effaretur, adſtantibus Apoſtolicum Symbolum recitandi finem facientibus, ab ejuſmodi moleſtia, corpore licet feſſus (vires enim illi minuerat ea cum diabolo pugna) prorſus quievit.

Anc. Anti Gallonis.

juvatur Philippi cujus Symbolo;

E

poſtea viſibili dæmonis ſpecie territatur,

57 Diabolus interim, etſi ſæpe victus, quæ eſt ejus invidia in humanum genus, tertio in eum inſurgit: pugna autem graviſſima ac periculoſa, eaque prioribus & immanior & intolerabilior. Ecce quippe tibi, offert ſe fœda facie & horribili ad aſpectum diabolus, ut injiciat morienti terrorem, eumque ad deſperationem inducat, perinde quaſi eo ille redactus eſſet, ut unde ſalutem ſperare poſſet, non haberet. Erat itaque juvenis inter has curas gravi preſſus mœſtitia; totuſque præ horrore ac timore contremiſcebat, ſevero triſtique vultu, terribilibus oculis (faciem enim mutaverat) cuncta mirabundus circumſpiciebat, è geſtu dæmonem ſe videre oſtendebat, dicebatque ſecum ipſe; Heu, heu! quam infelix es Gabriel! heu quot commiſiſti flagitia! O me miſerum! Pelle, Pater, hos canes *e*, colore nigerrimos, qui me circumſtant. Si me, Pater, amas, hos dæmones fuga, pelle eos. Cujus neceſſitati occurrens Philippus, confirmat timentem, excitat fidem, commemorat divinam miſericordiam, ad eam confugiat hortatur; Chriſtum pro eo paſſum monet, rogatque ut una cum Sponſa in foramina petræ inque cavernam maceriæ ſeſe recipiat; ubi pax ſumma eſt; victoriam pollicetur. Quibus dictis, flexis mox ad fundendas pro eo preces humi genibus, lectulo innixus dæmonem increpavit; Jubeo tibi Chriſti nomine, ut hinc abeas quam primum. Cujus virtuti cum ea monſtrorum turba reſiſtere nequiret, illico aufugit; juvenem relinquens lætitia geſtientem, exclamantemque; Eia, Fratres, gaudeamus: effugiunt canes; Philippus eos pepulit: importunos illos vexatores procul abegit. Videte eos, videte (locum digito oſtendebat) fugam arripuerunt, fugiuntque velociſſime. Verbis dici non poteſt tantum, quantum re ipſa deformes ſunt. Ergo vicimus: diabolicam importunitatem ſuperavimus. Fugiſtis tandem, miſeri, fugiſtis. Vobis hoc inſperantibus atque invitis, libet jam millies Jeſum invocare.

e

F

ſed hunc ubi igit Philippus;

58 Atque in hunc modum ſpiritu exultans, verſus ad ſanctiſſimam Crucifixi imaginem, quam unus ex circumſtantibus tenebat in manu, eo animi ardore oravit, ut nemo ex iis qui aderant lacrymas tenere potuerit. Cernere erat, etiam totum eſſe in agendis gratiis, commemorandoque quod à Deo acceperat beneficio, atque inter hæc dicentem; Mi Jeſu dulciſſime, mi amor, mi creator, mi redemptor! quis enumerare poterit unquam quæ à te acceperim

itaque ager inter fidei ac ſpei actus

perim beneficia? tum ad amicos converſus; O quæ, Fratres, hiſce ego vidi oculis! monentem rogo audiatis, Deo Optimo Maximo vos totos tradere ne gravemini. Quid cauſæ eſt, bone Jeſu, quod ego loqui vix poſſim? Tradatur mihi quæſo Crucifixi imago, eam in manu tenere quantum cupiam, explicare vix poſſum. In eaque religioſiſſime exoſculanda has iterabat voces; Dominus meus Jeſus Chriſtus perpetuo vivat. Quis erit dulciſſime Jeſu, qui me à caritate tua ſeparare poſſit? Poſt, irâ in dæmonem commotus; Et quid de me cogitabas, miſer, niſi morientem fallaciis à Chriſti fide abducere? Quid iſthuc, mi Deus? fidem, quam jam inde à puero ſuſcepi, mutabo? abſit. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Et paulo poſt; Nonne de Chriſto in ſacris legimus litteris, Ego ſum via, veritas, & vita? Ergo ſi Chriſtus veritas eſt, & is ipſe ſacratiſſimam ſuam nos legem edocuit; qui igitur fieri poterit, ut de ejus certitudine veritateque dubitem? O nequiſſimum dæmonem! O flagitioſiſſimum! Ejuſq; ſitis, Deo ſcilicet gratias agendi dæmonumque imbecillitati inſultandi, expleri dicendo non poterat, quin accendebatur magis. Sed cum videret beatus Pater eum in his plus nimio defatigari, ut vires imminueret; ſuſpicatus ne exitum ſibi ipſe his motibus acceleraret; Jam ſatis, inquit, eſt, fili: mendacem impiumque dæmonem miſſum facias velim; totam ſpem tuam in Deo inque ſanguine ejus pretioſiſſimo, quem pro te fudit, colloces moneo; ipſe enim tibi victoriam largitus eſt: is ipſe in te, ac pro te, dæmonem vicit iniquiſſimum. Quibus verbis motus Gabriel pauliſper interim acquievit; ſed haud multo poſt majoris quietis deſiderio adſtantes rogavit, ne de cetero vel ad modicum tempus ſibi quidquam dicerent; Proditor enim ille, adjecit (dæmonem intelligens) me plus nimio afflixit graviſſime. Interea adſtantes, quod Gabrielem, & expedita lingua loquentem, & viribus valentem viderant, plane credere cœperunt, eum ad ſequentem uſque diem vitam productum. Idque cum Damianus Valentinus, qui ægrotum curabat, ad Philippum detuliſſet; Haud ita erit, reſpondit ille: ubi ſitum mutabit, illico morietur. Nec incaſſum verba; ſiquidem vix medietas horæ abierat, cum ille ſe ad eam partem componens, ubi Philippus erat; Chriſti nomen ejus opera inclamans, in manus Jeſu, tamquam ad nuptias evocatus, ſpiritum exhalavit, anno hujus ſeculi quinquageſimo octavo, tertia hora noctis. Quod quidem ſpectaculum ita eos excitavit, qui aderant morienti, ut ex iis nemo eſſet, quin toto jam pectore cogitare cœperit de extremo ipſo certamine, in quo uno tota res noſtra agitur.

ALIC. ANT. GALLONIO

dæmoni inſultans,

placidiſſime moritur.

B

C

f *Philippus periclitanti, ut prædixerat, diſcipulo*

59 Hoc ipſo anno [erant] duo ex ejus filiis ſpiritualibus, Italus unus, Gallus alter; *f* huic Aloyſio erat nomen; Itali, qui aulicus erat Guidonis Aſcanii Cardinalis Floræ, excidit: ex his ſolus Aloyſius ſuperſtes eſt, agens ætatis octogeſimum & eo amplius annum. Quodam die, cum ſumpta occaſione Philippus in horum ſermonem multis præſentibus veniſſet, hæc de eis effatus eſt: Italus, qui multo melior Gallo videtur (erat enim vir magno orationis & mortificationis ſtudio, in eoque pietas conſpiciebatur illuſtrior) cœpti pœnitens in Ægyptum revertetur: Aloyſius vero pietatem, quam ſequi inchoavit, illo felicius retinebit. Interea lapſis paucis diebus rogat Italus, dæmone inſtigante, Philippum, cum nullam haberet juſtam cauſam, ut facultatem ſibi faceret Neapolim eundi; Roma enim egredi is in animo habebat, ut ad bellum proficiſceretur. Hæc autem ubi beatus Pater audivit, ſubodoratus id quod erat (noverat enim ipſe dæmonis inſidias) abeundi facultatem, ne filii ſalus in diſcrimen adduceretur, negat. Ergo cum is neque exorari, ut ad ſe rediret, neque ut ab hac voluntate diſcederet ulla ratione adduci poſſet; ubi illa non procedunt, minatur illico Philippus, ſi id faciat, vel in mari ſubmerſum iri, vel certe in Turcarum laqueos inciſurum. Haud vanum fuiſſe beati Patris eloquium, docuit eventus. Is quippe nihil his immutatus, cum ex Urbe jam receſſiſſet, atque per mare inveheretur, in medios Turcas delapſum ſe animadvertit. Quare myoparonum piratarum adventantium (quorum ingens manus erat) viſu perterritus, jam prope res erat, ut caperetur à barbaris, utpote qui viribus ac numero noſtris ſuperiores erat. Is itaque ingenti timore correptus, conſilii inops deſilit in mare, ut vel ſic Turcarum manus evaderet. Sed cum rapidos in gurgites delatus ſe regere nequiret amplius, jamque vorticibus implicitus aquarum impetu ad certum afferretur exitium, beatum Patrem, g cujus verba in memoria habebat, utcumque poteſt ſemivivus implorat. Mira dictu res! Extemplo Philippus (Romæ quamquam tum erat) mediis nihilominus in fluctibus adeſt periclitanti; porrectaque dextera hominem, aperto ore hiantem aquis, & in ulteriorem gurgitem omni impetu progredientem, ſuſtinet ſublevatque; donec per longum maris tractum ad terram mirabiliter tranſvexit incolumem, atque in ſicco repoſuit.

D

in mari apparens, cum liberat.

g

E

ANNOTATA.

a *Hæc à beato Patre accepimus.*

b *Hoc ab oculato teſte.*

c *Id ſacramento affirmavit, qui interfuit Aloyſius Amis, Gallus; hoc ipſum alumnis beati Patris notiſſimum eſt.*

d *Ejus rei hiſtoriam, qui adfuit, Iacobus Marmitta Italice conſcripſit: interfuere eidem ſpectaculo quotquot è Philippi ſchola erant, quorum major pars hodie ſuperſtes eſt.*

e *Dæmonem canis ſpecie apparere ſolitum, tradit præter ceteros Leontius Epiſcopus in Symeone Salo cap. 25, & Petrus Damianus in Romualdo cap. 67, & Iacobus Vitriacus in Vita Mariæ Oegniacenſis lib. 2 cap. 3.*

f *Eam rem jurati teſtes quatuor affirmant.*

g *Sanctos cum viverent multis apparuiſſe, ſatis conſtat. Lege vitas SS. Euthymii, Ioannis Silentiarii, Theodoſii Cœnobiarchæ, Marcelli Archimandritæ, Danielis Stylitæ, Symeonis Sali, Germani Pariſienſis, & S. Bernardi.*

CAPUT VI.

Annus Chriſti 1559, Ætatis Philippi 45.

60 NOn contentus *a* Philippus iis, quæ fecerat & ſtatuerat, ut ſuorum pectora ad Sacramentorum frequentiam, aliaque pietatis opera inflammaret ſervaretque inflammata; voluit etiam, ut omnem eis pro viribus peccandi facultatem adimeret, quo die in Bacchanalibus licentioſius ab hominibus vivitur, eo die illos ad ſeptem Urbis eccleſias ducere: nec enim ſolertior in quærendis Chriſto gregibus, quàm in tuendis extitit. Ibatur initio à paucis: erant omnes ad triginta. Non multo poſt tantæ multitudinis concurſus ad eas eſt factus, ut numerus hominum qui eo convenirent plus mille eſſet. Ordo is erat. Convocatis primum omnis generis hominibus, tum præfinita die per ſe quiſque ſummo mane SS. Petri & Pauli baſilicas obibat; cumque omnes in eccleſiam S. Pauli eccleſiæque proxima loca, uti præceptum fuerat, conveniſſent; Philippo mox Patre annuente incipiebat agmen, mirabili cum alacritate ac fervore ſpiritus, ad templum

a *Vſus obtenti in bacchanalibus & eccleſias*

ordine optimo,

A plum S. Sebaſtiani procedere: inde ad Baſilicam S. Joannis Lateranenſis, tum ad ſanctæ Crucis in agro Seſſoriano, & inde ad alias incedebant ſinguli, ita æquato inſtructi ordine, ita paribus diviſi intervallis, ea vultus compoſitione & moderatione greſſus, ut quocumque ingrederentur, magna defigerent admiratione intuentes. Inter ambulandum nunc letanias, nunc divinas laudes pſalmoſque ſuaviter concinebant. In templo vel Sancti Sebaſtiani vel Sancti *& hilariter pio inſtitutus,* Stephani in Cælio monte ſito Sacrum ſolenne, jucunda cantorum ſymphonia, conſueto ritu ceremoniarum, decenti miniſtrorum gravitate, fiebat. Sacrificio adſtabant omnes; Sacerdote Chriſti corpore paſto, communicabant minimum octingenti. Abſoluto Sacro, ad aprica loca, herbis, vitibus, arboribuſque veſtita procedebatur: ibi, Patribus alimenta diſtribuentibus, læta quiſque fronte tantum cibi & potionis accipiebat, quantum ſatis erat. Villa, ad quam primis illis temporibus veniebatur frequentius, Virginiæ Maximæ erat; ibatur etiam quandoque nunc ad Mattheiam, nunc ad Creſcentiam: in hiſque extruebatur menſa, non conquiſitiſſimis cibis, ſed multo pane oviſque, pomis & caſeo. A prandio, actis Deo de more gratiis, procedebant B mox omnes miro ordine atque ſilentio ad Scalas ſanctas; certiſque paſſuum intervallis, ad lætitiam religionemque excitandam, canebatur in via. Inde ad baſilicam ſanctæ Crucis veniebatur, tum ad S. Laurentii in agro Verano, inde demum ad S. Mariæ ad Præſepe: ibique ſermone primum de rebus divinis ad multitudinem habito, quod in aliis eccleſiis fieri conſuevit, magno cum audientium fructu, tum hymno ſuaviter decantato, ſuo quiſque arbitratu *magno cum fructu.* domum remigrabat. Hujus quidem profectionis tanta erat animorum utilitas, ut ex ea multitudine non deeſſent, qui divino tacti ſpiritu uſque eo ad pietatem inflammarentur, ut ſe totos Sacramentorum frequentiæ, vitæque ex Deo agendæ ad Philippi Patris arbitrium traderent.

Hinc ſumpta occaſio obloquiorum 61 Verum cum nolit Deus ſuos milites in otio torpere, ſed ſemper in acie, in pulvere, & labore verſari; ut, ſicut in igne aurum comprobatur, ſic eorum virtus in ipſo certaminis periculo magis eluceſcat; ejus permiſſu anno hujus ſeculi quinquageſimo nono factum eſt, ut ea de qua diximus peregrinatio, tam non infrequens quam omnibus fructuoſa, ut probis piiſque viris maximo exemplo erat, ita invidis atque malevolis offenſioni eſſet, ma- C teriam illis præbens in Philippum acerrime inſurb gendi. *b* Videntes enim quidam majorem indies hominum concurſum ad eum fieri, cœperunt, privatim inter ſe primum, deinde palam de ejus fama detrahere; ambitioſum, laudiſque popularis cupidiſſimum appellantes, hominum plauſum ac ſequelam affectantem. Nec deerant, qui eumdem non ambitionis modo plenum prædicarent, verum gulæ etiam deditum *c.* edacem, atque lurconem inſignem; ſimulc que adjicerent, quo eorum opera in odium offenſionemque populi incurreret, eum conventicula colligere, ſeditionem concitare, concitatamque fovere, & quidquid de innocentiſſimo viro ignominioſius *& calumniarum in Philippum,* dici poterat. Sed nec his contenti, tota præterea Urbe falſis rumoribus diſſiparunt, illum in eccleſiarum peregrinatione, non Dei gloriam animorumque ſalutem, ſed ſe ipſum propriamque ſui gloriam quærere; ibique opipare ſatis lautiſſimis cibis, quorum magna illi apponebatur copia, veſci. Eoque tandem dæmone inſtigante adducta res eſt, ut quæ falſo de ipſo proferebantur, adeo in Urbe divulgata fuerint, ut jam ubique locorum palam de eo detraheretur ab omnibus. Hæc autem cum Philippo innotuiſſent, fretus ille tum præclaro conſcientiæ ſuæ teſtimonio,

tum etiam Chriſti Domini noſtri promiſſionibus, qui dixerat, ſe apud eos qui tribulationibus premuntur perpetuo manſurum; omnes illas diaboli machinationes omneſque ipſius impetus invicto animo ſuſtinebat, metu prorſus vacuus. AUC. ANT. GALLONIO

62 Interim adverſarii brevi rem totam ad Præſulem Eccleſiaſticum, generalem Urbis Vicarium, & *qui acriter reprehenditur à Vicario,* ad alios, qui per id temporis res Fidei adminiſtrabant, deferunt: Philippum accuſant, non ambitionis modo ac ſuperbiæ aliorumque criminum, quæ ipſi finxerant; ſed etiam ut qui conventicula colligeret, novamque ſectam ambitionis plenam inducere tentaret. Hæc ubi Præſul audivit, magna confeſtim, zelo fidei, iracundia commotus, quietique urbanæ (pro officii ſui munere) ſtudens, Philippum accerſit, gravibus verbis eum excipit, objurgat, minatur carcerem, jubet à talibus abſtinere, comites apud ſe ducere nullos, ſpondereque toties quoties vocaretur judicio iſti, quindecim dierum ſpatio exacto nullius audire Confeſſiones, ſermones ad populum non facere, niſi nova ei ab ſe conceſſa licentia. Quæ omnia hilari ille fronte ſuſcipiens, id tantum, qua potuit animi demiſſione ac modeſtia, reſponſi dedit; paratum ſe eſſe, ut opus inceptum proſequi, ita ab illo pro Superiorum voluntate ceſſare; nihilque ſibi in E animo verſari, quam Dei honorem animarumque lucrum. Quibus verbis Præſul iratior effectus, eum ſuis ædibus, poſt contumelioſa aliquot verba, ejecit. Acerrima quidem fuit hæc Philippi vexatio, qua non *ſed hanc & alias ab aliis injurias* modo à viris mundo deditis, ſed etiam Deo dicatis, quorum aliqui eodem cum eo tecto vivebant, graviſſime exercebatur: quandoquidem cum cernerent pii aliquot Sacerdotes multitudinem, quæ illum ad ſui ſpiritualem profectum ſequebatur; ei crimini dare cœperunt, quod elatum haberet animum. Et hos quidem Philippus non ſolum in via Domini adverſarios paſſus eſt, ſed quietis perturbatores: quamquam animo numquam ipſorum dictis factiſque motus fuit. Si quid erat mali quod pietatis ſpecie ei ſtruerent, hoc non modo hilariter patienterque ferebat; ſed etiam injurias, ſibi indigne factas & non ferendas, injuriarumque auctores, ſuos in Chriſto filios, quantum maxime poterat, celare nitebatur. Quod ſi contingebat, ut ii diſcipulis ſuis patuiſſent; *apud ſuos excuſat:* ea erat Philippus caritate, ut quos occulere non poterat; eorum ſaltem facta dictaque (quo omnem prorſus malam de illis opinionem ex animis alumnorum evelleret) iiſdem præſentibus audientibuſque, F aliter atque facta dictaque erant, interpretabatur, Matth. 5 Deumque pro ipſorum ſalute lacrymarum plenus Rom. 12 precabatur aſſidue: erat enim ex ea ſchola, quæ orandum tradit pro inimicis, & bonum pro malo referendum.

63 Cum itaque his curis angeretur, quotidianis *promittitur ei cælitus remedium.* orationibus ſibi à Deo efflagitabat auxilium. Nec incaſſum miſſæ preces: venit enim intra præfinitos dies ad Oratorium noſtrum Sacerdos quidam ignotus, fune cinctus, demiſſis humeris, honeſta facie, colore inter album & fuſcum, barba & capillo natura nigro: is multis audientibus dixit, ſe miſſum eſſe à quibuſdam Religioſis viris, quibus rem magnam Dominus indicaverat: ea autem erat (quam, remotis arbitris, Franciſco Mariæ Tauruſio expoſuit) ut indiceretur quadragenarum horarum ſupplicatio; Ex ea enim, ait, magnus ſequetur fructus, tota hæc diaboli impugnatio fumi inſtar evaneſcet, Oratorii opus magis quam antea effloreſcet: qui Philippum infectantur, ſi in cœpto perſiſtent, diem obibunt. Narravit deinde idipſum Philippo: qui cum totus à Deo penderet, numquam de divina ope deſperaverat, numquamve animum deſponderat, quin imo hæc ſemper, ut cetera fortiter & conſtanter ſuſtinuerat & ſuſti-

AUC. ANT. GALONIO

nebat. Interea cum hunc in modũ exerceretur, patientiâq; ſuperaret omnia, diceretq; idcirco ſe ea oppugnari tentatione ut animi humilitatẽ acquireret; & ut primũ ex illa fructum cepiſſet, finem illico habituram; meritus eſt ut ſui memor eſſet Omnipotens. Namque cum mira demiſſione modeſtiaque Judicibus reſponderet, non magis ad inceptum opus proſequendum, quam ad intermittendum paratum eſſe; nihilque ſe præter unam Dei gloriam quærere, ſuamque ad Superiorum voluntatem accommodare; hoc humilitatis ac ſingularis conſtantiæ ſpecimen Magiſtratum ad benignitatem induxit. Quippe certus jam factus de ejus vitæ innocentia morumque integritate, malignantium adverſariorum technas in nihilum redegit, conceſſaque illi libera facultas eſt ſuo more vivendi, peccatisq; obnoxios ad Deũ qua vellet arte trahendi. Teſtantur ſane qui cum eo tum verſabantur, numquam illum animo vel minimum excidentem vidiſſe, ſed contra majores indies ad Dei gloriam promovendam vires collegiſſe. Unus tamen ex iis, qui Magiſtratui præerat, magni vir nominis, cum pertinaciter in homine Dei comprimendo perſiſteret, repentina morte intra præfinitos dies ex hac vita ſublatus eſt, anno hujus ſeculi quinquageſimo nono, x Kalendas Junias.

& inventus innocens,

proſequi cœpta permittitur.

B

64 Interea cum in vulgus relatum jam eſſet, Philippo iterum datam facultatem quod vellet faciendi; cœperunt ut prius homines, non ex plebe tantum, ſed ex nobilitate etiam, Sacramentorum conſiliorumque cauſa illius cubiculum frequentare. Fructus, qui ex piis ejus colloquiis procedebat, multus erat, indieſque creſcebat aſſidue; ex quo fiebat, ut multos, adjuvante Domino à ſceleribus ereptos, ad Chriſtum adjunxerit feliciſſime. Proximorum caritate adeo ardebat, ut illum ad omnium utilitatem natum crederes: in omnes enim effuſus; quaſi omnium parens, vivebat omnibus, ut omnia omnibus; quo omnes Chriſto aggregaret, factus eſſet. Hinc fiebat, ut flagitioſorum hominum ita frangeretur miſericordia, ut cum eos intueretur, vix ſe continere poſſet quin multas profunderet lacrymas, internæ ipſius caritatis præclariſſima teſtimonia. Nulla res erat omnium quam ipſe magis cuperet, quam proximorum ſalutem. Accedentium Confeſſiones omni tempore excipiebat, eoſque aut conſolando, aut conſilio, aut re adjuvabat mirabiliter; in id vel maxime incumbens, ut omni depoſita ſolicitudine, Deo Sanctiſque omnibus ſe ſuamque ſalutem curæ eſſe cognoſcerent, ſeque demum peccatis omni ope abſtinere contenderent. Crebris repetitiſque ſermonibus de rebus piis illos ad bene Chriſtianeque vivendum hortabatur, nihil prætermittens eorum quibus eis vel minima in re prodeſſet; ardentiſſimaque cupiditate motus eoſdem Chriſto arctioribus vinculis conjungendi, ſe ipſum relinquebat potius ſuaque commoda, quam illos deſereret. Sui copiam omnibus faciebat aſſidue: cubiculum ſuum perpetuo venienti cuilibet patere voluit, dicereque ſolitus erat, ſe nec tempus quo ſibi vacaret, nec locum ubi ſolus eſſet cupere: ſat ſibi eſſe, ſi quibus rebus poterat proximum juvaret. Hinc factum eſt, ut qui ei erant à miniſterio interdixerit, ne quemquam cubiculi aditu prohiberent, neve ad eum adeuntibus; Philippus, dicerent, quieti ſe dedit; Philippus in cubiculum nuper recepit ſeſe. O hominem proximorum deſiderio Deique gloria flagrantiſſimum! quem non quies, non remiſſio, nec quidquam aliud quod delectationem afferret delectabat: nihil in vita expetendum arbitratus eſt, niſi quod eſſet cum Deo mortaliumque ſalute conjunctum.

Hinc ille jã magis frequentari cœptus,

excludere neminem,

etiam eum -aret,

C

65 Illud etiam ſæpe contingebat, quod completo Sacrificio accedebant ad eum quamplurimi; quos ille ſummo caritatis affectu, aliorum magis quam ſui memor (etſi jucundum ſibi erat contemplationi eo tempore vacare) excipiebat. Orationis quidem meditationiſque ſtudium in illo eximium fuit; ſed tamen ut proximos juvaret, ipſorum utilitatem ſuis commodis ſanctiſque cupiditatibus præferebat: hinc dicere ſolitus erat; animæ Deum amanti nihil contingere jucundius nihilque ſuavius, quam Chriſtum Chriſti amore relinquere. Nihil præterea laboris erat, quod alumnorum cauſa non ſubiret: omnia excogitabat, moliebatur, efficiebat, quo filiis conſultum foret: nihil, ad eorum ſpiritalem profectum quod pertineret, omiſit. Si contingebat è ſuis quemquam tentatione premi, vix ac ne vix quidem verbis explicari poteſt, quanto ſtudio & cura adeſſet, opitularetur, animum adderet. Ad omnium ingenia ita ſe accommodabat, ut, Apoſtoli Pauli inſtar, omnibus omnia fieret mirifice. Quid quæſo non faciebat ille, ut, quos Chriſto genuerat, Chriſto ſervaret? Conſilio quidem quantum poterat, labore plus pene quam poterat, vigilabat pro ipſis; docebat eos orare, mundi contemptum monebat, Deo ſe totos tradere hortabatur; apud ſe etiam primis illis temporibus, ut vel ſic majore eos inter ſe amore conjungeret, frugali cœna paſcebat; inſtar gallinæ factus, quæ ex naturæ inſtinctu id habet, ut congreget pullos ſuos ſub alas; & Aquilæ non diſſimilis, de qua hæc in ſacris Codicibus verba legimus, Sicut aquila provocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans.

nullum laborem recuſare.

Deu. 32. 11.

E

66 Philippus precandi aſſiduitate hoc acceperat, ut mentem in Dei divinarumque rerum cognitione perpetuo defixam haberet: quo fiebat, ut raptuum fugiendorum gratia, animum à divinis, quod ante diximus, removere cogeretur; faciliuſque Philippo erat in Deum rapi divinaque pati, quam illis, in quibus calor Spiritus ſancti refrigueraſ, mentem ad res mortales convertere. Inter orandum celebrandumque extra ſe poſitus videbatur creberrime, ut corpore quidem coram adeſſet, animo vero in cælis verſaretur. Obſervarunt eum nonnulli ſæpiſſime, in Hoſtia ſalutari de more attollenda (ſenio etſi confectum) conſiſtentem in digitis: eumdem præterea extra ſe raptum, cum oraret, deprehenderunt complures. Eodem anno Patres Cœnobii *d* S. Mariæ ſupra Minervam, quo tempore eis Angelus Diacetus præerat, intra clauſtra domus quadragenarum horarum ſupplicationem ob res graves indixêre. Orationi interfuit Philippus; precabatur ille loco abdito, ibique ſe Deo conjugens, totus extra ſe rapitur; lapidiſque inſtar factus, apertis oculis hilarique vultu ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum intueri videbatur. Id cum quidam adverterent, propere ad ipſum accurrunt; eumque, quem calor vitalis jam pene totum reliquerat, nominatim ut ad ſe redeat inclamant, manibus contrectant. Sed fruſtra omnia; nihil enim ille audiebat, nihilque movebatur, ſentiebat nihil. Ergo id quod erat ſuſpicati, in cubiculum ei loco proximum inter manus deferunt, expiranti ſimilem ſenſuſque omnis expertem: ubi tamdiu eum reliquerunt, quoad totus hilaris ex raptu ad ſe redire viſus eſt. Tum interrogatus ab Angelo Diaceto & Felice à Caſtro-Franco ex eadem familia, quidnam ſibi accidiſſet; vix illorum precibus victus modeſte verecundeque hunc in modum reſpondit: Preces veſtras, Patres mei, Dominus audivit benignitate ſua. Sed hujuſmodi reſponſo haudquaquam contenti, inſtabant enixius, ut rem totam exponeret: quibus tandem cedere coactus, *e* Oranti mihi, dixit, Chriſtus ſeſe oſtendit, adſtanteſque ſigno Crucis munivit.

rapi ad divina ſolitus,

viſum in extaſi ſibi Chriſtum fatetur.

d

e

F

67 Venerat eodem ferme anno Cæſar Baronius, Dominico die, *f* ad beatum Patrem, ut confiteretur de peccatis ſuis. Cui ille; I nunc, inquit, ad xeno-

f

A xenodochium ſancti Spiritus; audiam te poſt, ne moreris. Sed cum Baronius horam ægris miniſtrandi jam abiiſſe reſponderet, ac proinde nihil ſupereſſe faciendum, quod eorum commodis utilitatique ſerviret (quippe tum capiendæ quietis tempus erat) Perfice, ſubjecit mox Philippus, propere quod mandavi, tuâ quod nihil refert percunctari deſinas, nihil aliud dicam. Paruit mox ille (ne minimo quidem ſpatio temporis interjecto) jubenti; inque Noſocomium ingreſſus, ſecum ipſe animo agitans, non ſine cauſa eo ſe à Philippo miſſum eſſe; circumſpectare cœpit, ſi quem cerneret ſua ope indigentem; interque circumcirca proſpiciendum æger extremum agens ſpiritum ei ſeſe objicit, candela de more ad ejus caput accenſa. Quamobrem arbitratus illum ipſum eſſe ad quem mitteretur, ad lectulum accedit, ægrotum vitali ſpiritu pene defectum offendit; quærit ab eo primum peregeritne peccatorum Confeſſionem, ſacramne Euchariſtiam ſumpſerit. Cui cum ille intermortuis vocibus, ſine ejuſmodi Sacramentorũ perceptione ſe mori reſpondiſſet; advolat illico Baronius ad Sacerdotẽ: rogat morientis peccata auditũ eat, à mora ei periculũ eſſe vociferatur. Quibus Sacerdos perceptis, coram Baronio de negligentia purgat ſeſe. Æger, Domine (dicere cœpit) cum heri à prandio intempeſtive ad noſocomium noſtrum veniſſet, in lectulo, quod alieno tempore acceſſerat, ſalutari peccatorum Confeſſione nondum perpurgatus, collocatus fuit: interea ejus rei oblitis miniſtris Confeſſionis beneficio ægrotus privatur, quem adeo morbus improviſo oppreſſit, ut repente inſciis nobis ad ultimũ periculi venerit; id autẽ ubi ipſi comperimus, eum illico jam deſtitutũ viribus, intercluſa anima, ut loqui non poſſet (actum enim de eo jam erat) extremo vel minimũ Oleo (aliis Sacramentis, ob viri impotentiã, quippe mors inſtabat, nõ adminiſtratis) munire curavimus. Hæc ille Baronio retulit; ſed mira proſequamur. Accedit Sacerdos ad morientẽ, de neceſſitate ultima monet, confiterine velit expoſcit. Annuit, atque ubi (rem dictu mirabilem!) Confeſſionem peregit, ſacrumque de manu Sacerdotis Viaticum ſumpſit; illico, aſtante ſemper Baronio ſtupore attonito, exſpiravit: miroque prorſus modo factum eſt, ut labente jam ſpiritu, tamdiu æger produxerit vitam, quamdiu beatus Pater de ſtatu ejus divinitus admonitus miſerit qui curaret, ut omnibus Eccleſiæ Sacramentis præmunitus ſupremum diem expleret. Poſt hæc reverſus ad Philippum Baronius, omnem rem ordine aperit: cui ille, Ex his, ait, jam diſcas velim, quod tibi deinceps mandavero, id ſine cunctatione exequaris.

In noſocomio mori ægrum abſens cognoſcit,

Sacramentis non præmunitum;

B

C

68 Non abs re, opinor, erit, ſi hoc loco aliquid ſcribam de ejuſdem Baronii Annalibus, quandoquidem ad eos conſcribendos à Philippo impulſus fuit *g* divinitus: rem ut geſta eſt, explicabo. Cum primum ille ad populum ſermones habere cœpit, æternos cruciatus apud inferos impiis conſtitutos, rurſumque ſempiterna & quæ verbis exprimi non poſſunt præmia, quæ probos manent in cælo, proponebat: divini judicii quoque ſeveritatem mortiſque memoriam gravibus verbis inculcabat. Id ubi crebrius beatus Pater advertit, divini ſpiritus impulſu Baronio jubet, ut fine ejus generis ſermonibus facto, ad Eccleſiaſticam hiſtoriam in Oratorio referendam ſe convertat. Cui cum grave ſibi id eſſe reſponderet, quod putabat nullam ex eo labore utilitatem capturos eſſe adſtantes; inſtat iterum his auditis Philippus, urgetq; etiam atque etiam, ut imperata facere non differat. Ergo aggreditur ille iteratis ſæpe ejuſdem Philippi juſſionibus Eccleſiaſticam hiſtoriam: id autem opus adeo beatus Pater urgebat, ut ſi quando Baronium vel tantillum à cœptis deſiſtentem vidiſſet, ſtimulis

g *qui à ſermone de extremis habendo,*

juſſus hiſtoriam eccleſ. explicare,

acerrimæ reprehenſionis impelleret, exæſtuans (ut ejuſdem Baronii verbis utar) *h* zelo Eccleſiæ laborantis. Ubi mente illa ſua, divino perfuſa lumine, atque prophetico afflata ſpiritu, vidit è portis inferi in Eccleſiæ detrimentum ſatanæ progreſſas eſſe centurias; ex adverſo conſurgens, pro domo Iſraël prælaturus prælia Domini, non minore vel pari ſaltem numero militum compenſato certamine, decernendum putavit. Elegit itaque ex iis, qui eum ſequebantur, Baronium quem unum, quaſi aliud agere ſimulans, tot objiceret armatis hoſtibus. Exorſus itaq; ille impoſitum onus, illud quidem, quod ejus juſſione ſemel cœperat, ad triginta annos feliciter propagavit, ipſam integram rerum geſtarum ſeriẽ ſepties in Oratorio repetendo. Mirũ videre erat, qua anxietate Philippus adſtaret operi; urgens præſentia, inſtans verbis, durus nonnumquam Baronio videbatur penſi divinæque operæ exactor, cum ad aliena ab inſtituto ſe divertere ne vel minimum pateretur. Quamobrem ſæpe aliquid ille humani in eo ſuſtinebat, nondum intelligens, beatum Patrem divino afflatum ſpiritu id ab eo expoſcere. Quam vero ex his utilitatem conſecuta ſit Eccleſia, non attingam: quid enim opus eſt verbis, ubi res ipſæ per ſe loquuntur?

AUC. ANT. GALONIO.

h

totis 30 annis hoc agit,

E

69 Eodem ferme tempore adoleſcens quidam, Thomas nomine, annorum circiter ſexdecim (ſeptimum enim & decimum non expleverat) Romam venerat. Huno propinqui (quod omnes præter ipſos latebat) ea etſi ætate non erat ut promoveri ad ſacros Ordines poſſet, Sacerdotio tamen initiari fecerant; idque eo conſilio, ut aditum ſibi compararent ad luculentam magnamque hereditatem, plus quinquaginta millibus aureorum adeundam, quam nullo alio pacto (quod heredes ſecundi erant) niſi Thomas, cui ea obveniebat, Sacerdotalem vitam amplecteretur, obtinere poterant. Is itaque ubi Romam pervenit, mox ſecunda circiter hora noctis ad beatum Patrem adducitur: qui ſimul atque illum vidit, Sacerdos es, ei dixit, an non ita eſt? Cui Thomas, Haud dubium, inquit, id quidem eſt: Sacerdos ſum verum dicis: eique cuncta expoſuit, ut ſe habuerant. Ea porro prędictio admirabilis prorſus extitit, quandoquidem is plane ignotus erat Philippo adoleſcentulus, qui ætatis annum ſeptimum & decimum non excedens, laicorum more indutus prodibat. Narravit deinde Beatus Pater Franciſco Mariæ Tauruſio, ſe Thomæ faciem eo fulgore, qui è Sacerdotali charactere fluit, ſplendentem vidiſſe. Cujus rei, ne quis fabuloſam aut commentitiam putet, auctor eſt idem Franciſcus Maria Tauruſius Cardinalis, Philippi familiariſſimus, qui eamdem jurejurando firmavit. Nunc diſcedam à rebus à Philippo geſtis Paulo Quarto Pontifice: ſed adjiciam prius hæc paucula, quæ, quoniam quo Pontificatus anno geſta ſint, ignoro, in extremum locum conjicienda fuere.

Iuvenem Sacerdotem Philippus

ex ſplendore cognoſcit,

F

70 Venit quodam die mane ad beatum Patrem Franciſcus Maria Tauruſius *i*: huic mox Philippus: Quid ei mulieri, inquit (eam proprio nomine appellans) factum cenſes? quamdudum non vidiſti eam? noſtin' quis ſit ejus vitæ ſtatus? magna enim ejus cauſa ſolicitudine afficior. I recta quantocius ad eam, ipſaque viſa ad me quamprimum revertere. Erat ea mulier pietati dedita, Philippo de peccatis ſuis confitebatur, ſeque in noſocomio S. Jacobi Inſanabilium dedicaverat ęgrotantium feminarum obſequio. Hæc itaque, etſi paucis ante diebus optime valebat, tamen ex improviſo morbo oppreſſa difficillimo, qui ſubito attulit mortem, ſacris jam candelis ad caput ejus accenſis agebat animam. Feminam ergo jam cum morte luctantem offendit Tauruſius, omnibus ſenſibus deſtitutam, ſpiritum efflantem: mox ad Philippum reverſus rem ei totam narravit, qui femi-

i *item abſentium mortes,*

AUC. ANT. GALLONIO

næ ſtatum, de qua nihil prorſus acceperat, divinitus præſenſerat. Dux quidam militum *k* apud Philippum Confeſſiones agere cœperat: hunc ille cum diebus aliquot non vidiſſet, id quod erat præſentiens divinitus, miſit qui omni adhibita diligentia ac feſtinatione inveſtigaret ubi is moraretur: quem enim locum incoleret ab alumnis Philippi ignorabatur omnino. Ergo quæritur, quæſituſque invenitur, præter omnium opinionem vitali pene ſpiritu defectus, ad mortem properans.

k

& conſcientiarum arcana,

71 Enituit præter ceteras iiſdem ferme temporibus in beato Patre iſthæc virtus, ut occultiſſimas hominum cogitationes *l* prænoſceret quam optime. Ejus rei certiſſima indicia habemus quam plurima; illa vero maxime excellunt, quibus occulta hominum delicta ab ipſo viſa comprehenduntur. Conſcientiæ ſuorum vulnera, quamquam occultiſſima, divinitus intuebatur, penetrabat; eaque, priuſquam alumni verbum ullum facerent, illis ipſis detegebat, his verbis: Tu id periculi ſubiiſti; vel, In hanc culpam prolapſus es: Hæc oranti mihi innotuere. Quibus dictis, ſalubria ipſis monita tradens, ita eorum animos in Dei timore ſuique ipſius amore firmabat, ut illos deinceps ſuo nutu arbitrioque regeret. Intimos mentium receſſus videbat, tentationes ſuorum in Chriſto filiorum, ipſiſmet admirantibus reticentibuſque, detegebat. Certis nonnunquam hominibus, qui eum conveniebant, colaphum infligere conſueverat, dicens: Non te cædo, ſed diabolum. Qua in re ſanctiſſimos viros imitatus videtur, qui diabolicas tentationes alapis *m* ab hominibus propulſabant. Multi ſane, qui & doctrina & prudentia valebant plurimum, cum animadverterent ſua delicta occultaſque animi cogitationes Philippo probe cognitas apertaſque eſſe, maximo perculſi ſtupore, eum tanquam cæleſtem divinumque virum reverebantur. Aperiebat adhuc ſæpiſſime, quibus cum eo quotidiana conſuetudo erat, ipſo quamquam ad Confeſſiones non utebantur, mentis cogitata intimoſque animi ſenſus: quod ille eo conſilio faciebat, ut eos ad cæleſtium amorem atque peccati odium provocaret facilius.

l

B

m

tentationes quoque,

72 Adoleſcens quidam Dominicus, cum nocte quadam importunis concupiſcentiæ motibus preſſus eſſet, verecundanſque mane, cum his forte non qua par erat fortitudine reſtitiſſet, Philippum ut conſueverat adire, domi ſe continuit; ſed eodem die à prandio veniens is ad Oratorium, ut ſermonibus intereſſet (nunquam enim intermittebat unum diem, quin ſemper veniret) beati Patris aſpectum declinare non potuit. Ei ergo accerſito; Tu, dixit, ſuperiore nocte acerrimas tentationes carnis ſuſtinuiſti; adeoque perfecte rem totam expoſuit, ut ille præ nimio ſtupore obmutuerit. Alio deinde tempore rem neſcio quam, penitus occultam, eidem aperuit; quam præter Dominicum ſciebat nemo, ipſe autem nulli mortalium enuntiaverat. Concludam jam caput his paucis. Adeo excelluit Philippus, in dignoſcendis cum domeſticorum, tum externorum occultiſſimis cogitationibus, ut *n* vel ex ſola facie internum cujuſque ſtatũ cognoſceret. Illud vero contingebat ſæpiſſime, ut qui ad eum ventitabant; Quid tua iſthæc, diceret, nova figura oris? in vultu, fili, morbus tibi eſt, ægrotatio, & vitium. Quibus verbis internam animi mutationem, quæ in illis quibuſcum loquebatur facta erat, ſignificabat; frequenterque eum audires dicentem: Melius nunc habes, Nunc cœpiſti convaleſcere, Nunc ſtatum mutaſti. Verbis exprimi non poteſt cognitio quæ habetur divinitus; ea quippe qua Philippus vel ex ſolo aſpectu interiorem hominum ſtatum noverat, humana haud eſſe poterat ullo modo. Illud vero nec ſilebo, hac ipſa tam admirabili cognitione crebrius ab ſe internum pio-

C

ſtatumque animarum internum.

n

rum ornatum conſpectum eſſe.

D

73 Adoleſcens quidam Luſitanus annorum ſeptemdecim, Franciſcus Baſſus nomine, beato Patre ad Confeſſiones uti cœperat: hunc Phillippus ad Sacramentorum frequentiam atque orandi ſtudium ſuaviter impellens, variiſque quas vocant mortificationibus exercens, id aſſecutus eſt, ut tantum ille in ſpiritu profecerit, quod omnes in admirationem raperet, ceteriſque exemplo præluceret, divinæque jam gratiæ radii in ejus faciem redundarent. Inter loquendum vero, jubente Philippo Patre, de rebus piis, eo animi ardore, ea vi ac facilitate ſermonem exprimebat, tam dulcia cum Deo Deique Matre miſcebat colloquia, tam ſancte ac pie conſolabatur adſtantes, tamque efficaciter de virtutis pulchritudine deque divino amore diſſerebat, ut omnes qui eum audirent, ac præcipue doctiſſimus Aloyſius Lipomanus Veronæ Epiſcopus, adoleſcentuli in dicendo vim, ardorem, & efficaciam non ſatis admiraretur. Nec hic ſtetit res: eâ erat præterea animi conſtantiâ, ut tribulationes omnes, graves licet, non fortiter modo, ſed hilariter etiam ſuſtineret: obedientiæ vero tam miro tenebatur deſiderio, ut quod Philippus imperaret, quaſi ille Angeli vocem audiret, nulla interpoſita mora faceret libentiſſime. Is tandem, quod majorem forte vitæ perfectionem cuperet, Religioni S. Dominici ſe addicere decrevit. Quod ubi Philippus cognovit, etſi moleſte ferebat adoleſcentulum ab ſe ſuique inſtitutione disjungere, nihilominus probato diu ejus ſpiritu & vocatione, ne divinæ voluntati reſiſtere videretur, facultatem ei conceſſit, anno hujus ſeculi quinquageſimo nono, octavo Idus Octobris, ſacrum Religionis habitum induendi: quod dum fieret, aderat beatus Pater ubertim lacrymans. Lacrymantem, quid fleret, rogitat Franciſcus Maria Tauruſius *o*: cui Philippus; Hujus adoleſcentuli, inquit, virtutes deploro. Atque in præſentia quidem, quid iſthuc verbi eſſet, quorſumve fletus ille ſpectaret, Philippo, qui ſolus cognoverat, ſilentio obvoluente, Taurufium latuit: verum quem habuerit deinde eventum hæc adoleſcentuli in altiorem vitæ ſtatum migratio, res plane indicavit. Is enim, quem ob vitæ integritatem ardentemque in Chriſtum amorem admirabantur plerique, quamquam Religionis habitum non exuit; ad tantam ſocordiam atque ignaviam delapſus eſt, ut paulatim in varios fluctus æſtuſque ſolicitudinum revolutus, tam grave tædium præſentis ſtatus mentem ejus oppreſſerit, ut de abjicienda ſeveriore diſciplina & ſeculi commodis repetendis ſecum ipſe meditatus ſit. Ergo vitam vagam amplectitur, obedientiam fugitat, certum locum non incolit; nunc unum tenet, inde item in alium ſe recipit, indeque in alium, miſerrimuſque miſerrimam vitam errans ducit. Vivit is adhuc, inſtitutoque ſuo vagus & errans, modo huc, modo illuc inutiliter diſcurrit. Age jam veniamus ad res à Philippo geſtas Pio IV Pontifice, Pauli ſucceſſore, qui Pontificatum iniit VII Kalendas Januarias, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo *p*.

E

Egregia virtutis juvenem,

aſſumpto Prædicatorii habitu

prævidet deteriorem futurum.

F

o

P

ANNOTATA.

a *Totam rem accepimus ab iis qui interfuerunt, ſuntque omnes ad quindecim: eamdem Taurufius publico teſtimonio confirmavit.*

b *Percurre, ſi libet, res geſtas S. Danielis Stylitæ.*

c *Simile ferme accidiſſe S. Goari Presbytero, Auctor eſt Wandelbertus in vita cap. 4.*

d *Teſtes jurati tres, iique Sacerdotio præditi, affirmarunt.*

e *Compulſi ſanctiſſimi viri viſa narrant. Lege res geſtas S. Bernardini à Surio relatas cap. 6, Theodoretum in Philotheo*

A *Philotheo cap. 2, Georgium Monachum in Vita Theodori S. Siceota.*

f *Teſtatur id ſacramento Cæſar Baronius Card.*

g *Idem etiam hoc juramento firmavit.*

h *Legatur ejus gratiarum actio Tomo 8 Annalium.*

i *Id ſacramento teſtatus eſt ipſe Tauruſius Card.*

k *Idem hoc.*

l *Vidiſſe Philippum noviſſeque hominum animos, intimoſque eorum receſſus penetraſſe, ſacramento teſtati ſunt, Borromæus, Tauruſius, Baronius Cardinales: hoc ipſum integerrimæ fidei viri ad ſexaginta jurati firmarunt.*

m *Vide Dorotheum in B. Doſitheo, Gregorium lib. 2 Dial. cap. 30, Everhelmum in Poppone apud Surium, Crantzium lib. 5 cap. 42 in S. Evermodo, Petrum Damianum in S. Romualdo, Surium in B. Edmundo Epiſcopo.*

n *Ejus rei, ut ceteri fileantur, teſtem habemus Card. Borromæum.*

o *Fuit hic ejuſdem rei teſtis juratus.*

p *Hic finitur Auctori liber primus.*

CAPUT VII.

Anni 1560 & trium ſequentium acta.

74 ANno hujus ſeculi, opinor, ſexageſimo, juvenis *a* quidam non ignobilis, cujus conſilium id erat ut voluptatibus obſequeretur, caſu inter eundum amicum offendit, à quo humaniſſime ſalutatur. Etat is pietati deditus, ducemque Deum in omnibus rebus ſuis ſequens. Amicum itaque, quaſi aliud agens ſecum ducit ad ſermones, qui in Oratorio noſtro habebantur. Amicus amicum, invitus licet, ſequitur; ſermonibus intereſt; quibus completis cum domum redire cuperet, ab amico, qui ejus animi ſalutem ſitiebat, ad Philippum adducitur, perinde ac eo ad Confeſſiones uti vellet, cum nil minus eo ille tempore cogitaret. Vix hoc amicus fecerat, cum juvenis ab eo ſe derideri arbitratus, iniquo animo in benefactorem ſuum eſſe cœpit; ſed tamen beati Patris aſpectū reveritus, ſubmiſſis ante eum genibus Confeſſionem ſe facturum profitetur. Itaque flagitia narrare aggreſſus, cum non eſſet ei animus exponere ſingula, ficta de peccatis ſuis confitebatur. Quod prævidens beatus Pater divinitus, rogat eum, ſi aliud commiſerit delictum, Confeſſione aperiat. Cui cum ille reſponderet, ſe omnia jam perfecte planeque patefeciſſe; amplexatus hominem Philippus, Falſum dicis, fili, ait, quandoquidem ficte & ſimulate peccatorum tuorum peregiſti Confeſſionem: age jam ſequere conſilium meum, integre de omnibus confitere: ſi id egeris, dignus eris ut tibi parcatur. Nec verba in ventum jacta; ita enim penetravit ſermo hominem, ſimulque opinio quam de Philippi ſanctitate conceperat; ut repetita Confeſſione omnium ab infantia peccatorum, totum ſe illi regendum tradiderit. Is tandem brevi poſt tempore S. Franciſci de Obſervantia, ut dicitur, familiæ ſe obſtringens, ibidem pio fine quievit: fuit huic nomen, ex quo cœnobio ſe addixit, Raphael Lupus.

A. Æt. 46 Philippus juvenem ſimulate confitentem,

agnita ejus fictione, convertit.

75 Anno deinde hujus ſeculi ſexageſimo primo, cum quidam Sebaſtianus, ex ſpiritualibus Philippi filiis unus, in morbum incidiſſet *b*, quem mors conſecuta eſt; vitæ fine jam inſtante, à communi humani generis hoſte graviſſimis cœpit tentationibus impeti. Diabolus enim, ut hominem in deſperationem induceret, nigrum ſeſe illi aſpectuque terribilem ad videndum objecit, animo ejus inſultans. Cujus horribili viſu perterritus æger, magnis undique afflictationibus oppreſſus, prope deſperatione torpebat, & horribiles ei adhuc dæmonum facies occurſabant. Flexo itaque in mœſtitiam ore; Heu me! clamabat, quia perditus ſum; Hei miſero mihi! dereliquit me Dominus: quid faciam infelix, cum dies meos inaniter tranſegerim, atque extra viam ſalutis ſim? Duas jam horas nihil habebat in ore aliud, niſi ſe deſperatum eſſe, nullamque malo ſuo inveniri poſſe medicinam, deque ſe ipſo actum eſſe. Res eo jam periculi venerat, ut amiſſa corporis ſpe (erat enim moribundus) pertenuis ſpes animi ſalutis oſtenderetur. Igitur in hac tanta rerum deſperatione ad Parochum deſcenditur; qui recta ad ægrum contendens, nihil prorſus effecit. Namque ubi eum ille vidit, mox, perinde ac ſi dirum aliquod cerneret monſtrum atque execrabile, obverſus in aliam partem ab eo refugit, clamitans, nullam ſe (quod à Deo derelictus erat) ſalutis ſpem habere.

b *A. Æt. 47 diſcipulum in morte deſperabundū*

AUC. ANT. GALLONIO

76 Interim accerſitur Philippus; qui ſimul ut pedem in limine oſtii aulæ domus ponit; Quid eſt? inclamavit. Et cubiculum ingreſſus, Sebaſtianum manu leniter apprehendit. Quo attactu illud confeſtim factum eſt, ut æger à ſumma deſperatione atque triſtitia ad magnam animi tranquillitatem lætitiamque, cunctis qui aderant admirantibus, traductus, alta voce dicere cœperit: Philippus Pater dæmones fugat: en abeunt dæmones à Philippo fugati. O magnam Philippi vim! Vivat Chriſtus, Vivat Philippus, cujus ope ab inferni faucibus ereptus E ſum. Vigeat Oratorii opus. Vivat Philippus Pater meus, cui tantum debeo, vivatque perpetuo. Lætitia ergo perfuſus quam maxima, divinas laudes concinere non deſiſtebat. Mi Jeſu, clamabat, Jeſu mi dulciſſime: invocet quiſque Jeſum. Cumque frequenter Jeſum appellaret, Philippoque ex intervallo longam vitam precaretur, in hæc tandem verba prorupit: En, fratres, Angelorum aſpectu fruor, Angelos intueor, qui me ut in cælum perducant, adſunt. Et paulo poſt: Ecce Archangeli, ecce Throni, ecce Dominationes, ac reliquos aliorum Ordinum Hierarchiarumque enumerans. Et hæc cum diceret, exultans, divinaſque laudes concinens, paulo poſt animam inter manus beati Patris reddidit Deo, IV Kalendis Octobris, ipſo S. Michaelis Archangeli pervigilio.

tactu tranquillat:

77 Eodem anno, menſe Decembri, Deliæ Buſchaliæ honeſtæ mulieri, cum jam octavus ageretur menſis quo prægnans erat *c*, quartus improviſo partus haud maturus inſtare cœpit. Doloribus accedentibus accerſitur obſtetrix, cui Blanchæ nomen erat. Hæc, quamquam ejus artis peritiſſima, puerperam tamen adjuvare haud potuit. Cum enim fœtum effundere cœpiſſet, eam mox difficultatem experta F eſt, ut totum numquam edere potuerit; propterea quod infans, præter morem in utero jacens, pedes tantum inde extulerat, quamobrem partim intus hærebat, partimque prominebat foris. Hinc is erat feminæ ſtatus, ut ex imbecilla quadam atque pertenui cordis agitatione quod viveret ſentiretur; erat enim, ut omnibus ferme ſenſibus, ita vitali calore deſtituta. Collocatur itaque in lectulo, ad eam peritiſſimi medici advocantur, qui omnibus rebus fruſtra tentatis actum eſſe de illius ſalute proclamant. Idipſum Blancha affirmat, illud ſimul adjiciens, quod ſi fœtus, quem mulier expellere foras non poterat, vi extrahi tentaretur; & ipſum in fruſta diviſum iri, & mulierem illico diem haud dubie obituram.

in partu periclitantem.

c

78 Jacuerat femina hunc in modum exanimis novem integras horas: cumque jam & à medicis & à domeſticis mortua crederetur, Gaſpari Brixio, uxoris vice ſolicito, Philippus occurrit; quem ille fiduciæ plenus quam ſuppliciter poteſt magna lacrymarum profuſione rogat, ut moribundæ conjugi opem ferat. His ille ad pietatem flexus, ad feminam pergit, eamque ut mortuam offendit. Accedit propius; pileoque *d*, quem geſtabat, ſuper u- d

tactu pilei ad ſe revocat:

AUC. ANT. GALLONIO

terum ejus impoſito, manus in cælum tendit, flet, ſuſpiriaque ex imo pectore ducit; tum flexis humi genibus circumſiſtentes feminas hortatur, ut pro moribunda orationem Dominicam Angelicamque ſalutationem recitent; quibus dictis feminam nominatim appellat. Nec fruſtra; Delia enim, quaſi è gravi ſomno evigilans, cunctis qui adſtabant ſtupore oppreſſis, Philippo clara mox voce, quamquam nona jam abierat hora qua linguæ uſum penitus amiſerat, reſpondit; Quid mihi jubes, Pater? Cui Philippus, Id ego vellem, ut te totam Chriſto traderes, eumque omnium plurimum amares pro viribus. Tum illa, Faxit Deus ut eum amem; quibus dictis, Adjuva me Pater, ſubjecit; male me habeo; labore partus emorior. Mox Philippus, Bono animo ſis, ſervabit te Chriſtus; ejuſque corpore Cruce ſignato foras exiit. Et ecce tibi novum miraculum. Vix inde extulerat pedem, cum extemplo mulier, nulla humana ope nulloque dolore, mortuum fœtum enixa eſt; idque adeo feliciter, ut eodem momento & præſenti periculo erepta convaluerit, & valens vegetaque è lectulo ſurrexerit. Sed & illud memorabile: Philippo à cubiculo egreſſo Gaſpar triſtis ac lacrymans obviam procedit, quem manu prehenſum tamdiu fixis oculis intuitus eſt, donec ad ſcalas eſt ventum. Ibi demiſſo eo, Perge, ait, ad uxorem tuam; Deus conſolatus eſt vos: ipſi itaque grati eſtote, in id incumbentes, ut ad cuſtodiam mandatorum ejus advigiletis aſſidue. Tum Gaſpar, ſurſum omni feſtinatione properans, moribundam modo conjugem, ſanam plane viribuſque valentem, fœtu mortuo effuſo, comperit.

& mortuo fœtu liberat.

B

apud moribundos ſedulus

79 Reliquum eſt, ut aliqua etiam de ejus erga ægros ac morientes pietate narremus. Ægrotantium ille curam perpetuo geſſit, eorum maxime qui ei aliqua ratione noti eſſent; eoſque ſingulis viſens diebus, omni ope atque opere juvabat. Apud eos qui in ultimo vitæ periculo conſtituti erant; ſi opus erat, pernoctare non gravabatur; illoſque ad ſupremum illud certamen roborans atque confirmans, pleroſque de ſe nimium confidentes ad humilitatem inducebat; quos vero ad deſperandũ de Dei miſericordia dæmones urgebant, hos ille ad ſpem divinã divinamq; fiduciã mirifice erigebat. Veniamus ad exempla. Magnũ eodẽ anno oſtendit Philippus caritatis affectum erga Jacobũ Marmitta *e*, ſupremis appropinquantem. Erat is Cardinalis Riccii Politiani à ſecretis, ingenio, prudentia, litteriſque apprime ornatus: confitebatur ſæpius per hebdomadam peccata ſua Philippo, cui carus erat, atque communicabat in eccleſia S. Hieronymi. Cum is itaque in morbum incidiſſet, qui paucis poſt diebus attulit mortem, in maximo animi mœrore verſabatur: erat enim valetudo graviſſima, quæ acerbos incuteret dolores. Hæc cum Jacobus (inferiori animi portione repugnante) non ea, ut par erat, mentis fortitudine conſtantiaque toleraret, ſed magis de vi morbi quereretur; monitus à beato Patre, ut in Deo confideret, amiſſamque cordis jucunditatem recuperaret, animumque reciperet, diceretque una cum eo; Deus noſter refugium & virtus, adjutor in tribulationibus: Quæ (mox æger queribunda voce ſubjecit) invenerunt nos nimis. Tum Philippus, ut eas tentationes ab ejus animo propulſaret, dedit ſe illico in preces; quibus id effecit, ut paulo poſt reſpiraret bellator, animum reciperet; nec ſe tantum recrearet ex timore, ſed etiam adeo ſe erigeret, ut exultans ſpiritum efflaverit v Kalẽdas Januarii, anno ætatis ſuæ ſecundo & ſexageſimo ac menſibus duobus.

e

C

valde eos animat.

A. Æt. 48.

80 Hujus ſeculi anno ſexageſimo ſecundo, juvenis quidam non ignobilis, cui Joanni Thomæ nomen fuit, ibat quotidie ad ſermones, magis id ut inſtitutum irrideret, quam ut ſaluti animæ ſuæ conſuleret. Hoc ubi advertunt adſtantes, rem ad beatum Patrem deferunt, multaque de iſtius inſolentia queruntur. Quibus ille, Sinite eum, inquit, in hac re gerere ſibi morem: hominem, quæſo, æquo animo ferte. Sed cum is moleſtus adhuc eſſe pergeret, eamque ob rem qui ſermonibus intererant, ipſum iterum ad Philippum deferrent; eadem quæ antea ab eodem audiunt. Interea rem miram operatur Deus. Is brevi poſt tempore, cum nemo expectaret, ita ex ejus rei occaſione Patrumque conſuetudine immutatus eſt, ad eamque devenit, ſermonum qui ibi habebantur beneficio, rerum cæleſtium intelligentiam & humanarum contemptum; ut omnibus rebus abdicatis, divitiis & honoribus ſpretis, Chriſti conſilia ſequi in animum induxerit. Ergo addixit ſe Religioni S. Dominici, & in cœnobio S. Mariæ ſupra Minervam, cunctis tam ſubitam hominis mutationem ſtupentibus, ſacrum habitum quarto idus Februarias ſumpſit; qui intra paucos menſes novitius, pietatis ardore fervens, fiduciæque plenus, diem obiit. Eodem anno ac menſe, alius adoleſcens Paulus è Philippi ſchola eidem ſe cœnobio mancipavit: qui cum brevi maximos in ſpiritu progreſſus feciſſet, fiduciæ itidem plenus ac ſpei, migravit è vita: Religioſus factus, mutato nomine, Joannes appellari voluit.

D

petulantem juvenem tolerari jubet,

præſcius futuræ converſionis.

E

Morienti I.B. Salviato aſſiſtit.

f

81 Eo ipſo anno Idibus Octobris, migravit e vita Joannes Baptiſta Salviatus, / de quo ſuperius eſt dictum, quippe qui Philippi opera una cum conjuge Portia cæleſtem pene in terris vitam degebat, ſumma totius Urbis admiratione; ut quæ horum divitias, nobilitatem, juventutem, corporis venuſtatem, & anteactæ vitæ delicias noverat. Is cum graviſſimo morbo afflictatus extremum ageret ſpiritum, hortatu beati Patris ac Vincentii Herculani, tum cœnobii S. Mariæ ad Minervam Prioris, poſt Sarſinæ primum, deinde Fori-Cornelii, demum Peruſiæ Epiſcopi; ſub veſperum inſtante prope morte, ſacratiſſimum Viaticum ſumpſit; idque tanta cum animi tranquilitate atque conſtantia, ut cum de morte ſibi inſtante cognoviſſet, omnibus illico audientibus, clara alacrique voce imperterritus dixerit: Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Nec multo poſt totus in cæleſtem patriam anhelans, felicem in Philippi Patris complexu, læto alacrique vultu, ſpiritum emiſit. Quo mortuo, ejus uxor Florentiæ, ubi tum erat, Monialis habitum, inſequenti mox anno, menſe Martio, induta; poſtmodum cæli mutandi ſtudio in Urbem reverſa, cœnobium S. Catharinæ nomine conſtruxit in Viminali; ubi ad diem hunc degit.

F

ipſe quotannis ſemel iterumque æger,

g

82 Vexabatur aſſidue Philippus, novam Domino ſervo ſuo aurearum coronarum indies materiam præbente, diuturnis & periculoſis morbis *g*: ægrotabat graviſſime bis frequenter in anno. Ego quidem ex eo tempore quo primum apud illum eſſe cœpi, nempe ab anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ad nonageſimum quintum uſque quo ille obiit, nullum unquam abiiſſe memoria teneo quin in morbum delapſus ſit. Æger cum eſſet, etſi ad febrim acerrimi dolores accedebant, tamen cura ne minima quidem conficiebatur: gravitatem morbi, ut à Deo miſſi, non conſtanti ſolum animo, ſed libenti etiam ferebat; patientia autem tanta, ut nihil ſupra. Nullum unquam ejus verbum audiebatur vel de vi morbi querentis, vel ullam eorum qui adſtabant opem, ut fit, implorantis. Siqua ejus verba excipiebantur, ea erant, quæ ſummam viri ſanctimoniam humilitatemque redolerent: verba lacrymæ comitabantur, quibus circumſtantium pectora ad pietatem inflammabantur: omnia ſervi Dei dicta, facta, & geſtus erant ejuſmodi, ut illum

morbos patientiſſime tolerat,

illum ſatis & morbo & doloribus, ipſaque demum morte fortiorem oſtenderent. Hoc tamen unum Philippo (qua erat animi demiſſione) dolebat, quod omnem vitam bonis operibus vacuam, ut ille dicebat, inutiliter tranſegiſſet. Æger nihil aliud habebat quod æque lubens faceret, niſi ſuorum Confeſſiones, medicis non reclamantibus, excipere: medicorum enim imperium, in his quæ ad curationem ſui corporis pertinebant, prompto animo exequebatur.

depoſitus à medicis,

83 Eodem anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo incidit in morbum adeo gravem, ut proxime ad mortem acceſſerit. *h* Id autem fuit Philippo languoris initium. Cœpit ille primum dolore, qui dextro brachio hærebat, eoque vehementi atque aſſiduo, miſere premi: iſque deinde dolor per brachium ſubinde ad muſculorum nervos tranſiit intendebaturque aſſidue. Dolori ſupervenit febris, quæ etſi principio levis erat, tamen haud multo poſt amplior facta ita invaluit, ut adempta jam medicorum judicio, nempe Hyppolyti Salviani, Stephani Ceraſii, & Bartholomæi Euſtachii Urbinatis, omni ſpe vitæ, dilatio mortis tantummodo quæreretur. Interea tanti Patris filii, metu perculſi ne parente tam optimo privarentur, partim orationibus, lacrymis, ac jejuniis Deum exorabant, religioſiſſima quæque Urbis loca venerabundi obibant, ſanctarum Scalarum gradus ad Lateranum nudis genibus aſcendebant; partim vero ei certatim diu noctuque aſſidebant, pro ſummo beneficio habentes, ſi digni invenirentur ægro Patri, ubi opus eſſet, miniſtrare. Quid plura? Cum de ejus vita conclamatum jam eſſet, Viatico, ne quid ad mortem pie obeundam omitteretur, inſtructo extremoq; Oleo delibuto; ecce tibi (alumnis cariſſimi Parentis diſceſſum miſere lamentantibus) divina virtute miraculum. Qui omnium opinione mortuus credebatur, ubi Eccleſiaſticis Sacramentis munitur, extemplo medicis admirantibus tota febri eximitur, dolore magna ex parte levatur, pauciſque poſt diebus priſtinæ incolumitati reſtituitur. Illud autem non involvam ſilentio, quod cum ab aliis, quo tempore moribundus erat, deploratam ſuam ſalutem audiret; virili præſentique animo adſtantibus dixit, Paratus quidem ſum, & non turbatus; ſed cum Dominus tot me tantiſque beneficiis exornarit, neſcio quo pacto nulla cæleſti refectione ſpiritus meus tanto in negotio roboretur: quo fit, ut credam nondum migrationis meæ tempus adveniſſe. Et Franciſco Mariæ Taurufio, Per me non ſtabit, inquit, quin me ad pie moriendum comparem, quamquam certus ſum hunc diſcuſſum iri morbum omnino.

Manu contactum

84 Ægrotaverat *i* eo ipſo anno Mauritius Anerius, & morbo ingraveſcente ad ultimum periculi venerat; ergo à medicis derelictus propinquam mortem expectabat, jamque ſe alterius initurum viam vitæ Chriſti corpore inſtruxerat, ſacro etiam delibutum Oleo ad pugnandum cum adverſario comparaverat. Hunc itaque ſenſibus prope omnibus deſtitutum cum inviſiſſet Philippus, illacrymantem uxorem & propinquos circumſiſtentes miſeratus, ad morientem accedit, adſtanteſque hortatur, ut Mariæ Virginis opem pro ejus ſalute implorent. Tum omnibus genuflectere juſſis, manus morienti imponit: quo peracto, inde advertente nemine ſeſe proripuit. Vix ille abierat, cum æger, qui à prima hora ad ſecundam & vigeſimam uſque mutus jacuerat, derepente, ceteris rei novitate ac ſtuporis attonitis, apertis oculis quaſi reviviſcens, redeunte confeſtim animo, loqui cœpit expeditiſſime, morboque ſe plane levatum medicis ipſis admirantibus clamat. Demum novo jam die illuceſcente (inviſerat enim illum Philippus inclinato jam in veſperam die) ſanus valenſque exilit è lectulo, acceptumque donum omnibus

moribundi ſervat,

præ gaudio exponere paſſimque prædicare non ceſſat; Philippum tantæ rei auctorem vociferatur. Produxit is vitam ad annum Domini uſque milleſimum quingenteſimum nonageſimum tertium, quo tempore v Kalendas Februarii obdormivit in Domino. AUC. ANT. GALLONIO.

85 Anno hujus ſeculi ſexageſimo tertio, religioſe pieque migravit à vita *k* Bradamantes Aneria. Fuit iſthæc magnæ perfectionis femina, conſanguineos alioſque multos exemplo vitæ ad Chriſtum adduxit, in operibus miſericordiæ verſabatur aſſidue, precibuſque inſiſtebat. Sed hic nullo pacto ſilentio videtur involvendum illud beneficium, *l* quo eam morbo oppreſſam Philippus affecit, hæc enim aliquot ante annis adeo graviter ex capite laborabat, eaque mali vis erat, ut nihil medicamenta proficerent. Ergo femina, quæ ſpe fruſtra in medicis jam medicamentiſque poſuerat, à Philippo inviſitur: qui manu illico prehendens lintea quibus caput involverat, ea vi avellit; Stulta, dicens, qui tibi rei eſt cum his linteis? & hæc effatus, illa ipſa confeſtim in terram ſtatuit. Quod dum fit, mulier priſtinæ continuo ſanitati reſtituitur, ut ne impoſterum quidem ab eo ſe morbo tentari ſenſerit. Fuit ea ex illarum numero, quas Philippus anno hujus ſeculi quinquageſimo primo Chriſto lucrifecerat. Cum quodam die, eodem circiter anno, Philippus iter per noſocomium ſancti Spiritus haberet, contigit *m* ut cum loco, ubi vulnerati curantur, appropinquaret, divino repente agitatus ſpiritu, converſus ad ſuos, En huc, dicere cœperit, ingrediamur; huc enim divinitus impelli me ſentio *n*. Et hæc dicens confeſtim recta ad unius lectulum, qui animam agebat, advolat: eumque non viribus modo deſtitutum, ſed voce etam defectum labente prope ſpiritu, offendit. Hunc ergo inclamans id mirabiliter effecit, ut moribundum, ſtupentibus qui aderant, ad loquendum primum, deinde ad Confeſſionem peragendam, tum ad ſacrum Viaticum recipiendum, & demum ad vitæ curſum ſancte pieque conficiendum perduxerit.

k

A. Æt. 49

l

mulierem capitis dolore liberat.

m

n

juvat moribundum.

ANNOTATA.

a *Id princeps femina Beatrix Cajetana, ut ceteros fileam, jurejurando teſtatur.*

b *Hoc teſtes quatuor, qui interfuere, quorum duo Sacerdotes ſunt, jurejurando narraverunt.*

c *Id ſacramento firmarunt Delia ipſa & Gaſpar vir ejus.*

d *Percurre, ſi placet, Gofridum libro 4 Vitæ S. Bernardi cap. 4 in Petro Aſturienſi Epiſcopo, & Gaufridum Abbatem in Petro Tarentaſienſi Epiſcopo cap. 33. Porro veſtibus Sanctorum viventium patrata eſſe miracula, ex eorum rebus geſtis optime conſtat.*

e *Ejus rei juratus teſtis eſt Ioan: Franciſcus Bordinus, Epiſcopus Avenionis.*

f *Quod de Ioanne Baptiſta narratur, omnibus Philippi diſcipulis eſt notiſſimum.*

g *Sancti viri frequenter ægri fuiſſe leguntur. Vide B. Gregorium Papam lib. 2 Epiſt. 52, lib. 5 ep. 61, lib. 7 ep. 16, & 127, lib. 8 ep. 35. Percurre inſuper Vitas SS. Theodori Siceotæ & Bernardi Abbatis.*

h *Ejus rei auctores ſunt Cardinales Taurufius & Baronius. Aſſidebantque Philippo ægrotanti Epiſcopus Avenionis prædictus, Angelus Vellius, aliique.*

i *Hujus quoque rei oculatos juratoſque teſtes habemus.*

k *Deceſſit Auguſto menſe, die Aſſumptæ Virgini ſacro.*

l *Totam eam rem juratus narravit Card. Taurufius.*

m *Id Io. Franciſcus Bordinus & Dominicus Iordanus Sacerdos (uterque enim adfuit) ſacramento teſtati ſunt.*

n *Idem de S. Malachia Epiſcopo narrat S. Bernardus in ejus Vita.*

CA-

CAPUT VIII.

Ab anno Christi 1564 *ad* 1571.

86 PHilippus interim ubi è morbo, de quo nuper
A. Æt. 50 est dictum, convaluit, nuntios ad eum con-
Philippus suscepta ecclesia Florentinorum, festim Florentini cives mittunt, qui postula-
rent, ut ipsorum ecclesiæ, quæ S. Joannis Baptistæ nomine celebris habetur, regimen susciperet. Ad hæc Philippus, qui res arduas non nisi consulto Deo aggredi consueverat, quæ visum est respondit. Sed cum ille rem jam Domino diutius commendasset, annuit tandem, sibique id placere dicit; cupere tamen aliquot è suis discipulis Sacerdotio primum initiari, seque præterea è templo S. Hieronymi haud quaquam recessurum eisdem significat. Accipiunt Florentini conditionem, domum ad habitandum attribuunt: stipendium, unde vivant, offerunt. Interea Philippus tres è suis alumnis Sacris initiari facit.
è suis aliquos ad Sacerdotium promovet; Primus sociorum, qui ad apicem Sacerdotii evehi-
B tur, est Cæsar Baronius Soranus, toti jam orbi ob eruditissimam Annalium ecclesiasticorum editionem notissimus: hunc S. D. N. Clemens Papa VIII, non longe à Philippi obitu, invitum ac renitentem, sanctæ Sedis primùm Protonotarium, ex eorum numero quos Participantes vocant, creavit; deinde reluctantem adhuc reclamantemque, ex Protonotario Apostolico, Sacro Cardinalium Collegio Nonis Junii, anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, adscripsit. Alter fuit Joannes Franciscus Bordinus, qui ab eodem Sanctissimo Domino nostro, anno hujus seculi nonagesimo secundo, IV Idus Februarii primum Cavallicensibus, postremo Avionensibus, anno nonagesimo octavo, Præsul datus est. Tertius Alexander Fidelis, Romanus, miræ innocentiæ atque integritatis vir: hujus suaviratem morum præstantemque virtutem, per totos tres & triginta annos, experta est Congregatio. Obiit ille in ædibus nostris calculo laborans, anno hujus seculi nonagesimo sexto, mense Octobri. Hi porro duo ultimi Sacerdotes, Joannes-Franciscus scilicet & Alexander, eodem die ad Sacerdotii culmen evecti sunt.

87 Convictus cœptus est anno millesimo quin-
Congregationemque instituit, gentesimo sexagesimo quarto. Principio, etsi ad eccle-
C siam S. Hieronymi ibatur quotidie, quisque tamen privatim, sine certis tum propriis legibus, ad Philippi nutum vivebat. Primi ex Patribus, qui una esse unaque simul vivere cœperunt, fuere Cæsar Baronius, Alexander Fidelis; quem secutus est Germanicus, fratris filius, eo tempore præstanti indole adolescentulus; quandoquidem is biennio ante Romam veniens ut in litteras incumberet, se totum ad Philippi ductum arbitriumque contulerat. Tum alius accessit Joannes Franciscus Bordinus; quartus, Jacobus Salort, Hispanus, magna simplicitate vir; quintus, Joannes Rausicus, cui primum animarum cura, ut ejus rei admodum gnaro, demandata est. His initiis Philippus Congregationem instituere aggressus est. Non multo deinde post accessit ad hos Franciscus Maria Taurusius, tum laicus, quamquam in-
cui Taurusius adjungitur, ter commilitones suos tamquam sidus elucebat, vir Apostolico spiritu plenus, omnique laude præstantior. Is Julii Tertii affinis, ac Raynutii Farnesii Cardinalis sancti Angeli olim à cubiculo, Pii V jussu Michaelem Bonellum, sororis filium, Cardinalem Alexandrinum, in Hispaniam Galliamque ad Reges legationem obeuntem, secutus est: quo in itinere comitem habuit Hippolytum Aldobrandinum, tum Rotæ Auditorem, postea in Purpuratorum Patrum numerum à Sixto V adscitum, hodie demum totius D
Ecclesiæ Catholicæ Episcopum, Clementis VIII nomine insignitum. Hic ipse Pontifex Clemens, ubi Romanæ Ecclesiæ clavum tenere cœpit, Taurusium, de quo dicimus, Ecclesiasticis dignitatibus ornare in animo habuit. Ergo anno post Christum natum millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, mense Decembri, eum primum in Archiepiscopum Avinionensem elegit: tum anno nonagesimo sexto Nonis Junii Cardinalem creavit. Qui novus amplissimæ dignitatis gradus temperato viro summaque virtute exornato nihil dedit novum, nisi ut majore auctoritate prodesse pluribus posset. Anno demum nonagesimo septimo placuit Sanctissimo Domino nostro, ut is depositio Avinionensi Archiepiscopatu, Senensem Ecclesiam regendam administrandamque susciperet, quod & factum est. Taurusium ad socios ac- *cum Angelo Vellio;*
cedentem imitatus est Angelus Vellius Prænestinus, qui deinde Congregationi nostræ proximus à Baronio præfuit, & hodie præest, vir nostris laudibus non indigens. Porro Taurusius, & Angelus Vellius, etsi ex antiquioribus beati Patris alumnis habebantur, tamen non tam cito, ut alii, Sacerdotio initiati sunt.

88 Vivebant Patres eodem tecto, quibus cor u- E
num erat & anima una, mutuo se ardentique amore *quos suaviter regebat Philippus,*
diligebant, Deoque rem gratam facere omni ope nitebantur. Alumnos Philippus mira dulcedine benignitateque regebat: omnia enim ille factus omnibus, eos quibus parentis loco erat, consiliis paternisque cohortationibus potius, quam auctoritate imperioque, ad munera obeunda inducebat: illudque mirandum in eo simulque imitandum cernebatur, ipsum nullum ferme unquam imperio aut præcepto ad aliquid agendum impulisse, sed lenitate magis affabilitateque sermonis. Facilius enim ille blanditiis, lenibus adhortationibus, modestiaque, rogantis instar potius quam jubentis, eorum quæ agenda erant, etsi ardua magnaque, obedientiam impetrabat, quam alii auctoritate extorquere soleant; ita autem singulorum animos tenebat, ut eos quoquo vellet impelleret. Ceterum, ut religiosæ vitæ ritum formam- *scriptis etiam Constitutionibus.*
que aliquam introduceret, Constitutiones quasdam communi consensu condendas curavit, quas alacri fronte promptisque animis susceperunt omnes. Illud vero sapienter monebat, nullam aliam esse certiorem tutioremque rationem recta via quo quis intendit perveniendi, quam gnarum itineris ductorem sequi: contra, nihil periculosum magis, quam suo arbitratu, Præpositorum auctoritate posthabita, semet regere. F

89 At revertamur ad Patres, qui unanimes in
Eorum ibi exercitia ad proximos, Domino ambulantes, magno cum animorum fructu in Christi vinea excolenda apud Florentinos pro viribus laborare cœperunt: accedentium Confessiones audire: Eucharistiæ sacramentum, qui per Sacerdotium poterant, ministrare: à prandio ad ecclesiam S. Hieronymi se recipere, ut ibi de more sermones de rebus piis ad multitudinem facerent. Dominicis diebus, præter Oratorii sermones quotidianos, modo Baronius, modo Bordinus, in æde sacra Florentinorum, populo qui aderat cupidissime audiente, è suggestu concionabatur. Quibus rebus brevi factum est, ut tam Sacerdotum numerus, quam confluentium ad eum locum multitudo mirifice augeretur. Dictis factisque populum ad omne officium atq; virtutē vehementissime accendebāt: multos à turpi & flagitiosa vita, non ad sobrietatem solum & continentiam, sed ad contemptum etiam rerum fluxibiliū, atque ad salutaria Christi consilia, & frequentem Sacramentorum usum suaviter compulerunt; alioſque ad nostrum institutum vitæque rationem amplectendam,

crebris

A crebris ſermonibus inflammarunt. Singulis hebdomadæ diebus (ut modo à Patribus noſtris, uno excepto die ſabbato, fit) quatuor ex ſelectis Patribus (idonei enim ad id munus obeundum eligebantur) ordinata ſucceſſione in Oratorio verba ad populum habebant. Prædicabant autem hi, non ſe ipſos, ſed Chriſtum crucifixum; eorumque ſermones in rebus verſabantur moralibus, planis, & ad omnis generis hominum captum, vulgi præſertim, accommodatis. Ergo ſubtiles diſputationes devitabant; de rebus, non dictu ſpecioſis, ſed uſu neceſſariis, nulla pompa verborum populum erudiebant; ſermones, Sanctorum exemplis, quæ plurimum valent ad ſanandas hominum mentes, confirmabant: ex quatuor qui id munus obibant, primi in rebus plerumque moralibus verſabantur, alii res geſtas Sanctorum ſeu Eccleſiaſticæ hiſtoriæ eventa ordine temporum diſtributa enarrabant, ſemihoræ ſpatio ſingulis ad dicendum conceſſo.

& quaterni per diem ſermones.

90 Perrexerunt Patres tamdiu de rebus divinis in eccleſia S. Hieronymi ad populum dicere, donec Florentini egregium ſane opus, ad hunc uſum accommodatum, ſuis ſumptibus ad ripam Tiberis conſtruxere, ubi verbum de rebus piis fieri cœptum eſt. Hoc

victus communis.

B quidem vivendi genere plures annos uſi ſunt Patres, eadem domo viventes, ſeque ſuaque divino obſequio & animarum lucro tradentes. Erat omnium marſupium unum, communis menſa, eaque ſobria ac frugalis: oratio & meditatio plurima: Sacerdotibus, qui illis initiis quinque erant, rem divinam facientibus, ceteri aut quotidie aut alternis diebus cæleſti Pane reficiebantur. Id vitæ inſtitutum ita multis probatum eſt, ut plerique ingenio doctrinaque præſtantes, cum Sacerdotes tum laici, ultro ſeſe in Patrum contubernium contulerint: non enim omnes Religionis vinculis ſe aſtringere omnino audent. Hæc igitur fuêre noſtris hominibus Congregationis initia.

Creato Pio V Pont.

91 Reliquum jam eſſe videtur, ut ad res à Philippo geſtas Pio V, quem Pontificem Maximum futurum Pio IV vita functo præviderat præſenſeratque, tranſeamus: vocem enim quamdam in ipſo noctis ſilentio audivit, Frater Michael, Cardinalis Alexandrinus, Pontificatum obtinebit. Creatus is fuit VII Idus Januarias, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, ſedit annos ſex, menſes tres, dies

A. Æt. 51 viginti tres. Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, Petrus Victricius Parmenſis, gravi

a C oppreſſus *a* corporis valetudine, tenebatur lectulo. *Moribundũ ſanat Philippus.* Eum adeo morbus urgebat, ut deſtitutus à medicis pro mortuo lugeretur à ſuis. Interim venit ad eum Philippus, manibuſque moribundo admotis, precibus pro eo fuſis, illud his rebus aſſecutus eſt, ut is adeo melius confeſtim habere cœperit, ut duobus vix interpoſitis diebus è lecto plane incolumis ſurrexerit. Vivit is adhuc *b*, confitetur ter per hebdomadam, totidem [vicibus] communicat in templo noſtro ſanctæ Mariæ à Vallicella.

b

alium ad bene moriẽdum juvat.

92 Eodem ipſo anno Antonius Fuccius medicus, quæ eſſet ejus in morientes pietas, in ſe ipſo experiri meruit. De eo, cum quodam die, me aliiſque præſentibus, loqueretur Philippus; Is, dicere cœpit, cum virginem quamdam, religioſam valde, graviſſimo morbo laborantem, in ecſtaſi poſitam comperiſſet; moratus ibi tamdiu quoad ægra ad ſe rediret, hæc ab ea ubi primum ecſtaſi liberatur, audit; Hem Antoni, qua te vidi inter Angelos pulchritudine! qua venuſtate! Quibus ille perterritus confeſtim ad beatum Patrem advolat, rem ut ſe habuerat totam narrat; tum domum reverſus, eo ipſo die in morbum incidit, ex quo non convaluit. Inviſebat eum Philippus ſingulis diebus maximo caritatis affe-

ctu, diviniſque verbis ejus animum confirmabat: ſed cum ægritudo indies augeſceret, ei morti appropinquanti dæmon *c* medici ſpecie ſeſe oſtendit; bonum habere animum jubet, vitam pollicetur longiorem, ex morbo evaſurum affirmat. Credidit æger ſuadenti, quem quis eſſet non noverat; ſed à beato Patre aliiſque è ſuis admonitus, diabolicam fraudem agnoſcens, mortem libenti animo amplexus eſt, quæ illo ipſo die contigit; obiitque is maxima cum ſignificatione pietatis. Ceterum illud de hoc ipſo viro, qui in antiquioribus Philippi alumnis unus fuit, non ſilendum. Decreverat is ob carnis tentationes, quibus aſſidue in curandis potiſſimum mulieribus dæmonis arte impugnabatur, medendi curam abjicere: quod cum ille Philippo (quippe qui erat ei à Confeſſionibus) retuliſſet, id ab eo *d* reſponſi accepit: Non potes, nec debes ab arte medica deſiſtere, cũ iis qui tibi affines ſunt, tute ipſe, quod inopia laborent, eo lucro quod in medendo facis, veſtitum præbes & victum; cuncta itaque tuæ artis officia ſecurus exequere, nullam unquam poſthac, mihi crede, carnis tyrannidem ſenties. Credidit homo Philippo loquenti, ſoloque obedientiæ clypeo munitus, ad obitum uſque medici officio, abſque ullo prorſus libidinis ſenſu, ſive ægris hominibus ſive feminis mederetur, functus eſt. Hoc ipſo itidem anno adjunxit ſe noſtris Patribus Franciſcus Sotus, Oxomenſes Hiſpanus.

AUC. ANT. GALLONIO

c

antea juſſit ob carnis ſtimulos non dimittere artem medicam.

d

E

93 Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo ineunte, nova exoritur tempeſtas in Philippum ejuſque alumnos; quandoquidem non deerant, qui quod noſtrum forte inſtitutum ſuſpectum haberent, de eo funditus evertendo dies noctesque cogitare cœperint: verũ, etſi acerrimi erant operis inſectatores, Deo rem ſuam adjuvante, omnis adverſariorum labor ad irritum cecidit. Eodem, ut arbitror, anno, adoleſcentulus quidam, cui Joanni Baptiſtæ Creſcio *e* nomen erat, gravi ophthalmia laborabat, & ardentium lacrymarum profluvio, ita ut nec auram nec lucem ferre poſſet. Cumque multos dies hoc oppreſſus morbo jacuiſſet, decreverunt tandem medici cauterio adoleſcentulo ſuccurrendum eſſe. At cum id remedium Joannes (id ægri avunculo erat nomen) non approbaret, Joannem Baptiſtam ad Philippum adduxit; Is, inquiens, qui ſororis meæ filius eſt, ex oculis laborat; rogatque preces pro eo ad Deum offeras. His ille auditis, manibus affectæ parti confeſtim admotis; Hoc morbo, ægro ait, liber eris. Qui mox habere melius cœpit, pauciſque poſt elapſis diebus, nullis adjutus medicamentis, integram valetudinem recuperavit omnino.

A. Æt. 52

Ophthalmiã curat.

e

F

94 Sed abeamus ab his, & veniamus ad fructum animorum anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi octavi. Fructus eorum, qui Oratorium frequentabant, tacite magis æſtimari ab hominibus, quam à me inconſiderate poni in mea hiſtoria decet; ſed vel hoc ſolum de eo dicam, tantæ multitudinis concurſum ad ſermones fieri ſolitum, quantam capiebat locus. De eodem hujus temporis id memoriæ prodidit Joannes Rubeus, in libro *f* quem Philippo dicavit anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, quod abs re forte non erit hiſtoriæ intexere. Id tale eſt. Ex omnibus, quæ Romæ anno ſuperiore (eſt is annus hujus ſeculi ſexageſimus octavus) ſum admiratus, perjucundum mihi fuit intueri tam copioſam piorum hominum multitudinem, S. Hieronymi Caritatis, ut vocant, templum atque oratorium quotidie frequentantem. Quæ quidem ſingularis exempli exercitatio, præ veterum atque illuſtrium ædificiorum ſplendore, tamque præclaris tot principum virorum aulis, eorum omnium quæ ſe mihi

A. Æt. 53

f

Exercitia Oratorii magno cum fructu procedunt.

admirabilia obtulerunt, gloriam longe visa est antecellere; eoque plus inde jucunditatis atque admirationis cepi, quod viderem frequentem tot clarissimorum virorum atq; omnium gentium concursum tanta alacritate confluentium, ut privatas conciones ac res divinas, de quibus à te (Philippum dicit) puro Christianæ Religionis atque ipsorum salutis ardore agebatur, exciperent. Qua ex re oritur sæpissime in tuis spiritualibus filiis sublimis quædam, terrenis omnibus abdicatis, uni Deo serviendi cupiditas: qui nimirum in variis hodie conspiciuntur cœnobiis ac sacris Religiosorum familiis, propriam vitam huic divino cultui obsequioque perpetuo consecrasse, & cetera quæ sequuntur. Hactenus epistola, ex Italico sermone in Latinum conversa, ex qua satis apparet, qui concursus ad sermones, quæ ad nostros frequentia, quis fructus animorum illis temporibus fuerit. Atqui id non solum recitatâ epistolâ; sed voce potius illorum, qui hujusmodi colloquiis intererant, cognovimus; suntque ii, à quibus accepimus, oculati testes, digni prorsus quibus credatur in omnibus.

AUC. ANT. GALLONIO

A.Æt. 54. 95 Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Constantius Tassonius, Mediolano Romam à Pio Quinto honoris gratia evocatus, re-

B cta ad ædes S. Hieronymi, Philippi salutandi visendique causa, venit. Id ubi ille audit, jubet illico duobus è suis, tum adolescentulis atque ceteris minoribus natu, nempe Octavio Paravicino (quem longo post tempore Gregorius Decimus-quartus, anno hujus seculi nonagesimo primo, ob singulares viri virtutes, Cardinalem creavit) & Germanico Fideli, ut in limine ostii, qua Constantio eundum erat, cadaverum instar sese prosternerent, prostratique tamdiu jacerent, dum ille progrederetur. Atqui, quorsum hæc à Philippo fierent, nemo fuit qui perciperet; verum eventus deinde secutus rem patefecit. Constantius etenim, paucis post elapsis diebus, etsi optime tum valebat, morbo gravi & mortifero derepente affectus, decessit. *g* Eodem tempore Laurentius Chri-

g stianus (Clericus is erat Basilicæ Vaticanæ) cum ætatis annum vigesimum aut eo amplius ageret, incidit in morbum; eoque invalescente desperantibus medicis, mortem in horam, solennibus Confessionis, Eucharistiæ, Oleique sancti præsidiis communitus, exspectabat. Cumque sensibus omnibus destitutus detineretur lectulo, à Philippo sub primam horam noc-

C tis invisitur: qui mox de statu ægri adstantes rogitat, tum precibus ad Deum fusis, ubi ab oratione surrexit, Laurentius (dixit) ex isto morbo haudquaquam morietur: propiusque ad eum accedens, impositis super illum manibus, ejus nomen magna pronuntiat voce. Nec hæc sane frustra. Moribundus enim, illius clamore excitus, oculos confestim aperit; inde redeunte animo cibum sumit, melius habet, pauciscque post horis non omnes modo sensus pariter cum voce recepit, sed excussa etiam febri plane convaluit. Interim medicus, is erat Petrus Crispus, mane à domesticis ad eum revocatus, venarum pulsum explorat; cumque ex pulsu arteriarum salvum esse comperisset, admirans; Major te, Laurenti, inquit, dextera servavit, non mea; neque enim humana es arte, sed divina ope levatus. *h*

Mortem uni è suis præsagit Philippus,

ab altero, impositâ manu arcet.

h 96 Cum Deo proprium sit amicos suos frequentissime exercere, quo eos meritis augeat; hinc mirum nemini esse debet, si Philippum novis semper tribulationibus, & his quidem gravissimis, modo ab hominibus, modo ab ipsis dæmonibus excitatis, divexari permiserit. De viris justis illud legimus: Multæ tribulationes justorum & de omnibus his liberabit eos Dominus. Tribulationes, quæ sese ei objiciebant, forti semper animo hilarique vultu amplectebatur: in eis enim non modo animum numquam despondit, sed nec vel minima tranquillitatis conscientiæ parte nudari se sensit. Insectatores passus est cum externos tum domesticos, eosque miro Spiritus sancti artificio, patientia, humanitateque frangebat. Ex domesticis non defuere (quod de primariis Sanctis scriptum novimus) qui Beatum Patrem nimia fortasse simplicitate (sic illi appellabant) præditum, nimiumve rudem dicerent. Quæ ille omnia, Christi amore ad majora perferenda paratissimus, ridebat: atque in his non absimilem ipsum fuisse cognovimus sanctissimis illis Monachorum Archimandritis, satis numquam laudatis, Sabis, Theodosiis Cœnobiarchis, Nicetiis, Romualdis, Franciscis; item Beatissimis Episcopis Martinis, magnis Gregoriis, aliisque multis, de quibus similia vel certe graviora circumferebantur, cum alioquin summa illi essent prudentia summaque humanitate imbuti.

Chmurmurantes etiã domesticos patitur.

Ps. 7, 20

97 In exitu anni sexagesimi noni, & insequente (qui fuit septuagesimus) ineunte, aliis illũ modis exercuit Dominus. Quippe non ferens diabolus fructũ, qui ex Oratorio nostro ad profectum animorum procedebat, simul futura præsagiens; eam confestim quibusdam (qui instituti nostri munera haud forte probabant) mentem injecit, ut Philippum per simulationem pietatis ad Summum Pontificem deferrent; quasi auctor ille esset, ut in quotidianis sermonibus, qui de rebus piis eo præsente atque jubente simulq; interrogante in Oratorio fiebant, multa stulte dicerentur, quæ vel summam simplicitatem summamque ineptiam, vel certe gravem & intolerabilem eorum qui loquebantur arrogantiam redolerent. Hæc ubi ad aures Summi Pontificis perveniunt, veritus ille ne quod novum incendium existeret, hujusmodi rem diligenter cauteque examinandam putat. Ergo accersiri confestim jubet è Dominicana familia doctissimos viros, Paulinum civem Lucensem, & Alexandrum nunc Fori-Livii Episcopum, quibuscum separatim, non modo à reliquis, sed ab ipsis etiam loqueretur. Enarravit quæ de Oratorio nostro auditione acceperat, ac timere se dicebat, ne Philippus (quem idiotam forte arbitrabatur) in iis tractandis quæ ad Christianæ fidei dogmata pertinerent, laberetur. Quo peracto, id utrique sanctæ obedientiæ nomine imponit, ut singulis hebdomadis, quasi aliud agere simulantes, Oratorium adirent, sermonibus interessent; ubi si quid ab adstantibus, doctrinæ ac rerum expertibus, in referendo symbolo, quod quisque interrogatus dabat, audirent, quod rectæ fidei aut bonis forte moribus adversaretur, id colligerent, animis mentibusque mandarent, atque ad se referrent quamprimum: ea enim tum vigebat consuetudo, ut inter sermones laici etiam homines eisdem de rebus, de quibus in Oratorio agebatur, interrogarentur.

Occupatur à delatoribus Papa,

E

mittit qui colloquia explorent.

F

98 Ergo Dominicani Patres sæpius per hebdomadam ad Oratorium veniebant, totam ipsi rem præsentiâ cognoscere, totamque inquirere (quamquam alter alterum nesciebat) aggrediuntur: Philippi spiritum, doctrinæ genus, & vitæ institutum expendere decernunt: ad sermones audiendos cetera cum multitudine confluunt: qui modus differendi sit, quove sermones tendant diligentissime animadvertunt. Mirari satis Philippi in dicendo vim, ardorem, atque mirabilem securitatem nequibant: illitteratus enim ille (quæ erat sui despicientia) apparere studebat; nihilominus ad singula, quæ examinanda proponebantur, ita ubi res exigeret respondebat, ut scopum semper (Dominicanis pene obstupescentibus) attingeret feliciſſime. Quibus illi commoti, non solum tam bene de Oratorio nostro, deque Philippi pietate ac doctrina, quam unquam antea sense-

& ex missis intelligit bene agi omnia,

re;

re; verum Pontifici etiam ſana cuncta ſe reperiſſe narrarunt, ſicque adjuvante Domino tota res brevi ſine ullo judicii tumultu ſupreſſa eſt, atque in priſtinum candorem reſtituta. Ceterum hæc ipſa Philippum præſenſiſſe divinitus, vel ex hoc uno cognoſci poteſt. Nam cum Pontifex apud Principem *i* virum, de Oratorii noſtri inſtituto deque Philippi ſpiritu, præſente nemine, conquereretur; accerſito Philippus eo ipſo die viro (lectulo enim ille ob ægritudinem detinebatur) aperuit illico, quid ei Pontifex (ſecreto licet) de ſe ipſo atque de Oratorio noſtro narraverat. Verum haud multo poſt Pontifex, re ſatis jam comperta atque explorata, Philippum ejuſq; alumnos præcipuo quoad vixit amore ſtudioq; complexus eſt. Illud nec præteribo, quod obſervarunt nonnulli, Deum de Philippi inſectatoribus pœnas *k* ſumpſiſſe. Ejus rei plura extant exempla, ſed, ne quemquam offendam, ea miſſa facio.

quod nec Philippum latuit:

i

k

99 Eodem anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Joannes Angelus Cribellius *l*, cum ad Philippum de more, animo confitendi de peccatis ſuis, feria quinta ſanctioris hebdomadæ, ſanus corpore viribuſque potens, acceſſiſſet; vix ad ejus ſe pedes proſtraverat, cum ille hominem intentis oculis intuitus: Paratus ſis, ei dicere mox cœpit, virili præſentique animo, ne quidquam vereare, ſed confortetur cor tuum: Deus quippe neſcio quid ſibi ad gloriam ſuam à te depoſcit. Cui Joannes Angelus; Nihil nunc, inquit, timeo Pater; ad omnem eventum paratus ſum; faxit de ſervo ſuo Deus quod ei libitum eſt; ad ejus arbitrium vitam inſtitui meam, ejuſque totus ſum. Tum Philippus, Quid ſi, ait, velit Dominus maxima premaris tribulatione? Ita me, reſpondit ille confeſtim, ad eum conformo, ut perpetuo voluntatem ipſius cupiditati meæ antelaturus ſim. Hîc Philippus: Cura, ut te pro viribus pares ad eam rem, gravem quidem, quæ tibi Dei permiſſu acciderit, æquo libentique animo perferendam. Rediit Joannes Angelus paulo poſt domum optima valetudine; ſed deficiente die tantus mox improviſo morbus eum oppreſſit, ut quarto die attulerit mortem: quam ille hilari fronte, Sacramentis Eccleſiæ munitus, amplexus eſt.

qui uni è ſuis mortem prædicit,

l

100 Diligenter examinabat Philippus quæ ab iis, qui pro energumenis habebantur, fieri cernebat; nec facile inducebatur ad credendum quemquam dæmonio vexari. Hinc quæ ejus rei fidem facere poterant, ad naturalia ferme principia referebat, utpote ad naturales ex atra bile morbos, ad uteri affectus, aut certe cerebri decrementum. His igitur de cauſis raro admodum energumenis adjurandis, niſi neceſſitate compulſus, navabat operam: illud vero ſapienter diſcipulos monebat, ſibi ipſis caverent, ne energumenas fœminas, niſi adſtantibus multis, adjurare præſumerent. Eodem ut arbitror anno, Atellâ *m* Romam venerat mulier quædam nobilis, Catharina, ab immundis ſpiritibus occupata. Hæc quamquam litteras non didicerat, Latine tamen perbene *n* pureque loquebatur; Latine interrogata, Latine pariter reſpondebat. Crederes eam, quæ nec ſcholas frequentaverat, nec magiſtros ullos habuerat, humanioribus litteris Latinoque ſermone ſcite eruditam excultamque eſſe: tantum præterea animi tantum roboris habebat, ut vix à quatuor robuſtis viris allevari, teneri, fiſtique poſſet, dæmone ipſo feminæ, natura imbecilli ac debili, vires ſuggerente. Adducitur itaque ad Philippum: qui eam *o* exorcizare aggreſſus, non prius precationibus pugnare deſtitit, quam ab ipſa diabolum expulerit. Quodam autē die beato viro Catharinam ferreis catenulis immiſericorditer verberante, dæmon alta voce clamare cœpit, Cæde jam, cæde, percute, occide: quæ verba identidem repete-

& energumenam liberat.

C

m

n

o

bat. Mirum videre erat feminam, toto eo temporis ſpatio quo à Philippo vapulavit, nunquam ſe loco ne tantillum quidem movere, ſed marmoreæ ſtatuæ inſtar manere immobilem, loco ſemper hærentem. Illud ſane nec reticebo: vix præſentiebat ſe à propinquis ad Philippum evocari, cum eorum conſpectum declinandi cupida (ut quæ vereretur ne exorciſmis de more ab eo urgeretur) nunc hoc loco, nunc illo occultabat ſe velociſſime. Quod ſi res ei ex ſententia non ſuccedebat, ingentibus ædem clamoribus implebat, venire cunctabatur, rapere opus erat: Philippo, ſumma vi obluctans, vix à quatuor viris ſiſtebatur. Hæc cum ille cerneret, ut erat ejus miſeratione commotus, ipſam tantiſper & verberibus cæcidit, & exorciſmis adjuravit, dum nequiſſimos ab ea ſpiritus fugarit divinitus. Hic ne illud quidem prætermittam. Cum quodam die ea ipſa, de qua diximus, Catharina, Philippi juſſu, flagellis cæſa eſſet; inſequenti nocte eidem Philippo, ſuo clauſo cubiculo, apparuit ſatan: qui minacibus oculis illum intuitus in has prorupit voces: Heus, heus, bone vir, hodie pro tuæ voluntatis arbitrio auctoritati meæ illuſiſti; at ego injuriarum non obliviſcar. Et his dictis confeſtim evanuit.

AUC. ANT. GALLONIO

E

ANNOTATA.

a *Ejus rei juratus teſtis eſt ipſe Petrus, ſed non unicus.*

b *Dum hæc [Romæ] imprimuntur, eripitur nobis* VIII *Kal. Aprilis, eccleſiaſticis Sacramentis rite perceptis, idem Petrus Victricius, ætatis anno* 79.

c *Id à Card. Tauruſio acceptum.*

d *Ejus rei conſcius eſt, ut ſileam ceteros, idem Card. Tauruſius.*

e *Id hic ipſe Io. Baptiſta ſacramento enuntiavit.*

f *Extat hîc liber Italice conſcriptus, cui titulus eſt,* Eſamine *&c.*

g *Eam rem ſacramento firmarunt Card. Tauruſius, & P. Germanicus Fidelis.*

h *Totam rem ipſe Laurentius aliique oculati teſtes publico teſtimonio confirmarunt.*

i *Hujus rei juratus auctor eſt Alexander Medices Cardinalis.*

k *Iurati teſtes quamplures id aſſerunt: item Card. Baronius.*

l *Eam rem tres jurati teſtes declararunt.*

m *Totam hanc rem à Philippi diſcipulis, qui ipſum eo tempore ſequebantur, accepimus, in quibus unus eſt Card Tauruſius.*

n *Energumenos peregrinis linguis loqui ſolitos, tradunt S. Hieronymus in B. Hilarione, Turonenſis de miraculis S. Martini lib.* 1, *cap.* 2, *Einhardus Abbas in Tranſlatione SS. Marcellini & Petri lib.* 3, *cap.* 13, *Antoninus p.* 3, *tit.* 23, *cap.* 14.

o *Sancti viri in energumenis liberandis multum temporis frequenter inſumpſerunt. Lege S. Hieronymum in Hilarione, Palladium in Lauſiaca cap.* 28, *Vitas SS. Auxentii, Theodori Siceotæ, & Anaſtaſii Martyris, atque Baronium in Annal. tom.* 8, *anno* 713.

CAPUT IX.

Res geſtæ ab anno 1571 *ad* 1576 *inclusive.*

CHriſti anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, Joannes Animuccius, magna animi tranquillitate, ſupremum diem Philippo præſente explevit. Fuit is de ejus diſcipulis unus, vir admodum pius, qui plus quindecim annos Lucretiæ conjugis, pari religione feminæ, amplexibus abſtinuerat: quibus expletis, perfectioris vitæ

101 A. Æt. 56

Rara virtus Ioannis Animuccii.

AUC. ANT. CAZONIO. desiderio ſtimulante, quod ſuapte ſponte faciebat, voto agere quinquennium ante obitum voluntate uxoris decrevit: cujus illa facinus poſt imitata, idem Deo votum lætiſſima nuncupavit, feliciſſimeque ad ultimum diem ſervavit. Acta ſunt hæc beati Patris permiſſu, qui in his concedendis, quod hujus vitæ pericula dæmoniſque laqueos atque in bonos invidiam noſſet, difficillimum ſe præbebat. Venerat quidam, cui Alphonſo nomen fuit, anno hujus ſeculi ſeptuageſimo quarto, v Idus Januarias, ad noſtrum Oratorium *a*, ut ſermonibus intereſſet. Huic diei hora tertia & vigeſima domum redeunti, in ipſo S. Hieronymi ambulacro obtulit ſeſe videndum Animuccius, quem vita functum narravi; atque quaſi viveret, quid in Oratorio fieret, ex eo quærit. Cui ille, Jam cantatum eſt, ait: ſermonibus enim finem fecere Patres. Tu vero viſne, pergit dicere, Philippum adire? Non poſſum, reſpondit defunctus: ejus preces petitum veni: tu itaque, ſi qua eſt mei miſeratio, age cum eo, ut indigenti opem ferat. Quibus dictis ex oculis abiit. Sed hic me locus impellit, ut de pia femina Lucretia, Animuccii de quo dixi uxore, & Philippi ſpiritali filia, ſcribam aliquid. Huic ille, ut haberet ſtimulos ad fundendas preces, certam præſcribit horam, quam ipſis nocturno tempore tribueret; illud ſimul adjiciens; ni ad conſtitutam horam è ſtrato exiliat, ab eo ſe evocandam fore omnino. Sed cum femina ſomno evicta præſcripto tempore haudquaquam ſurgeret, Philippi vocem, *b* qui procul inde aberat, in ipſo ſilentio audiebat; quæ orationem præciperet, eamque ad precandum excitaret. Eadem multos jam dies non ſurgebat è lecto: morbus febris erat. Huic itaque quodam die mandat Philippus, *c* ut poſtridie ejus diei ad templum S. Hieronymi ſine cunctatione Sacrum auditum pergat. Mira dictu res! Inſequenti nocte ſanam ſe eſſe viribuſque valentem animadvertit; exilit è lectulo, ad eccleſiam venit, rei ſacræ intereſt, domum incolumis repetit, Philippi virtutem prædicat, vitam ad multos annos producit. Eidem demum inter confitendum prædixit mane Philippus graviſſimos intemperantiæ ſtimulos, *d* quos illa proxima nocte dæmonis opera ſuſtinuerat.

a

b

c

d

& uxoris Lucretiæ.

B

102 Eodem hujus ſeculi anno ſeptuageſimo primo, Congregationi Deo vocante nomina dant, ſeque noſtris aggregant, Thomas Bozzius Eugubinus, cujus multa extant opera in lucem edita; alter Nicolaus Gilius Trecenſis, vir is fuit egregie pius, atque in caſibus conſcientiæ verſatiſſimus; tertius Antonius Talpa Septempedanus, Juris civilis peritus. Præter hos acceſſerat ſuperiore anno ad noſtros Antonius Sala Bononienſis. Anno à Virginis partu milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Martio ineunte, Cæſar Baronius periculoſe ex febri laborare *e* cœperat. Ea febris vis fuit, ut die undecimo deſperata à peritiſſimis medicis ſalute, ad exitum ſine ulla humani ſpe remedii properaret. Id ubi Philippus animadvertit, ſeſe ad orandum pro ejus valetudine dat, nec irritus; preces enim ſuas auditas eſſe ſenſit: idipſum & Baronius certo hoc indicio didicit. Eo ipſo tempore, quo Philippus divinam precabatur clementiam, jucundiſſimo confeſtim ſomno corripitur. In ſomnis ſibi videre videbatur eumdem beatum virum, prope Chriſtum ſtantem, ad Chriſti dexteram ſanctiſſimam Virginem candenti amictu, poſteaque Philippum obnixe Dominum rogantem audire: Serva Cæſarem: Cæſarem priſtinæ reſtitue valetudini: Cæſarem incolumem volo: ſupplicanti mihi Cæſarem redde. Et hæc quidem verba, qua erat in Deum fiducia, identidem alterius Moyſis inſtar repetebat. Interea cum ſic diutius cum Domino, ut novus Jacob, luctaretur, nec quidquam impetraret; videbatur ſibi illum ipſum cernere, qui ad ſanctiſſimam Dei Matrem verſus cum ea ſuppliciter ageret, ut quod ex ſe conſequi non poſſet, per eam omnino aſſequeretur; ejuſque petitioni Virginem annuere, rogareque illico impenſe Filium, ut quod ille peteret concedere non gravaretur; eumque tamdiu exorare, quoad Philippus voti compos efficeretur. Hæc itaque dum fierent, moribundus ſomno experrectus, & cæleſti indicio lætus, melius habere cœpit; eoque ipſo die ſuam in tuto vitam, medicis admirantibus idque miraculo dantibus, collocavit; brevique poſt omni penitus ægrotatione corporis liberatur: quibus profecto rebus, haud vanum fuiſſe viſum, oſtenſum eſt. Vivit is hodie univerſo orbi notiſſimus, haud immemor cujus ope & valetudini & vitæ reſtitutus ſit.

Philippus novos ſocios adſciſcit.

C

Anno Æt. 57.

e

ſervat Baronium moribundum.

intercedente apud filium Deipara.

D

103 Eodem ferme tempore quidam Ambroſius graviſſime ægrotare cœperat, & morbo indies invaleſcente eo tandem venerat, ut viribus jam pene omnibus deſtitutus, nullam in partem niſi aliena ope adjutus movere ſe poſſet, allevatumque ubi opus erat ſuper lectulum quatuor vix homines ſuſtinerent. Id cum Philippus audit, ei illico his verbis jubet: Ambroſi, ſurge quantocius. Vix hæc dixerat, cum æger, omnibus qui aderant ſtupentibus, miraculumque iterum ac ſæpius inclamantibus, nullius ope allevat *f* ſe, allevatuſq; nullis adminiculis ſtat: & brevi poſt, ejuſdem Philippi precationibus, ad integram reſtitutus eſt valetudinem. Sed abeamus ab his, & veniamus ad res à Philippo geſtas Gregorio XIII, Pii V ſucceſſore: qui Pontifex renuntiatus fuit III Idus Majas anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo; ſedit annos duodecim, menſes decem, dies octo & viginti.

& alium ægrum interim perio:

E

f

104 Juvenis quidam Mutius, beati Patris conſilia ſequi decernens, eidem peccata ſua confiteri cœpit, anno ſalutis milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, menſe Octobri: ſed, ut inconſtantes ſunt mortalium animi, non multo poſt rediit ad eam dementiam, de qua videbatur dejectus. In impudicitiam enim anno inſequenti Februario menſe ineunte lapſus, vulnus medico aperire erubeſcebat; aliiſque delictis Confeſſione patefactis, hoc unum ſilentio præteribat. Id autem ubi divinitus beatus Pater præſentit, juvenem monet, ut integram faciat peccatorum Confeſſionem, dæmonemq; confundat. Sed cum clauſas ille haberet aures ad voces cohortantis, in eoq; perſeveraret quod delictum aperire nollet; ſubjecit illico Philippus, Tu non omnia mihi delicta narras, quod faciens maximo te aſtringis ſcelere: quæq; ille crimina perpetrarat, omnia ad unũ aperuit. Hæc, & hæc delicta, dicens, ſponte præ verecundia ſilentio involviſti. Vix ejus flagitia enarraverat, quæ præter Mutium ſciebat nemo, cum juvenis, ſtupore ſimul ac verecundia commotus delictum confitetur, Confeſſionemq; omnium à pueritia peccatorũ repetit, multaſque profundit lacrymas pœnitentiæ teſtes: is demum in patriam reverſus, viam qua itur ad Chriſtum, ſequi non deſtitit. *g* Illud præterea permultis ſæpiſſime contigit, ut vix confitendi ſtudio ad beati Patris genua procubuerint, cum is confeſtim quæ quiſque delicta commiſerit, quas tentationes ſuſtinuerit, in quaſve cogitationes inciderit, apertiſſime indicaret, quæ res maximam illis admirationem movebat *h*. Sub idem tempus unus ex ejus filiis ſpiritualibus, qui adhuc vivit, ex ſarcocele (vulgo herniam carnoſam dicimus) laborabat. Is cum diu remedia de medicorum conſilio ad morbum adhibuiſſet quamplurima, deſperatis tandem medentium auxiliis, in quibus nihil opis eſſe experientia didicerat, ad Philippi opem confugit, eique morbi genus exponit. His Philippus auditis in hæc verba reſpondit: Bonum animum habeas, brevi convaleſces: quod

A. Æt. 58.

confitenti occultata peccata indicat.

F

g

h

ægro ſalutem reddit.

A quod & factum eſt, nullo in poſterum remedio ad morbum adhibito *i*.

oratorio in ædes Florentinorum translato,

105 Interea temporis, dum Oratorium & numero in ſingulos dies augebatur & fructu, conſtruunt Florentini ſuis ſumptibus ad ripam Tiberis, ad majorem noſtrorum commoditatem, egregium ſane opus; ubi ſermones fieri cœpti ſunt, non minore populi frequentia nec fructu, anno hujus ſeculi ſeptuageſimo quarto, XVII Kalendas Majas, qui dies eo tempore in quintam hebdomadæ feriam Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti celebris inciderat. Eo ipſo anno ad noſtros ſeſe aggregant Fabricius Mediobarbus, Politonii, viri divini humanique juris peritiſſimi filius, qui tertio decimo poſt anno ab ingreſſu obiit; & Pompejus Paterius, civis Papienſis, Sacerdos. Eodem anno cum Joannes Baptiſta Altovitus adeo graviter æger eſſet, ut de eo actum eſſe medici proclamaſſent, oravit pro eo Philippus. Supplicatione completa, evocato ad ſe confeſtim Franciſco Mariæ Taurufio jubet, ut ægro ſuo nomine nuntiet, eum haudquaquam ex præſenti morbo moriturum; quin potius mane (tum enim veſper erat) melius habiturum. Extitit dicto

futuro prædicit,

k fides, quandoquidem id uti prædixerat, obtigit *k*.

B Hoc item anno IX Kalendis Aprilis, cum Lavinia, è prima nobilitate femina, Fabricii Maximi uxor, ventrem ferret; mentione de ea Philippo præſente illata, pro certo is affirmavit illam virilem prolem edituram: & hæc effatus, ad ejus qui aderat virum converſus; Uxor tua, inquit, filium pariet, quem Petri nomine appelles volo: nec aliter evenit, Aprili enim menſe infantem effudit; qui matri ſuperſtes duorum jam filiorum pater effectus eſt.

moribundæ ſanat,

106 Eo ipſo anno, Aprili menſe aut certe Majo, mulier primaria Conſtantia Creſcentia, cum

l effuſo fœtu *l* ad ultimum veniſſet vitæ diſcrimen, variis gravibuſque ſymptomatibus oppreſſa; ſecum ipſa animo agitare cœpit, nullum ſibi remedium ad morbum repellendum præter unum Philippum reliquum eſſe: videbatur enim ſibi, ſi ille, de quo multa auditione acceperat, quamquam hominis faciem non noſſet, pro ea precationibus inſtitiſſet, diſcuſſum iri morbum omnino. Ergo accerſitur; qui manibus mox ægræ impoſitis, preces Deo pro ejus ſalute fundit: quo attactu ingenti femina lætitiâ perfunditur, majoreque ſpe teneri cœpit ſe tanti viri precibus in priſtinam ſanitatem reſtituendam fore. Nec irrita; inviſens eam

C iterum Philippus, rogat, velitne ad ſe venire ad eccleſiam S. Hieronymi: annuit illa, utpote quæ diceret, nihil eſſe quod faceret æque lubens. Tum ille: Bono animo eſto, nihil, mihi crede, eſt quod vereare, venies ad me ad S. Hieronymi. Nec falſa prædictio; mulier enim brevi contra omnium opinionem priſtinæ valetudini reddita eſt; Philippo, qui eo tempore ædes S. Hieronymi incolebat,

A. Æt. 60 *iterum aliâ.* ad Confeſſiones perpetuo uſa. Anno inſequenti Januario menſe, contraxerat *m* Agnes Columna, femina æque præſtantiſſima nobiliſſimaque, ex abortu adverſam valetudinem: cumque indies deterius haberet, jam non longe, ut fama erat, à mortis periculo aberat. Eam itaque, ità graviter ægrotantem, atque à medicis mali magnitudine derelictam, inviſit Philippus, eique ſpem ſalutis oſtendit. Deſine, dicens, Agnes, vereri, timorem curamque omnem depone: ex hoc morbo evades. Nec verba in vanum jacta: mulier, deſperata licet valetudine, præter omnium ſpem priſtinæ ſanitati reſtituitur, vixitque ad annum uſque ſeptuageſimum octavum, quo VI Kalendas Majas ſupremum vitæ diem clauſit.

m

107 Cum puſilli hujus gregis fructus uberrimi Indies conſpicerentur, cogitari à noſtris cœptum eſt, ut alienis domibus relictis proprias aliquando ſibi ſedes acquirerent, quibus opus Dei, ad ſucceſſores ejuſdem ſpiritus vitæque rationis heredes, tranſmitteretur: nempe qui eadem exequentes munia, Deo primum gratum hominibuſque deinde proficuum obſequium perpetuo exhiberent. Cumque eâ de re crebrimi inter eos haberentur ſermones, ne ſuum potius quam Dei proximorumque negotium agerent, de confirmanda ſtabiliendaque Congregatione deliberant. Verum Philippus, ne tanta in re quidpiam ex propria ſententia ſtatuiſſe videretur, totum negotium Deo aſſiduis precibus commendabat: id ipſum faciebant alii: cumque diutius precationibus inſtitum eſſet, venit tandem illis in mentem parochialis eccleſia B. Mariæ à Vallicellâ, Regionis Pontis ſeu Parionis: in umbilico Urbis ſita. Erat ejus eccleſiæ Rector Antoninus quidam Adjutus, id viro cognomen, Presbyter Meſſanenſis: is rogatus à Patribus, an fructibus ſibi quoad viveret reſervatis, eccleſiam illam dimitteret, conſenſit; conſenſuque habito, ejus officii procurationem Philippus Taurufio mandat. Hic ſuſcepta mox provincia Pontificem adit,

E eique vota ſtudiaque Philippi & alumnorum exponit. Nec ſua eum fruſtrata ſpes: Gregorius enim, qua erat in Deum pietate, cum Philippum probe noſſet, multaque tum ex Taurufio tum ex aliis de Congregationis inſtituto didiciſſet, non modo eccleſiam conceſſit, ſed Congregationis etiam erectionem confirmationemque (utrumque enim petebatur) Apoſtolica auctoritate indulſit; ad eam quippe diem nullâ erat Apoſtolicâ auctoritate ſancita Congregatio. Harum rerum extant litteræ Apoſtolicæ, verbis ampliſſimis hoc ipſo anno datæ, Idibus Juliis.

Aug. Ant. Galonio Vallicellensi parochiam impetrat,

& confirmate Congregationi Breve.

108 Eodem anno ſexto Kalendas Auguſtas, mulier Olympia, cui Troianæ cognomen erat, cum duos jam dies periclitaretur difficultate partus (fœtum enim effundere non poterat) parum abfuit quin vitæ extremum diem morte conficeret *n*. Interea temporis, dum pro mortua lugebatur à ſuis, venit ei in mentem Philippus. Qua ex re in ſpem ſalutis ingreſſa, circumſiſtentes feminas etiam atque etiam rogat, eum ad ſe quam mox adduci curent. Accerſitus itaque ille, quæ ejus erat in omnes caritas, venire non recuſat; preces fundit, moribundæ manus admovet. Quibus peractis, veluti ſenſiſſet auditas preces, ſe illinc repente ſubducit. Mirum dictu! Vix è cubiculo abierat, cum Olympia viventem extemplo puellam, ipſa ſalva præſentique exempta periculo, effudit. Conſtat alias item feminas, partus difficultate jam deploratas, precibus ejuſdem, ſeu reliquiaria theca quam ille habebat admota, incolumes facili felicique partu fœtus enixas eſſe.

Iuvat parturientes,

n

F

109 Verum cum anguſtum eſſet templum vetuſtateque ruinoſum, viſum eſt Patribus, quod erat in loco optimo Urbiſque commodiſſimo, & ad Congregationis functiones valde idoneo, utcumque reſtaurandum; neque enim novum, etſi id maxime cupiebant, privatæ rei anguſtiis impediti, condere poterant. Ergo ea in deliberatione cum eſſent, eorum piis optatis votiſque reſpondit divina benignitas. Vix enim operi manus admoveri cœptæ ſunt, cum Philippus, ſolius Dei fiducia armatus (pecunia enim Patribus vel nulla erat, vel certe admodum tenuis) de eo primum funditus evertendo, ac deinde ampliore auguſtioreque forma à fundamentis extruendo, cogitare occepit. Neque hic ſtetit res: quod enim faciundum cogitarat, id confeſtim, de

novam eccleſiam condi jubet,

AUC. ANT. GALONIO.

divina providentia ſecurus, ad effectum perducere ſtatuit: ea enim ille in omni vita ſua nixus, nihil arduum nihilque nimis amplum ducens, immenſa quadam magnitudine animi maxima quæque aggredi non verebatur. Interea ruinoſâ eccleſiâ, Philippo jubente, ſolo æquatâ, Matthæus Caſtellanus, nobilis noſtro ſeculo Architectus, menſe Septembri accerſitur: qui omnibus diligentiſſime circumſpectis jam conſtruendi ædificii latitudinem ſignabat, cum Germanicus Fidelis Philippum ea de re certiorem fecit. Qui illico Sacerdoti jubet (quippe qui paratus erat ad Sacrificium) ne quidquam, priuſquam eo ipſe accederet, decerneretur. Abſoluto Sacrificio recta ad locum contendit: ibi Matthæum comperit: qui cum eam partem, in qua judicio ſuo effodienda forent fundamenta, deſignaret, ejus ille ſententiam non approbavit; quippe qui ultra producendum eſſe ædificium diceret. Cumque ventum eſſet ad locum, quem illi indicaverat Deus; Hic fodiatur, ait: hic jaciantur fundamenta. Quod cum ageretur, ecce tibi ſolidus paries pervetuſtus, qui ſub ruderibus latebat, palam fit. Erat is ad decem palmos latus, totque pedes longus, ut conſtructi jam ædificii molem non expleat modo, verum excedat etiam; ſuper quo pariete quod reliquum erat operis dextri lateris eccleſiæ extructum fuit: pro alterius vero ſtructurâ fundamenta jacere opus fuit; in quibus cum primus de more eſſet ponendus lapis, maxima ceremonia & frequentia geſta res eſt. Porro primum hunc lapidem, ritu ſolenni conſecratum, in fundamenta conjecit Alexander Medices Florentiæ Archiepiſcopus, cui Congregatio noſtra plurimum debet, nunc S. R. E. in Titulo S. Mariæ Tranſtyberim presbyter Cardinalis.

fundamento fodiendo locum notat,

ſucceſſu mirabili,

B

110 Cum templum extrueretur, numquam Patribus argentum defuit, neque ad ſatisfaciendum fabris aliiſque operariis, neque ad domos contiguas coëmendas. In ædificium ſumptus ampliſſimi ac quotidiani fiebant: ejus pecuniæ ſumma (demptis nummis, quos Petrus Donatus Cæſius Cardinalis, ut ſuo loco dicturi ſumus, fabricæ attribuit) pergrandis ad ſeptuaginta circiter aureorum millia. Fervebat opus, optimi Principis ac nonnullorum civium beneficio: quorum tantus fuit erga beatum Patrem amor tantaque in Deum pietas, ut rem ultro eleemoſynis adjuverint. Gregorius in primis ſpontanea liberalitate ad ſeptem millia aureorum in id ædificium inſumpſit. Ergo templi ædificatio numquam intermiſſa, cum numquam Patribus pecunia deeſſet, Deo illam ſemper abunde ſuppeditante. Brevi tempore, nempe intra biennium vel circiter, in eam prope qua hodie cernitur formam & amplitudinem, opere ſumptuque magnificam, feliciſſime crevit; Templumque, ſanctiſſimæ Virginis & B. Gregorii Papæ nomine, dicatur Deo. Hic non prætermittam quæ in hujuſce ſacræ ædis extructione acciderunt Patribus. Quidam ex vicinis, cum ferre non poſſent noſtros apud eos eccleſiam conſtruere, *o* dæmone inſtigante ita furere cœperunt, ut ſimul Joannem Antonium Lucium Sacerdotem fabricæ præfectum, ſimul feneſtras templi lapidibus ac baliſtis petere auſi ſint: ſed Deo Sacerdotem protegente, nihil ex his mali Lucius paſſus eſt: quam ille rem beati Patris orationibus acceptam referebat. Fratres aliquot, quorum nomina conſulto reticeo, cum ædificationem eccleſiæ impedire niterentur, intra duos annos, Philippo ſilente ac pro eis diu orante, moleſtiæ pœnas dedere: mortui enim ſunt omnes, divinum agnoſcentes judicium, ne uno quidem ex eis ad ſobolem propagandam relicto. Præter hos alii etiam Patribus moleſtias addidere: ſed

& abundãte ſemper ad opus pecunia,

C

feliciter abſolvit,

o

punitis obſtrenuis,

cum, ut in ſacris codicibus legimus, diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum, tantum abeſt ut hominum injuria Patribus obfuerit, ut maxime profuerit.

D Rom. 8, 28

111 Hoc eodem anno, Octobri menſe, vocavit Deus ad præmium Laviniam, primariam feminam, Fabricii Maximi uxorem, de qua non abs re erit (ut quæ Philippo ad Confeſſiones utebatur) aliquid in hanc hiſtoriam referre. Ea itaque, etſi hominem initio irridebat, tamen ubi de divinis rebus differentem audivit, adeo Dei colendi deſiderio incendi ſe ſenſit, ut ipſo magiſtro ad eum venerit vitæ ſtatum, ut ſe totam Chriſti amore pietatis operibus ſuique ipſius contemptui dediderit. Eidem contingere affirmabat Philippus, ut inter meditationes rerum divinarum, quibus multum impendebat temporis, abſtraheretur à ſenſu mentis. Hæc denique tertio Kalendis Novembris, diem obiit extremum, cui ſuprema hora, eo ipſo Philippo auctore, fuerat ad cælum via, ubi Beati ſempiterno ævo fruuntur. Eo ipſo anno ſeptuageſimo quinto Congregationi ſe addicunt Julius Saviolus Patavinus, & Franciſcus Bozzius Eugubinus, Thomæ Bozzii germanus; ille IV Nonas Aprilis, hic Kalendis Novembris.

mortuæ ſuæ lutem cognoſcit.

E A. Æt. 61 Chr. 1574

112 Inſequenti anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto illud inter ædificandum accidit, ſilentio non involuendum *p*. Veteri eccleſia aliiſque domibus ad novæ fabricæ amplitudinem dirutis, vix ædicula reliqua fuerat, ceteris ſolo æquatis tecto cooperta; cum ecce tibi quodam die vocari ad ſe confeſtim juſſit Philippus Joannem Antonium Fabricæ præfectum, eique mox venienti imperat, ut ædiculæ tectum demoliri faciat quam primum; Quippe, inquit, ſuperiore nocte ſanctiſſimam Dei Matrem ab ſe viſam eſſe, quæ ſuis illud manibus ſuſtentaret. Erat is locus pro ſacello, ubi Sacrum agebatur, Sacramenta populo miniſtrabantur: veteri enim eccleſiæ animarum cura annexa erat. Tum Joannes Antonius, domum reverſus, fabris, id tectum ut demoliantur, imperat; qui manibus rei admotis, tignum vident, cui ſuperponebatur, retinente nemine ſtare: altera enim ex extremis ejus partibus, quod tigni caput appellant, tota extra murum erat: qua ex re qui aderant ſtupore afficiuntur. Eodem hujus ſeculi anno ſeptuageſimo ſexto, Joannes Baptiſta Creſcius *q* adeo vehementer aſſiduis capitis doloribus ac febri conflictabatur, ut clamores & gemitus dies noctesque miſerabilem in modum ederet. Cumque eo cruciatu plurimos jam dies exarſiſſet, nec ullam quietis partem caperet; impetu tandem doloris victo, veniebat ſæpius in mentem, ut ad miſerias finiendas ſemet in puteum præcipitem daret. Interea, omnibus jam rebus fruſtra tentatis, occurrit illi remedium, nec ſane ſpernendum, ut Philippum accerſeret: haud dubia enim ſpe erat, ejus preces ſalubres ſibi futuras. Viſit illum Philippus, manibuſque ejus capiti impoſitis in has prorupit voces; Peccata fuge, ſanctiſſimam Dei Matrem magno pietatis affectu venerare: nihil eſt quo timeas, etenim non hic ad mortem te morbus dabit, ſed brevi convaleſces. Quæ dum diceret, æger confeſtim habere melius cœpit, dolore capitis ex toto eximitur, quietem capit, brevique poſt è lectulo incolumis exilit.

p

de tecto ruituro per viſum monetur,

ægrum adoleſcentem ſanat.

q F

113 Eodem anno Hieronymo, Beier cognomento, è Prædicatorum familia, tum adoleſcentulo, eam improviſo mentem Deus ſubmiſerat, ut de ſancti Dominici amplectendo inſtituto avidiſſime cogitare cœperit *r*: id porro deſiderium eo hominem brevi adduxit, ut illa ipſa die ad eccleſiam S. Mariæ ſupra Minervam ſe contulerit, ea mente, ut quod ſecum ipſe agitarat, Novitiorum Præfecto (is erat Fr. Petrus

Prephetico ſpiritu prævertit juvenem,

r

A trus Martyr) aperiret. Hic ille, quamdudum, ex eo quærit, iſthuc aggredi in animo habuerit: Hac ipſa die, inquit Hieronymus, occulto quodam inſtinctu ad id acriter impelli me ſenſi. Tum Fr. Petrus, qui edito jam ſigno paratus erat, Novitiis eum ſequentibus ad funus; Philippumne cognoſcat, rogat; ex eo enim, quid ſibi hac in re faciendum, facili prorſus negotio diſcere poſſe, affirmat: eum itaque ad illum nomine mittit: quem ut Philippus vidit, parum ut maneat, quod paucis eum vellet, rogitat. Nec multo deinde poſt, priuſquam adoleſcens verbum ullum faceret, Novi ego, dicere ille cœpit, quid velis: miſſus es à Fr. Petro, ut mihi primum aperias, hac ipſa die veniſſe tibi in mentem, ut relicto mox ſeculo inſtitutum S. Dominici amplectaris; & ego deinde tibi, ſi id ex Deo cogitatum ſit, an non, indicem. Fac quod in animo habes, Deoq; gratias age, qui ad ſe hac te evocat via. Hæc ubi ille audit, ingenti ſtupore perculſus attonitoque ſimilis, Vera enuntias Pater, dicebat: nec aliud unquam verbum proferre potuit. Reverſuſque deinde ad Fr. Petrum, qui tum à funere domum redierat, ei, quid ſibi Philippus enuntiaverat, indicat; contigiſſeque ſibi ut olim Samaritanæ, quippe qui hominem, qui cordis ſui ſecreta conſilia noſſet, repererat. Amplectitur illico juvenem hiſce auditis Novitiorum Præfectus, eumque ſacro Religionis habitu brevi donandum fore pollicetur, & ſimul adjungit; ideo illum ad Philippum miſiſſe, quod noverat quæ eſſet ejus vitæ ſanctitas, quæve ſpiritualium rerum notitia. Incidit ea res in xv kalendas Novembris. Induit Frater Hieronimus veſtem Religioſorum die S. Martino Epiſcopo ſacra, anno eodem: vivit adhuc, Concionatoriſque officio fungitur.

petendi conſilii cauſa ad ſe miſſus:

eodem ſuos ſubducit peſti,

114 Eo ipſo anno erant Mediolani ex Philippi alumnis Sacerdotes quatuor, nempe Alexander Fidelis, Nicolaus Gilius, Pompeius Paterius, & Petrus Perrachionus: hi cum proximorum ſaluti procurandæ operam darent, vix in vinea Domini laborare cœperant, cum derepente *f* Philippi litteris Romam evocantur; Philippus enim, ubi Patres Mediolanum pervenerant, Franciſco Mariæ Tauruſio mandat, ut litteras quamprimum ad eos ſcribat, quibus illi lectis Romam confeſtim ſine cunctatione remigrent. Sed cum id juſſum durum Tauruſio videretur, quod gravem multis offenſionem tam repentinum eorum Sacerdotum diſceſſum allaturum eſſe putaret; hæc iterum ab eo audit: Ut tuum eſt mandatis meis parere, ita illorum omnibus mihi in rebus ſine cunctatione obſequi; ſic itaque mihi dicto audientes ſint, ut ſimul atque velim accurrant. Mira dicturus ſum. Vix litteræ in eorum manus venêre, cum peſtilentia atrox, cujus ante id tempus nulla prorſus indicia erant, repentino coorta, velut cælum involvens nebula, totam eam urbem occupavit, magnaſque ſtrages incolarum edidit: illi vero, Philippi litteris eo periculo exempti, Romam læti redierunt.

f

C *Mediolano imminenti.*

ANNOTATA.

a *Id à Card. Tauruſio acceptum.*

b *Lege Gofridum, lib. 4 de Vita S. Bernardi cap. 1.*

c *Hanc rem jurati teſtes duo, qui ab ea frequenter acceperant, digni quibus credatur, enuntiant.*

d *Id auditum ab eadem ipſa Lucretia dum viveret.*

e *Eam rem jurando narravit Card. Baronius.*

f *Teſtatur id juramento, qui adfuit, P. Iulianus Fuſcherius Sacerdos, qui ſolus ex ea multitudine ſuperſtes eſt.*

g *Is ipſe Mutius eam rem juratus narravit.*

h *Ejus rei juratos teſtes habemus quamplurimos.*

i *Totam rem ille ipſe Sacerdos, qui expertus eſt, ſacramento firmavit: eamdem à Card. Tauruſio accepimus.*

k *Id idem Card. teſtimonio confirmavit.*

l *Eam rem, præter Conſtantiam, duo alii oculati teſtes jurejurando expoſuere.* AUC. ANT. GALLONIO

m *Id jurata firmavit princeps femina, Beatrix Cajetana.*

n *Hujus rei tres habemus juratos teſtes, in iis duo oculati ſunt.*

o *Conſimilia in conſtructione eccleſiarum vel cœnobiorum ſancti viri leguntur. Vide Vitas SS. Pachomii, Deodati Epiſcopi, & Malachiæ Epiſcopi.*

p *Eam rem à Patre Germanico accepimus, ejuſque juratos teſtes quatuor habemus.*

q *Id is ipſe ſacramento teſtatur.*

r *Eam rem Fr. Hieronymus jurejurando teſtatus eſt.*

ſ *Hujus rei juratus teſtis eſt, ut ceteros prætermittam, Card. Tauruſius.*

CAPUT X.

Annus Chriſti 1577 & quinque conſequentes.

ANno hujus ſeculi ſeptuageſimo ſeptimo ineunte, Philippus in morbum incidit, nulla, aut exigua ſpe curationis. Nocte quadam *a*, cum quieti corpus tradere nulla ratione poſſet, datis per Urbem ad Matutinas laudes recitandas ſignis, rogavit enixius Euchariſtiam ſibi dari. Id autem ubi Franciſco Mariæ Tauruſio nuntiatum eſſet, ei præbere negavit: verebatur enim ne ſacrâ ſumptâ Euchariſtiâ, lacrymarum orationiſque vis eum ſpe ſomni capiundi privaret, certiſſimo cum valetudinis periculo. Interea Philippus, id quod erat ſubodoratus, Franciſcum Mariam accerſit; eique ſe, ob corporis Chriſti percipiendi deſiderium, ſomnum capere non poſſe aperit; illud ſubjiciens, ſi voti compos efficiatur, cum ſanctiſſimo Sacramento ſe quietem capturum; ut factum eſt. Eo namque hauſto, confeſtim, uti prædixerat, quievit ſomnuſque acceſſit. Hinc itaque uſuvenit, ut quotieſcunque morbo urgeretur, cæleſti Pane, qui ſolus explet hominum deſideria, ſingulis quibuſque diebus paſceretur: quo ſumpto, placidiſſimus mox ſomnus eum amplectebatur. Deſiderio denique hujus Sacramenti illud fiebat, quod ei ex longinquitate graviſſimi morbi nondum plane recreato, vires ſuppeterent ad Sacrum in templo faciendum, quod admirationem adſtantibus excitabat.

115 A. Æt. 62.

a

E

Ægro Philippo Euchariſtia ſomnum conciliat.

116 In nova eccleſia celebrari cœptum eſt eodem anno, III Nonas Februarii. Sacrum ſolenne primus fecit Aleander Medices, Florentiæ Archiepiſcopus, idque illuſtriore quam unquam antea ceremonia ac pompa, jucundioreque cantorum ſymphonia factum eſt. Verum Gregorius, quo res majore populi frequentia fieret, ampliſſimam Indulgentiam iis omnibus conceſſit, qui ſacra Confeſſione expiati & ſuaviſſimo Chriſti corpore paſti Miſſæ ſacrificio intereſſent, aut eccleſiam eo die viſitarent. Cernere erat templum, aulæis undique ſtratum, magna virorum mulierumque frequentia celebrari; lætitia cantibuſque plena omnia. A prandio eodem concentu, eodem operante Antiſtite, Veſperæ inchoantur. Templum cum mane, tum veſperi, ac deinceps frequentem habuit turbam; neque defuerunt ex exteris, qui per occaſionem tam amplæ Indulgentiæ adipiſcendæ, ad ſalutarem Euchariſtiæ menſam, peracta prius peccatorum Confeſſione, acceſſerint. Neque vero poſtea alacritas populi ſtudiumque deferbuit, neque pius animorum calor refriguit, ſed magis indies invaluit, hodieque mirifice accreſcit. Eo ipſo anno, menſe Aprili, ſermones de rebus piis à Patribus apud Vallicellam haberi cœpti ſunt, Florentinorum Oratorio relicto. Interim cum novæ Congregationis fama

Tranſlato in Vallicellam Oratorio

plures aggregantur.

AUC. ANT. BALLONIO

ma,ſuaviſq;odor inſtituti operis manaret quotidie latius;multi,Deo inſerviendi cupidine incenſi,adPatres noſtros eo conſilio venire cœperunt, ut in eorum ædibus ad pietatē inſtituerentur. Accedebant quidem multi,ſed non omnes admittebantur. In his, qui poſt erectam Congregationem eodem anno ſeptuageſimo ſeptimo ſociorum numero adſcribi ſunt cœpti,fuere Petrus Perrachionus Sacerdos:alter,hujus Hiſtoriæ auctor, qui Patribus aggregatus id ſummo Dei beneficio aſſecutus eſt, ut beati Patris noſtri adminiſter aſſiduuſque comes eſſet: tertius, Auguſtinus Mannus à Cantiano, Juris Civilis ac Pontificii bene peritus. Primus Congregationi ſe addixit x Kalendas Aprilis, alter Kalendis Julii, poſtremus menſe Octobri.

Philippus ſanat moribundam.

117 Hoc ipſo anno mulier,Erſilia Bucca, in morbum adeo pernicialem inciderat, ut medici jam de ejus ſalute penitus deſperarent. *b* Tenebatur lectulo ſenſibus prope omnibus deſtituta, mors imminens timebatur: cumque res ita ſeſe haberet, rogat Joannes Franciſcus Erſiliæ maritus Philippum, eo enim ad Confeſſiones utebatur, ægram viſat. Cujus adventu tantam cepit femina lætitiam, quantam numquam antea ſe percepiſſe meminerat; cumulabat vero gaudium, quod Philippum hilari ſibi vultu dicentem audiebat; Bono animo ſis, futurum brevi eſt, ut ex hoc morbo evadas. Et hæc cum ille diceret, ægræ eo momento melius fuit; atque vi morbi fugiente,quarto poſt die,domeſticis admirantibus,è lecto ſurrexit incolumis. Decreverant Patres in exitu hujus anni ſuptuageſimi ſeptimi mittere Mediolanum, *c* ob negotia Congregationis urgentiſſima, Pompeium Paterium. Is cum ire nollet, quod ſe ad ejuſmodi obeunda munera haudquaquam idoneum judicaret; ad ultimum, Philippo profectionem urgente, invitus obedientiæ jugo cervicem inflexit. Roma cum diſcederet; Securus i, Pompei, dixit illi Philippus;ſpem tuam in divina ope repone;Superiorum juſſa conſiliaque ne examines; omnia, mihi crede, tibi ex ſententia evenient. Prænuntiationem brevi res ipſa comprobavit. Mediolanum ubi venit, rem agere aggreſſus, maximas etſi difficultates, adverſarioſque magni nominis multos, minaſque potentum perpeſſus, ut à cœpto deſiſteret; unius tamen Philippi, cujus verba in memoria habebat, precibus adjutus (in his enim totam Pompejus ſpem collocarat) omnia, quæ ſe illi objiciebant, quæcumque ea eſſent, facili negotio, non ſine magna animi ſui admiratione ſuperabat; reque ad exitum quem optabat perducta, Romam lætus revertit.

futura prædicit.

A. Æt. 63.

118 Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octavo ineunte, ſenſit Philippi auxilium *d* quidam ejus virtutis alumnus, cum magno in metu eſſet propter peccati periculum, quod ſibi imminere putabat. Dederat huic Philippus, quod candiſſimos hominis mores pernoverat, pulchrum aſpectu adoleſcentem in cuſtodia: *e* utrumque idem cubiculum, lectis licet ſeparatis cubarent, capiebat; formidoloſus enim adoleſcens ſolus eſſe non audebat. Is interim alumnus, quamquam beati Patris imperio parebat, tamen cum eum dæmonis inſidiæ non laterent, magno in timore aſſidue erat. Ergo cum his anguſtiis premeretur, *f* ſtatim (res mira auditu) obtulit ſeſe videndum nocte intempeſta, qui longe ab eo loco aberat corpore, ſanctus Pater: ex cujus viſu adventuque alumnus mirabiliter recreatus eſt: verum Philippus, ut majore illum gaudio repleret, lectulo in quo is jacebat, inſedit, quomodoque habeat, rogat. Cui alumnus; Male inquit, mihi eſt Pater; multis undique cingor periculis. Tum Philippus, manibus ejus pectori admotis, eoque una cum umbilico ſigno Crucis conſignato, bonum habere animum jubet, quod omnes jam illæ libidinum faces, illique animi ejus timores reſederint. Quibus dictis ex oculis abiit. Remanſit alumnus, abeunte Philippo, ingenti lætitia perfuſus, magnoque lumine illuſtratus. Haud vanum fuiſſe viſum, rebus poſtea ſtudioque præcipuo illius virtutis (caſtitatem dico) oſtendit: cujus rei etiam illud eſſe argumento poterit,quod ex eo tempore tutiſſime cum adoleſcente, tamquam cum fratre filioque, erat.

Discipulo tentato apparet abſens,

eumq; carnis ſtimulo liberat:

119 Conſimile auxilium ſub idem tempus ſenſit quidam adoleſcens, cujus animum cum impuræ quædam cogitationes ſubiiſſent, & ita penitus in ejus animo hærerent infixæ, ut nulla ratione divelli ab eo poſſent; eoque adductus eſſet, ut parum abeſſet,quin turpiſſime laberetur;cum,in quo plurimum præſidii fore arbitrabatur, beati Patris fidem imploraſſet; ab omnibus earum curarum ſtimulis, ubi eum ille ſuo pectori admovit, liber evaſit: neque id ſolum aſſecutus eſt, ſed uſque eo divini amoris igne inflammari ſe ſenſit, ut ſi qua ei pars vacua temporis eſſet, totam precationibus tribueret. Eo ipſo anno noſtra eccleſia ab juriſdictione Baſilicæ S. Laurentii in Damaſo, ejuſque Titularis & Collegii Canonicorum (Capitulum ipſi appellant) eximitur: quod item apparet diplomate, eodem anno dato kalendis Septembris. Acceſſerunt præterea hoc ipſo anno ad Congregationem Flaminius Riccius Firmanus, utriuſque Juris peritus; Iuvenalis Ancina Foſſanenſis, Latinis litteris eruditus: is medici arte rejecta, totum ſe ad Theologiæ ſtudia contulerat. Juvenalem ſecutus eſt Joannes Matthæus ejus frater, Juris ſtudioſus. Aggregarunt ſe itidem Patribus Bernardinus Corona Romanus, Joannes Paulus Curiatius, & Ludovicus Pariſius Florentinus. Ceterum intra paucos annos adeo crevit Sociorum numerus,ut homines ad centum triginta, quamquam non omnes confluentes admittebantur, Congregationi ſeſe dediderint;at ſingulorum nomina ad unum recenſere mihi in animo non eſt.

idem alteri præſtat,

& auget numerum ſociorum.

Æt. 64 & 65.

120 Anno hujus ſeculi octogeſimo Aprili ineunte, femina primaria Conſtantia Creſcentia, octavum jam menſem prægnans,iterum mortiferam in febrim incidit, à qua miſerrime conficiebatur *h*: acceſſerant puſtulæ ſeu ecthemata & exanthemata nigra; cumque vi morbi non longe abeſſet ab exitu, ſacro Viatico media nocte munitur. Quo peracto, cum Sacerdos paulo pòſt eam, ut extremo Oleo inungeret, acceſſiſſet; meditari ægra ſecum ipſa cœpit,quonam pacto propinquam mortem evaderet. Cogitanti venit illico in mentem, hoc unum his tot periculis ſibi remedium fore, ut Philippus pro ejus ſalute divinam precetur clementiam. Interim albeſcente die adeſt beatus Pater, vocatus à nemine: feminam melius habentem, explanate clareque proloquentem reperit. Illa ut Philippum vidit, Noctem habui,dicere cœpit, plenam timoribus & miſeriis, parumque abfuit quin morerer; magno tu mihi deſiderio fuiſti, à quo ſperabam auxilium, quod ne defuit quidem; namque ubi divinam opem, te in animo habens,implorare cœpi, mox tuarum vi precum melius mihi fuit. Tum ille, Quam tu noctem habuiſti plenam timoribus, ea ipſa ego tecum perpetuo fui: bonum ergo animum habeas; quandoquidem non modo non morieris, ſed brevi plane convaleſces. Nec mora: eo ipſo momento levius habuit, pauciſque interpoſitis diebus priſtinum animi corporiſque vigorem,præter ſpem, cunctis qui ejus morbi conſcii erant attonitis, recuperavit.

morti proximam in vivis ſervat:

unius è ſuis defectionem prædicit,

121 Juvenis quidam non ignobilis, ad prælia Domini apud noſtros prælianda evocari ſe ſentiens, inſtitutum noſtræ Congregationis amplecti ſtatuit; Congregationi adſcriptus ita omnibus in rebus gerere

ſe

A ſe cœpit, ut omnes de eo optima ſperarent. Is beati Patris percupidus erga propinquos affectionem viciſſe videbatur, ut ne minimum quidem de illis cogitare crederes: ſed, ut contingere quandoque ſolet, morbo correptus, pietatis ſtudio intentus, vique morbi perterritus, in animum induxit, cæli mutandi gratia, quo facilius in ſtatum valetudinis priſtinum reſtitueretur, patrium ſolum repetere. Comitem itineris unum è Congregatione elegit adverſa jam pridem valetudine, eo vel maxime conſilio, ut ille dicebat, quo cæli mutatione curaretur. Adoleſcentis conſilium beatus Pater, quod ſiniſtrum ejus eventum animo præſagiret, non approbat; licentiam ergo ille, quam flagitabat, ab invito & repugnante, non magis impetravit quam extorſit. Die, qui profectionem anteibat, unum è ſuis advocans: *i* Memoria tene, inquit: recedent duo, redibit unus: Juvenis, ſuorum amore captus, ad ædes noſtras non remigrabit. Quibus Sacerdos auditis obſtupuit: nec in irritum Philippi verba ceciderunt: res enim ita prorſus evenit, ut prædixerat. Incidit id in annum hujus ſeculi octogeſimum.

i

A. Æt. 66. *Pellitur ejus nomine dæmon,*

122 Inſequenti anno octogeſimo primo, vir nobilis Carolus Mazzeus, Philippi diſcipulus, confecta ætate, ex gravi morbo proxime ad mortem acceſſerat: *k* ea vero nocte, quæ ipſum Chriſto conjunxit,

k

B cum conſcientiam ſuam diligenter excuteret, ſeque ad pie moriendum præpararet, cœpit à diabolo, beato Patre longe poſito, accerrime impugnari. Objiciebat ei dæmon multa, cui nihil aliud Chriſti miles reſpondebat, niſi, Philippum appello, appello Philippum. Quibus verbis ita communem hoſtem delusit, ut eum à ſe expulerit, quietoque animo paulo poſt illa ipſa nocte ſpiritum Deo reddiderit, XVIII Kalendas Majas. Eodem anno, menſe Octobri, Michaelem Mercatum, virum ſane eruditiſſimum, vi graviſſimi morbi ſupremis appropinquantem, in priſtinam reſtituit valetudinem *l*; Petroque, medicæ artis peritiſſimo, ægri parenti, qui de filii ſalute penitus deſperarat; Non eſt, dixit, quod timeas: æger enim nequaquam morietur, ſed recuperata valetudine vitam ad aliquot annos ducet. Nec vana fuit prædictio: vixdum hæc effatus erat, cum Michael habere melius cœpit: brevique receptis viribus, tamquam à morte revocatus, prorſum convaluit, vitamque plus duodecim annos tenuit: obiit anno hujus ſeculi nonageſimo tertio, tertio Kalendas Julias.

& moribundus ſanatur.

l

C Æt. 67 & 68. *Novæ ædes coëmuntur;*

123 Interea cum, novis hominibus in Congregationem admiſſis, vix domus omnes caperet; Petri Donati Cæſii Cardinalis Ampliſſimi beneficentia factum eſt, ut domus domibus adjungerentur: is enim, ad ædes contiguas coëmendas atque abſidis aræ maximæ à fundamentis extructionem, viginti aureorum millia dono dedit. Cujus deinde frater Angelus, Tudertum Epiſcopus, majorum imitatione & ſua etiam ſponte Patrum noſtrorum ſtudioſiſſimus, anteriorem templi faciem, Tiburtino lapide atque egregio opere fabrefactam ſuis ſumptibus erigit, cum jam antea peramplum & elegans extruxiſſet ſacellum in abſide aræ maximæ, ad cujus ornatum aureos circiter quinque millia & eo plures contulit. Alterum vero abſidis ſacellum, quod reliquum erat, Alexander Glorierius, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, ſuis impenſis, pretioſis marmoribus ſacraque ſupellectili ornavit. Demum poſt Philippi obitum Federicus Cardinalis Borromæus, noſtri inſtituti amiciſſimus, quatuor aureorum millia, in altaris maximi ædificationem inſumenda, attribuit.

124 Addam huc breviter, quod Patribus in emptione domorum, de quibus paulo ante diximus, *m* accidit. Anno Domini milleſimo quingenteſimo octo-

m

geſimo primo, cum de cœnobio monialium S. Elizabetæ, noſtris ædibus contiguo (his enim Monialibus aliò, Jacobi Sabelli Cardinalis, tum in urbe Vicarii juſſu, migrandum erat) coëmendo cogitarent, utpote qui domus anguſtia premerentur, qua non niſi ejus cœnobii emptione laxabantur; hanc Patrum deliberationem ubi Philippus audivit, non modo eorum cupidini non annuit, quin reſtitit potius. Diſſolvatur primum, dicebat, æs alienum, quod ad neceſſariam eccleſiæ ædificationem contractum fuit; quandoquidem non licet ære alieno preſſis novum quinque millium circiter aureorum (tanti æſtimabatur cœnobium) conflare. Magnam enim Philippus ſpem habebat fore, ut cœnobium brevi, Deo bene juvante, aliorum impenſis in manus ſuas deveniret. Sed cum Patres nihilominus, humana prudentia ducti, rem ad exitum perducere conarentur, jamque partes unum in locum conveniſſent; aderat Judex (is erat Marius Martius) aderat ſcriba, qui nomina teſtium in tabulas retulerat, jamque ad ſtipulationem ventum erat; cum Judice derepente ſyngraphis debitarum pecuniarum non contento (pecuniam enim, non in nominibus, ſed in numerato petebat, quod in ſimilibus emptionibus non ſervatur) re infecta diſcedunt omnes. Id cum ad beatũ Patrem delatum eſſet, actis primum Deo gratiis; Ii, dixit (de noſtris Patribus loquebatur) numquam ſuo ære cœnobium, ut putant, mercabuntur. Quod & factum eſt: namque quinque vix abierant menſes, cum Petrus Donatus Cæſius Cardinalis, qua erat animi munificentia, illud ſua pecunia eodem anno, pridie Idus Julias emit; emptumque Patribus inſequenti anno octogeſimo ſecundo, XVIII Kalendas Februarias, ſponte dono dedit. Nec id cœnobium modo, ſed domum itidem (Arditiorum appellabant) cœnobio proximam, non parvo quidem, eodem anno octogeſimo ſecundo, Idibus Auguſti coëmptam pretio, Patribus anno tertio & octogeſimo, pridie Kalendas Martias attribuit. Has porro ædes in præſens noſtri incolunt: præter quas duas item alias, ad abſidis aræ maximæ ædificationem, mercatus eſt nobis idem Petrus Donatus Cæſius Cardinalis, dans pro ambabus tria millia aureorum. Nec hic finis ejus in Patres munificentiæ; namque ad abſidis extructionem octo aureorum millia teſtamento reliquit: quæ pecuniæ ſumma etſi tanta non fuit, quanta opus erat, magna tamen ejus fabricæ pars eâ extructa eſt.

AUC. ANT. GALLONIO *& alia quæ emi Sanctus vetuerat.*

diſſoluto mirabiliter contractu.

donantur à Cardinali Cæſio.

125 Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo octogeſimo tertio, Paulus Maximus, ætatis annorum quatuordecim, trimeſtri circiter tabe diutinoque languore conſumptus oblerat *n*. Accidit autem ut eo animam agente accerſeretur Philippus, qui in Sacro faciendo impeditus venire non potuit; ſed abſoluto Sacrificio ad moribundum pergens, Paulum per ſemihoræ ſpatium diem obiiſſe reperit; cujus jam oculos Fabricius pater, ut hominibus vita functis fieri ſolet, clauſerat; & Sacerdos Camillus ejus animam, Chriſtianis myſteriis munitam, ſolennibus jam precibus Dei Sanctorumque tutelæ commendaverat, nec inde prius abierat, quam moribundum animam halantem vidiſſet. Neque hæc ſolum facta ſunt; ſed & aqua calida ad corpus de more lavandum, & veſtes ad illud ipſum veſtiendum, quo cadaver ad eccleſiam deferretur, paratæ erant; jamque una ex ancillis Franciſca, quæ adhuc vivit, caligas in manibus habebat, quibus nuda membra tegeret. Interim rebus ita ſe habentibus, venit Philippus; cui Fabricius: Eia, inquit, Pater, obiit Paulus: jam non eſt quod agas. Tum ille, Quid cauſæ fuit, ut me opportuniore tempore accerſiri non feceris? Quibus dictis, *eum in vi-* recta ad locum, ubi mortuus jacebat, contendit. Ibi *tã revocat,* ex domeſticis ancillis Franciſcã comperit, quæ veſtes,

A. Æt. 68. F *Iuveni jam mortuo Sanctus ſuperveniens,* n

AVC. ANT. BALONIO. *& volentem iterum mori ſinit.*

quibus pueri corpus indueret, tenebat in manibus, parata ad veſtiendum. Accedit propius, & luſtrali aqua petita, ea mortui os ac faciem aſpergit; tum manibus eidem impoſitis orat: orando mortuum attrectat: inter attrectandum orandumque, ut inclamavit mortuum bis nominatim, Paulus ad vitam miro prorſus modo ejus precibus evocatur: apertis oculis, Philippo, omnibus qui aderant ſtupore oppreſſis; clara voce reſpondit; quocum per quadrantem horæ aut plus eo multum ſermonem habuit, quem aſtantes non audiebant. Poſt id tempus rogatus à Philippo; Velitne mori, an in vita diutius eſſe? Mori ſe velle reſpondit, quod putaret, certum ſibi eſſe in cælo ac definitum locum, ubi perpetuo Dei Optimi Maximi pulchritudine frueretur. Ergo mortis cupidus, ut in terram abiret viventium, in beati Patris conſpectu complexuque, iterum efflavit animam, anno, quem diximus, octogeſimo tertio, XVII Kal. Aprilis *o*.

o

Agente Card. Cæſio,

126 Quamquam Philippus omnium, quæ à ſuis alumnis apud Vallicellam gerebantur, auctor eſſet & dux; non tamen ita ſubito habitationem templi S. Hieronymi ut deſereret, induci potuit: id enim multis poſt annis, Petri Donati Cæſii Cardinalis opera, impetratum eſt. Is ſiquidem cum Congregationem noſtram ſingulari amoris affectu proſequeretur, omni ope contendit, ut Philippum ad ſuos adjungeret: quare Gregorium Pontificem ultro adiens,

B

obtinet ab eo, verbis ſuis Philippo præcipiat, ut in Vallicellam commigret quamprimum. Cujus ille juſſui non reſtitit; eo enim Pontificis imperio divinam voluntatem ſatis exploratam habuit. Hoc certe ſcio, id fuiſſe Philippi conſilium (ne cruces ſibi à Deo paratas fugeret) ut ab ædibus S. Hieronymi numquam recederet, animo habitandi apud Vallicellam cum ſuis, niſi Superiorum juſſu ad eam rem impelleretur. Ergo profectus eſt ab ædibus S. Hie-

migrat ad Vallicellam,

ronymi in Vallicellam, anno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo octogeſimo tertio, x Kal. Decembris: atque tum primum Congregationis corpus, arctiore vinculo colligatum, totum integrum capite cum membris conjuncto conſpici cœpit. Protinus Philippus non obſcuriora dedit uſitatæ indicia ſanctitatis: nam etſi eâdem nobiſcum domo erat, ſolitudinem tamen priſtinam haud quaquam deſeruit.

ibique fere ſolitarius vivit,

Solus cibum capiebat, menſæ adminiſtrum admittebat nullum; Sacrum accerſitus faciebat; atque ut ceteros ſuo ad obedientiam exemplo provocaret, vix ad Sacrificium vocabatur, cum relictis mox omnibus ſe expeditum, ubi opus erat, illico ſiſtebat. Sacris cum indueretur veſtibus, non modo non ſelectiores veſtes, quarum multæ Patribus erant, ſed obſoletiores poſtulabat. Et hæc ſane haud levia ſunt, ſi hominis ſupremam inter ſuos poteſtatem, & licentiam ſuo modo, ut ita dicam, vivendi conſideremus. Omnium

C

optima de ſe exempla dans:

confluentium Confeſſiones audiebat: Euchariſtiæ Sacramentum, completo Sacrificio, accedentibus miniſtrabat. Accedebat ad hæc ſummus ſui ipſius deſpicientiæ amor, ſumma in omnes caritas, in regendis filiis cura & vigilantia pluſquam paterna, ſuaque præſentia mirum in modum omnium oculos & animos oblectabat: erat enim vir, ut alibi de eo dixiſſe me memini, ſine fuco, morum elegantia ac ſuavitate præditus ſi quis alius, conſiliis vero ac ſententiarum gravitate omnibus admirandus.

periclitanti invocatus ſuccurrit:

p

127 Sub idem, opinor, tempus, Sacerdos quidam, cui Mutio *p* nomen erat, quique extra Urbem domicilium habebat, cum vel in periculo aliquo eſſet, vel tentatione aliqua premeretur, ubi Philippo ſe commendabat, extemplo omni ea moleſtia ſe levari ſentiebat. Quodam die cum prope jam eſſet, ut in Tiberim (Romæ enim tum erat) certiſſimo cum vitæ periculo laberetur, ad ſolam B. Philippi invocationem incolumis inde confeſtim evaſit. Mulier quædam, cujus nomen *q* de induſtria reticetur, adeo iratum animum in quemdam cognatum ſibi proximum gerebat, ut nulla ratio jam eſſet, quæ ejus ad pacem animum induceret. Cumque diutius in iracundia permaneret, ut ne viri quidem aſpectum æquo animo ferret; nocte quadam lectulo cum jaceret, alapa percuti ſe ſenſit: tum vocem beati Patris (eo enim illa ad Confeſſiones utebatur) audire ſibi viſa eſt: Et tu quoque proterve es iracunda? haud decet ita: omitte jam tuam iſtam iracundiam, & uti æquum eſt, rejecto odio, viro te illi quam mox reconcilia. His rebus turbata mulier, ſimul ſtupore attonita, quod noſſet longe tum ab ea beatum Patrem corpore abeſſe, timore tremoreque correpta, lacrymis perfuſa, cum cognato quamprimum in gratiam redit: albeſcente die Philippum adiens, omnem illi rem mirabunda narrat, ut facta erat.

D

q

iræ pertinaciam abſens caſtigat.

ANNOTATA.

a *Id ſacramento teſtatur Card. Tauruſius.*

b *Hoc à Ioanne Franciſco oculato teſte acceptum, idemque ipſa Erſilia jurata affirmavit.*

E

c *Eam rem jurejurando affirmavit idem Pompeius Peterius.*

d *Totam rem teſtatus eſt ille ipſe Sacerdos, cui contigit.*

e *Id mihi alia via notiſſimum.*

f *Conſimilem rem narrat probatiſſimus auctor Leontius in vita S. Simeonis Sali cap. 22, aliam haud abſimilem Moſchus, ſcriptor itidem egregius, in Prato Spirit. cap. 3.*

g *Chriſti anno 1579 nihil mihi novi, quod ſciam, occurrit ſcribendum.*

h *Hujus rei, præter ipſam Conſtantiam, tres juratos teſtes habemus.*

i *Id non mihi ſolum, ſed omnibus è Congregatione manifeſtum: & id ipſum juratus narravit, cui Philippus rem aperuit.*

k *Ejus rei duos juratos teſtes habemus.*

l *Eam Horatius Anſaldus, qui adfuit, ſacramento expreſſit.*

m *Id à Card. Tauruſio acceptum: id ipſum P. Pompejus jurejurando teſtatus eſt.*

n *Totam rem jurejurando firmarunt Fabricius Maximus nobilis Romanus, Violantes conjux, & Franciſca Antonii à Caſtro-Civitella: ex iis qui adfuere hi ſuperſtites ſunt.*

o *Conſimilia miracula, à viris ſanctis patrari ſolita, graviſſimi auctores memoriæ prodiderunt. Lege Euagrium & Palladium in Vitis Patrum in Mutio, Ioannem Moſchū in Prato ſpirituali cap. 77, 78, 93, & præſertim cap. 11 cui eſt initium, Abbas Petrus; Auctorem Vitæ S. Ebrulfi cap. 4, denique Eugippium in Vita S. Severini Noricorum Apoſtoli ad S. Paſchaſium Diaconum cap. 36, quam nos in Mss. codicibus integram habemus: quæ enim apud Surium habetur vitioſa eſt: additque is Auctor id fuiſſe miraculum, ut omnes, præter eos qui præſentes fuere, Severino vivente latuerit.*

F

p *Eam rem is ipſe Sacerdos Mutius Achilleus ſacramento firmavit.*

q *Id ea ipſa cui contigit jurata narravit, idemque domeſticorum aliquot ſacramento teſtantur.*

CAPUT XI.

Annus 1584 & alii poſt hunc quatuor.

CHriſti anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo quarto, menſe vel Junio vel Julio, viro cuidam è prima nobilitate (nomen conſulto ſupprimitur) in obſcœnis partibus ulcera quædam 128 A. Æt. 69

A exorta erant ſane permoleſta, utque adeo ut ignem ſacrum ſibi perpeti videretur, unde & pars nonnulla glandis nigreſcere jam cœperat *a*. Is accerſito medico læſum membrum oſtendit: qui magnitudine mali victus, ægrum hominem perterrefecit; perterrituſque ut erat, ad Philippum advolat. Qui mox, priuſquam ille verbum ullum faceret, affectum membrum ſibi oſtendat, jubet. Hęc ita dixit, ut appareret ei rem omnem divinitus indicatam. Juſſa exequi juvenē pudet, remoratur imperium; ſed cum Philippo urgenti reſiſtere non poſſet, mandatū exequitur. Mira dicturus ſum: à vitioſo mox membro Philippus morbum attactu depellit omnem. Ad hæc parumper hęſit juvenis ſtupore attonitus, evidentia deinde miraculi motus, ad Philippum converſus; Licebit mihi jam, inquit, per omnes Urbis vias, tuas enarrare laudes, teq; ſalutis meæ auctorem nominare. At Philippus, ut erat homo propriæ laudis inimicus, ſilentium indicit, remque ipſam ſumma ope taceri jubet. Voti compos efficitur: juvenis enim Philippo vivente miraculum ſilentio texit; ſed eo mortuo, ne ingrati animi vitium incurreret, multis è Congregatione Patribus aliiſque primariis viris rem omnem, ut geſta erat, juratus ingenti profuſione lacrymarum enuntiavit. Vivit is hodie, Sacramenta religioſe pieq; frequentans.

a *Philippus ulcus insanabile,*

B

129 Eodem, opinor, anno, cum eſſet Philippus in eccleſia, dedit ſeſe ei in conſpectum diabolus *b* puerili forma, ut eum irrideret. At ille ſubodoratus confeſtim qui eſſet, qui aliena ſpecie ad ſe illudendum venerat, eum advocat, contemnit, demumque ab eccleſia ejicit. Illud hoc loco adjiciam, quod nocte *c* intempeſta eo orante audiebantur quandoque ſuper cubiculo, in quo nullo ſibi adjuncto comite morabatur, fragores magni ſtrepituſque, quos dæmonis opera excitatos eſſe nemo eſt qui non videat. Sed & eidem, noctu precationibus intento, diabolum terrorem incutere tentaſſe ſuperius attigi.

b *dæmonis terriculamenta contemnit.*

c

d

130 Anno hujus ſeculi octogeſimo quinto *d*, Joannes Franciſcus Anerius, cum ætatis quartum & decimum annum ageret, ex febri mortifera laborare cœperat *e*; eaque mali vis fuit, ut à medicis deſtitutus animam traheret; apparebantque in eo ſigna, quæ facerent propinquæ mortis indubitatam fidem. Jam ſeptemdecim dies prope exanimatus jacuerat, membra ejus perinde atq; mortuorum cadavera obriguiſſe tactu ſentiebantur, ſenſus amiſerat omnes, nihil omnino guſtabat, motus in eo percipiebatur nullus, à mortuo parum aut nihil differre dignoſcebatur, ut omnium jam opinione mortuus crederetur: nec defuēre qui obſtupeſcerent, cum viderent moribundum adoleſcentem, per plurium dierum ſpatium, ſpiritum nullo propemodum ſuſtentatum cibo retinere. Id ubi Philippus perſenſit, recta ad ægrotum tendit; manibuſque ejus fronti impoſitis, adſtantes monet, ut pro illo ſemel orationem Dominicam Angelicamque ſalutationem recitent; tum procumbens in genua, manu fronti admota, adoleſcentis matrem alloqui cœpit: Tute ipſa filium tuum fame necas. Afferte mihi, clamat ad adſtantes converſus, vinū Creticum; allatumque derepente morientis ori admovit, maximo ejuſdem beneficio. Qui eo ipſo momento quaſi reviviſcens, non modo exugere quod porrigebatur, ſed etiam melius habere cœpit; pauciſque poſt elapſis diebus, ſanus vegetuſque è lectulo ſurgens, beato Patri gratias quantas maximas potuit pro beneficio egit.

A. Æt. 70

e *agonizantem diebus 17*

C

in vivis ſervat,

111 Philippus, non apud eos modo, qui vel in periculis erant vel morbis afflictabantur, in magna erat veneratione; ſed apud Principes viros, ipſoſque etiam Summos Pontifices. Illum ſiquidem Gregorius XIII, ſummæ prudentiæ atq; integritatis Princeps, impenſe amavit, ac libentiſſime audire ſolitus erat: quin rebus in multis conſilium ejus & operam frequenter adhibuit, eoq; audito multa faciebat. Eodem propemodum amoris atq; obſervantię affectu eumdem proſecuti ſunt & alii Summi Pontifices, de quibus ſuo loco dicturi ſumus. Reverebantur præterea Philippum, tamquam Dei amicum, eodem Gregorio XIII Pontifice, Ampliſſimi S.R.E. Cardinales, Carolus Card. Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis, Guido Card. Ferrerius, Guilielmus Card. Sirletus Bibliothecæ Apoſtolicæ Præfectus, Gabriel Card. Palæotus primus Bononiæ Archiepiſcopus; Fr. Michael Bonellus Card. Alexandrinus, Antonius Card. Carafa, Julius Antonius Sanctorius Card. S. Severinæ, Alexander Medices Card. Florentiæ Archiepiſcopus, Nicolaus Sfondratus Card. Cremonæ Epiſcopus, qui poſtea fuit Gregorius XIV; Auguſtinus Valerius Card. Veronæ Epiſcopus; Vincentius Laureus Card. Montiſregalis Epiſcopus, aliique permulti. Tranſeamus nunc ad res à Philippo geſtas Sixto V Pontifice Gregorii ſucceſſore, qui Summus Pontifex declaratus fuit anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo quinto, octavo Kal. Majas. Sedit annos quinque, menſes quatuor, dies tres.

Honoratur à Gregorio 13

AUCTORE GALLONIO

& Cardinalibus ejus:

D

E

132 Anno hujus ſeculi octogeſimo quinto, Joannes Antonius Lucius Sacerdos, cum ſexaginta annos aut plus eo natus eſſet, ab equo cui inſidebat excuſſus afflictuſque ad terram, ad ultimum ferme periculum venerat *f*; quandoquidem confracto capite, omoplataque luxata, febri accedente, ſalute medicis pronuntiantibus periclitabatur. Ergo cum ex eo morbo vereretur mori, accerſito mox Philippo, Mortis dixit, me tædet, Pater, quandoquidem teſtamentum nondum, quod mihi placeat, compoſui obſignavique. Tum Philippus hominem amplexatus; Bono animo eſto, inquit, teſtamentum tu ipſe arbitratu tuo conſcribes. Nec verba in ventum jacta: æger enim melius confeſtim habuit, brevique poſt convaluit omnino, vitamque ad multos annos produxit: deceſſit anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, Kal. Novembris. Eo ipſo anno menſe Novembri, nobilis adoleſcens Carolus Urſinus, cum ætatis annum duodecimum ageret, morbo laterali vehementique febri correptus eſt; doloribus ad ſiniſtrum latus utrimque gravibus *g*. Urgebat continens febris, ne vel minimum quidem remittens: morbus mortifer erat: de ægri vita medici dubitare jam cœperant. Interea temporis, cum quodam die ſub veſperum ad deſperationem laborare cœpiſſet, adeſt Philippus ab ægri matre evocatus: qui ſubmotis mox omnibus foribuſque clauſis, ubi primum inſideat dolor ægrum rogitat: tum ex eodem percunctatur, velitne confiteri de peccatis ſuis. Libenter quidem, inquit ille. Hic Philippus procumbens in genua, ejus Confeſſionem, manu dolenti parti admota, audit. Nec fruſtra hæc fuerunt: ex ejus enim attactu id Carolus aſſecutus eſt; ut morbo levari ſe ſenſerit. In receſſu Philippus, Ne timeas, ei dixit, hoc morbo haud morieris: cras melius tibi erit. Mirum dictu! vix domo exceſſerat; cum adoleſcens omni repente dolore liberatur divinitus: eaque nocte, quamquam nocturna ante premebatur vigilia, quietem capit; ad lucem uſque placidiſſime dormit; ſomnoque experrectus, omnem à ſe morbum penitus diſceſſiſſe, ſanitatemque ſibi priſtinam redditam eſſe, medicis miraculo attonitis, advertit. Narravit deinde Carolus, ſibi ægro viſum eſſe ſentire, Philippum ea manu, quam dolenti parti admoverat, dolorem omnem exhaurientem.

duos à medicis deſperatos,

f

non morituros prædixit,

g

F

& ſanat manus ſuæ contactu.

133 Anno ſalutis milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto, XVII Kal. Februarias, recenti iterum ac

A. Æt. 71.

AUC. ANT. GALLONIO *sanatus à gravi morbo,*

ac repentino morbo, eoque graviſſimo atque mortifero, opprimitur Philippus; ex quo tamen brevi, quamquam Oleo ſancto inunctus, præter ſpem, medicis admirantibus miraculumque inclamantibus, prorſus convaluit. Cum Patres, eadem domo viventes, ſe ſuaque ad nutum Philippi moderarentur; nihilque rerum omnium eſſet quod cuperent magis, quam divinam voluntatem, ut eam ſequerentur in omnibus; tum maxime factum eſt, ut eorum famâ longe lateque vagatâ, variis in locis ac regionibus ſumma cupiditate expeterentur. Ergo è Romano Oratorio, ut à primaria arbore, ſurculi multi per diverſas Italiæ urbes transferri cœpti ſunt, fertilique ſolo plantati extenderunt quacumque ramos ſuos. In his celeberrimum habetur Oratorium, Neapoli conſtructum opera Franciſci Mariæ Taruſii, qui eo hujus ſeculi anno octogeſimo ſexto ab Annibale de Capua Archiepiſcopo aliiſque nobilibus viris accerſitus fuerat. Is ubi Neapolim pervenit, hoſpitio ad Noſocomium inſanabilium accepto, paulatim ædes ac templum ſane magnificum civibus adjuvantibus extruendum curavit, in cujus fundamenta primum lapidem jecit idem Annibal Archiepiſcopus, maxima ceremonia atque frequentia. Ut autem major eſſet fructus animorum, Taruſium ſequuntur, Patrum Romanæ domus decreto, Antonius Talpa Septempedanus, Franciſcus Bozzius Eugubinus, Thomas Galletus Nicienſis, & Michaël Angelus Tocius laicus: poſt aliquanto alii tres Sacerdotio præditi, Juvenalis Ancina Foſſanenſis, Petrus Puteus Panormitanus, & demum Flaminius Riccius Firmanus. Ergo ii, ubi una cum Taruſio in vinea Domini divini verbi ſemine excolenda laborant, cœperunt multi, Taruſii præcipue (cujus nomen jam tum celebre erat) monitis & exemplo permoti, ad noſtrum inſtitutum ſeſe aggregare; brevique Deo bene juvante factum eſt, ut plures ſexaginta Congregationi ad ſpiritualem militiam nomina dederint.

patitur oratoria Neapoli,

B

134 Quid memorem apud Septempedanos in Piceno & alibi alia hujus inſtituti loca, non ſine maximo animorum fructu, intra paucos annos erecta? Quæ omnia unius Philippi labori, exemplo, atque auctoritati accepta referunt omnes. Verum Lectorem hic admonitum volumus, Patres noſtros domicilia extra Urbem, quorum regimen apud eos reſideat, juſtis de cauſis præter Neapolitanum & Septempedanum, habere velle nullum; idque hoc decreto ſancitum eſt; Ne quis prætextu amplificandæ Congregationis eam diſſipet: atque ut confuſio evitetur, quam multitudo parere ſolet, arctiuſque inter ſe, qui ſunt è Congregatione amoris vinculo colligentur, quem quotidiana conſuetudo conciliat, ac mores cujuſlibet ex hoc dignoſci poſſint facilius, & notorum vultus cuncti revereantur; ſtatuitur, ne Congregatio alibi ullum locum recipiat, neque alterius Congregationis regendæ onus, niſi Romæ, Neapoli, ac Septempedæ. Hucuſque ibi. Ceterum Patres, ne aliorum Oratoriorum extructionem rejicere viderentur; hæc verba decreto adjecerunt: poſſit nihilominus, ſi ipſi videbitur, mittere aliquos, qui inſtituant aliis in oppidis ejuſdem rationis Collegia; cum eo tamen, ut hoc peracto revertantur; neque illa ſint noſtris annexa, neque Clerici eorum ſint è Congregatione Oratorii Romani: poſſit ſimiliter in ædes ſuas excipere veluti hoſpites Sacerdotes exteros, qui addiſcant inſtituta noſtra, ac poſt aliquod tempus eadem valeant inter ſuos fundare. Hactenus decretum. Sed quamquam hæc ita ſint, neceſſitate tamen Patribus obveniente, novum Anxani Oratorium anno hujus ſeculi nonageſimo octavo, Kal. Novembris aperire opus fuit: poſſidet enim Congregatio Abbatiam ſancti Joannis, in Venere vulgo dictam, ei urbi proximam, cui animarum cura annexa eſt. Ibidem præterea inſtitutum à Patribus Seminarium indigenarum adoleſcentium, eo conſilio ut ad pietatem facilius atque ad omne munus officii inſtituantur. Habet Abbatia oppida decem; unius ex his, quod Foſſa-cæca appellatur, Patres domini ſunt. Extant jam in hunc uſque diem variis in locis Oratoria *h* extructa quamplurima, aliaque extruuntur in præſens, omnia Romani inſtar: quibus rebus fit, ut inducamur ad credendum, brevi tam præclaram B. Philippi vitæ inſtitutionem ubique gentium propagandam fore: Congregatio enim ad omnium gentium auxilium nata, omnibus prodeſſe debet, ſine ulla Regionum aut locorum exceptione. Oratoria jam extructa Romani inſtar, præter Neapolitanum, Septempedanum, & Anxanum, quatuor ſunt, Lucenſe, Firmanum, Panormitanum, & Camertinum: quæ extruuntur in præſens ſex, Fanenſe, Patavinum, Vicentinum, Ferrarienſe: quintum in oppido erigitur, cui Tononio nomen, trans Alpes diœceſis Gebennenſis Ducatus Chablaſii; ſextum in eccleſia B. Mariæ Gratiarum diœceſis Foroiulienſis, in Provincia.

Hic Septempede erigi,

C

cavet ne plura Romano uniantur,

D

h

& alia alibi fundari probat.

E

135 Eo ipſo anno, Novembri menſe aut Decembri, Eugenia Manſueta per menſes octodecim narium morbo laboraverat, quæ illi interdum non modo intumeſcebant enormiter, verum gravi quoque eam vexabant incendio. Ab eo autem morbo ubi nullis etiam aſſiduis medicorum curationibus ac remediis liberari ſe poſſe vidit, truſtulo lintei beati viri ſanguine aſperſo ſibi admoto, protinus ab ea ægrotatione evaſit, neque in poſterum ab ea tentari ſe ſenſit. Eodem anno aut certe inſequenti, quidam è prima nobilitate magno tenebatur deſiderio, Philippo neſcio quod animi ſui conſilium, quod nemini enuntiaverat, credere: ſed ſive metu ſive verecundia impeditus, rem in diem ex die differebat. Cumque quodam die mane apud ædes noſtras eſſet, excipit illum Philippus; ejuſque animum, de quo nihil prorſus audierat, eidem ſilenti atque ſtupenti explicat aperitque *k*. Chriſti anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſeptimo, Martio menſe, Joannes Franciſcus Bernardus Placentinus, noſtræ Congregationis Sacerdos in pernicialem morbum incidit. Ea extitit morbi vis, ut brevi, omnium cum medicorum tum domeſticorum opinione, pro mortuo haberetur. Hunc extremo jam delibutum Oleo inviſit Philippus, eique in aurem dixit, Bonum habeas animum, hoc morbo minime morieris. Nec ſane in irritum ea verba ceciderunt: quippe continuo melius ægro fuit, illoque ipſo die, quo medici eum moriturum prædixerant, magnum augmentum ſalutis aſſecutus eſt; pauloque poſt, contra omnium ſpem, integram corporis recuperavit ſalutem *l*.

Polypum ſanat,

i

cogitata novit.

k

A. Æt. 72. *Moribundis ſanat.*

F

l

Sacrilega confitentem plorat,

136 Hoc etiam anno, an Martio, an Aprili menſe? adoleſcens quidam, ſatis ampla familia (nomen ſilentio premitur) crebro ad Philippum ventitabat *m*. Hic peragebat Confeſſiones apud religioſos viros magnæ apud omnes æſtimationis; ſed inter confitendū delicta aliquot, pudore impeditus, occultabat. Cū itaque ſic vitam ageret, venit de more ad Philippum. Quē cum ille attentiſſime intueretur, lacrymis illico oppleri cœpit (puerū à matre cæſum, qui flebat, crederes) tantaq; lacrymarum vis fuit, ut adoleſcentem in eumdē fletum adduxerit. Inter gemitus & lacrymas in has voces prorupit: Quid eſt quod Sacerdoti, qui tibi eſt à Confeſſionibus, ſingula peccata non aperis? Confitere ei, confitere quæ commiſiſti delicta, ne incaſſum defatigeris. Quibus mox verbis adoleſcens in ſtuporē actus, quippe qui id à Patre audierat quod nulli hactenus mortaliū patefecerat, toto corpore præ metu ac reverentia contremiſcebat: cadebāt

m

nihilominus Anxanum recipit,

ei

A ti lacrymæ quaſi puero præ dolore; itaque conſtituit ſimul amplecti pœnitentiam, ſimul Sacerdoti quo ad Confeſſiones utebatur animi vulnus aperire; quod & die inſequenti, facta totius vitæ Confeſſione, diligentiſſime præſtitit. Tum redit more ſolito ad Philippũ; quem ille intuitus, etſi ejus peractæ Confeſſionis neſcius, ex ſolo tamen aſpectu animi mutationẽ novit, factum laudat, aliumque eum eſſe quam dudum fatetur. Quid tua iſthæc, inquit, nunc nova figura oris & vultus? alius mihi videris modo, quam antea; novum, mihi crede, vultum induiſti. Quæ profecto res ut magna, inſolita, atque inuſitata, ita adoleſcentem nova admiratione affecit. Vixit is deinceps ſub frequenti Sacramentorum uſu, tantumq; hauſit ex ea re roboris, ut ſe totum Deo corpore animoq; dicaverit.

vitæ confeſſum cernit alio vultu:

eligitur Præpoſitus Generalis,

137 Interim cum Philippus apud ſuos eſſet, viſum eſt tandem Patribus, quem parentem & auctorem Congregationis habebant, eumdem etiam ipſiuſmet Congregationis perpetuum habere Præpoſitum Generalem, cujus partes ſunt ceteris cum poteſtate præeſſe; idque miro omnium conſenſu, dictis ſine variatione ſententiis, decretum eſt eodem XIII kalendas Julias, eo prorſus invito ac retinente, ſuoque incluſo cubiculo: fugiebat enim Philippus id onus, ut
B erat homo quietis ac vitæ privatæ cupidiſſimus, ſummaque animi demiſſione ornatus. Erat eo tempore lex, ut Præpoſiti Generalis munus tres annos duraret, aut ad ſummum ſex; quibus exactis nihil amplius poteſtatis haberet, neque confirmari poſſet: quam quidem legem interpretati ſunt Patres, ne Philippum comprehenderet. Ergo decreverunt atque ſanxerunt iterum, ut Præpoſiti Generalis poteſtas, uno excepto Philippo, triennii ſpatio definiretur, ea conditione, ut præſcripto muneri tempore exacto Præpoſiti poteſtas ad tres alios annos, modo id Congregationis bono conducere viſum eſſet, prorogari poſſet. Verum poſt Philippi obitum, anno hujus ſeculi nonageſimo ſexto, menſe Maio, ea lex decreto univerſæ Congregationis irrita facta eſt; novâ in poſterum conſtitutâ, qua Patribus facultas daretur Præpoſitum Generalem, non exacto triennio ſolum, ſed etiam iterum, tertio, ac deinceps, dum Congregationi id expedire noverint, confirmandi.

& quidem perpetuus:

vetat quemquam voto obſtringi,

138 illud non involvam ſilentio, ea fuiſſe Philippum mente, ut cuperet, quam vitæ inſtitutique rationem Congregatio initio ceperat, eam perpetuo retineret. Hinc factum eſt, ut omnibus teſtatum eſſe voluerit, id ſibi in deſiderio eſſe, ut qui Congregationis inſtituta amplecterentur, numquam ſe voti aut
C ſacramenti vinculo, neque in præſens, neque in poſterum obſtringerent. Quod ſi qui, perfectioris vitæ deſiderio ſtimulante, Religioſorum ſtatum amplecti malint, ſeu juramento aut promiſſione aliqua ſe obſtringere; iis liberum omnino eſſet ad quamcumque velint Religioſorum familiam ſeſe recipere; qui vero in Congregatione vitam agere decreverint, arreptam initio vivendi rationem immutare non præſumant; ſic vivant tamen ut, mutuis ſe caritatis nexibus colligantes, bonus Chriſti odor omnibus ubique fiant; illud imprimis attendentes, ut partim exemplo vitæ, partim verbi Dei prædicatione Religioſi eſſe videantur. Præſcripſit inſuper leges, ad Congregationis vocationem & ſpiritũ quam accommodatiſſimas, quas ſuſceperunt omnes. Tum vero, ne domeſticę pacis atque concordiæ bonum diſperderetur, ſtatuit, ut ſi qui inobedientes inter eos eſſent, ſeu alios ſuo exemplo offenderent; hi, tamquam ad noſtrum inſtitutum minus apti, ſi corrigi non poſſent, è Congregatione pellerentur. Illud præterea monebat ſæpiſſime alumnos, ne rebus externis ſed Chriſtianis virtutibus delectarentur; in idque ſtudii pro viribus incumberent, ut humilitatem, obedientiam, patientiam, caſtitatem, caducarum rerum contemptum, manſuetudinem, cæteraſque virtutes intus foriſque poſſiderent; ea præterea eſſet inomnibus eorum vitæ ratio, quæ inter ſeculi licentiam & aſperas ſacrarum familiarum obſervationes auream quamdam mediocritatem contineret; ut id vitæ inſtitutum ſpectantes, qui in mundi luxu vitam agunt, ſi Religioſorum cœnobiis ob vitæ aſperitatem ſe mancipare non poſſint, habeant quo ſe recipiant quove confugiant, ubi mores corrigere, parare virtutes, pie demum ſancteque vitam inſtituere valeant. AUC. ANT. GALONIO.

Conſtitutiones ſcribit.

139 Conſtans olim fama per Urbem erat, virum quemdam, præclaro genere ortum, eccleſiaſticis dignitatibus ornatum, cujus nomen conſulto reticetur, Cardinalium Collegio eo ipſo anno, XV kalendas Januarii adſcribendum *o*. Id ſimul atque Philippus audivit; Is dixit, non in præſens modo, verum ne in poſterum quidem, Cardinalatus honorem conſequetur. Prædictionem comprobavit eventus: ſiquidem Clemente Octavo Pontifice Maximo, nullis ei novarum dignitatum acceſſionibus factis, obiit Romæ. Sub idem tempus, ut arbitror, Proſper *p* Samajus Sacerdos, noſtram ingreſſus eccleſiam, à Philippo confeſtim vocari ſe ſenſit, vocatuſque adfuit. Tum ille, Te idcirco accerſivi, inquit, ut moneam, ne, Sacerdos cum ſis, mulieres contingere velis, neve te in feminarum conſuetudinem inducas; hæc enim facere Sacerdotem minime decet, cujus partes ſunt caſtitatem totis viribus colere. His ille auditis mirandum illico in modum obſtupuit, eoque vel maxime, quod nec ille Philppum, nec illum Philippus noverat.

Futura

O

P

E

& occulta novit;

F

ANNOTATA.

a *Eam rem, is qui in ſe expertus eſt, jurejurando expoſuit.*

b *Item hanc, qui adfuit.*

c *Id, qui eos audiebat fragores, juratus enuntiavit.*

d *Incidit hoc in menſem Martium vel Aprilem, Gregorio XIII vivente.*

e *Ejus rei oculatos juratoſque teſtes, præter Ioannem Franciſcum, quatuor habemus, in quibus eſt femina princeps, Iulia Vrſina Rangona.*

f *Teſtantur id jurejurando viri nobiles, Petrus-Paulus & Iacobus Creſcentius fratres: idque incidit in menſem Aprilem vel Majum.*

g *Id Carolus & ejus mater Livia Veſtria publico teſtimonio firmarunt.*

h *Oratoria, quorum regimen ad noſtros pertinet quatuor ſunt; Romanum, Neopolitanum, Septempedanum, & Anxanum.*

i *Hujus rei juratos oculatoſque teſtes, præter Eugeniam, duos habemus.*

k *Eam rem ipſe cui contigit, publico teſtimonio firmavit.*

l *Totam rem, apud noſtros ſatis pervulgatam, firmarunt idem P. Io. Franciſcus, & Alexander Alluminatus, qui ei ægrotanti aſſidebat.*

m *Id ille ipſe adoleſcens juratus narravit.*

o *Ejus rei juratus teſtis eſt Sacerdos, ſororis primarii hujus viri filius.*

p *Hanc rem is ipſe Proſper jurejurando teſtatur.*

CAPUT XII.

Annus 1588 & ſequentes duo.

140 A. Æt. 73. Anno deinde milleſimo quingenteſimo octogeſimo octavo, Helena nobilis mulier, Tamiriæ Ceulæ filia *a*, uterum cum geſtaret, Septembri menſe inſtante partu, quod fœtum non effunderet, accerſitur Philippus. Is feminam mox manu prehendens, circa cubiculum deambulare jubet; quod dum fieret, preces ille ad Dominum fundebat pro ea. Tum ubi diſceſſum parat, inſtat benigne mulier, naſciturum infantem ut baptizare velit. Negat Philippus: excuſationem legitimam affert: quæ cum haud ſatis juſta atque idonea feminæ videretur, orat iterum aliquem ſaltem ſuo nomine mittat ejus vices ſupplentem. Tum demum ille, nullo tibi homine opus erit, qui infantem baptizet: & his dictis abiit. Nec Philippi verba ſine effectu; femina nocte inſequenti mortuum fœtum enixa eſt.

a *Fœtū mortuum edendum prædixit,*

b Eodem anno Julio *b* Saveræ Mutinenſi, Philippum adeunti, allatæ in itinere litteræ ſunt, in quibus ſcriptum erat, ejus matrem, de cujus morbo nihil prorſus acceperat, v Kalendas Septembris diem obiiſſe. His ille perculſus litteris, rem nemini enuntians, cœptum iter lacrymarum plenus proſequitur. Hunc beatus Pater ut vidit, pileo ſuo primum ejus tecto capite, tum Roſario in gyrum acto ejuſdem collum circumdans: Age, age, inquit, mitte lacrymas: mater tua ita deceſſit, ut de illa optima ſperare poſſimus. Ea porro res ejuſmodi erat, ut omnes uno excepto Julio lateret. His ille auditis, ſimul lætitia, ſimul ſtupore perfunditur.

b

B *& novit ſtatim procul defuncta:*

141 Hoc etiam anno Victoria Vareſia Romana patiebatur è capite fluxionem *c*, catarrhum vocant, cum frigidis doloribus in dexteram manum delabentem, quæ per brachium ſubinde ad pollicem prope extendi cœperat, nonnullum tumorem invehens. Hęc, ad morbum fruſtra medicorum remediis uſa, deterius habebat indies. Ergo venit illi in mentem ad Philippum confugere, eoque vel maxime ad id impelli ſenſit, quod videbat majores morbum vires ſumere, dexteræque manus nervos contrahi: quibus fiebat ut vixdum brachium, quo ad nullam jam ferme rem uti poterat, flectere extendereque poſſet. Itaque Philippum fiduciæ plena ſacri Adventus tempore adit, morbum aperit: tum ille affectum membrum faſciis obligatum manu prehendens, orat pro ægræ ſalute, interque orandum apprehenſum brachium manu ſtringit premitque fortiter: demum ſupplicatione completa; Vade, inquit, Victoria, & ne quidquam timeas, ſanitati priſtinæ reſtituêris. His illa auditis læta inde abiens, domum revertit. In itinere id ſecum ipſa dicere cœpit: Nonne Philippum, ut virum ſanctum Deique amicum, veneror? nonne ſpem omnem valetudinis recuperandæ in eo uno repoſui? Faceſſant igitur humana remedia, abeant medicamenta. Quibus dictis, læſam illico manum faſciis ligatam ſoluit; ceratum in ignem conjicit. Quo ex tempore adeo confeſtim melius habuit, ut læſam partem frigida aqua medico invito madefaceret, eâdem ad omnia ut vellet uteretur, nulloque deinceps medicamento brevi prorſus convaluit.

c *tumens brachium*

C *tactu ſanat.*

142 Anno hujus ſeculi octogeſimo nono, uno eodemque tempore, Helena Ciba & Dominicus Mazzeus conjuges, gravi impliciti morbo cum tenerentur, Tamiriæ Helenæ matri *d*, utrumque diem obiturum ſuſpicanti; Timorem, inquit, Philippus, depone: de duobus alter dumtaxat morietur. Prædictionem eventus ſubſequitur; ſolus Dominicus, Helena uxore relicta, ceſſit è vita, quinto decimo Kalendas Julias. Eodem anno virgo nobilis Laura Morona *e*, annum agens duodecimum, mortifero morbo corripitur: morbus uſque eo proceſſit, ut puellæ nulla jam vitæ relicta ſpes eſſet. Dereliquerant eam medici; jacebat enim lectulo ſenſibus omnibus deſtituta: non audiebat, non loquebatur, eamque Sacerdos Oleo ſancto inunxerat. Hanc itaque cum viderent parentes nulla ſpe ſalutis animam trahere, lamentabantur ut mortuam. Jamque omnia erant ad ſepulturam ac funus parata; foſſa, in qua corpus humandum, decreta. Interea accerſitur Philippus: qui ubi eo venit, in puellæ mox faciem efflavit, alapam inflixit; tum ejus capillos manu prehendens, caput circumagens, magnaque voce eam inclamans, ut Jeſu nomen pronuntiaret, imperavit. Hæc ut facta ſunt, moribunda extemplo oculos aperit, Sanctiſſimum Jeſu nomen pronuntiat, melius habere incipit, periculo confeſtim eximitur, febri omnium ſpe citius liberatur, & tandem in priſtinam reſtituitur valetudinem.

D

e *moribunda ſanat.*

143 Hoc etiam anno Joannes Baptiſta Guerra Mutinenſis, noſtræ Congregationis laicus, cum XIII Kalendas Januarias, eccleſiæ parietes periſtromatibus exornaret, præceps ex altiſſimo loco ruit *f*; quo caſu tam vehementer offendit, ut mortiferum in occipite vulnus acceperit. Caput ad marmor cadendo alliſit: ictus gravis, percuſſio mortifera: itáque repertus ut nec quidquam loqueretur, nec exaudiret inclamantes, pro mortuo ſublatus, expiranti ſimilis, in proximum cubiculum per manus defertur. Horas aliquot jacuit alienatus à ſenſibus: ex Patribus non deerant, qui eum, quaſi animam ageret, ad bene moriendum precibus adjuvarent. Interea de Joannis Baptiſtæ lapſu nuntius ad Philippum mittitur: qui dimiſſis confeſtim omnibus, Deum pro moribundo rogare cœpit enixius, ut qui diceret, nolle ſe eum tum emori. Advocantur interim medici: qui ut ægrum prope exanimatum offendunt fracto capite, & ex vulneribus ſanguinem fluere conſpiciunt; periculis plena omnia, vulnera letalia eſſe ſevere pronuntiant. Id ipſum Angelus Victorius, medicus Patrum, aliorum opinionem ſecutus, affirmat. De gravitate morbi medicorum omnium in unum congruêre ſententiæ; ſed de modo medendi ſumma inter eos diſſenſio erat. Joannes (id uni ex illis nomen) in ea erat ſententia, ut diceret, læſam partem ferramentis non modo abradendam, ſed etiam aperiendam eſſe, oſque ipſum detegendum, ut quidquid læſum erat in conſpectu eſſet: alii vero contra, in quibus Joſephus Zerla erat medicæ artis laude præſtans, nullo id pacto tentandum. Jamque ferramenta ad ſcindendum perforandumque parata omnia: ſed cum peritiſſimi medici diverſa de curandis vulneribus ſentirent, nullum ægro adhibetur medicamentum, præter ſimplicem abiegni olei unctionem, & unicam ex oleo amygdalino potionem. His peractis, venit ad Philippum Angelus Victorius, vulnera prorſus mortifera eſſe exponit. Cui ille ſubridens; Ego, inquit, nolo is moriatur, donec cœptam fabricam abſolverit. Tum ſerio locutus, Dominum rogo, adjecit, pro iſtius ſalute, quem novi è morbo plane ſurrecturum, ut factum eſt. Joannes Baptiſta enim mirifice convaluit: quippe febris nulla fuit quæ morbum ſequeretur, quamquam medici eam expectabant: dolor itidem nullus, nulloque alio medicamento, præter id de quo ante dixi, vulneribus ſubventum fuit. Etſi autem ex medicis non deerant qui dicerent, ad ferramenta veniendum eſſe; æger tamen priſtinam, contra omnium ſpem, recuperavit ſanitatem.

E

f *Ex gravi lapſu caput fractus,*

& à mediciis deſperatus,

Philippo jubente convaleſcit.

A. Æt. 74. *Ex ægris 2 alterū moriturum dicit:*

d

144 Cum

A

A. Æt. 75. *Intercedente Cardin. Cuſano*

144 Cum eccleſia noſtra, Sanctorum Reliquiis nudata, in eam qua nunc cernitur formam redacta eſſet; cogitare ſtatim cœpit Auguſtinus Cuſanus Cardinalis (cui ſemper uni Philippo magis quam ceteris obſequi cordi fuit) de ea tam ingenti theſauro locupletanda. Ergo ubi id ſecum animo agitat, omnem operam ponere ſtatuit, ut Sanctorum Martyrum Papiæ & Mauri ſacra corpora, è Diaconia Sancti Adriani, cujus eo tempore Titularis erat, ad eccleſiam noſtram auctoritate Apoſtolica transferrentur: ad id porro hac movetur occaſione. Decreverat ejus eccleſiæ aram maximam pervetuſtam inſtaurare exornareque: id ubi fieri cœptum, reperiuntur fabris altare demolientibus nonnullorum inſignium Martyrum corpora, nempe Flaviæ Domitillæ Virginis, Nerei & Achillei eunuchorum; Marii & Marthæ conjugum; ac demum Papiæ & Mauri nobilium militum Romanorum, tribus diſtincta loculis, cum vetuſtis inſcriptionibus. Interea temporis Auguſtinus Cardinalis, quo piis Philippi optatis votiſque reſpondeat, à Sixto V impetrat, ut Sanctorum Martyrum Papiæ & Mauri ſacra corpora, è S. Adriani Diaconia, in noſtram eccleſiam S. Mariæ & B. Gregorii à Vallicella deferantur; quod ejuſdem religioſo officio ac liberalitate curatum eſt. Tertio itaque Idus Februarias, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo, reſignato apertoque loculo, quo horum Martyrum ſacra corpora continebantur, extracta eſt conceſſu Pontificis exigua quædam Sanctorum oſſium pars, quæ eo ipſo in templo S. Adriani, quaſi diuturnæ manſionis & hoſpitii teſtis ac monumentum, retineretur. Clauſus rurſus & obſignatus loculus, recondituſque in arcam ligneam, ſerico bombycino coccineo contectam; is demum loculus, eodem die magna populi frequentia è ſacrario elatus, feretroque impoſitus, ſuper altare maximum collocatur. Tum Germanico Fideli ceremoniarum præfecto annuente, agmen ac pompa cœpit ab ædibus S. Adriani ad fornicem Septimii procedere, inde ad Capitolium, tum ad plateam Alteriorum, ex qua per viam Pontificiam ad montem Jordanium proceſſum, inde demum ad noſtram eccleſiam perventum eſt.

Impetrantur corpora SS. Papiæ & Mauri:

Qua ſolenniter in eccleſiam novam

145 Res fuit omnino viſenda. Sacræ portabantur Reliquiæ auro fulgentes, patentes in feretro ſub umbella holoſerica, pio Sacerdotum noſtræ Congregationis miniſterio, ſymphoniacorum choris ſuaviſſime præcinentibus. Antecedebant præclariſſima

C beatorum Martyrum pignora, ſacrorum hominum familiæ, Clerus laicique quamplurimi, qui noſtram eccleſiam & oratorium frequentant: ſinguli faces accenſas manibus geſtabant, argentea thuribula bina deferebantur, funalia circum quamplurima: Helvetii item, ad tumultum vitandum, ſacrum feretrum cingebant. Qui autem allata celebri pompâ ſanctorum Martyrum corpora, pio ac religioſo obſequio exceperint, ad infimos uſque eccleſiæ gradus obviam prodeuntes, fuêre S. R. E. Cardinales;

eorum 12 Cardinalibus transferuntur:

Alphonſus, Epiſcopus Portuenſis Card. Geſualdus;
Gabriel, Epiſcopus Albaneſis Card. Palæotus,
Dominicus, Tit. S. Laurentii in Pane & Perna Card. Pinellus;
Hippolytus, Tit. S. Pancratii Card. Aldobrandinus, Major Pœnitentiarius, hodie Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, Clementis Octavi nomine aſſumpto;
Hieronymus, Tit. S. Petri ad Vincula Card. de Ruvere;
Scipio, Tit. S. Mariæ de Populo Card. Gonzaga;
Marianus Perbenedictus, Tit. SS. Marcellini & Petri Cardin. Camerin.
Federicus, S. Agathæ Diaconus Card. Borromæus;
Auguſtinus, S. Adriani Diaconus Card. Cuſanus, qui Sanctorum Martyrum corpora, juſſu Sixti Papæ V, conceptis verbis tradidit beato Philippo Nerio Florentino Parenti noſtro, noſtræque Congregationis Fundatori auctorique; AUC. ANT. GALLONIO
Guido, SS. Coſmæ & Damiani Diaconus Cardin. Pepulus.

Hi omnes cum ſacrum feretrum, jam aræ ligneæ medio in templo excitatæ aureoque pallio circumtectæ impoſitum, venerarentur; ſupervenit Nicolaus Sfondratus, Tit. S. Cæciliæ Card. Cremonenſis, qui poſtea Gregorius Decimus quartus fuit. Verum elapſo quatriduo, ſacra Martyrum corpora & capita, è templo ſublata, in ſacrario fuere depoſita; ibi tantiſper manſura, dum & ipſa baſilica & ara maxima, quæ magnificis operibus extructa eſt, conſecraretur & dedicaretur. Quæ tandem dedicatio ſuperiore anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono, per Alexandrum Medicen, S. R. E. Presbyterum Cardinalem Florentiæ Archiepiſcopum, ſolenni ritu ac pompa celebrata eſt. Hæc de poſtrema Sanctorum Martyrum tranſlatione, quam diffuſius uberiuſque Jacobus Butius, Lateranenſis Baſilicæ Canonicus, atque Illuſtriſſimi Domini Hieronymi Ruſticuccii Cardinalis Vicarii Notarius, qui rebus omnibus interfuit, minutiſſima quæque perſequendo, litteris mandavit. E

& an. 1599 ponuntur ſub altari.

146 Incidens quodam die ex ſibi data occaſione in ſermonem de Catharina Pratenſi, ex ordine S. Dominici inſignis ſanctimoniæ femina, cujus res præclare geſtas tribus libris proſecutus eſt Seraphinus Razzius ex eadem familia, in hæc prorupit verba *g*: Catharina dum viveret, ſeſe mihi per viſum oſtendit. Quæ eſſet ejus corporis effigies, quæ habitudo oris, qualis ſtatura, quis aſpectus, ad amuſſim exprimebat. Mirabile id fuiſſe quis neget? quandoquidem nec Philippus Roma, nec Catharina Pratenſi cœnobio egreſſa eſt. Hæc porro narravit ille occaſione obitus ejuſdem Catharinæ, qui in hunc annum in diem quartum nonas Februarias incidit. Hector Modius Calaber, eodem anno, Februario menſe Romam veniens, Philippo peccata ſua confitebatur: *h* quod dum faceret, non importunos modo intemperantiæ ardores, quibus frequenter impugnabatur; ſed deſidiam etiam, quam in illis refellendis adhibebat, ſilentio involvere conſueverat. Philippus interim, ut juvenis pertinaciam vidit, ſimulque animi periculum in quo erat; arrepta ex Confeſſione delictorum quam faciebat occaſione; Quid cauſæ eſt, dixit, quod te de libidinis atque intemperantiæ ſtimulis, ſimul de negligentia qua in eis repellendis uteris, non accuſas? Effare peccata tua, ſi Deo rem gratam facere cupis. Quibus ille rebus in admirationem raptus, mox intimo cum animi dolore confeſſus eſt ſe in his deliquiſſe; atque deinceps majore ſolertia vitam traducturum omni aſſeveratione affirmavit. Eo ipſo anno, menſe Martione an Aprili? P. Prometheus Peregrinus *i*, noſtræ Congregationis Sacerdos, ita graviter ex inteſtinis laborare cœpit, ut ea ſibi extrahi crederet. Quamobrem in cubiculum mox delatus, miſerandum in modum cruciari ſe ſentiebat doloribus increſcentibus. Hunc itaque viſit Philippus; qui aliud inſtituto ſuo agere ſimulans, *k* quaſi jocaretur ægrum manu contrectat; illiuſque mox pectore ſigno Crucis ſignato, eum bonæ implet ſpei; illud adjiciens, nihil eſſe, quod timere debeat: & his dictis abiit. Ille vero, intra ſemiquadrantem unius horæ, omnem dolorem à ſe penitus abſceſſiſſe ſenſit & profeſſus eſt.

Videt abſentem Religioſam Sanctus; g

h

monet non integre confitentem;

F

i

iliacam paſſionem ſedat;

k

147 Eodem anno nobilis mulier Livia Veſtria *l*, permoleſtam capitis vertiginem quatuor plus menſes patiebatur, & Guaiaci decoctum (Lignum ſanctum appellant) quod ſumpſerat, morbo profucrat nihil, l

& capitis vertiginem:

AUC. ANT. GALONIO. nihil, quin parva occaſione ſuccideret. Hæc igitur quodam die, cum è templo noſtro, ubi Sacramenta frequentat, domum repetere vellet, haud potuit, vertigine eam repentinò invadente; quippe cui circumagi, quæcunque cerneret, videbantur. Id ubi advertit P. Angelus Vellius, ad Philippum eat, hortatur. Paret illa; rem beato viro exponit: qui ejus mox caput manu contingens, omnem ab animo curam repellat, monet. Mira dictu res! Extemplo illa, unius Philippi attactu, toto morbo ita ſe levatam animadvertit, ut ne ulli quidem vel minimæ ejus valetudinis perturbationi deinceps ſubjacuerit. Hoc etiam anno, Auguſto menſe, Bartholomæus Fuginus Romanus eo erat corporis morbo æger, ut jam deplorata eſſet ſalus: hic enim à medicis derelictus, extremoque Oleo inunctus, partim peſtilentis febris vi, partim acerbiſſimi doloris qui capiti hærebat magnitudine, proxime ad mortem acceſſerat. *m* Eam rem ut Philippus noſter audivit, ad adſtantes tertia noctis hora converſus, ægro dixit, Certam opem feret Dominus. Eoque pro illo noctu orante, reperitur mane, qui veſperi pro mortuo habebatur ab omnibus, non à febri ſolum plane relictus, ſed doloribus etiam, quibus vel maxime conficiebatur, liber. Vivit is adhuc, ſanitatis beati Patris interceſſione redditæ fideliſſimus teſtis. At de his ſatis. Jam nos ad ea conferamus, quorum annos, quibus geſta ſunt, etſi hoc Pontifice facta, haud ſatis compertos habemus.

moribundũ ſanat:

m

B

novit ſecretam cogitationem:

148 Feminam quamdam nobilitate præſtantem invaſerat *n* cogitatio, rem neſcio quam Deo gratam amplectendi; eaque occulta erat, ipſa autem nemini dixerat. Cumque nec quid ageret ſciret, nec Philippo animum ſuum aperire auderet, in ancipiti cura verſabatur. Verum cum quodam die Confeſſionis peragendæ cupida Philippum adiiſſet, nondum mulier verbum ullum fecerat, cum ille ejus animi cogitationem, quam divinitus noverat, mulieri obſtupeſcenti expoſuit. Ea erat omnium de Philippi ſanctimonia conſtans opininio, ut non deeſſent, qui ejus, abſentis licet, quaſi præſentis opem *o* implorarent. Patritius Patritiæ gentis, cum nocte quadam increſcentibus ſtomachi ſeu inteſtinorum doloribus, quibus laborabat, mori metueret; ad beatum Patrem mente confugit, ejus opem implorat. Nec irritus: totus enim is dolor continuo *p* abiit, ipſeque mane ſanus ac vegetus è lecto exiliit. Honeſta mulier *q* Maria, Paganella cognomento, eodem morbo oppreſſa, telæ fruſtulum, *r* beati viri ſanie ac ſanguine imbutum, dolenti parti admovens, illico ſanatur. Eamdem alio tempore, capitis dolore graviſſime conflictatam, Philippus ſolo tactu in priſtinam confeſtim reſtituit valetudinem.

n

o

varios morbos invocatus curat:

p
q
r
C

A. Æt. 76. 149 Natus videbatur Philippus ad afflictos ſublevandos, tentationibuſque vexatos confirmandos; in his enim plurimum ille valebat. Ré uno & altero exemplo notabimus. Mulier quædam *s*, eximie nobilis piaque valde, graviſſimis animi curis opprimebatur; cumque ad ſex menſes eo tentationis genere oppugnaretur, de conſilio Confeſſarii Philippum adiit; cui cum animi moleſtias aperuiſſet, eam ille intuens, lenique tactu demulcens, bonæ implet ſpei; Abi, dicens, nihil jam erit quod te moleſtet in poſterum. Vix ille hæc dixerat, cum extemplo femina omni ea moleſtia, non in præſens modo, verum in poſterum etiam liberatur; quod profecto abſque miraculo contingere non potuit. Quidam in divino Officio recitando adeo ſcrupulis *t* conficiebatur, ut pene diffideret: ad hanc itaque peſtem avertendam multa nequidquam expertus, tandem ad Philippum confugit. Ille re cognita, claudens illico cubiculi fores, hominem à ſe dimittit; Deum pro eo precaturum pollicetur. Abiit ille domum, divinumque Officium recitare aggreſſus, ab omni illa diaboli tentatione liberum ſe prorſus advertit. Multi præterea, maximis preſſi ſolicitudinibus, vel ex hoc ſolum quod eum alloquebantur, læti inde recedebant.

f

ſolatur afflictos & & juvat tentatos.

t

D

ANNOTATA,

a *Hujus rei teſtem juratam habemus Tamiriam, nobilem feminam.*

b *Totam rem rem Iulius ſacramento enuntiavit.*

c *Id jurejurando ea ipſa Victoria teſtata eſt, idemque ab ejus domeſticis acceptum.*

d *Hanc rem prædicta jam Tamiria jurata narravit.*

e *Id præter Lauram tres oculati teſtes juramento firmarunt.*

f *Hujus rei juratos oculatoſque teſtes novem habemus, in quibus unus eſt Angelus Victorius medicus, qui rem miraculo tribuit.*

g *Ejus rei quinque juratos teſtes habemus.*

h *Id is ipſe Hector ſacramento narravit.*

i *Hanc rem ipſe P. Prometheus jurejurando expr eſſi*

k *Idem in miraculis perpetrandis à S. Romualdo fieri ſolitum, tradit B. Petrus Damianus in ejus Vita.*

l *Eam rem eadem Livia publico teſtimonio firmavit.*

m *Id præter Bartholomæum duo oculati teſtes ſacramento confirmant.*

n *Id ea ipſa mulier ejuſque filii ſacramento teſtati ſunt.*

o *Sancti viri adhuc viventes à piis invocantur. Lege Marcum in Porphirio Gazenſi, Surium in Auxentio, Theodoretum in Philotheo, Cyrillum in Ioanne Silentiario, Bandominam in Radegunde, Theoſterictum in Niceta, Petrum Damianum in Romualdo: idemque apud alios frequenter invenies.*

p *Hanc rem juratus narravit P. Germanicus Fidelis, qui eam à Patritio die ſubſequenti acceperat.*

q *Id ipſamet jurata narravit.*

r *Miracula ex Sanctorum viventium veſtibus vel conſimilibus frequenter patrata eſſe, ipſorum Hiſtoriæ teſtantur: vide Theodoretum in Philotheo, Cyrillum in Ioanne Silentiario, Metaphraſten in Cyro & Ioanne, Bedam in Cuthberto, & demum Gofridum in S. Bernardo lib. 4, cap. 1.*

s *Id ipſa cui contigit ſacramento teſtatur.*

t *Eam rem ſacramento firmavit Federicus Card. Borromæus.*

E

F

CAPUT XIII.

Acta ſub Pontif. Gregorii XIV & Innocentii IX, anno 1590 & 1591.

150 a *Sanctus obtinet facultatem privatim ſacrificandi,*

NUnc ad res à Philippo geſtas Gregorio decimoquarto: *a* nihil enim de beato Patre, Urbano VIII Pontifice, ob Pontificatus brevitatem, ſcribendum occurrit. Hic porro eſt ille Gregorius, cujus permiſſu beatus Pater privato in ſacello (erat id ſuo cubiculo proximum) facere cœpit: ibi enim ille, deſiderio ſe Deo liberius conjungendi, ad ea verba cum ventum eſſet, Domine non ſum dignus, tum circumſtantibus atque ipſo miniſtro foras exire juſſis, ipſe ſolus in ſacello manebat; moxque ut ſolus erat ab arbitris remotus, non prius ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumebat pretioſiſſimumque Sanguinem deguſtabat, quam duas frequentius circiter horas, plus minuſve, in tanti tamque admirabilis Sacramenti contemplatione, maximo cum ſenſu pietatis, ingenti lacrymarum perfuſione conſumpſiſſet: tum Chriſti corpore ac ſanguine ſumptis, adminiſtro in-

A ingreſſo rem ſacram perficiebat. Abſoluto Sacrificio ita nonnunquam abſtractus à ſenſibus apparebat, ut exanimatum magis quam viventem crederes. Conceſſit præterea Philippo hic idem Pontifex, ut ab Officio divino recitando, propter frequentes ægrotationes & ecſtaſes, abſtineret, ejuſque loco Coronam recitaret: verum ille æger, medicis ei divino Officio Horiſque Canonicis nominatim interdicentibus, Coronam recitabat: ſanus, numquam permiſſa uti voluit licentia; divinum Officium, ut nunc eſt, perpetuo recitavit.

& pro Officio recitandi Coronam.

A. Æt. 67 151 Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, mulier primaria, cum in graviſſimum morbum affecta jam ætate incidiſſet *b*, unus ex propinquis vereri cœpit, ne femina Patres Congregationis bonorum ſuorum heredes inſtitueret. Ægram viſebat Philippus, qua erat caritate, quotidie; (ejus enim Confeſſiones audiebat) non amore pecuniarum, ut propinquus putabat, ſed ejus ſalutis deſiderio. Interea cum ille, vehementiore ſuſpicione ſolicitus, Philippum pecuniam, non animam quærere cogitaret; cogitatioque homini nullam partem neque diurnæ neque nocturnæ quietis impertiret, minis beatum Patrem à propoſito deterrere conſtituit: quibus demum ſi nihil proficiat, non introitu ſolum ad ægram, ſed omnino aditu prohibendum cenſet. Sed fruſtra fiunt omnia: ſervi enim Dei, quamquam apud ſe ipſos abjecti, in divinis tamen negotiis agendis mirum in modum fortes ſunt. Ergo Philippus, in propoſito ſuſceptoque conſilio permanens, ut erat animo forti, quæ ſibi objiciebantur pericula contemnens, ſingulis diebus ſemel atque iterum ac ſæpius ad ægram accedebat; in cujus cubiculum invitis cuſtodibus penetrabat, nulla alia re adverſus viri furorem niſi divina fiducia armatus. Quodam die ad eam de more pergens, ab alumnis monetur, ne certiſſimo ſeſe periculo objiciat. Feminam, inquit ipſe, ut ejus animæ proſim inviſo: id autem operis, occidant me, non intermittam. His illi auditis, rogant iterum, ab incepto deſiſtat; ſerviendum tempori neceſſitatique parendum tradunt. Ille denique, Numquam, jam dixi vobis, deſiſtam, quin feminam viſam: interfici hanc ob rem haudquaquam timeo: illud porro ſciatis velim, & ægram, quamquam morti proximam, è morbo convaliturum; & propinquum, etſi optime valet, è vita brevi ceſſurum: idque, uti prædixerat, contigit.

b *ægram, quâ invito conſanguineo viſebat,*

B 152 Eodem anno, Junio ineunte, Joannes Manzolius *c* Florentinus, ex antiquioribus Philippi alumnis unus, in gravem mortiferumque morbum inciderat. Morbo indies ingraveſcente, ventum jam erat ad extrema; deſerto à medicis nulla ſpes ſalutis ſuberat. Ergo ſub veſperum Oleo ſancto inunctus, Joanni Baptiſtæ ſororis filio mandat, Philippum roget, ut Sacerdotem quamprimum mittat, qui ſibi morienti aſſideat. His dictis, beato Patri, quaſi coram adeſſet, toto pectore ſeſe commendat; idque eo libentius, quod memoria retinebat, eumdem prænuntiaſſe, ſe ei ſuperſtitem futurum. Mira res? Etſi ille animam agebat, vitæ tamen non amittebat ſpem: eoque hæc ſecum cogitante medici accedunt, qui mortem illi inſtare ex venis aliiſque ſignis percipiunt; eoque hominem deductum, ut nulla ſpe ſalutis in horam viveret; propinquos de parandis rebus ad funus neceſſariis admonent. Accedit interea Sacerdos à Philippo miſſus (is erat Mathias Maffeus) qui moribundi animam, Chriſtianis myſteriis munitam, aſſiduis precibus Dei Sanctorumque tutelæ impenſe commendat. Vix jam hora abierat, intra quam ægrum moriturum prædixerant medici, Hieronymus ſcilicet Cordelius & Vitus; cum ille, oculis in parietem, qui erat lectulum juxta, defixis, hæſit diutius. Quod ubi cernunt adſtantes, eum ut moſtuum lamentari incipiunt, candela de more ſignant: alii alios intuentes inter ſe dicebant; Ecce moritur, ecce ſpiritum efflat. Cumque durante tractu ac lentitudine mortis, defectus jam viribus neminem prorſus agnoſceret ſentiretque nihil; Mathias domum redit, Philippumque adiens, eidem Manzolium ultimis jam appropinquaſſe exponit. Quibus ille auditis, quod reliquum erat noctis in oratione conſumpſit. Auditæ preces: ea ſiquidem nocte moribundo melius fuit. Dulci enim ſopore corripitur, dormit ad horas duas: experrectus clara voce adſtantes evocat, cibum petit, animi corporiſque vigorem recuperat. Interea minores cuſtodes Miſericordiæ Sodalitii, luce vix apparente, domum Manzolii, quem vita functum acceperant, petunt: corpus ſibi ad lavandum dari rogitant: ſed ubi audiunt eum non modo non mortuum eſſe, ſed ne periculoſum quidem, ut qui vitam ea ipſa nocte in tuto collocarat, admiratione complentur; nec dictis fidem habuere, donec ſuis ipſi oculis illum melius habentem, expedita lingua loquentem, viderint.

AUC. ANT. GALONIO.

c *quem ſibi ſupervicturum prædixerat,*

moribundū in vivā vando retinet,

153 Illud hic annotatu dignum. Mittit Philippus eumdem Sacerdotem Mathiam ſummo mane Manzolium viſum; quo abeunte venit ad eum Montes Zazzara, ut illum de ejuſdem obitu admoneret: cui & dicere cœpit, Amici, Pater, unice mihi cari jacturam feci: Joannes Manzolius ſupremum diem priore nocte explevit; & ecce tibi ſignum, Miſericordiæ Sodales ad funus convocati ſunt. Hæc vix ille dixerat, cum Philippus; Manzolius, inquit, non modo non obiit; ſed ne hoc quidem morbo obibit. Redit interim Mathias, qui rogatus à beato Patre quomodo Joannes Manzolius haberet, Deceſſit, inquit. Et ille, Haud verum dicis, vivit ipſe; propera ergo, ad eum iterum perge; quid ſtas? quid ceſſas? Sed cum Sacerdos juſſa exequi cunctaretur, quod diceret ſe à Manzolii familiaribus de ejus obitu admonitum eſſe; inſtat acrius Philippus, urgetque ut mandatis pareat. Abiit ille: in itinere hæc animo volvebat: Quid ſibi vult iſthęc reditio? Fruſtra Manzolii domum repeto; iterum audiam quod ſemel audivi, Joannes obiit. Hęc dum ille cogitaret, ad ejus ædes pervenit: ingreſſus cubiculum, moribundum hominem, non modo vivum, ſed optime habentem expediteque loquentē, circumſtantes noſcitantem, offendit, miratur. Reverſus ad Philippum, quod vidit, narrat; eum Manzolii nomine ſalutat. Ceterum, ut ad rem noſtram redeamus, accedunt medici ad Manzolium à domeſticis revocati; quamquam initio, quod eum mortuum putarent, venire renuebant. Ex pulſu arteriarum extemplo certam indubitatamque ſpem valetudinis admirabundi concipiunt; Miraculum, inclamant, miraculum; in ſingula momenta levius Manzolium habere profitentur. Neque hic ſtetit res, haud multo poſt, magnis indies virium incrementis, plane convaluit. Produxit is vitam ad annum hujus ſeculi nonageſimum ſeptimum, obiitque paulo plus quam biennium poſt beatum Patrem.

E *& aliis mortuū aſſeveramibus,*

viveꝝ affirmat abſens:

F

154 Nicolaus Lilius, noſtræ Congregationis Sacerdos, vir cum multis virtutibus excellens, tum maxime ſui deſpicientia, periculoſe ægrotabat, tantaque apparebat vis morbi, ut mors inſtaret. Viſebat eum aſſidue Philippus, cui ob ſingulares virtutes carus admodum erat, atque ad pugnam contra diabolicas infeſtationes incitabat. Accidit autem aliquando, ut, cum ille ſupremis appropinquaret, ab adverſario variis modis impugnari cœperit; id autem hac occaſione ad noſtram permanavit notitiam. Sacrum faciebat Philippus in privato ſacello, cum Patribus cibum ſumentibus ſtrepitus ſuper fornicem triclinii audiuntur. Proximus erat is locus, &

convalituram, ipſum moriturum prædicit.

diſcipulum in morte luctantem cum dæmone,

AUC. ANT. GALLONIO

cubiculo ubi æger jacebat, & ſacello ubi Philippus ſalutares Hoſtias divinæ Majeſtati immolabat. Ergo dum hi ſtrepitus fiunt, ex Patribus aliqui tonare credunt; alii, quaſi lapides pergrandes maximi ponderis ſuper fornicem triclinii ſumma vi traherentur, audiunt; ſtrepitus ad ſingulorum aures haud pervenere: audiunt ex Sacerdotibus, Petrus Conſolinus & Prometheus Peregrinus. Inter ſtrepitus Philippus, qui pro ægro tum precibus inſiſtebat, miniſtros advocat; Conſolino, qui primus acceſſerat, Ad Nicolaum, inquit, perge quantocius, ut quamprimum quidquid de illo eſt certo ſciam. Advolat is confeſtim, eoque ubi venit, moribundum Sacerdotem junctis manibus, hilari ſerenoque vultu dicentem reperit; Gratias agamus Domino Deo noſtro; acceſſit, receſſit, victus eſt. Quibus quidem verbis, quæ identidem repetebat, videbatur innuere ſe cum diabolo, cujus aſpectum vitare nequiverat, dimicantem, à Philippo mirabiliter adjutum, ejuſdemque opera ab illius furore miniſque liberatum. Beato deinde Patri eum adeunti, Hem, Pater mi, dixit, quid quæſo cauſæ fuit, quod te hactenus non noverim? Cum morior, nunc, qui homo ſis, noſcere incipio. Geterum de hoc, quoniam vir fuit ſpectatæ

mirabiliter juvat.

B

virum ſane optimum.

per plures annos in Congregatione integritatis, aliqua digna, quæ mandentur litteris, narrabimus. Fuit hic præter cetera pietati ita deditus, ut vocatus à Deo nihil habuerit antiquius, quam obliviſci populum ſuum & domum patris ſui. Propinquorum adeo oblitus erat, ut ne minimum quidem de illis cogitaret. Hinc fiebat, ut eorum litteras, è Gallia Romam allatas, non modo non legeret; ſed faſciculum etiam, ut erat ligatus, abjiceret in ignem. Orationi deditus erat; obedientiam ita amabat, ut nemo magis; ſui ipſius deſpicientia excellebat. In Confeſſionibus audiendis multus aſſiduuſque; pietate in Deum & caritate in proximum flagrabat; de ſe ipſe demiſſe abjecteque ſentiebat; Cœnobium B. Franciſcæ Romanæ omni fere tempore dulciter ac ſine querela rexit; diem obitus ſui, priuſquam lectulo decumberet, prævidit, prædixit; morti proximus, Sacramentis Eccleſiæ munitus, ſupremum diem maxima cum ſignificatione pietatis explevit, eodem, quem diximus, anno nonageſimo primo, XVIII Kal. Julias.

155 Hoc etiam anno XI Kal. Auguſti, P. Deſiderius Conſalvus, Ordinis S. Dominici, in gravem morbum incidit; morbum peſtifera febris ſecuta eſt, febri phreneſis acceſſit. *d* Jacebat æger in lecto, vi mali victus, &, ſi medicis crederes, nulla ſpe ſalutis. Eo interim ad finem properante, evocatur Philippus ad P. Franciſcum Bencinum, graviter itidem ægrum, ſed non ad deſperationem medicorum laborantem. Qui mox, Is, dixit, ex hoc morbo non convaleſcet; tum Patrem Deſiderium adiens, Bencinus, iterum ait, præſenti ægrotatione morietur. Illud his ſubnectam. Vixdum Deſiderii cubiculum attigit, cum ad ſe æger fevertens, tanto confeſtim gaudio ex ſola viri præſentia repletur, ut ſibi ipſe ſanus jam eſſe videretur. Neque eum opinio decepit: Philippus namque, manibus ſuper illo impoſitis, Confide, dicebat, brevi convaleſces. Nec mora. Æger delirio, phreneſi, & ſomnolentia ſolutum ſe animadvertit: febricula demum, quæ ex morbo reliqua erat, liberatur. Is itaque cum à media morte ad vitam revocatus eſſet, ab amicis dici cœptus eſt, non jam Deſiderius, ſed Lazarus redivivus: quo vocabulo in hunc uſque diem à quibuſdam nominatur. Joannes Comparottus medicus, qui utrumque curabat, ut prædictioni eventum reſpondiſſe vidit, Philippum ut Dei amicum magis magiſque venerari cœpit; P. Deſiderio ſalutem divinitus redditam, beato viro pro eo orante, af-

C d

Minus ægrè moriturum, alium victurum prædicit.

firmavit; ſimulque adjecit, ingentiſe admiratione affici cogitantem, P. Bencinum, de cujus ſalute medici haud deſperarant, diem obiiſſe; & P. Conſalvum, qui omnium opinione mortuus credebatur, contra omnem medicæ artis rationem, è morbo evaſiſſe incolumem. D

156 Femina Princeps eodem anno, Auguſto menſe, ad ultima ſummâ vi morbi adducta venerat; extremaque etſi patiebatur, ſigna tamen apparebant in ea, quæ ſeriorem mortem denuntiarent *e*. Hanc Philippus, cujus pectus flagrabat caritate, viſit; cumque pauliſper pro illa divinam precatus eſſet clementiam, inde neſcio quem ægrotum viſum abiit. In itinere ſecum ipſe, Heu feminam! frequenter dicebat, Heu auxilio indiget! Res ſua poſtulat, ut ei opem feramus. Ad plateam S. Mariæ ad Martyres ut ventum eſt, Revertamur, iis qui ſecum erant, ait, ad moribundam: ſenſerat enim divinitus ſe ad eam, cum diabolo forte dimicantem, revocari: quam reperit eodem prorſus modo habentem, ut antea; crederes eam, egregie adhuc robuſtam, ad alium ſaltem diem ſpiritum ducturam eſſe omnino. Tum Philippus, ut feminæ ſubveniat, quibuſdam qui ejus inſidebant lectulo foras exire juſſis, in moribundæ faciem primum ſemel atque iterum exuflat; tum preces pro ea ad Deum fundens, ipſamque ſermone de rebus divinis perbrevi confirmans, in hæc tandem verba prorumpit: Jubeo tibi, anima, Dei nomine, ut ex hoc corpore egrediaris. Quibus dictis, extemplo mulier (cunctis qui aderant ſtupentibus, factumque initio non credentibus) ſpiritum efflavit. Hoc ipſo, opinor, anno, menſe Octobri, accidit Victoriæ Vareſiæ Romanæ *f*, ut ingenti dolore correpta in læva ſcapula, eo tam acerbe opprimeretur, ut anhelitum trahere vix poſſet; nec noctu conquieſcere, nec in lecto decumbere. His in anguſtiis B. Philippi memor, ad ejus iterum opem confugit, enixeque rogat præſenti ſe morbo eripiat. Nec irrita: Philippus namq; affectam mox partem pugno percutiens; Abi, inquit, ex morbo plane convaleſces, Mira res! Victoriæ extemplo melius fuit: vixque domum, quam noſtris ædibus proximam habebat, pervenit, cum in ſtatum valetudinis priſtinum reſtitutam ſe animadvertit.

citam mortem ægræ impetrat: e

f

aliam ſanat.

157 Illud hic attexam, quod Gregorius XIV, & Cardinalis & Pontifex, Philippum ſemper plurimi fecit, dilexit unice, magnamque ex ejus præſentia capiebat lætitiam; eumque præterea & læto ſemper hilarique vultu excipiebat, & peramanter amplectebatur, nec permiſit unquam eum coram ſe eſſe, aut ſecum de quavis re agere, niſi ſcabello confidentem atque operto capite. Quodam die, cum de more Pontifex in ejus rueret amplexus, me præſente, in has illico erupit voces: O te vere felicem! tu quidem, Pater mi, ſanctitate nos vincis; quamquam nos te (quod Chriſti vices in terris gerimus) dignitate & poteſtate ſuperamus. Ampliſſimi S. R. E. Cardinales, qui eo Pontifice magna Philippum obſervantia colebant, quique ſimul ejus delectabantur conſuetudine, hi fuere, Gabriel Card. Palæottus, Fr. Michaël Bonellus Alexandrinus, Julius Antonius Sanctorius, Alexander Medices, Auguſtinus Valerius, Vincentius Laureus; præter hos Hippolytus Card. Aldobrandinus, major Pœnitentiarius, qui hodie tanta cum ſanctitate ac prudentiæ laude Eccleſiæ gubernacula tenet, Clementis VIII nomine honeſtatus; Hieronymus de Ruvere Archiepiſcopus Taurinenſis, Scipio Gonzaga, Federicus Borromæus, Joannes Franciſcus Maurocenus, Auguſtinus Cuſanus, Guido Pepulus, Paulus Camillus Sfondratus, Octavius Paravicinus, & alii. Verum Philippus, in magna quamquam ſemper auctoritate & exiſtimatione apud Summos Pon-

Amatur à Gregorio 14 Papa, F

A Pontifices, & Ampliſſimos Cardinales, & Principes viros fuit; his tamen ille numquam elatus honoribus, utpote qui caduca omnia contemneret, de ſempiternis honoribus ſempiternaque gloria, cujus vehementer cupidus erat, aſſidue cogitabat. Hæc de rebus à B. Philippo geſtis Gregorio IIII. Jam de iis quæ ab eodem facta ſunt Innocentio IX, qui Pontifex creatus IV Kal. Novembris, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, ſedit menſes duos.

158 In exitu hujus anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi primi quidam, cui Matthæo Guerræ nomen *g*, Romam venerat (erat is eximia erga Deum pietate) hoſpitio exceptus fuit à noſtris, Philippo ad Confeſſiones utebatur: de ejus enim ſanctimonia magna & famâ & auditione acceperat, illud autem interim contigit. Erant veſperi apud beatum Patrem viri aliquot nobiles ac primarii; hos cum ille, qua erat animi comitate, more ſuo feſtive & urbane tractaret, unaque cum ipſis modeſte etiam quandoque ſubrideret; paſſus eſt ex his hoſpes neſcio quam animi offenſionem, dicebatque ſecum ipſe; Hic ſi ea eſſet ſanctimonia, qua dicitur, aliter vitam ac facit inſtitueret, vitio dans quod virtuti tribuebant alii. Interim cum jam diluceſceret, beatū virum adit; delictaque confiteri aggreſſus, quod de eo veſperi ſecum agitarat, ſilentio tranſmittit. Intuetur hominem Philippus; ipſumque ne ullum in Confeſſionibus faciendis delictum reticeat, etſi leve ſibi videatur, admonet. Quibus dictis, Tuum erat, adjecit, quam de me heri veſperi offenſionem habuiſti, aperire; eique rem totam diſerte explicuit. Stetit ille his auditis ſtupore defixus: cogitatum aperit, Confeſſionem peragit, culpæ veniam petit. Illud de beato Patre hic mirabile adjiciam, cum locum aptiorem non compererim, quod Romana Sede Paſtore orbata *h*, ſemper ferme, nunc dormiens, nunc vigilans, nomen illius, qui in Summum Pontificem eligendus erat, maxima voce pronuntiari audiebat: quam rem paucis admodum viris aperire conſueverat. Sed ab Innocentio, qui Pontificatum geſſit bimeſtrem, veniamus ad Clementem VIII, hodie viventem, qui ei ſubrogatur tertio Kal. Februarias, anno ſalutis humanæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo *i*.

Cogitationem hoſpitis perſpicit:

futuri Pontificis nomē diſcit.

ANNOTATA.

a *Gregorius* 14, *creatus Nonis Decembris anno* 1590, *ſedit menſes* 10, *dies* 10.

C b *Hanc rem ſatis pervulgatam quatuor Sacerdotio præditi jurejurando affirmarunt.*

c *Id præter Manzolium alii etiam teſtes, ex iis qui interfuerunt, juramento teſtati ſunt.*

d *Totam rem, præter P. Deſiderium & Ioannem Camporottum medicum, duo oculati teſtes publico teſtimonio confirmarunt.*

e *Eam rem, ut ceteras fileam, jurejurando enuntiarunt principes feminæ, Beatrix Cajetana & Iulia Vrſina Rangona: utraque enim ſpectaculo interfuit.*

f *Totam rem Victoria jurata teſtatur, eamdemque à domeſticis accepimus.*

g *Hanc rem ipſemet ſacramento expoſuit. Lege autem ſimilia in Vita S. Sabæ & epiſtola* 46 *Nazianzeni ad Amphilochium.*

h *Id juratus narravit, ut ceteros præteream, Card. Taurufius.*

i *Libri ſecundi finis.*

CAPUT XIV.

Annus Chriſti 1592 *& ſequentes duo.*

PEtrus Philippus Lazarellus eccleſiaſticum Beneficium ab Innocentio nono obtinuerat *a*: qua de re cum Apoſtolicas litteras, Summo Pontifice ex hac luce ſublato, conficere non potuiſſet; Clemente Octavo in demortui locum ſuffecto, omni ope nixus eſt, ut eam rem expleret; ſed libello ſupplici (ut is opinabatur) a nobili præpotentique viro retento, quo id Sacerdotium in alium transferretur, re deſperata cogitare cœpit de nobili illo viro ſclopeto occidendo, jamque à Sacro faciendo divinoque Officio recitando ceſſaverat. Hoc itaque animo cum eſſet, venit Dominico die mane ad noſtram eccleſiam: ibique è regione Philippi procumbens in genua, occultiore vi ſe ſenſit impelli, ut eum adiret: ejuſque pedibus, neſciens quid ageret quidve ſibi vellet, provolutus, nullum loquebatur verbum, nullam edebat vocem: mutum eum crederes. Hic beatus Pater ſiniſtram viri autem manu leniter apprehendens, Tu, inquit, ærumnis premeris, an non ita eſt? Cui ille, Sic, Pater. Bono animo ſis, ſubjecit illico Philippus, intra quindecim dies hac ſolicitudine liberaberis. Quibus ille auditis ingenti gaudio perfuſus, bonæ ſpei plenus, lætus inde ſe ſubduxit: intraque præfinitos dies ea moleſtia præter omnium expectationem liberatus, Beneficio eccleſiaſtico, de cujus ſpe deciderat, confectis ea de re litteris, donatur. Eodem anno Hieronymus Pamphilius, è prima nobilitate vir, Rotæ Auditor, cum ita graviter ægrotaret, ut ad deſperationem medicorum laborare cœpiſſet *b*, à Philippo Aprili extremo inviſitur. Qui hominem benigne amplexatus, timorem omnem abjiciat monet, morbum brevi diſcuſſum iri affirmat, pollicetur. Neque abfuit dicto fides: quippe ille haud multo poſt, ſano vegetoque corpore, ſurrexit è lectulo. Hic autem non prætermittam ne illud quidem, obſervatum frequenter à multis fuiſſe, ægros, de quibus medici deſperarant, priſtinas recuperaſſe vires, beato Patre eos è morbo evaſuros pronuntiante: contra, de quibus medici nil ſuſpicabantur mali, eodem annuente è vita ceſſuros, naturæ debitum exolviſſe.

159 a A. Æt. 77.

Sanctus cogitatam eadem impedit,

E *prædictione futuri:*

deſperatos ægros victuros prædicit. b

1ôo Puellæ annorum novem, Catharinæ Ruiſſæ nomine, cruſtulæ quædam cacoethæ, hoc eſt mali moris, nares occuparant, non abſque pravæ luis ſuſpicione; *c* quippe cum domo nuper exceptus fuiſſet, qui eiſdem infectus pariter laborabat. Puellæ medicamentis ſuccurritur, ſed certe incaſſum omnia: nam cruſtulæ, quamquam mundari ex intervallo videbantur, novæ tamen confeſtim ejuſdem generis in naribus naſcebantur. Cumque per integrum annum hoc morbi genere oppreſſa jacuiſſet, nec medicamentis ſanari poſſet; à matre ad Philippum hoc ipſo anno, Aprili menſe vel Majo, adducitur. Is ubi puellam vidit, affectas mox nares manu leniter contrectans; Filiola dicebat, nullus tibi deinceps ejus generis morbus erit. Nec mora; Catharina confeſtim habere melius cœpit, brevique poſt uſque adeo integram recuperavit valetudinem, ut ea deinceps ægrotatione neutiquam laboraverit. Hoc etiam anno, menſe Auguſto, venerat ad Philippum Victoria Ciba, ut animum ſacramento Confeſſionis expurgaret *d*. Cui mox ille; Quampridem ait, ſororem tuam viſiſti? Jam dudum, reſpondit. Et ipſe, I frequenter viſere eam: futurum enim eſt ut brevi ſupremum diem expleat. Erat hæc virgo Deo ſacrata, cui Victoriæ, ut ſorori, nomen fuit: quæ relicto ſeculo cœno-

F c *Sanat cruſtulas narium incurabiles:*

quandā monet de cito moritura ſorore. d

AUC. ANT. GALONIO. cœnobio B. Franciſcæ Romæ ſe addixerat. Ea itaque, optima quamquam tum utebatur valetudine, quiete libereque vivebat, vitæ annum alterum & vigeſimum agens; repentino tamen morbo oppreſſa, intra menſem, nempe XIII Kalendas Octobres, diem obiit extremum.

Obſtinatos Iudæos convertit,

161 Eodem itidem anno, IX Kalendas Septembris, dati fuerunt ſub Patrum cuſtodia adoleſcentuli quatuor, iiſdem parentibus geniti, religione Judæi, obſtinato prorſus animo, Hæbreorum ritibus & ſuperſtitionibus addictiſſimi. Hos Philippus ubi obſtinatiores vidit, Chriſto haud ita multo poſt nomina
e daturos prænuntiavit: res autem hoc geſta modo *e*. Quodam die ſub horam noctis primam, cum in Judaica ſuperſtitione obfirmato quam numquam antea animo perſtarent, in eoque perſeverantes quod in patria vellent atque avita religione mori, omnemque præterea qui haberetur de Chriſto ſermonem auribus reſpuerent; non modo ſuperbæ eorum obſtinationi non ceſſit beatus Pater, ſed inflammari etiam ſe ſenſit magis ad eos Chriſto adjungendos. Illos itaque hortatur, Deum enixe orent, ut eos veritatem edoceat: & ſimul adjungit, eumdem ſe poſtero
B die in ipſo Sacrificio pro illorum converſione rogaturum, quem preces ſuas auditurum ſciebat. Die vero inſequenti mane, cum ejuſdem eſſent ſententiæ, obſtinatioreque animo Judaicam legem profiterentur, improviſo, cum nil minus expectaretur, Philippo Sacrum faciente, vi divina ad Chriſtianam religionem impulſi, Petro Conſolino Sacerdoti Chriſtianos ſe fieri velle exponunt. Hi poſtea, de rebus fidei optime eruditi, à S. D. N. Clemente VIII, in Baſilica Lateranenſi ſacro baptiſmate abluuntur; mutatiſque nominibus, natu maximo Alexander, alteri Auguſtinus, tertio Hippolytus, poſtremo Clemens nomen imponitur.

pro iis ſacrificans

162 Virgilius Creſcentius, nobilis Romanus, hoc
f ipſo anno, Novembri menſe ægrotare cœpit *f*: morbus initio ita levis videbatur, ut ne medicorum quidem judicio mortifer haberetur. Interea rogatus Philippus ut pro illo Deum oraret, apertiſſimis indicavit verbis, ægrum ejus vi morbi è vita ceſſurum omnino. Sed cum iterum urgeretur, ut morbum ab eo precationibus expelleret: Voluntati divinæ, inquit, obſequendum in omnibus; id enim vult Deus, ut is hoc morbo moriatur; ergo nos ad ejus voluntatem conformemus. Mira dicturus ſum: æger paucis poſt elapſis diebus ea ægrotatione deceſſit. Non
C invitus huic ſubnecto ejus conjugem Conſtantiam. Hæc Philippo præſente (ut qui eam ſolaturus advenerat) id ſecum animo agitare cœpit
g *g*: Vir meus affecta nondum ætate obiit; hic vero (Philippum dicebat) extremam quamquam ætatem attingit, vita tamen fruitur, vitam retinet. Tum Philippus, ejus mentis cogitata intuitus; Vir tuus, feminæ inquit, etiam nunc juvenis mortuus eſt; & ego, qui ſenex ſum, in vita adhuc maneo: nonne vera loquor? quid taces? His illa auditis, miraculo attonita, obmutuit. Patritium Patritiæ gentis, eodem anno ac menſe leviſſime ægrotantem inviſens, illud monet, ut ſacramentis Eccleſiæ ſe muniat, ſeque demum mortalem
h agnoſcat *h*. Sed cum id verbum tum illi tum domeſticis durum nimis videretur (quandoquidem de ægri morte ne levis quidem ſuſpicio erat) de Philippi conſilio in aliud tempus differendo cogitari cœptum eſt: ſed beato Patre acrius inſtante, datum ſibi conſilium ægrotus tandem amplectitur: qui ſacramentis Eccleſiæ munitus, rebus humanis eripitur.

duorũ mortẽ prædicit.

æger miraculo convaleſcit,

163 Eo ipſo anno inciderat Philippus Novembri menſe in continentem febrim, ſine remiſſione gravem, ardentem, atque periculoſam, quæ quadraginta totos dies eum acerrime divexaverat. Invaleſcente indies morbo, cum putarent omnes eum non procul abeſſe exitio, integræ derepente firmitati præter ſpem reſtituitur. Id porro medici divinũ fuiſſe miraculum, ætatis viri præſertim habita ratione, jurati publico teſtimonio confirmarunt. Illud quoque admirabile, quod Hieronymo Cordelio, uni ex iis qui eum ægrotantem curabant, accidit *i*. Hic cum quo- i
dam die ſub veſperum illum peſſime habentem reperiſſet; Philippus, dixit, adeo periculoſe ægrotat, ut non longe jam abſit à periculo mortis. Redit deinde poſtridie ſummo mane, quæritque ſolicitus num bene haberet. Ei Philippus, qui de verbis illius nihil acceperat, ſeorſum ab aliis evocato; O Cordeli, in- *uti prædixerat,*
quit, non eſt mihi hic morbus, ut tua fert opinio, ſupremus: ex eo ſurgam. Hoc ipſo tam gravi morbo detentus, certis quibuſdam adoleſcentibus, quorum ille Confeſſiones frequentiſſime excipere ſolebat, facultatem numquam, multis ac juſtis de cauſis, dare voluit apud alios Confeſſiones peragendi: Expectate, dicebat, illis, parumper, quieto animo vivite, Natali die Domini noſtri Jeſu Chriſti ego ipſe peccatorum veſtrorum audiam Confeſſiones. Id, ſicuti prænuntiaverat, contigit; ex eo enim morbo paulo poſt, medicis admirantibus (ut qui Philippum E
ante id tempus è vita ceſſurum dicerent) plane convaluit; eorumque Confeſſiones non modo, ſed aliorum etiam, excepit audivitque. Obſervatum præ- *ſicut aliàs ſæpe:*
terea fuit frequenter à multis, beatum Patrem ex graviſſimis morbis, quorum vi peritiſſimorum judicio ad ultimum venerat vitæ diſcrimen, divinitus priſtinæ incolumitati, humanis remediis nihil prorſus efficientibus, vel etiam non adhibitis, reſtitutum fuiſſe: eam porro rem medici, qui ejus corpus curabant, ſacramento teſtantur. Videre erat etiam quandoque Philippum tam brevi ex graviſſimis morbis ad integram corporis incolumitatem redire, ut medici, qui illum veſperi morti proximum offendebant, poſtridie mane omni prorſus morbo levatum reperirent *k*. Illud quoque hic attexam, pro mira- k
culo à peritiſſimis medicis habitum, Philippum devexa jam ætate, ſive morbo affectum, ſive viribus valentem, tam tenui cibo vitam tenere potuiſſe; idque ſupra vires naturæ, ac divinum prorſus miraculum fuiſſe jurejurando confirmarunt.

cujuſdam ſcrupulos inſpicit.

164 In hujus anni exitu Claudius Nerius, civis Romanus, vir utriuſque Juris peritia clarus in Urbe, adeo magnis conſcientiæ aculeis mali dæmonis im- E
pulſu torquebatur, ut eis impeditus Euchariſtiæ ſa- l
cramentum frequentare non auderet *l*. Hiſce in anguſtiis Philippum conſulere ſtatuit, animo quod ille daret conſilii proſequendi; multumque cum eo ſermonem habens, quod dictum venerat reticens, omnia alia enarravit. Tum Philippus, qui rem totam divina revelatione prænoverat, rogare hominem cœpit, ut, ſiquid, quod aperire cuperet, in animo haberet, expromeret. Negat initio Claudius; inſtat iterum Philippus: negat ille, ut antea, foraſque exire volebat; ſed non permittit beatus Pater, qui ut animo opem ferret, ficta perſona, quod ille ſecum animo revolvebat, aperit. Amicus mihi erat, dicere cœpit, qui ejuſmodi ſcrupulo conficiebatur (eum ipſum referens, quo premebatur Claudius) cumque is nullam animo quietem capere poſſet, me conſulere decrevit. Tum enarrans modum, quo amicum *& dextrè curat.*
ea ſolicitudine liberaverat, quaſi aliud ageret, nunc amici, nunc Claudii nomine loquebatur: putares eum à Claudio de re ſua jam antea plane eruditum fuiſſe. Qua ille denuntiatione perculſus, attonito mox ſimilis efficitur, experimento diſcens id reſciſſe beatũ Patrem, quod mortalium nemo præter ſe ipſum ſuſpicari potuiſſet; domum vero reverſus, expertam

beati

A beati viri ſanctimoniam, tum conſanguineis, tum amicis enarrare non deſtitit.

A. Æt. 78. 165 Anno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio, cum quodam die precibus de more inſiſteret, dæmon, cujus ſtudium ſæpe fuit interpellare orantem, veſtem ejus, quem
m ferre non poterat, ſordibus aſperſit *m*. Eodem anno,
n menſe Junio, Antonia Caraccia, *n* Antonii Paſquini
Deſperatam ab omnibus conjux, effuſo fœtu, repentino dextri lateris dolore corripitur: dolore increſcente à domeſticis in lectulo collocatur, eoque mirum in modum aucto, moleſtiſſima febri jactari cœpit: febri vero ac doloribus diu preſſa, eo tandem devenerat, ut neutram in partem movere ſe poſſet. Ergo cum quindecim circiter dies ita graviter afflictata jacuiſſet, nec quidquam ei prodeſſet quod à medicamentis proficiſceretur; Antonio viſum eſt ad Philippi opem confugere. Cui ille; Abi, inquit, Uxor tua è morbo evadet: quibus dictis illum dimiſit. Sed cum morbus in ſingula pene momenta majorem in modum amplior fieret, ipſaque ægra omnes fere cibos hauſtuſque ſtomacho faſtidiente reſpueret, ullamque quietis partem neque noctu neque interdiu caperet; perrexit iterum Antonius ad beatum Patrem, quem mox etiam at-
B que etiam rogare cœpit, ut periclitanti uxori, quæ ſæviente atrociter febri proxime ad mortem acceſſerat, ſuccurrere velit. Cui ille; Conjux tua, inquit, non modo præſenti morbo non morietur, verum etiam priſtinum corporis animique vigorem recupe-
tactu ſanat. rabit: abi ergo domum, ego te mox ſequar. Eam itaque adiens, quid morbi ſit, ubique hæreat dolor, rogitat. Quibus demum cognitis, manu dolenti parti admota, tam ingenti lætitia eo confeſtim attactu ægra perfunditur, ut, ubi eſſet, vix ſciret præ gaudio. Philippus interim, quod Deus per ipſum effecerat ſentiens, inde ſe ſubduxit, his verbis mulierem in diſceſſu ſolatus, Læta jam eſto; ne quidquam vereare. Vix ille abierat, cum ea præter morem cœpit ſine ullo adminiculo in utramque ſe partem movere, periculum virium factura; quod ubi facere aggreditur, & deperditas vires ſe recuperaſſe, & tota febri totoque dolore ſolutam ſe animadvertit; virumque ſuum gaudii plena evocans, ei miranti ſanam ſeſe oſtendit.

Petit à Præpoſitura abſolvi, 166 Cum privatæ vitæ deſiderio teneretur Philippus, atque grave ſibi videretur, qua erat humilitate, aliis imperare; Franciſci Minorum Patriarchæ exemplum ſecutus, Præpoſiti munere omnino ſe abdicare conſtituit. In hanc itaque ille ſententiam in-
C greſſus, Patribus, qui aſſiſtere in deliberationibus ſolerent convocatis, quid in animo fixum haberet enuntiat; rogatque, ut, nulla ſui habita ratione, Congregationis utilitati proſpiciant omnes, cum debeat unuſquiſque ſuam voluntatem ad publicam cauſam aggregare; & quamprimum novum deligant Præpoſitum Generalem, qui cunctis præſit, virum ſe & animo & corpore firmiorem: Ego enim, inquit, Patres, ſenectute jam confectus, ad res agendas non ſatis mihi aptus videor: haud ergo æquum opinor, hoc à me diutius ferri pondus debere: unum itaque etiam atque etiam oro eligatis, qui mihi feſſa jam ætate viro ſuccedat; date mihi, quæſo, ut liber ab onere, vacuus à curis, rectius imminenti morti me comparem. Sed ubi animadvertit, quibus rebus putabat mentes Patrum ad ſuum imperium flectere, illis ipſis ſtudia eorum vel maxime incendi, ne voti
intercedentibus Cuſano & Borromæo Card. compos efficeretur; Auguſtinum Cuſanum & Fedricum Borromæum Cardinales rogare mox cœpit, id ſuo nomine cum Patribus agerent, ut ſe Præpoſiti munere abire permitterent: qua re cognita, eam illi provinciam libenti animo ſuſcepere. Pridie itaque Nonas Julias convocatis Patribus, quibus ferendi ſuffragii jus erat, exponunt iidem Cardinales, Philippum, quàm ſuppliciter poteſt, rogare, ſibi primum feſſa jam ætate Præpoſiti onere abdicare liceat; tum ut Congregatio Cæſarem Baronium, ex antiquioribus filiis unum, Præpoſitum deligat: ad quæ Summi Pontificis voluntatem accedere fatebantur, ut qui totam rem approbaret, & eundem Baronium Generalem Præpoſitum declarandum fore cenſeret. Baronius, ut hæc audit, Diſplicet mihi vehementer, dicere cœpit, nec ſane ſine dolore loquor, id Parentis noſtri conſilium. Tamen cum eo ipſe onere levari tantopere cupiat, idemque Ampliſſimi Cardinales ſuo nomine petant, accedatque Sanctiſſimi voluntas, ejus deſiderio haud repugnare amplius cenſet Congregatio.

AUC. ANT. GALLONIO

idque impetrat commendatque Baronium.

167 Philippo interim in propoſito ſuſceptoque conſilio permanente, decernunt Patres, ut novus Præpoſitus eligatur; cumque ſua quiſque reſponſa dediſſet, ſuumque in ſchedula ſuffragium reliquiſſet; Baronius, quod initio jam dixerat, antequam reliqui Sacerdotes ſuam protuliſſent ſententiam, non poſſe æquo animo pati, adjecit, ſe eligi Præpoſitum Generalem; negatque munus, viribus impar ſuis, ulla ratione ſubiturum, niſi in ſe eligendo modus Congregationis decreto definitus ſervetur; liberiſque Sacerdotum votis relinquendum eſſe, quem vellent, e-
E ligerent; idque ſe quanto maximo poterat ſtudio à Cardinalibus, qui coram aderant, atque ab ipſo Philippo efflagitare; fore enim ut Sanctiſſimus Dominus noſter haud quaquam repugnaret, ſi noſtra noſſet decreta. Cum hæc & alia multa in eam dixiſſet ſententiam, ejus opinionem qui adſtabant Sacerdotes *per ſecretà ſuffragia* ſecuti, rem precibus Deo commendandam putant. Patres Neapolitanæ domus, ut ſuam ipſi ferant ſententiam, per litteras de nova Præpoſiti electione admonere decernunt, atque his ita conſtitutis cœtus ille dimittitur. Interea, rebus omnibus optime digeſtis, decimo Kalendas Auguſtas, qui dies B. Apollinari Epiſcopo & Martyri anniverſario ritu ſacer eſt, aſſiduis jam precationibus & ſacrificiis eam in rem adhibitis, dato ſigno, in unum locum convenere Patres; & Philippo in propoſito perſeverante, de novi Præpoſiti electione agi cœptum eſt. Cumque ſuum quiſque ſuffragium in ſchedulam miſiſſet, ſuffragiis tandem legitime extractis recitatiſque, Præpoſitus renuntiatur Baronius, nemine præter ipſum Baronium diſcrepante, idque ingenti omnium lætitia, quod beato Patri dignum, qui ſuccederet, reperiſſent. Præ-
idem eligitur. fuit is toti Congregationi maxima cum laude tribus plus annis, ſuique officii munera, graviſſimis etſi curis impeditus, ſumma ſemper diligentia atque dexteritate executus eſt. Expleto triennio, ubi iterum de more ad ſuffragia ventum eſt, idem prorſus Patrum conſenſus in eo confirmando extitit, qui olim fuerat in eligendo. Sed vix hæc facta ſunt, cum à Sanctiſſimo Domino noſtro Clemente VIII, ut ſuperius attigimus, in Cardinalium numerum una cum Franciſco Maria Tauruſio Archiepiſcopo Avionenſi, collega ac ſodali ſuo, cooptatus eſt. Baronio Cardinali creato, Angelus Vellius, ſummo omnium conſenſu, ſecundus à Philippo ſufficitur, anno redempti orbis milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto, Junio menſe.

F

168 Ea erat Philippus ſanctimonia, ut Angelorum cantibus ſymphoniiſque fruerecur *o*. In obitu
o Helenæ Maximæ, tredecim annos natæ, eos ſuaviſ-
Philippus Angelorum cantus audit in obitu piæ virginis, ſime concinentes audivit. Fuit hæc virgo in Dei amore mire fervida, vitam ſuam arbitrio Confeſſarii moderabatur in omnibus, Chriſti mortem maximo cum ſenſu pietatis aſſiduis propemodum lacrymis deplorabat, ter per hebdomadam ſacratiſſimo Angelorum pane ſeſe reficiebat, in communicando maximam lacrymarum vim profundere cernebatur, ora-

AUC. ANT. GALLONIO

tioni aſsidua erat, crucem ſuique ipſius contemptum amabat, patiendi pro Chriſti gloria cupidiſsima erat. Moribunda ubi ſacrum Viaticum ſumpſit, quod Baronius miniſtravit, ſe totam ſanctiſsimo Chriſti ſanguine perfundi propriis vidit oculis. Demum (ut beato Patre referente cognovi) diem obitus ſui prævidit, prædixit; cujus pòſt corpus exanime ad eccleſiam noſtram delatum, ibidem arca lignea incluſum, ſepulturæ mandatum eſt: incidit ejus mors in diem v Idus Septembris, Chriſti anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio.

A. Æt. 79.

169 Anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto, Maio menſe, Philippus vix à continenti febri, quæ vigintiquinque circiter dies eum divexaverat, relictus fuerat, cum è renibus graviſſime laborare cœpit. Dolor infirmo tantus tamque acerbus erat, ut nullam partem quietis eum capere ſineret: cumque is dolor decem aut duodecim circiter horas eum tenuiſſet teneretque adhuc, urinaque non redderetur, actum eſſe de illius ſalute, inſuper ipſum intra paucas horas è vita ceſſurum, non magis jam medici quam domeſtici pro certo habebant. Ergo in tanto vitæ periculo cum eſſet viribus deſtitutus, ut jam non vivum, ſed mortuum crederes; divinitus repente factum eſt, ut, Angelo Victorio & Rodulpho Silveſtrio medicis præſentibus & inſpectantibus, quo evidentius eſſet miraculum, priſtinæ incolumitati reſtitueretur. Erant tum apud beatum Patrem, præter medicos de quibus diximus, Alexander Alluminatus, Franciſcus Zazzara, & hujus hiſtoriæ Auctor. Rem ut ſe habuit, narrabo. Vix Philippus, ſed ne vix quidem movere ſe poterat (ea erat virium imbecillitas) vix loqui ut audiretur; cum hora diei prima & vigeſima, alta voce, ut omnes audire poſſent, clamare cœpit; Qui aliud præter Deum cupit fallitur: Qui aliud præter Deũ amat, turpiſſime labitur. Et hæc cum ſemel atque iterum pronuntiaſſet, confeſtim, quaſi deperditas vires recepiſſet, toto corpore ſublimis, nulla vi ſuſtentatus, cunctis qui aderant ſimul admirantibus, ſimul collacrymantibus, ferri cœpit; & velut aliquem, ſenſum omnem oculorum effugientem, amplecteretur, clariſſima voce, uberrimis lacrymis mixta, dicebat: O cariſſima mihi Virgo! tu, tu ad me veniſti, ut me his doloribus liberares? O Virgo aſpectu pulcherima, venuſtate affluens & decore! & quis ego ſum, qui dignus ſim tua præſentia? Non certe, non is ſum, in quem tanta gratia conferatur: nihil eſt in me, quod te ad me amandum alliciat; indignus prorſus ſum qui abs te viſar: quo meo merito factum, ſanctiſſima atque optima Virgo, ut ad poſtremum famulum tuum venire ne graveris?

P

& pene moribundus

B

C

eamdē amplectitur,

170 Tum motans ſubinde manus, lacrymarum plenus, quaſi Beatiſſimam Virginem obviis ulnis amplecteretur, hiſce vocibus aſſidue clamabat: O ſanctiſſima Dei Mater! ô omnium creaturarum, ut optima, ita & pulcherrima! Et hæc cum effaretur, toto corpore, nullo fultus adminiculo, cubito circiter vel etiam plus eo ſublimis, mirandum in modum attollebatur. Tum, O ſanctiſſima Virgo (nobis audientibus) dicebat, ô dulciſſima Dei Mater! quo meo merito factum eſt, ut ad me veneris? In tuos ergo amplexus irruam optima Virgo, quæ ad me hodie veniſti: & quid mihi impedimento erit, ne id faciam? Perſtitit beatus in hoc tam alto exceſſu diutiſſime conſtantiſsimeque, ſanctiſsimam Dei Matrem aſsidue perquam familiariter nominatim inclamans; tum quieti ſe tradens, quaſi alienato à ſenſibus animo factus eſt. Ad ſe tandem ut rediit; Vidiſtiſne (adſtantibus ait) beatiſsimam Dei Matrem, quæ ſua nunc præſentia omnem à me morbum depulit? Tum ſuperiore ſe linteo tegens, uberrimas lacrymas quaſi puer profundere cœpit: quibus tandem reſtinctis, medicos rogat, ne cuiquã, quod ſibi ipſis præſentibus & inſpectantibus contigerat, indicent. Illud quoque (neque enim omittendum videtur) plurimum habuit admirationis, quod eodem momento, quo beata Virgo ei ſeſe videndam objecit, priſtinam ille confeſtim corporis ſalutem recuperavit. Verum cum adverteret pòſt aliquanto in vulgus jam editum eſſe, ſanctiſsimam Dei Matrem ſibi oſtendiſſe ſeſe; ut erat homo tam ſuæ laudis inimicus quam qui maxime, in eo omnes nervos contendit, ſanctiſsimos viros imitatus *q*, ut hanc rem ſi non ſupprimere poterat, at ſaltem obſcuraret. Sed fruſtra omnia: quandoquidem non defuere graviſsimi teſtes, qui verum id viſum fuiſſe ab ipſomet didicerint: quinimo, cui Philippi humilitas reſque geſtæ Sanctorum cognitæ ſunt, is hominis artificium definet admirari.

D

q

à B.V. Maria viſitatus,

mortem unius prænuntiat,

171 Hoc etiam anno, Auguſto ineunte, cum de Alexandro Creſcentio, Philippo præſente, ſermo fieret; Alexander, dixit, quamquam optime valet, brevi tamen è vita migrabit *r*. Prænuntiationem viri mors, intra paucos ſecuta dies (deceſsit enim XVII kalendas Septembris) comprobavit. Marcus Antonius Corteſellus, ex antiquioribus Philippi diſcipulis unus, ubi primum ſpiritum efflavit, beato Patri illico per quietem occurrit; apud quem cum duas integras fuiſſet horas, ipſo tandem rem omnem conſpiciente, Beatorum lumine fulgens cælum conſcendit: *ſ* obiit is hoc anno, menſe Octobri. Neque hic finis iſtiuſmodi mirabilium viſionum Philippi; Federico enim Cardinali Borromæo, ſibi egregie caro, *t* aliiſque honeſtis & gravibus viris paucis, de quorum virtutibus periculum fecerat, præclara ſibi oblata occaſione; multorum animas, dixit, cum alumnorum tum externorum, ſæpiſsime ab ſe fuiſſe conſpectas, luce clariſsima radiantes, cæli beatiſsima regna conſcendere.

r

F

alios in cælum perferri videt.

ſ

t

ANNOTATA.

a *Id idem Petrus Philippus jurejurando enuntiavit.*

b *Eam rem idem Hieronymus atque germanus ejus ſacramento teſtati ſunt.*

c *Hujus rei præter ipſam Catharinam tres habemus juratos oculatoſque teſtes.*

d *Id Tamiria, nobilis femina, publico teſtimonio confirmevit.*

e *Id jurati teſtes plures affirmarunt.*

f *Hanc rem tres ſacramento teſtes affirmarunt.*

g *Ea ipſa totam rem jurata narravit.*

h *Id jurati duo teſtes firmarunt.*

i *Id jurati teſtes oculatique firmarunt.*

k *Id teſtes aliqui ſacramento enuntiarunt.*

l *Hanc rem jurejurando idem Claudius, ejuſque filij & conjux expoſuere.*

m *Id ſacramento teſtantur qui adfuere.*

n *Totam rem ipſa Antonia ejuſque maritus jurejurando expoſuere.*

o *Id ſacramento teſtatus eſt Cæſar Card. Baronius, indemque Sacerdos quidam alius præſtitit.*

p *Totam rem Card. Cuſanus, qui verum id viſum fuiſſe à B. Philippo acceperat, & Card. Baronius, publico teſtimonio confirmarunt: idem fecerunt alii quatuordecim.*

q *Sancti viri, miracula & viſa alios celare, omni ope contendunt. Vide Theodoretum in Philotheo cap. 3, & Vitas SS. Theodori Sicerta, Audoëni, Odilonis, Annonis Epiſcopi, & Godefridi Epiſcopi.*

r *Ejus rei duos teſtes juratos habemus.*

ſ *Hanc rem plures jurejurando enuntiarunt.*

t *Id, ut ceteri ſileantur, juratus expoſuit Card. Baronius.*

& ſubito convaleſcit:

CA-

CAPUT XV.

Extremus Philippi vitæ annus & ſancta mors.

172 *Patriarcha Alexandrini legatum,* BArſum, Archidiaconus Alexandrinus, Romam venerat anno hujus ſeculi nonageſimo quarto, ut Eccleſiam Alexandrinam, ab hæreſibus ſe purgari cupientē, Romanæ Eccleſiæ conciliaret: *a* cumque res ageretur, Octobri menſe mortiferum in morbum incidit. Is erat morbus ut æger ſanguinem ſpueret, qui medicorū judicio ex ruptis venis capillaribus, pulmoni vel hepati junctis, exibat: accedebant ad hæc febris, tuſſis frequens, & ſpirandi difficultas, quæ ægrotum mirum in modum vexabant: frequens tuſſis ſanguinem extrudebat: *à ſputo ſanguinis periclitantem,* nocturnâ præterea diurnâque vigiliâ premebatur: ſomnus, quod peſſimum eſt, neque noctu neque interdiu accedebat. Cordelio interim de ejus ſalute dubitante, Hieronymus Vecchiettus, qui ægrotanti aſſidebat, ad Philippum confugit; & quem paratum jam ad Sacrificium & calicem tenentem in manibus invenit, rogat, Archidiaconi Alexandrini graviſſime
B laborantis meminiſſe velit. Pollicetur ille ſe oraturum pro eo. O rem dictu mirabilem! Ubi primum Deo Sacrificium offerre cœpit, extemplo æger (ut poſtea temporibus inter ſe collatis intellectum eſt) *poſt conciliatum ei ſomnum* dulci corripitur ſomno, ut ſimul beatus Pater celebraret, & Archidiaconus poſt longam vigiliam dormiret; dormivitque ad horas aliquot: ſomno experrectus melius habere ſenſit. Philippus interim abſoluto Sacrificio; Barſum, dixit, è præſenti morbo ſurget: tum accerſito Vecchietto; Archidiaconum, inquit, in ædes Federici Borromæi Cardinalis transferri curā quamprimum, ibi tantiſper is maneat dum priſtinam recuperet valetudinem. Hæc ubi ille audit, quid conſilii caperet non ſatis ſciebat: nam neque ægrum graviſſimo confectum morbo commovere, quod id periculoſum putaret, audebat; neque Philippi mandata exequi, niſi impetrata prius à Superioribus licentia. Conſilii itaque inops excuſare ſe cœpit; ſed beato Patri acrius inſtanti urgentique obedire, quaſi cæleſti voce juſſus, cogitur; illiuſque fretus precibus auxilioque, ægrum rheda deportandum curat. Hic non prætermittam ne illud quidem. Egerat Philippus cum Vecchietto, ut non prius ad ædes Federici Cardinalis Borromæi æger, quam ad ſe
C adduceretur; id enim faciebat ipſe cauſa ſanandi il- *tactu ſanat.* lius. Nec irritus: hominem enim arcte complexus ad ſalutem reducit; totus quippe tum æger, repentino ſudore madefactus, viribus reſtitui ſe ſentit, ſputo ſanguinis liberatur; quod ſi quid ejus pòſt excrevit, id fuit quod jam antea in pectus deſcenderat, quod mittere opus erat. Tum Philippo jubente ad ædes Cardinalis Borromæi adducitur; in diſceſſu rogat ille beatum Patrem, precibus, in quibus ſpem omnem collocaverat, apud Deum pro ſui ſalute inſiſtat. Annuit Philippus, omnia læta ſperare certamque expectare ſanitatem jubet. Non fallitur: æger paucis pòſt elapſis diebus è morbo plane convaluit.

Leviter ægrotantis morbum novit 173 Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, Februario menſe, cum veſperi inſtituto meo apud Philippum eſſem, nuntius venit, qui diceret, unam ex ancillis conjugis Cordelii me ad januam vocare, ut ejus nomine ſalutet & colloquatur: me interim ad feminam exeunte, in has Philippus voces confeſtim, ut ab his qui intererant didici, prorupit: O Cordeli, ô Cordeli! Morietur is nunc jam ſine dubio: & id mihi certum quod mortem obibit: tempus, quo ei moriendum eſt, ecce adeſt. Admirabantur adſtantes, Philippum ita ſecum loquentem cum audirent; quandoquidem, ut quid femina vellet à nemine acceperat, ita ne Cordelium quidem in morbum incidiſſe; id enim nemo adhuc ſciebat hominum, eo namque ipſo die ægrotare leviſſime cœperat. Interim de recenti viri morbo admonitus Phi- *& mortē à ſe prædictā.* lippus, Cordelius, iterum dicere cœpit, diem obibit: Cordelius ex hoc morbo non convaleſcet: adeſt jam ejus vitæ ſupremus dies, brevi interibit. Ei vero dicentibus qui aderant; Jam nunc, Pater, ſi periclitanti corpori auxilium ferri non poteſt, animæ vel ſaltem ſuccurratur; Id libenter agam, aiebat, in id totus incumbam, ut ſpreta corporis ſalute laboranti animæ præſto ſim. Haud ſibi falſus: Cordelius eo morbo paucis pòſt diebus occubuit *b*. Quod ſequi- b tur non minus admirabile. Die quodam ſummo mane, cum Petro Conſolino comitatus ad Philippum pergerem; vix cubiculum ingredior, in quod nullus fores cuſtodiente me penetrare poterat, cum ille dicere cœpit; En Cordelius proxima nocte, hora tali (certam deſignavit) efflavit animam. Sed mirantibus nobis, qui tandem id reſcire potuiſſet; notata hora, miſſoque confeſtim qui rem cognoſceret, omnia beati Patris prædictioni reſpondere comperiuntur. Eodem anno Summus Pontifex Clemens, Paſchali- E bus diebus, magnis chiragræ doloribus conficiebatur: *Papam chiragra liberat.* id ut Philippus cognovit, eum adiit; cumque illum de more amplecti vellet, ejuſque manus prehendere; Subſiſte, Pater, ei Summus Pontifex dicere cœpit, & ne quæſo propius accedas; manus enim dolet mihi vehementer. Mox Philippus, Non me inquit, morbi tædet, quod per eum licet tibi parumper curis vacare; ſed doloris: ad ejuſque manum adrepens, ſua ei admota, totum confeſtim dolorem ab ipſa depellit *c*.

c

174 *Æger vires obtinet ad Miſſam faciendam;* Moleſtiſſima Philippus febri, eodem hujus ſeculi anno nonageſimo quinto, III Kalendis Aprilis, corripitur: incœpit febris ab horrore. Is tantus fuit, ut Auguſtinum Valerium Cardinalem, qui eum ſalutatum venerat, ne uno quidem verbo potuerit excipere. Inhæſit aſſidue febris totum menſem Aprilem: ſed accenſus ille cupiditate rei ſacræ faciendæ, die Sanctorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi, qui in Kalendas Majas incidit, pridie eorum natalem, tantorum Apoſtolorum opem implorat: nec fruſtratæ ſunt eum preces; è lectulo exiliit, rem ſacram peregit, adſtantibus ſacratiſſimum Chriſti Corpus præbuit: & hæc quidem omnia eâ ille corporis agilitate faciebat, ut qui corpuſculi imbecillitatem noſ- F ſent, id ſatis mirari nequirent; ſed à Domino vires, quod res erat, celſo animo ſuppeditari cenſebant *d*. d Tribus pòſt inſequentibus diebus, non quo corporis imbecillitati indulgeret, ſed ut medicis obſequeretur, à Sacro faciendo abſtinuit. Sacrificii loco, ne iis ipſis diebus divino illo privaretur bono, Euchariſtiam quotidie maximo pietatis affectu percipiebat. Exacto triduo, cum levius haberet, Sacrum medicorum voluntate agere cœpit: quod facere perrexit ad uſque diem quartum Idus Majas, quo die, novo ac repentino morbo oppreſſus, eam ſummo mane ſanguinis copiam derepente me adſtante evomit, ut expiranti ſimilis ac prope exanimis jaceret in lectulo, facieſque palluerit. Advocati medici, *rurſus ſanguinē ſpuens deficit,* tactis venis aliiſque inſpectis, actum de illo eſſe affirmarunt. Ergo cum vereremur, ne Philippus repentinò moreretur; à Cæſare Baronio (Federico Cardinale Borromæo præſente & inſpectante) Oleo ſancto maxima celeritate inungitur: quo peracto cœpit Philippus paululum, animo ſenſim redeunte, oculos allevare: quod cum adverteret Federicus Cardinalis, Alexandrum Alluminatum, qui beato viro ægrotanti aſſidere conſueverat, monet, ut ex venis exploret,

AUC. ANT. GALLONIO

ploret, viriumne ſatis habeat, ut ſacrum Chriſti Viaticum ſuſcipere poſſit; quo mox cognito, ipſemet Federicus Cardinalis Chriſti Corpus pretioſiſſimum ad eum defert, Auguſtino Cuſano Cardinale ceteriſque è Congregatione Patribus ac Fratribus & aliis quamplurimis adſtantibus, ſimulque commune damnum collacrymantibus.

ANC. ANT. GALLONIO *extremis munitur*

cum maximo pietatis ſenſu:

175 Illud hic accidit memoria dignum. Vix Borromæus Philippi cubiculum ingreſſus erat, ſanctiſſimum Chriſti Corpus in manibus geſtans; cum ille, viribus quamquam omnibus deſtitutus, maxima illico voce lacrymarum plenus clamare cœpit, ut omnes obſtupeſcerent; Ecce amorem meum, ecce amorem meum; hic ille eſt, in quo me oblecto: ſolum id eſt carum mihi: præbe ergo, præbe mihi amorem meum; præbe mihi eum quam celerrime. Et hæc quidem verba ea ſpiritus vi proferebat, ut adſtantes ad lacrymas & admirationem excitaret. Cumque Federicus Cardinalis, Domine non ſum dignus, de more pronuntiaret, eadem Philippus clariſſimâ voce, manantibus præ dulcedine atque Chriſti deſiderio ubertim lacrymis, repetebat, Qui tuo corpore paſcar, dicens, dignus fui numquam. Sacro tandem ſumpto Viatico; Medicum meum, ait, hoſpitio excepi. Hac ipſa die ſub veſperum ter quaterve ſanguinem vomit, qui multus erat ac rubens: vomitum tuſſis ſubſecuta eſt: ex impetu ruentis ſanguinis parum abfuit, quin æger ſuffocaretur. Viri conſtantiam admirabantur omnes, in ſummis enim ille doloribus, non modo non infracto animo propter magnitudinem morbi, ſed confirmato atque renovato apparebat. Medicamenta, quibus utebatur, erant præter cetera cucurbitulæ: hæ enim ſunt, in quas linamentum ardens conjicitur, ac ſic earum os corpori aptatur, imprimiturque donec inhæreat. Ceterum uno aut altero elapſo die, medicis ad eum mane venientibus; Abite vos hinc, ait, remedia mea medicamentis veſtris potiora ſunt; ubi enim miſi à prima luce, qui variis Religioſorum familiis eleemoſynas diſtribueret, ut pro me Sacrum fieret; continuo vomitus ſanguinis manſit, dolor præcordiorum ac pectoris ex toto deſiit, melius habui, deperditas vires recuperavi. Tum accedentes medici, ex venis ſputorumque, quæ ante expuerat & quæ tum expuebat, diſſimilitudine, illum priſtinæ incolumitati reſtitutum, miraculo attoniti, fatentur: ex illoque die ad obitum uſque, optima ſemper uſus eſt valetudine. Continuavit viribus potens plures dies, rem ſacram quotidie faciens, ſuorum Confeſſiones audiens; adeoque bene valebat, ut jure meritoque Patres ad opinandum inducerentur, eum ad aliquot annos ſpiritum traducturum: quod tamen, Deo ipſum derepente ad præmium evocante, non contigit.

vurſus ſanguinem vomit

B

C

mortem ſibi inſtantem ſignificat

176 Significaverat Philippus Franciſco Zazzaræ, ætatis annum octavum & decimum agenti, plus triennio ante obitum, *e* ſe non prius è vita ceſſurum, quam ei, ad quem vitæ ſtatum à Deo evocaretur, aperiret. Id beato viro adoleſcens in memoriam frequenter reducebat: cui ille, Ne animo angaris, reſpondere ſolitus erat; ego Deum pro te precor aſſidue; quod ipſe de te mihi indicabit, id tibi ante obitum aperiam. Tu mihi temet tuaque omnia credidiſti, ego fidem tuam non fallam. Mirum dictu! Quamquam Philippus ab eo tempore, ad uſque initium anni nonageſimi quinti, frequenter ægrotavit, ut medicorum ſæpe judicio mortuus crederetur; numquam tamen vel unum verbum ad adoleſcentem ea de re fecit: ſed ubi è vomitu ſanguinis convaluit; continuo, quodnam vitæ inſtitutum amplecti deberet, explicuit: ea porro res in diem ſextum decimum Kalendas Junias incidit, octo nimirum ante beati viri mortem diebus. Aliud afferamus exemplum. Ex eo ſanguinis vomitu priſtinæ incolumitati reſtitutus, à nobili viro, Nero Auguſtini Neri filio, inviſitur. *f* Huic, de recuperata ejus valetudine lætanti, Ego ait, etſi præſentem morbum evaſi, optimeque habeo, tamen id filiorum gaudiũ breve erit: adeſt enim pugnæ finis, eritque obitus meus ejuſmodi, ut cum contigerit, vix advertatur à quoquam, audituſque vix credatur, eritque initio inter dubia. Denuntiationi optime reſpondit eventus. Hoc ipſo præterea morbo laborans, Germanico Fideli, cujus opera utebatur in multis, Satis, inquit, de me ſolicitus fuiſti, ſatiſque pro me laborasti, adeſt jam laborum finis. Tum manu eum prehendens, Quid intra paucos viſurus es dies! mortem ſibi imminentem his verbis ſignificans: quandoquidem, paucis poſt elapſis diebus, ex corporis vinculis, tamquam ex carcere, lætitiæ plenus evolavit. *g*

D

f

diſcipulorum tribus,

177 Sed accipite illud, non minus, opinor, admirabile. Paulo deinde poſt, cum eidem P. Germanico iter faciendum eſſet caſtrum verſus, Carbonianum nominatur, non prius Urbe egreditur, quam ſibi à Philippo fides daretur, ſe eum adventu ſuo Romam, vivum atque incolumem reperturum. His auditis rogitat; ad quem diem reditus erit. Cui ille, Quam tardiſſime, pridie ejus diei, quo Auguſtiſſimę Euchariſtiæ ſacrum diem ritu anniverſario colimus. Tum Philippus, cum pauliſper, quaſi cogitans quid reſpondendum eſſet, ſtetiſſet; in hæc verba prorupit; I, redi. Interea Germanicus nocte ejus diei, qui pervigilium feſti ſanctiſſimi Chriſti Corporis anteit, tale vidit inſomnium. Exiſtimabat ſe eſſe Romæ in cubiculo beati Patris, quem ægrum in lectulo jacentem videret, audiretque dicentem; Adeſt tandem, Germanice, vitæ finis: illeque, Pater mi, reſponderet, haud erit ita; periculoſius ſiquidē alias ægrotaſti: & ille, Ultima jam mihi, adjiceret, inſtat hora: cura itaque pro me res ſacræ ut fiant. Hoc dormienti, ſomnium; vigilanti, conſilium fuit. Nam experrectus tum ille, diſceſſum accelerat: unius diei iter, longiſſimum ei pro beati Patris deſiderio videbatur. Romam ut venit, Philippum, lectulo inſidentem, incolumẽ ſanumque offendit. Cui ille, Revertiſti? inquit. Reverti, reſpondit ipſe: quamquam parum abfuit, quin oppidanorum rogatu reditum alium in diem diſtulerim. Tum Philippus; Ut, quod adveniſti præfinita die, recte plane feciſti; ita, ſi reditum remoratus eſſes, perperam egiſſes. Nec verba ſine cauſa: poſtero enim die beatus vir, præter omnium opinionem, è terris in cælum evolavit. Sed veniamus modo ad aliud.

g

& peregre profectum monet in ſomnis ut auſit;

E

F

178 Dederat Philippus in mandatis eidem Germanico *h* Fideli, idque ineunte Aprili anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, ut ad Flaminium Riccium, Congregationis noſtræ Sacerdotem, Neapoli commorantem, litteras ſuo nomine daret, in quibus ſcriptum eſſet; Romam rediret quamprimum, quem ante obitum videre cuperet; præviderat enim velocem fore depoſitionem tabernaculi ſui. Sed Flaminio, per litteras ſe excuſanti, & ad Septembrem uſque menſem inducias petenti, non indulſit beatus ſenex: quin novis iterum litteris, in eamdem ſententiam ſcriptis, ſuo nomine urgeatur jubet; ut illis lectis, Romam, nulla facta mora, revertatur. Sed cum is nihilominus, rogatu Annibalis de Capua Archiepiſcopi, diſceſſũ remoraretur; recentibus adhuc ejuſdem litteris, ut quĩ eum videre cuperet, Romam revocatur. Verum ille, ubi novis impedimentis recens exortis beati Patris imperio non paruit, paucis poſt elapſis diebus è vita Philipus deceſſit. Eodem etiam tempore

item alium per litteras:

h

Petro

A Petro Conſolino *i* pridie ſui obitus, apertiſſime, ſe brevi moriturum, ſignificaſſe videtur. Nam cum familiariter cum eo colloquens rogaſſet, Sacrumne pro ſe facere vellet; illeque id ſe libenter facturum reſpondiſſet; quamquam ſciret haud opus eſſe, cum optime valeret, ut pro ejus corporis ſalute precibus inſiſteretur; Sacrum, quod efflagito, adjecit Philippus, id eſt, quod à defunctis nomen habet. Quid porro his verbis ſignificare voluerit, mors poſtridie ſecuta aperte indicavit. Alterum eodem menſe admirabilius. Idibus Maiis (erat eo anno alter dies Pentecoſtes, ſancti Spiritus in Apoſtolos immiſſione celebris) cum Joannem *k* Baptiſtam Guerram (quem ego ipſe in mei locum, dum rem divinam facerem, ad curam beati Patris ſubſtitueram) evocaſſet Philippus, & quotus eſſet dies menſis rogaſſet, illeque diem Iduum dixiſſet; Decimo poſt die, qui dies erit octavus Kal. Junias, ſubjecit beatus ſenex, ego moriar. Ceterum veram fuiſſe ipſius prædictionem docuit eventus; quandoquidem ea ipſa die, poſt ſextam noctis horam, è vita migravit.

i ab alio ſacerdote funebre ſacrum petit,

k & diem mortis ſuæ deſignat:

extremo vitæ die Sacrum facit,

179 Philippus interea, triduo ante obitum, divina luce ac dulcedine uberius forte quam unquam antea delibutus, ut qui ſeſe ad nuptias Agni evocari ſentiret, Sacrum incredibili animi lætitia ac voluptate faciebat quotidie. Octavo Kal. Junias, qui dies eo anno & ſacratiſſimo Chriſti Corpori ſacer, & ejus vitæ poſtremus fuit, rem ſacram, quaſi caneret, gaudio peregit. Initio Sacrificii oculos in villas ad S. Onuphrii Templum ſitas conjecit, tamquam aliquid oculorum effugiens obtutum cerneret: porro quid ille tum viderit, eo, qui ſolus norat reticente, omnes latuit. Magnam ejus diei partem in Confeſſionibus audiendis conſumpſit, multoſque ex alumnis ſuis ipſe manibus Euchariſtia munivit. Hoc perpetuo triduo, ubi è lecto mane ſurgebat, in eo poſtea numquam, quod firma uteretur valetudine, niſi noctu ſtata hora cubare viſus eſt. Eo vero die, qui vitæ ſupremus fuit, cum illum Angelus Victorius adiiſſet, Non viſo te, inquit, Pater mi, ut medicus, ſed ut amicus. Ex ejus cubiculo egreſſus, Philippus, mihi aliiſque dixit, adeo recte valet, ut ne ab hinc decem annos ita viribus valentem, ut nunc, compererim. Eodem die Philippus, mortem etſi imminentem ſibi divinitus noſſet, vultu tamen lætitiam præſeferebat: adventantes amice complectebatur; Sanctorum hiſtorias, quas Franciſcus Zazzara legebat, audiebat attentiſſime: ejuſmodi enim lectione magnopere delectabatur. Interea cum S. Bernardini Senenſis Vita legeretur, venit ad eum Auguſtinus Cuſanus Cardinalis, Hieronymo Pamphilio Rotæ Auditore comitatus: acceſſit iis paulo poſt Spinellus Bencius, integerrimæ vitæ vir, primus Politiani Epiſcopus. Hi, divino Officio cum Beato Philippo recitato, tamdiu ibi manſere, dum dies in veſperum inclinaret; nocte adventante domum quiſque remigravit.

lecto prater morem incumbit,

amicos hilaris excipit

C

& nullo ſub noctem apparente morbo,

180 Sub horam primam ſolita vir ſanctus parſimonia cœnavit: à cœna ita bene valebat, ut antea: nullum ſignum in eo apparebat, quod faceret non mortis modo, ſed ne leviſſimi quidem morbi leviſſimum indicium: adeo præterea lætus erat, ut omnia alia crederes, quam ipſum paucis poſt horis è vita migraturum. In lectulo cum eſſet, ſatis gnarus adeſſe ſibi ſupremam horam, adſtantibus primū dicere cœpit; En morimur omnes. Quota deinde hora ſit, rogitat: cumque tertiam noctis horam eſſe didiciſſet, illico, quaſi ſecum ipſe loqueretur, dicebat: Tertia hora eſt, ſed huic ſi addantur binæ, quinta hora erit; ſi ternæ, ſexta. Tum ad nos converſus; Abite vos cubitum. Hęc autem dum loqueretur ita ſe fortiter gerebat, ut ſatis ex dictis geſtiſque appareret magna eum exultare lætitia, ut qui cæleſtibus jam perfrueretur vo-

luptatibus. Ergo nos qui aderamus, nihil admodum periculi ſuſpicantes, cubitum diſceſſimus. Sub horam ſextam vix me ſomnus complexus erat, cum repente excitus, Philippum deambulare ſentio. Timore perculſus è lectulo celerrime ſurgo, non minore celeritate ſeminudus propemodum, ſola talari tunica ad ſubuculam coopertus accurro, lectuloque inſidentem reperio; cui fauces ſanguine vel pituita ita repletæ erant, ut eorum impetus jure meritoque timeri poſſet. Id ego cum cernerem, quid ſibi accidiſſet, rogo. Qui mox, Ultima mihi, ait, inſtat hora: emori jam incipio. Ceterum cum ſolus apud eum eſſem, nec ſolus opem indigenti ferre poſſem, ad Alexandrum Alluminatum illico advolavi: is nulla interpoſita mora ſecutus eſt me. Interea dum medici expectabantur, quoniam vis morbi urgebat, cucurbitulas ſine ferro ei admovimus, ad fricationes recurrimus, à brachiis cruribuſque incepimus, à thorace abſtinuimus; faſciâ demum, ad ſanguinem ſuprimendum, coxas, brachia, & crura adſtrinximus: medicamenta quamquam multa adhibebantur, nullum tamen erat quod ei prodeſſet. Remedium Philippus reſpuebat nullum: intra quadrantem horæ aut paulo plus eo, pituita, quę infauces deſcenderat, manſit: fluxio nulla erat, fauces liberæ, expedite & perfacile currens oratio; mortis periculum eum evaſiſſe crederes.

nevo ſanguinis ſpuito correptus,

E

ad extrema adductus,

181 Sed hæc brevia fuere; quandoquidem ille ad nos converſus; Si alia, inquit, vobis medicamenta non ſuppetunt, manete, quippe quia cum morte jam luctari incipio. Quibus dictis, ut ſibi ipſi vacaret, conticuit. Verum quo plus ſupremis appropinquabat, hoc magis ſe mortem contemnere palam indicabat adſtantibus. Super lectulum enim ubi jacebat, quaſi eam ad pugnam provocaret, ſedentis inſtar alevat ſeſe. Duravit tamdiu in eo habitu corporis, in quem ſe tum compoſuerat, donec ſpiritum halavit. Aderat jam Philippo ſuprema hora, cum Patres omnes accurrunt; & quem paulo ante vivum atque incolumem reliquerant, pene mortuum præter opinionem offendunt. Hinc lacrymæ illico cunctis cadere incipiunt præ dolore, quaſi pueris. Tanti viri jacturam nullus erat qui non lugeret. Et quis morientem Philippum intuitus lacrymas tenere potuiſſet? qui ſui ipſius oblitus nihil amavit magis quam aliis prodeſſe. Interea Patribus, communem parentem inſolabiliter plorantibus, ejus animam Cæſar Baronius, lacrymas precibus miſcens, Deo Sanctiſque de more commendat: quo peracto, admonitus à medico, Philippo mortem inſtare, ad illum mox converſus; Heus tu, Pater mi! clamare cœpit, quid cauſæ eſt, quod nullum nobis verbum dicis? Alloquatur, quæſo, Pater filios, quos Chriſto tanto labore genuit: eripiat, rogo, filiis tantum dolorem aut minuat ſaltem: ubi benedictionem filiis tribuerit Pater, tum eorum minuet dolorem. His Philippus auditis, oculos confeſtim in cælum tollens, aliquantulum oravit pro filiis. Supplicatione completa adſtantes intuitus, quaſi ſua eos benedictione muniret, nullam paſſus vel minimam membrorum diſtorſionem, ſine ullo moleſtiæ ſigno, ipſa jam morte (cujus ceteri vel nomen horrent) fortior, placidiſſime efflavit animam, octavo kalendas Junias. Erat eo anno dies, ſacra Corporis Chriſti ſolennitate celebris, intra horam ſextam, ut prædictioni reſponderet eventus, anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto.

præſentibus ac lugentibus ſuis,

F

placidiſſime expirat.

ANNOTATA.

a *Id præter Archidiaconum duo teſtes oculati publico teſtimonio confirmarunt.*

b *Id à juratis teſtibus acceptum.*

AUC. ANT. GALONIO.

c *Hoc à Cuſano, Borromæo, Tauruſio & Baronio Cardinalibus, qui ab ipſo ſummo Pontifice accepiſſe teſtificati ſunt; idem & ab aliis, Philippo vivente, didicimus.*

d *Ejus rei plures habemus teſtes juratos oculatoſque.*

e *Id hic ipſe Franciſcus ſacramento teſtatus eſt.*

f *Hanc rem idem nobilis vir Nerus juratus expoſuit.*

g *Idem eam rem juramento enuntiavit.*

h *Ejus rei, apud noſtros ſatis pervulgatæ, juratus eſt teſtis ipſemet Germanicus Fidelis.*

i *Idem Conſolinus jurejurando affirmavit.*

k *Id hic ipſe Io. Baptiſta ſacramento confirmavit.*

CAPUT XVI.

Geſta poſt obitum, & ſepultura.

182 EO ipſo momento, quo Philippus expiravit, multis oſtendit ſeſe *a*. Virgini cuidam, quæ pietatem egregie ſequitur, ſe ſimul ac è vita deceſſit per ſomnium obtulit: ſed feminæ, de neſcio quibus ſcrupulis ſermonem cum eo in longius protrahenti; Sine me, ait, in itinere enim ſum; ſatis jam, & pluſquam ſatis illi (alumnos ſuos ſignificabat) me remorati ſunt. Hæc effatus, ſublimis abiit. Hora eadem, atque etiam puncto temporis eodem, virgo *b* altera, Deo ſacrata, vidit inquiete beatum Patrem, candida veſte indutum, cæleſti micantem luce, duos inter juvenes medium, qui ſibi diceret; Ego, ut vides, ad meorum laborum præmia in cælum evehor: tu ergo cura pro viribus, ut quam cœpiſti vitæ rationem ad obitum uſque teneas: id enim ſi feceris, ejuſdem mecum felicitatis particeps eris: nec eſt quod metuas, ego pro te Dominum precabor aſſidue: & his dictis, ab oculis abiit. Tum virgo, ſomno excita, ſimul admirabunda, ſimul læta, ubi diutius quid id viſum portendat fruſtra ſecum animo agitat; tum demum quod reliquum erat noctis, tota in ejus rei cogitatione defixa, traducit inſomnis: ſed albeſcente die, ut nuntius venit qui diceret, Philippum ea hora obiiſſe, qua virgini oblata fuerat viſio; intellexit mox femina, quid nocturnum viſum monſtraret. Quamobrem hilarior facta, Philippum ex eo die, tamquam ſanctiſſimum virum, Beatorum cœtui jam adſcriptum, magis magiſq; ſuſpexit. Vir quidam eſt pietate *c* nobilis, cujus nomen, ne ejus modeſtiam offendam, ſilentio prætereo, qui in una ex civitatibus Italiæ domicilium habet, quæ ab Urbe millia paſſuum circiter centum diſtat; hic eodem momento, quo Philippus ceſſit è vita, incertum initio vigilans an ſomnians, beatum Patrem dilucide perſpicueque vidit, qui ſibi diceret; Pax tibi, frater, auguſtiorem in locum mihi nunc iter eſt. Vix hæc effatus erat, cum is ſomno experrectus, haud jam dubitans quin non dormiret, eumdem ſibi videre videbatur: qui læta fronte ac vultu illas frequenter iteraret voces; Auguſtiorem nunc peto locum; ad amœniorem locum nunc pergo: & his dictis, ex oculis elapſus eſt.

Momento poſt obitum

B

b *oſtendit ſe Sanctus duabus piis virginibus,*

c *Item nobili viro.*

C

183 Philippi interea corpus, de more lautum ac Sacerdotali veſtitu rite indutum, Patrum humeris ad eccleſiam, ſub horam noctis ſeptimam, defertur. Feretrum proſequebantur omnes è Congregatione; qui in eo geſtando impediti non erant, corpus ardentibus cereis cingebant: per viam Pſalmi per vices canebantur: id erat ſpectaculum, ut lacrymas cunctis eliceret. Vulgata Philippi morte, maximus confeſtim omnium ordinum, ad ejus corpus viſendum, concurſus fieri cœptus eſt: qui veniebant, jucundiſſimo beati viri aſpectu neque animos neque oculos ſatiare poterant. Venerabantur ſancti Patris corpus in feretro jacens Ampliſſimi S. R. E. Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, omniſque generis Præſules, Religioſi, Principes viri, feminæq; primariæ quam plurimæ. Nemo accedere viſus eſt, qui ſacrum beati ſenis corpus non veneraretur: feretro circumfuſi qui aderant, jucundiſſima Philippi ſpecie memoriaque ſemetipſos mirifice paſcebant: nec defuere qui aſſiduis lacrymis crebriſque ſingultibus tanti viri obitum, tanti parentis jacturam miſere lamentarentur: neque tam duro quiſquam animo fuit, quin venerabundus maximo pietatis affectu ejus manus exoſcularetur, ſacraſque reliquias roſariis, manu, oſculoque contingeret. Videre erat ſanctum corpus, totum roſis floribuſq; conſtratum: qui mox à confluente multitudine ablati, domum pietatis ergo exportabantur; nec tot Patribus roſæ erant ad illud exornandum, quot erant qui eas ſibi ad morborum remedium auferebant. Mirum erat præterea quantum omnes certatim paululum ſaltem veſtis habere contenderent, ut reliquiarum hominis Dei aliquid apud ſe retinerent; nec tantam Patres adhibere diligentiam quivere, in eo cuſtodiendo ne quid ſurriperetur, quanta ſatis fuiſſet, ut poſtea cognitum eſt.

Ad corpus in eccleſiam delatum,

ingens fit concurſus.

D

184 Interea nocte adventante, clauſis ſub tertiam horam eccleſiæ valvis, defuncti corpus tum inſpiciendi tum exenterandi cauſa diſſectum eſt. Sectioni interfuêre vocati à Patribus Angelus Victorius, Joſephus Zerla medici, Marcus Antonius Bellus, Alexander Alluminatus horum adminiſtri: interfuerunt è noſtris Germanicus Fidelis, Julius Savera, Joannes Baptiſta Guerra: ex externis Franciſcus *d* Zazzara, Spinellus Bencius, aliique. Sectioni ego non adfui, non modo quod id ſpectaculum ſuſtinere haud potuiſſem, ſed etiam quod repentino morbo initio ſectionis opprimi me ſenſi. Illud inter ſectionem mirabile accidit, in quo maxime Deus illius confirmaſſe virginitatem mihi videtur. Convenerant jam ejus corporis exenterandi gratia ſectores: aderant multi ex Patribus. Cumque defuncti corpus, quo diſſecari facilius poſſet, denudaſſent; exanguis illius corporis & ſpiritu deſtituti manus (mirum dictu) ſupra naturæ *e* vires moveri, eaſque corporis partes, quas indecorum oſtendi vivo fuiſſet, occultare cœperunt. Id cum ſemel iterumque feciſſet (quo præſertim tempore corpus movere opus erat) exclamavit Angelus Victorius, qui id adverterat, clariſſima voce, ut omnes qui aderant audire poſſent; O egregiam hominis puritatē! O caſtitatem eximiam! Videte quæſo virum, quem anima defecit, ſua ſibi tegentē verenda. Idem quoq; accidiſſe prorſus dum ejus lavaretur corpus, à Patribus qui interfuere obſervatum eſt.

Idem ad ſectionem vocatum,

E

d *motâ manu obtegit verenda,*

e

185 Aperta anteriore parte thoracis, inventæ fuere, mirantibus qui aderant, ſiniſtri lateris coſtæ duæ mendoſæ, ut vocant, fractæ: erant hæ quarta & quinta. Fractura in anteriore parte pectoris apparebat, ubi coſtæ in cartilaginem deſinunt: coſtæ adeo elevatæ erant, ut eas pugni magnitudinem non æquare modo, verum ſuperare etiam profiterentur omnes. Remedium profecto id fuiſſe divinum quis neget, quo palpitans cor non læderetur? nam neque lapſus, neque percuſſio, neque vis ulla præceſſit unquam, qua id effici potuiſſet; neque dolor quantulumcumque minimus fuit, neque inflammatio exorta. Hanc ipſam porro coſtarum fracturam, contra omnem medicinæ rationem, totos quinquaginta plus annos abſque ullo ſenſu doloris ſuſtinuit. Habuit ea initium à nimia divini amoris vi, ſummoque cordis ejus ardore, quo inter contemplandum vel maxime afficiebatur. Hæc medici *f* diu multumque animo agitantes, in eam tandem unanimes venere ſententiam, ut jurati verbo ſcriptiſque affirmarint, eam coſtarum fracturam beato Patri divinitus contigiſſe, idque multis de cauſis; primum ne contemplationi vacans, ex divini caloris vi abun-

coſtæ duæ divinitus fractæ inveniuntur,

f

A abundantiaque, repentina morte extingueretur; deinde ut cor, ardentiſſimos amoris æſtus ſuſtinens, auguſtiorem ſibi locum acquireret; tum ut pulmones facilius ac præter conſuetudinem dilatarent ſeſe: poſtremo ut, beneficio loci auguſtioris, tantum novi aëris pulmones ad cor deferrent, quantum ad illud refrigerandum ſatis eſſet.

186 Aperto thorace nullum in præcordiis vitium
g apparuit. Cor cum inſpiceretur, magnum apparuit
cor integrâ & ſolito majus; &muſculoſius, ultra quam eſſe ſoleat: à calore enim, ob ferventium ſpirituum vim ſuperfluente, ità effectum eſſe, Andreas Ceſalpinus atque Antonius Portus jurati publico teſtimonio confirmarunt. Vena deinde arterioſa (ut à medicis aliiſq; ex adſtantibus accepi) cujus actio eſt ſanguinem ad pulmones ferre, quo ibi attenuatus cum aëre ad ſiniſtrum cordis ventriculum, ejus nutriendi refrigerandique cauſa, transferri poſſit, duplo major reperta eſt, quam
inteſtina eximuntur. naturâ ſoleat: eâ quandoquidem Philippus frequentius uti opus habebat, ad novum aërem novoſque ſpiritus ad cor deferendum, quo cæleſtis ignis ſummos illos ardores, quibus aſſidue abundabat, ſine valetudinis detrimento, ne dicam mortis periculo, ſuſtinere potuiſſet. Corde dein, cujus inciſa cutis
B fuit, inſpecto, in pericardio, quod veluti capſula illud involvit, Angelo Victorio & Joſepho Zerla teſtibus
h *b*, aquæ nihil repertum fuit: quam ardore contemplationis conſumptam fuiſſe, nobiliſſimi medici jurejurando firmarunt. In ventriculis autem, quorum partes duæ ſunt in utramque partem ſitæ, quaſi aures duæ, nihil ſanguinis, eodem Zerla auctore, apparuit. Abſoluta demum pectoris inſpectione, ſine gravi odore, ſanctum relinquitur corpus inteſtinis vacuum. Hæc (nempe cor, pulmo, jecur, lien, & exta) catino terreo incluſa, in ſepulchro, ſepeliendis Patribus conſtructo, condita ſunt, terraque obruta: illud vero ad ſequentem diem, quo populo ſatisfieret, in eccleſia omnium oculis expoſitum relinqui oportuit. Concurſus poſtero die facti, prioris diei concurſum longe multumque ſuperarunt: quo enim magis beati Patris obitus divulgabatur, eo frequentior ad eum viſendum omnium ordinum multitudo confluebat.

Poſtera die ad corpus ſanantur. 187 Dum beati Patris corpus jaceret in feretro, egregia ejus facinora, prædictiones, ac miracula ab iis, qui aut ipſi oculis perſpexerant expertique erant, aut fideliſſimis didicerant teſtibus, paſſim narrabantur: id cum fieret, veteribus mox miraculis nova miracula adduntur. Laborabat Auguſtinus Magiſtrius Romanus, ad ſeptem circiter annos, ſtrumis
C in cervice natis, quem arte nulla medici ſanare potuerant *i*. In cervice bina erant ulcera, quorum
i quod ſiniſtro hærebat lateri, altius deſcendebat, ad
Incurabiles ſtrumæ, os uſque penetrans; atque ex eo multus humor aſſidue exibat, qui eſſe inter ſaniem & pus videbatur, qui humor ita fluens intuentes ad nauſeam concitabat. Hic, ubi ſanctum virum miraculis coruſcantem apud noſtros obiiſſe audit, ad noſtram mox eccleſiam advolat; feretro propius accedens, humi genua proſternit; ſacrum corpus veneratur: tum ex oratione ſurgens, defuncti manus oſculatur, certam ex eo attactu valetudinem ſibi pollicitus. Nec ſua illum pietas fruſtrata eſt: namque ut Beati manus collo, ubi inſidebat morbus, admovet, extemplo ſanatur. Hujus ſoror Margarita natu minor, totos ſex annos eodem morbo oppreſſa, ad eccleſiam à matre adducitur
k *k*: ſed cum præ turba, impetu ſæpe capto, vix
oculi infirmi, ſibi ſpatium ad ſacrum corpus accedendi daretur; importunitate tandem matris, ipſam in manibus geſtantis, ad feretrum devehitur. Ibi ad alteram ex vitioſis partibus defuncti manum ſibi apponens (ad utramque enim beati viri, calice & multitudine impediente, Principeque femina adventante, non potuit) totum ab ea morbum confeſtim abiiſſe (altera, cui Philippi manus haud admota fuerat, non ſanata) perſenſit. Horum parens, nomine Alexander *l*, plus ſexaginta annos natus, è capite fluxionem in oculos delabentem duos jam menſes patiebatur: veſperi ne accenſas quidem faces ferre poterat. Is itaque, veritus ne propter humorem aſſidue fluentem oculorum aciem amitteret, ad Philippi corpus viſendum accurrit, ejuſque manus oculis admovet ſuis: quod dum faceret, melius derepente habere cœpit; brevique, nullo prorſus adhibito medicamento, è morbo plane convaluit. AUC. ANT. GALLONIO l

188 Epiphania Colichia Recinetenſis *m*, quinto
m & quinquageſimo ætatis anno, difficultate reſpira-
difficile aſthma. di adeo moleſta per ſeptem circiter menſes laborarat, ut maximis preſſa anguſtiis, non modo anhelitum trahere non poſſet, aut vix verbum formare, ſed ne ſpirare quidem ſine ſono & anhelatione, neque noctu conquieſcere, neque in lecto decumbere. Accedebat id quoque, ut caput in lecto ſublime haberi cogeretur, quippe non niſi recta cervice ſpiritum traheret: ambulatio præterea, æque ut aſcenſus, feminæ moleſtiam exhibebat quam maximam. Ergo
F hæc, Philippi ſanctimoniæ miraculorumque fama excita, ad noſtram mox eccleſiam, ut ægre potuit, venit: ante feretrum genibus nixa beatum Patrem, quo poterat animi ardore, obortis lacrymis enixe orat, ut ſe priſtinæ reſtituat incolumitati: tum, ubi paulum precata eſſet, ſumptis roſis quæ circum ſanctum corpus erant, eiſque ſuper ſtomachum fiducia plenâ impoſitis, ſalutem illico ſibi redditam eſſe advertit. Artemiſiæ Cheliæ *n* durum ac renitens tu- n
deforme tuber, berculum in ſiniſtræ manus articulo ortum erat: id morbi genus ganglion medici ſeu nodum vocant. Tuberculum ex parvulo incepit, & diu paulatimque adeo increvit, ut nucis magnitudinem nedum expleret ſed excederet, ovique ferme æquaret. Hæc itaque, Philippi morte vulgata, ad ejus venerandum corpus feſtina perrexit: affectam confeſtim manum, qua parte morbo libera erat (quod hominum, qui adſtabant, puderet) ſacris admovit reliquiis: tum roſas è feretro excipiens, morbum fricatione expellere nititur. Id pura fide cum effeciſſet, eaque mente ut ſibi ſanitatem corporis beatus Philippus impetraret, ejus obſecrationibus Dei aures patuerunt: morbus enim brevi, nullo adjutus medicamento, evanuit. Caput puellæ, nobili loco natæ, Mariæ Juſtinianæ F
nomine, ſcabies ſeu papulæ occupaverant *o*. Proceſ- o
ſcabiei impetus. ſerat morbus in orbem; medicamentis adjuvari non poterat. Ejus mater, beati Patris noſtri morte cognita, mox filiam ad ejus corpus adducit; id à Deo, precata, ut ob ejus merita illam ad priſtinam valetudinem revocet: tum capillis ex ejus capite latenter furtimque abſciſſis, eos, magni theſauri inſtar, quaſi de corporali filiæ ſalute jam ſecura, læta domum tulit. Eo ubi venit, puellæ mox caput Philippi capillis leniter perfricat; quod dum faceret, Rogo te, dicebat, ſancte Philippe, ut ob eas cogitationes, in quibus aſſidue verſabaris, quo Chriſti fidelibus prodeſſes, filiæ meæ quam expecto ſalutem conferas. Nec ſua eam fruſtrata pietas: ex eo enim tempore adeo puellæ melius fuit, ut tridui ſpatio caput ea contagione liberum ſibi ſenſerit, media ejus in parte unico tantum ulcere, ærei nummi inſtar, quadrantem vulgo dicimus, relicto, ex quo pus ſeu ſanies exibat aſſidue. Sed ad id cum eodem prorſus medicamento pia mater, humanis remediis ſpretis, uteretur, brevi id quoque ulcus evanuit.

189 Exacto triduo, viſum eſt Patribus defuncti *Corpore poſt triduum ſepulto.* corpus, arcâ lignea incluſum, prope aram maximam in ſepulchro communi condere. Id ubi reſcivit Federi-

AUC. ANT. GALONIO. dericus Cardinalis Borromæus, beati Philippi ſtudioſiſſimus, ægre admodum tulit; indignum ratus talem tantumque virum, quem Deus & miraculis & virtutibus illuſtraverat, cujus egregiam vitæ ac mortis ſanctitatem poſteritas omnis intuebitur, eo loco ſepeliri. Ergo cum Patribus mox agere cœpit, ut honoficentius pro dignitate tanti viri alibi condi curarent. Re cum Alexandro Medice Cardinali communicata, in editiorem locum ad tempus transfertur: quod quidem divino potius, quam humano conſilio factum, edocuit eventus; ut eo ſcilicet loco ſepulturæ traderetur, quem ipſe ſibi paucis ante obitum diebus prædixiſſe, obſcuris licet verbis, viſus eſt. Verum quo Philippi corpus decentius reconderetur, conſtructus fuit, juſſu ejuſdem Alexandri Cardinalis, novus loculus ligneus: in quem Sacerdotali veſtitu indutus, collacrymantibus filiis, injectus

nihil mutata viventis ſpecie, eſt. Mirabile viſum eſt multis, quod corpus, quamquam abhinc tres dies vacaret animo, tamen eam ipſam quam antea ſpeciem retineret: modo mortuum, vel potius adhuc ſpirantem putares. Non riguerant mortuo frigida membra, ut corporibus ſenſu vitaque carentibus contingere videmus; ſed viventium inſtar in omnem pene motum flectebantur: caro mollis tactu ſentiebatur quaſi pueri: poſtremo ſuper arcam, ubi corpus quieſcit, fornicatus paries à fabris extructus eſt. Locus ſepulturæ, ex quo ibi primum Philippus humatus fuit, in magna apud omnes veneratione haberi cœptus eſt, habeturque in præſens. Affixa cernuntur ejus ſepulchro aurea, argentea, cereaque ſimulacra; votivæ quoque tabellæ, miraculorum ibi editorum certiſſima argumenta.

190 Mulier quædã erat clariſſimis natalibus, abundans pietate magis quam divitiis, una ex his quæ templum noſtrum frequentant: hæc ubi inter initia obitus Philippi propter ejus ſepulchrum oraret, odo-

odor cæleſtis diffunditur. rem inde confeſtim ſuaviter jucundeque ſpirantem ſenſit: quo mirifice recreata, cum ſecum ipſa cogitaret, unde is manare poſſet; comperit tandem ſtupore attonita (quòd nullus ibi flos erat, nullaque res quæ tanto halaret odore) è Philippi corpore, nullis unguentis delibuto aut balſamo condîto, effluere.

P Erat ſuavitas odorũ *p*, qui afflantur è floribus, roſis, violis, & id genus aliis. Verum, quæ hanc rem jurata narravit (Julia Urſina fuit, femina ſublimium appetens) nova Paula videbatur, tanta flagrans caritate in pauperes, ut eos ſibi tuendos ſuſceperit vel

C cum periculo valetudinis. Eos illa progreſſus in ſpiritu fecerat, ut mirabilis omnibus appareret. Hæc tandem vocata à Sponſo, ſupremum diem explevit menſe Septembri, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo octavo. Sed hæc ſummatim raptimque de tanta femina enarraſſe, etſi hiſtoriæ ſatis eſt, animo non eſt ſatis. Quid aliud? quid quæſo effuſi odoris ſuavitas indicavit, niſi illud corpus ab omni turpitudine & corruptela, dum viveret, abhorruiſſe?

ANNOTATA.

a *Ejus rei juratos teſtes habemus duos.*

b *Id, præter eam virginem, duo alii Sacerdotio prædîti, ſacramento teſtati ſunt.*

c *Totam rem ipſe publico teſtimonio confirmavit.*

d *Non erat is eo tempore Congregationi adſcriptus.*

e *Hanc rem qui ſpectaculo adfuere ſacramento teſtati ſunt, omnes ad ſeptem.*

f *Fuere ii Antonius Portus, Andreas Ceſalpinus, Angelus Victorius, & Ioſephus Zerla.*

g *Id medici qui adfuere, Victorius & Zerla, ut ceteros taceam, jurejurando teſtificati ſunt.*

h *Eam rem iidem duo medici jurati explicuere.*

i *Totam rem ſex jurati oculatique teſtes enuntiavere.* D

k *Id teſtes ſex oculati publice teſtimonio confirmarunt.*

l *Ejus rei jurati oculatique teſtes quatuor.*

m *Id teſtes qui adfuerunt tres ſacramento confirmarunt.*

n *Totam rem, ut ceteros fileam, jurejurando enarravit Card. Baronius, qui ejus Confeſſiones audiebat.*

o *Teſtes jurati oculatique id enuntiarunt.*

p *Ex Sanctorum corporibus atque ſepulcris miram frequenter odoris ſuavitatem emanare ſolitam, graviſſimi Auctores memoriæ prodidere. Videat lector S. Hieronymum in Hilarione, Angradum in S. Ansberto Epiſcopo, Iſonem in S. Othmaro, Egilbardum in S. Burchardo Epiſcopo, Hildegardem in S. Diſibodo Epiſcopo, Osbertum in S. Dunſtano, Theodoricum in S. Dominico, Ioannem Papam XXII in litteris Canonizationis S. Thomæ Aquinatis, Ioannem Brugmannum in S. Lidwige. De aliis ſanctis viris idem etiam frequenter invenies.*

CAPUT XVII.

Variæ gratiæ miraculoſæ, poſt Sancti ſepulturam ei devotis factæ.

191 HOc vero non ſilendum, Philippi obitum, E qui tribus ante contigerat diebus, cum vir quidam præſtanti nobilitate in ipſo beati viri cubiculo inſolabiliter lamentaretur; jam nondum quadrans horæ abierat, cum ingenti ſe lætitia perfundi ſenſit: quamobrem ex magno luctu in magnum gaudium verſus, alacer inde lætuſque diſceſſit. Idem vir, cum magnis premeretur curis, quod rem neſcio quam, permagnam ac maximi conſilii quam agebat, conficere non poterat, Philippi ſepulchrum adiit, pectus monumento admovit. Nec fruſtra: eam enim intus vim caloris eoſque affectus ſentire cœpit, quos ex amplexibus beati Patris, cum ille viveret, percipiebat, è membris omnibus ſudoris copia manante. Neque hic ſtetit res: omni illa formidine ſpe citius liberatur, reique exitus qui optabatur contigit. Nec deſunt ex externis, qui ex eo ſolum quod ejus ſepulchrum inviſunt, inſolita quadam lætitia ac voluptate afficiantur, fluentibus lacrymis, non triſtitiæ indicibus, ſed pietatis.

Invocatus Sanctus mœſtitiam pellit,

192 Claudius Nerius *a*, aliquo poſt beati viri obitum ſpatio temporis, ex renibus ſeu ex lateribus, ad dextrum latus graviſſime duos jam menſes laboraverat. Is erat dolor, qui intenderetur quotidie; eoque æger adeo miſere conficiebatur, ut ſi contigiſſet eum neceſſitate aliqua moveri, doloris magnitudine victus vociferari, ad dolorem utcumque leniendum, cogeretur. Acceſſit interim morbo novus dolor, veteri manente. Nerius enim ſiniſtro genu laborare acriter cœpit. Recens ortum dolorem cum ad tres quatuorve horas ſuſtinuiſſet, veritus ne ſi ita increſceret eum ſomno privaret, ut antiquior dolor, ex quo paucis anteactis diebus in articulis ſiniſtræ manus laboraverat; humana ope deſperata, vertit ſe ad divinam; uterque enim dolor vehemens urgebat. Ergo ut velum capitis lineum beati Patris, & thecam in quam nonnihil ex ejus capillis incluſum erat, affectis admovit partibus, extemplo toto diſcuſſo dolore ſanatur. Interea Nerius, accepti beneficii memor, miraculum poſtero die omnibus ad eum confluentibus amicis narrat: ſed cum non deeſſent qui dicerent, id naturæ viribus contingere potuiſſe, vel forte etiam contigiſſe; Dei permiſſu factum eſt, ut poſtero die novo dolore opprimeretur (inſidebat is in dextero genu) prioribus æque vehemens. Tum Nerius, quo facilius agnoſceret divina vi antiquiores abiiſſe, non ope humana, recenti fortiter reſiſtere cogitat: eumque ad veſperum ſuſtinere con-

a curantur dolores nephritici, F

& genæ.

A conſtituit : affectæ parti B. Philippi reliquias imponere plane recuſat: experientia enim didicerat, ejuſmodi dolores, quo magis dies in veſperum inclinat, hoc vehementiores fieri atque acutiores. Sed cum nocte adventante is dolor, cui tumor acceſſerat, augeretur mirifice; tantuſque jam eſſet, quantum ſuſtinere vix poſſet; ſuſpicatus ne nova iterum premeretur vigilia, eodem remedio ad morbum depellendum uti ſtatuit: quod dum faceret, extemplo totus is dolor totuſque tumor evanuit. Ita gemino miraculo Nerii ejuſque domeſticorum duplicata lætitia, & Philippi ſanctimonia dilucidius eſt comprobata.

admotis reliquiis :

193 Fr. Simon Cappucinus ex brachiis ad decem
b menſes laborabat *b*, cujus morbi origo ex frigore erat; mali autem adeo miſera conditio, ut æger non modo manus poſt tergum flectere, ſed ne vix quidē ſublime attollere poſſet. Salutarem Hoſtiam, rem divinam cum faceret, non niſi magno labore attollebat: Sacerdotalibus indumentis ad Miſſæ ſacrificium, niſi aliena ope adjutus, ſe induere haud poterat. Hæc dolor & is quidem graviſſimus ſequebatur, qui urgebat aſſidue; ſed in ſiniſtro brachio, quod magis affectum erat, vehementior ſentiebatur: hæc enim
B pars adeo vitioſa erat, ut capiti vel ejus perfricandi ſtudio admovere non poſſet. Ventum erat ad medicamenta, ſed morbo nullum ex multis unquam profuit. Cumque res in deterius procederet, venit æger Superiorum juſſu Romam, Junio menſe, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto. Ibi, Philippi morte, quæ modo ſecuta fuerat, ejuſque miraculis cognitis; plurimum in beati viri benignitate ſpei reponens, Montem Zazzaram germanum ſuum, qui ex Philippi alumnis erat, rogat, ut ſi quid ex beati viri veſtibus ſupereſſet, quod vitioſis membris imponeret, commodare non gravaretur. His ille commotus aliquot è Philippi capillis, atque fruſtum telæ ejuſdem cruore delibutum præbet; ipſe venerabundus accipit: tum Roma, nullo ad morbum adhibito medicamento, egreſſus, ad Oppidum Campanianum venit; ubi quodam die humanis remediis jam miſſis, quod morbo nihil proficerent, ad Beati opem confu-

Brachiorum cruciatus & impotentia,

hauſta ablutione capillorum Sancti.

gere ſtatuit. Verum, quo facilius voti compos efficeretur, decrevit poſtero die, peccatis primum Confeſſione patefactis, tum Sacro peracto, Deum id unum enixe rogare, Philippi ſervi ſui meritis ſanitatem reſtitueret. Inſequenti die reverſus abſoluto Sacrificio in cubiculum, ſumptis mox aliquot è
C Philippi capillis, eiſque minutatim conſciſſis & aquæ mixtis, humi proſternit ſeſe. Ubi recitans primum ad Chriſti imaginem orationem Dominicam Angelicamque ſalutationem, deinde ſigno Crucis poculum ſignans, ad extremum hoc beatum Patrem intime atque ex animo precatur, eum à ſe dolorem expellat: precibus adjicit votum, ſi impetret ſibi corporis ſanitatem, ſe perpetuo ejus pervigilio jejunium ſervaturum. Supplicatione completa, poculum fiduciæ *c* plenus in manus ſumit, ori admovet, ebibit, ſanatur; utrumque brachium facili negotio movet, ad tergum flectit, plicat, extendit; dexterum plane perſanatum ſentit, ſiniſtrum quoque impenſe jam læſum ad
c uſus promovet ſuos; quo vult, flectit; quocumque
d vertit, ſequitur; ſed ita, ut levi quodam *d* eoque perbrevi dolore premeretur; quem demum ille, eodem remedio uſus, haud multo poſt ab eo plane expulit. Simon igitur tanto beneficio lætus, gratiis primum Deo beatoque Philippo impenſe actis, rem omnem amicis enarrat, ſemel atque iterum expertam beati viri opem laudibus extollit; vulgatum inde miraculum, multorumque ſermonibus celebratum. Per eam occaſionem Philippi religio augeri cœpta eſt, indieſque recentium miraculorum occaſione augetur, perpetuoque augebitur: ſic enim honorabitur quemcumque Rex voluerit honorare.

AUC. ANT. GALLONIO

194 Marcus Antonius Maffa *e*, vir dum viveret
e ob vitæ integritatem rerumque peritiam omnibus notus caruſque, tertio Nonas Auguſti, eodem anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, ilium doloribus corripitur, quorum initium ex calculis erat. Nocte quadam doloribus increſcentibus, in eum locum deductus eſt, ut ne quidquam non modo tantum, ſed ne tantulum quidem quietis capere poſſet. Remedium nullum morbo proficiebat: vomitus & calor, qui eidem hoc morbi genere affecto pars ſanitatis eſſe conſueverant, nihil proderant nihilque adjuvabant. Interea doloris vehementia defatigatus, infirmis viribus, medicorum remediis fruſtra tentatis, in lecto poſt ſextam horam collocat ſeſe: beati Philippi, in quo uno omnem ſuæ curationis ſpem repoſuerat, implorat opem: Nec mora: precibus ubi inſiſtit, mox levi quodam ac dulci ſomno corripitur: dormiit ad horam; excito calculus, qui piſeli magnitudinem expleret, exiit: erat is paulo major quam quivis alius, qui ante id tempus exciderat. Rei exitum tam celerem miratur Maffa: & hoc major eum cœpit admiratio, quod dum ei contingebat ex
E calculo laborare; calculus, quamquam hoc ipſo minor, tamen cum à renibus divellebatur, hominem plus duobus diebus excrucians, ad veſicam tandem deſcendebat; ex quo & calida atque acris urina, & veſicæ inflammatio fiebat; tum demum, duobus vel tribus elapſis diebus, is calculus exibat.

e Colica gravioſa,

195 Idem cum pridie Non. Auguſti, ejuſdem
& lethargus ſonantur, hebdomadæ, abſoluto Sacrificio poculum aquæ frigidæ jejunus exhauſiſſet; eo poto, horrore primum, deinde peſtilenti febre, cui continens ſomnus (λήθαργον Græci nominant) acceſſerat, premi cœpit: fuit morbi initium luna creſcente. Illud præterea ægrum à periculo non abeſſe indicabat, quod neque vomitu, neque alvi ductione, neque alio modo, vi ſomni qua opprimebatur, capitiſque dolore quo afflictabatur, ſe vel minimum levari ſentiebat. Interea, cum de medicorum conſilio ſanguinem ſibi inciſa vena detrahi pateretur, nec ea miſſio ſanguinis quidquam prodeſſet, de ejus vita ab ipſis medicis dubitari cœptum eſt; quandoquidem æger, natura non ſiccus, ſed ſucci plenus erat. Nocte adventante confugiens Maffa ad Philippi opem, tale mox vidit inſomnium. In quadam ſibi domo eſſe videbatur, quæ incendio abſumeretur; & in ea homines cernere, qui
F ad ipſam evertendam diſturbandamque omni conatu incumberent: dumque ea demolitio fieret, duo ſecum eſſe, qui cum fuga (quod fortes viribus eſſent) ſeſe præſenti periculo eximere ſtuderent, derepente è parte ruentis muri opprimebantur: tum his ille perterritus, moriendum ſibi eſſe firmiter crederet; animoque præ ægritudine anxius, quid hac de re conſilii caperet, neſcire. Ergo dolore mœſtitiaque
poſt jucundam viſionem, oppreſſo adeſt Philippus, qui, quaſi juvenes qui domum demoliebantur increparet, clamare cœpit: Salvate Maffam, Salvate Maffam, bis eadem iterans verba. Nec fruſtra; is enim illico ab eo periculo ſanum incolumemque ſe extrahi vidit, atque verum fuiſſe viſum eventus edocuit. Poſtero enim die, febri morbique reliquiis, quæ vel excuſſa febri manere ſolent ad aliquot dies, liberatus omnino, priſtinas vires ſibi redditas ſentit: mox ſanus ac vegetus exilit è lecto. Medici vero, haud ignari quam periculoſe Maffa ægrotaſſet, eum mirabiliter convaluiſſe confirmarunt.

196 Maffa interim, beneficii haud immemor,
teſte votivâ tabella ad ſepulcrum. ad ſepulchrum beati Patris ad vota reddenda venit; gratiiſque Deo Beatoque Philippo impenſe actis,

ANC. ANT. GALONIO

sepulchro primus pictam tabellam, hac inscriptione notatam, affixit.

I. C. R.
B. Philippo Liberatori suo
M. Ant. Maffa Presbyter Salernitanus,
Nonis Augusti MDXCV.

Cum me febris vehementissima invasisset, videbar noctu in domo ruina & incendio conclusus, nullum habens evadendi diffugium: duo, qui videbantur mecum esse, fuga sibi consulentes, à pariete oppressi mortui sunt. Dum sic metu perterritus mortem expectarem, vidi & audivi B. Philippum, iterato præcipientem iis qui domum disjiciebant, his verbis: Salvate Abbatem. Postridie reliquit me febris, quod illius meritis & precibus acceptum ferens, testatum esse volui hac tabella, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & ad honorem ejusdem B. Philippi. Amen.

cruciatus dolores gravesque.

197 Rodulphus Silvestrius, medicinæ scientia florens, gravissimis improviso, III Idus Augusti, stomachi doloribus aliisque sævis symptomatibus oppressus *f*; cum à medicamentis præsidium nullum haberet, ab aliis rebus id petendum esse censet. Itaque memor in ipso periculo beati Patris (salus enim in angusto jam erat) ejus opem fidenter implorat. Quo peracto, melius confestim habuit; dulcique mox somno correptus, ad unam & dimidiatam horam dormiit: experrectus, omni eo morbo liberum se sensit. Tum beati Patris sepulcrum venerabundus invisens, votivam tabellam hac inscriptione notatam inibi appendit, miraculi ad posteros certissimum indicium. Dum variis sævisque symptomatibus mori me sentio, implorato B. Philippi auxilio placidus somnus me arripuit, & statim convalui. Eo ipso anno Hieronymus Pamphilius *g*, Rotæ Auditor, in morbum delabitur: morbum dolor capitis adeo vehemens secutus est, ut æger vix mentis suæ esset: sed cum is velum capitis B. Philippi capiti suo imponeret, divinitus factum est, ut omnem morbum à se continuo abegerit.

evaditur peccandi periculum.

198 Illud quoque pro non levi miraculo habitum. Quidam adolescens Stephanus, hoc ipso anno, Augusto itidem mense, cum impudicæ feminæ domum præteriens ad eam vocatus accessisset, ab illaq; ad flagitium impelleretur; ipseq; ancipiti cura distractus, quo se verteret, nesciret; assentiri turpe ducens, dissentiri periculosum; prope jam erat ut laberetur, ni B. Philippus succurrisset: cujus cum capillos linteique frustulum in thecam inclusum haberet ad collum, statim pectus percuti sentit, cor comprimi, simulque audit Philippi vocem; Vide quid agas: abi hinc, ne te perdas *h*. Quibus ille non dubiis opitulantis sibi Patris permotus indiciis, impetu facto è feminæ manibus elabitur: quod omne adolescens, Philippi (ut par erat) acceptum referens caritati, votivam tabellam sepulchro, quæ illic inspicitur, & evitati periculi memoriam, & insigne tanti miraculi monumentum dedicavit.

pelluntur febres.

199 Eodem anno, Septembri ineunte, femina Primaria Isabella Priorata, noctu lenta febri corripitur: febris ejusmodi erat, ut intenderetur assidue: ad febrim gravissimus capitis dolor accessit, qualem numquam antea sustinuerat; increvitque usque eo, ut parum abfuerit, quin delirium moverit *i*. Ergo ubi ejus domestici ægram deterius habentem advertunt, alia experiri remedia statuunt. Itaque hora tertia noctis reliquiariam thecam, in quam frustum telæ beati Patris sanguine imbutum inclusum erat, clam subjiciunt capiti, bono dolo; id siquidem præsentissimum auxilium ægræ mulieri fit. Placido namque illa mox somno corripitur, exudat, maneque excitata omnem morbum à se penitus discessisse comperit; Deo ipsique B. Philippo propter Deum gratias agit, à quo se beneficium accepisse lætabatur. Eodem anno ac mense, Eugeniam Mansuetam *k* febris lecto affixerat. Dum æstu torreretur vehementi, jubet sibi afferri aquam: allatam, telæ beati viri frusto in eam injecto, ubi exhausit, febris extincta est.

Ex alto delapsa & toto confracta corpore,

200 Hoc etiam anno Septembri vertente, Drusilla Pocaria, cum linteas vestes, quas aqua mundaverat, radiis solis exiccandas objiceret; casu factum est, ut ex altissimo loco præceps ruens, quam gravissime corpus offenderit *l*. Erat altitudo loci, unde exciderat, passuum circiter sex & viginti: pavimentum, in quod descenderat, lateribus in longitudinem stratum, vetustate jam temporis magna ex parte exesum atque consumptum. Ad ultima jam ventum esse testabantur collisum fractumque caput; dexter oculus ita affectus, ut opinarentur omnes, si ex morbo femina evasisset, quod credebatur à nemine, ab eo prorsus destituendam fore; isque oculus loco suo non erat. Idem præterea indicabant nares fractæ collisæque; sanguis multus, qui assidue ex ore ferebatur, quique cohiberi non poterat; maxillæ nimis intumefactæ, labrum inferius scissum (Inter cadendum enim duo acceperat vulnera, unum in labro, de quo dicimus, ad mentum denteſque procedens; alterum in sinistræ manus interiore parte, volam dicimus) dentes demum, quod nec omittendum videtur, propter ictum movebantur omnes, periculum erat ne exciderent. Et is erat miseræ mulieris miserrimus status: quæ ubi vestigio fallente præceps ruit, pro mortua notorum propinquorumque manibus confestim sublata, in suum cubiculum propere delata est, lectuloque confracto corpore collocata: ubi vix semivivens propter morbi vim non audiebat, non videbat, non loquebatur: jamque fama de ejus morte per viciniam ferebatur, quasi precipitio extincta foret.

post votum mariti,

201 Verum quo tempore id contigit, Antonius Fantinus Faventinus ejusdem maritus domo aberat. Hujus itaque rei trepido nuntio excitus, ad sepulchrum Beati Philippi advolat; ibi positis genibus oculos manusque tollit in cælum, lacrymarum plenus enixe beatum Patrem invocat; votum precibus miscet, se pictam tabellam ad ejus sepulchrum allaturum, miraculi ad posteros monumentum, si servet eam, quam nulla ars humana servare possit. Supplicatione deinde completa domum venit, carissimam conjugem morti proximam reperit. Interim advocatur medicus, cui Antonio Franco nomen erat. Is feminæ statum contemplatus, actum mox de illa esse proclamat: desperata ejus salute, vulnera, ne novo dolore feminam fatigaret (quod utique opus fuisset) nequaquam fuit ausus repurgare; ad fissum labrum, solo ovi albo; ad manum vero, nullo prorsus medicamento; ad oculum emplastro, quod album lene medici vocant, usus est; atque his medicamentis feminæ succurrit, quod mortuam eam crederet; sic Domino, opinor, permittente, ut servi sui Philippi gloriam palam faceret. Consueverat vir ejus beati viri sepulchrum, uxoris vicem solicitus, quotidie frequentare; ibi illius auxilium implorare, lacrymas ubertim flere. Nec sua illum frustrata fides: quodam enim die, eo orante, Philippus moribundæ conjugi derepente occurrit. Cujus illa adventu ingenti confestim lætitiâ perfusa, ejus opem venerabunda implorat. Tum ille mundum sudariolum, quod ei usui erat, in manus sumit; ori admovet, sensim faucibus immittit, indeque paulo post sanguine sanieque aspersum extrahit; & [illegible] dum faceret; Mitte, dicebat,

apparente Sancto,

A *ex integro ſanatur :* dicebat, timorem; non enim hic morbus vitam tibi hauriet. Nec mora: ab ejus mox capite facieque omne vitium omniſque ægrotatio abiit. Ceterum viro ejus adventante, ut conjugem inviſeret, beatus Pater repente ex oculis abiit. Qua ex re triſtis effecta mulier, quod ſperabat omnem morbum, ſi ille non abiiſſet, depulſum iri, lacrymis ſe dedit. Lacrymantem rogat Antonius, quid ſit quod ploret. Cui illa, Ignoſcat tibi Deus: ni veniſſes, omnem à me morbum depuliſſet beatus Philippus: ex quo enim in cubiculum ad me ingredi tentaſti, ipſe continuo ſublimis abiit. Viſum enarrat, miraculum exponit: venit interim medicus, qui ſciſſum labrum ut nullo medicamento conſolidatum videt, inter miracula id referendum profitetur.

ejuſdem tumefactum genu 202 Feminæ deinde ſiniſtrum genu, quo eſſet illuſtrius miraculum, uſque eo intumuit, ut panis pergrandis magnitudinem expleret. Id chirurgus ferramento cum aperire decerneret; perterrefacta mulier, eam inciſuram in poſterum diem differri impetrat. Itaque inſequenti nocte B. Philippum quam ſuppliciter poteſt invocat imploratque, ut ſibi opem ferat. Oranti vigilantique ſe iterum offert cæleſti emicans luce: emplaſtrum affectæ parti impoſitum aufert *m*, timorem abigit, genu ad priſtinum ſtatum reducit. Druſilla, ubi eam partem perſanatam videt, virum ſuum inclamat; illuc ut properet, eximium illuſtreque miraculum viſurum, rogat: Deo Beatoque Philippo gratias quas poteſt maximas refert: medico qui illuceſcente die ea mente acceſſerat, ut tumenti parti foramen faceret, ex quo ſanies exiret; Incide, inquit, perfora, ſcinde, fac quod vis, nullum mihi vitium in genu eſt. His ille auditis, vitioſam modo partem perluſtrat oculis, explorat manu; tactu oculiſque perſanatam comperiens, veteri miraculo novum miraculum adjectum eſſe, admirabundus proclamat. Tum cupida mulier exiliendi è lectulo, rogat iterum B. Philippum, ut ſibi ſubventum eſſe velit. Nec de ſpe decidit: vigilanti namque iterum ſeſe obtulit videndum (tanta autem affirmabat mulier pulchritudine eſſe, ut nulla ſpecies ne excogitari quidem poſſet ornatior) ejuſque membra manu prehenſa extendit, à capite ſcapuliſque initium facit: quo peracto ex oculis elabitur. Tum Druſilla, die jam illuceſcente, gratulabunda ſurgit è lecto: obortis præ gaudio lacrymis nullum beato Patri gratias agendi modum facit. Continuavit is morbus minus quam decem dies.

m B *à rurſus apparente curatur :*

qui tertio viſus ſurgere eâ facit.

C *Sanatur pes rota obtritus,* n 203 Flammetta Nannonia (id feminæ cognomen) quintum & quinquageſimum annum agens, in itinere cum eſſet, vehiculi cujuſdam impetu ad terram impellitur *n*: cumque inde ſurgere non poſſet, ex pedibus alter à vehiculi rotis comprimitur: qui primum intumuit: tumori deinde ingens protinus dolor acceſſit. Pedibus conſiſtere cum non poſſet, in lectulo collocatur; adhibentur medici, variis medicamentorum generibus pars dolens fovetur. Sed fruſtra omnia: is enim locus, non dolores modo habebat punctioneſque continuas, ſed confractionem etiam nervorumque infirmitatem. Interea, cum id malum ad menſes fere undecim ſuſtinuiſſet, divinitus tandem hoc anno, Octobri menſe impelli ſe ſenſit, ut ſi ex morbo evadere cuperet, votivam B. Philippo tabellam voveret, ejuſque ac Deiparæ Virginis preces efflagitaret. Voto nuncupato, priſtinam extemplo membrorum firmitatem recuperat, greſſum recipit, pedem argenteum apud beati viri ſepulchrum, tanti miraculi argumentum, ſuſpendit.

204 Eo ipſo anno, Octobri menſe vertente, Catharina Lottia Mediolanenſis, uterum ad octo jam menſes cum gereret, graviſſimum in morbum incidit: erat is pleuritis acutiſſima. Vis morbi in muliere, quæ ad deſperationem laborare jam cœperat, illud effecit, ut partus doloribus tempore non ſuo occupata, fœtum mortuum effuderit. In infante omnia cernebantur vitâ functi ſigna: obſtetrix, quæ parienti opem tulit, peritiſſima habebatur; quippe quæ ad quinque & triginta annos adjuvandis ex partu laborantibus operam dederat: remediis, ſi qua erant, fœtui ſuccurritur; ſed fruſtra omnia *o*. Ergo cum nihil omnia auxilia proficerent (mortuum enim ad vitam revocare nullum medicamentum poteſt) obſtetrici unicum occurrit remedium, ut relicta humana ope ad divinam confugiat. Sanctiſſimam itaque Dei Matrem inclamat; votum facit. Sed cum ejus preces non audirentur, venit ei in mentem B. Philippus, quem his mox verbis appellare cœpit; O beate Philippe! Tu quæſo ſanctiſſimam Dei Parentem roga, ut hunc à mortuis excitet infantem, quo *p* Baptiſmo ablui poſſit, ne perpetuo pereat. Tum aliquot beati viri capillis admotis, extemplo mortuus infans redit ad vitam; qui mox baptizatus, Joannis Petri nomine honeſtatur; demum primo & vigeſimo ætatis die morbo ſublatus, è terris in cælum abiit; cujus mater Catharina jam quinto à partu die obierat.

AUG. ANT. GALLONIO *ſuſcitatur fœtus mortuus*

o

ad baptiſmum.

p

E

205 Hoc item anno virgini religioſiſſimæ (cujus nomen ſupprimitur, quod ipſa ſuppreſſum voluit) plus quinque & quadraginta annos natæ, tumor ſublime ſerpens in altera è mamillis oritur. Fuit is initio ad nucis magnitudinem, ſed quotidie deinceps non ſine virginis dolore increſcens, induruit; jamque durities in dolente parte dolorque aſſiduus ſentiebatur. Hæc porro quamvis illa pateretur, attamen de curando morbo nihil cogitare videbatur. Suſtinuerat illum ad ſex jam menſes: dolores in ſingulos dies augeri, tumorem concreſcere extendique advertebat; ſed tamen, vel quod verecundabatur affectam partem medico oſtendere, vel quod timebat ne præ morbi fœditate fugeretur ab omnibus, morbum aperire diem ex die differebat. Ad ultimum, morbo aſſiduos dolores eoſque graviſſimos in mamilla movente, incerta quid conſilii caperet, Sacerdoti, quo ad Confeſſiones utebatur, rem totam aperit. Qua ille cognita, virginem mox hortatur, ſi ſaluti ſuæ conſultum velit, tumidam partem medico oſtendat. Sed cum verba in ventum jacerentur, utpote quæ haud induci poſſet ut medicis præ verecundia *q* læſam partem detegeret; recordatus ille lintei, B. Philippi ſanguine imbuti, quod penes ſe habebat, id ægræ pro medicamento donat. Nec id fruſtra: vixdum plane virgo dolenti parti acceptum pignus admovit, cum repente habere melius cœpit. Nocte deinde inſequenti obtulit ſeſe illi in prima quiete cæleſti ſpecie Philippus, qui affectam jacentis partem manu contrectans leniterque perfricans, repente ſanavit; inter perfricandum his uſus verbis: Ne timeas, nihil eſt morbi (erant hæc ea ipſa verba, quæ ille frequentius, cum viveret, in ore habebat) dein, eam ut pietatem ardentius ſequatur monens, ex oculis elabitur. Haud vanum fuiſſe viſum rei oſtendit eventus. Virgo è ſomno evigilans mamillam plane perſanatam comperit, læta è lectulo exiliit, pictamque tabellam ad ejus ſepulchrum miraculi teſtem appendi fecit.

Tumidam dolentemque mamillam

medico nolens oſtendere virgo,

F

q

ab apparente curatur;

206 Claudius Rangonus, nunc Placentiæ Epiſcopus, cum eodem anno in continentem febrim incidiſſet, quæ duos plus menſes hominem tenuerat, à vitæ periculo vacuus non erat. Id ubi Julia Urſina

& viro nobili gravis febris.

AUC. ANT. GALLONIO

Ursina pia femina, ægro, propinquâ cognatione juncta, rescivit; frustulum mox lintei, beati viri sanguine imbuti, ad eum mitti curat eo ordine, ut simulatque ad ejus deveniat manus, illud statim sibi ad collum alliget. Nec sua illam frustrata pietas. Hoc ubi factum, febris illico omnis abiit: incidit ea res in mensem Decembrem, cum ejusmodi ægrotationes, si ægros non extinguunt, at certe longum tempus habent, neque demum finiuntur, nisi vere vel autumno.

ANNOTATA.

a *Rem totam Claudius ejusque conjux & filii testimonio confirmarunt.*

b *Ejus rei oculati juratique testes quatuor.*

c *Miracula sæpe ex consimilibus potionibus contigisse, scriptores gravissimi edocent. Vide Gregorium Turonensem lib. 1 de gloria Martyrum cap. 31, & lib. 2 cap. 5. Item de Miraculis S. Martini lib. 2 cap. 1, 39, 51, 52 & lib 3 cap. 12, 43, & lib. 4 cap. 9, 28, 37 & 42. Lege insuper Stephanum in Vita S. Modualdi Ep. Trevirensis cap. 11 & 12.*

d *Ægros frequenter non toto eximi morbo, videre est in Gregorio Turon. lib. 2 de Miraculis S. Martini cap. 45, & in vita S. Ludgeri lib. 2 cap. 27. Lege præterea Rutilium Benzonum de anno Jubilæi lib. 1 cap. 49. Idem sæpe apud Auctores magni nominis quisque per se facili negotio reperire poterit.*

B

e *Id totum ipsemet publico testimonio confirmavit.*

f *Eam rem ipse Rodulphus sacramento testificatus est.*

g *Hujus rei juratus testis est ipsemet Hieronymus Pamphilius.*

h *Eam rem ille ipse cui accidit jurejurando testificatus est.*

i *Hoc testes quatuor sacramento confirmarunt.*

k *Id ipsa duoque alii testes oculati sacramento narrarunt.*

l *Totam rem sex oculati testes jurejurando firmarunt, in quibus est chirurgus qui feminam curabat.*

m *Sanctos viros agris fecisse medicinam, auctor est, ut alios præteream, Georgius in Vita S. Theodori Siceotæ. Non absimiles præterea modos in iisdem sanandis reperies apud præclaros scriptores. Vide Auctorem libri de miraculis S. Stephani, qui Eudocii nomine circumfertur lib. 1 cap. 11 & lib. 2 cap. 2. Item Gregorium Turon. de miraculis S. Martini lib. 2 cap. 31, & 41.*

C

n *Totam rem Cardinalis Baronius, qui ægræ Confessionem olim audire solitus erat, sacramento testificatus est, idemque fecerunt alii.*

o *Ejus rei jurati testes quinque.*

p *Consimilem prorsus rem narrat Auctor libri de miraculis S. Stephani, lib. 1 cap. 15, & D. Augustinus Sermone de diversis 32, 33. Vide S. Antoninum Hist. p. 3 Tit. 23, cap. 7, § 14, & demum Ioannem Papam 22 in litteris Apostolicis de Canonizatione S. Ludovici Episcopi Tolosani.*

q *Rem similem de S. Macrina narrat magnus Gregorius Nyssenus in ejus Vita.*

CAPUT XVIII.

Miracula, proximo post mortem anno & tribus sequentibus patrata.

ANno salutis millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, Septimia Neria, ætatis decem annorum, cum Januario mense, sub horam noctis tertiam, cum Olympia & Faustina sororibus ad ignem esset, casu evenit, ut, Olympiâ folles in altum tollente, fistulâ ferreâ illis inditâ, eâque calidâ atque ignitâ, sinistri oculi acies ejusdem Septimiæ non læderetur modo gravissime, sed exureretur etiam. Neque hic stetit res. In eodem mox oculo, in quo signa apparebant, quæ certam facerent adustionis fidem, vesica nata est; hæc intolerabilis confestim dolor spasmum movens consequitur; puella præterea neq; læsum oculum claudere, neque aciei adustę vitio eos qui circum se erant cernere poterat; summaque vi doloris oppressa toto corpore contremiscebat. Inter hæc ægræ mater Clœlia Bonarda, quo tantum filiæ dolorem utcumque leniret, aquam rosaceam ovi albo mixtam, affectæ parti imponit; sed incassum omnia: quinimo id erat medicamentum, ut oculum etiam rumpere posset. Itaque remediis frustra tentatis, ad alia medicamenta transeundū esse decernitur *a*. Mater primum lacrymabunda, positis humi genibus, B. Philippi opem implorat pro filia: precibus adjicit votum, si Septimia amissam oculi lucē recipiat, votivam se imaginem ex argento fabricatā ad ipsius sepulchrum, miraculi testem, delaturam. Sed cum illa non audiretur; tum filia, doloris magnitudine propemodum victa, ad eumdem beatum virum per se ipsa confugit, ejusque auxilium ex animo in ipso impetu doloris implorat: B. Philippe, dicebat, si tibi cordi non est, hunc à me morbum propellere, at saltem tantum minue dolorem; tenuerat enim eam plus tribus horis. Tum supplicatione completa, læso mox oculo velum capitis, quod eidem usui fuerat, admovit, easdem iterans voces. Nec spes precesque incassum cecidere: extemplo dolor omnis discutitur, vesica evanescit, oculus ex toto sanatur: somno mox placido correpta virgo ad lucem dormivit, maneque experrecta cælum sanis oculis aspexit.

207 *Oculum adusta puella,*

E

a *invocato B. Philippo, curatur:*

208 Euangelista Mariottus, eodem anno ac mense, adeo graviter doloribus febrique jactabatur, ut eum conquiescere nullo pacto, nec in ipso cubili paterentur *b*. Cumque plures dies ita morbo afflictatus jacuisset; doloribus ultra debitum increscentibus, nocte quadam, quod propinquam mortem non tam timeret quam expectaret, sacramentis Ecclesiæ sub horam quartam muniri se postulat. Interea unus ex iis qui adstabant, miseratione ductus, eum consolando monet, B. Philippo se commendet. Tum allatum ad eum ex ejusdem beati viri vestimentis frustulum ipse, magno cum sensu pietatis, accipit; illoque in partes diviso, partem sibi ad collum appendit, partem minutatim concisam aquæ mixtam ebibit. Hausta potione, dolores confestim ex toto quiescunt: cibus, qui assumebatur, ut ante non redditur, atque æger ex eo tempore divinitus confestim sanatur. Eodem prorsus tempore, virgo quædam Deo sacrata, Julia nomine, ex lateribus intestinisque gravissime laborabat *c*. Gravitas morbi ea erat, ut ægra diu noctuque torqueretur assidue. Ad morbum de medicorum sententia medicamenta quamplurima adhibuerat: sed cum, non paulum dico, sed ne quidquam prorsus in ea levamenti esset; uniusè sororibus admonitu, cum eodem remedio usa esset, valetudini mox pristinæ se restitutam sensit.

Item febris dolorifica, admoto ejus velo sanatur:

b

F

c *dolores lateris, & ilium,*

209 Eo-

A 209 Eodem anno, Februario menſe, Petrus Puteus, *d* noſtræ Congregationis Sacerdos, Panormi cum eſſet, contigit ut unus ex iis, Antonius Maria nomine, qui apud Patres domus Panormitanæ domeſtico opere exercebatur, in ardentem, mortiferam, continentemque febrim inciderit. Is ſingulis diebus eo horrore ſtato tempore ad horam opprimebatur, ut toto corpore contremiſceret; cujus rei cauſa continebatur ſub veſte ſatis multâ, eâdemque crura, pedes, totumque corpus ejus incaleſcendi ſtudio contegere opus erat. Horrore pene finito, ardens extorrenſque febris deinde ſequebatur: qua ille ita vehementer premebatur, ut ardentiſſimâ ultra modum ſiti ingentique circa pectus fervore urgeretur: cumque adhibita remedia nihil proficerent, ejus vitæ timeri cœptum ab omnibus. Quodam die, cum magis etiam quam ex conſuetudine, vehementi ſiti conflictari ſe quereretur, Petro, qui ei aſſidebat, beatus Pater occurrit: cujus memoria excitus, detonſis ejuſdem capillis, quos ſecum habebat, ad morbi remedium uti cogitat: quod cum faceret, nullis medicamentis protinus æger convaluit.

d *ventimus at difficilis febris,*

præcordiale apoſtema,

c B 210 Hoc ipſo itidem anno, Martio menſe, Antonio cognomento Parmæ apoſtema in præcordiis erat cum acutis doloribus *e*. Hi tales erant, quales numquam antea ſuſtinuerat, quique nullam ſinebant eum neque noctu neque interdiu capere quietis partem. Apoſtema medicorum oculis haudquaquam patebat: ſuppurationes enim ubi notę fuerint, eo facilius curantur; contra vero ubi ignotæ, neutiquam medicamentis ſanari poſſunt. Morbus medicis ignoratus augebatur quotidie, idoneiſque medicamentis non juvabatur: æger malo jam victus ſuo, ad mortem haud dubiam tendebat. Sed cum, eo aſſidue invaleſcente, ad extremum tandem veniſſet vitæ diſcrimen; capillis B. Philippi, quorũ vim in multis audierat eſſe ſalutarẽ, ſic adjutus eſt, ut dolor nullis remediis [antea cedens] remittere cœperit; ipſeque levius habuit, ſomnus acceſſit, & ſanatus eſt. Verum biduo nondum plane exacto, novo rurſus dolore, eoque graviſſimo premi ſe ſenſit; vixque is ad quadrantem horæ manſit, cum apoſtema, neque à ſe, neque à medicis deprehenſum, continuo nullis adhibitis medicamentis erupit; qua ex re illud factum, ut morbus ex toto quieverit. *f*

f

febris quartana,

C g 211 Eodem anno, Aprili menſe, femina Cornetana, cui Goræ nomen, adeo acriter totos duos ac triginta menſes quartana febri conflictabatur, ut iter ei non eſſet niſi ab igne ad lectum, & à lecto ad ignem *g*. Huic reliquiariâ thecâ, in qua nonnihil è capillis B. Philippi incluſum erat, admotâ, ipſo initio horroris, qui febrim antecedebat, melius confeſtim fuit: nec abiit is dies, quin ex toto deſierit horror, diſceſſerit febris. Verum cum multis pòſt diebus magno, continuoque, ac fœdo imbre iter faceret, febri iterum urgetur,; ſed eodem remedio ad morbum ubi utitur, derepente levius habuit, brevique poſt magnis in horas ſingulas ac pene momenta virium incrementis plane convaluit. Hoc anno, Majo menſe, Auguſtinus, Cardinalis Cuſanus, ad ſepulcrum beati viri conveſtiendum, Attalicam magni pretii veſtem dono miſit.

dyſenteria lætalis,

h 212 Octavius Roſitanus Neapolitanus, eo ipſo anno, Junio ineunte, duos jam menſes dyſenteria laborabat, *h* ex ea cruor manabat aſſidue, alvum nulla medicamenta adſtringere poterant; cum dyſenteriâ continens peſtilenſque febris erat; hominem miſere dies noctesque excruciâns: ſigna præterea apparebant in eo, quæ certum interitum indicarent. Interea cum mortem ad horas expectaret, ab amico monetur B. Philippi opem imploret. Facit ille quòd erat juſſus: addit ad precem, illius ſe Inſtitutum amplexurum, ſi convaleſcat: mox aquam, quam ejus Reliquiæ attigerant, libans, morbo confeſtim idoneum remedium invenit: expedita lingua proloqui incipit: die inſequenti medicis admirantibus, qui fluebat cruor manſit, & vis febris remiſit. Tum brevi elapſo tempore, morbo omni diſcuſſo, priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt: vivit is modo Neapoli, Congregationi noſtræ adſcriptus. Eumdem duobus poſt menſibus intolerabilis pene dolor, utrique hærens brachio, invadit. Naſcebatur is ex duobus erеſipelatibus circa brachia conſiſtentibus; morbus ità graviter urgebat, ut æger nullam quietis partem capere poſſet. Qui ubi eodem remedio utitur, derepente totum à ſe dolorem diſcutit, ſomnum capere cœpit: beneficii memor, Romam votivum ſimulacrum argenteum, ad beati viri ſepulcrum, deſtinavit.

AUC. ANT. GALLONIO

& ereſipelas.

deſperata febris.

213 Eodem anno, Octobri ineunte, Catharina, Joſephi Caſtallonis eruditiſſimi viri filia, annum agens vitæ nonum, ardentiſſima repente mortiferaque febri corripitur: ad febrim accedebat ventris fluxus, pituita, aſſiduaque gravedo; ægra præterea cibum adeo faſtidiebat, nihil ut ſumere omnino poſſet. Quodam interim die, cum deſperata ſalute jam eſſet, per quietem narravit adſtitiſſe ſibi ſanctiſſimam Dei Matrem, cui unus erat comes Philippus (ad hujus enim opem parentes ipſaque confugerant) atque à Deipara ſe accepiſſe, nihil eſſe quod medicis crederet aut quidpiam timeret, ſe opem latuſam, & interceſſione B. Philippi morbum depulſuram. Certe ſanitas ægræ reddita fidem viſi parentibus domeſticiſque fecit. Puellæ ſtatim levius fuit; cibo refici cœpta eſt, magnaque ſuorum gratulatione melius habebat indies, brevique priſtinæ firmitati reſtituta eſt. Alexander Fulginius, eodem anno, Decembri exeunte, ex inteſtinis laborare cum cœpiſſet (eo enim morbo graviſſime frequenter opprimi ſe ſentit) B. Philippi opem initio morbi implorans, omnem à ſe dolorem omnemque morbum repente abegit.

B

& cohcdi.

An. 1597 ſanantur dolor dentium.

214 Anno deinde poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo ineunte, Joanni Baptiſtæ Felici Sacerdoti, quinque & ſeptuaginta annos nato, dentes dolebant acerrime: *k* is porro dolor ejuſmodi eſt, ut maximis tormentis adnumerari poſſit. Cumque in ſingula pene momenta ingraveſceret, gingivis dentibuſque ſudariolo beati Patris admoto, totus continuo dolor totuſque morbus diſcutitur. Hoc etiam anno nobilis vir Marcus Antonius, Sanctus cognomento, cum, Martio menſe, ex peſtilenti febre in vitæ periculum incidiſſet; ſalute à medicis deſperata, noctu aliquot B. Philippi capillis, qui in theca aſſervabantur, ſibi ad collum alligatis, extemplo melius habere cœpit; vitam in tuto ea ipſa nocte repoſuit; quatuor vix intermiſſis diebus plane convaluit: tum gratiis Deo beatoque Patri avide impenſeque actis, votivam argenteam imaginem, pondere egregiam, Neapoli Romam ad ejus ſepulcrum, voti exoluendi cauſa, mittit. Eodem anno, pridie kal. Aprilis, Marcellus Laurentius, nunc Strongulenſis Epiſcopus, adeo vehementibus ilium doloribus repentinò corripitur, ut ſibi ex hac vita, ni Deus ſuccurrat, migrandum fore pro certo haberet. Cumque ii dolores quatuor circiter jam horas hominem tenuiſſent, unus ex domeſticis beatum Patrem ei ad memoriam reducit; Commenda te, dicebat, B. Philippo, implora ſancti Viri auxilium: haud dubie aderit tibi, opem laturus. Paret ille, Philippum appellat. Sed ne multa; ad ejus mox nominis invocationem totus is dolor abit, æger ſomno corripitur, pauloque poſt experrectus (dormierat enim ad quadrantẽ horæ) grandis calculus, pineæ nucis magnitudinem æquans, exit: Philippi deprecatione id ille profitetur [factum], à præſenti periculo vindicatus.

k

febris peſtilens.

F

& dolor iliacus.

215 Hoc

AUC. ANT. GALONIO.

215 Hoc etiam anno, Majo menſe, Fabio Apicellæ nobili medico, civi Neapolitano, ex pedibus laboranti, ilium dolores acceſſerant *m*. Dolorum talis erat impetus, ut eum omni prorſus quiete privaret. Ergo humanis remediis ſpretis, ut quæ nihil morbo prodeſſent, B. Philippi capillos affectæ parti admovet; nec id ſane fruſtra. Calculus extemplo ad veſicam deſcendit, dolor omnis evaneſcit, urina nullo impedimento redditur, calculo iter patet, erat is pineæ nucis magnitudinem explens: quibus ille attonitus, id non humana arte, ſed divina prorſus ope, nempe beati Viri interceſſione, factum eſſe publico teſtimonio confirmavit. Alio deinde tempore, cum eodem dolore de nocte premeretur, eodem uſus remedio ilico convaluit. Hoc ipſo anno, extremo Majo, ad ſepulcri ornatum lychnus acceſſit penſilis, ex cælato argento affabre factus, votivum donum primariæ feminæ, cujus nomen, quod ipſa latere voluit, ſilentio præterimus.

m

eximitur calculus

ſubito ſanatur moribundus puer,

216 Eodem anno, Julio menſe, puerulum quatuor annorum, cui Joſepho Sermeo eſt nomen, graviſſimus dolor cum ardenti febre plures dies occuparat: morbus adeo vehemens, ut ægri ſalus omnium opinione in periculo eſſet. Tres jam abierant dies, cum præter terna ovi lutea nihil in cibum ſumpſerat; male interim magis magiſque ingraveſcente, propinquæ mortis accedunt indicia, ſudor frigidus circa frontem, totius corporis laſſitudo, brachiorum pedumque extenſio, oculi clauſi, ſpiritus difficultas, corpus cui nullus ſuberat calor: mali etiam morbi teſtimonium erat, puerulum neque videre neque loqui. Hæc ubi ejus mater advertit, telæ fruſtum, B. Philippi ſanguine imbutum, ei animam ferme agenti imponit. Nec mora; puerulus confeſtim oculos aperit, matrem clara voce inclamat, è lectulo ſanus vegetuſque exilit, cibum petit, pannis ſe induit, domum ſolus inambulat; matre, patre, aliiſque qui aderant obſtupeſcentibus ac lacrymantibus gaudio *n*. Hoc etiam anno Hortenſia Lelia, febri continenti increſcenteque aſſidue, ac graviſſimis ſtomachi doloribus, Auguſto menſe laborans, ut vidit febrim non modo medicamentis non finiri, ſed ne vix quidquam remitti; ad morbi remedium capillis beati Patris uti in animum inducit. Ergo illis ſibi admotis, doloribus continuo levari cœpit. *o* Neque hic ſtetit res: febris eodem die ex toto deſiit. Miſit tum Romam, ut quæ extra Urbem domicilium habet, qui ſepulcro beati Patris, ad miraculi teſtimonium, votivam ſui imaginem affigeret.

B

n

& gravis febris.

o

C

217 Quotidiana atque pernicioſa febris Archangelam Ancaianam, virginem Deo Spoleti ſacram in S. Catharinæ cœnobio, quinque totos annos occupaverat; *p* cumque duobus ultimis annis ex quotidiana, quæ ſtatis horis accedebat, continens facta eſſet atque aſſidue increſceret, medicis remediiſque nihil proficientibus; Mariæ Magdalenæ Urſinæ, è prima nobilitate feminæ, litteris monetur, ut Philippi opem imploret. Id ubi illa aggreditur, confeſtim, medicis admirantibus, toto eo morbo eximitur. Incidit ea res in diem decimum nonum Kal. Septembres, anno à Virginis partu milleſimo quingenteſimo nonageſimo octavo. Porro Maria Magdalena, cujus fecimus mentionem, illa ipſa eſt, quam Lælius Anguillara clariſſimus vir, oppidi cui Cerio nomen Dominus, thalami conſortem habuit; quæ, eodem Lælio vita functo, monaſticam vitam amplecti maluit, quam diutius, utpote Chriſto inſerviendi avida, in ſeculo manere. Ergo inſtitutum S. Dominici ſibi eligens, Regum ſe maximo conſecravit; conſtructoque Romæ in Quirinali cœnobio, religioſam ibi vitam Gregorio Decimo tertio Pontifice ducere cœpit. Sed de tanta femina ſatis, redeamus ad Philippum.

An. 1598 ſanatur quinquennis febris,

p

218 Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono, Julio menſe, eidem virgini Archangelæ ſuperior ſiniſtri oculi palpebra & inferior, conjunctæque partes & adjacentes intumuerant *q*. Huic malo illud etiam acceſſit, ut orta mox inflammatio ſiniſtrum oculum, rubentem jam ſanguine, infeſtaret graviſſime. Accerſitur medicus; morbo aptantur medicamenta; ſed fruſtra fiunt omnia; quandoquidem is oculus deterius habebat indies. Ab aliis itaque rebus petendum ſibi eſſe auxilium ægra virgo decernit, id eſt à B. Philippo; conceptaque ſpe ſanitatis eum veſperi orat, ut, qua eſt poteſtate & miſericordia, medicinam faciat. Tum læſo oculo ejus admovens imaginem, cubitum pergit: corripitur ſomno: expergefacta ſe plane perſanatam continuo intelligit, toto eo morbo diſcuſſo. Hoc ubi mane medicus aliique vident, ſtupore afficiuntur; Archangela interim Philippo, à quo ſe beneficium accepiſſe lætabatur, gratias, quantas maximas poteſt, agere non ceſſat *r*.

D

An. 1599 oculus peſſime affectus.

q

r

Alia plura miracula fiunt.

219 Simili beneficio multis in locis affecti non pauci, quibus, cum ægrotarent graviſsime, exigua ſpe valetudinis, melius eſt factum: ſed non poſſumus ſingula beati Viri miracula recenſere. Miracula igitur ad octoginta ſilentio præterimus. In his, ut cetera ſileantur, moribundos habemus decem, ſurdam feminam unam, Theodoſiam Lucatellam Faventinam; juvenem præterea *ſ*, quem ille dum viveret ad percipiendam colendamque virtutem adjuvare cupiebat, eum fortaſſe non audientem, monſtri horribilis *t* aſpectu, in illum mirabiliter immiſſi, perterrefecit. Eodem anno Alphonſus Vicecomes, Cerviæ Epiſcopus, qui ſubinde in Cardinalium Collegium eſt cooptatus, veſtem holoſericam villoſam coccineam, ex ſpoliis Sinan Turcicæ claſſis Præfecti, opere phrygio ſane mirabili, floſculis aureis atque argenteis pulcre ſciteque diſtinctam, Philippo donum tulit.

E

ſ

t

ANNOTATA.

a *Id ipſamet Septimia mater, germani, ac ſorores ſacramento teſtificati ſunt.*

b *Eam rem, præter ipſum Euangeliſtam, alii ſacramento enuntiarunt.*

c *Totam rem ea ipſa jurejurando, quamquam non ſola, teſtis expreſsit. Degit autem hæc Viterbii in cœnobio S. Mariæ.*

F

d *Idem P. Petrus Puteus juratus enarravit.*

e *Eam rem, præter ipſum Antonium, duo alii oculati teſtes publico teſtimonio confirmarunt.*

f *Lege, ſi libet, Gregorium Turon. in miraculis S. Martini, lib.* 1 *cap.* 32 *& lib.* 2 *cap.* 60 *& lib.* 4 *cap.* 2.

g *Id ab oculatis juratiſque teſtibus acceptum. Vide autem Gregorium Turon. locis jam citatis.*

h *Eam rem teſtes ſex oculati publico teſtimonio confirmarunt.*

i *Ejus rei teſtes oculatos juratoſque habemus duos.*

k *Eam rem hic ipſe Sacerdos jurejurando explicuit.*

l *Præter ipſum Marcellum teſtes duo oculati juratique rem enuntiant.*

m *Id præter ipſum Fabium, duo alii teſtes ſacramento firmarunt.*

n *Teſtes tres jurati oculatique.*

o *Ejus rei juratos oculatoſque teſtes habemus.*

p *Teſtes octo jurati oculatique: & in iis unus eſt medicus, qui agram curabat.*

q *Teſtes itidem octo jurati oculatique, in quibus eſt medicus*

r *Ejus rei juratos oculatoſque teſtes habemus.*

ſ *Princeps vir totam rem publico teſtimonio firmavit.*

t *Ea-*

A *t Eadem fecisse magnum illum Simeonem Selam, auctor est in ejus Vita Leontius cap. 31 & 33.*

CAPUT XIX.

Synopsis virtutum B. Philippi.

220 CUm superioribus libris de quibusdam B. Philippi virtutibus, ut sese occasio dedit, sermo habitus sit; nunc de ceteris cursim dicendum. Ab humilitate igitur initium faciam, de qua etsi admiranda prædicantur multa, ex eis tamen, ne longitudine sermonis lectorem tædio afficiam, pauca seligam, quibus narretur aliquid. Humilitatis studium in eo eximium fuit: hanc perpetuo amavit, hanc amplexus est, hanc constanter tenuit: humilitate virtutes conservari, contrà eâ perditâ deperdi destruique, omni asseveratione affirmabat: hanc ipsam præterea aliis commendare consueverat, ut ceterarum caput, fontem, custodemque virtutum. De se ipse suisque rebus ita abjecte & demisse sentiebat, ut se mortalium omnium infimum putaret: nihil perferebat audiebatque gravius, quam se coram laudari ac sanctum dici; hisque respondere solitum scimus, Faxit Deus, ut is sim, quem dicitis. O me miserum! Quot virgines, quot rustici homines apud Deum majorem Philippo gloriam consequentur? Nullarum prorsus virium, nulliusque sanctitatis se esse prædicabat. Cum se stipatum civium agminibus, cum studiis hominum florentem videret; affici se summo dolore dicebat, quod excitæ de sua sanctitate hominum opinioni non responderet. Quid enim causæ erat, quod tanto cum animi sensu ac dolore in illas persæpe voces, veræ humilitatis indices, erumperet? Nihil unquam egi dignum beata vita: sentio me unũ esse ex omnibus Deo ingratissimum, & omnes mihi esse ad virtutem ac pietatem incitamento. Æger dicere solitus erat; Si vita superstes erit, ad meliorem frugem me convertam. Divinam potentiam satis mirari non poterat, ut quæ ejus operâ, cui nullæ, ut dicebat, unquam fuere vires, ad animorum conversiones usa sit.

Humilitatis studium.

fuga æstimationis humanæ.

C 221 Congregationis auctorem, ut erat, se haudquaquam jactabat. Quod, dicebat, hanc Societatem condidi; quod multos à miserabili errore ad verum salutis iter revocavi; ne putetis id mihi tribuendum esse, imo in hoc & meam imbecillitatem magis & divinam potentiam agnoscite, quæ viliſſimi famuli opera & nihilo (ut ipse aiebat) perfecisset hæc omnia: quod factum est, Deus ipse fecit; numquam Congregationem instituere mihi in animo fuit. Rogatus postremo vitæ tempore, ut Martini instar Dominum in hanc sententiam rogaret; Si populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: Absit à me, confestim respondit, ut ita orem: non enim is ego sum, qui mortalium saluti prodesse me posse confidam. Baronio, qui ejus Confessiones excipiebat, id sibi ex animo dolere dicere solitus erat, quod tanti ab hominibus fieret; illud adjungens, frequentissime se Dominum rogasse, ne per eum miracula patraret: quod si aliquod fieri obtigisset, id non sibi, sed fidei illorum, qui experti erant, acceptum referendum esse.

despicientia sui,

222 Ex hoc ipso fonte sui ipsius despicientia fluxit, qua mirifice in omni vita delectatus est. Honores dignitatesque quam qui maxime omni tempore fugit: sciebat enim nullos honores animum satis explere beatumque efficere: præter paupertatem enim & sui ipsius despicientiam, rerum omnium contemptum vitamque privatam, nihil sibi repererat quod placeret. Admiranda quamquam agebat, admirandus tamen videri noluit. Ejus rei illud certissimo est argumento, quod magna cum operaretur, stultitiæ simulatione instituto suo tegens sapientiam, hominum plausus subterfugiebat, Apostoli sententiam secutus; Qui vult sapiens esse, stultus fiat. O hominem vere divinum! qui magis bonus esse, magni Ephrem Syri imitatus exemplum, quam videri voluit, amavit, omnique ope contendit. Verborum simplicitate delectabatur: composita, blanda, atque aulica verba minime cupiebat; secum enim sine fuco more majorum agi volebat. Ægre admodum ferebat cujusque ordinis homines, etiam infimæ sortis, vel aperto capite coram se stare, vel ad manus sibi deosculandas accedere. Tandem, ut ad pauca redeam ac mittam multa, quæ enarrare possem lectu scituque dignissima, hæc firma ejus erat intentio, hoc animi propositum, ut non modo amicos externos, sed domesticos etiam, seria jocis interdum permiscens, quantum posset, suam celaret sanctimoniam.

AUC. ANTA GALONIO.

1 Cor. 3

paupertatis amor.

223 Paupertatem & Laicus & Sacerdos perpetuo coluit. Florentiæ cum esset, magnam rei familiaris jacturam, quam repentinum incendium abstulerat, constanti animo tulit. Romam ubi venit, nihil unquam neque à suis neque ab aliis petiit, paupertate ipsa ad frugem captandam usus. Paupertatis demum quanto desiderio teneretur, & in adolescentia significavit, in contemnenda avunculi hereditate; & in ultimo vitæ tempore, cum oraret Deum assidue, ad eum paupertatis statum ipsum adduceret, ut nummo argenteo egens non reperiret qui illi daret: quod tametsi consecutus non est, meritum tamen ejus rei apud Deum, quod operi respondet, non amisit.

E

orandi assiduitas.

224 Precationibus intentus ea afficiebatur voluptate, ut si licitum illi fuisset, numquam ab orandi studio cessasset. Hinc quod habebat vacui temporis, totum obsecrationibus impendebat; quinimo sive staret, sive sederet, sive inambularet, aut quid aliud ageret domi forisque, orationi ita deditus erat, ut non solum quidquid in se erat corporis & cordis, verum etiam operis & temporis, precationi dedicasse videretur. Orandi assiduitate illud consecutus erat, ut jam pateretur magis divina quam ageret. Deo ubi per contemplationem se conjungere volebat, ejus amore vulneratus, hominis instar viribus infirmi, lectulo plerumque cogebatur decumbere; faciesque ad cælum versa, & spiritu psallebat & mente: cumque in meditatione ejus exardesceret ignis, totus, ut dictum alibi est, commovebatur, totusque vi flammæ cælestis incalescebat. Erat ejus corporis infirmitas (si divini amoris vim imbecillitatem dicere fas est) quæ ex divino cælestique ardore procederet, non virium imbecillitate. Mos illi erat vel orationem ad multam noctem protrahere, vel totas etiam noctes insomnes producere. Loca ab arbitris remota sublimiaque, utpote contemplationi aptiora, libentius incolebat.

F

donum lacrymarum.

225 Lacrymis adeo abundabat, ut in singulas propemodum preces confestim erumperent. Ex Christi Domini nostri vitæ mortisque meditatione tantos percipiebat luctus, quantos ferre vix posset. Aliorum delicta, non secus ac si sua essent, deplorabat gravissime. Acerbissimæ Christi mortis nomen audire vix poterat, quin fluerent ex oculis lacrymæ. Ei demum fletui perenni quidem atque uberrimo sese dederat, ut qui illum ita deflentem deprehenderint, pro miraculo habuerint, eum oculorum aciem non amisisse. Sed absolvamus caput hoc exemplo. Gregorio decimo quarto Summo Pontifice, gravissime æger cum esset, cyathum succi gallinacei, quem manu tenebat, ori numquam admovere potuit; namque repentina de Christi Domini nostri morte cogitatio adeo ejus perculsit animum, ut illico magno

cum lacrymarum imbre clamaret: Tu, mi Chriſte, Tu, qui Dominus es, in cruce; ego, qui ſervus, in lectulo! Tu ſine miniſtris, conſolationibus ſpoliatus, in cruce pendes: ego hic in lectulo jaceo, tot ſtipatus filiis, qui mea ſolius ſoliciti ſunt cauſa, ut me unum expleant! Et hæc cum diceret, lacrymas, quæ ubertim ex oculis manabant, fletumque cum ſingultibus cohibere non poterat.

SEC. ANT. GALLONIO

226 Ea erat animi manſuetudine, ut iraſci neſciret. Suos alioſque, ubi opus erat, maxima lenitate dexteritateque corrigebat. Ad eam quidem, ut uno verbo abſolvam, animi moderationem devenerat; ut ipſos iræ motus compreſſerit, vicerit, compreſſoſq; in ſua habuerit ditione ac poteſtate. Siquid præciperet, roganti ſimilior erat quam jubenti; nihil enim aſpere imperabat: quippe jubere ſic ſolitus erat: Hoc agito: Fac amabo te iſthuc: Hoc ego pro te faciam, ſi tibi grave videtur; Vellem tibi hoc munus imponere, quid reſpondes? Amicos tam domeſticos quam externos ita læto intuebatur vultu, ut vel ex hoc uno quivis facile cognoſceret, quæ eſſet ejus erga omnes humanitas, quæve manſuetudo. Vultus hilaritate omnium ad ſe animos, comitatis dulcedine adjuncta, alliciebat. Cum iis quibuſcum erat jucundos ſemper gratoſque miſcebat ſermones. Verum in his rebus, quod arduum eſt, id à Domino munus acceperat, ut quidquid vel faceret vel diceret, totum ſanctimoniam redoleret.

manſuetudo,

B

227 Ornavit Deus Philippum ſumma prudentia, quæ maxime rebus ad Dei gloriam agendis atque conſiliis dandis eminebat. Hanc ille virtutem ut occultaret, ſimplicem ſe ſtultumque ſimulabat, ut tandem cum Apoſtolo diceret: Nos ſtulti propter Chriſtum. Hoc ergo unum manibus pedibuſque obnixe conabatur, ut ſummam prudentiam ſpecie quadam aſſimulatæ ſimplicitatis atque ſtultitiæ tegeret. Tamquam ad magiſtrum, ducem, auctoremque conſiliorum ex omni hominum genere ad ipſum confluebant quotidie. Illum è prima Nobilitate viri, illum Religioſi, illum Principes de rebus graviſſimis ac plane difficillimis conſulebant. Conſilia, quæ ille dabat, non prudentiæ magis plena quam ſalutis erant. In dignoſcendis animis hominum promovendiſque ad Chriſtianas virtutes prudentiâ valebat plurimum. Unumquemque regebat, cujuſque naturæ primum habita ratione: ad omnium quippe voluntatem, ut omnes ad Chriſtum alliceret, ſeſe, quoad liceret, accommodabat: ſuâ quippe, ut aiunt, eſcâ quemque piſcari contendens. De ſpirituum diſcretione, deque affectibus moderandis ſcientiam habuit maximam: ex qua ejus in rebus ſpiritualibus judicandis ordinandiſque dignoſcebatur peritia, ſubtilitas, atque perſpicacia. Harum rerum plurima habemus exempla: ſed cum de omnibus longum ſit dicere, ea miſſa facio.

prudentia,

1 Cor. 4.

C

228 Multus eſſem ac tædii plenus, ſi per ſingula virtutum genera ire vellem, eo vel maxime, quod quæ alibi dixiſſe me memini, iterare cogerer. Ergo, in id vitium ne incurram, taceo hominis virginalem integritatem, in adverſis tolerantiam, in ſuſceptis negotiis conſtantiam, demumque ceteras virtutes plane heroicas. Unum hoc adjiciam de illius in proximos caritate (de ejus enim in Deum amore ſatis jam à me dictum eſt) tanto peccatores ad Chriſtum adjungendi flagraſſe deſiderio, ut poſtremo vitæ tempore flagellis ſe cædere, pœniſque voluntariis affligere, eos modo Chriſto lucraretur, cuperet. Flagitioſorum hominum ita frangebatur miſericordia, ut eos intuitus ſe continere nequiret, quin multas profunderet lacrymas, internæ caritatis præclariſſima teſtimonia.

caritas erga proximum.

229 Atque hæc de Philippi vita dicta ſint ſatis, cujus narrationem hoc anno Jubilæi milleſimo ſexcenteſimo Deo juvante concludimus: anno inter ceteros inſigni & memorabili, tum quoniam hoc tempore majora quotidie Romanorum civium, Principum virorum, Præſulumque inſignium opera pietatis exiſtunt; tum præcipue quod Clementis Octavi Pontificis Maximi, in excipienda ex totius Orbis terræ partibus confluente ad Urbem multitudine, ſublevandaque pauperum peregrinorum inopia, paterna caritas, civibus jam ante notiſſima, nunc exteris gentibus ac nationibus magis magiſque innoteſcit: ad quorum etiam commoditatem, novum advenis Sacerdotibus hoſpitium aperuit: ibi ejus, cujus vices gerit, exemplo, convivis frequenter pedes abluere, abſtergere, deoſculari etiam, & diſcumbentibus illis menſæ benedicere non dedignatur. Sed hæc, leviter à nobis percurſa, aliorum induſtriæ exactius petſequenda relinquimus.

D

Concluſio operis anno Jubilæi 1600.

230 Reſpice tu interim de cælo, ſancte Pater (te enim nunc alloquor) ex illius montis celſitudine, in hujus vallis humilitatem; ex illo quietis & tranquillitatis portu, in calamitoſum hoc mare; & vide illis benigniſſimis oculis, quibus hujus ſeculi diſcuſſa caligine clarius omnia intueris & perſpicis; & viſita, Cuſtos diligentiſſime, vineam iſtam, quam poſuit & plantavit dextera tua, tanto labore, ſudore, periculis. Ad te itaque confugimus; à te opem petimus; tibi nos penitus totoſque tradimus; te nobis Patronum & defenſorem adoptamus: ſuſcipe cauſam ſalutis noſtræ; tuere clientes tuos. Te ducem omnes appellamus: rege contra dæmonis impetum pugnantem exercitum: ad te, pientiſſime Rector, vitæ noſtræ deferimus gubernacula; rege naviculam hanc tuam; & in alto collocatus, averte omnes cupiditatum ſcopulos; ut te duce, te directore, incolumes ad illum æternæ felicitatis portum pervenire poſſimus.

cum invocatione Sancti.

E

VITA II.

Per R. P. Hieronymum Bernabæum, Congregationis Oratorii S. Mariæ in Vallicella dum viveret Præpoſitum,

ex Proceſſibus compilata, nec hactenus in lucem edita.

CAPUT I.

Prima ætas & ſtudia Sancti, cum pietate conjuncta, uſque ad annum XXII *vitæ.*

PHilippus Florentiæ natus eſt anno à Virginis partu milleſimo quingenteſimo decimo quinto, duodecimo Kal. Sextiles poſt mediam noctem, quo tempore B. Mariæ Magdalenæ anniverſaria gratulatio celebratur, Leone X Pont. Max. Dei Eccleſiam gubernante. Patrem habuit Franciſcum Nerium, virum honeſtiſſimum & in cauſis agendis ſincerum, Religioſis omnibus & Dominicanæ præſertim familiæ addictiſſimum. Matrem Lucretiam Soldiam, cujus majores præcipuis olim in Florentina Republica honoribus auctos fuiſſe, compertum eſt. Quatuor ex ea liberos Franciſcus ſuſcepit; feminas duas, Catharinam & Eliſabetham; totidem mares Antonium nimirum, qui brevi ſublatus eſt, & Philippum natu minimum, virtute maximum, cujus de vita moribuſque ſanctiſſimis, in unius Dei honorem & gloriam, ſcripturi ſumus.

An. 1515 Florentiæ nobiliter natus,

bona indoles puer,

Is

A *primas litteras discit:*

2 Is igitur statim in templo S. Joannis Baptistæ (ut mos est illius civitatis, quæ uno dumtaxat sacro fonte utitur) solennibus Ecclesiæ ceremoniis baptizatus, de avi nomine Philippus nuncupatus est. Ubi vero eximia animi & corporis indole succrescere cœpit, magnum acreque ingenium præ se tulit, natura leniſſimus (nihil enim fieri poterat illo mitius) quæ quidem omnia in iis facile reperimus, qui ad animarum salutem procurandam sunt destinati. Quamobrem à parentibus liberaliter educatus, Clementi cuidã, Grammatico satis erudito, traditus est: ibique quantum illa patiebatur ætas, magna ingenii morumque documenta dedit, carus omnibus, & dicendi arte instructiſſimus; ut ingenioſiſſimum quẽque sociorum facile superaret, summamque omnium admirationem excitaret.

obſervantiſſimus Patris,

3 Porro inter alia, quæ jam tum in puero emicabant, sanctitatis indicia, fuere obsequium & observantia quædam incredibilis in parentes, virginalis modestia, humanitas erga omnes, & ad res divinas summa propensio. Patrem enim tã studioſe diligenterque coluit, ut ad ejus arbitrium totum se fingeret atque componeret; nec apud illum vel leniter unquã offenderet, nisi quod semel, modeste tamen, à se repulit Catharinam Sororem suam, odioſe nimis illum interpellantem, cum ad Deum funderet preces, & cum altera Sorore Elisabetha alternis Psalmos recitaret. Quamobrem correctus à Patre (quamquam re vera nihil admiserat quod corrigi oporteret) facti pœnitens, vim lacrymarum profudit: siquidem (quod ait S. Gregorius Papa) bonæ mentis est, ibi etiam culpam agnoscere, ubi non est. Matris imperio ita obtemperabat, ut si forte illa jussisset loco ne discederet, hic profecto ne digitum quidem unquam. Elata deinde matre, inducta noverca, non ideo Philippus de sua veteri observantia quidquã imminuit; sed translata in illam pietate, matrem statim reddidit, quam novercam acceperat. Quamobrem illa etiam, tam singulari obsequio provocata, moresque purisſimos admirata, non quasi privignum, sed quasi filium diligebat; ut & abeuntem Florentia paucis post annis, diutiſsime fleverit; & ad vitæ finem adducta, quamquam ille longiſsime abesset, tamen & videre illum, & alloqui sibi videretur, & compellaret sæpiſsime: quandoquidem sola ejus memoria (quod olim de magno Antonio dixerat Athanasius) recreari & juvari se maxime profitebatur.

B

ac matris,

imo & noverca;

acceptuſque hominibus

C

4 Nec parentes modo & necessitudine aliqua sibi conjunctos, sed majores quicumque ii essent, ex animo reverebatur; lætus ac facilis, placiduſque erga omnes, ut plane irasci nesciret, nec cuiquam unquam detrahere auditus sit. Igitur gratus unicuique & jucundus, ob singularem hanc morum probitatem & suavitatem, communi omnium, tum Sociorum, tum etiam aliorum vocabulo, Philippus bonus appellabatur. Hac porro singulari bonitate, non homines solos, sed Deum ipsum sibi demeruit: cujus beneficio mirabiliter custoditus incolumiſque servatus est. Annos natus octo, non amplius, aut novem, cũ esset in impluvio domus, vidiſsetque ibidẽ asellũ; ut est improvida puerorum ætas, statim illum conscendit: dumque in diversum flectere nititur, cum illo pariter per gradus in hypogæum præceps ruit; nec longe abfuit, quin penitus opprimeretur: sic enim sub jumento jacere compertus est, ut de ejus corpore nihil nisi brachium appareret. Accurrit igitur femina quædam ex domesticis, arreptumque manu, mortis periculo statim eripit: at quem toto corpore confractum putabat, non sine maxima admiratione, salvum & incolumem reperit. Cujus casus meditatione, sæpe deinde Philippus in Deum ascendebat; ac beneficii memor, rem palam ac publice prædicans, Divinæ bonitati continuas gratias agebat.

& Deo,

ſervatur in caſu periculoſo:

A. NIERO. BARNABE EX MS.

5 His animi dotibus adjunctam habuit in primis religionem: neque ille more puerorum domi parva altaria construere, ornare, & puerilia hujusmodi exercere: sed jam inde ab ea ætate maturitatem virtutis affecutus, Davidicos psalmos, aliasque sacras preces devote recitabat, & frequenter orans flexo corpore mentem erigebat ad Dominum. Erat præterea in eo inexhausta quædam aviditas audiendi verbum Dei, nec satiari posse videbatur unquam. Nihil de se prædicabat, neque (ut puerorum mos est) Clericis aut Religiosis viris prædicebat adscribi se velle; doctus nimirum, non omni homini, sed soli Deo revelare cor suum; & jam inde à puero ab inani ostentatione & gloria vehementer abhorrens, quam deinde toto vitæ curriculo, quasi perniciosiſsimum hostem, longiſsime fugit. Igitur innocens puer proficiebat ætate & sapientia, coram Deo & hominibus, ut, quidquid peteret à Domino, impetraret. Quamobrem, si quid forte amiserat, orando statim repetebat. Unum de multis hic recensebimus; cum aliquando domum reverteretur, nescio quo pacto aureum torquem, quem forte fortuna secum deferebat, de manibus elapsum amisit: nec mora, ad orationem de more confugiens, quod amiserat statim invenit: id quod alias etiam in hujusmodi casibus illi usu venit.

A puero matura gravis

amiſſa orando recuperat:

E

Patribus S. Marci primitias ſpiritus ſuè adſcribit

6 Frequentabat autem per hos dies Philippus præ ceteris ecclesiam S. Marci, in qua Dominicani Patres habitant: ibique spiritus primitias accepit. Quamobrem cum deinde in Urbe ad eum quispiam veniret ex eadem familia (veniebat autem sæpiſsime) Si quid boni, inquiebat, à prima ætate in me fuit, id totum Patribus S. Marci acceptum refero, maxime autem P. Zenobio Medicæo & P. Servantio Minio; quorum sanctitatem ut comprobaret, hæc de multis narrare consueverat. Convenerat inter illos, ut ubi primum ad Matutinas horas recitandas surrexerant, alterutrum peccata sua confiterentur; quo nimirum expurgata diligentius conscientia, puriori spiritu divinas laudes celebrarent. Id cum diabolus ferre non posset, nocte quadam, citius multo quam surgere oporteret, Servantii personam vocemque simulans, cœnobii cellam pulsat, atque; Heus tu, surgendi hora est. Quibus vocibus Pater somno excitus, statim à lecto surgit, & ad ecclesiam venit, ibique mentitum Servantium reperit inambulantem. Itaque ante illum genua submittit, sacram Confessionem de more peracturus. Sedet ille pariter, & genuflexum auscultat pœnitentem, ad singula autem, in quibus hic sese accusabat; Nihil est, inquiebat ille, nihil est. Subjiciente deinde aliqua graviuscula, rursum veterator, Nihil quidpiam est. Tum vero Zenobius, suspicione metuque suspensus, ne qua forte diabolica fraus subesset, sanctiſsimo Crucis signo se munit: &, An tu, inquit, diabolus es, qui talia tamque absurda mihi loqueris? His dictis, repente superbus & callidus hostis evanuit.

duorum ex iis ſingularis virtus.

F

& ſpirituũ diſcretio.

Frequens audit concionantem Baldolinũ,

7 Hos igitur, tamquam primos in spiritu Patres habuit Philippus. Præterea Baldolinum quemdam ex Humiliatorum familia, virum religioſsimum verbique Dei præconem eximium frequens audiebat, de eoque præclara narrabat: cujus meritis precibusque Florentiam olim stetisse affirmabat. Cum enim Carolus Borbonius, Cæsariani exercitus Dux, copias in Italiam infeliciter trajiciens, ad eam etiam urbem sese applicuisset; civesque terrore perculsi, undique percurrerent in ecclesiam, in qua tum forte Baldo-

S. HIER. BARNABE EX MS.

linus ipſe concionabatur; rogavit is, quid novi acciditſſet, quamobrem illuc tam ſubito, tam frequens populus conflueret? Cumque accepiſſet Cæſarianos milites Urbis mœnibus acceſſiſſe, minarique direptionem; facto ſilentio pauliſper oravit: mox populum admonuit, ut plena voce clamarent; Vivat Chriſtus. Denique; Scitote, inquit, ſingulari Dei beneficio vos in præſentia ab hoſtibus liberatos: eodemque puncto civitas obſidione metuque ſoluta eſt. Hæc Philippus de Baldolino referebat.

eorumque exemplo proficit

8 Igitur tantorum virorum uſus & conſuetudo, mirum eſt, quantos in adoleſcente optimo Chriſtianæ perfectionis amores excitaverit; quamobrem pro Chriſto graviſſima quæque ſuſtinere, flagranti, quod eſt fortiter amantium, animo cupiebat. Annos itaque fere ſexdecim natus, cum ardentiſſima febri correptus eſſet, tam fortiter ac patienter morbi incommoda perferebat, ut languente corpore animus lætitia vigeret, & morbum ipſum ſilentio tegeret, ne ſui cauſa domi quidquam moveretur. Tamen neſcio quo pacto id præſenſit novercæ ſoror: quæ quidem Philippi virtutem admirata, diligenter omnia ſubminiſtrabat, quæ ad ejus curam & ſalutem facere videbantur; quamquam ille, ut patientiſſimus erat, nihil omnino poſcebat. Nec minorem plane animi magnitudinem fortitudinemque oſtendit, cum per hos ipſos dies domum ſuam, magna ex parte incendio conflagrantem, non modo ſiccis oculis ſpectavit,

ad patientiam

B

& mundi contemptū.

ſed etiam leviſſime tulit; quapropter multi, haud levi conjectura, magna de eo & præclara præſagire cœperunt. Fuit præterea in illo tanta rerum humanarum deſpicientia, ut oblatum ſibi aliquando gentilitium ſtemma, in quo majorum ſuorum nomina conſcripta erant, nec oculis uſurpaverit, ſed ſtatim diſcerpſit & laceravit: quippe qui nihil aliud curabat, quam ut nomen ſuum in libro vitæ eſſet adſcriptum.

CAP. II

Miſſus ad oppi. S. Germani,

9 Igitur natus annos ferme octodecim, atque humanioribus litteris haud mediocriter inſtructus, à patre mittitur ad patruum, nomine Romulum, hominem navum & induſtrium; qui Florentia in Campaniam ſe contulerat, & in oppido S. Germani, ad Caſinatis montis radices, per annos plurimos mercaturam faciens ingentes opes quæſiverat; hoc nimirum conſilio, ut & apud patruum ipſum in eo genere exerceretur, & illi heres eſſet; quandoquidem Romulus Philippo propinquiorem habebat neminem. Ad hunc igitur cum veniſſet, primum quidem omnibus cognationis officiis exceptus eſt; deinde vero, nec ita multo poſt, ob præclaram virtutis indolem moreſque ſuaviſſimos, heres etiam deſtinatus. At Deus longe meliorem quæſtum atque hereditatem ei præparaverat: quamobrem ſecus res cecidit ac patruus cogitabat. Vixdum enim Philippus ad eum locum pervenerat, cum ad altiorem ſtatum à Deo vocari ſe ſenſit; atque ad eas divitias conquirendas, quæ putreſcere numquam poſſunt. At quoniam terrenas opes & mercaturæ compendia ad ejuſmodi quæſtum haud levi impedimento ſibi fore intelligebat, aliò ſe convertit; Apoſtolicum illud ſecum reputans, Eſt quæſtus magnus pietas cum ſufficientia. Itaque negotio ſecedens, ſedebat ſolitarius & tacebat, niſi quod Deo aut orans loquebatur aut pſallens.

C

ut patruo mercatori heres ſuccedat;

1 Tim. 6

10 Haud ita longe ab oppido S. Germani, propter Cajetæ portum, mons eminet, incolarum omnium ſermone inclitus; ſiquidem ex iis unum eſſe ferunt, qui moriente olim Domino, quaſi dolore diſrupti ſciſſique ſunt. Hunc locum Caſinates Monachi poſſident, ibique eccleſiam ſanctiſſimæ Trinitati ædificarunt. Mons ipſe à ſummo ad imum uſque diviſus atque diſſectus eſt in partes tres, in quarum media ingenti ſaxo nititur ſacellum, depicta Chriſti imagine venerandum; quamobrem quicumque illuc navigando pertranſeunt, exploſis tormentis honoris cauſa, ut mos eſt, eam ſalutare conſueverunt. Huc igitur crebro ſe Philippus ex oppido recipiebat, ut Dominicæ paſſionis myſteria attento animo pertractaret. Qua re quotidie magis magiſque in Dei amorem accenſus, quemadmodum jam animo deſtinaverat, rebus humanis nuntium remittere decrevit; ut curis omnibus expeditus Deo liberius inſerviret, omnia arbitratus ut ſtercora, ut Chriſtum lucri faceret. Senſit hæc interim patruus, & brevi id quod erat ſuſpicatus, quibus potuit modis, à ſententia adoleſcentem avertere tentavit. Domus ſuæ rationem aliquam, ut habere vellet, etiam atque etiam rogat: ſiquidem in illo uno jam inclinata recumberet. Hereditatem, quam illi jam deſtinaverat, ne deſpiceret: denique in re tanti conſilii, tanti ponderis, ne quid leviter atque imprudenter ſtatueret: nec vero tam inhumaniter cum illo ſe egiſſe, ut nullam gratiam amori ſuo deberi putaret. Cui Philippus, omni exuta ſpe ſeculi, qua par erat modeſtia ac brevitate, reſpondit; beneficiorum memoriam apud ſe numquam interituram, de reliquo illius affectum probare ſe potius quàm conſilium.

in monte, memoria paſſionis venerando,

D

ſtatuit alteri vitæ ſe dare,

patruo fruſtra diſſuadente.

E

CAP. III

Romam dimiſſis omnibus adit,

11 Atque hæc ille, apud patruum biennio commoratus; cujus precibus & querelis diu fatigatus, flecti tamen & exorari non potuit, quin inſtitutum iter exequeretur. Romam itaque proficiſcitur, ne admonito quidem patre. Quamquam enim eo inconſulto nihil unquam omnino auſus fuerat; tamen in hac re minime ſibi loquendum exiſtimavit, ne quid forte moræ aut impedimenti caro & ſanguis, domeſticus hoſtis, inferret. Cum autem à Deo vocatum ſe eſſe intelligeret, vocantis conſilium ſecutus, in viam ſe dat, ſine ſacculo, ſine pera; ne ſcilicet ejus ineffabili providentiæ parum fidere videretur. Ad Urbem cum perveniſſet, quam optaverat occaſionem Deo libere inſerviendi, ſtatim nactus eſt. Ibi enim illum Galeottus Caccia, nobilis Florentinus, humaniter ad ſe recepit: atque ubi primum juvenis vultum moreſque modeſtiſſimos vidit, & manere apud ſe voluit, & certam quotannis frumenti portionem ei attribuit: quam Philippus piſtori dabat, ab eoque panem quotidie recipiebat. Nec vero ille beneficio vinci ſe paſſus eſt: ſed ut amantiſſimo viro plenius uberiuſque in amore reſponderet, duorum filiorum ejus curam ſponte ſuſcepit; quos tum litteris, tum etiam vitæ morumque puritate imbutos, ex hominibus ferme Angelos reddidit.

& hoſpitis ſui filios inſtruit:

F

auſteriſſimam vitam inſtituit:

12 Hic porro quamdiu ille fuit (fuit autem per annos plures) ſolitariam, aſperrimam, & propemodum eremiticam vitam duxit, ab omni ferme hominum conſuetudine ſejunctam; jejuniis & vigiliis ſeſe ſuſtentans, ſimplici pane contentus. Quæcumque à domeſticis offerebantur obſonia rejiciebat, atque ubi ſitis urgeret, hauſta de puteo aqua eam temperabat: ad panem interdum vix pauculas herbas aut olivas adhibebat, nec niſi ſemel in die reficiebatur: ſæpe etiam jejunus triduum permanſit. Quapropter cum deinde ad virilem ætatem jam perveniſſet, data occaſione ſuis in ſpiritu filiis narrare conſueverat, ſeſe olim juvenem plus decem Juliis in ſingulos menſes non inſumpſiſſe. Domi quam habebat cellulam tam brevi ſupellectili inſtruxerat, ut præter lectulum & libros aliquos nihil omnino contineret: veſtes enim tum laneas tum etiam lineas extento fune ſuſpenſas habebat. Humi cubabat; diu noctuque orationi inſtabat, ad eam enim incitari atque impelli aſſidue ſe ſentiebat, nedum excitanda aut provocanda illi mens eſſet. Quoniam vero non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita, quamquam ille (ut

A (ut diximus) ab hominum se consuetudine segregaverat, facere non potuit; quin vitæ virtutumque ejus fama non modo urbem impleret, sed Florentiam usque pervaderet. Quamobrem ejus consanguinea, cum ex nonnullis audiret quæ ab eo in Urbe agebantur: Haud miror, inquit: novi enim illum à puero; & jam tum ab ea ætate, quantus futurus esset vitæ morumque sanctitate, facile conjeci. Igitur cum Romam redieritis, meo nomine illum etiam atque etiam rogate, ut ad Deum pro me preces fundere dignetur.

& sanctus futurus prædicitur.

CAPUT II.

Philosophicis ac Theologicis perbene instructus, totum se transfert ad excolendum spiritum & ad opera caritatis.

13 INter hæc biennio fere exacto, quo facilius invisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiceret, ad humaniores litteras, quibus Florentiæ, ut diximus, liberaliter eruditus fuerat, Philosophiæ quoq; subsidium adjungere decrevit: quam

CAP. IV *Philosophicis instructus,*

B quidem adeo feliciter assecutus est, ut Alexander Butius, illius ætatis nobilissimus Philosophus ejusque condiscipulus, testatum reliquerit, Philippum inter scholasticos omnes, qui tunc temporis in Urbe florebant, primas tulisse. Hujus disciplinæ magistros habuit, Cæsarem Jacomellum, quem deinde eximia virtus evexit ad Episcopalem Cathedram, & Alfonsum Ferrum, doctissimos viros, & in Romano Gymnasio ea tempestate facile Principes. Post hæc in Cœnobii Augustiniani Lyceo sacram Theologiam aggressus est; atque hoc tempore in eo studio tantum Deo adjuvante profecit, ut, quamquam reliquo vitæ spatio aliis occupationibus distentus illud omiserit, tamen etiam senior de Trinitate, de Angelis, aliisque hujusmodi altissimis ac subtilissimis quęstionibus, tam prompte atque erudite disputaret, ac si recens eas audisset aut legisset: id quod & in rebus Philosophicis facere consueverat. Quare quicumque illum audiebant tam subtiliter tractantem de variis Doctorum sententiis, præsertim quæ quotidie in scholis disputabantur, vehementer obstupescebant.

Theologiam audit magno cum profectu:

14 Sæpe etiam vir Sanctus, ut filios suos in studiis exerceret, eosdemque hac veluti illecebra ad pietatem provocaret; cum iis disputare solebat, & quidem tam graviter, tamque acute, ut à litteris &

C scientiis numquam discessisse videretur. Præterea ubi sese occasio offerebat, cum Theologis illius ætatis doctissimis eadem ediffererebat, præsertim cum aliquibus ex Dominicana familia, aliisque summa familiaritate sibi conjunctis. Longe enim secus cum aliis communiter agebat: iis quippe ita scientiam suam occultabat, ut plane illiteratus videretur; & cum familiariter loquebatur, brevi admodum & abrupto sermone de industria utebatur: quamquam alioqui mentem suam de quacumque re mirifice explicare, atque ubi res postulabat orationem dilatare optime noverat. Quamobrem insignis quidam Præsul, aliquando satis longo sermone cum illo collocutus, denique abiens, dixit: Equidem Philippum pro viro simplici atque idiota hactenus habui, nunc vero illum non minus doctrina quam pietate magnum esse comperi. Idem hoc contigit Alexandro Saulio, ex Clerico Regulari S. Pauli, Papiæ Episcopo, tum eruditione, tum sanctitate conspicuo. Is enim cum ad Philippum venisset, & inter loquendum Theologicas quasdam disputationes ingressus esset; ubi illum tam docte atque subtiliter de iis differentem audivit,

admirantibus deinde iis qui pium magis quam doctum credebant.

summa hominis doctrina atque ingenio obstupuit; quippe qui vitæ sanctitate, non litteris aut scientia illum excellere, existimabat.

A HIER. BARNABÆ EX MS.

15 Denique universæ disciplinæ consultissimus cum esset, atque initio in ædibus S. Hieronymi & S. Joannis Florentinæ nationis (ut infra dicturi sumus) cum parvus esset ibi numerus Clericorum, sermones ad populum haberentur à laicis etiam hominibus, qui tamen Christiana virtute facundiaque præstarent; si quid forte ab aliquo minus caute prudenterque pronuntiatum esset, statim ipse conscensa sede tam facile accurateque explanabat, ut in omnibus se maxime versatum atque exercitatum ostenderet. Quapropter à multis haud temere creditum est, Philippi scientiam singulari Dei beneficio infusam fuisse, non propriis ingenii viribus acquisitam: quippe qui vel cum litteris operam dabat, ad pietatem, quod statim narrabitur, dies noctesque sese exerceret. In rebus autem Theologicis S. Thomæ doctrinam atque sententiam sequebatur, cujus etiam vitæ sanctitatem mirifice coluit: quamobrem ejus Summam Theologiæ in manibus fere semper habebat, & si quid aliquando ex Theologicis decretis in controversiam adducebatur, statim ad Angelicum Doctorem provocabat.

quod & in sermonibus ad populum passit.

E

16 In studio sacrarum Litterarum totus fuit, quas ex frequenti lectione & meditatione, ubi opus esset, statim in promptu habebat, non sine magno audientium fructu & admiratione. Cujus rei locuples testimonium habemus Stanislai Rescii, doctissimi Poloni; qui Thomæ Galletto, nostræ Congregationis homini, scribens de Philippi ejusque in spiritu filiorum, in sacris litteris profectu, hæc addit: Sed quid ego ista in domo garrio, ubi Philippus, ubi Taurusius ubi Silvius (nempe Antonianus S. R. E. postea Cardinalis) ubi Baronius, ubi Thomas Bozzius, ubi tu, ubi reliqui illi Dei servi audiunt, à quibus discere nil velis, quod docere non possint? quorum quisque, ubi in sacris litteris abditum quid quæritur, thesaurus est; nisi quod nemo proficiens erubescit. In differendo autem & disputando, etsi accurate atque acute admodum id faciebat, tamen eam lenitatem & modestiam adhibebat, ut eorum quibuscum agebat amorem ea quoque occasione sibi conciliaret. Adolescens Poësim quoque secutus, multa modulatus est carmina, tum Latino, tum etiam Italico stylo: in quo quidem eam facilitatem sortitus est, ut, cum libuisset, illa ex tempore funderet; quamquam autem deinde, ut erat humilitatis amantissimus, antequam ex hac vita discederet, quæcumque scripserat, comburi jusserit.

in scripturis versatissimus,

etiam poëtim coluit:

F

17 Nec tamen Philippus, quo tempore studiis litterarum operam dabat, Christianæ caritatis officia omittebat; sed præterquam quod ægrotos in nosocomiis quotidie invisebat, sæpe etiam, ubi à schola redibat, ad Vaticanam aut Lateranensem Basilicam se conferebat, ibique in porticibus plebem infimam Catholicæ doctrinæ præceptis imbuere, quosdam etiam spiritualis disciplinæ capaciores ad virtutem ac perfectionē informare studebat. Quin immo studium litterarum ita cum pietate conjunxit, ut cum apud Augustinianos Patres (quod modo diximus) sacræ Theologiæ operam daret, ibique in Gymnasio Crucifixi imago è pariete penderet; quoties ad illam occulos erigebat, à lacrymis & suspiriis temperare non posset. Itaque, quemadmodum olim puer Florentiæ, Lippus Bonus; sic etiam deinde adulta jam ætate Romæ, Philippus Bonus appellabatur. Hoc illum titulo inter ceteros plurimos appellarunt Cæsar Jacomellus ejus magister, quod supra meminimus, & Antonius Altovitus Archiepiscopus Florentinus.

interim ægrotos visit,

& rudes instruit.

18 Igitur

A. HIERO. BARNAB. EX MS. CAP. II.

Dimissis studiis

18 Igitur ab humanioribus litteris, à Philosophia, à Theologia optime instructus, doctusque ex Apostoli præscripto non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem; studia relinquere, & ad scientiam Sanctorum toto pectore incumbere decrevit. Non enim judicabat se scire aliquid, nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum. Itaque orationi instabat ut cum maxime: quandoquidem hanc rectam ad perfectionem viam, & quasi compendiariam esse, intelligebat. Ad hæc libros omnes vendidit, eorumque pretium pauperibus distribuit: mox rerum divinarum contemplationi totum se dedit, tanta cum animi oblectatione, ut in ea interdum quadraginta continuas horas perseveraret. Cum autē ad Deum funderet preces, divini amoris igne eo usq; inflammari se sentiebat, ut sæpe cogeretur in terram

orationi se tradit,

se abjicere, laxare vestes, pectusque aperire, atque alia ejusmodi remedia adhibere, quæ æstuantis cordis ardorem sedarent, spirituſque erigerent, quos erumpens undique flamma oppresserat ac prope restinxerat. Castigabat præterea corpus suum, & in servitutem redigebat: somni parcissimus, humi cubabat; singulis ferme diebus sese ferreis catenulis acerrime

& carnis macerationi:

B

cædebat. Christianam paupertatem, quasi sociam sororemque carissimam, diligebat: ab omni hominum consuetudine declinabat: denique id omne refugiebat, quod afflictæ carni oblectamentum aut levamen posset afferre.

noctu septē Vrbis ecclesias obit,

19 Itaque inter urbanos strepitus, & in summa hominum frequentia, veluti Anachoreta, altissimum silentium agebat; quod quidem, quoad vixit, vitæque suæ institutum patiebatur, diligentissime custodivit. Utque ab hominum conspectu longius abesset, singulis ferme noctibus septem præcipuas Urbis ecclesias solus obibat, itinere passuum circiter XII millium, atque inter eundum Calixti cœmeterium ingressus (vulgo S. Sebastiani catacumbas aut cryptas appellant) de profundis clamabat ad Dominum, & Patri cælesti mira quadam spiritus dulcedine jungebatur: pro viatico autem intra pallii cucullum panem dumtaxat, piumque aliquē libellū deferebat, quo nimirum vix famem compescere posset. Quamobrem Franciscus Cardonius, ex Dominicana familia, Novitiis suis, quibus Romæ præerat, tamquam

frequens in Catacumbis,

pœnitentiæ exemplum illum proponere consueverat, ac sæpe dicebat; Philippus Nerius vir est miræ sanctitatis. Atque inter multa, quæ de eo admirabilia prædicantur, illud etiam longe præclarissimum

C

est, quod in cryptis S. Sebastiani decem continuos annos habitavit. Quamquam autem (ut diximus) in Urbe apud Galeottum Cacciam agebat; tamen ad eum locum singulis noctibus ventitabat, ac propterea ibidem sedem & domicilium collocasse videbatur. Quod si forte fores ecclesiarum clausas reperiret, in ipsis porticibus orationi & contemplationi

sed absque candela:

vacabat. Quamobrem sæpe in iisdem locis ad lunam compertus est legens: hanc ille paupertatis legem sibi observandam proposuerat, ut nec vilis candela noctu suppetetet ad legendum & ambulandum.

ubi divinis solatiis cumulatus,

20 Porro in his ipsis locis servum suum Dominus præveniens in benedictionibus dulcedinis, cælestium consolationum pabulo recreabat, ac torrente voluptatis suæ potabat eum; ut ineffabili suavitate perfusus clamare cogeretur, Sat est Domine, sat est; contine, Domine, contine, quæso, undas gratiæ tuæ. Atq; hæc dicens, in terram projiciebat sese, jactabatque corpusculum, quod impetum divinæ dulcedinis ferre non posset. Quapropter minime mirum videbitur, hominem caritatis igne succensum, & Deo plenum, filiis suis identidem prædicasse; diligentibus Deum nihil gravius, nihilque molestius præsenti vita accidere posse; illudque sæpe repetere, Dei servis vita hæc patientia est, mors autem desiderium. At vero quemadmodum Deus athletam suum, sacras hasce Basilicas diu noctuque obeuntem, ex labore atque inedia cælesti consolatione recreabat; sic ex contrario diabolus multis illum præliis, & incursionibus impetebat, ut à proposito deterreret.

D

diaboli insidias patitur.

21 Ibat aliquando ad Lateranensem ecclesiam, pertransibatque medium, quod interjacet viæ, Vespasiani Amphitheatrum; cum ecce tibi malignus semi-nudas quasdam imagines objicit, simulque adolescentis animo earum rerum species ingerit, quarum experimentā non noverat. At ille, cognita nequissimi spiritus astutia, statim ad consueta orationis arma confugit, eodemque momento impurissimas cogitationes ab se rejecit. Nocte quadam, haud ita longe ab ecclesia S. Sebastiani, ubi antiquissima quædam monumenta adhuc extant (hodie Caputbovis appellant) cum ille de more viam orando incederet, tres nequissimos spiritus, horribili figura & aspectu in se irruentes, videt. Tum vero Philippus, optime intelligens dæmonum ludibria, divino fretus auxilio, fortiter nec sine contemptu cœptum iter prosequitur, sicque ante oculos ejus repente larva omnis evanuit. Multa præterea, & quidem gravissima prælia ab humani generis hoste sustinuit, dum solitariam hanc vitam sacrumque hoc iter pie religioseque perageret: sed, Deo vires militi suo ministrante, feliciter decertatum & glorioſe triumphatum est.

E

CAPUT III.

Costæ ex fervore ruptæ, & palpitatio atque ardor pectoris: adjuti proximi, ægri visitati.

C. III. *Anno ætatis 29*

HUnc igitur vitæ cursum cum teneret Philippus, & quotidie magis magisque idoneus fieret ad nova charismata capienda, majori illum cumulo divina bonitas auxit, & novo quodam sanctificationis signo Spiritus sanctus ejus pectus invisibiliter penetravit; id quod quemadmodum ceciderit singillatim enarrabimus. Annos natus undetriginta, quodam die sub festum Pentecostes, Spiritum sanctum Dominum ardenter orabat, ut dona sua benigne sibi clementerque tribueret. Mos erat

in Pentecoste Spiritum sanctum petenti

Philippo Spiritus sancti gratiam quotidie implorare; & Sacerdos postea factus, in Missæ sacrificio, modo per ecclesiasticum ritum liceret, orationem illam fere

F

semper adjunxit, cujus initium est; *Deus, cui omne cor patet ... Purifica per infusionem sancti Spiritus.* Ecce autem tanto amoris igne inflammari se sensit, ut stare omnino non posset. Itaque statim sese abjecit in terram, laxatisque vestibus circa pectus æstuanti cordi refrigerationem quærebat. Cumque aliquandiu jacuisset, ubi se ardoris impetus aliquantulum remisit, erexit se; atque insolito gaudio perfusus, toto corpore concuti cœpit, ut plane cor ejus & caro exultaret in Deum vivum; dein manum mittens in sinum, ad pugni altitudinem repente supra cor pectus intumuisse persensit, quamquam ex illo tumore, neque tunc temporis, nec deinde unquam, dolor ullus exortus est.

sic cor dilatatur,

ut duas costas ruperit,

23 Hujus autem rei causa & origo statim post mortem ejus apparuit: si quidem ex medicorum consilio dissecto corpore, in anteriori parte thoracis, in qua illa erat extuberatio, inspectæ sunt duæ costæ, ex mendosis superiores, quarta scilicet & quinta, omnino fractæ atque ita divisæ, ut earum partes inter se

A ſe non parum diſtarent: &, quod mirum dictu videri poſſit, per quinquaginta annos, quibus vir ſanctus ſuperſtes fuit, nulla ratione coaleſcere aut jungi potuerint. Quamobrem, cùm ita diſpertitæ atque elatæ eſſent, extrinſecus prædictam extuberationem, intrinſecus autem ampliorem cordi ſinum conſtituebant. Eodem puncto temporis, quamquam alioqui Philippus (ut diximus) optimo eſſet corporis habitu, ſemper lætus atque hilaris, citraque omnem triſtitiam & melancholiæ ſuſpicionem, tamen palpitatio cordis repente illum inceſſit, quæ quinquaginta continuos annos duravit: idque eo dumtaxat tempore fieri ſolebat, quo ille aut orabat, aut ſacrificabat, de rebus divinis verba faciebat, Eccleſiæ Sacramenta adminiſtrabat, aut his ſimilia peragebat. Tunc vero toto corpore tamque acriter commovebatur, ut plane cor ejus è pectore jam jam erupturũ videretur. Quamobrem ſedes, lectusque, & cubiculum ipſum, quæcumque demum circa illum erant, quaſi terræ motu quaſſata contremiſcebant. Semel quoque, cum in Baſilica Principis Apoſtolorum ferventer oraret, magnæ molis tabula, qua forte genibus nitebatur, quaſi nullius eſſet ponderis aut momenti,

B concuti atque exilire viſa eſt.

24 Quod ſi è ſuis aliquis, ut ſæpe fiebat, amantiſſimi Patris ſinu complexuque reciperetur; æſtuantis cordis motu, quaſi gravi quodam ictu, ſtatim ſibi caput pulſari ſentiebat, & mira quadam ſpiritus dulcedine perfundebatur. Nec defuere, qui ex ejus pectore tantum virtutis hauſerunt, ut ab impugnationibus dæmonum extemplo ſe liberos eſſe intellexerint. Fuit ex his unus Tiberius Ricciardellus, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, qui ob ſingularem erga Dei ſervum amorem & reverentiam, quatuor continuos annos ei domeſtice voluit inſervire. Is igitur, inter alia multa, quæ de illo publice teſtatus eſt, Ego, inquit, quo tempore beato Patri ſerviebam, ignitis luxuriæ jaculis aliquando impetitus ſum: cumque ei omnia enarraſſem, ſtatim ille, Age, Tiberi, accede huc, prope ad pectus meum. Atque hæc dicens, me dulciter complexus eſt. Nec mora, illo ipſo puncto temporis, non modo ex eo prælio victor evaſi, ſed nulla deinde hujuſmodi incendia ſenſi: quin etiam tanto perfectionis ardore incenſus ſum, ut nihil aliud optarem niſi in oratione perſiſtere. Hæc eadem teſtatus eſt Marcellus Vitelleſcus, Patricius Romanus,

C Baſilicæ S. Mariæ Majoris Canonicus, & ob eximiam morum puritatem dilectus Philippo diſcipulus; nimirum ſolo acceſſu ad ſinum ejus maximam ſe jucunditatem percipere, omnemque moleſtiam & diabolicam tentationem propellere conſueviſſe.

25 Præterea ex ſummo illo cordis fervore atque incendio, non modo pectus ejus, ſed totum etiam corpus vehementer incaleſcebat; ut in media hieme ſenex, vigiliis & inediâ prope confectus, vel in extremo tempore ætatis, uſquequaque refrigerationem quærere cogeretur. Quamobrem intempeſta nocte feneſtras foresque cubiculi, in quo quieſcebat, aperire, & linteo aut flabello ventulum illi excitare, atque alia hujuſmodi adhibere opus erat, quæ nimium illum ardorem lenirent ac temperarent. Interdum etiam Pater, exiguo frigidæ hauſtu, fauces abluere neceſſe habebat, quas nimium ex interiori camino erumpens flamma ſiccaverat. Præterea id cauſæ erat, quod, vel brumali tempore, circa pectus plerumque veſtes laxaret: cumque à ſuis interdum admoneretur, ut eas adſtringeret, ne forte vi frigoris læderetur; nequaquam id fieri poſſe dicebat, præ ingenti videlicet ardore, quo conflagrabat. Ibat aliquando per Urbem, ibantque cum illo diſcipuli ejus, duriſſimo anni tempore, quo præter ſolitum nix omnia compleverat. Itaque cum videret eos, frigore laborantes, pallio ſeſe ore tenus obvolvere; ridebat Pater, atque (ita ut mos illi erat) laxatis veſtibus incedens, belle & feſtive dicebat: Nonne vos pudet, juvenes fortes atque robuſtos, frigere & algere, quando ſenes calent? A. HIERO. BARNABEO EX MS.

26 Id enimvero fuit cauſæ, quod in omnibus ejus curationibus ea præſertim adhiberentur, quibus refrigerandi vis ineſſet. Quoniam vero ex hujuſmodi incendio variæ corporis afflictiones oriebantur, quibus interdum haud opportuna remedia à medicis adhibebantur, propterea quod earum præcipuam cauſam non intelligerent; Utinam, aiebat ille per jocum, intelligere valeant infirmitatem meam! Neque enim rei cauſam aperire volebat, quæ nimirum altiſſima eſſet ſupraque naturam. Hinc ſæpe fiebat, ut in ſummo illo fervore & incendio ſubmiſſis interruptiſque vocibus diceret, Vulneratus caritate ego ſum. Alias etiam, nec raro, cum præ ardoris impetu conſiſtere non poſſet, in lectulum ſeſe cogebatur projicere, ibique languebat. Itaque de illo (quod ſui aiebant) vere dici poterat, quod olim Salomon ſub perſona Sponſæ in Cantico Canticorum prædixerat, Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. Interdum quoque ipſemet, cum ſe videret E in hos æſtus adductum, narrabat, quemdam ex Franciſcanorum familia, Dei amore languentem, denique caritatis igne conſumptum, ſuaviter expiraſſe; quamquam ille, ut ſecretum Regis abſconderet, ex corporis infirmitate hæc ſibi evenire dicebat, atque ex eo præſertim, quod ad hunc modum jam uſque ab adoleſcentia aſſueviſſet: quin etiam idcirco linteolum ad lævam in ſinu geſtabat, quo tumorem illum facilius tegeret atque celaret.

27 Illud autem in hac re maxime admirandum videtur, quod palpitatio ejuſmodi, quod ad durationem attinet, in ejus poteſtate erat: quemadmodum ipſemet Federico Card. Borromæo, quem veluti filium cariſſimum dilexit unice, ſatis aperte affirmavit; nimirum, liberum ſibi eſſe ingentem hunc cordis motum ſedare, & cum primum libuiſſet, ſola mentis intentione compeſcere. Quam ob cauſam Alphonſus Cataneus, Dominicus Saracenus, aliique medicæ artis peritiſſimi, qui in ejus curam dum ægrotaret ſumma diligentia incumbebant, hanc ipſam palpitationem, nec naturalem, nec præter naturam, ſed ſupra naturam fuiſſe, communiter exiſtimarunt. Quin F etiam Andreas Ciſalpinus, Antonius Portus, Rodulphus Silveſtrius, Bernardinus Caſtellanus, atque Angelus Victorius Balneoregienſis, ea tempeſtate medicorum nobiliſſimi, hac ſuper re luculentos tractatus ediderunt; omneſque pro certo affirmarunt, niſi divinitus fieri non potuiſſe. Idcirco autem effractas diſruptaſque eſſe duas ex ſuperioribus ejus coſtis, ut dilatato ſinu, citra incommodum atque periculum, frequentem illam cordis palpitationem ferre poſſet, corque ipſum commodius eventilatum majorem refrigerationem perciperet.

28 Iiſdem ferme de cauſis vena arterialis duplo amplior in illo effecta eſt, & longe durior quam in aliis ſit: cor etiam ſolito majus duriusque poſt ejus mortem repertum eſt; ne ſcilicet vi caloris & palpitationis læderetur. Sed hæc à medicis nobiliſſimis (ut modo diximus) egregie tractata relinquimus. Itaque Philippus, novo & inſigni munere à Domino decoratus, longe ſtudioſior & ardentior evaſit in officiis caritatis. Orans aliquando per idem tempus, tanto amoris impetu occupatus eſt, tantoque gaudio delibutus, ut, deficientibus corporis viribus, prope interiturus videretur. Quamobrem quibus poterat modis divinam clementiam implorabat, atque intermortuis vocibus dicebat; Recede à me, Domine, recede; neque enim tantam lætitiæ molem ſuſtinere poteſt

perpetuo exinde ei cor palpitat.

& in oratione totum corpus ſuccutitur.

Hic motus etiam in ejus amplexu ſentiebatur,

eoque carnis tentamenta ſopiuntur:

hinc etiam hieme fervet ei immodice pectus,

& corporaliter ſæpe languet.

cauſam ignorantibus medicis,

qui deinde palpitationem iſtam ſupernaturalem eſſe judicarunt.

Alii effectus ejuſdem ardoris,

cui moderationem divinitus petiit & obtinuit.

A. HIERO. BARNABEO &c. potest mortalis infirmitas. En morior, Domine, nisi tu adjuves me. Cumque in hunc modum oraret atque obsecraret, adfuit precibus supplicantis clementissimus Dominus, atque ex ea die haud mediocriter vehementem illum ardorem compescuit; ut propterea extremis suæ vitæ annis diceret, sese olim juvenem plus devotionis ac spiritus habuisse, quam tunc demum cum senex esset.

CAP. VII. *Proximis lucrandis se applicans,*

29 Igitur cum accepisset virtutem superveniens Spiritus, & ad proximorum salutem procurandam à Deo se vocari appertissime intelligeret; relicta solitudine, ad quam per annos aliquot (ut diximus) vel in media Urbe se receperat, quasi collectis jam confirmatisque viribus ex umbra in arenam prodire, & quæ divinitus acceperat bona cum proximis communicare constituit. Itaque in triviis plateisque, in scholis & officinis, aliisque celeberrimis Urbis locis versari cœpit, ibique plurimorum sibi gratiam ac benevolentiam optimis artibus comparavit. Fuit enim in illo (quod antea innuimus) præter divinitus infusa charismata, mirum etiam atque efficax ingenium ad animos demerendos. Primo namque in hominum amicitias opportune insinuare sese, dein facilitate & suavitate morum eosdem ad se allicere
B consueverat; ubi vero in eorum studia & voluntates irrepserat, tum demum officii pro suo quemque captu admonebat, & ad virtutem pietatemque verbis plane cælestibus incitabat.

Plures ad Evangelicam paupertatē inducit,

30 His ferme artibus, & simul sanctissimorum exemplo morum, multos (ut diximus) lucratus est Christo. In iis fuit Henricus Petra Placentinus, qui relicta fluxarum rerum mercatura, pretiosum margaritum de Evangelio comparavit, ac demum Sacerdotio insignitus consentaneam mortem vitæ sanctissime actæ sortitus est. Hic ille est Henricus, qui primus omnium præfectus est iis, qui plebem & pueros Christiana catechesi, quæ jam diu obsoluerat, sacri Tridentini Concilii decretum secuti, tum Romæ tum etiam alibi erudire cœperunt; laudabili plane instituto, quod consultore atque adjutore Philippo haud modicum incrementum accepit. Accessit ad hunc Theseus Raspa, qui abjecta pariter rerum humanarum cura, in ipsis ædibus caritatis laudabilem vitæ cursum confecit. Joannes quoque Manzolius, privatis ipsius colloquiis ac monitis incitatus, perituras divitias magno excelsoque animo despiciens, solidiores atque uberiores quæstus sibi constituit. Alii
C præterea complures ejus cohortationibus à seculi stipendiis ad Christi vexilla traducti sunt, de quibus opportuniore loco narrandum existimavimus. Neque vero hic se continuit cupiditas & studium procurandæ proximorum salutis: quandoquidem Deus illi eam mentem injecit, ut cum hominibus etiam flagitiosissimis amicitias & consuetudines jungeret, quorum plurimos, admirabili quadam prudentia & dexteritate, è peccatorum cœno extractos, ad officium sanitatemque revocavit: quamquam feminas publice peccantes, ut ab impuritate avocaret, hac præsertim ætate, numquam ferme laboravit.

magnos etiā peccatores convertit.

In his unū dimissum à Confessario,

31 Ex his vero quos per idem tempus ad salutarem pœnitentiam officiumque traduxit, præcipuus fuit Nobilis quidam in Urbe mensarius: qui cum pravis voluptatibus lucrisque turpissimis totum se dedisset, à religioso viro Societatis Jesu, qui sacras ejus Confessiones excipiebat, demum justis de causis absolutionis gratia privatus est. Quare graviter afflictus, ad Philippum venit, rem aperit, rogat, obsecrat, ut delictorum veniam sibi à Domino impetrare dignetur. Ille, ut erat ad omnem benignitatem paratissimus, primum quidem amicissimis verbis jacentem consolatur, & bono animo esse jubet: dein cum videret hominem ex una parte rationibus &
D veritate ipsa convictum ad pœnitentiam excitari, ex altera malæ consuetudinis vi & corruptela depravatum, quasi manicis & compedibus, vinctum detineri: Age, Age, inquit, bono animo es, pro te Deum rogabo, & quidem tamdiu rogabo, donec hujusmodi te laqueis omnino absolvas. Nec dicto fides abfuit: quandoquidem Deo adjuvante, pestifera quadam familiaritate brevi emersit, & ad bonam frugem se recepit. Quamobrem Religiosus ille, qui eum paulo ante, multarum noxarum reum, recidivum, & contumacem, à se dimiserat, idem ipse mox supplicem, atque anteactæ vitæ vere pœnitentem, benigne admisit & absolvit. Denique cum ad Philippi ductum & arbitrium se omnino contulisset, in spiritualibus exercitationibus tam studiose operam dedit, ut in omnibus seipsum bonorum operum exemplum præbuerit.

orando redditi absolutionis capacem,

& alios quos ipsummet tentare præsumpserant:

32 Neque hic prætereundum nobis est, quod per hos dies flagitiosissimi quidam, pari scelere atque impudentia, virum sanctissimum omnibus ad nequitiam modis adducere tentarunt. Sed longe aliter evenit: siquidem ille tacitos dolos statim cum præsensisset, tam suaviter, tantoque spiritus ardore sermonem instituit de pulchritudine & splendore
E virtutis, deque turpitudine vitiorum; ut qui eum abducere ad nequitiam cogitabant, eosdem ipse admirabili quadem catastrophe ad salutem perduxerit. Multos præterea, vel innumerabiles potius, cum adhuc esset laicus, his fermè artibus, non modo ad sobrietatem & continentiam, sed etiam ad contemptum rerum humanarum & ad salutaria Christi consilia convertit: qui in varias deinde Religiosorum familias se receperunt. Quamobrem S. Ignatius, Societatis Jesu Fundator, qui per id tempus in Urbe præclara sanctitatis laude florebat, Campanæ nomine illum appellare consueverat. Quemadmodum enim campana populum convocat ad ecclesiam, cum ipsa maneat in turri; ita plane Philippus alios ad Religionem adducebat, nec tamen ipse à seculo recedebat. Deo nimirum pro nobis melius aliquid providente, ut ea ratione sanctimoniæ ac pietatis exemplo secularibus etiam hominibus præluceret, & novo quodam seu potius antiquo illo Ecclesiæ instituto revocato, mortalium animos ad omne officium atque virtutem vehementer accenderet. Hinc porro factum est, ut quamquam ab ipsomet S. Ignatio non semel invitatus, adduci numquam potuerit, ut in Societatem sese reci-
F peret.

multis quoque Religionem persuadet,

ipse in seculo manens.

33 Illud autem multorum observatione compertum est, quicumque salutaribus ejus consiliis monitisque parere voluerunt, iis demum male omnia cecidisse. Et ut ex multis unum aut alterum proferamus, Philosophus quidam, funibus peccatorum constrictus, cum Virum sanctissimum quodam die grave suum crimen acriter corripientem audire noluisset; simul atque ab eo recessit, statim interfectus est. Nec fere meliorem sortitus est finem alius quispiam, qui multis Philippi precibus solicitatus, cum à sua improbitate dimoveri non potuisset; intra dies octo quam ab eo rogatus fuerat, comprehensus mortique addictus est; quamvis, potentibus viris intercedentibus, ad triremes deinde damnatus per summam gratiam fuerit.

Punientur qui ei parere detrectāt,

Ministrat nosocomiis,

34 Quamquam autem Philippus in procuranda animarum salute totus erat; nihilo tamen minus in pauperum corporeas necessitates sublevandas omni studio ac diligentia incumbebat. Itaque ad publica valetudinaria ut cum maxime ventitare, ægrotos ibi jacentes diligenter curare, hortari ad pœnitentiam, spemque æternæ salutis erigere; iisdem lectulos sterne-
re,

A fe, ſordes purgare, cibos miniſtrare, adeſſe animam agentibus die ac nocte, ab eorumque latere fere nũquam diſcedere, niſi forte aut vitâ jam functi eſſent, aut jam prope convaluiſſent. His igitur Chriſtianæ humilitatis & caritatis officiis, non modò ſummam hominum benevolentiam atque admirationem excitavit (neque enim per eos dies frequentabantur) ſed multorum etiam animos ad imitandum accendit; quamobrem tum Clerici, tum laici, pluresque nobiles viri, ſancta æmulatione incitati, varia Urbis noſocomia frequentare, ibique ægrotis ſtudioſe miniſtrare cœperunt. Hinc quoque originem & initium duxit longe præclarum Inſtitutum Clericorum Regularium, miniſtrantium infirmis, quod quidem Camillum de Lellis, virum religioſiſſimum ac Philippi diſcipulum, auctorem agnoſcit; adeoque Philippo eidem probatum eſt, ut quodam die, cum ex iiſdem Clericis aliquos ad inceptum viriliter peragendum calide adhortaretur, libere dixerit; vidiſſe ſe Angelos, duobus ex ipſis ſuggerentes verba, dum moribundis aſſiſterent, eorumque animas ſolenni ritu Deo commendarent.

multis exemplum ſequentibus.

CAPUT IV.

Societatem Sanctiſſimæ Trinitatis peregrinorum inſtituit; Sacerdotio initiatus aliis ad S. Hieronymi ſe jungit.

35 *An.* 1548. HAc ipſa voluntate atque conſilio proximos adjuvandi Philippus, una cum Perſiano Roſa, Sacerdote rarę ſanctitatis, quem conſcientiæ ſuæ judicem elegerat, de conſtituenda Societate Sanctiſſimæ Trinitatis peregrinorum & convaleſcentium, in eccleſia S. Salvatoris in Campo, deliberat, anno poſt Chriſtum natum MDXLVIII, XVII Kalendas Septembris, quo die B. Rocho Confeſſori annua ſolennitate gratulamur. Hujus autem initia fuere hujuſmodi. Conveniebant in eum locum Philippus, atque alii ferme quindecim, qui illum ſecuti eumdem ut parentem & unice diligebant & valde reverebantur; ibique præter frequentem Sacramentorum uſum, aſſiduitatemque precandi meditandique, ſuaviſſima de rebus divinis colloquia habebant, & ſeſe mutuo ad Chriſtianam virtutem, tum verbo tum etiam exemplo, inflammabant.

Inita cum pluribus pia ſocietate,

C 36 Primo cujuſque menſis Dominico die, ac præterea in majori hebdomadâ, quadragenarum horarum ſupplicatio fiebat, in qua Philippus frequenter ad populum ſermones habebat, aliquando etiam in ſingulas horas; & quidem tanto cum ſpiritus ardore, ut & audientium animos ad pietatis opera provocaret, & ſæpe profligatiſſimos ac perditiſſimos homines ad officium ſanitatemque reduceret: nullius enim tam ferum aut ferreum pectus eſſe poterat, quod non ejus ſermone molleſceret. Quamobrem ſemel triginta ipſos juvenes, ab impuris & flagitioſis voluptatibus, ad caſtum Dei timorem amoremque virtutis, Deo adjuvante convertit. Non ſemel etiam accidit, ut nonnulli, rei novitate illecti, cum ceteris initio per jocum laſciviamque ludibundi confluerent, quod præſertim viderent hominem laicum in eccleſia concionantem, rem plane iis temporibus inuſitatam; mox dicendi gravitate atque ardore permoti, depoſita petulantia, longe alii quam acceſſerant dimiſſa concione recederent. Quapropter plurimi eorum, qui ad illum audiendum itare conſueverant, teſtati ſunt, Philippi ſanctitatem ſtudiumque illud prope immenſum procurandæ animarum ſalutis, ex ſolo ejus ſermone facile cognoſci potuiſſe.

concionari incipit I *Dominica menſis,*

multoſque convertere,

Interea dum fieret ſupplicatio, ab eccleſia fere numquam diſcedebat; totamque noctẽ pervigilans, alios deinceps atque alios ex ſociis ad orationem vocabat: & cum abierat hora, ſtatim accepto tintinnabulo ignum dabat, hæc dicens; Eia, Fratres, abiit hora, nec tamen abiit tempus bene agendi.

A. HIER. BARNABEO EX MS.

37 Illud autem potiſſimum poſitum eſt in more inſtitutoque ejuſdem Societatis, ut qui religionis cauſa ad Urbem veniunt pauperes peregrini, benigne hoſpitio excipiantur. Quod quidem laudabile opus ad exitum perductum eſt anno MDL, quo tempore cum Julius III Pontifex Max. ſpatiis legitimis expletis, ſolennem Jubilæi celebrationem à Paulo III univerſis Chriſti fidelibus, qui præcipuas quatuor Urbis Baſilicas viſitarent, pridem indictam inchoaſſet; ex toto orbe magna illuc peregrinorum multitudo confluxit. Quamobrem, quoniam pauperibus qui advenerant excipiendis nullus deſignatus erat locus, Philippus ſociique caritate commoti, primum quidem conducta domuncula eos humaniter excipiebant, quæque ad victum ſunt neceſſaria alacri vultu atque animo ſubminiſtrabant; deinde vero, in dies ſingulos creſcente peregrinorum multitudine, laxiorem quoque domum comparârunt. Hic igitur, eodem Philippo præſide ac duce, interdiu pariter noctuque, omnibus præſto aderant. Alii confluentes benigno vultu ac ſermone in hoſpitium deducere, alii calidâ eorum pedes eluere, alii cibos aut domi excoquere, aut aliunde miſſos inſtruere; hi menſas ponere, illi ferculâ inferre; hi cubilia ſternere, illi ſcopis pavimenta purgare; denique ſua quiſque munera tanta cum alacritate ac diligentia exercere, ut apertiſſime oſtenderent, ſe non tam pauperibus & peregrinis inſervire, quam Regi regum & Domino dominantium. Neque vero eorum dumtaxat corpora, ſed animos pariter curare ſtudebant. Plurimos quippe rudes fidei præceptis & myſteriis cognitu neceſſariis imbuebant, ceteros autem omnes ad Chriſtianam virtutem & perfectionem inflammabant.

eâ anno Jubilæi 1550 *peregrinos excipere;*

E

38 Quæ res eodem anno per Urbem atque Orbem vulgata, mirum eſt quantam omnium admirationem excitaverit. Itaque multi ad pietatis officia tam præclaro exemplo incitati, eidem Societati nomen dederunt; nec ita multo poſt alias ædes ſibi comparârunt, quibus pauperes peregrinos benigno hoſpitio ſuſciperent. Eorum autem, qui tam præclarum inſtitutum initio amplexi ſunt, quanta fuerit virtus & vitæ ſanctimonia, hinc facile intelligi poteſt; quod ex his unus, divino præditus lumine, mortis ſuæ diem horamque cum prævideret, ſororem accerſit, &, Scribe, inquit, Feria ſexta tali horâ ex hac vita migraturus ſum. Nec vana fuere verba, qua enim prædixerat hora in pace quievit. Narrabat præterea Philippus ipſe, coquum etiam illius domus, tantam rerum ſpiritualium peritiam tantamque Dei familiaritatem adeptum; ut ſæpe intempeſta nocte in locum aliquem egrederetur, unde liber eſſet proſpectus ad ſidera; defixiſque in cælum oculis, ſtatim ad contemplationem rerum cæleſtium mira quadam ſpiritus dulcedine raperetur. Ad hæc Philippus atque alii, qui in hac Chriſtianæ humilitatis caritatiſque officina ſeſe exercebant, cum viderent quotidie, eos qui recens ex morbo convaluerant, è valetudinariis ſtatim dimiſſos, rebuſque ad victum & valetudinem neceſſariis deſtitutos, in graviores morbos plerumque recidere; tantæ calamitati omnino ſubveniendum putarunt: itaque, quas peregrinis ſuſcipiendis paraverant ædes, has ipſas miſeris etiam convaleſcentibus patere voluerunt, ut ibi ſe plane confirmarent viresque reſumerent.

plurimis eo exemplo attractis.

atque etiam convaleſcentes curare.

39 Interea dum incepto operi indies magis ma-

S. HIERO. BARNABEO MS. gisque incrementum dat Deus, ab eccleſia S. Salvatoris in Campo, migratum eſt ad eccleſiam S. Benedicti, in eadem Urbis regione ſitam; cujus loco novum deinde ac nobile templum ſanctiſſimæ Trinitati extructum eſt. Huic porro tam laudabili inſtituto quanta deinde facta fuerit acceſſio, ſatis clare perſpectum eſt ſuperioribus annis, quibus indicta univerſo Chriſtiano Orbi Jubilæi ſolennitate, ingens populorum concurſus ad Urbem factus eſt, ac præſertim anno MDC, quo CCLXX peregrinorum millia hoſpitio recepta. Quamobrem ad hanc caritatis officinam, non modo nobiles viri ac feminæ ſeorſim, ſed etiam Principes ac Purpurati ventitare conſueverunt, ibique ſolicite miniſtrare; ipſeque ſummus Pontifex ſæpius adeſſe dignatus eſt, & pauperum pedes lavit, & menſam poſuit, & cetera pietatis officia exhibuit: quod quidem proprium Apoſtolicæ pietatis exemplum noſtra memoria imitati ſunt, Urbanus VIII, Innocentius X, Clemens IX, & Clemens X, Pontifices Maximi.

Incrementa ſumente pio inſtituto,

Reges & Pontifices ſe junxerunt.

CAP. IX. *Jubente Confeſſario,*

40 Interea, qui ad animarum ſalutem procurandam Philippum ineffabili providentia deſtinaverat, Perſiamum Roſam, quem ille (ut modo diximus) tum ſuæ conſcientiæ judicem tum interpretem divinæ voluntatis elegerat, in eam mentem impulit, ut quamvis renitentem ad Eccleſiaſticos Ordines ſuſcipiendos omnimodis cogeret, quo nimirum in ea re liberius ac fructuoſius ſeſe exerceret. Igitur Philippus ad Clericatum invitatus, multis ſe rationibus Perſiano excuſavit; longe imparem ſuam imbecillitatem eſſe tanto oneri, quod angelicam pene virtutem & omnibus numeris abſolutam ſapientiam poſtularet: quodque ab ea humilitate, in qua Deo inſervire decreverat, vehementer abhorreret. At ille, quamvis ſummam hominis modeſtiam probaret maxime, nullam tamen excuſationem accepit. Itaque Philippus, ut erat in omnibus obſequentiſſimus, aliorumque judicio libentius quam proprio utebatur, ad ejus arbitrium & nutum ſeſe compoſuit. Anno igitur poſt Chriſtum natum MDLI, ætatis ſuæ XXXVI, Clericali tonſura inſignitus, per minores Ordines ad majores aſcendit, nimirum ad Subdiaconatum & Diaconatum, idque intra menſem Martium: necdum enim Tridentinum Concilium fuerat abſolutum, à quo deinde in Ordinibus ſuſcipiendis temporum interſtitia rite ſervari arctius decretum eſt. Minoribus autem & ſacro Subdiaconatus Ordine initiatus eſt in eccleſia S. Thomæ, in ea regione quæ nunc Parionis dicitur; Diaconatu, in Conſtantiniana Lateranenſi Baſilica, recurrente Sabbato ſancto; denique ad ſummum Presbyteratus gradum à Joanne Lunello Sebaſteno Epiſcopo, eodem anno x Kal. Junias, in eadem S. Thomæ eccleſia evectus eſt.

an. 1551 Ordines ſuſcipit:

B

C

in domo S. Hieronymi cum aliis 5 Sacerdotibus,

41 Sacerdotio inſignitus, in eccleſiam atque ædes S. Hieronymi ſe recepit; in quibus per eos dies habitabant Sacerdotes aliquot, vitæ morumque ſanctimonia ſpectabiles, Bonſignorius Cacciaguerra Senenſis, pietate & doctrina inſignis; Perſianus Roſa, quem Philippus, ut diximus, Confeſſarium ſibi delegerat; Franciſcus Marſupinus Aretinus, morum ſimplicitate ac puritate laudabilis, qui Perſiano defuncto eidem confitenti aures dedit; Franciſcus alter, cognomento Hiſpanus, pietatis laude non inferior ceteris; & Petrus Spadarius, itidem Aretinus, qui conſentaneam mortem vitæ ſanctiſſime anteactæ ſortitus eſt, poſtremus omnium, qui ibidem ſacras Philippi Confeſſiones auſcultarunt; iis enim vita functis, conſcientiam ſuam per annos aliquot deponere conſuevit apud Joannem Baptiſtam Peruſium, virum ex Societate Jeſu ſpectatæ probitatis; deinde vero, præſertim poſt conditam Congregationem, Cæſarem Baronium à Confeſſionibus ſibi eſſe voluit, eoque ad ultimum uſque diem uſus eſt.

D

42 Hi omnes in eadem domo conjunctiſſime vivebant, nullis inter ſe legibus adſtricti, ſolo caritatis vinculo colligati. Neminem ſibi præficiebant, ſed (quod ſuadet Apoſtolus) caritate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem prævenientes, dumtaxat temporis ordinem ſervabant, quo ſe quiſque in eam domum recepiſſet. Ad hæc ſolicitudine non pigri, ſpiritu ferventes, Domino ſervientes, neceſſitatibus Sanctorum communicantes, cæleſtem propemodum in terris vitam agebant. Menſam haud communem habebant, ſed neceſſaria ad vitam ſibimet quiſque miniſtrabat. Cetera invicem in omnibus rebus ſibi certatim aderant, nec ſuum potius quam Dei proximorumque negotium agebant. Idem hoc ipſum inſtitutum ibidem hodieque ſervatur, magno totius Urbis fructu. Hic igitur Philippus, eodem anno quo ad Sacerdotium evectus eſt, audiendis etiam Confeſſionibus ex obedientia præficitur: quamobrem quotidie fructuoſius in proximorum cura & ſalute ſeſe exercebat.

ſocietate inita,

Rom. 12, 10,

CAP. X.

E

incipit Confeſſiones audire,

43 Quoniam vero iis temporibus multorum caritas refrixerat, & optimus quiſque tum demum religioſi viri partes uſquequaque ſibi impleviſſe videbatur, cum ſemel atq; iterum toto anno conſcientiam ſuam expiaſſet; Philippus, quod hinc maxime animorum exitium oriri intelligeret, in hoc præſertim ſtudium omne atque induſtriam collocavit, ut ſacræ Confeſſionis & Euchariſtiæ aliarumque exercitationum ſpiritualium frequentem uſum, velut poſtliminio, revocaret. Quamobrem eo duce, ſociis etiam adjuvantibus, Pœnitentiæ atque Euchariſtiæ ſacramenta, longo jam intervallo intermiſſa, in Urbe frequentari cœperunt. Utque res facilius ex ſententia cederet, poſtpoſitis rebus omnibus, ad ſacras Confeſſiones audiendas totum ſe contulit. Itaque cum plurimi ad eum concurrerent, ut conſcientiam ſuam deponerent, conſtaretque operæ fructus quotidie copioſior; non interdiu ſolum, ſed etiam noctu confitentibus aures dabat. Quamobrem plurimorum Confeſſiones ferme ante auroram in ſuo cubiculo auſcultabat: utque ad ſe venientibus facilis pateret acceſſus, in ipſo cubiculi limine clavem ponere conſueverat.

noctu in cubiculo,

44 Diluculo autem, cum primum templi fores aperiebantur, ſtatim ad confluentes audiendos deſcendebat; neque inde unquam abſcedere conſueverat, niſi aut ſacrificaturus (id fere ſub meridiem, ut aliorum commodo inſerviret, de induſtria fiebat) aut grave aliquid hujuſmodi peracturus; eoque caſu, quo ſe transferret, indicabat. Quod ſi forte nemo pœnitentium aderat, quem auſcultare oporteret; prope ipſam ſedem ſtare ſolebat, ibique aut legere aliquid, aut ſacras preces recitare; interdum etiam inter ipſum templi veſtibulum inambulare, & quaſi alter Abraham in oſtio tabernaculi expectare prætereuntes, quos benigne ad ſe invitaret atque reciperet. Itaque quacumque hora illum adiſſes, paratum atque expeditum eum inveniſſes. Denique in ea re tam libenti animo ſeſe exercebat, ut ſæpe affirmaverit, tum ſe mirifice oblectari, cum audiendis Confeſſionibus operam dabat. Nec vero ille dum ægrotabat (modo id medici nominatim non prohibuiſſent) ab eo ſe munere unquam abſtinuit. Quin etiam cum è ſuis quiſpiam interdum quaſi nimiæ ſeveritatis eum argueret, quod ſupra modum ſupraque virtutem gravari ſe pateretur; nequaquam ea re gravari ſe affirmabat, ſed potius refici ac recreari. Quod quidem inſtitutum ob hanc maxime cauſam perpetuo ſibi ſervandum propoſuit, ut filios ſuos in officio contineret, nequis eorum fortaſſe poſita ad

F

interdiu in templo,

quavis hora expoſitus omnibus:

aratrum

A aratrum manu aſpiceret retro, propterea quod illum ſtatim cum libuiſſet promptum atque paratum non inveniſſet.

à meridie vero piis colloquiis ſuos exercet.

45 His igitur artibus plurimos Chriſto filios cum peperiſſet, pias quaſdam exercitationes excogitavit, quibus iidem in ſpiritu alerentur, & in dies ſingulos magis magisque proficerent. Cumque optime intelligeret, cavendum eſſe hominibus maxime à dæmonio meridiano, quotidie à prandio in cubiculum ſuum venire eos juſſit. Ibi ille, aut innixus aut inſidens lectulo, circumſtantium corona cinctus, de vitiis atque virtutibus, deque Sanctorum rebus geſtis ponebat aliquid, de quo ſinguli deinceps diſſererent, interpoſita identidem ſacri alicujus libelli lectione. Mox ipſemet ab eorum dictis exordiens, eo ſpiritus ardore eoque orationis impetu rem proſequebatur, ut toto corpore concuteretur; nec modo lectus ipſe, cui innitebatur, ſed interdum etiam cubiculum contremiſceret. Ad hæc non raro, elevante ſpiritu ſarcinam carnis, à terra ſublimis viſus eſt. Quamquam autem initio pauci admodum eſſent, qui hujuſmodi exercitia frequentabant; brevi tamen ita multi eo confluere cœperunt, ut de ampliori loco Philippo cogitandum fuerit: quamobrem proximas ædes cubiculo ſuo adjungendas curavit, quibus deinde con-

B fluentes commode exciperentur.

CAPUT V.

A conſilio petendi Indias revocatus, Iudæorum & Hæreticorum in urbe converſioni ſe impendit, cum fructu.

CAP. XI. Lectione Indicarum litterarum motus,

46 INterea de iis, quæ à Patribus Societatis Jeſu feliciter in India gerebantur, fama per univerſum orbem quotidie percrebreſcebat; quamobrē, quæ de Catholicæ Religionis progreſſu litteræ ferme quotannis ex iis regionibus afferebantur, quo tempore pomeridiana exercitia initium habuere, lectitari conſueverant. Hac porro lectione mirum quantum Philippi animus, ad cupiditatem propagandæ Chriſtianæ Religionis, exarſit. Itaque cum videret meſſem quidem multam, operarios autem paucos; ipſe etiam tantorum exemplo virorum in extremas terras proficiſci decrevit, & ſanguinem (ſiquidem opus eſſet) pro Dei gloria atque animarum ſalute profundere. Hæc eadem cupido inceſſit nonnullos ejus in

cum ſociis 20,

C ſpiritu filios, quorum primus fuit Franciſcus Maria Tauruſius Politianus, præſtanti non minus religione & pietate quam nobilitate & prudentia vir, quo de ſuo loco dicturi ſumus: Joannes etiam Baptiſta Modius, & Antonius Fuccius, nobiles medici, corporum pariter atque animorum curandorum periti; aliique morum probitate ſpectabiles, atque ingenuis artibus inſtructiſſimi.

cogitat in Indias proficiſci;

47 Hi omnes numero fere viginti, admirabili conſenſu atque alacritate, Philippo Duce, ad Indos eo conſilio navigare conſtituunt, ut in converſionem infidelium toto pectore incumberent, palmamque martyrii ſtudioſe reportarent. Quapropter Philippus ex iis aliquot ſacro Presbyteratus Ordine initiandos curat, paratosque ad profectionem eſſe jubet; quo nimirum, poſt acceptam à Pontifice facultatem ac benedictionem, in viam ſe daret. Quoniam vero vir prudentiſſimus, nihil niſi præmiſſa oratione, adhibito etiam conſilio ac tempore, ſtatuere conſueverat; ut nimirum ea ratione probaret, quænam eſſet voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta; poſt multas accuratasque precationes, Monachum adit ex Benedictina familia, in antiquo S. Pauli cœnobio degentem, humanis diviniſque litteris, & quod caput eſt

qua de re conſultans cum viro pio,

ſcientia Sanctorum apprime eruditum, quicum rem totam communicat. Ille, ut erat in omnibus modeſtus & prudens, de re graviſſima pronuntiare non eſt auſus; ſed amiciſſimis verbis hortatus eſt, ut longe meliorem conſultorem deligeret, Auguſtinum Ghettinum Monachum Ciſtercienſem, qui tunc temporis cœnobium ſanctorum Vincentii & Anaſtaſii ad Aquas-Salvias ſumma cum laude adminiſtrabat. A. HIERO. BARNABEO EX MS.

48 Fuit is vitæ ſanctimonia & doctrina inſignis, & quaſi alter Samuel, priuſquam conciperetur, Deo à parentibus oblatus, quibus inter cetera quæ recte & laudabiliter facere conſueverant moris erat, biduo ante, quam procreandis filiis juxta matrimonii ſanctiſſimas leges operam darent, ſacra ſe Confeſſione expiare; cæleſtique Pane refecti enixe rogabant, ut quemcumque illis dediſſet filium, in aliqua Religioſorum familia miniſtris ſuis adſcribi permitteret. Itaque cum eſſent juſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela, voti compotes facti ſunt; qualeſque optaverant filios, tales demum ſuſcepere. Hunc vero præſertim, de quo nunc ſermo nobis eſt, qui prophetico etiam ſpiritu à Deo donatus, atque à S. Joanne Euangeliſta, quem mirifice coluit, multis præclariſque beneficiis ornatus eſt. Quamobrem, ut erat vir

E purus & ſimplex, quodam die adſtantibus Monachis aperte dixit; S. Joannes meus mihi renuntiavit, quo die illi anniverſaria ſolennitate gratulatur Eccleſia, hoc me ex hac vita migraturum; ſed quo anno id futurum ſit, haud ſignificavit. Interjecto deinde magno temporis ſpatio, Joannes idem ſeſe illi per viſum præbuit, & proximo inſequenti feſto migrationem indixit. Nec verbo fides abfuit: dicta enim die, cum rem Divinam de more feciſſet, lectulo ſe compoſuit, ſacroque Oleo inunctus feliciter quievit.

ab eoque ad Aug. Ghettinum remiſſus.

virum prophetici ſpiritus,

49 Hunc igitur virum ſanctiſſimum Philippus adit, huic animum ſuum aperit, ab eoque conſilium exquirit. Ille benigno vultu hominem accipit, auſcultat; atque in tali negotio, in aliud tempus eum differt, quo nimirum divinam voluntatem aſſiduis precibus exploraret. Nec ita multo poſt ex compoſito ad illum redeunti libere ſignificat, quemadmodum S. Joannes Euangeliſta ei ſeſe per viſum obtulerit, palamque nuntiaverit, Indias Philippo in Urbe dumtaxat quærendas eſſe: ibi enim eum ejusque filios procurandæ animarum ſaluti deſtinaverat Deus. Adjecit præterea vidiſſe ſe trium fontium aquas, Apoſtoli Pauli martyrio inclitas, in ſanguinem repente mutatas; haud levi indicio, quod & ab ipſomet Euangeliſta acceperat, impendentis alicujus calamitatis. His dictis, tamquam ex divino quodam oraculo editis, ſtatim Philippus acquievit: & quoniam quidem ſpatioſos Indorum campos excolere non licebat, ad Urbanam vineam diligentius excolendam ut cum maxime animum adjecit.

jubetur Indias in Vrbe quærere.

F

Hic Iudæorū converſioni intentus,

50 Igitur Catholicæ Religionis dilatandæ quotidie ſtudioſior, ſi quem forte ex Hebræorum quiſquiliis offenderet, vehementer animo commovebatur, ut ſæpe lacrymas & ſuſpiria cohibere non poſſet. Quapropter ſi quis ad illorum converſionem aditus aperiebatur, nihil omnino intentatum relinquebat, ut eos Chriſto lucrifaceret. Ibat aliquando ad Lateranenſem Baſilicam, ibatque cum illo Proſper Cribellus, Patricius Mediolanenſis, qui Hebræum quemdam ſecum ducebat. Igitur ad eam eccleſiam cum perveniſſent, ingreſſique Chriſtiano more ante altare, in quo Euchariſtia cuſtodiebatur, genibus poſitis omnes procubuiſſent; unus hic ſtabat operto capite averſoque vultu. Quod ubi videt Philippus, Heus tu bone, inquit, ad Deum ora, & dic; Si tu es Chriſtus, verus Filius Dei, illumina mentem meam, ut Chriſtianus efficiar. Ego vero, ait ille, hoc facere non

obſtinatum quemdam orando convertit.

A HIERO. BARNABEO EX MS.

possum, siquidem de mea religione dubitare mihi nefas. Tum Philippus ad Cribellum atque alios; Agite, inquit, Fratres, vestris hunc precibus apud Deum juvate; profecto enim Christianus fiet. Nec fuit vana prædictio; quandoquidem paucos post dies, Philippo ipso qua orationibus qua hortationibus adjuvante, Christi fidem fuscepit, sacroque Baptismo renatus est.

alios duos fratres ad se adductos,

51 Pervigilio SS. Apostolorum Petri & Pauli Marcellus Ferrus, Romanus Presbyter ex primis Philippi discipulis, cum ante Vesperas in porticu Vaticanæ Basilicæ obambularet, videt ibi duos juvenes Hebræos, ore habituque decoros; utque illum Deus in hanc mentem impulit, ad eos sese humaniter adjungit, salutat benigne, comiter appellat; mox sensim progrediens, de præcipuis fidei nostræ mysteriis aliqua differit, deque immortali gloria, quam consecuti fuerant iidem Apostolorum Principes, nec aliam profecto ob causam, nisi quod Christo credidissent: proinde si saperent, eorum patrocinio se commendarent; ac pro certo crederent, audituros illos popularium suorum preces; iisdemque intercedentibus, Patrem misericordiarum daturum scientiam salutis plebi suæ. Hæc atque alia in eamdem

B

de diu quotidiano colloquio instructos,

sententiam Marcellus: denique ut ad virum quemdam sanctissimum secum ire velint, etiam atque etiam rogat. Annuunt illi: & quoniam tunc temporis adeundi otium non erat, redituros se postridie, affirmant. Itaque, qua dixerant hora & loco, ad Marcellum veniunt, & cum eo ad Philippum itur, qui per id tempus morabatur in ædibus Caritatis. Igitur ad se venientes Pater, qua solebat caritate & comitate, complectitur: tantumque valuit unum Philippi colloquium, ad animos eorum demerendos, ut deinde per plures menses ad illum quotidie ventitarent.

altero eorū dysenterico

52 Cum autem præteriissent dies aliquot, nec eos videret beatus Pater; accito Marcello imperat, ut de iis diligenter inquirat. Abit ille, deductusque domum in qua diversabantur, matrem eorum interrogat, satin' salvæ res filiorum? Hæc mœrens ait, ex his alterum febri & dysenteria gravissime laborare, & prope jam de illo conclamatum esse. Tum vero Marcellus, ut ad eum sibi adire permittat, ardenter petit. Annuit illa, adducitque hominem intro. Ubi autem videt, jacentem filium Marcelli aspectu statim excitari etiam atque etiam rogat, ut sorbitiunculam ei præbeat; si forte ab illo accipiat, quod præ in-

sumpta ad ejus nomen potione sanato,

genti fastidio ab aliis sumere recusabat. Libentissime id facit Marcellus, acceptamque scutellam paratæ potionis porrigit adolescenti; eique ad aurem accedens ait, P. Philippus salvere te maxime jubet. Haurit ille poculum, quod antea facere non potuerat; auditoque Philippi nomine recreatur. Iterum autem Marcellus, priusquam ab eo discederet, in aurem insusurrans dixit: Memineris, fili, quod Philippo jam spopondisti, te Christo nomen daturum. Memini enimvero, inquit ille, & sane efficiam, si vita

C

Christo denique adjungit;

comes fuerit. Hæc omnia Philippo Marcellus refert: cui Pater; Ne dubita, precibus illum apud Deum juvabimus. Nec ita multo post convaluit ægrotus, & cum germano fratre ad Philippum rediit, amboque ejus opera ad Christum adjuncti sunt.

alterius quoque à se conversi patrem

53 Alium præterea ex eadem gente, tum auctoritate, tum facultatibus, tum etiam doctrina præcipuum, ad Christianam fidem traduxit: qui deinde solenni ritu in Vaticana Basilica baptizatus est. Cum autem hujus pater in Judaico errore perstaret, nec tamen à filii consuetudine divelli posset, Gregorius XIII Pontifex Max. qua erat vigilantia & solicitudine in Dominicum gregem, Philippo dixit, non multum sibi probari, quod filius nuper ad fidem conversus cum Judæo patre tam frequens esset, ne quid

D

forte detrimenti ejus religio pateretur. At vero Philippus, ob eam maxime causam hoc se illi permittere dixit, quod pro certo haberet, ex filii consuetudine patrem quoque ad Christianam religionem adductum iri. Nec fefellit eventus: quippe ea occasione ad Philippum deductus, ubi illum de Christianæ fidei mysteriis differentem audivit, ejus verbis & simul eximiæ probitatis exemplo incitatus, Christo nomen dedit.

convertendum prædicit:

ejusque nepotes quatuor

54 Post annos aliquot hic ipse quatuor nepotes suos adolescentes, parente orbatos, ex Hebræorum septo extrahendos curavit, ut errantes oviculas ad Christi caulas aliqua ratione traduceret. Igitur quodam die ad Philippum adduxit, qui ad Vallicellanas ædes migraverat, ab eoque leniter accipiuntur; sed de rebus fidei verbum nullum. Denique multis post diebus cum ad eum venissent vespere, hortatur illos, ut Deum Abraham, Isaac, & Jacob suppliciter orent, ut eorum menti lumen offerat ad veritatem penitus cognoscendam: id ipsum à Domino se precibus omnibus petiturum, ac postridie mane oblaturum in eam rem Missæ sacrificium, & vim Deo facturum. Interea patruus, & ipse per se & Patrum nostrorum officiis adhibitis, qui per summam caritatem eos ad se domi receperant, à patria

E

domū receptos, Missa pro eis facta convertit.

perfidia revocare studebat, sed frustra: quandoquidem, admotis licet undique machinis oppugnati, pervicacissime resistebant. Ecce autem proximo die, dum in privato sacello Philippus de more Sacrum facit, repente mutata voluntate, quam antea respuerant medicinam libenter accipiunt, & citra ullam contradictionem Christo se nomen daturos affirmant. In qua quidem sententia deinde tam fortiter perstitere; ut nec matris blanditiis precibusque, nec cognatorum frementium minis ab ea dimoveri potuerint. Tum enimvero Petro Consolino aliisque hominibus nostris in mentem rediit, quod ex Philippo pridie vesperi audierant, postridie se rem divinam pro ipsis peracturum, & vim Deo facturum.

Paulo post eorum unus depositum à medicis

55 Dum hæc geruntur, omnesque pariter apud nostros Christianę fidei mysteriis & precibus rite instituuntur; ex iis unus acuta febri & gravi capitis dolore correptus, sexto postquam decubuerat die, in summo versari vitæ discrimine censebatur: quamobrem Patres de eo baptizando cogitabant. Hac ipsa die sub vesperam ad illum venit Philippus, ejusque fronti & pectori imponens manum; Nolo, inquit, te hoc tempore mori: Hebręi enim per tribules suos statim jactarent, Christianos per summam impietatem mortem tibi attulisse. Igitur proximo mane mihi per aliquem in memoriam omnino redigas velim, ut inter sacrificandum preces ad Deum pro te offeram. Audivit hæc Petrus Consolinus, statimque ad ægrotum, Bono animo es, fili, certam sanitatem expecta: nam senex iste mira hujusmodi opera non semel patravit. Nocte insequenti ingravescere visus est morbus, nedum se remittere: quapropter Hieronymus Cordella, nobilis ejus temporis medicus, cum venisset vidisset que rem prope desperatam, ejusdem patruo libere dixit, adiret quam primum adolescentem, siquidem ejus vita in extremum adducta erat.

F

mori vetat:

factaque pro eo Missa

56 Interea advenit hora, qua Dei servus Missam celebrare consueverat. Tum vero Consolinus ad ægrotum venit, rogat, velitne Philippo ad memoriam revocari, quod ipsemet jusserat pridie vesperi. Cumque ille affirmaret id sibi optatissimum esse; ad Patrem adit, qui jam in procinctu stabat ad sacrificandum. Res mira! Peracto mysterio adolescens ex morbo lectoque consurgit, & contra omnium opinionem pristinæ valetudini restituitur. Itaque superveniens patruus, febrem ex toto recessisse comperit;

sanum reddit,

perit; à prandio deinde cum rediiſſet ad eum medicus, exploratoque venarum pulſu, certo convaluiſſe perciperet; rei admiratione commotus; Vos, inquit, medicos habetis domeſticos, atque extraneos quæritis? Poſt paulo per viam; cum Joannem Baptiſtam Martellum, civem & amicum ſuum, offendiſſet; Magnum quid, ait, & maxime mirandum accidit mihi hodie mane in ædibus Vallicellanis: ægrotum viſito, in ultimum vitæ periculum jam adductum; hunc ipſum modo excuſſa febre ſalvum & incolumem reperio, ut plane non nihil loci mihi datum ſit dubitandi, ne non Patres illi jocati mecum voluerint, ſanumque ſuppoſuerint pro infirmo. Tum vero Martellus, Profecto Philippi opera morbus evanuit. Cui medicus, Hoc enimvero magnis miraculis adſcribendum eſt: & certe Philippus inter præcipuos Sanctos eſt recenſendus.

admirante ſupra modũ medico.

Illo cum fratribus baptizato,

57 Sub noctem deinde beatus Pater ad juvenem venit, eique ad aurem accedens ait; Fili, migrandum quidem tibi nunc erat ex hac vita, ſed ego nolui; ne qua matri tuæ daretur occaſio obloquendi, quaſi vitam tibi crudeliter eripuiſſemus. Duobus poſt menſibus, natali die Sanctorum Simonis & Judæ, in Baſilica Lateranenſi, tum ipſe, tum alii etiam fratres ſacro Baptiſmo rite luſtrantur à Clemente VIII Pont. Max. non ſine ingenti omnium lætitia ac gratulatione. Hos deinde domum reverſos, ablutos & ſanctificatos, lætiſſimo vultu Philippus excepit: atque longe alios rediiſſe, quam abierant; ſiquidem Angelicam quamdam puritatem & pulcritudinem eos præſeferre, Patribus dixit. Vix dum autem ſalutari fonte abluti fuerant, cum de matris ſalute ſoliciti, ad rectam fidei ſemitam omni ratione eam revocare ſtuduerunt. Quapropter, pluribus adnitentibus, denique Superiorum permiſſu, ex Hebræorum ſepto in ædes Juliæ Urſinæ Rangonæ, pari nobilitate ac pietate fœminæ, deducendam curarunt. Id quod cum Philippo retuliſſent, quæreretque ex eo, quidnam de illius converſione futurum exiſtimaret; libere dixit; nequaquam illam tunc ab avitis inſtitutis diſceſſuram, idque nullo pacto expedire, quandoquidem poſtea uberiore cum fructu Chriſto nomen datura eſſet. Nec vana fuit prædictio: quinque enim poſt annos, tum ipſa, tum alii etiam ipſius propinqui & neceſſarii quatuor & viginti, Chriſtianam religionem ſuſceperunt: quod procul dubio ſperandum non fuerat, ſi tunc illa ſe Chriſto addixiſſet, cum filii id maxime exoptabant.

matrem ſolum quinto poſt anno convertendã prædixit.

58 Multos præterea hæreticos, quorum nominibus parcitur, qua tempeſtivis diſputationibus monitiſque, qua vitæ morumque ſimplicitate, ad ſacra Quæſitorum Tribunalia volentes adduxit; ejuratiſque ſecreto erroribus, cum ſancta Romana Eccleſia in gratiam fidemque reſtituit. Ex his unus, cui Palæologo cognomen erat, quod nova quædam & pernicioſa dogmata diſſeminaſſet, allaque nefaria ſcelera admiſiſſet, comprehenſus; priuſquam in eum lege ageretur, adhibitis multorum officiis & diligentiſſima curatione, cum neque argumenta, neque adhortationes, neque minæ ad ejus ſalutem quidquam proficerent, ſed in hæretica pravitate perſeveraret; morti denique deſtinatus, ac vivus igni addictus eſt. Jamque ad ſupplicium ducebatur; cum ad Philippum res defertur. Sedebat tum forte in eccleſia S. Hieronymi ad Confeſſiones excipiendas. Itaque, ut erat de proximorum ſalute vehementer ſolicitus, continuo de ſubſellio ſe proripit (commota quippe ſunt viſcera ejus) ad illum advolat, in medium populum medioſque ſatellites audacter prorumpit, cumque eum amplexatus ſicut Joſeph recidiſſet in collum fratris ſui minoris, debili ſpiritus ardore loquitur ad cor ejus.

Hæreticos multos reconciliat,

Palæologum pertinacem,

cum ducerentur ad rogum,

59 Jamque ad ſupplicii locum prope perventum fuerat, cum ſanctus Pater divina quadam auctoritate conſiſtere lictores ceteroſque miniſtros jubet; nec quidquam ultra moliri. Hi vero partim verborum pondere, partim imperantis reverentia perculſi, ſtatim obtemperant. Tum miſer ille, cum jam Dei beneficio & Philippi opera ad ſe rediiſſet, ejuſdem juſſu deſumptum forte ex prima taberna ſcamnum conſcendens, prioremque pertinaciam gemebundus agnoſcens; voluntaria & publica abjuratione errores deteſtatur, ingenti tum gaudio tum admiratione omnium, qui ad id ſpectaculum frequentiſſimi venerant, intentiſque oculis rei exitum expectabant. Facta deinde, eodem Philippo intercedente, à Magiſtratibus poteſtate, in carcerem reducitur. Hic vero Pater amantiſſimus; præter ea quæ juſſu ſacrorum Quæſitorum in dies ſingulos illi ad victum miniſtrabantur, magnam pecuniæ ſummam à Gregorio XIII Pontifice Max. attribuendam curavit: utque hominem in propoſito contineret, ad eum quotidie venire conſueverat, deque iis præſertim habere ſermones, quæ cordis compunctionem excitarent. Ad hæc, ut ſuperbum illum ac procacem faſtum, qui proprius hæreticorum eſt, veluti ſub jugum mitteret; Beatorum Joannis Columbini & Jacoboni Tudertini res geſtas legendas tradidit. Aiebat enim; licet ad convertendas ad Chriſtum iſtiuſmodi animas, ingenii ac doctrinæ præſidia requirantur; tamen propoſitâ Sanctorum vitæ morumque innocentiâ, plus multo quam litteris aut diſputationibus profici.

Ab HIERÓM. BARNABÒ ex MS.

abjurato errore reſipiſcentem.

diu fovet inſtruit,

60 Igitur Philippi tum patientia tum obſequiis Paleologus adeo delinitus eſt, ut dolere ſe vehementer dixerit, quod tanti viri bonitatem & ſanctitatem tam ſero cognoviſſet. Verũ, quæ humana inconſtantia eſt, haud diu in ſententia manſit. Non enim multo poſt in fide nutare cœpit, rediitque ad opinionum inſaniam: quod & Philippus ipſe præſenſerat, & ſuis non ſemel aperte ſignificaverat, dicens; ejuſmodi converſionem numquam ſibi plene placuiſſe. Nec tamen fidei ſalutiſque ſuę deſertorem deſerere potuit Pater, quin etiam perſeverantibus officiis & diligentiſſima curatione, orationibus ac gemitibus inenarrabilibus, à furore illo & inſania, iterum ad ſanitatem & officium reduxit. Nihilominus poſt duos annos, tamquam relapſus in hæreſim, capite plexus eſt: eique morituro, magna cum ſpe ſalutis æternæ, Cæſar Baronius & Joannes Franciſcus Bordinus, Philippo jubente, adfuere.

qui tamen bis relapſus

denique cæſus juxta eſt ad pilam mortuã.

CAPUT VI.

Pro Catholica Fide tuenda Cæſarem Baronium Annales Eccleſiaſticos ſcribere jubet.

61 Neque vero ardens iſtiuſmodi ſtudium Catholicæ religionis propagandæ intra Urbem dumtaxat continere ſe potuit, ſed ad alias etiam remotiſſimas terras longe lateq; manavit. Cum enim Dei ſervus perſpiceret, novas hæreſum peſtes per Septentrionalem oram quotidie latius ſerpere, urbeſque præcipuas contagionibus malorum inficere; veſenti morbo omni ope occurrendum putavit. Cumque res cominus geri non poſſet, inſtinctu afflatuque plane divino rationem invenit, qua eminus etiam Chriſtianæ reipublicę perniciem atque exitium averteret. Igitur cum Oratorium jam inſtituiſſet, de quo ſuo loco dicturi ſumus, ibique quotidie de rebus divinis ſermones ad populum haberentur; conſtituit, ut unus ex iis qui ſermocinari conſueverant, Eccleſiaſticam hiſtoriam ab origine prima repeteret; ſervatoque

CAP. XII Ad Centuriatorum Magdeburg. confutationẽ

A. HIERO. TARNABEO EX MS. *Sectiones de Hiſtoria Eccl. habendas,*

ſervatoque temporum ordine, ad finem uſque perſequeretur; ad cognoſcendam nimirum ex vero venerandam illam Religionis Chriſtianæ antiquitatem, Sanctorum Patrum & Synodorum actarumque in Eccleſia rerum veritatem, certam annorum ſeriem, & perpetuam Romani Pontificis in Apoſtolica Cathedra ſucceſſionem. Hac enim potiſſimum ratione futiles & commentitias novatorum Magdeburgenſium fabulas facile retectum iri ſperabat, qui nuper lusque deque volventes omnia, nefario plane auſu Catholicæ veritati tenebras offundere tentaverant.

ſuadet Cæſ. Baronio,

62 Fuit is Cæſar Baronius, vir noſtris laudibus major, cujus de vita & moribus alibi traditum eſt. Hunc itaque Philippus hortatur, ut veteres rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores percurrat, & ab adventu Salvatoris ad noſtra uſque tempora, quo modo, & per quos Chriſti Eccleſia nata ſit & adulta, perſecutionibus creverit, martyriis coronata fuerit; & poſtquam ad Chriſtianos Principes venit, potentia quidem & divitiis major, virtutibus vero paulatim facta ſit minor, in Oratorio referat. Perculſus inopinata re Cæſar ſeſe Philippo excuſavit, tum quod tanto oneri impares vires ſuas exiſtimaret, tum quod de rebus, homini noviſſimis, ad populum verba facere, in eodemque argumento fere plerumque verſari ſoleret; quandoquidem ad permovendos animos pietatemq; excitandā id maxime accommodatum putabat. Nec tamen Philippus excuſationem admiſit, ſed quotidie magis magisque inſtare cœpit, ut ad opus quam primum accederet. Denique ubi hominem videt, conſilia hujuſmodi declinantem, variisque excuſationibus dies extrahentem; pro imperio jubet, ut omiſſis omnibus operi manum admoveat, & ad Eccleſiaſticam hiſtoriam perveſtigandam, narrandam, demum etiam ſcribendam, totum ſe conferat.

ſequè excuſanti id ipſum imperat:

B

63 Hoc dicto pertimuit Cæſar, atque ancipiti formidine preſſus, propemodum hæſit: hinc namque præceptum Patris urgebat, illinc operis moles obſtabat: quamobrem, quo ſe verteret, non habebat. Igitur ingenii ſui hebetudinem tarditatemque prætexere, aſſiduas occupationes excuſare; non defuturos qui res Eccleſiaſticas melius multo contexerent; quin etiam Onuphrium Panvinum, ea tempeſtate virum eruditiſſimum, operi manum jam admoviſſe; proinde homini illitterato omniumque rerum imperito, dicendi ſcribendique de rebus graviſſimis onus ne injungeret. Plura ille dixit, oravit, rogavit; ſed fruſtra: ſiquidem Philippus, conſulto & propitiato jam Numine, futura longe proſpiciens, Tu, inquit, juſſis obtempera, omitte cetera. Arduum tibi ac difficile opus videtur? Spera in Deo, & ipſe faciet. Hic ſane Cæſar in ſummas anguſtias adductum ſe ſenſit. Etenim, qua mente Philippum non audiret, jam non hortantem, ſed aperte præcipientem? Rurſum vero, quibus humeris quibusque viribus impoſitum ſibi onus munusque reciperet, quod ſuſtinere omnino non poſſet?

qui rem conatur rejicere in Onuphrium Panvinum,

ſed fruſtra,

C

64 Inter has ergo curas cum hæſitaret, cum cunctaretur; adfuit illi clementiſſimus Dominus, & bonitatis ſuæ lumine tenebras omnes disjecit. Nocte quadam adire ſibi viſus eſt Onuphrium Panvinum, per eos dies (quod modo diximus) hiſtoriam Eccleſiaſticam contexentem; eumdemque rogare, obſecrare, ut inceptum opus perageret ad finemque perduceret: ſed abnuere illum, & ab ejus ſermone ſe totum avertere. Cumque fruſtra hominem precibus ac rationibus fatigaret, repente vox ſonuit: Quieſce, Baroni, Annales Eccleſiaſticos ſcribere oportet te, non autem Panvinum. Hanc vero Philippi vocem fuiſſe, tam certum habuit Cæſar, ut diluculo ad eum adierit, ac rem totam narraverit: quamquam ille, ut ſolebat, admirabili dexteritate prætexens, Apage te, inquit, cum tuis iſtiuſmodi ſomniis. His denique victus Cæſar dedit manus, omnique ſpe rei bene gerendæ in uno Deo repoſita, ad res Eccleſiaſticas perveſtigandas omne ſtudium curamque convertit. Hanc ipſam hiſtoriam deinde in Oratorio narrandam ſuſcepit, perque annos triginta ſepties jam repetitam, jubente eodem Philippo demum ſcribere cœpit; & quid quoque anno ac tempore actum ſit, in tanta vetuſtate, non modo rerum, ſed etiam auctorum, tam feliciter digeſſit, ut ejus laus & fama univerſum Chriſtianum Orbem impleverit. Porro tantæ molis opus, non tam Baronii labore atque induſtria, quam Philippi apud Deum precibus atque auxilio perfici potuiſſe, Baronius ipſe, ad Cardinalatum evectus, poſtquam ille migravit ad Superos, ſtatim præclaro monumento teſtatus eſt: quod octavo Annalium ſuorum Tomo præfigi, ac beati Patris ſepulcro affigi voluit, ad poſterorum memoriam ſempiternam. Hoc idem nos quoque huic Capiti inſerendum exiſtimavimus, quod & rem ipſam maxime oſtendat, & ejuſdem Philippi luculentiſſimam habeat laudationem.

D

denique ipſum aggreditur feciſſimo ſucceſſu,

quem Sancto acceptū referens:

65 Cæſaris Baronii, S.R.E. Presb. Cardinalis tit. SS. Mart. Nerei & Achillei, & S. Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarii, pro Annalibus Eccleſiaſticis beato Patri Philippo Nereo, Congregationis Oratorii Fundatori, gratiarum actio.

ante Tom. 8 ipſum ei offert,

E

Quod de his quæ ſpectant ad Eccleſiaſticorum Annalium ſcriptionis primam originem atque progreſſum vix pauca hactenus attingere licuit, ut involviſſe obſcuritate potius ea, quam explicaſſe viſi fuerimus, eo quod adhuc ſuperſtes is eſſet, de quo dicendum erat, qui non ſolum ſuarum laudum eſſet contemptor ſed acerrimus hoſtis; eo ad Superos evocato, ipſa quibus detinebatur compedibus oratio libera, ſecure per latum campum acceptorum ab ipſo beneficiorū excurrat. Eſt enim majorum noſtrorum jucunda memoria, à quibus, tamquā ex uberrimo fonte, innumera nobis bona copioſe fluxere. Sed & eſt proficua ipſa Patrum noſtrorum, ſanctorum virorū, recordatio; quod admoneat, nos non debere ab eorum virtutibus eſſe degeneres, ſecundum divinum illud Oracullum: Attendite ad petram, unde exciſi eſtis, & ad cavernam laci, de qua præciſi eſtis: attendite ad Abraham patrem veſtrū, & ad Saram quæ peperit vos.

gratitudinis ergo,

Iſaiæ 51.

66 Verum quæ jucunda atque proficua, eadem eſt & neceſſaria commemoratio eorumdem, à quibus ſumus & maxima beneficia conſecuti, ne ex ſilentio vel oblivione turpiter redarguamur ingrati. Sane quidem generatim cuncta, quæ filiis proſpere feliciterque obveniunt, ea accepta ferenda eſſe parentibus, ſæpe divinis litteris admonemur; potiſſimum vero illa, à magno Patriarcha Jacob impertita Joſeph benedictione, qua inter alia iſta divinitus dicta narrantur: Sedit in forti arcus ejus, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Jacob: inde paſtor egreſſus eſt, lapis Iſraël. Cum igitur cuncta proſpera Joſeph, potenti manui Jacob adſcribantur, qui non ſolum abeſſet quam longiſſime, ſed jam eum deploraſſet mortuum planxiſſetque occiſum; quid nobis de Patre illo dicendum, qui in omnibus præſens & adjutor exiſtens, imprimis Apoſtolico ſpiritu nos ſæpe parturiit; & ab ipſa adoleſcentia ejuſdem ſpiritus fræno coërcuit, cohibuitque à lubrico juvenilis ætatis, procurrentis ad malum; atque reddidit indomitum pullum, divinis legibus obſequentem, ſuper quem & Chriſtum fecerit conſidere?

F

tamquam filius patri.

Gen. 49.

67 At cum nos multiplici nomine ipſi longe plurimum debeamus; de his modo quæ ſpectant ad Annalium quam habemus præ manibus ſcriptionem, extet ei, tamquam inſtitutæ omnis lucubrationis noſtræ

ne quid ſibi videatur tribuiſſe,

A noſtræ auctori, iſta ſemper vivens, ſemper loquens gratiarum actio, monumentis perpetuis conſignata. Æquum eſt enim, & animi humiliter de ſe ac modeſte ſentientis, per quem profecerit, profiteri: iniquum vero & arrogans, ſuis viribus plus ſatis adſcribere. Qui enim magis, quam par erat, ſibi tribuit atque dixit; In fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi; acerbum illud accepit à Deo ultore reſponſum: Numquid gloriabitur ſecuris in eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum à quo trahitur? Moxque addita eſt commination vindicta, quam & ille quoque infelix expertus eſt, qui eadem de cauſa, è regio ſolio dejectus, inter beſtias exulavit. Is.10,15

fatetur Philippum ſibi fuiſſe auctorem,

68 Quamobrem, quod mortales omnes æterna Sapientia Chriſtus ipſe Redemptor noſter edocuit, cum de Patre ad Philippum ſic locutus eſt, dicens; Pater, in me manens, ipſe facit opera; de Patre Philippo & nos ingenue profitemur. Non quod gloriemur in homine, & non in Deo; ſed ut per quem tanta beneficia largitus eſt Deus, Dei cooperatorem hominem demonſtremus: ſicque ut Deo, ita & hominibus grati ſimus. Ipſe enim divini quodam impulſu Spiritus iſta facienda præcepit, non ſecus ac Moyſes, qui quod vidit Tabernaculi exemplar in monte, faciendum illud indixit opifici. Ejuſdem namque Patris noſtri iteratis ſæpius juſſionibus, ſumus nos tantum opus aggreſſi, inviti licet ac renitentes propriisque diffiſi viribus; ſuſcepimus tamen, tamquam divino parentes imperio: quo quidem ipſe adeo opus urgebat, ut ſi quando nos tantæ molis pondere ſuperati deſiſteremus à cœptis, ſtimulis acerrimæ reprehenſionis impelleret. Ioa.14,10

B

ductum zelo pro Dei Eccleſia,

69 Exæſtuans tu quidem (ad te enim, Pater, orationem converto) exæſtuans, inquam, zelo Eccleſiæ laborantis; ubi mente illâ tuâ, divino perfuſâ lumine, ac prophetico (dicere liceat) afflatâ ſpiritu, vidiſti è portis inferis in Eccleſiæ detrimentum egreſſas eſſe centurias ſatanæ; ex adverſo conſurgens, pro domo Iſraël præliaturus prælia Domini; non majori vel pari ſaltem numero militum, compenſato certamine decernendum putaſti; ſed probe ſciens, quod quæ infirma mundi ſunt eligit Deus, ut confundat fortia; puerum tuum, Fratrum minimum, & hebetioris ingenii delegiſti, quem unum eumdemque inermem tot objiceres armatis hoſtibus. Et aliud agere ſimulans, non latum campum ad prælium, ſed ad experiendas vires anguſtum ornaſti locum palæſtræ, ipſum videlicet ſacrum Oratorium S. Hieronymi, ubi inter quotidianas de rebus divinis collationes, illud à nobis ſymbolum exegiſti, quo res geſtas Eccleſiæ in medium afferremus. Quod tua juſſione ſemel cœptum, ad triginta annorum ſpatia eſt feliciter propagatum, ipsâ integrâ rerum geſtarum ſerie, dicendo, jam ſepties in Oratorio repetitâ.

quando juſſit enarrare hiſtoriam ſacram,

C

70 Adſtabas igitur operi, urgens præſentia; inſtabas verbis, durus ſemper (ignoſcas ſi hoc dixero) diurni penſi exiſtens exactor; adeo ut piaculum putares, ſi interdum ad alia narranda divertiſſem, dum nec minimum quidem ab inſtituto deflectere patereris. Sæpe vero & in eo humani aliquid paſſus ſum, fateor; cum nondum intelligens, rem ipſam occulte abs te apud Deum precibus confici, meas ipſe metuens vires, quererer, mecum fere agi tyrannice, quod non ſolum aliquis non jungeretur ex Fratribus, qui ad collaborandum eidem ſubjiceret collum jugo; ſed multiplicato labore, nec datis paleis, multiplex opera exigeretur: cum, inquam, & adhuc alii ad ſuſceptum munus negotiorum faſces imponerentur, cura videlicet animarum, publicum de ſuggeſtu miniſterium verbi Dei, præfectura domeſtica, præter alia quam plurima, quæ inopinate & importune moleſtiores quotidie ingererent interventores: adeo ut tu vel iſta faciens, vel fieri ab aliis patiens, nihil minus velle videreris, quam quod plus primum velles. A. HIERO. BARNABAS EX MS.

inter alias occupationes varias,

71 In quo quidem viſus es imitatus Eliam, dum congreſſus cum Sacerdotibus Baal, eos expugnaturus per ignem cælitus implorandum, qui propoſitam victimam inflammaret atque conſumeret; in contrarium niſus, eamdem quatuor aquæ hydriis tertio voluit affluenter aſpergi, quo magis ſumma Dei potentia innoteſceret. At vero alia ex parte cum prompto animo idem tu ipſe, ad præſtandum auxilium, precibus tuis manum fortiſſime admoviſti; viſus es ſecutus Heliſæum, qui manum ſuam Regis manui ſuperimponens in emiſſione ſagittæ, fecit eum eſſe totius Syriæ percuſſorem. Quo pariter ſymbolo tu mecum agens, manui meæ debili tuam validiſſimam jungens, obtuſum ſtylum in ſagittam ſalutis Domini, contra inſultantes Aſſyrios, convertiſti. Quod ſicut verum, ita pulcrum ac jucundum eſt mihi de te publice profiteri. *imitatus Eliam & Eliſæum.*

& Baronii manu niſi,

72 Pugnaſti tu quidem, ſed aliena manu, uſitato more tuo: qui cum admiranda operari conſueveris, mirandus tamen numquam voluiſti apparere; nihil tam ſolicite cavens, quam nequid de te magnifice diceretur; operimento ſtultitiæ ſæpe operiens ſapientiam, juxta pervulgatum illud & celebratum mentique tuæ infixum penitus Apoſtolicum paradoxum: Qui vult ſapiens eſſe, ſtultus fiat. Ita quidem ut nullis compedibus blandientis ſeculi tenereris; exemploq; David ad tempus ora mutantis, magna dona ſpiritus occultares, quæ ſunt infirmitatis humanæ foris oſtentans; ſciresque ſecundum Apoſtolum; Abundare & penuriam pati: ut cum ipſo dicere poſſes, Sive mente excedimus, Deo; ſive ſobrii ſumus, vobis; atque exemplo cognominis tui Philippi Diaconi, pro ratione temporis, vel inhæreres hominibus, ipſorum ſaluti conſulens, vel magno impetu ſpiritui venienti vela panderes. E 1 Cor.3. Philip.4. 2 Cor.5.

quare hic ei mortuo ceterùm ad ſepulcrum anathematis.

73 Sed quam tu vivens in Chriſti ærarium gloriam copioſiſſime intuliſti, poſt migrationem ex hac vita, aucto multiplici fœnore, ipſe rependit. Siquidem ubi laguncula terrea fracta eſt, quæ latebat intus, ſua claritate refulgens, lampas apparuit; & quæ abſconſa erat ſub modio lucerna ardens & lucens, ſuper æternitatis altum candelabrum exaltata, perſpicua facta eſt, miraculorum fulgore coruſcans. Tunc enim & quæ vivens edideras, ſed occultaveras, mirifica ſigna ſunt cognita, & alia quamplurima recens edita patuerunt. Splendet, vile licet adhuc, utpote temporarium, ſepulcrum tuum votivis tabellis, & ex pretioſo metallo ſignis affixis, tuorum miraculorum indicibus; quibus magis quam pretioſorum marmorum cruſtis, vel Ægyptiis pyramidibus & obeliſcis effulget, majus decoris indies accipiens incrementum ab iis, qui nova beneficia conſecuti inferunt nova ſigna. Detur & mihi locus (vos Fratres appello, qui pia ac nobili corona ejus cingitis monumentum) ut hæc mea gratiarum actio, tametſi acceptis beneficiis longe impar, eidem adhæreſcat affixa ſepulcro; ita tamen ut per orbem terrarum, quocumque iidem feruntur Annales, excurrat. Mobilis ſit ipſa atque vocalis ſculpta columna, quæ amplis notis ipſum prædicet Annalium primum auctorem & architectum; ut ſi quem ex eis mortales fructum ceperint, ipſi imprimis omnes gratias agant. Stet, inquam, mea iſta profeſſio, velut indelebile, eidem ſepulcro inditum, Epitaphium; cupiens & ego ipſe eidem inhærere viva tabula, quæ formata penicillo ipſius precum, integram referat ejus ſanctitatis imaginem. F *ibidem affigit gratiarum actionem.*

74 Age jam, Pater (te rurſum, tamquam præſentem,

sentem alloquor, dum eum vides, qui præsens ubique adest) Age, inquam, fave operi tuo: & ut tibi in omnibus victoria adscribatur (quod Joab scripsit ad David) veni, & quod reliquum est, confice prælium; cæleste desuper tuis precibus move militiam, ut debellatis tandem penitus hostibus, triumphale carmen Deboræ concinamus: De cælo dimicatum est contra eos, stellæ manentes in ordine suo adversus Sisaram pugnaverunt. Me vero filium tuum, quem degens in terris assiduo fovisti præsidio, vigilantia custodisti, consilio gubernasti, patientia toleravisti; vivens in cælis fortioribus protege patrociniis: ampliora mihi crescant de tua, jam perfecta & in omnibus consummata, caritate subsidia. Sed & quod à Basilio se Gregorius Theologus consecutum affirmat, ut eum etiam post obitum habuerit monitorem, hoc nobis abundantius præsta; ut te ipso adhuc etiam vitæ meæ moderante habenas, quod reliquū est labilis hujus curriculi senectutis, inoffenso pede percurrā; perveniamque tandem, post labores bene perfunctos, ad beatam illam requiem, qua tu modo frueris, in Patre, & Filio, & Spiritu sancto, quibus in unitate perfecta semper sit laus, honor, & gloria, in secula seculorum. Amen.

A. Hiero Barnabeo ex Ms.

& reliquē opus absolvendum esset.

Iud. 5.

B

Eumdem Baronium Sanctus inducit,

75 Hactenus Baronius. Nec prætereundum hoc loco nobis est, quod Philippus ipse, paucis ante diebus quam evolaret ad cælum, eumdem Baronium admonitum voluit. Etenim quodam die ad se illum cum evocasset, in hunc modum allocutus est: Scito, Cæsar, hoc maxime nomine tibi humiliter sentiendum, quod Annales composuisti. Siquidem Dei munere & singulari beneficio, non tuis viribus aut industria, conscripti sunt. Quod idem sæpius iteravit Pater. At ille: Equidem scio ac fateor, secundum Deum id totum me tibi debere atque orationibus tuis. Ob eam ipsam causam, ut scilicet nostri temporis Novatores prosterneret ac profligaret, Dei servus eidem, antequam Annales in lucem ederet, nominatim præcepit, ut ad Romanum Martyrologium Commentarios & vere aureas illas Notationes conficeret, quibus demum Ecclesiastica veritas clarius appareret, & leviſſimorum hominum fabulæ, velut ad solis radios nebulæ aut caligo, diffluerent. Id etiam causæ extitit, quod per eadem ferme tempora ex Patribus Congregationis Thomas Bozzius luculenter scripserit de Signis Ecclesiæ Dei, itemque Antonius Gallonius Vitas Sanctorum congesserit, quamquam morte præventus egregium opus absolvere non potuerit.

ad scribendas notas in Mrl. Romanum,

& alios ad alia opera.

C

CAPUT VII.

In ædibus Caritatis spirituales exercitationes instituit: ecclesiam Florentinæ nationis regendam suscipit.

57 CAP. XIII. *Oratorio condito, discipulos suos*

INter hæc, cum quotidie majorem in modum crescceret multitudo eorum, qui se Philippo exercendos colendosque tradebant; nec jam capi possent ædibus, quas (ut diximus) Dei servus ad cubiculum suum adjunxerat; anno post Christum natum MDLVIII, facta sibi potestate, supra dexterum templi fornicem, ampliori & commodiori loco, Oratorium suo sumptu extruendum curavit. Hic igitur quotidie à prandio spirituales agitare cœtus, & suavissima de rebus divinis cum suis habere colloquia, eosque ad Christianam virtutem laudemque incitare cœpit; mox in apertum educere, & siquidem festi atque solennes dies essent, in templum aliquod cum iisdem pariter se recipere; ibique aut Vesperarum aut Completorii officiis interesse, aut concionantem aliquem audire; maxime autem Vincentium Herculanum Perusinum, ex Dominicana familia religiosissimum atque doctissimum virum, qui per hos dies in ecclesia S. Mariæ super Minervam Psalmū quinquagesimum frequentissimo auditorio explanabat; deinde creatus Episcopus, magna cum integritate & sanctimoniæ laude, Perusinam Ecclesiam administravit.

sedulo exercet à meridie,

D

77 Hic itidem Philippus non multo post, salutarem familiarium sermonum usum, & sub vesperam meditandi orandique morem induxit, & primus ex omnibus quotidianum verbi Dei pabulum in Urbem invexit; ac magno Christianæ Reipublicæ commodo restituit sacros conventus, olim in principe magistraque Orbis terrarum Ecclesia, Apostolico ritu, institutos. Erit autem operę pretium hoc loco Baronium audire, jam tum vivente Philippo singillatim omnia enarrantem, & veluti rem oculis subjicientem. Cum enim in primo Annaliū Tomo sacros illos conventus describeret, qui initio nascentis Ecclesiæ ex & quotidianos Apostoli præscripto celebrabantur; Divino plane consilio factum est, inquit, ut nostra ætate ante annos triginta, ad ejusmodi Apostolici cōvētus formā, magna ex parte, atque ea potissimum quæ ad audientium ædificationem ex divinarum rerum sermonibus comparata, ad profectum Ecclesiæ peragi mandavit Apostolus, in Urbe fuerint instituta [exercitia spiritualia], operâ in primis R. P. Philippi Nerii Florentini, qui tamquam sapiens Architectus posuit fundamentum; & ejus in Christo alumni R. P. Francisci Mariæ Taurusii Politiani, qui in his videbatur esse dux verbi.

ibidem orationem vespertinam instituit.

de divinis sermones

E

Unde Congregatio Oratorii cœpta nuncupari.

78 Horum igitur studio & industria institutum primitus fuit, ut per singulos ferme dies, qui ardentiori studio Christianam vitam excolerent, ad Oratorium sancti Hieronymi convenirent (ex eo namque & nostro Collegio nomen est inditum, ut Oratorii Congregatio diceretur) ubi hoc ordine religiosus haberetur conventus. Præmissa imprimis silentio facta precatione, ex Fratribus aliquis lectionem auspicaretur ad permovendos animos ad pietatem accomodatam. Inter legendum etiam, qui præesset Pater, solitus esset interloqui; ac eadem, quæ dicta essent, accuratius explicando, ampliando, ardentiori studio in audientium corda insinuando, interdum etiā aliquorum ex Fratribus quid de ea re sentirent rogando sententiam, in modum fere dialogi sermonem ad horæ spatium magna audientium alacritate perduceret: ejusdem jussu postea suggestum gradibus sublimiorem conscenderet ex Fratribus aliquis, qui ex vitis Sanctorum probatis atque receptis, divinaque Scriptura & Sanctorum Patrum sententiis, absque fuco vel pigmentis intextam orationem haberet: qui huic succederet, eodem plane dicendi genere, sed diverso argumento sermonem diceret: demum tertius his accederet, qui historias Ecclesiasticas ordine temporum enarraret. Quibus, dimidiæ horæ spatio singulis ad dicendum concesso, mira audientium utilitate pariter ac voluptate perfunctis, cantato hymno & repetitis iterum precibus, conventus jam absolveretur.

cum magna utilis argumenti varietate.

F

quod & alii alibi imitati,

69 Rebus igitur in hunc modum dispositis, atque Romani Pontificis auctoritate firmatis, visa est pulcra illa conventus Apostolici facies pro ratione temporum reddi; cui adgaudentes probi omnes, complures ex ipsis inde mutuati exemplum, aliis in locis eadem pietatis officia instituere ac propagari conati sunt. Hæc Baronius, ex quibus prima Oratorii nascentis origo clare demonstratur. Ad has porro exercitationes, quas profestis diebus Philippus assignaverat, alias quoque festorum proprias adjecit. Siquidem mane adeuntibus ad illum suis præscripsit, ut

Docet etiam suos,

sacra

A *Sacramenta frequentare,*

sacra Confessione expiati, orationi ac meditationi vacarent; Sacrificio deinde rite peracto, cælesti Cibo reficerentur. Ad hæc divisos, & velut dispersos in tres fere turmas, in varia Urbis valetudinaria distribuebat, ubi, ad pauperum ægrotantium animos pariter sanandos & corpora, vires omnes conferebant. Ex his autem aliquot spiritu ferventiores, triginta circiter aut quadraginta, quasi delectos habebat, atque ad hæc eadem loca quotidie delegabat; qui non modo spiritualibus officiis certatim fungebantur, sed ne à vilissimis quidem ministeriis abstinebant, & miseris decumbentibus præsto erant, tanta cum alacritate ac diligentia, ut omnium admirationem excitarent.

Ministrare nosocomiis,

ante Communionem pervigilare ad Matutinas,

80 Ex his præterea nonnulli silentio noctis, cui dies Dominicus aliusve ex solennioribus festis illucescebat, ad beatum Patrem redibant; & cum illo pariter ad ecclesiam aut Dominicanorum aut Capuccinorum se conferebant, ibique cum Fratribus attentissima cura Matutinis horis intererant; atque in hunc modum totam noctem pervigiles, ad Eucharistiam mane sumendam sedulo se præparabant: quamobrem sæpe usu venit, ut cum Fratres ipsi in chorum ad psallendum descenderent, locum jam secularibus viris oppletum invenirent. Quin etiam Vir sanctus per annos plures singulis noctibus id facere consuevit: quapropter, qui tunc temporis Dominicanæ familiæ præerant, pro sua erga Dei servum observantia ac reverentia, clavem ei tradiderant, qua in eorum cœnobium diu noctuque libere introiret.

B

7 ecclesias obire,

81 Ad hæc Philippus certis anni temporibus septem Urbis Ecclesias cum suis obire solebat, maxime autem post Pascha & Lupercalibus diebus, quibus præsertim juvenes licentia quadam libertateque vivendi ultra modum abutuntur, quamvis postremis suæ vitæ annis, tantum tempore Lupercalium fieri hoc voluerit. Quamquam autem ab initio perpauci exercitium hoc frequentabant, eo brevi pervenit confluentium numerus, ut jam tum Philippo superstite plus duo millia fuerint recensita. Feminis porro exceptis, omnium ordinum homines promiscue

concurrentibus multis ad hoc iter,

concurrebant; quamplurimi etiam ex religiosis familiis, præsertim Capuccinorum & Dominicanorum, atque ex his Novitii ferme omnes, convenire consueverant. In quo quidem itinere conficiendo hunc ordinem modumque servabant, qui ferme hodieque tenetur. Dicta enim die diluculo in viam se dabant,

C

& primum S. Petri, deinde S. Pauli Basilicas devote visitabant. Hic vero in unum omnes coacti, mox distributi in plures classes, quæ suum quæque Ducem sequebantur ex Congregationis Presbyteris, dum sacrum iter peragerent, aut commentabantur aliquid, quod sibi ab iisdem Patribus positum erat, aut hymnis & canticis spiritualibus viæ tædium levabant; quam ob causam totius itineris comites cantores ducebant. Si quid inde supererat temporis, spiritualibus colloquiis tribuebant; vana & inutilia omnino devitabant. In singulis ecclesiis (duabus primis exceptis) aut ex Congregatione aliquis, aut ex alia Religiosa familia, brevi sermone populum alloquebatur.

& Sacris ad S. Sebastiani vel S. Stephani obitis,

in aliqua villarum sobrie prandentibus,

82 Ubi ad S. Sebastiani perventum fuerat, aut ad S. Stephani, cui Rotundi ex templi forma nomen est inditum, Sacrum solenni ritu peragebatur, eoque completo Eucharistia plerique reficiebantur. His deinde absolutis, ad villam aliquam urbanã, aut Maximorum, aut Crescentiorum, aut ad Hortos Matthæios divertebatur; ibique super fœno discumbentibus cunctis, pro pingui mensa, qualis nimirũ tempori convenisset, apponebatur singulis panis & vinum, cum ovo, casei recentis frustulo, & pomo.

Interea super ipsam mensam cantores inducebantur, & musica aliquot instrumenta; fiebatque concentus ejusmodi, qui mentes omnium reficeret ac recrearet. Sublatis deinde mensis, reliquas ecclesias pari gaudio & pietate circuibant. Sub vesperum denique, admodum læti ac Domino gratias agentes, magno cum animorum fructu, domum sese recipiebant. A. HIERO. BARNABEO EX Ms.

præsens qua potuit Sancto.

83 Huic igitur peregrinationi, dum per ætatem licuit, quotannis (ut diximus) non modo Philippus interfuit, sed in eam tota mente totisque viribus incumbebat, ut propterea non semel febrim ex nimio labore contraxerit. Quod quidem institutum, gratum acceptumque Deum habuisse, haud obscure monstratum est. Cum enim aliquando beatus Pater de more cum suis idem hoc iter ingressus esset, atque ad eum locum perveniisset qui S. Pauli & S. Sebastiani ecclesias interjacet; horrida tempestas repente cælum contraxit, omnesque præter modum exterruit; quamobrem multi fugam arripere cogitabant. At Pater bono animo esse jubet, nihil minus illis quam pluviam metuendum. Hoc dicto multos continuit, alii tamen nimis timidi in fugam se conjecerunt. At mirum dictu! Quicumque Philippum secuti sunt, reliquum iter feliciter confecere, ut ne guttula quidem aquæ eos tetigerit: ceteri vero qui illum deseruerant, quamvis alioqui ab iis haud longe distarent, maximo imbre perfusi, incredulitatis & pervicaciæ pœnas dederunt.

& plurimis aliquando arcente;

E

sibi cum profectu pluriumq;

84 Igitur tam piis tamque salutaribus exercitiis Philippus, non modo suos in spiritu filios ad virtutem liberaliter educabat, sed alios etiam ad pietatem provocabat; admirantibus cunctis restitutam propemodum antiquam illam Ecclesiæ disciplinam. Etenim videre erat jam in Urbe quamplurimos perseverantes (quod de primis illis discipulis dicitur) in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Quamobrem multi, doctrina atque auctoritate præstantes viri, institutum opus & vehementer probarunt & summis laudibus extulerunt. Audire est operæ pretium, quid per hos ipsos dies Joannes Rubeus, in Epistola nuncupatoria Italici libri, quem Examen vocavit & Philippo dedicavit, publice testatum reliquit: ait enim; Inter ea quæ admiratione digna conspexi, cum ad Urbem veniissem anno superiore, qui fuit post Christum natum MDLXVIII, illud omnium jucundissimum sese mihi obtulit, cum viderem, tam copiosa piorum hominum multitudine ecclesiam atque oratorium S. Hieronymi Caritatis quotidie celebrari: quod quidem antiquissimis monumentis, superbis ædibus, tantorumque Principum aulis, ceterisque omnibus quæ mihi ante oculos sese offerebant, longe multumque præstare putavi. Eoque magis obstupescebam & singulari quodam gaudio perfruebar, quod viderem viros nobilissimos, ex diversis etiam nationibus ortos, tam libenter tamque frequenter confluentes ad audiendum Dei verbum, à Te (Philippum alloquitur) sine fuco explicatum, zelo dumtaxat Christianæ fidei & salutis animarum: quare sæpe usu venit, ut ex tuis in spiritu filiis quamplurimi mundo nuntium remiserint, atque à seculi stipendiis ad religiosa castra transierint. Hactenus Rubeus.

ut testatur Joannes Rubeus.

F

CAP. XIV

Oblata sibi Florentinorum ecclesia.

85 Dum hæc aguntur, qui in Urbe degebant Florentini cives, cum viderent Philippum vitæ sanctimonia, morum facilitate ac suavitate, majorem quotidie hominum multitudinem ad Christum adducere, eosque summa prudentia & dexteritate ad omnem virtutem religionemque instituere; ecclesiam S. Joannis Baptistæ, à natione sua nuper excitatam, regendam ei tradere constituunt. Igitur anno redempti orbis MDLXIV unanimes mittunt, qui Nationis nomine illum etiam atque etiam rogent, ut

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

novi templi regimen curamque ſuſcipere ne gravetur; ædes ad habitandum, & quæcumque præterea voluiſſet, ſeſe ei libentiſſime præbituros. Longioris conſilii hoc eſſe reſpondit ille, nec niſi attente exorato Deo quidquam ea in re decerni; quod ſi explorata deinde Numinis voluntate, id expedire viſum fuerit, eorum ſe deſiderio libenter ſatisfacturum. Poſt dies aliquot iiſdem ex condicto ad ſe redeuntibus, libere dixit, adduci ſe nullis rationibus poſſe, ut ab ædibus Caritatis diſcederet. Hoc audito Bernardinus Cyrillus, Præceptor domus Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia, Joannes Baptiſta Altovitus, & Petrus Antonius Bandinus, Florentinorum nobiliſſimi, ad eam rem jam delecti, ad Pontificem adeunt (fuit is Pius IV) eumque facile exorant, ut Philippo id ipſum munus, quod recuſabat, injungat. Mox iterum ad Patrem veniunt, & de Pontificis voluntate certiorem faciunt; proinde onus ſibi impoſitum ne recuſet. Paret ille, & qua decebat animi ſubmiſſione, provinciam ſubit, dum ne ab ædibus Caritatis exire cogatur.

juſſu Pontificis regendæ ſuſcipit:

86 Hac igitur procuratione ſuſcepta, ex ſuis aliquot ſacris initiandos curavit; nimirum Cæſarem Baronium, quo de ſupra meminimus; Joannem Franciſcum Bordinum Romanum, verbi Dei præconem eximium, quem, ob ſingularem virtutem, Clemens Octavus Pontifex Max. à Confeſſionibus habuit, ac primum Caballicenſi, deinde Avenionenſi Eccleſiæ invitum præfecit; & Alexandrum Fidelem Ripanum, vitæ integritate ac puritate ſpectabilem. Hos primo ad habitandum in ædes Florentinorum immiſit; & Alexander eodem ſecum adduxit Germanicum Fidelem, fratris filium, annos natum circiter ſexdecim. Nec ita multo poſt ſocios ſeſe illis addidere, Franciſcus Maria Taurufius, cujus antea mentionem fecimus; & Angelus Vellius Præneſtinus, vir plane angelicis moribus, qui ſecundus à Philippo Congregationi præfuit. Hi omnes beati Patris juſſu in eas ædes ad habitandum cum ſe contuliſſent, aſſignatum ſibi agellum optime colere inſtiterunt. Itaque ad S. Hieronymi quotidie mane ventitabant, ibique apud Philippum conſcientiam ſuam amplius eluebant: à prandio eodem redibant, ſermones ad populum aut audituri aut ſuo quisque tempore ex ordine habituri: veſpere illuc iterum ſe conferebant ad orationem, nec frigore, aut æſtu, aut pluvia, aut alia quavis difficultate deterreri poterant, quo minus ad ſolennia exercitia quotidie ventitarent.

B

& quoſdam ex ſuis Presbyteros facto,

in eam mittit.

C

87 Domeſticis muneribus inter ſe diſtributis, ſuo quiſque die ſinguli menſam ponere ac tollere, perque annos aliquot ſua etiam quisque hebdomada neceſſarium omnibus victum obſonare & miniſtrare conſueverant; & quidem tanta cum alacritate & lætitia, ut Baronius in media coquina, in ipſa fronte camini, grandibus litteris carbone nomen ſuum inſcripſerit, atque hoc inſigni pulchroque titulo feſtive decoraverit, Cæſar Baronius, Coquus perpetuus. Quod ſi quis procerum (ut ſæpe fiebat) ad illum adiret, pietatis aut litterarum ſtudioſior; præcinctum linteo videbat cacabos patinasque lavantem, & in ſordidis hujuſmodi miniſteriis ſeſe naviter exercentem. Lectoris officio in menſa initio fungebantur Germanicus Fidelis & Octavius Paravicinus, optimæ indolis adoleſcens, Baronii alumnus, quem deinde eximia virtus evexit ad Purpuram. Sacra autem Biblia primum legebantur, deinde liber alius, in quo vel probatæ Sanctorum hiſtoriæ, vel ſalutaria documenta Italice ſcripta haberentur. Lectio ultra dimidium prandium aut cœnam extendebatur; eâque completâ, non nemo ex diſcumbentibus aliquid ex ſacris litteris aut ex morali diſciplina proponebat, cui ceteri deinceps, prout cuique libuiſſet, breviter modeſteque reſpondebant. Sabbato vero cujusque hebdomadæ, omnes pariter eccleſiæ pavimentum ſcopis verrebant, altaria inſtruebant, ceteraque omnia præparabant, quæ in proximum diem Dominicum neceſſaria videbantur; quam ob cauſam ſermones ea die intermittere mos fuit, qui hodieque ſervatur.

Horum ibi vitæ ratio,

Lectio & ſermo ſuper menſam,

D

88 Feſtis autem diebus, qui per Sacerdotium poterant, Confeſſionis & Euchariſtiæ Sacramenta miniſtrabant. Sacrum etiam ſolenne peragebatur, & cum pauciores eſſent, quam res ipſa exigeret, eorum aliquis ab excipiendis Confeſſionibus ad Altaris miniſteria ſe transferebat. Ad hæc per annos aliquot Baronius & Bordinus alternis diebus feſtis, non expoſcentibus modo ſed flagitantibus Florentinis, è ſuggeſtu conciones ad populum habuerunt: à prandio Veſpertinas laudes ſolenni ritu decantabant: iiſque completis, aut ad S. Mariæ ſuper Minervam, aut ad S. Mariæ ad Martyres veniebant, quocumque Philippus ante juſſiſſet. Hic vero aliis quoque ejus diſcipulis confluentibus, pios cœtus celebrare mos erat, lumenque divinæ Sapientiæ in commune conferre. Siquidem Pater ipſe, aut alius quilibet eo jubente, ponebat de quo quisque eorum ſententiam rogatus diſſereret, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illi.

feſtivis diebus exercitia,

E

89 Hinc deinde laudabili plane inſtituto factum eſt, ut poſt Paſchalia ſolennia quotannis, quicumque Oratorii noſtri exercitia ſectantur, feſto quoq; die poſt Veſpertinum officium in eam Janiculi partem frequentes commeent, quæ & ſuapte natura & jucundo in Urbem proſpectu longe omnium pulcherrima exiſtimatur. Cum autem per æſtivos calores in apertum exire non licet, in aliquod templum ſeſe recipiunt (quod modo, Joanne Baptiſta Pamphilio Principe benigne concedente, eſt S. Agnetis in Platea Agonali) quibus in locis pium aliquod carmen primum concinitur, dein adoleſcentulus quiſpiam ſermunculum, pietate juxta atque elegantia ornatum, memoriter pronuntiat: deinde à Patribus perbreves itidem ſermones habentur, ipſeque muſicus concentus interjicitur; quibus omnibus completis cœtus dimittitur. Hieme vero ineunte, nimirum à Kalendis Novembribus uſque ad Paſchales ferias, ſub noctem, ad ſalutationis Angelicæ ſignum, in Oratorium conveniunt: præmiſſaque de more mentalioratione, poſt Letanias atque Antiphonam, pro temporis opportunitate Beatiſſimæ Virgini decantatas, ferme eadem exercitia fieri conſueverunt, magno totius Urbis concurſu.

atque hinc nati Fratres conventus æſtivi,

& hiemales.

F

90 In hoc igitur vitæ genere Patres, decem ipſos annos, non minori animorum voluptate, quam corporis incommodo perſtiterunt. Quod quidem hic ſingulatim referre voluimus, ut documento eſſe poſſit hominibus noſtris, qua modeſtia, quave humilitate præſtiterint, qui Congregationis initia poſuerunt; quamquam ex his non pauci nobilitate doctrinaque florerent, ut propterea ad altiſſimos atque ampliſſimos Eccleſiæ gradus evecti ſint. Verum cum Florentini animadverterent, non ſine maximo incommodo fieri poſſe, ut Patres ab ædibus S. Joannis ad eccleſiam S. Hieronymi, haud parvo intervallo inter ſe diſtantes, quotidie iterum ac tertio commearent; Philippum rogant atque obſecrant, ut in ſuas ipſorum ædes exercitia transferat, commodiori atque ampliori loco fruiturus. Itaque anno ſalutis MDLXXIV, Gregorio XIII Pont. Max. favente, XVII Kal. Maji, Paſchalibus diebus recurrentibus, ex Oratorio S. Hieronymi, in aliud longe capacius à Florentinis extructum, migratum eſt, ibique ſermones haberi cœperunt: & verbum Domini creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorum valde.

Tandè illuc ab ædibus S. Hieronymi migrant omnes.

Quam-

A *eoq; transferunt exercitia,*

91 Quamobrem Joannes Juvenalis Ancina, cujus memoria in benedictione eſt, ut ſuo loco dicturi ſumus, ſcribens ad Joannem Matthæum fratrem ſuum, hæc ait: Multis abhinc diebus ad Oratorium S. Joannis Florentinorum ire conſuevi, ubi quotidie quatuor aut quinque pulcherrime ſermocinantur de rebus Euangelicis, de virtutibus vitiisque, de Eccleſiaſtica hiſtoria vitiſque Sanctorum; multique nobiles viri, Epiſcopi, Præſules, aliique ad eos audiendos conveniunt. Sermonibus abſolutis, concentu muſico ſacer canitur hymnus, ad animos auditorum recreandos. Per hos ipſos dies, S. Franciſci ac nonnullorum ex ejus ſociis, & S. Antonii de Padua vitas enarrarunt. Affirmo tibi rem eſſe omnium pulcherrimam, quæque mirifice homines delectat & ædificat; ut profecto vehementer doleam de tam præclaris exercitiis anno ſuperiore nihil unquam ad nos perveniſſe. Scito igitur, eos qui ſermocinantur, viros eſſe Eccleſiaſticos, vitæ morumque probitate ſpectabiles. Ducem autem & moderatorem habent Reverendum quemdam Patrem Philippum, ſenem jam ſexagenarium, multis nominibus admirandum, maxime vero ob ſingularem vitæ ſanctimoniam, ſummamque prudentiam & dexteritatem in ſpiritualibus exercitationibus excogitandis ac promovendis. Eo enim auctore magnum illud Chriſtiánæ caritatis opus inſtitutum eſt, quod proximo Jubilæi anno, in ædibus ſanctiſſimæ Trinitatis peregrinorum, nos ipſi ſpectavimus. Huic viro plurimum tribuunt Toletus, Poſſevinus, atque alii. Denique ad illum, tamquam ad oraculum, non ab Urbe ſolum, ſed ab omni etiam Italia, Gallia, atque Hiſpania concurritur. Hæc Juvenalis: ex quibus ſatis aperte videas, Philippo plantante, & cum ſuis pariter rigante, quantum in ſingulos dies Oratorio incrementum daret Deus.

Juvenali Ancina multù laudata.

B

CAPUT VIII.

Varias pro Chriſto perſecutiones paſſus Philippus, Congregationem Oratorii inſtituit.

c. xv. 92 AT vero tam pia tamque laudabilia exercitia, quemadmodum ſummam proborum omnium benevolentiam Philippo conciliarunt, ita apud improbos quoſdam invidiæ & odii fomitem miniſtrarunt. Etenim jam inde ab initio, cum Dei ſervus ſpirituales in cubiculo ſuo cœtus inſtituiſſet (fuit id anno ferme MDLII) continuo nonnulli, dæmonis ductu atque impulſu, novo huic Inſtituto primum clam detrahere, dein publicis etiam ſermonibus maligne obtrectare cœperunt. Porro tam impiæ tamque perverſæ factionis ducem ſe præbuit Vincentius Teccoſius, Fabrianenſis medicus, atque ex iis unus qui rebus S. Hieronymi per eos dies præerant. Huic ſeſe ſocios addidere religioſi Ordinis deſertores duo, qui Clericali ſub habitu per fraudem in iiſdem ædibus S. Hieronymi morabantur: factaque conſpiratione omnia tentarunt, ut inde Chriſti famulum deturbarent.

C *Conſpirantes cũ Præfecto S. Hieronymi duo Sacriſtæ,*

93 Itaque, ut ædituï munere fungebantur, ſi forte Philippus ſacrificaturus in ſacrarium veniret, aut fores illi ſtatim in os oculoſque claudebant, aut ſacra veſtimenta negabant, aut ſordidiora & attritiora quæque præbebant, convitiis inſuper hominem onerantes. Aliàs quoque, dum Sacrum ibidem de more ordinaret & præcognoſceret, librum illi aut calicem è manibus eripiebant atque occultabant. Aliàs paratum ad Sacrificium, repente ſacrum ornatum deponere jubebant. Aliàs cum è veſtiario pedem extuliſſet, vel cum jam Sacrum eſſet incepturus, aut ex alio ad aliud altare adducebant, aut in ſacrarium ipſum revocabant, quo nimirum, tot injuriis & contumeliis laceſſitus, alio demigraret. At ille, pro nomine Jeſu probra omnia & contumelias pati vehementer cupiens, non modo illatas injurias diſſimulatione mirabili devorabat, ſed pro ſuis etiam perſecutoribus Deum ardenter orabat, & ubi ſeſe offerebat occaſio, obſequiis ac beneficiis maleficia compenſabat. Quin etiam rogatus à ſuis, ut demum loco cederet, ſeque his malis eriperet; nequaquam id ſe admiſſurum reſpondit, atque aſſignatam ſibi à Deo crucem neutiquam declinaturum.

multimodis vexatum Sanctum.

A. HIERO. BARNABEO EX MS. *fruſtra nituntur adigere ad locum dimittendum,*

94 Verum homines improbiſſimi, quo patientiorem lenioremque Dei ſervum videbant, eo pertinaciores atque arrogantiores ſeſe quotidie oſtendebant. Quamobrem tentatis rebus omnibus, cum nihil proficeret Pater; die quodam inter ſacrificandum, oculis in Crucifixi imaginem defixis; Ut quid, inquit, bone Jeſu, receſſiſti longe? deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione? Tamdiu à te patientiam flagito, nec obtineo. Quid eſt quod deprecationem meam non exaudis? Ecce autem extemplo dicentem ſibi Dominum in aurem cordis audivit; Nonne patientiam poſtulaſti? Equidem hanc tibi me daturum promitto; verum iſtiuſmodi pretio comparandam eſſe ſcito. His dictis bonus Chriſti miles uſquequaque firmatus, omnia deinde lætiſſime perferebat; ut plane ejus patientia & lenitate defatigata ſit malignorum improbitas, ipſeque ad eam animi altitudinem pervenerit, ut non modò injurias & contumelias non declinaret, ſed etiam ultro expeteret, ac libenti animo amplecteretur. Interdum quoque, ab iiſdem aut ab aliis quibuſque vexatus, per ſummam caritatem excuſabat eorum crimen, nec verbum ullum in ſui defenſionem afferri patiebatur.

Chriſto eum ad patientiam confortante.

E

95 Accidit autem poſt duos annos, ut ex iis alter in iiſdem ædibus Caritatis, quòdam die Philippo obviam fieret, eumque per ſummam injuriam omnibus maledictis convitiisque proſcinderet. Hîc vero alter, rei indignitate commotus, factuſque repente divino plane impulſu ex hoſte defenſor, magno impetu in maledicum irruit; nec multum abfuit, quin ejus gulam fregerit: quod & revera perpetraſſet, niſi pientiſſimus Pater ſeſe furenti ſtatim oppoſuiſſet. Quo quidem præclaro Chriſtianæ caritatis exemplo perculſus miſer ille, reſipuit: & licet præterita meminiſſet, ac præclare ſibi conſcius eſſet quam male de Philippo meritus fuiſſet; nihilominus eximiæ viri bonitati eo uſque confidit, ut non dubitaverit illi conſcientiam ſuam aperire, conſiliumque & auxilium ab eo ſuppliciter expoſcere. Nec ſpes eum fefellit, quandoquidem Philippi conſilio atque opera, ad ea quæ jam diu deſeruerat, Religionis caſtra ſeſe recepit, atque exinde Dei ſervum ubique gentium miris laudibus prædicavit. Non multo ſecus evenit Vincentio Teccoſio, cujus opera & patrocinio, ut modo diximus, totum hoc malum conflatum fuerat: ſiquidem Philippi modeſtia ac manſuetudine & ipſe victus ac mitigatus, omni exuta ferocia, ad ejus pedes ſeſe humiliter abjecit; multisque ſpectantibus, errorem ſuum gemebundus agnovit: denique ſe Philippo exercendum atque colendum ita commiſit, ut ad eum quotidie veniret, atque ab illius latere numquam diſcederet: quin etiam moriens, nobile quoddam horologium, amoris ſui monimentum, eidem teſtamento reliquit.

Horum alter denique reſipiſcens,

F

Sancto regendum ſe tradit:

uti & Præfectus.

96 Neque vero hoc ſolum perſecutionis certamine Philippus tentatus eſt, ſed anno MDLIX longe

majora & difficiliora ſuſtinuit. Cum enim jam pridem certis anni temporibus (quod antea dictum eſt) ſeptem Urbis Eccleſias cum ſuis obire cœpiſſet, & quotidie major ad eum multitudo confluëret; quamquam ejuſmodi inſtitutum valde probarent ſuſpicerentque permulti; non deerant tamen, qui rem ſecus interpretarentur, atque omnino tollendam putarent. Siquidem alii (ut ſunt prona in deterius hominum judicia) quod ad unius Dei gloriam honoremque fiebat, id totum ſuperbiæ atque arrogantiæ tribuebant; nihilque ajebant indignius & indecentius eſſe poſſe, quam ut homo religioſus, quique Chriſtianam humilitatem contemptumque rerum humanarum profitebatur, magna populi frequentia ſtipatus incederet, ac totius Urbis oculos in ſe converteret. Alii rurſus vulgaris notæ homines, cum viderent in eam rem nonnullos ſumptus fieri, nec tamen multitudinis aut frugalitatis rationem aliquam haberi vellent, abdominis voluptati peregrinationem iſtiusmodi inſtitutam eſſe inſtabant. Alii demum, ingenio prudentiaque acutiores, obtentu publicæ quietis huic malo omnimodis medendum exiſtimabant, ne qua forte tumultibus & ſeditionibus occaſio præberetur. Hæc autem omnia ad Philippum quotidie deferebantur: ſed ille, fretus tum præclaræ conſcientiæ teſtimonio, tum etiam divinæ providentiæ præſidio, ſedate & ſine ulla offenſione, quidquid accideret, accipiebat. Quin etiam, cum ex adverſariis nonnulli viri eſſent ceteroqui prudentes & religioſi, Deique æmulationem haberent, ſed non ſecundum ſcientiã; quibus eos poterat modis apud ſuos excuſabat, ne quid illorum exiſtimatio detrimenti pateretur.

A. HIERO. BARNABEO EX MS. *cum multitudine aſſectarum,*

Occaſione 7 Eccleſiarum obeundarũ

B

murmurantibus multis,

97 Interea, cum tota Urbe percrebreſceret rumor, ad ipſum Pontificis Vicarium brevi pervenit. Is falſis quorumdam querelis & ſuſpicionibus compulſus, Philippum ad ſe vocari jubet; iratoque vultu; Non te pudet, inquit, hominem mundi contemptorem, ad inanem gloriam plauſumque leviſſimum, tantam hominum multitudinem cogere, ac pietatis obtentu Eccleſiaſticis dignitatibus inhiare? His aliiſque gravioribus verbis increpito, imperio edicit, ut exinde ſe quindecim dierum ſpatio ab audiendis Confeſſionibus abſtineat; cetera exercitia, niſi facta poteſtate, obire ne audeat; hominum greges præterea ſecum ne ducat: ſi ſecus faxit, carceres, exilium, pejora quæque minatur: denique in hunc modum objurgatus, vadimonium promittere cogitur. Tum vero Philippus, placido ac ſereno vultu, altam animi pacem & ſecuritatem indicante; Ego quidem, inquit, quemadmodum ad unius Dei gloriam hujuſmodi exercitia inſtitui, ita plane pro ejuſdem Dei gloria libentiſſime dimitto. Superiorum arbitrio meipſum meaque omnia ſubjicio; ſarta tecta eorum præcepta uſque habui, habeboque dum vivam. Septem Urbis Eccleſias, idcirco cum meis in ſpiritu filiis obire conſuevi, ut eos à peccandi licentia, quæ maxima eſt Bacchanalibus diebus, averterem. Quo loco Vicarius; Nequaquam ita eſt, inquit, ambitioſus homo es, & ad ſectam aliquam excitandã, non ad Dei honorem hæc facis. Tum demum Philippus, ad imaginẽ quamdã Chriſti è cruce pendentis ſe cõvertit, aitque; Tu ſcis, Domine, quã ob cauſam hæc facimus.

increpitus à Vicario Sanctus,

tamquam vanæ gloriæ ſtudio ductus,

C

ſtruſtraque ſe excuſans,

98 His dictis, abiit: &, ut obedientiæ virtutem antiquiſſimam ſemper habuit, ex ea die ire ſecum per Urbem omnes ſuos vetuit; hortatuſque eſt, ut rem patienter ferrent, ac Domino tantummodo precibus cõmendarent: brevi enim depreſsã veritatẽ emerſurã atque in publicum prodituram. Itaque, ut eos reluctantes, quibus poterat modis ad parendum Superioribus impelleret; domo egreſſurus, alios alio dimittebat. Quamquam illi, cum ſuſtinere non poſſent cariſſimi Patris abſentiam, alii alibi euntem opperiebantur ac longe ſequebantur: & quo eos arctius prohibebat ne ſecum irent, hoc ardentius id flagitabant. Interim dum bonus athleta à Patre miſericordiarum miſericorditer exercebatur; preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſalvum facere, jugiter offerebat; cæleſtes inſuper Hoſtias eo maxime nomine per ſe ſuoſque immolabat: qua procuratione omnia ex ſententia evenere.

ſequi tantiſper ſuos vetat:

D

& remedium jubet à Deo peteret.

99 Etenim intra paucos dies in Oratorio apparuit vir quidam, Sacerdotis ſpecie, nemini antea aut poſtea unquam viſus, gravi modeſtoque vultu, pannoſus, & ſune præcinctus: is ab Religioſis quibuſdam viris venire ſe dixit, quorum menti lumina præluiſſet Deus, de iis quæ modo adverſus Oratorii inſtituta agebantur; proinde quadragenarum horarum ſupplicationem indicerent, magnum ex ea fructum conſecuturi. Hic vero Taurulio ad aurem accedens, ait; Confidenter ſtate, & videbitis auxilium Domini ſuper vos: nolite timere nec paveatis, Omnipotens enim propediem ſtatuet procellam ejus in auram, & ſilebunt fluctus ejus, & deducet vos in portum voluntatis veſtræ. Porro quos modo adverſarios ſuffertis, eoſdem poſt hac fautores habebitis: qui vero in exercitiis oppugnandis obſtinate perſtabunt, hi pervicaciæ ſuæ graviſſimas pœnas dabunt; diſperdet enim illos Dominus Deus noſter. Denique Præſul iſte, qui Oratorii inſtitutum ceteris acrius impugnat, intra dies quindecim vitam cum morte commutabit. Hæc ille: nec abfuit dicto fides: ſiquidem diu ſuppreſſa veritas extulit aliquando ſeſe, ac fraude ſuperata extemplo proceſſit in medium; quæque machinamenta diabolus, ad præfocanda tenera adhuc Oratorii naſcentis exercitia, molitus fuerat; ea ipſa, Deo rem moderante, in ejus maximum decus & incrementa ceſſere. Denique conſceleratæ calumniæ obſtinate inhærentem Præſulem, cum de ea re ad Pontificem retuliſſet, ab eoque rediret, antequam è Palatio pedem efferret, mors occupavit.

quod talitus prædictum

brevi affuit,

extincto Vicario:

100 Neque vero Philippus incognita cauſa abſolutus eſt: ſed quæſtione rite peracta, quæcumque ad innocentiam ſuam demonſtrandã & refellendas iniquorum calumnias neceſſaria videbantur, afferre illum in judicium oportuit. Neque tamen vir omnium mitiſſimus ulla ſe humana ope tueri voluit; ſed ſola Dei bonitate & conſcientiæ teſtimonio ſubnixus, orationis dumtaxat præſidio ſe munivit. Quamobrem ſuis in ſpiritu filiis dicere ſolebat, nequaquam propter vos, ſed propter me exorta eſt hæc tempeſtas: hac etenim ratione humilitatem & patientiam docere me vult Deus; quod ubi factum fuerit, ſtatim perſecutio evaneſcet. Ad hæc ſuſtinere non poterat in Præſulem illum quidquam vel leviter proferri: quin etiam, cum per hos ipſos dies cuidam ex ſuis confitenti aures daret, iſque de illius improviſa morte dicere aggrederetur, quaſi juſto Dei judicio immiſſa eſſet; continuo Dei Servus ſermonem abrupit, ac vultu dextraque ſilentium indixit. Interea qui tum Catholicæ Eccleſiæ præerat Paulus, hujus nominis IV Pont. Max. Philippi innocentia & ſanctitate perſpecta, ad eum miſit, qui auratos cereos duos amoris ſui teſtes offerret; data etiam ampliſſima poteſtate ſeptem Urbis Eccleſias de more obeundi, ceteraque omnia inſtituti ſui munera proſequendi; illud inſuper addens, ſe quoque libentiſſime interfuturum fuiſſe, ſiquidem ita licuiſſet: proinde ſuis apud Deum precibus eum juvare non deſinat. His auditis, qui aderant ex Oratorio Fratres, in hymnis & confeſſionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Iſrael, & victoriam dedit illis Dominus omnipotens. Nec ita multo poſt, incredibili populi frequentia, itum eſt ad ſeptẽ Eccleſias, non ſine maxima totius Urbis lætitia & exultatione.

& Sancto penitus abſoluto,

E

F

jubet Pontifex exercitia reſumi.

Hac

A *Anno 1570 falsa delatione occupatus Pontifex*

101 Hac igitur perſecutionis procella defunctus Philippus, aliam rurſus & fortaſſe atrociorem ſubire cogitur. Anno à Virginis partu MDLXX, quo Pius V Pontifex Max. Chriſtianam rempublicam ſanctiſſime adminiſtrabat; nonnulli per ſpeciem religionis & pietatis ad eum deferunt, in Oratorio S. Hieronymi multa levia & inutilia narrari; eaque exempla interdum referri, quæ nullo prope fundamento niterentur; id quod, ſive imprudentia fieret ſive rerum inſcitia, Chriſtianæ rei haud levi damno poſſet eſſe. Hoc nuntio commotus eſt Pontfex, & ut erat in his maxime rebus vigilantiſſimus, idemque in omnibus prudentiſſimus, duos ex Dominicana familia præcipuos ſacræ Theologiæ Magiſtros, ſeorſum alterum ab altero, accerſit; jubetque illos ad Oratorium S. Hieronymi ventitare, quæque ibi agebantur & dicebantur obſervare diligenter: ſi quid autem offenderent, quod Chriſtianæ religioni aut diſciplinæ minus conſentaneum videatur, ſtatim ad ſe referant.

quæri in Sermones Oratorii jubet,

de iiſque agit cum Legato Ducis Hetruriæ, B

102 Dum hæc aguntur, Alexander Medices, qui poſtmodū creatus eſt Pontifex Max. & Leo XI nuncupatus, hoc autem tempore Magni Hetruriæ Ducis ad Pontificem erat Orator, quodam die ad ipſum Pontificem adit, agitque cum illo de rebus multis. Denique Pontifex, quod ſciret hominem pietati deditum Oratorii exercitia frequentare, accepiſſe ſe dixit, in ſpiritualibus colloquiis, quæ inibi ad populum habebantur, parum caute prudenterque interdum nonnulla proferri; nec ita pridem egregium illud de S. Apollonia Virgine narratum fuiſſe, quod nimirum igni damnata, repente ſe de manibus impiorum proripuit, & in ſuccenſum rogum ſponte proſiluit; nequo additum eſſe, quod certe neceſſario addendum fuerat, majori ſancti Spiritus flamma ſuccenſam tam grande facinus peregiſſe. Dimiſſus deinde à Pontifice Orator, ad eccleſiam S. Mariæ ſuper Minervam concionem auditurus ſe contulit. Ecce autem Germanicus Fidelis, quo de ſupra meminimus, à Philippo illum rogat, ut ad ſe quamprimum venire ne gravetur; ſiquidem cum eo colloqui neceſſe habeat, nec adire ipſum, ut par erat, ſibi liberum eſſet, ex altero pede laboranti. Igitur à prandio Alexander in Oratorium venit, ibique ſermones ante audire voluit, quam ad Philippum adiret: audivit autem cum ceteris Franciſcum Mariam Taruſium, qui Philippi juſſu quæcumque de rebus Oratorii Pontifex ſecum mane communicaverat ſingillatim retulit; ac præſertim nobile illud S. Apolloniæ certamen, qua decebat ratione & prudentia, expoſuit; adjiciens nimirum, fortiſſimam Virginem, à ſatellitibus comprehenſam ut combureretur, cum pauliſper, quaſi deliberans quid agendum eſſet, ſtetiſſet; ex illorum manibus elapſam, in ignem ſibi paratum, majori Spiritus ſancti flamma intus accenſam, ſeſe injeciſſe. Hæc ubi Orator audivit, vehementer obſtupuit: & concione dimiſſa ad Philippum venit. Qui ſimul atque illum videt, continuo; Dic, obſecro, inquit, Alexander, quid tibi Pontifex de rebus noſtris hodie mane diſſeruit? Is ubi tot modis patefactam prolatamque rem ſenſit, ſtatim libere omnia confeſſus eſt; ſummamque viri ſanctitatem ſuſpexit, qui nimirum longe remota perviderit, atque occultiſſima quæque Deo revelante cognoſceret.

qui mox contraria experitur per ſe,

C

& Sancto refert quid actum ſit.

Pontifex autē re melius cognita,

103 Porro duo illi ex Dominicana familia, ad res Oratorii examinandas (ut modo diximus) delegati, interjecto haud magno ſpatio, quod ſcilicet ad parendum ſatis eſſet, ad Pontificem revertuntur; nec omnino quidquam ſe vidiſſe aut audiſſe teſtantur, quod eximiam pietatem ſimul & doctrinam non redoleret. Quamobrem admiratos ſe eſſe vehementer, tum dicendi ſuavitatem & gravitatem, tum etiam ſpiritus ardorem cum divinarum litterarum eruditione conjunctum. Quibus auditis incredibili gaudio perfuſus eſt Pontifex, cum præſertim videret, temporibus ſuis optimos operarios in vinea Domini excolenda ſtrenue laborare: exinde vero eam de Philippo ejuſque alumnis opinionem atque exiſtimationem habuit, ut Cardinali Alexandrino, ex ſorore abnepoti, ad Hiſpaniæ, Galliæ, & Luſitaniæ Reges Legato, totius legationis comitem adjunxerit Franciſcum Mariam Taruſium, quicum omnia quæ agenda eſſent libere communicavit. Igitur hac re dici non poteſt, quantum Philippo ejuſque exercitiis honoris & exiſtimationis acceſſerit. Hac enim occaſione ipſi, quos modo diximus, Dominicani Patres ad Oratorium ferme quotidie veniebant, ibique aut ſermones audiebant, aut etiam interdum habebant; eorumque exemplo alii quoque ex variis Religioſorum familiis idem ſæpe præſtabant; quemadmodum ex Franciſcanis Fratribus Franciſcus Vicedomini Ferrarienſis, vitæ ſanctitate & concionandi facultate ſumme conſpicuus, non raro facere conſuevit.

A. HIERO. BARNABEO EX MS. *probat omnia.*

CAP. XVI.

Rogatus Congregationem inſtituere Philippus

E

104 Igitur his malis curiſque expeditus, quamquam pro ſingulari ſua humilitate de Congregatione fundanda (quod ipſemet aiebat) numquam cogitavit: tamen cum exercitiorum fructus majorem in modum quotidie creſceret, cumque è ſuis ferventiores etiam atque etiam inſtarent, ut cum illo pariter ſibi vivere liceret; atque hoc ipſum vitæ inſtitutum, multorum jam utilitate comprobatum, ad poſteros etiam tranſmittere flagitarent; operæ pretium facturum ſe credidit, ſi proprium aliquem locum templumque obtineret, in quo ſecularium Presbyterorum Congregationem inſtitueret, atque incepta jam pridem exercitia exequeretur. Hæc autem cogitanti duo inter cetera Urbis templa opportuniora videbantur, utrumque Deiparæ Virgini dedicatum; alterum in Monticellis, alterum in Vallicella hodieque vulgus appellat. Horum utrum deligeret valde dubitabat. Igitur in re tam gravi, ut exploraret Numinis voluntatem, ejus in terris Vicarium ſibi conſulendum exiſtimavit. Erat is eo tempore Gregorius XIII, cujus nomini noſtra Congregatio plurimum debet. Huic porro Vallicellanum templum longe opportunius viſum eſt; anguſtum illud quidem & minus commodum, ſed tamen in celeberrimo Urbis loco, & ad Oratorii functiones in primis idoneo.

ad id ſuaſit Pontificis eligit eccleſiā S. Mariæ in Vallicella.

F

105 Accepit libentiſſime Pontificis conſilium Philippus, tamquam ex oraculo editum. Itaque nulla interpoſita mora, ut ejuſmodi templum obtineret diligenter curavit; ibique, Apoſtolica fultus auctoritate, ſecularium Presbyterorum Congregationem fundavit, cui ab Oratorio nomen indidit; facultate inſuper accepta, ad ejus Congregationis propoſitum quam accomodatiſſimas leges & decreta condendi, quæ deinde uſu recepta Pontifici Max ſancienda atque approbanda proponerentur: id quod Gregorius idem teſtatum voluit publicis litteris, Romæ datis XVII Kalendas ſextiles anno MDLXXV. In hanc igitur ædem, cum primum licuit, è ſuis duos venire juſſit, Germanicum Fidelem, cujus antea meminimus, & Joannem Antonium Luccium Balneoregienſem, eximia virtute virum, ut & templum ipſum curarent, & parochialia munera obirent. Interea Patres de eodem templo inſtaurando (erat enim male materiatum ac ruinoſum) cogitare cœperunt. Et quidem de integro illud extruere animus erat, ſed voluntati vires non ſuppetebant. Ecce autem quodam die Philippus (erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino) veterem ædem deturbari jubet, novamque extrui; quæ nimirum ampla eſſet,

pro eaque leges condit.

& templum jubet novum ſtrui,

&c

A. HIERO. BARNABEO EX MS *ac valde amplum,*

& ad Congregationis functiones accommodata.

106 Dirutis igitur antiquæ illius ædiculæ parietibus, cum Matthæus Typhernas Architectus novæ ædi fines jam designaturus adesset, Philippus ea de re certior factus (erat tum in ædibus S. Hieronymi, & paratus ad Sacrificium è vestiario pedem efferebat) expectari se jubet dum sacrum faceret, eoque peracto ad Vallicellam venit; cumque Architectus pro rei opportunitate satis longam lineam traheret, iterum ac tertio trahere eum longius jussit, quousque scilicet illi præmonstraverat Deus; tum demum; Hic, inquit, terminus esto, hic terram eruite ad fundamenta jacienda. Mira res dictu! Effossa humo solidus paries pervetustus apparet, decem palmos latus, longitudine ædificium ipsum quod designabatur excedens. Hoc itaque fundamento dextrum templi latus extruitur, tantaque præterea vis ruderum ibidem reperta, ut reliquis obstructionibus muroque plurimo ducendo satis fuerit. Hæc igitur Vallicellanæ ædis longe præclara initia fuere: cujus primum lapidem solenni ritu posuit Alexander Medices, eo tempore Archiepiscopus Florentinus (qui postmodum Leo XI Pontifex Max.) XVII Kalendas Octobris MDLXXV.

super fundamenta ibi reperta,

B

107 Interea dum opus Dei perficiebatur, multas (ut ferme sit) contradictiones sustinuit à vicinis quibusdam, quorum aliqui tum privatim tum etiam publice de Patribus detrahebant; alii vero ingenio ferociores, Joannem Antonium Luccium, qui ædificio præerat, lapidibus interdum appetere non dubitarunt. Sed frustra; quandoquidem virum optimum, & in eam curam acriter incumbentē, divina bonitas omni periculo liberavit. Quin etiam multorum observatione compertum est, quicumque huic extructioni temere obstiterunt, hos omnes intra biennium extinctos esse. Cum autem deinde aspirante Dei gratia ad operis fastigium brevi perventum esset, divina officia inibi Patres obire cœperunt III Nonas Februarii MDLXXVII, in quem diem inciderat Dominica Septuagesimæ. Utque res majori cum fructu peragerentur, Gregorius XIII Pontifex Max. plenariam peccatorum omnium Indulgentiam impertiri dignatus est iis, qui hac die novam ecclesiam visitassent, aut solenni Missæ sacrificio interfuissent, quod prædictus Archiepiscopus Florentinus quam maxime festo apparatu peregit. Itaque locus summa hominum frequentia celebrari cœpit, paucosque post dies, nimirum Aprili mense, eódem Patres, ex Oratorio S. Joannis, quotidiana colloquia transtulere.

invidii vicinis nequidquam obturbantibus,

quod anno 1577 dedicatur.

C

108 Inter hæc Congregatio majorem in modum quotidie augebatur, multique certatim ad militiam spiritualem Philippo dabant nomina, quamobrem de ampliori etiam habitatione cogitandum fuit. Erat tum novæ ædi contiguum peranguſtum quoddam monasterium, in quo paucæ admodum sacræ Virgines ex S. Claræ disciplina degebant: cumque jam pridem Superiorum jussu in aliud sui Ordinis Monasterium migraturæ essent, ejusmodi locum sibi ad habitandum coëmere Patrum consilium fuit. Abnuit tamen Philippus, tum quod ad necessariam ecclesiæ ædificationem, haud parvo ære alieno contracto, novo insuper gravari minus consentaneum existimabat; tum etiam quod alia via & ratione, Deo adjuvante, id obtineri posse sperabat. Sed (ut sunt homines timidi, suæque prudentiæ facile innituntur) nonnulli ex Patribus, ne forte alienus emptor eos occuparet, utcumque rem tentarunt. Jamque ad emptionem faciendam ventum erat; cum ecce tibi qui aderat Judex, præter omnem expectationem & consuetudinem, pro numerata pecunia syngrapham nequaquam, ajt, accipiendam: neque ullis unquam rationibus potuit ab hac sententia dimoveri. Itaque re infecta discessum est.

Pro addenda domo emendum vicini monasterii locum

negat Sanctus;

D

109 Tum vero Pompejus Paterius, Congregationis Presbyter & Procurator, ad Philippum adit; eumque forte egredientem in limine Vallicellanæ ædis offendit. Quem ubi primum videt Pater, continuo; Nonne ego, inquit, prædixeram, cœnobium hoc nostra pecunia emendum non esse? Cedo mihi istiusmodi syngraphām: quamquam enim hæc à nobis emptio fieri non possit, non tamen deseret Dominus sperantes in se. Neque abfuit dicto fides. Etenim quinq; post mensibus, Petrus Donatus, Cardinalis Cæsius, vir de Congregatione nostra in primis optime meritus, non modo cœnobium ipsum, sed alias etiam vicinas domos ingenti pretio coëmit, eidemque Congregationi liberaliter attribuit.

prædicit quæ aliter obtinendum,

& fabricam ecclesiæ promovet,

110 Incredibile autem memoratu est, quantam in hoc opere tum inchoando tum promovendo fiduciam in Deum Philippus ostenderit; quandoquidem nullo ferme subsidio instructus, ad ædificandum aggressus est: & tamen intra biennium ædificium prope ad finem perduxit. Nec vero quod interdum ad prosequendum nihil suppeteret, idcirco animum despondebat: sed in Deum spem erigen, ajebat, Ecce Dominus Deus auxiliator meus. Neque illum unquam fefellit eventus: quotiescumque enim E opus esset, toties illi pecunia prope ad nutum præsto erat. Quamobrem divinitus suppeditatam fuisse (quod alibi etiam dicturi sumus) multi pro certo existimarunt: cum & quotidianos sumptus faceret, & ne obolum quidem à quoquam expeteret. Quoniam vero nonnulli, haud justi rerum æstimatores, operis magnitudinem ac difficultatem illi interdum objiciebant; bonæ spei plenus; Ego, inquit, in Domino sperans, non infirmabor. Quamobrem ejus fretus auxilio, templum hoc destruere, si quidem ita expediat, atque aliud longe amplius & magnificentius extruere posse confido. Aliàs quoque hac de re cum dissereret, aperte professus est, sese pacto jam cum Deipara inito ex hac vita non antea decessurum, quam ecclesiæ tectum imponeretur, quod & re ipsa impletum est.

mirabili in Deum fiducia,

& pecunia à variis collata ultro,

111 Igitur ad faciendum opus tabernaculi, primus omnium ducentos aureos obtulit Domino vir sanctissimus Carolus, Cardinalis Borromæus. Post hunc octo millia tribuit Gregorius XIII Pontifex Max. totidem deinde Petrus Donatus, Cardinalis Cæsius, testamento reliquit. Fratris pietatem æmulatus Angelus Cæsius, Episcopus Tudertinus, plusquam triginta millia in anteriorem templi partem F impendit, atque insuper nobile sacellum extruxit: quatuor quoque millia, mente promptissima atque devota, præbuit Federicus, Cardinalis Borromæus. Quidquid præterea ad opus Sanctuarii alii complures contulerunt, voluntarie Domino ab omnibus dedicatum est: neque enim (ut diximus) Dei famulus quidquam unquam ab aliquo postulavit.

nihil à quoquam petere volente Sancto.

112 Operæ pretium est hoc loco referre, quod per hos ipsos dies accidit, dum ecclesia extruebatur. Unus quidam ex laicis Congregationis ædificio præerat, cumque ad ejus coronam perventū esset, nec ultra jam provehi posset ob pecuniæ angustiam, ad Patrē de more confugit, eiq; subtristis omnia nuntiavit. Cui Pater; Confide, fili: dabit enim Dominus quæcumque ad domus suæ ædificationem opus sunt. At ille; Scito, inquit, Pater, hominem quemdam in Urbe esse ditissimum, in pios usus omnia erogantem; quod si vel leviter rogetur, non dubito quin magnam aliquā pecuniæ summā sit nobis promptissime largiturus. Tū Philippus; Ego vero, fili, ab hominibus nihil unquam omnino quęsivi, tamen omnia à Deo liberaliter accepi. Nec latet profecto hunc, quem tu dicis, divitē & pium virū nostra necessitas: quamobrē, si quid elargiri nobis

A nobis voluerit, ſponte ſua faciet; ſin autem, Deus adjutor noſter in æternum. Quid multa? Paucis poſt menſibus nobilis quidam Advocatus, noſtræque Congregationis amantiſſimus, moriens, amplius quatuor aureorum millia; alius deinde, poſt menſes ſex, ſupra octo millia ad id legant: ut nil mirum inter omnes conſtaret, quantum Philippi propoſitum atque animi altitudo Domino probaretur.

CAPUT IX.

De nonnullis ejus in Spiritu filiis, vitæ ſanctitate præclaris.

113 CAP. XVII. HIs igitur exercitationibus plurimos, eosque præcipuos in Urbe viros, à ſeculi ſtipendiis, ad Chriſti militiam pertraxit, quorum deinde virtus mirifice enituit. Ex his unus fuit Joannes Baptiſta Salviatus, vir longe nobiliſſimus, & Catharinæ Galliarum Reginæ arcta propinquitate conjunctus, in primis vero Chriſtiana humilitate ſpectabilis. Quamquam enim, Philippo duce ac præceptore, ad omnes virtutes ſeſe optime exerceret, hanc tamen B præcipuo quodam ſtudio colendam ſibi propoſuerat: quamobrem celebriora Urbis noſocomia frequentabat; ibique decumbentibus diligenter inſerviens, viliſſima quæque munia lætus obibat. Nec omittenda hoc loco res eſt plane memorabilis. Venerat ille quadam die ad valetudinarium, cui à Conſolatione nomen eſt; ibique ægrotum invenit, quem antea ſervum domi habuerat. Ad hunc igitur cum acceſſiſſet, eumque amiciſſimis verbis affatus eſſet, rogavit ut tantiſper è lecto ſurgeret. Is vero, Cur, inquit, ſurgam? At Salviatus; Ut lectum tibi ſternam. Ægrotus autem, jocari ſecum hominem arbitratus; Haud jocis locus eſt, inquit; deſine quæſo, domine, nec miſero mihi moleſtiam exhibe. Mihi vero, ſubjicit alter; certum eſt, lectum tibi componere; idque haud joco, ſed ſerio facio. Denique, poſt longam concertationem, Salviati caritas atque humilitas de illius modeſtia triumphavit.

J. B. Salviatus,

humilitate eximius,

114 Porro autem vir iſte nobiliſſimus, ex Philippi conſuetudine, ad eum rerum humanarum contemptum pervenerat, ut qui dudum pretioſis veſtibus ornari, & famulorum grege ſtipatus incedere conſueverat; exinde non modo modeſtiſſimum habitum indueret, ſed ne unum quidem famulum ſecum C duceret: quamquam Philippus ſic illum modeſte ſeſe habere voluit, ut & perſonam & dignitatem pariter retineret. His igitur aliiſque virtutibus præditus, quas nunc perſequi longum eſſet, ad vitæ finem pervenit; ac prænuntiatam ſibi mortis horam lætus excipiens, Davidicum illud ex animo cecinit, Pſ. 121, 1 Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domũ Domini ibimus. Mox in Philippi complexu ſpiritum Deo reddidit. Hujus ipſius uxorem, Portiam de Maximis, jam pridem beatus Pater ad Chriſtianam perfectionem ſenſim adduxerat; qua deinde adjutrice, virum quoque pellexit, & Chriſto lucratus eſt. Eo autem defuncto, piiſſima femina, quo Deo liberius inſerviret, ad ſacra ſe clauſtra recepit; ac demum vitæ ſanctiſſime actæ conſentaneam mortem invenit.

& humanarum rerũ contemptu,

ſecut & uxor ejus.

115 Salviatum deinde ſecutus eſt Franciſcus Maria Tauruſius Politianus, & ipſe vir nobiliſſimus, Julio III & Marcello II ſummis Pontificibus ſanguinis vinculo conjunctus, vivido ingenio & morum ſuavitate in Aula Romana apud omnes ordines gratioſus. Is igitur, cum per id tempus Paulus IV Pont. Max. plenariam peccatorum Indulgentiam Chriſtiano orbi largitus eſſet, ad templum S. Hieronymi conſcientiam expiaturus ſe contulit: quem Philippus, Confeſſione peracta, in cubiculum ſuum deduxit, multaque cum eo collocutus, deniq; orare ſecum juſſit. Quamquam ante Tauruſius ejus quæ mentalis dicitur orationis uſum & conſuetudinem penitus ignoraret; nihilominus tanta ſpiritus dulcedine perfuſus eſt, ut hora integra, quâ oravit, momento citius abiiſſe ſibi viſa ſit. Non ſemel deinde cum ad beatum Parentem rediſſet, eumque dum oraret in aëra ſublatum vidiſſet; humano faſtigio celſiorem hominem credidit, novumque vitæ inſtitutum aggredi vehementer optavit. Cum autem quędam huic propoſito haud leviter obſiſterent, eaque Philippo ſigillatim narraſſet, Ne dubita, inquit ille, intra menſem tollentur obſtantia. Atq; ita plane accidit, quemadmodum Vir ſanctus prædixerat. Elapſo etenim menſe ad illum rediit, & totius vitæ noxas per ſacram Confeſſionem purgavit: in qua cum animadverteret, Philippum conſcientiæ ſuæ latebras intimoſque animi receſſus penetrare atque aperire, tam arcto caritatis vinculo ei conjunctus eſt, ut Aulæ & mortalibus commodis nuntium ſponte remittens, ad Philippi ductum arbitriumque ſeſe omnino contulerit. Quamobrem Dei Servus, quocumque annuiſſet, dicto citius ſequentem habuit, eoque adjuvante plurimos ad Chriſtum perduxit.

Franc. M. Tauruſius,

A. HIERO. BARN. BEC EX MS.

ex Sancti prædictione Congregationi adjunctus,

F

116 Tantus autem in Tauruſio fuit ardor ſtudiumque pietatis, ut retinendus in curſu fuerit, nedum incitandus. Dei voluntati addictiſſimus, quam initio ſuæ converſionis pacem & tranquillitatem animi conſecutus fuerat, per annos amplius quinquaginta quibus deinde vixit, nullo unquam tempore caſuve ſeſe amiſiſſe affirmavit. Orationis & lacrymarum dono fuit inſignis. Dei verbum, ex Oratorii inſtituto, tam ſcite ſancteque adminiſtravit, ut primi ejus temporis concionatores ſingularem illius eloquentiã ſuſpexerint, atq; à Cardinali Baronio vir Apoſtolicus & Dux verbi appellatus fuerit. Hunc Pius V ſanctiſſimus Pontifex, non modo ad Sacerdotale munus, quod ipſe pro ſua humilitate detrectabat, cõpulit; ſed una cum Cardinali Alexandrino in Galliam, Hiſpaniam, & Luſitaniam Legato ad Reges miſit, quibuſcum fœdus adverſus Turcarum tyrannum feliciter ſancitum eſt. Deinde Clemens VIII ſingulari (ut ipſe aiebat) Spiritus ſancti afflatu, invitum licet ac recuſantem, Avenionenſis Eccleſiæ onus ſubire juſſit: quam ab hæreticorum contagione & fraudibus ſumma cum vigilantia ſervavit, ſanctiſſimiſque Inſtitutis & legibus temperavit. Nec ita multo poſt ab eodem Pontifice S. R. E. Cardinalis creatus, hanc ipſam dignitatem præclaris virtutibus auxit, atque in ſacris Comitiis, poſt Leonis exceſſum, animum ab Apoſtolico faſtigio penitus refugientem oſtendit. Denique dierum plenus ac meritorum, ut in nidulo ſuo mori ſibi liceret, vehementer efflagitavit. Id quod cum à Patribus impetraſſet, curis omnibus ſolutus ac liber, ad Vallicellam ſe recepit: pauciſque poſt menſibus migravit ad Dominum, anno ſalutis MDCVIII, ætatis LXXXIIII, ſepultusque eſt in ſepulcro Congregationis.

magni vir ſpiritus,

& poſtea Archiepiſc. Avenion. & Card.

F

117 Fuit itidem ex primis Philippi diſcipulis Conſtantius Taſſonius, Petri Bertani Cardinalis Fanenſis nepos. Is porro ad Romanam Aulam, tamquam ad ſaxum adhæſerat, nec ab ea ullo unquam pacto divelli poſſe videbantur: tamen Philippo duce ac magiſtro in eam rerum humanarum deſpicientiam & caritatis ardorem adductus eſt, nullum ut eſſet tam vile tamque arduum pietatis officium, quod ille libentiſſime non aggrederetur. Confeſſionis atque Euchariſtiæ myſteria ſæpius in hebdomada percipiebat; interdum etiam quotidie certis temporibus cæleſti Pane reficiebatur. Urbis noſocomia aſſidue viſitabat, ibique ægrotis humiliter

Conſtantius Taſſonius,

A. HIERO. BERNABEO EX MS. inſerviebat; ab ipſo autem Philippo in omni mortificationis genere exercebatur. Factus deinde ex illius obedientia Presbyter, à terrenis commodis opibuſque animum ſic abduxerat, ut oblatum ſibi opulentum Sacerdotium recuſaverit. Denique, ob præclara virtutum merita, à S. Carolo Borromæo inter familiares exoptatus, atque à B. Pio V Pontifice ad Urbem, mox à Deo ad cælum evocatus eſt, quemadmodum Philippus prædixerat, noſque infra dicturi ſumus.

I.B. Modius meditus, 118 Acceſſit ad hos etiam Joannes Baptiſta Modius, nobilis medicus, pietate & doctrina inſignis, qui de aqua Tiberina ſatis luculenter ſcripſit, atque ad Cantica B. Jacoboni plura lectu digniſſima adnotavit. Hunc graviter ex calculo laborantem, & ad ultimum prope ſpiritum adductum, qua ſolebat caritate Philippus inviſit, utque oblatam ſibi à Domino crucem tollat, dulciſſimis verbis hortatur: dein domo egreſſus, in proximum templum ſe confert, ibique pro illius ſalute preces ac lacrymas fundit. Res mira! Eodem temporis momento calculum ægrotus ejecit, & priſtinam valetudinem recuperavit. Ex ea die Modius, beneficii memor, beato Parenti regendum gubernandumque ſe dedit. Hujus viri caritas erga proximos fuit plane incredibilis, quicum miſeratio pariter creviſſe videbatur: cum autem dicendi copia & facultate plurimum valeret, Philippus eum, quamquam laicus eſſet, in Oratorio narrare juſſit Sanctorum geſta, & quidem magno cum audientium fructu ac delectatione. Quo deinde vita functo, eamdem provinciam demandavit Antonio Fuccio Tiphernati, nobili itidem medico, qui magno ſpiritus fervore cum ipſomet Philippo in Indiam proficiſci decreverat, quemadmodum alibi narratum eſt.

Martius Alterius, 119 His quoque annumerandus eſt Martius Alterius, nobilis Romanus, qui ſub ipſa Oratorii initia Philippo adhæſit, tantumque eo magiſtro profecit, ut de Deo rebuſque divinis (quod ipſemet Philippus teſtatus eſt) præ nimia ſpiritus dulcedine, quaſi Moyſes alter, loqui non poſſet. Caritate autem & miſericordia in pauperes adeo excelluit, ut vel ſubducta lectulo ſuo ſtragula iis diſtribuerit, ſeque libenter expoliaverit, ut Chriſtum in pauperibus operiret. Iis

aliique, deinde ſeſe adjunxerunt Matthæus Stendardus, Pauli IV ſummi Pontificis Nepos; Bernardinus à Valle, Comenſis; Fulvius Amodeus; Jacobus Marmita, alibi commemorandus; Joannes Antonius, San-Severinas; Ludovicus Pariſius, qui ſancto Patri pietatis cauſa triginta amplius annos inſervivit; aliique permulti, ex præcipua Italiæ nobilitate, qui Philippo duce ac præceptore in Romana luce præclara Chriſtianæ perfectionis exempla ediderunt.

Stephanus Ariminen. 120 Complures præterea in ſpiritu filios habuit Philippus, humili natos loco, ſed egregie pios & divinis virtutibus illuſtres. Ex his unus fuit Stephanus quidam ſutor, Ariminenſis, olim ſeculi erroribus implicatus, qui ex longa militia multas gravesq; inimicitias contraxerat. Is igitur aliquando cum veniſſet in templum S. Hieronymi, ubi tunc temporis ſermones habebantur, in imis ſubſelliis tacitus ſedebat: quem cum Philippus vidiſſet, quamquam ne de facie quidem eum noſſet, tamen manu prehendit, & digniori loco ſedere jubet: deinde concione dimiſſa ad illum redit, dulcique alloquio hominem demeretur,

tenuis ſutor à prava vita converſus, ut ex ea die Stephanus quotidie ad Oratorium venerit, atque à prava conſuetudine ad optimam vitæ rationem ſe receperit. Quamquam enim eſſet pauperrimus, tamen ex his quæ quotidiano labore percipiebat, quidquid ex victu veſtituque ſupererat, id totum indigentibus tribuebat. Mortem aſſidue meditabatur, ad eamque ſeſe parabat veluti quotidie moriturus, nec tamen ob id triſtitia aut mœrore ullo afficiebatur; quin etiam hilari ac ſereno vultu intimam animi lætitiam perpetuo præſeferebat. Obedientiæ ſtudium, quibuſcumque rebus potuit, ſemper oſtendit. Orationi maxime deditus, pluribus à Deo donis ornatus eſt: dumque oraret in templo ſanctiſſimæ Trinitatis peregrinorum, divina quadam luce circumfuſus apparuit. Hanc ille vitæ rationem tres & viginti annos tenuit, ſolusque in domuncula quadam habitavit, ut uni Deo ſibique vacaret. Cumque ætate jam gravior ab amicis admoneretur, ne ſe periculo exponeret repente moriendi ſine ullius auxilio, Deiparæ pietate ſe plurimũ confidere, aiebat, ac pro certo habere, eo caſu illam ſibi pro ſua maxima benignitate adfuturam, quod & reipſa factum eſt. Siquidem nocte quadam repentino morbo correptus, ſtatim foras exit, vicinos convocat, rogatque, ut acterſito Sacerdote Eccleſiaſtica Sacramenta ſibi jam jam morituro adminiſtrarent. His dictis domum ſe recipit, & Sacramentis rite ſuſceptis feliciter decedit. *deque ſua morte divinitus præmonitus.*

121 Fuit etiam ex Philippi diſcipulis Franciſcus Maria, vulgo Ferrarienſis appellatus, vir admirandæ ſimplicitatis & puritatis, quamobrem non ſemel Angelicos concentus audivit, peccata etiam tetro ex odore ſentiebat. Caritate Dei & patientia Chriſti ſuccenſus, omnia pro illo tormenta perferre cupiebat. Cum aliquando acerbiſſimis calculi doloribus torqueretur, rogavit Dominum, ut ſe gravioribus etiam ſuppliciis afficeret: hisque dictis, ſtatim convaluiſſe ſe ſenſit. Dono lacrymarum fuit inſignis; quamobrem cum Euchariſtiæ myſteriũ obiret (obibat autem ferme quotidie) aut de Deo rebuſque cæleſtibus quidquam audiret, uberrimos fletus protinus effundebat. De proximorum ſalute adeo ſolicitus erat, ut cum aliquando Judæum quemdam intuitus eſſet, miſericordiâ commotus tres ipſos annos aſſiduis Deum precibus oraverit, ut cœcum hominem ad viam veritatis reduceret. Nec fruſtra: cum enim quadam die ad Vaticanam Baſilicam ſe contuliſſet, hunc ipſum Judæum conſpexit ſolenni ritu eo deductum, ſacro Fonte abluendum: quo ſpectaculo mirifice recreatus, extemplo vim lacrymarum profudit. *Franc. M. Ferrarienſis,* *zelo animarum,* *& dono lacrymarum inſignis;* Luc. 17, 10

122 Eumdem aliquando graviter flentem Tauruſius offendit: fletus cauſam roganti; Mecum, inquit, reputabam, quæ Chriſtus Dominus diſcipulis ſuis dixit; Cum hæc omnia feceritis, dicite, quia ſervi inutiles ſumus. Etenim ſi Apoſtolis, poſt tot tamque egregia facta, poſtque Orbem totum ad Chriſtum converſum, dicendũ fuit, Servi inutiles ſumus; quid miſero mihi dicendum eſt, qui nihil unquam boni feci? Hinc meæ lacrymæ, hinc dolor meus. Hunc ipſum alia die idem Tauruſius ſtantem vidit atque in oratione defixum, deinde ſeſe paulatim retrahentem, veluti inſolito viſu obſtupeſcentem: cujus rei cauſam ab eo cum percunctaretur Tauruſius; Dei, inquit ille, magnitudinem mente contemplor: & quo eam attentius recogito, hoc mihi grandior apparet: quamobrem ob ejus immenſitatem, pedem etiam, nedum mentem referre cogor.

123 Nec omittendus hoc loco eſt Thomas quidam Siculus: qui religionis cauſa ad Urbem cum veniſſet, Vaticanam Baſilicam ſcopis verrendam ſuſcepit, idque ſibi maximi honoris loco duxit: quamobrem plures annos, magna cum animi ſui jucunditate, in eo munere ſeſe exercuit, à templo interdiu numquam recedens, niſi cum ad Philippum conſcientiam expiaturus adibat; noctu autem ſuper nudo ſcabello altaris cujuſdam cubare conſueverat. Quod cum videret humani generis hoſtis, à ſancto propoſito eum deterrere conſtituit. *Thomas Siculus,*

Igitur

A Igitur nocte quadam, cum ille quiesceret, immanes sonitus excitavit, atque omnia turbare visus est. Tum vero Dei servus somno experrectus, templi subsellia per aërem ferri, mox ad terram allidi & confringi conspexit. Quamobrem accenso statim lumine perlustrat omnia, nec quidquam loco suo motum videt. Dum tamen solicitis oculis secretiora quæque vestigat, ne forte quispiam templum ipsum expilaturus lateret; ecce tibi pone columnam Æthiops quidam sese offert, cujus aspectu Thomas nihil commotus, sed teterrimum hostem agnoscens, elata dextera alapam intentat: qua re ille confusus ac delusus aufugit.

Ludovicum Spoletinus.

124 Addictissimus quoque Philippo fuit Ludovicus Spoletinus, ex Franciscano habitu, quem devotionis causa gerebat, Fratris nomine appellatus. Hunc terrenis facultatibus pauperrimum, divinis virtutibus opulentissimum, monasterio S. Catharinæ, cui à Funariis vel à Rosa cognomen est, beatus Pater præficiendum curavit; eoq; munere diu summa cum laude perfunctus est.

Petrus Molitor.

Intimus etiam Philippo fuit Petrus Molitor, vir egregiæ virtutis; qui inter cetera beneficia donum lacrymarum à Deo acceperat, sic ut oranti sine intermissione continuo

B fletus erumperet; quapropter, exesâ vi luminis, aciem oculorum amisit: quam tamen divinitus (ut fuit omnium opinio) recuperavit. Plurimi præterea Philippi ductum & disciplinam secuti, magnam de se sanctitatis opinionem reliquerunt: quorum alios consulto omittendos existimavimus, ne forte longius quam par sit à proposito digrediamur. De aliis infra, cum se dabit occasio, breviter loquemur.

CAPUT X.

Novæ in Vallicella Congregationis Præposituram Philippus suscipit.

125 Quamquam autem Philippus institutam à se Congregationem diligenter administrabat, omniaque ejus nutu & arbitrio fiebant, numquam tamen (ut diximus) adduci potuit, ut ab ædibus S. Hieronymi discederet; quamvis à Patribus quotidie rogaretur, multisque modis propemodum cogeretur. Quod vero in hac sententia tam obstinate persisteret, id erat causæ: quod præ singulari sua humilitate Fundatoris nomen & dignitatem

C maxime abhorreret. Præterea nolle se aiebat crucem fugere, campoque decedere, in quo certamen forte sibi à Deo datum esset ut vinceret, incorruptamque coronam acciperet. Cum autem Congregatio carissimi Patris absentiam diutius ferre non posset, eumque precibus flectere haud semel frustra tentasset; ad Petrum Donatum Cardinalem Cæsium confugit, rogatque, ut rem ad Pontificem deferat (erat is Gregorius XIII) ejusque auctoritate denique impetret, quod hactenus nulla ratione obtineri potuerat. Audiit Pontifex plenas amoris querelas, eumdemque Cardinalem Cæsium admonuit, ut suo nomine Philippum ad Vallicellam migrare juberet. Itaque Pater (ut erat in omnibus obedientissimus) sine ulla controversia statim paruit, & ad Vallicellanam habitationem se contulit, anno salutis nostræ MDLXXXIII, X. Kal. Decembris, quo die B. Virginis & Martyris Cæciliæ anniversaria natalitia celebrantur.

C. XVIII. Diu reluctatus,

& tandem mandato Papæ coactus,

126 Abiturus autem ab ædibus Caritatis, vilem curtamque supellectilem suam solenni pompa transferri voluit, suorum manibus humerisque, longo ordine incedentium per frequentissimas vias; ut nimirum ea ratione seque suosque omnibus ridendos & contemnendos offerret. Nec vero Pater, quam diligentissime custodierat, antiquam cellulam suam

ad Vallicellam commigrat Sanctus;

potuit omnino deserere: sed ejus clavem, dum vixit, perpetuo retinuit, illamque identidem revisere consuevit. Ad Vallicellam autem cum venisset, nihil de pristina conversatione mutavit: ideoque in superiorem ædium partem se recepit, ut procul omni strepitu, statis quotidie temporibus, suffurato ex summis occupationibus otio, consuetæ contemplationi vacaret; & quam olim initio Sacerdotii longe præclaram vitæ rationem instituerat, hanc ipsam deinde ad ultimum usque spiritum constantissime tenuit.

A. PIERIO. BARNABEO EX M.

127 Itaque Patres, cum primum ad sese Philippum receperunt, omnes pariter collocatis in illum suffragiis institutæ ab ipsomet Congregationis Præpositum renuntiarunt. Quod quidem munus, homo parendi quam imperandi longe cupidior, ægerrime suscepit: cumque ea quæ deinceps à nostris servanda essent, suo ipsius exemplo probari vellet; primum omnium constituit, ut Præpositi electio, tertio quoque anno fieri deberet. Quamobrem triennio exacto iterum in suffragia venitur, iterumque ingenti omnium consensu & conspiratione Præpositus deligitur. Quamquam deinde hac lege agi cum sanctissimo Institutore haud æquum Patres existimarunt; eo-

E demque anno, XIII Kal. Julii, perpetuum Congregationis Præpositū eum declararunt. Id quod quamvis Dei famulus pro sua humilitate nequaquam probaret, impositumque sibi onus obfirmate deprecaretur; tamen precibus atque obsecrationibus fatigatus, denique suorum voluntati obtemperavit. Igitur Pater optimus prudentissimusque, ut statum Congregationis perpetuo firmaret, divino plane Spiritu afflatus, id potissimum edixit; Institutum ejusmodi iisdem legibus retinendum esse, quibus ab initio partum fuerat. Itaque quicumque ad Oratorii Congregationem se reciperent, hos nullis votorum, juris-

C. XIX. ibique Præpositus electus.

Sanctis suos nullis votis obstringendos;

jurandi, aut cujusvis promissionis nexibus, sed unius Caritatis vinculis debere astringi, atque in Clericali dumtaxat ordine perseverantes libere Deo inservire, nec suum potius quam Dei proximorumque negotium agere: quod si quis perfectioris viæ vitæque desiderio teneretur, non deesse sanctissima tot Religiosorum Ordinum instituta, quæ quisque posset ad libitum profiteri.

128 Ad hæc privatam ac publicam disciplinam quam accuratissime ordinavit, certasque leges præscripsit; adhibitis in consilium Patribus, aliisque viris non minus religione quam scientia & prudentia præditis, maxime autem Hieronymo Cardinali à Ruvere, Taurinensi Archiepiscopo, divini humaniq; Juris apprime perito: has deinde leges, longo tempore summaque cura recognitas, atque usu ipso & magistra rerum experientia triginta annis amplius probatas, Apostolica auctoritate firmavit Paulus V Pont. Max. cui se nostra Congregatio multis beneficiis profitetur obstrictam. Quoniam vero quæ Instituti hujus sunt propria, earumdem legum volumine continentur, ea hoc loco referre supervacaneum existimavimus. Illud autem prætereundum non est, quod & antea innuimus, Philippi operâ atque indu-

Constitutiones quæque fecit,

F

& quatuor nos pios sermones quotidie habere dos,

striâ, longe laudabilem ac saluberrimam consuetudinem in Urbem inductam, aut verius postliminio reductam esse; qua singulis diebus panis verbi Dei sic parvulis frangeretur, ut non illo sublimi dicendi genere, quod in sacris concionibus adhiberi solet; sed aliquanto submissiore ac magis familiari, res cominus, quasi ex æquo loco, cum uno quoque ageretur. Quod quidem institutum, cum olim Dei famulus ad permovendos audientium animos maxime accommodatum esse diuturno experimento comperisset; decrevit ut quotidie, Sabbathis exceptis (quemadmodum enim ab initio factum fuerat)

ex HIERO. BARNABEO ex MS.

salutari lectione præmissa, ex nostris quatuor de rebus divinis ad populũ sermones haberent, semihorę spatio singulis ad dicendum præscripto; hisq; absolutis sacer hymnus musico concentu caneretur; denique, pro Dei Ecclesia brevi precatione peracta, cœtus dimitteretur.

quibus materiam formamque præscribit,

129 Interim dum sermones omnes habebantur, per annos plurimos aderat quotidie præsens ipsemet Pater: quod suorum quoque cumplures facere solebant: quin etiam multos per annos singulis diebus in Oratorio S. Hieronymi sermocinari consuevit. Eis porro, quibus dicendi munus fuerat impositum, nominatim præcipiebat, ut fucatam illam eloquentiam, & in singulas voces numerosque solicitam, omnino devitarent; nec ad ingenii doctrinæque ostentationem, sed ad pietatem excitandam populumque permovendum, orationem accommodarent. Quamobrem alium Sanctorum vitas narrare jubebat, alium Ecclesiasticam historiam recensere; alium S. Gregorii Papæ Dialogos, alios denique diversas materias referre, quæ planctum potius quam plausum audientium provocarent. Quod si forte quempiam eorum interdum audiebat subtilia quædam & peregrina tangentem, hunc statim sermonem abrumpere, ac de subsellio desilire jubebat. Denique illud omnes

simplicem & nitidam:

B admonitos voluit, ut stylo facili atque expedito virtutis pulcritudinem fœditatemque vitiorum ostenderent, atque ex probatis Sanctorum vitis crebra desumentes exempla, rem veluti ante oculos ponerent, animisque auditorum penitus infigerent.

Studia quoque suorum moderata esse vult,

130 Quapropter haud patiebatur ex suis quemquam totum se litterarum studiis tradere, iisque tamquam ad saxum adhærescere; sed caute admodum in hac re procedendum esse ajebat hominibus nostris, retinendumque (quod est difficillimum) ex sapientia modum. Quam ob causam Baronio, quamvis in scribendis Annalibus occupatissimo, nequaquam permisit, ut studendi gratia ab oratione quæ fit communiter, à sermonibus habendis, ab auscultandis Confessionibus, ceterisque muneribus exercendis, ulla unquam ratione vacaret. Nec vero studiis litterarum cuiquam suorum interdixit Philippus, sed in re vastissima certos fines terminosque constituit, iisque dumtaxat studere eos voluit, quæ Congregationis instituto maxime consentaneæ viderentur. Ajebat enim, Dei Servis diligendam, non ostentandam esse sapientiam; & Scripturarum opaca secreta, orando quam studendo, citius penetrari.

orationem communem definit,

131 Porro ad quotidianum Dei verbum, quotidianum quoque pabulum adjunxit; statuitque, ut nostri omnes in Oratorium quotidie vesperi descenderent, quo convenire possent (feminis exceptis) etiam exteri; præmissaque mentali quam vocant oratione, Letanias precesque recitarent, & singulis ter hebdomadis sese flagellis cæderent. Ad hæc Congregationem frequenti Sacramentorum usu, quasi cælesti quodam præsidio, munitam voluit; & Sacerdotes quidem quotidie Sacrum facere jubebat, quod iis temporibus haud ita communiter fieri consueverat. Quod si forte eorum quempiam, exercendæ virtutis gratia, interdum Sacrificio abstinebat; huic sane præcipiebat, ut simul atque evocaretur, paratus & expeditus ad rem Divinam, præsto esset. In sacrificando autem breviores illos quam longiores esse maluit, quoad rei majestas & dignitas pateretur. Itaque si

Missas breves magis quàm longas probat,

quisquam interdum, insolita spiritus suavitate perfunderetur, hunc serio admonebat Pater, ut hujuscemodi importunam dulcedinem caute comprimeret, atque ex altari ad cubiculum revocaret. Nimirum vir sapientissimus optime intelligebat, Missæ sacrificium summa quidem cum animi attentione ac devotione peragendum esse, sed tamen citra omnem molestiam audientium: cumque in cubiculo & clau-

fo ostio orationes fundimus, tum denique habenas Spiritui immittendas. Clericos porro & Laicos Congregationis ter in hebdomada conscientiã apud Confessarium deponere jubebat, ejusque arbitrio sacrum Christi corpus accipere. Illud præterea statuit, ut quicumque ad Confessiones excipiendas delecti erant, festis quidem diebus & feria quarta & sexta, mane usque ad horam prandii in ecclesia morarentur; ceteris vero diebus, duo saltem ex illis, ibidem ad id muneris excubarent. In victu cultuque nostrorum nihil singulare esse voluit, quod à communi bonorum & simplicium virorum consuetudine discreparet. Ad mensam denique, ut discumbentium animus juxta corpusque reficerentur, non modo lectionem adhibendam existimavit, quæ ultra dimidium prandium & cœnam extenderetur; sed è sacris etiam litteris aut ex morali disciplina poni jussit quæstiones duas, quibus singuli ex ordine, prout libuisset, modeste ac breviter responderent.

D

& alia plura utiliter ordinat.

atque à Congregationibus alibi similiter instituendis,

132 Hos igitur mores potissimum in Congregationem Philippus induxit. Cumque bonus odor instituti operis manaret quotidie latius, primum quidem in multis Italiæ urbibus, deinde in aliis etiam orbis terræ locis, Romanæ huic similes domus, ingenti populorum approbatione & fructu, constitutæ sunt. Placuit autem sanctissimo eidemque sapientissimo Institutori, ne Romana Congregatio alibi locum ullum sibi annexum haberet, neque alterius Congregationis regendæ susciperet onus; si quæ vero aliorum locorum Congregationes hujus instituta servare voluissent, non essent illæ quidem huic nostræ conjunctæ, verum unaquæque seorsum ab aliis per seipsas regeret sese ac moderaretur. Quod quidem consilium licet initio nonnullis Patribus minus probaretur, quippe qui propagandæ Congregationi id officere putabant; tamen usu deinde atque experientia comprobatum est, nec aliter fieri debuisse, nec potuisse. Quamobrem Patres, id ipsum omnes sentientes, præcipuo atque irrevocabili decreto rem confirmarunt: quod postea Gregorius XV Pontifex Maximus, de Congregatione in primis optime meritus, Apostolica auctoritate sancivit.

E

Romana manent semper sejuncta.

neque numerum valde augeri cupit;

133 Porro autem institutum opus sartum tectumque à Deo conservatum iri, tam certo tenuit Philippus; ut, quantumvis omnes illud deserere voluissent, tamen de sententia ne latum quidem unguem deflexisset. Ajebat enim, Deum hominibus non indigere: quod si forte suorum quispiam abiret, bonæ spei plenus Euangelicum illud usurpabat, Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Cum audisset aliquando, religiosos quosdam viros, nostrum Institutum æmulantes, de rebus divinis quotidiana ad populum colloquia habere cœpisse; quidamq; ex nostris, ne id fieret, omnino prohibendum esse censeret; continuo nimium istiusmodi zelum correxit Pater, aitque, Quis det, ut omnes prophetent. Hanc etiam ob causam, haud multos in Congregationem suam adscribi voluit; cum alioqui plurimos, iisque temporibus ingenii & doctrinæ facile principes viros, haberet in potestate: quorum alii, quamquam interdum ad hoc Institutum nati factique viderentur, eo auctore varia Religiosorum instituta professi sunt; alii vero in ipso seculo pie ac religiose vitam instituerunt.

Luc. 3, 8

F

sed concordiam obedientiamque vigere,

134 Ceterum Philippus, in gubernanda Congregatione prudentiam cum pietate conjungens, mirum est, quantum animos omnium conciliaret: ut plane, quod antea diximus, cunctorum esset cor unum, & anima una. Verumtamen in hac re non modicam ipse difficultatem persensit. Incredibile est enim (quod ipsemet dicere solebat) quantæ molis sit homines, ceteroqui liberos, regere & continere: idque

nulla

A nulla re poſſe facilius obtineri, quam ſi leniter agas, & parce imperes. Quapropter illud ſæpe uſurpabat, Qui pareri ſibi vult plurimum, is profecto modeſte imperet. Nihil igitur ille pro imperio à ſuis exigebat, ſed rogando potius omnia facillime impetrabat. At vero ubi opus erat (quod tamen perraro fiebat) gravitatem ac ſeveritatem ita induere conſueverat, ut ſolo nutu aſpectuque, quocumque demum voluiſſet, ſuorum quemlibet duceret. Quod ſi quando aliquem reprehenderet, ſeveriori vultu eum intuebatur; idque pro gravi animadverſione & caſtigatione illi erat.

& minus obſequentes cito dimitti.

135 Obedientiam in Congregatione ceteris omnibus virtutibus prætulit: qui vero inviti ac diſſentientes Superiorum imperia detrectarent, hos, tamquam arrogantes & pertinaces, ſtatim ejiciendos decrevit. Extat in hanc ſententiam apud nos ejus ſcriptum, cujus partem hoc loco inſerere viſum eſt. Quicumque, inquit, ſine turbis ultra progredi ſe non poſſe cognoverit, vel propter victus parcitatem, vel propter functiones in eccleſia aut ubi opus ſit exercendas; dimiſſionem ſibi ipſemet quærat, abeatque quamprimum ex Congregatione noſtra; alioqui, poſt commiſſam iteratamve culpam, procul dubio ab ea dimittetur. Mihi etenim certiſſimum eſt, Patres mei, quicumque paucas has leges, quæ hominibus noſtris præſcriptæ ſunt, ſervare noluerint, hos domi neutiquam retinere. Plura ibi Philippus. Igitur ut Superiori cum voluntate judicium quoque ſubmitterent, ſapientemque ſtultitiam ediſcerent, ſuos identidem hortabatur. Quod ſi forte ex iis quempiam renitentem aut reluctantem videret, tum denique propoſitum urgebat, eique alteniſſimo tempore aliquid muneris imperabat. Qua re illud præſertim efficiebatur, ut ne ambularent, quod ipſemet ſæpe uſurpabat, in mirabilibus ſuper ſe, ſed in ſolida humilitate conſiſterent.

B

Cardinalis Baronius ad ejus exemplum formari tirones optat

136 Non alienum fortaſſe videbitur hoc loco referre, quæ Cæſar Cardinalis Baronius Ferraria ſcripſit ad Petrum Conſolinum, per id tempus tironibus Congregationis præfectum. Accuſare me debeo, inquit, quod nullas ad te litteras reddidi, neque tibi gratias egi de precibus pro me Deo oblatis. Nunc demum id facio, & quas poſſum gratias ago: rogoque, ut pro me orare pergas, una cum tironibus tuis meiſque filiis longe cariſſimis, quos ſpiritu & gratia quotidie magis magiſque proficere vehementer opto. Pone, Pater, pone novellas arbuſculas ad inſtar magnæ illius arboris, cujus profecto ſunt germina; quibuſque ipſe educatus es modis, ceteros quoque educa: certumque habeto, beatum Patrem noſtrum, & vivere adhuc, & videre, & regere filios ſuos; flagellumque in manu habere, quo diſcolos feriat. Equidem rogo te, ut tironibus tuis me quoque adſcribere velis, atque ubi opus eſſe intellexeris ſine ullo reſpectu corrigas. O utinam Propheticum illud à me impleatur, atque aliquando tandem in ſenectute mea renovetur, ut aquilæ, juventus mea! hoc enim proprie juxta ſpiritualem ſenſum ſignificare videtur Abiſag, dormiens cum David jam ætate confecto, nimirum ſenectutem cum ſpiritus fervore conjunctam. Dormivit profecto Abiſag (quod ipſe probe noſti) cum ſancto Patre noſtro: quippe qui adeo in ſenectute fervebat, ut ſe prope comburi ſentiret. Haud fovent ſenes purpura & pelliceæ lacernæ, ſed una Abiſag. O utinam tali conſortio efficiar dignus, in hac mea frigidiſſima ſenectute! Hoc mihi orationibus tuis impetra, propterea enim hanc ad te epiſtolam ſcripſi: ſic te Deus conſoletur, & ſanctum faciat. Huc uſque Baronius: ubi ſatis aperte oſtendit, quid potiſſimum ſanctus Pater à ſuis requireret, quidque ipſemet Baronius ex eo didiciſſet.

C

Pſ. 102, 5 & ipſe jam ſenex ut ille ſpiritu fervere.

137 Illud denique fidelis Dei ſervus & prudens ſtudioſe diligenterque curavit, ut res Congregationis magna cum parſimonia adminiſtrarentur: quas & res pauperum appellabat, & patrimonium Chriſti. Quamobrem etiam atque etiam videbat, ut niſi ad neceſſarios uſus nullus omnino ſumptus fieret: adhibebatque in hanc rem graviſſimos teſtes, Caſſianum de Monacho narrantem, cui tria lenticulæ grana, dum ea coctioni præparat, inter manus cum aqua qua diluebantur elapſa ſunt; ob eamque negligentiam, velut interverſor neglectorque ſacri peculii judicatus, ab oratione ſuſpenſus eſt, nec niſi poſt publicam pœnitentiam abſolutus: & S. Antoninum Archiepiſcopum Florentinum, quem in eccleſia ferunt ad lampadis lumen opuſcula lucubrare conſueviſſe, ne qua ſcilicet ratione (quod ipſe aiebat) res pauperum imminueretur. Quod ſi forte quiſquam interdum ſeſe opponeret, diceretque, nimiam religionem hanc eſſe; ſtatim ſubjiciebat Pater: Hunc mihi ſcrupulum eximite: non eſſe pauperum hujuſmodi bona oſtendite, dein facite ut libet. Hanc igitur Congregationis gubernandæ rationem tenuit Philippus, multoque plura in hanc rem dici poſſent, niſi alibi fortaſſe commodius dicenda eſſent, præſertim cum de virtutibus ejus agetur.

A. HIER BARNABS. EX MS. Cura pauperatis eximia.

D

E

CAPUT XI.

Quantam illi obedientiam ac reverentiam ſui omnes præſtiterint.

138 CAP. XI. *Quam obedientes habuerit ſubditos.*

ILlud autem Philippus quam diligentiſſime curabat, ut ſuos in ſpiritu filios dicto ſtatim parentes haberet; annuitque ejus votis bonorum omnium largitor Deus. Siquidem ea fuit omnium erga illum obedientia, ut nihil tam arduum tamque difficile inveniri poſſet, quod eorum plerique juſſi extemplo non perfeciſſent. Quamobrem Cardinalis Taurufius teſtatus eſt, quamquam Philippi diſcipuli obedientiæ voto aſtricti non eſſent, tamen eorum nonnullos cum priſcis illis Ægypti Monachis in ea virtute comparandos. Siquando autem cum noſtris hac de re diſſerebat, neminem aiebat ex iis qui religioſas familias fundaverant, ſubditos ſibi tam promptos expeditoſque ad obediendum habuiſſe, quam Philippus ſuorum pleroſque. Nec temere id dictum: eorum namque aliquot, ex alto quolibet loco, ſiquidem ab eo juſſi eſſent, præcipites illico ſe daturos, aut in ignem ſponte ſeſe injecturos fuiſſe, certe affirmabant. Ejus quippe nutum ac voluntatem inſtar divini cujuſdam oraculi habebant: quæ quidem verba factis etiam comprobata fuiſſe mox intelligemus.

F

exemplis probatur.

139 Die quadam vir ſanctus cum ſuis aliquot diſſerebat de hac ipſa virtute obedientiæ, eratque ibi piſcina quædam, cum eos ad obediendum hortaretur, in rebus arduis etiam ac difficillimis. Demum Quis veſtrum, inquit, ad parendum paratus ac promptus, in hanc piſcinam, ſiquidem juberetur, deſiliret? Vix ille hæc dixerat, cum ex iis unus, nec verba ipſa perpendens, in aquas non ſine gravi periculo ſeſe projecit; aliis vero ſtatim accurrentibus incolumis eductus eſt. Alia die tres alios, ut ad hanc virtutem exerceret, veſtibus exutos nudoſque per celeberrimum Urbis locum incedere juſſit; jamque abeuntes ſeque expoliantes ut præceptum implerent, retinuit; &, Satis eſt, inquit: veſtes reſumite. Ibat aliquando per amphitheatrum ad noſocomium S. Joannis in Laterano, viditque miſerum in luto jacentem & propemodum animam efflantem: quo ſpectaculo commotus, è ſuis unum (Franciſco huic nomen erat) hominem arripere, humeriſque impoſitum ad valetudina-

A. RIERO. BARNABEQ EX MS.

tudinarium deferre jubet. Necdum verba finierat, cum ille dorso moribundum accepit, ad eumque locum, quamquam satis longo spatio, deportavit.

etiam Cæs. Baronii infirmi.

140 Cæsar Baronius ex vigiliis laboribusque in eam inciderat stomachi infirmitatem, ut cibo vel modico absque gravi molestia atque dolore refici non posset: capite præterea erat adeo delicato, ut, ex Philippi præcepto, nec sacræ meditationi nec alii cuiquam mentis exercitationi vacaret. Igitur quodam die à prandio, ut solebat, ad beatum Virum se contulit. Cui Pater; Tolle, inquit, panem illum malumque citreum, & comede hic nunc utrumque. Tum vero Cæsar, quamvis non sine vitæ periculo fieri id posse existimaret, tamen virtute obedientiæ confisus, signo Crucis sese præmunit, & paret. Præterea domum reversus (in ædibus enim Florentinæ nationis per id tempus degebat) dato cœnæ signo cum aliis in triclinium descendit, & promptissime cœnat: quæ res non modo nihil illi attulit detrimenti, sed ex ea die ne minimam quidem capitis aut stomachi molestiam sensit. Ad hæc ipsemet Baronius testatus est, cum per annos novem, Philippo jubente, ad nosocomium sancti Spiritus quotidie ventitasset, ut ægrotis ministraret; non semel febre
B æstuantem eo accessisse, completo autem ministerio sanum ac vegetum recessisse. Alia in hanc rem & propemodum innumera recenseri possent; nihil enim frequentius Vir sanctus, nihilque familiarius habuit, quam ut suos in spiritu filios ad hanc virtutem exerceret: sed omnia, quæ de illo narrantur, stylo persequi haud animus est.

Feliciter cedere quidquid eo probante fieret,

141 Illud præterea à pluribus observatum, quæcumque Philippo jubente fierent ea omnia feliciter evenire. Fabritius de Maximis, ex primis beati Patris discipulis, duos habebat filios, ex longa gravique valetudine eo demum redactos, ut jusculum vix deglutirent. Itaque rebus prope desperatis, pater in oppidum sibi subjectum (Arsoio nomen est, & ab Urbe distat octo & viginti millia passuum) eos transferre cogitabat; medici tamen omnes obsistere, præsertim quod caniculares dies essent; & si id faxit, certissimam illi filiorum mortem prænuntiare. Itaque Fabritius, ancipiti cura suspensus atque solicitus, ad Philippum confugit. Is vero, uno ex iisdem medicis præsente, illi apertissime dixit, ut in posterum diem lecticas haberet expeditas, atque Arsolum una cum filiis proficisceretur, nec quidquam timeret. Paruit ille & postridie cum iisdem iter arripuit: quibus in
C ipso itineris ingressu melius esse cœpit; eorumque alter haud ita longe ab Urbe è lectica in equum saliens, reliquum viæ equitando feliciter confecit.

miris aliquot eventibus patefecit;

142 Vincentius Crescentius, Petri Pauli Cardinalis Crescentii germanus frater, cum aliis adolescentibus ad beatum Patrem se contulerat; acceptaque ab eo facultate & benedictione (illo quippe inconsulto nihil agere consueverat) ad templum S. Francisci, ad Ripam Tiberis situm, contendunt. In reditu autem Vincentius ipse è curru delabitur in viam, siliceis lapidibus stratam; ac prætereunte rota, ejusque crura comprimente, socii voces ad cælum extollunt. At ille, quem elisum fractumque omnes putabant, extemplo salvus & incolumis erigit sese, & pedibus domum revertit; idcirco se periculo servatum prædicans, quod beati Patris voluntati obtemperaverit. Alius quoque juvenis ex Romana nobilitate, quoties in convivalibus epulis, quibus etiam nobiles feminæ interessent, apud cognatos aut amicos officii causa divertere cogebatur, si Philippo volente id fieret, nullos concupiscentiæ aculeos sentiebat; sin autem, contra illi accidere consueverat. Marcus Antonius Maffa, quo de alibi dicturi sumus, à sermonibus ad populum habendis adeo abhorrebat, ut quodlibet onus (quemadmodum ipse dicebat) citius subiisset, quam semel in Oratorio verba facere; Philippo tamen id jubenti obtemperavit, impositumque munus tam feliciter implevit, ut in ea re pares paucos habuerit. D

infeliciter vero quidquid improbasset,

143 Contra autem quicumque Philippi minus dicto audientes erant, iis omnia infeliciter cecidisse, longo experimento comprobatum est. Franciscus Maria Taurusius, vir ceteroqui obedientissimus beato Patri, fervore pietatis accensus, media nocte ad orationem surgere præoptabat: abnuit tamen ejus votis rogatus Pater. Cujus consilio minime acquiescens Taurusius, denique, post iteratas preces, quod animo jam proposuerat, exequitur. Nec una plus nocte hoc egerat, cum capite adeo debilitatum se sensit, ut exinde per undecim menses ab oratione omnino illi abstinendum fuerit. Alius itidem Philippi discipulus, voluntariæ corporis castigationi deditus, eo inconsulto, quotidiano flagellorum supplicio sese afficiebat: denique religione tactus, beato Patri desiderium suum exponit. At ille corporalem hanc exercitationem non usquequaque ei utilem esse intelligens, Cave, ait, in posterum id unquam faxis. Verum importunus rogator hoc demum à Philippo extorsit; Jubeo te, inquit, semel in hebdomada flaE gellis corpus cædere, diemque dixit. Rem miram! *non solum in rebus spiritualibus,* Pauci interceserant dies, cum ille tantam in hac re molestiam & difficultatem sentire cœpit, ut perficere jussus omnino non posset, quod antea injussus, non modo sine molestia sed libentissime faciebat. Alium è suis Neapolim, alium vero Tybur cogitantes, Vir sanctus profectionem differre jubet: neuter tamen ejus consilio acquievit, sed uterque contumaciæ pœnas dedit. Hic enim equo excussus coxendicem fregit, ille in mare prolapsus nihil propius fuit quam ut mergeretur. Pisanus Juvenis (cujus nomen consulto reticemus) Philippo abnuente cujusdam societati sese implicaverat; cumque id resciisset Pater; Iste, inquit, male finiet. Nec ita multo post miser socium ipsum aggressus occidit, & fuga salutem cum quæsisset, de illo nihil unquam auditum est.

sed etiam temporalibus,

144 Nec vero in spiritualibus solum, sed etiam in temporalibus rebus Philippi dictis obtemperasse operæ pretium fuit. Fabritius de Maximis, cujus paulo ante meminimus, magnam pecuniæ summam Helenæ filiæ ad periculum vitæ suæ collocaverat; vere autem appetente Arsolum cogitabat. Itaque propediem discessurus, cum ad Philippum venisset; ait ei Vir sanctus, Priusquam abeas, pecuniam illam amisF sionis periculo subtrahe. Neglexit ille Patris consilium; neque enim id faciendum existimabat, dum filia ætate ac sanitate vigebat. Sed caro ei stetit contumacia: quandoquidem Septembri ineunte Helena in morbum incidit, nec ita multo post vitam finivit, & pecunia tota amissa est. Haud secus Curtio Lodio Aquilano usu venit, qui certam pecuniam Philippo abnuente mutuam dedit, & perdidit. Contra vero aliis accidit, qui beati Patris dictis fidem habuerunt, eaque ratione haud mediocres rei familiaris jacturas evaserunt. Dominicus quidam coriarius aureos ducentos apud trapezitam deposuerat, quibus nimirum tota res ejus continebatur. Huic porro, nec opinanti, Philippus; Abi, inquit, & pecuniam illam actutum repete. Paruit ille: atque argentario mox decocto rem suam servavit. Idipsum plane experti sunt Ludovicus Parisius, Franciscus Fortinus, & Marcus Antonius Ubaldinus. Alii quoque nobiles viri, qui de ampla re qualibet conditione cum propinquo transigere decreverant, dehortante Philippo, sese abstinuerunt; paucosque post dies propinquo mortuo, omnia ejus bona hereditario jure adepti sunt. Plura in hanc rem recenseri possent; quæ

A quæ cum ad inſtitutum noſtrum minus facere videantur, prætermittenda exiſtimavimus.

Ipſe obedientiæ exemplo præluceret,

145 Denique hanc ipſam virtutem Dei Servus tũ verbo tum etiã exemplo luculenter oſtendit. Quamquam enim nullis religioſorum votis aut legibus adſtrictus eſſet, atque in Congregatione ſua præeſſe ceteris omnibus cogeretur; tamen, quam alte inſitam animo haberet obedientiam, vel hinc intelligi potuit, quod in iis quæ ad Congregationis inſtitutum ſpectabant, à Superiorum voluntate ac nutu, quemadmodum initio dictum eſt, ne latum quidem unguem unquam diſceſſit: in iis vero, quæ domi foriſve quotidie agenda erant, ad omnia promptum expeditumque ſe præbuit. Quamobrem à janitore

etiam erga janitorem

aut ædituo acceſſitus, dimiſſis omnibus, ſtatim præſto aderat; atque alieniſſimo quoque tempore ſingulis eum evocantibus occurrebat. Præſtat enim, inquiebat, ædituo ac janitori obtemperare, quam in cubiculo orationi vacare. Quod ſi quiſpiam objiceret, dandum eſſe ſpatium aliquod, quo ſe quis demum ad Sacrificium præpararet; id quidem neceſſe

ſacriſtam.

eſſe ajebat, verumtamen boni Sacerdotis optimam

B præparationem hanc eſſe, ut cuſtodita vitæ morumque innocentia, quandocumque opus eſſet, paratum ſeſe ad ſacrificandum exhiberet. Medicis quoque, quoties ægrotaret, ita ſe dicto audientem præbebat,

meditum.

ut, ſtomacho licet averſante ac repugnante, quælibet medicamenta æquo animo ſumeret. Quod ſi oratione, Sacrificio, ſacriſve Confeſſionibus audiendis ei interdiceretur, abſque ulla tergiverſatione omnia omittebat: quamobrẽ Horarias preces per quadragenos dies perſolvere vetitus, quamquã ea re mirifice oblectaretur, tamen medicorum voluntati libentiſſime obtemperavit.

Sententia Sancti de ipſa virtute,

146 Multa præterea in hanc rem præcepta tradere conſueverat, illud autem in primis: Quicumque in via Dei feliciter progredi cupiunt, eos Superioribus ſuis totos ſe committere oportere: qui vero nullo obedientiæ vinculo adſtricti eſſent, his doctum diſcretumque virum deligendum eſſe, cui tamquam Deo parerent, aperirentque animi ſui latebras omnes, nec quidquam eo inconſulto decernerent: hoc enim pacto tueri ſe quemque optime poſſe in extrema die, ne ſcilicet æterno Judici vitæ ſuæ rationem reddere cogatur: antequã vero Confeſſarius ipſe deligeretur, ſerio deliberandum, Deumq; attente orandum eſſe, dicebat; delectũ autẽ non niſi graviſſimis de cauſis relinquendum: nihil enim ſtudioſius, nihilque diligentius curare malum dæmonem, quam ut quos ad

C graviora peccata pertrahere non poterat, eo ſaltem adduceret, ut à Confeſſarii conſuetudine ac familiaritate recederent: hac etenim ratione plurimum ſe lucraturum intelligebat. Hanc quoque virtutem viam eſſe ad perfectionẽ omnium breviſſimam ajebat: eoſque longe præſtantiores exiſtimabat, qui obedientiæ vinculo ſeſe adſtringentes, communem minuſq; auſteram vitam agerent, quam qui ſponte ſua ſeſe aſſiduis macerationibus exercerent: denique obedientiam verum eſſe holocauſtum, quod Deo in ara cordis offertur. Itaque vel minimis quibuſque rebus ad parendum promptos expeditoſque ſuos eſſe cupiebat, quo ſcilicet ad majora ac difficiliora ſenſim aſſueſcerent. Nec omittenda hoc loco res eſt narratu jucundiſſima.

ejuſque merito,

147 Miſerat aliquando Vir ſanctus Franciſcum de Molaria, nobilem Romanum, ſuumque in ſpiritu filium, ad ædes Caritatis, eique cubiculi ſui claves tradiderat; cujus fores, etſi ſæpius aperire tentavit, numquam tamen efficere id potuit. Itaque ad Vallicellam jam rediturus, ſcalas deſcendit; re tamen infecta reverti ad Patrem erubeſcebat. Iterum ergo ad cubiculum rediit, claveſque ſerę aptavit: ſed fruſtra: eas quippe ne vertere quidem in alteram partem potuit. Quapropter non ſine rubore ad Philippum revertitur. Cui Sanctus, Abi, ſtolide, atque aperi. Paret ille: & vix oſtio claves aptaverat, cum ſtatim reclusas fores videt. Cui mox redeunti atque obſtupeſcenti; Diſce, inquit Philippus, quanti ſit illico & ſine examine obedire. Congregationis noſtræ homines communibus exercitiis privata omnia, ipſamque orationem, poſtponere docuit: eoſque ſerio hortabatur, ne quid in ſacrario aut in templo præoptarent, non horam, non altare, non veſtem, ſed ab ædituo uſquequaque penderent. Addebat præterea veri obedientis eſſe, non modo Superiori obtemperare, ſed ſtatim ſine ulla dubitatione aut examine ejus præcepta exequi; ut nihil eo, quod jubetur, melius nihilque perfectius inveniri poſſe credatur, quamquam alioqui res aliter ſeſe habere videatur.

A. HIERO. BARNABÒ EX MS.

ſignidem prompta & ſimplex ſit.

qui eãm ita iam exercẽ non ſkandet.

148 Ii porrò, qui eo hortante ad religioſa caſtra tranſierant, cum ad illum interdum viſitandi gratia aut aliam ob cauſam adibant, de hoc præſertim eos admonebat; ut, ſicubi ad proximorum ſalutem ſeſe quidquam proficere intelligerent, alio tamen abſcedere juberentur; æquo libentique animo abirent, quamquam nihil ibi ſeſe acturos exiſtimarent: certum enim indicium hoc eſſe, nequaquam Deum ab illis fructum ejuſmodi exquirere. Nec vero illud tantum videndum eſſe ajebat, utrum Deus bona illa velit, quæ nos intendimus; ſed præterea utrum per nos, eoque modo ac tempore, quo intendimus, velit; quæ quidem omnia veræ obedientiæ virtute diſcernimus. Quicumque vero ſacras Confeſſiones auſcultant, ſuoſque in ſpiritu filios ad obedientiam exercere facile poſſunt, id tamen aut negligentia aut humano aliquo reſpectu miſſum faciunt; hos minus recte agere dicebat, eoſdemque admonebat, ut pœnitentium voluntatem pariter, atque intellectum per obedientiã ipſam in obſequium Chriſti cogerent potius, quam corporalibus eos exercitationibus onerarent.

CAPUT XII.

De Caritate Philippi in Deum.

149 LIB. II CAP. I. *Singulari ſemper caritate æſtuans.*

HActenus Philippi vitæ curſum prope omnẽ luſtravimus; nunc veluti eodem recurrentes, præcipua quædam ex ejus dictis factiſque, quo magis in promptu ſint, per capita recenſebimus: ac primum de caritate ipſius in Deum dicere aggrediemur, qua quidem eor ejus uſque adeo æſtuabat, ut ceterum quoque corpus ardere videretur; ſæpe etiam oranti, aut ſacrificanti, aut plum quidpiam obeunti, ſcintillæ quædam ex vultu atque oculis emicarent. Hoc igitur igne ſuccenſus languebat jugiter, & deficientibus viribus ſæpe decumbere cogebatur. Interdum quoque, vel cum per Urbem comitatus incederet, cæleſti flamma correptus, in illud Apoſtoli erumpebat, dicens, Cupio: ſtatim autẽ ad ſe rediens, latendi ſtudio linguã reprimebat, nec ſequentia verba promebat, nimirum, Diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Præterea Ignatius Feſtinus Ordinis Prædicatorum, qui olim adoleſcens in ædibus S. Hieronymi quotidie diluculo ad Philippum venire conſueverat, teſtatus eſt, ſeſe illum plerumque offendiſſe à ſenſibus prope abſtractum, & cæleſti quadam dulcedine ſuperfuſum, ut plane cum Apoſtolo dicere poſſet, Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio: & cum S. Ephrem, Contine Domine undas gratiæ tuæ, & recede à me, quia ſuſtinere non poſſum magnitudinem dulcedinis tuæ. Hæc ille. Eadem alii quoque de Philippo ſæpe affirmarunt.

vix ſine lachrymis aut æſtu,

2 Cor. 7. 4

Quod

ex HIERO. BARNABEO EX MS. *aut in templis ſtare poteſt.*

150 Quod ſi templum aliquod ingrediebatur, is erat identidem impetus ſpiritus, quo ſe commoveri ſentiebat, ut adorato vix Numine, ſtatim abſcederet, ne forte in ecſtaſim raperetur. Ubi enim orationi ſe dabat, continuo alienatus à ſenſibus, oculiſque in cælum defixis, animo & corpore immotus hærebat; ut qui illum aſpicerent, Samuelem alterum, aut ipſum B. Martinum orantem ſibi viderentur aſpicere. Quamquam autem precationi intentus rerum divinarum altiſſimas notiones perciperet, & mira quadam ſpiritus dulcedine frueretur: tamen, ut vere Deum diligere cupiebat, non ſui ipſius cauſa (quod ipſe ajebat) ſed amore unius Dei, ſine ullo ſenſu ac delectatione id facere vehementer optabat. Nimirum ubique & in omnibus inſtitutus, & ſatiari & eſurire, & abundare & penuriam pati.

erga Euchariſtiam impenſe affectus,

151 Ex hac porro caritate eximius ille cultus, ſtudiumque Philippi erga ſacram Euchariſtiam redundabat. Quamobrem laicus fere quotidie, poſt Pœnitentiæ ſacramentum, cæleſti Pane ſeſe reficiebat: ſacris deinde initiatus, ex ipſo dumtaxat ſanctorum contactu vaſorum incredibilem jucunditatem percipiebat; ut plane ea contrectandi finem
B facere non poſſet. Sacerdotio denique inſignitus, ſi per valetudinem liceret, ſingulis pariter diebus ſacrificabat; ſin autem, ex aliorum manibus Chriſti corpus religioſe ſuſcipiebat. Quod quidem poſt mediam noctem facere conſueverat: idque ut commodius fieri poſſet, poſtremis ſuæ vitæ annis à Pontifice obtinuit, ut in proximo ſibi cubiculo, in ſacelli modum rite comparato, cuſtodiretur Euchariſtia. Qua quidem magna cum animi exultatione ſuſcepta, linteo vultum tegebat; atque in hunc fere modum prolixius orans, excipienſque divini luminis radios, Patri cæleſti mira quadam ſpiritus dulcedine jungebatur. Quod ſi forte Patres, interdum aliqua ratione ducti, rem pauliſper differrent; ea erat anxietas quæ illum cruciabat, ut, niſi ſacra Communione peracta, quieſcere omnino non poſſet.

non niſi ea accepta poteſt quieſcere.

152 Ægrotabat in ædibus Caritatis anno Chriſti MDLXXVII, & quidem adeo graviter, ut de ſalute ejus à medicis deſperatum eſſet: cumque audiſſet noctis ſilentio à religioſis familiis de more per Urbem Matutinis laudibus ſignum dari, ſolennem ſpiritalem refectionem rogavit. Senſit hoc ſtatim Tauruſius, qui ægroto aderat; verituſque, ne, ex vehementi devotionis affectu & lacrymarum vi, quam in
C ea functione profundere ſolebat, ſomnus illi & cum ſomno vita pariter eriperetur, ne id fieret, omnino vetuit. Quæ cum præſenſiſſet beatus Pater, accito Tauruſio cordis ſui ſecretum aperit; & Scito, inquit, me idcirco quieſcere non poſſe, quia Euchariſtiam ardentiſſime cupio: præbe illam ſodes, & me videbis illico dormientem. Nec abfuit dicto fides: ſalutari enim munere ſatiatus, & vitæ pharmaco accepto, ſtatim ſomnum cepit, ac præter omnium expectationem ex periculoſiſſimo morbo convaluit. Nocte alia pariter à morbo decumbenti divina Myſteria miniſtrabat Antonius Gallonius; cumque acceptam Hoſtiam ſolenni ritu in manibus teneret; haud ferens moram Pater, Quid eſt, inquit, Antoni, quod tu Dominum meum in manibus tenes, nec mihi illum præbes? Qua re vehementer animo commotus Gallonius, à lacrymis temperare non potuit.

Crebri ejus in Miſſa raptus,

153 In re Divina facienda, incredibile dictu eſt, quanto ſpiritus ardore flagraret. Quapropter ubi alii paſſim diſſipatis in varias curas animi viribus receptui canunt, & in ſemetipſos deſcendunt; ibi evagatio illi quærenda erat, ne ſcilicet mente excederet, atque alienatus à ſenſibus rem perficere non poſſet. Quamquam autem ut poterat ſe maxime cohibebat; tamen compellente vi ſpiritus, modo inter agendum conſiſtere cogebatur, modo concuſſo corpore ſcabellum D quoque ipſum altaris concutiebatur: ſæpe etiam extra ſe rapiebatur, ut monitore opus eſſet, qui arrepta veſte eum velleret, indicaretque quid eſſet reliqui ad Sacrificium perficiendum. Quamobrem ſi in publico ſacrificandum illi erat, nullo alio adminiſtro utebatur, quam qui ſecretum bene noſſet; quique, ubi neceſſe eſſet, ſtatim illum admoneret atque adjuvaret. Erant porro hujuſmodi raptus quam ſcitiſſimi, & quos omnino nullus incompoſitus corporis motus ſequeretur. Quamobrem, quicumq; hujuſmodi ſpectaculo aderant, pietatem ac devotionem excitari in ſe ſentiebant; tantum aberat, ut ex ea re offenſionem ullam acciperent. Videbant enim divinum amorem, quod ait Dionyſius, ecſtaſim facientem, Deique ſervum inter divina myſteria divina patientem.

exultatio ſpiritus,

154 In ipſo præterea Sacrificio, ubi ad Hoſtiam offerendam ventum erat, exultare ſpiritus ejus, corpuſque ipſum geſtire videbatur. Et quamvis firma atque integra eſſet ætate, optima quoque corporis habitudine, ſubito tamen tremore correptus, vinum, niſi preſſis ſuper altare cubitis, in calicem infundere non poterat. Illud autem admirabile dictu eſt, quod E cum vinum non ita paucum invergeret, & quidem tremebundus, caliceque uteretur perexiguo, ne guttula quidem ſacrificanti unquam defluxerit. Elevans autem de more ſacratiſſimam Hoſtiam, extenta *ſacer horror,* ſurſum brachia, quaſi jam obriguiſſent, quandoque retrahere non valebat. Quamobrem homo prudentiſſimus quam citiſſime id facere ſtudebat: quod ipſum deinde eamdem ob cauſam in ſacra Communione ſervabat. Cum ſumeret Chriſti corpus, cæleſti quadam dulcedine delibutus, ſe gerebat quaſi ſuaviſſimum aliquid abliguriret: quamobrem denſiores *affectus ſæpidus,* Hoſtias ad Sacrificiū deligere conſueverat, quo ſacratiſſimæ ſpecies in ipſo diutius permanerent, eoque amplius ſanctiſſimo illo cibo perfrueretur. Quę cum fierent, in admirandos quoſdam affectus erumpebat, quemadmodum qui ſacrificanti miniſtrabant teſtati ſunt.

ardor mentis.

155 Calicem quoque ſalutis accipiens, lambere illum & exugere ſolebat, uſque adeo, ut oras ipſius frequenti tum labiorum tum etiam dentium impreſſione prope contriverit; idque erat cauſæ cur in ſacrificando ita ſibi miniſtrum adeſſe juberet, ut vultum ſuum videre non poſſet; nec ante purificationem præberet, quam ab ſe admonitus eſſet. Si quando autem in ſacello aliquo eccleſiæ Sacrum faceret, F quod quidem raro admodum fiebat (ad aram quippe maximam facere conſueverat) neminem juxta ſe adſtare patiebatur, qui beatos illos affectus aliqua ex parte perſentiſceret. Et quamquam ſpiritus fervorem uſquequaque cohibere nequibat; tamen cum in publico res agebatur, conſulto brevitati ſtudebat, ut circumſtantium commodis inſerviret; qui ipſi interdum ſpiritus ardore ſuccenſi, in lacrymas & ſuſpiria cogebantur. A Sacro peractis Deo gratiis, ſi forte in cubiculum rediret, atque inter eundum quempiam offenderet, minime advertebat; adeo alienatus erat à ſenſibus; quin etiam pallenti ore exanguis, exanimis. Quapropter extremis ſuæ vitæ annis, adhibitis in conſilium præſtanti pietate & doctrina viris, à Gregorio XIV ſummo Pontifice facultatem obtinuit, Miſſam celebrandi in privato ſacello, quod ejus cubiculo adjacebat.

Privatim celebrans,

156 Hic vero ſub ipſam cæleſtis Panis communionem, qui aderant omnes abire, ipſeque miniſter parvum quemdam lychnum accendere, altaris lumina extinguere, adductiſque aliis atque aliis valvis feneſtras claudere, geminumque oſtium obſerare ſolebat, ne quid intus aut foris poſſet audiri; denique in ipſa fronte ſacelli affigebatur tabella quædam inſcripta,

scripta,Silentium, quoniam Pater Sacrum facit. Post duas horas eoque amplius minister rediens, fores pulsabat:quod si forte vir Dei nihil respondisset,mora interposita iterum atque iterum redibat,dum Pater, aut voce aut tintinnabulo, signum daret. Tum vero ingressus,fenestras aperiebat,accensisque luminibus,Sacrificium rite perficiebatur. Quid ille solus cum Deo ageret,qua suavitate quibusq; gaudiis perfunderetur, quando ad beatos illos amplexus perveniebat, nemo est qui possit referre.Illud dumtaxat, nobis etiã audientibus,narrabant ii qui viderunt oculis suis, & audierunt, & perspexerunt; eo tempore plerumq; illum, ita viribus omnibus destitutum sentibusque emortuis repertum esse,ut expiranti similis videretur.

B duas & amplius horas communioni impendit.

157 Cum autem Eucharistiæ sacramentum aliis ministraret,subitò quodã fervore succensus,non sine magna adstantiũ admiratione,totó corpore exultabat. Venit ad illum aliquando femina, ab Judæorum perfidia ad Christianã fidem traducta, uxor unius ex iis quos Philippi opera Christum induisse supra narravimus;cumq; ex ejus manibus Dominicũ corpus sumptura esset,vidit illum repente tanto tremore correptum,ut cælestis Panis particulæ supra ipsam pyxidẽ exilirent;ipseque Pater,igneus extemplo factus,mox Communione peracta perinde expalluit,quasi grave aliquod animi deliquium pateretur. Idipsum accidit Nero de Nigris,Patricio Florentino, quo de alibi dicendum est.Is cum in templum nostrum venisset,atque ex Philippi manibus Eucharistiam accepturus esset,cum Archidiacono Ecclesiæ Alexandrinæ, quẽ per eos dies ejusdem Ecclesiæ Patriarcha Oratorẽ ad Clementem Pontificem miserat; videt repente Dei servum quodam spiritus impulsu sese concutientem usque adeo,ut manus ejus dextera & brachiũ longe supra pyxidem tollerentur. Qua re commotus Nerus,brachium ejus quam reverentissime apprehendit tenuitq; firmiter,donec Sacramentum susciperet;veritus nimirũ in tam vehementi concussione, ne quid ex pyxide prosiliret, quod tamen non sine miraculo numquam accidit.Discedentem deinde ab se cum dimitteret Pater,more suo arcte complectitur, aitque; Nimium profecto, Nere, hodie mane calefecisti me. Scilicet adducto ad se Archidiacono illo Alexandrino,qui magnis de rebus tractaturus advenerat, vir de Catholica religione tuenda & propaganda maxime solicitus,rem Deo ferventissimis precibus Philippus commendaverat; ac propterea plus solito incaluerat. Semel quoq; cũ Eucharistiã porrigeret Juliæ Ursinæ Rangonæ,præstanti nobilitate ac pietate feminæ, sacra ipsa Particula,quam ei præbebat, sublata ex illius digitis in aëra,visa est:quod quidem spectaculũ maximum omniũ stuporem excitavit. Hoc ipsum cum obiret in privato sacello, spectantibus multis, è solo quandoq;sublatus,conspectus est:adeo ille,in hoc Sacramento administrando, divino spiritu replebatur.

Eucharistiã aliis ministrans,

B subsilire videtur,

C tremente vehementer brachio,

C simo & sublevari à terra.

158 Hinc porro suos omnes ad hæc ipsa mysteria frequentanda acriter incendebat, eosque præsertim qui Sacerdotio insigniti Altari addicti jam fuerant: hos enim hortari non desinebat,ut quotidie(modo ne quid obstaret) Missæ sacrificium offerrent; rem plane iis temporibus non admodum usitatam. Aiebat autem,quicumque hoc uno nomine id omittebant,ut requiescerent atque animum recrearent,hos totâ viâ aberrare: quicumq; enim recreationem extra Creatorem, consolationemque extra Christum, quærit, hunc proculdubio nusquam eam reperturum. Abstinebat ille quidem (quod supra innuimus) nonnullos interdum à Sacrificio, ut illos ad humilitatem atque obedientiam exerceret; quemadmodum etiam nonnullis,Sacerdotio recens initiatis,ut ad peragenda divina Mysteria statim accederent,non ita facile po-

suadet frequentem Communionem,

testatem faciebat;quo scilicet cælestis Panis desiderio quotidie magis magisque incalescerent. Nec Sacerdotes modo, sed etiam laicos, ad hæc ipsa Mysteria frequentanda incitabat: quamobrem è suis aliquot octavo quoque die,plurimi singulis festis diebus,alii ter in hebdomada, nonnulli etiam quotidie corpus Christi religiose casteque suscipiebant. Quo quidem longe omnium fructuosissimo instituto ex iis plures ad eam vitæ perfectionem devenerunt, ut non vulgaris sanctimoniæ post se exempla reliquerint. At vero Pœnitentiæ sacramentum vel maxime frequentari voluit,quapropter ex suis multi,licet quotidie ad Eucharistiam non accederent, quotidie tamen sacra se Confessione expiabant.

A. HIERO. BARNARDO EX MS. *etiam laici*

& Confessionem.

159 In meditanda Christi passione atque acerbissima morte,pro salute humani generis obita, assidue sese exercebat: quapropter, æream apud se ejusdem Domini crucifixi,dempta cruce,imaginem habebat, quicum libere cor suum effunderet. Hinc illæ lacrymæ atque ardentissima desideria in Indiam transmittendi,& sanguinem pro sanguine reponendi.Id quod cum assequi non potuisset, utcumq; demum voluntati suæ satisfacere decrevit. Siquando igitur sanguis illi è naribus aut ore defluëret, Deum obsecrabat, ut eo usque flueret, quousque Redemptoris sui beneficio aliqua ex parte responderet.Et quidem ex voto res cecidit: exinde enim tantam sæpe vim sanguinis fudit,ut ex illo catinos ipsos impleverit;quam ob causam interdum oculorum lumen,alias etiam vitalem sensum prope amisit: ad hæc postremos ejus morbos,nihil aliud nisi sanguinis profluvium fecit. Quod ipsum accidisse ferunt, sanctissimæ Virgini Lutgardæ:quæ cum pro Christi nomine sanguinem profundere vehementer optaret, illud dumtaxat à Deo precibus impetravit, ut abrupta pectoris vena copiosissimum sanguinem daret; audiretque ab eodẽ Christo, idcirco sese hoc illi beneficium præstitisse, quod pro sui nominis gloria tam ardenter martyriũ subire concupiverat. Hinc porro data est occasio hominibus nostris repræsentandi Philippum,in suo sacello rubenti veste Sacerdotali indutum, qua scilicet ardentissimum illud martyrii desiderium ostenderetur. Deniq; in pronuntiando sanctissimo Jesu nomine, ineffabili quadam jucunditate perfundebatur; quamobrem frequenter illud in ore habebat. Orationem quoque Dominicam,& Apostolicum symbolũ, tanta cum animi attentione & delectatione recitabat,ut finem propemodum invenire non posset.

Passioni meditanda addictus,

E gaudet sibi sæpe sanguinẽ fluere,

cum desiderio martyrii.

F

CAPUT XIII.

Religio erga Deiparam & Sanctos. Fervor devotionis communicatus cum proximo.

160 PRoxime autem & secundum Deum sanctissimam Dei Genitricem coluit Philippus,quam semper in corde,in ore semper habebat. Hanc igitur Amorem suum vocabat,hanc unam divinarum omnium gratiarum dispensatricem ubique prædicabat:quin etiam interdum hanc ipsam, more pueruli, suaviter blandientis, Mammã suam appellabat; atq; orans, sæpe noctem integram dulciter eam alloquebatur. Ægrotabat aliquando in ædibus Caritatis, & quidem adeo graviter, ut medicorum jussu prope illum semper aliquis excubaret, ne forte subito casu interiret. Itaque nocte quadam, officium ejusmodi præstare ei cum voluisset Joannes Antonius Luccius, de quo supra meminimus, an re ipsa deinde id perfecturus esset valde dubitabat,ob loci angustiam,maximosq;calores,& anni tempus gravissimũ. Sed longe secus evenit:noctem enim illam tanta cum animi sui jucunditate vigilavit, ut cum mane salutationis Angelicæ signum daretur,illud ipsum esse putaret, quod dari vespere consuevit; tantum abfuit ut ex

CAP. II *Tenero erga Deiparam affectu.*

eam eger totæ nocte alloquitur;

A. RIERO. PERIABEO EX MS.

ex longa vigilia æſtuque graviſſimo moleſtiam ullam perceperit. Id quod non aliam ob cauſam factum eſt, niſi quia Philippus ab arbitris liberum ſe eſſe exiſtimans, Deiparam Virginem, quaſi præſentem, dulciſſimis verbis tota nocte ad lucem uſque affatus eſt.

eidem coronam ex aſpirationibus texit,

161 Conſueverat autem Vir ſanctus his præſertim precatiunculis eam identidem invocare: Virgo Maria, mater Dei, deprecare Jeſum pro me: O Virgo, & Mater. Quibus nimirum, quamvis breviſſimis orationibus præclariſſima quæque de Virgine comprehendi & prædicari, dicebat. His igitur ter & ſexagies ingeminatis, quaſi coronam quamdam eidem Virgini contexere ſuos docuit, atq; ipſemet hoc idē facere ſolebat. Hanc porro precandi formulam Deo ejusque Matri ſanctiſſimæ acceptam fuiſſe, multorum teſtimonio comprobatum eſt, qui ſe ab impugnationibus dæmonum, hoc uno quaſi amuleto, tutati ſunt. Laicus quidam erat noſtræ Congregationis, cujus mentem de illibata ejusdem Deiparæ virginitate gravis tentatio vexabat: quamobrem ad beatum Patrem venit, conſcientiam aperit, remedium poſcit. Quem ille nihil aliud, niſi prædictas precatiunculas in Coronæ modum recitare jubet, eaque ratione omni moleſtia, non modo in præſens, verum etiam impoſterum liberatus eſt.

qua utentibus evanescunt tentationes carnis,

B

ſicut ipſimet ante imaginem ejus orauit.

162 Multa præterea ac prope innumera beneficia ab illa ſeſe accepiſſe affirmabat: illud autē prę ſertim, quod cum ante ejus imaginem ſæpius oraret, ab impugnationibus ac terriculamentis dęmonū miris modis defenſus fuerit. Quapropter memorē ſe gratumq; erga Dei Genitricem ſemper oſtendit: & cum de ſacellis novi templi extruendis deliberaretur, præcipua Redemptionis noſtræ myſteria in iis ita depingi voluit, ut in unoquoque eorum imago ipſius Virginis ſpectaretur, Qua re Patres permoti, cum deinde Philippi quoque imago publicæ venerationi exponenda eſſet, Deiparā ipſam illi omnimodis adjungendā curarunt: cujus videlicet amore, quaſi alterum Bernardinum Senenſem, & ipſum incenſum fuiſſe certo ſcirent. Quo tempore idem hoc templū ædificabatur, is qui ædificio præerat Joannes Antonius Luccius, dirutis jam prope omnibus quæ circa erant ædibus, aliquam tecti partem, antiquæ ædiculæ Vallicellanæ ſuperpoſitā, tamdiu relinqui juſſerat, dum nova ædes perficeretur. Ibi vetus quædā imago erat beatiſſimæ Virginis, & magna populi veneratione, & editis miraculis inclita, quā deinde religioſo ac nobili cultu tranſlatā in Aram novi templi maximā, hodie veneramur.

C

Ab eadem monitus caſum tecti prævevit.

163 Quodam mane Philippus acciri ad ſe ſtatim Luccium jubet; moxque venienti; Ocius, inquit, tectum illud vetus demolire: quod quidem hac nocte certo ruiturum egomet vidi, niſi Dei Mater ſuis ipſa manibus ſuſtentaſſet. Paret ille, accitisq; actutum fabris, ad locū advolat; comperitq; tignum, quo tectum omne nitebatur, è pariete diſceſſiſſe, ſuſpenſumq; in aēre nullo fulciente conſiſtere. Quo ſpectaculo commoti omnes qui aderant, niſi divinitus rem fieri non potuiſſe, pariter proclamarunt. Denique inter cetera beneficia, quæ à Deipara Virgine Philippus accepit, haud illa ſane ultimo loco ponenda ſunt; quod templum ei dari voluit, nomini ſuo dedicatū; ne ſcilicet amantiſſimus filius ullo umquā tempore ab æde matris abeſſet; quodq; ante paucos dies quam ex hac vita diſcederet, ad illum venit, ægroque ſtatim ſalutem attulit: quemadmodum ſuo loco dicturi ſumus: quo viſo mirifice recreatus, & ineffabili quadam dulcedine delibutus, toto quo ſuperfuit tempore nihil frequentius ſuorum auribus atque animis ingerebat quā illud; Filioli, Dei Matrem colite, Mariam diligite.

164 Nec ſolum Philippus Sanctorum omniū Reginam, ſed Sanctos etiam ipſos religioſiſſime coluit. Quamobrem, prēter ea quæ jam dicta ſunt, poſtremis ſuæ vitæ annis quotidie per horas plures eorum res geſtas ſibi legendas curabat; tantaq; cum animi jucunditate audiebat, auditasq; narrabat, ut ab iis prope divelli non poſſet. B. Mariam Magdalenā, cujus pervigilio (ut initio diximus) in hanc lucem editus fuerat, præcipuo quodam cultu venerabatur; Sanctos etiam Apoſtolos Jacobum & Philippum, cujus illi nomen obtigerat, & quorum feſto die quaſi agapen & ſacrum quoddam epulum exhibebat, dum Congregationis alumnos paulo largiori cœna accipiebat: qui mos poſtea tranſiit ad noſtros homines, ut certo ſolenni die quisq; anno vertente idem faciat. Feſtis autem celeberrimis diebus præcipuo quodam ſpiritus fervore repleri, & ad Chriſti Domini Sanctorumque ſectanda veſtigia acriter impelli atq; incendi ſe ſentiebat: quicumq; vero his diebus ſenſu aliquo pietatis ac religionis non afficerentur, iis profecto ad æternā ſalutem ſatis exiguam ſpem eſſe dicebat.

D

Delectatur legendis Vitis Sanctorum,

devotiſſimus erga Patronos ſuos,

Feſta Chriſti,

165 Sacras quoque Reliquias ſummo in honore ſemper habuit: quas tamen nec ſecum ipſe deferebat, nec deferri à ſuis facile patiebatur; tum quia interdū non ea, qua decet, reverentia cultuq; cuſtodiuntur; tū etiam quia per alias atque alias manus poſteris traditæ, variis temporum injuriis per incuriam hominum obnoxiæ ſunt. Quod ſi forte quiſpiam earum aliquid privatim domi pie religioſeque aſſervare voluiſſet, haud abnuebat; immo etiam ipſemet ſacrā Reliquiariam thecam in cubiculo ſuo reverentiſſime habebat, quæ ab ejus exceſſu cum ad Baronii manus veniſſet, multa per eam miracula à Deo patrata ſunt. Hanc porro ſingularem reverentiam erga Sanctorum Reliquias, tunc maxime Philippus oſtendit, cum præclariſſimorū Chriſti Martyrū Papiæ & Mauri ſacra corpora ex templo S. Hadriani ad noſtram eccleſiā translata ſunt: quæ res quoniam memoratu digna videtur, quemadmodū ab oculato teſte Cardinali Baronio deſcripta eſt, ipſis ejusdem verbis hoc loco referemus.

& Reliquias ſacras.

E

SS. Papiæ & Mauri corpora in Vallicellam transferri curat.

166 Placuit autem, inquit ille, ſanctiſſimo D.N. Sixto V Pont. Max. (id agente ſingulari amoris ſtudio quo res noſtras ſemper eſt proſecutus, ipſo Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Domino Auguſtino Cuſano, ejuſdem eccleſiæ Diacono Cardinali, de noſtra Congregatione jugiter bene merente) ut eorumdem ſanctorum Martyrum Papiæ & Mauri ſacra corpora ex Diaconia S. Hadriani in noſtram eccleſiam S. Mariæ & S. Gregorii, in Vallicella dictam & in regione Parionis poſitā, transferrentur; quod religioſo officio & munificentia ejusdem Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi curatum eſt, cuncta quæ ad rem tantam opus eſſent liberaliter exhibentis. Accidit prope divino miraculo, ut cum multis annis multā impensā ædificaretur, & jam perduceretur ad finem, quæ in honorem Dei Genitricis & S. Gregorii Papæ inchoata erat eccleſia, inter alia inſignia illuſtraretur more majorum Martyrū quoq; ſepulchro; iidemque Martyres his ipſis diebus opportune Dei plane conſilio denuo apparerent, ut in ampliori eccleſia collocatos majori illos Urbs (ut par eſt) proſequeretur honore; ipſi vero auctiora præſtarent beneficia ſupplicantibus. Vidimus ea pariterq; tetigimus, ac licet indigni iterum atq; iterum exoſculati ſumus, eorumdemq; ſacro feretro una cum collegis Fratribus humeros in eorum tranſlatione læti ſubjecimus, III Idus Februarii anno MDXC.

F

An. 1590.

Obviā procedentibus Cardinalibus decem;

167 Dulce admodum atque jucundum fuit, poſt recenſita tot certamina Martyrū, ultima hac ipſa die à tam inſignibus Romanis Martyribus viſitari. Suſcepimus hilarè tantos hoſpites, apud nos perpetuo permanſuros; eosdemque Patronos noſtros ampliori cultu veneraturi, majoribusq; indies obſequiis & officiis divina gratia adjuvante ſedulo frequentaturi. Qui autem allata celebri pompā ſanctorum Martyrum

A cum corpora religioſiſsimo obſequio exceperunt, ad infimos uſque eccleſiæ gradus obviam prodeuntes, fuere Illuſt. ac Rev. S. R. E. Cardinales Alphonſus Geſualdus Neapolitanus, Cardinalis Epiſcopus Portuenſis; Gabriel Palæottus Bononienſis, Cardinalis Epiſcopus Albanenſis; Nicolaus Sfondratus Mediolanenſis, Tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis Cremonenſis; Dominicus Genuenſis, Tit. S. Laurentii in Pane & perna Presbyter Cardinalis Pinellus; Hypolitus, Tit. S. Pancratii Presbyter Cardinalis Aldobrandinus, major Pœnitentiarius; Hieronymus Taurinenſis, Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis de Ruvere; Scipio Mantuanus, Tit. S. Mariæ de Populo Presbyter Cardinalis Gonzaga; Federicus Mediolanenſis, S. Agathæ Diaconus Cardinalis Borromæus; Auguſtinus, S. Hadriani Diaconus Cardinalis Cuſanus; qui corpora Sanctorum juſſu Sanctiſſimi conceptis verbis tradidit R. P. Philippo Nerio Florentino, Præpoſito Congregationis Oratorii; Guido Bononienſis, SS. Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis Pepulus. Hactenus Baronius.

168 Incredibile autem dictu eſt, quanta cum alacritate atque lætitia Dei ſervus divinum hoc munus
B acceperit. Vidiſſes illum, non animo ſolum, ſed etiam corpore exultantem, huc & illuc per ædem curſantem, atque in confertiſſimam turbam quaſi fanatica jactatione irruentem. Sacrum feretrum denique impoſitum eſt aræ, in medio templo excitatæ, & pretioſa veſte contectæ; ubi quatuor ipſis diebus ſanctorum Martyrum corpora confluentium venerationi patuerunt. In ſacrario deinde repoſita, demum anno ſalutis noſtræ MDLXXXXIX, X Kalendas Junii, qua die templum idem ſolenni ritu conſecratum eſt, ſub arâ maximâ collocata ſunt: eorumque capita argento incluſa, magna cum veneratione aſſervantur.

quæ deinde anno 1599 ſub majori altari poſita.

CAP. III
Varii accepti referunt fervorem ſpiritus

169 Porro inter cetera beneficia atque chariſmata, quæ plena manu in Philippum Deus infudit, illud equidem valde præcipuum exiſtimaverim; quod ingens ille devotionis ardor, non in eo ſolum continebatur, ſed etiam diffundebatur in proximos. Quamobrem quicumque ad eum frequentes conveniebant, quamvis alioqui tepidiſſimi ac devotionis expertes, concepto paulatim ſpiritus fervore incaleſcere; qui vero ſecus, defervere ſtatim atque intepeſcere videbantur. Lavinia de Ruſticis, nobilis inter Romanas familias, quamquam initio adeo ſtudioſa Philippi non eſſet, ut ejus etiam pietati obloqueretur, quin imo (teſte Fabritio de Maximis, illius viro) ne nomen quidem ipſius ſine moleſtia poſſet audire; Fabritii ejuſdem rogatu denique ad Dei
C ſervum adducta, ita ejus alloquio delinita eſt, ut ad illius arbitrium omnino ſe compoſuerit; & abjecta rerum humanarum cura, ter in hebdomada poſt Pœnitentiæ ſacramentum ſacra Myſteria accipere conſueverit, & ad omnem pietatem ſeſe ſtudioſiſſime exercuerit: quamobrem dum oraret, ſæpe in Deum rapiebatur: abeuntem vero poſt annos aliquot ex hac vita in cælum migraſſe, Philippus ipſe palam teſtatus eſt.

etiam uni colloquio Sancti,

vel aſpectui ſacrificantis

170 Conſtantia de Drago-Creſcentiæ, natali die ſancti Andreæ Apoſtoli, Philippo in templo noſtro de more ſacrificanti, una cum Eugenia famula ſua intererat. Ecce autem repente ineffabili ſpiritus fervore inflammari, ingentique compunctionis & lacrymarum vi perfundi ſe ſentiunt. Itaque Conſtantia, Sentiſne, inquit, Eugenia, quid hoc rei eſt? At illa, Sentio enimvero. Qua de re deinde inter ſe diſſerentes, impertitum ſibi à Philippo tunc temporis ejuſmodi ſpiritum, certo certius crediderunt. Nerus de Nigris multa inter orandum cordis evagatione in diverſa diſtrahebatur: verum ubi primum Philippo adſtitit Sacrum facienti, tantam in rebus divinis meditandis facilitatem nactus eſt, ut ipſemet ſeſe admirans obſtupeſceret: quod idem toties deinde in ſemetipſo expertus eſt, quoties Philippo ſacrificanti adeſſe contigit.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

171 Quicumque vero cum beato viro orarent, iis ille tantum ſpiritualis jucunditatis impertiebat, ut horæ ipſæ momento citius eiſdem prætervolare viderentur. Nonnulli quoque haud temere affirmarunt, ſi cum Philippo orandum eſſet, dies noctesque orationi ſe libentiſſime operam daturos. Orabant aliquando cum beato Patre Simon Grazinus Florentinus, & Alexander Salvius Senenſis, ex primis ejus in ſpiritu filiis, & puncto temporis horam ſibi abiiſſe vehementer admirati ſunt. Quamobrem in oratione ac meditatione ſeſe perpetuo perſeveraturos aiebant, ſi quod acceperant cæleſte gaudium, cum ipſa pariter oratione perſeveraret. Cumque hæc eadem deinde Philippo narrarent; Haud mirum eſt, inquit, filii: ſiquidem tamquam parvulis lac vobis potum dat Deus. Quod & iiſdem ſæpe, & aliis etiam cum Philippo orantibus frequenter uſu venit. In ſacris autem Confeſſionibus excipiendis beatus Pater caritatis igne ſuccenſus, ardere omnino videbatur: & hunc ipſum caritatis ardorem aliis etiam impertiebat, cum apud illum conſcientiam deponebant; præſertim vero cum ad abſolutionem ventum erat: quo tempore pœnitentes paterno ſinu dulciter complectebatur, atque ineffabilem quamdam dulcedinem cum illis pariter communicabat.

orationi ſimul cum eo facta.

aut confeſſioni apud eum.

E

172 Hanc rem inter ceteros luculenter teſtatam reliquit Joannes Azzina Marſicus, idemque Philippo addictiſſimus: ait enim; Quoties cubiculum ejus intrabam, ſubito tremore corripiebar, tametſi ad ſanctiſſimum Senem libentiſſime adibam: ad cujus pedes humiliter provolutus, cum ille aut latus mihi tangeret, aut crines aut aurem velleret, æternorum bonorum deſiderio inflammari me ſentiebam, ut plane cæleſtis quædam gratia in me defluere videretur: qua profecto impellente, ſtatim in templum ad orationem provolabam. Etiam accedit locupletiſſimus teſtis Abbas Marcus Antonius Maffa, cujus antea mentionem fecimus, aitque: Ego quidem, licet omnium mortalium abjectiſſimus, atque innumeris culpis obnoxius, ex quo Philippum cognovi, quaſi virum ſanctum illum colui; & dum per occupationes licebat, ad eum frequens veniebam. Cumque confitenti mihi aures dabat, atque abſolutionis gratiam impendebat, magno illo cordis affectu ſanctitatem ab eo afflari ſatis aperte percipiebam; quamobrem Confeſſione peracta, Miſſæ ſacrificium non ſine ingenti devotionis & lacrymarum copia offerebam: quod quidem in me fieri haud ſentiebam, cum apud alios conſcientiam expiabam. Millies quoque cum illo æſtus cordis mei, & quæ me impugnabant tentationes libere communicavi, ejuſque conſilio & precibus amiſſam animi tranquilitatem extemplo recepi. Poſtquam vero in cælum abiit, quoties ex animo auxilium ejus imploro, toties illum mihi præſto eſſe ſentio: qua re non raro mecum ipſe vehementer obſtupui. Denique cum ſemel atque iterum Sacrum facerem iiſdem caſulis indutus, quibus ille dum viveret utebatur; vim lacrymarum profudi. Hæc eadem alii quoque complures, qui cum eo familiariter agebant, crebro ſibi accidiſſe jurejurando affirmarunt.

Vti expertâ ſe ait Joan. Azzinus.

& Abbas Maffæus.

F

dum aut confitebatur ei,

aut eâdem caſula ad Miſſam utebatur.

R. HIERO. BARNABEO EX MS,

CAPUT XIV.

De dono lacrymarum & orationis in Philippo.

173 CAP. IV *Sanctus lacrymari ſolitus,*

QUamquam hic ſermo nobis ſit de Philippi virtutibus inſtitutis (de donis enim ſingillatim poſtea dicturi ſumus) quoniam tamen donum lacrymarum præcipuus devotionis eſt fructus, non alienum videtur, hoc loco referre, quam copioſe id ei impertitum fuerit. Quotieſcumque igitur de re aliqua miſeratione digna incideret ſermo, ſtatim erumpebat in lacrymas: & ſi quem forte offenderet funibus peccatorum conſtrictum, veluti Hieremias alter, cum ejulatu & lamentatione clamabat; Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum; & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Eaque occaſione Federicus Cardinalis Borromæus teſtatus eſt, ſeſe non ſemel vidiſſe illum tam graviter gementem, quam ſi puer quiſpiam à parentibus acriter verberaretur.

ad peccatoris cujuſque aſpectum: Ter. 9,

B

174 Advertit aliquando Dei famulus, Nobilem quemdam verecundia occupatum, in ſacramento Pœnitentiæ peccata ſua tegentem atque celantem. Itaque cum ei omnia detexiſſet, quæ Deo tantum revelante cognoverat; ut impoſterum pure & ſincere cum Confeſſario agere velit, etiam atque etiam hortatur: defixiſque in eum oculis, ubi hominem videt conſcientia convictum ac rubore ſuffuſum, miſeratione commotus, erumpentes affatim lacrymas & ſingultus continere non potuit: eodemque tempore tantum illi compunctionis affectum à Domino impetravit, ut ipſe quoque à fletu temperare nequiverit. Quapropter haud brevi intervallo præ gemitu ſteterunt ambo, & vox faucibus hæſit: dein miſer ille, ubi ſpiritum vocemque recepit, quas longo jam ſilentio diſſimulaverat culpas, per ſacram Confeſſionem ſtatim ſe expiaturum pollicetur; atque ad Philippi preces, tamquam ad ſacram anchoram, confugit. Ille, ut ſolebat, contriſtatum ad pœnitentiam dulciter amplectitur, & bona ſpe veniæ conſolatur. Quoniam vero Pater amantiſſimus pro ingenti ſua caritate non ſatis lacrymarum profuderat, in ſecretiorem locum ſe recipit; ibique per aliquod ſpatium, quas adduxerat fletibus habenas, remittit. Interea pœnitens, cum apud Confeſſarium ſuum totius anteactæ vitæ labes & maculas eluiſſet, ad Philippum redit. Cui Pater, Nunc tu alium vultum induiſti, & quidem bonum. Quamquam autem te audire nolui, tamen omnia peccata tua mihi à Domino ſigillatim patefacta eſſe certo ſcito. Tum vero ille infimis precibus iterum rogat, ut longe uberiorem ſibi compunctionem à Deo obtineat: atque eo ipſo temporis momento talem cordis contritionem excitari in ſe ſenſit, qualem profecto nec deſiderio aſſequi potuiſſet: & tamen ille, priuſquam Philippo innoteſceret, vix contritionis nomen audiverat.

quem lacrymis ſuis ad integre confitendum induxit,

C

impetrata ei inſolita contritione.

item ad colloquia pia,

175 Quod ſi de rebus divinis Dei famulus dicere aggrederetur, cadentes ubertim lacrymæ ſermonem plerumque interrumpebant; quare aut ſilere cogebatur, aut ejuſmodi argumentum deſerere. Idque erat cauſæ, quod cum ille aut privatim aut publice de rebus ſpiritualibus verba faceret, de induſtria aliquod Philoſophorum dictum factumve interſereret, quamvis ab ingenio ſuo hoc eſſet maxime alienũ. Invitavit illum aliquando ad prandium in hortos ſuos Patricius de Patriciis, eximia nobilitate & pietate vir, eaque Philippo acceptiſſimus; nec recuſavit Pater, quamquam (ut diximus) veteri jam conſuetudine vix exiguum panis fruſtulum prandii loco capiebat: ſecumque duxit Marcellum Vitelleſcum, Cæſarem Baronium, Joannem Franciſcum Bordinum, & Thomam Bozzium. Hunc vero ſublatis menſis, ne ſcilicet conſueta Oratorii exercitia omnino intermitterentur, ex tempore aliquid diſſerere juſſit, quod ad aliorum ædificationem facere videretur: dein ſermone abſoluto, cum ad rem confirmandam non nihil ipſemet adjungere vellet, vix aliqua prolocutus erat, cum ſubito tremore correptus vim lacrymarum profudit, nec ultra progredi potuit.

D

176 Sanctorum quoque Vitas dum legebat, ſæpe ad ſingula prope verba illico fletus erumpebat. Quadam die venit ad illum Præſul quidam, lugentemq; graviter inter legendum invenit; quamobrem, numquid mali accidiſſet, rogavit. Cui Pater, rem alio torquens, at vero mihi plorandi non ſubeſt cauſa, qui utroque parente orbatus ſum? Alia etiam die Angelus Victorius, cujus antea mentionem fecimus, ut familiariter eo utebatur, legentẽ pariter & lugentem offendit: cumque ab illo cauſam luctus exquireret; Ideo, inquit, lugeo, quia Vir iſte ſanctus, cujus Acta percurro, mundo renuntiavit, & omnibus quæ poſſidebat, ut uni Deo inſerviret: ego nihil unquam boni egi, omneſque me bonitate præcedunt. Deinde ſuſpirans, imoque trahens à pectore vocem; O Angele, inquit, quid ſi ego vinctus per Urbem ducar, & fuſtibus cædar? Profecto dixeris; En hic ille eſt Philippus, qui ſe tam probum ſimulabat: fortiter illum cædite. Atque hæc dicens, mortificationis amore vehementer ingemiſcebat.

vel legendus Sanctorum Vitas,

E

177 De Paſſione Domini cum aut meditabatur aliquid, aut loquebatur, aut legebat, incredibili quadam affectus teneritudine, veluti cera ad ignem liqueſcere videbatur. Interdum quoque niveo quodam pallore ſuffuſus, lacrymis ubertim cadentibus apparebat, non ſine intuentium admiratione ac devotionis affectu. In majori autem hebdomada, cum Sacrum faciens, Euangelicæ Paſſionis hiſtoriam legeret; longe alio diſtrahenda illi mens erat, ut rem perficere poſſet: quamquam adhibita omni cautione & diligentia, à lacrymis tandem atque ſuſpiriis temperare non poterat. Cum aliquando in Oratorio ſermonem ad populum haberet, atque in ipſius Paſſionis mentionem incidiſſet; tanto fervore correptus eſt, ut præ ſingultu & lacrymis ſpiritum trahere non valeret: quamobrem è ſubſellio deſcendit, ſeque foras repente proripuit. Id quod cum ſæpius illi accidiſſet, multis ante annis quam ex hac vita diſcederet, à ſermocinando ſeſe abſtinuit; ipſe vero, ob inertiam ſuam dicendique imperitiam, huic ſe muneri imparem prædicabat. Et ſi forte quiſpiam objiceret, tamdiu illum ejuſmodi munus exercuiſſe; ſtatim ſubjiciebat, illo initio naſcentis Oratorii, quod pauci admodum eſſent qui ad populum verba facerent, ſibi etiam impertitam à Deo fuiſſe copiam aliquam facultatemque dicendi; quæ tum demum ſperanda non eſſet, cum eorum numerus ad plenitudinem jam creviſſet. Deniq; audito Paſſionis nomine ſæpe erumpebant lacrymæ, quæ vocem illi atque animam intercludebant.

aut meminiſſet viam Paſſionis,

F

178 Guido Ferrerius, Titulo SS. Viti & Modeſti Cardinalis Vercellenſis, & ſuorum nobilitate & ſua ipſius virtute laudabilis, ad eorumdem Martyrum natalitia celebranda vocaverat Philippum, atque alios aliquot Congregationis Preſbyteros; eoſque convivio acceperat in proximo cœnobio S. Praxedis. Remotis epulis menſiſque, beatus Pater, eodem Cardinali jubente, quædam quaſi bellaria in medio poſuit, quę omnium animos paſcerent ac recrearent; deinde ſuam quemq; ſymbolam juſſit in commune conferre. Denique ipſemet iterum exorſus, cum rem dilataret, atque explicaret, incidit mentio de nimia caritate, qua Chriſtus dilexit nos & tradidit ſemetipſum

etiã fortuito occurrentem,

pro

A pro nobis: eodemque temporis momento tanto dolore ac gemitu correptus eſt, ut loquendi poteſtatem amiſerit: cumque ſe quantum poterat coërceret atque reprimeret, denique juſſu ipſius Cardinalis quievit. Ægrotabat graviter, anno ſalutis noſtræ MDLXXXX, allatuſque eſt ex pulli pulpa contuſa cœnaturo cibus, ad reficiendas vires. Quem manibus acceptum prius quam ad os admoveret, ſubito tremore occupatus, acriter ingemuit; elataque voce ait: Tu Chriſte, tu Crucifixus: ego autem in lecto, tot commodis, tot levaminibus, & carorum adſtantium turba recreatus? Atque hæc dicenti, lacrymæ ubertim cadebant: cumque ejuſmodi cibum capere tentaſſet, fruſtra fuit.

179 Cum ſuos in ſpiritu filios cæleſti Pane reficiebat, uberrimi lacrymarum fontes intolerantia gaudii ſæpiſſime prorumpebant, ut eam functionem vix perficere poſſet. Quapropter ex iis plerique, videntes Patrem madentibus oculis ac fervido vultu id peragentem, impertitum ſibi quoque ab eo ſpiritus fervorem ſatis aperte ſenſerunt. In audiendis divinis Officiis, Eccleſiaſtico ritu decantatis, ſic afficiebatur, ſic commovebatur animo, ut ne aliis quidem præſentibus fletum contineret. Quamobrem B cum intereſſet Veſpertinis & ſupremi crepuſculi precationibus, quas Dominicani Fratres de more pſallentes perſolvebant; non ſemel conſpectus eſt, non modo vultum, ſed ipſas etiam veſtes uberrimis lacrymis perfudiſſe. Cum videbat eos qui convitiis atque injuriis illum perſequebantur; continuo miſeratione commotus, miſeram hominum conditionem deflebat. Denique donum lacrymarum à Domino Philippus acceperat ſic, ut, oblata quavis occaſione, ſtatim fletus erumperet. Quamobrem pro miraculo fuit, humoris acrimoniâ, paulatim exeſâ vi luminis, aciem oculorum non eſſe conſumptam: quam tamen adeo integram vegetamque ſervavit ad ultimam uſque diem, ut octoginta jam natus annos conſpiciliis numquam uſus fuerit; quamquam ex iis plura apud ſe habebat, non ad neceſſitatem, ſed (ut ipſe aiebat) ad voluptatem. Hoc porro tam inſigne donum, ceteroqui maximi æſtimandum, Philippus, qua erat humilitate, more ſuo prætexere ſtudebat; dicebatque de ſe loquens, hujuſmodi lacrymas divini amoris haud certum indicium eſſe, neque ex ea re cujuſquam ſanctitatem conjici poſſe: quandoquidem perditas etiam meretriculas, ſi forte de Deo aliquid audiunt, continuo videas lacrymantes.

atque ad alias occaſiones;

integrâ tamen ſemper oculis uſus.

C 180 Precationi & contemplationi adeo deditus fuit, ut omnia Congregationis exercitia ad hunc finem inſtituiſſe videatur: quam etiam ab orandi conſuetudine Oratorii Congregationem appellandam exiſtimavit. Itaque cum à prima ætate in hanc curam toto animo & ſtudio incubuiſſet, tantam Deo adjutore in ea re facultatem adeptus eſt, ut quocumque loco aut tempore mens ejus cæleſtia contemplaretur, atque Apoſtolicum illud perfecte exequeretur, Sine intermiſſione orate: multo enim facilius Teſſ. 5, 17 & proclivius ille in Deum ſeſe extollebat, quam miſeri mortales ad terram ſeſe dejiciunt. Quapropter, cum ejus cubiculum maximâ hominum frequentiâ celebraretur, multaque inibi eo præſente atque audiente agerentur; ipſe, ut rebus non ſe tradebat, ſed commodabat, identidem oculos manuſque ad cælum levabat, atque ex imo pectore ſuſpirabat ad Dominum; quamquam hujuſmodi affectus, ubi teſtes aderant, quam occultiſſimos tenebat.

CAP. V
Animo jugiter intentus in Deum,

181 Cum per Urbem ibat, ita erat abſtractus à ſenſibus, ut monitore opus haberet ad ſalutandum aut reſalutandum. Quin etiam interdum lacinia vellicata, quaſi è graviſſimo ſomno excitatus, vix de-

difficulter eum diſtrahit alio,

nique advertebat. A prandio (ſi tamen prandium dicendum eſt, ubi tantum panis ſumebatur, quantum jejunio ſolvendo ſatis ſit) omnino in varias res diſtrahendus erat, ne ſcilicet ex nimia cura atque intentione læderetur. Quamobrem, cum aliter quietem capere non poſſet, accito Gallonio inquiebat; Si me vis quieſcere, Antoni, præbe libros haud mihi gratos: aut aliq hujus generis levamento illum à contemplatione rerum divinarum divelli oportebat: itáque eo implebatur, quod ipſemet quaſi de aliis dicere ſolebat, hominem Dei amore ſuccenſum, eo tandem pervenire, ut dicere cogatur, Sine quæſo, Domine, me quieſcere; atque illud; Quicumque hora vigeſima, videlicet à meridie ſecunda aut tertia, paratus ad orandum promptuſque non eſt, is orationis ſpiritum profecto non habet. Nihil unquam, præſertim majoris momenti, aggrediebatur, niſi attente conſulto & propitiato Deo: ad eamque fiduciam precandi aſſiduitate pervenit, ut libere diceret, Quæcumque petiero à Domino, me accepturum pro certo habeo, dum ne tempus orandi deſit. Nonnumquam etiam eo uſque proceſſit, ut diceret; Volo hoc aut illud ita fieri: & perinde eveniebat, ut ipſe prædixerat.

A. HIERO. BARNABEO EX Ms.

quidquid vellet ſolitus orando impetrare.

182 Quamquam autem Philippus orandi uſu atque aſſiduitate id aſſecutus erat, ut quocumque loco aut tempore in Dei cogitationem amoremque raperetur: habebat tamen quotidie horas ſuas ſacris meditationibus præſtitutas: & quidem æſtivo tempore mane & veſperi, niſi forte ſecus ſuaderet caritas erga proximos, ſuperiorem aſcendebat ædium partem, unde liber eſſet in cælum proſpectus, ibique per plures horas contemplationi vacabat. Quod ſi forte à quoquam inter orandum per janitorem acceſſiretur, continuo ad illum deſcendebat: aiebat enim nequaquam hoc pacto intermitti orationem, ſed Chriſtum potius pro Chriſto relinqui. Re deinde peracta ad locum redibat; neque propterea, ut ipſe affirmabat, ab oratione diſtrahebatur, ſed ex operibus pietatis magis magiſque ad eam excitari atque inflammari ſe ſentiebat. Per hiemem, veſperi poſt ſolis occaſum, duas aut tres horas precationi & meditationi dabat. Iturus autem cubitum, ad lecſuli caput ponere ſolebat æream Chriſti Domini morientis effigiem, dempta tamen cruce; precariam coronam, & horologium, cujus tactu horas cognoſceret: quo pacto nocturnis & matutinis precibus ſe comparabat: neque enim amplius, quam horas quatuor aut quinque ad ſummum neceſſariæ tribuebat quieti. Ad hæc certis anni temporibus orationi attentior videbatur; nimirum in ſolennioribus diebus, aut in publicis privatiſque neceſſitatibus: maxime vero in majore hebdomada, in qua quidem per annos multos immobilis atque jejunus, ad ſacellum excubare conſuevit die noctuque, dum ſacrum Chriſti corpus, ad recolendam acerbiſſimæ mortis memoriam, ibidem cuſtoditur.

partitur & ſervat ſolite.

E
Status precandi horæ.

F

183 Horas quotidie ſeptenas, ex more & ritu Romanæ Eccleſiæ, intentiſſima cura recitare ſolebat, & quidem alternis ſæpius: ſolus namque non ſine magna difficultate id efficere poterat; propterea quod ſtatim in Deum rapiebatur, eique penitus adhærebat. Quicumque vero divinas preces cum ipſo recitabat, hos Breviarium ante oculos ſemper habere jubebat; utque ſine ullo errore id fieret, diligentiſſime curabat. Quamquam autem ſeni jam prope octogenario, tum propter ætatem tum propter alias juſtiſſimas cauſas, Gregorius XIV Pontifex Max. poteſtatem fecerat recitandi pro Canonicis Horis Coronam, quam vocant Beatiſſimæ Virginis, aut aliam quamlibet breviorem precationem; numquam tamen ea facultate uſus eſt, niſi forte morbo impli-

Officium quomodo recitatur.

A. MIRO, BARNABEO EX MS.

citus. Tunc vero ex aliis divinum Officium audire volebat, idque tam attenta aure atque animo agebat, ut si in dicendo quisquam vel leviter lapsus esset, aut nutu aut verbo statim ab illo corriperetur; etsi à se ipso prope abstractus omnino aliud agere videbatur.

quos libros spirituales & quomodo legeret.

184 Orationi sociam Philippus adjunxit lectionem sacrorum librorum, eorumque præsertim in quibus Sanctorum res gestæ descriptæ sunt, qua nihil efficacius esse dicebat ad spiritum excitandum. Erant autem illi plerumque in manibus, Collationes Joannis Cassiani, Thomæ à Kempis de imitatione Christi aureus libellus, Vita sanctæ Catharinæ Senensis, ac Beati Joannis Columbini; Ludovici Granatensis opera, Seraphini de Firmo Pharetra divini Amoris. Porro ex Vitis sanctorum Patrum, atque ex iis quas doctissimus idemque piissimus Lipomanus congessit, aliquid ferme quotidie aut legebat aut audiebat. Ex libris autem sacræ Scripturæ, vel maxime delectabatur Epistolis B. Pauli Apostoli, quas quidem sensim atque admodum attente legebat. Ubi autem devotionis fervorem excitari in se sentiebat, nequaquam progrediebatur; sed locum illum secum ipse diligentissime pertractabat, idque
B aliàs inter legendum identidem faciebat. Itaque longo jam experimento edoctus quantum ea res utilitatis afferret, suos admonebat, præsertim qui ex Congregatione essent, Deique verbum administrarent, ut iis libris operam darent, quorum titulis initium faceret littera S. nempe S. Augustino, S. Gregorio, S. Bernardo, horumque similibus.

Commendat usum jaculatorum,

185 Breves quidem orationes, ex Cassiani ipsius præcepto, sed creberrimas facere docebat, eos præsertim, quibus in ea re immorari diutius non liceret. Quamobrē precatiunculas quasdam jaculatorias iisdem proponere solebat, quibus nimirum ignita velociter mens atque alata cælum peteret, & frequenter in Deum sese elevans eidem jugiter cohæreret. Ex his nonnullas hoc loco inserere haud alienum existimavimus.

tam Latina

Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis.
Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adiuvandum me festina.
Doce me facere voluntatem tuam.
Domine, ne te abscondas mihi.
Domine, vim patior, responde pro me.
Ego sum via, veritas, & vita.
C Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra.
Jesu, sis mihi Jesus.
Ne reminiscaris, Domine, iniquitatum mearum.
Quando te diligam filiali amore.
Sancta Trinitas, unus Deus, miserere mei.
Tui amoris in me ignem accende.
Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.

quam vulgari lingua.

186 Alias etiam hoc genus supplicandi formulas vulgari idiomate ad omnium captum edocuit, quas in Latinum translatas prædictis adscribendas duximus.

Nondum te cognovi, mi Jesu, quia nondum te quæsivi.
Quid faciam, nisi tu adjuves me, mi Jesu?
Quid facere possum, mi Jesu, ut faciam voluntatem tuam?
Da mihi, mi Jesu, ut tibi serviam, non timoris causa, sed amoris.
Aliquando tandem amare te vellem, mi Jesu.
Mihi diffido, in te confido, mi Jesu.
Nihil boni facere possum, nisi tu adjuves me, mi Jesu. D
Nihil volo, nisi tuam facere sanctissimam voluntatem, mi Jesu.
Numquam te amavi, & tamen amare te cupio, mi Jesu.
Numquam te amabo, nisi adjuves me, mi Jesu.
Amare te vellem, Jesu, nec viam ad amandum invenio.
Ego te quæro, nec invenio, mi Jesu.
Si te cognoscerem, & me cognoscerem, mi Jesu.
Si quidquid boni fieri potest fecero, quid tandem fecero?
Cadam, nisi tu adjuves me, mi Jesu.
Tolle omnia, quæ me impediunt, si me vis, mi Jesu.
Domina mea, Virgo benedicta, da mihi ut semper memor sim tui.

Docebat præterea, ut in precatoriæ Coronæ modum, ter & sexagies repeteretur Davidicum illud, Deus in adjutorium meum intende, aut aliæ nonnullæ ex supradictis precatiunculis; quemadmodum antea dictum est de iis, quæ in honorem Deiparæ Virginis ab eo fuerant institutæ.

Ratio orandi etiam in privatas domos inducta.

187 Nec vero Philippus in Oratorio dumtaxat, E quod fuse narravimus, quotidianas orationes fieri præcepit; sed in plures etiam, & quidem honestissimas domos eadem ferme exercitia invexit. Quapropter parentes, cum liberis ceteraque familia, quotidie vesperi in privatum sacellum sese recipiebant, eoque ritu preces ad Deum fundebant, quem in Oratorio nostro servari mos est. Nec defuere ex illis, qui non modo ejusmodi exercitia, sed alia quoque Congregationis nostræ instituta, pro modulo suo studiose diligenterque servarent.

& præcepta ad bene orandi modum.

188 Multa autem super ipsa oratione Dei famulus, in orando exercitatissimus, præcepta ac monita tradere solebat; & quidem cum dictis aliorum Sanctorum sententiisque fere communia; tamen, quoniam familiarissima illi erant, & tamquam ipsius propria à suis prædicabantur, nos quoque eodem loco ea statuemus, tum hic, tum alibi, ubi de illis incidet mentio. Primum igitur, ad orandum optimam viam ac rationem eam esse dicebat, ut se quisque tam præclaro beneficio indignum agnosceret; verumque modum parandi se ad orationem esse, exercere se ad mortificationem: sine qua nihilo facilius esset orare, quam sine pennis volare. Quamob- F
rem cuipiam è suis roganti ut orandi artem sibi *imprimis humilitas.*
monstraret: Esto humilis, inquit, & obediens, & Spiritus sanctus te docebit. Aiebat præterea parendum esse spiritui, quem Deus in oratione communicat, nec ab eo declinandum; ut, si forte ad Dominicam Passionem meditandam nos provocet, ad alia atque alia mysteria nequaquam transeamus. Cum au- *perseverantia,*
tem aliquid à Domino postulamus, non ideo cessandum esse, quod nos exaudiri tardius sentiamus; sed in oratione ad finem usque perseverandum. Quod si quis spiritu fervens magnam in postulando quietem inveniat, atque obtinuisse se credat in ipsa orationis effusione quod poscit; certo sperandum, preces ipsius ad Deum efficaciter penetrasse Christianæ *studio perfectionis,*
perfectionis studiosos etiam atque etiam hortabatur, ut ne in mediocri bonitate acquiescerent; sed magno atque excelso animo ad suprema contenderent; adeo ut, si fieri posset, vel ipsos Apostolorum Principes sanctitate præcellerent: quod quidem, etsi re ipsa non assequerentur, tamen optandum esse, ut ea saltem ratione divinæ caritati aliqua ex parte respondeatur.

189 Orantes

A *Alia quadã huc ſpectantia præcepta.*

189 Orantes inſuper ac meditantes ſerio admonebat, ne diu defixos in ſacras Imagines oculos tenerent: id enim capiti longe grâve & pernicioſum eſſe, eoque pacto diabolicis illuſionibus locum dari. Ariditati ſpiritus, cum dormitare videtur anima noſtra præ tædio, præſentiſſimum remedium eſſe dicebat, ſi ſe quisque, tamquam pauperculum aliquem, ante Deum Sanctosque proſternat, ac modo hunc, modo illum ſpiritualem ſtipem humiliſſimis precibus roget; eoſque interdum, non animo ſolum, ſed etiam corpore adeundos, nimirum templa iisdem dedicata pie religioſeque viſitando. Quatuor hominis noviſſima aſſidue meditanda, tironibus præſertim, prædicabat; ſolitus dicere, Quicumque non deſcendunt in infernum viventes, iis profecto, ne mortui eo caſuri ſint, ſummum periculum eſt. Admonebat præterea ſuos, quotidiana exercitia ne intermitterent, quæ veſperi in Oratorio noſtro fieri conſueverunt; ſuadebatque omnibus, ut aliorum precibus ſeſe humiliter commendarent. Ad hæc, ut orandi neceſſitatem oſtenderet, hominem absque oratione ſine ratione beſtiam eſſe dicebat. Quamobrem ipſemet aliquando dum ægrotaret, oratione tantiſper abſtinere

B juſſus à medicis, cum rem diutius ferre non poſſet, ad Gallonium ſe convertit, aitque; Heu mihi, Antoni, in beſtiam plane mutatus ſum. Denique affirmabat, oratione nihil gravius aut odioſius eſſe diabolo, nihil quod ille ſtudioſius impedire intendat: in qua quidem id luminis Philippus acceperat, ut Deo revelante cognoſceret, utrum quis mane illi operam dediſſet, an vero eam per negligentiam omiſiſſet.

CAPUT XV.

Philippi caritas erga proximos.

190 EX præclara autem caritate, quam erga Deum Philippus oſtendit, amor ille ardentiſſimus in proximos derivabatur, quo omnis ætatis atque ordinis homines ad Dei ipſius cultum dilectionemque perducere ſatagebat: id quod tantâ cum dexteritate ac ſuavitate exequebatur, ut ferme omnes obſtupeſcerent; quique ad illum ſemel acceſſerant, ab eo deinde recedendi viam non invenirent. Videlicet factus omnia omnibus, ut omnes Chriſto lucrifaceret, omnium ſeſe ingenio attemperabat. Itaque ſi quos offenderet vitiorum cœno demerſos; primum quidem excitabat abjectos, æternamque ſalutem vetabat deſperare; deinde, ut letalia quæque peccata præcaverent etiam atque etiam hortabatur: denique quo-illos-cumque voluiſſet admirabili quadam arte fortiter ac ſuaviter perducebat. Venit ad illum aliquando quidam, qui in mala ſe conſuetudinem penitus immerſerat, & ferme quotidie in eadem peccata revolvebatur. Huic, expiata per ſacram Confeſſionem conſcientia, ſatisfactionis loco fere nihil injunxit Pater, niſi ut, ſi forte in eamdem culpam recidiſſet, ad ſe ſtatim rediret, & ſine mora purgaret animam ſuam. Paruit ille, nec Philippus aliud unquam injunxit, quam ut ad ſe ſtatim reverteretur. Hoc uno modo miſer ille non ſolum ex prava conſuetudine, ſed ex aliis etiam malis, paucis poſt menſibus feliciter emerſit; exutisque vitiis, eodem Philippo teſte, pudicos & plane Angelicos mores induit.

Dexterime ſolitus tractare peccatores.

conſuetudinario uni ſolum præcipit ad ſe redire.

191 Nec alia ferme ratione juvenem diſſolutiſſimum ad officium ſanitatemque reduxit, quem dumtaxat rogavit, ut ſepties quotidie recitaret Antiphonam, ſalve Regina; mox terram deoſculatus, hæc ſecum ipſe loqueretur, Craſtina die fortaſſe moriturus ſum: qua re brevi ſe ad frugem bonam recepit: poſtque annos quatuordecim conſentaneam vitæ laudabiliter actæ ſortitus eſt mortem. Dominicus Saracenus de Colle-Scipionis, quo de alibi fiet mentio, cum in Urbe Philoſophiæ operam daret, & de Philippi ſanctitate multa narrantem condiſcipulum ſuum audiret; ad illum adiit, & Confeſſione peracta, ut ferme aliquid elemoſynæ patrio more Sacerdoti largiri conſueverat; Ignoſce mihi, inquit, neque enim modo ſuppetit, quod dare cupiebam. Cui ſubridens, Pater: Age, age, pro hac pecunia proximo Sabbato te ad me rediturum promittito. Paret ille, & viri facilitate ac ſuavitate devinctus, ad ejus ductum arbitriumque ſe contulit. Quamobrem aſſidua ac diligenti Confeſſione omnes animi labes ac maculas eluebat, & in ſingulas hebdomadas ſacroſanctum Euchariſtiæ myſterium percipiebat.

alteri quotidie Salve Regina dicendum.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

tertio ut proxime ad ſe redeat.

192 Anno poſt Virginis partum MDLXII frequens ibat ad Oratorium S. Hieronymi Joannes Thomas Arena, adoleſcens & divitiarum affluentia & vivido ingenio & viribus corporis ferox; & quidem ad eum finem, ut quæ ibi fiebant exercitia procaciter irrideret. Quod cum non ſemel qui aderant animadverſiſſent, neque hominis petulantiam diutius ferre poſſent, ad Philippum rem detulerunt. At ille, ut erat vir mitiſſimus, quieſcere eos juſſit: paterentur & ſinerent eum tantiſper ſuis moribus indulgere. Quamquam autem impudens juvenis de ſua protervitate nihil remitteret, ſed aliena patientia quotidie fieret inſolentior; nihilominus Pater ne mutire quidem contra illum quemquam paſſus eſt, atque omnia ſedato animo tulit. Nec fruſtra: quandoquidem effrænatus animus, cum ſpiritualibus colloquiis, tum Philippi orationibus, adeo delinitus eſt, ut haud ita multo poſt ejus voluntati ſe totum commiſerit; & cæleſtium bonorum amore inflammatus, mortalibus nuntium ſponte remittens, hortante eodem Philippo, ad ſacram Dominicanorum familiam ſe receperit, ubi in ipſo religioſæ vitæ tirocinio pie ſpiritum Deo reddidit.

Proterve illudentem exercitiis Oratoris.

patientia ſua lucratur.

193 Alius quidam juvenis Neapolitanus, nomine Petrus Fociles, & ipſe luxu perditus, jocisque & dicteriis deditus, quodam die ab amico adductus eſt in Oratorium S. Hieronymi, ubi tum forte ſermones habebantur; utque erat nimis laſcive ac prope hiſtrionice veſtitus, advertit Philippum in ſe unum oculos fere defixiſſe: quibus veluti ſagittis ſibi pectus feriri, animique receſſus ac latebras penetrari

F ſentiebat. Itaque quæcumque ad populum dicebantur, perinde accipiebat, quaſi uni ſibi dicerentur. Denique ea die ſuperatus ita captusque eſt, ut à Philippi latere divelli non poſſet. Jamque illapſum in ſe eſſe ſpiritum Domini, & mutatum ſe in virum alium pro certo habebat: quamobrem cum ab amicis, ut fit, ad antiquas nugas revocaretur, nec tamen flecti poſſet; ingentem omnium admirationem excitabat. Poſt dies paucos ad Philippum redit, anteactæ vitæ noxas per exactiſſimam Confeſſionem expiaturus. Erat tum ille in eccleſia, & ſuorum Confeſſiones excipiebat. Cumque novum pœnitentem ante ſe genuflexum videret, quaſi illum contemneret atque deſpiceret: ut opportuniori tempore ad ſe redeat, præcipit, eaque ratione ſæpius ad ſe revertentem differt in duos menſes. At Petrus, quo magis extrahebatur à Philippo, eo ardentiori deſiderio ad eum redeundi urgeri ſe ſentiebat. Denique Sanctus, quo ſolebat caritatis affectu, hominem complectitur; benigne auſcultat, plenumque lætitiæ & ſpiritualis conſolationis ab ſe dimittit. Is deinde tanto pietatis ardore ſuccenſus eſt, ut inter ferventiores Philippi diſcipulos jure ſit recenſendus: cui recreando ſe Dei famulus, dum inter homines ageret, per quietem non ſemel obtulit, atque alia longe præclara beneficia

Alium dilata ad duos menſes Confeſſione.

im-

R. HIERO. BARNABEO EX MS.

impertivit. Huic quoque præter expectationem maſculam prolem naſcituram prædixit, biduo antequam partus in lucem ederetur; reique familiaris tandem jacturam facturum, quemadmodum re ipſa deinde comprobatum eſt.

Laſcivientē Clericum

194 Marcellus Ferrus Romanus, nobili loco natus & in præcipua Urbis Baſilica opulento beneficio præditus, per ſummam licentiam, Clericali veſte dimiſſa, laicum ferme referebat. Is Pervigilio S. Dominici, eleganti ac militari prope habitu veſtitus, deambulabat in periſtylio cœnobii S. Mariæ ſupra Minervam, ibique offendit adoleſcentulum, Philippi in ſpiritu filium, modeſtia plane angelica; quicum in eccleſiam veniens, fallendi temporis gratia ſermonem inſtituit. Utque aliud ex alio oritur, adoleſcens de Philippi egregia ſanctitate aggreſſus eſt dicere, &; O te beatum, inquit, ſi tantus vir tibi aliquando innoteſceret! ſi illum ſemel alloquereris! & fortaſſe hodie huc veniet, venit enim frequentiſſime. Tum vero Marcellus, tam præclaræ virtutis virum ut ſibi oſtendat etiam atque etiam rogat. Ecce autem Philippus cum aliquot ex ſuis templum ingreditur: & vixdum poſitis genibus, divino ſpiritu plenus, de more intumeſcit, quamquam latendi ſtudio utraque manu vultum obtegeret: quo quidem ſpectaculo, homo cæleſtium donorum ignarus atque inſolens, non leviter offenſus eſt. Interea Joannes Animuccia, ex iis unus quos ſecum Philippus adduxerat, ad Marcellum accedit: utque erat ei perfamiliaris; Quid rerum agis, inquit? At ille, quæ modo audierat, expoſuit. Cui ſtatim Animuccia; Profecto nihil verius dici potuit. O te beatum, ſi tibi Philippus aliquando innoteſcat!

& ſuadente ſocio ſui videndi cupidum,

B

poſt fuſas preces

195 Hic autem Pater ipſe ſeſe adjungit, una cum Joanne Baptiſta Salviato & Conſtantio Taſſonio, omneſque pariter in odæum Marcellum deducunt: ubi poſt paulo Completorii officium ſolenni ritu decantatum eſt, orante interim Philippo gemitibus inenarrabilibus, atque omnibus artubus contremiſcente. Denique ſacris precibus abſolutis, de rebus divinis differitur; mox Philippus Marcellum benigne complectitur, atque ad Oratorium invitat. Quo facto, ille ſtatim ad ſe redit, ſuaſque culpas gemebundus agnoſcit: quas cum actutum per ſacram Confeſſionem purgare vellet; Nequaquam, inquit Philippus: ſcribe primum peccata tua, atque ad Oratorium veni, tum vero poſt quatuor aut quinque dies audiā te. Nec abnuit ille, ſed omnia alacriter executus,

Benigne complexus,

C

dicta die exactiſſimam totius vitæ Confeſſionem peragit apud Patrem. Qui pallido vultu in cælumque defixo, ſeſe divino ſpiritu impellente concutiens, de more intima cordis ipſius penetrabat, ejuſque crimina detegebat. Nec dum completo myſterio, cecidit ſuper collum ejus; &, Noli, inquit, fili, Spiritui ſancto reſiſtere: Deus enim te vult ſalvum fieri. Igitur bonæ ſpei plenus à Philippo dimittitur, atque ex ea die Oratorium frequentare cœpit. Quamquam autem initio clericalem habitum non reſumpſit, nihil tamen illi quidquam ea de re dixit beatus Pater, ſed precibus dumtaxat & ſpiritualibus exercitationibus ad rectam ſalutis ſemitam eum provocare contendit. Et ſane egregius patientiæ fructus Dei beneficio conſtitit: ſiquidem poſt quindecim dies ipſemet ſponte, laicali veſte depoſita, clericalem induit; ſeque Philippo exercendum colendumque, quod infra dicturi ſumus, omnino commiſit.

ad Confeſſionem

& morum mutationem paulatim inducit:

196 Hac denique facilitate ac ſuavitate fere innumeros omnium ordinum homines, ab impura & flagitioſa vita, ad caſtum Dei timorem amoremque convertit. Quamobrem ex iis complures, beneficii memores, in ipſo mortis limine conſtituti, magna cum ſpiritus exultatione benedicebant diei atque horæ, quibus ſibi datum eſſet Philippum noſſe. Alii vero, cum viderent quotidie quam multos ille ad virtutem ac Dei cultum à vitæ pravitate traduceret, obſtupeſcentes dicebant, Ut magnes ferrum, ſic Philippus animas trahit: & quiſquis ſemel apud illum Confeſſionem peragit, ad eum redire compellitur. Idque erat cauſæ, quamobrem eorum ſententiam improbaret, qui pœnitentibus, maxime autem tironibus, nimis arctam atque arduam prædicant virtutis viam, acriuſque objurgando deterrent atque avocant ſæpe à propoſito, ut aut dilata aut omiſſa Confeſſione in peccatis diutius perſeverent. Hanc ipſam ob cauſam non magnopere laborabat de inani ac ſupervacaneo mulierum cultu, ſed quoad poterat rem ſilentio diſſimulabat, quo eas facilius deinde ad virtutem adduceret. Hæc etenim mala ſic in aliis ferenda eſſe dicebat, quemadmodum innata in nobis ipſis atque inſita quædam vitia toleramus. Siquidem, adveniente Domini ſpiritu, hæc omnia ſponte evaneſcunt. Itaque nobili cuidam feminæ, roganti liceretne citra Dei offenſam altioribus ſandaliis uti, nihil ad illam Sanctus, niſi, Cave tibi, ne cadas. Alium quoque criſpato rigentique colli amiculo ornatum, belle & feſtive reprehendit dicens, Equidem te ſæpe demulcerem, niſi iſtiuſmodi collare mihi manus feriret. Hac lenitate utrique facile perſuaſum eſt, ab hujuſmodi vanitatibus impoſterum abſtinerent.

D

uti & mulieres indulgentius cum eis agendo circa veſtiū luxum.

E

Mira erga omnes & quovis tempore affabilitate utens,

197 Alloquendi vero illum opportunitas quærenda non erat: quacumque adiiſſes hora, ſive corpore melius haberet, ſive deterius, aperto ſemper oſtio cubiculi & humaniter omnes accipiebat, & ad finem uſque ſine interpellatione audiebat. Quod ſi forte adeuntium quiſpiam, reſpectu aliquo ductus, interdum pedem retraheret; hunc ſtatim prodiens Pater manu prehendere, atque intro adducere, nec ullo ſibi aut loco aut tempore parcere: adeo ut, vel cum ſe lectulo compoſuerat ad neceſſariam quietem, quoſlibet interpellatores admitteret, ut ſcilicet nemo unus unquam à ſe diſcederet, cui plene ſatisfactum non eſſet. Quibus germanæ caritatis illecebris incredibile dictu eſt, quantum omnium animos ſibi devinxerit. Omnes enim illi omnibus in rebus certatim aderant; nihilque tam arduum atque difficile eſſe poterat, quin ejus gratia, ubi opus eſſet, unuſquiſque promptiſſime aggrederetur. Igitur dictu nefas erat, Philippum, aut quieſcere, aut ſibi vacare. Quamobrem Antonium Gallonium, quod adeuntem, alieno licet tempore, quempiam detinuiſſet, gravioribus verbis accepit: & Nonne, inquit, tibi dixi, me nec tempus, nec horam mea cauſa obſervari velle? Franciſcum quoque Zazzaram, quod clauſo cubiculi oſtio alium quemdā remoratus eſſet, coram acriter reprehendit. Aliàs etiam ad hunc aut illum ex noſtris improviſo ſuperveniebat: &, ſi quem forte apud illos reperiret, qui eum operiretur, haud impune ferebant: nihil enim gravius moleſtiuſque illi accidere poterat, quam ut incommode ab aliquo expectatum ſe eſſe intelligeret. Rogantibus autem quibuſdam ut aliquantulum ſibi parceret, tantamque ſui copiam omnibus ne faceret; Scitote, inquit, quos nunc videtis ſpiritu ferventiores, hos me nocturnis etiam vigiliis crebriſque cohortationibus Domino peperiſſe.

neminē patitur aditu prohiberi.

F

nulli parcit labori pro cavenda animarum jactura.

198 Nec vero domi ſolum atque in eccleſia diu noctuque animarum ſaluti excubabat; ſed foris etiam, ubi opus eſſet, in aciem prodibat ad præliandum prælia Domini. Etenim dum proximorum bono conſultum eſſet, atque è peccatorum cœno vel unum erueret, nihil ille quidquam penſi habere; non æſtum, non frigus, non ventos, non pluvias, aut alia quælibet incommoda atq; pericula pertimeſcere. Audivit aliquando adoleſcenti cuidam nobiliſſimo, quod

& plurimos alios ſua in audiendis confeſſionibus lenitate,

A quod primariam feminam juvenili inſania deperiret, certum vitæ periculum imminere. Hunc ſæpe jam Principes viri omnibus modis deterrere tentaverant: ſed fruſtra. Itaque Philippus, qua pollebat dexteritate ac ſuavitate, hominem aggreditur: & qua rationibus, qua orationibus delinitū eo tandē adduxit, ut non modo animum mutaverit, ſed viam ipſam domumque, in qua illa habitabat, nedum aſpectum illius, toto biennio declinaverit. Quin etiam interdum cum magno quodam Principe per Urbem incedens, ſi forte prope ad illam viam accederetur, petita venia è rheda ſeſe ſubito proripiebat: adeo Philippi verba & ſalutaria monita obſervabat.

omnibus omnia factus,

199 Denique quocumque loco aut tempore, promiſcue omnis ordinis atque ætatis homines ad amorem virtutis alliciebat; atque ad aliorum arbitrium ac voluntatem, quibus rebus honeſte poſſet, accommodare ſe ac flectere ſolebat; doctus nimirum Apoſtoli verbo, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Pauperibus æque ac divitibus omni ratione præſto erat: quibus artibus omnium ſibi gratiam ac benevolentiam facile peperit, quorum plurimi quotidie, alii etiam mane & veſpere ad eum ventitabant, idque triginta aut quadraginta continuos annos peregerunt: quamobrem cubiculum ejus, populi frequentia celeberrimum, ſanctitatis ſchola atque æternæ lætitiæ habitaculum, prope communi vocabulo, appellabatur. Quamquam autem hoc ſpiritu lenitatis & manſuetudinis multos, ut diximus, ad Dei cultum ſtudiumque religionis excitaret; non tamen defuerunt viri, ceteroqui graviſſimi & zelo pietatis accenſi, qui ipſa de re eum reprehenderent, atque acriter objurgarent. Verum experimento compertum eſt, Philippum ea ratione plus multo ad animarum ſalutem profeciſſe, quam illi ſua auſteritate ac diſciplinæ ſeveritate efficere potuerint.

Rom. 12, 15

B

eaq; lenitate plus proficiens quam ſeveritate alii.

uti exper tus eſt Theſeus Raſpa:

200 Theſeus Raſpa erat ex iis Sacerdotibus unus, qui in eccleſia S. Hieronymi divino ſeſe miniſterio addixerant. Is ſuopte ingenio rigidus, Philippi facilitatem ac ſuavitatem in ſacramento Pœnitentiæ adminiſtrando minus probabat. Utrius conſilium anteferendum eſſet, rei probavit eventus: quandoquidem ille, etſi initio permultos nec infimæ ſortis homines habebat, qui ſibi à Confeſſionibus eum delegerant, breui tamen prope ab hominibus relictus eſt: contra vero Philippus, quos ſemel ſuſceperat in ſpiritu filios, hos deinde paulatim ad virtutem educatos, numero & fervore creſcere & augeri in Domino gloriabatur. Illud autem à pluribus obſervatum eſt, ex iis aliquot, qui beati Patris arbitrio regebantur, quamvis non tam crebro ſacra ſe Confeſſione expiarent, tamen plus multo in caritate fundatos fuiſſe, quam qui aliorum ductu hoc ipſum ſæpius facere conſueverant.

aliique:

C

nec tamen ſeveritas deerat ubi opus eſſet.

201 Hanc porro comitatem lenitatemque ſpiritus vir prudentiſſimus ita temperavit, ut ubi neceſſitas cogeret, ſeveritate & imperio ut qui maxime uteretur. Rogatus eſt ſemel, ut miſero cuidam morti addicto adeſſe vellet: neque enim ulla ratione adduci potuerat, ut debitum delictis ſuis ſupplicium patienter ferret, quamvis multi religioſi viri in id ſtrenue laboraſſent. Igitur accito Gallonio ad illum advolat: atque ubi ſacellum ingreditur, videt hominem, vicina morte perterritum, magnis clamoribus omnia implentem. Itaque remotis arbitris in eum manus injicit, apprehenſaque cervice ad terram proſternit, aitque, Obmuteſce. At ille terribili voce perculſus, confeſtim ad ſe redit, ſacra Confeſſione ſemel atque iterum conſcientiam lavat, & compunctionis ſpiritu plenus delictorum pœnas morte perſolvit.

Ap. HIERO. BARNABEO EX MS.

CAPUT XVI.

Vt juventutem procul à vitiis contineat, omni ſtudio contendit.

202 CAP. VII. *De juvenibus ſolicitior.*

QUamquam autem Philippus & verbo & exemplo omnis ætatis homines ad amorem pœnitentiæ ſalutaris accenderet; tamen ſingulari quodam ſtudio enitebatur, ut adoleſcentium animos à vitiis abſtraheret, & quibus poterat modis ad frugem bonam perduceret. Nimirū illud Sapientis alte retinebat, Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Igitur, quamvis affecta jam eſſet ætate, viribuſque admodum infirmis, tamen caritate animos vireſque ſufficiente, ſæpiſſime per Urbem incedentem vidiſſes ſtipatum gregibus juvenum, modo hunc, modo illum ſuaviter alloquentem de iis rebus, quæ unicuique eorum congruere videbantur. Sæpe etiam in apertum eos deducebat, atque ut ſeſe jactis laterum fragminibus aliiſque hujuſmodi honeſtis luſibus recrearent, hilariter hortabatur: quin & ipſemet ludum auſpicabatur, ſenſim vero in angulum ſecedebat, ibique ſolus aut meditabatur aliquid de paſſione Dominica, aut legebat de Euangeliorum libro, quem ferme ſecum afferre conſueverat. Quod ſi forte ex iis quiſpiam, ut fit, Pœnitentiæ ſacramentum, aut Oratorii exercitia, intermitteret, per occaſionem ad ſe vocabat. Quos vero à recta ſalutis ſemita aberrare intelligeret, omni ſtudio atque induſtria, aliis etiam caute ſubmiſſis, in viam tetrahere ſatagebat: qua ratione ſæpe fiebat, ut ad intermiſſa officia, majori quam antea ſpiritus fervore, reverterentur.

Prov. 22.

eos ipſe ad luſus honeſtos deducit,

E

& in bono confirmat;

uti in ſuis Novitiis expertiPraedicatores:

203 Ita vero in Urbe apud omnes, prælertim apud religioſos viros, increbuerat fama de Philippi optimis artibus, quibus adoleſcentium animos ad amorem virtutis ſtudiumque Chriſtianæ perfectionis inflammabat; ut is qui præerat præclaro cœnobio S. Mariæ ſuper Minervam, novitios ſuos illi ſæpe committeret, ut quocumque libuiſſet eos duceret; certus nimirum, quantum utilitatis ex ejus conſuetudine percepturi eſſent. Quamobrem cum illis interdum, maxime autem Bacchanalibus diebus ſeptem præcipuas Urbis Eccleſias obibat: interdum vero in amœniorem aliquem locum ſe conferebant, ibique una omnes prandebant: qua re beatus Pater mirifice delectabatur. Dum enim illos videbat lætantes, ſeque appoſitis cibis reficientes, Comedite, ajebat, filii, comedite, nec fiat vobis in re hac ſcrupulus: etenim recreor atque reficior, cum vos video comedentes. Expletis epulis humi eos conſidere jubebat; hacque numeroſa corona præcinctus, tirunculos Chriſti ad omnem virtutem, maxime vero ad perſeverantiam, cohortabatur: hoc enim potiſſimum eſſe ajebat beneficiorum omnium, quæ divina illis bonitas præſtitiſſet, quod ſcilicet à ſeculi ſtipendiis ad ſua caſtra atque vexilla eos evocaſſet: Idque, inquiebat, vere & ex animo dico. Quibus monitis & cohortationibus novi milites vehementer inflammati, ad maxima quæque pro Chriſto gerenda incitari ſe ſentiebant: itaque cum diem totum feliciter exegiſſent, ſpiritualis lætitiæ pleni ad cœnobium redibant.

magna ad id patientia utitur,

204 Verum enimvero, ut juventutem longius à vitiis arceret, patientia uſus eſt plane incredibili. Eorum enim qui ad ſe ventitabant vel audaciam & arrogantiam, vel ineptias ac ſtultitiam, quantum fieri poterat, devorabat diſſimulatione mirabili, ut etiam ante fores cubiculi ſui vociferari illos & certatim obſtrepere, æquo animo pateretur. Quare nonnulli ex hominibus noſtris aliquando commoti, de eorum

immoderata libertate ac licentia conqueſti ſunt. Id quod cum ex ipſis juvenibus reſciſſet Philippus; Sinite, inquit, ut quantum velint murmurent, vos vero pergite, & lætamini: nihil enim à vobis requiro, niſi ut abſtineatis à peccatis. Igitur ipſemet Pater ante cubiculum ſuum, ut pila luderent, imperabat, ne qua ſcilicet illis daretur occaſio alio abeundi. Hanc ipſam patientiam valde admiratus nobilis quidam Romanus, qui ad Philippum frequens veniebat; rogavit, quemadmodum juvenilem illam licentiam & quotidianum ſtrepitum ferre poſſet. At ille; Ego vero vel ſi ligna ſupra dorſum meum cædere velint, libentiſſime patiar, dum à peccatis abſtineant. Quamobrem Aulicus quidam primarius amico non ſine lacrymis teſtatus eſt, per eos annos quibus olim juvenis Philippum conſcientiæ ſuæ arbitrum ac judicem habuerat, mortali ſe crimine caruiſſe; ubi vero ab illo receſſerat, ad impuram & flagitioſam vitam continuo deflexiſſe.

S. HIERO. BANNOMEO. EX MS.

ſemper hilares eſſe eos volens,

B

205 Ad hæc pati non poterat, eos in animo ſuo locum dare triſtitiæ. Quod ſi forte quempiam videret ſuſpenſo animo atque ſolicito, ſtatim rogabat, quid rei accidiſſet. Nonnumquam vero, impacta etiam alapa, adjiciebat; Lætus eſto. Longo enim experimento didicerat, hilarem multo facilius quam triſtem ad Chriſtianam virtutem perduci. Quapropter hilares atque jucundos ſingulari quadam benevolentia complectebatur. Nec vero omittenda hoc loco res eſt, quæ Philippo accidit, cum religioſis quibuſdam viris familiariter agenti. Venerant ad illum inviſendum duo ex ſacra Capuccinorum familia, quorum alter, quo ætate inferior altero, hoc ſpiritu præſtantior, ex ſolo intuitu beato Patri viſus eſt: cumque id re ipſa (ut ſæpe ſolebat) experiri vellet, occaſione deſumpta, quod ante ſe expuiſſet; hominem inurbanitatis acriter increpavit, poſtque plurimam objurgationem, quaſi in illum vehementer iratus; Quid tu, inquit, hominis es? quid iſtuc ruſticitatis eſt? Abi hinc cito è conſpectu meo, & exuto pede crepidam manu arripuit, quaſi in caput ejus impacturus. At ille, tot laceſſitus injuriis, ne tantulum quidem commotus eſt, hilari ſemper vultu ac læto: contra vero ſenior, ut erat ingenio ſubtriſtis, quamquam alterius res agebatur, tamen ea occaſione non mediocriter offenſum ſe eſſe, vultu ipſo indicabat. Neque his contentus Philippus, pallium extemplo eum deponere juſſit, eo videlicet quod, ut ipſe aiebat, dignus non eſſet. Nec mora, depoſito pallio; Quidni ego, inquit, libenter tibi morem geram? cum & vere pallio dignus non ſim; & illo, homo minime frigidus ac bene pranſus, nequaquam indigeam. Multa præterea inconcinna atque abſurda imperavit Sanctus, quæ quidem omnia, prompto atque alacri animo optimus juvenis executus eſt: denique quam potuit torve eum aſpexit, atque à ſe dimiſit. Ille autem quo magis deſpiciebatur, eo lætabatur magis, & veluti gaudio triumphabat. Poſtquam igitur diſceſſerant, & ad extremas ſcalas pervenerant, revocari eos ad ſe juſſit: & cum primum juvenem videt, accurrit, amplectitur, ac piacularia quædam grana aliaque id genus ſacra munuſcula ei tribuit: denique, Perge, inquit, fili, cum tua iſtiuſmodi lætitia; hæc enim profecto optima eſt ad virtutem via.

juvenil Capuccinum duriter à ſe habitum

C

ejus inde triſtatum valde laudat:

206 Verum quemadmodum hilaritatem atque lætitiam probavit maxime, ſic etiam diſſolutionem & nimiam animi relaxationē ſemper abhorruit. Itaque Chriſtianæ virtutis ſtudioſis diligenter cavendum eſſe dicebat, ne forte ſcurrilem, quod ipſe aiebat, ſpiritum induant: ſiquidem ſcurrilitas, & ſupervenienti divinæ gratiæ plurimum officiat, & adeptam jam penitus evacuet. Illud quoque, ad continendos in officio juvenes, diligenter curabat, ut occupatiores eos ſemper haberet. Quamobrem jubebat illos interdum cubiculum ſibi verrere, lectulum ſternere, capſam aut tabulam alio atque alio transferre, ex precatoriis globulis aut ex floribus etiam coronas texere, legere aliquid aut ſcribere; alia denique aliis imperabat, ne ſcilicet eorum quiſquam otioſus & vacuus ageret: qua re nihil ejus ingenio alienius eſſe poterat, quippe quem niſi occupatum nemo vidit unquam.

diſſolutioni

& otiū vitare docet,

D

207 Præterea ad Pœnitentiæ ſacramentum frequenter venire eos volebat, ad Euchariſtiam non item; ſed ut ad eam ſe quam diligentiſſime compararent, certis etiam ſpiritualibus exercitationibus præſcriptis, ſæpe admonebat. Cum autem deinde ad ſacrum Myſterium accederent, in aliud atque aliud tempus eos differebat, alias atque alias exercitationes deſignando, uſque eo dum opportune id fieri poſſe exiſtimabat. Porro hujus rei rationem afferebat, quod eo tempore, quo Chriſti fideles tantum Sacramentum accipiunt, actioribus tentationibus impugnentur, quibus juvenes ferme ſuccumbunt, nec plane ſine gravi injuria ejuſdem Sacramenti. Ad hęc cæleſtem illam menſam, eſurientibus & ſitientibus dumtaxat paratam eſſe dicebat: quamobrem petentibus interdum ab ſe facultatem communicandi; Nequaquam, inquiebat, Sitientes, ſitientes venite ad aquas. Ferventibus autem Bacchanalibus, ut ipſe juvenes à prophanis fœdiſque ſpectaculis averteret, ſacra & moralia quædam geſta repræſentanda curabat. Hanc etiam ob cauſam ſeptem Urbis Eccleſias cum illis obire, aut in Quirinali, aut in Janiculo ſacros conventus ſub dio celebrare conſuevit.

uſum pares Sacramenta,

B

7. eccleſias obire,

208 Quædam inſuper longe ſalutaria monita dabat eis, ad caſtitatem & pudicitiam cuſtodiendam: nimirum, ne ſe à prandio ab aliis ſecernerent, nec ad legendum, aut ſcribendum, aut aliud quidlibet peragendum ſoli ſecederent: hoc enim tempore, ut ipſe aiebat, humani generis hoſtis, omnibus technis adhibitis, homines vehementius oppugnat: quamobrem ſacris litteris edocemur, cavendum nobis eſſe à dæmonio meridiano. Illud etiam nominatim jubebat, ut quoſcumque contactus, manuum quoque, tamquam contagia devitarent: quod in hominibus noſtris omnium maxime abhorrebat: neq; inter ſe remotis arbitris agere patiebatur, quamvis arctiſſimo propinquitatis vinculo conjuncti, atque optima indole pudiciſque moribus præditi eſſent: quamquā enim probi & caſti forent, nec quidquam mali tunc mente agitarent; tamen, ut ad malum proni ſunt ſenſus hominum, longe alii mox evadere poterant. Fratres quoque cum ſororibus ipſis liberius ludere, atque inter ſeſe contingere, expreſſe vetabat: quippe qui diaboli inſidias & occultas artes nocendi noverat.

& levia etiam pericula caſtitatis cavere,

F

neque fratres cum Sororibus ludere patitur.

209 Nec ab re fuerit huic loco ſubtexere, quæ Dei ſervus in hanc ſententiam lepide ſimul & graviter effatus eſt. Adoleſcens quidam, propterea quod ludere ſolebat cum ſororibus ſuis, ab Angelo Vellio, cujus antea mentionem fecimus, quemque ille conſcientiæ ſuæ judicem delegerat, ne id faceret, ſæpe admonitus fuerat. At juvenis, ut erat optimo ingenio moribuſque caſtus, iteratis iſtiuſmodi monitis offenſus eſt. Itaque Vellius; Cedo, inquit, fili: nullus in hac re te tangit ſcrupulus: nonne? Nullus enimvero, ait ille. Abi igitur, addit Vellius, ad P. Philippum, atque illum hac ipſa de re conſulito. Paret adoleſcens. Quo audito Philippus, ſtatim rogat, quibuſnam ſtudiis operam daret. Logicæ ſubjicit ille. Tum vero beatus Pater; Scito igitur malum dæmonem, tamquam Logicum peritiſſimum, abſtrahendi rationem facile tibi ſuaſurum, ut nimirum feminam cogites, non ſororem. His dictis convictus adoſcens quievit, atque ex ea die ejuſmodi luſibus ſeſe

abſti-

A abſtinuit. Demum in gubernanda moderandaque juventute, longe omnium prudentiſſimus exſtitit Philippus; idque eo fuit mirabilius, quod ita in uniuſcujuſque curam incumbebat, quaſi nemo illi præter ipſum curandus.

CAPUT XVII.

Ad ſuos in extremo agone juvandos, quantam diligentiam adhibuerit.

210 C. VIII. *Ægris ſedulo aſſiſtere ſolitus,*

NEc ſane minorem curam impendit in recreandis refocillandiſque ſuis in ſpiritu filiis, cum adverſa valetudine afficerentur: ſiquidem unumquemque eorum continuo inviſebat ipſemet; & cum primum decumbentis cubiculum intraverat, poſitis ſtatim genibus pro eo ad Dominum preces fundere ſolebat, idque ſecum pariter adſtantes ut facerent hortabatur. Quod ſi forte ingraveſceret morbus, languenti ad extremum uſque ſpiritum aſſidebat, atque ad extremam pugnam arma contra dæmonum incurſus mirabiliter ſubminiſtrabat. Sebaſtianus quidam erat, muſicæ artis peritus, Philippi

uni ex ſuis deſperabundo,

B diſcipulus, atque egregia pietate vir. Huic animam agenti vafer humani generis inimicus, terribili quadam ſpecie ſeſe offerens, ut de æterna ſalute deſperaret variis rationibus ſuadebat: quibus denique miſer ille fatigatus victuſque, exclamare cœpit, O me infelicem! ô utinam natus non eſſem! quandoquidem omni ſpe ſalutis amiſſa, in æternas flammas jam jam detrudendus ſum. Talia vociferans, omnia replebat gemitu. Cumque horas ipſas duas in iis clamoribus perſeveraret, demum Parochus advocatur. At ille nec videre illum nec audire voluit; ſed iracundia incitatus oculos ab eo ſtatim avertit, teſtatus palam, nullam ſeſe illi fidem unquam habiturum, propterea quod de ſua ipſius ſalute jam conclamatũ eſſet.

fugatis dæmonibus,

211 Rebus igitur deſperatis ad Philippum itur, qui ſtatim præſto adeſt. Vixdum autem cubiculi limen attigerat, cum more ſuo, Quid rei, hoc eſt? inquit elata voce: quid hoc eſt? Adducensque ſe intro, ad lectulum venit decumbentis, capiti manum imponit, aitque, Ne dubita. Hoc verbo repente ſeſe ille collegit ac recreavit; nec minori voce quam antea clamare cœpit; Philippus dæmones ejicit: dæmones

quietam mortẽ facit.

fugiunt, & Philippus eos ejicit. O admirandam Philippi virtutem? Vivat Chriſtus. Vivat Philippus, qui eruit animam meam ex inferno inferiori. Incredibili quoque lætitia perfuſus, ſacras cantiunculas aggreditur, quæ in Oratorio tunc temporis canebantur; eamque præſertim, quæ iterato centeis Jeſu nomine contexta eſt. Denique elevatis ad cælum manibus oculiſque; Ecce, inquit, Angeli, ecce Archangeli; reliquos etiam beatorum Spirituum ordines appellans. Atque hęc dicens, ipſo Pervigilio ſancti Michaelis Archangeli, IV Kalendas Octobris, in beati Patris amplexu efflavit animam.

item Confeſſario ſuo

212 Ægrotabat graviter Perſianus Roſa, is quem Philippus (ut diximus) à ſacris Confeſſionibus habuit, egregia pietate & virtute Presbyter: cumque ad extremum vitæ diſcrimen adductus eſſet, vehementiſſimis tentationibus oppugnabatur. Quamobrem ad Dominum, cum tribularetur, clamabat, Tu judica me Deus, tu diſcerne cauſam meam: atque hæc repetens, præ timore ac pavore identidem ſtrato ſurgebat, muniens ſeſe ſigno Crucis; & nunc

ſpectris territus:

huc, nunc illuc ſeſe verſabat. Ecce autem advenit Philippus: quem ubi primum videt ille, continuo inclamat, Sancte Philippe, ora pro me; & ejice, obſecro, canem illum tam nigrum, tamque terribilem, qui me lacerare contendit. Re audita Pater ad terram ſe proſternit, hortaturque adſtantes omnes, ut

oratione Dominica & Angelica ſalutatione, Deum Deique matrem ſuppliciter exorent. Mirum dictu! Vix genua flexerat beatus Pater, cum Perſianus exclamat: Deo gratias, Deo gratias; canis abit: canis fugit. Surgit Pgilippus, & aqua ſancta ægrotum aſpergit ac benedicit. Ille autem timore depoſito, lætus atque alacer, poſtridie ejus diei conſentaneam mortem vitæ ſanctiſſime actæ ſortitus eſt.

A HIERO. BARNABEO EX MS.

alterum longioris vitæ deſiderium

213 Gabriel Tana Mutinenſis, ex familia Joannis Riccii, Cardinalis Politiani, octodecim annos natus, ægrotabat ad mortem. Is biennio ante in Philippi fidem ſe contulerat; magnoque ſpiritus ardore ſuccenſus, Confeſſionis atque Euchariſtiæ myſteria bis ſaltem in hebdomada obire ſolebat, & in noſocomiis ad ſublevandos infirmos frequens erat. Igitur ingraveſcente indies morbo, cum nulla medicorum arte relevari poſſet, ad ultimum vitæ diem redactus eſt. Hìc vero, inſtinctu inflatuque diaboli, magna illum cupido invaſit valetudinem recuperandi: quamobrem de vicina morte omnino cogitare non poterat. Aderat tum forte Philippus (frequens enim ad illum ventitabat) rogavitque, quomodo ſe haberet? At ille, Equidem præ gaudio geſtio: neque enim, Deo favente, nunc moriturum me puto. Itaque rogo te etiam atque etiam, Pater, ut inter ſacrificandum pro mea ſalute ad Dominum preces fundas; mihique impetres ſpatium pœnitentiæ, quo plangam paululum dolorem meum. Tum vero Pater, dæmonis artes agnoſcens, quippe qui vicinam hominis mortem Deo revelante cognoverat; Volo, inquit, à te voluntatem tuam, quam Deo Patri, cum ſacratiſſimam Hoſtiam offeram, pariter offerre deſidero: propterea volo, quod ſi te Deus advocet, obſiſtenti ſatanæ confeſtim reſpondeas, Mihi nulla voluntas eſt, ſed eam Chriſto jã tradidi. Sic factum. Rogavit denique Philippus omnes qui aderant, ut pro infirmo Deum attente deprecarentur, & ad Sacrificium celebrandum ſe recepit.

periculoſa tentatum.

E

facit citam mortem optare.

214 Quo peracto ad ægrotum rediit, offenditque illum immutata penitus voluntate Apoſtolicum illud magno cum ſpiritus ardore iterantem, Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto; acceptam deinde Crucifixi imaginem non ſine lacrymis amplexantem atque oſculantem; adſtantes etiam amicos fortiter admonentem, ut ad Dei cultum toto pectore incumberent, omnemque ſeculi faſtum penitus conculcarent. Ajebat enim, Tædet me, mihi credite, vitæ meæ, mortemque deſidero, ut ad paradiſum conſcendam. Ad Philippum poſtea ſe convertens; Hactenus, inquit, rogavi te, Pater, ut mihi ſalutem à Domino impetrares: nunc te etiam atque etiam oro, ut mihi quam citiſſimam ex hac miſera vita migrationem obtineas. Porro in iiſdem pietatis affectibus ad veſperam uſque perſeveravit. Cumque Philippus ſub noctem domum rediturus eſſet, iterum ille, Equidem, Pater, in paradiſũ ire volo: ora igitur pro me, ut deſiderium meum omnino impleatur. Tum Philippus, At vero ſi te Deus iſtiuſmodi morbo affectum differre velit in annos multos, ejus voluntati nonne libenter obtemperabis? At ille; Quid iſtud verbi eſt, Pater? An vero neſcis, quod toties jam tibi dixi, velle mę quamprimum in paradiſum migrare, ut Deum meum videam, meque in hac vita diutius eſſe non poſſe? Quamobrem precare quæſo piiſſimum Dominum, ut ante mediam noctem migrationem mihi omnimodis largiatur. Cui Philippus: Age igitur, ne dubita, votum tuum implebitur.

F

eumque adverſus futuras tentationes inſtruit:

215 At tibi arma ſumenda ſunt, & contra diabolum fortiter dimicandum: ſiquidem multis te machinis oppugnabit. Quamobrem voluntatem tuam te Chriſto obligaſſe memento, nec time; ipſe enim pro te pugnabit, & vincet. Prædixitque ei Sanctus omnes inſidias, quibus eum vaferrimus hoſtis aggreſſurus

A. MIZRO. BARNABEO EX MS.

esset. Denique ita præmonitum munitumque reliquit, quo nimirum liberius ad Dominum pro illo funderet preces, substitutis tamen suo loco Joanne Baptista Salviato,& Francisco Maria Taurusio,aliisque; quos admonuit, ut simul ac novi quidquam accidisset, statim se certiorem facerent. Vixdum abierat hora, cum ecce tibi satanas ægrotum aggreditur: utque eum in superbiam efferret, quidquid boni unquam egisset ita illi repræsentavit,quasi certissimum à Domino præmium sibi propterea deberetur. Quamobrem cum inter letanias precesque recitaretur illud, A malâ morte libera eum, Domine; statim subridens, caput agitavit, aitque; Qui Christum habet in corde, is profecto perire non potest. Mox vero fraude detecta, clamare cœpit; Vestris precibus, quæso vos Fratres, juvate me: quod enim nunc dixi, non mea voluntate, sed instinctu impulsuque dæmonis dictum est.

ille, victo præsumptionis spiritu,

216 Hac igitur tentationis procella perfunctum iterũ invadit veterator, & quibus potest artibus prohibet, ne sanctum Jesu nomen appellet; quod quidem in ore semper habere cupiebat, quamobrem amicos omnes id nominatim rogaverat, ut illud sibi in extremo spiritu ad memoriam revocarent.Itaque cum se tam fortiter adstrictum devinctumque videret; Succurrite, inquit, Fratres, mihi,quæso, succurrite: neque enim efferre id possum. Rogantibusque,quid hoc rei esset, quod efferre non posset, num forte sanctissimum Jesu nomen? Hoc ipsum esse solo nutu significavit; &,Quænam atrox tentatio hæc est, inquit, ut Jesu nomen proferre non valeam? Quamquam enim illud ore exprimeret; tamen nulla ratione id facere posse opinabatur: inter has ergo curas anxius atque solicitus, multo sudore manabat. Quamobrem confestim Philippus accitur: cujus adventu ægrotus vehementer gavisus est: eoque adjuvante, & voce ipsa præeunte, dulcissimum Jesu nomen, qua cupiebat ratione atque affectu, sæpius pronuntiavit.

Jesu nomen invocare impeditur,

B

deinde rursus spe vitæ tentatur,

217 Neque ideo, quia semel atque iterum superatus esset, humani generis hostis incepto desistit; sed nova veluti irruptione ejus fidem labefactare conatur, iterumque spem maximam facit valetudinis recuperandæ.Quapropter ad Philippum conversus; Adjuva me, inquit, Pater: neque enim iis, quæ credenda sunt fidem habere mihi videor, nec me nunc moriturum puto. Cui Philippus; Sperne, fili, has etiam diabolicas technas, & dic mecum,

C

Credo, Credo. Quæ quidem verba tametsi optime pronuntiabat, tamen neque se recte hoc facere, neque eorum quæ credenda sunt certam firmamque fidem habere se existimabat. Igitur Philippus adstantibus imperat, ut omnes pariter clara voce pronuntientSymbolum Apostolorum,atque idem hoc ipsum corde saltem agere ægrotum jubet. Qua re tentatio illa confestim evanuit: quin etiam ubi se tantisper collegit, animos sumpsit; ac fortiter, nec sine contemptu,ipsi adversario insultabat, dicens; Equidem, velis, nolis, credere, volo; crediturus utique in æternum. Porro ex hac pugna quamquam victor evasit, tamen admodum defatigatus est.

tum ad desperationem impellitur,

218 Denique callidissimus serpens, ubi tot machinis adhibitis nihil se profeciss intellexit, ad extremam desperationem hominem adducere constituit. Igitur visibili specie, trucibus oculis, ore habituque terribili, ei se objicit. Quo ille spectaculo vehementer exterritus, immutato vultu huc illuc convertebatur, nec ubi quiesceret, invenire poterat. Quamobrem gravi pressus mœstitia clamabat; Me miserum, quot peccata! quot scelera! Domine miserere. Ejice, Pater, teterrimos canes, qui me circumstant atque obsident. Tum demum Philippus, qua solebat fiducia atque auctoritate, impositis manibus super caput ejus; Téne igitur, inquit, immunde spiritus,divinæ gratiæ tam audacter obsistere? Hæ manus hodie Christi corpus contrectaverunt:quamobrem, jubeo in ejus nomine, hinc abi, atque hominem hunc liberum extemplo dimittito. His dictis tentatio evanuit. Tum vero beatus Pater ad ægrotum: Age, fili, confortetur cor tuum, & dic mecum: Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: nec time: etsi enim peccasti, Christus pro te mortuus est, & redemit te in sanguine suo. Ingredere igitur in latus ejus,& intra vulnera ejus abscondere; nec quidquam dubita. Hæc cum dixisset Sanctus, procumbit in genua. At ille gaudio triumphans, ait; Gaudete, Fratres, gaudete: etenim canes fugiunt,& Philippus eos expulit.Ut fugiunt!(digito locum indicabat) ut sese repente abripiunt! Vicimus demum, & vos victi celeri fuga evanuistis. Nunc demum nomen Jesu dulcissimum appellare libere potero: libet jam Jesum millies invocare. Atque in hunc modum fervente spiritu, defixisque oculis in Crucifixi effigiẽ, quam quidam ex astantibus manu tenebat, eo animi ardore orabat ad Dominum, ut nemo ex iis qui aderant prę cordis compunctione uberrimas lacrymas non effuderit.

D

sed confortatus à Philippo,

pulsis dæmonibus,

E

219 Tum se ad illos convertens; O quæ & qualia, Fratres, egomet hisce oculis vidi! Nunc demum intelligo, quod Pater auribus nostris quotidie insonabat, nimirum quantum amoris creatis rebus impendimus,tantumdem nos detrahere Creatori. Igitur toto corde, quæso vos,Fratres, Deum diligite. Iterum deinde ad Crucifixum se vertit, acceptumque manibus arcte complectitur atque osculatur, extentoque brachio clariori voce clamavit; Vivat Jesus per orbem totum, vivat in æternum. Quis me separabit à caritate tua? Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Hæc atque alia hujuscemodi magno cordis affectu effundentem, & acriter dæmones increpantem Philippus repressit; aitque, Sat est, fili, sat est: facessant dæmones, quandoquidem cum de iis loquimur, nimio plus iisdem honoris tribuimus quam mereantur. Pone in Domino tuo spem tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Paruit ille, & statim quievit. Quamquam autem medici aliique omnes putabant, ipsum in posterum etiam diem vitam facile protracturum; quippe qui & voce & spiritu optime constare videbatur; Philippus tamen; Longe aliter eveniet, inquit: ubi enim tantisper se loco moverit, statim expiraturus est.

in Dei amorem exardescit:

& tandem quiete expirat.

F

Neque abfuit dicto fides: siquidem post mediam horam se in dexterum latus vertit, & in Philippum defigens oculos, appellato Jesu nomine, placidissime efflavit animam. Cujus in vultu tantus repente nitor & venustas apparuit, ut angelicam prope faciem repræsentaret.

Sanctus alterius moribundi tristitiã pellit.

220 Jacobus Marmita, eidem Cardinali Politiano à secretis ac Philippo addictissimus, prudentia, eruditione, ac pietate spectabilis, ardentissima febre correptus, acutisque torminibus diu vexatus, denique ad extremum adductus est; &, ut sunt homines natura fragiles atque infirmi, gravi mœstitia pressus ita jacebat, ut nulla re mitigari dolor ejus posse videretur. Quapropter Philippus, qui pro sua caritate languenti frequens adstabat; Confortare, ait, fili, & esto robustus. Invoca Deum tuum, & dic mecum, Deus noster refugium & virtus, adjutor in tribulationibus. Cui Marmitta statim subjecit; Quæ invenerunt nos nimis. Pergit deinde Philippus, qua orationibus, qua verbis plane divinis afflictum excitare & consolari. Nec frustra; quandoquidem in tantis tenebris nutanti opportune radius divinæ claritatis affulsit, discussaque tristitiæ

A ſtitiæ caligine priſtinam mentis ſerenitatem cum tranquillitate reſtituit; demum lætus atque alacer congruentem vitæ pie ſancteque actæ finem adeptus eſt.

pro alio ſacrificans,

221 Nicolaus Giglius, noſtræ Congregationis Presbyter, natione Gallus, omnium virtutum homo probatus & ſpectatus, iisque nominibus Philippo unice carus, ex morbo graviſſimo ad finem vitæ appropinquabat. Ecce autem quadam die ingens ſtrepitus, quaſi ſaxorum aut ferratorum curruum aut etiam tonitruum, in noſtris ædibus auditus eſt; quo tempore Pater in privato ſacello inter ſacrificandum ſolus orabat. Cumque repente inclamaſſet, accurrunt noſtri, & primus omnium Petrus Conſolinus. Cui ſtatim Philippus: Abi cito ad Nicolaum, & ut ſeſe res habeant mihi renuntia. Paret is, ad Nicolaum advolat, offenditque illum gaudentem, extentisque in cælum manibus identidem hæc iterantem; Gratias agamus Domino Deo noſtro: acceſſit, receſſit, victus eſt. Quæ omnia cum Philippus audivit; Sat eſt, inquit, ſat eſt. Venit deinde ad ægrotum. Quem cum primum videt ille, confeſtim exclamans ait, Pater, ego te antea non cognovi. Cur tam ſero

fugat dæmonem;

B mihi innotuiſti? Nimirum vir optimus, in extremo ſpiritu longe clarius quam antea, Philippi egregiam ſanctitatem Deo revelante cognovit, ejusque præſentiſſimum auxilium in tam difficili certamine expertus eſt.

idem alius,

222 Carolus Mazzeus, & ipſe Philippi diſcipulus, graviſſime ægrotabat, agentique animam humani generis hoſtis horribili ſpecie ſeſe objicit: utque hominem ſpectro perterritum ad deſperationem ſalutis adigeret, quidquid mali olim aut cogitaverat, aut dixerat, aut fecerat, id omne illi ſtatim ſub uno aſpectu ponit. Cui Carolus, cælitus inſpiratus, nihil omninò reſpondit, niſi, Appello Philippum. Quare victus, & pudore confuſus ſuperbus & callidus hoſtis, aufugit. Dixit autem beatus Pater, caſurum utiq; Carolum in dæmonis laqueos, ſi cum dæmone verbis contendere voluiſſet; animam autem ejus, per fidem atque humilitatem, ſalutis locum obtinuiſſe. Conſtabat vero

aliiq; plures experiuntur,

inter omnes, qui Philippo familiariter utebantur, ejus præſentiâ, cum, præſertim ad ægrotos veniebat rogabatque quis intus eſſet, fugari ſtatim dæmones, omnesque tentationes longius propulſari: plurimos quoque in extremo ſpiritu, adſtante ſibi beato Patre,

C malignum turpiter terga vertentem viſibili ſpecie conſpexiſſe.

etiam exterri & inimici.

223 Hac porro caritate & benignitate Philippus, non modo ſuos dum ægrotabant complexus eſt, ſed etiam alienos; eosque præſertim, qui male de illo meriti eſſent. Et ut eorum plurimos omittamus, de quibus infra commodiori loco dicturi ſumus, illud tantum hic recenſebimus, quod cum ex iis quidam ejus nomini infenſiſſimus, quique illum ejusque in ſpiritu filium indignis modis acceperat, gravi morbo laboraret, quamquam id Vir ſanctus, niſi divinitus reſcire nequiverat; à Sacro tamen in veſtiarium reverſus, dixit, vehementius ſolito pro eo ſe preces fudiſſe. Compertumque eſt, eodem tempore improviſo morbo illum correptum eſſe; cujus commiſeratione amantiſſimus Pater adeo commovebatur, ut quoties de illo cogitaret lacrymas continere non poſſet. Libet autem ad hæc quaſi appendiculam adjicere, quæ vir prudentiſſimus in viſitandis infirmis, præſertim morti proximis, ſuos admonitos eſſe voluit. Primum quidem, ut ne verbis res ageretur, neve multa illis ingererent, ſed orationibus potius opportune ſuccurrerent: deinde ne vaticinari aut de morbi exitu prædicere auderent: ſiquidem nonnulli, poſtquam ægrum moriturum eſſe prædixerant, cum deinde ſecus accidiſſet, isque ſanitatem recuperaſſet, moleſte id tulerant, propterea quod prædictio illis haud feliciter cecidiſſet.

A. HIERO. BARN. BEO EX MS.

CAPUT XVIII.

Multos ex variis tentationibus, moleſtiis, & ſcrupulis liberat.

284 CAP. IX Invat Sanctus,

NEc vero ejus cura & ſedulitas ad infirmos tantummodo pertinebat, ſed ad alios quoque, quacumque illi aut tentatione, aut moleſtia ſcrupulorum, aut ægritudine premerentur: nemo enim erat tam afflictus ac perditus, quem ille ſtatim, inexplicabili illa caritate & benignitate, non reficeret & recrearet. Marcellus Bencius, nobilis Politianus, valde ſolicitus erat ob periculum, in quo verſabatur, Deum graviter offendendi. Itaque cum

in peccandi periculo poſitum,

Angelo Vellio, qui ſibi confitenti aures dabat, omnia non ſemel cortulit. Is vero longe periculoſam ægritudinem hanc eſſe intelligens, nec cuivis medicorum facile ſanabilem, Huic malo, inquit, ſi mederi cupis, tantoque periculo liberari, ad P. Philippum confugito. Nec mora ad Philippum accedit, detectoque

B vulnere obteſtatur, ut ſibi auxilium & curationem afferat. Res mira! Eodem tempore quo beatum Patrem alloquebatur, miris modis recreari & confirmari ſe ſenſit: & necdum ſermone completo, omni tentatione & moleſtia, non modo in præſens, verum etiam impoſterum liberatus eſt.

avertit consilium occidendi adverſarii,

225 Antonius Fantinus, pauper in hoc mundo, dives in fide erat, qui triginta ipſos annos apud Philippum ſacra ſe Confeſſione expiavit, poſtremos autem viginti id facere quotidie conſuevit. Is porro olim juvenis uxorem duxerat adoleſcentulam; vidit autem aliquando quemdam de familia nobilis viri, euntem ſæpius ac redeuntem per viam in qua ipſe habitabat, & ad feneſtras ſuas oculos obliquantem: utque erat ingenio ferox & militiæ aſſuetus, hominem aggreditur; ut ne impoſterum illac pertranſeat, expreſſe vetat; ſi ſecus faxit, fore ut illum cito pœniteret facti. Cumque ea re homo pertinax nihil à propoſito averteretur, Antonius ira incitatus, de eo interficiendo ſecum ipſe deliberat. Interveniente autem poſt triduum die feſto, quo apud Philippum conſcientiam deponere conſueverat; quamvis natura fortiter repugnaret, adire tamen ad illum voluit, ad

E ejusque genua provolutus animum ſuum aperuit. At Pater, de more caput ejus demulcens, Abi, abi, inquit. Quo dicto Antonius, quamquam modo tam anxius atque ſolicitus, ſubita quadam lætitia perfuſus eſt; omnique perturbatione repente ſedata, priſtinam animi tranquillitatem recuperavit; & ſi forte in adverſarium incideret, ne tantulum quidem commoveri aut accendi ſe ſentiebat: quodque longe admirabilius videri poſſit, ipſemet famulus ex ea die numquam locum illum repetere viſus eſt.

alterum in voluntate vindictæ obſtinatum,

226 Juvenis quidam, non ita pridem ad Philippi amicitiam adjunctus, nullo pacto adduci poterat, ut illatam ſibi injuriam condonaret. Itaque beatus Pater multis rationibus id ei ſuadere cum ſtuduiſſet, nec quidquam proficeret; denique hominem aggreditur: & Crucifixi effigiem in manu tenens, magno ſpiritus ardore; Vide, quæſo, inquit, & conſidera quantum pro ſe ſanguinis Dominus tuus effuderit: nec ſolum ipſe inimicis, qui eum crucifixerant, omnia ſponte remiſit; ſed etiam Patrem, ut illis ignoſceret, poſtulavit. An non intelligis, miſer, quotidie te orationem Dominicam enuntiantem, non delictorum veniam, ſed ultionem expoſcere? His dictis

cruce obſequio emollit.

magna cum ſpiritus libertate eidem præcipit, ut genibus poſitis ante Crucifixi imaginem, his illum precibus oret: Domine Deus, tametſi manibus pedibus-

S. HIERO. BARNABEO MS.

que transfixis e cruce pendeas, & foſſo latere ſanguinem totum profuderis, tamen ad meam ſalutem hoc parum eſt: quamobrem neceſſe eſt, ut iterum transfodiatur cor tuum, novuſque ſanguis fundatur (ſi tamen reliqui quidquã ſit) quandoquidem, quem pro me hactenus effudiſti, is profecto non ſufficit mihi. Vixdum genua poſuerat juvenis, ut Patris imperio obtemperaret; cum ſubito tremore correptus eſt, arrectiſque comis præ ſtupore mutus hæſit atque immobilis: nec vero niſi longo intervallo tremor illum deſeruit. Denique ubi ſe collegit, ad Philippum venit, &, Pareo, inquit, Pater, atque ex nunc libenter ignoſco: quidvis jubeas licet, factum dabo.

Contumacis diſcipuli,

227 Petrus Focilis, de quo antea dictum eſt, venit aliquando ad Philippum, ſacram Confeſſionem peracturus: quem Sanctus audire noluit, ſed graviter reprehendit, propterea quod in re quadam ſæpius admonitus, ejus imperium neglexiſſet. At ille, ut erat ingenio vivido ac præfervido, graviter id moleſteque ferens, hæc apud ſe reputabat. Quid rei hoc eſt? Numquid in Urbe præter hunc nemo erit, cui rite peccata confitear? Abiitque iratior ad eccleſiam Societatis Jeſu, ibique Confeſſionis ſacramentum obivit. Ecce autem repente, tanta illum mœſtitia mentiſque perturbatio invaſit, ut requiem invenire omnino non poſſet. Poſt duos dies Philippus acciri eum ad ſe jubet: &, mira res! hoc tantum nuntio accepto priſtinæ lætitiæ redditus eſt. Itaq; ad beatũ Patrem venit, ejuſque genibus provolutus, præteritam contumaciam accuſans, amare flevit. At ille qua ſolebat caritate hominem arcte complectitur, & leniter corrigit. Tum vero Petrus, gaudio triumphans; Equidem, Pater, ex hoc die me tibi dicto audientem fore promitto: quod & re ipſa, quoad vixit, implevit.

B *mœſtitiam levat & ipſum corrigit:*

gravem mulieris tentationem diſcutit.

228 Eliſabeth Conteſſa Tiphernas, horribili quadam tentatione tres aut quatuor continuos menſes vexata, demum ab Angelo Vellio, apud quem Confeſſionem de more peractura erat, ad Philippum mittitur, quicum conſcientiam ſuam aperiat. Paret illa, & ſtatim ad ejus pedes ſeſe abjicit. At Pater, cum primum eam videt; O te, inquit, miſeram; quam ſane multa graviſſima tentatio exagitat: nonne eſt ita? omneſque ejus animi ſenſus ac latebras patefecit: qua re mulier vehementer obſtupuit: uni enim Confeſſario, ſecundum Deum, hæc innoteſcere potuerant. Pergit deinde Philippus, aitque; Ne dubita, C jam jam rem Divinam facturus ſum, itaque pro te Deo preces offeram. His dictis ſolito tremore concuſſus, è ſede ſurrexit, atque abiit ad ſacrificandum. Eodemque tempore Eliſabeth ab omni moleſtia liberam ſe eſſe intellexit, nec deinde aliàs unquam ejuſmodi perturbatione tentata eſt. Poſtridie vero cum ad noſtram eccleſiam rediiſſet, ubi eam videt beatus Pater, An non ego, inquit, præclare de te meritus ſum? Igitur in poſterum, ſi ſiquid tibi opus fuerit, ad me redito. Ex eo die mulier Philippum, tamquam humano faſtigio celſiorem, magis magiſque ſuſpexit.

Diſcipulum abſens invocatus juvat,

229 Mutius Achilleus, Septempedanus Canonicus, & Theologus Cathedralis eccleſiæ, cum olim juvenis in Philippi fidem & curam ſe contuliſſet, eique Vir ſanctus inter ſacram Confeſſionem cordis ſecreta detexiſſet, tantam de illius ſanctitate opinionem habere cœpit, ut eo inconſulto, præſens, abſens, nihil omnino facere auderet; quin etiam illum adhuc inter homines agentem, quaſi ex Superis unũ, ſibi in auxilium invocabat. Nec fruſtra; cum enim aliquando ad Urbem rediens, ex alta atque abrupta rupe in ſolo loco, jam jam ſe in Tiberim prolapſurum videret; ad eum etiamnum viventem precibus votiſque confugit, ſenſitque ſtatim quaſi præſentis auxilium: id, quod toties ſe expertum eſſe affirmavit, quoties in tentationibus ſuis mentiſque perturbationibus eum invocaſſet. Multi præterea teſtati ſunt, quotieſcumque apud illum ſacra ſe Confeſſione purgabant, aut tangebantur manibus ejus, aut datis ab ipſo remediis utebantur; confeſtim ſeſe qualibet tentationis moleſtia recreatos confirmatoſque fuiſſe: non nulli etiam profeſſi ſunt, varias dæmonum impugnationes, implorato dumtaxat Philippi nomine, ſeſe feliciter evaſiſſe. D *alioſque plures,*

230 Alios præterea complures, ab aliis etiam animi perturbationibus liberavit. Julius Petruccius, nobilis Senenſis, quem beatus Pater deinde in familiam S. Caroli Cardinalis Borromæi cooptandum curavit, maxima ſolicitudine tenebatur. Cum autem multa jam de Philippi virtute ſanctiſque moribus audiſſet; ad illum confugit, non modo conſcientiam, ſed quod ipſe jam certo ſperabat, moleſtiam omnem depoſiturus. Nec ſpes eũ fefellit: vixdum enim rem Patri narraverat, cum extemplo, ſedato curarum æſtu, priſtinæ quieti & tranquillitati reſtituitur: id quod ſecum ipſe recogitans, viri ſanctitatem magis magiſque reveritus eſt, atque ex ea die ad illius arbitrium totum ſe contulit; denique ad decrepitam uſque ætatem Oratorii noſtri exercitia religioſe frequentavit. *curas graves ſedat,* E

231 Sixto Quinto ad ſummum Pontificatum evecto, acerrima diſſenſio exorta eſt inter Bernardinum Cottam & Gerardum Caraccium, Philippi in ſpiritu filium; quod nimirum uterque novi Pontificis pharmacopolio ut præeſſet, ſummo ſtudio contenderet. Creſcente vero indies diſcordia, propius nihil eſt factum, quam ut ſeſe hoſtiliter appeterent. Qua re vehementer commota Gerardi ſoror, bene mane ad noſtram eccleſiam venit: cumque Sacerdotem, cui de more confitebatur (erat is Joannes Franciſcus Bordinus) in templo non offendiſſet, Philippi genibus advoluta, ſolicitudinis ſuę cauſas aperuit. Cui Philippus, quaſi aliud agens; Sat eſt, ſat eſt, inquit: revertere domum, ne dubites. Cumque illa adjeciſſet, velle ſe tria Sacrificia in honorem Spiritus ſancti eo nomine offerri; Optimum ſane conſilium, ait Pater, ego quoque jam jam hoc ipſo nomine Sacrum faciam: confide, filia, voti compos fies. Et cum dicto in veſtiarium ſe confert, ſacris indumentis ornatur, ac rem Divinam peragit: cui femina eadem adeſſe voluit. Mox domum reverſa, Gerardum invenit gaudio triumphantem, propterea quod, volente etiam F adverſario, quidquid optaverat obtinuiſſet. Ubi vero ex ipſa ſorore audivit, quemadmodum cum Philippo geſta res eſſet; præ ingenti lætitia erumpentes lacrymas cohibere non potuit: actiſque Deo gratiis; Equidem, inquit, Philippum in Sanctorum numero ſemper habui, codemque loco mihi nunc eſt, eritque in æternum. *Capitalem rixam orationi ſopit.*

232 Joannes Baptiſta Magnanus, nobilis Bononienſis, Gregorio XIII Pontifici Maximo à Cubiculo intimo, ingentem pecuniam ludendo perdiderat: quapropter in ſummam prope deſperationem adductus, plane non ſine Numine in Philippum incidit, haud ita procul ab ædibus Caritatis. Quamquam autem Beatus Pater, ne de facie quidem hominem noverat; tamen, Deo ita illum impellente, manu ſtatim prehendit: &, Nolis inquit, diffidere rebus tuis: Deus enim tibi opem feret. Sacra te Confeſſione expiatum volo, & profecto videbis auxilium Domini ſuper te. His aliiſque amiciſſimis verbis in proximum templum S. Hieronymi illum deducit, confitentem auſcultat, imponenſque capiti ejus manum (res mira!) omnem ab eo moleſtiam depellit. Itaque tam ſubita ſui mutatione obſtupeſcens, Philippum ubique *mœſtitiam abſtergit.*

A ubique miris laudibus prædicabat. Boëtius Junta, Clericus Senogallienſis, magno curarum æſtu fluctuabat. Quodam autem die in ædem ipſam S. Hieronymi cum ſe contuliſſet, vidiſſetque Philippum de more ad Confeſſiones audiendas ſedentem; genuflectit ante illum, conſcientiam purgaturus. Necdum verbum ore protulerat, cum Sanctus, rem divinitus odoratus (neque enim hominem antea unquam viderat) oculos ad cælum extollit, aitque; Domine, Anima hæc multis tribulationibus vexatur. Nec plura effatus, pœnitentem auſcultat, plenumque jucunditatis ab ſe dimittit.

raptum à latronibus,

233 Bartholomæus Mantica, Clericus Romanus, quem Cæſar Baronius mendis typographorum corrigendis adhibuit, nuntium accepit, patrem ſuum in latronum poteſtatem veniſſe. Qua re graviter commotus, confeſtim ad Vallicellam ſe contulit, oratum Patres, ut pro illo ad Deum funderent preces: offenditque Philippum, peracto Sacrificio ſacrum habitum in veſtiario deponentem. Igitur ad illum ſupplex accedit, factumque miſerandum gemebundus exponit. Cui Sanctus; Bono animo es, fili, nihil patri tuo eveniet mali. Deinde ille ad Philippum redit,

B *abſque lytro evaſurum prædicit,*

& narrat, patri ſuo mille & quingentos aureos imperatos eſſe; ni ſolveret, intra paucos dies morte pœnas daturum. Quo audito Dei Servus infremuit ſpiritu, & turbavit ſeipſum, & dixit: Enimvero hoc ferendum non eſt: neque enim centum aureos miſer iſte perſolvere poſſet. Igitur ad Capuccinos adi, ut rem orationibus adjuvent deprecare. At ille: Itum eſt, inquit, atque oratum eſt. Iterum adeundi ſunt,

factis pro eo precibus,

ait Pater læto vultu, atque orationibus inſiſtendum: certiſſime enim tibi illum Dominus ſoſpitem incolumemque reſtituet. Neque fefellit eventus; quandoquidem paucis poſt diebus præter omnem expectationem nuntiatum eſt, admirabili quadam ratione, hominem, ſine ullo prorſus incommodo aut detrimento, è latronum manibus evaſiſſe.

Principi feminæ per epiſtolam,

234 Femina quædam in Italia ex familia ſereniſſima, decem jam annos graviſſima tribulatione cruciabatur. Hanc, data occaſione, Philippus per litteras conſolatur: quibus perlectis tanta repente jucunditate perfuſa eſt, ut deinde palam profiteretur, ſeſe de eo ſtatu dimoveri nolle, ſi regnum ipſum offerretur; idque ſecundum Deum Philippi orationibus ſe acceptum referre. Prudentia Diaz, nobilis Matrona Romana, ob varios caſus magnis angoribus &

C

moleſtiis implicita, nullam quietem capere, neminem videre aut alloqui poterat; de nihilo iraſcebatur, nullum levamentum aut ſolatium accipiebat. Itaque in ſummas anguſtias adducta, ad noſtram eccleſiam venit; atque Angelo Vellio, quem à Confeſſionibus habebat, fluctuantis animi ſui miſeriam exponit. Ille

& alteri intolerabiliter iracunda,

ad eam conſolandam omnes adhibet rationes, ſed fruſtra. Quamobrem cum oblatam ſæpius medicinam reſpuiſſet, & quotidie iratiorem atque obſtinatiorem eam videret Vellius; rogat denique ut cum Philippo omnia communicet. Erat tum Pater in templo, atque è regione ejuſdem Vellii ſedebat ad Confeſſiones auſcultandas. Ubi igitur venientem ad

per impreſſam fronti Crucem,

ſe feminam videt: Huc ades, inquit, iracunda, quid eſt quod ita iraſceris? Pone hic genua. His dictis, omnes ejus animi ſenſus eidem obſtupeſcenti patefecit; mox ſolito tremore concuſſus, manus capiti ejus impoſuit, frontemque Cruce ſignavit, denique tantiſper oravit ad Dominum: eodemque momento (res mira!) non modo perturbationes animi corporisque ſedavit; ſed cæleſti quadam dulcedine delibutam, ad pietatem acrius incitavit. Tum vero Pater,

tranquillitatem animi donat,

Ut vales? inquit. At illa, Optime quidem: & cum dicto ampliſſimis verbis gratias agit; dein læta & geſtiens ad Vellium redit, rem narrat, atque ex ea die Philippi virtutem, ſupra quàm dici poteſt, obſervavit.

A. HIERO. BARNABEO EX MS. *aliiſque.*

235 Idem ferme accidit Liviæ Veſtriæ Urſinæ: quam, totos ſex menſes graviori cura ſolicitam atque anxiam, ad Philippum ire cum juſſiſſet idem Vellius; auditam beatus Pater his tantum vocibus affatur; Nihil eſt quod timeas; eodemque tempore omnem illi moleſtiam abſterſit. Nec ſecius Camillo Pamphilio, Innocentii X Pont. Max. patri, uſuvenit; qui de re graviſſima valde ſolicitus, tota nocte ſomnum videre non potuit. Vixdum autem illuxerat, cum ad Philippum venit, omnia cum eo de more communicaturus. Hunc autem ubi videt Sanctus, ſtatim loqui occupat, aitque; Quam opportune advenis, Camille? quomodo tecum agitur? hac

certi casus divinitus præſciens.

nocte tibi ſemper adfui. Obſtupuit ille beati Patris dicto; atque è veſtigio cura ſolutus ac liber, omnia deinde ex ſententiâ confecit. Denique Hieronymus Cardinalis Pamphilius, hujus ipſius Camilli germanus frater, hæc teſtata reliquit: Equidem in omnibus ad Philippum confugiebam, ejuſque conſilio atque orationibus qualibet curâ & ſolicitudine levari me ſentiebam: quamobrem eo adjutore ſecurus agebam,

E

& nihil erat omnino quod timerem.

CAP. XI. *Ex dæmonis territatione,*

236 Præterea inſitas quaſdam ægritudines & ſcrupulorum moleſtias detergendi miram à Domino facultatem eſt conſecutus. Nobilis quidam Romanus erat, in eccleſia S. Gregorii ad clivum Scauri, cum defuncti corpus eo delatum eſt: accidit autem ut funebrem pompam inter alios ſequeretur arreptitius quidam, in Urbe notiſſimus. Solutis exequiis, vir ille cœpit curioſius interrogare; ſed magno ei ſtetit curioſitas; ſiquidem poſt multa homo, irato atque horribili vultu; Tu quoque, inquit, à dæmone arreptus es. Quo dicto ille vehementer exhorruit, & ne forte id verum eſſet valde dubitavit. Interea creſcente indies animi perturbatione, eo tandem miſer adductus eſt, ut ſe cuidam Sacerdoti exorcizandum curandumque tradiderit. Et quidem alienatus ab ſenſu

obſeſſum ſe exiſtimans,

animus talia illum dicere ac facere compellebat, quæ malo dæmone revera obſeſſum facile ſuadebant. Cum vero hujuſmodi remedia ad ejus curationem nihil proficerent, ſed medendo potius ægreſceret; denique accitis medicorum peritiſſimis, validiſſima quæque medicamenta melancholiæ huic detergendæ adhibita ſunt: ſed fruſtra. Itaque longa jam inedia vigiliisque conſumptus, & vix oſſibus hærens, de

F

ſalute ſua deſperabat. Inter hæc amita ejus, ex Turris Speculorum Oblatis, ad eum venit; cognatique caſum graviter miſerans, ad Philippum confugit: rogat, obſecrat, ut miſero juveni pro ſua pietate ſuccurrat. Igitur Pater ad eum venit, impoſitisque manibus ſuper illum, Bono animo eſto, inquit, nihil quidquam à dæmone paſſus es. His dictis, una cum Antonio Gallonio, quem ſecum adduxerat, eum canere jubet; ut nimirum afflictum & jacentem animum à triſtitia avocaret. Ubi autem ſatis cantatum eſt, ad Vallicellam illum invitat, atque abit.

& Sancto commendatus,

eique confeſſus, ſanatur,

237 Hac porro ſuavitate ac facilitate juvenis illectus, ad noſtram eccleſiam ſe confert, ibique Philippum offendit; qui leniter clementerq; acceptum genu flectere jubet: dein caput ejus apprehendit, & ad pectus ſuum dulciter admovet, neſcio quid ſecum murmurans, ſeque concutiens. Hic vero ille repente erigi & recreari ſe ſenſit: & Pater, Ut vales? inquit. At ille, Profecto convalui. Atque ex ea die tam fortiter Philippo adjunctus eſt, ut ad eum quotidie veniret, & ab ejus latere numquam diſcederet. Cumque exactiſſimam totius vitæ Confeſſionem apud ipſum peregiſſet; nullo præterea adhibito remedio, tum animi tum etiam corporis ſalutem recuperavit, atque ad ultimam uſque diem Oratorii exercitia frequen-

A. HIERO. BARNABEO EX MS. *& liberatur.*

quentavit. Nec prætereundum videtur hoc loco, quod per hos ipsos dies quibus ille anteactæ vitæ noxas per sacram Confessionem expiabat, cum diceret hanc sibimet ex animo opinionem sese evellere non posse; Ne dubita, inquit Philippus, ego enim noctu exorcizo te. Ecce autem nocte quadam magnam dæmonum multitudinem ex ore evomere sibi per quietem videtur, eodemque tempore inclamat Jesum, & ab omni molestia liberum se esse cognoscit. Adveniente autem die, cum rem beato Patri narrare voluisset, is, ut erat laudum suarum juratissimus hostis, sermonem abrupit; incussoque leviter colapho, Vade, inquit, & noli amplius peccare.

item duo melancholici.

238 Dominicus Saracenus, nobilis ejus temporis medicus, atra bile tam graviter laborabat, ut nullo unquam remedio sublevari potuerit. Denique magna cum fiducia ad Philippum confugit: qui venientem ad se solita caritate complectitur, atque his tantum verbis affatur; Ne dubita, utique convalesces. Hoc dicto statim recreari se sensit, atque
B hac una medicina omnem à se ægritudinem depulit. Id ipsum ferme usuvenit Aulico cuidam in primis nobili, qui eodem morbo pariter afflictus, quamquam vultu ngorem animi usquequaque tegebat, tamen ad summam prope desperationem redactus erat. Hunc itaque cum videret Pater; Quæso, inquit, ne desperes: atque his vocibus jacentem protinus excitavit confirmavitque.

Varios scrupulosos curat;

239 Multos præterea molestissimo & difficillimo scrupulorum morbo vexatos, multis rationibus mentis sanitati tranquillitatique restituit; quos quidem omnes nimis longum sit recensere. Quamobrem duos tantum ex iis hic referemus; quo quisque facile intelligat, quantam in hac re potestatem Philippus à Domino obtinuerit. Julianus Fuscherius, egregia pietate & virtute Sacerdos, ex iis qui in ædibus Caritatis agebant; cum videret quemdam ex suis in spiritu filiis assidua scrupulorum molestia agitatum, ut prope jam Confessionis mysterium obire non posset; pluribus, & quidem gravissimis ac religiosissimis viris, eum curandum tradiderat: sed frustra. Igitur quadam die ad Philippum illum

unum Confessionem ejus abrumpens,

adducit. Quem ubi videt sanctus Pater; Ego te, inquit, fili optime novi: tu quidem diabolicis tentationibus cruciaris, verumtamen bono animo esto; liberaberis. Hæc dicens, hominem arcte complectitur, aitque, Dicerese peccata tua coram me & Fuscherio? Equidem libentissime id faciam,
C inquit ille: neque enim aut pudor aut timor tenent me, quin ea confitear; sed hoc dumtaxat, quod animi mei latebras aperire atque explicare non possum. Tum vero Vir sanctus; Age igitur, & positis genibus hic jam peccata tua confitere. Paret ille: & Philippus post multa, Satis est, inquit, nihil ultra ex te audire volo. His dictis pœnitentem absolvit, dein terram deosculari jubet, & ab omni molestia liberum lætumque dimittit. Alius quidam, teste Cardinali Federico Borromæo, in Horis canonicis persolvendis gravissimos conscientiæ stimulos patiebatur. Cumque gliscenti indies morbo medicinam non inveniret, rebus denique desperatis ad Philippum confugit. Is autem ostium cubiculi, quod

alium occludens ei ostium.

patebat, in os illi occludens, Ego, inquit, pro te Deum rogabo; atque ita inauditum jubet abscedere. Quid multa? Domum revertitur, Horarias preces aggreditur, sine ulla offensione aut molestia absolvit, neque ex eo tempore ulla unquam de hac re anxietas aut formido mentem ejus invasit.

Remedia talibus præscribit.

240 Plura autem huic pestilenti morbo remedia Philippus tradere consueverat; illud autem imprimis, ut cum quis semel secum ipse affirmavit, diabolicis suggestionibus sese assensum non præbuisse; nequa-
D quam deinde recogitet, utrum assenserit, nec ne: sæpe enim hæc dum retractantur, quodammodo recrudescunt. Ad tollendam vero ex pusillorum animis omnem dubitationem atque formidinem, duo quasi certissima argumenta & indicia proponebat. Primum quidem, ut quisque vitio aliquo tentatus, etiam atque etiam videret, utrum oppositæ virtuti in ipsa tentatione adhæsisset: tunc etenim pro certo eum credere posse, sese non esse superatum. Alterum vero, ut secum ipse reputaret, utrum jusjurando affirmaturus esset, sese tentationi hujusmodi assensum dedisse, nec ne: quod si præstare id noluisset, indicio erat neutiquam illum assensum esse. Præterea qui hoc morbo laborabant, eos Confessario suo
E cum voluntate judicium quoque submittere debere, & inanes conscientiæ stimulos scrupulosq; contemnere. Quamobrem horum Confessiones sæpe auscultare recusabat, eosque inauditos sacram Eucharistiam sumere jubebat. Denique ajebat ab ægritudine inducias sperari posse, non pacem; ad eamque curandam unius dumtaxat humilitatis proficere medicinam.

Quoscumque mœrentes tactu & alloquio recreat:

241 Ad consolandos autem mœrentium animos, si quisquam natus unquam factusque censendus est, is profecto censendus est Philippus; cujus non tantum verba, sed gestus ipse aspectusque mirifice recreabant. Quapropter Tiberius Ricciardellus de se ipso testatum reliquit, quoties ei Philippus blandiendo crinem velleret, toties ingentem animo lætitiam se percepisse. Id quod & Cæsar Cardinalis Baronius expertum se esse affirmavit, cum olim beatus Pater sæpe illi per jocum colaphos impingeret. Qua de re Octavius quoque Cardinalis Bandinus pariter gloriabatur: omnesque ferme, qui apud Philippum conscientiam expiabant, testati sunt, cum ipse eis manus imponeret, tanto spiritus ardore corripi consuevisse, ut præ lætitia cor illis exilire videretur. Ad hæc Peregrinus Altobellus, Canonicus ecclesiæ S. Marci in Urbe, Ad confirmandam, inquit, Philippi sanctitatem, profiteor, ex ejus alloquiis me tantam semper accepisse animo voluptatem, ut ab eo divelli non possem: quoties autem per Urbem euntem me offendebat, caput meum manibus apprehendens rogabat, Ut vales? quid agis? Tum vero incredibili gaudio perfruebar, atque ex ipsius corpore suavissimum odorem spirare sentiebam. Semel autem, quod præsertim memini, cum in illum incidissem prope ædes Cardinalis Sforziæ, statim ad
F me properans, more suo tempora mea manibus stringens, Quomodo, inquit, tecum agitur, sancte vir Peregrine? Eodemque momento tam insolita jucunditate perfusus sum, ut ubi essem, aut quo me via duceret, plane nescirem.

quin & cubiculi ejus ingredi solatium est.

242 Nec solum Philippi vox, manus, vultusque consolandi vim habebant; sed ipsius etiam cubiculum tantam omnibus voluptatem afferebat, ut perturbationes animi doloresque penitus absterget ret. Quamobrem Martius Alterius dicere solebat, Philippi cubiculum terrestris est Paradisus. Quod idem Julius Benignus, Archiepiscopus Thessalonicensis, testatus est. Federicus autem Cardinalis Borromæus eo loco ita se recreari sentiebat, ut vel animi causa eo se conferret. Alexander quoque Cardinalis Medices, qui deinde ad summum Pontificatum evectus Leo XI appellatus est, singulis quibusque hebdomadis non semel illuc adire consueverat, ibique quinque & sex horas exigebat, dolebatque vehementer noctem maturius supervenire, sibique tam præclaram oblectationem eripere. Multi præterea, ad fores dumtaxat ipsius cubiculi accedentes, incredibili solatio & delectatione afficiebantur. Quamobrem Fabricius de Maximis,

si qua

A ſi qua forte illum perturbatio mentis invaſerat, huc ſe illico conferebat, eoque remedio omnem ab ſe ægritudinem depellebat. Hunc porro cum quadam die ſuperveniens Auguſtinus Cardinalis Cuſanus ibidem ſtantem videret; rogavit, cur in cubiculum non intraret? At ille; Satis ſuperque mihi eſt, inquit, ſi ad fores reſiſto; hic etenim ſtatim, quam volo, conſolationem invenio. Denique Nerus de Nigris; vel defuncto Philippo, ubi ſe quoquomodo perturbari ſentiebat, ad ejus cubiculum, tamquam ad portum quemdam fugere conſueverat; ibique extemplo optatam animi tranquillitatem recuperabat. Nec vero defuerunt, qui Philippi tantum præſentia, ex gravi mœrore in gaudium priſtinum ſint reſtituti. Id quod ex aliis Montes Zazzara de ſe ipſe teſtatum reliquit: & Rodulphus Silveſtrius, Gregorii XIV Pontificis Max. medicus, jurejurando affirmavit, majorem animo voluptatem numquam ſe percepiſſe, quam cum Philippum præſentem haberet: quin etiam nonnulli hac una re valde oblectati ſunt, quod illum per quietem vidiſſent.

& eum videre.

CAPUT XIX.

Eleemoſynæ Philippi, & cordis teneritudo erga miſeros.

243 CAP. XI. *Egentium plurium divinitus noſcens*

QUemadmodum autem Philippus in ſanandis proximorum animis totus fuit, ſic etiam ad curanda eorumdem corpora omnes contulit vires. Itaque cum pauperes infirmos viſitabat, non modo pecunia eos juvare ſtudebat, ſed aliis etiam rebus, quæ ad illorum curationem facere videbantur. Neque vero advocari aut rogari ſe patiebatur; ſed ipſemet ſponte miſerorum neceſſitates inquirebat, & quocumque opus eſſet, diu noctuque, ſuis ipſe manibus aut ſinu, quæ ſunt ad victum neceſſaria deferebat. Cum igitur tam incenſo caritatis ardore flagraret, illud etiam obtinuit, ut plurimorum calamitates Deo revelante cognoſceret. Quamobrem cum ad inopiam redactus eſſet tibicen quidam Arcis S. Angeli, quoties re aliqua indigeret, ſtatim à beato Patre accipiebat, quamquam ea de re ne verbum quidem cum illo feciſſet. Idem plane accidit Antonio Fantino, quo de ſupra meminimus. Is enim cum ad illum veniſſet ſacra ſe Confeſſione purgaturus, & in ſummas anguſtias adductus eſſet; quamvis rem ſilentio tegeret, ſexdecim

ultro eis ſubvenit,

C aureis à beato Patre donatus eſt. Hac ferme ratione nobilem quemdam virum, qui multis calamitatibus afflictus rei familiaris naufragium fecerat, per annos plures liberaliter ſuſtentavit.

244 Incredibile memoratu eſt, quantum ille tum pecuniarum tum aliarum etiam rerum in pauperes effuderit. Quidquid enim, aut ex ſua ſubſtantiola, aut ex aliorum pietate ac liberalitate habere poterat, id totum confeſtim egentibus largiebatur. Quamobrem aliquando aulæa nonnulla, à nobili femina dono ſibi miſſa, continuo diſtrahenda curavit, coactamque ex iis pecuniam pauperibus diſtribuit. Mater quædam familias erat, cum quatuor filiis parvulis atque avia; nec quidquam omnino habebant rerum, quo ſe alere ac ſuſtentare poſſent. Horum curam Philippus cogitationemque ſuſcepit, & quatuor ipſos annos, quæcumque ſunt ad victum neceſſaria, iiſdem in dies ſingulos ſubminiſtravit; ſæpe etiam bonam nummorum ſummam in alios uſus pie ac largiter contulit. Aliam quoque relictam Vincentii Illuminatoris, cujus mentionem infra facturi ſumus, quæ vere vidua erat, & ſex filios habebat quos alere nequibat, omnibus rebus ad uſum vitæ neceſſariis inſtruxit; ex iiſque virginem, in ſacra clauſtra

ac nominatim tribus viduis prole gravatis,

ſeſe recipientem, univerſa ſupellectili exornavit. Gabriella Cortonenſis honeſtiſſima femina, defuncto viro, liberis relictis, egebat maxime: ſed hujus quoque viduitati & ſolitudini copioſe à Philippo ſubventum eſt, cujus inſuper filiam nuptui collocandam curavit, & nuptialibus epulis ipſemet intereſſe voluit, ſecumque duxit Baronium, Tauruſium, & Bordinum: ubi pro epithalamio Pſalmum quinquageſimum Miſerere decantari juſſit, præeinente Baronio, alternis verſibus illum ſubſequentibus ceteris.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

245 Quamquam autem Philippi caritas ad omnes ſeſe facile extendebat, tamen ad ſublevandam virginum paupertatem effuſo ſinu ſibi accurrendum putabat. Joannis Animucciæ, quem ſupra vidimus ex primis fuiſſe Philippi diſcipulis, neptes erant omni prorſus auxilio deſtitutæ. Has itaque beatus Pater non modo educandas atque alendas curavit, ſed adultas jam aureis ſexcentis donavit. Duas quoque Florentinas puellas, utroque parente orbatas, quarum pudicitia valde periclitabatur ob anguſtias rei familiaris, & in Urbe diu ſuſtentavit, & deinde Florentiam miſit, ubi inter ſacratas Virgines eo adjutore receptæ ſunt. Alii quoque aureos octoginta, quibus ad ingreſſum monaſterii opus habebat, ſuppeditavit. Tres etiam alias puellas, non modo ab omni fortuna, verum etiam ſpe derelictas, nuptui E collocavit; unique ex iis, qui matrimonio eas ſibi junxerant, centum aureos ſupra dotem adjecit.

& puellis orphanis,

246 Vidua quædam erat pauper, gravata ſex filiis, & cum illa pariter aliæ duæ pauperes feminæ, quæ omnes Philippi ductum ſequebantur; & (ut eſt ſexus ille ad pietatem propenſus) eo inconſulto atque inſcio, puellas, vel orbas parentibus vel derelictas, unum in locum cogere, atque emendicato victu educare conſtituunt. Utque in Urbe plena peregrinis atque advenis, ex iis plures per plateas & compita egentes errare contingit, brevi factus eſt numerus earum ferme viginti. Verum cum rem longe difficilem & periculoſam majori fiducia quam prudentia tentaſſent, in ſummas anguſtias adductæ ſunt: neque enim tot capita ulla ratione ſuſtentare poterant, & quid facerent prorſus neſciebant. Hæc ubi intelligit Philippus, confeſtim ad ſe illas acerſit; & graviter objurgatas aditu noſtræ eccleſiæ prohibet. Dein puellarum tutelam ipſe ſuſcipiens, ex iis alias matrimonio jungendas, alias in ſacratarum virginum cœnobia recipiendas, alias aliò honeſte collocandas curavit. F

& quandoque viginti earũ ſimul,

247 Miſeros quoque carceri addictos, quibus poterat modis, ſublevare ſtudebat. Quamobrem ad eos, variis Urbis locis detentos, tum pecuniæ vim, tum alia etiam ad victum neceſſaria ſæpius per hebdomadam mittere ſolebat; ſuoſque in ſpiritu filios eo delegabat, ut eoſdem inviſerent, & conſilio, opera, ac labore adjuvarent. Eorum porro in primis miſerebatur, qui poſt vitæ commoda in paupertatem ex infortunio incidiſſent: quapropter large illis effuſeque tribuebat. Religioſorum pauperum monaſteriis, præter quotidianas eleemoſynas, menſtruam quoque pecuniam aſſignaverat. Ad hæc piorum locorum indicem averſis cubiculi foribus affixum habebat, eoque ſæpius inſpiciendo, huc illuc quæcumque iis eſſent neceſſaria, pro temporis opportunitate, mittebat. Adoleſcentibus etiam, qui litterarum ſtudiis operam dabant, præſertim cum eos bona indole præditos ac pietatis amantes videbat, non modo ea quæ ad victum, ſed quæ ad ſtudium quoque ſuppeditarent benigne ſubminiſtrabat. Ex iis autem duos, quorum curſum progreſſumque ad ſcientias anguſtia rei familiaris retardabat, omnibus rebus adjuvit: quorum alteri triginta aureos eoque amplius identidem obtulit, alteri vero ut opem ferret ſuos ipſe libros

captivis,

pijs locis,

ſtudioſis pauperibus ſub venit,

A. MIERO. BARNABEO EX MS.

omnes divendere non dubitavit. Et quidem operi egregius fructus conſtitit: ambo enim ob eximiam virtutem atque doctrinam ad Cardinalatus dignitatem evecti ſunt. Denique nemo pauper, Gallonio teſte, ad illum veniebat, quin aliquid eleemoſynæ ab ipſo referret. Quapropter ex tam effuſis largitionibus conſtans fuit multorum opinio, quod aliàs innuimus, pecuniam illi divinitus fuiſſe ſuppeditatam.

Tali in opere lapſus in foveam liberatur,

248 Hanc porro egregiam in pauperes pietatem Deus apertiſſimis miraculis comprobavit. Ibat Sanctus anno ſalutis noſtræ MDL intempeſta nocte ad nobilem quemdam virum, ſumma egeſtate laborantem, eique panem deferebat. Ecce autem rapido curſu venientem in ſe rhedam ſentit; dumque ictum declinat ſeque retrahit, in altiſſimam foveam delapſus eſt. Hic vero apprehendit eum Angelus Domini in vertice ejus, & portavit eum capillo capitis ſui, poſuitque eum incolumem ſupra foveam in impetu ſpiritus ſui: id quod ſuorum nonnullis ipſemet beatus Pater, ad eorum pietatem excitandam, non ſemel retulit. Hoc ferme tempore Angelus itidem ſpecie pauperis ei ſeſe objicit, manumque ad ſtipem porrigit ſupplex. Ille autem, ut erat in omnes benignus atque miſericors, quotquot habebat nummos ei ſtatim offert. Tum pauper; Ego vero, inquit, te in hac re experiri volebam, quid facturus eſſes; atque his dictis, ſtatim evanuit. Quæ res Philippo, ad pietatem ſponte currenti, veluti calcar admovit: quod nimirum hinc optime intelligeret, quam gratum acceptumque Deo ſacrificium ſit miſericordia in pauperes: atque ex eo die (quod modo diximus) eleemoſynas omnibus quam liberaliſſime impertivit.

alias Angelum excipit in ſpecie pauperis,

B

Maxime laudatur poſt mortem

249 Hanc igitur ob cauſam à ſuis tum animæ tum etiam corporis Pater appellabatur; poſtque ejus exceſſum plerique, eleemoſynas illius vel animo reputantes, lacrymas tenere non poterant: alii quoque dicere non dubitabant; Nemo erit quiſquam, qui ad Philippi caritatem unquam aſpiret. Robertus autem Cardinalis Bellarminus, ſanctitate & doctrina orbi notiſſimus, à ſacra Rituum Congregatione ad cognoſcendam cauſam Canonizationis beati Viri delectus; cum videret tam effuſam in pauperes liberalitatem, alterum Joannem Eleemoſynarium appellabat. Neque hoc loco prætereundum nobis eſt, quod anno Chriſti MDCVIII, cum B. Franciſca Romana Sanctorum numero in Vaticana eccleſia ſolenni ritu adſcriberetur; mulier quædam, templum ipſum ingreſſa, magno cum fletu dixit; Ecquando tandem Pater meus Philippus & ipſe inter Sanctos referetur? Si enim nobiliſſima & ſanctiſſima femina ſæpe lignorum faſces ſuo ipſa capite pauperibus deferebat, Pater meus Philippus centies ac millies ad me domum venit, ac præter multam pecuniã, quam parentibus meis identidem dare conſuevit, panem, & vinum, & oleum, aliaque hujuſmodi ad victum neceſſaria ſuo ipſe ſinu portavit. Eamdem hanc feminam beatus Pater facilem quamdam divina meditandi rationem edocuit, ut dum orationem Dominicam recitabat, cæleſti Patri mente & ſpiritu jungeretur.

ob effuſa liberalitate.

C

Gratum erga benoficos ſe præbet:

250 At vero Philippi ſumma liberalitas, non ad pauperes ſolum, ſed ad alios etiam omnes ſeſe longe lateque diffudit. Beneficiorum memorem gratumque ſe ſemper oſtendit, ultra quam credi poteſt. Quamobrem Hieronymus Cardinalis Pamphilius hoc inter multa de illo teſtatum reliquit. Fuit ſanctus Pater, dum inter homines egit, gratiſſimus erga omnes, ut ſi quid beneficii vel leviſſimi à quoquam acciperet, multo plenius largiuſque illi gratiam referret, atque ipſius beneficii memoriam teneret ſempiternam. Hæc eadem ferme repetens Abbas Maffa; Erat, inquit, Philippus in omnes adeo gratus & humanus, ut plane nihil quidquam acciperet, quin ſtatim longe majori beneficio compenſaret: id quod egomet expertus ſum. Cum enim aliquando leve neſcio quod munuſculum ad eum miſiſſem, vix tandem precibus obtinui ut illud acciperet: & confeſtim æream quamdam Crucis imaginem affabre factam ad me remiſit: quæ quidem, tamquam Viri ſancti pretioſiſſimum donum, ſumma cum diligentia ac veneratione apud me aſſervatur. Hæc ille.

D

mendicos ab eccleſia arcet.

251 Non abs re fuerit hoc loco ſubtexere, quod, etſi tanta erat Philippi caritas erga pauperes, nihilominus pati omnino non poterat eos in templo mendicare. Quapropter ipſemet ſurgens interdum è ſede, in qua Confeſſiones audiebat, ad templi fores eos compellebat; ne ſcilicet divinis Officiis quoquomodo obſtreperetur. Idipſum facere conſueverat, ſi forte (ut fit) pueros ejulantes aut vociferantes audiebat, aut alios quoſlibet utcumque Eccleſiaſticis functionibus incommodantes. In ærumnis autem & miſeriis proximorum ſic afficiebatur, ut vir alioquî patientiſſimus hujus rei dumtaxat impatiens videretur: quia nimirum & ipſe vere dicere poterat cum B. Job, ab infantia mea crevit mecum miſeratio, & de utero matris meæ egreſſa eſt mecũ. Itaque tametſi animus ejus omnino à divitiis abhorrebat, tamen hoc uno nomine pecunias in promptu ſemper habere voluiſſet, ut pauperibus diſtribueret, eorumque miſerias ſublevaret. Audivit aliquando pauperem feminam domo pedem efferre non poſſe, propterea quod veſtem, qua ſe honeſte contegeret, non haberet. Nec mora, continuo togam exuit, atque ad eam mittit. Cum videbat pueros puellaſque lacera veſte, ac prope ſeminudos, ſubita miſeratione commotus, ut melioribus indumentis operirentur, impenſius operam dabat.

CAP. XII

eis aliàs maxime compatiens:

E

injuria oppreſſos omni ope ſublevat:

252 Siquem forte injuria vexari iutelligeret, uſque eo commovebatur, ut ad illum utique tegendum ſtatim compelleretur: quemadmodum accidit Tiberio Aſtallio, nobili Romano, qui homicidii inſimulatus capite periclitabatur. Cujus innocentiam cum perſpectam haberet Philippus, eo conatu cum Pontifice ipſo tranſegit, ut prope condemnatum ab interitu vindicaverit. Quemdam etiam Presbyterum, in eccleſia ſancti Benedicti (quæ nunc eſt ſanctiſſimæ Trinitatis peregrinorum & convaleſcentium) Vicarium, fortiter adjuvit contra aliquos ceteroquî potentiſſimos viros, ejuſque integritas & innocentia ut omnibus innoteſceret, diligentiſſime curavit. Cum aliquando accepiſſet miſeros aliquot Ægyptios (vulgo Zingaros appellant) vi atque imperio principis viri in carcerem fuiſſe conjectos, & ad triremes per injuriam deſtinatos, eorum defenſionem ſuſcepit, atque à Pio V Pontifice Max. iiſdem libertatem impetravit. Sixto deinde hujus nominis Quinto regente Eccleſiam Dei, è ſuis in ſpiritu filiis unum Urbis Patricium, contra plurimos eoſque fortiſſimos adverſarios, ab injuria pariter defendit. Nec alii deſunt, quorum miſeratione commotus, aut opes, aut dignitatem, aut vitam ipſam tutatus fuerit.

F

253 Illud autem hoc loco haud prætereundum videtur, quod anno MDLI, in ſumma annonæ caritate, cum quadam die ſex panes dono accepiſſet; confeſtim illos miſit ad pauperem Presbyterum, in ædibus Caritatis commorantem, eaque die paucis dumtaxat olivis ſe ipſe ſuſtinuit. Quod ubi reſcivit è ſuis unus, rogavit, cur in alios tam liberalis eſſet, in ſemet tam parcus & durus: cur ſaltem dimidiam ſibi partem non reſervaſſet. At Sanctus; Ego, inquit, cum multos habeam qui me agnoſcunt & diligunt, facili negotio ſublevari poſſum: ille vero, cum ſit exterus pauciſque cognitus, vix quemquam inveniret, qui ſuæ neceſſitati ſubveniat.

254 Pauperes etiam opifices incredibile dictu eſt quanto'

A quanto pietatis ſtudio proſequebatur, eoſque præſertim, quorum peritiæ atque induſtriæ temporum difficultas obſiſteret; hos enim qua ratione juvare poſſet aſſidue meditabatur. Duo fratres erant ex Gallia, qui horologia affabre faciebant, tamen ſeque familiamque ſuam ſatis numeroſam quotidianis laboribus ægre ſuſtentabant. Igitur Philippus, ut eorum neceſſitati occurreret, quaſi pararius aliquis, nunc hunc, nunc illum ad coëmenda ejuſmodi horologia etiam atque etiam hortabatur. Quamobrem è ſuis unus, cum vidiſſet aliquando principem virum, ſuaſore Philippo, ex iis non pauca comparaſſe, haud leviter offenſus eſt: &, ut ſunt varia hominum judicia, hæc ſecum ipſe volvebat: Quorſum Philippus virum iſtiuſmodi ad perdendam pecuniam hortatur? Ubi vero rem propius aſpexit, & caritatis impulſu fieri intellexit, ſeipſum reprehendit, atque ex ea die Philippi virtutem magis magiſque ſuſpexit. Olitor quidam, ex iis qui per Urbem cichorium atque olera hujuſmodi vendunt, veſperi venerat ad Oratorium S. Hieronymi, ibique ingruente maxima pluvia obſeſſus, loco pedem efferre non poterat. Vidit hoc Philippus, atque hominem miſeratus, bonam oleris partem, quod is ſecum advexerat, ſoluto pretio ipſe accepit; reliquam ab iis qui aderant comparandam curavit. Quâ re miſer ille lætitia exultans, domum reverſus eſt.

A hieron. epiſcoes, inque iis horologiarios duos,

& olitorem:

B

etiã beſtiis compatitur,

255 Hac porro miſeratione, non ſolum homines, ſed beſtias etiam quodammodo complectebatur. Quamobrẽ cum aliquando ex noſtris unus, tranſiens per impluvium domus, lacertam forte pedibus obtriviſſet, Quid tibi, inquit, crudelis, unquam nocuit miſera hæc beſtiola? Semel quoque, cum intereundum lanium quemdam canem ferientẽ vidiſſet; quamquam alioqui animo erat ſatis firmo atque conſtanti, tamen eo ſpectaculo commotus eſt vehementer, nec ita facile quieſcere potuit. Aviculam ceperat adoleſcens quidam ejus in ſpiritu filius, quam ſtatim ad beatũ Patrem detulit. Ille autẽ, ubi eam vidit, continuo, Cave, inquit, quidquam ei noceas; ſed aperta feneſtra abire eam ſinito. Paret ille: nec ita multo poſt Philippus adoleſcentem accerſit, quid de avicula factum ſit quærit. Ego vero, ait juvenis, quemadmodum præceperas, liberam emiſi. Tum Sanctus, Melius erat forſitan alere illam atque educare: cum etenim recens è nidulo evolaverit, ubi cibum capiat non inveniet, ac fame necabitur.

eiſque proſpicit;

C

256 Denique non aves modo, ſed ceteras etiam animantes, ſi forte comprehenſas videbat, ſtatim libertate donabat; ne muribus quidem exceptis, quos interdum (ut fit) muſcipula incluſos alio deferri jubebat, atque dimitti ubi nemini obeſſe poſſent. Si quando autem per Urbem rheda vehendus erat, thedarium præmonebat, ut magnopere caveret, ne cui forte hominum aut etiam animantium incommodaret. Siquid præterea vivum, ut aſſolet, ad eum dono mittebatur, quo menſæ poſſet apponi; nequaquam illud patiebatur interfici, ſed ad alios continuo remittebat hac lege, ut aut alerent illud, aut aliis dono mitterent, uſque adeo cor ejus vel feras ipſas miſeratione complectebatur. Hæc autem eo narrare voluimus, quantumvis minuta & exigua, quod tanti viri actiones vel minimas, commemoratione atque admiratione dignas, haud immerito exiſtimavimus. Hanc porro humanitatem & miſericordiam, ad beſtias uſque pertinentem, ipſæmet quodammodo ſe intellexiſſe non obſcure ſignificarunt: quæ enim ſuopte ingenio aggreſtes & pavidæ erant, has coram Philippo tractabiles videres atque ſecuras.

quæ etiam ipſi cicures ſe præbent.

257 Alovſius Ames Gallus, ex primis beati Patris diſcipulis, canoras aviculas duas eidem obtulit: quas quidem libenter accepit, ſed ita, ſi ille quotidie ad eas alendas veniret. Scilicet Dei ſervus, non munus, ſed muneris auctorem curabat. Interea dum Aloyſius imperium diligenter exequitur, accidit ut quadam die alterius caveam vacuam apertoque oſtiolo invenerit. Quamobrem omnia oculis veſtigans, num forte aliquo avolaſſet avicula, vidit illam Philippi ægrotantis lectoque decumbentis barbam dulciter vellicantem, & identidem ſuaviſſime cantillantem. Is vero ubi Aloyſium videt; Dic ſodes, inquit, an tecum avicula iſthæc ita facere conſuevit? Nequaquam, ait ille, rem admiratus. Tum vero Sanctus, ut fuit ſemper modeſtiſſimus, ſtatim ab ſe eam expellit, ſed fruſtra: quandoquidem à facie ad pedes, rurſumque à pedibus ad faciem beati Patris tranſvolabat, nec abigi poterat. Demum Philippus ad Aloyſium, Sume caveam, & aviculæ huic oſtendito: quo facto, continuo in eam inſiluit, intravitque non ſecus ac ſi intelligendi facultatem haberet.

A HIERO. BARNABÆO EX MS.

CAPUT XX.

Virginalis Caſtitas S. Philippi.

E

258

CAP. XIII. *Caſtitatem perpetuam à ſe ſervãtam.*

INcomparabili huic caritati virginalem caſtimoniam adjunctam habuit Philippus, eamque ut perpetuo integram illibatamque ſervaret, à teneris adverſus carnem fortiter pugnando contendit. Divinum autem hoc donum in Dei famulo plane ad miraculum effulſiſſe, firma & conſtans omnium opinio fuit, tum Florentiæ, tum etiam Romæ. Præterea Cæſar Cardinalis Baronius, quem ille (ut diximus) conſcientiæ ſuæ arbitrum delegerat, luculentiſſime id teſtatum reliquit. Ipſe enim beatus Pater, paucis ante diebus quam ex hac vita migraret, eidem ſeſe non ſine uberrimis lacrymis accuſabat, tamquam divinorum beneficiorum parum memorem gratumque, quod præſertim perpetuæ virginitatis donum tam ſingulari privilegio accepiſſet. Idem ipſum moriens affirmavit graviſſimus teſtis Perſianus Roſa, qui Philippo jam tum juveni (quod antea dictum eſt) à Confeſſionibus fuit. Quapropter ſacra Rituum Congregatio, id ratum certumque apud omnes habendum eſſe, non ſemel decrevit. Denique ipſemet Sanctus, non ita multo ante quam migraturus eſſet ad cælum, dum cuipiam ſuorum confitenti aures daret, eumque ad caſtimoniam hortaretur; quo facilius homini perſuaderet, non modo caſtitatem, ſed etiam virginitatem cum Dei adjutorio in hac mortali vita perpetuo cuſtodiri poſſe, ſuo ipſius exemplo modeſte atque ingenue affirmavit.

ipſe ante mortem ſic fecit.

E

259 Verum, & Apoſtoli verbo & multorum periculo edoctus, theſaurum iſtiusmodi nos habere in vaſis fictilibus; à prima pueritia, ad ultimam uſque diem, quam diligentiſſime eum ſibi cuſtodiendum propoſuit. Primum igitur, ut ſpiritualium latrunculorum inſidias evaderet, profundæ humilitatis latebra illum obtegere; deinde, ex Sapientis præcepto, omni cuſtodia ſervare cor ſuum; denique ad externos quoque ſenſus, tamquam ad cordis ipſius feneſtras portaſque, diu noctuque excubare conſuevit. Quamobrem Magni illius Antonii exemplo, corpus ejus ulla ex parte nudum, niſi forte neceſſitate cogente, nemo unquam aſpexit; neque ex ore ipſius omnino quidquam excidit, quod puritatem maximam non redoleret. Fœdus quoque cum oculis ſuis pepigerat, ut ne cogitaret quidem de femina. Quamobrem matrona quædam longe omnium formoſiſſima, cujus Confeſſiones triginta ipſos annos audierat, jurejurando affirmavit, ſeſe toto illo ſpatio numquam advertere potuiſſe; Philippum vel ſemel in ſe oculos conjeciſſe. Quam ob cauſam, cum primum ad

ad quod pervenit ſ. vera ſenſuum

Prov. 4, 23.

& oculorũ cuſtodia.

auſcultandas Confeſſiones acceſſit, haud libenter feminas audiebat: quarum exinde etiam longe minorem numerum habuit, quam virorum. Nec vero illis confitentibus aures dabat niſi ex altero latere, in quo crates interjacent: quin etiam averſis oculis vultuque eas ferme, & rigidioribus verbis accipiebat: quamquam, cum demum per ætatem licuit, de hujuſmodi ſeveritate non nihil remiſit. A. HIERO. BARNABEO EX MS.

Adhuc laicus his poſtulatus ad flagitium

260 Nec tamen propterea quod Dei famulus tantam in hac re cautionem & diligentiam adhibebat, humani generis hoſtis ab ejus ſe oppugnatione continuit: ſed hominem caſtiſſimum puriſſimumque virginitatis honore utcumque dejicere tentavit. Olim laicus cum eſſet, apud amicum nocte quadam requieſcere coactus eſt. Ecce autem mulier quæ-piam, quo corpore vultuque formoſior, hoc animo moribuſque deformior, impuriſſimi dæmonis inſtinctu, in ejus cubiculum clam ſeſe infert, illumque in flagitium omnimodis illicere ſatagit. At caſtus juvenis, tam horribili aggreſſione tentatus, non modo animum non deſpondit; ſed divino munitus auxilio, diabolicam hanc machinam fortiter repulit, deque tenebrarum principe triumphavit. Per idem tempus juvenes aliquot, ut ſunt hominum mores perverſi atque corrupti, per honeſtam cauſam in ſuas ipſorum ædes illum adduxerunt, duaſque perditiſſimas feminas in cubiculum, in quod ſe receperat, immiſerunt; obſerato foris oſtio, ut nullum miſero pateret effugium. Quid faceret Philippus, aut quo ſe verteret tantis intercluſus anguſtiis? Ad terram ſeſe proſternit, eoque ſpiritus fervore ad Deum confugit, ut impuriſſimæ illæ, ne mutire quidem auſæ, pudore ac pavore confuſæ, irrito incepto diſceſſerint.

victoriam refert.

B

261 Sacerdotio deinde inſignitus, cum jam ad ſacras Confeſſiones audiendas acceſſiſſet, deque ejus vitæ morumque ſanctitate majora quotidie prædicarentur; nobile quoddam in Urbe ſcortum, cui Cæſareæ erat nomen, ſua ipſius impudentiâ confiſa, viri pudicitiam labefactare animum induxit, in eaque re ſe multum jactavit. Itaque per ſpeciem ægritudinis ad ſe illum accerſit, quaſi anteactæ vitæ pœnitens, nunc demum conſcientiam ſuam purgare percuperet. Philippus, quamquam eo maxime tempore perditas iſtiuſmodi meretriculas ab impuritate avocandi longe periculoſam provinciam declinavit; tamen (ut fuit ſemper de animarum ſalute valde ſollicitus) poſt multam deliberationem, denique divina fretus virtute, ad eam ſe contulit. Vix dum autem ſuperiorem ædium partem aſcenderat; cum ecce tibi procaciſſima feminarum, tenui quodam perſpicuoque velamine obvoluta, ut nudum corpus oſtenderet, Philippo ſe ſtatim offert. At ille, fœdiſſimam furiam deteſtatus, per ſcalas ſeſe proripuit. Tum femina in rabiem acta, quod ſe deluſam videret, arreptum ſcamnum in eum projecit: ſed fuſtra; quandoquidem ſingulari Dei beneficio ex tanto periculo, tum animæ tum etiam corporis, ſalvus & incolumis eductus eſt.

Sacerdos à ſcorto ſollicitatus,

exindeque omnis carnis motu liber manet,

262 Hoc vero longe præclariſſimum facinus ratum gratumque ſe habuiſſe ſatis aperte Deus oſtendit. Siquidem ex ea die Philippus, quod olim ſimili occaſione S. Thomæ Aquinati divinitus conceſſum fuit, ne minimum quidem carnis pertulit motum, neque illuſiones nocturnas unquam poſtea paſſus eſt. Quamobrem ipſemet Baronio affirmavit, ſiquid hujuſmodi ſibi vel in ſomnis contigiſſet, præ animi dolore ſtatim expiraturum. Quin etiam omni ſenſu carnis emortuo, perinde ſe habebat, ac ſi ſtipes eſſet aut lapis. Quapropter Antonius Gallonius hæc de ejus virginali pudicitia teſtatus eſt. Equidem, inquit, pro ea familiaritate, quæ mihi olim cum beato Patre interceſſit, cum Eleazaro illo Ariani Comite & Simone Salo eum omnino componendum exiſtimaverim, cujus eximiam caſtitatem nobili encomio apud Surium celebrat Metaphraſtes; quod nimirum, inter homines interque ſeculi illecebras, cæleſtem & plane angelicam vitam exegerit, ab omni corporis contagione ſejunctus.

D

ipſiſque oculis & corpore toto

263 Ex hac porro ſumma morum integritate ac puritate, mira quædam & plane prodigioſa in Philippo elucebant. Primum enim candor ille nitorque virginalis in ipſo vultu emicabat, maxime vero in oculis, quos vegetos micanteſque habuit ad ultimam uſque ætatem, ut nullius arte atque induſtria ad vivum referri potuerint, etſi multi iidemque pictorum nobiliſſimi id efficere tentaverint. Nec vero quiſquam ita facile in hos ipſos oculos aciem figere poterat; igneum enim quoddam atque ſidereum radiabat ex illis, quod intuentium viſum ſtatim perſtringeret. Itaque nonnulli vultum ejus tamquam vultum Angeli intuebantur. Ad hæc corpus ipſius odorem quemdam ſuaviſſimum expirabat, quo ſe mirifice recreari ſentiebant, quicumque eo familiariter utebantur: multique teſtati ſunt, hac una re ſe devotionis ſpiritum accepiſſe, quod ex pectore ac manibus ejus hujuſmodi fragrantiam hauſiſſent.

caſtitatem ſpirat:

ſuaviſſimâ de ſe odorem emittens

E

264 Venit ad illum aliquando Fabricius Aragona Mantuanus, ut conſcientiam ſuam de more purgaret, ac decumbentem ex adverſa valetudine invenit: quamobrem haud libenter ad eum prope accedebat, veritus nimirum ne forte corpus, ſenio morboque confectum, gravius oleret. Denique cum ante illum procubuiſſet, Philippus hominem complectitur, & aperto accipit ſinu. Tum vero Fabricius ſuaviſſimum odorem ex eo efflari ſentit & plane cæleſtem, neque enim in terris ſimilem unquam perſenſerat. Cumque deinde audiſſet, Philippum virginali pudicitia præditum eſſe, tum demum inuſitati illius odoris originem intellexit. Joannes Baptiſta Lambertus, ex Beneficiatis, ut vocant, Baſilicæ Vaticanæ, & ipſe Confeſſionem peragens, dum capite in Philippi ſinum rejecto peccatorum abſolutionem expectat; hunc ipſum odorem non ſine maxima admiratione percepit.

impuros olfactu cognoſcit.

265 Illud præterea largitus eſt ei Deus, ut oppoſitum caſtitati vitium pariter ex odore cognoſceret. Quapropter ſi forte inter eundum perditam aliquam feminam offenderet, continuo, etſi eam penitus ignorabat, manum aut linteolum ad nares adhibebat, eaque ſigna oſtendebat, quæ grave aliquid odorantes edere conſueverunt. Affirmabat autem, eum eſſe vitii hujus fœtorem, ut nihil gravius, nihilque ingratius omnino percipi poſſit. Igitur cum ad illum quiſpiam veniret hac labe inquinatus, ſtatim vir Dei, rem longe ſubodoratus, ajebat; Tu putes, fili. Sæpe etiam inquiebat, Fili, ego naribus ſentio peccata tua. Idque erat cauſæ, quod ex iis nonnulli, ubi ſe hoc vitio implicatos videbant, haud libenter ad eum adirent, ne ſcilicet ex ſolo aſpectu detegerentur. Neque illos dumtaxat, qui in hanc labem incidiſſent, ex odore ipſoque oris intuitu agnoſcebat; ſed eos etiam, qui nocturnas illuſiones utcumque perpeſſi eſſent. Quinimmo vel in ipſis beſtiis impuritatem, ſi modo impuritas in ipſis dicenda eſt, Philippus optime percipiebat.

C

geminum diſcrimen evadit:

F

tentatis & ipſe & res ejus præſunt,

266 Multi ſunt & ſæpe innumerabiles, quos carnis illecebris agitatos, aut impoſitis capiti manibus, aut ſolo complexu Dei famulus omni periculo atque moleſtia liberavit. Complures etiam uſu ejus & conſuetudine mirabiles in ſe caſtitatis amores excitari ſenſerunt, atque hac una ratione, tum corporis, tum etiam mentis integritatem ſervabant. Quod autem fortaſſe admirabilius videri poſſit, res ipſæ, quibus Philippus utebatur, fugandis impuris ejuſmodi tentationibus

A tationibus Domino cooperante maxime proderant. Antonius Fuccius Tipherna, cujus ante meminimus, vir optimus & ſui temporis medicus non ignobilis, quam exercuerat artem demum deſerere decreverat, propterea quod in curandis præſertim feminis variis dæmonum impugnationibus impeteretur. Audivit hoc ex ipſomet Fuccio Philippus: cumque videret hominem ſorores neptesque habere, ejus auxilio indigentes; ſemicinctium quoddam, quo ipſe utebatur, ei tradit: &, Bono animo es, inquit, munus tuum exequere; unum caveto dumtaxat, ne curioſius, quam par eſt, oculos jactes. Rem miram? Ex ea die Antonius ejuſmodi carnis impugnationes non ſenſit, ſuoque munere abſque ulla ſolicitudine atque moleſtia functus eſt.

Amici ex ſemicinctio ejus medico cuidam accidit.

267 Ipſum denique Philippi nomen immundiſſimos ſpiritus exſufflabat. Adoleſcentula quædam erat annorum quatuordecim, quæ viro amiſſo carnis ſtimulis vehementer urebatur. Quamobrem multis huic malo ſpiritualibus remediis, Deo id permittente, fruſtra adhibitis, ab Angelo Vellio, qui ei à Confeſſionibus erat, ad Philippum mittitur. Cui Sanctus, Cum primum, inquit, ejuſmodi tentationibus

B impugnari ſenſeris, hæc dices Satanæ: Accuſabo te apud ſceleſtum illum, apud aſinum illum, apud Philippum. Cumque mulier ſe hæc dicere poſſe negaret; Age ſis, ait Pater, omnino hæc dicito. Abit illa, & ubi primum tentator accedit, conceptis verbis illum objurgat, & ad Philippum provocat. Vix ea protulerat, cum repente omni moleſtia liberam ſe eſſe intellexit. Quamobrem ex ea die hoc quaſi amuleto, contra omnia diaboli maleficia, ſe tuebatur. Idipſum Philippus, alios etiam complures, non ſine ingenti eorum beneficio, facere docuit: quos tamen admonere ſolebat, ut iſtiuſmodi verba ſimpliciter, & ſine ulla ratiocinatione atque hæſitatione, proferrent: quippe qui optime intelligebat, quantum Chriſtianam fidem & ſimplicitatem ſerpens ille antiquus ac tortuoſus exhorreat. Erat autem Philippi puritas immundis ſpiritibus adeo formidabilis, ut etiam poſt ejus exceſſum in obſeſſis corporibus adjurati propter honeſtatem B. Philippi, miris modis ſe torqueri inuſitatis motibus oſtenderent: quod quidem P. Onuphrius Bagnaſcus Pedemontanus, Ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis, ſæpius experimento ſe comperiſſe teſtatus eſt.

& femina nomen ejus uſurpare ad hoc juſſa.

268 Verum cum Dei famulus hanc ipſam caſtimoniam ab aliis quoque ſedulo cuſtodiri percuperet, plura in hanc rem præcepta atque admonita,

C *Vt in aliis eamdē virtutem tueatur,* tum generatim omnibus, tum etiam nominatim ſingulis quibusque hominum generibus tradere conſuevit. Primum igitur qui Confeſſionis myſterium adminiſtrabant, eos beatus Pater admonebat, ut feminas niſi crate interpoſita, non audirent, nec illarum vultus intuerentur, neve longiora cum iiſdem colloquia ſererent: ſed aſperius quam lenius eas acciperent, neque ad illas facile ſe conferrent, niſi forte neceſſitas & ingens aliqua ſpiritualis utilitas cogeret, eoque caſu comitem ſecum ducerent. Quandoquidem non ideo ſuis ipſi viribus fidere poterant, quod nullis antea tentationibus impugnari ſe ſenſerant: hac enim arte vaferrimus hoſtis plurimos decipit, quos tum denique præcipites agit, cum ſibi ab omni metu atque periculo videntur immunes; debiliorem partem, nempe feminam, primo impellens, quo ſimul alterius ruina conſequatur. Quamobrem cum aliquando ad noſtram eccleſiam veniſſet Sacerdos quidam (cujus vultum quamquam Vir ſanctus numquam viderat, conſcientiam tamen optime perſpiciebat) ad ſe illum accerſit, aitque, minus decere, præſertim Sacerdotem, cum mulieribus agere tam familiariter; itaque ne id faceret, omnino videret impoſterum. Hoc dicto obſtupuit ille; cumque exploratiſſimum haberet, Philippo rem niſi divinitus innoteſcere non potuiſſe, exinde Viri ſanctitatem valde reveritus, ſe ipſe correxit atque emendavit.

præcipit Sacerdotibus quomodo agendum cum feminis.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

269 Illud quoque, filios ſuos præſertim, admonebat; quacumque ii eſſent ætate, virtute, integritate, quamvis affecto debilitatoque corpuſculo, ut ne ſibi quidquam fiderent, ſed quamlibet peccandi occaſionem longiſſime fugerent, donec palpebras (ut ipſe ajebat) tollere poſſent. Neque vero ſuo ipſius exemplo moverentur: quippe quem Deus pro immenſa ſua pietate & largitate ſingulari quodam privilegio inſignire voluiſſet. Eoſdem præterea hortabatur, ut confitentes adoleſcentulos, etiam crate interpoſita auſcultarent, quo liberior illis ſeſe accuſandi facultas daretur, & nimius ille pudor ſummoveretur, quo interdū peccata ſua reticere non verentur. Porro adoleſcentibus ipſis, ſiquidem caſte vivere vellent, hæc præcipiebat; nimirum ut pravorum hominum conſuetudinem devitarent, corpus ſuum molliter ac delicate ne tractarent, otioſe numquam agerent, orationi inſtarent, Confeſſionis atque Euchariſtiæ myſteria frequentes obirent. Id autem generatim omnibus prædicabat, humilitate caſtimoniam cuſtodiri

E oportere; alienis lapſibus nequaquam inſcendum eſſe, ſed miſerendum: quoſcumque enim in hujuſmodi caſibus aliorum cura aut miſeratio non tangit, eos quoque propediem ruituros ſatis exploratum eſſe; deniq; in hac re nihil periculoſum eſſe ajebat, quam periculum non timere.

& adoleſcentulis.

& omnibus ſuadet humilitatem.

270 Juvenis quidam à turpi cujuſdam feminæ conſuetudine ad frugem bonam ſe receperat, & Philippi arbitrio regendum gubernandumq; ſe dederat. Interjecto deinde haud longo intervallo, magna illum cupido inceſſit, hanc ipſam feminam à vitæ pravitate ad officium ſanitatemque reducendi. Sed longe aliter accidit; qui enim alios convertere præſumebat, ipſemet miſere ſubverſus eſt; ſuoque periculo didicit, quam verum ſit illud, quod Deus præſumentes de ſe & de ſua virtute gloriantes humiliat. Quamobrem cauteriatam conſcientiam cum haberet, ad Oratorium venire jam non audebat; cumque Philippi præſentiam pertimeſceret, noxarum ſuarum Confeſſionem apud alium peragebat; Denique, Deo adjuvante, ad beatum Patrem rediit. Erat ille tum forte cum ſuis in ſpiritu filiis; atque, ubi hominem vidit, extemplo ita exorſus eſt: Nonnulli ſunt, qui ſimul ac ſpiritum deguſtarunt, magna ſe & præclara omnia facturos, orbemque univerſum ad Deum converſuros ſibi perſuadent: ſed evaneſcunt in cogitationibus ſuis, & miſere cadunt: dein Sacerdotis & Patris ſui conſpectum cum erubeſcant, alio ſe convertunt. His auditis adoleſcens conſcientia motus expalluit, & prope exanimatus eſt. At Sanctus, caput illi de more demulcens, amiciſſimis verbis trepidantem excitat, inducitque in ſpem cogitationemque meliorem: qua quidem medicina recreatus, animum reſumpſit, & exinde ad conſueta Oratorii exercitia ſe retulit.

nec præſumendam recens converſis.

F *aliorum à vitio reductionem.*

271 Ad hæc cogitationes omnes Sacerdoti per ſacram Confeſſionem ſincere ac libere aperire, optimum tuendæ caſtitatis antidotum eſſe dicebat; ſtatimque ulcus ſanari poſſe, ſimul ac medico detectum foret. Porro ad eam virtutem tum adipiſcendam, tum etiam conſervandam, perito atque experto Confeſſario opus eſſe. Illud denique tamquam præſens remedium omnibus commendabat, ut cum primum tentatione aliqua peterentur, ſtatim confugerent ad Dominum, & Davidicum illud antiquis Patribus probatiſſimum clamarent; Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſti-

candide vero agendum cum Confeſſario.

festina; aut illud, Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis: dein proni ac supplices terram oscularentur. Ad amoliendas autem nocturnas illusiones, eosdem hortabatur, ut prius quam cubitum irent, Hymnum, Te lucis ante terminum, devote recitarent. Id autem suis in spiritu filiis vel maxime inculcabat, nimirum cetera vitia resistendo, hoc unum fugiendo superari; & in præliis carnis ignavos, hoc est minime audaces, triumphare. Hæc atque alia plura Philippus suis præcipere consuevit, quibus perpetuam castimoniæ puritatem cum Dei adjutorio custodire possent.

A. HIERO. BARN BEO EX MS. *& ad Deū clamandū.*

CAPUT XXI.

Philippi in victu abstinentia, divitiarum contemptus.

272 CAP. XIV

HAs vero virtutes Dei famulus non sine ingenti labore ac studio adeptus est; quippe qui carnem suam crucifixerat cum vitiis & concupiscentiis suis. Præter illam admirabilem cibi potusque abstinentiam, quam (ut initio diximus) in juventute servaverat, ubi postmodum Sacerdotio insignitus est, quotidie aut jejunus ad vesperam usque perseverabat, aut pro cibo meridiano panis fruſtulū dumtaxat cum vini dilutissimi haustu gustabat, idque fere deambulando: vesperi autem ad panis ipsius reliquias, quæ ex brevi jentaculo restabant, nihil omnino adhibebat præter acetarium ex paucis herbis crudis, atque unum aut cum plurimum duo ova, non oleo sed aqua frixa; interdum etiam recens aliquod pomum, sæpius vero uno ex his ferculis contentus erat. Caseo, lacte, & jurulentis numquam, raro piscibus, rariſſime carnibus vescebatur; nimirum cum, aut morbus cogeret, aut suaderet caritas & necessitas cum aliquo comedendi. Qua ropter si forte inter eundum carnaria videbat, secum ipse tacitus Deo gratias agebat, quod ejus beneficio hujusmodi obsonio minime indigeret. Cum in ædibus Caritatis morabatur, si quando è suis quisquam edulium ex carne ad illum misisset, Clericis ibidem in templo ministrantibus id statim distribuebat.

B *Vesperi ieiunat,* *parco & vili cibo assuetus,* *fere à lacticiniis & carnibus abstinet:*

273 Quamquam autem cibi minimi erat, tamen ex breviſſima cœnula reliquiarum aliquid quotidie sibi superesse curabat: & quæ recondebat panis frusta, alieno licet tempore, suos sæpe comedere jubebat, ut ea ratione illorum virtutem exerceret. Hæc autem non raro per se ipsi clam accipiebant, ut aliis ob viri sanctitatem eadem flagitantibus traderent. Si quando autem jubentibus medicis delicatior illi cibus sumendus erat, querebatur se eo nequaquam refocillari, sed gravari vehementer; itaque vix tandem adduci poterat ut acciperet. Et paucis ante diebus quam ex hac vita discederet, rogantibus suis ut jentaculum sumeret, statim respondebat: Jentaculum (Eucharistiam intelligebat) jam sumptum est. Sæpe etiam iisdem quærentibus quamobrem non comediſſet: Quia, ajebat, oblitus fueram. Cœnabat autem solus in cubiculo, apposita sibi suis ipsius manibus mensula, neque enim sine ingenti pudore corporis necessitatibus serviebat. In triclinium vero cum hominibus nostris non nisi rariſſime descendit, propterea quod tenuissimo victu ex longo jam intervallo assuetus, communi aliorum cibo, non sine magno valetudinis incommodo, vesci potuisset.

C *delicatioribus se juvari aneritur:*

274 Vini quoque parciſſimus erat, quod quidem exolescens & eo usque dilutum bibebat, ut aquam verius quam vinum diceres. Sæpe etiam sola aqua sitim sedabat: lagunicula vero tam parvula utebatur, quæ cyathum dumtaxat caperet. Poculo potabat vitreo, satis vili atque obsoleto, quem aliquando Joanni Antonio Luccio dono dedit: dataque occasione eidem, dixit, sese eo per annos plures idcirco uti voluisse, ut suam ipsius naturam delicatiorem vinceret, & veluti sub jugum mitteret. Porro ex iisdem caliculis unus, & hic quidem fractus, argentea theca Cracoviæ magno cum honore asservatus, solenni pompa per eam urbem delatus est, cum demum Philippum Sanctorum numero Romana adscripsit Ecclesia.

D *vino admodum dilute & vili cubiculo utitur,*

275 Denique tam parcus in victu fuit, ut communi medicorum sententia constaret, tam modico cibo vitam nisi divinitus eum sustentare non potuisse; sed cælesti pane, quem quotidie accipiebat, cor ejus corpusque confirmatum & sustentatum esse, pro certo omnes existimarunt. Verum in hac re ne se imitarentur, serio suos admonebat: ajebat enim, quicumque cum aliis vitam agunt, & quorum communis est mensa, eos nullo ciborum delectu aut discrimine vesci oportere. Quamobrem Congregationis alumnis, ne quid singularis edulii sibi quærerent aut exposcerent (nisi forte necessitas cogeret) omnino interdixit; utque unusquisque appositis contentus esset, firmiter decrevit. Nec ferre poterat, suorum quemquam temere extra prandium & cœnam cibum sumere: quapropter cuidam, in hac re interdum peccanti, libere dixit; Tu quidem in spiritu numquam proficies, nisi hoc vitium corrigas.

E *suos subit appositis vesci.*

276 Somno quoque adeo non indulgebat, ut non amplius quam quatuor aut cum plurimum quinque horas dormiret; nec eas quidem continuas; sed ut in eo temporis spatio, quod antea narravimus, cum expergisceretur, ad Deum preces funderet: quod autem supererat noctis, contemplationi bonorum cælestium aliisque spiritualibus exercitiis tribuebat. Instrumenti ejus & supellectilis parcimonia apparet etiam nunc, residuis lecto & mensula ceterisque utensilibus: quibus illius cubiculum ita instructum erat, ut plane omnia Christianam simplicitatem ac paupertatem redolerent. Concubia nocte ferme necessariæ quieti se dabat, & ut omnium postremus cubitum ibat, ita primus omnium evigilabat, nisi forte adversa valetudine impediretur. Veste usus est humili & pingui, sed quæ à communi honestorum virorum consuetudine non abhorreret: sericis numquam aut aliis hoc genus indumentis, quæ politiorem atque exquisitam elegantiam præseferrent: calceamentis crassis, laxisque, lineo autem collari latiore. Munditias in victu cultuque amavit, sed faciles atque parabiles: nec sordes, præsertim in vestimentis, sufferre poterat. Crebro itaque illud D. Bernardi jactabat; Paupertas mihi semper placuit, sordes vero numquam.

somno brevi, *supellectili vili,*

F *veste humili utens.*

277 Igitur ad ultimam usque diem hoc continentiæ cucurrit gradu; & quo propius finem suum aspiciebat, eo se vehementius incitabat. Quod si forte quispiam obsisteret, ætatemque decrepitam illi opponeret, quæ nimiam istiusmodi parcimoniam sustinere non posset; statim aut sermonem alio deflectebat, aut certe subridens ajebat, Paradisus non est paratus ignavis. At vero Dei servus, tametsi adversus semetipsum durior atque austerior visus est, aliis tamen longe facilem se liberalemque præbebat; nec ferre poterat è suis quemquam, in spiritualibus exercitationibus, supra modum supraque vires quidquam conari: Præstat enim ferme, ajebat, corpori plusculum quam parum cibi

erga alios tamen est indulgentior.

A cibi tribuere. Siquidem quod ſuperat, facile imminui poteſt; ubi vero ex victus tunuitate corpus fractum debilitatumque eſt, haud ita facile reficitur: plerumque autem dæmonis artibus fieri, ut qui ſe divino ſervitio manciparunt, corporali exercitatione, quæ quidem Apoſtolo teſte ad modicum utilis eſt, ſeſe conficiant; quamobrem viribus deficientibus, ad pietatem, quæ ad omnia utilis eſt, ægre ſeſe exercere poſſunt; aut certe adverſa valetudine deterriti, relicto Chriſti vexillo ad ſeculi ſtipendia revertuntur. Quam ob cauſam quicumque, carnis macerationibus moderatius adhibitis, intellectum & voluntatem in obſequium Chriſti ſubjicere ſtuderent, eos ipſe multo pluris æſtimabat quam qui corpore dumtaxat caſtigando curam omnem atque operam impendunt.

2 Tim. 4

278 Exteriorem paupertatem, tametſi ſuo ipſius inſtituto minus congruam eſſe intelligebat; ſic tamen erga illam affectus eſt animo, ut omnem habendi cupiditatem à ſe quam longiſſime rejecerit. Quamobrem (ut initio diximus) jam tum laicus opulentiſſima patrui hereditate dimiſſa, parce admodum ac duriter vixit. Sacerdotio deinde inſignitus, ſponte ac libere oblatam ſibi à principibus viris ingentem pecuniæ vim ſæpius recuſavit; quod ſi interdum juſtis de cauſis quidquam accipere cogebatur, id totum aut in eccleſiam aut in pauperes refundebat. Admonuit illum aliquando è ſuis unus, ut prædiorum quorumdam ad ſe ſpectantium in Valle Arni, unde Neriorum familia originem ducit, curam aliquando ſuſciperet. At Sanctus; Cave, inquit, in poſterum hac de re mihi verbum facias. Cum propinqui cujuſdam litteris accepiſſet, patrem ſuum deceſſiſſe, eoque præterito Catharinam natu majorem filiam heredem teſtamento ſcripſiſſe; id totum ratum ſe gratumque habere reſpondit, juraque ſua & actiones ſorori ſe libentiſſime cedere. Eliſabeth porro, altera illius ſoror, omnium bonorum ſuorum heredem illum inſtituere decreverat, ſed abnuit ille: & quamvis ſæpe rogatus, numquam adduci potuit, ut ejus voluntati obtemperaret: ſed ad eam libere aperteque reſcripſit, alium ſibi heredem quæreret; ſe quidem longe meliorem hereditatem, nimirum incorruptibilem illam & incontaminatam, conſervatam in cælis, meditari.

c. xv. Paupertatis amore,

neque oblatam ſæpe pecuniam,

B

nec avita prædia,

nec hereditatem paternam,

aut ſororiâ admittit;

279 A Cognatis ſuis ſexaginta amplius annis, quibus in Utbe vixit, nihil unquam accipere voluit; cumque ſemel prædicta Eliſabeth lineas quaſdam ſubuculas ad eum dono miſiſſet, ne ſibi poſthac quidquam mitteret, omnino interdixit; quamquam nec illas quidem accepit; quandoquidem, deferentis aut negligentia aut malitia, ad ejus manus minime pervenerunt. Erat tunc moris in eccleſia S. Hieronymi (qui mos etiam nunc ibidem perſeverat) ut quicumque Presbyteri eidem eccleſiæ ſeſe addixerant, iis non modo honeſta habitatio, ſed menſtruum quoque ad victum veſtitumque daretur: Philippus vero ſola dumtaxat habitatione contentus, nihil præterea quidquam accepit. Hereditatum aut legatorum vel nomina ipſa longiſſime fugiebat; ſiquidem Apoſtoli verbo ab omni ſpecie mala ſibi abſtinendum eſſe intelligebat. Itaque cum ad ægrotos ſe conferebat, ubi de teſtamento inſcribendo agebatur, illico abſcedebat, nec antea redibat quam omnia confecta eſſe percepiſſet. Legaverat illi inſcienti Vincentius Teccozius, quo de alibi dictum eſt, aureos centum atque alia quædam, ſingularis amoris atque obſervantiæ pignus. Id ubi Philippus reſcivit, continuo factus ex legatario executor, defuncti neptibus omnia attribuit.

nec munera à cognatis,

C

neque portionem conſuetam ad S. Hieronymi,

neque legata teſtamentaria.

1 Theſ. 5

280 Conſtantinus quoque Thaſſonius, ex primis, ut diximus, Philippi diſcipulis, bonam pecuniæ ſummam eidem moriens reliquit: cumque ad illum deſcripta ex teſtamenti tabulis verba deferrentur, ex ea charta teſtæ cuidam, quam forte prænimbus habebat, operculum confecit; neque hujus legati mentionem aliquâ fieri apud ſe unquam permiſit. Ægrotavit graviter Proſper Cribellius, is de quo antea narratum eſt, atque ob ſingularem benevolentiam, qua Philippum proſequebatur, heredem ex aſſe illum inſtituere decrevit. Senſit hoc Pater, & quamquam antea ad eum quotidie ventitabat; hac tamen re graviter offenſus, non prius ad Proſperum rediit, quam de eo conclamatum eſſe cognovit: tum vero caritate compulſus, ad eum venit. Cui ſtatim ægrotus; Quid cauſæ eſt, Pater, quod tam ſero ad me redis? Scito, certam mihi mortem à medicis prænuntiatam eſſe, ſiquidem conſueta fieret febris acceſſio, quemadmodum facta eſt. At ille, Profecto, fili, ne ideo tui oblitum me eſſe puta, quod ad te non acceſſerim: neque enim eorum quidquam omiſi, quæ feciſſem, ſi tibi quotidie adfuiſſem. Quoniam vero per Urbem fertur, heredem à te me eſſe nuncupatum, id plane in cauſa eſt, cur ad te venire noluerim; non enim quæro quæ tua ſunt, ſed te: atque ut vere & ex animo me iſta dicere intelligas, ad S. Petri Baſilicam ſtatim advolo, Deum enixe rogaturus; ut tibi integram valetudinem omnino reſtituat; quod ſi alia ratione id obtineri nequeat, hanc ipſam ægritudinem tuam mihi à Domino precabor. Hæc dicens ac prope lacrymans manus ejus apprehendit, & recta in Vaticanum ſe contulit. Quid multa? Eodem temporis momento ægrotus ſomnum capit; ac paulo poſt experrectus, non ſine magna omnium admiratione, priſtinæ ſanitati reſtituitur.

A. RIBER. BARNABEO EX MS.

heres ex aſſe ſcribendus à diſcipulo,

ægrum ſæpe viſit,

niſi ut depoſito ſanitatem reddat:

E

281 Crevit deinde in Dei famulo eo uſque ſtudium paupertatis, ut nihil illi optatius eſſet, quam rebus omnibus indigere: quapropter magno ſpiritus fervore compulſus; O utinam, ajebat, mendicando vivere cogar. Utinam ad tantam inopiam redigar, ut denario ac teruncio egeam, nec dantem inveniam. Hoc ego inter divina beneficia præſtantiſſimum duxerim, ſi in publico valetudinario vitam finire contingat. Hæc atque alia his ſimilia verus paupertatis amator identidem repetebat. Quin etiam exiguum illud, quo nutriebatur, loco eleemoſynæ & quaſi emendicatum à ſuis accipiebat. Quamobrem Antonio Gallonio præcepit, ſuaderet Federico Cardinali Borromæo, præcepto tamen diſſimulato, ut panem unum atque ova nonnulla illi quotidie tamquam pauperi largiretur: id quod non modo Borromæus ipſe, ſed ejus exemplo Auguſtinus Cardinalis Cuſanus inſuper præſtare voluit; vini quoque quod ſatis eſſet Alexander Cardinalis Montaltus certatim præbebat. A Cardinali quoque Alexandrino veteres atque attritos calceos, quibus utebatur, eleemoſynæ loco accipiebat: ac Franciſco Bozzio, noſtræ Congregationis homini, aliquando dixit; Franciſce, ad mortem jam me comparo; propterea cuncta, quæ in hoc mundo ſunt, ex animo abjeci. Pauper & egenus & vivere & mori cupiens, aliorum eleemoſynis lubens ſuſtentor.

optat mendicato vivere,

& neceſſaria ſibi ut eleemoſynâ dari.

F

282 Hunc ipſum paupertatis amorem rerumque fluxarum contemptum Philippus in ſuos omnes transfundere ſatagebat: & ſi quem forte videret parandis divitiis attentum, hunc cito ab recta virtutis via deflexurum, haud temere judicabat. Itaque ex iis unum, rei faciendæ ſtudioſiorem, his verbis increpavit: Profecto, fili, antequam opibus quærendis incumberes, Angeli præ te ſpeciem ferebas, aſpectuque tuo maxime delectabar; nunc vero immutata eſt facies tua, exutâque lætitiâ triſtitiam induiſti: itaque proſpice rebus tuis. Hoc dicto erubuit ille vehementer, atque ex ea die ad quæſtum pietatis ſeſe omnino convertit. Quæſivit aliquando ex laico noſtræ Con-

Eodem modo ſuos affectos voluit.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

Congregationis (is erat Ægidius Calvellus, qui vita innocentiſſime acta ſuperioribus annis in ſenectute bona quievit) optaretne pecuniam? At ille nequaquam, ait, Pater, hæc opto. Tum Philippus; Siquidem ita res habet, una in cælum eamus volo, atque egomet illuc te perducere volo; ea tamen conditione, ut pecuniam terrenaſque divitias numquam cupias, idque à Domino aſſiduis precibus poſtules. Hæc eadem Sanctus ſuis identidem repetebat, illudque ſemper in ore habebat; Quantum amoris confertur in creaturas, tantumdem demitur Creatori.

juvenem honorum cupidum,

283 Franciſcus Zazzara jam tum adoleſcens, quo de ſupra meminimus, Legũ civilium ſtudiis operam dabat, eo ſane conſilio, ut iis optime inſtructus, aditum ſibi ad honores & dignitates aperiret. Hæc inter à Philippo accerſitur, ejuſque pedibus advolutus perhumaniter excipitur, hiſque vocibus compellatur: O te beatum! Tu modo juris prudentiæ ſtudes, lauream procul dubio ex tuis laboribus conſecuturus: legum deinde peritus magnum ex hac facultate lucrum facies, domumque tuam extolles: dein cauſarum patronus, & Præſul quoque fortaſſe fies: alia deinde atque alia recenſebat, quæ obtinere aliquando poterat, quæque ipſemet jam mente præceperat: iterumque repetebat. O te beatum! tum enimvero ſupercilium tolles. Credidit initio Franciſcus, Dei ſervuum vere & ex animo iſta loqui. At Pater, juvenem arcte complexus, hoc illi in aurem inſtillavit; Quid tum poſtea? Hæc porro verba adoleſcentis animo tam alte adhæſerunt, ut mox domum reverſus eadem ſecum ipſe revolveret, diceretque. Equidem ad ſtudia litterarum incumbo, ut magnus efficiar: quid tum poſtea? Cumque hæc ſerio cogitaret, mutato repente conſilio, in Dei obſequium omnem curam cogitationemque convertit: noſtramque Congregationem ingreſſus, vitæ integerrime actæ paucis ab hinc annis conſentaneam ſortitus eſt mortem. Hic ille eſt Zazzara, qui pro Philippo inter Sanctos referendo egregie laboravit, magnumque illud opus & plane arduum feliciter abſolvit. Hoc ipſum ferme accidit nobili cuidam mercatori, qui Philippum pariter ſequebatur. Is etenim poſt magnos quæſtus, majora ſe propediem facturum eſſe compendia ſperabat: id quod Dei famulo cum ſignificaſſet, Quid tum poſtea? inquit ille. Quibus verbis extemplo compunctus, mercaturæ nuntium ſponte remiſit, dein Clericali militiæ nomen dedit, in eaque præclare ſe geſſit.

ironice ei velut de jã a ſortis gra-

jubet cogitare, quid poſtea?

Itemque mercatorem lucra ſpectantem:

C

eos autem qui de Congregatione erant

284 Hanc porro rerum omnium deſpicientiam tametſi in ſuis omnibus videre percupiebat, tamen ab hominibus Congregationis majorem in modum exigebat; quos ut ad divina pertractanda expeditiſſimos haberet, propriis ſtipendiis militare voluit, ſuoſque reditus in pios uſus quotannis expendere, & à rebus etiam Congregationis, tamquã ab alienis, abſtinere. Quicumque vero auſcultandis Confeſſionibus præficiebantur, eos maxime admonebat, ut pœnitentium marſupium, quemadmodum ipſe ajebat, ne tangerent; animas namque cum pecuniis pariter lucrifieri non poſſe: illudque identidem uſurpabat; A marſupiis abſtinete vos, ſiquidem lucra quæritis animarum. Suos autem in ſpiritu filios Apoſtoli verbis alloquebatur; Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. Illud præterea noſtris omnibus inculcabat, ut ne teſtamentis faciendis ullo pacto ſeſe immiſcerent; quod nimirum magnæ invidiæ res ſit, quamvis animo ſanctiſſimo pertractetur: numquam illum ad virtutem proceſſurum, qui divitiarum ſtudio & cupiditate quoquomodo teneatur; ac diuturno jam experimento ſe cognoviſſe, longe facilius ad officium ſanitatemque reduci, qui carnis voluptatibus, quam qui opibus quærendis dediti eſſent, quamobrẽ avaritiam pernicioſſimam animarum peſtem appellare conſueverat. Addebat inſuper; Dabit quidem vobis Deus facultates plurimas, ſed cavendum eſt maxime, ne forte, cum rerum copia ſuppeditaverit, ſpiritus deſit. Quod ſi forte parcior ac tenacior quiſpiam jejunandi licentiam ab illo expoſceret; Nequaquam, inquiebat, ſed fac eleemoſynem. Ubi vero in hoc vitio quiſpiam tacite reprehendendus videbatur, capta occaſione hæc ſermoni inſerebat: Quicumque rem augere voluerit, is numquam accipiet ſpiritum. Interdum vero; Fugiant juvenes carnis illecebras, ſenes avaritiam, & ſancti erimus. Denique Chriſtianæ reipublicæ commodo nihil opportunius rerum humanarum contemptu exiſtimabat, ut libere diceret: Cedo mihi decem viros, vere humana omnia contemnentes, & orbem totum ad Chriſtum me traducturum eſſe confido.

D

& tenacibus eleemoſynas præ jejunio ſuadet.

CAPUT XXII.

Primarias etiam dignitates recuſat: & humilitate excellens, ſuos ad eamdem inſtruit.

285 CAP. XVI

Recuſare honores omnes certus,

NEc minorem animi altitudinem in honoribus rejiciendis, quam in divitiis contemnendis Philippus oſtendit. Agebat ille in Urbe, & ſanctitatem ſuam cum populo univerſo tum principibus viris ita probaverat, ut ſummi quoque Pontifices illum officioſe colerent atque obſervarent. Tamen vir, apud omnes ordines gratioſiſſimus, ita ſibi temperavit, ut à Chriſtiana humilitate & voluntario ſui ipſius contemptu ne latum quidem unguem diſceſſerit: nec dignitates ullas aut reditus Eccleſiaſticos unquam admiſit: quamquam præcipuarum Baſilicarum Canonicatus, inſignes etiam Epiſcopatus, denique Cardinalatus ipſe, non ſemel ei offerrentur. Id tamen dexteritate & diſſimulatione mirabili faciebat, ut eos ipſos qui offerebant facile falleret; & quam, recuſando talia tantaque, conſequi poterat apud homines laudem & gloriam omnino declinaret.

oblatum à Gregorio 15 Cardinalatum,

286 Verum ut ex multis pauca ſeligamus; Gregorius XIV, cum primum ad ſummum Pontificatum evectus eſt, Philippo ad ſe venienti ſtatim occurrit; eumque familiariter complexus, poſt multam collocutionem, pluribus ſpectantibus, biretum ipſum, quo nuperrime utebatur, cum eſſet Cardinalis, accepit, atque illius capiti impoſuit dicens, Te Cardinalem creamus. Mox ad Marcellum Veſtrium, quem à ſecretis habebat, ſe convertens, ut de hac re diploma conficeret, imperavit. Tum vero Dei ſervus neſcio quid Pontifici in aurem inſuſurravit, dein multis lepide jucundeque dictis ab eo diſceſſit. At Pontifex paulo poſt ad illum domum mittit, qui biretum ipſum cum dignitate deferret. Cui ſtatim Philippus, pro tali honore maximas Pontifici ſe gratias agere, teſtatus eſt; atque ubi opportune eam dignitatem accipere poſſet, ſeſe illi ſignificaturum. Qua quidem ratione Pontificem à ſuſcepto conſilio leniter avocavit, id quod non ad ſpeciem dumtaxat, ſed vere & ex animo Gregoriũ effeciſſe, tum ipſius Philippi teſtimonio compertum eſt, qui non ſemel ſuorum nonnullis rem ingenue narravit; tum etiam aliorum, qui hæc ipſa ſuis oculis uſurparunt: quamquam autem Pontifex illum ad Cardinalatum evehere decreverat, tamen adductis ab eo rationibus acquievit, nec Dei ſervo vim faciendam eſſe exiſtimavit.

F

Itemque à Clemente 8 declinat.

287 Hoc ipſum ſæpius deinde tentavit Clemens VIII: initio namque Pontificatus Philippum, ad pedum oſcula accedentem, præſente Joſepho Carradoro

2 Cor. 12 *abſtinere à marſupiis capiendis monet,*

A doro Lateranenſi Canonico, omnibus amoris notis excepit: aitque, Nunc enimvero effugere non poteris, quin Cardinalatum accipias. At Sanctus, qua erat prudentia & dexteritate, quod ſerio dictum erat, in jocum convertit, ſeque periculo eripuit. Quod quidem ſæpe illi iterandum fuit Pontifici, eadem conſtanter ingerenti.

quod liquet ex reſponſo ad ejus Epiſtolam

288 Libet hoc loco referre, quæ Philippus ad Clementem ſcripſit, quæque ad Philippum manu ſua Clemens reſcripſit, lectu jucundiſſima. Ait igitur Sanctus; Ecquis ego ſum, beatiſſime Pater, ut Cardinales veniant ad me, quemadmodum heri veſperi Medices & Cuſanus? Et quoniam nonnihil mannæ in foliis mihi opus erat, idem Cardinalis Medices uncias duas dandas curavit ab hoſpitali domo ſancti Spiritus, cui magnam ejus copiam ipſe donaverat. Eadem die commoratus eſt mecum ad ſecundam noctis horam, deque Sanctitate tua tam honorifice locutus eſt, ut modum plane exceſſiſſe mihi viſus ſit. Cum enim ſummo Pontificatu fungaris, ipſam in te exprimere debes humilitatem. Chriſtus ſeptima noctis hora ad me venit, & in me: Sanctitas autem tua, ne ſemel quidem ad noſtram eccleſiam acceſſit. Chriſtus Deus & homo eſt, tamen
B quotieſcumque volo, venit ad me, Tu vero homo es; Tu natus ex homine probo & ſancto, ipſe natus ex Deo Patre; tu quidem ex Agneſina ſanctiſſima femina, ille vero ex Virgine Virginum. Plura habeo, quæ dicam, ſi iracundiæ obſequi velim. Jubeo Sanctitatem tuam voluntati meæ morem gerere; mihique per te licere volo ſacris Virginibus Turris ſpeculorum adſcribere filiam Claudii Neri, cui jam pridem promiſiſti filiorum ejus curam te ſuſcepturum: ſummi autem Pontificis eſt implere promiſſa. Itaque rem totam ad me rejicito, ut nimirum auctoritate tua, ſiquidem opus fuerit, uti poſſim: cum præſertim puellæ voluntatem exploratam habeam, quam Deo tantum inſpirante in hanc mentem impelli certo ſcio, & qua par eſt maxima humilitate ad ſanctiſſimos pedes tuos procumbo.

per Clementem dato,

289 Hactenus Philippus: cui in eadem charta propria manu hæc reſcripſit Clemens. Ait Pontifex, priorem ſchedulæ partem nonnihil ambitioſi ſpiritus præſeferre, in qua ſcilicet oſtentas Cardinales frequenter ad te venire: niſi forte id fiat ad ſignificandam eorum pietatem, quæ quidem neminem latet. Quod autem ille ad te non venerit, tibi ipſi imputandum: neque enim id te mereri, qui oblatum toties
C Cardinalatum recuſaveris. Quod vero jubes, annuit ipſe, ut graviter & pro imperio, ut ſoles, bonas illas Matres increpes, niſi dicto audientes fuerint. Contra vero tibi iterum præcipit, ut des operam valetudini, neque ſe inconſulto audiendi Confeſſiones laborem reſumas, demumque cum Dominus ad te venerit, tum pro ſe, tum etiam pro graviſſimis Chriſtianæ reipublicæ neceſſitatibus illum depreceris. Hactenus Pontifex. His autem admodum conſentanea

& ipſius met confeſſione.

ſunt, quæ Philippus dixit, paucis ante menſibus quam ad cælum migraret. Cum enim aliquando Bernardinum Coronam ex laicis noſtræ Congregationis familiariter alloqueretur; Mihi, inquit, Bernardine, Cardinalatum Pontifex deſtinavit: quid tibi videtur? At ille, ut erat apertus & ſimplex; Equidem, Pater, hanc dignitatem haud rejiciendam exiſtimaverim, ſi nihil aliud, ſaltem ut rebus Congregationis commodius provideatur. Tum vero Philippus, aperto capite ſublatiſque in cælum oculis ait; Paradiſum, Paradiſum, Bernardine. Ille autem eâdem ſimplicitate ſubjecit, Ignoſce, Pater, non enim cogitaram.

290 Interdum quoque ſuorum nonnullis, humana hæc decora plus juſto æſtimantibus, & necdum ſapientibus quæ ſunt ſpiritus Dei; Ignoſcite mihi,

ajebat, filioli, & verba mea æqui bonique facite. Equidem Cardinalium & Pontificum virtutes vehementer optaverim, ceterum mortem mihi præoptaverim, quam iſtiuſmodi dignitates. Hanc porro rerum humanarum deſpicientiam ſecum ipſe reputans Abbas Maffa, quod olim de S. Hilarione Hieronymus ſcripſit, hoc idem de Philippo vere prædicari poſſe affirmavit: Mirentur alii ſigna quæ fecit, mirentur incredibilem abſtinentiam, ſcientiam, humilitatem: ego nihil ita ſtupeo, quam gloriam illum & honorem calcare potuiſſe: idque in Philippo eo mirabilius videri poſſe, quod non in Ægypti ſolitudinibus latitabat, ſed in media Urbe, ubi quo propior occaſio, hoc tentatio gravior atque violentior.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

ac rei omnis humanæ deſpectu.

291 Non modo autem Philippi animus ab externis honoribus & dignitatibus longiſſime abfuit, ſed iis etiam ſeſe abdicavit quæ propriiſſime illius erant, ab eoque tamquam Congregationis auctore nulla ratione ſeparari poſſe videbantur. Cumque jamdudum, ut diximus, communi omnium ſuffragio Præpoſitus perpetuus renuntiatus eſſet; demum, qua erat humilitate, biennio antequam ex hac vita migraret, vigiliam ſuam alteri tradere decrevit. Itaque convocatis Patribus, conſilium ſuum exponit, ſe graviori ætate prope confectum, oneri ferendo non eſſe; datoque E ſibi jam receptui ſigno, nunc demum vaſa colligenda & profectionem parandam: proinde Congregationis utilitati conſulant, eique præficiant virum, & animo & corpore firmiorem. At Patres, quod Philippi modeſtiam & ſubmiſſionem optime noſſent, una voce omnes adverſantur; nec ſe unquam paſſuros affirmant, ut quam recens fundaverat Congregationem, quaſi durus pater teneram adhuc filiam, deſerat.

Cupit etiam ſe abdicare Præpoſitura.

292 Tum vero Sanctus, ubi ſe verbis nihil proficere videt, Cuſanum & Borromæum Cardinales, ſuoſque, ut diximus, in ſpiritu filios dilectiſſimos, tamquam auxiliares accerſit: rogat, ut rem ad Pontificem deferant, eoque annuente Patres hortentur, atque adeo impellant, ad novum Præpoſitum deligendum. Sic factum: pridie etenim nonas Julii anno MDXCIII, Congregatione coacta, Cuſanus & Borromæus interſunt, affirmant Patribus Philippum in ſententia perſtare, ac pro ipſo ſtare Pontificem; quamobrem huic tam juſto Patris deſiderio obſequantur, ejuſque liberam abdicationem admittant. Igitur Patres, non ultra contradicere auſi, ne forte Pontificis dicto minus audientes viderentur; paucis interjectis diebus iterum in conſilium veniunt, collatiſque ſuffragiis Præpoſitus Congregationis renuntiatur Cæſar Baronius, nemine adverſante, atque ipſo quantum potuit repugnante & contradicente. Nec tamen propterea de Philippi auctoritate quidquam imminutum eſt: quippe quem Patres omnes, & ipſemet Baronius, parentis loco ut cum maxime habebant, ad eumque ſigillatim quidquid accidiſſet, quotidie deferebant. Is vero nihil unquam omnino prætermiſit, quod ad Congregationem recte adminiſtrandam facere videretur.

idque per amicos Cardinales impetrat;

293 Quemadmodum autem ab honoribus & dignitatibus expetendis longe aberat ipſe, ſic etiam ſuos omnes abeſſe vehementer optabat, eoſque præſertim, qui ad Congregationem ſe receperant: quos quidem haud facile patiebatur Principum domos aut curias frequentare. Et quoniam Germanicus Fidelis, vir ob ſingularem prudentiam & dexteritatem principibus carus, ad eos itabat, quamquam non niſi data occaſione id faceret; ſæpius tamen à Philippo audivit, Tu quidem, mi Germanice, apud hos aliquando hærebis, nec propterea fies Præſul. Neque abfuit dicto fides: quandoquidem Clemens VIII, è Congregatione aſſumptum vitæ morumque præceptorem il-

ſuos quoque vult eſſe alienos ab aula:

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

lum tradidit Silveſtro Aldobrandino neptis filio, qui deinde ad Cardinalatum evectus ex titulo S. Cæſarii nuncupatus eſt, eumdemque Vaticanæ Baſilicæ Canonicatu cohoneſtavit; ille vero jam pridem quieti aſſuetus, dimiſſo etiã Canonicatu, Deo ſibique vixit. Illud quoque ex præſcripto ſacrorum Canonum maxime eſſe, ne ſuorum quiſquàm plura Eccleſiaſtica beneficia poſſideret; qua de re ſummos etiam Eccleſiæ Præſules ſæpe correxit, atque emendavit. Quicumque vero extra ſuam diœceſim diutius morando ſine cauſa abeſſent, quacumque dignitate fulgerent, horum Confeſſiones audire nolebat. Quapropter Cardinalis Baronius hoc inter cetera teſtatum reliquit de illo. Philippus vir erat, qui magna libertate malefacta reprehenderet, præſertim in Prælatis aliiſque principibus viris; capta tamen opportunitate temporum & locorum.

& mundana ſpernere.

294 Sermo illi familiaris erat de ſeculi vanitate, & perorationis loco illud Eccleſiaſtis plerumque uſurpabat, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: Nihil boni eſt in hoc mundo: atque his ſimilia. Quæ quidem tanto ſpiritus ardore pronuntiabat, ut in audientium animos penetrarent; multique privatis ejuſmodi colloquiis ac monitis incitati, abjecta
B rerum ſecularium cura, Chriſtianam diſciplinam religioſius amplecterentur. Ajebat præterea, divitiarum & gloriæ contemptum in Urbe maxime neceſſarium eſſe: ibi enim multo acrius quam alibi uſquam honores & dignitates mortalium oculos inani fulgore perſtringunt. Denique à terrenarum rerum ambitu & cupiditate tam longe aberat Philippus, ut ſæpe diceret; Nihil eſt in hoc mundo, quod me delectet; idq; me delectat maxime, quod me nihil delectet. Sæpe etiam ajebat, nihil moleſtius, nihilque gravius perpeſſuros fuiſſe viros juſtos, ſiquidem omni culpa veniali vacare poſſent, quam ut in hoc mundo retinerentur.

C. XVII *Humillime de ſeipſo ſentiens,*

295 Quod autem Philippus humana omnia deſpiceret ac pro nihilo reputaret, tum ex eo fiebat, quia divino præditus lumine plus multo videbat, quam quantum hominum acies intueri poteſt, resque ipſas momentis ſuis juſtiſſime ponderabat; tum etiam quia de ſe humillime ſentiebat. Quamobrem omnium hominum nequiſſimum ſeſe appellabat: quod quidem tam conſtanter affirmabat, ut ex intimo cordis affectu eum loqui ſatis aperte conſtaret. Quod ſi forte quempiã in grave aliquod crimẽ incurriſſe intelligebat; Utinam vero, ajebat, his ego pejora
C non commiſerim! Idque erat cauſæ, cur ſæpe attentiſſimo animo legeret res geſtas S. Mariæ Ægyptiacæ, quod ſcilicet converſionem ejus ardoremque in ſtudio pœnitentiæ maxime ſibi imitandum putaret. Ad hæc quotidie hoc pacto Deum obteſtabatur; Domine à me hodie tibi cavendum: tradam enim te, & mala omnia perpetrabo. Aliàs quoque ajebat; *maximum ſe peccatorẽ agnoſcit;* Vulnus lateris Chriſti magnum quidem eſt, ſed niſi me regat ipſemet Deus, ego certe majus efficiam. Sacram quoque Euchariſtiam ſumpturus, hæc intra ſe dicebat; Teſtor, Domine, nihil niſi malum agere poſſum, niſi tu adjuves me. Ajebat præterea hac una ratione ſeſe ad ſacrificandum parari, ut quod in ſe foret, ad omnia ſcelera promptum ſe atque expeditum, agnoſceret.

ac prorſus inutilem.

296 Cum autem ægrotabat, quamquam antea dicere ſoleret; Si me Deus ſuperſtitem ſervet, vitam moreſque mutare, & ad bonam frugem redire volo; poſtremis vitæ ſuæ annis, majori lumine illuſtratus, vilitatemque ſuam propius inſpiciens, Domine, inquit, ſanitati ſi me reſtituis, quod in me eſt, quotidie in pejus ruam: toties enim pravitatem meam, me correcturum tibi promiſi, nec fidem unquam ſervavi; itaque poſthac de me ipſe diffido. Confeſſionis myſterium non ſine uberrimis lacrymis peragebat, addebatque frequenter, Nihil boni unquã geſſi. Adoleſcentes & juvenes cum videbat, non poterat quin protinus exclamaret, O vos beatos! quibus tempus ſuppetit ad bene operandum, quod ego numquam feci. Eadem ferme repetebat, ſi quos interdum offenderet viros religioſos, O vos felices, ajebat, qui ſeculum reliquiſtis! ego ſane tantum animi numquam habuiſſem. Aliaque his ſimilia identidem ex abundantia cordis os ejus loquebatur, quibus ſæpe adjiciebat, De me deſperavi. Quamobrem quodam die, cum incidiſſet in duos viros religioſos ex Dominicana familia, facto impetu in medios ſeſe proripiens; Sinite ut abeam, inquit: de me namque deſperavi. At illi, rem ſerio interpretantes, euntem fortiter retinebant, atque amiciſſimis verbis ad patientiam hortabantur. Ubi vero Pater de ſe valde ſolicitos atque anxios eos videt, tum demum ſubridens, dixit; Equidem de me ipſo deſpero, ſpero tamen in Deo.

nedum alii cui neceſſarium,

297 Hac igitur humilitate ſubnixus, inanis gloriæ flatibus efferri non poterat. Rogavit illum piiſſima femina, aitque; De rebus tuis aliquid, Pater, apud me habere velim, ſcio enim te eſſe Sanctum. Quo E dicto ille vehementer commotus, irato vultu, Apage, inquit, diabolus ſum, non Sanctus. Ægrotantem aliquando nonnulli ex filiis ſuis orabant atque obſecrabant, ut ſalutem ſuam Domino precibus commendaret; & B. Martini exemplo diceret, Domine, ſi adhuc populo tuo ſũ neceſſarius, non recuſo laborẽ. At ille iratioribus verbis præter morem ſuum reſpondit: Non facio: neque is ego ſum, qui me cuiquam neceſſarium putem; numquam hoc mihi venit in mentem: quod ſi me talem exiſtimarem, æternæ damnationi obnoxium me judicarem. Rogabat itidem illum graviter decumbentem Nobilis quidam, ne ſuos in ſpiritu filios deſereret, ſed ut oraret ad Dominum, quo diu ſoſpitem illum eſſe vellet proximorum adjumento. Cui Vir ſanctus ac veræ humilitatis amator; Numquam in cor meum aſcendit, me cuiquam quoquo modo adjumentum afferre poſſe. Hic idem ſecum ipſe reputans ſingularia chariſmata, quæ in ſervum ſuum infudiſſet Deus; Magna quidem, inquit, ô Pater, faciunt Sancti. At, ille; Ne ita loquere: dic autem potius, Magna facit Deus in Sanctis ſuis. Alius quidam, cum illi conſcientiam ſuam aperiret, libere dixit; Hæc me tentatio, Pater, ſæpius apprehendit, ut te non eum eſſe putem, quem mundus exiſtimat. Cui ille; Ego, inquit, plane ſum F ſicut ceteri hominum, nec quidquam amplius: itaque nec te ſolicitum habeat ejuſmodi tentatio, ſiquidem nullius eſt momenti.

aliorum preces pro ſe ſolicite petit:

298 Igitur cum ſe omnium nequiſſimum judicaret, omnium orationibus inſtantiſſime ſe commendabat: ac propterea huc illuc ad Religioſorũ cœnobia mittebat, qui enixe rogarent illos, ut pro ſe ad Dominum preces funderent: id quod ab eorum novitiis atque tironibus maxime poſtulabat. Ad hæc, Sacra in omnibus neceſſitatibus ſuis pro ſe offerri curabat; eoque nomine multis Religioſorum familiis eleemoſynas diſpertiebat, præſertim recurrentibus Sanctorum feſtis diebus, quo tempore in eorum eccleſiis id fieri cupiebat; hac enim ratione ſeſe obtenturum ſperabat, quod per ſe ipſe minime præſumebat. Quamobrem quidquid beneficiorum à Deo impetraret, id totum aliorum precibus meritiſque referebat accceptum. Et cum aliquando in æde S. Hieronymi ſacrificaret, atque ingens terræ motus ibidem repente factus eſſet; rogatus an fragorem ejuſmodi perſenſiſſet; Anus illa, inquit (hæc una acrificio interfuerat) orationibus ſuis terræ motum profecto excitavit. Hanc quoque ob cauſam cum ſalutarem

A rem pœnitentiâ peccata confitentibus injungeret, ut aliquam ejus partem ſibi attribuerent, eos quandoque rogabat: quod ſi Sacerdotali munere fungerentur, ut pro ſe Sacrificiũ offerrent, identidẽ poſtulabat.

nec ab eis magni fieri,

299 Quoniam vero humiliter adeo ac demiſſe de ſe ſẽtiebat, bonã ſui exiſtimationẽ omnino averſabatur: & ſi fortè quempiã audiret præclare de ſe exiſtimantẽ: Me miſerum, ajebat, quot ruſtici homines, quot inopes puellæ præcedent me in regno cælorum? Itaq; cum è ſuis quidam, ex Lauretana peregrinatione reverſus, ei familiariter referret; quacumque iter faceret, magnam de illo ſe reperiſſe apud omnes ſanctitatis opinionem, quamobrem ejus orationibus plurimum ſe commendabant; Me miſerum! inquit, me miſerum! ô utinam talis ſim, qualem homines me eſſe putant! neque ea die querelarum finem fecit. Honores laudeſque, quaſi perniciem ac peſtem, longiſſime

vel laudari ſe patitur,

fugiebat: quælibet etiam obſequia recuſabat; nec quemquam, quamvis infimæ ſortis hominem, ſtare coram ſe aperto capite patiebatur. Manus quoque Sacerdotales (ut mos eſt) oſculandas, vix demum ſuis in ſpiritu filiis ac familiaribus flagitantibus porrigebat. De rebus ſpiritualibus, cum iis qui aliqua

B ſanctitatis fama florerent, fere numquam loquebatur.

aut titulis honorificis appellari,

300 Præpoſitum aut Rectorem ſe appellari à noſtris hominibus minime paſſus eſt. Patris autem nomen haud recuſavit, quod nimirum non tam poteſtatem ſignificet, quam amorem: quo quidem uno ac ſimplici nomine Præpoſitus Congregationis hodie à domeſticis appellatur. Fundatoris quoque appellationem, ut maledictum, ſemper exhorruit: iis vero qui hac de re cum ipſo interdum verba facerent, aſſeveranter affirmabat, de re hujuſmodi numquam ſe cogitare; ſed unius Dei munere id factum, qui ſe tamquam infirmiori inſtrumento uſus eſſet, ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ. Quin etiam hoc idem interdum ſecum ipſe reputans, vehementer admirabatur, qui fieri potuiſſet, ut ſe adminiſtro Dominus iſtiuſmodi opus efficere voluiſſet.

ſimplicitatem in verbis factiſq; amat,

301 Contentiones atque æmulationes omnino devitabat. Cultum autem atque elegantiam, tum in verbis tum in rebus ipſis, adeo non affectavit, ut aulicos mores modoſque loquendi ferre non poſſet: quippe qui in omnibus Chriſtiana ſimplicitate mirifice delectabatur. Quamobrem cum ſapientibus & prudentibus ſeculi hujus minime illi conveniebat,

C verſutos autem, obſcuros, atque fallaces maxime averſabatur; quemadmodum & fallacias ipſas, atque mendacia, à quibus tamquam à peſtilentia ut diligentiſſime caverent, ſuos frequenter admonebat. In deliberando de rebus Congregationis, aliiſque etiam levioribus, quamquam ipſe prudentia maxime excelleret, tamen alios quoque, nec peritiſſimos modo, ſed etiam rudiores, in conſilium adhibebat; ab iiſq; vel invitis ſententiam omnino extorquebat. Cum autẽ contemni ſe videbat, & nihili æſtimari; tunc enimvero ex animo lætabatur, Apoſtolicum illud ſecum

1 Cor. 3 ſæpe retractans, Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. Quapropter multi iidemque præclariſſimi viri de Philippo uſurpari poſſe exiſtimarunt, quod olim de S. Ephrem Gregorius Nyſſenus ſcriptum reliquit, nimirum, Eſſe quam videri maluit.

miracula ſua ſolicite occultat,

302 Quoniam vero ejus precibus creberrima & prope continua fiebant à Deo miracula, mirum eſt quibus illa involucris obtegeret, ut pauci admodum ac fere nulli ſtatim animadverterent. Quemadmodum autem S. Franciſcus de Paula herbas atque alia hujuſmodi adhibebat, quibus admirabilia quæ patrabat obtenderet; ſic etiam Philippus longe alia cogitare videbatur; & (quod ſuo loco dicturi ſumus)

ludendo ac ridendo mira quotidie efficiebat: qua quidem ratione intuentium animos, ab eo quod agebatur, avertere conſueverat. Quapropter plerique, poſtquam ille migravit in cælum, præclara ejus geſta recolentes, nec intelligentes qua demum ratione res adeo manifeſtę occultari & ſilentio præteriri potuiſſent; admiratione defixi pro certo exiſtimarunt virum ſanctiſſimum, quaſi alterum Symeonẽ Salum, à Deo id precibus obtinuiſſe. Quod ſi forte oculatior quiſpiam interdum hæc ipſa ſigna & virtutes ejus deprehenderet, ne mutire quidem audebat, ne ſcilicet loquendo virum Dei graviter offenderet. Sæpe autem data occaſione, præſertim extremis vitæ ſuæ annis, Cæſari Baronio familiariter dicebat; Scito, Cæſar, me moleſtiſſime ferre inanem hunc rumorem, quem homines excitarunt de me: quamobrẽ Deum oro ſine intermiſſione, ne per me quidquam unquam fiat, quo quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me. Si quid autem accidit aliquando præter morem viresque naturæ, id profecto non meis meritis, ſed aliorum fidei tribuendum eſt. Sæpe etiam cum ægrotos viſitaret, & ab iis interdum rogaretur, ut ſibi manus imponeret, aut ſuper ſe oraret; non ſine rubore ac dolore inquiebat: Iſti ſigna & miracula à me petunt, ego vero ea facere non poſſum nec ſcio.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

E

cavet ne cui ſit moleſtus.

303 Denique ea fuit Philippi humilitas, ut quantum in ipſo erat neminem gravaret; & ſi quid interdum præciperet (quod ſupra etiam innuimus) roganti propior eſſet, quam jubenti. Conſuetudo ejus jucundiſſima: dulcis quippe erat, atque feſtivus, & jucundi ſermonis. Officia & negotia, quæ per ſe ipſe obire non poterat, vix tandem alicui ex ſuis exequenda mandabat: &, ne qua ratione cuiquam eſſet incommodo, quam diligentiſſime præcavebat. Quapropter, ſi forte ei per cubiculum eſſet inambulandum, laneis calceis utebatur, ne qua vel levi moleſtia, ii qui ſub ſe habitabant, afficerentur. Superbiam & arrogantiam vel maxime deteſtabatur: & quamquam flagitioſiſſimos quoſque complectebatur, ut omnes Chriſto lucrifaceret; tamen elatos inflatoſque inani ſpiritu, ferre non poſſe videbatur. Demum tanta fuit ejus animi demiſſio, ut, quod de S. Thoma Aquinate non ſine admiratione legitur, inanis gloriæ incentivum aut ſtimulum omnino numquam perſenſerit.

ſuis inculcat humilitatem.

304 Ut autem hac ipſa virtute filios ſuos imbueret, toto pectore nitebatur: & quemadmodum S. Joannes Euangeliſta illud continuo inculcabat, Filioli, diligite alterutrum; ſic etiam Philippus nihil ſuis crebrius iterabat, quam, Eſtote humiles, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Quapropter F cum aliquando Tauruſius de more ſermonem haberet ad populum, magnoque ſpiritus fervore, frequenti & plaudenti auditorio oſtenderet, quam præclara res ſit mala pro Chriſto pati; Philippus, qui more ſuo in ſedicula lignea ibi prope à ſuggeſtu ſedebat, toto corpore concuti & contremiſcere cœpit, ſurgenſque confeſtim manu parietem percutiebat; quo facto omnium in ſe oculos menteſque convertit. Denique ſermone abſoluto, ſubſellium ipſe conſcendit, elataque voce affirmavit, neque ſe neque ſuorum quemquam ea de re gloriandi cauſam ullam habere, nemo quippe illorum ne unam quidem ſanguinis guttam pro Chriſto fuderat; quin etiam ex divino ſervitio plurimum dignitatis & honoris eorum unusquiſque retulerat: in eamque ſententiam multa locutus, audientium animos ingenti admiratione complevit. Illud quoque monebat urgebatque, ut ne quis ſerio vel joco quidquam proferret, quod in propriam laudem & gloriam redire poſſet.

305 Quod ſi forte quiſpiam aliquid boni ſeſe egiſſe, idque alios ſibimet vendicare intelligeret;

A. MIERO. BARNABEO EX MS.

nequaquam illi ea re dolendum esse, immo vero gaudendum: quod enim injuria sibi præriperent homines, cumulatius à Deo se recuperaturum. Sæpe etiam suis ajebat, Jactate cogitatum vestrum in Domino, & ipse idoneos vos faciet ministros ad quæcumque vos destinaverit. Porro autem singulos eorum hortabatur, Deum assidue rogarent, ut si quid virtutis aut donorum ipsis impertiebatur, id ne animadverterent; quo nimirum humilitatem servarent, nec inanis gloriæ spiritu efferrentur. Quamobrem siquid interdum quispiam proferebat, quod in propriam sui laudem redundaret; statim corrigebat eum dicens; Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Illud præterea ajebat; Quicumque peccandi occasioni sese immiscet, nec casum timet, tunc enimvero satis claro indicio est, illum haud dubie ruiturum. Quapropter identidem ad Deum ex intimo corde clamandum, Domine, nihil boni de me præsumas: certo enim casurus sum, nisi adjuves me: Domine, nihil à me nisi malum expectes. Ubi de tentationibus agitur, nemini de se præsumendum esse affirmabat, ut diceret, Ego hoc aut illud facerem: sed humiliter sentiendum, dicendumque potius, Equidem, quid mihi faciendum esset, probe intelligo;

vetatque in propriam laudem aliquid dicere,

aut sibi quidquam tribuere

B quid autem facturus essem, prorsus nescio.

306 In sacra Confessione peragenda, illud præsertim admonebat, ut ipso Confessionis initio graviora quisque peccata depromeret; hac enim ratione magnam dæmoni confusionem inferri, tantumque mysterium fructuosius peragi. Nihil vero gravius illi esse poterat, quam ut audiret quemquam sese quomodolibet excusantem. Ajebat enim, quicumque ad sanctiorem vitam aspirant, iis nullas ferme excusationes quærendas esse, sed semet potius accusando veniam exposcendam, quamquam nihil omnino commiserint. Porro quicumque ei se quoquomodo purgare studebat, hunc primæ parentis nomine Evam festive appellabat. Illud præterea præsentissimum remedium adversus peccatum esse censebat, si animi sui elationem quisque comprimeret. Siquando autem de aliquo eum reprehendi contingat, non tamen propterea supra modum contristari debere: Sæpe enim (ut ipse ajebat) gravius peccamus, cum de peccati reprehensione tristamur, quam cum peccatum ipsum committimus: quandoquidem immodica isthæc tristitia non aliunde quam ex superbia proficiscitur. Quapropter unumquemq; post lapsum in se redire jubebat, deque profundis ad Dominum

vel sese excusare,

C clamare; Si fuissem humilis, profecto non cecidissem. Neque vero ille eorum spiritum approbabat, qui propriis viribus nisi, à Deo tribulationes audacter exposcerent; sed patientiam potius ingruentibus tribulationibus petendam existimabat. Nihil insuper periculosius esse censebat viam spiritus ineunti, quam ut statim magister fieri velit, atque aliis vivendi præcepta tradere.

aut nimis tristari ex proprio delicto.

307 Ut autem inanis gloriæ vitium omnino devitaretur, pia quædam & privata exercitamenta in suo quemque cubiculo obire jubebat, neque enim in propatulo spirituales delicias quærendas. Quæcumque igitur minus communia & singularia videri possunt, hæc omnia longissime fugienda, ex quibus nimirum spiritualis superbia facillime gignitur atque alitur. Nec tamen, ab incepto bono, cuiquam idcirco desistendum, quod ex eo inanis gloria sequi possit: siquidem (quod & communiter Patres docent) inanis gloria triplex sit: prima, quam ille dominam appellabat, propterea quod opus ipsum anteire consuevit, & ad quam illud velut ad proprium finem dirigitur: altera vero, quam sociam vocabat, quippe quæ operi sese tantummodo adjungit: tertia denique, quam servam nuncupabat, quia nimirum operi quod fit innascitur, vix tamen orta statim comprimitur, & adhuc parvula tenetur & alliditur ad petram. Quapropter illud identidem suis repetebat; Cavete, filii, inanem gloriam, ne forte domina sensim evadat. Plura quoque hujusmodi documenta dabat Philippus, ut suos in humilitate contineret: quæ quidem, ne modum voluminis excedamus, consulto duximus omittenda.

Inanis gloria gradus tres explicat.

D

CAPUT XXIII.

In virtute mortificationis se ipsum primo, tum etiam suos exercet.

AD hanc porro humilitatem adjunctam habuit Philippus virtutem, quam vocant mortificationis; in eaque exercenda, tum in se ipso, tum etiam in suis adeo excelluit, ut ejus disciplinæ magister merito ab omnibus appellaretur. Itaque nihil unquam habuit antiquius, quam ut se abjectum & contemptibilem omnibus exhiberet. Quod ut ex sententia succederet, ea sæpe dicebat & faciebat, quæ magnæ levitatis speciem præseferrent: quamquam qui in ea acrius intuebantur, facile agnoscebant sapientem stultitiam, qua vir prudentissimus à Deo edoctus, se ipsum suosque omnes optime gubernabat. Igitur domi forisque semper mortificationem Jesu in corpore suo circumferebat, ut sæpe, spectantibus etiam principibus viris & Cardinalibus, exultaret ac tripudiaret; nec solum intra domesticos parietes, aut in secessu, sed in ipsorum principum domibus, in plateis ac triviis id facere consueverat. Quapropter Kalendis Augusti, in aream ecclesiæ S. Petri ad Vincula in Exquiliis, circumfusus omnis generis hominum frequentia, saltare conspectus est. Quo spectaculo commotus quidam, nec rem intelligens; Vide, inquit, senem hunc fatuum! Tum vero Dei servus gaudebat, cum se contemni & ludibrio haberi videbat.

308 CAP. XVIII. *Ut contemptibilem se reddat*

E

aliquando publice saltat,

309 Ibat aliquando per Urbem, & forte aquariolum offendit; quem statim in media via manu prehensum suppliciter orat, ut per eum bibere liceat. Annuit ille, & Sanctus ex asino cadum arripuit, atque ori admovit; non sine ingenti admiratione, tum aquarioli ipsius, tum etiam aliorum, qui ad id spectaculum confluxerant. Alia die cum in B. Felicem à Cantalicio, virum ex Capuccinorum familia longe sanctissimum, incidisset, & quidem in celeberrima Urbis via; post mutuam salutationem atque complexum, is Philippum rogat, an sitiat: Sitio enimvero, ait Pater. Tum ille: Nunc demum intelligam, an vere mortificationi studeas. Et cum dicto, quem humero gestabat œnophorum ligneum ei porrigit. Cui statim manibus arrepto labra admovit Philippus, & bibit. Aderant ibi complures, remque sine ulla prorsus offensione spectabant: ajebant enim; En Sancto Sanctus potum præbet. Tum vero ad Felicem Philippus; Nunc jam ego quoque intelligam, an tu mortificationi studeas; detractumque sibi pileum capiti ejus imposuit, eoque ornatu abire jussit. At ille, Ibo, inquit: quod si forte mihi pileus auferatur, ipse videris. Igitur eo habitu per longum spatium ire perrexit: cumque illius virtutem jamdiu perspectam haberet Philippus, qui pileum suum reciperet, post eum misit. Itaque in dubio relictum est, uter ipsorum majorem sui contemptũ præstituisset.

F

& B. Felicè Capuccino suum pileũ imponit,

bibit.

310 Alphonsus Cardinalis Gesualdus, ut erat Philippi amantissimus, sæviente hieme detractam sibimet tunicam pelliceam pretiosam ei dono dedit, hac lege ut illa omnino uteretur, quod nimirum jam senescere cœpisset, & ab audiendis Confessionibus fere numquam discederet. Paruit ille, eoque habitu per

pellicea tunica pretiosa utitur,

A per totum menſem indutus eſt: atque ita ornatus graviter incedebat, ſeque ipſum pavonis in morem circumſpiciebat; quo videlicet ab omnibus deride-
dantes defert ad menſam Cardinalis: retur. Aliquando etiam à Cardinali Alexandrino invitatus ad prandium, è ſuis quemdam ſecum adduxit; qui ollam cum lente quaſi ſymbolam deferret: cumque omnes jam diſcubuiſſent, Philippus in media menſa ollam ipſam apponi jubet. Qua re Cardinalis, ut Dei ſervum optime noverat, adeo offenſus non eſt, ut etiam ejuſmodi edulio cum aliis pariter veſci voluerit. Quamquam enim beatus Pater hiſce artibus ſui contemptum ſibimet comparare ſtudebat, ſæpe tamen multo ſecus evenire conſueverat, quod nimirum ejus eximiam ſanctitatem atque prudentiam ferme perſpectam haberent.

311 Quo die corpora SS. Martyrum Papiæ & Mauri ſolenni pompa ad noſtram eccleſiam tranſla-
ſatelliti barbā mulcet, ta ſunt, quemadmodum antea diximus, magna illuc populi multitudo confluxit. Cumque Philippus lætitia geſtiens ad templi fores eadem operiretur, unum ex Helvetiis ſatellitibus, qui Pontificis juſſu ſacræ huic functioni adſtabant, & quidem bene barbatum aggreditur; barbamque ipſam, ad pectus
B uſque promiſſam, ſæpe manibus mulcet trahitque: quo ſcilicet Chriſti martyres non ſine ſpirituali fructu reciperet, ſeque ipſum hominum ludibriis & contumeliis, ſiquidem ex ſententia res cecidiſſet, ex-
ſemitonſus prodit, poneret. Hanc ipſam ob cauſam, aliquando ex altera dumtaxat mala barbam ſibi tonderi juſſit, atque ita ſemibarbatus in publicum prodiit, exultans atque triumphans, non ſecus ac ſi præclarum aliquid
tonderi ſe palàm jubet, geſſiſſet. Non ſemèl quoque Julium Saveram laicum Congregationis ad ſe accerſivit, & circumfuſus hominum frequentia tonderi pectique ſibi capillum barbamque præcepit. Interea vero ante oculos ſpectantium ſeſe jactare, ac tondentis peritiam laudare, atque identidem dicere, Nunc ſane bene comptus
enm geniſta in manu ſum. Sæpe etiam ſuorum grege ſtipatus domo exibat, florentis geniſtæ haud parvum faſciculum manu præferens; quo nimirum & ipſe, & qui cum ipſo
& ſine pallio ambulat. ibant, pariter deriderentur. Non raro inſuper ſola toga contectus, præter omnium conſuetudinem, per Urbem ibat ſine pallio. Quandoque etiam audientibus multis, ac præſertim viris doctis, aliquid legebat, interque legendum nonnulla perperam pronuntiabat. Denique dies fere nullus erat, quin domo pedem efferens ad ſui contemptum aliquid perpetraret.

C 312 Domi vero nihil frequentius, nihil illi familiarius fuit, quam ut ad mortificationis virtutem ſeſe
Domi ſæpe, exerceret. Sed ne longius quam par ſit ſcribendo progrediamur, hic pauca de multis narrare ſufficiat. Primum igitur ſæpe in cubiculo Dei ſervum indutum offenderes, calceamentis albis laxiſque, parvo bireto, & ſubuculâ rubrâ ad genua uſque demiſsâ: quo quidem habitu quoſcumque ad ſe venientes excipiebat, quacumque ii dignitate præditi eſſent. Feſtis etiam diebus in templum aliquando deſcendebat inverſo colobio ſuperindutus, bireto frontem contegens; interdum etiam ſericeo thorace ornatus, quo ſanctiſſimus Pontifex Pius hujus nominis quintus
in templo aliquando, comparet veſtitus contemptibiliter. pridem uſus fuerat. Nec ferme diſſimili habitu ſpectandum ſeſe obtulit ſexto Idus Septembris, quo die Deiparæ Virgini naſcenti noſtra præſertim eccleſia anniverſariâ ſolennitate gratulatur. Cumque Veſperis celebrandis Cardinales frequentiſſimi conveniſſent, ecce tibi Philippus, alienis ejuſmodi veſtibus circumtectus, in Chorum prodit; cui tamen venienti honoris gratia Cardinales ſtatim aſſurgunt, & ut cum ipſis ſedere velit certatim omnes contendunt. At ille, ut longe alia cupiebat, ſubridens ait; Mihi ſane ſatis ſuperque eſt, ſi inter Caudatorios iſtos ſedere liceat: ibique ita ornatus, ut diximus, ad pedes Cardinalium permanſit, dum Veſperæ complerentur: quæ res mirum in modum ſpectantes ædificavit, ne dum vel leviter offenderit. *A. HIERO. BARNABO EX MS.*

313 Id porro erat cauſæ quamobrem libros quoſdam apud ſe haberet, fabularum & facetiarum plenos: ubi vero principes viri eum adibant, de induſtria illos ſibi legendos curabat, eique lectioni attentiſſimas aures præbebat, perinde ac ſi mirifice oblectaretur. Nobiles quidam viri ex regno Poloniæ religionis cauſa ad Urbem venerant; hos Clemens VIII Pontifex Maximus ad Philippum mittit, ut ſingularem ejus virtutem & ſanctitatem intueantur. Igitur ubi de eorum adventu nuntius affertur, Philippus ſtatim cuidam ſuorum præcipit, ut ex hujuſmodi libris unum accipiat, legatque uſque eo dum ipſe aliter jubeat. Itaque cum ad illum jam perveniſſent, ex templo Dei ſervus; Expectate quæſo, inquit, tantiſper, dum fabulæ iſtiuſmodi lectio abſolvitur. Interea vero dum legebatur; An non ego quoque, *eaſque coràm aliis legi ſibi jubet,* inquit, bonis libris utor, utileſque tractatus præ manibus habeo? aliaque hujuſmodi ſubjecit; de rebus autem ſpiritualibus mirum ſilentium. Quamobrem nobiles illi admiratione perculſi, inter ſe aſpicientes, ab eo diſceſſerunt. Tum vero Sanctus lectorem de manibus librum ponere juſſit, aitque; Quod facto opus erat peregimus. *Simulat ſe fabulis oblectari,*

314 Nec ſolum Philippus libros iſtiuſmodi apud ſe habebat, eoſque ſibi legendos curabat, cum ad illum ſalutandum viri principes ventitabant: ſed ipſe-
deque illi quaſi gloriatur. met, ubi ſe dabat occaſio, hæc eadem de ſe prædicabat; ut omnibus ſtultus propter Chriſtum appareret. Venerat ille ad Juliam Urſinam, qua de ſupra meminimus, ibique offendit Comitem de Olivares Hiſpani Regis Oratorem ejuſque uxorem. Hæc porro (ut eſt feminarum genus maxime curioſum) poſt pauca rogavit Philippum, quam pridem ſeculum reliquiſſet? At ille, Equidem, quod ſciam, numquam reliqui. His dictis ad Antonium Gallonium, quem ſecum duxerat, ſe convertens; Dic, ait, Antoni, nonne ego bonis libris delector poëtarum & fabulatorum? Is vero; Quidni, inquit, id facias Pater, qui divinæ caritatis flammas aliter temperare non potes? Tum vero Dei ſervus, qui longe aliud reſponſum petebat, domum reverſus, Antonium ipſum correxit; Et tu quidem, inquit, belle ſcilicet reſpondiſti. Propitius ſit tibi Deus: quid tibi in mentem venit, ut hoc diceres?

315 Laurentius Alterius, Nobilis Romanus, ad F Philippum venit, ejuſque ſingularem hilaritatem & *Abſtinet à ſerio gravique ſermone,* communem loquendi morem valde admiratus eſt; ut deinde Angelo Victorio, à quo ad illum miſſus fuerat, aperte dixerit, ſeſe ex eo congreſſu, nihil admodum ſpiritualis fructus reportaſſe. Cui Angelus, hanc eſſe Philippi artem eximiam ſubdidit, qua ſanctitatem ſuam diſſimulare atque obtegere ſtuderet. Quod quidem ubi ille accepit, de reviſendo quamprimum Dei ſervo ſtatim cogitare cœpit. Interea Victorius Philippo rem totam narrat, rogatque, ut redeunti ad ſe Alterio humanitatem exhibeat, ita tamen ut ne deſerat gravitatem. Tum vero Philippus; Amabo te, inquit, quid facerem? Vin' tu me ſupercilium attollere, quo dicatur; En Pater ille Philippus, qui ore rotundo præclara verba & ſententias funditat? Sane, ſi ad me revertatur, noveris me ad ſuperiora aliquid adjecturum. Redit deinde ad virum ſanctum Alterius; cumque ex frequenti ejus conſuetudine didiciſſet, virtutis diſſimulatione ſtudioque latendi hæc illum agere, ex ea die & unice dilexit & valde reveritus eſt.

316 Nec vero ſecus cum domeſticis ipſis ſe gerebat, quo nimirum ab iis etiam parvipenderetur.

S. PIERO. BARNABEO EX MS. *& ipſis domeſticis capit videri levis.*

Modo igitur illos ad currendum, modo ad ſaltandum provocabat; interdum quoque, dum erat in cubiculo, rubro bireto, quod, ut diximus, à Gregorio XIV acceperat, caput tegebat, atque ita ornatus ad ſe venientes operiebatur. Quod ſi forte quiſpiam ingredi non auderet; ſtatim illum appellans rogabat, cur non ingrederetur. Cumque audiret, non ſine cauſa id fieri, ſed quia Cardinalitiis inſignibus ornato, quinam titulus adhibendus eſſet, ambigeretur; ſtatim ſubridens, detracto ſibi bireto ajebat, An non ego fatuus & amens ſum? Hæc atque alia hujuſmodi prope innumera Dei ſervus facere conſueverat; numquam tamen de ejus exiſtimatione quidquam imminui potuit.

CAP. XIX.

Suos etiam publice mortificat,

317 At quoniam Philippus, non ſibi ſolum, ſed aliis etiam (quod ſæpe diximus) ſpirituales divitias parabat; quemadmodum ſemetipſum, ita ſuos quoque ad mortificationem quotidie exercebat. Quamquam autem innumera prope ſint, quæ in hanc rem ſcribi poſſent, pauca tamen ex iis referre hoc loco contenti erimus. Primum igitur ſuos in ſpiritu filios, quamvis genere & nobilitate præſtantes, ad

vilia jubendo,

B

januas eccleſiarum ſtare jubebat; ibique aut eleëmoſynam petere, aut limina ſcopis diligenter purgare; & quidem eo tempore, quo loca illa maxime frequentabantur. Ad hæc, dum conciones ad populum haberentur, eoſdem paſſim à populo ſtipem quærere imperabat; res plane iis temporibus inuſitata, quæque non ſine rubore exerceretur. Cum Oratorii locum in ædibus Caritatis (ut initio narravimus) extruendum curabat; plurimam cæmentorum, latetum, lignorumque partem à ſuis deferri voluit, quaſi ædificantibus pro mercede inſervirent. Interdum quoque oſtiatim panē emendicare, quandoque etiam in choro Fratrum Dominicanorum toto corpore proſtratos tamdiu jacere eos juſſit, donec Completorium atque Antiphona Salve Regina ſolenni more decantaretur.

318 Habebat præterea apud ſe varii generis conſpicilia, & quamquam iis numquam ipſe uſus eſt, aliis tamen, ac præſertim adoleſcentibus, hæc ante oculos affigebat, eodemque ornatu huc atque illuc eos mittebat; aliaque id genus quamplurima ſuis imperabat, ut nimirum omni cura propriæ exiſtimationis abjecta, veram ac ſolidam humilitatem induerent. Juvenis quidam aliquando accepto tintinnabulo campum Floræ, aliaque celeberrima Urbis loca, eo jubente obibat: quamobrem opifices & tabernarii, intempeſtivo ſonitu exciti, ad eum undique accurrebant, & quaſi dementem ac ſtultum riſu, jocis & ſibilis proſequebantur. Alium quoque per Urbem vagari juſſit, cujus ab humero pendebat ligneum operculum arculæ, eique inſcriptum erat, Ob tragemata devorata.

imo & ridicula,

C

319 Adierat beatus Pater Cardinalem Alexandrinum, cumque de more adduxiſſet ſecum è ſuis plurimos, prius quam diſcederet Cardinalem rogavit, ut bellariorum aliquid ſibi daret, quod iis, quos ſecum habebat, filiis impertiret. Tum vero Cardinalis (ut Philippi conſilium optime noverat) grande quoddam cruſtulum ex armario depromit, eiq; donat. Vixdum autem Pater domo pedem extulerat, cum acceptum edulium in ſingulos diſpertit, hac lege, ut quod quisque acceperit, ſtatim comedat. Haud mora: continuo Patris præcepta faceſſunt, atque inter eundum ſuo quisque munere egregie fungitur. Cum è ſuis quidam intonſos ad frontem capillos deferret, ad tonſorem confeſtim ire juſſit: & ut hominem acrius exerceret, ad B. Felicem, de quo ſupra dictum eſt, eum ablegavit. Paruit ille, & virum ſanctum adit. Is vero (ut ei jam cum Philippo convenerat) ad cutem illi caput attondit, id quod ipſe patientiſſimo animo tulit. Alius quidam è ſuis faber lignarius, cui Roberto erat nomen, rogavit illum, ut ſibi cilicio utendi poteſtatem faceret. Annuit Philippus, hoc tamen pacto, ut eo ſibi tamquam cingulo extimas veſtes præcingeret; nec ille mandatum detrectavit, ſed ex ea die ad mortem uſque quo juſſus fuerat modo ſeſe cilicio præcinxit; quamobrem Bertus à Cilicio ab omnibus appellabatur.

cuibus illi ſe egregie vincerent.

D

320 Vir erat in Urbe inter principes non poſtremus, eratque ei canis in deliciis, ut propterea laute ac delicate eum alendum curaret. Accidit autem ut unus ex ejus familiaribus ad ædes S. Hieronymi hunc ipſum canem duceret, illectusque Philippi blanditiis, perinde ac ſi ſenſum humanitatis haberet, ab eo deinde divelli non potuit, quamvis illum vir ſanctus ad Dominum ſuum ſæpiſſime remiſerit. Non tulit id leviter initio Dominus, quamobrem fugitivum & contumacem arctius cuſtodiendum curavit: cum autem videret illum, ubi liber abire poſſet, ſtatim ad Philippum redire, ſubridens dixit; Non ſatis habet Philippus, ſi mihi homines auferat, niſi etiam ab domo mea beſtias avertat: nonnulli enim Philippo auctore, relicta ejus aula, ſe totos Dei ſervitio mancipaverant. Hoc ipſo cane deinde uſus eſt Sanctus, ut ſe ſuosque in ſpiritu mortificationis exerceret. Modo enim in ſinu illum, aut geſtabat ipſe, aut ab aliis geſtari jubebat; modo lavari aut pecti, modo poſt ſe catenatum duci jubebat, idque exercitium per annos quatuordecim protractum eſt: quapropter Cardinalis Taruſius, humanarum mentium crudele flagellum, canem ejuſmodi per jocum appellare conſuevit. Ad hunc ipſum finem, cum beatus Pater ad Vallicellam ſe contulit, in ædibus Caritatis felem reliquit, quam deinde toto ſexennio per ſuos ibidem quotidie pavit: eosque ad lanii tabernam quandoque mittebat, ut edulium illi pararent; mox ad ſe revertentes, quamvis iidem ſæpe viri nobiles eſſent, præſentibus etiam Præſulibus & Cardinalibus, interrogabat, an feli prandium detuliſſent; utque ſe haberet; quam bene comediſſet; atque hoc genus alia, quaſi de re graviſſima ageretur.

familiare etiam cane ad id utens,

item fele.

321 Cæſarem Baronium, cum primum ejus arbitrio regendum ſe dedit, non ſemel ad cauponas miſit ea lege, ut minimam omnium vini menſuram expeteret, & grandem quemdam œnophorum, nempe ſextariorum duodecim ſecum deferret, ac diligenter abluendum curaret, iretque cum caupone ipſo in cellam vinariam; denique pretii loco ſolveret aureum nummum; & quidquid ſupererat de pretio reciperet. Quæ quidem omnia cum ille religioſiſſime exequeretur, caupones ipſi iracundia permoti, quod ſe deludi exiſtimarent, omnibus verborum contumeliis hominem onerabant, quandoque etiam verberibus ſeſe eum male accepturos minabantur. Hunc ipſum Baronium, cum jam Sacerdotio inſignitus Florentinæ nationis eccleſiam adminiſtraret, crucem ſæpius per Urbem geſtare juſſit, dum mortui ad eamdem eccleſiam efferrentur; quod ferme pauperum adoleſcentium eſt, qui infimis templorum miniſteriis inſerviunt.

Quomodo exercuerit Baronium.

E

F

322 Thomas Bozzius erat honeſtiſſimus juvenis, qui & ipſe Philippi curæ atque arbitrio ſe commiſerat. Hunc igitur, dum Paulo III Pontifici anniverſariæ exequiæ ſolenni pompa ab Alexandro Cardinali Farneſio celebrarentur, multisque pauperibus funebres veſtes tribuerentur, eorum numero adſcribendum curavit, & cum iis pariter præclaro funeri aſſiſtere juſſit. Bernardinus Corona, Guilielmo Cardinali Sirleto intimus familiaris, cum primum in Philippi fidem & diſciplinam ſe tradidit, continuo Vir ſanctus in ſtudio mortificationis eum exercendum putavit. Sæpe igitur ante ipſius Cardinalis ædes eum, quaſi

Bozzium,

Coronam,

A quaſi à pedibus ſervum, manu equum ducere juſſit: & quoniam propexam venuſtamque barbam habebat, ut mediam raderet imperavit: quamquam euntem, & jamjam mandata exequentem, ſtatim retinuit, ſola voluntate contentus. Quantam deinde vitæ puritatem vir iſte hac ſui deſpicientia fuerit aſſecutus, quicumque eo familiariter utebantur, luculenter teſtati ſunt; ſiquidem innocentia & ſimplicitate vere effectus eſt, ſicut parvulus; quam ob cauſam à Philippo mirum in modum diligebatur.

323 Admonitus aliquando à janitore ut in eccleſiam deſcenderet, ubi illuſtris quædam femina
Vitelleſcum. eum ad colloquium operiebatur; quamquam æſtivi dies eſſent, tamen lacernam pelliceam ſumpſit, eoque habitu indutus in templum venit. Dein colloquio abſoluto in proximum impluvium ſecedit, exutaque lacerna, & quidem inverſa, Marcellum Vitelleſcum induit, nobilem adoleſcentem, de quo antea mentionem fecimus. Cum autem eo tempore Veſperæ in eccleſia decantarentur, præcipit ei vir ſanctus, ut ſic lacernatus in chorum ſe conferat, Baronio, qui tunc aliis præerat, neſcio quid nuntiaturus. Adoleſcens, ut erat ſuopte ingenio timidus ac verecundus, quo potuit occultius poſt ſedilia ad Baro-
B nium accedit. Vidit hæc Philippus, qui de induſtria in templum reverſus, rem diligenter obſervabat; redeuntique Marcello ſtatim imperavit ut recta per medium chorum ad Baronium regrediatur. Quod ille extemplo ſine mora ulla peregit.

324 Antonius Gallonius erat corporis habitudine
Gallonium, adeo ferventi, ut vel in media hieme una dumtaxat tunica uteretur. Hunc igitur Sanctus, ut more ſuo exerceret, tota æſtate per tres continuos menſes, ſuper laneam togam, lacerna quoque pellicea indui juſſit. Hunc ipſum, virum ceteroqui graviſſimum, cantiunculas quaſdam ad ruſticorum Nurſinorum modos cantare ſæpe jubebat, maxime autem cum principes viri ad noſtras ædes venirent; hac enim ratione principes ipſos, Gallonium, ſequemet pariter exercebat. Quidam ex noſtra Congregatione mali
alioſque, dæmonis inſtinctu contemptim de beato Parente ſentire cœpit; cum autem hanc ipſam tentationem eidem libere aperuiſſet, præcipit ei vir ſanctus, ut in medio triclinio coram diſcumbentibus ejuſmodi cogitationes proferret. Id quod cum ille promptiſſime exequeretur, ipſemet Sanctus eidem dicenti libentiſſimas aures dabat. Hanc porro medicinam vir pru-
C dens, quamvis multis ſuorum, non tamen omnibus adhibebat; ſed iis dumtaxat, quos ad eam paratos eſſe noverat. Quamobrem Ignatius Feſtinus, Ordinis Fratrum Prædicatorum, teſtatus eſt, ſeſe olim, cum laicus eſſet, propterea quod occultas quaſdam tentationes, Philippo jubente palam ac publice protuliſſet, & magnam cœpiſſe in ipſa prolatione jucunditatem, & protinus omni moleſtia atque periculo caruiſſe. Auguſtinus Mannus Canthianenſis,
Item Man- Congregationis Presbyter, vir ſpiritu & caritate fer-
num, ventiſſimus, cum quodam die præclarum ſermonem ad populum habuiſſet, à Philippo accerſitur; utque eadem, quæ dixerat, verba ſexies in Oratorio diebus ſequentibus repetat, expreſſe jubetur. Quod quidem ille tam ſtudioſe diligenterque perfecit, ut cum eum deinde accedentem ad dicendum viderent auditores, continuo obmurmurantes, En ille, inquiebant, præclarus Orator, qui unum eumdemque dumtaxat ſermonem habere novit.

ac rurſus Baronium, 325 At quoniam primum omnium à ſuis Philippus exigebat, ut intelligentiam & mentem, quæ ſummum in homine obtinent locum, in obſequium Chriſti ſubmitterent; rem profecto arduam atque difficilem, eoque nomine à Sanctis omnibus maxime commendatam; non eſſe alienum duximus hoc loco repetere, quod eidem, quem modo memoravimus, Baronio accidiſſe ſupra innuimus. Redibat ille à Pontifice (fuit is Sixtus V, cui nomini utique noſtra Congregatio plurimum debet) ab eoque, poſt oblatas ad Martyrologium Romanum præclaras Adnotationes, annua penſione eccleſiaſtica vel invitiſſimus donatus fuerat; eo ſcilicet, ut Annalibus Eccleſiaſticis, quos conſcribendos ſuſceperat, commodiorem operam navare poſſet. Vixdum autem ad Vallicellanas ædes ſe receperat, cum Philippus ad eum mittit, qui Congregationis nomine annuam contributionem ab illo exigat. Voluit quippe ſanctiſſimus Inſtitutor, quam filiis ſuis poſuerat legem ipſo initio ſtabilire, ut ex cenſu quiſque ſuo quotannis in commune conferrent, propriiſque ſtipendiis militarent. Viſa eſt initio ea res Baronio nimis dura: & quamquam beato Parenti in omnibus dicto audientem ſeſe præbuerat, tamen in hac re paſſus eſt aliquid humani: quippe qui pecunia haud modica opus habebat ad ea quæ ſibi ex Vaticanis codicibus exſcribenda erant, ipſosque Annales excudendos, quo dumtaxat nomine eccleſiaſticam penſionem acceperat. Itaque plures adhibuit ex hominibus noſtris, ut B à ſuſcepto conſilio Dei ſervum averteret: ſed fruſtra: neque enim ille cujuſquam dictis vel minimum de ſententia deflexit.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

325 Qua re Baronius in eam denique neceſſitatem adductus eſt, ut ad Thomam Bozzium ſtatim *ſeverus ejus actor obedientiæ,* adiverit; eumque enixe rogaverit, ut Patrem, quibus poſſet rationibus flectere conaretur; ne forte ſibi daretur occaſio alio cogitandi: id verò ſumma cum diligentia ſtatim perfecit Bozzius, nullo tamen fructu. Philippus enim ut cum maxime in propoſito perſeverans, libere aperteque reſpondit; Aut pareat Cæſar, aut abeat, quandoquidem hominibus non eget Deus. Hoc accepto reſponſo conticuit Bozzius, mox ad Baronium revertitur; & quoniam apud Philippum profici nihil poſſet, etiam atque etiam illum hortatur, ut in hac quoque re ſeſe ejus arbitrio & voluntati ſubmittat, cui nimirum ſua omnia ſeque ipſum deberet. Acquievit ille amiciſſimi hominis conſilio, & continuo ad Philippum ſe contulit; cujus pedibus provolutus, pertinaciam ſuam confeſſus eſt; petitaque venia, non modo quam nuper penſionem acceperat, ſed quæcumque habuiſſet umquam libentiſſime ſe daturum promiſit. Tum vero Sanctus; Nunc demum, quod debueras, effeciſti: abi jam, & cenſu tuo utere, ut libet, nihil enim F niſi voluntatem tuam à te quærebam. Diſce ex hoc obedientiam, & ſine ulla contradictione Superioris imperio parere.

326 Nec plane abſimile eſt quod de Tauruſio narratur, nosque ipſi ex Petro Conſolino viro can-
& Tauruſium, didiſſimo non ſemel audivimus. Continebat enim Philippus in diſciplina cum ceteros omnes, tum eos maxime qui eruditione aut generis nobilitate præſtarent; quippe quorum facta ad exemplum aliorum plurimum valere intelligebat. Igitur quodam die huic ipſi Bozzio, de quo modo diximus, ad ſe accerſito, præcipit, ut diſceſſum è Congregatione Tauruſio ſtatim edicat, quandoquidem ejus mores cum ejuſdem Congregationis inſtituto nulla jam ratione congruerent. Tam triſti tamque inopinato nuntio ille perculſus, incredibili dolore correptus eſt: nec ſibi, multa cum animo dies noctesque agitanti, unquam occurrit, quid eſſet, quo Philippum tam graviter offendere potuiſſet, ut ſe Congregatione prorſus indignum exiſtimaret. Itaque poſt multas & aſſiduas ad Deum preces, ceteraque ad Numen propitiandum adhiberi ſolita, ad Bozzium venit; rogat, ſi ſalvum & incolumem ſe eſſe velit, quam accura-
etiam diſceſſum ei à Congregatione indicens. tiſſime cum Philippo agat, ut ſi quid deliquiſſet, tandem

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

tandem aperiret, nec ſe diutius dolore & miſeria tabeſcere pateretur: delicti pœnam quamlibet vel graviſſimam æquo animo ſeſe laturum, dum ne ex Congregatione abire cogeretur. Paruit amico ſtatim Bozzius: & quamquam Philippi conſtantiam ſatis noverat, tamen ejus benignitate confiſus, animum ſumpſit, & ad illum venit cum ipſo Tauruſio, quem tamen extra cubiculi limen reliquit. Ingreſſus deinde qua potuit dexteritate ſermonem inſtituit, errantemque ovem ad paſtorem ſe reduxiſſe inquit, nec dubitare quin aperto ſinu ab eo eſſet excipienda. His dictis denique beatus Pater annuere viſus eſt, & rem forte, ut ſolebat, divinitus odoratus, Tauruſium ad ſe introduci jubet: quem ubi afflictum jacentemque ad pedes ſuos videt, prę dolore ac gemitu vix verba promentem; Parcitur tibi, inquit, veniam humiliter expoſcenti; vide autem in poſterum quid agas, ut Congregatione iſta haud indignum te reddas. His dictis hominem à ſe dimittit: mox ad Bozzium ſe convertens; O quantum, inquit, paucis hiſce diebus iſte ad virtutem profecit?

B *perfectionē metitur*

327 Igitur nihil antiquius habuit Philippus, quam ut homines intellectum captivarent in obſequium Chriſti. Ajebat enim viri ſanctitatem trium digitorum ſpatio contineri: atque hæc dicens, digitos ipſos fronti admovebat: deinde rem planius explicans, Tota hominis perfectio, ajebat, in mortificando propriæ rationis conſilio conſiſtit. Quamobrem cum ad illum adibat quiſquam, qui ſanctitatis opinione floreret; mortificationibus virtutem ipſius experiebatur: quod ſi hominem dominantem animo ſuo & ſibimet acriter imperantem videbat, optime de illo exiſtimabat; ſin autem, ejus virtutem valde ſuſpectam habebat. Denique quaſi alter Joannes Columbinus, cujus ſpiritum & virtutē hauſerat, Congregationis alumnos, quantum ejuſmodi inſtitutum patiebatur, ad mortificationem jugiter exercebat. Modo enim, cum ex eis quiſpiam ſermocinabatur, in ipſo fervore dicendi per alium repente illum interpellabat, & ſtatim è ſubſellio deſcendere jubebat, quod ipſemet ſermonem habere vellet. Sæpe etiam iiſdem, nec opinantibus, ad populum ut verba facerent, imperabat: quippe qui divino prędītus lumine futura prævidebat. Quamobrem eo jubente, vel imparati, multo melius multoque fructuoſius loquebantur, quam ſi ad dicendum paratiſſimi acceſſiſſent.

mortificationē

& prompta obedientia,

C *varie ſuos in utraque exercens,*

328 Interdum quoque ad bibliopolas per Urbem mittebat, ut ab iis ineptos & ridiculos libros quærerent, & quidem clara voce, quo ſcilicet ab audientibus irriderentur. Hos ipſos non raro ex ædibus Caritatis ad Vallicellam ire jubebat, aut ſine pallio, aut laceris obſoletisq; veſtibus, ut propterea uni eorum vir nobilis aliquando manicas eleëmoſynæ loco obtulerit. Quas quidem cum ille modeſte recuſaſſet, idque ſubinde reſciſſet beatus Pater; ſtatim ei imperavit, ut ad virum illum rediret; diceretque, ſeſe, etſi manicas paulo ante recuſaverat, nunc tamen eas libentiſſime accepturum, quod iis plane indigeret. Abiit ille, acceptoque pio munere, eodem Philippo jubente, deinde uſus eſt. Præterea ex ſuis alios, eorum qui ad ſe ventitabant pedes oſculari, alios coram principibus viris (quod modo diximus) canere & ſaltare jubebat; hos lineo pileolo, illos veteri latoque galero, aut longo Roſario è collo ſuſpenſo ornatos per Urbē incedere; alios deniq; alio atq; alio mortificationis genere exercebat, prout cuiq; eorum expedire intelligebat; hæc identidē repetens; Filioli, parvis mortificationibus aſſueſcite, ut majora quotidie ſuſtinere poſſitis.

ad omnia obſequentiſſimos.

329 Illud autem in Philippo vel maxime admirere, quod nihil unquā, quamvis grave & moleſtum, cuiquam imperavit, quin ille ſtatim ex animo exequeretur; ex eoque fructum perciperet, quem Pater ipſe cupiebat. Quippe qui à Deo doctus optime intelligebat, quid quis ferre poſſet, quidq; cujuſque ingenio maxime congrueret. Quapropter eorum nonnullis, qui triginta & quadraginta annos cum illo vixerant, nihil hujuſmodi unquam imperavit; alii contra, ſimul atque ei ſe obtulerant, continuo duriſſimis ac difficillimis in rebus ab illo tentabantur. Hanc porro virtutem quanti æſtimaret vir Sanctus, illud præſertim indicio eſſe poſſit, quod præclara illa verba S. Bernardi in ore ſemper haberet, Spernere mundū, ſpernere nullum, ſpernere ſeipſum, ſpernere ſe ſperni: quibus ſtatim ſubjungebat, Et hæc ſunt dona Superni, aut illud; Huc ego pervenire non pōtui; huc ego pervenire deſidero; atque his ſimilia: ut nimirum intelligeretur, quanta & quam non facilis ſit hæc virtus. Quamquam autem Dei ſervus in id ſtudium totus incumberet, poſtremis tamen vitæ ſuæ annis externæ hujus mortificationis exercitio parcius utebatur; quod nimirum (ut ipſe ajebat) res admodum innotuiſſet, nec jam tanto cum fructu perageretur, quin etiam nonnulli ſuperbiæ & vanitatis occaſionem arripere inde poſſent. D

CAPUT XXIV. E

Patientia injuriarum & morborum excellens in Philippo.

330 CAP. XX. UT autem ad eam virtutem veniamus, quam ſancti viri veræ ſanctitatis indicem æſtimarunt, patientiam, inquam; præter ea quæ ſuperius initio diximus, citra omnem arrogantiam affirmare poſſumus, toto vitæ ſpatio Philippum in hujus virtutis palæſtra ſe ſtrenue exercuiſſe: quæcumque enim facere tentavit, in iis ferme omnibus fortes graveſque adverſarios nactus eſt. Primum igitur, ut eſt Aulicorum turba ad obtrectandum facilis & expedita, multa contra illum temere jactabant, præſertim cum Oratorii exercitia frequentari cœperunt. Si forte enim è ſuis quiſpiam, aut officii aut negotiorum cauſa, adiret Principum aulas, continuo ludibundi ad eum concurrebant, & rogabant, quid ageret P. Philippus? quid cupediarum mane liguriſſet? quot capos dono accepiſſet? quot pulpamenta ad illum miſiſſent ejus in ſpiritu filiæ? atque alia hujuſmodi in virum ſanctum importune effutiebant. Quibus dicteriis annos jam plures cum linguas procaces exercuiſſent, Urbem prope totam compleverant; ut paſſim per compita atque tabernas, irreligioſum atque otioſum vulgus Philippum ejuſque diſcipulos derideret, atque hoc ſe ludo quotidie oblectaret. Quæ omnia cum ad virum ſanctum à ſuis deferrentur, non modo æquo animo, ſed etiam ingenti cum gaudio accipiebat: ut omnes plane, qui ad eum ventitabant eaque audiebant, ad tantam virtutem obſtupeſcerent. Quin etiam vir nobiliſſimus, & ipſe nuper Philippi deriſor atque contemptor, incredibili patientia commotus, Dei ſervum eo uſque ſuſpexit, ut ejus orationibus ſæpiſſime ſe commendaret, ejuſdemque ſanctimoniam ubique prædicaret.

Initio cuſpiam diti Oratorii,

F *aulicorum & vulgi dicteriis proſciſſus,*

omnia ſi lentiō ſuſtinet,

331 Ii vero qui æmulatione aut invidia ferre non poterant Oratorii exercitia indies creſcere, bonumq; Inſtitutoris odorē quotidie latius diffundi, nihil omnino prætermittebant, quin improbiſſimos in illum rumores diſſiparent. Quamobrem quodā die tota Urbe vulgatū eſt, Philippū hunc, qui in ædibus Caritatis habitabat, turpem ob cauſam in carcerem conjectum eſſe. Hujus commēti ea fuit origo, quod ſervus quidā, cui nomen erat Philippo, quiq; in eiſdem ædibus verſabatur, tamquam flagitioſus carceri addictus fuerat; quapropter impoſtoribus improbis haud difficile fuit imperitum vulgus in errorem adducere, & in virum

etiam calumniaꝝ,

A virum ſanctiſſimum criminis culpam conferre. At ille cum omnia reſciſſet, ne tantulum quidem commotus eſt, ſed hilari vultu ſubriſit, & rem pro nihilo duxit.

& convitia ſibi in os dicta à judice.

332 Fabricius de Maximis, à viro potentiſſimo graviter vexatus, capitalis criminis per ſummam injuriam inſimulabatur. Hunc igitur Philippus, quod ejus innocentiam probe noſſet, omnimodis defendendum & protegendum putavit. Quamobrem ad Judicem ſe contulit, rem, ut erat, ex ordine narraturus. Hic vero, ut erat affectibus occupatus, omnemque inquirendæ veritatis rationem amiſerat, ne audire quidem illum voluit; quin etiam multis probris increpitum ab ſe diſcedere juſſit; ut qui tum beati Patri comes aderat Pompejus Paterius, infractam ejus patientiam ſatis admirari non poſſet: quo enim gravius inceſſebatur, hoc benignius convitianti reſpondebat, nec niſi humilitate ac manſuetudine alienam inſolentiam ſuperabat. Adfuit deinde, qui facit

à ſervulo, judicium & juſtitiam omnibus injuriam patientibus Deus, Fabriciumque periculo, Philippum ſolicitudine liberavit. Haud ſecus accidit viro Dei cum ſervulo quodam vili atque arrogante, in æde S. Joannis

B Florentinæ nationis. Is enim per ſummã injuriam illi tam grave convitium facere cœpit, ut qui intererat. Fabricius Maria Zachettus, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, rei indignitate commotus, vix ab eo manus abſtinere potuerit. Cum autem videret Philippum, tam fortiter injurias & contumelias ferentem, ſeſe continuit; ex eoque facto, homo gravis & prudens, viri ſanctitatem non dubio argumento interpretatus, ex ea die illum magis magiſque ſuſpexit. Ibat aliquando beatus Pater per Urbem de more cum ſuis,

à Cardinali quodam: & forte incidit in Cardinalem, qui falſis in illum calumniis & ſuſpicionibus occupatus, ſtare currum juſſit, ibique publice gravioribus verbis illum accepit. At Sanctus, ut optimum corrigentis animum probe noverat, nihil omnino ea re permotus, qua ſolebat hilaritate & tranquillitate prope ad illum acceſſit; eique in aurem neſcio quid breviter inſuſurravit. Tum vero Cardinalis, poſito repente ſupercilio, hominem arcte complectitur; & Perge, inquit, Pater, & quæ cœpiſti feliciter exequere.

injuriam ab uno è ſuis ſuſtinet.

333 Nec vero cum externis ſolum Philippo decertandum fuit, ſed interdum etiam cum domeſticorum nonnemine. Agebatur aliquando res Congregationis valde gravis, de qua cum allatæ eſſent litteræ ad ipſam Congregationem, eaſque ille tamquam

C Præpoſitus aperiret; è ſuis quidam (ut erat cervicoſus ac durus, eaque inibi ſcripta eſſe ſuſpicabatur, quæ ab eo legi noluiſſet) per ſummam licentiam ac temeritatem, abreptas è manibus abſtulit: non enim, ajebat, legi oportere. Id quod vir patientiſſimus tam ſedato animo tulit, ut nulla ratione ea de re queſtus ſit. Quamquam deinde poſt annos plures, biennio antequam ex hac vita diſcederet, Germanico Fideli mandavit, ut poſt migrationem ſuam hominem omnino admonendum & corrigendum curaret; atque hoc ipſum, ne forte excideret, ſcripto notaret; quo videlicet præteritam culpam agnoſceret, & veniam à Domino precibus impetraret. Multa præterea Chriſti famulus patientiſſimo animo pertulit, quæ quidem conſulto brevitati ſtudentes omittimus. Quapropter Franciſcus Roſanus, vir juxta pius ac doctus, hæc ipſa recogitans, eaque præſertim, quæ Philippus eo tempore paſſus eſt, quo Oratorii exercitia frequentari cœperunt, dicere conſueverat: Philippus jure ac merito in ædibus S. Hieronymi ſedem fixit, quandoquidem eorum uterque graviſſima pro Chriſti nomine perpeſſi ſunt.

334 Illud vero hic adnotandum videtur, quod quicumque Philippum quoquo modo inſectati eſ-

ſent, ii aut pœnitentia ducti ad eum revertebantur, veniam poſtulantes; aut certe, ſi id facere neglexiſſent, contumaciæ ſuæ poſt paulo, Deo ulciſcente, juſtas graveſque pœnas dabant. Oblocutus quidam fuerat de Chriſti famulo; poſtridie vero ejus diei, cum domo pedem efferret, in abruptum locum præceps lapſus eſt, & crus alterum fregit, nihilque propius fuit, quam ut vitam amitteret. Id non aliam ob cauſam ſibi accidiſſe affirmavit, quam quod de Philippo minus honeſte locutus erat: quod ſi malo animo id feciſſet, pro certo ſe habere, futurum fuiſſe, ut non modo crus, ſed etiam collum elideret. Ex illo autem tempore pati omnino non poterat, quemquam adverſus beatum Virum, vel quid leviſſimum proferre.

A. MIERO. BARNABEO EX MS. *Obtrectatores ejus puniuntur:*

unus fracto crure,

235 Matrona quædam, pietate, nobilitate, & doctrina, per id tempus in Urbe ſpectabilis, morbo graviſſimo diu vexata, in extremo jam vitæ diſcrimine verſabatur. Hanc itaque Philippus pro ſpirituali neceſſitudine (erat enim illi à Confeſſionibus) ſæpiſſime viſitabat: qua re ipſius nepos in eam ſuſpicionem adductus eſt, ne forte piiſſima femina aut Philippum aut inſtitutam ab eo Congregationem

E heredem faceret. Igitur homo potens & cupidus, per domeſticos aliquot edicit illi, ut ne in poſterum ad ſuas ædes accedat. At Sanctus, quia nihil aliud niſi ſalutem animarum cupiebat, ad eam deinde itare non dubitavit. Tum vero ille, ira & nova quadam ſuſpicione fervidior atque commotior, famulis omnibus præcipit atque interdicit, venientem in ædes neutiquam introducant. Nec tamen propterea Philippus incepto deſiſtit, nec, minis licet graviſſimis perterritus, caritatis officium deſerit. Quæ cum ad Patres

& multã minitans ſe rediiſſe Congregationis perlata eſſent, continuo ad illum advolant, rogant, obſecrant, obteſtantur, ut det locum iræ, nec mortis diſcrimini ſe committat. Sed ille, Ego, inquit, hanc ideo viſito, quia animæ ejus ſalutem quæro; quod ſi hoc nomine mortem oppetere liceat, nihil mihi optatius, nihil jucundius accidere poterit. Omnibus tamen contradicentibus atque enixe orantibus, ut demum tempori cederet, nec quidquam ultra tentaret; Quieſcite, inquit, nihil mihi periculi eſt ab hoc homine: hæc enim, quæ modo tam graviter ægrotat, brevi priſtinæ ſanitati reſtituetur; ille vero, qui tã vegeto ac valenti corpore eſt, intra quindecim dies extinctus jacebit. Neque abfuit dicto fides; ſiquidem mulier poſt paulo ex infirmitate convaluit, & plures annos Philippo ſuperſtes fuit; nepos autem ejus intra prædictos dies mortuus eſt.

alius ipſum domo excluſum volens

cita morte!

F

336 Viſitavit aliquando Vir ſanctus cum ſuis de more ſeptem Urbis eccleſias: quidam vero, qui exercitium hujuſmodi nequaquam probabat, ſocium ſuum alloquens, non ſine contemptu dixit; An vero neſcis Hieronymiſtas (hoc enim vocabulo noſtri olim appellabantur, cum Oratorium in ædibus S. Hieronymi initium habuit) ſeptem eccleſias obiiſſe, ſeptemque aſinos placentis onuſtos ſecum duxiſſe? Multaque præterea effutiit, exercitia ejuſmodi deridens atque contemnens. Sed caro ei ſtetit ludificatio: nec enim multos poſt dies, & ipſe miſere interfectus eſt; &, qui ei faciles aures dederat, pariter vitam amiſit.

item irriſores duo:

337 Præſul quidam, cujus nomini parcitur, multa & prorſus indigna adverſus Dei ſervum locutus eſt cum Cardinali, per eos dies Pontifici in primis caro, quo nimirum Oratorii exercitia prohiberentur: eoque res tandem devenit, ut ad Pontificem ipſum omnia delata fuerint. Quæ quidem quamquam ſigillatim Philippo referebantur, numquam tamen de calumniatore queſtus eſt; ſed conſcientiæ teſtimonio innixus, totam hanc procellam invicto animo

& Præſul contra Sanctũ agens,

A. PIERO. BARNABEO EX MS. ſuſtinebat, quin etiam ad Cardinalem illum ſæpius veniebat, à quo variis objurgationibus exercebatur: hac enim ratione Vir ſanctus ſe ipſum frangere atque contemnere ſtudebat. Interea non ſine Numine factum eſt, ut Olivetanæ Congregationis Monachi plura eidem Præſuli objecerint, præſertim quod ab ſua Congregatione poſt exactum inibi quinquennium apoſtataſſet; quamobrem tamquam transfugam & ſui Ordinis deſertorem ad ſupplicium deposcebant. Is vero ut ſe hoc crimine peti videt, in tantam ægritudinem incidit, ut jam propemodum ad ultimam deſperationem adductus, intra paucos dies ex hac vita deceſſerit. Philippus vero immemor injuriæ, memor clementiæ, ægrotantem ſæpius inviſit: auditaque ejus morte, vehementer indoluit: atque è ſuis uni; Cedo, inquit, ſacra Biblia. Quæ cum aperuiſſet, ſeſe illi ante oculos obtulit illud proverbium; Homo apoſtata vir inutilis, graditur ore perverſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia ſeminat: huic extemplo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit ultra medicinam.

accuſatur ipſemet ut apoſtata.

Prov. 6.

338 Alios præterea hic recenſere poſſemus, quos tamen ſilentio libet præterire, ne forte ex rebus geſtis etiam perſonæ innoteſcant: quamplurimi enim numerantur, qui Dei ſervo adverſati ſunt, quamobrem diſperdidit eos Deus, & cum familiis ipſis miſere interierunt. Ea autem erat Philippi patientia, ut non modo perſecutores ſuos æquo animo toleraret, ſed etiam vere & ex animo diligeret. Itaque, & ipſemet pro iis rogabat, eoque nomine Baſilicam S. Petri, aliaque ſacra loca ſæpe viſitabat, & ſuos in ſpiritu filios idipſum ſuo nomine facere jubebat: denique omnia patienter ferendo eo pervenerat, ut nemo eum unquam viderit iratum, ac prope neſciret iraſci. Quod ſi interdum, è ſuis quempiam corriperet, vultumque ſuperinduëret ſeveriorem aliis præſentibus; ubi munus hujuſmodi expleverat, correptoſque ab ſe dimiſerat, ſtatim ad eos qui aderant ſe convertens; Nonne, ajebat, vobis videor iratus? aut illud; An ego apud vos offendi? eodemque momento vultum placidiſſimum reſumebat.

B *Ille vero pro talibus orat.*

nulli ſciens iraſci:

339 Quodam die, peracto Sacrificio, è privato ſacello egredienti ſeſe offert Antonius Gallonius: quem ſtatim Pater, quaſi ei graviter iratus eſſet, ſine cauſa reprehendit: cumque ſe modeſtiſſime excuſaret, acrius atque acrius objurgat: qua re Antonius non nihil repente commotus eſt. Tum vero Sanctus, Antoni, da mihi oſculum, ſtatimque in ejus amplexum ruit, atque omnem ab illo iracundiæ nebulam diſpulit. Id porro Petrus Paulus Cardinalis Creſcentius, ex primis (ut diximus) Philippi diſcipulis, nobis audientibus ſic interpretatus eſt, ut non modo Dei famulus hac ratione Gallonium exercere, ſed etiam pallorem illum obtegere voluerit, quo inter ſacrificandum ſuffundebatur, & mortuo ſimillimus apparebat. Nemo illum triſtem vidit unquam: quacumque hora eum adires, hilarem lætumque offenderes: idque tam vulgare erat apud ſuos, ut libere dicerent; Philippo quidvis injuriarum, aut dicto aut facto intuleris, numquam illum conturbaveris. Quamobrem cum aliquando accepiſſet, dixiſſe quoſdam, illum jam ætatis vitio deſipere ac repueraſcere, vehementer gaviſus eſt. Rurſum verò cum audiſſet multa pro concione contra Oratorii inſtitutum prolata fuiſſe, nihil quidquam reſpondit, nec ea re vel minimum perturbatum ſe eſſe oſtendit.

Ille id aliquando ſimularet.

C

Frequenter & graviter infirmus

340 Nec minori ſane patientia Philippus ſuſtinuit corporis infirmitates, quas ferme quotannis ex nimio labore contraxit; & graviores eas quidem longioreſque, ut ſæpius de illius ſalute deſperatum fuerit, & quater Oleo Sancto, quaſi jam jam expiraturus, inunctus ſit. Etſi enim corpore ægrotabat, animum tamen vultumque ſemper hilarem retinebat: cumque aliquando medicorum judicio de illo conclamatum eſſet, videretque omnes mœrore metuque conſternatos, conſtanter & fortiter clamare cœpit; Paratus ſum, & non ſum turbatus. De morbo non niſi cum medicis loquebatur, nec doloris, licet graviſſime torqueretur, vel minimum indicium oſtendit. Dum ægrotaret, niſi forte id nominatim à medicis vetitum eſſet, ſuorum Confeſſiones auſcultabat: quod ſi domeſtici illum rogarent, ut tantiſper deſiſteret, dum convaleſceret; ſtatim reſpondebat, ea re ſe mirifice recreari: adeo ille alienæ ſalutis deſiderio flagrabat. Ægrotus, qui mos eſt ferme omnium, vocem numquam mutavit aut remiſit, ſed eumdem plane verborum ſonum retinuit, quaſi optime valeret: quin etiam quicumque conſolandi gratia eum adibant, hos ipſe conſolabatur, & jucundis alloquiis recreabat. Illud autem miraculo fuit, quod homo devexa jam ætate, poſt gravem & diuturnam ægrotationem, cum primum è lecto ſurrexerat, continuo Sacrum faceret, aliaſque ejuſmodi functiones libere exerceret; quique veſperi moribundus videbatur, poſtridie mane ſanus ac vegetus ſua munera obiret, perinde ac ſi nullo morbo tentatus eſſet. Quamobrem, cum aliquando eum tam ſubito convaluiſſe medici obſtupeſcerent; Philippus, ut oſtenderet auxilium ex alto ſibi obveniſſe; Nequaquam vos, inquit, ſed hæ ſanctæ Reliquiæ ſanitatem mihi reſtituerunt: indicabat autem Reliquiariam thecam, quam ei S. Carolus dono dederat.

D

ſenſum doloris ſemper vincit,

& ſubito convaleſcit,

B

341 Hic vero prætermittendum non eſt, quod Dei ſervo, in ædibus Caritatis graviſſime ægrotanti, uſu venit. Cum enim Julium Petruccium, cujus antea meminimus, rogaret frigidam, modico vino malorum punicorum admixto; is autem videret, niſi ſaccharum potioni huic adjungeretur, languentis voluntati abſque periculo non poſſe ſatisfieri; cumque id minime ſuppeteret; ecce tibi hæc animo agitanti repente apparet adoleſcens, cujus ipſe vultum non agnoſcebat, & candidiſſimam ſacchari maſſam offert. Qua accepta Petruccius ſtatim potionem conficit, ægroto præbet; hic vero poſt eam deſumptam quievit aliquantulum, mox experrectus; Juli, inquit, ſanus ſum: ac poſtridie ejus diei è lecto ſurrexit, & ad conſueta munera rediit. Quod quidem factum Petruccius ſecum reputans, cum præſertim adoleſcens ille deinde nuſquam comparuiſſet, pro certo credidit ſingulari Dei beneficio hoc geſtum eſſe, atque adoleſcentis ſpecie Angelum Domini ſeſe illi obtuliſſe, ut viro Sancto opportune ſuccurreretur. Ægrotabat iterum in iiſdem ædibus, & gliſcente in dies morbo de illius vita omnes deſperaverant: igitur Eccleſiaſticis Sacramentis rite ſuſceptis, nihil jam propius erat, quam ut emitteret ſpiritum. Aſſidebat ægro Petrus Victricius Parmenſis ejus alumnus, deque domo noſtra optime meritus: cui Sanctus; Cedo, inquit, parum aquæ, auribus abluendis. Re peracta Dei ſervus, quaſi alter Ezechias, convertit faciem ſuam ad parietem, & oravit Dominum: mox autem ſanus ac liber ad ſua ſtatim eſt reparatus officia.

Angelo quandoque neceſſaria adferente:

F

342 Quamquam autem Philippus multa & præclara de virtute patientiæ dicere conſueverat, hæc tamen frequentius inculcabat; nimirum Chriſtiano homini nihil accidere poſſe glorioſius, quam pati pro Chriſto; & vere Deum amanti nihil moleſtius eſſe, quam quod pro illo pati non poſſit: maxima quippe tribulationum Dei ſervis eſt, nullam habere tribulationem. Quapropter ſi forte è ſuis quiſquam diceret, ſe adverſa ferre non poſſe; Immo vero, inquit, dic potius

ejus de patientia præclare dicta

A potius tam præclaro te dignum non esse beneficio: nullum enim certius divinæ in nos dilectionis est signum, quam cum premimur adversis. Et Sacerdoti cuidam, auscultandis sacris Confessionibus dedito, quod secum aliquando quereretur, sese immerito persecutiones pati: Quonam modo, inquit, impatiens homo, patientiam aliis persuasurum te putas? An vero nescis, dilectionem erga Deum hac una re dignosci, siquis pro ipso gravia pati desideret? Ajebat præterea, nullam ad rerum humanarum contemptum expeditiorem viam esse, quam calamitatibus atque angustiis urgeri, eosque longe omnium mortalium infelicissimos existimandos, qui in hanc scholam minime admittebantur. Illud quoque sæpe affirmabat, in hac vita nullum esse Purgatorium, sed Paradisum dumtaxat & Infernum: quicumque enim adversa patienter tolerat, huic Deus intimam consolationem & Paradisi gaudia impertit: qui vero in adversis impatiens est, Inferni pœnas sustinere quodammodo cogitur.

& media ad ipsam acquirendam.

343 Ad hæc etiam adjiciebat, quoties Deus Animam singulari spiritus dulcedine reficit, tunc enimvero gravem aliquam tribulationem expectandam: hoc enim quasi prodromo tribulatio prænuntiatur.

B Quapropter suos in spiritu filios identidem hortabatur, in tribulationibus & angustiis animo ne deficerent; etenim misericors Deus mœstis rebus quædam etiam jucunda permiscet, servosque suos neque tribulationes neque jucunditates finit habere perpetuas; sed tum de adversis tum ex prosperis justorum vitam, quasi admirabili varietate, contexit. Igitur quam cuique dederit Deus crucem nemini fugiendam, ne scilicet aliam majorem cogatur accipere: quin potius virtutem ex necessitate faciendam esse, plurimosque mortalium crucem sibimetipsis fabricare. Nec vero suorum cuiquam suadebat, ut tribulationes à Domino postularet: Satis est enim, ajebat, si quæ ab ipso mala quotidie ad salutem immittuntur, æquo animo toleremus. Eos porro qui in spirituali militia exercitatiores & provectiores videbantur, ex Cassiani præcepto docebat, ut propositis sibi multimodis injuriarum generibus, velut ab alio sibimet irrogatis, assuefacerent mentem suam, omnibus, quæ inferre improbitas potest, perfecta humilitate succumbere; atque aspera sibi quæque, & intolerabilia frequenter opponentes, quanta eis occurrere debeant lenitate, omni jugiter cordis contritione meditarentur: hac enim ratione valde eos in

C spiritu profecturos. His atque aliis hujusmodi salutiferis monitis Philippus seque suosque, ad gravissima quælibet perferenda, quotidie confirmabat.

CAPUT XXV.

Constantia atque Perseverantia Philippi eximia.

344 CAP. XXI. *Constanter in proposito*

QUoniam, teste Gregorio, virtus boni operis perseverantia est, nec quidquam magnum esse possit, quod stabile firmumque non sit; propterea Philippus ab ipsa pueritia constanter in bono persistere summopere studuit. Igitur cum primum ad Urbem venit, atque

totis 60 annis Romæ manet,

à Deo vocatum se esse intellexit, ut ibidem ad salutem animarum toto pectore incumberet; ita in ea sedem fixit, ut sexaginta ipsis annis pedem portis non extulerit, nisi ut septem Ecclesias, ut diximus devote obiret. Quamquam autem sæpe à cognatis Florentiam evocatus, ab amicis etiam sæpissime rogatus est, ut cum ipsis in varia loca secederet; numquam tamen induci potuit, ut à proposito vel unius dieculæ spatio declinaret. Sacerdotio deinde insigni-

tus, & ad audiendas Confessiones destinatus, ut ea munera diligenter impleret, strenue laboravit: quamobrem toto vitæ curriculo nihil aliud egit, quam ut orationi & lectioni incumberet, verbo Dei & Sacramentis administrandis operam daret, ecclesias atque infirmos visitaret, aliaque ejusmodi pietatis opera quotidie exerceret. A. HIERO. BARNABEO EX MS. *Confessiones audit.*

345 Instituta postmodum Congregatione, ut in ea regenda & gubernanda totus esset, nullum omnino extra illam munus admisit; quemadmodum etiam haud multa ejus exercitia esse voluit, contentus nimirum (ut ipse ajebat) his tribus, oratione, Sacramentorum administratione, & Verbo Dei: idque ob hanc maxime causam, ut & ipse & suæ Congregationis alumni, pauca hæc firmiter & diligentissime custodirent. Ut autem in omnium animos hanc ipsam virtutem insereret, plura identidem præcepta & documenta tradere consueverat, Euangelicum illud sæpe usurpans, non qui inceperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Igitur ad eam adipiscendam, discretionem vel maxime adhibendam esse docebat, quæ scilicet omnium genitrix moderatrixque virtutum merito appellatur. Itaque in via spiritus caute admodum procedendum esse: neque enim tridui spatio ad sanctitatem perveniri, ac longe

E difficilius eos retineri qui nimium properant, quam qui tardius progrediuntur incitari, ajebat. Insuper non ita inherendum esse iis quæ sunt ad finem, ut finis ipsius quis obliviscatur: nec carnis macerationi adeo incumbendum, ut de subigenda ratione, quod est maximum, minimum cogitetur. *Congregationi regendæ unice intendit:* *& moderatæ exercitia*

346 Ad hæc cœpta jam spiritualia exercitia non temere omittenda, sed in iis assumendis modum retineri oportere; multi enim paulatim tot precum coronis totq; orationibus sese onerant, ut deinde tædio affecti aut ea recitare non possint, aut certe id faciant absque ullo prorsus devotionis affectu. Quapropter suos admonebat, ut paucis contenti numquam ea intermitterét: semel enim omissa mali dæmonis instinctu, iterum atque iterum facillime intercidi, dum penitus relinquantur: itaque vetus illud sæpe inculcabat; Nulla dies sine linea. Omnes præterea hortabatur, ut quæ olim ad bene vivendum sibi proposuerant animo, sæpe renovarent; nec insurgentibus deinde tentationibus terrerentur: Deus enim, ut ipse ajebat, quem virtute aliqua insignire constituit, hunc vitio eidem virtuti oppositio prius tentari permittit. Illud quoque adjiciebat, incipientibus quidem fervidiorem inesse

F spiritum, sed Deum postmodum fingere se longius ire; tum vero constanter agendum, atque alacri animo perseverandum fore enim; ut quamprimum ad nos revertatur. *nec temere dimittenda præscribit.*

347 Porro autem spiritualem vitam tribus gradibus distinctam esse dicebat, quorum primum animalem appellabat, eorum scilicet qui sensibilem quamdam devotionem sectantur: quam incipientibus largitur Deus, ut ea dulcedine illiciti, tamquam animalia rei sensibilis objectu, ad spiritualem vivendi rationem petrahantur. Alterum vero, vitam hominis vocabat, eorum videlicet, qui nulla sensibili dulcedine attracti, adversus pravas affectiones pro virtute pugnabant, quod hominis maxime proprium videtur. Tertium denique, quem Angelorum vitam esse dicebat, ad eosque pertinere qui in edomandis vitiis & concupiscentiis suis sese diu exercuerunt: quamobrem Deo dante, adhuc agentes in carne, quietum, tranquillum, & prope Angelicum vitæ genus adepti sunt. Verum ex his tribus vitæ gradibus, secundum ut tenerent, in eoque fortiter perseverarent, suos etiam atque etiam hortabatur: hac enim ratione spem sibi facere posse, ad tertium illum ac perfectissimum denique, divina aspirante gratia, provehendos. *Distinguit tres gradus vitæ spiritualis:*

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

adoleſcentibus ſemper timendum eſſe docet,

348 Adoleſcentibus, ut in Dei ſervitio perſeverarent, malorum conſortia devitanda, bonoſque ſectandos eſſe, docebat; idque illis æque expedire, atque ipſam Sacramentorum frequentiam. Eoſdem ſi quando ſpiritu ferventiores videret, non ita de illis ſecurus erat. Quod ſi quis forte nuntiaret, hunc atque illum magnos in ſpiritu progreſſus facere; Sine, ajebat, pennas emittant, tunc enim vero videbis, quo volatum dirigant. Omnes præterea admonebat, ut perſeverantiæ donum aſſiduis à Domino precibus poſtularent; eoque nomine veſperi in Oratorio quotidianam precationem fieri juſſit: quemadmodum etiam, ad res bene inchoandas ac perficiendas, Deiparæ auxilium implorandum, & Miſſæ ſacrificio,

& religiõnem cogitantes mortificandos:

quotidie cũ fieri poterat, aſſiſtendũ eſſe docebat. Quos vero ad religioſa caſtra à Deo vocari intelligebat, ut deinde in cœpto perſtarent, ad mortificationem antea diu multumque exercebat; ut ſibimet acriter imperare, ſuamque ipſi voluntatem frangere diſcerent, in iis præſertim quæ rationi minus conſentanea videbantur. Quamobrem plurimi eorum, qui ejus conſilio ad Religionem ſe receperant, ſæpe affirmarunt; niſi Philippi arbitrio ſeſe antea regendos dediſſent, in cœnobio poſtmodum haud perſeveraturos fuiſſe.

B Quidam etiã ex Capuccinorum familia ad illum aliquando cum veniſſet, ejuſque manus exoſculatus eſſet; Leviſſima ſunt illa quidem, inquit, mi Pater, quæ me olim facere juſſiſti, ſi cum graviſſimis Religionis oneribus conferantur; nihilominus affirmo tibi, niſi ea

ſtatum mutari improbat.

præceſſiſſent, hæc deinde me neutiquã latutum fuiſſe.

349 Siquis autem cœnobium aliquod laxioris diſciplinæ ingreſſus eſſet, ibique pie ac laudabiliter viveret, nequaquam illi alio cogitandum eſſe dicebat: Deum enim fortaſſe ea ratione veterem ſobrietatem atque adeo ſanctimoniam illuc revocare decreviſſe. Omnem denique mutationem ſuſpectam habebat: nec quemquam, niſi poſt multam conſultationem, ex bono ad alium, vel meliorem ſtatum migrare facile patiebatur. Ajebat enim, ſatanam transfigurare ſe in Angelum lucis, ejuſque dolo nonnullos, dum meliora ſequuntur, acquiſita bona perdidiſſe. Hanc porro ſtabilitatem atque conſtantiam, non ab iis ſolum qui religioſis clauſtris continerentur, ſed ab aliis etiam omnibus exigebat: curabatque diligenter, ut quicumque ſibi vivendi rationem jam præſcripſiſſent, hanc deinde firmiter tenerent, nec loco aut muneri facile cederent. Maximianus Burgus Veronenſis, in Principis cujuſdam aulam adſcitus,

C ea tandem lege id munus ſuſceperat, ut ne ſibi ſecularia negotia committerentur, quæ illum à ſpiritualibus exercitiis avocarent. Cum autem aliter deinde res cederet atque convenerat, ab domo Principis pedem referre decrevit; rem tamen prius cum Philippo communicavit, quem olim conſcientiæ ſuæ judicem delegerat. Is vero hominem ſuaviter hortatus eſt, perſiſteret, nec crucem hanc detrectaret; ni faciat, fore ut aliam graviorem inveniret. Atque ita plane factum eſt: quandoquidem, aliis aliter ſuadentibus, ab aula Principis receſsit; atque ex ea die, ubi quieſceret, numquam invenit, quamquam alioqui laudabiliter vixerit.

E ſuis unũ ſi in patriam eat,

350 Verum hanc ipſam firmitudinem atque perſeverantiam in hominibus noſtris quam maxime requirebat: ſpiritus enim, quod ipſe ajebat, facile relaxatur, atque ægrè admodum intermiſſa diu exercitia reſumuntur. Juvenis quidam, optimæ ſpei atque indolis, Congregationi nomen dederat: accidit autem poſt quatuor annos, ut in ægritudinem inciderit, quapropter hortantibus amicis in patriam reverti

prædicit non rediturum,

conſtituit, cælo ſalubriore fruiturus; quod quidem conſilium minime probavit Philippus. Verum cum ille quotidie impenſius inſtaret, rogaretque alium ex noſtris, cui neceſſario abeundum erat, ut ſecum una ire vellet; tandem Vir ſanctus diſcedendi facultatem dedit, ita tamen ut dixerit; Duo ibunt, redibit unus: quemadmodum poſtea accidit. Siquidem juvenis, patriæ amore devinctus, ad Congregatione redire non potuit. Philippus tamẽ ad eũ epiſtolã miſit, cujus exemplum Latine redditum hic apponendum duximus. D

351 Equidem cupiebam Germanicum ſerius ab Urbe diſcedere, teque iſtic inter carnis & ſanguinis amorem, ſcilicet matris fratrumque tuorum, haud diu retineri: ſatis etenim compertum habebam, ſanctos Martyres Marcum & Marcellianum, cum tot jam tormentorum genera fortiter ſuperaſſent, denique parentibus ac filiis intercedentibus eo prope adductos, ut Chriſtum negarent, niſi eos S. Sebaſtianus verbis graviſſimis confirmaſſet. Si forte magnos ſumptus mihi objicis; non video, quocumque demum te ſtudiorum cauſa contuleris, quin multo majores facturus ſis. Quoad valetudinem: ſane haud intelligo, quo pacto gravioribus ſtudiis navare operam poſsis, quem vel perbrevis lectio gravat, ac prope conficit. Itaque, meo quidem judicio, pro miraculo erit, ſi in hac re quidquam profeceris. Quod ſi domeſticis rebus curam impendere cogitas, id nihil eſt aliud, quam ad ſeculum redire, & Chriſtum relinquere; quem ſi vel leviter guſtares, profecto diceres, B Quam bonus, & quam ſuavis eſt Dominus; contra autem, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Num vero æquo animo ferre poteris, cum te laborante fratres tuos, quamvis bono ſint ingenio, large affuſeque vivere videris? Verum dimiſsis omnibus, ſi Dei ſpiritum amiſeris, ex liberali avariſsimus fies, tuiſque ipſis odioſus: rerum enim cupiditas plerumque inter affines & cognatos inimicitias parere conſuevit. Quid ultra? Secundum carnem ambulabis, nec quietem invenies, ſed triſtitiam cordis atque mœrorem. Quapropter mater tua (quod Deus avertat) dolebit vehementer, quod te à recta ſalutis ſemita avocaverit. Tu vero, fili, optime noſti, quamdiu quantumque laboraveris, ut in hanc domum admittereris; ac ſalutis tuæ deſiderium, tuaque illa perſeverantia, bonumque ingenium, quod præ te ferebas, omnia denique ſuperavit; non autem ſcientia, aut divitiæ, aut aliud quidpiam: cum præſertim plurimi ex noſtris ſubſidia majora conferrent, quam quæ ipſe tribueres. Igitur redeas, nec ne, totum in te eſt: hic enim neminem habemus invitum. Verumtamen Paulus Camillus (erat is Gregorii XIV fratris filius, ipſoque Pontifice vivente inter noſtros agebat) exemplo tibi & pudori eſſe debet. Et hæc ſufficiant. Hactenus Philippus.

atque revocando poſtea fruſtra feribit,

praetextus ejus omnes refellens.

F

352 Ioannes Antonius Luccius, Congregationis Presbyter, de quo alibi dictum eſt, Balneoregium cogitabat. Cui Sanctus; Ne quæſo, inquit, diſcedito: ſcio enim quid dicam, & puto ego quod ſpiritum Dei habeam. Quid multa? Abiit; & patriæ amore pellectus, ad Congregationem ultra non rediit. Id ipſum aliis quoque nonnullis uſuvenit, qui illo abnuente in patriam cum revertiſſent, aut morte occupati ſunt, aut de Congregatione conſilium abjecerunt. Illud etiam parum æquo animo patiebatur, quod è ſuis quiſquam alio ſe conferret ad alias Congregationes excitandas: ſed eos manere cupiebat, in vocatione qua vocati eſſent; ibique ſuum quemque munus diligenter implere: quemadmodum aperte oſtenditur ex epiſtola, quam ipſemet beatus Pater ad S. Carolum ſcripſit, cujus autographum imperpolitum in ſcheda reperimus, atque huic loco inſerendum putavimus.

eadem occaſione alios quoque defecturos cognoſcit.

353 Legi, inquit, nec tamen expertus ſum, quicumq; eo non pervenerit, ut ſeſe condemnet, ubi ſeſe putat innocentem; hunc viri ſpiritualis nomen ſibi vendi-

S. Carolo Borromæo ſcribens,

A vendicare non poſſe; multoque magis ubi dubium aliquod eſſe queat, ut in caſu noſtro, in quo tu, Illuſtriſſime Domine, aliter ſentis: quem rogo genibus flexis, pro me Deum ores, ut demum intelligam quam durum & pervicax ſit rationalis meæ partis judicium, eamque omnino ſub jugum mittam. Pergit deinde, & noſtrorum tum privatas, tum publicas occupationes recenſet. Denique in tuo diſceſſu, inquit, quod ad te non venerim, mihi quidem moleſtiſſimum fuit; quantum enim te diligam, unum dumtaxat teſtem Deum appello: non ſuſtinebam negare tibi, quem expoſcebas, ex hominibus noſtris (erat is Cæſar Baronius) nec dare eum poteram abſque gravi Congregationis jactura. O utinam in mei unius curam incumbere libere mihi liceat! Et quidem ſatis admirari non poſſum, quonam pacto ſic nexum atq; obligatum me videam. Quod autem ais de noſtra ſenſualitate, pace tua dixerim, non modo ſenſualitatis, ſed furti quoque à pluribus inſimulari te certo ſcito, id quod Ariminenſis & Vercellenſis Epiſcopi aliique complures affirmant: cum enim idoneum virum offendis, denudari alterum altare (quemadmodum vulgo ferunt) dum alterum coope-
B riatur, nihil penſi habes. Amicus Socrates, amicus Plato, magis amica veritas. Ignoſce quæſo libertati meæ. Porro autem homines noſtri numquam profeſſi ſunt ſacrarum ceremoniarum peritiam, niſi quantum eccleſiæ noſtræ neceſſitas tulit: nec niſi uſu quotidiano eas addiſcere per aſſiduas occupationes illis licuit; idque ſenes dumtaxat facere potuerunt, qui multis rebus, atque infirma valetudine diſtinentur. Juniores adhuc rudes incumbunt ad ſtudia aliaſque exercitationes, quæ in hoc Inſtituto confirmare eos queant. Hos igitur imperitos ignaroſque, à ſtudiis atque à ſeniorum conſpectu avulſos, mittere nefas ſit. Provectiores autem ſunt nobis maxime neceſſarii; quos ipſos cum demum ad munus aliquod deligere cogor, tremo horreoque, ac toto pectore Dei auxilium imploro. Plura deinde addit Philippus, ut virum ſanctum ſibique cariſſimum, ab ejuſmodi voluntate ſenſim ac ſuaviter abducat.

excuſat quod ei non concedat Baronium,

aut aliquem ex ſuis.

CAPUT XXVI.

Ecſtaſes, raptus, & viſiones S. Philippi.

354 C LIB. III. CAP. I. QUemadmodum ſuperius eximias Philippi virtutes aliqua ex parte perſpeximus, ſic etiam infuſa eidem divinitus chariſmatum dona, quoad imbecillitas noſtra patitur, ſubſequenter contemplari decrevimus. Igitur præter incredibilem caritatem ſublimeque orationis donum, quæ illi à Deo benigne impertita narravimus, per frequentes ſpiritus elevationes identidem ad ſuperna rapiebatur, audiebatque arcana verba, quæ non licet homini loqui. Quamquam autem humilitatis amator hos ipſos raptus & ecſtaſes pro viribus reprimere atque occultare ſtuderet, tamen vehementes violentosque amoris impetus uſquequaque continere non poterat. Cum Dominicani Patres graviſſima quadam de cauſa valde ſolliciti eſſent, indicta privatim in ſacro ipſorum cœnobio quadraginta horarum ſupplicatione, Philippum quoque, quaſi tribulationum ſuarum ſocium, advocarunt. Adfuit igitur pius Pater cum Tauruſio atque aliis in ſpiritu filiis: cumque ante altare genuflexus oraret, repente in ecſtaſim raptus eſt, oculisque in ſacram Hoſtiam defixis, ſereno vultu hærebat immobilis. Vidit hoc primum Pater Angelus Diacetus, qui per id tempus eidem cœnobio præerat, deinde Fæſularum Epiſcopus creatus eſt: atque una cum alio ex iiſdem Patribus propius ad Philippum venit; iterum ac ſæpius vocat, manu

A Prædicatoribus ad preces communes invitatus.

prehendit, gelidos rigentesque artus ſentit; quapropter aliquid ægritudinis ſuſpicatus, in proximum cubiculum deferendum curat: ibi ſatis longo intervallo alienatus à ſenſibus jacuit, denique ad ſe rediens, alt: Victoria, Victoria: exaudita eſt oratio noſtra. Hoc ſpectaculo Diacetus obſtupuit: cumque jam probe intelligeret nequaquam id eſſe animi deliquium, etiam atque etiam rogat, quid hoc rei ſit, & quam victoriam obtinuerit. Abnuit initio Philippus: dein multis precibus fatigatus, Scitote, inquit, rem feliciter cecidiſſe, preceſque noſtras auditas eſſe. Rogantibus autem quid ei ſingillatim à Deo oſtenſum eſſet, in Hoſtia ſacra ſe Chriſtum Jeſum corporali ſpecie vidiſſe dixit, iis omnibus benedicentem, qui illuc oratum convenerant; igitur Deo gratias agerent, eique victoriam acceptam referrent. Compertumque eſt, quo tempore Philippus hæc dixit, cauſam Patribus à Pontifice adjudicatam.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

rapitur in ecſtaſim,

& ipſos intelligit exaudiſſe.

355 Fabricius de Maximis Chriſti famulum aliquando convenit, conſcientiam de more eluturus: impulſoque oſtio (erat enim jam ſemiadapertum) ſuſpenſo pede ingreditur; offenditque Philippum orationi vacantem, elevatis manibus oculiſque in cælum defixis, à terra prope ſublimem. Cumque aliquamdiu ad id ſpectaculum ſubſtitiſſet, propius accedit, ac ſalvere eum jubet. Is vero, quamquam adverſa erat facie, nec videre, nec audire, quaſi ſenſum omnem amiſiſſet. Itaque Fabricius iterum ſubſiſtit, atque in eum attente intuetur, hoc enim ſpectaculo mirifice delectabatur. Longo poſt intervallo ad ſe cum rediiſſet Pater, videretque ibi Fabricium, quærit ex illo, quomodo ingreſſus eſſet? Cumque ille, ſemiclauſum oſtium ſe inveniſſe diceret, verbum non addit Philippus; ſed audita Confeſſione illum dimittit. Franciſcus de Molaria, quo de ſupra meminimus, & ipſe cum aliquando ad Sanctum ſe contuliſſet, ſacra Confeſſione expiandus; ſedentem illum offendit, & cæleſtia attentiſſime contemplantem, ut apertis oculis nihil videret: quamobrem cum ad ejus pedes de more genua ſubmiſiſſet, alienatum à ſenſibus animadvertit, ut ei diutius expectandum fuerit, donec ad ſe demum reverteretur.

item in cubiculo Confeſſiones auditurus,

B

356 Erat aliquando Vir Dei in templo, atque humili ſedecula more ſuo ſe compoſuerat, prope ſacellum Viſitationis B. Mariæ: ibi enim libentiſſime morabatur, quod ejuſdem Deiparæ imagine, à Federico Baroccio eleganter depicta, admodum oblectaretur. Ecce autem, dum orat, repente in ecſtaſim raptus eſt. Id ubi advertunt virgines quædam, ejus in ſpiritu filiæ, quæ haud longe aberant, accedunt; eumque diu contemplatæ interpellant, atque uſque eo exagitant, ut demum ad ſe redierit. Tum ille, quo magis rem tegat, continuo ſeſe excutit, ſurgit, atque iraſcentis in morem Gallonium inclamat; præcipit ut moleſtas feminas longius ejiciat, quæ ſibi tam importune obſtreperent & quietem abrumperent. Paulus Recuperatus utriuſq; Signaturæ Referendarius & Philippo cariſſimus, veſperi ad illum venit (erat tum in ædibus Caritatis, & cum Joanne Animuccia cœnabat) itaque ſurgit à cœna, pœnitentem auſcultat: extentâq; dexterâ, ut à peccatis abſolvat, cecidit ſuper eum mentis exceſſus, immotusq; diu permanſit, denique ſenſibus reſtitutus rem proſecutus eſt; id quod aliis quoque compluribus uſu venit, qui ad illum eamdem ob cauſam cum veniſſent, in altiſſimo mentis exceſſu omnino alienatum à ſenſibus invenerunt.

& in ſacello B. M.

& in ædibus Caritatis.

357 Sub annum deinde MDLXXXV diluculo Antonius Gallonius venit ad beatum ſenem (ſiquidem in ejus curam incumbebat maxime) invenitque illum in lectulo quieſcentem. Itaque veritus, ne forte ex longa vigilia denique ſomnum cepiſſet, aut certe attentius oraret; ſuſpenſo veſtigio tacitus pedem re-

denique in lecto ſic inventus.

P. HIERO. BARNABEO EX MS.

tulit. Poſtquam autem illuxit, iterum ad eum venit, apertisque feneſtris prope mortuum vidit, ſine voce, ſine motu. Igitur accitis extemplo Patribus medicisque, multa in ejus curationem adhibita ſunt medicamenta, cauſtica & exulceratoria, ſiquidem apoplexia correptum autumabant. Quoniam vero medendo parum aut nihil proficiebatur, vitæ tamen indicia nonnulla apparebant, tamquã morti proximus Oleo infirmorum inungitur à Jo. Franciſco Bordino. Qua functione completa, ſtatim ſpiritum recepit, apertisque oculis circumfuſos Patres plorantesque conſpexit. Cumque ex iis quidam diceret, Grave eſt eſt profecto quod paſſus es, Pater; Nihil, inquit ille, mali paſſus ſum, niſi quod mihi vos ipſi intuliſtis: compertumque eſt manifeſto nequaquam animi deliquium id fuiſſe, ſed mentis exceſſum. Hoc porro quod ei non raro accidere conſueverant, fortaſſe illũ impellebant, ut ſæpe dormiturus, cum lecto ſe compoſuerat, diceret, Abite jam, & ſi me mortuum cras inveneritis, ſepelite. In ſacro autem faciendo ſæpe illum divina hęc pati conſueviſſe, teſtati ſunt ii quibus in ea re adminiſtris utebatur; maxime vero Octavius Cardinalis Paravicinus, qui olim adoleſcentulus per annos ferme viginti hoc ei miniſterium præſtitit, atque alii etiam complures.

extatus frustra quaſi apoplecticũ,

B

358 Ad Pontificem cum adibat; Orate pro me ad Dominum, ajebat Patribus, ne forte inſaniã: quippe qui experimento didicerat, quam difficulter præſente Chriſti Vicario ecſtaſes hujuſmodi, & divini amoris impetus cohibere poſſet. Sæpius quoque toto corpore in aëra ſublatus eſt: atque inter ceteros affirmavit Paulus Camillus Cardinalis Sfondratus, qui haud ita multo, ante quam ex hac vitã diſcederet, Paulo Quinto Pont. Max. narravit, ſeſe olim orantem Dei ſervum, plures ulnas à terra ſublimem & prope ad ipſam cubiculi contignationem, ſuis oculis conſpexiſſe. Jo. Baptiſta Modius, cujus ſupra mentionem habuimus, adeo periculoſo morbo correptus eſt, ut nihil propius videretur, quam ut animam efflaret. Supervenit interea Philippus, eumque inviſit; mox ſe in aliud cubiculum recipit, Deum pro illius ſalute exoraturus. Poſt mediam noctem nonnulli ex domeſticis, ubi nam ſit Pater, inquirunt; eumq; offendunt in aëra ſublatum, cæleſtique lumine circumfuſum: quo viſo obſtupefacti exclamant; Properate, Currite. His vocibus accurrunt omnes, Deique famulum ad lacunar uſque elevatum, & cæleſti luce radiantem conſpiciunt. Poſt dimidiam horam ad ſenſum rediens Pater, ad ægrotum revertitur: imponensque manum capiti ejus; Bono animo es, inquit, non morieris. Hoc dicto ille vocem, quam amiſerat, ſtatim recuperavit, & cum ſancto Viro diſſerere cœpit, tam libere atque expedite, quaſi nihil mali paſſus eſſet; denique poſt dies paucos ſaluti priſtinæ redditus eſt.

orans elevatur in aërem,

deinde movibundum ſanat.

C

359 Vidit illum pariter orantis ſpecie in ſublime elatum, & clariſſimo ſplendore circumdatum, Gregorius Ozes Romanus, antequam ad Dominicanam familia m ſe reciperet, quemadmodũ ipſemet teſtatum reliquit. Præterea in locis etiam publicis atque in ipſis eccleſiis, invitus interdum hujuſmodi ecſtaſes & raptus patiebatur; quamobrem, cum aliquando oraret in Vaticana Baſilica ad ſepulcrum Apoſtolorum, viſus eſt repente in ſublime levari toto corpore, veſtibuſque ita obvolutis, quaſi genibus flexis terrã contingeret; mox in locum ſuum reponi: veritus autem ne forte id adſtantes obſervaſſent, ſe illinc ſtatim proripuit. Quapropter cum ſæpe illi hoc accideret, ubi templum aliquod cum ſuis adibat, ſalutato numine Deique Matre, per Orationem Dominicã atque Angelicam ſalutationem, ſtatim ſurgebat; ne ſcilicet orando diutius, in Deum raperetur. Inter ſacrificandũ autem ſæpe illum in aëra extolli; à pluribus obſervatum eſt; & in cœnobio Turris Speculorũ itidem dum Sacrum faceret, tres, aut quatuor ulnas à terra ſublimẽ conſpexere plures ex religioſis illis Virginibus: id quod & in eccleſia ſancti Hieronymi cum vidiſſet puella quædam, ad matrem ſtatim ſe vertit, & dixit, Arreptitiũ hominem iſtum opinor: viden', ut ſeſe librat in aëre? At illa, Tace, inquit, vir ſanctus eſt, atque ecſtaſim patitur. Sulpitia quoque Sirleta, hoc idẽ non ſemel intuita, in hanc ipſam ſuſpicionem inciderat; cum autem deinde veniſſet ad Sanctum conſcientiam de more expoſitura, rẽque, ut erat, fateri erubeſceret, Dixi, inquit; nec ultra præ pudore loqui poterat. Tum vero Philippus; Age, ſtulta, nempe de me detraxiſti. Cumque illa annueret; Cedo, ſubjicit Pater, quid dixiſti? At Sulpitia, cum pridie Sacrum faceres, atque in aëre ſublimẽ te viderem. Hic vero Dei famulus, manu ſilentium indicens, Quieſce, inquit. Illa tamẽ pergens, Tum ego mecum ipſa dixi, Certe vir iſte arreptitius eſt. Hic vero Philippus gaudio exultans, atque ſubridens; Ita profecto, ita eſt: arreptitius ſum.

D

& ſub Miſſa, ideò creditur arreptitius.

360 Sæpius quoque cum rem divinam faceret, divinus quidã ſplendor circa caput ejus viſus eſt. Sacrificabat aliquando ad aram maximã noſtræ eccleſiæ, eoq; pervenerat ubi Sacerdos vivorum commemorationẽ facere conſuevit: tum vero ex iis qui aderant Aurelius Baccius Senenſis, aureo quodã ſplendore caput ejus circumdari vidit, ac veluti diademate coronari. Veritus autem ne forte vitio oculorum ſuorum id fieret, ſæpe alio viſum abduxit: ſed iterum ad Philippũ reſpiciens, idipſum videbat. Deniq; manibus ac linteolo oculos perfricat & abſtergit, nec tamẽ in aliis circumſpiciendo videre poterat quidquam ſplendoris aut nitoris; quod deinde in Philippi capite uſq; eo perſeveravit, dum Chriſti corpus & ſanguinem ſumpſit. Non ſemel etiam virgo quædam annorum duodecim vidit illũ pariter, ſacrificantem in æde ſancti Hieronymi, ſublimem à terra, candida & lucida nube contectum: quamquam autem rubra, aut viridi, aut nigra veſte indutus eſſet, candidus tamen ac nitidus ejus oculis apparebat. Mutius quoq; Achilleus, cujus antea meminimus, videre ſolebat vultum ejus, dum Miſſæ ſacrificium offerebat, aureo nitore circumfuſum.

E

Sub Miſſa etiam ſplendido diademate coronatus cernitur.

361 Vincentius Lanterus, Archiepiſcopus Raguſinus, quod illi olim adoleſcenti ſæpe Vir ſanctus aut crines vellicare aut alapas leniter impingere ſoleret, cum aliquando in illũ incidiſſet, ſtatim occupat, apprehenſamque ejus dexteram reverenter oſculatur: quam quidem auro ipſo nitidiorem, & ſolari radio ſplendidiorem intuetur. Quo ſpectaculo vehementer commotus, ad Vallicellam ſtatim advolat, remque ut ceciderat Thomæ Bozio ſingillatim refert; isque hoc idem ab aliis quoq; obſervatum eſſe teſtatus eſt. Multa præterea in hanc rem adjici poſſent, quæ tamẽ alio properantes conſulto omittenda exiſtimavimus. Præter ea vero quæ Philippo divinitus impertita fuiſſe narravimus, admirabiles quoq; viſiones, & revelationes referre operæ pretium erit, quibus ille ferme per ſingulas noctes à Deo illuſtrari & recreari conſuevit. Verum haud omnes perſequi animus eſt, nonnullas dumtaxat recenſebimus, quas nimirum ad utilitatem noſtram maxime facere exiſtimamus.

Apparet manus ejus ut aurum fulgida.

F

CAP. II.

362 Primum igitur antequam Sacerdotio initiaretur, cum nihil ea de re adhuc ſtatuiſſet, intentiſſimis precibus orabat ad Dominum, ut voluntatem ſuam ſibi patefacere dignaretur. Ecce autem mane ſub aurorã intento precationi, per viſum ſeſe Præcurſor Domini offert: cujus adventu tanto ſpiritu repletus eſt, ut toto corpore exultaret: ac poſt quemdam mentis exceſſum eo impelli ſe ſenſit, ut crederet (quemadmodũ ipſemet poſtea Federico Cardinali Borromæo familiariter dixit) Romã ſeſe à Deo vocatum ad proximorum ſalutem procurandam, ab omni prorſus rerum humanarum cupiditate alienum: id quod & duo ex beatis ſpiritibus ei aperte ſignificarunt. Quamobrem

Idem ei accidit in Baſ. Vaticana.

Videndos ei ſe præbent S. Io. Baptiſta,

A rem tum ex his quæ à Deo ſibimet revelata ſunt, tum ex iis quæ ab Auguſtino Ghertino (ut ſupra diximus) accepit, toto vitæ curiculo vocationis ſuæ certus permanſit. Sacerdotio jam inſignitus, pervigilio Dominicæ Nativitatis, orabat cum Conſtantio Taſſonio & Sebaſtiano Muſico, de quibus antea dictum eſt. Ecce autẽ Chriſtus Jeſus pueri ſpecie ei ſeſe offert in medio altari: quapropter converſus ad ſocios; An non videtis, inquit, puerum Jeſum in altari? Cumque illi minime id videre ſe dicerent, rem tacitus diſſimulavit, atque orationi ſe reddidit.

videt in Miſſa Beatorum gloriam,

363 Cum aliquando Miſſæ ſacrificiũ perageret, Cęſar Tomaſius Ripanus, ejus in ſpiritu filius, advertit, poſt elevatã ac repoſitam Hoſtiam, diu immobilem illum ſtetiſſe priuſquã calicem elevaret: completo deniq; Sacrificio, lęto ridentiq; vultu in veſtiariũ revertiſſe. Cujus rei cauſam cum Tomaſius idem familiariter rogaret; tranſegit vir Sanctus ſilentio rem atque ſubriſit. At ille inſtantius urgere, orare, obſecrare. Tũ demũ Pater precibus victus libere dixit; inter ſacrificandum, poſt peractam conſecrationẽ, Beatorum gloriam mentis ſuæ oculis interdũ repræſentari conſueviſſe; id tamen ne cuiquam aperiret omnino vetuit.

item in cælos ferri animas Marii Toſini,

B 364 Suorũ quoq; animas in cælũ euntes ſingulari Dei munere intuebatur. Marius Toſinus erat ex iis unus, qui primo Societati ſanctiſſimæ Trinitatis nomẽ dederant, integritate morum inſignis, cujus actiones deſcripſit Bonſignorius Cacciaguerra: is ubi primũ ex hac vita migravit, continuo ſeſe beato Patri nocte intempeſta per viſum obtulit, atq; alta voce ſemel atq; iterum inclamavit, Philippe, Philippe. Tum vero Sanctus extollens oculos, vidit animã ipſius, luce clariſſima coruſcantẽ, in ſublime ferri, atq; ipſa cæli beatiſſima regna conſcẽdere. Poſtridie mane de illius morte nuntiũ accepit, comperitque eodem momento eum exceſſiſſe, quo ſibi apparuerat. Idque ipſemet Sanctus data occaſione ſuorum nonnullis retulit, cum de Toſini ſanctimonia ac pietate narraret.

Vincentii Illuminatoris,

365 Vincentius Illuminator, & ipſe ex primis ſodalibus ejuſdẽ Societatis, ac Philippi in ſpiritu filius, poſt vitã ſanctiſſime actam deceſſit: eodemq; tempore Philippo per noctem eximio fulgore micans apparuit, cum ad cælum iret. Quamobrẽ mane beatus Pater ad ejus uxorem ſe confert, eamque ſic affatur. Vir tuus hac nocte fores meas pulſavit, teque tuamque familiam mihi intime commendavit. Ex ea autem die Philippus (quod antea diximus) ejus domus curam cogitationemque ſuſcepit.

C *M. Antonii Corteſellæ,*

366 Marcus Antonius Corteſella Comenſis, ſancto Patri cariſſimus filius, vir orationi, aliisque piis operibus maxime deditus, qui multos annos ſumma cum caritate rem familiarẽ Capuccinorum adminiſtravit, denique in ſenectute bona quievit. Cum autẽ Chriſtiano more delatus eſſet in templum S. Catharinæ, prope ędes Caritatis; Philippus una cum Antonio Gallonio atque alio quodam Sacerdote eo ſe contulit; eumq; attente contemplatus, pictoris manu in tabulã ſibi referri juſſit. Id quod cum videret Sacerdos illo atq; admiraretur; Ne mireris, inquit Gallonius, ſiquidẽ Pater mihi dixit, hac ipſa nocte Corteſellæ animã lucidiſſimã ſeſe vidiſſe, & cum illa quatuor aut quinq; horas ſermonem habuiſſe, denique ad cælum feliciter evolaſſe. Ea porro fuit hujus viri opinio de Philippi virtute & ſanctitate, ut Paulo Magio, Sacerdoti & ſacræ Pœnitentiariæ Procuratori, libere dixerit; Nunc quidẽ quantus homo ſit Philippus haud cognoſcitur, ſed cum mortuus fuerit tum demum cognoſcetur.

& Helenæ de Maximis,

367 Helena de Maximis, Fabricii, cujus ſæpe mentionẽ fecimus filia, erat omnium virtutum laude inſignis. Hæc tredecim annos nata, amore Chriſti penitus ardebat; quem ſibi Patrem in ſpiritu delegerat, hunc quaſi Deum ipſum reverebatur; ab ejuſq; voluntate ne tranſverſum quidem unquem diſcedebat; de paſſione Dominica quoties recogitabat, toties ſolvebatur in lacrymas; ſacra Confeſſionis & Euchariſtiæ myſteria ſingulis hebdomadis ter ſaltem obibat, non ſine lacrymarũ vi; oratione tamquam quotidiano pabulo mentem reficiebat; tanta ſe humilitate dejecerat, ut minimam omnium ſeſe exiſtimaret; nihil illi carius atq; antiquius erat, quam ut pro Chriſto pateretur, ejusq; paſſionibus communicaret; quamobrẽ extremis vitæ diebus, ſacro Viatico rite ſuſcepto, vidit Chriſtum Jeſum, animam ſibi pretioſo ſuo ſanguine reſpergentẽ; demum prænuntiato mortis die magna cum ſpiritus exultatione, migravit ad Sponſum. Hujus igitur animã, ipſo migrationis tempore, Philippus deducentibus Angelis vidit in cælum ferri, eosdemq; Angelos Hebraica voce pſallentes audivit, quemadmodum ipſemet Cæſari Baronio aperte narravit. A. HIERO. BARNABEO EX MS.

aliarumque,

368 Deniq; ab iis qui Dei ſervo familiariter utebãtur, pro certo habitum eſt, neminem ſuorum unquã exceſſiſſe, cujus ſtatum ipſe non intelligeret. Præter hos enim quos diximus, vidit in ipſo obitu ad cælum conſcendere Laviniam de Ruſticis, primam uxorem Fabricii de Maximis; Helenam alteram & Scholaſticã ejus filias, quæ Romæ in cœnobio Turris-ſpeculorũ pie ac laudabiliter vixerant; Patricium de Patriciis, & Virgilium Creſcentium; cujus filios ut conſolaretur, omnemq; dolorem abſtergeret, Bono animo eſte, inquit, pater veſter in cælo eſt: hoc ego vobis affirmo: idq; ſæpius iteravit Sanctus. Alios præterea complures ex ſuis in ſpiritu filiis in cælum aſcendere vidit, quos brevitati ſtudentes omittimus: hoc autem perfamiliare ſibi fuiſſe ipſemet Federico Cardinali Borromæo aperte ſignificavit. Quam ob cauſam dicere ſolebat, verbis exprimi non poſſe, quanta ſit animarũ pulchritudo eorum qui in Domino moriuntur. Erat autem omnibus adeo perſpectum atq; exploratum, Philippo hoc donum à Deo impertitum eſſe, ut Joannes Antonius Luccius, matre amiſſa, libere eum rogaverit, ut de ejus ſtatu à Domino precibus exquireret. At ille oratione peracta, Læto animo es, inquit, mater tua in cęlo eſt. Quo audito Luccius præ gaudio lacrymas tenere non potuit. Idipſum in obitu patris eidem affirmavit Philippus, & quaſi dicti ſui rationẽ redderet; Idẽ enim ait, plane accidit mihi, quod olim in obitu patris mei. Qua re aperte intelligitur, Philippi patrẽ Paradiſi gaudia adeptũ eſſe, quod quidem tanti filii precibus meritiſq; adſcribendũ eſſe quis ambigat? E

& aliorum plurium.

F 369 Joannes Animuccia, de quo ſupra memoravimus, muſicæ artis peritiſſimus, & in Vaticana Baſilica Cantus moderator, ad Oratorium noſtrum quotidie ventitabat, ſecumq; ducebat Cantores multos; à quibus, poſt ſermones abſolutos, ſacer hymnus de more concineretur. Ubi vero Philippo regendum ſe dedit, animi corporisq; puritatem eouſque adamavit, ut ex ea die ad mortem uſque uxorem quaſi ſororẽ habuerit; illud quoque ſingulari Dei beneficio aſſecutus, ut toto prope vitæ curriculo ſcrupulorum moleſtia agitatus, denique in extremũ morbum cum incidiſſet, omni moleſtia ſe liberum ſenſerit, & placidiſſime quieverit. Accidit autem triennio poſtquam ille deceſſerat, ut Alfonſus quidam Luſitanus ſub veſperã ab Oratorio S. Hieronymi pedem efferret. Ecce autem per viam ei ſeſe offert idem Animuccia, rogatque familiariter, an Oratorii exercitia ſint abſoluta. Affirmavit ille, nec cogitavit Animucciam jam pridem obiiſſe. Dic quæſo Patri Philippo, ſubjicit Animuccia, ut pro me ad Dominum preces fundat: & cum dicto ex oculis ejus evanuit. Dum vero Alfonſus rem animadvertit, facti conſideratione perterritus, ad Sanctum perrexit; remque, ut acciderat, retulit. Is vero poſtridie mane in Oratorio publice omnia narrare eum juſſit: mox ad ſacra pro illo facienda eleëmoſynas in plura Urbis templa diſtribuit, & in ædc S. Joannis Florentinorum ſolen-

Item de Io. Animuccia ſalute fit certior.

ne

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

ne Sacrificium hoc ipſo nomine peragi voluit, iiſque completis palam ac publicè in Oratorio dixit, Animuccia pervenit ex Purgatorio, videlicet ad Paradiſum.

370 Nec morientium ſolum, ſed etiam viventium animas introſpiciebat Philippus. Quamobrem de ſancto Ignatio Societatis Jeſu Fundatore dicere ſolebat, eam eſſe ſanctiſſimi illius viri interiorem pulchritudinem, ut in ipſo etiam vultu præluceret, quem divino lumine radiantem ſe conſpexiſſe affirmabat *a*. Idem de S. Carolo aſſerebat: videre ſe ſcilicet faciem ejus, quaſi faciem Angeli. Vidit præterea eximio ſplendore nitentem vultum adoleſcentis cujuſdam, ex ſuis in ſpiritu filiis, cui nomen erat Joanni Baptiſtæ Saraceno; qui deinde in ſacram Prædicatorum familiam receptus, Petrus Martyr appellatus eſt; atque ob præclara virtutum merita præcipuis Religionis ejusdem miniſteriis adhibitus, demum Vicarius Generalis creatus, vitæ ſanctiſſimè actæ conſentaneum ſortitus eſt finem. Ex Carthuſianis etiam Monachis nonnullos ab oratione redeuntes, oculis atque ore micantibus non ſemel aſpexit.

a

371 Quamadmodum autem cæleſtes ſpiritus animaſque juſtorum ad ſolatium, ſic etiam malignos ſpiritus ad ſui aliorumque utilitatem videre Philippo datum eſt. Vivebat ille in ædibus Caritatis, & Joanni Antonio Luccio præceperat, ut à dæmone obſeſſam exorcizaret, eamque flagris inſuper objurgaret. Quare malus ac ſuperbus ſequenti nocte horribili aſpectu ſeſe Philippo videndum obtulit, ejuſque cubiculum tanto fœtore complevit, ut longo poſt tempore Dei ſervus illum perſenſerit. Erat aliquando in Oratorio itidem Caritatis, eratque cum eo inter alios multos Gabriel Paleottus. Cum autem de divinis rebus ſermonem de more agreſſus eſſet, repente conſurgit, aitque; En malus dæmon ad nos intrare contendit: proſternite vos, fratres, & ad Deum orate. Tum vero ipſe etiam poſitis genibus, atque elevata in adverſum dextera, Crucis ſignum teterrimo adverſario opponit, dicens; Tu quidem huc non intrabis. His dictis ſtatim è conſpectu ejus inimicus evanuit, & quietè ad cœpta exercitia reditum eſt. Quadam die beatus Pater more ſuo in templum deſcenderat: ecce autem veterator peſſimus ei ſeſe offert, ſpeciem indutus pueri ſex aut ſeptem annorum, linteolum ore prementis, ſibique illudentis. Tum vero Sanctus, ſevero vultu eum intuitus, loco cedere jubet: ad quam ille vocem ſtatim, ceu fumus, evanuit. Aderat ibi tum forte Gallonius, quem Philippus interrogat, an puerum illum conſpexerit: cumque ille affirmaret; Scito, inquit, non puerum fuiſſe, ſed dæmonem, qui haud dubie malum aliquod meditabatur.

B *Dæmones viſibili ſpecie intuetur;*

in eccleſia,

C

372 Diocletianas thermas cum præteriret, vidit ſupra antiquos illos fornices juvenili aſpectu malum Dæmonem; eumque attente intuitus, immutato ſæpius vultu, nunc juvenem, nunc ſenem, nunc formoſum, nunc vero deformem conſpicabatur: quamobrem peſſimo illuſori in nomine Domini præcipit, ut inde ſe ſtatim proripiat: quo dicto in auras evanuit, odoremque teterrimum itidem poſt ſe reliquit. Erat autem odor iſte quaſi ſulphureus; quem etſi plerumque ipſe ſolus, interdum tamen alii pariter cum illo percipiebant; quemadmodum aliquando uſu venit. Cum enim obſeſſæ cuidam manum impoſuiſſet, tam gravi odore ex eo contactu imbutam ſenſit, ut per plures dies illum abſtergere nequiverit; quamvis ſaponem, atque alia hujuſmodi ſmigmata adhibuerit. Itaque multis ſuorum manum ipſam porrigebat, ut ſcilicet graveolentiam illam percipientes, peccatorum contagia longiſſime devitarent.

& ſupra Thermas Diocletianas,

fœtore inſuper emiſſo ſenſibiles,

373 Denique tanto eum odio diabolus inſequebatur, ut illi ſi pium quidpiam agreſſus eſſet, moleſtius ſemper adverſaretur. Igitur noctu oranti ſeſe obtulit, truculento & terribili aſpectu: at ille, implorato Dei Matris auxilio, importuniſſimum hoſtem extemplo fugavit. Seceſſerat aliquando ad orandum in ſuperiorem partem cubiculi: quod quidem malignus cum ferre non poſſet, injectis ſordibus veſtem fœdavit. Aliàs inſuper grandiori tabula illum opprimere tentavit: ſæpe etiam ægrotanti lucernam extinxit: ſæpiſſime vero ingentes ſtrepitus in ejus cubiculo audiebantur, quare Gallonius, qui inferius habitabat frequenter ſomnum abrumpere, & ad Philippum provolare cogebatur; ſed huc illucque ſolicitis oculis circumſpiciens, cum nihil quidquam videret, dæmonum ludibria hæc eſſe ſatis aperte intelligebat. Crebro autem ipſemet Sanctus, Hac nocte, ajebat, dæmon terrorem mihi incutere ſtuduit, verum Deiparam invocavi, & me liberavit.

D *eòſdamque infeſtiſſimus ſibi patitur.*

374 Cum igitur longo jam experimento divinitus didiciſſet, quid inter veras falſaſque viſiones intereſſet; quoties de iis ſermo incidebat, commune illud ſanctorum Patrum effatum inculcabat, viſionibus non temere fidem habendam eſſe. Et quamvis ipſe mentis illuſtrationibus atque in Deum elationibus frequentiſſime frueretur, tamen cum in aperto hæc fierent, minus laudabat, ſiquidem (ut ipſe ajebat) periculi plena res eſt: quamobrem hæc eadem, ſi à Deo immittantur, remotis arbitris optanda eſſe in cubiculo, & quam occultiſſime tegenda. Illud quoque adjiciebat, viſiones tum veras tum falſas iis etiam interdum accidere, qui eas minime optarent; quapropter neminem, quantumvis animo ab iis alieno, ab illuſionibus tutum eſſe. Ajebat præterea difficile eſſe divinas viſiones accipere quempiam, nec intumeſcere; difficilius vero, ſe iis parum dignum putare; difficillimum denique, ſe illis omnino indignum exiſtimare, nec earum ſuavitatem patientiæ, humilitati, obedientiæ præponere; eas porro viſiones & revelationes nihili prorſus faciendas eſſe, quæ aut Eccleſiæ, aut iis ipſis quibus accidunt, aut aliis quibuſque minime profuturæ viderentur. Quicumque vero auſcultandis Confeſſionibus præeſſent, eos præſertim admonitos voluit, ut ne pœnitentium, maxime autem feminarum revelationibus, facile crederent; ſæpe enim maximum ſpiritus fervorem præferre, ſed plerumque effluere atque evaneſcere: multoſque, ſpiritualia hujuſmodi oblectamenta ſectantes, miſerrimum naufragium feciſſe.

Docet viſionibus non facile fidendum eſſe.

E

utpote perículo plenis;

F

375 Hanc ipſam ob cauſam ſuis ſæpe præcipiebat, ut quantum poterant iſthæc à ſe rejicerent, nec propterea Deum offenſum irirhic etenim ex pluribus unus eſt modus, quo veræ à falſis viſiones diſcernuntur. Quamobrem cum aliquando in Oratorio ſermonem aggreſſus eſſet, & ſubitos quoſdam impetus ſpiritus perſentiſceret, vim ſibimet maximam fecit, ne in ecſtaſim raperetur. Cumque ultra dicendo progredi non poſſet, percuſſo femore; Quicumque, inquit, viſiones atque ecſtaſes quærit, is profecto quid quærat neſcit: mox erumpentibus lacrymis loco cedere cogitur. Alia etiam die, cum Joannes Franciſcus Bordinus itidem in Oratorio, data occaſione, hac ipſa de re verba faceret; ſermone abſoluto, ipſemet ſedem conſcendit, atque ad ea quæ modo dicta fuerant non nihil adjecturum ſe dixit. Deinde; Ego, inquit, novi ſanctiſſimam feminam, quæ longo temporis intervallo continuas ecſtaſes patiebatur, has denique illi abſtulit Deus: rogo, quonam tempore exiſtimatis hanc ipſam me pluris feciſſe, an tum cum ecſtaſes raptuſque patiebatur, an vero cum iis careret? Mihi quidem longe major videbatur cum iis carebat. His dictis è ſede deſcendit, & abſceſſit.

nec appetendas,

aut magni faciendas.

376 Alia

A *ſed potius contemnendas,*

376 Audivit aliquando Virgini cuidam, Tertiariæ (ut ajunt) S. Dominici, ſæpe Chriſtum Dominum, ſæpiſſime vero S. Catharinam Senenſem apparuiſſe. Rogatus quid in hac re faciendum exiſtimaret: Feminæ, inquit, facile decipiuntur; itaque ei præcipite, ut quoties hujuſmodi ſpecies illi ſeſe offerunt, omnino à ſe rejiciat, pro nihilo putet atque contemnat, quin etiam cuilibet ſibi per viſum occurrenti in os expuat: quam quidem regulam quaſi de cœlo delapſam ſervavit Virgo, & ſane non mediocrem ex ea fructum percepit. Franciſcus Maria, vulgo Ferrarienſis appellatus, quo de ſupra meminimus, noctu ſibi videre viſus eſt Deiparam Virginem, cæleſti lumine circumfuſam: cumque id mane Philippo retuliſſet; Hæc, inquit, quam vidiſti, nequaquam Deipara fuit, ſed malus dæmon: quamobrem, *ut fraus ſi qua ſubeſt detegatur,* ſi redierit, in illam expue. Sequenti nocte ſeſe illi iterum oſtendit mentita Virgo; ipſe vero præcepti memor, in os ejus expuit; quo facto umbratilis larva ſtatim evanuit. Nec ita multo poſt in oratione perſeveranti vera Dei Mater apparuit: cumque ille in eam expuere tentaret; Expue, ait Virgo, ſi potes; conantique lingua & palatum adeo exiccata ſunt, ut ſaliva omnino caruerit. Tum vero Deipara: Optime, inquit, Patris conſilio paruiſti, hominemque reliquit incredibili gaudio delibutum.

B *maxime extremis in morbis.*

377 Antonius Tuccius medicus, de quo alibi mentionem fecimus, Monialem quamdam, vitæ ſanctimonia inſignem, graviter ægrotantem viſitabat. Accidit autem aliquando ut tota mente in Deum raptam offenderit, ubi vero ad ſe rediit, ad Tuccium converſa; O quam ſpecioſum, inquit, te modo vidi in Paradiſo! His auditis ille ad Phillippum venit, eique rem totam narrat: eademque die in morbum incidit. Quo quidem quotidie ingraveſcente, humani generis hoſtis, ut hominem deluderet, medici forma indutus, ſæpe illum inviſebat, ex eoque morbo eum convaliturum, diuque victurum pro certo affirmabat. Hæc itidem Tuccius retulit ad Philippum, qui ad eum quotidie veniebat. Is vero diaboli artem agnoſcens, & futuri præſcius, aperte illum admonuit, nequaquam hunc medicum fuiſſe, ſed dæmonem. Igitur detecta fraude, Antonius Dei voluntati ſe penitus conformavit, paucoſque poſt dies vitam pie ac laudabiliter actam conſentanea morte finivit. Hoc autem exemplo beatus Pater ſuos admonere ſolebat, ingraveſcentibus morbis haud facile viſionibus & revelationibus credendum eſſe; iiſque præſertim, quibus diuturnitas vitæ promittitur: plerumque enim illuſiones ſunt, & callidiſſimi veteratoris commenta, perdite conantis miſeros mortales dulci ſpe fallere, imparatoſque ad ultimum uſque ſpiritum adducere.

C *Diſcipulo oblatum ſomnium,*

378 Matthias Maffeius, Presbyter & Philippi diſcipulus, ab eoque ex morbo graviſſimo liberatus, quem admodum ſuo loco dicturi ſumus; poſt ſalutem divinitus recuperatã, ſequenti nocte vidit quędam in ſomnis, narratu plane nec indigna nec injucunda. Igitur Philippo ductore ire ſibi videbatur per latiſſimum campum, ubi erat multitudo plane innumerabilis principum ac dynaſtarum, oſtro auroque fulgentium; eodemque momento, quo inſpiciebatur, pompa omnis abſorpta eſt, atque in flammas exarſit. Ingens interea dæmonum exercitus omnia opplevit; cumq; ipſe in anguſto prati margine remanſiſſet, unus ex malignis ſpiritibus unco illum omnimodis in incendium trahere nitebatur. Cum autem ſe contra adverſarium fortiter tueretur, eo quaſi jucundiſſimo ſpectaculo Philippus oblectabatur: denique illum manu prehendit, &, Macte virtute, inquit, Matthia, ne dubita: ſecumque hominem duxit per denſiſſimum ſenticetũ, qua quidem Vir ſanctus inoffenſo pede tranſ- *in quo ſibi videbatur ab ipſo animari contra dæmones,*

ibat, Maffejumque trahebat per acutiſſimas ſpinas, doloris magnitudine ejulantem. Hinc rurſus ab eodem Philippo deductus eſt ad aliud amœniſſimũ pratum, cujus ad extremum mollis quidam clivus ſeſe attollebat, ejuſque in margine ſtabant tres Angeli, pretioſe veſtiti; quorum duo accenſos cereos ſuper candelabra geſtabant, alter vero Crucem manibus præferebat. Hos deinde ſequebatur multitudo maxima virginum, viduarum, ac nuptarum, quarũ plurimæ Philippo debitum honorem exhibebant, nonnullæ autem Maffeium humaniter rogabant, ut ſecum iret; ille vero præ timore verbum facere non audebat. Quamobrem Sanctus, Nondum, inquit, tempus eſt: necdum enim omnino vir bonus evaſit. Ibat autem Beatorum exercitus per viam florentibus undique arboribus conſitam, quarum cacuminibus alati plures pueri inſidebant, cæſoſque hinc atque hinc effloreſcentes ramuſculos in tranſeuntem turbam ſpargebant, ſuaviſſimis modis pariter concinentes, Gloria in excelſis Deo; hymnumque alterum, Jeſu corona Virginum. Denique ubi ſummum collis verticem felix agmen aſcendit, lucidiſſimum quoddam palatium ingreditur. Hic vero Maffeius experrectus eſt, ſomniumque diſparuit. A. HIERO. BARNABEO EX MS. *atq; ad cælum duci,*

novit & contemnit. E

379 Mane igitur cum primum licuit ad Philippum ſe contulit, conſcientiam de more expiaturus. Necdum verbum protulerat, cum Sanctus ex eo quærit, an ſomniis fidem præſtet. Tum vero Maffeius data occaſione, quæ per quietem viderat dicere aggreditur. At Pater ſtatim ſevero vultu; Apage te, inquit: quicumque ad Paradiſum adſpirat, hunc virum bonum probumque Chriſtianum eſſe decet, nec habenda ſomniis fides eſt. Illud demum ſæpe uſurpabat, quicumque ſine pennis volare contendunt, eos pedibus ad terram trahendos, ne in laqueum diaboli incidant; nec alios plane his verbis deſignabat, quam qui viſiones, ſomnia, atque his ſimilia ſectantur.

ADDITIUNCULA.

a *Eminentiſſimus Coloredus, huic de S. Ignatii excellentia loco addi per epiſtolam juſſit ſequentia:* Memini ſæpius à Barnabæo audiviſſe, ſanctum Patrem noſtrum, cum primum præ manibus Vitam P. Ignatii, necdum vindicati, habuiſſet, ipſamque lectitaſſet; ſæpius dicere ſolitum, Heu! quam plura ſunt prætermiſſa, quam quæ ſcripta! quæ ſi ſcirentur, mirabilem profecto virum magis ac magis exhiberent. Quamobrem nihil dubitamus, quin veriſſimum ſit, quod F in quodam Nicolai Lancicii veſtri ſcripto legimus de ſancto Patre noſtro hiſce verbis declaratum: S. Ignatio mortuo, dum aliqua neceſſitate S. Philippus teneretur, ejus ſepulcrum adibat, & per ejus interceſſionem auxilium referebat; quod ipſe Philippus intimo ſuo amico Abbati Salernitano Marco-Antonio, & is Andreæ Sorbelongo, poſtea Epiſcopo Eugubino, narravit: & hic Epiſcopus id deinde coram Apoſtolico Notario jurejurando teſtatus eſt. Hoc cum alibi ſcriptum non ſit, poſterorum memoriæ commendare neceſſarium duco; noſque ipſi, ſi quando iterum ſancti Patris Vitam evulgabimus, incunctanter adjungemus.

A. RIERO. BARNABEO EX MS.

CAPUT XXVII.

Prophetico ſpiritu mortem multorum aut ſanitatem, aliaque plura prædicit Philippus.

380 C. LII *Prædicit mortem Conſtantii Taſſonii,*

PRophetiæ quoque dono fuit inſignis; ſiquidem & futura prædixit, & longe à conſpectu remota proſpexit, & cordium arcana penetravit. At ne forte, quem propoſuimus, ſcribendi modum excedamus (multorum enim teſtimonio affirmatum eſt, plura in hanc rem conſcribi poſſe volumina; & ſacra Rituum Congregatio libere de Philippo pronuntiavit, In prophetiæ dono non eſt inventus ſimilis illi) nonnulla dumtaxat ſeligemus, ex quibus intelligi facile poterit, quantum hac in re à Deo illuſtratus fuerit. Libet autem ab iis exordiri, quibus Philippus mortem prænuntiavit. Conſtantius Taſſonius, is quem alibi memoravimus, à Pio V Sanctiſsimo Pontifice Mediolano Romam evocatus, ut erat ſancto Patri addictiſsimus, recta ad illum venit, in ædibus Caritatis tum commorantem. Quidam vero ex feneſtra illum proſpiciens, ſtatim ad Sanctum advolat, atque; En, inquit, Conſtantius ad te
B venit, Pater. Tum vero Philippus Octavio Paravicino & Germanico Fideli adoleſcentibus præcipit, ut in limine portæ, qua ingreſſurus erat Conſtantius, ſeſe humi quaſi mortui in feretro jacentes componant. Quo quidem ſpectaculo commotus Taſſonius, ut ne ſibi aditum impediant, rogat: neuter tamen eorum, niſi Philippo jubente, loco motus eſt. Denique, ſurgentibus illis, Conſtantius in beati Patris amplexum ruit, nec ita multo poſt repentino morbo corripitur, atq; intra quindecim dies feliciter decedit.

Io. Angeli Cribelli, 381 Joannes Angelus Cribellius, feria quinta in Cœna Domini, integer ac vegetus ad Philippum adit, ſacram Confeſsionem peracturus: in cujus vultum defigens oculos Pater, Paratus eſto, inquit, fili, Deus enim aliquid requirit à te. Cui extemplo Cribellius: Quod bonum eſt in oculis ſuis faciat: omnia enim de manu ejus libenter ſuſcipiam. Tum Sanctus, At vero, ſi quid graviſſimum Deus immiſerit, æquóne animo feres. Ferā enimvero animo æquiſſimo ſubjicit ille, ipſius gratia adjuvante. Age igitur, ait Philippus, præpara animam tuam, ſiquidem in feſtis Paſchalibus vocabit te Deus. His dictis abiit Cribellius, atque ipſa die febri correptus, triduo poſt migravit è vita. Accivit mane aliquando ſanctus Pater *Fulviæ de Cavaleriis,*
C Franciſcum de Molaria, &, Quid faceres, inquit, ſi tibi uxor moreretur? Cumque ille neſcire ſe diceret, quid eo caſu facturus eſſet: ſubjicit Philippus, Quid igitur facturus ſis cogita, ſi uxor tibi moriatur. Necdum abierant decem dies, cum uxor ejus (erat hæc Fulvia de Cavaleriis, ceteroqui valetudine proſpera) in acutam febrem incidit, atque intra quindecim dies moritur.

Hieronymi Cordellæ, 382 Ægrotabat aliquando Hieronymus Cordella, nobilis medicus & Philippo apprime carus: quamobrem ejus uxor ſtatim ad beatum Patrem mittit, qui viri ægritudinem nuntiaret, rogaretque ut pro illo ad Dominum preces funderet. Necdum nuntius ſcalas aſcenderat, nec quidquam dixerat; cum Philippus, Miſerum, inquit, Cordellam, nunc enim moritur: hæc eſt hora ejus. Obſtupeſcere omnes qui aderant, neque enim de Cordella quidquam auditum fuerat: cum autem de illius morbo mox nuntius allatus eſt; iterum Philippus, Miſerum Cordellam, curſus vitæ ejus impletus eſt; cito decedet. Tum vero illi: Age igitur, Pater, ſi de corpore jam deſperatum eſt, animæ ſaltem opitulari ſtudeamus. Tum Sanctus more ſuo: Faciam profecto, faciam libentiſſime. Poſt dies octo quam ille decubuerat, cum Gallonius & Conſolinus primo diluculo ad beatum
D Patrem veniſſent, lumenque deferrent: Ergo Cordella mortuus eſt, inquit, hac nocte tali hora: nonne? Sed ſtatim advertens nihil ea de re illos ſcire potuiſſe, alio ſermonem convertit. Mittitur interea qui rem diligenter exploret: compertumque eſt, eadem qua Philippus dixerat hora, Cordellam expiraſſe. Illud autem hoc loco prætereundum non eſt, quod deinde Dei ſervus Auguſtino Cardinali Cuſano ſignificavit; nimirum Cordellæ morienti ſe adfuiſſe, quamvis eo tempore ab ſuo cubiculo non receſſiſſet.

Orinthiæ Columnæ, 383 Orinthia Columna erat, Pompei Columnæ uxor, tum genere tum pietate præclariſsima femina, quæ ad Noſocomium S. Jacobi itare ſolita erat, ibique miſeros incurabiles omni caritatis officio recreare. Hæc igitur in morbum incidit: cumque medicorum peritiſsimi ad eam venirent, nullius momenti rem eſſe omnes pariter affirmabant. At illa, fallaci medicorum judicio parum fidens, Philippum ad ſe omnino accerſendum curavit. Venit ille, & multa de rebus ſpiritualibus cum ea diſſeruit; aquam deinde benedictam digito accepit, Cruceque ſignavit in fronte; mox ad paſsionem Domini jugiter meditandam hortatus abſceſsit. Dum autem ædibus pedem
E efferret, forte medicos offendit, aitque, Orinthiam vere graviter ægrotare. Quo audito, riſere omnes. Tum Philippus, Vos quidem ridetis, ego autem affirmo vobis tali die eam morituram: id quod majori cum riſu exceptum eſt. Haud tamen fefellit eventus: qua enim ille prædixerat die Orinthia expiravit.

Dominici Mazzei, 384 Helena Cybo & vir ejus Dominicus Mazzeus pariter ægrotabant: quamobrem Tamiria Ceula, Helenæ mater, ad Philippum confugit, eique rem vehementer commendat; vereri enim ſe dixit, ne utrumque eodem tempore amitteret. At Sanctus, Nequaquam, inquit, Nequaquam: alterutrum ſatis eſt. Neque abfuit dicto fides, ſiquidem Dominicus ex eo morbo deceſſit, Helena autem convaluit, rejectiſque ſeculi curis ſe ad religioſa clauſtra recepit. Victoria Cybo, Helenæ hujus germana ſoror, ad Philippum venit ſacra Confeſſione conſcientiam ablutura: cui Pater, Quam pridem, inquit, Vincentiam ſororem tuam (erat hæc in ſacra domo Turriſ-
Vincentiæ Cybo, ſpeculorum) viſitaſti? At illa, Jam diu, ſubjicit. Tum vero Vir ſanctus; Age, jam ſæpe illam inviſito, cito enim moritura eſt. His dictis haud multi abierant dies, cum Vincentia, alioqui valens & robuſta, ſubita atque acuta febri corripitur, & intra duodevigeſimum diem moritur.

F *Alphonſi Ferri,* 385 Marcellus Ferrus, ab Urbe propediem diſceſſurus, in Philippum incidit: cui Sanctus, Quid agis, Marcelle? quo tendis? At ille profectionem parare ſe dixit, ita enim Cardinali Gambaræ domino ſuo ſe facturum promiſerat. Tum Philippus, fixis in eum oculis, ore manu admota (orabat ille & vim ſpiritus reprimere videbatur) Ne diſcede, inquit: brevi enim pater tuus moriturus eſt: nec te eum relinquere decet, ſed morienti adeſſe. Hoc dicto Marcellus obſtupuit, ſiquidem pater ejus Alphonſus ſano ac valenti corpore erat, necdum devexa ætate; verumtamen monenti ſtatim credidit, nec ire voluit. Igitur paulo poſt Alphonſus in febrem incidit, & poſt diem quintum, qui à Philippi prædictione fuit vigeſimus, ex hac vita migravit. Non ſemel deinde Dei ſervus Marcello dixit; Viden' quanti referat te in Urbe remanſiſſe? Anno MDXCIIII Kalendis Auguſti, *Alexandri Creſcentii,* Alexander Creſcentius, ſanus ac vegetus, ad beatum Patrem venit. Cui ſtatim Pater, Paratus eſto, inquit, brevi enim tempore moriturus es. Neque fefellit eventus: ſiquidem ſexto decimo ejuſdem menſis die vita functus eſt. Ægrotabat Gulielmus Bucca Romanus

A manus, Philippus autem Joanni Franciſco ejus germano fratri dixit, Frater tuus morietur, nec tibi propterea dolendum eſt, ita enim illi expedit; utque ipſe prædixerat, ita prorſus evenit.

Guilielmi Bucæ,

Virgilii Creſcentii,

386 Virgilius quoque Creſcentius, cum in ægritudinem incidiſſet, quamquam initio nullius periculi nulliuſque momenti res eſſe videretur, Philippus tamen ad illum veniens, Conſtantiæ ejus uxori libere dixit, Dei voluntati acquieſcendum: quo audito illa valde commota eſt. Cum autem viri eximiam ſanctitatem optime noſſet, cum eo in aliam ædium partem ſeceſſit: ibique remotis arbitris ſeſe ad pedes ejus abjecit, vim lacrymarum profundens, obſecrans & obteſtans, ut viro ſuo vitam & ſanitatem à Domino exoraret. At ſanctus Pater, inquit; Voluntas Dei hæc eſt; numquid vis aliud quam æternam ſalutem? Rogantibus deinde eâdem ipſa Conſtantia & filiis ſuis, apertiſſime dixit, ſaluti illius ita expedire. Quamobrem domum reverſus, Marcello Vitelleſco ſemel atque iterum affirmavit, ſe pro Virgilii ſanitate orandi modum nullum inveniſſe; in eamque mentem ſeſe impulſum eſſe, ut crederet ejus ſaluti hoc maxime expedire. Denique cum ægrotus jam in extremis laboraret, à Jacobo Creſcentio ejus filio accerſitus;

B Scio equidem, inquit, cur pater tuus à Deo nunc evocetur: idque poſt ejus obitum tibi aperte ſignificabo, quod & deinde implevit.

Patricii de Patriciis,

387 Haud ſecus ei uſuvenit in morte Patricii de Patriciis. Is enim cum in morbum incurriſſet, ut putabatur, leviſſimum, nec medicorum judicio febris ullum indicium adeſſet; Philippus tamen, ubi primum ad eum venit, ſacra Communione muniri juſſit, atque omnia ſubinde componi. Quamobrem ejus uxor, ſumma hac feſtinatione haud leviter offenſa; Delirat, inquit, ſenex iſte. Ipſe etiam Patricius, ceteroqui Philippo obſequentiſſimus; Mihi quidem, ait, in hac re Pater magis feſtinare videtur, quam par eſt. Quantum autem properato opus eſſet, rei probavit eventus: quandoquidem Sacramentis Eccleſiæ rite ſuſceptis, rebuſque compoſitis, ſtatim migravit è vita. Porro autem vir iſte nobiliſſimus Chriſtiana virtute nobilior fuit, cujus vitæ morumque ſanctitatem Philippus ipſe adeo reveritus eſt, ut ejus etiam mortui precibus ſe commendaverit.

Franciſci Bencini,

388 Deſiderius Conſalvus ex Dominicana familia, peſtifera febri ac phreneſi graviſſime laborabat, deque ejus ſalute omnes jam deſperaverant: eodemque tempore ac loco ægrotabat, non tamen ita graviter, Franciſcus Bencinus ex hac ipſa familia. Utrumque Philippus viſitavit, prius autem ad Bencinum venit, aitque; Hic profecto morietur: deinde ad Conſalvum aſcendens, impoſitis manibus ſuper caput ejus, ſtatim illum ad ſe redire fecit: mox; Confide, inquit, convaleſces. At ille, in te confido Pater, ora pro me, & pro ſalute mea. Abſceſſurus denique; Bono animo es, ſubjicit, certo convaleſces. Nec vana fuere promiſſa: hic etenim contra omnium opinionem redditus eſt ſanitati, ille autem paucis interjectis diebus deceſſit.

C

S. Caroli Borromæi:

389 Mortem denique Caroli Cardinalis Borromæi eodem plane ſpiritu prædixit. Cum enim Ceccolinus Margaruccius, Presbyter Septempedanus, Philippi opera in ipſius ſancti Cardinalis familiam cooptatus, Mediolano in patriam per aliquot menſes revertiſſet; cuperetque, eodem Philippo intercedente, à domino ſuo neſcio quid impetrare; beatus Pater libere ei reſcripſit, hac de re minime agendum eſſe: ſiquidem quo tempore ipſe Mediolanum cogitaret tale aliquid eventurum erat, quo minus ad dominum ſibi redeundum eſſet. Quod quidem reſponſum haud percepit Margaruccius: tunc vero rem probe intellexit, cum Mediolanum jamjam profecturus, de ſancti Cardinalis morte nuntium accepit. Scripſerat autem ad illum Philippus ante menſem, quo tempore ne minimum quidem in illo infirmitatis indicium erat. Romam deinde veniens Margaruccius, ubi primum eum vidit Philippus; Nonne, inquit, tibi prædictum, tale aliquid caſurum, quod tibi ad dominum redeundi cauſam auferret?

A HIERONYMO BERNARDO EX MS.

390 At ne forte quiſpiam Philippum dumtaxat mortis nuntium fuiſſe arbitraretur, erit profecto operæ pretium de iis etiam narrare, quos vel in ipſo mortis limine conſtitutos ſanitati mox reſtituendos eſſe prædixit. Franciſcus Cardinalis Sfortia putrida febri atque torminibus laborabat; jamque viginti dies abierant, quibus graviſſima ſymptomata cibique faſtidia paſſus, denique eo redactus fuerat, ut ceteris Eccleſiæ Sacramentis munitus, extremam Unctionem tantum non acceperit. Hæc inter Catharina Sfortia ejus mater ad Philippum mittit, qui cereum afferat; rogetque illum, ut Cardinali ſalutem à Domino deprecetur. At Sanctus tantiſper ſubſiſtit: mox bono animo eſſe eam jubet, & Cardinalem nequaquam moriturum affirmat: quod quidem dictum, re comprobatum eſt.

CAP. IV *contra, ſanandos prædicit, Franc. Card. Sfortiam,*

391 Idem plane accidit in Michaele Mercato, medico longe præſtantiſſimo & ſancto viro in primis caro. Is enim cum ex gravi morbo ad ſupremam prope diem adductus eſſet; Philippus Petro Mercato ejus parenti iterum atque iterum conſtanter dixit; Ne dubita, filius tuus vivet. Cum autem ille deinde, non ſine ingenti dolore, diceret; En, Pater, quo tandem res rediit; momentis vivitur; Philippus reſpondit; Nonne tibi jam prædictum? Ne dubita, nequaquam morietur. Scito nondum illum à Deo evocari, ſed per aliquod tempus nobis relinqui: quod & factum eſt. Etenim ex morbo levatus undecim annos ſuperfuit, & Clementis VIII medicus factus eſt; cui denique Philippus, idem qui vitam ante prædixerat, mortem pariter prænuntiavit. Ægrotabat Joannes Baptiſta Altovitus, & quidem tam graviter, ut medici omnes de illo jam deſperarent: at Sanctus pro ejus ſalute ad Deum oravit. Mox accito Tauruſio; Abi, inquit, ad Joannem Baptiſtam, atque à me dicito, nequaquam illum moriturum, ſed poſtridie melius habiturum: atque ita plane accidit, ſicut prædictum eſt.

E *Michaelem Mercatum,*

Joannem Baptiſtam Altovitum.

392 Bartholomæus Dottus Mutinenſis continua febri laborabat, jamque eo adductus fuerat, ut rebus omnibus compoſitis, tamquam moribundo deſtici vigiles adſtarent. Cum autem officium quoddam haberet in Palatio Apoſtolico, cujus pretium ex illius capite pendebat; fratris ejus filius venit ad Philippum, atque enixe rogat, ut pro patrui ſalute preces ad Deum offerre dignetur: etenim cum illo officium ejuſque pretium amitti, non ſine magno rei ſuæ domeſticæ detrimento, quod ejuſmodi officium in ſe transferre jam cogitaſſet. Cui vir Sanctus; Vade, inquit, nunc enim patruus tuus convaleſcet; quicumque vero poſthac eum occupaverit morbus, profecto letalis erit. De officio autem nihil erit. Quid multa? Convaleſcit ille, quadriennio poſt in morbum incidit, moritur, & cum eo pariter officium amittitur.

Bartholomæum Dottum,

F

393 Olympia de Nigris, Marci Antonii Vitelleſchi uxor, tam pernicioſa febri æſtuabat, ut eodem die tres fierent acceſſiones. Itaque medicorum peritiſſimi de ejus ſalute ſpem omnem abjecerant; ac Hieronymus Cordella libere affirmavit, ex quo ad medicinam exercendam acceſſerat, tres tantum ſeſe eo morbo vexatos offendiſſe, nulloque remedio eorum quemquam juvari potuiſſe. Philippus tamen bono animo omnes eſſe jubet, velle ſe vim facere Deo, ne forte tot filii, optima parente orbati, cum

Olympiam de Nigris,

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

ipſa domo dilaberentur. Nec inania fuere promiſſa: ſiquidem ex ea die Olympia melius habere cœpit, paucoſque poſt dies reddita eſt ſanitati.

Hieronymum

394 Hieronymus Pamphilius, nondum ad Cardinalatum evectus, cum adhuc Romanæ Rotæ Auditor eſſet, letali morbo correptus eſt: cumque ad illum Philippus quotidie mane & veſperi ventitaret, quadam die divino ſpiritu impellente, manibus caput ejus arcte complectitur, ſolitiſque motibus ſeſe concutiens tantiſper orat; dein, Bono animo es, inquit, ne dubita, nunc etenim haud morieris. Igitur ex ea die convaleſcens, haud longo intervallo ſanitatem vireſque recepit. Hoc idem Alexandro fratris ſui filio uſuveniſſe ipſemet Cardinalis teſtatus eſt. Cum enim graviſſime ægrotaret, & jam ſalutis ſpes reliqua nulla eſſet, Philippus ad eum venit; poſitiſque ſuper eum certis ſanctorum Reliquiis, oravit aliquantulum; dein more ſuo; Nihil metuendum eſt, inquit. Quo dicto ille ſtatim levatus, præter omnium opinionem valetudinem recuperavit.

& Alexandrum Pamphilios,

Matronas tres,

B

395 Venit aliquando beatus Pater ad Fauſtinam Cinciam, Caroli Gabriellii uxorem, de cujus ſalute medici jam deſperaverant, impoſitiſque manibus ſuper caput ejus ad Deum orat. Mox ait, Ne dubita: nequaquam morieris. Cui illa; De me jam actum eſt, inquit. Iterum Pater, Bono animo es: equidem affirmo tibi, nunc te minime morituram. Nec vana fuere promiſſa: ſiquidem paucis interjectis diebus priſtinæ ſanitati reſtituta eſt. Conſtantia quoque de Drago ad ultimum prope diſcrimen adducta erat; cum ad eam veniens Dei ſervus; Ne dubita, inquit, propediem venies ad S. Hieronymi. Atque ita plane factum eſt: quin immo ea occaſione Philippum ad ſacras Confeſſiones ſibi delegit. Uxor etiam Franciſci Buccæ Romani à morte propius aberat, jamque advocati fuerant qui ejus cadaver efferrent: ſupervenit interim Philippus, admotiſque moribundæ Sanctorum Reliquiis, pro ea tantiſper orat ad Dominum. Ad virum deinde ſe vertit, aitque; Uxor tua nequaquam morietur. Quod quidem impletum eſt, obſtupeſcentibus omnibus, qui modo in extremo vitæ diſcrimine eam viderant.

Ioannem Antonium Luccium,

396 Joannes Antonius Luccius, de quo ſæpe dictum eſt, ad Urbem veniens, equo excuſſus, male caput fregit; atque alterâ ſcapulâ luxatâ propius nihil eſt factum, quam ut ſtatim moreretur. Erat ille ſexagenario major, & febris jam ſupervenerat, quamobrem medicorum judicio valde periclitabatur. Igi-

C

tur ad Philippum itur: quem cum vidiſſet Luccius, Confeſſione peracta rogavit ut pro ſalute ſua Deo preces offerret; neque enim mori recuſabat, ſed res ſuas qua deſtinaverat ratione componere cupiebat. Tum vero Sanctus, hominem arcte complexus; Ne dubita, inquit, omnia compones prout libuerit; tempuſque ſuppetet, quo teſtamentum commode condere poſſis. Eodemque tempore melius habere cœpit: dein paucos poſt dies, contra omnium opinionem, ſanus & integer viſus eſt, atque ipſi Philippo ſuperſtes fuit.

& alios plures.

397 Idipſum ferme dixit Dei ſervus Joanni Franciſco de Bernardis, Congregationis Presbytero. Is etenim Oleo ſancto inunctus, jam jam moriturus videbatur: tamen, ut Philippus prædixerat, præter omnium expectationem redditus eſt ſanitati. Agneſinæ itidem Columnæ, pari nobilitate ac pietate feminæ, de cujus ſalute omnes jam deſperaverant; Ne dubita, inquit, nequaquam morieris: atque ita evenit, quemadmodum prædictum eſt. Venit aliquando beatus Pater ad Joannem Baptiſtam Cribellium, ex febri graviter laborantem: cumque ejus acceſſionem pertimeſceret; Ne dubita, inquit, nequaquam reditura eſt; atque uti dixerat, reliquit eum febris. Quoſcumque demum Philippus convalituros prædixerat, ii citra dubium ſanitati reſtituebantur; quamvis medicorum ſpe deſtituti, atque ad extremum uſque ſpiritum adducti eſſent: quos vero contra morituros ipſe affirmaverat, licet leviſſima ægritudine detinerentur, nec periculi quidquam ſubeſſe videretur, omnes tamen interiiſſe compertum eſt. Quapropter Montes Zazzara teſtatum reliquit, ſeſe non ſemel domi plures morbis difficillimis implicitos habuiſſe, quorum non alius fuit exitus, quam quem Philippus prædixit.

D

CAP. V

Prænoſcit filium parentibus gravè fore,

398 Multa præterea in omni genere Dei ſervus, inſtinctu afflatuque divino, præſenſit atque prænuntiavit. Sulpicia Sirleta, Petri Focilis uxor, de quibus antea meminimus, quadrimam filiolam habebat periculoſe ægrotantem: itaque cum viro ſuo Philippum adit in eccleſia S. Hieronymi, rogatque illum lacrymans, ut unicæ hùic filiolæ ſalutem precibus impetrare dignetur. At ille: Quieſce, ait, vocat eam Deus, Dei nutricem te fuiſſe ſufficiat. Cumque ambo nihilominus dolendo & rogando pergerent; Abite, inquit, audiet profecto vos Dominus, dabitque filium ejuſmodi, ut vos pœniteat voti: igitur biennio poſt filium ſuſcipiunt, qui deinde ubi adolevit ad ultimum uſque diem parentibus graviſſimus fuit. Helena Cybo, de qua paulo ante dictum eſt, partu appropinquante Philippum advocat; & ſacramento Confeſſionis expiata, rogat illum, ut quem ſuſceptura erat filium ſacro fonte levare ne gravetur. At Sanctus; Nequaquam patrino opus erit. Sequenti nocte Helena mortuum fœtum enititur, & dictum Patris impletur.

E

fœtum mortuum pariendum,

amittendâ pecuniam alea acquiſitam,

399 Petrus Paulus de Petris erat Congregationis laicus, cujus pater cum aliquando alea magnam pecuniæ vim comparaſſet, ab inſtituto filium omnimodis revocare ſtudebat, ratus nimirum ea ſe ratione domum ſuam aliquando amplificaturum. Is igitur ut patris importuna conſilia declinaret; Neapolim, ita hortantibus Patribus, cogitabat. Itaque veſperi à Philippo miſſionem & benedictionem petit. At ille; Abi, inquit, ſiquidem Patres ita ſentiunt. Mox vero iturus cubitum, laico cuidam ex noſtris præcipit, ut ne abire illum permittat. Poſtridie Petrus Paulus ſurgit, in viam ſe daturus; cum ecce ibi nuntius à Philippo, qui abitum ei nominatim vetat. Paret ille, & ſtatim beatum Patrem adit: hic autem; Ne dubita, inquit, fili, Deus tibi opem feret. Necdum tres menſes abierant, cum bonus aleator, quam ludo quæſierat pecuniam ludó perdidit, nec exinde filio moleſtus fuit.

F

ſexum prolis ſuſcipiendæ.

400 Olympia de Nigris, de qua paulo ſuperius commemoravimus, cum ſeptem filias ſuſcepiſſet, & maſculam prolem peroptaret; magna cum fide ad Philippum confugit, aitque; En Pater, ſeptem filias habeo. Cui Sanctus: Ne dubita, nullas præterea paries feminas. Cum autem tres deinceps mares periiſſet, proleſque plus nimio creſcere videretur, iterum ad Philippum venit, aitque; Tres mihi ſunt mares, Pater. Tum ille; Abi, inquit; nec mares in poſterum paries nec feminas; atque ita prorſus evenit.

Præſidem Turris-ſpeculorum ſuturam,

401 Contulerat ſe aliquando Vir ſanctus in ſacram Domum Turris-ſpeculorum, cum ecce ibi quatuor ex Monialibus illi obviam veniunt, eumque ad veterem ſuam eccleſiam deducunt. Interea Philippus uni ex iis (fuit hæc Porcia Capozucchia) Incumbe, inquit, orationi. At illa; Haud poſſum, Pater: munere meo impedior, negotii plena ſum. Tum vero Maria Magdalena Anguillaria ſubjicit: At ego, Pater, quæ nec orationi incumbo, nec boni quidquam aliud agere novi? Cui ſtatim Sanctus: Tu ſcilicet nihil boni agere noſti? & tamen Præſidem ages.

A ages: nunc igitur tibi orationi inſtandum, neque enim id facere poteris, cum aliis præeris. His auditis riſere omnes, ſiquidem Anguillaria annos plus minus viginti non excedebat, quamobrem ab eo munere longiſſime diſtabat. Iterum Philippus ſubdit: Ridete jam, ridete: poſtea vero dicetis, Philippus dixit. Quin etiam ipſi Anguillariæ; Tu rides, inquit: memento, hæc tibi dixiſſe Philippum. Quadraginta deinde anni jam abierant, cum Hieronyma Taſchia ejus loci Præſes, utroque lumine prope orbata, vicem ſuam alteri tradere, ſeque eo munere abdicare conſtituit. Igitur convocatis omnibus ad quas ſpectabat electio, communi conſenſu Anguillaria Præſes renuntiata eſt. Tum vero illis in mentem rediit, quod Philippus olim prædixerat, quodque præter omnem expectationem impletum eſt: quandoquidem Taſchia nec gravi erat ætate, nec valetudine; ut, niſi cæcitas obſtitiſſet, munus ſuum, quod alioqui perpetuum eſt, diutius adminiſtratura videretur.

duos filios ſuſcipiēdos,

402 Marcus Antonius Columna & Felix Urſina ejus uxor, valde anxii atque ſoliciti erant, quod Fabricius eorum filius ſobole careret: quapropter
B Anna Borromæa, ejuſdem Fabricii uxor, & ſancti Caroli germana ſoror, quo jubente Philippi arbitrio regendam ſe dederat, ad illum confugit; utque prolis beneficium ſibi à Domino precibus obtineat, etiam atque etiam rogat. Itaque Vir ſanctus nec opinanti dixit, Bono es animo, Anna, non enim multo poſt duos filios paries. Igitur anno ſequenti filium peperit, cui Marco Antonio nomen inditum; alium deinde anno poſt ſuſtulit, eumque Philippum nuncupavit: quos quidem piiſſima matrona, beati Patris interceſſione ſeſe à Deo obtinuiſſe, palam ac publice prædicabat, ut etiam ejus filios appellaret.

cogitatum à duobus ſtatum reipſa non adeundum.

403 Thomas Minerbettus, & Petrus Antonius Morellus, ad Philippum aliquando ſe contulerunt, ita eos hortante Franciſco Bencio, viro è Societate Jeſu juxta pietate atque doctrina præſtanti; uterque enim ſeculum relinquere, & ad religioſa caſtra tranſire decreverant. Erat tum beatus Pater in ædibus Caritatis, egreſſuſque ante fores cubiculi, ubi eos videt, quid velint rogat. Tum prior Morellus; Ego, inquit, Monachus eſſe cupio. Ad alterum deinde ſe vertens; Tu vero, inquit, quid facturum te cogitas? Ego quidem, ſubjicit iſte, ſtudiis operam dare, & Presbyter eſſe decrevi. Tum Sanctus aſſurgens, & baculo quem tenebat Thomæ caput leviter fe-
C riens; Tu, inquit, nequaquam eris Presbyter: atque alteri; Neque tu Monachus. Itaque Thomas, quamvis viam ad Presbyteratum paulo poſt injiſſet, in eaque ſententia diu perſeveraſſet; tamen, cum matura jam eſſet ætate, ſibi uxorem adjunxit; Morellus autem, quamquam omnia tentavit ut Monachus fieret, numquam tamen id perficere potuit; ſed Presbyter factus eſt, in eoque ſtatu ad mortem uſque permanſit.

Militum ducem fore Sacerdotem.

404 Ottonellus de Ottonellis, Militum dux Mutinenſis, cum ad Urbem veniſſet, fundationem cujuſdam monaſterii ſacrarum Virginum curaturus, in qua quidem re multa difficilia occurebant; ad Philippum deductus eſt à Germanico Fideli, ut ſuis apud Deum precibus eum juvaret. Quem ſimul ac vidit Sanctus, ad adſtantes quoſdam Presbyteros ſe convertens; Hic, ait, frater veſter eſt. Deinde hominem rogat, ecquidnam profiteatur: Militem, inquit ille. At Pater; Nequaquam miles, ſubjicit, ſed horum frater: extenſaque ſuper caput ejus dextera eidem benedixit. Erat tum ille matrimonio junctus, multoſque habebat liberos, atque in re militari totus verſabatur. Nec ita multo poſt uxorem liberoſque plurimos amiſit, quæ autem ſupererant filiæ ſpiritualibus nuptiis Chriſto ſeſe adjunxerunt; quamobrem ille, ſeculi curis ſolutus ac liber, divina adſpirante gratia Sacris initiatus, denique Sacerdos effectus eſt. A. HIERO. BARNABEO EX MS.

405 Anno MDLXXVI quatuor Congregationis Presbyteri Mediolanum ab ipſamet Congregatione miſſi fuerant: ecce autem Philippus accito Tauruſio præcipit, ut datis ad eos ſtatim litteris ad Urbem quamprimum redire jubeat. Cumque ille modeſte admoneret, fore ut ex improviſo eorum abitu Mediolanenſium plurimi offenderentur; quod præſertim rem, nuperrime inchoatam, infectam relinquerent; Ne, inquit, obdura: dictis obtempera: & ut ad nos ſine morâ revertãtur, nominatim perſcribe. Vixdum has litteras Patres acceperant, cum repente Mediolani peſtilentia coorta eſt, cujus rei nulla omnino erat ſuſpicio: adeoque maturato opus fuit, ut ex iis duo, multis in itinere difficultatibus impediti, ægre tandem ad Urbem ſeſe receperint. *Peſtem Mediolano imminentem.*

amoliendæ Sacerdotii obtinendi impedimentum,

406 Presbyter quidam nobile Sacerdotium à Pontifice obtinuerat. Eo tamen mortuo, antequam diploma ederetur, Aulicus longe nobilis ac potens rem perturbare atque omnimodis impedire ſtudebat: quamobrem Presbyter, rebus prope deſperatis, eo demum adductus eſt, ut Sacrificio divinique Officii E recitatione intermiſſa, nihil aliud niſi de adverſario interficiendo cogitaret. Interea cum fratre ſuo ad noſtram eccleſiam venit, atque adorato Numine, oculos conjicit in Philippum, ad audiendas Confeſſiones haud procul ſedentem. Quamquam autem illum nec de facie noverat, tamen occulta quadam vi pertrahi ad eum ſe ſentiens, ad ejus pedes ſeſe abjicit, nec quidquam loquitur. Tum vero Sanctus, ſiniſtra ejus auricula manu apprehenſa caputque demulcens; Tentatio, inquit, te graviter urget, nonne? At ille; Tam graviter quidem, Pater, ut grande aliquod malum perpetraturus ſim, eique animum ſuum aperuit. Cui Pater; Confide, fili, intra dies quindecim in tranquillo eris. His auditis ſacra ſe Confeſſione expiavit, atque abiit. Vix prædictum tempus elapſum fuerat, cum ecce tibi per viam adverſarium offendit: qui ultro ad eum accedit, &, Viciſti, inquit, meus enim patronus atque defenſor in ordinem redactus eſt. Tum vero illi in mentem venit, quod Chriſti ſervus aperte prædixerat; cumque omnia deinde feliciter cecidiſſent, largitori bonorum omnium gratias egit, & Philippum ſupra hominem ſuſpexit.

diſſipandam calumniam

407 Haud ſecus accidit Horatio Riccio, Equiti F Hieroſolymitano, Federici Cardinalis Borromæi familiari: hic enim (ut ſæpe aulam ſectantibus uſuvenit) nonnullorum invidia graviter fama periclitabatur. Quamobrem diluculo domo egreſſus incidit in Philippum; qui ſtatim; Quo tendis? inquit. Deambulatum, ſubjicit ille; numquid tamen vis, Pater? At Sanctus, Eamus: eumque ſecum ducit ad Apoſtolicæ Cameræ Auditorem (erat is Horatius Burgheſius, Pauli Papæ V germanus frater) quocum Philippus de re graviſſima acturus erat. Cum autem præmature adveniſſet, diu commoda admiſſio fuit expectanda. Itaque Vir ſanctus, fallendi temporis gratia, ad legendum aggreditur: at Riccius, qua animi ægritudine, qua moræ & loci tædio affectus, diutius durare non poterat, dimiſſionem tamen petere non audebat. Tum vero Philippus hominem manu prehendit, defixiſque in eum oculis; Ne dubita, inquit, nihil erit quidquam incommodi: omnia tibi præclare caſura ſunt: me vide. His vocibus Riccius mirifice recreatus eſt, certoque credidit, quemadmodum Chriſti ſervus prædixerat, omnia ſibi feliciter eventura. Nec falſo: ſiquidem poſt quindecim dies improbus ille calumniator ab domo Principis

A. HIERO. BARNABEO EX MS. *vitæ diſcrimen adeundum,*

expulſus eſt, ipſe vero Domini gratiam adeo non amiſit, ut eodem intercedente inter Cubicularios Pontificis adlectus fuerit.

408 Dominicus Rudulſius, ex ſacra Clericorum Regularium familia, ſalutis anno MDLXXX, à Superioribus ſuis Neapoli Cremonam deſtinatus, Romam venit; ibique de Philippi ſanctitate multa cum audiſſet, ad eum ſe contulit, ſedentemque in templo invenit ad Confeſſiones auſcultandas. Itaque propius acceſſit, ejuſque manum oſculatus, reverenter ſalutavit. At Sanctus, Perge, inquit, quo te ſancta obedientia mittit, & ad animarum ſalutem toto pectore incumbe. Scito autem poſthac te ad Epiſcopatum provehendum, ut eo magis in illo opere te exerceas. Verum illud cogita, te in hoc itinere vitæ diſcrimen ſubiturum: Deo tamen ejuſque ſanctiſſima Matre opem ferente, ægre quidem, ſalvus tamen & incolumis evades. Igitur Cremonam profectus, cum ad Alpes Florentino agro imminentes perveniſſet, limoque plenam foſſam tranſire tentaſſet, cum equo pariter collo tenus demerſus eſt. Qua re vehementer commoti, quicumque eum comitabantur, quod morti proximum jam putarent; Deo Superiſque omnibus illius animam ſolennibus Eccleſiæ precibus commendabant. Interea in tantis difficultatibus anguſtiiſque verſanti in memoriam venit, quod à Philippo nuper audierat; ejuſque auxilium magna cum fiducia imploravit. Nec fruſtra: extemplo enim diſſolvi ſibi brachia manuſque ſenſit, atque ex profundo ac tenaci limo tandem ſemivivus emerſit: equum vero quatuor bobus religatum extrahere opus fuit. Itaque tanto periculo liberatus, ad animarum ſalutem procurandam totum ſe contulit: denique à Paulo V Pont. Max. Orientis Epiſcopus creatus, Philippi verbum re comprobatum perſpexit. Noſtrorum autem diuturna obſervatione compertum eſt, quidquid Philippus diceret, quamvis caſu prolatum videretur, ita prorſus, ut prædictum fuerat, evenire; id quod poſt ejus quoque migrationē fieri perſpeximus: plura enim, quæ ipſe olim nominatim aut obſcure præſignificavit, & videntibus nobis impleta ſunt, & quotidie implentur.

B *& liberationem ab eodem.*

CAPUT XXVIII.

Summas dignitates multis prænuntiat Philippus, aliaque abſentia & longe remota.

C

409 CAP. IV *Prædicit Cardinalatum Petro Aldobrandino,*

MUltos præterea ad ſupremas dignitates evehendos Philippus præſenſit, apertiſſimeque prædixit. Erant aliquando apud ipſum juvenes aliquot, interque eos Petrus Aldobrandinus, Jacobus Creſcentius, & Marcellus Vitelleſcus; cum improviſo Dei ſervus Petrum advocat, jubetque illum ad ſocios hæc perferre: Philippus mihi præcipit, ut vobis ſignificem, vos me Illuſtriſſimi titulo, qualis nimirum eo tempore Cardinalibus congruebat, breui compellaturos, & haud faciles aditus ad me habituros. Erubuit Petrus hoc dicto, tamen, ut erat Philippi obſervantiſſimus, ſtatim paruit. Nec ita multo poſt, Innocentio Summo Pontifice vita functo, Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus, ejuſdem Petri patruus, in ejus locum eligitur; ipſeque poſt modum, ut ei prædictum fuerat, Cardinalis creatur. Ad hæc, eodem Innocentio Pontifice, cum ad beatum Patrem ęgrotantem veniſſet idem Aldobrandinus: En quo tandem, inquit Pater, redactus ſum? ut mihi parvo poſt tempore Illuſtriſſimi titulo ſis ſalutandus.

410 Venit aliquando ad Dei ſervum Joannes Franciſcus Aldobrandinus, Clementis VIII fratris filiæ conjux, & S. R. E. armorum generalis Imperator; viditque in ipſius Patris cubiculo duo Cardinalitia in papyro depicta inſignia & parieti affixa, in quorum medio duo crania delineata erant: cujus rei myſterium ut ſibi aperiret, beatum Patrem rogavit. At ille, quamquam initio nihil ad poſtulata reſpondit, iterum tamen rogatus, quaſi per ludum & jocum dixit; Anne mihi quoque poſt mortem duos Cardinales ex hac mea Congregatione futuros eſſe non putas? Quod quidem, quemadmodum prædictum fuerat, factum eſt: paucis enim poſt menſibus, quam ille deceſſerat, Tauruſius atque Baronius, Congregationis Preſbyteri, ad Cardinalatum evecti ſunt. Porro hæc ipſa beatus Pater inſignia triennio antequam ex hac vita migraret omnium oculis expoſuerat: quin etiam de hac ipſa ſuorum promotione, viginti ante annis quam ad effectum perduceretur, cum Paulo Recuperato nominatim egerat: quod idem cum aliis etiam fecit, maxime autem cum Franciſco Nerio Societatis Jeſu; qui præterea curioſius ex eo quæſivit, an Baronius deinde ad ſummum Pontificatum evehendus eſſet; & Pater, nequaquam id futurum eſſe reſpondit. Quamobrem Clemente Pontifice defuncto, cum ſacra comitia agerentur, atque omnium vota voceſque in unum Baronium ferrentur; Nerius tamen conſtanter id fieri poſſe negabat, quandoquidem hoc Philippi oraculum eſſet.

D *item duos ex Congregatione poſt mortem ſuam aſſumendos,* *non tamen Papam futurum Baronium,* E

411 Hieronymus Cardinalis Pamphilius, de ſuo ipſius Cardinalatu hoc teſtatum reliquit. Cum ego Confeſſionem de more peracturus acceſſiſſem ad beatum Patrem ex morbo decumbentem; Tu quidem, inquit, Cardinalis eſſe cupis: nonne? Ego vero; Nihil minus cogito. At ille, Eris profecto Cardinalis. Hic ego ſubridens, Ecquis, inquam, te judice, me ad hanc dignitatem provehat? Tum vero beatus Pater ſemel atque iterum dixit, Affirmo tibi, te Cardinalem futurum. Id quod nullis meis meritis, Dei gratia adſpirante, factum eſt, eo maximo tempore, quo id minime cogitabam. Itaque hanc dignitatem Philippi precibus acceptam refero. Hæc ille.

item Cardinalem creandi Hier. Pamphilii.

412 Innocentius Cardinalis de Bubalis, & ipſe hæc de ſe ſcripſit. Anno ſalutis noſtræ, niſi fallor, MDLXXXXIII, Pater Philippus, me Vaticanæ Baſilicæ Canonicatu exornandum, mihi ſæpe affirmabat. Cum autem qua ratione id contingere poſſet omnino non viderem: quippe quem Pontifex, quantum ego exiſtimabam, ne de facie quidem noverat; ejuſmodi prædictionem ridebam: & quo ille rem certius affirmabat, hoc ego minerem ejus dictis fidem habebam. Anno tamen MDLXXXXIV Sextili menſe, Petrus Cardinalis Aldobrandinus me nec opinantem accerſit, aitque, Pontificem mihi Vaticanæ Baſilicæ Canonicatum deſtinaſſe. Pergit deinde: Igitur cum ex ea re incredibilem quamdam lætitiam oſtenderem, beatus Pater, Iſtuc quidem nihil eſt, inquit: hic enim Pontifex te Cardinalem creabit. Quo audito riſum tenere non potui; id enim nulla unquam ratione fieri poſſe exiſtimabam, At Pater, id ipſum mihi quotidie conſtanter iterabat. Poſtquam vero ſingulari Dei beneficio ad Cardinalatum evectus ſum, hoc idem ſæpius ab eodem Philippo Silviæ ſorori meæ prædictum fuiſſe intellexi. Quamobrem cum olim de morbo graviſſimo, qui me oppreſſit in Gallia, nuntius ad Urbem allatus eſſet; illa bonæ ſpei plena, libere affirmabat, niſi adepto Cardinalatu me non interiturum, quandoquidem ſic Philippus prædixerat.

F *Innocentium de Bubalis,*

413 Franciſcus quoque Cardinalis Dietricſtain, hæc de ſeipſo teſtatur. Cum olim adoleſcens in Urbe eſſem Clementi VIII Pont. Max. à cubiculo intimo, quadam die à Petro Cardinali Aldobrandino ad Vallicel-

Franciſcum Dietricſtain

A Vallicellam deductus ſum ad P. Philippum Nerium. Ubi vero me in cubiculum ad ſe introeuntem vidit beatus Senex; continuo in partem interiorem ſeceſſit, deſumptumque è ciſtula Cardinalitium biretum, ſatis illud quidem obſoletum, capiti meo ſubridens impoſuit, aitque, O! venuſtulum Cardinalem. Ego vero, qui viri ſanctitatem eximiam divinumque lumen haud probe noveram, veritus ne forte his me dictis illuderet, nonnihil commotus ſum: ſed pudor meus, illiusque ſenectus, & aliorum præſentia conceptam iracundiam cohibuerunt. Nec ita multo poſt Philippi verba probavit eventus, meamque perturbationem damnavit; quam ego quoque condemno, atque ad viri ſanctiſſimi gloriam, rem, ut cecidit, retuli, meaque manu ſubſcripſi.

414 Quod ſpectat ad ſummum Pontificatum, *Pontifices vero Pii V,* Sede vacante, ſeu dormiret Pater ſeu vigilaret, futuri Pontificis nomen audire ſibi videbatur. Paucis ante diebus quam Pontifex renuntiaretur Pius, hujus nominis Quintus, cum Dei ſervus ex ædibus Caritatis pedem efferret, elatis ad cælum oculis, hauſtoque ſpiritu more ſuo intumeſcens, & prope extra ſe raptus, dixit, Die Lunæ creandus eſt Pontifex. Audivit hoc inter ceteros Marcellus Ferrus; qui deinde B cum eodem Philippo per Urbem ambulans, rogat illum familiariter, ut, quoniam Pontificis electionem proxime futuram dixiſſet, quis demum futurus eſſet Pontifex ſibi aperte ſignificaret. Cui ſtatim Philippus: Tibi vero id tacere nolo: Pontifex erit Cardinalis Alexandrinus, idque ſine dubio fiet die Lunæ hora veſpertina. Atque ita plane accidit, quemadmodum vir Sanctus prædixerat. Hanc ipſam electionem paulo ante nonnullis aliis Philippus præ- *Gregorium XIII,* nuntiaverat. Pio deinde Pontifice vita functo, idem hic Marcellus, præteritæ prædictionis memor, ex beato Parente etiam atque etiam quærit, quiſnam futurus ſit Pontifex? At ille, Quiſnam, inquit, hominum opinione huic dignitati deſtinatur? Alii ab aliis, ſubdit Marcellus, maxime autem Joannes Cardinalis Moronus. Tum vero Philippus, Nequaquam Moronus, ſed Boncompagnus Pontifex renuntiabitur: iſque demum creatus eſt, & Gregorius XIII appellatus.

415 Poſt Sixti V Pontificis exceſſum, Nicolaus *& XIV,* Cardinalis Sfondratus ad beatum Patrem venit; is vero ubi de ejus adventu audivit, ſtatim ad eum miſit, qui nuntiaret ſe in aulam mox deſcenſurum, ibique cum illo collocuturum. Cum igitur ambo in hunc C locum conveniſſent, eſſentque ibi Petrus Paulus Creſcentius, qui deinde ad Cardinalatum evectus eſt, Jacobus quoque ejus germanus frater, Marcellus Vitelleſcus, aliique; Philippus extemplo, priuſquam ſermonem cum Cardinali inſtituteret, ut illius pedes oſcularentur omnibus ſingillatim præcipit: id quod ſine ulla contradictione peractum eſt, tanta erat ejus reverentia apud omnes. Poſtera die cum idem Cardinalis in templum noſtrum veniſſet, continuo Franciſcus de Molaria ad Philippum advolat, nuntiatque Cardinalem Sfondratum in templo adeſſe, cui Sanctus: Ille nimirum Pontifex, nonne? Quin etiam Sixto vivente pluribus idipſum modis Philippus ſignificaverat, ac præſertim anno antequam Sixtus idem vita decederet. Cum enim hic ipſe Cardinalis ad beatum Patrem ſe contuliſſet, eſſentque ibi in cubiculo Marcellus Vitelleſcus, aliique; Sume, inquit Marcello Philippus ex armario pileolum illud Pontificium (fuerat hoc pridem in uſu Pii V ſanctiſſimi Pontificis, atque à ſancto Viro magna cum reverentia cuſtodiebatur) acceptumque manibus capiti Cardinalis impoſuit, aitque, Experire ſodes quam commode tibi aptetur. Huic porro ob præclara virtutum merita deinde ad ſummum Pontificatum evecto, Gregorio XIV nomen inditum eſt.

A. RIBRO. BARNABI EX MS. *Clementem VIII,*

416 Nec vero ſecuturi Pontificis electionem ignoravit Philippus, cujus & nomen ipſum præſcivit, ac prænuntiavit. Cum enim aliquando Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus, una cum Auguſtino Cardinali Cuſano aliisque Præſulibus, in hortos Curtii de Maximis ſe contuliſſent, quo Philippus forte ſeceſſerat; Curtius ad aurem beati Patris accedens, Vellem, inquit, Pater, per te in Cardinalis Aldobrandini clientelã admitti. At ille, Libentiſſime factum puta; affirmo autem tibi, virum hunc non in hac dignitate moriturum. Necdum quatuor menſes abierant, cum ad Petri Cathedram evectus eſt. Pridie autem quam id fieret, nonnullis ſuorum, ac præſertim Marco Antonio Maffæ, apertiſſime dixit, Aldobrandinum ad ſummum Pontificatum aſſumendum eſſe, & Clementis nomine nuncupandum.

417 Alexandro Mediceo, qui poſtea ſummus Pon- *& Leonem XI,* tifex Leo XI dictus eſt, olim cum laicus eſſet, ac magni Hetruriæ Ducis ad Pontificem Orator, paucis plura prædixit. Tu quidem, inquit, Cardinalis, dein Pontifex eris, ſed haud perennabis. Id quod ex Leone ipſo ſeſe audiſſe teſtatur Hieronymus Ghettus Romanus, Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini: qui & B publice hoc in Urbe prædicavit, cum de ipſius Philippi laudibus diceret, quo tempore Sanctorum numero adſcriptus eſt: quin etiam Gregorius XV Pont. Max. idipſum ſatis aperte confirmavit. Cum enim ea de re apud illum diſſereretur, hæc ſubdidit: Equidem hoc verum eſſe exiſtimamus: etenim cum olim ſacræ Rotæ Auditoris munere fungeremur, atque ad ejuſdem Pontificis pedes oſculandos adiiſſemus, inter alia hæc dixit; Non diu moleſti erimus, non enim diu victuri ſumus. Quamquam autem Philippus futurorum Pontificum electiones ferme omnes divinitus prævidebat; eas tamen, niſi gravi de cauſa, aut certe cum ſuis carioribus familiariter & jocoſe agens, haud aperiebat; illud ſæpe uſurpans, minime credendum eſſe ſomniis, atque inutilibus revelationibus, quod iis dæmonum fraudes & fallaciæ facile ſubeſſe poſſint.

418 Illud quoque Philippo à Deo impertitum CAP. VII. eſt, ut longe diſtantia atque à ſenſibus remota, quaſi *Abſentia novit,* præſentia atque oculis ſubjecta, conſpiceret. Venit aliquando ad illum Dominica die Cæſar Baronius, ſacram Confeſſionem de more peracturus: quem ubi videt Sanctus, Abi, inquit, ad Noſocomium ſancti Spiritus, atque ægrotos inviſito. At Cæſar, Quorſum iſtuc, Pater, illis jam pranſis & dormitantibus? Abi, F inquam, ſubjicit Philippus, & dictis obtempera. Paret igitur, ad Noſocomium venit, videtque ibi jacentem miſerum, ab omnibus deſtitutum, & ſpiri- *ægrum in nóſocomio animam agere,* tum vix trahentem: venerat porro is pridie ejus diei, alieno tamen tempore, quamobrem miniſtrorum incuria, Confeſſario inconſulto in lectulo collocatus fuerat; atque ingraveſcente mox morbo, ut fit in re ſubita, accurrens Presbyter Oleo ſancto inunxerat moribundum. Ad hunc itaque accedit Baronius, morientem excitat, ecquid velit rogat, numque Sacramenta omnia Eccleſiæ perceperit. Cum autem ſacra Confeſſione hominem haud expiatum inveniſſet, ſtatim accito Sacerdote, ut id fieret, curavit. Igitur peccata rite confeſſus, & ſacro Viatico munitus, illico exceſſit è vita. Rediit deinde Cæſar ad Philippum, atque omnia ſingillatim retulit. At ille; Diſce ergo in poſterum ſine ulla contradictione parere.

419 Nec diſſimile huic fuit, quod ſibi accidiſſe te- *item mulierem aegram.* ſtatur Franciſcus Maria Cardinalis Tauruſius: hic enim cum olim laicus mane veniſſet ad Philippum, conſcientiam de more eluturus; ſtatim ab eo interrogatur de femina quadam, ſatis pia ac religioſa, quæ in Noſocomio S. Jacobi incurabilium mulierum ſervitio

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

vitio ſeſe addiderat. Quamdiu eam, inquit Pater, vidiſti? Abi, atque illam viſe, tum vero tibi aures præbebo: nunc etenim graviſſima quædam me cura de ea angit atque ſolicitat. Abiit extemplo Tauruſius, invenitque illam letali morbo correptam, ac prope exſpirantem. Itaque extremis Chriſtianæ pietatis officiis morienti adfuit, & ad Philippum rediit: qui rem procul dubio niſi divinitus noſſe non potuit. Idipſum ferme in quodam militum duce, ejus ſpirituali filio, uſu venit? Hunc enim mane ſumma cum diligentia Dei ſervus perquiri juſſit: compertumque eſt, eum quoque ad extremum uſque ſpiritum adductum eſſe: quamobrem hic itidem opportunum beati Patris auxilium ſenſit.

& militum ducem,

420 Antonio Fantino, de quo ſæpe jam dictum eſt, ad noſtram eccleſiam venienti, levem ob cauſam mulier quædam è feneſtra pelvim aqua plenam invergit, quare non mediocriter ille commotus eſt. Mox vero templum ingreſſus ad Philippum accedit, Confeſſionis myſterium obiturus. At Sanctus ſtatim occupat, hominem acriter reprehendit, rem totam ſingillatim ut ceciderat referens. Quo facto Fantinus obſtupuit; neque enim niſi divinitus hæc Philippo innoteſcere potuerant. Ibat aliquando Vir ſanctus per Urbem, ibatque cum eo multitudo copioſa ſuorum, inter quos erat Marcellus Ferrus. Cum autem perveniſſent ad Campum Floræ, Philippus manu oculis admota in exceſſu mentis, accito ad ſe Marcello dixit: Quid tu hominum domi habes? At ille, viros eſſe nobiles, ſibique perfamiliares. Cavendum eſt tibi in hac re diligenter, ſubjicit Pater: grave enim malum moliuntur: niſi vero quam celerrime occurratur, cædes & occiſio ſecutura eſt, id quod tibi poſthac facile innoteſcet. Hoc dicto Marcellus, ſuſpicione ac timore perculſus, domum revertitur; fuſiſque ad Deum precibus orat, ut quæ modo Philippus ſibi indicaverat, pro ſua ineffabili pietate aperte oſtendat. Hæc eadem deinde ſecum reputans, eorumque quos domi habebat actiones diligenter perpendens, certis indiciis vera eſſe comperit quæcumque ſibi prædicta fuerant, & ſuæ aliorumque ſaluti caute proſpexit.

injuriâ uni ex ſuis factam,

domi alienæ meditatam eadem,

421 Paulus Recuperatus, quem ſupra non ſemel memoravimus, veſperi cum amico ſecretum colloquium habuerat: cum autem mane Philippum adiſſet, quæcumque pridie veſperi collocutus fuerat, hæc eadem ſingillatim referri ſibi à beato Patre non ſine ſtupore audivit. Quamquam autem jam probe noverat, amico eidem nullam omnino cum ſancto Viro neceſſitudinem intercedere, tamen ut rem penitus perſpectam atque exploratam haberet, illum ipſum alloqui voluit: cumque ex eo audiſſet, ſeſe hac de re nec verbum quidem cum aliquo uſpiam feciſſe; apertiſſime intellexit, hæc omnia Deo dumtaxat detegente Philippo innotuiſſe. Mutius Achilleus, qui ſe olim juvenem (ut diximus) ſancto Patri excolendum tradiderat, in patriam reverſus, cum leviori eſſet ingenio, ſomniis inanibusque phantaſmatis facile movebatur, & ſenſibilem quamdam ſpiritus dulcedinem ſectabatur. At Sanctus rem divinitus ſubodoratus, opportune hominem admonendum curavit, ne quam inierat viam proſequeretur, neve dæmonum fraudibus aliisque periculis ſeſe exponeret. Hunc ipſum præterea admonuit, ut quamdam peccandi occaſionem, cui ſe imprudenter immiſcuerat, diligenter impoſterum præcaveret: quæ quidem omnia cum occultiſſima eſſent, Deo tantum revelante Philippum cognoſcere potuiſſe, idem Mutius publice teſtatus eſt.

arcanum inter duos colloquium,

periculum illuſionis & lapſus,

ægrum qui mortuus nuncupabatur

422 Jo. Baptiſta Lambertus Neapolitanus ex litteris patris accepit, Meſſanæ patruum ſuum, ſatis illum quidem opulentum, mortem obiiſſe, eumque ex aſſe heredem inſtituiſſe; itaque nulla mora interpoſita eo proficiſceretur, ad hereditatem adeundam. Perlectis litteris ille, ut ſolebat, ad Philippum ſe confert, rem aperit, mox genuflectit, ſacram Confeſſionem peracturus. At Pater aurem juvenis manu apprehendit, ejuſque caput in ſinum ſuum deflectit, quo tempore pœnitens divino quodam odore perfuſus eſt; defixiſque in eum oculis; Quieſce, inquit, fili, neque enim te abire opus eſt: ſiquidem patruus tuus ex morbo convaluit, ab eoq; litteras propediem accipies, quibus ad Urbem te veniſſe gratulabitur, & munuſculum aliquod amoris ſui teſtem ad te mittet. Credidit ille Philippi dicto, & quamquam ad iter ſe jam comparaſſet, tamen proficiſci noluit. Nec fides eum fruſtrata eſt, quandoquidem ſequenti hebdomada à patruo litteras munuſque, ita ut Philippus prædixerat, accepit. Quapropter ad eum ſtatim advolans, quæ acciderant, narrat. At Sanctus, ſeveriore vultu in eum intuens; Deo, inquit, gratias age, nec de hac re mutire audeto: quod quidem ab illo, dum Philippus inter homines ageret, diligenter cuſtoditum eſt.

convaluiſſe.

423 Jo. Atrina Marſus, de matris morte nuntium accepit; cumque eſſet pauperrimus, piaculare Sacrum pro illa ſtatim celebrandum curavit; mox recta ad beatum Patrem perrexit, ut ejus quoque ſuffragia impetraret: eo tamen dolore conflictabatur, ut manantibus affatim lacrymis vocem proferre non poſſet. Tum Sanctus, Abi, inquit: fabulæ: nihil eſt incommodi matri tuæ. Quod quidem quam vere dictum fuerit, paucis poſt diebus oſtenſum eſt, cum ab ea litteræ ad filium perlatæ ſunt. Julio quoque Saveræ (ut diximus) Congregationis Laico, mane ad Philippum eunti conſcientiam expiatum, litteræ redduntur, matris obitum nuntiantes, cujus de adverſa valetudine nihil prorſus acceperat. Itaque triſtis ac tacitus ad Patrem venit, atque ante illum genuflectit. Is vero more ſuo ludens, detractum ſibi biretum capiti ejus imponit; quodque præ manibus habebat Roſarium, ipſius collo circumdat, aitque; Ne fleveris, fili, ſiquidem mater tua ſalutis locum obtinuit. Lætare igitur, & triumpha. Hoc dicto Julius, qui nemini rem aperuerat, vehementer obſtupuit: ſed ut viri ſanctitatem optime noverat, factum tam firmiter credidit, ut dolorem, qui ex morte matris acciderat, temperaret.

matrem alterius vivere,

alterius obiiſſe.

424 Antequam vero huic Capiti finem imponamus, rem plane non injucundam referre libet, eique perſimilem, quam de S. Benedicto narrat magnus Gregorius; de ſervo ſcilicet, qui duo vini œnophora ad Sanctum deferens, ex iis alterum per viam ſurripuit, quem ille (iſtam quippe rem Deo revelante cognoverat) multa cum dexteritate & caritate corripuit. Igitur Marcellus Vitelleſcus, cum ad ſanctum Virum duo vaſcula aquæ, ex floribus aurantiis expreſſæ, dono miſiſſet; qui ea deferebat ſervus, alterum ex iis per incuriam fregit, alterum autem Philippo obtulit. At ille lepide ſuaviterque ſubridens, dixit: Tu quidem dic ſodes, hujus aquæ dimidium per viam hauſiſti: nonne? Tum vero ſervus, detectum ſe putans, rem, ut ciderat, narrat; reverſuſque domum quærit ex Domino, numquid viro ſancto ſignificaverit de duobus vaſculis ad eum mittendis: at ille nihil omnino ea de re dictum eſſe reſpondit. Quamobrem manifeſto compertum eſt, Philippum omnia divinitus præſenſiſſe.

è duobus vaſculis ad ſe miſſis unum fractum eſſe.

C Ac-

CAPUT XXIX.

Secreta cordium cognoſcit Philippus.

425 CAP. VIII. *Pœnitentiũ ſuorum omnia novit bona ac mala:*

IN animorum ſenſibus penetrandis uſque adeo Philippus enituit, ut ſiquid ab iis, quorum Confeſſiones ſolebat audire, boni vel mali geſtum aut cogitatum eſſet, optime intelligeret. Quapropter utrum ſolenni orationi ſe dediſſent, nec ne; quantumque temporis in eam inſumpſiſſent, intime noverat: mala itidem quæcumque admiſiſſent, quæcumque etiam animo agitaſſent, iiſdem ſingillatim referebat. Quod quidem illis adeo commune & vulgare erat, ut quicumque ſibi male conſcii forent, eo præſente ſtare loco non poſſent; quicumque vero bene conſcii eſſent, paradiſi gaudia quodammodo ſibi percipere viderentur. Præterea è ſuis complures, cum inter ſe loquebantur, ſi forte de re futili aut quoquo modo culpæ obnoxia incideret ſermo, ſtatim illum abrumpebant, ſeque invicem corripiebant, dicentes; Cauto eſt opus, alioquin Philippus nos deteget. Denique ipſemet Sanctus, data occaſione, ſæpius dixit, ex animóne an potius ſimulate quiſquam pœnitentiæ Sacramentum obiret, ſeſe optime dignoſcere.

B

ſimulate confitentem corrigit,

426 Raphaelem Lupum Romanum, olim adoleſcentem ſeculi voluptatibus deditum, amicus optimus ad oratorium S. Hieronymi adduxit, abſolutiſque ſermonibus in beati Patris cubiculum pertraxit, aitque, hunc juvenem ad bonam frugem ſe recipere, atque anteactæ vitæ noxas per ſacram Confeſſionem eluere velle, ut Dei ſervitio ſe manciparet. Hoc audito Lupus infremuit, quippe qui nihil minus cogitabat; tamen ut amico utcumque obſequi videretur, ante Philippum genuflectit, & peccata ſua confiteri ſe ſimulat. Quod quidem Deo revelante cognoſcens Pater, utraque manu caput ejus arcte complectitur, aitque; Spiritus ſanctus oſtendit mihi, quæcumque mihi dixiſti à vero longius abeſſe. Ne abſcondas peccatum tuum. Revela, fili, revela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. His vocibus pœnitens ſubita compunctione perculſus, ad ſe ſtatim rediit, atque exactiſſimam totius vitæ Confeſſionem peregit. Ex ea autem die Philippum conſcientiæ ſuæ judicem delegit, & caſtigato vetere luxu Chriſtianæ diſciplinæ ſeveritatem induit; denique eodem Philippo auctore ad religioſam S. Franciſci familiam ſe recepit, ubi vitæ piiſſime actæ conſentaneam ſortitus eſt mortem.

C

de Confeſſionis integritate anxiam pœnitentẽ,

427 Maria Magdalena de Anguillara, ex Oblatis Turris-ſpeculorum, cum aliquando peccata ſua Philippo confiteretur, in eam intuens Pater dixit; Heus tu, conſcientiam diligentius excutito. Secedit illa, atque animi ſui ſecreta rimatur: mox redit ad Sanctum, quæque ad mentem redierant commiſſa confitetur: denique; Quæſo, inquit, Pater, ſiquidem peccata mea à te non ſunt abſcondita, ſiquid præterea eſt quod me lateat, mihi oſtendito. At ille; Quieſcas, nihil enim jam reliquum eſt. Subit deinde animum ejus ſuſpicio, an temere hæc Philippus dixiſſet, an vere cordis ſui ſecreta penetraſſet. Quamobrem paulo poſt, cum iterum apud ipſum ſacram Confeſſionem aggrederetur, continuo Dei ſervus; Tace, inquit, ego pro te eloquar: & quæcumque illa dicere cogitaverat, hæc omnia ſingillatim ipſe narravit: eodemque tempore & pœnitentis ſuſpicionem prævidit & abſterſit: qua re mulier obſtupeſcens, ex ea die tamquam prophetam illum habebat.

veddit ſecuram:

item alium:

428 Jacobus Creſcentius, ex primis (ut diximus)

Philippi diſcipulis, aperte teſtatur, Dei ſervum animi ſui receſſus ac latebras ſibi patefacere conſueviſſe. Cum autem aliquando ſuſpenſo & ſolicito animo eſſet, numquid olim mali admiſiſſet, quod ſe lateret aut quoquomodo præteriiſſet, nec per Pœnitentiæ ſacramentum expiaſſet, eoque nomine ſeſe ejus precibus commendaret; Bono animo es, inquit, nec dubita: ſiquid enim grave, aut per ignorantiam, aut per oblivionem præteriiſſes, id mihi Deus aperte demonſtraret, atque hoc pro certo habeto.

A. HIERO. BARNABE EX MS.

429 Non abſimile huic accidit Franciſco de Molaria. Is etenim cum apud Philippum totius anteactæ vitæ Confeſſionem obiiſſet, rediens deinde ad illum, ut conſcientiam ſuam amplius elueret; Dic quæſo, inquit, fili, nonne hoc peccatum (& ſpeciem expreſſit) commiſiſti? Cumque ille affirmaret; Cur igitur, ſubjicit Pater, illud non confiteris? At pœnitens, Equidem me id jam confeſſum eſſe exiſtimabam. Tum Sanctus, Nequaquam id te feciſſe certo ſcito. Et ſane diligenter recogitanti ita rem ſe habere ſuccurrit; quapropter Deo gratias egit, qui per ſervum ſuum opportune admonere dignatus eſſet. Joſepho Zerlæ, quem ſupra memoravimus, pœnitentiæ Sacramentum obeunti, non modo præteritas cogitationes detegebat, ſed futuras etiam præmonſtrabat; ſua quibuſque remedia attribuens. Itaque Zerla dicere ſolebat, cordis ſui ſecreta Philippo magis pateſcere, quam ſibi.

alterum omiſſi peccati monet,

& cogitata novit:

E

430 Anno ſalutis noſtræ MDLXXXXI, cum ad Urbem veniſſet Terius Guerius Senenſis, morum probitate ac pietate inſignis, ut erat omnibus noſtris amicitia conjunctiſſimus, ab iiſdem hoſpitio acceptus eſt. Is igitur veſperi videt Philippum, cum ſuis aliiſque nonnullis dignitate præſtantibus viris, ridentem atque jocantem. Qua re homo gravis ac ſeverus nonnihil offenſus, ſecum ipſe dubitare cœpit, an vere is eſſet Philippus, qualis vulgo exiſtimabatur: leviora quippe hæc ei videbantur quam ut Virum ſanctum decerent. Poſtridie mane ad beatum Patrem venit, eique peccata rite confitetur; de hac vero animi ſui perturbatione nullum omnino verbum. At Pater (totam quippe rem, Deo monſtrante, cognoverat) Vide, inquit, apertus in Confeſſione & ſincerus eſto; atque illud firmiter tene, nihil tibi quidquam ulla unquam de cauſa reticendum, quantumvis leve & exiguum videatur. Cur autem, obſecro, mihi libere non confiteris, te heri veſperi mea cauſa offenſum eſſe? eique omnia ſingillatim detegit, quæ pridie ſecum ipſe cogitaverat. Quo facto is obſtupeſcens, nec dubio argumento viri ſanctitatem colligens, ex eo die Philippum magis magiſque ſuſpexit.

item alium in ſe ſcandalizatum fuiſſe;

F

& an alia quam confitendi intentione aliquis ad ſe veniat;

431 Venit aliquando ad Dei ſervum mulier quædam, verbo conſcientiam expiatura, re vera panis portionem petitura, quem per ſingulas hebdomadas pauperibus diſtribuere ſolet Congregatio Caritatis. Senſit hoc ſtatim Deo revelante Philippus, utque accedentem ad ſe feminam videt; Abi, inquit, bona mulier, neque enim hic tibi eſt panis, atque ita inauditam à ſe dimittit. Porro autem Dei ſervus id quam diligentiſſime præcavebat, ne quis quæſtum faceret pietatem, & Pœnitentiæ ſacramento perperam uteretur. Quapropter ſi quem forte è ſuis, ad vitam honeſte ſuſtentandam, adjumento indigere ſentiebat; huic occulte pecuniam per ignotos homines ſubmittere conſueverat, ut & pudori conſuleret, & omnem ſimulandi occaſionem præcideret.

vel utrũ aliquid ſponte reticeatur.

432 Præterea ſi quid inter confitendum ſponte quiſpiam prætermitteret, hunc ſtatim acriter reprehendebat, & ad ſinceram Confeſſionem pertrahebat. Cum aliquando Hectori Modio, conſcientiam expi-

A. HIERO. PARNABEO EX MS.

anti, aures daret; is vero impuras quasdam tentationes, quibus impetitus fuerat, silentio dissimularet; Philippus illico; Tu, inquit, hac atque illa tentatione pulsaris, in iisq; abigendis negligentiorē te præbes; quodque deterius est, eas minime confiteris. Quo dicto ille commotus atq; compunctus, statim resipuit, & ex ea die conscientiæ suæ sinus omnes ac latebras patefecit. Alius quidam, cujus nomini parcitur, gravissimis tentationibus noctu exagitatus, postridie mane in Philippi conspectum venire non audebat; non enim fortasse tentatori, ut par erat, repugnaverat. A prandio tamen ad oratorium de more se contulit; & quamquam latendi studio in secretiorem partem secessisset, tamen Philippi oculos effugere non potuit: qui ad se accersito, Eho tu, inquit, bone vir, à me fugis? Seducensque illum serio corripuit, & præteritæ noctis impugnationes non sine ingenti ejus admiratione narravit. Hunc ipsum alia die beatus Pater opportune correxit, dicens; Tu quidem, fili, eo te contulisti, & me id latere (locumque signavit) voluisses: hoc porro, nisi Deo revelante, Philippus neutiquam scire potuerat.

& quas passus quis sit tentationes.

Ex pudore reticentibus gravia peccata,

B

433 Idem ferme accidit juveni, qui inanibus rationibus ductus, gravia quædam crimina, dum confiteretur beato Patri, aperire noluerat. Huic enim statim ille; Fili, tu haud sincere mihi confessus es, talia enim peccata sponte præteriisti: & omnia illi nominatim recensuit; loca insuper & tempora, quibus fuerant perpetrata, indicavit; atque hoc genus alia longe occultissima eidem patefecit. Quare pœnitens, pudore ac dolore compulsus, lacrymas tenere non potuit: statimq; recogitans annos suos in amaritudine animæ suæ, exactissimam totius vitæ Confessionem peregit. Alius quoque, cum jam genuflexus ante Dei servum sacram Confessionem aggrederetur, toto corpore contremiscere cœpit, nec vocem exprimere poterat. Quamobrem Sanctus, Cur, inquit, non pergis? At ille, Quia grave quoddam crimen fateri erubesco. Tum vero Philippus, miseratione commotus, hominem manu prehendit, aitque, Ne dubita, ego tibi peccatum tuum aperiam; eique extemplo narravit quæcumque ille, perversa quadam verecundia impeditus, proferre nequiverat. Qua re pœnitens obstupescens, expiata optime conscientia, Philippum deinde, tamquam Virum sanctissimum, summopere observavit.

ipsa eis nominat,

eis item qui ex pudore fuerant confessi alteri.

C

434 Nec plane dissimile est illud, quod alii cuipiam accidit, qui Philippo itidem ad sacras Confessiones utebatur: cum autem aliquid commisisset, quod ei detegere non audebat, apud alium Sacerdotem sese expiavit. Huic igitur ad se redeunti, & de more confitenti, ait Pater: Fili, tu in crimen incurristi, quod me latere desideras, idque alteri confessus es: at Deus mihi illud ostendit. His vocibus homo vehementer commotus, & facti pœnitens, veniam petiit: exinde vero assidua ac sincera Confessione omnes animi labes ac maculas eluere perrexit. Alium quoque, hanc ipsam ob causam rarius solito ad se venientem, & modo hoc, modo illud causantem, acriter reprehendit, dicens: Tu quidem idcirco ad me non redisti, quod te gravioribus criminibus implicasti. Alium pariter improviso seorsum ducens, humanissimis verbis hortatus est; & Cur, inquit, fili, hoc peccatum non confiteris? Multi præterea sunt & prope innumerabiles, quorum peccata alioqui occultissima atque intimas tentationes, Deo revelante, Philippus aperuit: hæc tamen alio properantes omittimus, ne modum volumen excedat.

Missio ad se juveni

435 Neque ea dumtaxat, quæ ad Confessionis mysterium pertinere videbantur, sed alia quoque quamplurima Dei servus prænovit atque prædixit. Vincentius Beger adolescens erat vanitatibus deditus, cum autem aliquando per Urbem inambularet, Deus illum in eam mentem impulit, ut relicto seculo ad sacram Dominicanorum familiam se reciperet. Itaque nulla interposita mora ad ecclesiam S. Mariæ supra Minervam se contulit, ibique ex iisdem Patribus unum offendit, cui Petro Martyri nomen erat, quem etiam nos antea memoravimus, & tum forte ejusdem familiæ tironibus præerat. Ad hunc igitur accedens, etsi illum minime noverat, divino spiritu ad eam se Religionem impelli significat. Is vero, ut jam Philippi virtutem satis perspectam habebat, Age, age, inquit, fili, quamprimum te confer in ædes S. Hieronymi, ibique cum Philippo viro sanctissimo consilium hoc tuum communica: & siquidem ille id probaverit, exequere; sin minus, nequaquam hoc tibi expedire pro certo habeto.

D

pro consilio circa religionem ineundam capiendo,

436 Abiit ille ad Philippum, eumque pro foribus sacrarii cum alio loquentem offendit. Ubi vero beatus Pater venientem ad se adolescentem vidit; Expecta, fili, tantisper, inquit, dum me expedio; novi etenim quid quæras. Finito deinde colloquio ad illum se convertit, crinemque atque aurem more suo leviter vellicans; Scio, inquit, te à Petro Martyre idcirco ad me missum, ut tibi significem, expediat nec ne te ad religiosa castra transire. Abi igitur, atque à me ei dicito, hanc tibi mentem à Deo injectam fuisse. Quo quidem responso obstupefactus adolescens, ad Petrum revertitur, eumque Samaritanæ verbis alloquitur: Inveni hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque cogitavi. At ille subridens ait: Equidem virum noveram, ad quem te mittebam: quoniam igitur consilium istiusmodi Philippo probatur, ne dubita, quin propediem voti compos fias. Itaque paucis post diebus, Philippo ipso præsente aliisque Congregationis hominibus, solenni ritu sacrum habitum suscepit: qui deinde ex eodem Petro non semel audivit, Philippum de hac re, nisi Deo revelante, nihil omnino intelligere potuisse.

ultro indicat cur advenerit,

& religionē persuadet,

E

437 Cum ad Urbem venisset Dominicus Scoppa eo consilio, ut Clericorum Regularium religionem ingrederetur; Taurusius, qui cum ipso rem communicaverat, hominem ad Philippum deducit. Is porro, ut quæ animo jam proposuerat omnino perficiat, etiam atque etiam hortatur. Mox illi hæc in aurem insusurrat, Ne dubita; quæ enim in præsentia gravia & difficilia videntur, nullam tibi molestiam allatura sunt. Qua re Dominicus vehementer obstupuit, neque enim cuiquam hominum aperuerat, quæ secum ipse agitabat; cum autem deinde ad Religionē se recepisset, ita prorsus accidisse cognovit, quemadmodum Philippus prænuntiaverat.

alteri facilia omnia in ea promittit;

F

438 Blasius Bettus, itidem Clericus Regularis, gravissimas animi perturbationes anno amplius patiebatur: & quamquam eas orationibus, macerationibus, aliisque hujusmodi exercitationibus ab se depellere niteretur, nulla tamen re juvari posse videbatur. Verum ut Philippi virtutem maxime suspiciebat, ad eum, tamquam ad sacram anchoram sibi confugiendum existimavit. Igitur ad Vallicellam se contulit, invenitque Dei servum in templo sacras Confessiones excipientem: quamobrem in vicinam porticum se recepit, ibique deambulans illum opperiebatur. Is vero peracto munere, ubi hominem videt, continuo loqui occupat, aitque; Nihil tibi hic opus est verbis, novi quid cupias: abi, & quæcumque præceperit tuus in spiritu Pater, exequere: id enim sat est. Hoc dicto obstupescit ille, quippe qui uni dumtaxat Confessario rem patefecerat; quicum denuo, ut Philippo pareret, æstus animi sui communicavit, eaque ratione insanabili morbo medicinam fecit.

diuturnæ tentationis remedium suggerit,

439 Ludovicus Cardinalis de Torres, olim juvenis

A venis, Philippo familiariter utebatur: cum autem videret illum vili atque attrita veſte indutum, novam ei parare cogitavit; eoque nomine pecuniam ſecum detulit. Antequam vero ad laneorum venditorem veniret, ad Oratorium de more ſe contulit; quo finito, vir Sanctus (totam quippe rem divinitus odoratus fuerat) hominem ad ſe accerſit; ſecumque in cubiculum adducens, aperto armario; Viden', inquit, me veſtimentis minime indigere, nec mea cauſa te quidquam impendere oportere? Audivit hoc non ſine maxima admiratione Ludovicus, neminem enim animum ſuum aperuerat; eoque facto deinde poſt Philippi exceſſum omnibus comprobare conſueverat, quantum in penetrandis animorum ſenſibus ille præſtiterit.

novam veſtem ſibi deſtinari ſcit,

440 Claudius Nerus, Civis Romanus, legum peritiſſimus, & ipſe tam gravibus perturbationibus excruciabatur, ut à multis piis operibus atque à frequenti Euchariſtiæ uſu abſtineret: quapropter cum viro aliquo ſpectatæ pietatis, & cum Philippo ipſo rem communicare ſæpe animum induxit: tamen optimum iſtiuſmodi conſilium ad exitum perducere non valebat. Accidit autem ut ad Philippum per id tempus ex morbo decumbentem veniret: cumque

alteri ſuas tentationes detegit

B inter ſe multum collocuti eſſent, denique Pater: Quid eſt, inquit, quod mecum communicare voluerasſ Nihil eſt quidquam, ait ille: hoc enim conſilio dumtaxat ad te veni, ut te inviſerem. Sciſcitantique ſæpius, ut libere diceret, quid hoc eſſet, idipſum conſtanter Claudius iterabat. Tũ vero Philippus dicere cœpit. Fuit aliquando vir quidã mihi perfamiliaris, qui magnis animi perturbationibus ſolicitabatur: & continuata exinde narratione, omnes illi cogitationũ receſſus ac latebras ſenſim patefecit, adjecto inſuper remedio, quaſi idipſũ amico jam oſtendiſſet. Qua quidẽ ratione obſtupeſcenti Nero, moleſtiſſimas illas perturbationes admirabili dexteritate ſedavit.

& remediũ indicat:

441 Erat porro huic filia, quæ in quoddam monaſterium ſe recipere cupiebat: ille vero eam ingredi maluiſſet ſacram domum Turris-ſpeculorum. Senſit hoc, Deo inſpirante, Philippus; nec ab ullo requiſitus diligenter egit, ut in hunc locum puella reciperetur, quo mox patre gaudente, ipſa quoque libens volenſque ingreſſa eſt. Simile quid in ſe ipſo expertus eſt Franciſcus de Ruſticis, Nobilis Romanus, qui nocte quadam, cum ad lucem uſque vigilaſſet, ſecum agitans quo pactorem graviſſimam cum affini ſuo componere poſſet, ſtatim ad Philippum

negotia amicorum ſibi revelata

ex voto conficit:

C venit, hac ipſa de re eum conſulturus. At Sanctus, cum primum accedentem ad ſe intuetur, continuo: Scio, inquit, quid quæras: poſt biduum ad me redito, tibique ſatisfiet. Abiit ille, & poſt biduum ad beatum Patrem revertitur: quem ex ſua ipſius ſententia negotium jam confeciſſe comperit: admiraturque vehementer, quemadmodum ſe tacente res, alioqui graviſſima & multis implexa difficultatibus, tam cito expediri potuerit.

cogitationes alienas perviderit,

442 Joanni Andreæ Pomio Lucatellio, Sacerdoti & ſacræ Theologiæ peritiſſimo, ſæpe uſuvenit, ut cum nonnullos Scholaſticorum libros audiente Philippo legeret, poſt multam lectionem vir Sanctus; Tu quidem, inquiebat, mi Lucatelle, modo alias res agebas: eique prorſus attonito ſingillatim omnia referebat, quæcumque illius menti occurrerant. Conſtantia de Drago, cujus ſæpe mentionem fecimus, amiſſo viro venientem ad ſe conſolandi gratia Philippum videns, hæc ſecum animo agitabat; Senex iſte adhuc vivit vigetque, vir autem meus ætate longe rubuſtior mortuus eſt. Hæc vero cogitanti ſtatim ſubridens beatus Pater; Senex iſte, inquit, cadaveroſus adhuc vivit; vir autem tuus me longe robuſtior mortuus eſt: nonne? Hæſit hoc dicto Conſtantia: & quamquam excuſandi ſe aliquam rationem quærebat, tamẽ præ pudore ac ſtupore invenire non potuit. Hæc eadem cum de obeundo quodã pietatis officio apud ſe decreviſſet, ſed mutato deinde conſilio (ut fit ſæpe) aliud cogitaret; Philippus, ubi primũ venientem ad ſe in templo intuetur; Cur, inquit, de ſententia deceſſiſti? quodque animo jam propoſueras (rem ipſam deſignavit) ad exitum non perduxiſti? Quibus auditis Conſtantia vehementer obſtupuit, & cordis ſui ſecreta Philippi oculis nuda & aperta eſſe manifeſte intellexit.

Maji Tomus VI.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

443 Venit aliquando beatus Pater ad monaſterium ſacrarum Virginum S. Marthæ dedicatum, ibique in templo ex iis plures familiariter allocutus eſt. Erat autem ibidem inter ceteras Scholaſtica Gazzia, quæ ut Philippi ſanctitatem olim perſpectam habebat, graviſſimam animi ſui perturbationem ei aperire decrevit: æternis namque ſuppliciis addictam ſeſe opinabatur, nec tamen ejuſmodi tentationem cuiquam patefacere audebat. Huic igitur ad ſe venienti, necdum loquenti, ſtatim Pater; Quid agis Scholaſtica? quid agis? Paradiſus, tuus eſt. Immo vero, Infernus domus mea eſt, ait illa. Tum San-

de ſalute æterna dubitanti

Paradiſum addicit.

E ctus; Atqui Paradiſus, inquam, tuus eſt, idque tibi aperte demonſtro. Chriſtus, dic ſodes, pro quibus mortuus eſt? Pro peccatoribus, ſubjicit illa. Tu vero, ſubdit Philippus, quænam es? Peccatrix mulier ego ſum, ait illa. Tum denique Sanctus: Ergo, inquit, Paradiſus tuus eſt, ſiquidem peccata tua ex animo deteſtaris. His dictis Virgo à metu atque moleſtia reſpiravit, depulſaq; omni ſuſpicione audire ſibi continuo videbatur, Paradiſus tuus, Paradiſus tuus eſt. Id ipſum ferme teſtantur Maria Victoria & Praxedes, Sanctimoniales ex eodem monaſterio; quarum alteri ſecretum cordis Philippus aperuit, alteri vehementem dæmonis impugnationem detexit, quam ante Religionis ingreſſum perpeſſa fuerat, nec ulli unquam hominum communicaverat.

444 Denique his omnibus attexendum videtur, quod accidit Thomæ cuidam à S. Geminiano. Erat is adoleſcens annorum ſexdecim, & quamquam Sacerdotio inſignitus (necdum enim Sacroſanctum Tridentinum Concilium fuerat promulgatum) laicali tamen habitu incedens, nihil minus quam Sacerdotem præſeferebat. Hunc igitur ad ſe adeuntem ubi videt Philippus, defixis illico in eum oculis; Dic ſodes, inquit, nonne Sacerdos es tu? Certe ſum, ait ille; & cauſam ſubdit, quamobrem Sacerdotio initiatus eſſet; adnitentibus nimirum propinquis eumque ad id cogentibus, ut in magnam & luculentam hereditatem ſeſe immitterent. Tum vero Philippus, ejus miſeratione commotus, in ædes Caritatis, ubi per eos dies & ipſe degebat, eum recipiendum curavit; utque illi ad victum cultumque neceſſaria ab ipſis propinquis ſuppeditarentur effecit; denique ſcientiis imbutum lætumque in Patriam remiſit: hujus porro latentem dignitatem, ex Sacerdotali charactere in vultu ipſius radiante, ſe cognoviſſe, Dei ſervus Franciſco Mariæ Tauruſio teſtatus eſt.

Sub laico habitu ecultum Sacerdotem

F

novit ex ſplendore vultus.

445 Verum quo quiſque facilius intelligat, ex iis quæ diximus nihil omnino nos exaggeraſſe, aut amplificaſſe, ſed plura etiam aut modeſte præteriiſſe, aut certe leviter tetigiſſe; non abs re fuerit nonnullorum præclara teſtimonia huc afferre, quibus nimirum aperte oſtenditur, quantum in hac re Philippus excelluerit. Igitur Federicus Cardinalis Borromæus, virtutum ejus diligentiſſimus ſpectator atque imitator; Habuit, inquit, Philippus ejuſmodi cognitionem animorum, adeo ſublimem atque perfectam, ut vel ſubitam mutationem ex malo in bonum, vel contra extemplo cognoſceret. Quapropter cuidam ad ſe aliquando adeunti dixit; Tu fœdam

Iſti autẽ in Philippo gratiã atteſtantur Cardinales,

Fredericus Borromæus,

A. HIERO. BARNABEO EX MS. ſpeciem habes. Quo audito ille ſeceſſit, & peccata ſua amare flevit. Nec ita multo poſt eum videns Pater, quamquam quo ſe contuliſſet, aut quid egiſſet plane neſciret; Ex quo receſſiſti, inquit, ſpeciem immutaſti.

Taurusius, 416 Franciſcus Maria Cardinalis Taurusius: Mihi, inquit, crebro uſu venit, ut cum ad illum itarem, occulta peccata mea prænoſceret, & Confeſſionem meam præoccuparet, dicens; Fili, tu hoc & illud periculum incurriſti, atque hoc peccatum commiſiſti, idque inter orandum ego percepi. Octavius quoque Cardinalis Paravicinus hæc teſtatur. Quod ille occulta animorum penetraret, in me ipſo ſæpe expertus ſum; quare vehementer admirabar, quo pacto fieri poſſet, ut quæ mihi veniebant in mentem, ſtatim ille perſentiſceret: id quod aliis etiam pluribus accidiſſe intellexi. Hieronymus Cardinalis Pamphilius ait; Cum aliquando apud me ſtatuiſſem beato Patri conſilium meum aperire, quod nemini unquam mortalium patefeceram; mane in ſacrario Vallicellanæ eccleſiæ dexteram mihi apprehendit; & nihil omnino ſciſcitanti, aut loquenti, Volo, inquit, nos huic rei operam dare: atque omnia ex ordine retulit, quæ cum illo communicare decreveram: qua re vehementer obſtupui. Quin etiam, cum apud illum ſacra me Confeſſione expiabam, quæcumque mala commiſeram unico actu ſtatim videbat; quamobrem ſæpe, antequam verbum facerem, quidquid ei dicere cogitaveram, id omne ſingillatim ipſe narrabat.

Paravicinus,

Pamphilius,

B

447 Petrus Paulus Cardinalis Creſcentius; Philippo, inquit, cordis intima atque occultiſſima quæque patuiſſe certo ſcio, idque in me ipſo ſæpius animadverti: quædam enim mihi referebat, quæ præter me nemo hominum, niſi divinitus, ſcire poterat: id quod & alios in ſe ipſos expertos eſſe, non ſemel audivi. Marcellus autem Vitelleſcus, & ipſe hæc de ſe affirmat: Cum ego interdū, ſtulta quadam verecundia impeditus, peccatum aliquod confiteri non auderem; antequam Confeſſionem aggrederer, beatus Pater me de hoc ipſo admonebat: quod quidem non ſemel mihi uſu venit. Si quando autem ad pœnitentiæ Sacramentum accederem, ſcrupulorum multitudine agitatus; placido ac ſereno vultu me aſpiciens, fluctuantem conſcientiam ſtatim ſedabat: ac pro certo habebam, ſi quid grave ex ignorantia aut negligentia reticuiſſem, illum à me confeſtim id fuiſſe quæſiturum.

Creſcentius,

& Vitelleſcus,

C

448 Paulus Magius; Sæpe, inquit, cum ad eum venirem, ſacram Confeſſionem peracturus, antequam quidquam loquerer, peccata mea mihi ipſe prænuntiabat, quæ quidem uni Deo nota eſſe poterant. Marcellus Ferrus ait; Dum ſacramentum Confeſſionis obirem, crebro in me intuens Pater, quæcumque egiſſem mihi ſingillatim narrabat, quaſi cordis mei ſecreta omnia penetraret. Cum autem in abſolutione impertienda capiti meo manum imponeret, tota mente atque omnibus artibus, & magno ſpiritus fervore repleri me ſentiebam.

Idem teſtatur Magius,

Ferrus,

449 Mutius Achilleus hæc de ſe refert. Expertus loquor; Beatus Pater ſecreta cordium, & conſcientiarum abdita penetrabat. Memoria teneo, quod & in quodam Codice adnotatum habeo; ſalutis noſtræ anno MDLXXIII, cum in peccata quædam prolapſus eſſem, eaque ei patefacere erubeſcerem, aliquando accidiſſe, ut, data occaſione, Vir ſanctus anoſam feminam, me præſente, reprehenderet, diceretque; Tu ad infernum detrahêris. Quo audito, cum ego temere ac leviter riderem, ſtatim in me converſus Pater; Tu quoque, inquit, ad infernum pertrahêris. Quod quidem non aliam ob cauſam factum crediderim, niſi ut ego pœnarum metu reſipiſcerem, & ad officium redirem. Sed ut eram ſeculi voluptatibus deditus, nec viri ſanctimoniam ſatis perſpexeram, neutiquam futura proſpiciens, è peccatorum cœno emergere neſciebam. Cum autem ad illum aliquando rediiſſem, nec tamen occulta quædam crimina ei detegere auderem; ea omnia mihi dilucidè atque aperte ſignificavit. Itaque errore detecto, ſtatim decrevi per humilem atque ſinceram Confeſſionem conſcientiam expiare, dæmoniſque aſtus deludere.

Achilleus,

D

450 Marcus Antonius Vitelleſcus ait: Ego ſæpe ad beatum Patrem veniebam, eaque mihi indicabat, quæ præter unum Deum meque ipſum ſcire poterat nemo. Si quando autem coram ipſo quavis macula aſperſum me viderem, toto corpore contremiſcebam: id enim ne mihi forte detegeret valde verebar: quod ſi nihil mihi conſcius eſſem, ejus præſentia quaſi Paradiſi gaudio mirifice recreabar. Angelus Victorius hæc atteſtatur: Cum ego interdum ad beatum Patrem adirem, rogaremque illum, ut pro me ad Dominum preces funderet; ſtatim ſubjiciebat, hoc atque illud mihi maxime cavendum eſſe, & vitia mea ſigillatim recenſebat, quæ niſi divinitus ſcire non poterat; neque enim ille à Confeſſionibus mihi erat, nec cuiquam hominum ejuſmodi peccata aperueram. Petrus Focilis; Sæpe, inquit, mihi beatus Pater Philippus occultas cogitationes meas aperiebat: ſæpe etiam, ſimul ac me videbat, tum gravia tum levia peccata, & quæcumque eo nolente commiſeram, mihi renuntiabat: quæ quidem, niſi Deo revelante, noſſe non poterat.

M. Ant. Vitelleſcus,

Ang. Victorius,

Petrus Focilis,

E

451 Caſſandra Raida; Equidem, inquit, Philippum pro viro ſancto ſemper habui. Cum enim primo ad illum veniſſem, ut ſacram Confeſſionem peragerem; antequam loquerer, omnes cogitationes meas, & quidquid mente retinebam, mihi patefecit: quod ſane, niſi divino lumine præditus, nequaquam efficere potuiſſet. Antonia de Pecorillis ait; Biennio antequam ex hac vita migraret beatus Pater, dum inter nos colloqueremur, occulta quædam animi mei conſilia mihi ſignificavit, quæ nemini unquam aperire volueram: qua re attonita mecum ipſa dixi: Hæc profecto, non niſi Deo revelante intelligi poſſunt. Denique, ne rei longitudo legentibus faſtidium pariat, id nobis dixiſſe ſufficiat; omnia Philippi acta prædictionibus hujuſmodi referta eſſe. Quicumque enim eo familiariter utebantur, ii profecto omnes, in animorum ſenſibus penetrandis, illum mirifice enituiſſe, luculenter teſtati ſunt.

& illuſtres matronæ duæ.

F

CAPUT XXX.

Prudentia & diſcretio in Philippo ad animarum optimum regimen.

452 CAP. IX. *Prudentiam ejus mirati Pontifices,* QUamquam Philippo (ut ſæpe jam dictum eſt) nihil antiquius erat, quam ut homo nullius conſilii haberetur; tamen prudentiſſimus ac ſolertiſſimus communi omnium judicio exiſtimatus eſt. Quamobrem ad illum undique, tamquam ad oraculum, concurrebant; ipſique ſummi Pontifices ejus ſententiam plurimi faciebant. Gregorius XIV in rebus graviſſimis crebro ad illum miſit, ejuſque ſententiam rogavit. Idipſum fecit deinde Clemens VIII, præſertim cum de Henrico IV Navarræ Rege cū Catholica Eccleſia reconciliando ageretur. Leo XI, olim Cardinalis (quod antea narravimus) ſæpius in hebdomada ad illum itare conſuevit, & cum eo longiſſima graviſſimaque habere colloquia: inter ceteras autem virtutes ſingularem prudentiam ſeſe in Philippo perſpexiſſe, teſtatus eſt. Caro-

Cardinales,

A Carolus Cardinalis Borromæus, Sanctorum & ipſe deinde numero adſcriptus, per horas plures cum illo familiariter agere ſolebat; deque iis præſertim quæ ad Mediolanenſem Eccleſiam adminiſtrandam ſpectabant; denique ab Urbe diſcedens, Pio IV Pont. ejus avunculo vita defuncto, Annam Borromæam germanam ſuam ipſius ductu atque arbitrio gubernari voluit.

453 Alii quoque Cardinales, Antiſtites, ac principes in Urbe viri, quotidie ad Philippum confluebant, ejuſque conſilium expectabant. Claudius Aquaviva, quartus poſt S. Ignatium Societatis Jeſu Generalis Præpoſitus, ſumma virtute ac prudentia vir, non raro ad Philippum veniebat, cum eoque tres quatuorve horas colloquebatur. Denique ſacris religioſorum familiis Præfecti complures, de rebus gravioribus conſulturi, frequenter eum adibant; ac Teus Senenſis, nuper commemoratus, hæc de illo juratus affirmat. Equidem plures novi graviſſimos & religioſiſſimos viros, quibus etiam familiariter uſus ſum: nec quemquam inveni, qui tam mature, tam ſancte, tamque ſapienter conſilium daret, quam Philippus. Quod autem in illo erat admirabilius, de re aliqua conſultus, temere atque imprudenter reſponſum plerumque reddere videbatur; quantum autem ponderis ejus ineſſet verbis, ipſius rei eventus facile oſtendebat. In rebus autem gerendis caute admodum procedebat; & quamquam ſuopte ingenio officioſiſſimus erat, non ultra tamen, quam par eſt, progrediebatur. Quamobrem rogatus aliquando, ut de re gravi cum Pontifice agere vellet; ſapienter reſpondit, per alios id fieri commode poſſe, nec importune aures Pontificis obtundendas; ne forte quoquo modo aditus ſibi obſtrueretur ad exponendas eorum neceſſitates, quibus non eſſet auxiliator.

Ordinum Generales &c.

qui eũ frequenter conſulebant de graviſſimis rebus,

B

454 Verum in diſcernendis ſpiritibus tantum luminis Philippus adeptus eſt, ut quid cuique ad æternam ſalutem expediret, optime intelligeret. Quapropter quicumque eo hortatore ad Religionem aliquam ſe receperunt (fuerunt autem prope innumerabiles) ii profecto omnes ad finem uſque vitæ ibidem feliciter perſeveraverunt: qui vero eo dehortante id facere aggreſſi ſunt, in propoſito haud perſtiterunt. Quod quidem in noſtris quoque hominibus obſervatum eſt: quicumque enim ex illius ſententia in Congregationem ſunt admiſſi, tum ſuo tum aliorum bono ad ultimum uſque ſpiritum egregie laborarunt; contra autem pauci aliquot, qui eo minus probante allecti ſunt, haud longo poſt intervallo abierunt.

Thren. 1. Diſcretio ſpirituum patuit in iis quibus religionem ſuaſit,

C

455 Ii porro quos certis de cauſis in ſeculo, tamquam in ſua ipſorum vocatione, manere jubebat, magnos faciebant in ſolida virtute profectus. Quamquam autem horum plurimos recenſere poſſemus, tamen brevitati ſtudentes, paucos dumtaxat, ad illos quos alibi memoravimus, hoc loco adjiciemus. In primis autem cenſendus eſt Dei ſervus Joannes Baptiſta Vitellius Fulginas, ſingulari integritate atque innocentia notiſſimus, qui octuagenario major migravit ad Dominum, ſalutis noſtræ anno MDCXXI. Is igitur ſcire cupiens, quonam vitæ genere Deo gratius inſervire poſſet; ineunte anno Jubilæi MDLXXV, ſe contulit ad Philippum, cujus ſanctitatis fama longe lateque jam percrebuerat: eique ſe in manus tradidit (ut ipſe ajebat) tamquam hominem mortuum, quocumque juberet ſine ulla contradictione tractandum atque ducendum. Primum vero ad ejus ſeſe pedes abjecit, exactiſſimam totius vitæ Confeſſionem iteraturus; cumque adnotata quædam memoriæ cauſa ei legere aggrederetur; Philippus acceptam è manibus ejus ſchedulam laceravit, nec ultra progredi illum confitendo permiſit. Qua re pœnitens nihil commotus, ſtatim acquievit, ac beati Patris arbitrio omnino ſe regendum commiſit: quem ille variis modis ad humilitatem ceteraſque virtutes quotidie exercebat. Nec ceſſabat interea Vitellius aſſiduis Deum precibus exorare, ut qua demum ratione vita ſibi inſtituenda eſſet, clementer oſtenderet.

quoſque in ſeculo manere juſſit.

in quibus I. B. Vitellius, vir deinde ſanctiſſimus,

A. HIBROT BARNABBO EX MS.

456 Accidit autem, ut quadam die cum eſſet in templo S. Bonaventuræ ad Quirinalis radices, ubi tunc temporis Capuccini Patres habitabant, audire ſibi viſus ſit; Revertere Fulginium, Joannes Baptiſta, revertere Fulginium. Et quamquam ille omnia cum Philippo communicabat, id tamen ei haud ſtatim aperuit; nequa daretur occaſio ſuſpicandi, hæc ſeſe idcirco in medium proferre, quod in patriam redire cuperet. Verum idem ipſe ſpiritus, qui Joannem Baptiſtam intime allocutus fuerat, Philippo quoque eamdem mentem injecit: quamobrem per hos ipſos dies illi aperte ac pro imperio; Edico tibi, inquit, ut Fulginium revertaris, eo namque te Deus vocat. Ita tamen illuc redire eum juſſit, ut ſimulatque evocaretur paratus atque expeditus eſſet ad recedendum. Hac ſcilicet ratione vir ſapientiſſimus exercere eum voluit, atque ab affectu patriæ liberum conſervare. Hic vero ad ultimam uſque ſenectutem in Dei ſervitio perſeverans, tantum virtutis tantumque apud omnes exiſtimationis adeptus eſt, ut vel cum inter homines ageret omnium ſermone celebraretur, & Beati nomine communiter appellaretur.

quem in patriam remiſit.

E

457 Idem plane accidit Cæſari Baronio, qui olim adoleſcens, quamquam ad ſacram Capuccinorum familiam ſe recipere vehementer optaret; id tamen à Philippo, quem in ſpiritu patrem delegerat, vel infimis precibus impetrare non potuit. Qua re nonnulli offendebantur, quaſi homines ab Religione revocaret: neque enim ipſi perſpiciebant, quod Vir ſanctus divino præditus lumine prævidebat, Baronium communi Eccleſiæ bono longe aliò à Domino deſtinari.

Sic Baronii vetuit Capuccinus fieri,

458 Franciſcus quoque Puccius Prænestinus, eodem plane deſiderio cum flagraret, Philippi fama permotus ad eum venit, quodque jam pridem ſtatuerat expoſuit, ac ſententiam rogavit. Cui ſtatim Sanctus; Abi, inquit, tu Religioni minime aptus es, præſertim ob malam corporis habitudinem. Mane igitur, mane Prænestæ, ibi enim tibi aliiſque longe uberrimos fructus metes: idque illi beatus Pater ſæpius iteravit. Sed ut fere homines nimium ſibi credunt, Philippi dictis Puccius non acquievit; quin etiam quotidie magis magiſque urgebat, atque importunis precibus miſſionem efflagitabat. Quamobrem Philippus denique victus, dixit; Quoniam id tibi tam certum atque obſtinatum eſt, abi, nequaquam tamen permanebis. Igitur paucos poſt dies, explorata ejus voluntate, à Patribus Capuccinis Viterbium mittitur, ubi religionis tirocinia ponat. Necdum medium iter emenſus fuerat, cum ſubita quadam ægritudine corripitur, atque ab ipſis Fratribus, qui ſeſe ei comites junxerant, ad Urbem redire cogitur: indeque in patriam reverſus, gravi & periculoſo morbo tentatus eſt: in quo quidem non modo propoſitum non deſeruit, verum etiam cum primum convaluiſſet, ad Capuccinorum familiam ſe ſtatim convolaturum, Deo ſuperiſque promiſit. Itaque ſanitati redditus Romam redit, & quo ſe voto obſtrinxerat Philippo refert. At ille: Propitius ſit tibi Deus, nonne tibi jam dictum fuerat, Religioni te minime aptum eſſe, & majori cum fructu Prænestæ remanſurum? Utque hominem

item q; Frat. Puccium.

F

quem tamẽ admiſſum dimiſſumque,

ſed ex voto redire cerſum,

A. HIERO. BARNABEO AX MS:

religione, & ſolicitudine exolveret, votum ipſum in aliud pium opus commutandi facultatem à Pontifice obtinuit: nec tamen idcirco Puccius acquievit. Quapropter Philippus ad Capuccinorum cœnobium illum adduxit, & cum Generali eorum Miniſtro hac de re colloqui juſſit. Is igitur à beato Patre præmonitus, accedenti ad ſe juveni; Quid quæris? inquit. Cumque ille ingrediendæ Capuccinorum religionis voto ſe obſtrictum eſſe narraret: Bene habet, ſubjicit: nos autem nullo prorſus tui recipiendi voto ſumus obſtricti. Quo audito abiit ille ad Philippum, ac demum quietus Religionis conſilium dimiſit. Deinde vero ſatis aperte intellexit, Virum ſanctum divino ſpiritu futura præſenſiſſe: ſiquidem paucis poſt annis Prænestinus Archipresbyter factus eſt, multique omnium ætatum atque ordinum homines, quos præceps in omnem licentiam natura cupiditaſque corruperat, ejus monitis exemplisque incitati, recepere ſeſe & ad officium ſanitatemque rediere.

recipi vetat:

alterum à ſimili conſilio abducit, B

459 Joannes Baptiſta Creſcentius, nobilis adoleſcens, ingrediendæ Religionis deſiderio flagrabat: quamobrem cum Patribus Dominicanis diligenter egit, ut nihil jam propius eſſet, quam ut inter ipſos reciperetur. Senſit hoc tandem Virgilius Creſcentius ejus pater, & variis illum rationibus à propoſito abducere tentavit. Ubi vero obſtinatam adoleſcentis voluntatem perſpexit, ut ſaltem cum Philippo rem communicaret, etiam atque etiam rogavit. Paret ille: at Sanctus, multa ei in hanc rem cum objeciſſet, & quantæ molis opus aggrederetur clare demonſtraſſet, denique apertiſsime dixit: Nequaquam, fili, hæc Dei vocatio eſt, ſed mali dæmonis impulſus, qui te domumque tuam perturbare contendit; ſcito autem, te poſtmodum mutato conſilio temporales nuptias celebraturum. Obſtupuit beati Patris dicto Adoleſcens, quod & nihil minus cogitaret; & alios fratres haberet natu majores, quibus id potius quam ſibi curandum eſſe videbatur: tamen ita deinde factum eſſe perſpexit, quemadmodum Philippus prædixerat.

& uxori jungendum prædicit:

item qui perſeveraturi ſint in religione, qui non:

460 In decernendo autem quid cuique ad æternam ſalutem maxime congrueret, tantum à Deo luminis adeptus fuerat, ut ſæpe ſuis libere diceret, Hoc facite, hæc eſt enim voluntas Dei. Quod quidem cũ non ſemel Federicus Cardinalis Borromęus audiſſet; Hunc ſane, ajebat, loquendi modum aut pauci, aut fortaſſe nemo uſurpare poteſt. Interdum etiam Vir ſanctus dicebat, Iſte in Dei ſervitio perſeverabit, C ille autem nequaquam: atque ita prorſus fiebat, quemadmodum ipſe prædixerat. Franciſcus quidam, & Joannes Baptiſta Saracenus, quem antea memoravimus, ex iis erant, qui Philippum ipſo Oratorii initio ſequebantur: cumque ambo eodem tempore ad ſacram Dominicanorum familiam ſe recipere decreviſſent; Philippus divino ſpiritu tactus dixit, Joannes Baptiſta in ſuſcepto inſtituto ad finem uſque perſeverabit, at longe aliter Franciſco eveniet: is namque annum intra religioſa caſtra non implebit, abjectaque ſeveriori diſciplina ad ſeculi commoda revertetur, quemadmodum deinde rei probavit eventus.

quinam à virtutis propoſito defecturi,

461 Statuerant aliquando Patres optima indole ac ſpe juvenem in Congregationem admittere, quod quidem Philippus minus probabat, quippe qui haud illum diu in propoſito permanſurum prævidebat: quamquam autem id Patribus ſatis aperte ſignificaverat, tamen imperio uti noluit, & ut reciperetur demum permiſit. Nec multi abiere menſes, cum ille arrepti Inſtituti pertæſus abſceſſit; noſtrique experimento didicere, quantam Philippi verbis fidem habere oporteret. Duo erant ex primis beati Patris diſcipulis, Italus alter, alter vero Gallus; hoc autem ille longe ferventior ſpiritu videbatur. De his igitur Sanctus è ſuis nonnullis familiariter interrogavit, uter ex illis in via Dei perſeveraturus videretur. Quibus tacentibus, ipſemet libere dixit: Italus iſte, qui nunc ſpiritu ferventiorem ſeſe oſtendit, haud in incepto perſtabit; hic autem Gallus, quamvis minus fervidus videatur, perſeveraturus eſt uſque in finem, quod quidem re ipſa comprobatum eſt. D

quod deſleverit in Luſitano habitũ religioſum induente.

462 Luſitanus quidam adoleſcens, annorum ſeptemdecim, ex iis erat qui Philippum initio ſequebantur: is porro ad eam ſpiritus altitudinem pervenerat, ut plane exemplo omnibus præluceret, deque rebus divinis ſupra quam cuiquam credibile eſt ſubtiliter atque expedite diſſereret; quamobrem privatis ejus colloquiis (Tauruſio teſte) viri doctiſſimi obſtupeſcebant, præſertim Aloyſius Lippomanus Epiſcopus Veronenſis, pietate ac doctrina inſignis, qui tunc temporis Oratorii exercitia frequentabat. Accidit autem, ut neſcio quo ſpiritu ductus ad religioſa caſtra tranſire decreverit; quod quidem conſilium quamvis minime probaret Philippus, importunis tamen precibus victus, dimiſit eum (quod in caſibus ejuſmodi ajebat Pater) in deſideria cordis ſui. Cum igitur ſolenni more ſacrum habitum ſumpturus eſſet, adfuit cum Tauruſio atque aliis ipſemet Sanctus. E Dum autem ſacræ ceremoniæ peragerentur, in partem templi ſecedens, vim lacrymarum profudit; quamobrem ad eum accedens Tauruſius rogavit, quid tam acriter fleret. At ille; Adoleſcentis hujus virtutes defleo. Quod ſane dictum haud percepit Tauruſius, niſi cum illum vidit poſt paulo in Dei ſervitio adeo remiſſum atque oſcitantem, ut nihil minus quam de religioſa diſciplina cuſtodienda cogitaret: & quamquam Religionis habitum non abjecit, vagus tamen & profugus fuit ſuper terram uſque dum vixit.

Vrſulæ Beincaſiæ ſpiritum

463 Hanc porro facultatem diſcernendorum ſpirituum Philippo ſingulariter à Deo impertitam eſſe, adeo conſtabat, ut Gregorius XIII Pont. Max. probatũ volens ſpiritũ Virginis cujuſdam (Urſulæ Beincaſiæ nomen erat, per eoſque dies Neapoli ad Urbem venerat, magna cum ſanctitatis opinione) neminem ad id Philippo aptiorem exiſtimarit. Ejus igitur curam Vir ſanctus cum ſuſcepiſſet, primum quidem ad humilitatem ac mortificationem per plures menſes illam exercuit, ejuſque raptus atque ecſtaſes frequentiſſimas nihili ſe facere oſtendit, ſacra inſuper Chriſti corporis Communione eam diu abſtineri juſſit; denique cum longo jam experimento illius ſpiritum ex Deo eſſe comperiſſet, omnia ad Pontificem retulit. Hanc ipſam deinde ab Urbe diſcedentem opportunis monitis communivit, quibus per arctam ſalutis ſemitam tuta ac tecta ab hoſtium inſidiis incederet; multiſque ſuorum teſtatus eſt, idcirco eam à Domino per hujuſmodi viam deduci, quod ſingulari eſſet morum puritate ac ſingularitate. Itaque Neapolim rediens, & Philippi dictorum memor, in timore & tremore ſuam ipſius ſalutem operabatur; dicere ſolita, nemini unquam ſe melius quam Philippo innotuiſſe. Denique multis virtutibus clara migravit ad Dominum, ſextodecimo Kalendas Februarias, anno redempti Orbis MDCXVIII. Artemius Vanninus Senenſis, Sacerdos morum probitate & doctrina ſpectabilis, admirabiles quaſdam inter orandum mentis illuſtrationes percipiebat: cumque rem valde ſuſpectam & periculoſam eſſe intelligeret, religioſiſſimos ac probatiſſimos viros conſuluit: unum tamen Philippum invenit, qui fraudes omnes & latentes inimici inſidias detegeret, regiamque ſpiritus viam demonſtraret. F

explorat & probat.

atque Artemii Vannini.

464 Ad probandos autem ſpiritus beatus Pater mortificatione, tamquam Lydio lapide, utebatur: neque

A neque enim ſine hac, vitæ morumque ſanctitatem conſiſtere poſſe cenſebat. Alfonſus Lupus, de quo ſupra mentionem fecimus, concionaturus ad populum, quæ mox dicturus erat, ſolus in receſſu meditabatur. Huic igitur nec opinanti ſupervenit Philippus; ſeveroque vultu in eum intuens; Tune, inquit, es ille Lupus, concionator ille celeberrimus, qui mundi plauſibus tumens, longe majorem ſeſe exiſtimat, quam revera ſit? quique inaniter gloriatur, primos Chriſtiani Orbis ſuggeſtus ſe conſcendiſſe? An vero deeſſe putas in Italia Concionatores, qui te & doctrina & ſanctitate præcedant? His atque aliis gravioribus dictis in eum Philippus invehebatur, ut plane qui aderant obſtupeſcerent: quibus tamen Lupus nihil commotus eſt; ſed, ut erat mitis & humilis corde, ad pedes beati Patris ſe ſtatim abjecit, totuſque effuſus in lacrymas ex animo dixit; Quam vera mihi narras, Pater! Tum vero Sanctus, frontem explicans, qua ſolebat humanitate atque hilaritate hominem complectitur, & oſculatur dicens: Perge modo, & Chriſti Euangelium Populis prædica, ut facis, Deumque pro me deprecare. His dictis ſtatim abſceſſit, quippe qui optime noverat, quantum ea re & Lupo & ſibimet apud Dominum lucratus eſſet.

Alfonſi Lupi celebris concionatoris,

B 465 Antonia quædam erat, ex iis quas Tertiarias vocant Ordinis S. Franciſci, utroque lumine orbata, lectoque ex longa infirmitate decumbens, cujus ſanctitatis fama per Urbem ſatis jam percrebuerat. Ad hanc igitur cum ſuis aliquot Philippus acceſſit; ejuſque ſpiritum probaturus, variis illam mortificationibus exercuit. Denique experta atque perſpecta ejus virtute, ut aliis quoque innoteſceret, quam alte atque acute cæca Virgo perſpiceret; accitum ad ſe clam ex his qui aderant Sacerdotem quemdam, Florentia nuper advectum, ante lectum decumbentis in genua procumbere jubet, aitque; Antonia pro miſello iſto Dominum deprecemur. At illa, extenta dextera procumbentis manum apprehendit, eamque reverenter oſculata; Hic, inquit, Sacerdos eſt, atque hodie mane Sacrum fecit; proinde ego ejus orationibus egeo, meque illi ex corde commendo. Tum vero Philippus, ne facto quidem verbo, digreſſus eſt.

Antonia Tertiaria,

466 Alius quidam in Urbe erat, itidem Tertiarius Ordinis S. Franciſci, ob ſummam in proximos caritatem ac ſingularem vitæ auſteritatem, magna apud omnes ſanctitatis opinione. Hunc porro Auguſtinus Cardinalis Cuſanus, per eos dies ejuſdem Ordinis Protector, eo nomine ad beatum Patrem miſit, ut ejus ſpiritum expenderet atque perſpiceret. Itaque ubi illum videt Pater, non ſine ſupercilio atque contemptu; Quid iſtuc hominis eſt? inquit. Mox pixidiculam afferri jubet, in qua ærei nummuli plures erant, ut quotquot voluiſſet acciperet. At ille quamquam omnes avide arrepturus videbatur, vix demum unum accepit: quod quidem Vir ſanctus valde probavit, rem tamen caute diſſimulans; Hic profecto, inquit, cibum potius quam pecuniam quærit, afferte huc panem. Quem cum primum videt ille, ſtatim morſu apprehendit, mox demittit in ſaculum. Rogat illum deinde Pater, quonam inſtituto vivat, quemve orandi modum teneat? Is vero dentes, manus, pedeſque concutiens, hanc unam orandi rationem ſe noſſe reſpondit: quo dicto valde lætatus eſt Sanctus, nihilominus, quaſi hominem contemneret, ab ſe ſtatim ejecit. Abit ille, aitque, Profecto Senex iſte mortificandi & corrigendi ſpiritum adeptus eſt. Hunc ipſum deinde ad ſe ventitantem ſæpius tentavit Pater, ejuſque conſtantia perſpecta, ab vitæ morumque ſimplicitate ac puritate plurimum commendavit.

& alterius Tertiarii.

C 467 Porro autem moderatoribus animarum ſalutaria quædam monita dare conſueverat; in primis vero eos qui auſcultandis Confeſſionibus præſunt ſerio admonebat, ne una eademque via quam ipſi tenuiſſent, ſuos etiam in ſpiritu filios ad ſtudium pietatis conarentur adducere; id enim ſæpe haud ſine magno eorum incommodo ac detrimento fieri poſſe. Præterea iiſdem quæcumque libuiſſet facere ne permitterent; ſed operæ pretium eſſe, eos vel ad virtutem currentes interdum retinere, tum ad recreandos animos, tum etiam ad intellectum & voluntatem ſubjiciendam. Illud quoque admonebat, ne pœnitentes, quos ſemel à Confeſſionibus Patres ſibi delegerant, levi de cauſa deſererent, neve hi pœnitentes alienos facile admitterent; ſed ad Confeſſarios ſuos, niſi forte gravis intercederet cauſa, quamprimum remitterent: quod ipſemet ad aliorum exemplum facere conſuevit. Quamobrem Nero de Nigris, quem unice diligebat, nominatim præcepit, ut Religioſum quemdam ex Servis B. Mariæ, quem à Confeſſionibus habebat, ne dimitteret.

A. HIERO. BARNABEO EX MS. Monet non facile mutandos Confeſſarios,

468 Hoc idem de ſe ipſo luculenter teſtatur Peregrinus Altobellus, Romanus Presbyter & Canonicus S. Marci, ait enim: Quoniam de Philippi ſanctitate tota Urbe jam fama percrebuerat, in ejus familiaritatem venire maxime cupiebam: cum igitur P. Joannes Franciſcus Bordinus, qui mihi à Confeſſionibus erat, in Poloniam ſe contuliſſet cum Hippolyto Cardinali Aldobrandino, cui deinde ad ſummum Pontificatum evecto Clementis nomen inditum eſt; Philippum mihi in ſpiritu patrem delegi, quo deinde dum vixit familiariter uſus ſum, quamquam haud ſemper apud illum ſacras Confeſſiones peregi; ſed ipſo anno, quo ſcilicet Bordinus idem in Polonia commoratus eſt: ſiquidem poſt ejus reditum, cum ad pedes beati viri conſcientiam purgaturus procubuiſſem; Vidiſtin, ait mihi, Patrem tuum? Nequaquam, inquam. At ille; Nunc tibi ad eum redeundum eſt. Cumque ego etiam atque etiam rogarem, ut confitenti mihi aures daret: Sic par eſt facere, inquit. Hactenus Altobellus.

atque ad primos redeundi mox ut licet.

D

469 Illud quoque probabat maxime, ut cum uxore vir pariter, dummodo id ſponte ac libenter facerent, uno atque eodem Confeſſario uterentur, qui nimirum paci & concordiæ ipſorum facile conſuleret. Docebat præterea Vir ſanctus, ſi quis forte in via ſpiritus longe ad virtutem proceſſiſſet, deinde aliquo caſu gravius prolapſus eſſet, nihil ad ejus ſalutem opportunius adhiberi poſſe, quam ut lapſum ſuum viro alicui religioſæ probatæque vitæ libere aperiret: hac enim ratione ad ſalutis viam haud difficile illum poſſe reduci. Eos porro qui auſcultandis Confeſſionibus operam dabant, ſerio admonebat, ut ne pœnitentibus permitterent, quæcumque fervore ſpiritus incitati facere voluiſſent: hoc enim pacto vegetiores ad virtutem atque alacriores fieri; ſin aliter, animum remiſſuros, ac tædio affectos ab incepto facile deſtituros. Rurſum vero pœnitentibus ajebat, nulla unquam ratione Confeſſarii voluntati vim adhibendam, aut alio deflectendam, quo ipſe haud propenderet: quinimo eo abſente illius mentem interpretandam, & quaſi præſente ac jubente res dirigendas. Ad hæc flagellationes aliaſque corporis macerationes illo inconſulto minime aggrediendas: ſi quis autem ſponte ac temere id facere auſus eſſet, hunc ſane aut in ægritudinem aliquam, aut in ſuperbiam atque arrogantiam facile prolapſurum.

Præcepto uedæ Confeſſarii inculcata.

E

F

& pœnitentibus,

470 Ad hæc Deo quidquam voveri, niſi eo conſulto quem quis in ſpiritu patrem ſibi delegerit, nequaquam probabat: nec ſuis interdum rogatus id facile permittebat; illud Eccleſiaſtis mente retinens, multo melius eſt non vovere, quam poſt votum promiſſa

nec facile vovendum quid,

A. MIERO. BARNABEO EX MS. *aut ſtatum mutandum.*

miſſa non reddere. De ſtatu quoque ſuo quemquam moveri haud facile patiebatur, ſed unumquemque manere cupiebat in ea vocatione, in qua initio vocatus eſſet, dummodo ſine Dei offenſa vitam ageret. Ajebat enim vel in media hominum turba Chriſtianæ perfectioni operam dari poſſe, neque opificium, aut quæſtum, aut laborem ullum Dei ſervitio impedimentum afferre. Quamvis igitur innumeros prope filios (ut diximus) in varias Religioſorum familias miſerit; tamen vehementer optabat, ut in ſua quiſque domo atque familia ad virtutem ſeſe exerceret: pluresque aulicorum, qui pie ac laudabiliter viverent, ab inſtituto recedere vetuit: dicere ſolitus, ex malo ad bonum ſtatum tranſituro nihil conſulto opus eſſe; ex bono autem ad meliorem progreſſurum indigere tempore, conſilio, atque oratione: neque enim quod in ſe melius eſt, unicuique melius eſſe: quamquam autem Religioſorum virorum inſtituta eminentiora ſint, non tamen omnibus bene congruere. Itaque cum ad ſacrum aliquod inſtitutum quemquam à Domino vocatum aptumque videbat, remis veliſque illuc hominem impellebat: ubi vero rem aliter ſe habere perſpiciebat, haud ita facile cuiquam permittebat, ut ad Religionem ſe reciperet.

B *Principes quomodo corrigendi:*

471 Pacem & concordiam cum proximis ſervare quicumque cuperet, huic profecto quæ in aliis cerneret caute diſſimulanda naturæ vitia. Principes autem viros non temere, ſed veluti ex tranſverſo corrigendos eſſe docebat, quod & Nathan cum David feciſſe narratur. Si quid vero incommodi eorum cauſa interdum cuipiam contingeret, æquiſſimo animo ferri, eodemque vultu atque hilaritate rediri oportere: ſic etenim brevi cum illo in gratiam redituros, omnemque illatæ offenſæ ſuſpicionem à ſe amolituros. Mulieres ex Apoſtoli verbo hortabatur, domus curam haberent, in publicum facile ne prodirent. *mulieribus commendandam curam domus.* Quamobrem cum aliquando laudibus extolleret Martham Spoletinam, feminam vitæ morumque ſanctimonia inclitam, nonnulliquę ex ſuis ei ſubjicerent cur illam tantopere celebraret? Quia, inquit, lanam facit. Ad illud ſcilicet Proverbiorum reſpeciens: Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fuſum. Fuit hæc porro Philippi obſervantiſſima: cumque ad Urbem veniebat, ſtatim ad illum convolabat, ejuſque pedibus provoluta, ut pro ſe Dominum rogaret, humiliter poſtulabat. Quoties vero Dei ſervum intuebatur (hoc quippe donum inter cetera obtinuerat, ut animarum pulchritudinem introſpiceret) toties admiratione defixa extra ſe rapi videbatur. Multa præterea in hanc rem ex Philippi ſententia adjicienda eſſent, quæ tamen alio properantes omittere cogimur.

C

CAPUT XXXI.

Philippus energumenos liberat, abſentibus apparet, mortuum ſuſcitat.

472 CAP. X. *Liberat à dæmone Catharinam Averſanã;*

QUamquam Philippus ab exorcizandis malignis ſpiritibus alienior videbatur, tamen hoc quoque longe præclariſſimum munus illi à Domino impertitum eſt, ut plurimos ab iis male vexatos liberaverit. Catharina quædam puella, Aversâ Campaniæ Urbe Romam eo nomine perducta eſt, ut ab ea dæmonium ſuis precibus meritiſque Philippus ejiceret. Hæc porro cum nullas litteras didiciſſet, tamen Græce ac Latine loquebatur, quaſi ſeſe in ſcholis diu exercuiſſet. Præterea ejus corpori tantum roboris acceſſerat, ut multorum vel fortium ac robuſtorum manibus teneri non poſſet. Quoties vero beatus Pater eam ad ſe perduci juberet, quamvis longe abeſſet, ſtatim præſentiebat; ajebatq; Nunc Presbyter ille me accerſit: dein fugiens & in remotiſſimas domus latebras ſeſe conjiciens, ægerrime tandem ad eccleſiam pertrahebatur. Igitur quadam die, cum in templum S. Joannis Florentinorum adducta eſſet; Philippus, parentum calamitati & puellæ compatiens, omiſſis exorciſmis, orationi ſe dedidit: eodemque momento ab immundis ſpiritibus liberam ſe ſenſit, nec deinde ullo unquam tempore ab iiſdem ne minimam quidam moleſtiam recepit. D

473 Lucretia Cotta Romana, octo ipſos annos ex maleficio vexabatur: quapropter oculos miſerandum in modum diſtorquebat, interdum quoque viſum penitus amittebat: ad hæc cor ipſum prope divelli ſibi cum perſentiſceret, toto corpore quatiebatur, ut pluribus feminis pectori ejus obnixis concuſſio hujuſmodi reprimi omnino nequiret, & jam jam expiratura videretur. Cum igitur tam graviter cruciata cibum aut ſomnũ capere non poſſet, & jam oſſibus vix hæreret, ad Philippum ſe contulit, ut ſacramentum Confeſſionis obiret. Is vero ubi illam videt, miſericordia permotus, genuflectere jubet. Quo facto alteram manum ſuper cor ejus, alteram ſibi ob oculos ponit, attentoque animo Deum orat per mediam horam; eodemque tempore mulier ab omni cordis afflictione ſe ſenſit immunem. Nec ita multo poſt ad Sanctum reverſa, cum eam videret oculis tam male affectam; Ne dubites, inquit, filia, ab hac quoque ægritudine liberam te volo. Igitur ad illum deinde cum rediiſſet, ſacram Confeſſionem peractura; Philippus ſuper oculos ejus manus imponit, & poſt paulo ad ſe retrahit. Cui ſtatim illa clamitans; Heu! heu! inquit, Pater, tu me penitus excæcaſti. At Sanctus ſubridens, ait; Ne dubita, nequaquam excæcaberis. Poſt horam (res mira) quaſi velum quoddam ab oculis detrahi ſibi ſenſit: reverſiſque in locum ſuum pupillis, ſtatim viſum recepit; neque ex ea die ullo oculorum vitio laboravit, quin etiam tenuiſſimo opere telas acu pinxit. *Lucretiam Cottã à maleficio;* E

474 Advenerat ex Germania ad Urbem nobiliſſima femina, male à dæmonio exagitata. Hanc quodam die in templum ſanctæ Crucis in Hieruſalem propinqui adduxerant, ſolenni Eccleſiæ ritu adjurandam: jubente autem Otthone Truchſes Cardinali Auguſtano, adfuit etiam cum ſuis aliquot Philippus. Cum igitur lignum ſanctiſſimæ Crucis, atque aliæ quæ ibidem aſſervantur Reliquiæ, publice oſtenderentur, graviſſimis cruciatibus urebatur. Quamquam autem adſtantium plurimi dæmonẽ ab ea ejectum eſſe opinarentur, re vera tamen haud abiiſſe compertum eſt: quamobrem omnes pariter beatum Patrem exorant, ut miſeræ opem ferat. At ille, quamquam invitus, accedit tamen ad arreptitiam; cogitque dæmonem, ut diem indicet, qua demum abſceſſurus ſit. Tum vero ad eos qui aderant ſe convertens; Scitote, inquit, miſeram hanc ob unius adſtantium incredulitatẽ nunc liberari non potuiſſe, verum die dicta id certe fiet. Nec vana fuere promiſſa, ſiquidem præſtituto tempore in templo S. Mariæ ad Martyres obſeſſam diabolus omnino deſeruit, liberamque reliquit, maxima cum ſuorum admiratione atque lætitia, qui paulo poſt ſalvam & incolumem in patriam reduxerunt. *Matronam Germanam à dæmone in S. Mariæ.* F

Ingrediebatur aliquando Vir ſanctus, una cum Petro Victricio, Lateranenſem Baſilicam, ubi tum forte capita SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, argenteis gemmatiſque thecis incluſa, frequentiſſimo populo oſtendebantur. Ecce autem energumena quædam vociferari atque ululare cœpit. Quam ut videt Philippus, crines ejus apprehendit, eique in faciem expuens; Cognoſciſne me? inquit. At illa; Utinam te non cognoſcerem! Eodemque tempore ſemimortua in terram prolabitur, atque à maligno ſpiritu liberatur. Cum autem *& aliam energumenã in Vaticana.*

ad

A ad id ſpectaculum multi concurrerent, Dei ſervus, ut longiſſime gloriam fugiebat, ſeſe confeſtim è templo proripuit.

Pro imperio coërcet dæmones, in arreptitiis,

475 Ea porro erat poteſtas ejus in dæmones, ut ſi quis forte ab iis obſeſſus ad ſacram Confeſſionem aut Communionem accedere non poſſet, hunc pro imperio ſtatim libere ac ſine impedimento myſterium illud peragere juberet. Quamobrem cum in templum noſtrum veniſſet mulier, religioſo habitu induta (erat hæc arreptitia, nemini tamen noſtrorum cognita) & ad ſacram menſam acceſſiſſet, dæmone autem obnitente Euchariſtiam ſumere recuſaret; Philippus, rem non tam oculis, quam mente perſpiciens, è ſella in qua tum forte ſacras Confeſſiones auſcultabat ſeſe proripit, ejuſque capiti manum imponit. Qua re miſera ſtatim ſui compos effecta, ſine ulla contradictione, ſacroſanctum Euchariſtiæ myſterium obivit. Nec plane abſimile huic accidit in hac ipſa eccleſia. Etenim cum ſe eo contuliſſent aliquando duæ pauperes aniculæ, earum altera, Clerico cuidam ex noſtris, Quæſo te, inquit, Sanctum illum Patrem nobis advoca. Is vero cum ſubjiceret,

Ejusdem Sacramentorum impedientes.

B Patrem illum ætate confectum ægre deſcendere poſſe: iterum illa etiam atque etiam rogare, ut eum omnimodis evocaret, quo ſcilicet ſacra Confeſſione expiaret ſociam ſuam, à dæmone obſeſſam. Cumque ille itidem abnueret, rurſum illa uſque eo oravit & obſecravit, dum Clericus precibus victus ad Sanctum adiit; aitque, arreptitiam quamdam in templum veniſſe, quæ mali ſpiritus inſtinctu à ſacra Confeſſione & Communione arcebatur, quamobrem ad eam deſcendere ne gravetur. Tum vero Dei ſervus, Abige illam, inquit: quid mihi cum arreptitiis? Cum autem paululum ſubſtitiſſet, miſeratione commotus, Age, inquit, dic illi, ut me expectet. Dein veniens in templum, ad locum in quo Confeſſiones audire ſolebat ſe contulit: cujus aſpectu energumena ſtatim turbari cœpit, nec ſine vi ac minis ad illum adducta eſt. Tum Sanctus placido vultu; Hic, inquit, genuflectito. Quo audito mulier ſine ulla contradictione obtemperavit, & ſacra Confeſſione peracta ſanctiſſimum Chriſti corpus ex ejuſdem Philippi manibus ſumpſit: quod & deinde eo præſente ſæpe facere conſuevit.

Ab eo se spherni egerrime fert dæmon.

476 Cum autem ſuperbus ac malignus Philippi imperium & poteſtatem ferre non poſſet; quoties voluntati ejus obtemperare cogebatur, toties in illum indignationem ſuam aperte demonſtrabat. P. Jo. Antonius Luccius (quod ſupra innuimus) energumenam adjuraverat, ac beato Patre jubente per ſummum contemptum eam flagellaverat. Hac re tam graviter offenſus eſt dæmon, ut ſequenti nocte horribili ſpecie ſeſe Philippo objecerit, multa inſuper atque horrenda minatus, quod ſe ea ratione ſpreviſſet: denique abſcedens, ingenti fœtore omnia complevit. Illud præterea eidem graviſſimum videbatur, Dei ſervum, ubi ad energumenos adjurandos precibus adigeretur, ſuis in ſpiritu filiis id muneris demandare: hoc enim dedecori atque ignominiæ ſibi eſſe putabat. Itaque cum aliquando Joanni Baptiſtæ Boniperto, Canonico Novarienſi ſuoque in ſpiritu filio, virginem quandam exorcizandam remiſiſſet, iſque veſperi peracto exorciſmo domum revertiſſet; conſcenſo ſcamno, dum in parietem clavum adigit, inverſo ſcamno propius nihil eſt factum, quam ut alliſo in terram capite vitam amitteret. Quo autem tempore hoc accidit, dæmon ipſe per energumenam loquens; Putabam, inquit, me illum occidiſſe.

C

477 Quamquam autem Deus dederat illi virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia; raro tamen, nec ferme niſi coactus, ad energumenos exorcizandos accedebat. Ajebat enim, in hac re haud facile credendum eſſe: quandoquidem inufitati quidam effectus ſæpe non ex dæmone, ſed ex morbis melancholicis, capitis debilitate, aliiſque hujuſmodi proveniunt; in feminis vero ex vehementi phantaſmatum impreſſione, aliiſque tum animi tum corporis ægritudinibus, non raro etiam ex malignitate, qua ſeſe ob varias cauſas à dæmone obſeſſas ſimulant. Quapropter cum ad P. Nicolaum Gilium adducta eſſet puella, quam propinqui omnes vere arreptitiam exiſtimabant; quippe quæ domum totam ſubverteret, qua clamando, qua frangendo, & perdendo quæcumque illi venirent in manus; cumque ea de re nuntius ad Philippum afferretur, rogareturque ut miſeræ benigne ſuccurreret; ad eam deſcendit, atque ex adſpectu ipſo nequaquam à dæmone occupatam eſſe cognovit, nec tam coacte, quam ſponte inſanire. Quapropter accito ejus fratri dixit, ſororem ſuam, ſi ſalvam ac liberam eſſe vellet, quoties inpoſterum inſaniret ac furet, toties flagris acriter cæderet: hoc enim remedio certiſſime convaliturum. Sic factum: cædentique fratri mentita energumena inſaniæ ſuæ cauſas ſtatim aperuit.

Ex MS. Barnabi de Docet non facile hac in re credendum fœminis.

quarum malus ex malitia furens.

D Alia quædam huic perſimilis, aliquando ad ſanctum Virum adducta eſt: in quam ille intuitus, Nequaquam hæc, inquit, energumena eſt: atque ita eſſe, quemadmodum Philippus dixerat, poſtmodum ſatis liquido apparuit.

aliam fatuam esse demonstrans.

478 Aliam itidem, nomine Sideram, ab Sabinis ad Urbem propinqui adduxerant, ſacris exorciſmis adjurandam, quippe quæ omnibus vere arreptitia videbatur. Et quodam die, cum ad ſolennem ſummi Pontificis benedictionem iidem propinqui eam ducere ſtatuiſſent; in puteum ſeſe præcipitem dedit, ſed accurrentibus multis ſtatim inde educta eſt. Sæpius deinde ab aliquot exorciſtis adjurata, ac tum flagris tum etiam ſuffitibus graviter excruciata, denique ad beatum Patrem adducitur. Qui præmiſſa ad Deum oratione, propinquis ejus libere dixit; Hæc profecto arreptitia non eſt, ſed fatua: igitur patienter ferenda, nec amplius cruciandа. Quemadmodum autem Philippus dixerat, ſic rem ſe habere manifeſto compertum eſt. Has igitur ob cauſas Vir ſanctus ſuos in ſpiritu filios admonebat, in hac re ne facile crederent, nec niſi in publico fœminas exorcizarent, ne ſcilicet gravibus periculis ſeſe objicerent.

CAP. XI.

E 479 Illud præterea Philippo ſinguläriter à Domino impertitum eſt, ut multis etiam abſentibus, cum inter mortales eſſet, viſibili ſpecie ſeſe oſtenderet, iiſque periclitantibus opem ferret. Sacerdos quidam ex noſtris grave peccandi periculum ſibi pertimeſcebat in re, cujus illi curam Dei ſervus demandaverat: cumque ob id graviter animo torqueretur; noctu dum quieſceret in ædibus Vallicellanis, cubiculi fores quamvis firmiſſime obſeratas, ſenſit extemplo reſerari. Itaque ſomno excitus, vel in mediis tenebris Philippum vidit ad ſe introeuntem (habitabat tum ille in ædibus Caritatis) ſibique dicentem; Quomodo tecum agitur? Is vero, Male, inquit: animo quippe graviter ægrotabat. Tum demum Philippus, extenſa dextera Crucis illum ſigno munivit, aitque, Ne dubita. His dictis evanuit, & perturbationes omnes repente ſedavit.

F *Adhuc vivus & absens apparet uni ex suis tentato.*

480 Adoleſcens quidam, Neapolim cogitans, beato Patri, cujus arbitrio regendum ſeſe commiſerat, animum ſuum aperuit. Is vero conſilium hujuſmodi improbavit: eunti enim, aut à mari, aut à Turcis periculum eſſe affirmabat. Sed ille in ſententia perſiſtens iter agreditur. Ecce autem dum navigat, ſeſe improviſo à Turcis ſuperveníentibus impeti ſentit: quapropter plurimi, qui una navi-

altesi in mari periclitantis

A. HIERO. BARNABEO EX Ms.

gabant, mari ſe commiſerunt, quos & ipſe ſtatim ſecutus in undas ſeſe projecit. Sed ut erat natandi imperitus, jam jam in profundum mergebatur. Igitur ubi ſe morti proximum videt, ea quæ à ſancto Patre nuper audierat memoria tenens, ejus auxilium ſupplex implorat: eodemque tempore (rem miram!) Philippus ei ſeſe offert, & qua ſolebat voce, Ne dubites, inquit: manuque arreptum ad littus educit.

alteri à piratis capto,

481 Marcellus Ferrus, alibi ſæpe commemoratus, ex Ægypto in Italiam negotiatoria navi vehebatur: quæ cum Cyprum præterlaberetur, repente à piratis obſidetur & capitur. Ii porro comprehenſis illico mercatoribus catenas injiciunt. Quod ubi videt Marcellus, pavore perculſus, ad Deum orat, ut Philippi meritis incolumem ſe è tanto periculo ſervet. Vix ille has preces effuderat, cum repente videre ſibi viſus eſt beatum Patrem, ejuſque dulciſſimas voces audire, Ne dubita, ad Deum confugito, nequaquam captivus eris. Atque ita plane res cecidit. Cum enim piratæ eum quoque poſt alios catena vincire vellent, Chriſtianæ navis Præfectus; Quorſum, inquit, ſenem hunc miſerum vincire vultis? Quo dicto Barbari, præter omnem
B conſuetudinem expectationemque commoti, eum liberum dimiſerunt. Cum igitur ad Urbem denique perveniſſet, accepit hoc ipſo tempore, quo ſe Deo & beato Parenti precibus commendaverat, nonnullis noſtrorum illum dixiſſe; Pro Marcello Ferro orandum eſt, valde enim periclitatur.

mulieri vâcorem ſervanti,

482 Conſtantia de Drago, qua de ſupra meminimus, cuidam ex propinquis ſuis ſubirata, ab ejus conſuetudine receſſerat. Cum autem tres aut quatuor dies præteriiſſent, nec iram poneret; diluculo dum quieſceret, ſomnum inter ac vigiliam, ictu pulſari ſe ſentit. Quo ſtatim experrecta eſt, eodemque momento beatum Patrem ſibi dicentem audivit, Quouſque tandem tua durabit iracundia? Qua re Conſtantia perterrita, cum primum illuxit ad Philippum ſe contulit; expiataque conſcientia, rem ut ceciderat retulit. At Sanctus, quaſi factum hujuſmodi penitus ignoraret, nihil omnino reſpondit. Conſtituerat Dei ſervus Lu-

& alteri diutius dormienti.

cretiæ Gioliæ, Joannis Animucciæ uxori, ſingulari pietate feminæ, tum diurna tum etiam nocturna ſacræ precationis tempora, edixeratque, ut certa noctis hora ſurgeret ad meditandum. Quoniam
C vero ſomno occupata ſæpe id negligebat, quadam die eam reprehendit Pater; &, Niſi reſipueris, inquit, ego ipſe in poſterum excitabo. Nec inania fuere verba. Quoties enim illa ſomno largius indulgebat, toties Philippum audiebat clara voce dicentem, Lucretia, ſurge. Quin etiam cum expurgatura conſcientiam ad eum adibat, Nonne ego, inquiebat, hac nocte te compellavi?

Cæſari Baronio ægrotanti videtur,

483 Ægrotabat ad mortem Cæſar Baronius in ædibus Florentinorum, jamque ſacro Oleo perunctus, vitalique ſenſu deperdito, nihil propius erat, quam ut ſpiritum emitteret. Cum paululum quieſcens repente videt beatum Patrem (erat tum ille in ædibus Caritatis) ad Chriſti Domini ejuſque ſanctiſſimæ Matris pedes humiliter procumbentem, ab iiſque ſalutem ſibi his verbis poſtulantem; Da mihi Cæſarem, Domine: mihi illum redde: ſic cupio, ſic volo. Chriſto autem abnuente, videt ſanctum Virum ad Deiparam ſe convertere, orare, obſecrare, ut id ſibi à Filio ſuo impetrare non dedignetur. Qua demum benigne intercedente, ſtatim exoratum eſſe intellexit; eodemque momento experrectus, ex ea infirmitate ſe minime moriturum pro certo credidit. Advenienti deinde Philippo rem totam refert, multaſque gratias agit. At ille modeſto ſilentio præſtitum beneficium diſſimulans, Nimis periculoſe, ait, fidem ſomniis habere: proinde paratus eſto, inquit, ad Dei voluntatem. Quod autem haud inane ſomnium id fuerit, ſtatim apparuit: ſiquidem eo ipſo die ita convaluit, ut qui modo de illo deſperaverant medici nihil jam pertimeſcerent, atque inſperatam ſalutem Philippi precibus meritiſque tribuendam eſſe affirmarent. Quapropter Baronius ipſe, & vitam & doctrinam beato Patri acceptam ſeſe referre, non ſemel in Annalibus ſuis teſtatur.

D *exorare ſanitatem,*

alteri auditur ſanitatem promittens,

484 Matthias Maffeus, cujus antea meminimus, cum ex morbo graviſſimo laboraret, deque illius ſalute à medicis omnibus jam deſperatum eſſet, à Philippo viſitur: is porro duas ſacrarum Reliquiarum thecas ſecum detulit, aitque ægroto, Ne dubites, confide te Jeſu Chriſti gratia ex hoc morbo convaliturum: dein dexteram ſuper cor ejus imponit, munitque ſignaculo Crucis, atque abit. Ipſa autem nocte ægrotus magna ſibi voce ter inclamantem Philippum audivit, Surge. Quamobrem ſomno excitus, ſanitati extemplo reſtitutum ſe ſenſit, ac biduo poſt liber è lecto ſurrexit. A-
E lius quidam, Philippi in ſpiritu filius, teſte Federico Cardinali Borromæo, nocte intempeſta horribili ſpectro perterritus eſt. Immanis quædam beſtia obſidere ſibi lectulum videbatur, trucibus oculis ſævoque rictu minitans; itáque diu agonizans, denique evigilavit, non ſine ingenti mœrore, quaſi verberibus male acceptus eſſet. Mane igitur ad Philippum venit, ac rem totam narrat. Cui Sanctus, Scito, inquit, me tibi hac nocte adfuiſſe, & pro te decertaſſe. Hanc porro viſionem tibi Deus certam ob cauſam immiſit, atque ego ipſe precibus impetravi.

alteri ſpectris territo adeſt.

Ægro mortem optanti,

485 Petrus Franciſcus Juſtus, Sacerdos & Abbas Florentinus, beatoque Patri perfamiliaris, ex pituitoſo morbo toto biennio tam graviter laboraverat, ut jam vix oſſibus hæreret, ad eumque ſuſtentandum plurium adjumento opus eſſet. Igitur periculoſæ ægritudini & medicorum judicio inſanabili curationes omnes adhibuit; & ab Urbe receſſit, cælo ſalubriore fruiturus: ſed fruſtra: quamobrem eorumdem medicorum conſilio ad Urbem revertitur. Hic vero adeo ſe recreari non ſenſit, ut quotidie deterius habere cœperit. Itaque Deum ex animo rogabat, miſerrimæ hujuſmodi vitæ finem aliquando
F imponeret; ſiquidem tam acutis doloribus excruciabatur, ut ſæpiſſime animo linqueretur. Interea Sacerdos quidam ex noſtris ad eum venit, nuntiatque Philippum veſperi adfuturum. At ille, ne id faciat, etiam atque etiam rogat: ſæviente enim hieme nix omnia operuerat. Igitur à cœna ad concubiam noctem acerbiſſimis doloribus tortus, denique ex nimia laſſitudine ſomno occupatur. Ecce autem beatus Pater per viſum ei ſeſe offert, caputque manibus arcte complectitur: qua re ille haud ſine timore expergiſcitur, neque enim intelligere poterat quonam pacto illuc penetrare potuiſſet, clauſis atque obſeratis cubiculi foribus. Tum Sanctus, quomodo ſeſe haberet, rogavit. At ille, quamquam initio vocem proferre nequibat, tamen ubi ſe tantiſper collegit, quibus potuit modis ſalutem imploravit. Hic vero Philippus, conformatis in Crucis ſimilitudinem ejus manibus, ſubſtitit; dein Surge, inquit. Hoc dicto ægrotus (quod multis ante menſibus efficere nequiverat) è lecto ſurrexit. Et Sanctus; Nonne vides te non tam male habere, quam putas? Statimque ex oculis ejus evanuit, ſanumque reliquit.

noctu apparens ſanum reddit.

Joan-

A *Prati visitat sanctimonialem sui videndi cupidam.*

486 Joannes Animuccia, de quo alibi mentionem fecimus, Pratum, Etruriæ olim præclarum oppidum, modo in civitatem erectum, aliquando se contulit; ibique Catharinam Ricciam Florentinam, ex Monialibus S. Dominici, spectatæ sanctitatis Virginem visitavit. Cumque de Philippo sermo incidisset, quæsivit ex ea, an illum unquam vidisset. Cui Virgo, nequaquam se illum vidisse dixit, sola sanctitatis fama sibi innotuisse, quamquam & videre eum & alloqui vehementer optaret. Sequenti autem anno iterum ad illam venienti Animucciæ libere dixit, se se & Philippum vidisse, & cum eo locutam esse; quamquam nec Philippus Romæ, nec Prato Catharina pedem unquam extulerint. Redeunti deinde eidem Animucciæ, & rem ut ceciderat nuntianti, Philippus satis aperte hæc eadem confirmavit. Quin etiam anno salutis nostræ MDXC, cum jam sacra Virgo migrasset ad Dominum, audientibus multis libere testatus est, se se eam vidisse dum viveret; & singillatim omnia ejus lineamenta descripsit, quæ sane (ut diximus) nisi divinitus nosse non poterat.

CAP. XII *Miraculorũ gratia donatus.*

B

487 Præter hæc omnia divinitus infusa charismata, Philippus sortitus est gratiam quam vocant miraculorum, quibus vivens juxta ac mortuus singulariter enituit. Non solum enim variis morbis oppressos sanitati restituit, sed mortuos etiam ad vitam revocavit, id quod hoc loco referre contenti erimus: cetera enim plurima, quæ ab ipso patrata sunt, consultius ad finem vitæ rejecimus, quo quisque commodius atque expeditius ea legere possit. Fabricius de Maximis, quem sæpe memoravimus, quinque filias susceperat ex Lavinia de Rusticis: quam partui appropinquantem. Fabricius idem Philippi precibus summopere commendavit. At Sanctus paulũ tacitus hæsit, deinde, Uxor tua, inquit, nunc marem pariet; huic porro quod libitum erit mihi nomen inditum volo; nonne libet etiam tibi? Annuit ipse. Tum Philippus: Igitur Paulo huic nomen erit: id autem Vir sanctus aliàs illi sæpe prædixerat. Itaque domum redeunti obviam fit servus, natumque ei filium nuntiat; quem Fabricius promissi memor, Paulum appellari jubet. Mortua deinde Lavinia cum Paulus decimum quartum annum ageret, in febrim incidit, quæ quinque & sexaginta dies sine ulla remissione eum tenuit; quamquam illius patientiam adeo non defatigavit, ut rogatus à Germanico Fidele, an ægritudinem hujusmodi cum sua ipsius salute commutare vellet; Nequaquam, inquit: meam quippe ægritudinem carissimam habeo. Igitur glisscente indies morbo, adolescens ad extremum adductus est. Cumque Philippus, qui ad eum quotidie veniebat, nominatim domesticis edixisset, ut cum proximus morti videretur, certiorem se facerent; ad eum mittunt, qui nuntiet, Paulum supremos anhelitus trahere. Sed tum forte Vir Dei in æde S. Hieronymi sacrificabat.

juvenẽ cui nomen Pauli esse voluerat,

C *morbo extinctum se absente,*

ad vitam revocat;

488 Hæc inter adolescens decessit è vita, cui pater ipse oculos clausit, & Parochus supremis in eum officiis perfunctus abscessit: jamque omnia parabantur ad cadaver curandum. Post mediam horam supervenit Philippus, & scalas ascendenti Fabricius occurrit; nec sine lacrymis, Paulus mortuus est, inquit. Cui Sanctus, Cur accersitum me non misistis? At ille, Misimus, ait: sed tum forte Sacrum faciebas. Hoc dicto beatus Pater cubiculum, in quo mortuus jacebat, ingressus, ad lectuli spondam se se projecit, ibique prolixius orans solitis motibus quatiebatur: deinde aqua benedicta vultum ejus aspergit, eamq; in os eidẽ infundit; denique manu super mortui frontẽ imposita, clara elataque voce dixit; Paule, Paule. At ille repente, quasi somno excitatus, recluſis oculis respondens, dixit; Pater. Mox subjicit; Unum con-

fiteri cupio. Tum Sanctus remotis arbitris illum auscultat, eique Crucifixi imaginem porrigit. Redeuntibus deinde in cubiculum, qui modo recesserant, de Lavinia ejus matre deque sorore jam vita functis cum eo sermonem instituit, protraxitque ad mediam horam. Is vero tamquam sanus ac vegetus loquebatur, quin etiam tam verum vivacemque colorem in vultu præseferebat, ut quicumque in eum intuebantur, nulla unquam ægritudine tactum esse existimarent. Denique post multa quæsivit ex eo beatus Pater, an libenter moreretur? At ille, libentissime se id facere dixit, eoque maxime nomine, ut matrem & sororem suam viseret in Paradiso. Tum Sanctus ei benedixit, aitque, Abi jam feliciter, & pro me Dominum deprecare. His dictis placidissime quievit, iterumque expiravit in beati Patris amplexu. Huic autem spectaculo interfuere tum Fabricius ipse, tum etiam duæ ejus filiæ, & Violantes Sanctacrucia secunda illius uxor, & famula quædam, aliique nonnulli.

A. HIBRO. BARNABO EX MS. *dequa matre ac sorore defunctis collocutus.*

mori permittit,

489 Quoniam vero haud minori admiratione dignum videtur, morti imperare, quam vitæ; id quoque à Domino Philippus accepit, ut haberet mortis imperium. Quamquam autem hoc satis constare videatur ex iis quæ modo narravimus, tamen apertissime demonstrabitur ex his quæ dicturi sumus. Nobilissima quædam femina in Urbe graviter ægrotabat, ad eamque Philippus ventitare consueverat. Cumque ex longa valetudine ad extremum adducta esset, redit ad illam beatus Pater, & quibus potest modis laborantem erigit atque confirmat; denique ad Vallicellam reversurus abscedit. Cum autem aliquantum viæ processisset, jam repente substitit, iisque qui eum comitabantur libere dixit; Equidem impelli me sentio, ut ad ægram hanc redeam. His dictis ad eam venit, & circumstantes officii causa matronas secedere jubet: mox capiti ejus impositis manibus; Jubeo te, inquit, anima, in Dei nomine quamprimum ex hoc corpore exire. Necdum Sanctus verba compleverat, cum illa spiritum emisit. Affirmavit deinde Dei servus his qui miraculo interfuerant, feminam illam, nisi cito migrasset è vita, facile in tentationem casuram fuisse, seque propterea celerem illi migrationem à Domino impetrasse.

alteri etiam citam mortem impetrat.

E

CAPUT XXXII.

Quanta fuerit apud omnes de Philippi sanctitate existimatio.

F

HIs igitur virtutibus ac donis ornatus, tantam sui admirationem apud homines Philippus excitavit; ut quicumque eum vel leviter nossent, tamquam Virum sanctissimum venerarentur. Quamobrem omnium ordinum homines, ipsique summi Pontifices, mirifice eum observarunt, & prope supra hominem suspexerunt. Paulus IV cum illius sanctitatem (ut diximus) optime perspexisset, adeo reveritus est, ut ad eum mitteret, seque ejus orationibus commendaret, excusaretque quod Pontificatus onere impeditus Oratorii exercitiis interesse non posset. Pius IV magno eum in honore semper habuit, sibique morienti adesse voluit, cujus nimirum precibus meritisque maxime confidebat. B. Pius V, sanctissimus Pontifex, cum Oratorii exercitia (ut sæpe narravimus) diligenter cognovisset, multumque probasset; lætari se dixit vehementer, quod homines in Urbe haberet, qui animos ad pietatem inflammarent, Deique gratiam in proximis resuscitarent, quemadmodum faciebat Philippus. Nec aliam plane opinionem de ipsius Pontificis

490 *Virum sanctum reputant*

Paulus V,

Pius IV. & V,

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

ficis ſanctitate Vir ſanctus habebat, cujus calceum ex holoſerico villoſo rubro magna cum reverentia ſervabat, ſecumque interdum deferebat cum viſitabat infirmos. Accidit autem aliquando res memorabilis. Cum enim ad ægram quamdam ſe contuliſſet, fuſiſque Deo precibus affectam corporis partem eodem calceo tetigiſſet, extemplo convaluit.

Gregorius XIII,

491 Gregorius XIII, præterquam quod ejus prudentiam magni æſtimabat, deque rebus graviſſimis cum eo conſultabat; ſanctitatem præterea uſque adeo reveritus eſt, ut alieniſſimo etiam tempore ad privatum colloquium eum admitteret, & operto capite ſe coram ſedere juberet, longeque familiarius illo quam quolibet ſuorum uteretur. Sixtus V beati Patris ſanctimoniam adeo coluit, ut (quod antea dictum eſt) Corpora SS. Martyrum Papiæ & Mauri ei dono dederit, multiſque præterea & quidem præclariſſimis beneficiis naſcentem Congregationem exornaverit. Gregorius XIV & ipſe in rebus difficillimis eum in conſilium adhibebat, quin imo tantopere obſervabat, ut cum ad ſummum Pontificatum elatus eſſet, venienti ad ſe Dei ſervo & ad pedum oſcula de more accedenti, obviam prodiret, in ejuſque amplexum rueret: &; Si ego, inquit, Pater, te dignitate; tu tamen me ſanctitate præcedis. Quamobrem ſtare illum aperto capite ante ſe haud patiebatur, ſed tecto capite ſedere jubebat.

Sixtus IV,

Gregorius XIV,

B

& Clemens VIII,

492 Clemens VIII tanto illum honore ac reverentia proſecutus eſt, ut omnibus in rebus ſeſe ejus orationibus commendaret. Cum autem ægrotabat, ſæpe cuidam ex ſuis intimo ſibi familiari dixit; Pater Philippus Deum pro me non rogat: quaſi ſalutem & valetudinem ſuam ex ejus precibus pendere exiſtimaret. Nec vero alium ſibi à Confeſſionibus eſſe cupiebat, quo antequam Pontifex fieret uſus fuerat: quamquam ille excuſans ſenectutem munus declinavit, Cæſaremque Baronium pro ſe ſubſtituit. Cum autem Vir ſanctus ad eum veniret (quod ſæpe fiebat) illum arcte Pontifex complectebatur, exceptumque oſculo apud ſe operto itidem capite ſedere jubebat: in diſceſſu deinde iterum inter ſe amplexari atque oſculari conſueverant. Quin etiam Pontifex ipſe venienti ſæpe aſſurrexit, atque abeuntis manum deoſculatus eſt, quod & Gregorius XIV facere ſolebat. Porro Clemens idem, priuſquam ad Petri Cathedram eveheretur, nihil carius atque antiquius Philippi conſuetudine & familiaritate habere videbatur. Olim vero cum S. Romanæ Rotæ Auditor eſſet, audiretque litigantem qui ſe Philippi in ſpiritu filium eſſe ajebat; libere dixit; Pater ille vere Sanctus eſt, eritque aliquando ut inter Sanctos ſolenni ritu adſcribatur.

C

Item Cardinales,

493 At vero Cardinales quo illum loco haberent, ex iis facile conſtare poterit, quæ ipſimet ſcripta ac publice teſtata relinquerunt. In primis autem Auguſtinus Cardinalis Valerius, Veronenſis Epiſcopus, ſanctitate & doctrina inſignis, cum adhuc Dei ſervus inter homines ageret, librum contexuit, inſcripſitque, Philippus, ſive de lætitia Chriſtiana; in quo, præter plurima, quæ de Philippo præclara ſcribit, Socratem illum Chriſtianum appellat; aitque: Vere Chriſtianus ille Socrates appellandus eſt, qui res omnes externas contemnens, vitiorum omnium hoſtis accerrimus, virtutum cultor aſſiduus, ſinceritatis magiſter, veræ diſciplinæ propagator; humilitatem docens perpetuo, non verbis tantum, ſed exemplis; intima caritate expandens viſcera ſua omnibus, tolerans plurimorum infirmitatem; alios erudiens, alios ſalutaribus monitionibus juvans; ſanctis precibus commendans omnes Altiſſimo, ac piis hujuſmodi exercitationibus perpetuam hilaritatem ſervans.

Auguſtinus Valerius,

Socratem Chriſtianũ eum vocãs;

494 Gabriel Cardinalis Paleottus, primus Bononienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Philippi olim alumnus, in libro quem ſcripſit de Bono ſenectutis, Philippum adhuc in terris agentem his laudibus ad Cælum tollit. Quamquam ex veteri hiſtoriarum memoria, & præſertim ex eccleſiaſtica antiquitate facile potuiſſent ſenes multi produci, admirabili ſanctitate & bonis illis cumulati, quæ nos loco ſuo commemoramus: nihilominus cum ea, quæ aſpectui ſubjiciuntur, manibuſque contrectantur, eo efficacius mentem arripiant, ac veritas ipſa tunc clara magis inexpugnabiliſque reddatur, exiſtimavi hominem viventem, atque ante omnium oculos verſantem, qui Romæ, hoc eſt in Orbis terræ theatro, annos quinquaginta & amplius ſumma cum laude vixit, & alios ad bene & religioſe vivendum mirifice excitavit & adjuvit, tamquam expreſſum & vivum exemplar ſenectutis illuſtrandæ in medio ſtatuere. Is eſt Pater Philippus Nerius, Florentinus, qui annum agens ætatis ſuæ LXXX, veluti procera arbor, jampridem multiplices virtutum ſuarum fructus populo diſpergit: qui Congregationis ampliſſimæ, quæ Oratorii dicitur, primus in Urbe inſtitutor fuit; unde aliæ multæ, variis in locis & regionibus, in hunc uſque diem fuerunt feliciter propagatæ: quem olim multi ſummi Pontifices, & præſertim piæ memoriæ Gregorius XIII, Gregorius XIV, & hodie ſanctiſſimus D. N. Clemens VIII, ſæpe ad ſe religionis & colloquiorum piorum cauſa accerſere conſueverunt: ad quem frequenter ampliſſimi Cardinales, Epiſcopi, Præſules, atque alii cujuſcumque ordinis viri, tum pœnitentiæ tum etiam ſalubrium conſiliorum gratia accedunt: qui terrenorum omnium bonorum contemptor, nullos niſi æternos honores & dignitates quærit, licet apud ſummos Pontifices & ampliſſimos Cardinales in magna ſemper auctoritate & exiſtimatione fuerit; in quo denique ſapientiæ, religionis, ac pietatis exempla, cum ſumma manſuetudine, hilaritate, ac Chriſtiana ſimplicitate conjuncta, copioſe effulgent. Pergit illo deinde in ejus laudes, cujus etiam viventis effigiem exprimendam, & in fronte ipſius libri imprimendam curavit, quamquam hoc ipſo tempore, quo in publicum editus eſt, Philippus migravit in cælum.

D

Gabriel Paleottus,

in libro de bono ſenectutis,

E

eum in ſingulare exemplũ proponens;

495 Auguſtinus Cardinalis Cuſanus tanta in illum voluntatis inclinatione propendebat, ut ab ejus cubiculo fere numquam diſcederet: quamobrem de illo hæc teſtatus eſt. Ego, inquit, neminem plane cognovi, vel inter religioſiſſimos viros, cui tantum honoris ac venerationis impenſum fuerit, quantum Philippus apud omnium ordinum homines aſſecutus eſt: idque ex eo dumtaxat oriebatur, quod de ejus ſanctitate ſumma eſſet omnium opinio, quodque uberiores quotidie fructus perſpicerentur, dum ille tot Chriſto filios acquireret, & in rectam ſalutis ſemitam deduceret. Et ſane ſingulares ejus virtutes permagno ſemper æſtimavi, quæ quidem eo præclarius emicabant, quo ipſe eas ſtudioſius obtegebat.

Auguſtinus Cuſanus,

F

Federicus Borromæus,

496 Federicus Cardinalis Borromæus, quem pariter cum Cuſano Philippi animam appellabant, tam præclare tamque alte de illo ſentiebat, ut luculentiſſimum hoc teſtimonium reliquerit. Quamdiu cum venerabili hoc viro verſatus ſum, adeo excellenti virtute præditum, totque divinis chariſmatibus ornatum ſemper exiſtimavi, ut cum iis ipſis quos olim ſuſpexit antiquitas comparari poſſe crediderim: erat enim in illo rerum ſpiritualium tam perfecta cognitio, ut vere dici poſſet illum pro temporis opportunitate, tum in ſe ipſo, tum etiam in aliis opere compleviſſe, quidquid hac de re ſcriptum reliquerunt Caſſianus, Climacus, & Richardus à S. Victore. Illud denique affirmo, neminem unquam animo meo

A meo cumulatius illo ſatisfeciſſe; uſque adeo, ut cum interdum mecum ipſe cogitarem, quid tandem perfectionis in eo deſiderari poſſet; continuo nec ſine ingenti admiratione ſubjicerem, nihil omnino huic viro deeſſe. Hactenus Borromæus, qui hanc ipſam ob cauſam ejuſdem Philippi adhuc viventis effigiem ceream apud ſe reverentiſſime ſervabat.

Octavius Paravicinus,

497 Octavius Cardinalis Paravicinus in eamdē ſententiam hoc manu ſua ſcriptum reliquit. Notus mihi divina gratia eſſe cœpit Philippus Nerius, ab anno ſexto circiter ætatis meæ: à quo tempore converſatione & colloquio illius familiariter atque aſſidue frui datum eſt, uſque ad annum circiter vigeſimum octavum, quo me in Hiſpaniam oportuit proficiſci. Toto hoc intervallo, ac rurſus poſt meum ad Urbem reditum, cum pleraſque ejus viri actiones, motus, verba ob oculos haberem, ac diligentiſſime obſervarem; profunda cum humilitate, ardentique in Deum & proximos caritate ornatiſſimum cognovi. Multa præterea ſubjicit ad ejus vitæ morumque ſanctimoniam demonſtrandam. Denique, inquit, eorum ferme omnium, quæ de hoc beato viro Antonius Gallonius ornate ac diſerte libello comprehendit, æque me oculatum & certum teſtem,
B ac quemvis alium, vere poſſum affirmare. Gratias autem ſummas omnipotenti Deo plane habeo, quod ſingulari benignitatis ſuæ munere talem mihi magiſtrum dederit, cujus præclariſſima virtus in hoc orbis theatro ſpectatiſſima fuerit, & de cujus laudibus nulla unquam ætas conticeſcet.

etiam miniſtrare ægrotanti ſolitus,

498 Plura ille, cujus ea fuit erga Philippum benevolentia atque obſervantia, ut ab ejus conſpectu divelli non poſſet: quamobrem noctes & dies integros apud ipſum ſæpe commorabatur. Quod ſi forte beatus Pater ægrotaret, tam alacri & prompto animo ei miniſtrabat, quam ante Cardinalatum facere conſueverat. Quapropter cum ad illum aliquando lectulo decumbentem veniſſet, omnibus qui aderant ab ſe dimiſſis, ad Cardinalem converſus beatus Pater: Vellem, inquit, Octavi, tantiſper te alloqui: ſed ſi forte commota tuſſi expuendum ſit, tu mihi, quæſo, pelvim præbe, quemadmodum ante Cardinalatum facere ſolebas. Cui ſtatim Cardinalis; Hoc enimvero, Pater, pro ſummo beneficio mihi habendum eſt, neque enim tali me dignor honore. Id porro Vir ſanctus ob id maxime cupiebat, quod optime intelligeret, nihil illi optatius eſſe poſſe, quam ut ſibi in re aliqua inſerviret: quod quidem his verC bis ipſemet teſtatum reliquit. Equidem, inquit, tam libenter Patri inſerviebā, ut quamvis interdum fame, ſiti, aliiſque graviſſimis incommodis afficerer; tamen dum ei inſerviebam, incredibilem voluptatem percipiebam: quoties autem mea in eum officia recolo, mihimetipſi vehementer gratulor, idque unum doleo, quod diutius illi inſervire non potuerim.

Octavius Bandinus,

499 Octavius Cardinalis Bandinus gloriatur, ſeſe olim adoleſcentulum in ſacrificio Miſſæ ei miniſtraſſe, deque ejus vita moribuſque ſanctiſſimis hæc ait: Ea fuit opinio de illius ſanctimonia, ut non modo omnes eum ſtudioſiſſime colerent ac venerarentur; ſed plurimi etiam nihil, niſi eo duce ac magiſtro, in ſpiritu ſe profecturos exiſtimarent: itaque ad Philippum, tamquam ad oraculum, undique confluebant, ut ab eo recte vivendi rationem, pro ſuo quiſque inſtituto, depromerent. Pergit deinde, & paulo poſt ait: Quicumque B. Philippi familiari conſuetudine uſus eſt, & in ejus vitam tam longo annorum ſpatio ſanctiſſime actam inſpexit, dubitare non poteſt, ea omnia, quæ illius meritis & interceſſione, tum in vita tum etiam poſt mortem, patrata ſunt, vera eſſe miracula. Quæ quidem cum plurima & longe præclara ſint, tamquam Dei ſervum eum ſemper reveritus ſum; nunc vero digniſſimum exiſtimo, qui Sanctorum numero adſcribatur, ob vitæ morumque innocentiam, ob inſignia atque admirabilia quæ geſſit, ob communem etiam totius populi conſenſum. Gloriatur præterea vir optimus, ſibi olim puero colaphum leviter ab Philippo impactum eſſe, quo ſcilicet præclarum quoddam monitum fortius memoria retineret.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

Franciſcus Taurusius,

500 Franciſcus Maria Cardinalis Taurusius, cum Avenionenſi Eccleſiæ præeſſet, in Epiſtola quadam de Philippo (adhuc ille inter homines erat) hæc ſcribit. O utinam ex iis unum eſſe mihi liceret, qui ſacello fruuntur, in quo ſanctus Pater Miſſæ ſacrificium peragit! Quamquam illud anguſtum ſit, longiſſimoq; intervallo à me disjunctum; divina tamen favente gratia, aſſidue ibi præſens adſum, tum fide ac dilectione erga cariſſimum Patrem meum, tum etiam quod locum aliquem in mente ejus habere me certo exiſtimo, quam quidem cum expandit atque elevat ad Deum, haud ſedere me puto in noviſſimo loco. Sancta Catharina Senenſis cellam ſibi in ſuo corde conſtruxerat, ibique vel in ſumma hominum frequentia cum Jeſu ſola commorabatur: ego vero in intimo corde Patris noſtri cellam mihi ſtruere velim, ibi enim Jeſum profecto invenirem, cum omnibus gra- B dibus admirabilis ac divinæ illius vitæ trium & triginta annorum, quibus in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Cum autem Pater jubilat, eiq; præ nimio amore cor ſalit intra pectus, ego quoque cum illo pariter jubilarem atque ſaltarem. Pergit deinde, & ad finem hæc addit: Fruimini interea hac felicitate, dum à Deo vobis datur, qua quidem & mihi diu frui licuit: at quoniā haud bene illa uſus ſum, juſto Dei judicio meiſque peccatis illam amiſi.

Hieronymus Pamphilius,

501 Hieronymus Cardinalis Pamphilius, qui Philippo (ut diximus) uſus eſt familiariſſime, præter ea quæ luculenter de illo teſtatus eſt, hoc præſertim elogio eū celebravit. Maxima cum caritate omnes complectebatur, recreabat, & ſublevabat; ut nemo plane ab illo rediret, cui cumulatiſſime ſatisfactum non eſſet, quique eum vitæ morumque ſanctimonia ſupra hominem non æſtimaret. Ego ſane pro Viro ſancto eum ſemper habui, iiſque omnibus virtutibus ornatū credidi, quæ in vero Dei ſervo poſſunt optari; eumdemq; in actibus ſuis quotidie eminentiorem perſpexi, ad ultimam uſq; diem. Ludovicus Cardinalis Ma-
Ludovicus Madrucc.
drutius, non modo in ejus cubiculum crebro ſe conferebat, & cum illo multa familiariter pertractabat; ſed inſtituta recens in ædibus Caritatis Oratorii exercitia
F *Michael Bonellus,*
frequentare conſuevit. Fr. Mihael Bonellus Cardinalis Alexandrinus, Pii V Pontificis ex ſorore pronepos, ſingulari eum benevolentia, & tamquam virum divino ſpiritu plenum, ſummopere coluit: quamobrē illius uſu & conſuetudine mirifice delectabatur.

Alexander Medices,

502 Alexander Cardinalis Medices, Archiepiſcopus Florentinus, qui deinde ad ſummum Pontificatū evectus Leo XI dictus eſt, ſemel ſaltem per hebdomadā (quod antea innuimus) illum conveniebat, totamque diem in ejus cubiculo conſumebat: vivere enim cum illo felicitatem & beatitudinem quamdam exiſtimabat. Petri Donati Cardinalis Ceſii ea fuit erga ſanctum Virū obſervantia, ut in Vallicellani tem-
Donatus Ceſius.
pli conſtructionem magnam pecuniam contulerit, & Congregationem noſtrā aliis multis beneficiis affecerit. Guilielmus Cardinalis Sirletus eum dilexit uni-
Guilielmus Sirletus,
ce, illiuſq; ſanctitatem celebrandi modum aut finem ullū invenire non poterat. Nec minori amore, ac honore Chriſti famulum proſecuti ſunt, Antonius Car-
Caraffa, Santorius, aliique.
dinalis Carrafa, & Julius Antonius Sanctorius Cardinalis à ſancta Severina, qui eum à Confeſſionibus habere voluit. Præter hos omnes, tamquam Virum ſanctum illum coluere Cardinales alii plurimi mag-

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

nique viri, quibus maxima cum Philippo familiaritas & neceſſitudo interceſſit.

sum Religioſi celebriores,

503 Fuit præterea Philippus, magno in honore ac reverentia apud religioſos viros omnium prope Ordinum, maxime autem apud Dominicanos Patres, ad quorum ſacram familiam (ut diximus) multos tranſmiſit. Quamobrem cum ad eorum eccleſiam aut ad S. Silveſtri in Quirinali, aut ad S. Mariæ Angelorum ad Thermas Diocletianas, aut ad alia Religioſorum loca cum ſuis ſe conferebat; iidem ſtatim obviam beato Patri prodire, poſitiſque genibus manum deoſculari, precarique benedictionem, quaſi Angelum Dei, non hominem ad ſe venientem exciperent. Igitur quicumque ex ſacris Religioſorum familiis ea tempeſtate in Urbe doctrina & ſanctitate florebant, ii ſane omnes Philippum mirifice obſervabant. Ex iis unus fuit P. Franciſcus Vicedomini Ferrarienſis, vitæ ſanctimonia ſpectabilis, ac nobiliſſimus ſui temporis concionator: qui non modo ad beatum Patrem frequens veniebat, & cum eo omnia conſilia ſua conferebat, ſed Oratorium quoque frequentabat, & pomeridianos ſermones libentiſſime audiebat, & etiam interdum rogatus habebat.

B

omnium Ordinum,

504 Huic porro nihil in amore ac reverentia conceſſit Frater Euangeliſta, vulgo Marcellinus appellatus, ex Minoribus Obſervantibus S. Franciſci, & ipſe concionator egregius, vitæque ſanctimonia laudatiſſimus. Franciſcus Panicarola, ex eodem Ordine Aſtenſis Epiſcopus, & concionatorum illius ætatis facile princeps, multis audientibus dixit; Philippum Reliquiam eſſe animatam, hoc eſt Sanctorum honore prope colendum eſſe. Alphonſus ex Capuccinorum familia, & morum integritate & Chriſtiana eloquentia inclitus, totus ex beati Patris arbitrio atque ore pendebat, ad ejuſque pedes ſeſe abjicere atq; proſternere conſueverat. Frater Paulinus Lucenſis Dominicanus, & probitate & doctrina inſignis, uſque adeo illi ſeſe addixerat, ut cum pro ſua humilitate præcipuum Religionis ſuæ munus, multis etiam rogantibus atque obſecrantibus, accipere noluiſſet, unius Philippi conſilio nutuque ſine ulla contradictione ſuſceperit. Denique complures alii ſacrorum Ordinum viri, pietate & ſapientia præſtantiſſimi, Philippum ſumma obſervantia ac religione coluerunt.

Tum ſuæ Congregationis Presbyteri,

C

505 Quanta vero eſſet apud ſuos in ſpiritu filios de illius ſanctitate exiſtimatio, hinc etiam facile poteſt intelligi, quod eorũ, quibus ille uti conſueverat, vel ipſo vivente aliquid ſurripiebant, & in ſacrarum Reliquiarũ loco habebant. Ad hæc cum tonſori operam daret, cadentes capillos clam illi colligebant, atque apud ſe reverenter ſervabant. Id quod Dei ſervus aliquando cum advertiſſet, ſtatim per feneſtram eos projici juſſit, quos tamen illi furtim recolligendos curarunt. Alii quoque ex ejus ſanguine aliquid ſibi deſumpſere, quod tum præſertim factum eſt, cum ſingulari Dei beneficio, extremo vitæ ſuæ tempore (ut antea narravimus) tam copioſe illum effudit. Nec defuere qui nimia quadam pietate compulſi, beato Viro adhuc inter homines agente, hanc precantiunculam quotidie in modum coronæ ſæpius iterarent, Sancte Philippe ora pro me. Nonnulli depictam ejus effigiem, inter alias Sanctorum imagines, domi ſervabant; poſitiſque genibus quotidie venerari ſolebant. Compluribus quoque religio fuit ad eum quotidie non adire, & benedictionem expoſcere. Fuere etiam qui pedes illius deoſculari conſueverant. Multi præterea quotidiana ejus conſuetudine tantopere delectabantur, ut quamvis aliud ſuaderet ætas, ſociique alio ad recreandos animos avocarent, tamen ire recuſarent: nihil enim jucundius nihilque dulcius accidere ſibi poſſe exiſtimabant, quam ut cum Philiopo verſarentur. Itaque ſæpe eum deprecati ſunt, ut mortem illis à Domino impetraret, antequam ipſe decederet; ne ſcilicet dulci ejus conſortio orbati in mœrore luctuque remanerent.

D

etiã adhuc viventis res pro Reliquiis ſervantes.

506 Ea porro fiducia beati Patris orationibus nitebantur, ut libere dicerent, pro certo ſe habere, quidquid Philippo intercedente à Domino poſtulaſſent (ſiquidem ſuæ ipſorum ſaluti expediret) ſeſe haud dubie impetraturos. Alii quoq; ajebant, quamquam ex propria improbitate perditos ſe dignoſque æternis ſuppliciis exiſtimarent, Philippi tamen precibus meritiſque beatitudinis gloriam ſe conſecuturos ſperarent. Nonnullis præterea tam ſanctum tamquam venerabile Philippi nomen erat, ut ſi quando illum audiſſent mortuos ab inferis excitantem, ne minimam quidem admirationem ex ea re percepturos fuiſſe, affirmarent. Illud denique à multis dictum nos ipſi accepimus, qui eo familiariter uſi ſunt, cum illum deinde Sanctorum numero adſcriptum viderunt, nihil admodum hoc facto ſibi acceſſiſſe ad ſummam ſanctitatis opinionem, quam olim de ipſo conceperant. Quod enim Eccleſia docente & decernente de eo credere jubebantur, id & vidiſſe ſe, & audiſſe, & manibus ſuis contrectaſſe recordabantur.

in eoque ut Sancto maximam habentes fiduciam,

E

magniſque prædicis extollentes,

507 Quibus autem laudibus, quibuſque preconiis illum extollerent, credi vix poteſt. Alii Angelum, alii Prophetam, alii Moyſen alterum eum appellabant, & quaſi è cælo delapſum variis illum titulis exornabant. Quamobrem ex his quidam, qui ad Capuccinorum familiam ſe receperat, amico Romam cogitanti perſuaſit, ut Philippi arbitrio regendum gubernandumque ſe traderet: Ipſe enim, inquit, vir eſt plane Apoſtolicus, Petrus alter, atque alter Paulus. Quamquam autem hæc hyperbolice dicta amicus probe intelligeret, ubi tamen ab Urbem venit, & Philippi virtutem propius inſpexit; longe minora ſibi narrata eſſe cognovit, quam quę deinde ſuis ipſe oculis uſurpavit. Franciſcus Cardonius ex Dominicana familia, beato Patri longo uſu conjunctus, hæc de illo honorifice prædicare conſueverat; Philippus in humilitate magnus, in caſtitate Angelus, & in paupertate dives.

& Sanctum ſine ſcrupulo appellantes.

508 Ea fuit præterea de ejus ſanctitate apud multos ſuorum opinio, ut nihil minus dubitarent, quam quin ipſe virtutum omnium culmen jam attigiſſet, atque animo ſuo procul omni contradictione ac repugnantia dominaretur. Viri quoque nobiliſſimi ſingularis beneficii loco habebant lectulum illi ſternere, cubiculum verrere, calceos detergere, eique præſertim dum ægrotaret certatim omnes miniſtrabant. Quidquid ab eo diceretur, ex oracuło editum arbitrabantur. Quicumque de vita & moribus ejus teſtimonium dixere, ii ferme omnes, Sanctum illum appellant; atque inter Sanctos certiſſime referendus communi eorum judicio cenſebatur; multique nitorem quemdam & majeſtatem ſanctitatis occultæ in ejus facie ſeſe vidiſſe teſtati ſunt. Marcus Antonius Maffa, alibi commemoratus, cum de Philippo verba faciebat, modum prorſus excedere videbatur; quamobrem de illius ſanctitate hæc inter alia pro teſtimonio dixit. Etſi ego peccator ſum oniumque viliſſimus, ex quo Patrem cognovi, cum eoque familiariter vixi, ſemper illum quaſi Virum ſanctum colui: cumque apud eum conſcientiam eluerem atque à peccatis abſolverer, ſanctitatis odorem ex illo ad me progredi ſentiebam: mox Sacrum peragens, præcipuo quodam ſpiritus fervore replebar: quod quidem, cum apud alios Confeſſionem peragerem, minime ſentiebam. Denique Cardinales ipſi, Epiſcopi, Præſules, ubi ſe quoquo pacto in ejus familiaritatem immiſerant, mirifice eum colere cogebantur, ac prope omnes venerabundi manus ejus deoſculari conſueverant.

F

imprimis M. Ant. Maffæi,

De-

A *quin etiam S. Carolus Borromæus,*

509 Demum, quod eſt maximum, Sanctus quoque à viris ſanctiſſimis habitus eſt, imprimiſque à ſancto Carolo: qui Mediolano ad Urbem cum ſe conferebat, ad Philippum ventitare, atque apud illum quatuor aut quinque horas commorari conſuevit: abſens vero cum eo ſæpe per litteras agebat, deque gravioribus rebus conſultabat. Ad ejus quoque pedes non ſemel procubuiſſe, & vim lacrymarum profundens manus illius deoſculari viſus eſt. Ad hęc viri ſanctitatem ubique prædicabat, ejuſque orationibus ſeſe ex animo commendabat. Quadam die, poſt longam collocutionem, cum ab illo diſcederet, nonnullis ſe comitantibus dixit: Philippus vir eſt egregiæ ſanctitatis, & admirabilis ſinceritatis. Tantam præterea jucunditatem ex ejus familiari conſuetudine inſtitutisque ab illo exercitiis percipiebat, ut vir alioqui occupatiſſimus, inter ipſam negotiorum molem, ſolidam diem domi noſtræ aliquando conſumere voluerit. Fuit autem hæc IV nonas Octobris, qua S. Franciſco in cælum abeunti ſolenni ritu gratulatur Eccleſia.

B *totum aliquando diē cum eo demoratus.*

510 Vix dum igitur illuxerat, cum ille in templum noſtrum ſe contulit; & Sacrificio peracto ſacram Euchariſtiam, ad meridiem & ultra, confluenti populo adminiſtravit. Adfuit autem & inter alios Martinus Navarrus, pietate & doctrina celeberrimus; qui à ſacrificando ea die ſibi abſtinendum eſſe duxit, ut ſancti Cardinalis manibus Euchariſtiam acciperet. A prandio Congregationis noſtræ inſtituta omnia ſigillatim noſſe voluit, pomeridianos ſermones audivit, veſpertinis precibus quæ in Oratorio fiunt interfuit, cœnavitque cum noſtris, eamdemque noctem ibidem requievit; poſtridie vero diſceſſurus, O vos beatos! inquit, qui talem habetis virum, à quo tam laudabilia tamque ſancta inſtituta fluxerunt. Porro idem hic ipſe Philippum, in eccleſia S. Ambroſii Mediolanenſis nationis, frequenti populo verba facere juſſit, eaque avidiſſimis auribus excepit; quemadmodum & ipſe Philippus non ſemel illum concionantem audivit. Cujus rei memoria ut ad poſteros etiam perveniret, in pariete ejuſdem eccleſiæ, ejus loci præſides coloribus exprimendum curarunt. Sæpe etiam ambo Horarias preces alternis recitare conſueverant.

B. Felix Capuccinus,

511 Beatus Felix à Cantalicio Capuccinus, præter ea quæ ſuperius de illo narravimus, tam ſancte Philippum coluit, ut ad illum ſæpius benedictionem petiturus adiret. Quadam autem die, cum procul eum aſpexiſſet in Quirinali, arrepto curſu ad illum venit, & ad ejus pedes ſeſe projecit, manusque deoſculatus eſt. Quem beatus Pater arcte complectitur, atque ita uterque taciti diu perſtiterunt. Alter deinde ab altero diſceſſit: nec ſecus plane iis uſu venit, quam olim S. Ludovico Galliarum Regi, & B. Ægidio Socio S. Franciſci, qui Peruſiæ poſt mutuos amplexus, ſine ullo verborum ſono, ſolo animorum ſermone, inter ſe locuti ſunt. Alia etiam die idem ipſe Dei ſervus, cum ad Philippum veniſſet, ejuſque pedibus provolutus benedictionem expoſceret, abnuit Pater; contra vero poſitis ipſemet genibus benedictionem ab illo precabatur, atque ita inter ſe complexi, haud parvo temporis intervallo ſancta contentione certarunt. Illud autem ſæpius fieri conſuevit, ut idem B. Felix, ejuſque ſocius Rainerius, & ipſe morum ſimplicitate ac puritate laudabilis, ad pedes beati Patris accederent & benedictionem expeterent; cujus præſtantia eo uſque recreari ſe ſentiebant, ut ab eo diuelli non poſſent. Soror Catharina Riccia, cujus antea meminimus; ad illum quaſi ad virum Sanctum ſcribere ſolebat, ejusque orationibus humillime ſe commendabat.

Catharina Riccia,

512 Urſula Benincaſia, qua de ſupra memoravimus, tanto eum in honore ſemper habuit, ut de illius ſanctitate præclarum hoc teſtimonium dixerit: Jubente Gregorio XIII Pont. Max. beato Philippo in diſciplinam tradita ſum: & quamquam ego nihil in me divini ſpiritus eſſe ſentiam, magno tamen in Deum amore eum efferveſcere cognovi. Mecum enim loquens totus contremiſcere videbatur, adeo ingenti deſiderio flagrabat animas ad Chriſtum pertrahendi: magnos autem labores mea cauſa ſuſcepit, ut probaret ſpiritum meum: cumque in me veluti ſubiratus multa jactaſſet, ego ante illum ſtatim procumbens, Ne tu, inquam, Pater, intus & in cute me noſti, ejuſque pedes deoſculata ſum. At ille, Jam tu, inquit, iiſdem me convitiis proſcindito, idque etiam atque etiam rogavit: quamobrem ſingularem viri humilitatem perſpexi. Quod ſi forte ecſtaſim meam, hoc eſt meam crucem, eo præſente patiebar; quamquam aliis compellantibus nihil prorſus audirem, tamen ubi me beatus Pater per ſanctiſſimum Jeſu nomen excitabat, vox ejus in aures meas uſque adeo penetrabat, ut præter omnem conſuetudinem extemplo revocarer ad ſenſus. Ad hæc cum aliquando in templo S. Hieronymi, poſt acceptam ex ejus manibus ſacram Euchariſtiam, in ecſtaſim rapta eſſem; completo Miſſæ ſacrificio ille ad me venit, & ſecum pariter per ipſum templum ambulare juſſit: & quamquam alienata eſſem à ſenſibus, tamen ut progrederer, effecit. Hactenus illa.

A. HIERO. BARNABEO EX MS. *Urſula Benincaſa.*

E

513 Franciſca de Serrone, Septempedana Virgo, cujus de vita moribuſque ſanctiſſimis Joannes Severanus Congregationis Presbyter luculente ſcripſit, ad Urbem venit anno Jubilæi MDLXXV; atque ad Philippum adducta, adeo illius virtutem ſanctimoniamque ſuſpexit, ut libere diceret, Jeſum in ejus corde conceptum, & S. Catharinæ Senenſis ſpiritum illi à Deo impertitum eſſe. Quamobrem ejus monita quaſi gemmas pretioſiſſimas aſſervabat: quin etiam calanticam quamdam Religioſe cuſtodiebat, quod eam Philippus attigiſſet, dum ſibi confitenti extenta dextera abſolutionem impertiret. Denique de illius ſanctitate uſque adeo fama & opinio percrebuerat, ut non modo ex Italia, ſed etiam ex Gallia, Hiſpania, Germania, atque ex toto Chriſtiano orbe ad eum concurreretur. Quinimo ipſi quoque Judæi, aliique noſtræ Religionis expertes, qui aliqua occaſione virum alloqui & propius noſſe potuerunt, magno in honore ac reverentia habuerunt.

& Franciſca de Serrone.

F

CAPUT XXXIII.

Philippo ſæpius ad mortem ægrotanti mira quædam uſu veniunt, & ipſe tandem ſanctiſſime obit.

514 LIB. IV. CAP. I

Anno ante mortem febri correptus.

INterea Philippus, emenſo mortalis vitæ ſpatio, plenus dierum ac meritorum, properabat ad metam; cum anno antequam migraret ad cælum aſſidua febri corripitur, renumque doloribus acutiſſimis: quibus paucos poſt dies eo tandem adductus eſt, ut vitalem ſpiritum amiſiſſe videretur, nec jam cibum ſumeret, aut vocem mitteret: incredibilem tamen animi tranquillitatem præſeferebat, nec ſeſe motibus ullis jactabat, aut doloris ſenſum aliquem oſtendebat, ſed voce ſubmiſſa illud dumtaxat ingeminabat; Adauge dolorem, ſed adauge patientiam. Hæc inter Angelus Victorius & Rodulphus Silveſtrius, nobiles medici, adæum veniunt, arteriam explorant, de Philippo jam conclamatum eſſe pronuntiant. Obducto itaque lectuli velo, in partem cubiculi ſeſe recipiunt, cum noſtrorum nonnullis aliisque ejus in ſpiritu filiis, qui de vicina Patris morte ſoliciti vehementer dolebant.

& jam mori creditus.

Ecce

A. HIERO. BARNABEO EX MS. *inventur raptus & cum Deipara colloquens;*

515 Ecce autem beatus Senex elata voce clamare cœpit, O ſanctiſſima Domina mea! O pulcherrima, & decora! O Domina mea benedicta! Eaque repetens, tanto ſpiritus ardore ac vehementia ſeſe concutiebat, ut lectus ipſe penitus contremiſceret. Accurrunt medici aliique, & velo reducto vident Sanctum toto corpore in aëra ſublatum, modo extendentem, modo contrahentem brachia, quaſi aliquid arcte religioſeque complecterentur; & Dominam ſuam iterum atque iterum inclamantem audiunt, atque hæc ſubjicientem; Non ſum dignus, non ſum dignus. Ecquis ego ſum, Domina mea dulciſſima, ut venias ad me? Admirari omnes qui aderant, alii præ gaudio lacrymari, alii toto corpore contremiſcere, alii oculis in illum defixis rei exitum expectare; denique abrupto ſilentio, quærunt ex illo medici, quo modo ſe habeat. At ille in lectulum repoſitus, Nonne vidiſtis, inquit, ſanctiſſimam Virginem, quæ venit ad me, & dolorem omnem abſterſit? His dictis, quaſi ad ſe jam rediſſet, ubi tam multos circumſtare conſpexit, linteo caput obvolvit; totuſq; in lacrymas effuſus, haud modico temporis intervallo perſeveravit in fletu. Tum vero medici, veriti ne quid grave ex ea re pateretur, Deſine jam, inquiunt, Pater, deſine. At ille libere atque aperte ſubjecit: Equidem opera veſtra jam minime indigeo, ſanctiſſima Domina mea venit ad me, & ſalvum me fecit. Quo audito venarum pulſum explorant, depulſa febri ſalvum & incolumem reperiunt: itaque poſtridie è lecto ſurrexit, ſuaque munia alacer ac promptus obivit.

atq; omnino ſanus,

B

516 Cujus rei admiratione permotus Angelus Victorius, cum primum domum ſe recepit, omnia, ut ceciderant, ſingillatim perſcripſit. Quamquam autem Dei ſervus medicos etiam atque etiam rogaverat, ut rem ſilentio tegerent; tamen efficere non potuit, quin ſtatim per Urbem vulgaretur. Cumque ad Cardinales Federicum Borromæum & Auguſtinum Cuſanum fama perveniſſet; extemplo ad Philippum convolant, eique gratulantur, tum quod ſalutem receperit, tum etiam quod illi ſeſe Dei Mater oſtenderit. Obſecrant deinde atque obteſtantur, ut factum iſtiuſmodi narrare ſibi ne gravetur. Itaque Pater, carorum filiorum precibus victus, quæcumque ei divinitus oſtenſa fuerant refert. Quæ quidem Clementi VIII, de Philippi ſalute valde ſolicito, gratiſſima fore intelligens Cardinalis Borromæus, ſtatim illum per epiſtolam de re tota certiorem fecit. Porro Vir ſanctus ea die, non modo Cardinalibus ipſis, ſed aliis quoque omnibus qui ad ſe adibant, id unum vehementer inculcabat, ut ſanctiſſimæ Virgini ſeſe totos addicerent: Scitote enim, inquiebat, filii, mihique experto jam credite, nihil ad divina beneficia promerenda tàm opportunum tamque efficax inveniri poſſe, quam Dei Matris auxilium. Quapropter eos acriter hortabatur, ut ad illam ſæpiſſime confugerent, hac præſertim precatiuncula, quam alibi memoravimus: Virgo Maria, Mater Dei, ora Jeſum pro me.

gratulantibus Borromæo & Cuſano Cardd

quibus aliiſque Deiparæ cultum ſuadet impenſius.

C

anno 1595 iterum ager Aprili toto,

517 Poſtero autem anno ſalutis noſtræ MDLXXXXV pridie Kal. Aprilis, iterum febri cum rigore corripitur, ut omnibus artubus contremiſceret, & venienti ad eum Cardinali Veronenſi nihil omnino reſpondere potuerit. Hæc igitur febris toto Aprili menſe eum tenuit. Majo autem ineunte, cum oraſſet ad Dominum, ut ea die qua SS. Apoſtolorum Philippi & Jacobi, quos præcipua devotione colebat, Natalitia celebrantur, ſibi ad eorum honorem ſacrificandi facultas daretur, voti factus eſt compos; atque ipſo mane Miſſæ ſacrificium peregit, ſuorumque nonnullis Euchariſtiæ ſacramentum adminiſtravit; & quidem tam prompte atque expedite, ut facile intelligi poſſet, illum ſaluti divinitus reſtitutum: quamquam ſequenti triduo, ut medicorum conſilio obtemperaret à ſacrificando abſtinuit, privatim tamen cæleſti Pane quotidie reficiebatur.

D

1 Maji vires obtinet ſubitas ad Miſſam dicendam:

518 Ecce autem IV Idus Majas, quo die ſanctos Martyres Nereum Achilleum & Flaviam Domitillàm ſingulari quodam cultu Congregatio noſtra veneratur, improviſo beatus Senex ſanguinis profluvio oppreſſus, ac propemodum exanimatus eſt. Qua re Cæſar Baronius, qui eo tempore (ut diximus) Congregationi præerat, veritus ne jam jam migraret è vita, Oleo ſancto eum inunxit; quo facto ad ſe redire aliquantulum viſus eſt. Quapropter Federicus Cardinalis Borromæus ſacro Viatico ſtatim muniendum exiſtimavit, atque ipſemet ſacram Euchariſtiam, ex altari ſtatim deſumptam, ad eum detulit. Vixdum autem cubiculi limen intraverat, cum Vir ſanctus, quamquam prope mortuus videretur, oculos aperit; & magno ſpiritus fervore, nec ſine uberrimis lacrymis clamat; Ecce amor meus, ecce amor meus: ecce bonum meum: cædo amorem meum. Quo quidem facto vehementer commoti omnes qui aderant, à fletu temperare non poterant. Præeunte autem Borromæo ſolennia verba, Domine non ſum dignus; Philippus alta & vegeta voce ſubjecit, Domine non ſum dignus, nec unquam fui dignus, nec boni quidquam geſſi: atque hæc dicenti lacrymæ ubertim cadebant. Alia deinde atque alia hujuſmodi magno cordis affectu ſubjunxit: ſacram autem Hoſtiam ſuſcepturus, Veni, inquit, Domine, veni. Denique ut rem perfecit. Nunc, ait, verum animæ meæ medicum accepi. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quicumque aliud quam Chriſtum quærit, is profecto quid quærat, neſcit: itáque reliquum diei quietus exegit.

12 Maji, ſanguine fluens munitur Oleo ſacro,

E

magnâ cu devotione Viaticum ſuſcipit:

519 Veſperi porro idem profluvium ter aut quater paſſus eſt, & graviſſimis cum doloribus maximam ſanguinis vim profudit. Qua re non modo nihil commotus eſt, ſed ſublatis in cælum oculis dixit: Deo gratias, quoniam ſanguinem pro ſanguine reponere datum eſt. Cuidam vero è ſuis, qui eo ſpectaculo obſtupeſcebat; Tune ergo times? inquit: equidem nihil timeo. Et ſane haud timebat; nihil enim illi optatius (ut diximus) accidere poterat. Ad ſanguinis profluvium ſecuta eſt graviſſima tuſſis, qua ſpiritus intercludi videbatur; ut ſæpius dixerit, vultu tamen ſemper læto atque hilari, Mori me ſentio. Quamquam autem multa adhibita ſunt remedia; nihil profici potuit. Poſteta die medicis ad ſe redeuntibus; Abite, inquit, cum veſtris medicamentis: mea ſiquidem ils longe præſtantiora & potentiora ſunt. Etenim ſummo mane, cum eleëmoſynas ad diverſas Religioſorũ familias miſerim, ut pro me Sacrificia preceſque ad Deum offerrent, ex illo ſiſti ſanguinem, pectoris angorem, omnemque moleſtiam deceſſiſſe, & plane ſanitati me reſtitutum eſſe cognovi. Id quod ita eſſe, quemadmodum ille aſſerebat, explorata arteria medici, non ſine ingenti admiratione, affirmarunt; nec niſi divinitus rem fieri potuiſſe, certo crediderunt. Ex eo die ad VI Kal. Junii ſanus ac vegetus fuit, quotidie Horas ſeptenas recitavit, ſacris Confeſſionibus operam dedit, Euchariſtiam adminiſtravit: quare ad annos aliquot adhuc illum ſuperſtitem fore communiter omnes ſperabant.

F

& gravi tuſſi accedentibus;

tamen die poſtero ſanitatem recipit.

CAP. II.
Qui ſe moriturum negaverat,

520 Prævidit autem Philippus, ſæpiusq; data occaſione prædixit, non modo tempus & diem, ſed horã ipſam ac modum, quo migraturus eſſet è vita; quo etiam

A etiam loco corpus ſuum condi deberet. Primum igitur dum ægrotaret, ingraveſcentibus licet morbis, ſeſe haud moriturum ſæpe affirmavit: quæcumque enim in ſervo ſuo Deus facere decreverat, hæc illi deinceps tamquam amico longe ante communicabat. Anno Salutis noſtræ MDLXII graviſſimo brachii
anno 1562 dexteri dolore correptus, ſuperveniente etiam febri eo adductus eſt, ut medicorum peritiſſimi de illius ſalute penitus deſperarint. Igitur qui in ejus curam dies noctesque incumbebant, ſacro Viatico atque extrema Unctione muniendum exiſtimarunt. At ille accito Tauruſio aperte dixit: Equidem ad mortem me libentiſſime comparo, ſcito autem me nunc minime moriturum: etenim qui tot in me beneficia huc uſque contulit Deus, ſpiritu devotionis exhauſtum nequaquam relinqueret, quem videret propediem deceſſurum. Quin etiam ægrotus libere affirmare conſueverat, Deum ſibi mortem haud permiſſurum, quin anteà nuntiaſſet inſolito ſpiritus incremento. Igitur ſacro Viatico refectus, atque Oleo infirmorum inunctus, extemplo diſcuſſa febri ſedatiſque doloribus, præter omnium expectationem, ad priſtina reparatur officia.

521 Anno autem MDLXXXXII Novembri menſe,
B poſt gravem ac diuturnam febrem, ſupremæ diei jam proximus cenſebatur. Quamobrem veniens ad eum veſpere memoratus alibi medicus Hieronymus Cordella, dolens atque ejulans dixit, de Philippi ſalute conclamatum eſſe. Mane autem cum rediſſet, exploraturus an jam expiraſſet, ubi illum ad ſe venientem ſenex vidit; Scito, inquit, mi Cordella, ex hoc morbo haud me moriturum. Nec falſo: ſiquidem poſtridie omnino convaluit, ſuaſque functiones ſtatim reſumpſit. Illud etiam tunc accidit, quod cum quotidie deterius habere videretur, à ſuiſque rogaretur, ut inſtantibus Natalitiis Dominicis diebus ſibi apud alium conſcientiæ eluendæ poteſtatem faceret; Nequaquam, inquit: pauliſper ſuſtinete: Natalitiis hiſce diebus ego ipſe vos audiam: quod & re ipſa impletum eſt.

anno 1595 522 Pridie Kalendas Aprilis, ejuſdem anni quo
ultro ſignificat migravit ad Superos, P. Flaminium Riccium Firmanum, qui Neapolim ſe contulerat, per litteras admonendum curavit, ut quamprimum ad Urbem rediret, quod eum videre cuperet antequam moreretur. Fuit is ob ſingularem virtutem Philippo cariſſimus, tertius poſt illum Congregationis Præpoſitus. Cum autem ſeſe excuſaret, nec niſi exacta
C æſtate redire ſe poſſe affirmaret; reſcribi ad eum juſſit, ut omnino quamprimum rediret. Ceterum moram illi injicientibus principibus viris, ac præſertim Neapolitano Archiepiſcopo, iterum atque iterum Philippi juſſu evocatus eſt, etſi demum beatus Pater dixit, Fruſtra jam veniet. Duodecimo die ante
hunc ſibi poſtremū eſſe, ejus exceſſum Nero de Nigris receptam ſalutem ſibi gratulanti, dixit: Ego, mi Neri, profecto convalui, nec mali quidquam ſentio: noveris tamen me paucos poſt dies moriturum, & præter omnium expectationem id fiet: mors quippe mea inter lucem & tenebras cadet: atque ita plane factum eſt. Hanc ipſam ob cauſam nihil frequentius ſuis per hos dies decantabat, quam illud, Filii, moriendum eſt. Quapropter eorum nonnulli tædio affecti, quod eadem ſemper audirent; Jam, inquiunt, novimus moriendum eſſe. At Sanctus; Sat eſt, ait, vos autem minime id creditis. Quo tempore ſanguinis profluvium patiebatur, Marcus Antonius Maffa; Ne dubites, inquit, Pater, Deus te ſuperſtitem diu ſervabit; ſi nihil aliud, ſaltem ut animarum utilitati deſervias. Cui ille feſtive more ſuo reſpondit; Huic anno me ſuperſtitem facito, & magno te munere dono.

523 Promiſerat jam Franciſco Zazzaræ, ſeſe, antequam vita decederet, ſignificaturum quæcumque illi facienda atque ſervanda eſſent poſt mortem ſuam. Itaque Zazzara beatum Senem ſæpe rogabat, ut fidem ſuam liberaret. At ille; Quieſce, ajebat, ac lætus eſto: quotidie enim inter ſacrificandum pro te ad Dominum preces fundo: quodque Deus oſtenderit mihi, indicabo tibi: igitur ne dubita, quin ego, antequam moriar, omnia tibi patefaciam quæcumque à te voluero. Tu mihi fidem habuiſti; nec expectatione tuâ fruſtrari te volo. Interea, quamvis ad mortem non ſemel ægrotaſſet Pater, nihil tamen illi unquam ſignificavit. Nono autem die antequam vita decederet, cum nil tale cogitaretur, accito Franciſco, quæcumque promiſerat, aperit. Quamobrem ille à fletu temperare non potuit: quippe Dei ſervum brevi moriturum intellexit, quemadmodum probavit eventus. Die item decimo ante exceſſum ſuum, beatus Pater Joannem Baptiſtam Guerram, Congregationis noſtræ laicum, ad ſe accerſit; rogatque, quot jam menſis dies abiiſſent; Quindecim, inquit ille. At Sanctus; Quindecim decem ſuper-addito, & mox abibimus.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

& promiſſa in tempus mortis dilata complet:

quin & paucos ſolitos dies ſupereſſe ſibi,

524 Germanico etiam Fideli per idem tempus
E ſæpius dixit: Tu quidem, mi Germanice, multos pro me labores huc uſque ſuſtinuiſti; ſed nihil tibi jam mea cauſa ferendum eſt. Alia die, apprehenſam ejus dexteram arcte complectens; Qualia, inquit, mi Germanice, intra paucos dies viſurus es? Atque hæc ſæpius iteravit: ut ille totus exhorruerit, veritus nimirum, ne gravius aliquid Chriſtiano Orbi immineret. Ubi vero Philippi mors cecidit, tum denique quid ejus verba portenderent aperte intellexit. XVI Kalendas Junias Germanicus idem Carbonianum profecturus, oppidulum diei itinere ab Urbe, beatum Patrem adit, benedictionem de more petiturus, aitque; Equidem, Pater, haud libenter abiturus ſum, niſi te poſt reditum meum ſanum ſalvumque futurum mihi promittis. Tum vero Philippus, quamdiu ibi commoraturus es? At ille; Septem, inquit, dies: pervigilio enim feſti Corporis Chriſti in Urbe eſſe volo. Hic Sanctus pauliſper hæſit, mox; Abi, inquit, & die dicta redi. Igitur profectus, ibique per aliquot dies commoratus, nocte ipſa quæ pervigilium ejuſdem feſti antecedit, Philippum in ſuo cubiculo lectuloque jacentem videre ſibi viſus eſt; dicentemque, Germanice en morior. Itaque expergefactus, & futuri ſuſpicione ſolicitus, ſtatim profectionem parat: nec, deprecantibus licet ejus loci F incolis, vel unius diei ſpatio retineri potuit. Igitur veſperi Romam venit, ad Patrem adit, ſalvum & incolumem, quemadmodum optaverat, reperit: cui manus reverenter exoſculanti ſtatim Sanctus; Opportune, inquit, rediſti: ſi enim tardius, fruſtra adveniſſes. Eodem pervigilio accerſitum ad ſe Petrum Conſolinum, illum pectori ſuo manum ſuperponere jubet, quo loco (ut diximus) intumeſcebat: &; Facito, inquit, ut pro me Sacrificium offeras. At ille; Obtuli, ſubjicit, & niſi aliud præcipiatur, pro te ſemper facio, Pater: quamquam, inquit, hoc tempore, quo te ſalvum & incolumem habemus, minime id opus eſſe videam. Tum Sanctus, Haud ego, quod tu reris, Sacrificium peto, ſed piaculare pro mortuis.

affirmat variis occaſionibus:

525 Ipſa die Bernardina quædam in extremis laborabat, ac tantum non emiſerat ſpiritum; quamobrem ſpe ſalutis abjecta, quæ curando cadaveri opus erant à domeſticis parabantur. Hæc inter ad eam venit Antonius Carolus, noſtræ Congregationis Presbyter: & caſum graviter miſeratus, tres enim filios relinquebat, ad Philippum ſtatim confugit, rem narrat, utque pro illa Dominum depre-

& locum deſignat

A. RIERO. BARNABEO EX MS.

catur etiam atque etiam rogat. Cui Sanctus, Abi, inquit: convaleſcet illa, ego autem moriar. Eodemque momento, quo Dei ſervus orationi ſe dedit, è toto moribundæ corpore ſudor fluere cœpit, ac bidui ſpatio reddita eſt ſanitati; Philippus vero ſequenti nocte evolavit ad cælum. Locum præterea, quo ſepeliendus eſſet, aperte prædixit. Nec enim ita multo ante quam moreretur, Franciſco Bozzio Congregationis Presbytero dixit, velle ſe prope ipſum habitare. Cumque ille ſubjiceret, haud commodum eſſe illud cubiculum: Volo, inquit, omnino apud te habitare. Atque ita plane factum eſt: ſiquidem corpus ejus (quod infra dicturi ſumus) ad ſiniſtrum templi latus ſublimiori loco repoſitum eſt, prope cubiculum, in quo Bozzius ipſe habitabat. Joannes Baptiſta Guerra, ejuſdem templi ædificio præfectus, quodam die Philippo dixit, Sepulcrum Patribus Fratribusque noſtræ Congregationis extruximus. Cui Sanctus, Eritne locus etiam mihi? Quidni, ait ille, ſub ara maxima ad lævam tibi quoque paratus eſt. At Pater, Nequaquam ibi me eſſe ſines. Sinam enim vero, ſubjicit ille. Denique Philippus, Ibi me profecto collocabis, ſed non diu jacere ſines. Nec vana fuit prædictio: quandoquidem ſacrum ejus corpus ab ipſomet Guerra ibidem poſitū eſt, & poſtridie idem ipſe illud tranſtulit in eum locum, quem paulo ante memoravimus.

in quem poſtea corpus tranſlatum eſt,

ex loco primæ ſepultura.

B

CAP. III. *Die 25 Maii feſto corporis Chriſti,*

526 Igitur VIII Kal. Junii, in quem diem inciderat Feſtum corporis Chriſti, beatus Pater præcepit, ut quicumque conſcientiam expiaturi ad ſe venirent, libere admitterentur. Itaque ſummo mane ſacras Confeſſiones audire cœpit, ſuorumq; pluribus ſalutaris pœnitentiæ loco ioco impoſuit, ut poſt ejus mortem pro ſalute ſua Roſarium B. Virginis recitarent. Multa præterea præclara monita dedit eis; præſertim vero ad frequentem Sacramentorum uſum, ad Dei verbum audiendum, ad Vitas Sanctorum perlegendas, illos hortatus eſt: cumque eorum ſingulos inſolitis quibuſdam amoris ſignificationibus complecteretur, ſatis aperte oſtendebat, cito ſe ab iis diſceſſurum. Sacris Confeſſionibus abſolutis, ſingulari devotionis affectu Horas Canonicas recitavit; Sacrum deinde in ſuo ſacello peregit, idque duabus horis antequam ſoleret; atque in ipſo Miſſæ introitu obtutum in Occidentem defixit, quaſi mirum aliquid intueretur. Ubi autem pervenit ad Hymnum, Gloria in excelſis, præter omnem conſuetudinē moremq; ſuum, canere occepit; eumq; magna cum ſpiritus exultatione, cantando potius, quam pronuntiando complevit. Sacrificio peracto nonnullis Euchariſtiam adminiſtravit, actiſque Deo gratiis in cubiculum ſe recepit. Interea juſculum ei deſumendum affertur. At Sanctus, Iſti, inquit, me convaluiſſe opinantur, ſed longe opinione falluntur. Sacras deinde Confeſſiones reſumpſit, & venientes ad ſe familiari excipiebat colloquio, atque omnibus caritatis officiis proſequebatur.

Miſſæ ultimo celebrat,

C

Confeſſiones ſuorū audit,

527 Hæc inter ſuperveniunt Cardinales Cuſanus & Borromæus, quibuſcum ad prandium uſque ſermones de rebus divinis dulciſſimos habuit: iis autem diſcedentibus more ſuo jentaculum ſumpſit, atq; aliquantulū quievit: deinde Veſpertinas & Completorias preces attentiſſime recitavit: reliquum diem impendit, partim accipiendo adeuntes ad ſe (quibus dimittendis ſatis aperte indicabat, ſeſe illos mox relicturum) partim in legendis Sanctorum rebus geſtis, præſertim S. Bernardini Senenſis, cujus mortem iterum ſibi legi juſſit. Redit interea ad illum Cardinalis Cuſanus, cumque eo Hieronymus Pamphilius, eo tempore S. R. Rotæ Auditor; mox etiam Spinellus Bencius, primus Montis-politiani Epiſcopus: cum quibus Matutinas preces inſequentis diei devotiſſime recitavit, reliquas Horas cum Angelis in cælo decantaturus. His vero expletis pariter in cubiculum revertuntur. Ecce autem Angelus Victorius de more ad Patrem venit; atque explorata, ut ſolebat, vena, Ecquid, Pater, ait, unquam antea tam belle, ut nunc, te habuiſti? Ac ſane decem abhinc annis melius tibi eſſe numquam ſenſi. Poſt hæc Cardinali Cuſano confitenti aures dedit; atque abeuntem, præter omnem conſuetudinem ſuam, ad ſcalas usque obſequii gratia perſecutus eſt, oculis in illum defixis, ejusque manus arcte complectens.

Horas Matutinas recitat in diē ſequentem,

D

528 Aliorum deinde Confeſſiones multas audivit. Poſtmodum ſolus de more cœnavit, atque à cœna noſtrorum aliquot Confeſſiones audivit, eorum ſcilicet, qui poſtridie diluculo Miſſam celebraturi erant. Denique ex domeſticis plurimi ſuperveniunt, à ſancto Parente ſolennem benedictionem petituri: quos ille omnes præcipua quadam benevolentia excepit. Poſt tertiam noctis horam, conſuetis precibus perſolutis, lectulo ſe compoſuit, ne minimum quidem præ ſe ferens infirmæ valetudinis indicium; quamquam ipſe migrationis horam inſtare ſibi præſentiens, quod ſuperioribus diebus ſæpiſſime dictaverat, magno cum animi ardore iteravit; Denique moriendum eſt. Sciſcitanti deinde hora quota eſſet, ubi audivit tertiam noctis horam abiiſſe, quaſi ſecum ipſe ſupputaret, ait; Bis tres, ſunt ſex: mox hinc migrabimus. Itaque omnes à ſe dimittit, quod ſupererat noctis cum Domino ſuo ſine arbitris peracturus. Ecce autem poſt quintam noctis horam è lecto ſurrexit, perque cubiculum inambulare cœpit: qua re excitus Antonius Gallonius, qui in inferiori cubiculo quieſcebat, ſtatim accurrit; videtque beatum Senem in lectulum ſe recepiſſe, pituita fauces leviter premente. Roganti autem ut valeret? Antoni, inquit, ego abeo.

belle adhuc valens,

auditis iterum Confeſſionibus,

E

ſub horam noctis ſextæ moriturum ſe novit,

529 Tum vero ille accurrit ad ſocios, accitisque medicis ad Philippum veniunt, videntque illum lecto inſidentem. Cum autem ſanguinis profluvium iterum imminere putarent, multa huic morbo adhibita ſunt remedia: itaque breviſſimo temporis ſpatio ſpiritum viresque reſumere viſus eſt, ut prompte atque expedite loqueretur. Ipſe vero venturi præſcius, nihil jam opus eſſe dixit. Patres interea omnes convocantur, qui lectulo circumfuſi poſitis genibus ad Deum orabant, & cariſſimum Parentem abeuntem deflebant. Jamque modicus calor tepebat in pectore, nec præter ſenſum quidquam vivi hominis ſuperabat; cum Cæſar Baronius, qui ejus animam ſolenni Eccleſiæ ritu Deo Superisque omnibus commendaverat, elata voce, Ergo, inquit, Pater, abis, nec quidquam nobis loqueris? Tua ſaltem nos benedictione confirma. Hic vero Philippus ſuſtollens dexteram, oculosque in cælum defigens, haud modico temporis intervallo intentus hæſit; mox oculos demittens, quaſi benedictionem illis à Domino impetraſſet, placidiſſime animam efflavit.

ſubitoque deficiens,

F

ſuis extremum benedicit & decedit.

CAPUT XXXIV.

Apparitiones poſt mortem, miracula, ſepultura

530 CAP. IV *Apparet ſenis Teo Guerrio,*

EOdem puncto temporis, quo Vir ſanctus in cælum migravit, multis ſeſe per viſum obtulit, imprimisque Teo Guerrio, qui ſenis cum eſſet, inter ſomnum atque vigiliam, videre ſibi viſus eſt beatum Parentem, divina luce circumfuſum, dicentemque, Pax tibi, Frater, en ego in locum meliorem aſcendo. His dictis ille, ſomno penitus excuſſo, eadem ſibi ter iterari ſenſit. Acceptis deinde ab Urbe litteris intellexit, Philippū eodem momento de-

A deceſiſſe, quo ſe ille videndum objecerat. Hortenſia quoque Anellia, ſacra Virgo Romæ in monaſterio S. Ceciliæ, in ſomnis vidit eum ſedentem ab Angelis in cælum deferri, candida veſte indutum, atque dicentem; Ego ad quietem aſcendo; tu quoque in Religioſo inſtituto perge ac labora; & quo ego vado, venies & tu, ne dubita: nunc enim multo melius quam antea pro te Deum rogabo; His dictis expergefacta, atque incredibili gaudio perfuſa eſt. Mane autem vulgata per Urbem Philippi morte, ea ipſa hora illum migraſſe cognovit, qua ſe illi per quietem oſtenderat.

Romæ Hortenſiæ Anelliæ,

alteríque moniali,

531 Alia itidem ſacra Virgo, quæ Novitiis præerat S. Mariæ Magdalenæ in Quirinali; eodem temporis momento gloria & honore coronatum beatum Parentem vidit; eique multa de ſalute ſua ſciſcitanti, denique Dei ſervus; Dimitte me, inquit, neque enim hic diutius conſiſtere poſſum; nimio plus alii (noſtros deſignabat) me jam detinuerunt. Nocte ipſa Victoriæ de Maximis ex Monialibus S. Marthæ Religioſiſſimæ Virgini, ſibique olim in ſpiritu filiæ, ſanctus Pater apparuit, aitque, Veni ad te, antequam abeam, ne conqueri poſſis de me. At illa; Sancte Pater, tu in cælum abis. Tum Sanctus, latiſſimum illi dumetum oſtendens; Si venire cupis, inquit, quo ego iturus ſum, hac tibi eundum eſt: eodemque puncto evigilavit plorans ac dicens, Eheu! Pater mi, jam te amplius videre non potero. Nec ita multo poſt adveniſſe ſeptimam noctis horam intellexit, ex quo ad matutinam uſque precationem continuo ſeſe ei commendavit, quippe quem certo credidit in cælum migraſſe.

& Victoria de Maximis, valedicens eis;

B

item Catharina de Morlupo

532 Catharina itidem à Morlupo, ex tertio Ordine S. Dominici ſacrata Deo Virgo, & Chriſtianæ virtutis fama celebris, ea ipſa die, quæ Philippi mortem ſubſecuta eſt, poſt ſacram Euchariſtiam acceptam vidit in exceſſu mentis Senem quemdam, aſpectu canitieque venerabilem, Sacerdotali candida veſte indutum, ſublimi ſolio inſidentem, quod pegmata multa circumdabant; in iisque inſcriptæ aureis litteris legebantur virtutes, in quibus ille præſertim ſeſe exercuerat. Porro ad pedes ejus multitudo magna tum Sacerdotum, tum etiam Laicorum utriusque ſexus viſebantur, quos cum illa cognoſcere maxime cuperet, eos eſſe intellexit, qui per Senem ipſum æternam ſalutem adepti fuerant. Hoc autem cum illa deinde ex obedientia narraret Confeſſario ſuo Fr. David de Nigris, Ordinis Prædicatorum, isque ſenis aſpectum ætatemque ex illa requireret, omnia ipſius lineamenta ad vivum deſcripſit; atque oſtenſa ſibi beati Patris effigie, quam Confeſſarius idem ſecum habebat, ſtatim exclamavit: Hic ille ipſe eſt, quem modo conſpexi.

gloriosus in cælo:

C

& Artemiſia Cheliæ de ejus ſanctitate dubitanti,

533 Nec omittendum hoc loco eſt, quod paucis poſt diebus ab exceſſu Philippi, accidit Artemiſiæ Cheliæ, probatæ virtutis Virgini, quæ deinde in monaſterio Purificationis B. Mariæ Virginis non ſine ſanctitatis opinione vitam finivit. Hæc igitur de beati Patris eximia virtute cum matre ſua verba faciens: Equidem, inquit, Philippum egregie Deo inſerviſſe exiſtimo, ſed illum videre voluiſſem mortuos ſuſcitantem, cæcis viſum, claudis greſſum reſtituentem, tunc enim longe præclarius de illo exiſtimaſſem, & vere Sanctus mihi fuiſſet. Quamquam autem multa, & mirabilia ab eo patrata dicantur, tamen quia plus oculis, quam auribus credo, multaque ſæpe in majus ab hominibus efferuntur, de illius ſanctitate narrantibus certiſſimam fidem habere non poſſum. Igitur ſub primam noctem vix quieti ſe dederat, cum Philippum in Vaticana Baſilica, ad ſepulcrum Apoſtolorum, è grandi quodam pegmate eminentem, videre ſibi viſa eſt, dicentemque: Si ea quæ vivens aut moriens patravi minime aſpexiſti, aſpice jam, Artemiſia, quid faciam. His dictis, ſublato ſtatim pegmate, ad rotundam ac luciditſimam menſam, quæ in ſummo templi fornice apparebat, evolavit, mox penitus ex oculis ejus evanuit. Quare illa vehementer commota, quæcumque viderat matri retulit, & ſuam ipſius incredulitatem damnavit. Quo quidem facto haud temere quiſpiam exiſtimaverit præmonſtratum illi fuiſſe, Philippum denique ſolenni Eccleſiæ ritu Sanctorum numero adſcribendum; ut deinde de ipſius ſanctitate minime dubitaret.

præmonſtrat ſe canonizandum.

A. HIERO. BARNABED EX MI.

CAP. V.

Corpore in eccleſia expoſito,

534 Poſt ſeptimam noctis horam defuncti corpus curatum, ornatumque Sacerdotalibus indumentis, noſtrorum manibus in templum defertur: proxima vero luce, vulgata ejus morte, ingens confeſtim hominum multitudo ad eum viſendum confluxit. Porro nihil pallor mutaverat faciem; ſed ita dignitas quædam & gravitas eam compleverat, ut eum putares non mortuum, ſed dormientem: quin etiam ſplendore quodam circumfuſus videbatur, quo omnium oculos ad ſe mirabiliter pertrahebat. Quidquid autem florum & roſarum ſuper feretrum ſpargebatur, confluentium manibus illico diripiebatur. Solennes deinde pro mortuis preces ei perſolvuntur, & Miſſæ ſacrificium celebratur, cui pluresque Præſules interfuerunt. Interea dum funebres preces recitantur, Marcus Antonius Carattus, Clericus Albenſis, & ipſe ad pſallendum cum aliis intererat; quodque prægravi quadam ſolicitudine torqueretur, cui publice parentabat, huic pariter intimo cordis affectu ſupplicavit. Nec fruſtra, ſiquidem extemplo ab omni moleſtia liberum ſe eſſe cognovit.

E

celebrantur exequiæ,

accurrunt ſpectatum Cardinales, & Principes femineæ.

535 Ad eum viſendum complures etiam Cardinales convenerunt, è quibus Cuſanus & Borromæus illius manus ac pedes non ſine ubertimo fletu exoſculati ſunt. Adfuit etiam Gabriel Paleottus, flevitque defunctum; quem adhuc viventem, ut alibi diximus, tamquam virtutum omnium exemplar ad ſenectutem commendandam, Chriſtiano orbi propoſuit. Incredibile autem eſt, quo dolore quibuſque lacrymis Octavius Cardinalis Paravicinus deflevit parentem illum, quem à prima ætate obſervavit, ſemperque dilexit. Multi præterea proceres, & principes quoque feminæ ad viſendum ſacrum corpus ſe contulerunt, ex quibus Hiſpani Regis Oratoris uxor, & pie Philippum venerata eſt, & illius ſanctitatem multis laudibus celebravit. Accidit autem hoc tempore res plane memorabilis. Cum enim Cæſar Baronius, qui Congregationi præerat, cum ceteris Patribus in Eccleſia circa ſacrum cadaver aſſiſteret, nec ſatis intelligeret, quas potiſſimum preces pro illo funderet, quem defunctum ſeculo, feliciter Deo vivere, pro certo habebat; in eam mentem impelli ſe ſenſit, ut breviarium aperiret, & primo intuitu ſeſe ei obtulit Davidicum illud: Reſpice de cælo & vide, & viſita vineam iſtam, quam plantavit dextera tua. Hac porro precatiuncula, quaſi divinitus inſpirata, tum Baronius ipſe, tum etiam alii Congregationis alumni beato Parenti privatim ſupplicare poſtmodum conſueverunt.

F

Baronius invocandus potius quàm pro eo orandum intellexit;

Pſ. 79. 15.

Idem ſentiunt alii viri eximii.

536 Hoc ipſum ferme accidit Marcello Vitelleſco; qui lecto decumbens, audita Philippi morte, numquam animum inducere potuit, ut Pſalmum De profundis, pro defunctis recitari ſolitum, pronuntiaret; ſed ejus loco dixit, Laudate Dominum omnes gentes; quo ſcilicet Pſalmo Eccleſia utitur in obitu infantium & puerorum, quos ſuam innocentiam cælo aſſeruiſſe, certum eſt. Jacobus quoque Creſcentius, ipſa die ſacrum pro illo facturus, maxima cum animi ſui repugnantia vix demũ adductus eſt, ut

A. PIERO. BARNABEO EX MS.

ut Miſſam defunctorum celebraret. Hieronymus autem Beger, ex Dominicana familia Prædicator generalis, hac ipſa die, in eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam, de Philippi virtute & ſanctitate luculentiſſimam ad populum orationem habuit; nec pro eo quaſi pro mortuo orandum eſſe dixit, quem in cælo feliciter vivere nemini dubium eſſe poſſet: quapropter quæ pro illius anima offerebantur cæleſtes Hoſtiæ, eas non illi, ſed iis quæ in Purgatorio erant, procul dubio profuturas. Ad hæc plurimorum una vox erat, Philippum nulla interpoſita mora Sanctorum numero adſcribi poſſe, quo nimirum debito honore ac veneratione coleretur in terris, quem certo crederent gloria & honore jam coronatum in cælis.

Toto biduo ingens ſit concurſus,

537 Biduo autem ipſo, quo ſacrum corpus in templo omnium oculis fuit expoſitum, ſumma populi frequentia celebratum eſt: atque hi manus, hi pedes, illi feretrum certatim exoſculari, alii roſaria quæ vocantur admovere. Quamquam autem diligenter caveretur à noſtris, ne quis quid inde ſurriperet; tamen effici non potuit, quin alii veſtium fruſtula, alii capillos, alii barbam, alii etiam ungues refecarent, eaque Religioſe apud ſe cuſtodirent. Nonnullæ etiam nobiles feminæ detractos ſibi annulos, digitisque ejus inſertos, pie poſtmodum ac devote ſervarunt. Alii præterea innumerabiles ex variis Religioſorum familiis eo confluxerunt, manus, pedes oſculantes. Adfuere præſertim tirones Patrum Dominicanorum, qui feretro undique circumfuſi cariſſimum Parentem deflebant, à quo toties ſe recreatos & ad virtutem incitatos recolebant. Hic vero audires, alios alias ejus virtutes & geſta præclariſſima referentes: hi ſanctitatis exemplar amiſſum vehementer dolebant; illi magnum Eccleſiæ lumen extinctum ajebant, quo ſcilicet Oratorii exercitia magno Chriſtianæ Reipublicæ commodo fuerint inſtituta; hi virum omnium præſtantiſſimum eum nuncupabant, qui tot Dynaſtis, Præſulibus, ipſisque ſummis Pontificibus familiariter uſus, tam longe ab honoribus & dignitatibus abhorruerit; alii profundam illius humilitatem extollebant, qua ſingularem vitæ ſanctimoniam, & quotidiana ſigna atque miracula, tam ſapienter obtexerit; omnis denique inopum multitudo patrem ſeſe amiſiſſe clamabant.

B

ipſum ut Sanctum venerantur.

CAP. VI.

Ad corpus expoſitum ſanatur ſtrumoſus,

C

538 Interea dum ſacrum corpus ſervabatur in templo, mirificavit Dominus Sanctum ſuum; imprimisque Auguſtinus de Magiſtris, adoleſcens annorum undecim, multis circa collum ſtrumis, & ad oris intimum penetrantibus, male affectus; cum ſex eoque amplius annos graviſſimo, nec medicorum cuiquam ſanabili morbo teneretur; vulgata per Urbem fama, Virum ſanctum in Vallicellanis ædibus obiiſſe, multaque per eum ſigna & prodigia fieri; eo ſtatim convolavit, & per confertiſſimam turbam ad feretrum denique penetravit; ibique paululum cum oraſſet, apprehenſa beati Patris manu multa cum fide collum ſuum tetigit, eodemque momento ſanitatem recepit. Necdum enim templo pedem extulerat, cum cerotum, quod collo affixum habebat, ſponte decidit; domumque reverſus, ne veſtigium quidem ulceris aut morbi in ſe eſſe ſenſit. Id quod ubi audivit Cardinalis Paleottus, oculis ſuis rem inſpicere & manibus contrectare voluit: comperto autem ita eſſe, ut ferebatur in vulgus, obſtupuit, Deoque gratias egit, qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis.

ejuſque ſoror etiam ſtrumoſa,

539 Porro idem hic Auguſtinus, ut modo diximus, domum cum revertiſſet; remque, ut ciderat, matri retuliſſet; incredibili voluptate mulier perfuſa eſt: ac bonæ ſpei plena, cum alia eſſet minor natu filia, & ipſa hoc itidem morbo ſexennio toto vexata, in ædem Vallicellanam illico eam adduxit: & ad ſacrum feretrum deniq; cum pervaſiſſet, ſublimem puellam ſancto corpori admovit: & qua parte Sancti manus ejus collum attingere potuit, ſanatum eſt; ex altera enim parte id fieri vetuit tum concurrentis populi multitudo, tum ſuperveniens uxor Oratoris Regis Hiſpaniarum. Ad hæc eadem puella, cum jam biennio ex altero crure adeo laboraret, ut ſtare omnino non poſſet; veſperi pia mater, admixtis aqua roſis, quas ex Beati corpore abſtulerat, crus ipſum abluit; qua adhibita medicina, puella ſtatim ingredi cœpit, & ſanitati ſe redditam eſſe cognovit. Alexander quoque ejus pater ſexagenario major, duos jam menſes lippitudine graviter vexatus, ut noctu ad lumen aſpicere non poſſet, atque ex humoris abundantia cæcitatem vehementer pertimeſceret; audita Philippi morte, ad ſacras Reliquias confugit, & ſuis ipſe oculis manum beati Parentis imponit. Quo facto ſtatim melius habere cœpit, ac nulla adhibita medicorum cura poſt paulo ſalutem penitus recuperavit.

D

& uno crure debilis,

& utriuſq; pater lippus:

item pleuriticus & tactu floris corpori impoſitorum,

B

540 Per idem tempus Angelus Continus, Romanus, acuta febri & pleuritide tam graviter ægrotabat, ut de illius ſalute jam deſperatum eſſet. Accidit autem ut germanus ejus frater ad viſendum ſacrum corpus accederet, floresque aliquot domum referret, quos deinde pie ac devote capiti fratris appoſuit. Hæc inter ſupervenit mater, ægrotumque videt immutato vultu tam luridum tetrumque evaſiſſe, ut jam jam moriturus videretur; quo quidem ſpectaculo commota, in aliud cubiculum ſe recepit, & fletui habenas immiſit. Interea qui flores fratri attulerat, ad matrem venit, eique quid fecerit narrat. Illa fiduciæ plena ad ægrotum revertitur, deterſaque nigredine illum reperit priſtinum colorem jam recepiſſe; quin etiam ſenſum vocemque quam amiſerat recuperaſſe, ut lætus atque hilaris cum fratribus jocaretur: & veniens ad eum deinde qui illi à Confeſſionibus præerat, ut Oleo ſancto ungendum curaret, ſalvum ac liberum non ſine ingenti admiratione conſpexit.

& aſthmatica,

541 Epiphania Colicchia, Recinetenſis, ſeptem jam menſes graviſſima ſpiritus difficultate laborabat, ut nec ſtare, nec progredi, nec quietem aliquam capere poſſet, aſſiduis etiam doloribus torqueretur. Igitur vulgata Philippi morte & miraculorum fama, ad ſacrum ejus corpus acceſſit; atque oratione peracta, roſas aliquot quibus fuerat conſperſum accepit, & ſtomacho pie ac fideliter applicuit; eodemque temporis momento omnem ægritudinis moleſtiam à ſe depulſam eſſe cognovit. Hæc eadem turpi & vetuſta ſcabie cum vexaretur, quæ carnem totam deturpaverat, maximisque doloribus miſeram excruciabat; hoc uno roſarum contactu ſtatim mundata eſt, ne minimo quidem ejus morbi veſtigio relicto.

F

ac ſcabioſa:

puella capite dolens admotis capillis;

542 Maria Juſtiniana capitis dolore tam graviter laborabat, ut nulla medicorum arte ſanari potuerit. Hanc itaque ad ſacrum Philippi corpus pia mater adducit, reſectiſque clam nonnullis ejus capillis domum revertitur; bonæ ſpei plena, quaſi præſentiſſimum filiæ remedium jam inveniſſet. Mox ejus capiti illos apponit, hæc dicens: Rogo te, S. Philippe, per eas cogitationes & deſideria, quibus in procuranda animarum ſalute ſemper flagraſti, ut filiam hanc meam ſanitati reſtituas. Eademque hora puellæ melius eſſe cœpit, ac brevi temporis ſpatio valetudinem prorſus recuperavit.

543 Dorotheæ Brumanæ parvulus erat filius, genibus cruribus uſque adeo diſtortis, ut ingredi aut ſtare omnino non poſſet: quamobrem tentatis fruſtra

A stra remediis, naturæ vitium hoc esse haud temere
& puer distortus ac debilis mater existimavit. Cum autem non semel puerum ad Philippum viventem adducere præoptasset, nec tamen fieri id unquam commode potuisset; pro certo credidit, Philippum vel mortuum votis suis adfuturum; ejusque corpus si tangeret filius, fore ut sanitati redderetur. Igitur cum primum de illius migratione nuntium accepit, continuo nutricem ad se
impositus corpori. accersit, & ad Vallicellanam ecclesiam mittit. Mox ipsamet eodem se conferens, è sinu nutricis puerum accipit, abstractisque caligis, infirma ac divaricata crura sacro corpori superponit: deinde nutricem cum filio domum remittit: denique post fusas preces & ipsa domum revertitur. Necdum scalas ascenderat, cum ei obviam sese obtulit nutrix, aitque, puerum libere jam atque expedite ambulare: id quod ubi mater aspexit, incredibili lætitia perfusa est; atque ex ea die puerulus integram corporis firmitatem ac robur accepit.

CAP. VII *Secundum à medicis collaver*

544 Igitur sacrum corpus, ad tertiam noctis horam confluentis populi veneration expositum, inspiciendi causa dissectum est. Aderant ex nostris nonnulli, medici quoque, atque alii complures. Accidit autè res plane memorabilis: dum enim hinc,
B atque illinc sæpius versaretur, perinde ac si viveret, manu sibi verenda operiebat. Qua re obstupescens Angelus Victorius; Quantæ, inquit, castitatis virum hunc fuisse putemus, qui vel mortuus pudorem
manu contegit verenda, custodit? Porro idipsum à nostris observatum fuerat, dum sacrum cadaver lavaretur: & curaretur. Igitur secto corpore compertum est, præclaram illam thoracis extuberationem ex duarum costarum fractura originem habuisse, quemadmodum antea narravimus, cum de admirabili ejus palpitatione diceremus; præcordia vero ne minima quidem macula aut vitio affecta apparuerunt. Verum antequam
mortui vultus gypso excipitur. corpus sepeliretur, multorum precibus effectum est, ut ex ejus vultu gypso imaginem exprimerent plastæ, indeque plurima cerea simulacra ad vivum formarentur. Fuit autem ille staturâ justâ, colore albo, hilari & grato aspectu, exporrecta lætaque fronte, numquam tamen crinibus nuda; naso aquilino, cæsiis ac vivacibus oculis, nigra nec multum promissa barba, extremis autem annis candida.

Communi sepulcro conditus, 545 His demum expletis in feretrum reponitur, & sequenti etiam die confluentium pietati servatur: vesperi lignea capsa inclusum communi nostrorum sepulcro conditur, sub Chori pavimento juxta aram
C maximam. Quod ubi rescivit Federicus Cardinalis Borromæus, nimiam in hac re Patrum modestiam haud probavit: & cum illo pariter sensit Alexander Cardinalis Medices, qui tantum virum communi tumulo ac vulgari haud condendum fuisse dixit; sed decentiori loco seponendum, expectandumque quid tandem cogitaverit de illo Deus. Itaque sacrum
mox ad honestiorem locū transfertur, corpus exhumatum, & digniori arca reconditum cum ærea lamina, cui Philippi nomen incisum fuerat, ad sinistrum templi latus (quod antea quoque innuimus) sublimiori loco reponitur; muroque in pyramidis modum extructo includitur. Accidit autem non sine miraculo, ut triduanum cadaver cum è sepulcro efferretur, neque oleret, neque rigeret; sed usquequaque tractabile esset, atque intuentibus sese speciem, non tam mortui hominis, quam viventis & dormientis offerret.

& suavem odorē afflat eo accedentibus: 546 Vixdum autem in hunc locum translatum est, cum ad illum frequens populus itare cœpit; multaque donaria & votivas tabulas eodem conferre. Nonnulli præterea odorem suavissimum inde efflari senserunt: ex quibus Julia Ursina, magnæ (ut diximus) virtutis femina, dum ibidem oraret, gratissimo odore sæpe perfusa est. Plurimi autem, ac prope innumerabiles fuere, qui ad hunc ipsum locum cum venissent, subita quadam cordis lætitia efferri, atque ad pietatem excitari se senserint. Illud etiam adnotandum hic nobis est, sequenti anno MDLXXXXVI, V Kalendas Februarii, agente Augustino Cardinali Cusano, Philippi præcordia, quæ secto jam corpori in catino recōdita, & superinjecta humo juxta corpus ipsum collocata fuerant, octo post mensibus effossa esse & omnino incorrupta, recentia, & candida apparuisse, acsi eo die sepulta essent. Hæc deinde diligenter eluta atque exiccata, partim prægrandi quadam argentea theca inclusa sunt, partim in varias Urbes locosque distributa, per orbem prope universum conspiciuntur.

A. HIERŌ. BARNABŌ EX MS. præcordia post 8 menses integra refodiuntur.

CAPUT XXXV.

Translatio corporis quarto anno post mortem, & honores defuncto exhibiti.

EA fuerat Neri de Nigris erga beatum Parentem observantia & cultus, ut de ejus familiari consuetudine plurimum gloriaretur, affirmaretque, solo se illius amplexu (amplectebatur autem eum sanctus Pater, quoties animo perturbatum animadvertebat) ex qualibet ægritudine atque molestia recreari consuevisse; idque post ejus etiam excessum sæpius expertum se esse, cum ad illius sepulchrum adiret. Is igitur tot beneficiorum memor,
consumpta vestes reperiuntur; ut erat ditissimus nullosque habebat liberos, argenteum conditorium pretiosissimum Philippi corpori construere meditabatur: quamobrem Patres primum omnium illud inspiciendum existimarunt. Igitur quadriennio post quam translatum fuerat, destructo pyramidali muro, repertum est ruderibus plenum. Ipso etenim muro humescente, ligneum arcæ operculum dissiluerat, quapropter vestimenta omnia computruerant, ac pro certo habebatur, corpus ipsum cum illis pariter computruisse, atque in pulverem redactum esse.

547 CAP. VIII *Effractio post quadriennium sepulcri,* E

548 Nocte vero adveniente, retecto purgatoque sacro cadavere, omnia illius membra integra atque
corpus in integrum intacta reperta sunt: caro etiam adeo mollis, candida, atque tractabilis, ut plane omnes obstupescerent: id quod divinæ virtuti omnino tribuendum putarunt Andreas Celalpinus, Antonius Portus, & Rodulphus Sylvestrius, medicorum ejus temporis præstantissimi; qui ea de re luculenter scripsere. Interea Jacobus Crescentius, alibi commemoratus,
quod in arcā cupressinā reponitur, cypressinam arcam extruendam & pretiose ornandam curaverat; in quam deinde, suppositā serica culcitra, sacrum corpus reconditum est. Huic porro longe jucundissimo spectaculo nostri omnes interfuerunt; atque inter se gratulantes, præ ingenti gaudio uberes lacrymas profuderunt. Supervenere etiam Cardinales Medices, Borromæus, atque Baronius; iique pariter gaudio triumphantes, Largitori omnium bonorum maximas gratias egerunt. Placuit
Sacerdotalibus vestibus induitur; deinde Cardinali Medicæo, nova fieri vestimenta, quibus indueretur, Sacerdotali habitu superaddito, eademque Casula, qua Missam celebraverat ipsa die migrationis suæ. Idem hic Cardinalis aureum diadema sacro capiti imposuit; detractumque sibi annulum Pontificalem, prægrandi saphyro insignem, digito ejus inseruit. Multis præterea sericis floribus conspersum est, & pectori superposita Crucifixi argentea imago, quam Julius Sancedonius, Grossetti Episcopus & carissimus Philippo discipulus, dono dedit.

variisque ornatur, 549 His demum expletis in eumdem locum corpus relatum est. At quoniam vultus aliquantulum immutatus erat, argentea lamina aptata eum con-

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

texerunt. Qua re impletum eſt, quod olim Vir ſanctus data occaſione aperte dixerat; fore aliquando, ut caput ſuum argento includeretur; idemque cultus adhiberetur corpori ſuo, qui aliis Sanctorum Reliquiis adhiberi conſuevit. Hæc inter, quem modo memoravimus, Nerus de Nigris, ſibi ſuiſque Philippum tamquam ſingularem patronum cum delegiſſet, tres illas ſtellas, quæ Philippi familiæ inſigne fuerant, ſuæ ipſius familiæ inſignibus adjungere voluit; eaque omnia, volente Eliſabetha Neria, ejuſdem beati Patris germana ſorore, publicis tabulis confirmanda curavit. Cum autem hic ipſe maſcula careret prole, magna cum fiducia ad illius patrocinium confugit. Nec fruſtra; ſiquidem poſt novem menſes ſtatim filium ſuſcepit, quem Philippi nomine appellatum, non modo facultatum, ſed etiam virtutum ſuarum, & ſingularis erga beatum Parentem amoris heredem reliquit.

ex devotione inſignia ejus ſibi aſſumens,

prolem qua carebat ſuſcipit

& ſacellum Sancto erigit,

550 Creſcente deinde indies Neri pietate, mutato in melius conſilio, pro argentea theca nobile ac ſumptuoſum ſacellum conſtruere decrevit, cujus primum lapidem ſolenni eccleſiæ ritu poſuit Franciſcus Maria Cardinalis Tauruſius, eoque numiſmata incluſa ſunt, quibus ipſius Philippi effigies inſculpta erat, inſcriptumque: Beatus Philippus Nerius, Florentinus, Congregationis Oratorii Fundator, obiit Romæ anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto. His etiam appoſita eſt lamina plumbea cum his litteris: Sacellum hoc in honorem beati Philippi Nerii, Florentini, Congregationis Oratorii Fundatoris, Nerus de Nigris, Nobilis Florentinus, ob ſingularem in beatum Virum pietatem, à fundamentis, ſuis ſumptibus, magnificentiſſime extruendum curavit, anno Jubilei milleſimo ſexcenteſimo, menſe Julio, die octava feſti SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, Clemente Octavo Pontifice, Pontificatus anno nono.

B

ſilioque moribundo

551 Interea dum quotidie opus urgeret Nerus, & jam octodecim menſium ſpatio ad ſummum prope excreviſſet, non ſine divino conſilio factum eſt, ut quem paulo ante ſuſtulerat filiũ graviſſimus morbus opprimeret; brevique eo adduceretur, ut, amiſſa voce ac ſpiritu, tantum non animam efflaverit. Quod quidem ſpectaculum cum ſuſtinere non poſſet Nerus, in proximum cubiculum ſecedens, ſeſe projecit in lectum, & nimio dolore compulſus, inquit: Beate Pater, fierine unquam poterit, ut te volente in ſacello hoc, quod in honorem nominis tui erigendum curavi, primum omnium filio meo huic unico ſepulcrum parandum ſit? Necdum verba compleverat, cum puer, quaſi graviſſimo ſomno excitatus, patrem ſæpius inclamat. Quo audito pueri ſoror ſtatim ad patrem accurrit, & ad filium redire compellit. Hic vero iterum puer clare atque expedite dixit, Salvus ſum, Pater, ſalutemque mihi attulit avus, hoc ſcilicet nomine Philippum appellabat; cum ei ſæpe depicta ad vivum illius effigies, avi nomine, oſtenderetur. Quin etiam quo rem melius explorarent, rogant; fueritne avia, quæ illi ſalutem attulerit. At ille altius inclamabat, Nequaquam, ſed avus; & digito Philippi effigiem deſignans; Hic, inquit, hic me ſaluti reſtituit. Rogatus deinde, quonam pacto illi avus ſanitatem attuliſſet, capiti manum admovebat, ut nimirum indicaret, ejus contactu ſe eſſe ſanatum. Itaque juſculo deguſtato, lac ſtatim ſugere cœpit, & quieti ſe dedit. Mox dextera ex auricula pus erupit, eoque per dies aliquot effuſo, febris morbuſque diſceſſit.

C

ſanitatem impetrat.

Tranſlatio fit an. 1602

552 Anno denique ſalutis noſtræ MDCII, nono Kalendas Junias Philippi corpus in novum ſacellum privato ritu transfertur, Cardinalibus aliquot ac Præſulibus noſtriſque omnibus illud pie ac devote proſequentibus; ibidem poſtridie Cardinalis Tauruſius primum ſacrificavit: exinde locus magna populi frequentia celebratur.

D

CAP. IX. *Pro letargo depulſo.*

553 Quamquam autem à noſtris caute vetaretur, ne quis præpropere publicos illi honores cultumque tribueret; vicit tamen confluentium pietas, & primus omnium Marcus Antonius Abbas Maffa, vir religioſiſſimus idemque doctiſſimus, quo de alibi dictum eſt, votivam tabulam cereumque manu ſua ad Philippi ſepulcrum appendit. Cum enim non ita multo poſt beati Parentis mortem, peſtifera febri gravique letargo oppreſſus eſſet, tentatis fruſtra remediis, videre ſibi videbatur domum ſuam conceptis flammis ardere, ejuſque muros nonnullis impetentibus concuti: qua re vehementer perterritus, quid faceret plane neſciebat. Ecce autem beatus Pater in tanto periculo nutanti opportune ſeſe offert, atque immaniſſimis illis auctoritatem ſuam opponens, clamabat, Salvate Abbatem, ſalvate Abbatem. Quibus dictis omni periculo ſolutum ac liberum ſeſe eſſe putavit. Nec vana fuit ejuſmodi viſio, ſiquidem eodem temporis momento melius illi eſſe cœpit, poſtero autem die omnino convaluit. Quamobrem ſingularis beneficii teſtem, quam diximus tabulam poſuit his litteris inſcriptam J. C. R. B. Philippo liberatori ſuo Marcus Antonius Maffa Salern. Nonis Auguſti MDXCV. Crevit deinde eouſque votivarũ tabellarum & pretioſorum anathematum multitudo, ut non modo ſacelli, ſed etiam templi parietes majori ex parte contexerint.

primum ſepulcro anathema appenſum anno 1595.

E

mox lampades duæ,

554 Idem ipſe Maffa primus omnium pendentem lychnum ibidem accendi voluit; quodque à noſtris deinde ablatus fuerit, graviter conqueſtus eſt cum Clemente VIII Pont. quo jubente, iterum appenſus eſt; eoque exemplo Conſtantia de Draco mox eidem ſepulcro argenteum item lychnum dono obtulit, quam deinde alii, atque alii imitati ſunt. Anno autem ipſo quo Philippus migravit è vita, illius effigies ære inciſa in publicum edita eſt, vultu radiis coruſcante, tituloque Beati appoſito, cum ſignis & prodigiis, quæ ab eo patrata fuerant. In multis quoque tum privatorum, tum etiam principum ædibus, ejus effigies depicta; vultûs quoque (ut modo diximus) ex cera & gypſo ad vivum expreſſa ſimulacra magno cum honore ac reverentia ſervabantur; atque ipſemet Pontifex Clemens ex his unũ in cubiculo ſuo reverenter habebat, præter aliam illius effigiem in tabula depictam; quam ibidem, velo contectam, inter multas Sanctorum imagines aſſervabat.

& effigies cum radiis ſculpta ac picta,

F

cultus ut Beati delatus à pluribus.

555 Complures præterea ac prope innumerabiles eum vix mortuum precibus votiſque invocare, ſummaque religione colere cœperunt. Locum quoque, quo conditus erat, non modo frequens populus celebrabat, ſed principes etiam viri, Præſules & Cardinales illic venerabundi procumbebant; atque alii parietem ipſum deoſculari, alii indidem erepta fragmina deſumere, alii circumjacentem pulverem colligere; nonnulli quoque oleum ex lychno, qui ibidem ardebat, floreſq; conſperſos ſecum reverenter auferre; quibus adhibitis multa divinitus beneficia adepti ſunt. Nec defuere qui religionis cauſa illuc quotidie ſe conferrent, & viri etiam nobiliſſimi, qui nudis pedibus locum aliquando viſitarent. Anno ſequenti, anniverſaria ejus obitus dies apparatu ornatuque viſendo celebrata eſt, multis Cardinalibus, Præſulibus, aliorumque ordinum hominibus in Vallicellanum Templum confluentibus, Miſſa tamen diei currentis decantata; Veſpertinas autem precationes præclara illius laudatio ſecuta eſt: quæ omnia deinde quotannis, non modo à noſtris, ſed ab exteris quoque in honorem ipſius fieri conſueverunt.

Anniverſarii celebrari cœptum.

Plurimi

A *laudat defunctum Card. Paleottus,*

556 Plurimi quoque & dignitate & doctrina præstantissimi viri per hos ipsos dies Philippum mitis laudibus celebrarunt. In primis autem Gabriel Cardinalis Paleottus, ad ea quæ supra recitavimus ex libro de bono Senectutis, hæc insuper annotavit. Hæc, ô pie & benevole lector, fuerant jam à nobis non solum conscripta atque in hanc fere formulã redacta, sed etiam una cum toto opere absoluta, ita ut nihil aliud quam eadem typis imprimi supereſſet. Sed ecce æternum summi rerum Moderatoris consilium, quo vir Dei nonnihil quidem paulo ante affectus, ita tamen ut in cubili non detineretur, nec à consuetis actionibus impediretur; momento nobis ereptus fuit, atque ab hoc exilio ad cæleſtem patriam evocatus septimo Kal. Junii. Quo exitu tam improviso & præter opinionem nostram secuto; nos tamen pristinum consilium, quo Senem præstantissimum tamquam vivum exemplar ad bona Senectutis comprobanda proponere statueramus, minime immutandum duximus. Quamquam enim quarto circiter ab hinc mense visus ille fuerit oculis nostris mori; vivit tamen in regno vivorum veram vitam, ut ob pias & præclaras ejus actiones sperandum est. Vivit etiam in terris, in hominum bonorum & piorum memoria.

B *& multimodis adhuc vivere demonstrans,*

Vivit præsertim in urbe Roma, ubi permultos omnium ordinum spirituales filios reliquit, quos genuit in Christo. Sed vivit præcipue, tamquam dilectissimus parens, in hac ipsa carissima filia à se genita, educata, ac mire locupletata, urbis scilicet Romæ Societate: quam cum ipsemet olim laboribus, vigiliis, solicitudineque sua erectam ac fundatam sanctissimæ disciplinæ regulis communierit, in posterum de ejus fructu propagando solicitus, unũ ex antiquioribus ejus alumnis, & inter Sacerdotes domus Presbyterio vetustiorem, Annalium Ecclesiasticorum scriptorem, omnibus satis notum & nostris laudibus non indigentem, qui ei Præfectus futurus esset, pridem designavit; adjunctis eidem aliis multis magnæ doctrinæ & integritatis collegis, qui audiendis Confessionibus, sacris sermonibus habendis, ecclesiasticis libris conscribendis, Sacramentis administrandis, piisque aliis muneribus exercendis operam suam navant.

effigiem ejus suo libro inserit.

557 Quæ tam præclara ejus opera cum indies magis augenda, atque omnibus ubique patefacienda, sit sperandum; nos ejusdem etiam effigiem exprimendam hoc loco curavimus, ut eos consoletur, qui eum ut parentem in Christo dilexerunt; alios, ut ejus nominis fama permoti, ad illius imitationem excitentur; denique ut posteri perpetuum habere in conspectu monumentum possint, unde bona Senectutis agnoscere, atque jam (ut par est) revereri assuescant. Nam de ejus morte & migratione ad Dominum, cum fuerit illius peregrinationis exitus reliquo sanctissimę vitæ cursui anteacto consentaneus; & ille ita plane, sicuti vitam egit, eamdem concluserit, non sine magnis illius sanctitatis argumentis; nos hæc aliis plenius enarranda relinquimus. Hactenus ille.

C

Item Cardinales alii, Borromæus,

558 Federicus Cardinalis Borromæus hæc inter alia ad Antonium Gallonium scribit: Nosti qua reverentia, quo amore sanctum hunc Virum prosecutus fuerim: nec vero ejus morte de iis quidquam imminutum est, sed plurimum etiam accesit: quod si ita expediret pro illius memoria sanguinem libentissime profunderem. Augustinus Cardinalis Cusanus; Placuit, inquit, Deo, post octoginta annos, in suo ipsius famulatu feliciter exactos, sanctissimam hanc animam, tot Christianis virtutibus cumulatam, ad se vocare, in quam optime convenit illud propheticum: Qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Illud quoque Davidicum: Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. Porro idẽ hic Cardinalis, quam vivens erga beatum Patrem singularem observantiam præ se tulerat, hanc ipsam moriturus apertissime demonstravit. Supremis quippe tabulis, migranti è seculo animæ suæ ducem ac præsidem Philippum instituit, atque infimis precibus rogavit. Octavius Cardinalis Bandinus; multa paucis complectens, hæc ait: Mihi in Philippum virtutes omnes & prærogativæ pariter confluxisse videntur, quas in aliis sanctissimis viris singillatim dispertitas divisasque suspicimus.

Cusanus,

Dan. 12 Pſ. 9, 16

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

Bandinus.

559 Cæsar Cardinalis Baronius; præter ea quæ initio diximus, cũ de ejus Annalibus ageretur, in Adnotationibus ad Martyrologium Romanum de beato Philippo Benizio verba faciens x Kal. Septembris; Non hoc uno tantum, inquit, beato Philippo nobilissima Civitas Florentia exornatur; sed altero ejusdem nominis, Institutore ac Patre nostro, nostræque Congregationis Oratorii in Urbe Fundatore, Beato Philippo, cognomento Nerio, sanctitate & puritate vitæ, atque eximia in Deum & proximum caritate clarissimo; quem Sanctorum consortio perfrui in cælis, miracula crebra testantur. Hieronymus Cardinalis Pamphilius; Quotidie, inquit, de sanctitate beati hujus Patris fama crebrescit, ex innumeris miraculis ac beneficiis, quæ se invocantibus præstat. Atque ego quidem indies, cum ad eum in necessitatibus meis confugio, continuo adjuvari me sentio; certamque spem habeo, mihi illum in omnibus propitium adfuturum: siquidem in ejus tutelam totum me tradidi, utque in suam potestatem me benigne recipiat, supplex rogo. De virtutibus autem rebusque gestis Philippi per hos ipsos dies scripsere quamplures. In his Rutilius Benzonius, Episcopus Lauretanus; Joannes Baptista de Tufo, Cerræ Episcopus; Silvanus Razzius, Alphonsus Vigliega, Archangelus Granius, Thomas Bozzius, Franciscus Bocchius, aliique quamplurimi.

Baronius, in Martyrolog. Rom. 23 Aug.

E

Pamphilius.

& varii scriptores.

560 Plura quoque monumenta variis in locis excitata sunt, ad illius memoriam consecrandam. Ac præsertim in ipso ingressu ædium Caritatis, jubente Julio Sansedonio, qui tunc temporis huic loco præerat, Philippi imago, suos in spiritu filios Deiparæ Virgini commendantis, depicta est, eique adscriptum, Beato Philippo Nerio Florentino; ut ubi triginta tres annos eximiæ sanctitatis & miraculorum laude claruerat, innumerisque ad Christi obsequium traductis prima Congregationis fundamenta jecerat, ibi aliquod ejus rei monimentum extaret; templi hujus ac Sacerdotum Deputatus, annuente piissima Congregatione Caritatis, Parenti in spiritu optimo benemerenti posuit, Kal. Septembris MDCV. Multa insuper donaria ad ejus sepulcrum allata sunt. Augustinus Cardinalis Cusanus Attalicam vestem obtulit: idemque post ipsum præstitit Alphonsus Cardinalis Vicecomes: nec ita multo post Senatus Populusque Romanus publicis tabulis decrevit, quotannis impositum, recurrente Philippi die festo, argenteum Calicem cum cereis quatuor, solenni pompa ejus sepulcro offerre. Ad hæc Maximilianus, utriusque Bavariæ Dux, argenteam lampadem septuaginta pondo dono misit; quæ dies noctesque ad ejus sepulcrum arderet. Carolus quoque Cardinalis Lotharingiæ aliam pariter magni ponderis vovit atque obtulit. Alii deinde atque alii proceres variis ac pretiosis muneribus locum exornarunt.

Imago antè ædes Caritatis posita.

F

munera varia allata ad sepulcrum.

561 Quinquennio post beati Patris excessum, quæ de illius vita moribusque sanctissimis, tum Latine, tum etiam Italice scripserat Antonius Gallonius, in lucem edita sunt, ipso summo Pontifice approbante, eaque omnia sæpius magna cum animi jucunditate perlegente; multis etiam Cardinalibus in ipsa

Vita edita & probata.

A. HIERO. BARNABEO EX MS. ipſa libri fronte ſic ſubſcribentibus; Omnia quę de beato Philippo Nerio conſcripta ſunt, partim propriis me oculis vidiſſe, partim certo graviſſimorum virorum ſermone cognoviſſe, atteſtor ego. Clemente VIII Pont. defuncto, qui in ejus locum adlectus eſt Leo hujus nominis Undecimus, cum pro beato Carolo in Sanctorum numerum adſcribendo ſolicitaretur precibus multorum, ac præſertim Cardinalis Baronii; libenter id ſe facturum reſpondit, ſed Philippum pariter iiſdem adjungere ſe decreviſſe: quamquam in ipſo Pontificatus limine extinctus, quod animo jam propoſuerat, efficere non potuit. Poſt hunc Paulus V, ad Apoſtolicum ſolium evectus, quo illum loco habuerit, facile ex eo intelligi poterit; quod & in Beatorum numerum aggregavit, & in illius honorem Miſſam celebrari & Officium recitari, primum in Urbe, deinde ubique locorum Congregationis alumnis indulſit; quin etiam antequam Beatorum Catalogo eum adſcriberet, plenariam peccatorum Indulgentiam viſitantibus illius ſepulcrum in ejuſdem natali die vivæ vocis oraculo impertivit. Qui vero Paulo in Apoſtolatus miniſterio ſucceſſit Gregorius XV, beati Viri ſanctitatem (quippe qui virtutum illius excellentiam oculis ſuis perſpexerat) uſque adeo veneratus eſt, ut eum ſolenni Eccleſiæ ritu inter Sanctos retulerit; quodque ipſe ſemper optaverat, olim Cardinalis, quaſi futuri conſcius, ſeſe facturum, ſiquidem id facere ad ſe pertineret, apertis verbis litteriſque ſignificavit.

Canonizare eum vult Leo XI,

Beatis adſcribit Paulus V,

Sanctis Gregorius XV,

B

CAPUT XXXVI.

Sanctorum numero adſcribitur Philippus.

562 CAP. X. *Clemente VIII annuente* UT autem omnibus innoteſcat, quam caute diligenterque in hac re Romana procedat Eccleſia; ſingillatim hic referre curabimus, quæcumque ab ejus migratione ad hanc uſque functionem peracta ſunt. Cum igitur Philippus quotidie virtutum & miraculorum gloria magis magiſque clareſceret, paulo poſtquam ille in cælum migraverat, nonnulli ex ſuis in ſpirtu filiis, ac præſertim memoratus alibi ſæpius Abbas Maffa, cum Clemente Pontifice egerunt, ut de Philippi virtutibus atque miraculis publice inquirere liceret. Huic porro Pontifex, manibus in Crucis formam ter pectori admotis; Nos, inquit, pro Sancto illum habemus. Nec ita multo poſt ejuſmodi provinciam demandavit Ludovico de Torres, Archiepiſcopo Montis-Regalis, quem deinde ſpectata virtus evexit ad Purpuram; & Audoeno Vudovico, Caſſani Epiſcopo. Hi poſtmodum rogatu Auguſtini Cardinalis Cuſani & Cæſaris Baronii, tunc temporis Congregationi Præpoſiti; Jacobo Butio, Baſilicæ Lateranenſis Canonico & Pontificii Vicarii Notario, mandant, ut Teſtes in hanc rem excipiant, eorumque dicta diligenter expendant.

ut inquiratur in virtutes & miracula.

C

auctoritate ordinaria informationes ſumuntur auditis Teſtibus 360.

563 Itaque IV Nonas Auguſti, hoc eſt duos non amplius menſes ab ejus exceſſu, hac de re inquiri cœptum, & ad Kal. uſque Junias anni MDCI perſeveratum eſt. Mortuo deinde Jacobo Butio, Franciſcus Maria Taurufius & Cæſar Baronius Cardinalis, unaque Flaminius Riccius Congregationi Præpoſitus, iterum rogant, ut cœpta jam inquiſitio atque cognitio perficiatur; eo ſcilicet conſilio, ut Acta deinde in Vaticanam Bibliothecam inferrentur, ad Philippi memoriam in poſteros tranſmittendam. Itaque VI Idus Februarii Camillus Cardinalis Burgheſius, tum Papæ in Urbe Vicarius, cui deinde ad ſummum Pontificatum aſſumpto Paulo V nomen eſt inditum, Petro Mazziotto Notario ſuo præcipit, ut cœptum opus ad finem uſque proſequatur. Is igitur prima die Idus ejuſdem menſis negotium reſumit: cui deinde XI Kal. Octobris finis imponitur, citatis atque auditis in hanc rem juratis teſtibus plus trecentis ſexaginta: in quibus fuere Cardinales complures, aliorumque Ordinum præſtantiſſimi viri. Omnia denique in publicas tabulas relata, ab ipſo Cardinali Baronio S. R. E. Bibliothecario, in eadem Bibliotheca recondita ſunt; eaque dicuntur acta auctoritate ordinaria, præter alia quæ extra Urbem collecta fuerunt.

D

574 Triennio poſt Carolus Gonzaga, Nivernenſium Dux, Henrici IV Galliarum Regis ad Paulum V ſummum Pontificem Orator, ad Urbem ſe contulit; & ut olim, Clemente VIII Pont. cum parente ſuo Romam veniens, Philippi virtutem ſanctitatemque perſpexerat, eumdemque ut Patrem in ſpiritu mirifice coluerat; Pontificem ipſum rogavit, ut Congregationis Oratorii Presbyteris poteſtatem faceret in ejuſdem beati Patris honorem Miſſam celebrandi & Officium recitandi. Cujus precibus permotus Pontifex, Dominico Cardinali Pinello ſacrorum Rituum Congregationi Præfecto mandavit, ut rem cum Cardinalibus ejuſdem Congregationis conferret. Quo facto, communi omnium conſenſu decretum eſt, ut tantæ molis negotium ad Pontificem iterum referretur; à quo nimirum litteras expediri oportebat, quibus ipſimet Congregationi facultas daretur recognoſcendi ea quæ initio acta fuerant auctoritate ordinaria, ac præterea inquirendi auctoritate Apoſtolica tum Romæ, tum etiam alibi, ſuper fama ſanctitatis, virtutibus, & miraculis ejuſdem beati Philippi.

Pius V auct. Apoſtolica procedi jubet.

E

565 Dum hæc agebantur, de eo inter Sanctos adſcribendo egere cum Pontifice, Ludovicus XIII Gallorum Rex Chriſtianiſſimus, & Maria Medices Regina ejus mater; inclitus quoque Senatus Populuſque Romanus, Ferdinandus Magnus Etruriæ Dux, illoque mortuo Coſmus ejus filius, Maximilianus utriuſque Bavariæ Dux memoratus, etiam Carolus Gonzaga Nivernenſium Dux, ejuſque Uxor Catharina de Lotharingia, & noſtræ Congregationis Presbyteri: quorum precibus annuens Pontifex, Apoſtolicis litteris cauſæ hujus cognitionem ſacrorum Rituum Congregationi commiſit: ab eaque ſecundum, quem vocant, Proceſſum in genere confici juſſit per Hieronymum Cardinalem Pamphilium, ipſius Pontificis in Urbe Vicarium. Quæ quidem ubi primum peracta ſunt, Roberto Cardinali Bellarmino recognoſcenda traduntur: cumque ille omnia diligenter inſpexiſſet atque probaſſet, denique res tota à Dominico Cardinali Pinello ad Pontificem defertur. Is igitur cum accepiſſet, jam plene conſtare de fama ſanctitatis & miraculorum beati Philippi, ac merito deveniri poſſe ad inquiſitionem in ſpecie; Franciſco Peniæ Rom. Rotæ Decano, & Horatio Lancellotto; ipſoque ad Cardinalatum promoto, Alexandro Ludovicio (qui deinde ad ſummi Pontificatus apicem aſſumptus Gregorius XV dictus eſt) ac Dionyſio Marquemont Eccleſiæ Lugdunenſis poſtmodum Præfecto & Cardinali, tunc Rom. Rotę Auditoribus, ejus rei curam demandavit.

idē Principum rogant,

cauſam committit Congregationi Rituum in genere cognoſcendā,

F

deinde in ſpecie,

566 Hi vero injuncto ſibi officio diligenter perfuncti, totius negotii ſeriem deſcriptam ad eumdem Pontificem detulerunt: iſque rurſum hæc omnia cum iteratis precibus prædictorum Principum ad ſacram Rituum Congregationem remiſit: quibus à Roberto Cardinali Bellarmino, ad id ſpecialiter electo, examinatis, & in octo Congregationibus diligenter diſcuſſis; apertiſſime compertum eſt, de fide, ſpe, caritate, virginitate, prophetia, aliiſque donis, virtutibus, & miraculis, tum in vita tum etiam poſt obitum beati Philippi, plene conſtare.

quibus Proceſſibus probatis,

His

A *Beatis adſcribitur cū Miſſa & Officio*

His demum expletis Congregatio noſtra pro Miſſa atque Officio, in honorem beati Parentis celebrando, iterum Pontifici ſupplicavit; iſque iterum ad ſacrorum Rituum Congregationem negotium remiſit. Quæ cum id recte concedi poſſe decreviſſet, denique Pontifex in ſecreto Conſiſtorio omnium Cardinalium ſuffragiis ejuſmodi decretum probavit, & IX Kalendas Maji MDCXV Apoſtolicis litteris Beatorum numero adſcripſit: utque in ejus honorem in eccleſia Vallicellana noſtræ Congregationis Presbyteri, aliique ad eam confluentes, Miſſam celebrare & Officium recitare licite poſſent, indulſit; idque anno ſequenti ad alias etiam Congregationes Oratorii, extra Urbem canonice erectas, extendit.

Gregorius XV cauſa extremum cognita,

567 Paulo autem Pontifice defuncto, qui in ejus locum ſucceſſit Gregorius XV, communi Chriſti fidelium devotione, precibuſque multorum Principum, inſtantius quam unquam repetitis, permotus, Philippum in Sanctorum numerum referre conſtituit. Quamobrem hanc ipſam cauſam iterum ſacrorum Rituum Congregationi commiſit, iterumque ad eam recognoſcendam delectus Cardinalis Bellarminus; eoque ab humanis exempto, Petrus Paulus Cardinalis Creſcentius; & negotio iterum

B ac tertio ab eadem Congregatione diligentiſſime examinato, unanimi omnium conſenſu affirmatum eſt, pleniſſime conſtare de vitæ ſanctitate, virtutibus, atque miraculis B. Philippi, ita ut merito Sanctorum Catalogo poſſet adjungi. Cum autem Pontifex jampridem ſtatuiſſet, B. Iſidorum Agricolam Sanctis aggregare; cumque à multis inſtantius rogaretur, ut ei beatos quoque Ignatium, Franciſcum Xaverium, ac Tereſiam adjungeret; eidem Congregationi ſacrorum Rituum examinandum commiſit, utrum Chriſtianæ rei expediret, hos omnes pariter cum B. Philippo in numerum Sanctorum referri; qua re diligenter ſemel atque iterum diſcuſſa, communi omnium conſenſu reſponſum eſt, id fieri non modo poſſe, ſed etiam debere.

una cū aliis 4 Beatis ipſum Canonizaturus,

in Conſiſtorio primum ſecreto,

568 Igitur Pontifex in Conſiſtorium, quod ſecretum vocant, Cardinales coëgit; ibique Franciſcus Maria Cardinalis de Monte idemque Epiſcopus Portuenſis de B. Philippo orationem habuit, ejuſque acta breviter collecta ſingulis diſtribuit: quibus auditis atque perſpectis, omnium ſententia rem libere perfici poſſe decretum eſt. Iterum deinde in

deinde publico,

publicum Conſiſtorium vocati ſunt non modo Cardinales ipſi, ſed etiam Patriarchæ, Archiepiſcopi,

C Epiſcopi, aliique Romanæ Curiæ Præſules. Hic vero Joannes Baptiſta Spada, Aulæ Conſiſtorialis Advocatus, quem poſtea egregia virtus evexit ad Purpuram, de vita, virtutibusque ejuſdem B. Philippi diſerte dixit, & prædictorum Principum nomine illius Canonizationem ſuppliciter petiit. Quibus auditis Pontifex reſpondit, ſe precibus eorum libenter annuere: ſed quoniam ſancta Sedes librum æternæ vitæ, niſi Spiritu ſancto aperiente, perſcrutari non conſueverat; velle ſe ea de re amplius deliberare, lentiuſque procedere: quamobrem omnes in Domino rogavit, ut ſecum una orationibus, jejuniis, ac eleemoſynis divinæ voluntatis arbitrium explorarent. Denique Conſiſtorio, quod ſemipublicum vocant, indicto, in quo duo & triginta Cardinales,

ac denique ſemipublico auditis ſuffragiis,

Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Sedis Apoſtolicæ Notarii & Romanæ Rotæ Auditores interfuerunt, pio brevique ſermone præmiſſo, ſummus Pontifex eorum ſententiam ſciſcitatur, omneſque beatum Virum Sanctorum numero adſcribendum eſſe publicis ſuffragiis judicarunt. Tum vero Pontifex, aperiens os ſuum in benedictiones, divinæ Clementiæ gratias egit, quod tantam Servo ſuo gratiam contuliſſet; ſtatuitque illum inter Sanctos referre proximo die feſto S. Gregorii Magni; iterumque omnes hortatus eſt ad preces, jejunia, & eleemoſynas; ut in tanto opere exequendo lumen ejus, qui lucem habitat inacceſſibilem, implorarent ad ea peragenda, quibus divinæ gloriæ honor & Catholicæ Eccleſiæ fides augeretur. A. HIERO. BARNABO EX MS.

569 Dicta itaque die XV Idus Martii MDCXXII, ad Principis Apoſtolorum Baſilicam, cum Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque Præſulibus atque principibus viris, Clero etiam ſeculari & regulari, ac maxima populi frequentia convenit: poſtque factos hymnos, letanias, aliaſque preces, implorata Spiritus ſancti gratia, ad honorem ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, & fidei Catholicæ exaltationem, Chriſtianæque religionis augmentum, auctoritate ejuſdem Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, Philippum, una cum beatis Iſidoro, Ignatio, Franciſco, & Tereſia, Sanctorum Catalogo aſcripſit. Quapropter ab univerſis Chriſti fidelibus in ejus honorem eccleſias & altaria, in quibus ſacrificia Deo offerantur ædificari; & recurrente quotannis ejus obitus die, Feſtum ipſius & Officium ſolenne celebrari poſſe decrevit; inſuper omnibus utriuſque ſexus fidelibus, vere pœnitentibus & confeſſis, qui annis ſingulis in eodem Feſto ad ſepulcrum, in quo corpus ejus requieſcit, viſitandum acceſſerint, annum & quadraginta dies; iis vero qui in ejuſdem feſti Octava id fecerint, etiam quadraginta dies, de injunctis eis aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis, miſericorditer in Domino relaxavit. Dein decantato ſolenniter Hymno, Te Deum laudamus, & divina ope implorata, S. Philippi ac prædictorum Sanctorum meritis, per peculiarem orationem, quam Pontifex ipſe pie & ſolenniter recitavit; ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium ſolenni pompa & ritu, cum eorumdem Sanctorum commemoratione, ad altare Principis Apoſtolorum celebravit; & omnibus Chriſti fidelibus tunc præſentibus plenariam omnium peccatorum Indulgentiam impertitus eſt.

12 Martii 1622

eundem adſcribit Catalogo Sanctorum,

570 Nec vero in Urbe tantum, ſed in toto Chriſtiano orbe ſeſe hujuſmodi lætitia diffudit. Siquidem multis in locis ſolennes ſupplicationes habitæ apparatu ornatuque inſigni, maxime autem Matriti: ubi cum celebris ſupplicatio quinque his Sanctis indicta eſſet, Eliſabetha Hiſpaniarum Regina, Philippi ſtatuam ornavit Sacerdotali veſte, multo adamante diſtincta, aliiſque ampliſſimis honoribus decoravit. Multa præterea altaria ac templa in ejus

F honorem ubique erecta ſunt, plureſque urbes illum ſibi Patronum delegerunt. Ad hæc Dominicana Religio, ut fuit in illum ſemper gratiſſima, recurrente ejus Natali die Officium de illo ubique à ſuis ritu duplici celebrandum decrevit; quem ritum pariter ab univerſali Eccleſia Clemens IX Pontifex Max. ob peculiarem (ut ipſemet teſtatur) erga S. Philippum devotionem, motu proprio ſervari mandavit. Denique plures civitates eadem die ferias edicto imperarunt: nec fruſtra: quandoquidem nulla gens eſt, quæ ad Philippi patrocinium confugiens, eo intercedente divina beneficia non ſenſerit, quemadmodum in extremo libro narrabitur.

communi pluribus locis lætitia.

Clemens 9 Officium ad omnes extendit.

571 Hæc autem omnia Vir ſanctus, divino inſtinctu atque impulſu, multo ante quam fierent, aperte præſenſit atque prædixit. Data enim occaſione, familiariter cum ſuis loquens, olim dixerat; Videbitis aliquando corpus hoc meum, cum aliis pariter Sanctorum reliquiis honorari, & ad ſepulcrum meum votiva ſigna confluere. Alia etiam die rogatus ut Florentiam rediret, patriumque cælum tandem aliquando reviſeret, quaſi per jocum reſpondit, Florentiæ ego ſuſpendar: quod quidem intelli-

Et hæc ſibi obventura ipſe Sanctus prædixerat.

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

gi numquam potuit, niſi cum ibidem per hos ipſos dies, in templo S. Reparatæ maximo, vexillum cum ſacra ejus imagine ſuſpenſum eſt. Suorum quoque nonnullis aperte promiſit, ſeſe poſt mortem memoriam eorum apud Deum habiturum: quamobrē illos ſæpe bene ſperare jubebat, dicens, ex hoc mundo ſe migraturum in eum locum, ubi longe plurimum juvare eos poſſet. Nonnullis quoque ſe in mortis articulo præſto futurum pollicitus eſt: præſertim vero Conſtantiæ de Draco libere dixit: Ne time, numquam enim te deſeram; agamque tecum, quemadmodum S. Franciſcus & S. Clara cum ſuis vel poſt obitum agere conſueverunt.

CAPUT XXXVII.

Miracula quæ vivens Philippus ſigno Crucis aut manuum tactu patravit.

572 LIB. V

HActenus Philippi vitam moreſque deſcripſimus: nunc præter ea quæ ſuperius divinitus illi accidiſſe narravimus, non pauca, nec minus admirabilia, in hunc locum rejicere viſum eſt; quo unicuique expeditior eſſet hiſtoriæ B decurſus, & quicumque hæc legere nolit, librum ponere poſſit. Quamquam ea quæ dicturi ſumus, tantum ponderis habere videntur, ut non minus ex iis, quam ex prædictis Philippi ſanctitas eniteſcat. Primum vero, quæ ille patravit dum adhuc inter homines verſaretur, referentur. Prometheus Peregrinus, Congregationis Presbyter, colicis doloribus adeo torquebatur, ut inteſtina ſibi divelli ac diſtrahi viderentur: quamobrem ne tantulum quidem quieſcere poterat. Cumque ingraveſceret dolor, ſupervenit Pater, eumque ſigno Crucis muniens, ſtatim ſanitati reſtituit.

CAP. I
Signo Crucis ſanat

dolores colicos,

pleuritim cum febri,

573 Ægrotabat Antonia Caraccia ex laterali dolore atque acuta febri, ut proſtratis jam corporis viribus loco ſe movere nequiret. Cumque dies quindecim abiiſſent, nec ulla medicorum arte juvari potuiſſet; vir ejus Gerardus Caraccius ad Philippum confugit, & rem narrat. Cui ille; Abi, inquit, nihil eveniet mali, Deum pro ea rogabimus. Gliſcente tamen indies morbo, cum jam quietem aut cibum capere non poſſet, Gerardus ad Patrem redit, aitque; Antonia jam moritur. At ille; Ne dubita: dixi tibi, nihil mali fore: nunc ego ipſe ad illam veniam. Cum igitur ad eam ſe contuliſſet; Ubinam, C inquit, dolor? Cui illa; Ad latus dexterum. Tum vero Sanctus extenta manu Crucis ſignum pingit in latere, aitque, Nihil eſt: eodemque temporis momento febris & dolor omnis abſceſſit. His autem, qui aderant rem pervulgare volentibus, obſtitit Antonia, ne ſcilicet Philippus ea re offenderetur; quippe qui nominatim illi edixiſſet, ut biduo amplius aut triduo lecto decumberet, ne ſubitæ ſaluti reſtituta videretur.

humeri unius cruciatum,

574 Angela Lippia ex altero humero per plures annos graviter laborabat, quare dies noctesque adeo cruciabatur, ut anhelantem ex imis pulmonibus ſpiritum vix ducere poſſet, dexteroque brachio prope emortuo minime uteretur. Huic igitur Julia ejus filia; Ito, inquit, ad Patrem Philippum; eumque rogato, ut pro te ad Dominum oret: novi enim id tibi maxime profuturum. Abit illa, rogantique ſtatim Pater; Cur, inquit, pro te ipſa non oras? Hoc dicto contriſtata mulier jam recedebat; cum Sanctus miſeratione commotus ad ſe illam accerſit, aitque; Age ſane, ambo pariter oremus. Mox brevi prece completa, affectam corporis partem, quamquam ægrota locum non indicaverat, forma Crucis obſignat; depulſoque dolore, domum læta revertitur, nullamque deinde ejus morbi moleſtiam ſenſit. Virginia Martella ex oculis graviter laborabat; quamobrem D ad Philippum ſe confert (erat tum ille in templo ad Confeſſiones audiendas) rogatque, ut oculis ſuis ſpiritualem aliquam medicinam faciat. Tum Sanctus, accepta aqua ex ampulla vitrea, miſellæ oculos linit; ſignoque Crucis impreſſo, ſalvam & incolumem ab ſe dimittit.

item oculorum

575 Maria Paganella capitis doloribus hoc uno remedio ſæpe liberata eſt, quod in templo noſtro Philippum offenderit, eamque tacentem Pater figura Crucis in fronte obſignaverit. Itaque longo uſu edocta, ſtomacho cum graviter laboraret, ad Patrem venit, rogatque ut ſalutari ſigno eam muniat, quo facto ſtatim dolor abſcedit. Iſabella Mareria, ex Oblatis Turris-ſpeculorum, vertigine correpta, vehementer diuque ægrotabat, ut caput levare non poſſet; noctuque ex medicorum conſilio eam cuſtodiri oporteret, ne ſubita morte occuparetur. Cum autem audiſſet Philippum ad eam domum de more ſe contuliſſe, continuo è lecto ſurgere, atque ad illum (ut potuit) ire voluit. Quam cum vidiſſet Vir ſanctus, audiſſetque graviter dolentem; Ne dubita, inquit, ſanare te volo. Caputque ejus manibus premens, Cruce ſæpius obſignavit: ſtatimque ex altero E oculo, mox etiam ex naribus corruptus humor defluere cœpit, nec ultra deinde eo morbo tentata eſt.

capitis & ſtomachi,

atque vertigines.

576 Quæ vero virtus & gratia curationum in Philippi manibus eſſet, longo uſu cum didiciſſet Cardinalis Taurufius; dexteram illius ſalutarem appellabat, cujus tactu ægris ſalus, afflictis ſolatium afferebatur. Nobilem quemdam Romanum gravis morbus oppreſſerat; eumque vehementer excruciabat, non modo acutiſſimus dolor, ſed etiam timor, ne forte id morbi genus eſſet, quem ignem ſacrum appellant. Itaque perterritus ad Philippum confugit: quem ubi ad ſe venientem videt Pater, ſtatim loqui occupat; & Obſera, inquit, oſtium, atque ubi ſit morbus oſtendito. Paret ille: & Sanctus, ſublatis in cælum oculis attentius orans ſeque concutiens, affectam corporis partem bis manu tangit, atque ad ſalutem reducit. Quo facto vir ille commotus clamare cœpit, Miraculum, Miraculum. Tu quidem Sanctus es, per Urbem totam mihi jam prædicandus es Sanctus. Cui pater, manu reprimens linguam, ſilentium indixit; nec prius ab ſe diſcedere paſſus eſt, quam nemini ſe id narraturum promiſit: quod & re ipſa præſtitit, nec ante Philippi mortem F rem cuiquam aperuit.

CAP. II
Manuum contactu curat

ignem ſacrum,

577 Anno Salutis MDLX, Petrus Victricius Parmenſis, cum eſſet in familia Cardinalis Boncompagni, qui deinde ad Pontificatum evectus Gregorius XIII dictus eſt, in ultimum vitæ diſcrimen adductus, à Philippo viſitur. Qui ad illum ingreſſus, orationem de more præmiſit, dein ſuper ejus frontem manus impoſuit: quo facto ſtatim revixit, ac biduo poſt ſalvus & incolumis egrediens domo, vitam ac ſalutem à Philippo ſe accepiſſe palam ubique prædicavit. Ex ea autem die ita ad beati Patris voluntatem ac diſciplinam adhæſit, ut apud illum ter in hebdomada conſcientiam purgaret, ac ſacra Communione reficeretur; demum annos natus nonaginta amplius deceſſit è vita. Mauritius Anerius tam periculoſe ægrotabat, ut amiſſa voce & venarum pulſu, tantum animam non exalaret. Venit ad illum Philippus, qui erat ei à Confeſſionibus; præmiſſaque oratione, his qui aderant dixit; Oremus ad Dominum, nolo enim hunc in præſentia mori. Poſitis deinde manibus ſuper caput pectuſque illius, tacitus abſceſſit; Eodemque momento (res mira) ægrotus vocem ac ſpiritum recepit, poſtridie mane ſanus

moribundæ unum

alterumque.

A sanus ac vegetus è lecto surrexit, uniusque Philippi opera ac manu se statim convaluisse cognovit. Erat is porro, antequam sancto Patri familiaritate conjungeretur, seculi voluptatibus deditus; & ut ipse rarius Pœnitentiæ sacramentum obibat; pati non poterat uxorem suam id sæpius peragere. Qua de re cum illa apud Philippum graviter quereretur, eo quippe ad Confessiones utebatur; Perge, inquit, ille, ne dubita; siquidem vir tuus apud me conscientiam expiabit, teque longe melior evadet. Nec vana fuit prædictio, quandoquidé Philippi arbitrio regendum se dedit, magnosq; fecit in vera virtute progressus.

pestiferam febrim,

578 Hujus quoque filius Jo. Franciscus Anerius, adolescens annorum quatuordecim, ex putrida ac pestifera febri eo tandem devenerat, ut septemdecim dies prostratus exanimisque jaceret, sine motu, sine voce, sine sensu ciboque; nec jam præter anhelitum modicumque teporem quidquam vivi hominis supererat. Quod ubi audivit Julia Ursina, sæpe alibi commemorata, quasi monstrum ac prodigium aliquod suis ipsa oculis videre voluit. Adfuit autem

B & Sanctus, eoque spectaculo vehementer commotus, circumstantes tantisper secum orare jubet; dein fronti ejus manum imponit; accitaque matre, ut solebat, festive dixit, Egregium vero facinus, miscellum hunc puerum fame necare. Afferte huc cito Creticum vinum, jam jam illum sanitati restituo. Quid multa? Affertur vinum, atque instillante Philippo ægrotus paulatim illud sugere cœpit, & ad se rediit: mox etiam, depulsa febri resumptisque viribus, omnino convaluit.

579 Carolus Ursinus, quatuordecim annos natus, ex pleuritide graviter ægrotabat, & jam quatuor aut quinque dies cibum sumere non poterat. Itaque Livia Vestria ejus mater Philippum accessit, rogatque, ut quamprimum veniat ad filium jam jam moriturum. Venit Sanctus, remotisque arbitris quærit ex Carolo, quo morbo & qua parte magis laboraret. At ille, Sub sinistro, inquit, ubere. Tum vero Pater procumbens in genua, affectam corporis partem manu comprimit, atque ægroti Confessionem auscultat. Qua peracta, cum videret eum morbo vehementer oppressum; Ego pro te, inquit, fili, pœnas solvendo satisfaciam, ne dubita; non enim morieris. Vix dum Sanctus abierat, cum redeunti ad se matri ait Carolus, Sanus sum. Hoc dicto obstupuit illa, nec affirmanti credere poterat. Is vero; Equidem sanus sum, inquit, nec dolorem ullum, nec spirandi difficultatem sentio: eodemque tempore cibum petiit, sumpsitque, ac deinde placidissime somnum cepit: itaque postridie mane veniens ad eum medicus, sanum atque integrum invenit.

letalem pleuritim,

C

acutam febrim,

580 Fabius Ursinus, ex putrida atque acuta febri ad vitæ finem adductus, & sacro infirmorum Oleo inunctus, vitali sensu deperdito, jam jam expiraturus videbatur. Cum autem antea dixisset se magnam in Philippo habere fiduciam, Julia Ursina ejus amita illum accersendum curavit. Is vero ad ægrotum cum accessisset, caput ejus de more apprimit pectori. Ex quo Fabius confestim vocem spiritumque resumit, rogatque, Quis sit. At Pater, Ego sum Philippus: quonam loco te vexat morbus? In corde, inquit ille. Tum Sanctus ibidem manum imposuit, eumque mirifice refrigeravit: quamobrem clamare cœpit, Sanus sum. Erexit se deinde, & lecto insedit; mox medicis & domesticis omnibus admiratione defixis, è morbo liber evasit.

dolorem capitis,

581 Jo. Baptista Bonipertus Sacerdos, alibi supra commemoratus, capitis dolore cruciatus, lecto se continere vix poterat. Venit ad eum Philippus, & fronti manum imposuit, & sanitati restituit. Anno redempti Orbis MDLXXXX, Tiberis alluvies & inundatio graves atque pestiferos in Urbe vulgaverat morbos, quam etiam ob causam Marcus Antonius Maffa febrem contraxit, & acutissimos capitis dolores. Cum autem nec sanguinis detractione, nec aliis ejusmodi remediis relevari posset; invisit eum Philippus; & ut hominem valde diligebat, utraque manu caput illius amplectitur; & aperto sinu excipiens, solita cordis exultatione ad Deum oravit, omnemque dolorem atque ægritudinis molestiam abstersit. Joannem Baptistam Crescium tam dira febris atque acer capitis dolor invaserat, ut malleo sibi tempora tundi viderentur: quapropter è fenestra furibundus in puteum se præcipitem dare cogitabat. Tentatis autem omnibus, cum nihil omnino proficeret; ad Philippum mittit qui illum oret, ut ad se venire ne gravetur. Venit Pater: quem statim ægrotus enixe rogat, ut aut doloris imminutionem sibi à Domino exoret, aut mortem: acerbissimos namque cruciatus diutius sustinere non poterat. Tum vero Sanctus, imposita capiti ejus manu, hortatur, ut Deiparæ Virgini se totum offerat, ac peccata longissime fugiat; & continuo solutum dolore se sensit, paucosque post dies febris etiam abscessit. Idem ipse olim puer ex oculis valide laborabat; quos cum turgidos & cruore suffusos haberet, lucem prorsus reformidabat. Venit autem ad illum Philippus, manibusque ad oculos positis dixit; Tibi nihil erit mali; statimque convaluit.

A. MERLO. BARNABÆO EX MS.

E

& oculorum,

582 Lucia Vestria, Valerii Ursini uxor, quâ paulo ante memoravimus, ex vertigine atque acutissimo capitis dolore quadraginta jam dies lecto detinebatur, neq; ullum huic morbo remedium invenire potuerat. Denique cum dolor aliquantulum remississet, in Vallicellanum templum se contulit; dumq; Pœnitentiæ sacramentum obiret, subita vertigine correpta est. Is porro qui ei confitenti aures dabat, mittit illâ ad Philippum, ibidem sacras Confessiones auscultantem: qui statim more suo; Nihil, inquit, mali est: imposuitque capiti ejus manum, quæ cerebrum sibi quodammodo penetrare videbatur: eodemq; temporis momento ab omni molestia liberâ se sensit, nec deinde tale quidquam perpessa est. Sigismunda de Rusticis, Alexandri Vitelleschi uxor, prope continuo capitis dolore cruciata, & quidem tam graviter ut in lecto jacere haud raro cogeretur; quadam die vehementius solito torquebatur, eratq; in horto Rusticorum ad fontem Trivii. Ecce autem Vir sanctus (huc enim absolutis Oratorii exercitiis, cum suis interdum ad animum recreandum, venire consueverat) qui ut eam videt, continuo utraq; manu caput arcte complectitur, & statim dolor omnis evanuit, neque rediit postea unquam.

item dolorem capitis,

F

583 Puellam quamdam, quinquennem aut sexennem, Hieronymi Ruissii filiam, teter ac pernicious in naribus morbus incessit. Quam quidem frustra per plures menses peritissimorum in Urbe medicorum manus expertâ, denique mater fiduciæ plena ad Philippum adducit, rogatque, ut miserandum in modum deformatam ubi videt beatus Pater, manu ad nares ejus admota; Ne dubita, inquit, filia, nihil tibi amplius erit mali. Eademq; hora melius illi esse cœpit, atq; intra paucos dies perfectæ saluti reddita est, in qua deinde diutius perseveravit.

narium morbum,

584 Petrus Ruissius, Catharinæ hujus germanus frater, gravi capitis dolore vexatus, à Philippo invisitur: qui Hieronymo ejus patri, salutem filii vehementer exposcenti, libere dixit; Petro quidem mors esset præoptanda, quam vita; me tamen tui miseratio tangit: quamobrem salus ipsius à Deo omni studio contendenda est. His dictis fronti ejus manum imposuit, & confestim dolor omnis abscessit. Nec ita multo post Gasparem, hujus ipsius fratrem, acutissimus capitis

item dolorem capitis,

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

dolor oppreſſit, non ſine vertigine animiq; deliquiis. Hunc itaque Hieronymus idem, in alio filio Philippi virtutem nuper expertus, ad eum miſit; cujus capiti cum primum Sanctus manum impoſuit, continuo ab omni moleſtia liber evaſit, nec deinde unquam ejuſmodi morbo tentatus eſt. Victoria Vareſia, Octobri ineunte tam vehementi dolore correpta eſt in humero dextero, ut præ ſpiritus difficultate non ſomnum capere, nec lecto decumbere poſſet. Itaque cum ſæpius ſalutares Philippi manus in ſe perſenſiſſet, ad ejus opem confugit; narrantique adverſam valetudinem ſuam vir Sanctus lepide, ut ſolebat; Quid rei eſt? inquit. Tune ergo una perpetuum mihi negotium exhibebis? & quid doles? Cumq; illa dexterum humerum indicaret; eo pugnum impingit Sanctus; aitque, Ne dubita, nihil tibi jam mali erit: ſtatimque deferbuit dolor. Necdum vero domus ſuæ limen intraverat, cum ſe penitus convaluiſſe cognovit, eoque morbo nunquam deinde tentari ſe ſenſit.

& humeri;

deſperatum morbum,

585 Erſilia Bucca, ex gravi morbo eo tandem devenerat, ut à medicis de illius ſalute jam deſperatum eſſet, atq; à domeſticis omnibus quaſi mortua defleretur. Porro autem vir ejus, in Philippi virtute ſpem habens maximam, rogavit eum, ut ægrotam inviſeret. Itaque cum veniſſet Vir ſanctus; Nunc quidē, inquit, Erſilia haud morietur, ſed certiſſime convaleſcet. His dictis manum capiti ejus imponit, aitque; Ne time, nequaquam morieris. Hic mulier tali gaudio perfuſa eſt, ut nihil gratius, nihil jucundius ullo unquam tempore ſibi accidiſſe affirmaverit: & continuo morbus ſeſe remittens, triduo aut quatriduo poſt penitus evanuit. Lucretia Gazia, gangræna ad mamillam erumpente, graviter laborabat; & medici, qui ad eam ignem adhiberet, opperiebatur manus. Ipſa autem die qua id peragendum erat, cauſtici medicamenti cogitatione perterrita, è lecto ſeſe proripiens, ad Vallicellanam eccleſiam perrexit, ibique Philippo omnia narravit. Is vero, O! miſellam: ubinam morbus eſt? At illa, Hic, inquit: & locum indicavit. Tum Sanctus extenta manu eam tetigit, aitque; Abi jam læta, nec dubita: nihil enim tibi eveniet mali. Itaque domum cum rediiſſet, inter prandendum repente dixit, Nihil jam doloris aut moleſtiæ ſentio, & quidem ſanitati reſtitutam me eſſe exiſtimo. Nec vana fides fuit: ita enim revera eſſe comperit quemadmodum exiſtimaverat. Quapropter cum ad inurendum ulcus medici ſuperveniſſent, nec morbi veſtigium ullum appareret, vehementer obſtupuerunt.

mamillarem cancrum,

puellæ moribundam,

586 Laura erat adoleſcentula annorum circiter tredecim, eaque ex morbo graviſſimo eo tandem adducta eſt, ut deplorata à medicis ejus ſalute, expletisque omnibus quæ ritu Eccleſiaſtico moribundis adhiberi ſolent, lugubres veſtes atq; alia funeri neceſſaria pararentur. Hæc inter parentes ipſius, Philippi opem in tanto luctu ſibi implorandam exiſtimarunt. Is igitur rogatus ſtatim venit, jacentemque miſeram invenit ſine voce, ſine ſenſu. Itaq; ſolito ſpiritus fervore commotus, inſufflavit in faciem ejus. Mox veluti per jocum colaphum illi impegit, apprehenſoque crine eam fortiter excutiens, ſanctiſſimum Jeſu nomen invocare jubebat. Ad eum contactum (mira res dictu!) confeſtim ægra ad ſe rediit, apertiſque oculis Jeſum appellans vires reſumpſit, deinde ſanam ac liberam ſe eſſe intellexit. Juliam Lippiam toto ferme biennio continuus capitis dolor excruciaverat. Quadam autem die, cum vehementius ſolito torqueretur, ad Vallicellanam eccleſiam ſe contulit. Hic vero ingraveſcente morbo cum amplius ſtare non poſſet, ſuper humile ſcabellum ſeſe projecit. Quo deinde cum veniſſet Vir ſanctus ad Confeſſiones auſcultandas; confeſtim Julia, Equidem, Pater, inquit, quo modo hinc pedem efferam neſcio, ita me oppreſſit dolor. Tum ille more ſuo contremiſcens, caput ejus manibus apprehendit, oravit, deinde, Ut vales? inquit; At illa, Meliuſcule. Iterum Pater caput ejus manibus premens, Ut vales? ſubjicit. Illa autem, Omnino convalui. Tum Sanctus impertita benedictione, ſanam ac liberam ab ſe dimiſit.

dolorem capitis,

587 Catharina Corradina ad mortem ægrotabat, & jam ſacro infirmorum Oleo peruncta nihil propius erat, quam ut animam efflaret. Supervenit interea Philippus, & languentis capiti manum imponit: mox Cantores aliquot, quos ſecum adduxerat, ſpiritualem quandam cantiunculam modulari jubet, in qua ſæpius Jeſu nomen ingeminatur. Qua re ægrota mirifice recreari viſa eſt; & paulo poſt ſpiritum vireſq; recipiens, integræ valetudini reſtituitur; Abiens autem Vir ſanctus dixit patri familias, Nunc ſane Catharina moritura erat, ſed illam Deus ſuperſtitem eſſe voluit, ut familiæ tuæ curam gerat. Porro autem per hos ipſos dies malus dæmon viſibili ſpecie eidem feminæ ſeſe obtulit, atque incompoſitis geſtibus illud ſæpe iterabat; Quid hic ſibi vult Philippus iſte nequiſſimus? Sed illa ſcutum fidei aſſumens, vaferrimum hoſtem à ſe ſtatim avertit.

moribundam,

588 Clemens VIII Pont. Max. vehementer ex chiragra laborabat. Quem cum impenſius diligeret Philippus, inviſit; ſed accedenti ad ſe Pontifex, qui præ ingenti dolore ne lectum quidem in quo jacebat à quoquam tangi patiebatur, Cave, inquit, ad me propius accedas, Pater. At ille nihilominus paulatim ſe lectulo admovit. Iterum vero Pontifex, Ne accedito, ne tangito. Cui Philippus; Ne dubita, beatiſſime Pater: & ſtatim more ſuo tremefactus, affectam manum prehendit & ſtringit. Quo facto ſtatim dolor omnis abſcedit. Quamobrem Pontifex, Perge, ait, & tange, ſiquidem mirifice recreari me ſentio. Porro præclarum hoc beneficium tum Cardinali Baronio, tum aliis pluribus Cardinalibus Clemens ipſe narravit: idque ſæpius referre conſueverat, ad Philippi ſanctimoniam comprobandam. Ex ea autem die, cum chiragræ doloribus tentabatur, Philippo etiam mortuo ſe precibus commendabat, & confeſtim recreari ſe ſentiebat.

chiragram,

589 Placuit deinde bonorum omnium Largitori id miraculum inſtaurare per Juvenalem Ancinam Foſſanenſem, Philippi ipſius diſcipulum & Congregationis Presbyterum; qui ejuſdem Clementis juſſu Saluciarum Epiſcopus invitus ac reluctans creatus eſt, virum vitæ morumque ſanctitate ſpectabilem, cujus de præclaris virtutibus rebuſque geſtis Apoſtolica auctoritate jam inquiſitum eſt. Is igitur ſalutis anno MDCII in patriam cum veniſſet, Thomas Bava, vir nobilis eidemque urbi præfectus, chiragræ doloribus non tentabatur modo, ſed urebatur. Itaque ad Dei ſervum ſe contulit, quod nimirum ejus preſentiam levamento ſibi fore ſperaret. Nec fruſtra: ſiquidem venienti ſtatim obviam fit Juvenalis, aitque, Mi Thoma, tua te chiragra vehementer excruciat: Beatus Pater noſter Philippus ſic eam tangendo curabat. Hæc dicens affectam ægroti manum complectitur. At ille tactum reformidans, eam ſtatim retrahit. Tum vero Juvenalis, Ne dubita, iterumque manū apprehendit, aitque, Sic beatus Philippus Clementem VIII ſanitati reſtituit. His dictis dolor omnino diſcutitur; & qui jam diu digitos movere non poterat, ſtatim extendit atque agitavit, nec deinde unquam hoc morbo vexatus eſt.

(quod ejus exemplo fecit etiam Juvenalis Ancina)

590 Quod autem Clementi Pontifici uſu venerat, id ferme accidit Attilio Tinozzio, Philippi in ſpiritu filio, quem podagra graviter laborantem Vir ſanctus inviſit, rogatque quomodo ſe habeat. At ille, Male, inquit, Pater: cave quæſo ne forte mihi pedē tangas. Tum Sanctus more ſuo, Ne dubita: extentaq; dextera

ac denique podagram.

Crucem

A Crucem figurat in pede. Quo quidem contactu dolor omnis evanuit; & quamquã antea ſæpe podagræ doloribus torqueretur, ex ea tamen die ne leviter quidẽ ejuſmodi morbo amplius tentatus eſt. Joannes Manzolius, alibi commemoratus, quoties podagræ aut chiragræ doloribus corripiebatur, hoc unum ſe remedium adhibuiſſe teſtatur: Philippum ſcilicet adiiſſe, atque affectam corporis partem ei tangendam obtuliſſe, eoque contactu moleſtiam omnem longius ablegaſſe: id quod alii quoque quamplures experimento ſe comperiſſe teſtantur. Nihil porro familiarius erat illi, quam dolore capitis laborantes, impoſita capiti manu ſtatim ad ſanitatem reducere. Quamobrem Angelus Victorius, non ſe Philippo medicinam facere, ſed ſibi à Philippo ſæpiſſime medicinam fieri fatebatur: quandoquidem crebro capitis dolore vexatus, viſendi cauſa ad eum cum adiſſet, Beatus Pater, primo intuitu ægritudinem ejus agnoſcens, impoſita capiti dextera illum extemplo ſanabat.

CAPUT XXXVIII.

Orando, imperando, & aliis modis variis plurimos ſanitati reſtituit Philippus: in puerperio pericitantes juvat.

B 591 CAP. III. *Oratione ſanat moribundos duos,* LAurentius Chriſtianus, Beneficiatus Baſilicæ S. Petri, ac Philippi in ſpiritu filius, ad mortem ægrotabat; jamque expletis omnibus, quæ moribundis eccleſiaſtico ritu adhiberi ſolent, tantum non emiſerat ſpiritum. Hæc inter ſupervenit Philippus, ac ſpiritu exultans & more ſuo contremiſcens, ſemel atque iterum orationi ſe dedit: denique ſurrexit, & dixit; Nunc ſane Laurentius haud morietur. Mox capiti ejus manum impoſuit, illumque nomine compellavit. Tunc vero ægrotus ſtatim revixit, apertiſque oculis Dei ſervum agnovit, eique reſpondit. Cui Sanctus cibum illico afferri jubet, eodemque tempore febris abſceſſit, nec ſine ingenti omnium admiratione integram ſanitatem recuperavit. Adveniens deinde Petrus Criſpus medicus, eumque ſanum reperiens, exclamat; Hoc profecto grande miraculum eſt. Cum autem audiſſet beatum Virum eo ſe paulo ante contuliſſe; Haud mirum, inquit: Philippus enim vir Sanctus eſt. Bartholomæus Fuginus Romanus, ad ultimum diſcrimen adductus atque Oleo ſancto inunctus, amiſſa voce, vitam quoque jamjam amiſſurus videbatur; quamobem veſperi, cum rediret ab illo Angelus Vellius, qui ei erat à C Confeſſionibus, rogareturque à Philippo, ut ſe haberet Fuginus; Jamjam diſceſſurus eſt, inquit, & medicus vix illum cras inter vivos futurum exiſtimat. Aderant tum forte ex Patribus noſtris plures, cum Sanctus ait, Morine vultis hunc juvenem, nec ne? At illi, Ita Deus faxit, ut illum vivere cupimus. Tum vero Pater, Agite igitur, veſperi pro ejus ſalute Deum rogate, & ipſe aderit nobis. Diluculo Vellius ad ægrotum miſit; comperitque illum non modo non expiraſſe, ſed integræ valetudini reſtitutum.

& Alexandrinum Archidiaconũ à ſanguineo vomitu, 592 Barſum, Alexandrinæ Eccleſiæ Archidiaconus, de quo alibi dictum eſt, ex febre & ſanguinis ejectione eo tandem devenerat, ut medici de illius ſalute omnino deſperarent: quamobrem Hieronymus Vecchiettus, qui ex Ægypto Romam eum deduxerat, ad Philippum adit; rogat, ut pro ægroto ad Dominum preces fundat (erat tum Sanctus in procinctu ad ſacrificandum) compertumque eſt, eadem hora illum bene placideque quieviſſe, quamvis toto triduo ſomnum capere non potuiſſet. Hunc ipſum deinde Philippus ad ſe adduci jubet; quod cum Vecchiettus ei renuntiaſſet, nequaquam id fieri poſſe reſpondit, neque enim è lecto ſurgere poſſe. Cum autem inſtaret ille, & omnino eundum eſſe diceret, ſiquidem ita juberet Pater; hoc verbo fretus ægrotus, è lecto ſurgit, & curru ad Philippum deducitur. Is porro ad ſe introeunti obviam venit, exceptumque oſculo arcte complectitur. Quo ſane complexu, qui modo tam graviter ægrotabat, extemplo confirmari ſe ſentit: quapropter Dei ſervum etiam atque etiam orat, ut pro ſe orare non deſinat, omnia videlicet impetraturus à Deo, ut ipſe ajebat, excelſo. Id vero Vir ſanctus libentiſſime facturum ſe dixit, & ad Federicum Cardinalem Borromæum una cum Vecchietto illum mittit. Cum autem à Cardinali diſcederent, Barſum ſocio ſe omnino convaluiſſe affirmavit; paucoſque poſt dies tam fortis ac vegetus apparuit, ut qui eum videbant vix demum agnoſcerent, eique per jocum dicerent; Tu quidem nequaquam es Barſum, ſed alter ſimilis illi. Rediitque porro vir iſte Alexandriam: iterumque Romam reverſus, cum coram Clemente VIII Pont. Max. pluribuſque Cardinalibus orationem haberet, inter præclara beneficia, quæ cum pridem ad Urbem acceſſerat ſeſe accepiſſe narravit; idipſum, quod modo retulimus, à P. Philippo ſe obtinuiſſe teſtatus eſt. A. PIERRO. BARNABEO EX MS.

E 493 Joannes Manzolius, quem paulo ante memoravimus, annum agens jam ſeptuageſimum, ex ſanguinis profluvio febrique peſtifera eo denique adductus eſt, ut conclamatus ab omnibus vocem ac ſpiritum propemodum amiſerit. Itaque intermortuis vocibus fratris ſui filio imperat, ad Philippum adeat, rogetque illum, ut è ſuis aliquem ad ſe mittat, qui ſuam ipſius animam ſolennibus Eccleſiæ precibus Deo commendet, corpus ubicumque libuerit ſepeliri jubeat, ac pro ſe Dominum deprecetur. Paret ille, & Sanctus Matthiam Maffeum ad eum mittit. Cumque ex medicorum judicio infra horam expiraturus eſſet, lugubres veſtes jam parabantur; quique poſtridie funus ducerent, evocati ſunt. Sequenti mane Montes Zazzara aliique Philippo nuntiant, Manzolium mortuum eſſe. At ille; Manzolius nequaquam mortuus eſt, neque ex hoc morbo morietur: accitoque Maffeo, quid de Manzolio factum ſit, quærit. Is vero, Hodie mane, inquit, ad illum redii, & mortuum eſſe intellexi. Cui Pater, nequaquam ita eſt, Manzolius vivit. Redi igitur, & tuis ipſe oculis illum viſito. Abiit, & quemadmodum Philippus dixerat, & vivere illum comperit, & ſatis convaluiſſe. Porro autem Manzolius ipſe ante annos aliquot Philippum rogaverat, ut ſibi morienti adeſſe vellet. Cui Vir ſanctus, Ego, inquit, te morte præibo. Id quod ſæpe eidem data occaſione, iteravit; atque ita plane res cecidit, quandoquidem Manzolius complures annos Philippo ſuperſtes fuit. *alterum ab hæmorrhoa.* *jam obiiſſe creditum,*

F 594 Ægrotabat graviter Alexander Cervinus, Aulicus eo tempore potens & gratioſus: quamobrem beatus Pater quodam die; Juvandus omnino nobis eſt, inquit, Alexander: & continuo ad eum pergit, cum nonnullis ex ſuis in ſpiritu filiis. Ingreſſuſque cubiculum ejus, pro ipſo ſeſe oraturum promiſit, atque inibi rem divinam peregit: id enim eo tempore ex Pontificum indulgentia in privatis quoque Nobilium ædibus fieri licebat. Inter ſacrificandum tanta ſpiritus dulcedine eſt delibutus, ut lacrymas & ſingultus tenere nequiverit. Igitur Sacrificio peracto, ægro ad aures accedens; Bono animo es, inquit: convaleſces. His dictis abiit: nec duo abierant dies, cum ſanus ac liber per Urbem incedere viſus eſt, non ſine ingenti admiratione eorum, qui modo illum viderant tam graviter decumbentem. Pompejus Paterius, noſtræ Congregationis Sacerdos, febri graviſſima laborabat. Ad hunc cum veniſſet beatus Pater, ejuſque ſacram Confeſſionem audiſſet; impoſitis capiti *item moribundum* *& graviter febrientem*

A. HIBRO. BARNABEO EX MS.

manibus ſeque concutiens, aliquantulum oravit, aitque; Ne dubita. Et ſtatim reliquit eum febris. Quamquam autem ex medicorum conſilio non niſi poſt horas aliquot cibus ei ſumendus erat; tamen, cum appetentia ſuperveniſſet, eadem hora comedere voluit, atque integræ ſanitati reſtitutum ſe ſenſit.

moribundum in Hoſpitali,

595 Ibat aliquando beatus Pater cum ſuis aliquot ad S. Mariæ de Populo, atque inter eundum hoſpitales ædes pauperum incurabilium ingreditur, videtque ibi miſerum quemdam, accenſa ad lectuli caput lampade ante ſacram Imaginem (quod moribundis fieri conſuevit) ſine voce, ſine ſenſu, tantum animam non efflantem. Eo ſpectaculo more ſuo contremiſcens, orationi ſe dedit, ſuoſque pariter orare juſſit. Deinde ægrotum in lectulo ipſo aliquantulum ab iiſdem erigi voluit. Mira res! Revixit extemplo miſer ille, quem Sanctus cibo reficiendum curavit, ab eoque diſceſſit. Poſtridie mane, cum è ſuis unus eo rediiſſet, ſanum ac liberum invenit.

brachio ac manu inutilem,

596 Victoriam Vareſiam, cujus antea meminimus, diſtillatio quædam frigida vehementer oppreſſerat. Cumque tentatis fruſtra remediis, quotidie pejus medendo ſe haberet, jamque in dextero brachio & manu ſenſum prope omnem amiſiſſet; mœrens
B dolénſque ad beatum Parentem confugit, aitque; Equidem Pater diſtillationem hanc à capite per totum corpus diffundi ſentio, & ne dexteræ manus uſum mihi penitus eripiat timeo vehementer, & plane id cogitans perhorreſco. Tum vero Philippus oculos in cælum fuſtollit, ſolitoque tremore manum ipſam affectam manu ſua premens; Ne dubita, inquit, convaleſces: eamque ab ſe dimittit. Igitur mulier domum regreditur, & ſecum reputat, locumne morbi aperiat, appoſitumque cerotum abjiciat, an vero conſuetis medicamentis utatur. Denique; Nonne ego, inquit intra ſe, Philippum pro Dei ſervo atque amico habeo ac veneror? Nonne ego ſpem omnem atque fiduciam ſalutis meæ in eo collocavi. Quid igitur dubito? Et cum hoc dicto cerotum detraxit, atque in ignem abjecit. Nec ſpes eam fefellit: emortuæ enim dexteræ uſum extemplo recepit, nulloque adibito remedio liberam ſe eſſe conſpexit.

ex alto lapſum & graviter leſum,

597 Joannes Baptiſta Guerra, laicus Congregationis, cum aliquando ſub noctem Vallicellani templi parietibus aulæa ſuſpenderet, ex altiſſimo loco, fallente pedem ſcala, prolapſus cecidit; alliſoque ad ſepulchralem lapidem capite, prope exanimatus eſt.
C Itaque in lectulum delatus, ubi à medicis inſpicitur, de illius ſalute deſperatur: nec ex iis defuere qui dicerent, aperienda eſſe vulnera, atque os ipſum perterebrandum. Interea Philippus, re audita, ſtatim orationi ſe dedit, ſuoſque veſperi in Oratorio eo nomine ad Dominum preces fundere juſſit. Venienti deinde ad ſe Angelo Victorio medico, dicentique Guerram graviſſime ægrotare, & eſſe omnino letalia vulnera; ſubridens Vir ſanctus ait; Equidem, inquit, Joannẽ Baptiſtam nunc mori nolo; Deumque tamdiu deprecabor, dum illum mihi reſtituat. Nec vana fides fuit: ſiquidem oratione peracta, æger tota nocte placidiſſime quievit; diluculo vero, ut ſolebat, experrectus, nec pridianum lapſum ulla ratione ſentiens, è lecto ſurrexit: & niſi à noſtris vetitus eſſet, ſtatim conſueta munera obiiſſet. Neque vero amplius febris acceſſit, neque convulſiones aut inflationes ullæ ſupervenerunt; quamquam hæc omnia mox eventura medici pro certo affirmarent.

delirio laborantes in morte,

598 Bertinus Riccardus Vercellenſis, itidem Congregationis laicus, acuta febri correptus eſt, eaque ſtatim ei delirium movit. Quamobrem cum jam properaret ad mortem, nec Sacramentis Eccleſiæ muniri poſſet; venit ad eum Philippus, & pro illo ad Dominum preces fundit. Eodemque tempore ægrotus ad ſe rediens, ſacra Confeſſione peracta, ex ipſius Philippi manibus Domini corpus ſumit: rebus deinde compoſitis in phreneſim recidit, atque è vita migravit. Idem plane accidit Flaminiæ Galloniæ: quæ cum in phreneſim pariter incidiſſet, Philippi precibus ad ſe revocata eſt, rebuſque omnibus rite peractis migravit è vita. Nec vero his, quæ narravimus abſimile videtur, quod à ſancto Parente patratum eſt in noſocomio ſancti Spiritus. Cum enim eo ſe cum ſuorum pluribus contuliſſet, in ipſo ingreſſu; Eamus, inquit, quo nos Deus vocat: ad eumque locum perrexit, in quo vulnerati curantur; aitque, Eo me vocari ſentio. Recta igitur ad quemdam ex iis ſibi prorſus ignotum accedit; quem cum prope expirantem videret, precibus ad Deum præmiſſis, fronti ejus manum imponit; atque illico ægrotus ſpiritum vocemque recepit; & peccata rite confeſſus, quod antea ſæviente morbo facere nequiverat, ſacra Communione refectus eſt. Denique Oleo ſancto inunctus, magna cum ſpe ſalutis æternæ exceſſit è vita, Deo gratias agens, qui per Virum hunc ſanctum, quem ne de facie quidem noverat, tam opportunum ſibi remedium attuliſſet.

D

& ſine Sacramentis moriturum.

E

equos cum curru in foveam lapſos ſalvat:

599 Nec vero aliis dumtaxat Philippus fuſis ad Deum precibus opem tulit, ſed etiam ſemetipſum à multis graviſſimiſque periculis cuſtodivit. Obibat aliquando cum ſuis aliquot ſeptem Urbis templa, & religione & Pontificum Indulgentia celeberrima; cum ſubito collecta procella tam violentum imbrem effudit, ut remigrandum illis fuerit. Cumque è via Appia ad eum locum, cui Marmoratæ nomen eſt, perveniſſent; equi & currus, quo vehebantur, in altam foveam prolabuntur: quamobrem equos mortuos, currumque confractum pro certo exiſtimabant. Igitur qua quiſque potuit ratione ſeſe foras proripiunt, atque alii alio ad bubalos exquirendos (quibus nimirum currus & equi extraherentur) Philippus autem in templo S. Mariæ in Porticu ad orationem ſe recipit. Res mira! Dum Pater oraret, extemplo equi è fovea nullo adjuvante proſiliunt, nec quidquam omnino detrimenti ex eo lapſu quiſquam accepit. Alia die hæc ipſa templa cum ſuis pariter viſitabat. In reditu autem, ceteris ad terram deſilientibus, ſolus Pater in curru remanſerat. Cumque per anguſtum pontem iretur, currus ipſius rotæ ex altera parte extra pontis marginem in aëre pendere viſæ ſunt. Qua re vehementer commoti qui
F ſequebantur, Jeſum alta voce inclamabant. Res mira! Currus ſine ulla difficultate pertranſiit, quin etiam haud hinc longius, ex declivi ac præcipiti loco, non ſine miraculo liber evaſit: in quem mox nobiles quædam feminæ prolapſæ ſunt; fractoque curru, atque altero equo mortuo, alia crus, alia brachium fregit. Hæc porro pericula Philippum aſſidua oratione à ſe feliciter propulſaſſe, pro certo ab omnibus creditum eſt.

ſeque ipſum periculo eximit orando.

CAP. IV

Imperio ſuo ſalvat moribundam.

600 Illud quoque Philippo divinitus impertitum eſt, ut non ſolum poſtulando, ſed etiam imperando miracula perpetraret. Ægrotabat graviter Anna Morona, Matthæi Maffæ Uxor; brevique eo adducta eſt, ut quaſi mortuam domeſtici omnes deflerent. Adeſt interea Philippus, eique manus imponens, & more ſuo contremiſcens; Anna, inquit, dic mecum; Domine, Philippus in nomine tuo mihi imperavit, ne moriar: idemque ſæpius repetere eam juſſit. Nec fruſtra: quandoquidem ſtatim convaleſcere cœpit, atque integram ſanitatem recuperavit. Maria Felix à Caſtro, ex Oblatis Turris ſpeculorum, centum ipſos dies contiuua febri vexata, cum ſe jam deficere videret, Philippum ad ſe accerſendum curavit.

& continua febri laborantem;

A curavit. Is vero cum ad eam veniſſet, rogat quonam morbo detineretur? Cumque illa aſſiduâ febri ſe vexari dixiſſet; Confide, inquit, in Domino, ne dubita. Mox ecquid velit, rogat. At illa; Bonam, inquit, valetudinem. Tum Sanctus capiti ejus manum imponit, aitque; Impero tibi, febris, ut abſcedas, atque hanc Dei creaturam relinquas; eademque die febris receſſit, atque illa ad perfectam ſalutem reducitur.

alterâ quartana 601 Sigiſmundam Capizuccam, ex eodem cœnobio, quartanæ morbus quatuor plus menſibus detinebat. Cumque ad eam beatus Pater ultima anni die ſe contuliſſet; rogavit illum, ut à Domino impetraret, ad ſe febris amplius ne accederet. At ille, extollens dexteram; Age ſane, inquit, poſtridie voti compotem eſſe te volo, neque ultra ad te febris accedet, quod re ipſa impletum eſt. Erat aliquando beatus Pater cum ſuis aliquot: ecce autem quidam ſupervenit, ægrotumque calide precibus ejus commendat: tum Philippus ſubridens, dixit; Volumuſne illum ad ſanitatem reducere? Cunctiſque aſſentientibus; ei qui rem nuntiaverat, ſubjicit; Abi, & dic illi, me nolle eum mori. Atque ita plane factum eſt, quemadmodum & alias ſæpiſſime fieri

B conſuevit. Ægrotabat ad mortem domi noſtræ quidam, victus quotidiani adminiſter, ſatis ex Chriſtiana virtute laudabilis. In hujus cura tanta cum aſſiduitate vigiliiſque verſatus eſt Cæſar Baronius, ut præ ſui corporis negligentia in gravem & periculoſam febrem inciderit. Id cum ex Petro Conſolino Philippus reſciſſet; Dic, inquit, à me Cæſari, ut febrem extemplo abire jubeat. Paret ille: & re audita Cæſar, nihil hæſitans, ait; Impero tibi febris, Philippi nomine, hinc ſtatim abſcedere. His dictis è lecto deſiliit, ſumptiſque veſtibus ad Vaticanam Baſilicam (quingentis ea paſſibus ab Vallicellanis ædibus diſtat) more ſuo pedes contendit; nec ultra, eo quidem tempore, febrem ſenſit.

aut febri detentas, 602 Antoniæ Raidæ beatus Pater; Vide, inquit, Ne me inconſulto ægrotaveris. Igitur dicto audiens mulier, cum primum morbi aliquod indicium præſentiebat, continuo ad Philippum adibat, atque ajebat: Libetne, Pater, me ægrotare? Quod ſi ille abnueret, ſtatim morbus evaneſcebat, idque ſæpiſſime factum eſt. Lucretia Giolia plures jam dies ardebat febri. Venit ad eam beatus Pater, & poſtridie ad S. Hieronymi illam venire jubet, ibique Miſſæ Sacrificio intereſſe. Rem miram! Nocte ipſa integræ ſaluti reddita eſt, & mane juſſa Patris implevit. Al-

C *venam in pectore ruptam,* exander Illuminatus, Congregationis laicus, qui Dei ſervo, præſertim cum ægrotaret, aſſiſtere conſueverat; diſrupta pectoris vena vivum ſanguinem expuebat: re audita Philippus ad ſe illum accerſit, aitque; Nolo tibi incommodi quidquam accidere: eodemque temporis momento ſiſtitur ſanguis, nec ullam deinde pectoris moleſtiam ſenſit.

& graviter ægrum 603 Idem plane accidit in Petro Focili, quem alibi memoravimus. Cum enim ad eum graviſſime ægrotantem Philippus adiſſet; dolens atque ejulans mater, Sancto obviam prodit; & Adjuva me, inquit, Pater: filius quippe meus jam jam moritur. Cui Sanctus, Ne dubita: nolo enim illum mori: quod & re ipſa impletum eſt. Rogatus aliquando Dei ſervus ab uno ex Sacerdotibus S. Hieronymi, *atque clinicum.* ad Ambroſium quemdam ſe contulit; qui amiſſo membrorum omnium uſu, lecto miſere decumbebat. Hunc cum vidiſſet Vir ſanctus; Surge, inquit, Ambroſi. Quo audito miſer ille ſurrexit, & lectulo inſedit: domeſticis omnibus obſtupeſcentibus, & miraculum ſæpius exclamantibus: idemque poſt paulo ſanus ac liber ad priſtina reparatur officia.

CAP. V 604 Torquatus de Comitibus morbo graviſſimo detinebatur: quamobrem Franciſcus Maria Taurufius eum hortatur, ſiquidem ſalutem cupiat, apud Philippum conſcientiam deponat. Igitur dicto audiens, accerſito Patri peccata confitetur; & necdum Confeſſione peracta, ſalvum & incolumem ſe eſſe cognovit. Alia die ruſticus quidam ex Palumbara (haud longe ab Urbe oppidum eſt) ad virum Dei ſe contulit, ejuſque orationibus ſeſe plurimum commendavit, quod præſertim diuturna ægritudine dies noctesque torqueretur. Cui nihil aliud Vir ſanctus injunxit, niſi ut ſacrâ ſe Confeſſione purgaret; atque hoc uno remedio, tum animæ tum etiam corporis ſalutem recuperavit. Re audita deinde, multi ex eodem loco variis morbis affecti ad Philippum conveniunt, rogantque, ut ſibi quoque ſalutem impertiatur. Quorum fide morumque ſimplicitate commotus beatus Pater, & eorum Confeſſiones libenter excepit, & divinis monitis recreatos incolumes ab ſe dimiſit.

A. HIERO. BARNABÆ EX MS. *Sanantur diuturnæ ægritudines facta Sanctæ Confeſſione.*

605 Eugenia Manſueta, ex Colle-Scipionis, ozæna putri affectas nares octodecim jam menſes habebat: quæ cum miſerandum in modum intumuiſſent, fœdamque ſaniem emitterent, incredibilem ei moleſtiam exhibebant. Itaque tentatis fruſtra remediis, linteolum ex iis quibus inuſtum cauterio brachium beatus Pater abſtergere conſueverat (ea quippe lavabat ipſa atque curabat) magna cum fide accepit, & naribus impoſuit. Eodemque temporis momento morbus omnis abſceſſit, nec deinde amplius in ea corporis parte aut dolorem aut moleſtiam ſenſit. Lucretiæ à Cithara, quatuor jam menſes uterum geſtanti, maximum ſanguinis profluvium ſupervenerat, quod nulla arte aut medicina ſiſti potuerat. Huic porro Caſſandra Raida, quæ beati Patris linteamina lavabat, pileolum, quo ipſe utebatur, defert; hortaturque, ut ſuomet corpori illud imponat, & Philippi meritis intercedentibus certiſſimam à Deo ſanitatem expectet. Paret illa, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis ejus, atque alvus conquievit. Senſit hoc Philippus, quemadmodum olim Dominus in Hæmorrhoiſſa illa novit virtutem de ſe exiſſe: quamobrem Antonio Gallonio præcipit, ut linteamina ſua ſtatim reſumeret, & Caſſandram ipſam ea de re acriter reprehendit: verus quippe humilitatis amator ab omni humana exiſtimatione longiſſime abhorrebat.

linteamina Sanctæ ſanitatem præſtant E

ea ſibi applicantibus.

606 Stephanus Calcinardus, triginta jam dies continua febri vexatus, reſoluto ſtomacho cibum tenere non poterat; quamobrem ſacro Viatico munitus, atque Oleo ſancto perunctus, profectioni ſe comparaverat. Ecce autem Franciſcus Zazzara ad illum venit, aitque habere ſe ex capillis Patris Philippi (adhuc ille inter homines erat) quod ſi tanti viri virtute & ſanctitate confideret, ſeſe ſtomacho illos impoſiturum. Annuit Stephanus, eoque remedio ſtatim ſomnum cepit. Poſt horam deinde experrectus, cibum ſumpſit ac tenuit, eodemque tempore febri abſcedente priſtinam ſanitatem recuperavit.

item capilli, F

607 Hercules Corteſinus Carpenſis ad Urbem venit, atque à Monte Zazzara hoſpitio acceptus, cum de Philippi virtutibus & miraculis multa quotidie audiſſet, incredibili ejus videndi deſiderio ſuccenſus eſt. Igitur à Franciſco Zazzara ad Dei ſervum deducitur; & primo ejus aſpectu commotus, procumbit in genua, benedictionem expoſcit, illiuſque orationibus humiliter ſeſe commendat. Egreſſus deinde; Vidi, inquit, Virum ſanctum, & primo ejus aſpectu toto corpore contremui; quapropter ab Urbe diſceſſurus, monumentum aliquod tanti viri religionis cauſa ſecum omnino deferendum putavit: importuniſque precibus tandem laneas quaſdam ſoleas, quibus ille utebatur, & ex capillis aliquid à noſtris obtinuit: quin etiam cum ipſomet Patre diligenter

& ſoleas laneas

A PETRO. BARNABEO EX MS.

diligenter egit, ab eoque roſariam Coronam impetravit. Abiit deinde in patriam Sextili menſe, atque ex itineris incommodo importuniſque caloribus, graviſſimum capitis dolorem contraxit, ut quietem omnino invenire non poſſet. Itaque ad uxorē converſus, Sume, inquit, è bulga ſoleas illas, quas mecum attuli, & fronti meæ imponito. Hæc vero acceptis ſoleis riſit, & Quorſum, inquit, hæc jubes? At Hercules, tu dictis obtempera; quod enim facio, ſcio. Igitur dum illa ſoleas pectori ejus apponit, in hunc modum orat ægrotus: Quæſo te, Domine, per merita Patris Philippi, quem ego pie colo & obſervo, ut me ab his doloribus liberes. Vixdum orationem compleverat, cum dolor omnis & moleſtia ab eo penitus abſceſſit. Hoc deinde exemplo hujus ipſius fratris filius ex morbo graviſſimo liberatus eſt. Cum enim febri arderet, ac laterali dolore ſæviente ægrotaret ad mortem; altera ex his ſoleis affecto lateri impoſitâ, confeſtim diſrupto apoſtemate febris & languor omnis receſſit.

item invocatio ſimplex,

B

608 Patricius Patricius, alibi memoratus, ex ſtomacho & colico dolore valde laborabat, Ad eum autem viſendi gratia Philippus mittit Germanicum Fidelem: cui Patricius, Scito, inquit, hac nocte dolorem hunc meum eo uſque exarſiſſe, ut me jamjam moriturum putarem. Interea æſtuanti Philippus venit in mentem, eique tamquam præſenti, Adjuva me, inquam, Pater, atque ora pro me. His dictis ſtatim abiit dolor, atque optime valeo. Huic ipſi Germanico hernia, quam medici ſarcocelem appellant, ſupervēnit: cumque medendo nihil proficeret, denique ad beatum Patrem confugit, aitque, Orationibus tuis, ſiquidem vis, Pater, me ſanitati reddere potes. Cui Sanctus, Ne dubita, profecto ſanaberis. Igitur fiduciæ plenus medicamenta rejecit, atque illico ſanitatem recuperavit.

Iuvat ex abortu periclitantem abſens:

609 Hoc demum Philippo à Deo tributum eſt, ut laborantibus utero præſto eſſet, eaſque periculo eximeret. Iſabella Bacciocca Novarienſis, octo jam menſibus ventrem gerens, abortum paſſa eſt, & ad ultimum vitæ diſcrimen adducta. Audivit hæc Romæ ex ſuorum litteris, levir ejus Joannes Baptiſta Bonipertus, quo de antea dictum eſt, iſque eam ſtatim beato Parenti commendavit. Cui ille, Scribe, inquit, fratriæ tuæ, nolle me illam amplius abortire. Paruit Bonipertus, atque ægra non modo præſens periculum feliciter evaſit, ſed abſque ulla difficultate duodecim deinceps liberos peperit.

C

aliamque, cui dimidius fœtus exierat,

610 Delia Buſcaglia Vicentina, Gaſparis Brixii uxor, ſeptem jam menſes uterū geſtans, octavo inunte, dimidium fœtum, cumque intermortuum pertulerat; ſtatimq; deliquiū paſſa propius nihil eſt factū, quā, ut expiraret: dilapſo etenim vitali calore, ſine voce, ſine ſpiritu relicta eſt. Accitis itaq; medicis obſtetrix ait, Nihil jā opus eſſe remediis, Deo tantū curationem ejuſmodi committendam, cavendumq; maxime ne fœtus extraheretur, neque enim ſine matris interitu id fieri poſſe. Sic igitur miſera bidui prope ſpatio jacuit. Interea vir ejus ad varia Religioſorum cœnobia perrexit, eorumque orationibus enixe rem commendavit. Denique ad Philippum confugiens, rogat illum, ut ad uxorem ſuam ire dignetur. Adit ille, & cum ad miſeram acceſiſſet, detractum ſibi pileum ſuper eam impoſuit; flexiſque genibus, ac manibus in cælum ſublatis, ſpiritu ingemiſcens, clamavit; Unuſquiſque procumbat, atque oret. Poſt paulo exſurgens Sanctus, ægrotę in aurem, ſed elata voce dixit: Heus tu, Delia. Res mira? Hoc dicto ad ſe illa ſtatim redit, & veluti graviſſimo ſomno experrecta; Quid me jubes, Pater, ait. Atque ille, Ut Sancti ſimus. Faxit Deus, ſubjicit illa. Dein, Male, inquit, me habeo, Pater. Ait Sanctus; Ne dubita, nihil mali paſſura es: eamque Crucis ſigno munitam reliquit. Necdum ſcalas deſcenderat, cum Gaſpari, quem manu tenebat, dixit: Abi jam, uxor tua voti compos facta eſt. Abit ille, comperitque uxorem, emiſſo feliciter fœtu, periculum atque moleſtiam omnem evaſiſſe: quamobrem illa ipſa nocte è lecto ſurrexit, quaſi nihil unquam mali perpeſſa eſſet. Huic ipſi multo poſt tempore, ex pleuritide graviter ægrotanti, beatus Pater per virum ſuum nuntiari juſſit; bono animo eſſet, nocte enim elapſa morbum remiſiſſe, quamvis ipſa id minime ſenſiſſet. Atque ita prorſus accidit, quemadmodum ille dixerat.

D

eamque à pleuritide ſanat.

periclitanti fœtui baptiſmum obtinet,

611 Fauſta Capizucca, Domitii Cecchini uxor, nobilis femina, & ipſa gravida erat ſeptē jam menſibus, cū graviſſimo morbo oppreſſa & diu cruciata, deniq; illius ſalutem jam deſperantibus medicis properabat ad mortem. Ecce autem ſanctus Pater ad eam venit, impoſitiſque manibus ſuper illam, oculos ad cælum ſuſtollit, aitque, Volo, Domine, animam hujus fœtus. Volo, Domine. His dictis abſceſſit: nec ita multo poſt ad eam rediit, eademque verba iteravit: quæ quidem haud inania fuere. Siquidē poſt paulo feminam peperit, quæ ſacro Baptiſmate renata migravit ad Sponſum, & cum ea pariter genitrix quievit in pace. Olympia quoque Trojana ex partus difficultate ad ultimum vitæ diſcrimen adducta eſt, atque à ſuis omnibus tamquam mortua deflebatur. Accitus interea Philippus ad eam venit, & miſericordia commotus oravit ſuper eam, deinde manus impoſuit, atque abiit; eodemque temporis momento feliciſſime peperit. Erſilia itidem, uxor Joannis Franciſci Buccæ, quem alibi memoravimus, tam gravem tamque vehementem de proxima morte opinionem imbiberat, ut eam illi ex animo evellere nemo poſſet; quare dies noctesque mirifice torquebatur. Huic porro ex Vallicellano templo mane abeunti obviam fit Pater, aitque, Quæ tandem iſta dementia eſt? Imponenſque ejus capiti manum; Ne dubita, inquit, Quo audito, ſtatim recreari ſe ſenſit, ac mœrore diſcuſſo domum reverſa, paucos poſt dies feliciter peperit.

E

& mulieribus duabus felix puerperium,

aliis ad eum finem

612 Innumeris præterea in partu laborantibus præſto fuit Pqilppus. Cum autem ea de re illi orandum erat, ac fœtui mortis periculum imminebat, libere ac nulla addita conditione id facere conſueverat. Quamquam humilis Dei ſervus fere ſemper in iis caſibus ſecum ferre conſueverat ſacculum, in quo, ut ipſe ajebat, ſacræ Reliquiæ ſervabantur: quem quidem quoties utero laborantibus impoſuiſſet, toties aut fœtui aut genitrici falutem à Domino impertitam eſſe affirmabat. Quamobrem Cleriæ Bonardæ, Claudii Nerii uxori, quæ ſemper in partu graviter periclitabatur, ad ſe aliquando confugienti, ejuſque auxilium imploranti; hunc ipſum ſaculum miſit, atque hoc uno remedio tam facile ac feliciter peperit, ut vix ſe peperiſſe perceperit. Idipſum aliis quoque quamplurimis uſuvenit; qua re per Urbem vulgata, ſacculus ejuſmodi huc illuc quotidie deferebatur. Mortuo deinde Philippo ex ſuis nonnulli, ſcire cupientes quid tandem ſacculus ille contineret, nihil aliud inibi, niſi linteolum, quod purificatorium appellant, quodque in ſacrificio Miſſæ adhiberi ſolet; ſacrumque numiſma, in quo ſanctæ Helenæ imago expreſſa erat, lineis pluribus integumentis involutum, invenerunt. Unde facile intelligi potuit, hujuſmodi involucris Dei ſervum virtutem ſuam tectam voluiſſe.

F

adhibet ſaculum Reliquiarum.

orando levat alterum fœtus medietate;

CA-

A

CAPUT XXXIX.

Miracula poſt mortem per Sancti præcordia, capillos, lintea, & precatorios globulos facta.

613 LIB. VI. *Poſt mortẽ Sancti,* AD hæc porro admiranda, quæ Philippus dum adhuc inter homines ageret divina virtute patravit, plura etiam, nec minora, deinde acceſſiſſe comperimus, cum ille inter Superos receptus eſt; quæ quidem cum eo tandem excreverint, ut grandiori volumine contineri vix poſſent, eorum aliqua dumtaxat (quod in præcedentibus curavimus) hoc loco exponere animus eſt; ex quibus nimirum clarius innoteſcat, quod ipſemet Philippus ajebat, quam ſit mirabilis Deus in Sanctis ſuis. CAP. I. *præcordiorũ particula applicata,* Theodoſia de Duca Romæ, ex Monialibus S. Luciæ in Silice, liene turgente quindecim continuos annos male habebat; eoque præcordia occupante vix ſpiritum ducere poterat, ſtomacho etiam graviter tumultuante. Accidit autem ut ex ſacris Philippi præcordiis particula ad monaſterium afferretur: quam illa pie ac devote affectæ corporis parti cum impoſuiſſet, & beati Patris auxilium invocaſſet; ſtatim ab illa vexatione liberata eſt, nec ullam præterea lienis moleſtiam ſenſit. *juvantur laborantes lienẽ,*

B

614 Joannes Antonius Lemmarus, mercator Neapolitanus, ex laterali dolore graviter decumbebat; multisque jam tentatis fruſtra remediis, B. Philippo, cujus imaginem ante oculos habebat, ſeſe ex animo commendavit. Tum vero Lucretia ejus filia hortatur illum, ut ex præcordiorum particula, quam apud ſe religioſe ſervabat, acceptum fragmentum cum vino deſumat, ac beati Patris auxilium imploret: quæ omnia ille promptiſſime exſecutus, illico conquievit; deinde ſomno excitus, priſtinæ ſanitati ſe redditum ſenſit. Itaque cum gaudio pariter & lacrymis ad Philippi imaginem provolat, apprehenſam ſæpius oſculatur, mox etiam domeſticis omnibus exoſculandam præbet; votivam quoque argenteam imaginem ad ſacellum ejus appendi jubet, ſeque cum ſuis pariter quotannis pridie illius diei feſti jejunium ſervaturum profitetur: denique beneficii memor ex ea die in honorem Beati viri Hymnum, Iſte Confeſſor, quotidie recitare conſuevit. Hæc ipſa Lucretia deinde, faucium angore occupata, in extremum vitæ periculum adducta erat; cum pater ejus præterita recolens, filiæ capiti ſacras ipſas Reliquias imponit, eamque bene ſperare jubet, & S. Philippo ſe precibus commendare. Hoc uno remedio Lucretia convaluit; & poſtridie mane ſurgens è lecto, ſua munia libere repetiit. *lateribus,* *faucibus,*

C

615 Joannes Iacobus Lemmarus, huic ipſi quem modo diximus propinquitate conjunctus, podagra valde cruciabatur, qua quidem quindecim dies eoque amplius detineri ſolebat. Hic igitur propinqui hortatu aquam, cui ſacra eadem præcordia infuſa fuerant, pie ac devote ſumit: mox ſomnum capit, poſtridie dolore diſcuſſo ſeſe liberum reperit. Gertrudes Tartaglina, ex prædictis Monialibus S. Luciæ in Silice, ex diuturno gravique morbo eo demum perducta erat, ut ſine cibo, ſine ſenſu prope jaceret exanimis. Interea, dum extremæ Unctioni neceſſaria parabantur, Hieronyma Marzana, ejuſdem cœnobii alumna, ſupervenit; ſecumque deferens particulam præcordiorum beati Parentis, quæ tum forte ad monaſterium relata fuerat; En, ait, quas tam vehementer optabat S. Philippi Reliquias: & cum dicto ſuper ægram eas imponit. Nec dum horæ pars quarta abierat, cum illa ſenſum vocemque recepit; atque incredibili gaudio perfuſa, Deo gratias agens, hæc iterabat: Hæ ſacræ Reliquiæ ſalutem mihi profecto reddiderunt. Quæ ſane aut deliramenta, aut certa proximæ mortis indicia adſtantes illi ſacræ Virgines putabant: cum autem quotidie melius haberet, brevi temporis intervallo non ſolum ex eo periculo, ſed à quibuſdam etiam animi defectionibus, quæ eam quotidie mane & veſperi anno amplius occupabant, liberata eſt. *Sanatur etiam moribunda,* *pedibus.* A. HIERO. BARNABEO EX MS.

616 Ea fuit de Philippi virtute & ſanctitate apud omnes opinio ut multi (quod ſupra narravimus) ejus etiam capillos furtim collegerint, & ſacrarum Reliquiarũ loco ſervaverint: iis porro adhibitis plura divinitus accidiſſe compertum eſt. Catharina Lotia, Hieronymi Martignoni Mediolanenſis uxor, octo jam menſibus partum ferens, febri ac pleuritide correpta, mortuũ & nigrum fœtum enixa eſt. Obſtetrix vero, quæ peritiſſima erat, cum omnia tentaſſet, ut rem perveſtigaret, ac certo cognoſceret; cum denique mortuum infantem videret, doleretque vehementer quod ille ſacro fonte renaſci non potuiſſet; multa cum fiducia quos ſecum habebat Philippi capillos mortuo puero ſuperpoſuit, atque ait: O ſancte Philippe, Deiparam ora, ut puerum hunc à mortuis excitet, utque ſacro Baptiſmate recreetur. Hoc dicto revixit infans, & ſacro lavacro mundatus, poſt dies viginti evolavit ad cælum. CAP. II. *Sancti capillis cum fide admotis,* *reſuſcitatur fœtus mortuus,*

B

617 Antonius Parma Januenſis vomica tam graviter laborabat, ut præ ingenti dolore quieſcere numquam poſſet. Gliſcente autem indies morbo, nec ulla medicorum arte detecto, eo tandem pervenerat, ut ab amicis omnibus tamquam mortuus deploraretur. Ex iis autem unus Camillus Rellius, veſperi cum ad eum veniſſet, ſecumque beati Viri capillos aliquot attuliſſet, collo ejus appendit, aitque; Habe fiduciam in B. Philippo, cujus hæ ſacræ Reliquiæ ſunt, ejusque auxilium implora. Paret ille amici dictis, atque imminuto ſtatim dolore morbus abſceſſit, quamobrem mane è lecto ſurrexit; & non ſine maxima omnium admiratione, per Urbem ſanus ac liber incedere viſus eſt. Agnes Minutola, ſacra Virgo in Neapolitano monaſterio S. Joſeph, per annos plures variis morbis conflictata, eoque præſertim, quem hyſtericum appellant, cum acri quadam diſtillatione, ex qua deinde putridum malignumque ulcus exortum eſt, continua febri aſſiduisque doloribus torquebatur. In hujus curam medicorum peritiſſimi ſeſe exercuerant: cum autem quotidianis remediis ad ejus ſalutem nihil proficerent, denique quaſi inſanabilem ac prope deſperatam reliquerunt. Paucos poſt dies ex iis unus Hieronymus Tomaſius viſendi cauſa ad illam venit; cumque febre ac dolore carentem vegetamque inveniſſet, rogavit quonam pharmaco aut remedio tam gravem morbum tam ſubito à ſe depuliſſet? At illa; Ubi ſpe ſalutis deſtitutam vos me deſeruiſtis; P. Antonius Talpa, ex Congregatione Oratorii, capillos aliquot B. Philippi attulit mihi, quos aqua infuſos pie ac devote ſumpſi, ſtatimque dolor & febris abſceſſit. *liberantur ægri ex vomica,* *malo hyſterico,*

F

618 Ioannes Alphonſus Deſtites Neapolitanus, I.V.D. & cauſarum patronus, angina tam graviter torquebatur, ut ſalivam ipſam glutire non poſſet. Itaque Philippi auxilium implorat: cumque apud ſe præcordiorum capillorumque ejus aliquid haberet, affecto gutturi impoſuit; atq; illico abiit dolor. Mox toto corpore affatim ſudore manante, febris quoq; receſſit. Quod autem admirabilius videri potuit, cum ille ex medicorum conſilio oleum quoddam, quod ad hunc morbum præclare facere putabatur, jam comparaſſet; quamquam liberum ſe ſanumque videret, tamen ne iterum morbo ipſo impeteretur, ſi- *angina,*

A. HIERO. BARNABEO RX MS.

bi præcavendum exiſtimavit, eoque ſe inunxit. Sed caro ei ſtetit inunctio: ſtatim enim dolore correptus eſt. Quamobrem facti pœnitens oleum abſterſit, ſacrasque Reliquias iterum gutturi appoſuit, iterumque dolorem abiiſſe miratus eſt. Hæc porro res tantam homini fiduciam attulit, ut cum deinde Petrus Antonius Chiaravellotus, amicus ejus, febre ac phrenesi graviſſime laboraret; has ipſas Reliquias ad illum attulerit, ejuſque ori admoverit; quo quidem remedio ægrotus confeſtim ad ſe rediit, ac deſperatam ab omnibus ſanitatem recuperavit.

619 Simon de Fighino, Thuſciæ vicus eſt, ex ſacra Capuccinorum familia, ſideratione quadam affectus, vix brachia tendere poterat. Decem jam menſes abierant, multaque fruſtra expertus remedia, denique quos habebat Philippi capillos, minutiſſime conciſos & aqua mixtos, ebibit; ac pridie ejus diei feſti quotannis jejunium ſe ſervaturum voto promittit. Necdum ea compleverat, cum dolor omnis abſceſſit, & brachia ſtatim deduxit; quamquam, ut Philippi interceſſio clarius innoteſceret, in ſiniſtro brachio nonnihil impedimenti relictum eſt. Quamobrem cum ad Urbem veniſſet, atque ab Antonio Gallonio linteum fruſtulum, ſancti Viri ſanguine delibutum, accepiſſet; ſimul ac brachio eidem illud admovit, confeſtim perfectæ ſanitati redditum ſenſit. Gora quædam Cornetana tres ferme annos quartana febri cruciabatur; quadam autem die, in ipſa febris acceſſione, capillos aliquot Philippi ſibimet collo appendit, & ſtatim febris receſſit.

ſanatur brachiorũ diſſolutio,

febris quartana,

620 Neapoli Marcus Antonius de Sanctis, putrida ac peſtifera febri diu vexatus, denique vitali ſenſu amiſſo, nihil jam propius eſſe videbatur, quam ut animam exhalaret. Cum autem ex Philippi capillis aliquid allatum, ejusque collo ſuſpenſum eſſet; extemplo convaluit, ac beneficii teſtem, argenteam tabulam, ad beati Patris ſepulchrum tranſmiſit. Io. Franciſcus Lemmarus, prædicti Lemmari fratris filius, ardebat febri, eoque adductus erat, ut jam jam deceſſurus videretur. Adfuit interea patruus ejus, atque ex capillis aliquot Philippi, quos religioſe cuſtodiebat, unum accipiens, infuſum aqua ægrotanti bibendum dedit, eumque bene ſperare juſſit. Ab hac potione per noctem placidiſſimum ſomnum cepit, & mane experrectus diſcuſſa febri ſe omnino convaluiſſe cognovit. Antonius Maria Martinellus, in Panormitana domo Congregationis Oratorii, quotidiana febri laborabat, atque intolerabili quadam ſiti æſtuabat; cumque ad eum acceſſiſſet Petrus Puteus, ejuſdem Congregationis Fundator, ut jacentis animum ad fiduciam excitaret, multa illi de Philippi virtutibus atque miraculis enarravit; deinde Reliquiarum thecam, in qua beati Patris capilli ſervabantur, pectori ejus impoſuit; eodemque temporis momento ægrotus; Jam ſatis eſt, inquit: abſceſſit febris, & abiit. Ac priſtinæ ſanitati redditus eſt.

peſtilens febris,

& quotidiana,

621 Octavius Roſitanus, Neapolitanus Sacerdos, ex febre ſanguinisque profluvio periculoſe decumbebat; quamobrem ſacro Viatico munitus, ex hac vita profectionem parabat. Venit ad illum Ioannes Baptiſta Antoninus, atque ex Philippi capillis cum attuliſſet, hortatur ut ſancti Patris auxilium imploret, certam ab eo ſalutem conſecuturus. Igitur bonæ ſpei plenus, ex iiſdem capillis aliquot, minutatim conciſos admixtosque aqua, ebibit; ac votivam imaginem argenteam ad Philippi ſepulchrum ſe miſſurum promittit; eademque nocte febris cum reliquit. Fabius Apicella, nobilis medicus Neapolitanus, podagra laborabat, ac lateralibus inſuper nephriticisque doloribus vehementiſſime torquebatur: cumque nullo remedio ſublevari poſſet, ad Philippi opem confugit, ejuſque capillis affectæ corporis parti admotis ſtatim convaluit, ac ſine ulla difficultate aut dolore calculum ejecit. Famulus quidam Marci Antonii Vitelleſchi, prolapſus ex equo, caput fregerat; & ſupercilii oſſe diſciſſo, continua febri laborabat: ſed Philippi capillis ſuper eum impoſitis, ſtatim febris evanuit; paucoſque poſt dies, ſanato vulnere, ad ſua munia rediit.

cum ſanguinis fluxu;

podagra & laterum ac renũ dolor;

contuſio capitis,

622 Montopoli, quod Sabinorum eſt oppidum, puerulus, varis toto corpore erumpentibus, lac amplius ſugere non poterat, quamobrem morbo ſæviente jam jam moriturus credebatur. Huic mater Philippi capillos applicat, ac ſtatim convaleſcit: iis porro ſublatis in priſtinum ſtatum recidit, iterumque appoſitis ad ſanitatem reducitur. Idem prorſus accidit Camillo de Amatis, puero ex graviſſima febri ad mortem ægrotanti. Hortenſia quoque Lellia continuâ febri & ſtomacho valde laborabat; iisdemque capillis ſibimet collo ſuſpenſis, extemplo ſanata eſt. Hæc porro cum veniſſet deinde ad Liviam quamdam, de cujus ſalute medici jam deſperaverant; eique narraſſet, quod in ſe experta eſſet; magna cum fiducia capillos ipſos ſtomacho illius impoſuit; cunctisque obſtupentibus, ſtatim ſanitati reſtitutam conſpexit. Multa præterea, ac prope innumerabilia, per hos ſacros capillos divinitus patrata ſunt: quamobrem Clemens VIII Pont. Max. paulo poſt beati Patris mortem ex iis aliquot petiit, atque à Cardinali Baronio acceptos pie ac religioſe ſervavit. Alii quoque complures, qui religionis cauſa eoſdem ſecum deferre conſueverant, à multis dæmonum tentationibus, atque à nocturnis præſertim illuſionibus ſe liberatos eſſe teſtantur.

pueri duo graviter ægri,

& mulieres duæ.

623 Stephanus Calcinardus, antea memoratus, Auguſto menſe per Urbem cum ambularet, à femina quadam cive ſua per honeſtam cauſam evocatus, ab eadem deinde ad ſtuprum per ſummam petulantiam incitatur. Ille beati Patris capillos, & linteola aliquot ejus ſanguine imbuta, è collo ſuſpenſa gerebat: cumque jam prope nefario operi acquieſceret; iiſdem ſacris Reliquiis, quaſi malleo pectus ſibi percuti ſenſit, & quodam ſpiritus deliquio occupatus, nihil propius factum, quam ut in terram prolaberetur; eodemque tempore, Philippum ipſum inclamantem audivit: Vide quid agas? faceſſe hinc: fuge peccatum. Qua re Stephanus ad ſe ſtatim rediit, abſceſſit, & peccandi periculum feliciter evaſit. Hic ipſe paulo ante, cum propter ſtomachi reſolutionem, magnum in cibis ſumendis faſtidium, atque adeo horrorem pateretur; & deficientibus corporis viribus, oſſibus vix hæreret; appoſitis ſtomacho iiſdem Reliquiis, confeſtim, & ciborum appetentiam, & vires recepit. Claudius Rangonius, Epiſcopus Placentinus, continua & periculoſa febri vexatus, cum ab Julia Urſina Rangonia amita ſua has ipſas Reliquias holoſerico inſutas accepiſſet, ſimul ac collo ſuſpendit, ſanitati reſtituitur.

CAP. III. *Linteolum ſanguine Sancti tinctum præſervat à peccato,*

ſanat languorem ſtomachi,

febrim continuam.

624 Comitem Proſperum Bentivolum, vomica quædam in lingua tres menſes continuos cruciaverat, nec ulla medicorum arte aut dignoſci aut curari potuerat; quapropter acerbiſſimis doloribus preſſus, loqui jam aut ſorbere nequibat. Hæc inter Nannina de Nigris Urſina, ſocrus ejus, ex linteolo Philippi ſanguine conſperſo filà quædam extrahit, & in aquam infuſa ægrotanti præbet. Quo hauſtu, confeſtim dolor abiit: brevique horarum intervallo tam perfecte ſanatus eſt, ut biduo poſt Florentia Bononiam difficili itinere ſeſe contulerit. Joſeph Sermeius, quadrimus puer

vomicam in lingua,

A *peſtiferam febrim,* puer, peſtifera febri atque acutiſſimis doloribus tortus, triduo jam ſine cibo ſideratus exanimis jacebat; quamobrem de illo medici omnino deſperaverant. Interea mater ad Auguſtinum Mannum, noſtræ Congregationis Presbyterum, mittit, rogatque aliquid ſacrarum Philippi Reliquiarum. Is vero linteolum, quo Vir ſanctus utebatur, ad eam miſit: quod illa acceptum pueruli pectori impoſuit, aitque; Hoc uno remedio, fili, convaleſcere potes. Nec dicto fides abfuit: ſiquidem paulo poſt oculos aperuit, & jam vegetus è lecto ſurrexit, cibum petiit, ac poſtridie mane cum aliis pueris ludere viſus eſt.

625 Aloyſia de Nigris puella, ruri ſatis graviter ægrotabat: quamobrem cum ei hirudines adhiberentur, earum una ægræ inteſtina penetravit. Quo facto Nannina de Nigris, quam modo memoravimus, ejus mater conterrita, quid conſilii caperet, neſciebat; neque enim ibi medicorum copia ſuppetebat. Igitur ad Philippum confugit (quem domus ſuæ Patronum jam pridem agnoſcebat) pannique linei ejus ſanguine imbuti fruſtulum ex aqua bibendum filiæ præbet; quæ eodem temporis momento & ſanguinem & hirudinem ejecit, magna cum omnium admiratione & plauſu. Florentiæ haud longe ab urbe ſacrarum Virginum cœnobium eſt, cui Brondono nomen inditum. Ibi Franciſca Maria Strozza, anginæ morbo tam graviter cruciabatur, ut nec glutire, nec vocem proferre poſſet. Itaque in ſumma rerum deſperatione, quæ in ejus curam incumbebant Moniales, linteoli ſanguine Philippi imbuti fruſtulum aqua benedicta infundunt, eamque ægrotæ bibendam præbent. Quo hauſtu ſtatim illi melius eſſe cœpit, ac breviſſimo temporis ſpatio ad priſtinam ſalutem reducta eſt. Quamquam autem antea, æſtu ac frigore ſæviente, quotannis eo morbo tentari ſolebat; ex ea tamen die nihil omnino perpeſſa eſt.

ejicit hirudinem ægræ corpus ingreſſam,

B *ſanat etiam anginam,*

626 Hæc eadem multo poſt tempore ex febri atque apoſtemate tam periculoſe ægrotabat, ut de illius ſalute nihil ſpei relinqueretur. Igitur præteriti beneficii memor, eodem pharmaco ſibimet mederi decrevit; hauſtaque aqua, cui ſacras Reliquias infuderat, dixit; Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Mox placide quievit: &, pure ejecto, dolor omnis evanuit. Maria Magdalena de Tempis, ex eodem monaſterio, annum agens nonum ſupra ſexageſimum, ex edito quodam loco præceps ruit, atque ad parietem caput alliſit: quamobrem ſociarum manibus in cellam delata, cum ſanguis erumperet, nec ullis remediis inhiberi poſſet, denique ſacro Viatico refecta ad vitæ finem properabat. Cum Octavia Strozza, quas modo diximus, Reliquias ejus capiti ſuppoſuit: mox oratione peracta, eaſdem manu tenens, illam Cruce ſignavit: atque illico conſtitit ſanguis, & ſanitati reddita eſt.

apoſtema periculoſum,

C *colliſionem capitis,*

627 Hortenſia Anella, Romæ in monaſterio S. Cæciliæ, ſuborto in mammis ulcere graviter affecta, per plures menſes rem ſilentio texit, ne forte propterea Moniales eam faſtidirent ac devitarent. Gliſcente autem indies morbo, cum id Confeſſario ſuo aperuiſſet, ab eoque admonita eſſet, ut accerſito medico demum curationem admitteret; obſiſtente pudore adduci ad id numquam potuit. Itaque Confeſſarius miſeratione commotus, prædicti linteoli fruſtulum ei præbuit, & ut affecto pectori adhiberet, admonuit. Paruit illa, & nocte ipſa beatum Patrem per quietem vidit, audivitque ſibi dicentem; Ne dubita, nihil tibi eveniet mali: ſequere bonitatem. Igitur mane experrecta ſanam ac liberam ſe eſſe conſpexit. Puella quædam trima, Joannis Baptiſtæ Simoncelli filia, variis obſeſſa, in vitæ diſcrimen venerat. Huic Angelus Vellius has ipſas Reliquias collo ſuſpendit, aitque, Confide, filia, ſanaberis. Nec inania fuere verba: cum enim medicus ſuperveniſſet, diſcuſſa febri protinus ſaluti redditam ſenſit. Rogata deinde ut valeret; Hoc me, inquit, Pater ille amuleto, atque hoc ſanguine ſanam fecit.

mamillam ulceroſam,

A. HIERO. BARNABITA EX MS. *ægram et variis,*

628 Eugenia Manſueta, ex Colle-Scipionis, periculoſa febri laborabat, quapropter à medico admonita eſt ut eccleſiaſticis Sacramentis quamprimum ſeſe muniret. Quo audito illa, ſtatim quod Religioſe cuſtodiebat linteolum, Philippi ſanguine infuſum, afferri ad ſe juſſit, atque aqua merſit: mox aquam ipſam hauſit, atque extemplo convaluit. Hujus porro feminæ tanta erat in Philippo fiducia, ut quoties morbo aliquo impeteretur, toties aliquid ex beati Viri Reliquiis aſſumeret, atque efficaciſſimam ſibimet medicinam experiretur. Flo- *ſideratum brachium,*

periculoſam febrim,

E rentiæ, in monaſterio S. Petri Martyris, Maria Victoria Trevia ſacra Virgo, & Philippi ſororis filia, ex deſtillatione quadam ſideratum brachium ſiniſtrum habebat: quamobrem annum ipſum beati Patris opem aſſiduis precibus imploravit. Denique cum vehemens dolor urgeret, ante illius effigiem ſeſe proſternens, Mi avuncule, inquit, quandoquidem aliis tam multa quotidie tribuis, hoc mihi quoque beneficium impertire: neque enim tibi ſanguine aliena ſum. His dictis linteolum Philippi ſanguine tinctum accepit, affectumque brachium ſæpius Cruce ſignavit: quo quidem contactu ſtatim dolor abſceſſit, omnibusque Monialibus admiratione defixis, priſtinam ſanitatem recuperavit.

CAP. IV. *Precatorium ejus globulorum tactu ſanatur febris,*

629 Anno poſtquam Philippus in cælum migraverat, Barbara Contina Romana, aſſiduâ & periculoſa febri laborabat. Huic mater precatoriam Coronam, qua beatus Pater uſus fuerat, recitandam præbuit: ad eumque contactum ſtatim febris abſceſſit, & poſtero die perfecte convaluit. Mater ipſa deinde, ex fluxione quadam in crura erumpente, octo jam menſes quindecim ulceribus cruciabatur, unoque præſertim grandiore & vere Chironio, cujus ex ore tibia ipſa perſpiciebatur. Itaque cum medici, ingraveſcenti quotidie morbo nullam reperiri poſſe medicinam libere pronuntiarent; dolens atque ejulans miſera, ad Phi- *& crus ejus ulceratum,*

E lippi auxilium confugit; eumque humillimis precibus rogavit, ut quemadmodum antea filiæ ſuæ, ita ſibi quoque ſanitatem à Domino impetraret: ſi voti compos fieret, duo crura argentea ſeſe ad illius ſepulcrum allaturam. His dictis eâdem, modo quam diximus, precatoriâ Coronâ ter aut quater ulceroſa crura tetigit; mox lecto ſeſe compoſuit, ac placidiſſime quievit, quod quidem octo ipſis menſibus facere nequiverat. Poſtero autem mane, pittaciis ſubmotis, plagas omnes, obducta jam cicatrice, ſanatas invenit. Virginiam quoque Ruiſſiam, ardentem febri, ſimul ac precatoriâ Philippi Coronâ ejus avia tetigit, ſanam, atque incolumem conſpexit.

Reus pœnæ mox ante ſupplicium

630 Auguſtinus quidam morte damnatus, & poſtridie ad ſupplicium ducendus, nocte ipſa de more in ſacellum deductus, ac per ſummam caritatem à viris piiſſimis rogatus, ut delictorum ſuorum veniam à Deo per pœnitentiam expoſceret, ac proximam profectionem pararet; mali dæmonis inſtinctu actus in rabiem, nihil aliud reſpondebat, niſi velle ſe, cum ante ædes Præfecti Urbis tranſiret, publice illum injuriarum accuſare, atque in divinum judicium vocare. Cumque tota in nocte fruſtra ab omnibus deſudatum eſſet, ut

A. HIERO. BARNABEO EX MS. *adducitur ad pœnitentiam,*

hominem ab ejuſmodi ſententia averterent; denique Montes Zazzara precatoriam Philippi Coronam, quam ſecum ferebat, accepit: & ad eum converſus; Quæſo te, inquit, Frater, Coronam hanc recita in honorem Viri illius ſancti, qui ea uſus eſt, ut nimirum tibi à Deo pœnitentiæ ſpiritum veramque cordis contritionem obtineat. Ille accepta Corona, Viri illius ſancti nomen expoſcit: cumque Philippum eum eſſe audiſſet, divino ſpiritu tactus in genua procumbit: & recitationem aggreſſus, vim lacrymarum profundit, omnemque ab ſe tentationem depulſam eſſe teſtatur. Itaque expiata per humilem Confeſſionem conſcientia, Euchariſtiæ myſterium devotiſſime obivit; atque in eadem ſpiritus compunctione perſeverans, in ipſo ſupplicii loco omnium orationibus ſeſe commendans, magna cum ſpe ſalutis æternæ exceſſit è vita.

curatur putrida febri

631 Franciſca, adoleſcentula Tiburtina, in putridam febrim cum incidiſſet, inciſa vena, pro ſanguine ſaniem mittebat: quapropter de illius ſalute omnes deſperaverant. Cum autem allatam ad ſe Philippi Coronam accepiſſet, ejuſque auxilium imploraſſet, quem olim à Confeſſionibus habuerat; ſequenti die depulſa febri ſanitatem recuperavit. Ibat

B

aliquando Tiberius Aſtallus per agrum Tiburtinum, cumque tumultuantem turbam proſpiceret, eo ſtatim immittit equum: videtque miſeram quamdam, à malignis ſpiritibus obſeſſam, quæ veluti altiſſimis radicibus humi defixa, multis licet obnitentibus nulla vi loco dimoveri poterat. Tum vero Tiberius, equo deſiliens, ad illam accedit, & precatorios beati Patris globulos, quos apud ſe habebat, ei clam imponit. Qua re obſeſſa vehementer commota extemplo clamare cœpit; Ignem mihi injecerunt, Ignem mihi injecerunt. Nec diutius cunctata curſum arripuit, nulloque cogente eo ſeſe ipſamet contulit, quo fuerat deducenda.

& energumena domatur.

CAPUT XL.

Miracula ex biretis, pileolis, aliiſque reliquiis, & Vitæ lectione.

632 CAP. V *Bireto Sancti curantur dolores acuti*

NOvariæ Margarita Caccia acerbiſſimis doloribus torquebatur: cumque à Joanne Baptiſta Boniperto, qui ei erat à Confeſſionibus, Philippi biretum accepiſſet; ad illius contactum ſtatim ſanata eſt. Romæ, in monaſterio S. Cæciliæ, Hippolyta Cypriana, acutiſſimis laterum doloribus cruciata, cum febris quoque acceſſiſſet, ad mortem ægrotabat. Senſit hoc qui Monialium Confeſſionibus præerat; ſtatimque ad eam, quod apud ſe habebat, Philippi biretum tranſmiſit; ejuſque contactu illico febris & dolor omnis abſceſſit. Antonius

C

Fantinus, alibi ſæpe commemoratus, cum accepiſſet puerum quemdam in vicinia ſua, ex diuturna ægritudine, eo tandem deveniſſe, ut præter oſſa & pellem nulla præterea corporis parte conſtaret; deſumptum ex Philippi bireto fruſtulum, parentibus ejus tradidit: quod pueri collo ſuſpenſum, ſtatim illi ſanitatem reſtituit. Idem hic Fantinus nobili cuidam viro, ex familia Cardinalis Tauruſii, dum febri vehementer ardebat; ejuſdem bireti fruſtulum dedit, eaque dumtaxat medicina confeſtim integram valetudinem æger recepit.

puer exanclatus,

& gravis febris;

juvatur parturiens,

633 Neapoli Victoria, Antonii Sclavi nobilis medici filia, partus doloribus vehementiſſime torquebatur, nec longe à mortis periculo aberat. Huic Bartholomæus de Curtis ejus propinquus Philippi biretum mittit: ad cujus contactum, non ſine omnium admiratione, extemplo fœtum emiſit. Nec prætereundum hoc loco exiſtimamus, quod eidem Victoriæ olim adoleſcentulæ uſuvenerat. Duabus enim horrendis fiſtulis vexabatur, quarum altera manui, altera collo inhærebat; eaque adeo illi cervicem inflexerat, ut mentum pectori infixum haberet. Quamquam autem pater omnia prope remedia in ea curanda expertus fuerat, nihil tamen omnino proficere potuit: itaque in ſumma rerum deſperatione idem, quem modo memoravimus, Bartholomæus de Curtis, flores quoſdam, Philippi ſacro cadaveri jam ſuperfuſos, ad eam mittit: quibus aqua infuſis mulier ſibimet ulcera lavit, atque hoc uno medicamento paucos poſt dies ſanam ac liberam ſe eſſe conſpexit. Iſabella Miramma, Joannis Antonii Lemmari uxor, itidem Neapoli ex partus difficultate ſummiſque doloribus ad ultimum vitæ diſcrimen adduci conſueverat: cum autem ad illam, appropinquante jam partu, Neapolitanæ Congregationis Patres Philippi biretum miſiſſent; ad ejus contactum, ſtatim fœtum feliciter edidit: atque ad beneficii memoriam recolendam, puero Philippi nomen inditum eſt.

D

antea à duabus fiſtulis curata;

item alia puerpera.

634 Hieronymus Cardinalis Pamphilius, olim Romanæ Rotæ Auditorem agens, graviſſimo capitis dolore premebatur, ut mente prope alienatus videretur: itaque Philippi pileolum capiti imponit, eodemque temporis momento dolorem penitus à ſe depellit. Hoc ipſum prorſus accidit Jacobo Abbati Creſcentio, ex doloribus ſtomachi graviter ægrotanti. Pompeius Paterius, Congregationis Presbyter, pernicioſa febri atque acutiſſimo capitis dolore vexatus, à medicis omnibus deſperabatur: cum extemplo beati Patris pileolum ſumit, imploratoque ejus auxilio ſuomet capiti imponit. Nec fruſtra: eadem quippe hora melius habere cœpit. Quamobrem ſupervenientes medici, non ſine ingenti admiratione, extra omne periculum eum eſſe comperiunt, & quamprimum convaliturum affirmant: quod & re ipſa oſtenſum eſt.

CAP. VI *Pileolo pellitur dolor capitis*

E

& ſtomachi,

635 Faventiæ Antonius Severolus puer, ex diſtillatione quadam adeo deformatus eſt, ut jam de facie minime agnoſceretur. Quamquam autem, adhibitis remediis, non nihil ſe morbus remittere videretur; nova tamen fluxione erumpente, ad ultimum adductus eſt: quare Vincentius ejus pater mœrens ac dolens, ad monaſterium S. Cæciliæ pergit, atque ejuſdem loci Monialibus filii ſalutem commendat. Hic vero ex iis una, ejus ſoror, Philippi pileolum, qui ibidem devote cuſtodiebatur, illi offert. Is tamen ut Viri egregiam ſanctitatem jamdiu perſpectam habebat, id ſane ſibi gratiſſimum eſſe dixit,

F

ſed ad ſacras Reliquias pie ac religioſe accipiendas parare ſe velle. Igitur poſtridie mane, conſcientia per Confeſſionem deterſa, ad monaſterium perrexit, pileolum accepit, domumque reverſus veſperi ægroto impoſuit; mane ad Moniales rediit, lætuſque dixit, Filius meus jam ſanus eſt.

facies catarrhis deformata,

636 Septimiæ Neriæ, decennis puellæ, per ſummam imprudentiam Olympia ſoror, ferrea folliculi fiſtula ignita, ſiniſtrum oculum graviter percuſſerat; eoque ſtatim intumeſcente, atque intolerabiles dolores movente, jacebat miſera & toto corpore contremiſcebat. Quo ſpectaculo mater vehementer commota, aquam roſaceam cum ovi albumine oculo impoſuit, nec tamen quidquam profecit. Itaque cum ingraveſceret dolor, ablatis medicamentis, Philippi pileolum aliaſque ejuſdem Reliquias eidem oculo impoſuit; atque ante ipſius effigiem ſeſe proſternens, humiliter vovit; ſiquidem filia viſum non amitteret, argenteos oculos ad beati Patris ſepulcrum ſeſe allaturam. Res mira! Eodem temporis momento dolor ac tumor omnis evanuit: mox placide quievit puella, & poſtero mane ſalva atque incolumis apparuit. Quin etiam à pluribus obſervatum

oculus graviter læſus,

eſt,

A

dolor capitis.

est, hunc ipsum oculum altero longe clariorem & pulcriorem evasisse.

637 Bononiæ Lucia, uxor Geminiani de Vecchis, gravissimo capitis dolore totum jam decennium detinebatur. Quadam autem die cum vehementius solito torqueretur, hortante filia, Philippi pileolum, quem Lucretia de Cithara religiose servabat, accepit: isque capiti impositus, confestim illi dolorem atque molestiam omnē absterſit. Theodosia quædam, Monialis in prædicto Faventino cœnobio, ex continuo gravique aurium tinnitu surditatem contraxerat, cui toto ferme biennio remedium inveniri non potuit. Itaque Seraphina Rondinina, ibidem Monialis, pileolum, quo de supra meminimus, magna cum fiducia ejus capiti imposuit; statimque sibilus ille ac tinnitus evanuit, nec deinde amplius aurium vitio laboravit.

tinnitus aurium.

CAP. IV *Lecta Sancti Vita*

648 Non solum autem quas ante retulimus Philippi Reliquias admirabilem quamdam virtutem ex eo traxisse compertum est, sed ipsa quoque rerum ab illo gestarū lectione multa divinitus facta narrantur. Vincentius Valesius Sacerdos, I. V. D. viginti continuas horas diabolica tentatione tam graviter vexatus est, ut excitatas phantasias improbasque cogitationes à se depellere nullo modo posset, quin vel inter sacrificandum sese importune objicerent. Interea legenda ei traditur Philippi Vita, videtque ibi præsertim quemadmodum Stehanus Calcinardus à peccandi periculo liberatus sit. Quo quidem exemplo & ipse in Philippum spem erigens; Mihi vero, ait, sanctus Pater. Necdum ea verba compleverat, cum importunas illas cogitationes evanuisse sensit. Itaque tam præclaro beneficio provocatus, voto sese adstrinxit, quoties in Vallicellanum templum veniret, toties ad beati Patris sepulcrum orationem Dominicam ac salutationem Angelicam se quinquies recitaturum: votivā quoque tabulam ibidem appendit, cui hæc adscripta leguntur. Anno Domini MDCI, dum viginti horis Angelus satanæ me colaphizat, licet pluries Dominum rogaverim, ut à me recederet, non obtinui: sed dum beati Philippi Vitæ & Miraculorum librum perlego, & ad illud Stephani de anno Domini MDXCV devenio, implorato ejusdem Beati auxilio statim recessit.

B

cogitationes impuræ auferuntur,

sanatur continua febris,

638 Alexandro de Benedictis, medico Aquilano, ex continua febri gravissimoque capitis dolore ægrotanti, quidam Philippi Vitam legebat; idque præsertim inter legendum occurrit, quo quidam colicis doloribus agitatus repente sanatus esse narratur. Tum vero Alexander, fiduciæ plenus, beati Patris auxilium supplex rogat, atque illico sanitati restituitur. Thomas Grisonius Florentinus J. V. D. sexagenario major, autumno ineunte ventris proluvie torminibusque, & febre tam graviter laborabat, ut morti jam proximum sese existimaret. Cum autem Philippi res gestas paulo ante legisset, quasdam ejus Reliquias multa cum fiducia accepit, atque affecto corpori admovit, hæc sæpius repetens: Maria mater Jesu, tuque beate Philippe, mihi quæso adeste. Atque illico cum dolore pariter febris absceſſit.

C

& diarræa,

corrigitur cum redulitas,

699 Natalis Rondininus, Pauli Æmilii Cardinalis Rondinini avus, Philippi Vitæ librum evolvebat; cumque inibi præsertim legisset, quemadmodum Dei servus, noctu pauperibus panem deferens, in altam foveam delapsus, ab Angelo mirabiliter ereptus fuerat; quemadmodum etiam Clementem VIII Pont. Max. chiragræ doloribus solo contactu liberaverat; in fide nonnihil hæsitans, an facta dictis exæquarentur, secum ipse reputabat. Ecce autem nocte ipsa per quietem Philippus, candida veste amictus, ei sese offert; ejusque incredulitatem & cordis duritiem increpat. Quo viso, ille experrectus ac perterritus, temeritatem suam dolenter accusans, Sanctos omnes deinde studiosissime colere atque observare constituit. Quamobrē cum de sanctis Viris eorumve factis sermo incidebat, statim illud de trivio usurpabat: Ludito cum servis, Sanctos reverenter habeto.

A. HIERO BARNABEO EX MS.

And. Sanctajus variè juvatur.

640 Andreas du Saussay, Episcopus & Comes Tullensis, peculiari erga sanctum Philippum pietatis affectu præditus, hoc sibi solenne constituerat, ut mane ac vesperi quotidie aliquid de illius gestis lectitaret; ex quo plurimum sibi compendii eveniſſe testatur. Ego, inquit, ex quo morem mihi institui, quotidie mane & sero aliquā vitæ ejus lectionē inire, nonnulla solatia & subsidia hoc ex usu percepi. Porro cum de tanto Præsule mentionem fecerimus, non omittemus dicere, ab ipsomet sancti Philippi vitam in epitomen contractam, atque ejus canonizationis Bullam didacticis notis selectisque observationibus illustratam: ut plane mirabile fuerit, quod omnium gentium litteris atque linguis (ut cum Hieronymo loquar) Philippi vita laudetur. Nam ex Hispanis idipsum patrio idiomate præstitit spectabilis Antistes Ludovicus de Cresspi & Borja. Is ex Congregatione Oratorii, Valentiæ pridem erecta, ad Oriolensem primum, mox ad Placentinum Episcopatum assumptus, cum vitæ probitate ac doctrinæ præstantia excelleret, ad Alexandrum VII pro causa Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis Orator extraordinarius, ut vocant, directus; cum ad Ecclesiam suam re feliciter expleta rediret, morbo in itinere correptus, piissime excessit è vita; atque in hora exitus ejus sanctorum Angelorum concentus auditos, litteræ ad nos transmissæ testantur. His etiam addendus Heribertus Rosweidus, eruditissimus Societatis Jesu Theologus, qui, ut habet Alegambe in Syllabo scriptorum Societatis, in Belgicam linguam Philippi Vitam transtulit; atque alii quamplurimi, qui vario diversoque idiomate de illius gestis scripsere.

hic Vitam contraxit in epitomen.

B

est; etiam Hispanice & Belgice reddita.

eamdem vehementer laudat Doctor Parisiensis Faber.

641 Quid autem per illos ipsos dies, quibus primum sancti Patris Vita emanavit, Nicolao Fabro, summæ inter Parisienses eruditionis Rhetori acciderit, ipsemet datis ad Baronium litteris fatetur his verbis. Ex ea, inquit, gratiarum actione, quam ad sanctissimæ recordationis Philippum Nerium octavo tuo Annali præfixisti, etsi de illo eam concepissem opinionem, quam de viro magno & solide pio habere par est; nostri tamen ævi hominem (parcat quæso divina illa mens) mihi finxeram; magnificas vero illas laudes, quas ei tribuis, ex amoris abundantia in majus auctas, in eo quem parentis loco habueras (quod etiam cum laude fit à gratis in datores animis) credideram. Verum acceptam ejus ex proximis nundinis Vitam, non solum innumeris omnis generis exercitiis pietatis plenam, sed etiam signorum prodigiorumq; exhibitionibus refertam legenti, idem ex parte evenit (nam cur non omnino, vah misero! cor durum & impœnitens impedimento fuit) quod Divus Augustinus sibi, Potitianum vitam beati Antonii narrantē auscultanti, accidisse scriptum reliquit. Obstupui, inquam, audiens tam recenti memoria & nostris temporibus testatissima mirabilia Dei, in recta fide & Catholica Ecclesia. O te felicem & favens Dei numen nactum! cui hoc corruptissimo seculo viri, vel Apostolicis temporibus magni, præceptis atque exemplis efformari, assiduis quotidianisque colloquiis & exhortationibus contineri, & tot virtutum, quas per eum operatus est Dominus, testis atque etiam pars esse contigit. A quo quid nisi excellens & cum cura dicendum proficisci potuit? Hæc Faber. Ut non immerito proinde paucos ante annos Joseph Crispinus Franci, Cardinalis Caraccioli Neapolitani Archiepiscopi à secretis, egregium excogitaverit

a. HIERO. BARNABEO EX MS.

taverit opus, cui titulum fecit, Schola S. Philippi: in quo, ad omnes homines ad veram pietatem informandos, è Philippi Sociorumque ejus geſtis ac dictis, lectiones ac monita hauriri luculenter demonſtrat.

CAP. VII.

642 Philippus, Neri de Nigris filius, acutiſſimo dentium dolore diu noctuque cruciatus, beati Patris Reliquiis maxillæ impoſitis, extemplo ſanatus eſt. Cæſar Marerius podagra ac febri graviter laborabat. Ad hunc cum veniſſet ſoror ejus, ſuſpenſo veſtigio adrepens, pulvino ſenſim ſe admovit, & Philippi ſoleam pedi illius appoſuit. Tum ægrotus ſtatim ſomno correptus eſt, deinde experrectus ſeſe omnino convaluiſſe cognovit, ex eaque die numquam ejuſmodi morbo tentatus eſt. Quidam etiam ejuſdem familiæ, ſubita animi defectione toto corpore contremiſcens, adhibitis iiſdem Reliquiis, ad ſe ſtatim rediit, nec deinde amplius tale quidquam perpeſſus eſt. Claudius Nerus Romanus, ex altero genu renibuſque duos jam menſes laborabat; eoque jam dolor increverat, ut magna cum voce dies noctesque exclamare cogeretur. Igitur, tentatis fruſtra remediis, Philippi pileolum, aliaſque beati Patris Reliquias affecto corpori admovit, ejuſque auxilium ſupplex rogavit: necdum preces abſolverat, cum ſe doloribus ſolutum repente intellexit. Carolus à Caſtro Romanus chiragra vehementiſſime cruciabatur. Ad hunc cum veniſſet P. Angelus Vellius, qui ei erat à Confeſſionibus, poſt expurgatam Conſcientiam, Philippi Reliquias ægri manibus apponit, aitque; Confide fili. Mirum dictu! Eodem temporis momento dolor omnis evanuit.

Solea Philippi admota curatur podagra,

& deliquiũ.

pileolo dolor genu & renum;

B

aliis Reliquiis chiragra,

643 Joannes Baptiſta de Comitibus Interamnenſis, peſtifera febri correptus, erumpentibus papulis, & ſacro igne per totum corpus vagante, eo devenerat, ut ut ejus aſpectum omnes horreſcerent, ac medici nihil hujuſmodi ſeſe unquam vidiſſe affirmarent: quamobrem de illius ſalute omnino deſperabant, cum præſertim quaſta poſtquam decubuerat die deliratio ſecuta eſſet, undecima vero viſum etiam amiſiſſet. Interea nonnulli ex noſtris viſendi gratia ad illum veniunt, eoque rogante beati Patris Reliquias deferunt, ſcilicet induſii fruſtulum, chartacea ipſius Philippi imagine obvolutum. Quod ille pie ac reverenter acceptum, cordi ſtatim admovit; & ſubita quadam lætitia perfuſus, excitari viſus eſt. Mox ceciderunt ex oculis ejus tamquam ſquamæ, & viſum mentemque recepit; denique cœnatus placidiſſime obdormivit. Ecce autem in ſomnis Vir ſanctus, amictus lumine, ei ſeſe offert; elataque dextera benedicit, aitque; Ne dubita, fili, nihil tibi erit mali: his dictis evanuit. Æger vero, poſt gratias peractas, votivam tabulam ad ejus ſepulcrum ſe delaturum promiſit. Poſtridie ſomno experrectus, ſe omnino convaluiſſe miratur: itaque quod in ſomnis conceperat, libens confirmat atque perſolvit.

peſtilens febris,

cum delirio & cæcitate,

C

644 Tuderti in Umbria Bartholomæus Lazzarolus, ex cubiti ſiniſtri tumore ac dolore diu cruciatus, cum nullo unquam remedio ſublevari potuiſſet; ex Philippi ſubucula defectam particulam cubito impoſuit: eademque hora dolor ac tumor ille ſe remiſit, uſumque brachii recepit. Euangeliſta Mariottus, Canonicus Viterbienſis, ex peſtifera febri graviſſimiſque doloribus ad extremum diſcrimen adductus; fruſtulo femoralium beati Patris adhibito, hauſtaque aqua cui illud fuerat infuſum, ſtatim ſanitatem obtinuit. Proſper Lutius Spoletinus, ex putrida febri & ſanguinis ejectione, ad mortem ægrotabat: cui ſoror acceptum ex quodam ejus urbis monaſterio Philippi calceum lineum, magna cum fiducia impoſuit: atque illico eum febris reliquit. Ibidem Thecla Lipantina, febri atque acutiſſimis doloribus cum torqueretur, hoc eodem remedio repente ſanata eſt. Hujus ipſius deinde ſororis nepos, cui Senſio Giulio nomen erat, letali febre cum vexaretur, iiſdem Reliquiis à matre ſuper eum impoſitis, diſcuſſa febri ſtatim è lecto liber exiliit.

tumor brachii,

febris peſtilens,

D

645 Joannes Baptiſta Felicius Sacerdos, acerbiſſimo dentium dolore cruciatus, Philippi linteolo ad os admoto, confeſtim liberatur. Annibal Gerionus Tiburtinus, biennis puer, morbo poſt dies quindecim, tentatis fruſtra remediis, eo denique redactus erat, ut calore ac ſenſu deficiente, nihil jam vivi hominis ſupereſſet. Itaque ad vitam explorandam ardenti facula, ut aſſolet, ad os ejus admota, cum per horæ quadrantem nec palpitare quidem, aut ſpiritum ducere viſus eſſet, tamquam mortuus ab omnibus plorabatur, & jam funeri neceſſaria parabantur. Supervenit interea pia quædam mulier, quæ parentum lacrymis ac dolore commota, eoſdem hortatur, ut votum B. Philippo voveant, ejuſque Reliquias puero imponant, magna videlicet & mirabilia conſpecturi. Nec verbis fides abfuit: vixdum enim pater ſacras Reliquias pueri collo ſuſpenderat, cum ille ſtatim oculos aperuit, quos biduo jam clauſos tenebat; ſumptoque cibo, quem antea omnino reſpuebat, poſt diem ſequentem ſanus ac liber è lecto ſurrexit. Hunc deinde in ſinu matris cum vidiſſet medicus, qui in ejus curationem incubuerat, infantis nomen rogavit: cui mater Annibalem appellari eum dixit. At ille; Poſthac veriori, inquit, nomine, Reſuſcitatum vocate.

dolor dentis

puer moribundus,

E

646 Franciſca quædam Viterbii textoriam faciens, filium peperit, qui præter omnem conſuetudinem ex ea lac ſugere numquam voluit; nec rei familiaris anguſtia patiebatur, ut puer aliis alendus traderetur. Quare avia, miſeratione commota, ad ejuſmodi impedimentum amoliendum, neſcio quod remedium adhibere cogitabat: ſed quod ſuperſtitioni vicina res videbatur, inconſulto Pœnitentiario nihil agere decrevit. Is vero nequaquam ejuſmodi medicamento utendum eſſe dixit, ſed ſacras quaſdam Philippi Reliquias ei præbuit, aitque; Confide, & mira videbis. Abit illa, acceptaſque Reliquias filiæ collo ſuſpendit: quæ deinde placide obdormivit. Per quietem autem præclara & eximia ſpecie mulier ei ſeſe offerens; Surge, inquit, Lacta filium tuum. At illa extemplo, ſuis licet contradicentibus, ſurgit, aſſumptoque puerulo lac præbet: qui ex ea die matris ubera uſque adeo non refugit, ut alteram quoque mamillam, cui papilla deerat, admotis avide labris apprehenderit: quæ quidem pia mater Philippo, apud Deiparam intercedenti, accepta retulit. Hæc ipſa deinde diuturno morbo vexata, cum paupertate graviter premeretur; præteriti memor, aſſumptis iiſdem Reliquiis, defixiſque in cælum oculis; O, inquit, Beate Philippe, quemadmodum ut filius meus ex me lac ſugeret effeciſti, ita me quoque ſanitati reſtitue. Eodemque temporis momento valetudinem recuperavit.

mulier filiũ lactare non valens:

F

& graviter ægra:

647 His porro Reliquiis Joannes Laurentius Maſſinus, Viterbienſis, Cathedralis eccleſiæ Canonicus ac Pœnitentiarius, Juliam quamdam Biturgienſem, quæ Monialibus S. Mariæ de Pace in eadem urbe præerat, ſanitati divinitus reſtitutam eſſe teſtatur. Cum enim acutiſſimis laterum doloribus diu noctuque cruciaretur, defectum è Philippi femoralibus fruſtulum aqua infudit, eaque hauſta confeſtim dolor abſceſſit, nec deinde amplius ad eam rediit. Nobilis quædam femina iſchiacis doloribus diu jam cruciabatur. Ad hanc Julia Urſina Rangona pulvinar, quo beatus Pater uſus fuerat, mittit; quod illa pie ac devote oſculata, ab omni ſtatim dolore liberatur.

dolor lateris

& renum.

A *febris cum dolore capitis,*

ratur. Iſabella Priora, Nobilis Vicentina, ex febre & capitis dolore tam graviter laborabat, ut quietem omnino invenire non poſſet: ad hæc cum alienatio mentis ſequeretur, de illius ſalute medici valde dubitabant. Nocte autem quadam cum vehementius ſolito torqueretur, Federicus Marerius ejus filius ſacras Philippi Reliquias ſuper illam imponit: ad earumque contactum placidiſſimo ſomno correpta, poſtridie mane, maxima cum omnium admiratione, optimæ valetudini reſtituitur.

gravis rheuma,

648 Bernabæi Saneſii uxorem diſtillatio gravis oppreſſerat, nullumque huic malo remedium inveniebatur. Cum autem vir ejus ex amico audiſſet, quemadmodum puella quædam fruſtulo veſtis B. Philippi repente ſanata eſſet; idipſum remedium affecto uxoris collo applicuit, ejuſque contactu ſtatim morbus evanuit. Firmi in Piceno Septimia Ottonia Brancadora, nobilis femina, inſanabili febre correpta, quo curabatur diligentius, hoc ei deterius erat: quapropter medici de illius ſalute ſpem abjecerant. Interea ex domeſticis quidam, orantibus ceteris, Philippi collare lineum illi imponit, atque extemplo febris abſcedit. Carleone Siciliæ Oppido, Angela, Philippi Naſciæ uxor, quinque partus mortuos ex ordine, non ſine ingenti diſcrimine, enixa erat: ſexto autem jam appropinquante, cum & ipſa & obſtetrix, longo experimento edoctæ, hunc quoque mortuum certo exiſtimarent; ad Philippi opem confugit, & nonnihil ſacrarum ejus Reliquiarum aqua benedicta infuſum ebibit: quo hauſtu ſtatim vivum fœtum edidit, eumque deinde feliciter educavit.

incurabilis febris,

fœtus qui mortuus credebatur:

B

aciculâ gluti tâ periclitans,

649 Florentiæ in monaſterio S. Joannis Euangeliſtæ, quo de ſupra memoratum eſt, Novitia quædam per imprudentiam cum pane aciculam deglutiit; eaque tranſverſim faucibus inhærente, incredibili dolore cruciabatur: qua re Moniales perterritæ, quid conſilii caperent, neſciebant. Cum autem Philippi auxilium ſæpe ſenſiſſent, ſacras ejus Reliquias aqua mergunt, eamque puellæ bibendam præbent: quo facto ſtatim illa aciculam evomit, omnique moleſtia liberatur. In monaſterio S. Petri Martyris ejuſdem Urbis, Monialis quædam ſupina cecidit, atque occipitium ſubjecto lapidi tam graviter impegit, ut prope exanimata fuerit. Igitur in cellam delata, accitiſque chirurgis, nec ſanguinis detractione, nec cucurbitulis aliiſque ejuſmodi remediis adhibitis, effici potuit ut ad ſe rediret: denique poſt duas horas è ſociis una, particulam ex Philippi veſte ſuper eam impoſuit, eodemque temporis momento ſpiritum ac ſanitatem recepit.

ex lapſu moritura,

C

capite dolens,

650 Maria Magdalena Laura, in Romano Monaſterio S. Luciæ in Silice, undecim ipſos menſes capitis dolore vexata, eo tandem devenerat, ut aſſiduas moleſtias diutius ferre non poſſet. Cum autem quædam ex eodem cœnobio linteam ſacram ſupellectilem Vallicellanæ eccleſiæ lavandam accepiſſet; linteum ex ea, quo Philippi altare coopertum fuerat, deſumpſit atque ad ægram detulit: quod illa affecto capiti advolvit, ſtatimque dolor abiit, nec deinde amplius eo tentari ſe ſenſit. Candelora quædam, Tuderti in Umbria, novem circiter menſes

febris continua.

continua febri vexata atque conſumpta, vix demum de facie agnoſcebatur. Cumque illi nulla unquam medicorum arte ſubveniri potuiſſet, denique fidei plena fruſtulum induſii, quo Philippus olim uſus fuerat, aqua infundit; eaque hauſta, confeſtim febrem ab ſe depellit. Demum Maria Paganella, alibi memorata, jurejurando affirmavit; quoties morbo ſe tentari ſenſiſſet, toties adhibitis Philippi Reliquiis ſe ſtatim ſanitatem recuperaſſe.

CAPUT XLI.

Miracula ex votis Philippo nuncupatis, atque apparitionibus ejus.

ANno ipſo quo Vir ſanctus in cælum abiit, 651
Flammetta Hannonia, vitæ innocentia inſignis virgo, fracto crure decem plus menſes graviter decumbebat: cumque acutiſſimis doloribus torqueretur, in eam mentem impelli ſe ſenſit, ut Deiparæ auxilium invocaret, & argenteam imaginem, ſiquidem valetudinem recuperaret, ad Philippi ſepulcrum ſeſe allaturam polliceretur. Vix dum illa votum conceperat, cum integræ ſanitati ſe redditam vidit, & votum læta perſolvit. Joannes Baptiſta Magnonus Cremonenſis, ex Presbyteris S. Hieronymi, ſuppurationibus quibuſdam ſurditatem contraxerat. Igitur quadam die in Vallicellanum templum cum veniſſet, & ad locum in quo ſermones habebantur propius acceſſiſſet, nec tamen quidquam ex iis quæ dicebantur audiret; dolens ac lugens ad Philippi ſacellum perrexit, rogavitque eum plurimum, ut audiendi ſenſum ſibi à Domino impetraret, quo ſaltem Dei verbum excipere poſſet: id ſi obtineret, Miſſæ ſacrificium in ejus honorem ſeſe oblaturum. Poſtero die à prandio, cum ab iiſdem Presbyteris ſpirituales quædam cantiunculæ canerentur, adaperiri ſibi extemplo aures, ex iiſque duas veluti glandes plumbeas evelli ſenſit. Tum vero ad ſocios Converſus; Scitote, inquit, auditum me recuperaſſe. Rogantibus autem illis, quo pacto id tam ſubito fieri potuiſſet? rem totam, ut ceciderat, retulit, lætuſque votum perſolvit.

CAP. 12 *Voto nuncupato ſanatur cruris fractum.*

ſurditas ex ſuppuratione.

E

652 Joannes Baptiſta Marſia Valentinus, ex Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis captivorum, Sac. Theol. Magiſter, ſeptuagenario major, Neapoli, ex deſtillatione ſanguiniſque profluvio toto biennio laboraverat: & cum omnia ferme remedia expertus eſſet, eo jam adductus erat, ut immutato prorſus aſpectu, oſſibus vix hæreret. Is igitur cum audiret multa & præclara à Philippo in urbe miracula fieri, toto mentis affectu ad eum confugit; atque in ſpem ſalutis erectus; O Beate Philippe, inquit, ſiquidem à Domino, te intercedente, ſalutem obtineo; ad tuum ſepulcrum me ſtatim aditurum, ibique votivam tabulam ſuſpenſurum, & rem divinam facturum promitto. Mox Romam ſcripſit ad ſocium ex eadem familia, ut ad altare Beati Philippi Miſſæ Sacrificium pro ſe celebraret: eodemque temporis momento, quo Sacrum ipſum peragebatur (ut ex litteris ab Urbe miſſis compertum eſt) ab omni moleſtia liberatur; adeo ut ea ipſa die, non ſine ingenti amicorum omnium admiratione, per urbem pedibus deambulaverit, nec deinde amplius pravis ejuſmodi affectionibus vexatus fuerit.

diſtillatio cum fluxu ſanguinis.

F

653 Illud autem hoc loco prætereundum non eſt, quod hic ipſe olim, cum apud Philippum conſcientiam expiaret, Confeſſione peracta, Vir ſanctus, antequam illum à peccatis abſolveret; Quæſo te, inquit, fili, ut peccata tua diligentius inquiras, jam jam enim ad te redibo. His dictis abiit Pater, ille autem anteactæ vitæ noxas ſecum retractans atque recogitans, ſeſe olim juvenem aliquid commiſiſſe meminit, quod per oblivionem deinde in ſacris Confeſſionibus prætermiſerat. Igitur Philippo ad ſe redeunti illud aperuit, cui Sanctus; Hoc profecto illud eſt, quod oblitus fueras; eumque abſolutum, tantoque facto obſtupeſcentem, ab ſe dimiſit. Didacus Ordognes Neapolitanus, difficili morbo implicitus, per plures menſes ex altero genu contractis nervis tam gravi-

in eo quem olim confitentem juverat:

contractio in genu.

graviter laborabat, ut acutiſſimos dolores diutius
R. HIERO. BARNABE EX MS. portare non poſſet. Itaque Philippi auxilium implorans, votivam tabulam, ſiquidem valetudinem recuperaret, ad ejus ſepulcrum ſeſe allaturum promiſit. Vix ea compleverat, cum placidus ſomnus illum complexus eſt; poſtridie vero expeditus ac liber, ad beati Parentis ſepulcrum pedibus ſe contulit, votumque perſolvit.

654 Hieronymus Tomaſius Medicus, & in Neapolitana Academia Philoſophiæ Profeſſor, acutiſſi-
peſtilens febris, ma febre laborabat, quam deinde mentis alienatio, exanthemata toto corpore erumpentia, vitalis ſpiritus defectio, aliaque hujuſmodi letalia ſymptomata ſecuta ſunt. Quamobrem medicis omnibus de ejus ſalute deſperantibus, ſacro Viatico munitus, ſanctoque Oleo perunctus eſt. Venit illi interea in mentem S. Philippus, ad eumque converſus; Rogo te, inquit, beate Pater, ut mihi à Domino, ſiquidem ita expediat, ſanitatem & ad peccata deflenda ſpatium aliquod obtineas; quod ſi impetravero, argenteam tabulam duarum librarum pondo ad tuum ſacellum ſuſpenſurum me voveo. His dictis, placidiſſime quievit: nocte autem intempeſta è ſomno exper-
B rectus, ſpiritum viresque ſibi rediiſſe ſenſit; explorataque vena febrem jam abiiſſe cognovit. Quapropter accitis domeſticis; Nolite, inquit, flere, quandoquidem mihi jam Dominus ſanitatem, beato Philippo intercedente, reſtituit. Nec vana fuere verba: medicis namque advenientibus revera morbum abſceſſiſſe compertum eſt. Idipſum ferme uſu venit
dolor capitis, Franciſco Odeſcalco itidē Neapolitano, qui febri atq; acutiſſimo capitis dolore vexatus, Philippo votum vix nuncupavit, cum ab omni moleſtia liber evaſit.

655 Octavianus Losfredus, & ipſe Neapolita-
ſtranguria, nus, ſtranguria male cruciabatur: cumque acerbiſſimos dolores ſuſtinere non poſſet, Philippi auxilium implorat: vovetque, recurrente ejus feſto, Pœnitentiæ atque Euchariſtiæ myſteria ſeſe obiturum, eo-
mutus puer, demque temporis momento ſanatus eſt. Bimulus puer ne mutire quidem poterat, nec ullum omnino loquelæ indicium præſeferebat. Quare dolens Pater ad Philippum confugit, eique imaginem argenteam vovit, ex eaque hora puerulus libere atque expedi-
& moribundus, te locutus eſt. Alius itidem puerulus, Alexandri Preſciati filius, ex morbo graviſſimo eo tandem adductus erat, ut jam defunctus crederetur; quapropter quæcumque funeri neceſſaria videbantur parata ſunt; & Chriſtophorus Roncallius, egregius ejus
C temporis pictor, accitus eſt, ut ejus vultum effingeret. At vero Roncallii ipſius germanus frater, ut puerum ejusque parentes plurimum diligebat; O inquit, beate Philippe, alios jam te intercedente à mortuis excitatos novi, quamobrem huic quoque ut à Domino vitam obtineas obſecro atque obteſtor: hoc ſi impetro, votivam tabulam ad tuum ſepulcrum appendo. His dictis confeſtim puer ad ſe rediit: poſtera autem die eodem ornatu, quo efferendus fuerat, ad ipſum Roncallium deducitur, magna cum omnium admiratione atque lætitia.

656 Maria Puritas Generotta, Deo ſacrata Virgo in Florentino cœnobio S. Petri Martyris, in pro-
ex lapſu collisa virgo: fundiſſimum foveam delapſa, alliſo ad acervum lapidum capite, fractaque altera mala, & dextero oculo propemodum effoſſo, viſum ſenſumq; omnem penitus amiſerat. Itaque ſupervenientes medici de illa jam actum eſſe affirmabant. At vero Cherubina Guccia, ex eodem monaſterio, ſociæ miſeratione commota, ad Philippum confugiens, pridie ejus feſti votivum jejunium decernit, dum illa ſanitati reſtituatur. Nec ſpes eam fefellit. Siquidem poſtero mane ad eam rediens, vegetam invenit; repoſitoque in ſuam ſedem oculo, clariſſime omnia perſpicien-
tem. Mariangelus Chelius Interamnenſis, de uxoris D
dote cum ſocero graviter altercatus, denique iracun-
diſcordia inter ſoceri & generum; ſopitur. dia ſuccenſus, uxorem ipſam domo ejecit: quare duæ ejus filiæ dolentes, ad Philippi ſepulcrum convolant; atque oratione peracta votivam tabulam, ſiquidem inter domeſticos pax fieret, ſeſe allaturas promittunt. Domum deinde redeuntes omnia pacata præter ſpem omnem reperiunt, patremq; ſuum cum ſocero & uxorem in gratiam rediiſſe. Multa præterea ac prope innumera beneficia ab aliis hac ipſa ratione obtenta ſunt, quæ quidem tot votivæ tabellæ, atque ex pretioſo metallo imagines, ad beati Viri ſepulcrum affixæ, teſtantur; nos jam alio properantes conſulto omittenda exiſtimavimus.

657 Duo menſes abierant ab illius exceſſu, cum
CAP. X. Druſilla, Antonii Fantini uxor, ex alto ſolario in
Apparente tertiū Sancto, impluvium præceps ruit; alliſoque ad ferrum capite inferius labrum trifariam fregit, dextero etiam oculo propemodum eruto, labentibusq; dentibus ſanguinis vim per os reddens, jam jam ſpiritum exhalatura videbatur. Igitur accurrentes nonnulli ſemimortuam in lectum depoſuerunt, ibique quindecim ferme dies ſine voce, ſine ſenſu jacuit, nec niſi coacta cibum ſumpſit. Ecce autem mane cum ſola eſſet, E
Philippum ſuppliciter invocat, quem diu à Confeſ-
ſanatur ex alto lapſa indeque cæca, ſionibus habuerat. Dumque orabat, gravi onere ſe premi, deinde quaſi linteolum quoddam in fauces immitti, mox indidem extrahi ſenſit. Atque extemplo, quem amiſerat, viſum recipiens, vidit beatum Patrem Sacerdotali habitu indutum, cæleſtique lumine circumfuſum, ac linteolum illud ſanguine adſperſum manu geſtantem: quo ſpectaculo repente recreata eſt, atque integræ valetudini reſtituta. Redit interea vir ejus, ingredientique cubiculum, ait Druſilla, Propitius ſit tibi Deus, cur quæſo ad me veniſti? te enim adveniente ſtatim abiit B. Philippus, qui hic adfuit, meque ſanitati reſtituit. At
& in genu ſecanda, quoniam ex eo lapſu dexterum quoque genu valde intumuerat, illudque medici ſecare decreverant; perterrita mulier, ut in poſterum diem rem differant ſuppliciter petit. Interea veſperi beatum Parentem quibus potuit precibus obſecravit, ut quod nuper cœperat pro ſua pietate perficeret, ſeque hoc etiam cruciatu liberaret. Ecce autem iterum, noctis ipſius ſilentio, ſeſe illi Vir ſanctus, eodem habitu, eademque luce amictus, oſtendit; ſolutiſque faſciis, affectum
ac ſummè debilis. genu manu tangit & ſanat. Tum vero illa virum inclamat; ſed eo ſurgente Philippus evanuit. Adfuit deinde chirurgus, tamque admirabili facto vehementer obſtupuit. Denique cum adhuc imbecillis ac F
debilis lecto detineretur, iterum Philippi auxilium implorat, iterumque Vir ſanctus ei ſeſe offert: cujus aſpectu recreata & confirmata, ipſo mane conſueta ad munia ſurrexit.

658 Sulpitia Sirleta, alibi memorata, diuturno morbo conſumpta, magnam ſanguinis copiam ex-
Simili apparitionis curatur ſanguinis vomitus, ſpuebat; & toto corpore contremiſcens, medicorum judicio deſperabatur. Primo igitur diluculo, toto cordis affectu Philippi opem imploranti, ecce tibi Vir ſanctus, pulcherrimo ac nitidiſſimo vultu, ſeſe oſtendit; & more ſuo; Stulta, ne dubita, inquit, nihil tibi erit mali. His dictis, ter ſigno Crucis eam munivit, ſtetitque ſanguis, & tremor omnis abſceſſit. Leonardus Rovellius Romanus, continua & pe-
febris peſtilens, ſtifera febri nephriticisque doloribus diu cruciatus, ex gravibus ſymptomatibus propediem moriturus à medicis credebatur. Itaque pridie ejus diei, quo Philippi annua ſolennitate gratulatur Eccleſia, magna cum fiducia ejus auxilium expoſcit. Prima luce beatum Parentem ſibi adeſſe videt: cujus aſpectu, vim lacrymarum profundens, mirifice recreatus eſt. Tum vero Sanctus, Pax tecum, inquit, fili. Res mira?

Ipſo

A Ipſo mane, febre ac dolore depulſo, ſurrexit, & ad Vallicellanum templum ſe conferens, ad Philippi ſepulcrum Miſſæ ſacrificio interfuit.

pleuritis, 659 Felix Sebaſtiana, cujus antea non ſemel mentionem fecimus, ex pleuritide ad mortem ægrotabat; cumque uterum ferret, nulla prope medicina ad eam ſublevandam adhiberi poterat. Igitur ſeptimo poſtquam decubuerat die, non nihil præcordiorum beati Patris habere ſe meminit, quorum minutiſſimam particulam ex juſculo ſumpſit: eodemque temporis momento ſopori ſe dedit, quod antea facere numquam potuerat. Deinde ſomnum inter atque vigiliam, nomine compellari ſe ſenſit: eaque voce experrecta, in alteram partem ſe convertit; viditq; Philippum, qui infantulum ſinu geſtans, Ne dubita, inquit, tui enim pueruli ego curam gero. Nec vana fuere verba: ipſa enim nocte rupto apoſtemate convaleſcere cœpit, nec ita multo poſt feliciter enixa eſt. Hæc eadem deinde partu alio appropinquante, pariĕdiq; pœnis minime ſufficiens, octo ipſos dies accerbiſſimis doloribus cruciata, cum primum Philippi ſepulchrũ adituram ſe vovit, continuo filium feliciter edidit, quem etiã ipſius Philippi nomine appellavit. Hieronyma Vaſcona, ſex menſes uterum geſtans, inſtante jam partu ſola cum eſſet (vir quippe ipſius ad obſtetricem vocandã abierat) Philippi auxilium implorat:

difficile puerperiũ:

B eodemq; puncto clariſſima quadã luce cubiculum illuſtrante, beatũ Virũ ſibi dicentem audivit, Ne dubita, tibi enim hic adſum. Et ſtatim, nullo adjuvante, mares duos peperit: quorum alter ſacro fonte renatus migravit in cælum, alter Philippi nomine appellatus poſt dies ſeptemdecim & ipſe ad Superos evolavit.

ſalvatur multis ictibus, 660 Vir quidam, cujus nomen conſulto reticetur, priusquam Philippus Beatorum numero adſcriptus eſſet, quotidie veſperi iturus cubitum hac præcatiuncula Philippũ invocare conſueverat; Sub tuum præſidium confugio, beate Philippe, meas deprecationes ne deſpicias, ſed à periculis cunctis libera me ſemper, Beate glorioſe & benedicte. Cui ſubjiciebat, Beate Philippe ora pro me. Is igitur prima nocte, cum ab amico rediret, tres armatos offendit: qui eum adorti, ſtrictiſque gladiis undique percutientes, demum proſternunt. At ille in tanto vitæ diſcrimine ad beatum Patrem confugiens, eamdem precatiunculam recitavit. Nec fruſtra. Illico enim Patronum ſuum, nube lucida amictum, adeſſe ſibi conſpexit. Necdum orationem expleverat, cum illuc à multis accurritur: quare conterriti adverſarii ſtatim fugam arripiunt. Is vero ad amicum ipſum ſe recipit:

ſine vulnere appetitus,

C & quamvis pallium, tunica, & thorax undequaque conſciſſa conſpicerentur, tamen ne uno quidem ictu induſium perforatum eſt. Id quod ille uni Philippo acceptum retulit, in cujus fidem atque tutelam quotidie ſe tradere conſueverat.

& ſanguinis fluxu moribunda: 662 Catharina Caſtalionia, ex febre ac ſanguinis profuſione graviſſime ægrotabat, ut de illius ſalute à medicis nihil jam ſpei relinqueretur. At mater, ut illam unice diligebat, hortatur Philippi auxilium imploret, eoque intercedente Deiparam præſto ſibi futuram confidat. His dictis Philippi effigiem ei porrexit, quam illa reverenter accepit, ſeque beato Parenti intime commendavit. Nocte autem ipſa ſomno experrecta, matrem inclamavit, aitque; Deipara Virgo modo venit ad me, tetigitque cor meum, meque bono animo eſſe juſſit, quandoquidem Philippi precibus reſtituenda ſim ſanitati. Interea vero ingraveſcente morbo ad ultimum vitæ diſcrimen adducta eſt. Jamque oculorum lumen amiſerat, cum ad Urbem rediens Joſeph Caſtalio ejus pater, ubi eam prope expirantem videt, ipſe etiam ad Philippum confugit; quippe quem magno ſtudio colebat: ejuſque Reliquiarum aliquid à noſtris cum acce-

piſſet, filiæ collo ſuſpendit; dein bonæ ſpei plenus Cornetum verſus, contradicentibus licet medicis amiciſque omnibus, eam quoque quamvis moribundam cum cetera familia ſecum ducere decrevit. Itaque lectica Barberanum uſque defertur: cum autem ibidem medicorum judicio jam jam expiratura videretur, repente matrem inclamans; An non videtis Deiparam, inquit, candida veſte ac hyacinthino amictu nitentem? Quam pulchra eſt! quam decora! quam ſplendens! ſanitatem mihi impertivit, & medicorum judicio minime credendum nobis eſſe dixit. His dictis cibum ſumpſit; poſtridie vero læta atque alacris reliquum iter confecit, ac tridui ſpatio priſtinæ valetudini reddita eſt: quare pater beneficii teſtes, candidam veſtem votivamque tabellam Philippi ſepulchro appendi juſſit, his verſibus adſcriptis: A. HIERO. BARNABEO EX MS.

Mota Deigenitrix precibus ſtudiiſque Philippi,
Depoſitam eripuit morti incolumemq; puellam,
Servavitque ſenum ſolatia magna parentum.
Caſtalio veſtem natæ, pictamque tabellam
Appendi juſſit, voti damnatus, in æde.

cultro in pectus fixo læſus ad mortem, 663 Romæ miles quidam ad beati Patris ſepulchrum ab amico deductus eſt, multaque illius præclare geſta ex eodem audivit; quibus magnopere delectatus, ibidem Dei ſervo ſeſe intime commendavit. E Accidit autem eadem die, ut ex familia cujuſdam Principis duos offenderit, in miſerum quemdam manus injicientes. Quos cum prohibere tentaſſet; eorum alter in eum converſus, acuminatum cultrum adverſo illius pectori infigit: quo ictu propemodum exanimatus, in proximam domum ſe recepit. Accitis autem illico medicorum peritiſſimis, inſpectoque vulnere, poſt mediam noctem eum migraturum certo creditum eſt: quapropter Religioſi viri ex Miniſtris infirmorum accerſiti ſunt, qui de more inſtitutoq; ſuo moribundo aſſiſterent. Ecce autem Philippus, Sacerdotali veſte ornatus, ei ſeſe offert; lætoque vultu, Ne dubita, inquit, nequaquam morieris: ſed mores muta. Idipſum duabus inſequentibus noctibus factum eſt. Itaque beati Patris aſpectu verbisq; recreatus, expiata per humilem Confeſſionem conſcientia, feminam quamdam, cum qua biennio jam inhoneſte vixerat, matrimonio ſibi junxit; ac ſeptimo poſtquam hæc perfecerat die, priſtinam valetudinem recuperavit: quamquam deinde ad ingenium rediens, capite damnatus morte multatus eſt; id quod non aliam ob cauſam ſibi accidiſſe affirmabat, quam quod Philippi dictis minime obtemperaſſet.

poſt apparitionem ter repetitã,

Adoleſcens ſacrilege confeſſus, 664 Hilarius Collius, Sacerdos Septempedanus, F olim adoleſcentulus, cum aliis condiſcipulis, jubente ludimagiſtro, ad conſcientiam expiandam convenerat in templum Deiparæ, cui à Luminibus nomen eſt inditum, quodque per eos dies ad noſtræ Congregationis curam ſpectabat; &, ut puerorum mos eſt, conſcenſo ſuggeſtu uſque adeo perſtrepebat, ut is qui ceterorum Confeſſiones excipiebat, demum coactus è ſede ſurrexerit, eumque graviter reprehenderit. Itaque cum ex eo loco deſcendiſſet, ſacrarium verſus perrexit. Hic vero repente Philippus ei ſeſe offert, & manu prehenſum ducit; deinde attonito atque intentis oculis in ſe intuenti; Miſerum te, ait, fili, nonne hæc atque illa peccata admiſiſti? Omniaque illi quæcumque commiſerat ſingillatim recenſuit. Dein, Tu quidem, inquit, apud illum (& Confeſſarium deſignat) animam purgaturus acceſſiſti, ſed omnes ei conſcientiæ tuæ latebras haud aperuiſti; quin etiam multa roganti, teque amiciſſimis verbis hortanti ut peccata libere fatereris, aperte negaſti, & mendacia mendaciis exaggeraſti. Igitur quo loco ſis vide, teque ſub diabolica poteſtate eſſe certo ſcito.

à Sancto apparente corripitur

A. HIERO. BARNABEO SX MS.

His dictis evanuit. Tum vero adoleſcens timore perterritus, ad ſocios cum rediiſſet, Patrem Philippum (ejus quippe fama eo quoque pervaſerat, & ſeni cuidam ejuſdem urbis perſimilis eſſe fatebatur) Septempedam veniſſe; ſecumque in ſacrario collocutum eſſe narravit. Iis autem contradicentibus, neque id fieri potuiſſe, quandoquidem Philippus jam vita exceſſiſſet; tacuit ille, & rem totam mente pertractans, conſcientiæ pondere atque angore eouſque agitari cœpit, ut quietē invenire non poſſet. Quamobrem anteactæ vitæ noxas per ſacram Confeſſionem expiavit, atque ex ea die à ſecularibus nugis ad Dei amorem ſtudiumque virtutis converſus, deinde Clericali militiæ adſcriptus, & Sacerdotio denique inſignitus, ſiquid in ſpiritu profeciſſet, id totum Philippo ſe debere teſtatus eſt.

& emendatus.

Sacerdos Siculus inextremis poſitus ſanatur.

665 Jacobus Lancellottus, Platenſis Sacerdos in Sicilia, Sextili menſe graviſſime ægrotabat, medicorum judicio paucas poſt horas obiturus. Venit interea ad illum Nobilis quidam ejus familiaris, atque ex Philippi præcordiis particulam ſecum attulit, & aqua merſam extraxit, deinde aquam ipſam ægro bibendam præbuit. Nocte autem inſequenti, dum attento animo orabat, ſalutemque à Philippo calidis precibus expoſcebat, extemplo votis ejus Sanctus occurrit, aitque; Ne dubita, fili, nihil tibi mali eveniet: reliquum aquæ, quam hauſiſti, ſumito & ſanus fies. Paruit ille, & ſtatim placidiſſimus eum ſomnus occupavit. Poſtero mane advenientes medici atque obſtupeſcentes, à mortuis illum vere excitatum, exclamarunt. Cujus beneficii memoria ut perpetuo ſibi inhæreret, Horariis precibus quotidie S. Philippi commemorationem inſerere conſuevit.

B

ſedatur tempeſtas,

666 Alexander Linguitus, Neapolitanæ Congregationis Oratorii Laicus, navicula per mare vehebatur; cum noctis ſilentio horribilis tempeſtas coorta eſt, elatiſque in cælum fluctibus, atque inter ſe decertantibus, denique fracto malo, vela quoque conſciſſa ſunt. Quare nautæ aliique omnes animis conſternati plorabant, & quaſi jamjam morituri Deo ſe humillimis precibus commēdabant. Alexander autem more ſuo Philippi opem cum imploraſſet; ecce tibi Vir ſanctus in puppi, cæleſti luce circumdatus: cujus aſpectu confeſtim mare deferbuit, omneſque à metu recreati, Deo ac beato Parenti gratias egerunt, & reliquum iter feliciter proſecuti ſunt. Hic ipſe Alexander, cum aliquando fratrem ſuum, ſanguinis

C

dyſentericus ſanatur:

profluvio laborantem, atque à medicis jam derelictum videret, voto facto ad Philippum confugit; eodemque temporis momento Dei ſervum Deiparæ Virgini ſupplicantem conſpexit, & fratre ſanitati reſtituto vehementer obſtupuit.

repente cæca facta

667 Clara quædam Aſculana, in familia Fabricii Mutii, quamquam antea ab oculis bene valeret, tamen repente nihil omnino ſe videre intellexit: quare vehementer commota, clamare cœpit, atque ejulatu omnia implevit. Huic porro accurrens domina, quibus potuit modis miſeram conſolari ſtuduit: hanc autem imprimis ei medicinā propoſuit, ut beato Philippo, cujus ſepulcrum non ita pridem viſitaverant, ſeſe ex animo commendaret, certamque à Deo ſalutem eo intercedente ſperaret. Tum vero mulier poſitis genibus Philippum ſupplex rogat, ut qui tot miſeris opem tulerat, ſibi quoque pro ſua pietate oculorum lumen reſtituat. Ex ea die ad pridie Idus Decembris cæca permanſit: poſtridie vero, cum ad eam veniſſet domina, rogaretque quonam modo ſe haberet; reſpondit: Poſtquam hac nocte ſuper oculos meos manus impoſuiſti, melius mihi eſſe cœpit. At illa, Falleris, inquit, filia, neque enim ego ad te veni. Denique dum ea de re diligentius inquiritur, ad Philippi ſepulcrum viſitandum paulo ante profectam

illuminatur viſa ſibi ad Vallicellam ire.

ſe eſſe narravit: cum autem præ confluentium multitudine templū ingredi non potuiſſet, beatum Virū benigno vultu ſibi apparuiſſe, atque illico viſum ex parte ſe recepiſſe. Atqui, inquit domina, non ego, ſed hic tibi manus impoſuit viſumque reſtituit: itaque liberatori tuo gratias age, atque hoc ipſum viſionem fuiſſe certo ſcito: neque enim ad Vallicellam ire potuimus. Advenientes deinde medici, remque experimento probare volentes, ardentem faculam afferri jubent, rogantque quid videat. At illa, Magnam facem, inquit. Tum ad feneſtram veniens, prætereuntem currum, quaſi montem ambulantem videbat. Itaque quemadmodum cæcus ille euangelicus, ſic illa quoque ſenſim viſum recepit.

D

ſanatur paralytica morti proxima,

668 Lucia Domitia Ripana, ex diutino morbo membrorū omniū uſum prorſus amiſerat; quamobrē niſi pluribus auxiliantibus loco moveri non poterat, præcluſiſque faucibus juſculum vix admittebat. Itaque ſupremam inſtare diem ſibi exiſtimans, accito Sacerdote conſcientiam expiavit. Poſtridie vero in eam mentem impelli ſe ſenſit, ut Deiparæ Virgini ac S. Philippo ſe precibus commendaret, hiſque intercedentibus ſalutem à Domino ſibi impertiendam ſperaret. Nec fruſtra: oranti etenim repente Dei genitrix cum Philippo videndam ſeſe obtulit: cumque ægra ardentiori ſtudio ſalutem peteret, ejus precibus votiſque benigne annuentes evanuerunt. Quare vires extemplo ſibi rediiſſe cognovit, ac fidei plena veſtes popoſcit, nulloque adjuvante eas induit; denique è lecto ſurrexit, ac poſtridie Deiparæ & B. Philippi templa pedibus adivit, iis omnibus obſtupeſcentibus, qui modo morti proximam certo exiſtimabant. Quidam ex Philippi diſcipulis, venenatum pomum, quod dono acceperat, comeſturus, cum illud jam ori apponeret; beatum Patrem ſemel atque iterum inclamantem audivit, Projice foras: itaque tremens ac ſtupens illud ejecit. Cum autem eo deguſtato non nihil ſalivæ deglutiſſet, ſtatim intumeſcere cœpit; accituſque medicus, datis antidotis, venenum in pomo eum hauſiſſe cognovit; & ſubito moriturum fuiſſe dixit, ſiquidem illud comediſſet.

E

& veneno ſumpto moriturus,

669 Non omittenda videtur hoc loco res memorabilis, quæ accidit Cæſari Cardinali Baronio. Cum enim Ferrariam à Clemente Pontifice ductus eſſet, Philippum per quietem vidit, audivitque ſibi dicentem, Lampadem illam extinguito. Cumque ille circumſpiceret, nec tale quidquam videret; iterum Sanctus, Lampadem illam, inquit, extinguito; atque his dictis diſparuit. Quapropter Baronius orabat ad Dominum, ut quid portenderet iſtiuſmodi viſio, ſibi aperire dignaretur. Itaque poſt dies aliquot iterum Vir ſanctus ei ſeſe oſtendit, atque aperte nuntiavit, Auguſtinum Cardinalem Cuſanum ex hac vita migraſſe. Compertumque eſt deinde, ex litteris Mediolano allatis, ibidem illum eo temporis momento exceſſiſſe, quo Philippus illius mortem innuerat. Multos etiam ante annos Baronius idem à prandio, cum in cubiculum ſe recepiſſet, & quietis cauſa in capſa lignea decubuiſſet; venit ad eum ſanctus Pater, & quemadmodum antea ſolebat cum inter homines ageret, caput illi demulcet ac fortiter ſtringit. Cum autem Baronius ſtatim brachia in amplexum cari Parentis extenderet, ejus oculis ſeſe ſubtraxit, atque incredibili gaudio perfuſum reliquit. Nec plane huic abſimile eſt quod accidit Julio Sanſedonio, Groſſeti Epiſcopo. Hic enim certis tentationibus impetitus, ſomnoque occupatus, extemplo Philippum ſibi adeſſe conſpexit; audivitque dicentem; Juli, ſi has tentationes evadere cupis, quod te jam docui remedio utere: ſomnoque repente diſcuſſo, ipſe etiam cæleſti gaudio delibutum ſe ſenſit.

Baronio indicatur mors Card. Cuſani:

F

tentatio diſcutitur.

670 Ægrotabat ad mortem Aſcanius Bertaccinus, ſacroq;

A *ſanatur moribundus,*

ſacroque Viatico jam munitus, ſub noctem vigilans, in aëre videt ampullam vitream limpidiſſimam, tamquam ſolis radiis verberatam; auditque Philippum, cui ſeſe ex animo commendaverat, hæc proclamantem; Sic animæ expiatæ feruntur in cælum. Hac voce recreatus brevi convaluit, certoque credidit hoc ſibi à beato Parente idcirco edictum eſſe, ut puriores mores indueret, profectionemque pararet. Hieronyma Creſcentia, Philippi olim in ſpiritu filia, graviſſime ægrotabat; jamque ſacro Viatico reficienda, æque animo & corpore immota aliquantulum perſtitit; rogantique matri, quid ageret, quidve cogitaret; Alloquor, ait, B. Philippum. At mater, Philippus jam in cælum abiit. Tum virgo; Hic illum intueor, hic illum alloquor. Hac porro viſione ægrota adeo profecit, ut ad ultimum uſque ſpiritum nihil niſi Chriſtum loqueretur; & ſæviente morbo omnia de manu Domini ac Sponſi ſui (ut ipſa ajebat) libentiſſime ſuſciperet. Defunctæ vero corpus eo candore ac nitore perfuſum eſt, ut vere ejus templum fuiſſe oſtenderetur, qui paſcitur inter lilia. Idem ferme accidit Gabriellæ Cortonenſi, olim Philippi in ſpiritu filiæ, cujus alibi mentionem fecimus. Hæc etenim centenaria cum eſſet, B & jam morti proxima, Philippum ad ſe venientem vidit; extenſiſque brachiis; En, ait, Philippum. Nonne Philippum videtis? Ejuſque nomine ſæpius invocato, placidiſſime quievit.

duæ agræ ad mortem pie obeundam animantur.

CAPUT XLII.

Miracula ex viſitatione ſepulcri, vel imaginis, aut ſimplici invocatione Sancti.

671 CAP. XI *Sepulcrum Sancti viſitanti ſanatur ſexennis ægritudo ſtomachi,*

CLaudia Grignana virgo, ſtomacho, ventre, genibus graviter affecta, atque acerbiſſimis doloribus cruciata, cibum tenere non poterat: quamobrem medici, tentatis fruſtra remediis, de ejus valetudine ſpem omnem amiſerant. Cumque ſex annos jam in ea ægritudine exegiſſet, nocte Chriſti natali vehementius ſolito torqueri cœpit; perque octo ipſos dies aſſidue vexata, denique Kalendis Januariis, in currum impoſita, ad Vallicellanum templum deducitur. Hic vero iiſdem doloribus correpta ac prope exanimata, in ſubſellium ſeſe projecit. Sociis deinde eam cohortantibus atque adjuvantibus, ad Philippi ſacellum vix C demum adducta eſt; ibique genibus poſitis beato Parenti pro ſalute ſua humiliter ſupplicavit; quam ſi impetraret, quotannis pridie ejus feſti, præter panem & aquam, nihil ſe guſtaturam promiſit. Necdum vota compleverat, cum repente dolor eam reliquit: reſumptiſque illico viribus, nullo adjuvante ad currum rediit, priſtina valetudine recepta.

arthritis,

672 Hippolyta Martella, articularibus doloribus per annum vexata, nec ſtare, nec ſedere, nec progredi poterat, niſi aliorum manibus ſuſtentata. Quamquam autem omnia propemodum remedia tentaſſet, nullam tamen huic morbo medicinam invenire potuerat. Igitur cum ad Vallicellanam eccleſiam ſe contuliſſet, acrioreſque dolores pateretur, in ipſo templi aditu ad Philippi ſepulcrum aſpiciens, rogavit illum, ut dolorem ejuſmodi (ſiquidem ita expediret) ſibi aut auferret, aut ſaltem levaret. Nec fruſtra preces effudit: confeſtim namque dolor abſceſſit, revocatiſque viribus ſine ullo fulcro pedibus domum rediit, nec deinde unquam hujuſmodi morbo tentata eſt. Petro Contino, alibi memorato, fi-

elephantiaſis,

lius erat trimus, Gregorius nomine, iſque diuturno atque inſanabili morbo, quem elephantiaſim medi-

ci exiſtimabant, ſic affectus erat, ut ſive indueret veſtes, ſive exueret, toto corpore ſanguis efflueret; nervos quoque, præſertim crurum, idem hic morbus ei adeo debilitaverat, ut ſtare omnino non poſſet. Itaque tentatis fruſtra remediis, denique patris fratriſque manibus ad Philippi ſepulcrum defertur. Ibi oratione peracta melius illi eſſe cœpit, paucoſque poſt dies gradiendi facultatem atque integram valetudinem recuperavit. A. HIERO BARNABEO EX MS.

673 Joſeph Marus Neapolitanus iſchiade tam graviter laborabat, ut ingredi minime poſſet. Cum autem ad Urbem veniſſet, ad Philippi ſepulcrum ſe contulit: atque arcam ipſam, qua ſacrum ejus corpus includitur, affecta coxendice tangens, confeſtim dolore levatus eſt. Joſeph Zerla, de quo alibi dictum eſt, antequam noſtræ Congregationi adſcriberetur, lite quadam haud levis momenti implicitus, poſt magnos ſumptus incredibileſque moleſtias, cum jam cauſa caſurum ſe dubitaret, ad Philippi patrocinium confugit, ejuſque ſepulcrum cum adiiſſet; O beate Pater, inquit, tu cauſam meam ſuſcipe, tuque eam dirige, ut apud Judices jus obtineam. Hæc dum ſolicitus atque anxius oraret, ſchedæ quædam illi ad mentem redeunt, quæ ad eam uſque diem illum latuerant; iiſque diligenter excuſſis, duas præſertim invenit, quibus facile atque expedite cauſam obtinuit. Julia Lippia, alibi quoque memorata, cum animo pariter ac corpore ægrotaret uſque adeo ut ſtare vix poſſet; fiduciæ plena ad Philippi ſepulcrum ſe contulit, pridie ejus diei, quo ipſius memoria recolitur: atque inter orandum repente ægritudinem ac moleſtiam omnem abſceſſiſſe, viteſque ſibi rediiſſe cognovit. *& iſchias:* *lis obtinetur,* *curatur extrema debilitas,* E

674 Bartholomæus Groſſus de Mirabello, agri Laudenſis oppido, ex longo litigio ad ſummam egeſtatem redactus, ad Philippi ſepulcrum, quo ſe quotidie conferre ſolebat, pie ac devote aliquando oraverat; ecce autem dum templum egrederetur, obviam fit ei vir quidam ignotus, oblatamque pecuniam in manum tradit: quo tam inſperato ſubſidio peropportune præſenti ejus neceſſitati ſubventum eſt. Hic itidem, in magnis rei familiaris anguſtiis, more ſuo ibidem cum oraſſet; à pia quadam muliere, nec opinato, pecuniam accepit. Rurſus cum in eodem ſacello beati Patris opem ſuppliciter implora- *tribus vicibus.* ret, videt chartaceum involucrum nummis refertum; ſibique audire videbatur dicentem; Accipe, tua quippe pecunia hæc eſt. At ille, pudore ſuffuſus, paalulum ſubſtitit: deinde oculos eodem convertens, charta- F ceum illud integumentum apertum vidit, nummoſque in eo reſplendentes; eademque verba ſibi iterari perſenſit. Quare demum compulſus, pecuniam accepit: & quamquam omnem diligentiam adhibuit, numquam tamen invenire potuit, qui eam amiſiſſet. *paupertati ſummæ inſperato ſubvenitur*

675 Marcellus de Laurentiis, Epiſcopus Strongulenſis, laterum doloribus diriſſime cruciabatur, ſeque jam jam moriturum putabat. Itaque ad Philippum confugiens: Adjuva me, inquit, Beate Philippe, quemadmodum olim Clementi VIII Pontifici, chiragra laboranti, opem tuliſti. Cumque hæc iterum ac tertio repetiſſet, confeſtim liberatus eſt. Marcus Antonius Maffa, ſæpe jam memoratus, lateris itidem doloribus acerbiſſime torquebatur. Cumque adhibitis remediis deterius illi eſſet, nec quietem ulla ratione inveniret; denique viribus omnibus deſtitutus, implorato Philippi auxilio, miræ craſſitudinis calculum ejecit ſanitatemque recepit. Auguſtinus Maria, Vicarius Generalis Reformatorum S. Auguſtini, iiſdem doloribus correptus atque aſperrime vexatus, Philippum ſuppliciter invocat, aitque: Beate Pater, pro ea caritate atque humilitate, quam CAP. XII *Philippum invocantibus ſanatur dolor laterum & calculi,*

HIERO. FRANZIO EX MS.

mundo oſtendiſti, pro me apud Deum intercede, ut iſtiuſmodi dolores (ſiquidem ita noveris expedire) à me depellere dignetur: eodemque temporis momento dolor omnis abſceſſit, nec deinde amplius ad illum rediit.

ſtomachi,

676 Rudulphus Silveſtrius medicus, Philippo, ut diximus, perfamiliaris, acutiſſimis ſtomachi doloribus cruciabatur, nulloque remedio juvari poterat: quamobrem viribus deficientibus, cum ſe jam jam moriturum exiſtimaret, ad beatum Parentem confugiens, ſupplex orat, ut pro veteri ſua caritate tot cruciatibus eum exolvat. Vixdum precem compleverat, cum dolor omnis abſceſſit, & ſopori ſe dedit: poſt horam deinde evigilans ſanum ſe eſſe reperit. Itaque Philippi ſepulcro depictam tabellam appendit, atque hæc adſcripſit: Dum variis ſæviſque ſymptomatis me mori ſentio, implorato Philippi auxilio placidus ſomnus me arripuit, & ſtatim convalui. Theodorus Zinus, Canonicus Veronenſis, cum podagra graviſſime torqueretur, Philippi miracula legi ſibi juſſit. Cumque ex ejuſmodi lectione non mediocrem fiduciam ſumpſiſſet; O beate Pater, exclamat, qui tot ignotos homines huc uſque juviſti; mihi quoque, quæſo, ſuccurrito, quem olim tam familiariter dilexiſti. His dictis illico obdormivit, atque audire ſibi viſus eſt vocem imperantis dicentiſque; Crus illud ægritudine liberate. Quo dicto experrectus, podagram abiiſſe cognovit, nec ea deinde amplius tentatus eſt. Victoria quoque Frangipana, ſtomachi doloribus graviſſime cruciata, invocato Philippi auxilio confeſtim liberatur.

podagra,

ſtomachi,

capitis.

677 Criſpoldus Abbatius, ex oppido S. Geminiani, periculoſa febri ſummoque capitis dolore correptus, ad mortem ægrotabat; cum ei venerunt in mentem ſigna & miracula, quæ Philippo apud Deum intercedente quotidie fiebant. Quapropter ſublatis in cælum oculis dixit; O beate Pater, hanc febrem, quæſo, atque hunc dolorem à me depelle. Necdum hæc verba protulerat, cum febris, quæ paulo ante acceſſerat, repente receſſit; & dolore pariter abeunte, priſtinæ valetudini redditus eſt. Darius de Bernardis Forojulienſis, cum neceſſario adiret principem quemdam virum, quem ſibi noverat iratiſſimum; Philippi præſidio ſe muniens; O Sancte, inquit, qui tot jam animo & corpore periclitantibus opem tuliſti, me quoque è mortis periculo, quod imminere mihi præſentio, potenter eripe. Interea ad oppidum Principis cum perveniſſet, videt illum C diſtricto gladio in ſe irruentem: quamobrem majori ſtudio ſupplex Patronũ implorat. Quamquam autem ſæpius ferro petitus fuerit, numquam tamen vel leviter lædi potuit. Quare percuſſor ipſe obſtupeſcens; Neſcio, inquit, quid me prohibeat: ſcito certe, divina te virtute ſervatum. Tum vero Darius rogat illum, ut rem totam ab ſe cognoſcere ne gravetur, deinde ipſemet ſententiam ferat. Igitur audita cauſa, ſtatim iras poſuit, Dariumque cum bona gratia ab ſe dimiſit.

Sancto ſe commendantem nequit ladere iratus Princeps:

lenitur dolor colicus,

678 Alexander Fulignus de Iſchia (Ænariam veteres appellabant) coli dolore correptus, graviterque vexatus, cum multa à ſuis audiret, quæ divinitus quotidie Philippo intercedente fiebant; toto mentis affectu ejus auxilium expoſcit: atque illico, qui modo eum oppreſſerat dolor nec opinantem reliquit, quamquam antea ſæpius per horas plurimas eo cruciari conſueverat. Cerræ in Campania, Roſa Gettonia, cum domum haberet lemurum terroribus atque ludibriis infeſtam, quadam nocte incredibili ſonitu ſtrepituque perterrita, foras ſeſe proripuit. Cumque per eam provinciam mira quotidie de Philippo prædicarentur, ad eum confugit; ejuſque nomine invocato, domum ſe recipit: atque ex ea die ejuſmodi moleſtia ſpectriſque liberata eſt. D

compeſcuntur lemures.

679 Hypermneſtra de Damianis Piſana, Confeſſario ſuo promiſerat, inanium quorumdam librorum lectionem in poſterum ſeſe omiſſuram; quadam tamen die, cum ex iis unus ei veniſſet in manus, illum curioſe legebat: eodemque temporis momento intumeſcentes & ſine fine lacrymantes oculos ſeſe aperire non poſſe cognovit. Poſito igitur libro, in inferius conclave manibus prætentando deſcendit; accitiſque domeſticis, tam ſubito malo remedium expoſcit. Itaque ad medicum ſtatim mittitur, ſed quæſitus minime inventus eſt. Quamobrem ut Philippi opem imploret, eam omnes hortantur, ad ejuſque effigiem mœrentem deducunt? Tum illa fiduciæ plena effigiem ipſam, mox clauſos oculos manu tangit, ſtatimque (res mira!) illos aperit, tumor ac dolor abſcedit, & priſtinæ valetudini reſtituitur. Antonia Raida è genu ſiniſtro octo jam annos graviter laborabat, diriſque doloribus cruciabatur. Quodam autem die cum vehementius torqueretur, in domeſticum ſacellum ſecedens, atque ad Philippi imaginem orans; cereum crus, ſiquidem ſanitatem recipiat, ejus ſepulcro ſeſe allaturam promittit. Vixdum ea protulerat, cum ſanam ac liberam ſe eſſe conſpexit, nec deinde amplius eo morbo tentata eſt.

CAP. XIII. *Ad imaginem Sancti*

aperiuntur oculi clauſi.

curatur malum affectum genu,

E

680 Petrus de Maximis, Fabricii filius (quem olim naſciturum Philippus prædixerat, atque hoc ipſo nomine appellari voluerat) Mediolanum à patre perductus, graviſſima febri correptus eſt. Quamquam autem medici, vigeſimo poſtquam decubuerat die, de illius ſalute deſperaverant; nihilominus ad ſeptuageſimum uſque continua febre vexatus eſt. Itaque Fabricius, ad ultima redactum jam filium cum videret, ejuſque funus ſpectare omnino non ſuſtineret, convaſatis omnibus Romam cogitabat. Interea Philippi effigies depicta ante oculos moribundi ſtatuitur; cui Fabricius; En, inquit, fili, beatus Pater; hunc invoca, hujus opem expoſcito. Tum ille quibus potuit modis ei ſe commendat. Nec fruſtra: ipſa enim nocte melius habere cœpit. Mane autem medici advenientes, depulſa febri illum omnino convaluiſſe comperiunt atque obſtupeſcunt. Itaque biduo poſt Romam proficiſcitur, quodque admirabilius videri poſſit, equis mutatis toto ferme itinere vectus eſt, ad Urbemque rediit, longe meliori & pleniori vultu quam abierat. Joannes Andreas Pomius Lucattellus, Sacerdos alibi memoratus, ardebat febri ſtomachique doloribus acerbiſſimis, quamobrem de illius vita propemodum deſperabatur. Hæc inter venit ad illum P. Antonius Gallonius, ſecumque detulit Philippi effigiem ad vivum depictam: quam ubi primum intuetur æger, ut erat olim beato Patri perfamiliaris, ſumma cum reverentia deoſculatur, eique ex animo ſe commendat, ſtatimque febris & dolor abſcedit.

continua 7. dierum febris.

F

& ſtomachi dolores;

quinquennalis febris ferè continuæ,

681 Spoleti Archangela Ancajana, qua de ſæpe narratum eſt, toto ferme quinquennio continua febri vexata, cum nullo remedio juvari poſſet, ad Mariam Magdalenam Urſinam, in Romano monaſterio ſanctæ Mariæ Magdalenæ degentem, ſcribit rogatque, ut ea de re peritiſſimorum medicorum judicium atque conſilium exquirat. At illa, ut erat Philippo addictiſſima, ſtatim reſcribit; huic uni medico ſui curationem committat, ab eoque longe certiorem quam ab alio quolibet ſalutem expectet. Acceptis litteris ægrota toto pectore beati Patris auxilium implorat, atque illico febris abſcedit, nec deinde amplius ad illam rediit. Porro tam ſingulare bene-

A beneficium ex Ancajana ipſa Vrſina cum audiſſet, ejuſdem Philippi imaginem, cum calceolo aliiſque illius Reliquiis, ad eam miſit. Accidit autem poſt menſes aliquot, ut hæc ipſa Ancajana ex ſiniſtro oculo graviter laboraret; cumq; adhibitis variis remediis medici nihil proficerent, denique medicamentum quoddam ad ſanguinis miſſionem præſcribunt. Illa autem, priuſquam ejuſmodi medicamentum ſumeret, procumbens in genua, quàm ante ſe habebat beati Patris effigiem manu tangit, mox & laborantem oculum: atque illico ſe dolor remittit, nec in ſequenti mane vel minimam ægritudinis moleſtiam ſentit. Haud ſecus accidit Antoniæ Gentilettæ, ejuſdē monaſterii devotę virgini, quę ſolo hujus ipſius imaginis contactu, graviſſimo capitis dolore ſanata eſt.

& oculi dolores

mq; capitis

682 Romæ in monaſterio S. Silveſtri, Thecla Sclamana ſacra Virgo, apoplexiæ morbo repente correpta, os oculoſque miſerandum in modum detorquens, ac toto corpore contremiſcens, tantum animam non efflabat. Quapropter miſera ad Philippi imaginem ſe convertens, quibus potuit modis ejus opem popoſcit; ac ſtatim voce recepta exclamare cœpit, ô Præclarum beneficium! Beatus Philippus loquendi facultatem mihi reſtituit, ut Confeſſionis ſacramentum obire valeam. O præclarum beneficium!

apopleſtica loquelā recipit ad confitendā,

B Ipſa igitur die exactiſſimam totius vitæ Confeſſionem peregit, ac Pane cæleſti refecta, illud ſæpe iterabat; O præclarum beneficium! Nec ita multo poſt iterum vocem amiſit, paucoſque poſt dies feliciter migravit ad Sponſum. Mariæ Guindazzæ, ecthymatum eruptione ægrotanti, tam grave animi deliquium ſupervenit, ut de ea jam actum eſſe omnes exiſtimarent. Vir autem ejus, fidei plenus, Philippi imaginem illius pectori appoſuit; ad eumque contactum ægrota extemplo revixit, & priſtinam ſanitatem recuperavit. Quapropter domeſtici omnes exclamarunt. O grande miraculum! ô grande miraculum! Idem plane accidit Romæ Catharinæ cuidam, ex tertio Ordine S. Franciſci, quæ doloribus acerbiſſimis cruciata, cum primum affectam corporis partem Philippi imagine tetigit, continuo ſanata eſt.

curantur infirmæ duæ,

683 Bartholomęa de Magiſtris adoleſcentula, ferventi aqua plenam ollam deferens, eâ, ut fit, per imprudentiam diffusâ, utramque manum ſibi graviter adduſſit: quamobrem dolore ardens, frigida eas merſit. Quo quidem remedio, non modo dolorem non imminuit, ſed etiam auxit; puſtuliſque undique erumpentibus quietem invenire non poterat. Igitur

manūs ex aqua ferventi perfuſæ.

C in lectulum collocatam febris invaſit. Tum vero mater, Philippi opem implorat: cujus hortatu filia quoque, ad illius imaginem genibus provoluta, preces effundit. Poſtero mane ſomno experrecta, lætâ matrem inclamat, aitque: Convalui, mater; nec mali quidquam jam in manibus ſentio. Atque ita plane rem ſe habere, quemadmodum illa dixerat, à domeſticis omnibus, non ſine ingenti admiratione, compertum eſt.

imagini injuriosus,

684 Improbus quidam atque perverſus, haud ita multo poſt Philippi mortem, cum beati Viri imagines ferrentur in vulgus, earumque unam in amici manibus conſpexiſſet; ejus pietatem irridens, per ſummam impudentiam atque proterviam eam illi eripuit, compreſſamque manibus & conglobatam projecit in terram: quæ tamen (mira res) ſponte ſe explicuit, atque in aëre ſtetit, quaſi ſuppoſita manu ſuſtentaretur. Nec vero tam inſigne prodigium hominem impium ab incepto deterruit, quin etiam longe protervior & contumacior pedibus eam conculcare contendit; at illa in aëra iterum ſuſtollitur. Quare demum convictus & facti pœnitens, ad ſacram Imaginem ſupplex procumbit; præteritiſque criminibus per ſacramentalem Confeſſionem elutis, ad meliorem frugem ſeſe recepit.

miraculo corrigitur:

685 Neapoli Julia erat Peregrina, puella à malo dæmone obſeſſa: quæ quidem etſi nullas litteras didicerat, Latine tamen loquebatur, atque occulta plurima renuntiabat. Hanc igitur Sacerdos quidam exorcizandam cum ſuſcepiſſet, ſacram Philippi imaginem pertrahit: eodemque temporis momento maligni ſpiritus ab illa deffugiunt, illud ſæpe inclamantes, Philippus nos ejicit. Puella verò jam liberâ ſenem quemdam, eidem imagini perſimilem, conſpexiſſe ſe dixit, dæmones imperio expellentem. Drepani in Sicilia, Paſqualis Pinellus, thynnariæ piſcationi addictus, cum per annos plures in ea re haud mediocre diſpendium paſſus eſſet; auditis Philippi miraculis, ejuſque virtute confiſus, chartaceam beati Viri imaginem fiſtula incluſam, in locum piſcationis dejecit; & quamquam alieniſſimo tempore, ſervente ac furente mari, piſcatores novum damnum extimeſcerent; Pinellus tamen bono animo eſſe eos jubet, quoniam piſcatio ad Philippum tamquam ad Patronum ſpectabat. Nec ſpes hominem fefellit: quando-quidem obſtupeſcentibus omnibus, thynnorum quadringenta millia pondo cœpit.

A. MIERO. BARNABEO EX MS.

per illam liberatur ex angustijs suis.

& thynnos nū piſcatio bene cedit.

686 Cum aliquando per hiemem, Clementis VIII Pont. juſſu, Cardinalis Taruſius ad Mantuæ Parmæque Duces profectus eſſet, ut eorum animos, jam pridem diſtractos atque exaſperatos, ad concordiam reduceret, quemadmodum feliciter perfecit; Germanicum Fidelem, Congregationis Presbyterum, perſpectæ ſibi virtutis & prudentiæ virum, ſecum duxit. Is vero die quodam ſub lucem, ad Deum Deiparamque Virginem & S. Philippum more ſuo dum preces funderet, ſingularem devotionis affectum erga beatum Parentem excitari in ſe ſenſit. Quamquam autem Cardinalis urgebat & profectionem properabat, tamen ille ab oratione divelli non poterat. Quare ipſemet obſtupeſcens, in eam mentem incidit, ut ea die tale aliquid eventurum exiſtimaret, in quo Dei ſervum ſibi præſto eſſe oporteret. Igitur conſcenſo equo dat ſeſe in viam; cumque declivi loco pergeret (Seravalli huic nomen eſt) prolapſoque jumento deſiliret ad pedes, eorum alter ſtapedi innixus remanſit. Itaque exurgens equus, ac ſubito pavore tranſverſum actus, per ſaxoſa & fragoſa loca, miſerum equitem longo itinere pertraxit; quem cum adſpicerent comites, nec juvare ullo modo poſſent, quaſi jā mortuum deflebant. Deniq; dum equus ipſe ad fluviū quemdā deflectit, ocrea relicta repente crus exit. Tum vero ad Germanicum omnes accurrunt, explorarurī ſcilicet, viveretne, an vero confractus atq; diſſciſſus jam expiraſſet. At ille, priusquam ad ſe eorum quiſquam accederet, ſalvus ac liber erigit ſeſe, admotumq; novū equum ſtatim conſcendit, ac reliquū iter feliciter confecit. Narravit deinde Germanicus ipſe, audiſſe ſe, dum trahebatur, dicentem quemdam; Ne dubita, nihil tibi eveniet mali. Qua ſcilicet formula, ut ſæpe adnotavimus, beatus Pater in ejuſmodi caſibus uti conſueverat.

CAP. XIV S. Philippō ſe commendant,

lapſus ji ex equo,

E

F

per ſaxa ſine damno rapiuntur,

687 Anno ſalutis noſtræ MDLXXXXVIII, Jacobus Abbas Creſcentius in cœmeterium Priſcillæ ab aliquibus, qui ſe ejus loci ſubterranea itinera optime noſſe profitebantur, eo conſilio adductus eſt, ut ſanctorum Martyrum Reliquias, & Chriſtianæ religionis antiqua monumenta conſpiceret. Igitur per anguſtiſſimum foramen ingreſſi, quinque horas amplius cæcas ſemitas obierant; cum viæ ductor aberravit, & quodam veluti labyrintho incluſos ſeſe viderunt. Quamobrem quamquam diutius huc illuc excurrerent, eodem tamen ſemper recurrebant; quodque illos vehementius angebat, conſumptâ candelâ jamjam lumen ſibi defuturum videbant, ſpemque omnem ad auras ſuperas evadendi. Rebus igitur

in cœmeterio S. Priſcillæ exeuntes,

A. HIERO. BARNABEO EX MS.

desperatis: Eja Fratres, inquit Abbas, in Deum spem erigamus, oremusque una omnes B. Philippum: ipse enim profecto deprecantibus aderit. Nec vana fides fuit: quandoquidem brevissimo temporis spatio ad os cryptæ, per quod intraverant, se perveniſſe comperiunt. Quamobrem, etsi jam ad vesperascere t, & necdum cibi quidquam sumpsissent, tamen ad Vallicellanam ecclesiam convolant, & liberatori suo gratias agunt: cujus in honorem Abbas ipse votivam argenteam tabellam ibidem appendi jussit, ad posterorum memoriam sempiternam.

ad os cryptæ adveniunt.

falsi criminis accusatus,

688 Perusiæ Pannonius Ceccarellus, gravis cujusdam criminis falso insimulatus, carceri addictus fuerat. Interea qui in Urbe erat germanus frater, ad Philippi sepulcrum confugit; fusisque ibi precibus, Sacerdotem quem secum habebat etiam atque etiam rogat, ut quamprimum ad altare beati Patris pro fratre suo Sacrum faciat: id quod prid. Idus Octobris anno MDCVII effectum est. Eodemque tempore, quemadmodum ex litteris Perusia allatis apparuit, Pannonius carceris claves præter omnem expectationem satis incongruo loco reperit; apertoque ostio elapsus, ante ipsum Judicem causæque cognitorem, meridiano tempore pertransiit: deinde urbe egressus, ad Tiberim, haud longe inde fluentem, vesperi cum venisset, quamquam ingruentibus pluviis intumescentem, vado tamen feliciter trajecit: denique, perspecta ejus innocentia, Pontificis jussu absolutus est. Quamobrem tanti beneficii testem depictam tabellam, Philippi sepulcro suspendendam curavit. Nec prætereundum hoc loco videtur, quod hic ipse Pannonius, cum deinde Romæ in gravem morbum incidisset, elletque in ædibus Caritatis, in eo ipso cubiculo, quo jam Vir sanctus usus fuerat; hortante fratre eodem, ut præteriti beneficii memor beati Patris auxilium exposceret, cujus habitaculo fruebatur; sese illi toto pectore commendavit, atque extemplo sanitatem recepit.

elabitur ex carcere,

B

absolvitur,

& sanatur à malo.

Venator ab apro lapsus,

689 Venabatur Thomas quidam Matthæi de Cattaia in agro Cornetano; dumque aprum insequeretur, ferox bellua cruento dente illum appetiit; apertoque altero lumbo, tres etiam nervos sub genu divulsit: quamobrem spasmo superveniente, de illius salute desperatum est. Accepit hoc ex Thomæ parentibus Marcus Antonius Vitelleschus: eorumq; miseratione commotus, capillos aliquot Philippi, quos apud se reverenter habebat, dolentibus præbuit; iisque ægroto suppositis statim convalescere cœpit, nullaque corporis parte præpeditus remansit. Stephanus Calcinardus ad oppidum quoddam non longe ab Urbe se contulerat, creditam pecuniam exacturus: cujus loco à debitore equinum pullum accepit, eoque instrato atque conscenso (siquidem primo intuitu satis mansuetus videbatur) Romam revertitur. Cum autem ad fossam quamdam perveniſſet, qua tenuis amnis decurrebat; jumentum, fluentis aquæ murmure perterritum, demisso in terram capite, in fugam se conjecit, atque equitem suum quatuor millibus passuum transversum egit. Denique ad præcelsam rupem cum veniſſet, seque jam jam præceps daret ex illa; Stephanus maxima cum voce exclamat, Adesto mihi, beate Philippe. Dumque hæc diceret, equus repente substitit, neque exinde domino suo molestiam, ullam exhibuit.

C

aliusque ab equo conſternato raptatus ſervantur.

interceſſioni Sancti tribuitur ſucceſſus Legationis Alexandrinæ.

690 Hieronymus Vecchiettus, cum in Ægyptum semel atque iterum se contulisset, ut Romanæ Alexandrinam Ecclesiam conciliaret; plurimas easque gravissimas difficultates unius Philippi apud Deum precibus atque interceſſione se superasse testatur, cujus adhuc viventis depictam effigiem secum detulerat, reique bene gestæ laudem & gloriam beato Patri amplissimis verbis attribuit in publicis tabulis, quæ solenni ritu confectæ atque signatæ, tum in Ægypto, tum etiam Romæ asservantur: id quod & Barsum, Alexandrinæ ipsius Ecclesiæ Archidiaconus, scripto confirmavit. Porro hujus ipsius Archidiaconi atque aliorum legationem ad Clementem VIII, luculenter Cardinalis Baronius descriptam reliquit, ad calcem Tomi VI Annalium Ecclesiasticorum. Illud quoque hoc loco adjiciendum videtur, quod cum idem ipse Vecchiettus in eas regiones penetrare non posset, ubi autographum quoddam confirmari oportebat; Nobilē quemdam Alexandrinum (Sido Michaëli nomen erat) eo destinavit. Quoniam vero Arabum excursionibus infestiora erant itinera, profecturus Michaël sese Vecchietti orationibus commendavit; is vero Philippi effigiem ei ostendens, Hic, inquit, nobis orandus, hunc viæ ductorem tutoremque eligamus. Ille igitur sacram imaginem deosculatus abscedit, & jam medium iter emensus in Arabes incidit; qui ex habitu Christianum rati, lanceas ejus pectori infigere conantur; sed eo protegente, cui paulo ante se commendaverat, frustra ictus cecidit: Barbaris autem more suo cursum prosequentibus, salvus & incolumis relictus est.

D

E

CAPUT XLIII.

Miracula divinitus patrata post Philippi Canonizationem.

691 CAP. XV

QUoniam vero multis præclarisq; miraculis mirificavit Dominus Sanctum suum, post solennem ejus Canonizationem; antequam operi finem imponamus, eorum aliqua recensere operæ pretium duximus. Hieronymus Porta medicus Aquensis Savonæ cum esset, & plures jam menses tum animo tum etiam corpore graviter ægrotaret; denique ad Deiparæ templum se contulit, cui à Misericordia nomen est, ibique Philippi auxilium ardentibus precibus invocavit. Tum vero inter orandum rigere capillos, caputque velut manibus stringi sibi persensit (quod scilicet beatus Pater facere consueverat cum iis, qui tribulationibus pressi ad se confugiebant) mox repente ab omni ægritudinis molestia liberatus est. Andriæ in Apulia Philippi calceus, solenni ritu & pompa per urbem delatus est; hunc sacra Virgo, ex monasterio sanctissimæ Trinitatis, Christina nomine, veternosa & jam à medicis desperata, venerari ac deosculari vehementer optabat: quamobrem voti compos effecta, vixdum illum affecto corpori applicuit; cum statim dirupta cute copiosus humor effluxit, atque hydropis languor penitus evanuit.

Levatur gravis ægritudo,

hydropiſis, acuta febris,

F

quinquennale aſthma,

692 Cæsenæ in monasterio Spiritus sancti, Maximilla Gennara ex continua atque acuta febri graviter decumbebat, & ad ultimum prope spiritum redacta (ut Philippum ardentissimo studio colebat) Vitæ ejus librum cervicali subjici jubet. Vox autem confestim insonuit: Surge Maximilla, ne dubita. Tum vero illa extemplo resumptis viribus lecto insedit, & lętitia gestiens; Sana sum, inquit, sana sum: quare Moniales delirium, & certissimæ mortis indicium hoc esse putabant. At vero superveniens medicus (erat is Camillus Claramontes) vere sanam ac liberam reperit. Quamobrem quæcumque sociarum deinde in illam vivam ac vegetam incidebant, pro miraculo eam intuebantur. In Ripano monasterio S. Claræ, Joanna Filetia, quinque continuos annos spirandi maxima difficultate vexata, cum nullis remediis juvari potuisset; denique anno MDCXXII Aprili mense, qua die Philippi recens inter Sanctos adscripti sacra imago per eam urbem solenni pom-

pa

A pa delata eſt, & Monialium ejuſdem cœnobii venerationi expoſita, ſeſe beato Parenti toto cordis affectu commendavit, eodemque temporis momento ſanitatem recuperavit. Cum autem deinde requiſita, ut tam præclari beneficii publicum teſtimonium ferret, id facere dubitaret; in priſtinum morbum ſtatim recidit. Quapropter iterum Philippi auxilio implorato, publicis tabulis rem teſtari decernit, iterumque bonæ valetudini reſtituitur.

693 Cum Romæ, poſt peractam Philippi Canonizationem, è Vaticana Baſilica noſtri omnes longo ordine ad Vallicellanum templum incederent; Hie-

macula & dolor oculi, ronymus Scatoglia, Sacerdos Septempedanus, ad beati viri ſacellum ſe contulerat: dumque ſacrum vexillum cum ejus imagine in ipſam ædem infertur, atque à Cantoribus præcinitur hymnus, Te Deum laudamus, incredibili quadam ſpiritus dulcedine perfundi ſe ſenſit: deinde cum aliquantulum oraſſet, ingens beneficium ſeſe accepiſſe cognovit. Quæ enim ſiniſtro illius oculo toto biennio inſederat macula, repente evanuit; quique eum vehementer cruciabat dolor, prorſus abſceſſit. Savonæ Marietta

inveterata ſtruma. quædam, Auguſtini Pugnetti filia, adoleſcentula, exortis ſtrumis plures jam annos laborabat. Hujus

B matrem, de filiæ morbo graviter dolentem, Confeſſarius hortatur, ut ad Cathedralem eccleſiam pergat, ibique ad ſacram Philippi imaginem pro filia preces fundat, certamque ſanitatem expectet. Abit illa, & magna cum fiducia Confeſſarii dicta exequitur: dein domum revertitur, videtque pittacia è puellæ collo ſponte cadentia: poſtero autem die obductas etiam cicatrices læta miratur.

694 Franciſcus Arcarſius medicus, uxorem, cum

Puer à latronibus captus, filio duodenni duobusque ſervis, Savonam miſerat; quos cum latrones in itinere adorti comprehendiſſent, denique pecunia expoliatos dimiſerunt; puero tamen retento, tribus aureorum millibus redimendo. Hoc ubi reſcivit Pater, cum ſolvendo non eſſet; nihil intentatum reliquit, quod ad flectendos homines improbiſſimos facere videretur. Sed fruſtra: quandoquidem precibus ſæviores facti, diem edicunt, qua, niſi tria millia ſolvantur, puerum ſeſe interfecturos certo ſciat. Igitur quid faceret pater, aut quo ſe verteret, neſciebat. Quamobrem Sacerdotem qui

& niſi lytrum grande ſolvatur necandus, illi erat à Confeſſionibus conſulit. Is vero ut Philippi opem imploret vehementer hortatur; & ad

C ſpem hominis erigendam, Pannonii exemplum proponit: qui ex Peruſino carcere, quemadmodum paulo ante narravimus, divinitus eſt eductus, dum Romæ pro eo ad Philippi aram ſacrificabatur. Quibus auditis ille ſequenti mane in templo S. Dominici, in honorem S. Philippi, votivam Miſſam celebrandam curavit, eodemque nomine ipſemet Confeſſarius rem ſacram fecit: poſtridie vero litteræ ad Arcarſium afferuntur in hæc verba: Hodie mane ad me nec

gratis dimittitur. opinantem venerunt latrones, & Deo certe aſpirante nihil pecuniarum ſe velle dixerunt &c. Die autem inſequenti, qui modo captivus erat adoleſcentulus, ſalvus & incolumis Savonam venit: cujus adventu parentes vehementer obſtupuerunt, beatoque Patri gratias egerunt, cujus interceſſione è tanto periculo ereptus fuerat.

695 Veronæ, Doralices, uxor Joannis Boni nobi-

tumens genu citra ſectionem ſanatur, lis viri, tertiana febri diu vexata, medicorum conſilio in ſuburbanum ſe contulerat. Hic vero cum febris receſſiſſet, genua & crura uſque adeo illi intumuerunt, ut vix demum ſe ſuſtinere poſſet. Itaque ad urbem rediens, tentatis omnibus remediis, denique medici in eam ſententiam veniunt, ut poſtero mane ei genu ſecetur. Cujus rei cognitione miſella cum ſomnum capere non poſſet, ad Philippum confugit; votitque, ad ejus altare argenteam imaginem & ſacram Hoſtiam per Sacerdotem ſeſe oblaturam. Voto nuncupato ſtatim ſomnum cœpit. Deinde cum primum illuxit, pedibus ad templum perrexit, votumq; perſolvit: denique domum rediit. Quo cum veniſſent medici, ut ſtatutam ſectionem perficerent; nihil jam remedio opus eſſe comperiunt, ac biduo poſt integram valetudinem recuperavit. A. HIERO. BARNABEO EX MS.

696 Salodii extremo ſupplicio quidam addictus,

innocens liberatur à parato ſupplicio. amicum rogavit, ut Veronam ad Barbaram Cerutam ſcriberet (fuerat quippe nuper in ejus familia) ab eaque ſuo nomine expoſceret, ut in ſacello S. Philippi, quod ipſa jure patronatus habebat, pro ſalute ſua preces fundi juberet. Acceptis litteris, nobilis æque ac pia femina, confeſtim parvulos quos habebat filios, ad Philippi aram ſupplicaturos, mittit. Quæ dum Veronæ agebantur, miſer ille Solodii ad ſupplicium ducebatur. Jamque ad patibulum perventum erat, cum Prætor ex improviſo per viros graves rogatus eſt, ne procederet ad pœnam, ſed acta diligentius recogноſceret atque perpenderet. Is igitur à ſupplicio ad carcerem hominem reduci jubet: cauſaque optime perſpecta, cum innocentem illum comperiſſet, ſtatim abſolvit.

697 In Parmenſi monaſterio S. Pauli, Benedicta

E Colia ſacra Virgo, alliſo ad terram genu, luxataque patella, præ doloris acerbitate immobilis hæſit. Ac-

ſanatur caſu luxatum genu. currunt ſociæ, atque ejulantem vix demum in cubiculum deferunt: cumque ne lecto quidem decumbere poſſet, in ſponda quibus poſſunt modis eam collocant. Interea dum medici advocantur, dolore ardens miſera, Philippum inclamat: eodemque temporis momento læta ſubjungit, ſana Sum, ſana ſum: jam rediit in locum ſuum. Quod quidem ita eſſe, quemadmodum illa affirmabat, manifeſto compertum eſt. Quamobrem paulo poſt ſupremi crepuſculi precibus in Choro cum aliis interfuit; flexiſque genibus ante Philippi imaginem, pro tam præclaro beneficio debitas gratias egit.

698 Paulus de Bernardis, ex Agro Tarviſino, Romæ erat in familia Raynaldi de Raynaldis nobilis viri; graviterque rixatus cum alio famulo ad Vallicellanam eccleſiam venit, ibique ad Philippi ſepulcrum

Guttur transfixus ab inimico, orans, illius auxilium præſertim in re præſenti ſupplex rogavit. Hora autem circiter ſecunda noctis, negotium domini peracturus, domo inermis egreditur; quippe qui nihil ſibi ab illo timebat, quem ſcilicet Nobilis cujuſdam verbis pacatum putabat. Necdū decem paſſibus ab ędibus aberat, cum improbus rixator, laterna ejus oculis appoſita, ſtylo miſerum per

F guttur transfigit, & fugit. Quo quidem ictu Paulus, quamquam mente commotus, Philippi auxilium implorat; auditque illum more ſuo dicentem; Ne du-

ſicaq; extracta moribundus, bita, nihil tibi eveniet mali. Igitur in ædes ut potuit ſe recipiens, in ipſo limine ingenti quodam fulgore circumfuſus, quam nondū ſenſerat ſicam ingulo infixam vidit; ſuisque ipſe manibus extraxit atque projecit. Cum autem acerbiſſimus eum dolor corripuiſſet, Jeſu nomen ingeminans, iterum Philippi opem ſupplex expoſcit. Accurrit interea dominus, jacentē excitat, & bono animo eſſe jubet. At ille vires vitamque ſibi jam deficere ſentiens, Sacerdotem petit ad ſacram Confeſſionem peragendam. Aderat tum forte nobilis quidam Presbyter, qui ſtatim moribundo aures præbet; & necdum Confeſſione completa, quod eum expirantem videret, à peccatis abſolvit. Adveniunt tres chirurgi, & locum vulneris inſpicientes, omnino inſanabile pronuntiant. Itaq; Parochus advocatur, qui ſacramentalem illius Confeſſionē iterum auſcultat ac perficit; ſacrum tamen Viaticum, ob gutturis impedimentum, ei præbere non potuit.

699 Igitur tota nocte pervigil Philippo aſſiduis precibus ſe commendabat: deniq; ante lucem ſopori ſe dedit,

A. HIERO. BARNABEO EX MS. *invocato Sancto ſanti ſe coniperit;*

dedit, dein expergefactus ſanum ſe eſſe cognovit, adeo ut reſumptis extemplo viribus caput collumque libere agitaret, ac ſine ulla difficultate expueret. Quod ubi advertit qui ei aſſidebat chirurgus, interrogavit, ut ſe haberet. At ille, Philippi beneficio ſanatū ſe eſſe reſpondit. Tum vero chirurgus re comperta, ad dominum advolat, ac lætus quod acciderat nuntiat. Is porro, ut mortis nuntium in horas expectabat, quamquam Paulum jam vegetum videret, ſuis ipſe oculis credere non poterat. Quamobrem alios chirurgos iterum accerſit: qui inſpecto vulnere, vere ſanum ac liberum eum eſſe pronuntiarunt, nec ſe mirabilius quidquam aut vidiſſe aut audiſſe, quandoquidem ne ſubtiliſſimum quidem filum, ne dum ferrum, per aſperam arteriam vivo cuiquam trajici poſſe compertiſſimum ſit. Quamquam autem Paulus eadem hora ad Philippi ſepulcrum ire voluit; tamen à medicis vetitus, tres aut quatuor dies lecto ſe continuit, nec poſt acceptum beneficium vel minimam ægritudinis moleſtiam ſenſit; quin etiam cicatrices optime coierant, niſi quod in medio gutture ac ſub cervice, quædam in ſumma cute ſigna remanſerant, videlicet ad memoriam præclariſſimi beneficii retinendam. Demum quinto poſt die ſalvus & incolumis ad Philippi ſepulcrum ſe contulit, depictamque tabellam, cui res breviter inſcripta eſt, ad ſacrum parietem ſuſpendit.

B

Monialis arthritica & leproſa,

700 In Piſtorienſi monaſterio S. Claræ, Maria Franciſca Arfarola, undecim annos arthritidis doloribus graviſſime laboraverat, nec agere ſe quoquam poterat; quin etiā toto ferme biennio inſanabili quadam lepra totum ejus corpus inductum, nec videre poterat, nec de facie amplius agnoſcebatur. Itaque lecto affixa, non ſine acerbiſſimo dolore, ubi neceſſitas cogeret, ſociarum manibus movebatur. Erat hęc porro Philippo addictiſſima, ex cujus Vita quotidie aliquid aut legebat aut audiebat; nec ita pridem ad ejus ſepulcrum argenteam imaginem tranſmiſerat, ibique Miſſas decem pro ſe celebrandas curaverat; oleo quoque lampadarum, quæ ibidem ardere conſueverunt, ſe non ſemel inunxerat; denique IV Idus Martii anni MDCXXIX, in Piſtorienſi templo S. Proſperi, ad ejuſdem Philippi aram, bis ſacram Hoſtiam pro ſalute ſua offerri juſſerat. Nocte autem ſequenti, ingraveſcente morbo, cum ſe morituram putaret, beato Parenti ſe ex animo commendavit; ejuſque Caſulæ fruſtulum ſuomet vultui imponens, ſtatim ſomnum cœpit; treſque ipſas horas (quod antehac nunquam illi in tam longa valetudine contigerat) placidiſſime quievit. Per quietem autem audire ſibi viſa eſt quemdam, ſemel atque iterum dicentem; Surge, jam enim ſanata es. Tertio denique eadem ſibi iterari, & capiti ſuo manum imponi ſenſit: quare expergiſcens, luce quadam circumfuſa eſt, quæ ſtatim evanuit. Interea vultui manus admovit, fœdamque ſcabiem abiiſſe comperit: quapropter lecto ſeſe proripiens, atque in genua procumbens, orationem Dominicam cum Angelica ſalutatione ter recitavit, Hymnumque, Te Deum laudamus. Iterum deinde lectulo ſe compoſuit: primo autem diluculo Monialem quamdam, ante cubiculum ſuum tranſeuntem, accerſit; omnia ſingillatim enarrat, ceteriſque ad Matutinas horas convenientibus hæc eadem nuntiari jubet; rogans illas, ut pro recuperata valetudine ſua Deo gratias agant. Hæ vero Matutinis precibus abſolutis ad eam veniunt, tantoque miraculo lætantur & obſtupeſcunt.

impoſito ſibi Caſula fruſtulo,

C

ſubito ſanatur.

701 Anno ſalutis MDCXXXV Carboniani (oppidum eſt in agro Romano, quod circiter triginta millia paſſuum diſtat ab Urbe) Kal. Majis ſolennes ludos celebraturus frequens populus in plateam con-

ſub trabe lapſa collisus puer,

venerat: dumque altiſſimam trabem erigerent, neſcio quo caſu prolapſa eſt, fregitque puerulum, Mathæū nomine, Euſtachii Poiani filium quadrimum: qui ex attrito ore ſiniſtroque oculo vim ſanguinis effundens, ſine motu, ſine ſpiritu jacebat, ut vere mortuus ab omnibus crederetur. Tum vero populus miſeratione commotus & fidei plenus; Eamus, inquiunt, & ad Philippi templum eum deferamus, qui Deo volente à mortuis excitabit. Igitur ad templum itur, delatuſque puer in ipſo altari collocatur; omnibus interea, qua precibus, qua lacrymis, beato Patri ſupplicantibus, ut puerum dolenti reſtituat matri; quod & ipſa præſens, atque ejulans expoſcebat. Ecce autem repente puer oculos aperit, elataque voce ter matrem inclamat. Qua re commoti qui aderant, Miraculum exclamant. Deinde puerum tollunt, domumque deferunt, nec vultu nec ulla corporis parte vel leviter læſum. Hanc igitur ob cauſam ſolenni ſupplicatione indicta, ejuſdem loci Clerus ac Populus ad Philippi eccleſiam proceſſerunt: ex eaque die erga ſanctum Virum cultus atque Religio, non ibi ſolum, ſed in vicinis etiam locis haud modicum incrementum accepit.

D

reſuſcitatur;

E

item obtritus rota plauſtri.

702 Nec ita multo poſt ibidem Angelus Mirella, plauſtro frumentum vehens, temonique inſidens pronus cecidit, rota autem medium ejus dorſum obterente, jacentis induſium plane diſciſſum eſt. Tum vero miſer Deiparam Virginem & Philippum ſuppliciter invocat, atque intermortuus humi procumbit. Accurrunt interea nonnulli, & quod aliis in ejuſmodi caſibus uſu venerat, diſſectum atque extinctum putabant. Itaque exceptum manibus in proximam aream deferunt, utque ex animo Philippi auxilium imploret omnes hortantur. Is vero moribundis vocibus atque ſingultibus, quaſi jam jam expiraturus, ajebat: Sancte Philippe, adjuva me. Ecce autem repente clara atque intelligibili voce ſubjicit, S. Philippus ſanitatem mihi reſtituit. Statimque ſanus vegetuſque ſurrexit, quaſi nihil unquam mali paſſus eſſet.

Matrona nobilis,

703 Pontia Scagliona, Amalfitanorum nobiliſſima, ex longa ſeptem menſium ægritudine ad ultimum vitæ diſcrimen adducta, denique XIII Kal. Junii anni MDCXXXV ſacro Viatico atque extrema Unctione munita, mox deceſſura videbatur. Verum, ut erat Philippo addictiſſima, ſacras ejus Reliquias popoſcit: quæ à Patribus Congregationis Oratorii ſtatim allatæ ſunt, ejuſque collo ſuſpenſæ. Gliſcente interea morbo, ex continuis ſymptomatis, nervorum convulſionibus, tremoribuſque vehementiſſimis, ut multorum manibus teneri non poſſet, denique VIII Kal. Junii vocem ſenſumque omnem amiſit: quamobrem, explorata arteria, medicus jam jam expiraturam pronuntiavit. Interea dum ſacræ preces ſolenni Eccleſiæ ritu ab adſtantibus recitantur; repente moribunda oculos aperit, extentiſque brachiis erigit ſeſe, lectoque inſidens, Sana ſum, inquit, ſana ſum: Senex quippe meus pulcherrimus totam me ſanam fecit. Cor mihi præ gaudio ſalit, abiit dolor, optime valeo. Deo gratias & ſancto Philippo meo. Quæ quidem verba, lætitia geſtiens, ſæpius iteravit. Rogata autem quonam pacto Vir ſanctus eam ſanitati reddidiſſet; Faciem ſuam pulcherrimam mihi, inquit, oſtendit; atque illico ſanam fecit. Accurrunt deinde ad illam domeſtici omnes, tantoque miraculo obſtupeſcunt: mox præcinente ipſa, aliis proſequentibus, Hymnus Te Deum laudamus recitatur. Denique lecto ſurgens, vegeto ac valenti corpore perambulabat, ea ipſa hora ad Philippi ſacellum advolatura, ibiq; totam noctem vigilatura, niſi Confeſſarii præceptū obſtitiſſet.

F

animam dans.

Sancto apparente convaleſcit.

Igitur

A Igitur poſtridie, nimirum VII Kalendas Junii, quo die ejuſdem Philippi ſolenne recurrebat, pedibus ad eccleſiam venit; flexiſque genibus (quod antea facere nunquam potuerat) ſolenni Miſſæ Sacrificio interfuit, ſpectante populo, totaque Urbe Philippi laudibus perſonante.

APPENDIX

Relatio de Sudore Imaginis Patavinæ Auctore Jacobo-Philippo Thomaſino, Civitatis-novæ Epiſcopo,

Ex Italico ſecundæ editionis anni 1670.

Deque Reliquiis & Patrocinio Neapoli.

PRÆFATIO.

Sudor imaginum ominoſus antiquis,

B SUdare & lacrymari imagines ominoſum ſemper antiquitati fuit: unde S. Auguſtinus *libro 3 de civitate Dei cap.* 12, refert, ſtatuam Apollinis Cumani per quatuor dies ploraſſe: ſupra quem locum Coquæus adducit locum T. Livii *lib.* 43, eumque confirmat auctoritate Ciceronis *lib.* 1 *de Divinatione*; & Julii Obſequentis, *lib. de Prodigiis*, aſſerentium, rem à divinatoribus ſic acceptam, quaſi proxima Græcorum ruina & Romanorum felicitas eo ploratu ſignificatæ fuerint. Similiter Lucanus inter Belli civilis præſagia numerat:

Indigetes fleviſſe Deos, Vrbiſque laborem
Teſtatos ſudore Lares.

Nos contra, ſudorem ab imagine S. Philippi Nerei expreſſum, putamus fuiſſe effectum viſceralis erga Deum amoris. Quare ſi effectus participent naturam cauſæ principiique unde procedunt; cum lacrymæ ac ſudor naſcantur ex viſceribus cordis, & hæc in Sancto plena tunc fuerint caritatis ac ſuavitatis; non poteſt ſudor talis aliud eſſe ſignum, quam lætitiæ, tranquillitatis, & pacis.

Lætæ rei index Chriſtianus eſt,

2 Præterea divina opera ſemper diriguntur ad utilitatem ſalutemque animarum, quemadmodum è contrario tartareus hoſtis ſolam earumdem intendit perditionem. Unde S. Petrus diſtinguit inter miracula à Deo & à magis facta, dicens: *Ille qui eſt à malo*,
C ſcilicet Simon Magus, *ſigna quæ ille facit nulli proſunt.* Et S. Joannes Chryſoſtomus, *in ſermone de Eliſæo*, circa excæcationem copiarum Syriacarum, venientium contra Regem Iſraëlis, quas impedivit, ait: *Alia eſt conditio belli, alia virtus Dei; alius eſt ordo pugnantis. Alia cauſa virtutes & ſigna monſtrantis: in bello ſalus adimitur, in portentis & ſignis vitæ utilitas exhibetur.* Diſcimus præterea ex Euangelio, Chriſtum, quando gratias facturus erat, planxiſſe. Etenim ad redemptionem generis humani naſcens, *vagit infans*; reſuſcitaturus Lazarum, *lacrymatus eſt Ieſus:* unde etiam dixerunt qui aderant, *Ecce quomodo amavit eum.* Sudavit in horto, & quidem ſudore ſanguineo, quando ineffabili fervore ad mortem pro noſtra ſalute obeundam ſe offerebat. Quis ergo poterit dubitare, quin etiam in Sanctis eorumque imaginibus ſudores & lacrymæ ſigna amoris & ſecuturæ conſolationis ſint pignora?

& patrocinii à Sanctis præſtandi:

3 Poſſem hanc in rem varias hiſtorias allegare; una perquam mirabilis ſola ſufficiet, quam in Appendice ad XX Januarii, Tomo ejus menſis ſecundo pag. 1139, ex Antonio Vaſconcello in deſcriptione Luſitaniæ, ita refert Joannes Bollandus in Actis Sanctorum. *Anno à Chriſto nato* MDXCIX *ardebat peſtilen-*

tia Vlyſippo, quæ vicina contagione Salaciam attigit. Accidit ut S. Bartholomæi pervigilio (libitbina vix ſufficiente morientibus) cum Sacerdos in ædicula S. Rocho ſacra, ubi S. Sebaſtiani ſimulacrum poſitum erat, rem divinam faceret, oculos in effigiem conjiceret. Guttis ubertim manantibus undique ſudantem intuitus eſt. Rei novitate attonitus, effigiem in propatulum adducit, ut omnium oculis exhibita res foret illuſtrior. Res mira! Præſentibus omnibus magis atque magis in ſudorem reſoluta eſt, adeo ut Curioni negotium in abſtergendo ſudore, qua ſudariolis qua mappis, exhibuerit. De improviſo cymbala feſtivo plauſu feriuntur: rumor magis atque magis increbreſcit: confluunt plenis viis peſtilentia laborantes, & fide obſirmata ſacro inunguntur ſudore: quæ pietas votis ex æquo reſpondit. Nam ex quo tempore hæc ceciderunt, nec peſtis amplius graſſata eſt, nec ullus (licet ſpe deplorata) impoſterum morbo ceſſit. EX ITAL. TOMASIN

4 Concludamus igitur dicamuſque, ſudorem miraculoſum, quem divinæ Majeſtati placuit videndum nobis exhibere in imagine S. Philippi Nerii, indicium fuiſſe viſceralis caritatis, qua nos Patavinos noſtramque civitatem Sanctus iſte complectitur; ſignificans ſe pro nobis advocatum defenſoremque in cælis aſſiſtere, ſuiſque lacrymis ſæpe avertere tribulationes magnas, atque flagella divinæ juſtitiæ, aliàs E peccatis noſtris deſtinata. *idem præſtimendum de S. Philippo Nerio.*

CAPUT I.

Initium Oratorii Patavini, & Sudoris in imagine S. Philippi obſervari cæpti menſe Aprili 1632

CUm D. Joannes Antonius Maria Cortivus de Sanctis, Patavinus, Sacerdos manſuetus ac plenus caritate, poſt multos labores jam inde ab anno MDCXXIV exantlatos, in hanc civitatem introduxiſſet Congregationem Oratorii S. Philippi Nerii, obtenta eidem eccleſia S. Thomæ Martyris in area Caſtelli, quo ſe reciperent ſpirituales ipſius filii, ad exercitia ſancta inſtituto iſti propria; creſcente indies eorum numero, propter fervorem ſermonum ejus; profecit ille per Dei gratiam, non ſolum in excolendis civium animis, ſed etiam in eccleſiæ parietibus devota pictura exornandis, locupletanda ſacriſtia, & habitatione amplificanda. Ne autem tranſlato aliquando ad alios loco, fructus ſibi ſuiſque periret tam bene cœpti operis, eo quod ab Ordinarii arbitrio penderet electio Curati; faciendum ſibi imprimis putavit, ut auctoritate Pontificia Beneficium ipſum Congregationi adnecteretur; itáque ipſo decedente, quando Deo placuiſſet, Sociorum una habitantium aliquis in eo ſuccederet. Hoc ejus conſilium indicatum Illuſtriſſ. D. Marco Cornaro, Epiſcopo Patavino, nihil ſolicitius cogitanti quam quomodo civitatem ac diœceſim ſuam probis Sacerdotibus impleret, adeo non diſplicuit, ut omnem quoque favorem appromiſerit conſequendæ gratiæ deſideratæ. Actum ergo Romæ eſt: &, quamvis jam è vivis ceſſiſſet bonus Paſtor Cornarus, ſucceſſum tamen negotiatio ea habuit apud Urbanum Papam VIII, & concupita unio ab eodem eſt impetrata. *Firmando Oratorio Patavii* *petitur ecclesia S. Thomæ M.* F

6 Vixdum adhuc vehementiam ſuam poſuerat epidemica lues, hiſce in partibus graſſata, quando Apoſtolicæ litteræ ſunt allatæ; & per mortem Cardinalis vacabat Epiſcopo viduata Patavina Sedes. Oportuit igitur ut earum reſeratio & executio committeretur proximiori Epiſcopo, Vicentino videlicet, qui erat D. Cardinalis Fredericus Cornarus. Hic negotium detulit ad Vicarium ſuum D. Benedictum Saracenum, per quem die XX Januarii an. MDCXXXII *& impetratur anno 1632.*

Congregationi S. Philippi Nerii unita est ecclesia S. Thomæ. Interim de manu ad manum, ut fit, translatæ pro temporum ratione scripturæ, in ea quæ civitatem adhuc tenebat confusione, fuerunt amissæ; & boni illi Sacerdotes, consilii inopes, recurrendum sibi æstimarunt ad suum sanctum Fundatorem, ut suæ ecclesiæ causæque subveniret. Hic autem pro ea qua vivus pollebat promptarum lacrymarum teneritudine, suam quoque imaginem (mirum dictu!) sudare voluit & quodammodo lacrymari per dies multos, temporibus variis & copiose: itáque, reductis ad obsequium suum illorum animis qui prædictas scripturas occultaverant, repertæ eædem sunt; & opus Domini, quod suspensum hæserat, perfectionem ultimam accepit.

Ital. Tomasini Pro amissis ejus rei instrumentis soliciti Patres,

7 Cum autem æquum non sit, ut res tam prodigiosa prematur silentio, atque in oblivionem adducatur; præsumpsi eamdem (quoniam hisce meis diebus contigerat) scripto consignare, typisque vulgare; ut apud cives meos aliosque perseveret memoria, ad inflammandam devotionem erga Sanctum illum: qui sui excessum amoris erga nos Patavinos voluit sudore isto declaratum; suis illis lacrymis fortassis avertens aliud quodcumque nobis divinitus destinatum flagellum, nostrumque se profitens esse Patronum, ex quo paucorum quorumdam humilitas Oratorium ejus hic erexit. Ad id autem duplici nomine teneri me sentio, amore scilicet communi patriæ, & privata mea erga S. Philippum obligatione, cujus jam inde ab annis multis protectionem singularem experiri cœpi, & porro me experturum confido. Tu igitur, ô glorioſe Sancte, calamum meum dirige: quo aspirante initium facio narrationis.

cum cpem Sancti petunt coram ejus imagine,

B

8 In sacristia Oratorii hujus Patavini, ad pedes sculpti Crucifixi, stabat imago S. Philippi Nerii, supra telam, mediocri magnitudine, picta per manum D. Baptistæ Pelizzarii anno MDCXXVIII, juxta prototypon quod est penes D. Vincentium de Doctoribus, Nobilem Patavinum, à Carthusiano quodam Patre acceptum. Ante hanc Sacerdotes se præparabant more consueto ad Missam dicendam, aliisque temporibus Institutorem suum Sanctum in eadem venerabantur. Stabat autem loco plane sicco, soli meridionali exposita, plusquam palmum unum remota à pariete: fueratque antea per triennium in cella D. Gaspari Columbinæ, & alibi; nec unquam visa fuerat sudare; unde nemo suspicabatur fieri posse, ut alicujus humoris stillæ ab ea aliquando profluerent, sicuti postea contigit. Contingere vero cœpit XVIII Aprilis, quando R. D. Fabricius Parma animadvertit imaginem humectatam: quod aquæ alicujus aspergine factum ratus (angustus enim satis locus est) aliud nihil tunc fecit, quam quod linteolo humorem absterserit, nihil ultra cogitans.

picta anno 1628,

C

illa 18 Aprilis visa est sudare;

9 Die post quarto, id est XXII Aprilis, mane iterum sudare cœpit eadem imago: signanterque notabantur majores guttæ duæ, una sub oculo sinistro, altera ex eadem parte qua os desinit. Accurrerunt omnes Oratorii Presbyteri ad intuendam rem adeo miram: & devotæ quædam personæ, tum forte præsentes in ecclesia, ad idem spectandum sunt ingressæ. His D. Fabricius Parma retulit, quomodo ante paucos dies ipse idem animadvertisset: unde partim terrore, partim stupore repleti Patres, primum decreverunt gratias agendas Deo, semper mirabili in Sanctis suis, orandumque *ut monstra converterentur in bonum.* Post prandium evanuerat sudor, sed remanebat vestigium duarum quas dixi majorum guttarum: Dominus autem Joannes Antonius Maria Cortivus, re penes se diligenter expensa, censuit conscios faciendos Superiores, convocatisque in consilium Patribus eorum exquisivit sententiam. Hæc vero una omnibus fuit, nihil esse cunctandum; brevique oratione præmissa elegerunt DD. Gasparem Columbinam & Joannem Mariam Monte-rossum, qui rem nuntiaret D. Vicario Episcopali, pro parte Capituli tunc constituto, scilicet D. Bartholomæo Sanguinaccio, Metropolitanæ ecclesiæ Archiadiacono. Is rei insolitæ & stupendæ miraculo captus, iterum iterumque eam sibi narrari à Patribus voluit; mandavitque ut, ad præcavendum populi concursum, clauderetur tunc Oratorium, donec juridice esset quæsitum in veritatem. Itaque reversi domum illi sunt, & Vicarii mandatum exposuerunt P. Cortivo: qui ut erat obedientiæ studiosissimus, sine mora claudi Oratorium mandavit, & imaginis vultum operiri velo.

iterumque:

D

qua de re monitus Vicarius jubet occultam haberi:

10 Die sequenti XXIII, hora satis sera, cum jam templum esset ab externis vacuum, boni illi viri, flagrantes amore erga Sanctum suum Patrem, simul omnes ingressi oratorium sunt; dumque coram veneranda imagine orationi incumbunt, unus eorum divinitus inspiratus, nonnullam veli partem elevavit; & viderunt omnes faciem Sancti sudare incipientem, eo plane modo quo solet ovum recens, positum ante focum. Tum sublatum integre velum est, & illis orationem prosequentibus evanuit cito sudor ille: sed uno horæ quadrante post cœpit copiosius pullulare, totum Sancti vultum humore opplens. Quod cum iterum aliquantum durasset, siccatus ultro vultus apparuit, & simul rei fama omnem circum percurrit viciniam. Nec longum fuit temporis intervallum, cum tertiùm & multo quam ante copiosius erupit sudor, præsente jam etiam D. Sanguinaccio, qui finitis in Cathedrali officiis huc accesserat. Hæsit ergo attonitus, suis ipse oculis intuens quod pridie relatum auribus fuerat admiratus; & quod majori jam copia scaturivisset sacer liquor, divinæ voluntatis esse credidit, ut certius haberet compertam veritatem facti: cujus etiam testes fuerunt, quos secum adduxerat Sacerdotes aliqui & famuli sui. Quia autem crescebat populi, ad omnem novitatem affluere soliti, multitudo; optimum factu censuit, si pictura, sublata ex Oratorio, ad superius aliquod conclave deferretur, quemadmodum statim factum est: ipseque Vicarius sibi sumpsit loci probe clausi clavem, quo manerent excusati Patres iis qui videre imaginem postularent: sibi ejus rei arbitrium omne relinqui volens, atque ita discessit.

& die 23

idem ipse intuitus,

mandat auferri quadrum:

11 Post prandium nonnihil confusi Patres memoria eorum quæ jam viderant, penitiusque considerantes resolutionem Vicarii, judicaverunt inclusionem talis imaginis non esse aliud quam Dei mirabilia occultare. In hoc autem anxiabantur magis, quod die sequenti XXIV celebranda recurreret ipsius ecclesiæ dedicatio. Multi ergo ex laicis, filiis eorum spiritualibus, ad quos pervenerat relatio rei mirabiliter actæ, de P. Cortivo querebantur, quod se privatos volebat solatio tam devoti spectaculi: alii vero arguebant, ea ratione tolli Sancto debitum honorem. Quapropter vesperi, post longam orationem deliberationi præmissam, pariter decreverunt, communi mœstitiæ finem postridie quærere, repetita sub primam auroram clave: prout fecerunt P. Joannes Maria Monte-rosso & D. Fabricius Parma nomine P. Cortivi, Vicarium humiliter exorare aggressi, ut respectu solennitatis prædictæ magnique desiderii Sodalium omnium, permitteret prædictam imaginem exponi publico: quod non invitus annuit; & obtenta, quam desiderabant, licentia lætos dimisit.

E

F

acquieſcit tamen ut die 24 publice exponatur.

12 Itaque reserato conclavi, Sacerdotum primus, superpelliceum stolamque indutus, aliis luminaria gestantibus ad priorem Orarorii locum sanctam

tulit

A tulit imaginem præſentibus D. Vincentio de Doctoribus, D. Sebaſtiano Corbelli, D. Joanne Papafava, D. Auguſtino Tolentino Cancellario aliiſque nonnullis: qui omnes viderunt manibuſque contrectarunt imaginem ſiccam, quaſi numquam ſudaviſſet. Tum inchoatæ Miſſæ ex Ordine ſunt, audiendiſque Confeſſionibus & diſtribuendæ Communioni intendebant Patres, quando eis ſupervenit D. Joſephus Gualdus, Archipresbyter Cathedralis eccleſiæ: qui, ut erat vir ſtudioſus atque verſatus in hiſtoriis, ibidem in Oratorio familiariter diſcurrit de ſudore, qui poterat naturaliter ex qualitate colorum exiſtere, plurium ſtatuarum imaginumque exemplis dicta confirmans. Obſervata deinde diligenter ipſa imagine, factaque oratione (erat enim & ipſe devotus Sancto) diſceſſit inde, ſolicite rogans, ut cum iterum ſudare illa inciperet, etiam domo accerſeretur. Verum vix paſſus quinque & viginti promoverat, cum ecce erumpere ſudor ſacer & Mag. Fabianus Trentini, ex ſenioribus Oratorii Sodalibus, poſt Archibresbyterum currere: qui accelerato mox gradu revertens, vidit magno ſuo cum ſtupore vultum Sancti majori parte ſui humectatum, reliquam vero picturam plane ſiccam. Quare iterum iterumque intuitus, factique evidentia convictus, diſceſſit, rem ſibi videri miraculoſam affirmans.

quando cum omnes plane ſiccam vidiſſent,

coram Archipresbytero novus ſudor erupit,

B 13 Exinde ſiccata per ſe imago eſt, digreſſiſque ad prandium Sacerdotibus, manſit Oratorium plenum populo, ad orandum coram prædicta imagine: à qua mox atque prandium finitum fuit, copioſiſſimus iterum abſiſtere ſudor cœpit; præſentibus ad ſpectaculum non ſolum Patribus, ſed variis etiam Dominis ſecularibus, videlicet Abbate Franciſco-Leone & Leonello ejus fratre Comitibus, Comite Silvio de S. Bonifacio, Angelo Lazara, Euangeliſta Zagaglia, Galeatio Paſſeri, Hippolyto Corradino, Doctore Strà, aliiſque magnæ auctoritatis perſonis. Quantitas autem hujus miraculoſi ſudoris, præter minutulas guttas, conſtabat duabus præſertim grandioribus in facie conglobatis, & aliis ſupra manum, unde eatenus nihil eruperat; erantque tam copioſæ illæ, ut viderentur ſupra altare decurrere. Aderant inter alios etiam D. Vitalianus Muſſatus & Dominus Corbelli, qui coram adſtantibus Patribus ſuadebant, ut deciduum illum ſudorem phiala cryſtallina aut ſcypho exciperent vel goſſypio admoto, ſicut antea fecerat P. Cortivus. Primo autem miraculo, ad majorem certitudinem ejus, alterum addere Deus voluit: quod ſcilicet in ſcyphum vel ampullam lapſus humor, aut goſſypio exceptus evaneſcebat illico, nec quidquam humectabat, præter naturam aquæ. Quia vero rei fama jam erat per totam civitatem vulgata, de ſententia Canonicorum mandavit Vicarius D. Cancellario Tolentino, ut proceſſum de re tota formandum inchoaret: nec amplius voluit ab Oratorio removeri imaginem, ſed ad populi ſatisfactionem ibidem relinqui.

iterumque poſt prandium:

qui vaſo exceptus evanuit.

C

Et die 25 ab Inquiſitore

14 Die XXV Aprilis, feſto S. Marci circa horam XIII denuo ſudavit Sanctus coram P. Mag. Antonio de Vercellio Inquiſitore, & Vicario ejus, duobuſque aulicis Domini Poteſtatis aliiſque. Inſuper Pater Inquiſitor, magnæ vir integritatis, affirmat, viſam ſibi effigiem Sancti, dum ante eam genuflexus manebat, rubicundiorem colorem mutato priori aſſumpſiſſe; idemque à ſe obſervatum ajebat D. Joannes Maria Monteroſſo. Cum autem ſic devote contemplarentur lacrymas hujus venerandæ iconis & varios ejus motus, viſa eſt gutta una ſupra frontem in modum unionis turgeſcere; cumque ſuſtineri nequiret amplius, deorſum ſtillare: & Vicarius ſumpta fiducia, earum quæ barbæ adhærebant aliquas attigit. Ad hujus exemplum etiam D. Judex Aquilanus, ſuſtulit unam quæ erat ſub oculo ſiniſtro, & medietatem alterius quæ erat in fronte; alteram vero medietatem dimiſit ad fidelis populi ſatisfactionem, rogatus à Patribus, metuentibus ne ſeculari manu tangi dedignata imago, ſupprimeret fluxum miraculoſi liquoris: prout revera contigit, & per aliquot dies ſudare Sanctus deſiit. Quia tamen divina Majeſtas, necdum ſatis ad compunctionem moverat corda noſtra lacrymis Sancti, voluit ut hic, poſt eoſdem dies non multos, denuo emitteret benedictas lacrymas ſuas.

EX ITAL. TOMASINI *& Iudice tactus, ſupprimitur ad tempus:*

15 Ergo die XXVIII, inter XVI & XVII horam, cœpit de novo ſudare imago, idque in majori copia; præſentibus ad initium D. Joanne Maria Monteroſſo & D. Fabricio Parma, cum Gaſpare Rizzola Clerico loci prædicti: qui cum exclamando teſtati eſſent ſudare Sanctum, inter alios multos accurrerunt etiam D. Sebaſtianus Corbelli, D. Marcus Bagarotus, D. Hieronymus Batizone, cum D. Joanne Franciſco fratre ſuo & Comite Panigo: quibus paulo poſt ſupervenerunt D. Vincentius de Doctoribus, D. Joannes Caput-vaccæ, & D. Eques Jacobus Frizimeliga, cũ aliis multitudinis confuſæ perſonis. Erat autem ſudor in vultu: ſed & ſupra collare ad latus ſiniſtrum tres majores guttæ turgebant: præterea ſupra humerum ſiniſtrum, pectus, ac manus, guttæ concreverant: quarum quæ erat in manu, præ ſui magnitudine jam jam caſura videbatur: quare rogatus fuit P. Cortivus eam ampulla excipere; quod, ſatisfacere Dominis illis cupiens, fecit: ipſa tamen, ſimiliter ut antea aliæ, mox atque fundum ampullæ attigit ſubito evanuit. Cumque eodem loco prorumperet alia, ſimiliterque turgeſcens lapſura eſſet, ab eodem bono Sacerdote multa cum reverentia fuit excepta in eadem ampulla. Pari modo excrevit etiam tertia, exceptaque eſt; & nihilominus monſtrabat Pater prædictis Dominis fundum ampullæ, in quam omnes ſtillaverant, nullum collecti intus humoris ſervare veſtigium; quamvis illi crederent, eam jam ibi quantitatem eſſe, qua cochleare impleretur: quod cunctis admirationem auxit, fruſtra ſperantibus Reliquiarum loco earumdem ſtillarum aliquid goſſypio excipiendum, referre domum ſuam.

Apparet rurſum die 28

ampullaque exceptus eã non humectat.

E

CAPUT II.

Sudores menſe Majo notati cum nonnullis apparitionibus Sancti.

F

16 POſt hunc copioſum ſudorem, à tot tantæque notæ perſonis viſum, ſtetit ille diebus aliquot, jamque credebatur non fluxurus amplius: quando die VIII Maii, inter XVII ac XVIII horam, iterum cœpit imago ſancta abundanter ſudare. Ac primo grandis gutta apparuit in fundo naſi, & alia ſimiliter in gena dextera ſub oculo, tertiaque ſupercilio incumbens: multæ præterea guttulæ in naſo, ſiniſtro oculo, fronte ac barba, ac denique una ſatis longa ſupra collare ad latus ſiniſtrum: qui autem aderant, videbant illas naſci paulatimque turgeſcere: inter quos fuerunt Reu. Bartholomæus Valentini, Parochus S. Tomii; & Mag. Ruggerius, Sacriſta Monialium S. Agathæ, aliique. His digreſſis ſolus Presbyter Valentini manſit apud P. Cortivum; atque nonnihil remoti ab Oratorio ſermocinabantur, quando prænominatus Gaſpar Rizzola Clericus, humili ſedi inſidens ad latus ſiniſtrum altarioli ubi ſtabat imago, auditus eſt ſubito in terram procumbere quaſi adgeniculando, & gemere, ut raptum extra ſe vel attonitum. Accurrit illico cum ſocio ſuo ad ſtrepitum Pater, interim dum juvenis totus alacer erectuſque in pedes, dixit eis; quod per

Penuo 8 Maii notatur ſudor,

& Sanctus apparet Clerico,

EX ITAL. IDMASINO

feneſtram verſus portam, vidiſſet S. Philippum Nerium, ſtatura grandem, barba canum, capite calvum, ſacrificalibus paramentis viridis coloris indutum: portatum à quatuor Angelis, viridia quoque indutis, niſi quod manicæ rubræ erant. Stabat autem Sanctus manibus junctis, & omnes habebant intuitum per feneſtram verſus oratoriolum, ſtantemque ſupra illud imaginem. Deinde ſubjunxit idem adoleſcens: Pater mi, etiam hac nocte, dum concederem cubitum, apparuit mihi S. Philippus, in habitu nigro Sacerdotali, cum bireto nigro & ſplendoribus circa caput, quibus illuminabatur totum cubicellum meum, nec non funalibus quatuor, quæ videbam duo ante ac duo poſt ipſum ferri. Duravit autem ea viſio per Ave Maria; viſuſque eſt mihi Sanctus ad cor dicere, quod debebam ire ad S. Thomam, ſicut feci: ſed poſt prandium non potui venire tam cito quam volebam, propter obedientiam patri meo præſtandam: mox autem ac veni, cœpit ſudor iſte, mihique accidit, id quod dixi. Exultabat gaudio bonus ſenex, Deoque referebat laudem pro gratioſis ejuſmodi effectibus, qui omnes videbantur tendere ad augmentum Congregationis, pro ſpirituali proximorum utilitate inſtitutæ: ideoque voluit ut adoleſcentulus eadem iterum iterumque referret, tam Patribus Oratorii quam Fratribus: ac deinde imperavit ut in libello ſcriberet rem totam, qui apud ipſum P. Cortivum ſervatur, cum atteſtationibus omnium qui prædictum ſudorem viderunt.

cui etiam nocte priori viſus erat.

B

Die 9 etiã Lacrymari viſa imago,

17 Sequenti die XIX Maii, eademque Dominica IV poſt Paſcha, ſub horam XIII, iterum ſudare viſa eſt imago, tribus tamen dumtaxat guttulis ſupra manum apparentibus: poſt prandium vero, ad horam circiter XVIII, copioſior ſudor fuit, & lacrymis ſtillantibus ſimilis. Erant autem quinque grandiores guttæ, ſub oculo ſiniſtro. Quod obſervantes multi, cum non jam ſudorem, ſed lacrymas æſtimarent eſſe, haud abſque terrore aliquo acceperunt, velut præſagium id eſſet magni cujuſdam mali ſuperventuri civitati, jam pene evacuatæ per peſtilentiam. Verum conſolabatur eos dulciter P. Cortivus, animans omnes ad pœnitentiam fiduciamque, collocandam in Dei miſericordia atque protectione efficaci S. Philippi.

ac rursũ io,

18 Die X Maii, inter horam X & XI, ſimili in copia erumpente liquore, videbantur multæ grandiores guttæ ſub eodem ſiniſtro oculo, quædam etiam ſupra frontem & barbam, inter quas una circa ſuperiorem medietatem ſimilis erat unioni oblongæ: quã

C

una cum aliis præſentibus obſervarunt D. Albertinus Bariſone, nunc digniſſimus Epiſcopus Cenetenſis, D. Eques Jacobus Frizimeliga, Illuſtriſſimus Lauredanus cum ſuo Capellano, P. Albertus Corradinus Prior Rucenſis, & P. Marinus de S. Auguſtino. Pullularunt præterea quatuor guttæ ad pectus ex parte ſiniſtra: dumque omnes defixis in dictum ſudorem oculis orationi vacarent, Eques Frizimeliga rogavit P. Cortivum, ut guttarum unam digito apprehenderet: quod tremens fecit, orique admovit, atque dixit, ſaporem ejus minime naturalem ſibi videri, ſed divinam aliquam ſpirare fragrantiam. Perrexit deinde alias goſſypio excipere ad ſolatium infirmorum, ipſumque magna cum caritate inter id requirentes diſtribuit. Dominus porro Bariſone hortatus eſt eumdem, ut majorem guttam, quæ ſub manu Sancti eruperat ampulla exciperet: quod cum is feciſſet, mox repullulavit alia; & hac ſublatâ, etiam tertia, magna cum admiratione & conſolatione Dominorum iſtorum: & ampulla de more manſit ſicca vacuaque liquoris. Illi autem recedentes, ut aliis etiam locum facerent Miſſamque audirent, poſtea aſcenderunt ad cubiculum P. Cortivi, de eo quod acciderat, quodque præſagiri inde poſſet, conferentes inter ſe. Deinde ſeſquihora tranſiit, poſtquam ſiccata imago fuerat; quando illa denuo ſudare cœpit, & diſtincte apparuerunt ſuper manum guttæ undecim, una ſupra pectus, & alia ſubtus: ad quas conſpiciendas vocati iidem Nobiles, confirmaverunt jam formatam credulitatem de ſupernaturalitate ejuſmodi effectus, & valde contenti diſceſſerunt.

quando admota ori gutta divinum quid ſpirare viſa:

D

item die 12.

19 Die XI Maii, hora pariter XI, cum eſſent in ſacriſtia D. Fabricius Parma & Gaſpar Columbina, in apparatu ad celebrandam Miſſam; audiverunt duos Clericos ſuos, Gaſparem Rizzola & Jacobum Fantone, diſceptare inter ſe, utrum Sanctus deinceps ſudaturus eſſet; unde D. Fabricius acceſſit ad picturam, velo opertam, viditque ſudorem de manu incipientem prorumpere, obſervans eumdem & magnitudine & numero guttarum augeri: ſex enim in manu apparebant & grandior una in pectore, quas P. Cortivus cochleari collegit, & ampullæ aquæ benedictæ immerſit; deinde goſſypio abſterſit ſudorem reliquum, coram Dominis Bariſone & Corbelli. Elapſa poſtmodum ſeſqui hora rediit ſudor, totaque facies oppleta fuit guttis, præcipue ſupra oculum ſiniſtrum; in ipſoque oculo etiam ſubtus, ubi erat una magna valde & longa: ſupra frontem autem guttæ tres. Obſervatum quoque ut admirabile eſt, quod earum guttarum una, ex oculo prædicto nata, ab ejus fundo verſus naſum profluxit ad inſtar lacrymæ; indeque per ſpatium unius circiter palmi deſcendens, locum qua tranſierat humectatum reliquit: ſpatium deinde dimidii palmi tranſiliens ſiccumque relinquens, pervenit ad manum; unde cum caſura videretur, collecta in ſcyphum fuit. Aderant ad hæc omnia ſupraſcripta præſentes qu. D. Commendator Scipio Papafava Prior Meſſanenſis, D. Comes Alviſius Valmarana, D. Bartholomæus Conſelve, P. Simon Marcheſini Canonicus S. Mariæ in Vanzo, D. Joannes Longus, D. Franciſcus Portus, & alii. Collecta autem gutta repullulare occepit; ſumptâque denuo ampullâ collecta, nuſquam apparuit, mox ubi ad fundum vaſis pervenit: pervenerat autem, id quod aliæ numquam fecerant, ſed ipſius ampullæ contacto orificio ſtatim evanuerant. In his porro dum eſſent, advenerunt Canonici omnes eccleſiæ Cathedralis, ac nominatim D. Marcus Antonius Martinengus, nunc Epiſcopus Torcellenſis; DD. Canonici Ladaza, Campolongus, Diſcalceatus, & Silvaticus, cum D. Bonifacio Roſſi, inſigni Nobili hujus civitatis: qui omnes dictas guttas lacrymaſque optime vidiſſe teſtati ſunt.

coram variis illuſtribus perſonis;

E

F

& 12 quãdo res ad horas duas duravit,

20 Sequenti die XII Maii, ſub horam XX, rediit ſudor, & duabus circiter horis duravit: erant autem tres majores guttæ in fronte juxta biretum, quatuor in manu ſiniſtra, quædam ſupra naſum, & quinque circa barbam. Præ ceteris autem grandior una extitit & margaritæ æqualis circa oculum ſiniſtrum; quæ genam lateraliter tranſcurrens, procul ab oculo ſtetit: & huic ſimilis fere erat altera ſupra labium circa myſtacem. Aliæ autem minores per totam faciem videbantur paulatim turgeſcere ac mox evaneſcere. Notabile vero imprimis fuit, tum ſpatium temporis quo ſudor hic duravit, multique ad ipſum videndum confluxerunt, tum ipſa copia lacrymarum. Die XIII qui erat Jovis, perſeveravit ſemper gutta illa grandior, quæ de oculo ſiniſtro per genam deſcenderat: videruntque ipſam Domini Franciſcus Bonardi & Georgius Torre, medici, cum Dominico Franchini: coram quibus P. Cortivus ſuſtulit quadrum expanditque ad ſolem; ita ut omnes videre poſſent, quod tela erat retro per omnes ſuas partes ſicca, nec ibi poterat ſignum aliquod humiditatis etiam imaginariæ deprehendi. Eadem nocte accidit Sanctum apparere cuidam Presbytero Oratorii etiamnũ viventi, qũ

& gutta una uſque in craſtinum,

& pluves etiam in pectore apparuerunt:

A qui ſe ad ſomnum capiendum compoſuerat; eumque cum aliis duobus confratribus amplecti & deoſculari. Cum autem is reddere oſculum vellet, in mentem venit à Superiore prius licentiam petere; ſed hic negare videbatur: unde totus perterritus exclamavit, appellavitque D. Gaſparem juxta ſe dormientem. Excitatus eſt autem ad clamorem etiam Rev. Cortivus, & ſimul ambo ad decumbentem acceſſerunt, qui eis narravit viſionem ſupradictam; unde actis Deo gratiis dormitum rediverunt.

poſt apparitionem nocturnam:

eadem gutta adhuc viſa die 14

21 XIV Maii, ſub horam XII, obſervatum fuit, perſeverare adhuc guttã diei præcedentis: quæ cum crederetur calore aëris induruiſſe, Pater Inquiſitor iſtuc acceſſit, digitoque eam attigit: huic autem tamquam verus & perfectus liquor adhæſit: & ab omnibus qui aderant ſupra ipſum ejus digitum viſa eſt ſtare, qui deinde ipſam oculis ſuis cum devotione admovit. Tunc iterum ad ſolis radios expanſum fuit quadrum, & omnino ſicca tela apparuit, & quadamtenus tranſparens per omnes ſuas partes: eoque admirabilius viſum eſt, quod gutta illa potuerit conſervari ab exceſſivo iſtius Oratorii calore, & ſole per feneſtram in ipſam picturam quandoque incidente. Unde magnum ſumitur argumentũ, quod ſi naturalis

Cum expanſa ad ſolem imago ſicca maneret.

B eſſet ſudor ille, per omnes ipſius quadri partes æqualiter deberet prorumpere, ſecundum impetum cauſæ moventis & ſudorem iſtum provocantis; contra quã apparebat accidere, ſiccis permanentibus partibus omnibus aliis, etiam ejus faciei. Die etiam ſequenti ad horam x fuit viſibiliter obſervatum prædictæ humiditatis veſtigium aliaque ſimilia, ſed perquam exilia. Poſt prandium vero coram prædicta imagine exorciſmi ſacri recitati fuerunt ſupra D. Bennaſciutam, ſororem D. Paulæ Bottonæ, cognatam ipſius P. Cortivi, viduam qu. D. Parmeggiani Cortivi fratris ſui: cujus lingua contacta fuit goſſypio tincto ejuſmodi benedictis guttis; apparueruntque effectus mirabiles, ſicut etiam die XVII & XVIII ejuſdem menſis; fatente dæmone, quod S. Philippus lacrymabatur & ſudabat, præ amore quo fertur erga angulum iſtum: ita enim appellabat eccleſiam & oratorium, poſitum in anguſto ſitu ipſius areæ. Alias dixit ſudare Sanctum, ut melius radicaretur ejus notitia: ipſa autem Domina multo melius exinde habuit.

ſudore illo tinctum goſſypium energumenã levat.

Cum ſudor 23 Maii rediſſet,

22 Die XXIII, circa horam duodecimam cum dimidia, cum dies aliquos ſine ſudore tranſiviſſent, iterum is rediit. Videbantur tres magnæ guttæ ſupra

C manum, quarum maxima, quæ ſupra carpum erat, cecidit uſque ad digitum: & ſimul omnes intra horæ quadrantem evanuerunt. Tunc decreverunt Patres quadrum iſtud componere intra tabernaculum ex ligno inaurato, tamquam rem pretioſam & majori veneratione dignam. Cum autem adveniſſet dies XXVI Maii, ipſius Sancti feſto ſacra, denuo ſudavit imago, non ſolum mane, ſed etiam poſt prandium. Ac primum quidem gutta una viſa eſt ſupra manum: dum autem accenſo cereolo conſideratur facies, ex eadem etiam guttæ duæ cœperunt prorumpere. Sub horam XVIII & XIX iterum ſudor rediit, unaque major gutta ſupra manum duravit plus quam horas duas cum aliquot minoribus; ſed his intumeſcentibus evaneſcentibuſque ſuccedebant aliæ ſimilis quantitatis. Die XXVII ad horam XII evidenter reſtabat humiditas, relicta à prædicta gutta. Tum ſublata de tabernaculo imago, & loco ſuo priori intra ſacriſtiam reſtituta eſt; ut ſi contingeret ipſam ſudare, poſſet res melius & è vicino obſervari.

imagine jã poſita in altari

continuatur miraculum uſq; ad 30

23 Tertio ab inde die, id eſt XXX Maii, circa veſperam, venit puella quædam dicta Paula Segala, filia qu. D. Pauli & Mariettæ de Vicentinis, ad viſitandam ſanctam imaginem, cum ſummo deſiderio videndi prorumpentem ex ſacris ejus genis ſudorem mirabilem. Cumque ibi aliquamdiu oraſſet, videretque nihil ejuſmodi prodire; ſtimulata devotione erga Sanctum, accepit roſam, quam multis horis tenuerat thoraci veſtis ſuæ affixam (uti ſolent cauſa ornatus puellæ) eamque ſiccam & languidam porrexit D. Joanni Mariæ Monteroſſo, ut ipſam admoveret ſanctæ imagini: quod ei libenter gratificatus eſt. Cum ergo vultui Sancti roſam admoviſſet ac reddidiſſet puellæ; ipſa eam in manum ſiniſtram à dextera transferens, animadvertit ſibi quatuor digitos madere ab humore iſtius roſæ. Quare admirationis plena oſtendit digitos Sacerdoti qui ipſos abſtergens, recepit roſam, ut videret an eſſet madida, ſed ſiccam invenit, itáque puellæ reddidit; quæ ipſam reverenter accipiens, mox humectari ſibi digitum indicem ſenſit. Accerſitus ergo fuit P. Cortivus, qui vidit ipſius roſæ folium unum eſſe humidum totum, reliquis in ſua ſiccitate permanentibus: eaque occaſione voluit etiam videre alias roſas, quas ejus ſodales ad pectus geſtabant. Cumque omnes undique ſiccæ apparerent, cenſuit locum eſſe credendi, quod humor ille roſæ, qui manum puellæ madefacerat, ab altiori cauſa proceſſerat, hanc ei gratiam faciente Sancto. Ipſa autem ſuam illam roſam incluſit pyxidi, ad eum finem datæ, ut deinde reverentius eam haberet.

D

quando ei admota roſa ſicca immaduit.

& geſtantis manum humectavit.

E

CAPUT III.

Sudores menſis Iunii, cum judicio Pictorum & Philoſophorum de rei ſupernaturalitate. Patronatus Neapolitanus.

24 CUm deinde multis diebus abſque ſudore imago fuiſſet, credebatur poſt hac ceſſaturum prodigium; quando die XX Junii, circa XX horam, denuo ſudare illa cœpit; & gutta una defluxit à tempore ſiniſtro, aliaque in facie & collari apparuit: unde iterum cœpta eſt imago obſervari. Die XXI, intra X & XI horam, adhuc viſibilia erant veſtigia humoris pridiani, ſic ut ſolum guttæ evanuiſſe viderentur. Cumque die illo adeſſet D. Marchio Pius Obitius, cum Presbytero Foliata nonnuniſque Doctoribus, ſermocinantes de iſto ſudore, an poſſet eſſe naturalis; apparuerunt ſigna aliqua humida circa pectus; quæ P. Cortivus, ut Dominis iſtis complaceret, goſſypio terſit, bis terve fortiter ea premens, nec tamen ſiccare potuit. Rogarunt ergo eum ut digito admoto exploraret, utrum vera humiditas ea eſſet, ſicut fecit, & ipſe liquor in digito ejus apparuit. Poſtea rogarunt ut, accepta aqua benedicta, humectaret quamdam partem ipſius quadri, in ſimilitudinem humectationis miraculoſæ: quo facto, voluerunt ut manu tergeret aut goſſypio, ad explorandum, utrum poſt deterſam eamdem partem ſimiliter ea humida perſeveraret. Experientia autem duobus in locis ſumpta, & humore mox ut fuerat abſterſus evaneſcente, plus etiam admirati fuerunt. Petierunt deinde goſſypium, quo partem madefactam deterſerat, totumque humidum invenerunt; illud vero quod ſacro madori applicatum fuerunt, omnino ſiccum. Denique acceptum manibus quadrum ſoli opponentes, ipſumque ex omni parte ſiccum invenientes, receſſerunt plene aſſecurati.

Cum 20 Iunii iterum prorupiſſet ſudor.

F

manſerunt ejus veſtigia in quadro

25 Diebus XXII, XXIII, XXIV, XXV & XXVI Junii, manſerunt veſtigia humida præcedentium guttarum. Die autem XXVII, de mandato Vicarii Capitularis, portatum fuit quadrum ad Epiſcopium, & repoſitum in capella Epiſcopali: delatum eſt autem à D. Joanne Maria Monteroſſo, comitante eum

per 6 dies continuos.

Ipſum 27 Iunii ad Epiſcopum delatum.

EX ITAL: TOMASINI

D. Tolentino Cancellario; & iſtic aliquanto tempore perſtitit. Poſtea Rev. Cortivus, petita & facile obtenta à Vicario licentia, illuc acceſſit die III Auguſti: & facto ibidem ſacrificio Miſſæ Deum rogavit, ut ſuam ſanctam voluntaten manifeſtando declararet, quid venerabili iſta imagine vellet fieri. Domum quoque reverſus, mandavit omnibus Patribus Fratribuſque Oratorii ut in commune preces funderent, quatenus id decerneretur quod magis ei placitum foret. Poſt dies autem viginti & amplius ſtatuerunt recipiendum eſſe prædictum quadrum, & reponendum in tabernaculo ſupra ipſum altare S. Philippi Nerii. Itaque XXIX Auguſti idem D. Joannes Maria Monteroſſi ad ſacrificandum in capellam Epiſcopalem ivit: Sacroque peracto abſtulit quadrum de altari, & domum retulit, reponens illud devote in tabernaculo ſub hoc titulo: *Poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus Rom.* VIII, 22. Perſeverant autem uſque hodie ſigna ſudoris admirandi ſupra ipſum quadrum, ac ſpecialiter in gena ſiniſtra. Addo, haud levi conſideratione dignum eſſe, quod, licet illæ ſudoris guttæ ſeu lacrymæ ſæpius defluerent à vultu ac manu Sancti in picturâ expreſſi, numquam tamen figuram ipſius excederent foras prolabendo.

et quæ relata ad Oratorium 29 Auguſti,

ſervat eadem ſudoris præteriti ſigna.

B

26 Hæc eſt fidelis obſervatio ſudoris, ſcaturientis ex imagine S. Philippi Nerii, in hac noſtra civitate Patavina, à die XVIII Aprilis uſque ad XXI Junii; accepta ex commentariolo Rev. Cortivi, uſque hodie aſſervato: qui ſudor viſus fuit à perſonis graviſſimis, populoque infinito, ac matronis valde nobilibus: qui omnes profeſſi ſunt, eo ſpectaculo magis ſe accendi in amorem erga iſtum Sanctum. Legimus quidem in hiſtoriis varias imagines ſudaviſſe, quin etiam veſtes ac velamenta Sanctorum Sanctarumque; ſed in noſtra civitate Patavina (quantum quidem ego aſſequi indagando potui) ſimile nihil habuimus, præter ſudorem qui anno MDXII menſe Februario prodiit ex imagine Crucifixi in eccleſia Servorum; quando is per dies quindecim continuos, rurſumque die Veneris ſancto IX Aprilis, & conſequens biduum, ex vultu ac latere copioſe ſtillavit eum liquorem, qui ampulla exceptus hodiedum in prædicta eccleſia cum magna veneratione cuſtoditur.

ſtrout de his omnibus conſtat ex diario P. Cortivi,

adſcripta habente nomina teſtiũ.

C

27 *Hic addiderat Auctor Capitula ſeu Articulos octo, ſuper quibus auditi examinatique fuerunt teſtes, nominatim expreſſi tredecim (tot enim ad plenam probationem facti ſufficere videbantur) præter quos in libro P. Cortivi* propria manu ad perpetuam rei memoriam *alii viri nobiles aut religioſi & plurima fide digni quadraginta novem, iis quæ viderant atteſtati ſunt. Sed his prætermiſſis tranſeo ad ſententias pictorum phyſicorumque, quorum examini commiſſa probatio fuit naturalis aut ſupernaturalis cauſa, effectiva iſtiuſmodi Sudoris.*

Naturaliter ea fieri potuiſſe

28 Dicunt pictores, ſalem ammoniacum ſeu ſabularium (Armoniacum vulgus nuncupat) mixtum coloribus, aliquando reſolvi & ſudoris inſtar apparere in picturis. Dicunt etiam virorem illum æruginem, quem nonnulli ideo admiſcent coloribus ut citius deficcentur & formoſior imago appareat, aliquando poſſe, ſive ab aëre ambiente, ſive à loci humiditate reſolvi, & in picturis humoris aliquid ejicere, ita ut figuræ ſic pictæ videantur ſudare. Sed humor iſte ipſius coloris materiam ſecum aufert, digitoque tactus eum inficit, evidentiaque ſui ſigna & colorata relinquit: iſtic autem; unde ſublatus eſt ſignum remanet, & ubi relinquitur atque ſiccatur, reſtat deinde macula in ipſa pictura. Tale autem nihil concipi poteſt in hoc, in quo verſamur, caſu: quia D. Joannes Baptiſta Pelizzarius, noſtræ civitatis pictor celebris, dixit, quod in ſuis picturis non ſoleat adhibere vel ſalem ammoniacum vel virorem ærugineum: idque ſuo juramento affirmavit ſæpius, aſſerens prædictum ſudorem non eſſe naturalem, ſed ſupranaturalem ac miraculoſum. Idem affirmat D. Marcus Antonius Bonacorſi Patavinus, ingenioſiſſimus etiam pictor; aliique pictores, qui hanc Relationem legerunt, ipſumque ſudorem declararunt extra naturæ ordinem eſſe.

D

negant Pictores

& Phyſici.

29 Adm. illuſtris & excellentiſſimus D. Joannes Cottunius, Philoſophus Primarius in ſtudio Patavino, ſententiam ſuam his verbis ſcripſit. Poſita relatione & atteſtatione tot fide dignarum perſonarum, circa ſudorem imaginis S. Philippi Nerii, ego Joannes Cottunius, Lector publicus Philoſophiæ in prima cathedra Studii Patavini, ſentio & conſtanter affirmo, quod ſudor prædictus non poſſit ullo modo proceſſiſſe à cauſa naturali, ſed fuerit omnino miraculoſus. Ita atteſtor, die VI Julii MDCXLV, Patavii. Idem aſſeruit D. Marius Maſſoleni, Theologus Collegiatus Patavii & Lector Philophiæ extraordinariæ primo loco in Scholis publicis.

Cultus & Reliquæ ſancti Neapoli

E

30 *Ceterum cum multis aliis in locis* S. Philippus Nerius, *imagines ſuas habet publico expoſitas cultui, tum maxime Neapoli, ubi Romani Oratorii quædam quaſi colonia habetur, duce Franciſco Maria Tauruſio illuc deducta. De hac prolixius agit Franciſcus de Magiſtris, in libro quem ſcripſit de ſtatu Eccleſiæ Neapolitanæ pag.* 301 *& ſeqq. & ait, quod in una capellarum, à dextris ac ſiniſtris majoris aræ collocatarum (ea ſcilicet quam ipſi Sanctæ fundavit anno* MDCXLVII *prædicti Franciſci Mariæ nepos ex fratre, Tarufius nomine & cognomine dictus)* adeſt, miraculoſa ejuſdem S. Philippi effigies, quæ, ob gratiarum multitudinem, à confugientibus ad eum devotiſſime colitur. *Inter alia autem ſimulacra Divorum argentea, quibus locupletatur eccleſia, præcipuum cenſetur* S. Philippi, variis gemmis maximi valoris tempeſtatum, in quo ipſius Sancti ſervantur interiora. *Ita liber vivente etiamnum Auctore primum editus an.* 1641 *& additur quod ibidem ſit* Coſta de collo ſeu nux colli, *ac* dens molaris *ejuſdem; ut taceam de Bireto aliiſque rebus, eo titulo iſtic reverenter habitis, quia aliquando fuerunt in uſu Sancti Inſtitutoris. Bis deinde ſcilicet anno* 1661 *&* 1678, *liber idem prodiit, cum Additionibus Joſephi de Magiſtris, patrui opus ſupplentis: ſed hoc loco nihil aliud quam modo dictum eſt reperitur. Verum anno* 1685 *Pompeius Sarnelli in lucem dedit Ducem peregrinorum, Neapolim luſtrare volentium; agenſque de Oratorio Patrum S. Philippi Nerii pag.* 118 *dicit, quod in eorum eccleſia habeatur* Coſta una Sancti, illigata auro, multiſque adamantibus ornata, intra lipſanothecam argenteam, inſigniter coronatam, ſuſtentatamque à duobus Angelis, item argenteis, ſupra ſimilis metalli formoſam baſim, toto opere ad duos cum dimidio palmos aſſurgente. *Præterea* Magna pars viſcerum ipſius Sancti, cordi argenteo incluſa, cui cordi elegans ex roſis & liliis ſertum circumdatur, & utrumque requieſcit ſupra caput argentei Angeli, ejuſdem altitudinis. *Denique*, Nux colli, intra pulcherrimam ex argento ſtatuam, quater mille ſcutis æſtimatam.

F

in quibus oſſa duo

31 *Præcordia Sancti paulo poſt mortem exempta cori aperto fuiſſe, ſeorſimque ſepulta, habemus ex Vita num.* 544; *& paulo poſt dicuntur, eadem octavo poſt menſe refoſſa repertaque integra, deinde repurgata exiccataque, varie fuiſſe diſtributa: ac denique narratur quarto poſt anno tranſlatum corpus, incorruptum atque tractabile etiam tunc; nec ejus poſtea vel in oſſa reſoluti vel partibus aliquibus imminuti ſit ulla mentio, nequidem* Cap. 39, *ubi narrantur* miracula, per Sancti præcordia, capillos, lintea, & precatorios globulos facta. *Hæc conſiderans hæreſque perplexus, conſului Eminentiſſ. Coloredum; qui ſolita ſua humanitate reſcripſit,* XVII *Februarii* MDCLXXXVII;

A LXXXVII; *quod* anno MDCXXXVIII, auctoritate Urbani VIII, facta eſt illa prædictorum oſſium ſeparatio, quamvis Romani Oratorii Patres ægre ferrent, partem aliquam ſanctiſſimi iſtius corporis diſtrahi. Sed parendum fuit Pontifici imperanti, ceſſitque in particulare accidentalis gloriæ augmentum triſtis illa diviſio, cum per eam teſtatior facta ſit corporis ſacri incorruptio, & miraculorum gratia ad urbem quoque Neapolitanam diffuſa. *Ita ille : poſtea autem, ex litteris noſtri P. Nicolai Iannettaſii Neapoli 25 Maji datis intellexi, ejuſmodi ſeparationem, per expreſſum Pontificis Breve, ad inſtantiam D. Annæ Columnæ Barberinæ imperatam, executionique mandatam fuiſſe die* XII *Maji; ſequentis autem anni Martio, die* XXVIII *menſis, ſignatum fuiſſe inſtrumentum donationis, prædictæ Pontificis Nepti factæ, per Caſium Notarium Eminentiſſimi Cardinalis Vicarii, cum facultate ipſas Reliquias alienandi, intra vel extra Vrbem exponendas; juxta quam facultatem ipſa Domina, almæ Vrbis Præfectiſſa, eaſdem tradiderit perſonis, ad ſe eum in finem Neapoli deputatis, die* XIII *Maji* MDCXXXIX : *quid porro factum ſit diſce ex Inſtrumento ſequenti.*

anno 1638 juſſu Pontificis exempta,

& 1639 Neapolim delata,

B 32 Franciſcus, miſeratione divina tituli ſanctorum quatuor Coronatorum S. R. E. Presb. Card. Boncompagnus, Archiepiſcopus Neapolitanus, Univerſis & ſingulis præſentes viſuris & inſpecturis notum facimus atque teſtamur, Nuper coram nobis comparitum, pro parte & ad inſtantiam adm. R. P. Horatii Mancini Congregationis Oratorii Neapolitani Præpoſiti, & expoſitum fuiſſe; diebus retro elapſis ab Illuſtriſſima & Excellentiſſima Domina, D Anna Columna Barberina, Almæ Urbis Præfectiſſa, fuiſſe donatas Reverendis Patribus dictæ Congregationis infraſcriptas Reliquias S. Philippi Nerii, ejuſdem Congregationis Oratorii Fundatoris; ſcilicet Reliquiam de Præcordiis, Coſtam unam magnam, & Os unum dorſi, ſeu cervicis ejuſdem S. Philippi, ipſi R. P. Præpoſito nomine dictæ Congregationis tranſmiſſas, & per adm. Ill. & adm. Reverendum Dominum D. Claudium Giojoſa, noſtræ Metropolitanæ eccleſiæ Canonicum, & Rev. Ioannem Rubeum unum ex Fratribus dictæ Congregationis, ad hoc ſpecialiter deputatos, conſignatas; & facto exhibitæ nobis fuerunt duæ capſulæ ligneæ, clauſæ & ſigillatæ, Hiſpanica cera munitæ cum impreſſione ſigilli Eminentiſſ. & Reverendiſſ. D. Cardinalis S. Honofrii S. D. N. Papæ Provicarii. Quibus capſulis ſic exhibitis, & per nos apertis; invenimus in eis infraſcriptas Reliquias; videlicet in una ex dictis capſulis invenimus Coſtam unam magnam ejuſdem Sancti, in extrema ejus parte aliquantulum fractam, & ornamento aureo ligatam & conjunctam. In alia vero, Reliquiam de præcordiis ejuſdem S. Philippi Nerii, ad formam cordis, incluſam & aſſervatam in theca argentea, cum craticula ſupra; & intus eamdem capſulam invenimus aliam capſulam parvam, ſimiliter ligneam, ut ſupra, ſigillis munitam : qua aperta, in eâ reperimus aliam pyxidiculam argenteam; & eâ per nos apertâ, in ea inventum fuit Os unum dorſi verſus collum, hoc eſt vertebra cervicis ejuſdem Sancti, habens figuram rotundam in medio vacuam. Et viſis per nos ſcripturis in actis præſentatis, & præcipue inſtrumento donationis, ut ſupra facto, prædictarum Reliquiarum, rogato per acta Pamphilii Thomaſii Notarii Curiæ cauſarum Emin. & Rev. Domini Almæ Urbis Cardinalis, S. D. N. Papæ Vicarii, ſub die XIII menſis Maji MDCXXXIX tenoris prout in eo. Et recognitione per Nos, ut ſupra facta ſupradictarum Reliquiarum & Inſtrumentorum, inſtatum fuit per dictum adm. R. P. Præpoſitum, nomine dictæ Congregationis, licentiam impertiri publice exponendi Reliquias prædictas, ad hoc ut ab omnibus Chriſti fidelibus venerari & adorari poſſint. Nos attendentes, requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, rationique conſonam; quodque juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus; ideo ordinaria auctoritate, ac omnibus melioribus modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus melius & efficacius poſſumus & debemus; dictis adm. R. P. Præpoſito, & RR. Patribus dictæ Congregationis, pro tempore exiſtentibus, ut poſſint & valeant dictas ſacras Reliquias publice exponere, ut ab omnibus Chriſti fidelibus adorari & venerari poſſint, licentiam & facultatem, deſuper neceſſariam & opportunam, concedendam eſſe duximus : prout præſentium tenore in Domino concedimus & impertimur. Dat. ex Archiepiſcopali Palatio Neapolitano, die XXIV menſis Maji, MDCXXXIX.

C *ab Archiepiſcopo recognoſcitur,*

D *& exponi permittitur.*

F. Cardinalis Archiepiſcopus Neapolitanus.
Horatius Barreſius Actorum Magiſter pro Curia.
Damianus de Orchis Not.

33 *Veroſimile eſt magnam omnino curam fuiſſe adhibitam Romæ, ut pars utraque, ſcilicet tam Vertebra quam Coſta, tolleretur cum quam minima fieri poterat læſione integræ eatenus cutis atque carnis; adeoque exemptas illas per aperti jam pectoris cavitatem; ſic ut utriuſque defectus à nemine nunc queat obſervari, ſub ea qua corpus ſanctum tegitur veſte. Prædictam autem theſauri tanti participationem merebatur inſignis illa devotio erga Sanctum, quæ ſtatim à ſolenni ejus Canonizatione Clerum omnem Neapolitanum tanta inceſſerat, ut* anno MDCXXVI die VI Junii, præcedente conſenſu Emin. Card. Boncompagni Archiepiſcopi, fuerit electus ab eo in Patronum & Protectorem, & ſub die XXVI ejuſdem menſis & anni, publico inſtrumento, manu Notarii Lucæ Capaſſi, intervenientibus Dominis Cellerariis Reverendiſſimi Capituli & Procuratore Reverendi Cleri confirmatus : ac proinde à S. D. Papa Urbano VIII, præviis eorum ſupplicationibus obtinuerunt, quod ejuſdem S. Philippi feſtus deſcriberetur in Kalendario Neapolitano ſub ritu duplici, ut patet ex Brevi, ſub Datum Romæ XI Decembris MDCXXVII : cujus tenor *ab hæc ſcribente de Magiſtris recitatur.*

E *poſtquam Philippus fuerat anno 1616 in Patronum aſſumptus à Clero,*

34 *Poſtea ab eodem additur, quod* Civitas ipſa cum Regno, hoc honore non plene ſatisfacta, ob tantam & maximam devotionem erga ipſum S. Philippum, in Generalibus Comitiis, habitis die XXV menſis Maji anni MDCXXVIII, & in menſe Julii ſequentis anni MDCXXIX, in loco Regalis conventus S. Laurentii Fratrum Minorum civitatis Neapolitanæ, in quo convenerunt Domini Deputati Civitatis prædictæ, & inſuper Barones & Proceres totius Regni, Civitatem ipſam ac totum Regnum, ac ſingulas civitates, terras, & caſtra repræſentantes, omnium communi voto elegerunt in Patronum & Tutelarem Civitatis ejuſdē & totius Regni dictum glorioſum S. Philippum : nedum permoti ab inſigni ſanctitate ejuſdem Sancti, quam Deus optimus maximus indies demonſtrare non ceſſat innumeris miraculis; ſed etiam exiſtimantes, ſic ſe perſoluturos aliquod grati animi ſignum, quo erga Sanctum ſe devinctos eſſe cognoſcebant : memores, quod cum idem S. Philippus, in hujus Regni civitate, quæ Cajeta dicitur, prope caſtrum S. Germani, primitiis ſpiritus à Deo decoratus fuerit, ut refert ejus vitæ Hiſtoria; gratiæ ſibi collatæ conſcius, velut alter Jacob Patriarcha, qui à Deo in Bethel Scalæ viſione dignatus, altare Domino conſtruxit; ob grati animi monumentum, in hac Neapolitana, prima & metropoli Regni totius civitate, Congregationem Oratorii, per tunc R. P. Franciſcum Mariam Tauruſium alumnum ſuum, & poſtmodum S. R. E. Cardinalem, anno MDLXXXVI, *an. 1586.* nono ante ejus obitum, fundavit, benigne annuens multi-

deinde anno 1629 à Civitate & Regno,

propter fundatum apud ſe Oratorium

A multiplicatis petitionibus Illuſtriſſ. Annibalis de Capua, tunc hujus civitatis Antiſtitis, innumerabiliumque virorum nobilium, ceterorumque ejuſdem civitatis fidelium: per quam Congregationem fruitur quotidie Civitas ipſa ac Regnum quotidiana verbi Dei prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, itemque oratione: quæ tria potiſſimum ſunt ejuſdem ſancti inſtituti exercitia, magno cum animarum profectu & æternæ ſalutis aſſecutione.

Cujus electionis Decretum

35 Hujus autem electionis in Patronum fuit rogatum publicum documentum per Dominos Deputatos Parlamenti Generalis, ſub die xx menſis Decembris, ejuſdem anni MDCXXIX, in eodem Regali monaſterio S. Laurentii, per Notarium Natalem Montanarium. Quam electionem, pro obſervantia Decreti ſacræ Congregationis Rituum, de ordine S. D. Urbani Papæ VIII emanati die XXIII Martii MDCXXX, ſingulæ Plateæ civitatis confirmarunt, & de novo fecerunt, hoc ordine: videlicet, Platea Sedilis Portæ-novæ, die IX Auguſti MDCXLVI: Platea Sedilis Portus, die XXIX ejuſdem anni; Platea Sedilis Montaneæ, eodem die & anno; Platea fideliſſimi Populi, die IV Septembris ejuſdem anni; Platea Sedilis Capuani, die X Septembris ejuſdem anni; & Platea Nidi, die XVII ejuſdem menſis & anni. Et die XXVI ejuſdem Septembris ipſiuſmet anni, omnes Deputati prædictarum Platearum, ad hoc ſpecialiter electi, pro executione voluntatis earum, concluſerunt & confirmarunt electionem prædictam. D

confirmata Platearum Deputati anno 1646.

DIES VIGESIMA SEPTIMA MAII.

SANCTI QUI VI KALENDAS IUNII COLUNTUR.

B Sanctus Zacharias, Martyr Epiſc. Viennenſis in Gallia.

S. Julius, Martyr Doroſtori in Moeſia.

S. Reſtituta Virgo, S. Cyrillus Presbyt., SS. Socii duo, } Martyres Sorę in Campania.

S. Reſtituta Martyr, Româ in Gallias tranſlata.

S. Acculus ſeu Aquillus aut Aquilinus, S. Euangelius, Sancti XIV, } Martyres Alexandriæ.

S. Helias, S. Lucianus, S. Zoticus, S. Martialis, S. Victurius, S. Murina, S. Servulus, } Martyres Tomis, ad Pontum Euxinum.

C S. Saccus, S. Julius, S. Damia, ſeu Daima, S. Carpia, Sancti CCCC, } Martyres in Africa.

S. Salucianus, S. Eutricus Ep. S. Creſcentinus, S. Ticianus, S. Quintus, S. Sciabelus, } Martyres in Sardinia.

S. Alypius, S. Eubiotus ſeu Euſebiotes, S. Paulus, S. Juliana, } Martyres apud Græcos. E

S. Therapon Presbyter, Martyr in Sardienſi Lydiæ diœceſi.

S. Therapon Hieromartyr, ex Cypro Conſtantinopolim tranſlatus.

S. Phanurius Martyr Thaumaturgus, in Rhodo & Creta celebris.

S. Iſacius, Anachoreta in Oriente.

S. Eutropius, Epiſcopus Arauſionenſis in Gallia.

S. JOANNES Primus, Pontifex Romanus Martyr. Additur ex occaſione

S. Severinus Boëtius, Exconſul Romanus, Martyr Ticini apud Inſubres.

S. Helladius, Epiſcopus Martyr in Oriente. F

S. Hildevertus, Epiſcopus Meldenſis in Gallia.

S. Ragnulfus Martyr Telodii, prope Atrebatum in Arteſia.

S. Beda, Venerabilis Monachus & Presbyter in Anglia.

S. Gausbertus, Eremita monaſterii Montis-Salvii in Arverna.

B. Fredericus, Epiſcopus Leodienſis & Martyr.

S. Liberius ſeu Oliverius, Peregrinus Anconæ in Piceno.

PRÆ-

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAnctus Salvius, Epiſcopus & Martyr, *indicatur in Ms. Florario. Forſan eſt* Epiſcopus Ambianenſis, *qui à pluribus etiam in Martyrologio Rom. Martyr habetur: cujus Vitam illuſtravimus* XI Januarii.

S. Leobardi Recluſi inventio corporis *celebratur Officio trium lectionum in Breviario Majoris monaſterii. Acta dedimus* XVIII Januarii.

S. Secundinum Epiſcopum *coli hoc die tradit Michaël Monachus in Sanctuario Capuano, ex Ms. Kalendario Theſauri ſui, cenſetque eſſe* Epiſcopum Troiæ, *quæ dicebatur* Ecana, *de quo egimus* XI Februarii.

S. Barbati, Epiſcopi Beneventani, tranſlatio *indicatur à Vipera. Acta ejus dedimus* XIX Februarii.

S. Walburgis Virginis elevatio in Germania; *inſcripta eſt Menologio Laberii. Varia ejus Acta dedimus* XXV Februarii.

Auguſta Virgo *adjungitur in Annotatis Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Videtur eſſe, de qua egimus,* XXVII Martii.

B Marcus Fontazzi, *Bononienſis, Placentiæ anno* 1479 *mortuus. refertur à Maſino in Bononia perluſtrata cum titulo* Beati: *at Placentinum reſponſum pro die quo eſt inſcriptus Martyrologio Arturi, indicavimus inter Prætermiſſos,* XXVII Martii.

S. Mariæ Jacobi inventio in civitate Verulana *indicatur in Annotatis Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Nobis nunc dubium eſt, an ſit quæ* Maria Cleophæ; *cujus Acta illuſtravit Henſchenius,* IX Aprilis.

SS. Didymus & Theodora, Martyres Alexandriæ, *celebrantur à Græcis in Menologio Baſilii Imperatoris, Ms. Synaxario & aliis Menæis Mss. item in Ms. Arabo-Ægyptio, ubi pro* Didymo, Daptumias *ſcribitur, voce forſan idem ſignificante. Nos Acta illorum dedimus* XXVIII Aprilis.

S. Clemens, Confeſſor & Poëta, *indicatur in Ms. Synaxario Græco & alio Cardinalis Mazarini. Acta ejus dedimus* XXX Aprilis.

Jacobus de Nocera, Monachus Congregationis Fontis Avellanæ, *hoc die Vitam habet apud Iacobillum inter Vitas Sanctorum ac Beatorum Vmbriæ tom.* 1, *& ex eo elogium in Menologio Benedicto Bucelini: ſed idem Iacobillus tom* 3 *in Supplemento, ait, quod feſtum ejus in propria eccleſia celebratur, quando corpus inventũ fuit, & nos de eo in ſupplemento agemus, die* X Maji.

C S. Stephanus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, *indicatur in Ms. Græco Synaxario & alio Cardinalis Mazarini. Acta dedimus* XVII Maji.

S. Beinius Martyr, *Româ Viennam Auſtriæ tranſlatus, colitur officio ſemiduplici, propter inſignes partes, repoſitas in eccleſia Carmelitarum Thereſanarum, uti diximus* XXI Maji.

S. Goſwini pueri & Martyris paſſio *profertur in Ms. Florario. à nobis relata* XXII Maji.

S. Pardi Epiſcopi & Confeſſoris tranſlatio *refertur in Annotatis Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. De eo egimus* XXVI Maji.

Theodorus Martyr *refertur in Ms. Florario. At quis hic ſit, non occurrit divinare, cũ plures hujus nominis Martyres reperiantur.*

B. Felix Comes, Martyr Beneventi, *indicatur in Annotatis Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Ignotus is eſt Mario de Vipera, in Catalogo Sanctorum ac Beatorum Beneventanorum.*

S. Migdoniæ Virginis Tranſlatio *refertur in Annotatis Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, non addito loco aut alia circumſtantia. Hinc nihil de ea adferre poſſumus.*

Frontina Virgo apud Arvernos, laudata à S. Sidonio Apollinare lib. 4 Epiſtola 21 ad Aprum, *tamquam Sancta inſcripta eſt Gynæceo ſacro Arturi du Monſtier. Necdum legimus eam aliis Faſtis inſcriptam: nec memoratur à Iacobo Branche in opere de Sanctis Arvernia & Velauni, diligentiſſime collecto.*

Exuperantius, diſcipulus S. Benedicti, in Bætica mortuus, *ex Pſeudo-Chronico Maximi refertur in Martyrol. Hiſpanico Tamaji Salazar. Ignotus Benedictinis, & ne quidem inter Prætermiſſos relatus à Mabilione.*

Wigbrordus in Bojaria gentis Apoſtolus, *indicatur in Menologio Scotico Dempſteri, appoſito nudo nomine Lazii, quod in ſilentio Raderi & aliorum non ſufficit.*

S. Fintana Virgo in Scotia; *indicatur à Camerario & Laberio.*

Killinus Epiſcopus de Tegh-Talain *refertur in Ms. Hibernico Tamlachtenſi. Colgano,* 14 *Februarii in notis ad Tranſlationem S. Kiliani Herbipol. num.* 3, *eſt* S. Killianus de Teg-Falain, in Orgiellia Epiſcopus.

Comagia, filia Eochodii, & Mœelanus, & Quintus apud Snam-Luthir, *memorantur in dicto Ms. Tamlachtenſi, & apud Colganum in Notis ad lib.* 2 *Vitæ* 4 *S. Columbæ Abbatis Hienſis auctore Adamnano num.* 35: *ubi etiam ex Martyrol. Dungallenſi refertur* S. Comagia Virgo de Snam-Luthir, *& traditur illud monaſterium ſitum in regionem Carbre Gabhra, aliis Carbre Mor, in maritima Boreali Connaciæ, quod ab Adamnano dicto lib.* 2 *cap.* 43 *dicitur* fundatum à Columbano filio Echadi viro ſancto, *pro quo in Notis legit Colganus* Colmanum, filium Eochodii & fratrem S. Comagiæ, *& pluribus inquirit quis iſte Colmanus, & quo die colatur.* E

Ethernus Epiſcopus de Domnach-Mor, Ecbritrannus filius Oſſii, *indicantur in dicto Ms. Tamlachtenſi.*

Rodolphus, Converſus Ordinis Ciſtercienſis in Saxonia, in Lucka, vir bonus & diſciplinatus, cui divinitus multa revelabantur. *Ita Cæſarius lib.* 8 *cap.* 18. *Is ad hunc diem refertur in Kalendario Ciſtercienſi, & cum titulo* Beati, *ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino.*

Joannes, Abbas Bonæ-vallis Ordinis Ciſtercienſis in Gallia, *cum titulo* Beati *indicatur ab Henriquez & Bucelino. Omittitur à Chalemoto.* Piis *annumeratur à Sanſſajo.*

Plurimi Monachi, in regno Navarræ ſub Guillelmo Sanctio in bello contra Saracenos occiſi, *memorantur à Menardo in Martyrol. Benedictino, & à Tamajo-Salazar in Martyrol. Hiſpanico. Hiſtoriam hujus cædis ſcribit Glaber Rodulphus: ſed non indicatur ullus illis cultus tributus: de quo expectamus quæ referentur in Actis Benedictinis ſeculi noni.* F

Hainricus infans Monachii, ſexto Kalendas Julii anno MCCCXLV, excruciatus & crudeliter necatus eſt; qui dies erat ſabbatum poſt ferias, quæ Chriſto triumphanti inferos cælumq; aſcendenti celebres ſunt: corpus venis exciſis, ſexaginta vulneribus cultello confoſſum, in agro extra mœnia repertũ, in urbem transfertur, funus omni apparatu atque honore celebratur: *Ita Aventinus lib.* 7 *Annalium Bõjorum, in ratione temporum non aliter excuſabilis quam dicendo quod* ſexto Kalendas Junii *ſcribere voluerit, & ſequentem annum* 1346 *notare debuerit, quo Paſchæ celebratũ fuit* 16 *Aprilis, & in* 27 *Maii ſabbatum iſtud incidit. Fidei odio, à Iudæis, de ejuſmodi carnificina jam inde ab anno* 1285 *Monachii convictis, perpetratum facinus credidiſſe cives, perſuadet illa tam honorifica ſepultura: & ex hac perſuaſione* Henricum *ſuæ Bavariæ Sanctæ inſeruit Matthæus Raderus noſter, cum titulo* Beati: *ſed cum Monachii ſcribens ipſe, de eo plura ſe cogno-*

A *cognoviſſe neget quam dixerit Aventinus; patet illius cultum neque miraculis confirmatum, neque ad poſteros propagatum fuiſſe, ac nec locum quidem ſepulturæ ſciri.*

Pelbertus à Themeſwar *in Hungaria, an.* 1490
Robertus Stuardus *in Scotia, anno* 1530
Bartholomæus à Motaluano, *in Sicilia* 1605
Ioanna Reginæ Caſtellæ *anno* 1381
} *Ordinis Minorum relati*

in Martyrol Franciſc. Arturi & Joanna *in Gynaceo.*

Lambertus Roeſenveldus, Quirinus Taleſius, Conſules, Franciſcus Iacobi Rembrandi filius Presbyter, Hadrianus Senator, Hugo Civis, Urſula Virgo Beghina, Maria Vidua, Harlemenſes omnes, *à Calviniſtis hæreticis occiſi referuntur à Petro Opmeero decade 2 libri 1 Martyrum Hollandicorum, & ut* venerabiles Martyres *hoc die memorantur ab Arnoldo Raißio in Auctario Molani ad Natales Sanctorum Belgii,* Urſula *quoq; ac* Maria *cũ titulo* Beatæ *inſcribuntur Gynaceo ſacro Arturi du Monſtier.* Urſula *denique* ut venerabilis Virgo & Martyr *inſcripta eſt Menologio Laherii.*

Eleonora Ortiz, Virgo tertii Ordinis Carmelitarum Majoricæ apud Baleares, tamquam miraculis clara anno MDXCIV, *inſcripta eſt cum titulo* Beatæ *Gynaceo ſacro Arturi du Monſtier.*

B Franciſcus Ghiſelius Bononienſis, Canonicus Regularis S. Salvatoris, cum opinione ſanctitatis anno 1429 mortuus, *refertur à Maſino in Bononia perluſtrata.*

B. Seraphina Cajetana, Virgo Abbatiſſa Syracuſis, *indicatur in Menologio Bucelini citato Octavio Cajetano, qui ejus meminit in Idea operis de Sanctis aut fama illuſtribus, in Appendice ad Indicem alterum Illuſtrium fama ſanctitatis pag.* 44, *ſed abſque titulo* Beatæ, *non etiam indicato anno aut die mortis. Eamdem, citato Cajetano cum titulo* Sanctæ *inſeruit Menardus Appendici ſecundæ, quod dies natalis ignoretur.*

Stephanus Ruizius à Purificatione *Carmelita, ut* Beatus *refertur in Acie bene Ordinata Sanctorum ac Beatorum iſtius Ordinis, cujus Auctor in Notis Mss. addit, quod* in cœnobio S. Annæ de Collores in Luſitania aſſumpto habitu, tanta claruit ſanctimonia, ut mortuum ad vitam revocaverit; & Urbanus VIII, viſa informatione miraculorum alias patratorum, illum ſolenni Beatorũ Catalogo adſcribere parabat, dũ mors obſtitit. Ceterũ *inquit* à populo Luſitano Beatus paſſim vocitatur, & colitur in Kalendariis noſtris. *Kalendaria iſt ac privatam dumtaxat fidem habere puto: mirum eſt autem, ſi ita paßim appellatur* Beatus, *nequidem de eo inter Pios agi à Georgio Cardoſo in Hagiologio Luſitano. Interim opto ut cauſa Romæ cœpta ſucceſſum habeat, & Sanctorum ac Beatorũ Ordinis numerus, Apoſtolica Sede approbante, creſcat in mille millia.*

C

S. Caſtulus Martyr Romæ *proponitur in Ms. Trevirenſi S. Martini, & Atrebatenſi Eccleſiæ Cathedralis. Cum pluribus Martyribus relatus* XXVIII Maji.

S. Germanus, Epiſcopus Pariſienſis, *inſcriptus eſt Martyrologio Rabani: aſt aliorũ ſequenti die* XXVIII Maji.

B. Guilielmus, Comes in Hannonia, *indicatur à Ferrario, citatis Annalibus Hannoniæ & Kalendario Belgico. Nobis videtur eſſe* S. Guilielmus Gellonenſis, *referendus* XXVIII Maji.

B. Jacobus de Forlivio, Ordinis Prædicatorum, *indicatur in Annotatis Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. De eo agemus* XXXI Maji.

B. Theobaldus Confeſſor Albæ-Pompeiæ *colitur in Octava Aſcenſionis Dominicæ. Hunc Ferrarius mortuum credidit anno* 1250, *quando Octava illa in hanc diem cecidit; & ſic eum retulit in utroque Catalogo: ſed conſtat eum erraviſſe in numero, & mortuum Sanctum cre-*

di Albæ anno 1150: *quare de eo agemus die, quo tunc Octava Aſcenſionis agebatur,* I Iunii. D

S. Maximinus, Epiſcopus Aquenſis in Provincia, *memoratur à Greveno & Caniſio, ab aliis* VIII Iunii.

B. Diana, Ordinis S. Dominici Bononiæ, *relata hoc die in Anno ſancto illius Ordinis, Belgice & Gallice hic vulgato: ab Auctore Bononiæ perluſtrata, & alio Diarii ſacri Dominicani, Italis (quibus potius hic fidendum) refertur ad* X Iunii.

S. Barnabæ Apoſtoli inventio corporis Toloſæ *celebratur à Sauſſajo. Dies natalis eſt* XI Iunii.

S. Maxentius, Abbas Pictavenſis, *refertur in Ms. Kalendario Benedictino, item à Greveno & Caniſio, ab aliis* XXVI Iunii.

S. Perſeverantia Virgo *indicatur in Mss. Reginæ Sueciæ & monaſterii S. Victoris: forte eſt* Perſeveranda *Martyrol. Romano inſcripta* XXVI Iunii.

Simon Ordinis Minorum S. Franciſci, Meſſanæ virtutibus & miraculis clarus, *inſcriptus eſt à Cajetano Martyrologio Siculo, non appoſito titulo* Beati: *at cum illo titulo indicatur in Martyrol. Franciſcano Arturi ad diẽ, quando veritas poterit examinari,* XXI Auguſti.

Nonanus Monachus *indicatur in Annotatis Carthuſiæ Bruxellenſis, nobis ignotus. An forte* Nonnoſus? *ab aliis relatus* 11 Septembris. F

S. Adriani Martyris tranſlatio ad Gerardi-montem *indicatur in Ms. Florario, & à Molano, Caniſio, Ferrario. Ad diem ejus natalem refertur hiſtoria Tranſlationis à Molano in Natalibus Sanctorum Belgii, Miræo, & aliis, id eſt ad* VIII Septembris.

SS. Sergius & Bacchus Martyres, ob cultum in Ruffinianis, *referuntur in Ms. Græco Synaxario, & Menæis Mss. Mediolanenſibus & Taurinenſibus, alioque Arabo-Ægyptio quod habemus Latine redditum. Acta eorum danda erunt* VII Octobris.

Fontana Virgo, *ut* Sancta, *proponitur à Camerario citante Breviarum Scoticum: quo etiam allegato refertur à Dempſtero cum aliquo elogio lib.* 6 *Hiſt. Eccl. & in Menologio* XIII Octobris.

Symmachus Boetii ſocer *à Petro de Natalibus, cum egiſſet de S. Ioanne Papa & Martyre (quem à Theodorico Rege Ariano Ravennæ carceri incluſum hoc die in ejus Actis referimus) adjunctus illi eſt, quia etiam Theodorici juſſu occiſus; &* Sanctus & Martyr *appellatus. Secuti Grevenus, Caniſius, & hoc citato Ferrarius. Baronius in Annalibus ad an.* 526 *cum giſſet de S. Ioanne Papa, late de* Boetio & Symmacho *agit, & hujus laudat pietatem atque doctrinam, nulla facta ullius cultus Eccleſiaſtici mentione, uti fecerat de S. Ioanne Papa. Nos putamus de Symmacho potius agendum, quando varii Boetium ejus generum referunt* XXIII Octobris. E

S. Eliſabethæ viduę Canonizatio *indicatur in Ms. Florario. De ea agendum erit ad ejus Vitam* XIX Novemb.

S. Clementis, Papæ & Martyris, tranſlatio in monaſterium Piſcarienſe, *facta à Ludovico Iuniore tempore Hadriani Papæ II, (ad quem anno* 868 *totum ejus corpus è Cherſoneſo Romam detulerat S. Cyrillus) ibidem annue celebratur hoc die: quod deinde Alexander Papa III confirmavit, per Breve nobis ex Chronica illius monaſterii communicatum. Crediderim partem valde notabilem conceſſam Imperatori, monaſterium prædictum in ejus honorem & nomen fundaturo: potiorem tamen partem reſervatam Romæ: qua de re plenius agi poterit ad natalem* XXIII Novembris.

S. Maximini, Abbatis Miciacenſis, tranſlatio corporis *indicatur in Vſuardo, ſed aucto in monaſterio Pariſienſi S. Germani; item in Bellino auctius Pariſiis excuſo, & in Strozziano an.* 1486 *Florentiæ. Dies ejus natalis eſt* XV Decembris.

AUCTORE G. H.

DE S. ZACHARIA MARTYRE

EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.

SYLLOGE HISTORICA.

Actorum ſummarium ex Breviario; eccleſia, cultus.

G. H.

SUB TRAJANO

Juxta Breviarii Vien.

Eſcripſimus ipſi Vienæ anno MDCLXII *vetuſtum Catalogum Sanctorum Epiſcoporum Viennenſium, in quo dicitur,* Creſcenti *ſucceſſiſſe* Zacharias, martyrio coronatus: *cujus feſtum in antiquo Kalendario Miſſalu & Breviarii ibidem deſcripto, aſſignatur ad hunc diem* XXVII *Maii: & ſequentem ejuſdem Vitam reperimus in Breviario Viennenſi, anni* MDXXII, *tunc nobis donato, quæ eſt hujuſmodi:*

B *à S. Creſcente ordinatus Epiſcopus,*

2 Tempore illo, quo, poſt corporeum Salvatoris adventum, exortus in tenebris Sol ipſe juſtitiæ, ſplendore fidei illuminare Occidentalium plagam cœperat, & in omnem terram Euangeliorum ſonus exivit; in regionibus illis Apoſtolorum prædicatio ſe declaravit: id eſt ſub Trajano, Imperatore crudeliſſimo, genere Hiſpano, primum Creſcentem Pauli diſcipulum Vienna civitas Gallorum habere meruit doctorem: cujus fide ac virtute plurimi de gentibus ad Chriſtum converſi ſunt. Cumque per aliquos annos ibi reſideret, ordinavit pro ſe venerabilem virum, ſanctum ſenem, Zachariam Epiſcopum: ipſe vero in Galatiam redivit, perſecutionem gentium expaveſcens, memorans Salvatoris dictum, Si vos perſecuti fuerint in iſta civitate, fugite in aliam. Sanctus igitur Zacharias, ut diximus, ordinatus Epiſcopus, verbum Dei gentibus prædicabat, habitans extra mœnia urbis in domo cujuſdam viduæ, Præfecti ancillæ, Fuſcinæ nomine, jam Chriſtianæ. Et veniebant ad eum plurimi ex populo, & docebat eos ſecrete, dicens: Credite in Jeſum, filium Dei Domini noſtri: quia ipſe eſt Creator & Salvator omnium rerum. Et credentes baptizabantur.

multos convertit:

C

ſeptus

3 Igitur cum jam multos ad fidem ſanctæ Trinitatis inſtrueret; ſubito à Præſide urbis Pompeio rapitur; atque vinctus ad templum, quod ſuperjacet civitati, perducitur. Cumque introgreſſus fuiſſet; videns ibi ante ſimulacrum Martis ornamenta aurea, ſubridens, ait: Iſta ornamenta pauperibus melius poterant erogari, quam ante conſpectum idolorum appendi. Reſpicienſque ad idolum dixit: Deſtruat te Dominus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus. Ad hanc autem vocem ſubito locus, in quo ſimulacrum erat, non comparuit. Præſes itaque & omnes templorum Pontifices hæc videntes, vehementer turbati dixerunt ei: Quis dedit tibi hanc poteſtatem, ut deos noſtros deſtrueres? S. Zacharias reſpondit: Filius Dei vivi ſeculum renovavit perditum.

idolum Martis precibus tollit,

ejectus extra urbem, lapidatur:

4 Et cum ſacrificare Deo Marti noluiſſet, ſed prædicationibus & verbis Præfectum & templorum Pontifices confudiſſet; irati vehementer, ſubito injicientes manus in eum, & ejicientes extra ædem publicam, calcibus obtundentes obſervabant eum. At mane facto, dum traheretur per portam triumphalem, quæ nunc Gratiana appellatur, ad Auſtralem plagam, prope urbis mœnia gratias agens & dicens, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum; omnes unanimiter illum lapidibus obruunt: ſicque glorioſus vir, exemplum beati Protomartyris Stephani ſecutus, poſt mortem ſui certaminis non eſt à pio Domino deſtitutus: qui dedit illi caput antiqui ſerpentis conterere, dum fideliter ſtuduit in mandatis ejus decertare. Etenim ideo, ſancto corpore relicto feris & avibus, abiit Pompeius. Pauci etiam id temporis Chriſtiani, ipſique propter Gentilium furorem ſanctum Martyrem humare metuentes, ſed tamen divina pietate & miſericordia commoti, nocte in arca ſaxea recondunt, ubi proprium cruorem fuderat, in altam foveam, ibique uſque in hodiernum ſervatur.

in alta foſſa ſepelitur:

E

5 *Hæc in dicto Breviario, verbotenus deſumpta ex antiquis Actis, reperta in Ms. Bodecenſi in Weſtphalia, quæ hic daremus, ſi continerent aliquid præter jam relata & inanem logomachiam, inter Martyrem recuſantem & Præſidem urgentem ad ſacrificandum. Ado Epiſcopus Viennenſis in ſuo Chronico aſſerit*, ſub Trajano glorioſiſſimum ſenem Zachariam, Viennenſem Epiſcopum, martyrio coronatum. *Memoratus ſupra* Creſcens *colitur* XXVII *Junii, etiam Martyrologio Romano inſcriptus. At* Fuſcinæ *nomen permanſit Viennenſibus familiare: nam iſto nomine appellatæ fuerunt ſoror S. Aviti Epiſcopi, ejuſque cognata, ambo Deo devotæ Sanctimoniales, de quibus egimus* V *Aprilis ad Vitam S. Aviti* § 1. *In Ms. Martyrologio Eccleſiæ Viennenſis, quod ſtudio & labore Ioannis Lievræi Canonici renovatum eſt; celebratur feſtum* S. Zachariæ *hoc* XXVII *Maii cum ſatis magno elogio, ex quo præcedentibus adjungimus iſta*: Hic etiam ſacrum mantile (ſuper quo Dominus Jeſus, in ultima cœna cum diſcipulis acta, ſacram Euchariſtiam, Corpus ſcilicet ſuum & Sanguinem, conſecravit) Viennam attulit de beatiſſimi Petri donariis. Quod quidem mantile ad hæc uſque tempora Viennenſis Eccleſia aſſervavit: atque auro argentoque decoratum, Dominica in Albis, ſingulis annis in eccleſia Apoſtolorum, cum largitione Indulgentiarum, ab antiquis Summis Pontificibus & maxime Innocentio Quarto conceſſarum, maxima populi frequentia viſitur.

traditur mappâ cœnæ Dominî attuliſſe Viennam.

F

Eccleſia ſuper corpus erecta

6 *Bodecenſia Acta ſucceſſorum Epiſcoporum nomina, & cultum S. Zachariæ paulatim auctum, ſic nobis explicant:* Poſt paſſionem beati Martyris, Martinus, natione Romanus, in ſummum Sacerdotium cooptatus, virtutum etiam meritis comparandus, in loco ejus idoneus ſuccedit: ſitque ſupra S. Zachariam, Protomartyrem Galliarum, quoddam tugurium, in honorem Domini ſanctique Martyris non magno pretio conſtrui fecit. Sed poſt modum, intercurrentibus annis plurimis, temporibus Valeriani & Gallieni Imperatorum, creſcente numero electorum, erat non longe à mœnibus urbis caſtrum, quod ab antiquis fuerat miro opere fundatum; quod cives Viennenſes, maxima pars Chriſtiani, diruentes, cœperunt ædificare ſpatioſam & altiorem baſilicam ſupra ſanctum Martyrem Zachariam, in honorem Domini & Salvatoris noſtri Jeſus Chriſti Sanctorumque omnium Apoſtolorum, ad Auſtralem plagam urbis ſitam. Lupicinus quoque Epiſcopus vir eloquentiſſimus, ad quem beatus Papa Cornelius ſcribit, per idem tempus Eccleſiæ ipſius Præſes erat: qui magnis ſumptibus parans baſilicam, ante conſummationem

AUCTORE G. H. cœpti operis luſtrans provincias, geſtans Euangelium, apud Tecaniſtrum oppidum paſſus eſt. Succeſſor vero ejus B. Simplida, Baſilicam, quam deceſſor ſuus fideliter inchoaverat, inſtantiſſime conſummavit, & legitime in palam dedicavit. *Hæc ibi, merito omiſſa à collectoribus Breviarii: quis enim neſcit Baſilicarum ſanctis Martyribus publice erigendarum initium primo factum ſub Conſtantino Auguſto? Coluntur autem* S. Martinus I *Iulii*, S. Lupicinus, XIV *Decembris*, Simplida *vel* Simplides, *aut* Simplidius XI *Februarii*, *ubi de eo egimus: ſed correctum cupimus Lievræum ubi prædictis Epiſcopis adſcribit ædificationem Baſilicæ S. Petri. Niſi dicere malimus, iſtic ubi poſtea Baſilica ſurrexerunt, ab illis conditas fuiſſe eccleſias, quales ea tempora perſecutionibus infeſta ferebant, privatarium ædium ſpeciem uſumque exterius præferentes: quibus ſæpe dejectis mutatiſque, auguſtiora poſtea opera ſub appellatione Sanctorum ſucceſſerunt.*

quando credi poſſit?

Corpus in urbem allatum, à 2 Cardinalibus.

7 Zachariam *magno elogio exornat Sauſſajus, à quo accipere aliquid non incongruum fuerit: narrato enim ſancti Martyrio ſic progreditur.* Ultimæ preſſuræ ejus perpetuum indicium eſt ſilex, qui etiamnum cernitur ad Carmelitarum ædem, ſacratiſſimo ejus tinctus ſanguine. Sacrum vero cadaver inter varias ſordes ſatanæ miniſtri projecerant: at clam inde à piis viris ſublatum, prope urbis mœnia eo quo licuit cultu tumulatum fuit: ubi poſtea, divinis coruſcantibus ſignis, Sedis Apoſtolicæ præcepto, ut

B

digna honorificatione frueretur, maxima celebritate inſignique ſolennitatis apparatu ab Hugone tituli S. Sabinæ & Guilielmo tituli baſilicæ duodecim Apoſtolorum, S. R. E. Presbyteris Cardinalibus, hinc levatum atque in urbem illatum, congrua veneratione collocatum eſt in cœnobitica baſilica S. Petri. Cujus rei ut extaret apud Viennenſes monumentum, Innocentius Papa IV edito diplomate ſacra munera iis impertitus eſt, qui quotannis ipſo repoſitionis die, mente expurgata & divinæ alimoniæ pic ſuſcepto pabulo, pretioſa tanti Cælitis pignora venerarentur. *Hæc Sauſſajus. Prædictus Lievræus in tractatu Gallico de Antiquitate Viennenſi addit*, Indulgentiam ab Innocentio IV conceſſam fuiſſe centum dierum, *quam Ioannes Chenu in Archiepiſcopis Viennenſibus aſſerit* datam Lugduni XIV Kalendas Aprilis; Pontificatus anno VII, *ergo anno Chriſti* MCCLI. *At memorati Cardinales*, Hugo de S. Caro Ordinis Prædicatorum, & Guilielmus Abbas S. Facundi Legionenſis diœceſis in Hiſpania, *fuerunt creati anno* MCCLIV. *Meminerunt etiam* S. Zachariæ *Demochares, Claudius Robertus, & Sammarthani in Archiepiſcopis Viennenſibus.*

D

Indulgentiæ conceſſæ

anno 1251

8 *In Martyrologio ſub nomine Bedæ refertur pridie ſeu* XXVI *Maji, & hoc ſecuti ſunt Molanus, Galeſinius, Caniſius, cum hodierno Martyrologio Romano, in quo iſta leguntur:* Viennæ S. Zachariæ, Epiſcopi & Martyris, qui ſub Trajano paſſus eſt.

E

cultus 26 Maji.

DE SANCTO JULIO

MARTYRE DOROSTORI IN MOESIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus notitia ex Martyrologiis Latinis, deque Actis Paſſionis.

XXVII MAII.

Memoria apud Florum;

INter illuſtres Martyres, *qui* Doroſtori *in Mœſia inferiore, & hodierna Bulgaria, pro Chriſti nomine paſſi ſunt, fuerunt* Paſſicrates, Valentio, *& alii, quorum certamen celebravimus* XXV *Maji. Hos proxime ſecutus eſt* S. Julius, *de quo Florus in Supplemento Bedæ tempore Caroli Magni hæc ſcripſit:* VI Kalendas Junii, Paſſio S. Julii, qui ſub Maximo Præſide capitis amputatione complevit martyrium. *Aliquanto plura profert Vſuardus his verbis:* VI Kalendas Junii, Apud Mœſiam civitate, Doroſtorenſi natalis B. Julii, qui tempore perſecutionis, cum eſſet veteranus & emeritæ militiæ, comprehenſus ab Officialibus, Judici eſt oblatus: quo præſente cum idola execraretur, & nomen Chriſti conſtantiſſime confiteretur, capitali ſententia punitus eſt. *Quibus apud Adonem relatis, iſta adduntur.* Cumque duceretur ad locum cædis adimplendæ, Eſychius quidam miles, cum & ipſe ob fidem Chriſti comprehenſus detineretur, rogabat eum dicens: Memor eſto mei: nam & ego ſubſequor te. Plurimum etiam ſaluta Paſſicratem & Valentionem famulos Dei, qui nos jam per bonam confeſſionem præceſſerunt ad Dominum. Julius vero oſculatus Eſychium dixit: Frater, feſtina venire: mandata enim tua audierunt, quos ſalutaſti. Sic accepto orario, ligans ſibi oculos, martyrii palmam gladio cædente percepit. *Hæc Ado, quæ fere eadem leguntur apud Notkerum, & auctorem qui ſub nomine Bedæ Martyrologium edidit. Secuti paſſim recentiores Martyrologi cum Petro de Natalibus lib. 5 Catalogi cap. 56. De eodem agitur* XIV *Iunii, in Ms. Martyrologio Bruxellenſi eccleſiæ S. Gudulæ. Et omnes fidem præſtant Actis Mss. martyrii, quæ Auguſta Vindelicorum accepimus ex codice Ms. Marci Velſeri ſubmiſſa.* Eſychius *ſive* Heſychius, *qui in hiſce Actis & relatis Martyrologiis refertur, martyrium paſſus eſt* XV *Iunii, quando de ipſo ſeorſim erit agendum. Ceterum Acta videntur aliunde abſtracta, forſan ex Actis* S. Paſſicratis, *quæ latent. Tempus martyrii apud antiquos non exprimitur. Galeſinius* Iulium *adſcribit* Alexandri Imperatoris perſecutioni, *& ſecutus eſt Baronius in Martyrologio & in Annalibus ad annum* 228 *num.* 2.

C

Vſuardum;

Adonem,

& alios,

Acta Martyrii.

E

2 *Colitur hoc item die* Fæſulis in Hetruria S. Julius Martyr, cujus corpus in Abbatia Fæſulana quieſcit, *&* adoleſcens *creditur paſſus, at quando ignoratur. Videtur ejus cultus hoc die aſſumptus, propter* S. Julium *Doroſtorenſem, licet alius omnino dicendus ſit: agitque de eo Ferrarius in utroque Catalogo.*

Cultus S. Iulii Fæſulis.

ACTA MARTYRII

Ex codice Ms. Marci Velſeri.

ECce ſanctiſſimus Julius, dignus habitus gratiæ Dei; ecce ſicut vere ſpiritalis juvenis exercitus Chriſti: ecce Martyr cariſſimus, propter regnum Domini, ſimilia paſſus eis, quæ erga B. Paſſicratem. Erat quidem hic ſecundum ſeculi hujus militiam præmemoratis viris commilitans, deinde æmulatione religionis imitator effectus eorum, qui ante eum martyrizaverunt, heredes quidem effecti Dei

Miles, Chriſtianus occultus;

A Dei, coheredes autem Chriſti. Cum enim creſcerent ea, quæ ſecundum impios erant; cum præcepta contra omnes decurrerent, ſacrificare jubentia demoniis; ſimilia perditis operari non acquievit Sanctus, ſed apud ſe occulte fidem Dei ſalvabat. Et *accuſatus fidem profitetur.* quidam de germine invidi & odientis bonum diaboli, delatat quidem virum Præſidi, incuſat autem fidē, & in palam perducere non devitavit. Tranſiens itaque in medium incuſabat: Humaniſſime Præſes, Julius iſte Chriſtianus eſt, & non vult præceptis regalibus obedire. Maximus Præſes dixit: Quid dicis? Juli, vera ſunt hæc? Julius dixit: Ita, Chriſtianus ſum. Maximus dixit: Quid ergo? ignoraſti præcepta Regum, quæ jubent immolare diis? Julius dixit: Non ignoravi quidem: Chriſtianus autem ſum: & hoc facere non poſſum, & negare Deum. Maximus dixit: Quid enim grave eſt thurificare & abire? Julius dixit: Non poſſum excedere, & infidelis apparere Deo meo. Etenim in vana militia, quando videbar errare totis viginti ſeptem annis neque tamquam ſceleſtus, neque quaſi litigioſus oblatus ſum judicio: ſexies in bellum exivi, nemini de poſt fteti, nec alicujus deterius pugnavi: Princeps me non vi- *& diſſimulare renuit:* dit aliquando errare: & quomodo nunc putas eum, B qui in pejoribus fidelis repertus eſt, in melioribus infidelem eſſe? Maximus dixit: Iuli, immola diis. Mihi [imputetur] hoc peccatum: cum violentia immolans, non habes peccatum: poſtea vades in dō-mum tuam accipiens decennaliorum pecuniam, & nemō tibi erit moleſtus. Iulius dixit: Neque pecunia hæc ſatanæ, neque tua ſubdola doctrina privat me à lumine: æternum Deum enim negare non poſſum. Da itaque ſententiam adverſus me, quaſi adverſus Chriſtianum. Præſes dixit: Niſi fueris Regibus devotus, & ſacrificaveris, caput tuum amputabo. Iulius dixit: Bene cogitaſti. Obſecro autem te, pie Præſes, per ſalutem tuorum Regum, comple cogitationem tuam, & da ſententiam de me, ut vota mea perficiantur. Maximus Præſes dixit: Si non vis pœnitere, deſiderio ſuo traderis. Julius dixit: Gratias ago Deo meo. Maximus dixit: Julius, nolens præceptis Regum acquieſcere, capitalem dabit ſententiam. Cum autem ductus fuiſſet ad locum ſolitum, oſculabantur illum omnes. Beatus autem dicebat: Unuſquiſque ſcit ſuum periculum, quali me oſculatur ore. Eſychius autem quidam Chriſtianus, *à S. Heſychio ſalutatus:* cum eſſet miles, & ipſe cuſtodiretur, dicebat Martyri: Obſecro, Iuli, cum gaudio comple pollicitationem, & accipe coronam: etenim ego ſubſequor te: plurimum autem ſaluta Paſſicratem & Valentionem. Iulius autem oſculans Eſychium, dixit: Frater, feſtina. Mandata enim tua jam audierunt: ſicut enim te, video nunc circumſtantes me. Et accipiens E oralem ligavit oculos ſuos, & tetendit cervicem: mi- *martyrium complet.* les autem adducens gladium, finem impoſuit martyrio.

EX MS.

ultro ſententiā mortis urget:

DE S. RESTITVTA VIRGINE,

CUM CYRILLO PRESB. ET SOCIIS DUOBUS,

MARTYRIBVS SORÆ IN CAMPANIA:

ET S. RESTITVTA MARTYRE,

ROMA AD SVESSIONENSEM GALLIÆ DIOECESIM TRANSLATA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. D. P.

§. I. De eccleſia & cultu Soranæ Martyris, ejuſque ibi corpore, quæſito diu ac nuper demum invento.

C CIRCA ANNUM CCLXXII. *Diſtinguenda Reſtitutæ duæ*

Iſtinximus ad diem tertiam Maji Iuvenales *duos, Narnienſem Epiſcopum alterum, alterum Confeſſorem; cujus oſſa (incertum unde) Tranſlata Foſſanum Pedemontii urbem, propter ſolam nominum identidatē pluribus ſeculis æſtimata ſunt Narnienſis eſſe: neque etiam nunc Foſſanenſibus poteſt ea opinio eximi, poſtquam Narniæ fuit ineluctabili evidentia repertum integrum corpus Patroni. Idem hic ſi faciam, eodem id accepturos modo Sueſſionenſes exiſtimo, qui nihil hactenus dubitarunt, quin corpus* S. Reſtitutæ, *quod Romæ in diœceſim ſuam ætate Ludovici Pii Imperatoris tranſlatum eſt, ejuſdemmet ſit, quæ Sorę hoc die paſſa celebratur. Sed æqui rerum æſtimatores laudabunt conſilium, neque cenſebunt Sueſſionenſibus detrahi, quod amore veritatis Soranis relinquetur; quando ſuam ipſi retinebunt Patronam, æque ac Sorana miraculis illuſtrem. Fuit* Sora, *urbs olim Samnitum, Volſcis inde pulſis, dein Romanorum municipium; ubi Proconſul ad jus dicendum fixum tribunal habebat, atque jam inde ab Apoſtolorum temporibus creditur aliqua Euangelii lux effulſiſſe. Gloriatur quoque ſuorum maduiſſe ſanguine civium, qui ad martyrii lauream anhelantes, illum libentiſime pro Chriſto fuderunt. Inter hoſce cenſetur* S. Iulianus, *ſub Antonino Pio paſſus, cujus Martyrii Acta, ad diem* XXVII *Ianuarii, à nobis ſunt edita. Sed vel maxime ibidem enituit conſtantia* S. Reſti- *eccleſia Sorana* tutæ Virginis Romanæ, *ſub Aureliano Imperatore martyrium cum* S. Cyrillo Presbytero & duobus Sociis *hoc* XXVII *Maji paſſæ, quæ propriâ poſtmodum eccleſiâ honorata, Sorana civitatis Protectrix & Diva Tutelaris eſt habita.*

F *Prior ſub Aureliano paſſa*

2 *Erat hæc eccleſia, cum circa initium ſeculi* XI *Collegiata ſcriberentur ſanctæ Virginis Paſſio & miracula, de quibus infra, fueratque haud dubie pridem Collegiata, ſaltem poſt receſſum Saracenorum: & talis etiam eſt hodie, habens ſub Præpoſito Canonicos ſex, Beneficiatos duos. Tam cara Sanctæ fuit, ut hoſtibus anno* MCLVI *ferro flammaque omnia vaſtantibus cremari illam non permiſerit, miraculo flammas impediens; uti infra dicetur, & Sora ſcribitur plenius expoſitum reperiri in magno libro ſeu Catalogo, quem Reverendiſſimus quondam Soranus Epiſcopus Hieronymus Ioannellus, anno* MDCIX, *exeunte Augu-*

AUCTORE D. P.

sto ordinatus, anno autem MDCXXXII *vita functus, singulari labore diligentiaque confecit. Laudat Hieronymum Vghellus, quod* bonus piusque Pastor Cathedralis ecclesiæ Sacrarium construxit, sacraque supellectile locupletavit; Corpora SS. Deodati & Iuliani Martyrum transtulit solenni pompa, Seminarium à fundamentis erexit, *aliaque publice utilia fecit. Addi poterat, quod inter prima curæ Episcopalis initia requirere curavit, & inveniſſe ſe credidit corpus* S. Restitutæ. *Hoc enim constat ex responsiva quadam Cardinalis Burgesii, ad ipsum data* anno MDCIX die x Decembris Roma, *hoc tenore*: Consolatus nos est Dominus per ea quæ Dominatio sua scribit circa corpus S. Restitutæ, nuper istic sua industria repertum; & per pietatem quam tali in actione monstravit, merito laudandam magnique faciendam. Ego me obligatum agnosco pro benevolentia, qua me tam læti nuntii fecisti participem per epistolam; eoque nomine ago gratias, desiderans vicissim, ubi res tulerit, vestro obsequio operam meam impendere.

in hac repertum an. 1609 ejus, ut putabatur corpus,

transfertur ad Cathedralem

B 3 *Servabatur hujus Epistolæ originale apud D. Paulum Valentem, Præpositum* S. Restitutæ, *tamquam magni momenti instrumentum ad veritatem dictæ inventionis comprobandam; interim dum Ecclesia Cathedralis Primicerius pergebat supprimere authenticum illius Actum, surreptum ex arca ipsius corporis, per prædictum Episcopum depositâ intra sacristiam ejusdem Cathedralis, causa ut dicebatur, dissensionis inter utrumque Capitulum, & prætextu cujusdam scrupuli circa ipsam inventionem. Interim Episcopus Ioannes, duos supra nominatos sanctos Deodatum & Iulianum sic transferendos curavit, sicut docebimus, de* Deodato *quidem* XXVII *Septembris, de* Iuliano *autem* XXVII *Ianuarii in Supplemento: pro alio isto corpore desiit esse solicitus; quin potius (quod postea compertum fuit) clam submovendum è Sacrario curavit, eoque unde acceptum erat loco rursus infodiendum: quia inspectis accuratius ossibus (quorum nonnullas particulas dolebat fuisse pro Reliquiis præmature distributas) & considerata eorumdem inter se proportione, apparuerat, ipsa omnino esse infantis alicujus, non autem adultæ Virginis, qualem fuisse constabat* S. Restitutam.

sed errore agnito iterũ defoditur.

4 *Rebus sic stantibus, placuit Deo pium Sorani populi studium, licet intento frustratum suo, ratum acceptumque declarare memorabili ad omnem posteritatem eventu, qui sic narratur, per Epistolam inde submissam:* Cum anno MDCLIV contigisset gravi terræ-motu concuti Soranam civitatem, ad primam succussionem datum campana signum est, ut populus in ecclesiam S. Restitutæ conveniens, communem Patronam coram exposito Venerabili deprecatricem adhiberet. Convenit populus, oravit, regressus cũ spe bona inde est: & mox ecclesia universa corruit, quasi periculum in sua ipsius tecta excipiens Sancta, salvos cives eorumque domos præstare voluerit. Hunc sane fuisse omnium sensum videntur demonstrasse, quando studio prorsus memorando, eleemosynis largiendis divites, tenuiores cives operis gratuitis conferendis, novam quæ nunc extat longeque priori elegantiorem molem construxerunt, sicuti legitur in libro rationum, scripto per Paulum Valenti Præpositum; per cujus manus impensæ omnes, ex eleemosynaria capsa desumi solitæ, transierunt; sicut etiam ejus arbitrio tota regebatur fabrica. Et hic quidem ipse bis interea legitur periclitatus de vita; illæsus tamen permansisse semper auxilio Sanctæ; quæ etiam fabros omnes eorumque magistros iisdem in casibus servavit indemnes.

C *Ecclesiâ Sancta anno 1654 lapsâ & restauratâ,*

dum olim repertum corpus prudenter celatur;

5 *Quanto hæc notiora erant civitati toti, tanto magis illam urebat desiderium videndi expositum publico cultui, quem putabat in Sacrario ecclesiæ Cathedralis attineri thesaurum. Præpositus autem & Canonici* S. Restitutæ *nullum non movebant lapidem, ut seposita controversia suo potirentur voto; donec tandem eorum omnem conatum vincente Primicerii constantia, censuerunt mortem ejus, quæ seni non procul abesse poterat, potius expectandam, quam surdas aures pulsandas diutius, quamvis novum suum Episcopum, ex Congregatione Perusini Oratorii assumptum, Thomam Guzzonium, haberent causæ suæ non obscure faventem. Verum hic, ratione magis quam affectu, seu potius divino motus impulsu, definiebat nihil; donec Soranorum pia vota respiciens Deus, fecit* S. Restitutæ *verum corpus, ac trium Sociorum Reliquias, & omnium quatuor capita, inveniri anno* MDCLXXXIII. *Quin etiam Ioannelli Episcopi scripta perscrutantibus innotuit, quid illo priori factum esset; & quam prudenter Primicerius egisset, nec minus erga defuncti memoriam reverenter, quod in se trahere maluerit invidiam frustrati voti popularis, quam scandalum suscitare, commissum errorem revelando & fatendo veritatem, cui nemo tamen esset habiturus fidem in isto æstu animorum, creditorum,* Restitutam *revera inventam, nec nisi per æmulationem occultari. Totam Inventionis prænotatæ historiam descripsit, qui eidem post paucos dies supervenit, testis ex parte oculatus,* Conradus Ianningus *noster; & hanc post Acta mox laudanda dabimus.*

D

verum, an. 1683 invenitur.

6 *Memoria ejusdem sanctæ Virginis in Ms. Martyrologio Vaticano Ecclesiæ S. Petri legitur his verbis:* Civitate Sorana passio S. Restitutæ Virginis & Martyris. *Eadem habentur in alio Ms. bibliothecæ Vaticanæ, sub signo numeri* 5940, *quod olim fuit Ecclesiæ Beneventanæ. Secuti Maurolycus, Felicius, Baronius in hodierno Martyrologio Romano, qui (utpote ortu Soranus) plurima in Notis observat, de* Proconsule *ibidem residente, &* de S. Restitutæ memoria adhuc extante in insula Fibreni, ubi Christi Virgo nobile certamen pro Christo subiit, victrixque est coronata martyrio una cum sociis. Putatur etiam quod ex carnificina sanctorum Martyrum illic exerceri solita, ipsum Fibrenum flumen hodie vulgo dicatur Carnellum, quasi Carnarium. In Actis S. Placidi Martyris, quæ scripsit Gordianus, illud flumen Carnellus reperitur appellatum, ut scias non esse recentem nomenclaturam. *Hæc ibi Baronius, qui in Annalibus Ecclesiasticis ad annum 275 num. 5 ista scribit.* Sub eodem Imperatore *Aureliano*, Soræ passa est clarissima Virgo Restituta una cum sociis, sub Agathio Proconsule: cujus nobile certamen multis miraculis illustratum, Ecclesiasticis monumentis meruit inseri, atque anniversaria commemoratione dicari. *Michael quoque Monachus, in Sanctuarii Capuani Kalendario secundo & tertio, ait, memoriam* S. Restitutæ *ad hunc diem* XXVII *Maji celebrari. Isto autem die intelligo Soræ benedici, consuevisse in ejus nomine flores Rosarum, quas experientia docuerit, ad febrium depulsionem, mediante fiducia in ipsam Sanctam, perquam efficaces esse. Idem dicitur etiam, Borbani in Aprutio, simili die fieri, nec minori devotione festum illic agi; eo quod Borbanenses credant possidere se ipsius Sanctæ caput, quod in Caruellum flumen abjectum Episcopus quidam nactus, Borbanum transtulerit. Verum aegre probabunt Borbanenses, ipsum quod habent caput* Soranæ Restitutæ *esse, cum Soræ tot habeantur capita, quot fuisse decussa dicit historia Passionis; quorum unum ipsius esse, pene certum facit historia Inventionis.*

B *Memoria in Fastis sacris,*

E *cultûsque etiam Borbani.*

§ II. Acta Passionis & Miraculorum, a Gregorio Episc. Tarracinensi descripta: corporis existentia Soræ probata.

Acta, alia varie contracta,

ACta martyrii asservari in Ecclesia Sorana *asserit Baronius ad Martyrologium, eaque extare Neapoli & Romæ in Bibliotheca Vaticana ibidem didicimus: sed & Capuæ esse indicavit nobis per litteras inde missas Silvester Ayossa: eorumdemque compendium, in tres lectiones divisum, habetur in antiquo Breviario*

Capuæ

A *Capuano, anno* MCCCCLXXXIX *excuſo. Aliud multo prolixius compendium, in duodecim Lectiones diſtributum, à præfato Ioannello Epiſcopo* habitum *(ut præferebat titulus)* ex Mss. Antiquiſſimis eccleſiæ Atini; *accepimus Sora, propria manu Cancellarii Epiſcopalis Ioſephi Porretta deſcriptum, & prælaudati Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Thomæ Guzzonii, Epiſcopi Sorani, ſigillo munitum,* XII *Februarii* MDCLXXXII. *Hoc compendium cum majoribus Actis conferentes, invenimus verbotenus inde exceptum fuiſſe: & ideo ejus verba, eodem quo iſtic continentur ordine, ſeparamus ab aliis, includendo ipſa hujuſmodi parenthesi* [ ]. *Majora autem Acta damus ex Ms. Codice Branenſis cœnobii, Ordinis Præmonſtratenſis in diœceſi Sueſſionenſi ab eccleſia Arcienſi, in quam vulgo creditur corpus tranſlatum, vix plus quã duabus leucis diſtantis, uti ea inde accepit Nicolaus Belleforeſtius, Canonicus Regularis S. Auguſtini, in cœnobio Sueſſionenſi S. Ioannis Baptiſtæ Vinearum.*

cum mentione Cyrilli & plurium ſociorum,

8 *In his Actis (quod alibi non ita fit) agitur de* XXXIX *Cuſtodibus per Sanctam converſis & horum Tortoribus, qui ſimul omnes ante eam capite plexi ſint, nec non de* S. Cyrillo *Presbytero & duobus ſociis, pariter cum Sancta decollatis.* Cyrillũ & ſocios *expreſsimus in titulo, quia eorum paſsionem veroſimilem faciunt, inventa cum S. Reſtitutæ corpore tria capita, variaque corporis non unius oſſa:*

B *aliorum autem numero non audemus augere Sanctorum Catalogum. Etenim cum neque eorum corpora poſteris in honore fuerint, neque eorum ſpecialis ullus apud Soranos cultus fuiſſe ſciatur, vehementer metuimus, ne veteri de Paſsione Sanctæ traditioni, potius quam Legendæ, converſiones & martyria hæc addita ſint ornatus cauſa, uti nimis quam ſæpe contigit in Actis multa poſt ſecula ſcriptis, & nihil fere certum habentibus præter principalis Sancti vel Sanctæ nomen & martyrium.*

ſicut habentur exornata à Gregorio Ep. Tarracinæ.

9 *Fuerunt porro Branenſia Acta in duos libros diſtincta: prior Vitam & martyrium continet, poſterior miracula, poſtmodum & certiori longe fide (ut mox dicetur) atque diſtinctius cognita. Hiſce tertium de tranſlatione corporis in Galliam adjunxit ipſe Belleforeſtius ex Gallico rythmo, circa annum* MDL *impreſſo, Latinum faciens & ſenſum ſenſui reddens,* nulla redundantium verborum habita ratione, *uti ipſe infra in Epilogo addito monet: quod hic ab eo factum non ferimus moleſte: ſed quod etiam ſecundum librum deſcripſerit,* redundantiore ſtylo moderate (ut ſolebat) contracto, *incommodum accidit inſtituto noſtro, quo vetera originalia gaudemus integra exhibere. Quare ſi quis genuinũ contextũ nobis ſubmiſerit ad accurratiorem in ſupplemento editionem, gratiam ſibi referendam ſciat. Priores libri nullum præferunt auctorem in Codice Branenſi: ex primo eorum in Catalogo Sanctorum Italiæ præclaram epitomen Ferrarius confecit, id profeſſus ſe accepiſſe* ex monu-

C mentis Eccleſiæ Soranæ, in qua Acta à Gregorio Epiſcopo Tarracinenſi conſcripta aſſervantur. *Eidem tribuit hæc Acta Baronius in Notis ad Martyrologium. Præivit utrique Petrus Diaconus de Viris illuſtribus Caſinenſibus cap.* 32, *inquiens, dictum* Gregorium *antea fuiſſe in* Caſino oblatum, & ſcripſiſſe Paſſionem S. Reſtitutæ Virginis. *Ex eodem Petro vixit Gregorius* temporibus Alexii, Henrici, ac Joannis Imperatorum: *id eſt ineunte ſeculo* XII. *Addit Ioannes Baptiſta Marius in Annotationibus ad dictum Petri locum, interfuiſſe Gregorium anno* MCVI *Concilio Guaſtallenſi in Lombardia; & ſubſcripſiſſe Bullæ cuidam, Eccleſiæ Piſanæ anno* MCXXVI *indultæ: non tamen docet, unde iſta hauſerit. Docent vero nos apud Labbæum Acta Concilii Lateranenſis ſub Paſchale II, anno* MCXII, *coacti contra privilegium Henrici Imp interfuiſſe iſti Concilio & ſubſcripſiſſe* Gregorium Tarracinenſem Epiſcopum. *Idem ipſe Gregorius auctor eſt libri ſecundi de miraculis, quæ in Præfatione ait ſe* cognoviſſe veridica relatione eorum, quibus coram poſitis geſta ſunt, vel etiam qui in ſeſe ipſis eadem cælitus acta ſenſerunt. *Similiter infra num.* 8, *mulieris à Sancta curatæ, obſcœnum morbum deſcribens, dicit.* Sicut ea

qui addidit librum 2 de Miraculis factis 11 *aut* 12 *ſec.*

replicante accepimus: *& num.* 14 *de milite, qui è carcere eductus fuerat, quod* cuncta omnibus, qui aderamus, ipſe præſens recenſuit. *Ex quibus appareat quam ſint optimæ fidei, quæ libro illo ſecundo narrantur: quia pleraq; ſaltem, ex propria Confeſsione eorum qui beneficia conſecuti fuerant, acccepta produntur.* AUCTORE D. P.

10 *Sed qualis opinio tunc temporis fuit de Corpore* S. Reſtitutæ? *Soranе an alibi quieſcere putabatur? Profecto ipſum ſilentium Gregorii, nuſquam memorantis Tranſlationem ejus, aut Romam aut alio factam, vix patitur credi, factam eſſe. Quod autem indubitanter crederetur Corpus Sora exiſtere, manifeſte intelligitur ex ejus libro ſecundo, numero* 14, *ubi ait, quemdam eductum per* S. Reſtitutam *è carcere,* ad Beatæ tumulum cum oblationibus feſtinanter adveniſſe. *Et expreſsius num.* 6 *de alio, ſimiliter è carcere liberato, refert quod* ad Beatæ Martyris Corpus lora, *quibus vinctus fuerat,* delegavit: *& num.* 7, *quod energumenus* ad beatæ Martyris Reſtitutæ Corpus delatus eſt. *Sic autem loquentem, non de alio loco aut civitate agere, quam de Sorana, ubi credebant ſanctæ Virginis Reliquias eſſe, luce clarius fit legenti loca modo citata. Eadem porro Soranorum opinio perpetuavit ad hæc uſque tempora: narrantque hodiedum perſonæ iſtic primariæ ac principes, aviam ſuam frequenter ſolitam fuiſſe adire eccleſiam* S. Reſtitutæ, *orationis cauſa; ac flectentem genua ut plurimum prope feneſtellam, quæ non longe ab ara maxima aberat, ſæpius dixiſſe, eo dirigendas preces, iſtic Venerabiles* S. Reſtitutæ *Reliquias ex majorum traditione latere. Luculentius traditionem illam probat ſequens Oratio, quæ in antiquo codice ſcripta legitur, & à tempore immemorabili quotannis die* IX *Martii ſolenniter in templo* S. Reſtitutæ *canitur à Primicerio Cathedralis, poſtquam illo die univerſus Clerus ſecularis, in memoriam liberatæ olim à bello civitatis, ſupplicationẽ per omnia fere compita inſtituit, unam dumtaxat* S. Reſtitutæ *eccleſiam viſitans, ibique orationem præmemoratam ſolenniter recitans; quæ talis eſt.* Propitiare quæſumus, Domine, nobis famulis tuis, per hujus ſanctiſſimæ Virginis & Martyris Reſtitutæ, quæ in præſenti requieſcit eccleſiâ, merita glorioſa, ut ejus pia interceſſione ab omnibus protegamur adverſis. Per Dominum.

E *quod etiam ex traditione,*

& oratione propria confirmatur.

§ III. Confirmatur eadem exiſtentia, indeque conficitur alia eſſe, cujus corpus ſeculo XI Româ Sueſſionem tranſlatum eſt.

F

11 *Quod anno* 1156 *cremari non potuerit eccleſia S. Reſtitutæ, tribuitur ejus ibi poſito corpori,*

PRæfatis *auctoritatibus & traditionibus Soranorum magnum pondus accedit ex Chronico terræ Ceccanæ diœceſis Ferentinæ, conſervato in eccleſia S. Mariæ de flumine dictæ diœceſis, prout citatum legitur in grandi codice Cathedralis Soranæ fol.* 14, *videlicet:* Anno MCLVI, Indict. IV de menſe Madio, Simon Soranus (*facit illum Sora Præfectum Baronius*) interfectus fuit à ſuis hoſtibus. Filius dicti Simonis fecit vindictam pro eo: fecit cremare & prædare totam civitatem, excepta eccleſia S. Reſtitutæ, quæ numquam potuit cremare miraculoſe, quia ibi conſervatur corpus S. Reſtitutæ, & alia corpora Sanctorum, quæ tempore belli fuerunt abſcondita in dicta eccleſia. *Si* fuerunt abſcondita, *ut expreſſe dicitur,* in eccleſia S. Reſtitutæ, *id factum fuit vel ante medium ſeculi* IX, *vel poſt: ſi poſt; jam vanum eſt quidquid pro Tranſlatione Romam facta affertur: ſi vero ante; quod illud belli tempus, cujus metu abſcondita fuerint Reliquiæ, niſi Saracenici? Si dixeris, anterioris alicujus belli metu abſcondi potuiſſe dictas Reliquias, & nihilominus poſtea propter invaſionem Saracenorum adferri Romam; fruſtra es, niſi tempus belli genuſque aut circumſtantias prodideris aliquas. Tum vero cur eodem loco, ubi ſemel belli tempore tutæ fuerant Reliquiæ, non potius conditæ fuerint denuo, quam procul inde in incertum dimiſſæ; erepto civibus magno in rebus adverſis*

nec apparet quando inde potuerit ablatũ fuiſſe.

AUCTORE D. P.

si solatio & quasi asylo suo? Dicamus igitur, corpora S. Restitutæ ac Sociorum, *uti constat, initio Soram allata in veneratione diu fuisse, lapsuque deinde temporis propter imminens aliquod bellum ibidem fuisse absconditta; ita propter subsequentes tumultus, tam intestinos quam exteros, qui Soram aliasque Campaniæ ac Latii civitates sæpe sæpius afflixerunt, tam diu latuisse, donec in oblivionem abierit locus ipse, ubi posita fuerant, variis templi ruinis insuper sepulta. In Vita enim lib. 2 num. 12 narratur totum templum* funditus corruisse: *idque seculo* X *aut* XI *debet factum fuisse. In Chronico etiam Fossæ-novæ apud Vgellum tomo 1 refertur,* anno MCIII Indict. XI, Sora cremata cum septem ecclesiis. *Ut posteriores calamitates, præsertim sub finem seculi* XII, *a Germanis & eorum Duce Conrado, Comite Soreliæ, illatas, silentio prætermittam. Quid igitur mirum si latuerint, ac fere ignorata fuerint Soranis, Corpora Sanctorum suorum?*

ubi inventa nuper ossa ipsius verosimillime creduntur.

B

12 *Iam vero cum inventa non ita pridem sint in ecclesia, in qua constabat aliquando fuisse occultata; in loco digniori, ubi cadavera profana sepeliri non solent; in Confessione subterranea, quæ antiquis ac nostris etiam temporibus conservandis Sanctorum Reliquiis proprius fuit locus; in urnis istiusmodi, quæ cadaver recens mortui capere non possunt, & quibus inventa ossa tumultuario videntur injecta fuisse, quasi militaris furor otium ea componendi decentius non indulsisset; ita tamen operculo tecta ut conservari possent: cum hæc, inquam, aliaque indicia sanctitatem dictarum Reliquiarum & identitatem cum antiquis* S. Restitutæ & Sociorum *probabilissimam faciant; pro Translatione autem prætensa ab aliquibus ad urbem Romanam, nihil suppetat argumenti; suppetente etiam nonnihilo quod eam dissuadeat, ut mox videbitur; consequens esse videtur, ut si alicujus* Restitutæ *corpus Roma in Galliam aliquando translatum est, id alterius fuerit.*

13 *Hujusmodi Translationem habemus à Belleforestio transcriptam sub titulo libri tertii, ubi dicitur, quod, Saracenis magna cum classe contra Neapolitanos Romanosque venientibus, territi Sorani, pretiosiora sua omnia, atque in his* S. Restitutæ & Sociorum corpora, *Romam transtulerint & in ecclesia S. Petri collocarint, anno circiter* DCCCXL, Leone IV *Sedem Apostolicam regente. Potuit hic, licet septimo demum post anno creatus, nominari, quia corporis in Gallias auferendi facultatem dederit anno* DCCCLI, *tunc enim ad Lotharium patrem ex Italia cum exercitu rediit Ludovicus, cujus Conestabili translatio adscribitur. Potuit etiam Sarracenorum apparatus ingens nuntiatus, etiam priusquam eorum classis anno* DCCCXLIV *advenit, Soranos conterruisse, impulisseque ut barbarorum, licet eatenus sæpius à Beneventanis victorum atque agre in paucis locis sese tuentium, incrementum formidabile fuga præverterent. Potuit denique ex tota Campania Romam fieri concursus fugientium, etiam cum Sanctorum Reliquiis. Sed has Romam allatas, nusquam infelicius deponere iidem Sorani potuissent quam in suburbana S. Petri Basilica: quia illa tam formidata classis non appulit in Campaniam, sed ante omnia* Tiberi Romam aggressi *barbari*, Basilicam B. Petri Apostolorum Principis devastarunt, ablatis cum ipso altari, quod tumbæ memorati Principis Apostolorum superpositum fuerat, omnibus ornamentis atque thesauris. *Inde autem, ut ex Leone Ostiensi refert Baronius, Campaniam petentes subito incremento Carnelli fluminis (Garilianum hodie appellant) Casinum spoliare prohibiti, quid porro egerint compertum non habeo; fugam tamen & vastitatem intulisse quocumque se verterint, credibile est; nec mirarer si ea occasione eversa fuerit* S. Restitutæ *prope Soram ecclesia: sed quidquid tunc factum sacris corporibus sit, ea omnino non fuisse ablata persuadet eorumdem nupera inventio, & de altero illo quod in Gallias tunc translatum est corpore aliter cogit statuere, quam Franci prætendunt.*

nec videntur sub an. 844 Româ translata dici debere.

C

14 *Dicam igitur corpus* S. Restitutæ, *quod Franci venerantur, Martyris esse, Romana in Urbe passa, quod ex aliquo sacrorum Cœmeteriorum extractum, atque in sacrario Basilicæ S. Petri tantisper depositum, donec ejus alicui donandi occasio adesset: ac denique Moreulio Toparchæ exercitum secuto donatum sit, post victoriam de Saracenis Beneventum obsidentibus relatam anno* DCCCLI. *Donatum autem & in Galliam avectum illud esse oportet, non solum absque Actis Passionis, quæ nulla habentur de iis quorum corpora sic Româ adducuntur; sed etiam absque ejusmodi patentibus litteris, cum quibus illa nunc solent transferri; quia talium scribendarum usus, utilis sane ac plane conveniens, recentioris institutionis est. Porro cum jam miracula crebrescerent in Arciensi ecclesia; & simul cupido aliquid de tam munifica Sanctæ passione sciendi, post* S. Restitutæ *nomen frustra quæsitum in Vsuardi Martyrologio, quo passim Gallicana Ecclesiæ utebantur; tandem inventus est aliquis qui suggereret in Vaticanæ ecclesiæ Martyrologio (quod Vsuardi etiam erat, sed Italicis nonnullis Sanctis auctum) inveniri ad* XXVII *Maji hæc verba* In civitate Sorana passio S. Restitutæ Virginis & Martyris: *tum vero ex more in talibus familiarissimo, sed perquam incommodo, quasi non alii uspiam fuissent Martyres quam quorum nomina habentur in Martyrologiis, cœptum est credi Arciensium Patronam, licet Româ, non Sorâ, adductam, passam tamen Soræ fuisse, indeque aliqua ex causa illatam Basilicæ Vaticanæ, unde ista erat accepta. Quid autē de ea Soræ sciretur quærentibus, oblatum est opus Gregorii Episcopi Tarracinensis, seculo* XII *nescio compositum, de Passione & miraculis* S. Restitutæ Soranæ: *quibus in rythmum vulgarem versis, Arcienses addiderunt quidquid de translatione corporis Romæ in Galliam acceperant majorum traditione, vel etiam aliquo medii ævi scripto, non sine erroribus chronologicis infra notandis. Huic autē sic leviter fundatæ sed passim receptæ credulitati, innixus in Martyrologio Gallicano Saussaius ita scripsit, ad hunc* XXVII *Maii;* Suessione, insigni S. Joannis cœnobio in Vineis, festivitas S. Restitutæ Virginis & Martyris: cujus hodie Soræ in Latio coronatæ universalis Ecclesia suis in tabulis natalitia recolit: pignora vero in Gallias allata, in Archiensi ecclesia prædictæ diœcesis, jam pridem condigno cultu reposita, quiescunt.

D

licet sub nomine S. Restitutæ an. 851.

inde unum ablatum in Gallias fit.

E

cui Sorana Martyris Acta fuerint applicata.

ACTA

Auct. Gregorio Episc. Tarracinensi.

ex variis Codicibus Mss.

LIBER I.

Continens Passionem sanctæ Virginis.

ROmanæ reipublicæ principatum *a* Aureliano administrante, sæva in Christi famulos persecutionis orta est tempestas]: quandoquidem, ut fertur, idem Imperator adeo Christi nomen habuit exosum, ut illud etiam ipso execraretur auditu. Unde directis ab eo undique legibus, Christicolæ mille modis quotidie perimebantur; alii quidem ad bestias expositi, alii ad metalla damnati; quidam ignibus, nonnulli lapidibus obruti: sicque crudelitati ceu pietati certatim impii operam dabant, ut juxta divinum oraculum Domino se putarent exhibere obsequium, si possent extinguere nomen Christianum.

a Persequente Christianos Aureliano Imp.

2 [Hac igitur tempestate, claruit Romæ, in regione quæ Transtyberim dicitur, puella, nomine Restituta, venusta specie, nobilis stirpe; sed longe venustior orthodoxa fide, & omnium virtutum charismate: cujus pater Ethel, mater vero *b* Dabia voca-

S. Restituta Romana.

b

A vocabatur, ambo tam vitiis quam dignitatibus locupletes. Cum jam Chriſti Virgo ad nubiles perveniſſet annos, divitiarumque copia & quæ in talibus plurimum valere ſolet generis excellentia, nobilium juvenum turba moveretur, ut certatim ſibi quiſque eam peteret ſponſam; interrogatur à parentibus, quem potiſſimum de tanta nobilitate eligeret. Quæ ſe immortalem & cæleſtem habere ſponſum reſpondit: ideoque non magnopere cujuſlibet corruptibilis ambire conjugium]. Eant, ajebat, corruptibiles, & ſibi ſimilia ineant matrimonia: mihi, cui perpetuus extat ſponſus in cælo, neceſſarius non eſt mortalis in terra. Porro de ſterilitate nulla mihi ineſt cunctatio: quia ſponſus ille magnificus, cum ſit Virginis filius, filios quotidie innumerabiles generat caſtitatis: qui etiam mihi dabit in proximo, uti virginis ſponſus, de multimoda gaudere ſobole, ſine ulla corruptionis labe. Procul ergo corruptores pudoris, procul & corruptela, procul ſit & omnis corruptorum pompa, auri videlicet argentive quælibet ornamenta: quæ quamvis ad horam blandiantur, nullum ſe utentibus in futuro præbent emolumentum.

reſpuit nuptias:

B Radiet potius in mentis facie fidei margarita, ſpei certiſſimæ hyacinthus, & fervens velut ignis carbunculus caritatis. His ornata monilibus cæleſtis ſponſi opperiar adventum: ut cum ſapientibus virginibus ejus merear ingredi thalamum. [Hoc ut fertur reſponſo, & parentibus ſatisfecit, & furentium juvenum laſciviam declinavit.]

Conſtantiâ precibus à Deo expoſcens,

3 [Sed cum perſecutio in Chriſtianos nimium excreſceret, & huc illucque ſævi lictores more canum diſcurrerent; Reſtituta metuens humanæ fragilitati, ſimulque conſulens virgineo pudori, ſeſe domus abdidit penetralibus; atque humi proſtrata hujuſmodi orationem fudit ad Dominum]: Domine omnipotens, qui per filium tuum Verbum, ſcilicet ſapientiam tuam, in principio cuncta ex nihilo creaſti; quique etiam in plenitudine temporum, per eumdem ex Virgine natum, hominem perditum mirabiliter reformaſti; qui Virginis filius, virginitatis aſſertor, daret nobis in terra poſitis cæleſtem vitam ducere, ut cæleſte præmium poſſemus expectare; & quos per varias immunditias ſocios repererat dæmonum, integritate mentis & corporis æquales faceret Angelorum: te rogo, creator corporum, illuminator mentium, ſpes & vita fidelium animarum; ut in me famula tua cor mundum crees, & ſpiritum rectum invoves; ut ſpiritu principali

C confirmata, ardentia cupidinis tela contemnam, idololatrarum furias pro nihilo ducam, & ſanctum Filium tuum, Agnum immaculatum, per omnia ſequar. Et quoniam ætatis ac ſexus mihi ſunt infirma munimina; de cæleſtibus caſtris Angelicum poſco auxilium, per quod merear protegi, & in beneplacitis tuis jugiter roborata morari; per coæternum Filium tuum, cum quo vivis & regnas in caritate & communione Spiritus ſancti, per omnia ſecula. Amen. [Quæ cum oraſſet, adſtitit ei Angelus Domini: ad cujus adventum, primum quidem, ut mos eſt virginum, paululum hebetata eſt, at poſtmodum tali meruit informari oraculo: Exaudita eſt, Reſtituta, deprecatio tua: aderit tibi ſemper cæleſtis gratia, per quam carnales impetus & pompas dæmonum exuperes, & ad virtutum omnium proveharis ſucceſſus]. Me quoque noveris ex divina juſſione ad tui veniſſe tutelam. Diſponit quidem magiſter diſcordiæ concitare adverſum te ſuæ perverſitatis fautores: nihil tamen metuas: tecum eſt ille tuus quem dilexiſti immortalis ſponſus, qui ejus vires ſolet conterere, quique tibi & in pugna victoriam & æternitatis dabit coronam.

ab Angelo confortatur:

4 [Hæc cum dixiſſet, & ſpeciem quam exhibuerat ſubtraxiſſet; Reſtituta, promiſſionibus tantis roborata & hilaris facta, in ſomnum reſoluta eſt. Cui humani generis vetuſtus inimicus, fumifera caligine horrendus apparuit, & comminans dixit: Quid eſt, Reſtituta, quod tam ſuaviter & jucunde quieſcis? forte de Angeli oraculo lætaris? Verum priuſquam iſta eveniant, totis viribus adverſum te in bella ruam; mihi famulantium citabo agmina; ut ſi ſuccedat triumphus, non ſit, prout putas, incruentus]. Novi quod mihi & meis numinibus moliaris ruinam: ſed mihi antiquæ fraudis commenta non deerunt, quibus vires tuas comminuam. Et hæc dicens, gladium in tenebris micantem elicuit, quem intentans contra eam ait: Hoc enſe aliquem de meis accingam, qui in tuum armabitur jugulum, & mihi rebelle dejiciet caput: lingua etiam mihi contraria, in abſciſſo capite tacitura, tabeſcet. His minis Chriſti Virgo aliquantulum perterrita, Crucis vexillo armat frontem; totamque ſe circumſignans ait, Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum à facie ejus. Ad vocem ergo pſallentis, phantaſma tenues elapſum in auras diſparuit. Chriſti vero famula in terram ſe dedit, atque his vocibus [Domini clementiam appellare cœpit: Exurge Domine, adjuva ancillam tuam: nequando dicat inimicus meus, prævalui adverſus eam. Valde enim, dominator Domine, ſermo tuus cor meum penetravit. Idcirco quam iſte diris minis quaſſavit, tua ſancta clementia relevare dignetur, & in tuo amore ſic ſolidare, ut in tuis jugiter obſequiis perſiſtam.]

A. GREG. TERRAC. EX MS. *diabolica phantaſmata territat,*

E

5 [Oraverat: & ecce humani generis ſalus & vita Chriſtus Jeſus (juxta quod olim ſpoponderat, antequam invocetur ſe adfuturum) beatæ Virgini conſpicabiliter adſtitit: atque ab ea omnem pavorem propellens, ſuaque illam præſentia oblectans; Cur, inquit, Reſtituta, turbaris? Tibine excidit, quod mendax ſit, & pater ejus? Neſcis, quod trophæo Crucis meæ devictus, & ſuis flammis alligatus, omnino non prævalet, niſi permiſſus? Sed noveris (me permittente) iſta tibi nuntiaſſe: ut qui per ejuſmodi minas tuæ mentis robur ſperabat elidere, tua conſtantia eliſus abſcedat, à puella devictus.]

à Chriſto apparente,

jubetur Soram abire,

Nunc ergo ad militiam noſtram accincta, eum qui tibi terrorem incutere voluit aggredere: perge ad Soranam civitatem, ut ab ejus tyrannide populum meo ſanguine redemptum eruas, & creaturam creatori conjungas. Nec vero de ætatis aut ſexus infirmitate diffidas: tecum enim ſum ego, cujus fortitudine cælum ſuſpenditur, libratur terra, mare diffunditur. Ad quem Reſtituta; Virgineo, inquit, Domine, pudori conſulens, & laſcivientium contubernia devitans, vix unquam domo egreſſa ſum: & quomodo ad civitatem ire potero memoratam; cum præſertim ignorem, quo mundi climate ſit poſita? Et Dominus ad eam: Craſtino mane, cum ſolis jubar terris irradiaverit, ad eam Urbis portam, quæ Lateranenſis dicitur, perge celerrime: ibi dux itineris tui à me directus aderit, qui te ad locum perducet deſtinatum: quibus mandatis ſeſe luci reddidit inacceſſibili.

F

6 Virgo autem, divinæ voci obtemperans, mane concita ſurgit; ad locū, ſicut juſſa fuerat, acceſſit: ubi Angelum Domini ad iter accinctum reperit; ad quē demiſſis oculis, ſic orſa eſt: Adventus mei huc ad te cauſam credo te, Domine, ſcire: quid vero deinceps ſit agendum, decerne: parata ſum quidquid decreveris complere. Ad quam Angelus: Tu divinæ vocis oraculo admonita es Campaniæ urbem Soram inviſere; quæ hinc quadraginta fere millibus diſtans, longos poterit itinere fatigare, niſi curæ ſit nobis per ſomni quietem vires erigere. Reſtituta ergo utili conſilio,

eóque ab Angelo itineris comite tranſlata.

A. GREG. TERRAC. EX MS.

filio aſſenſum præbens, ſeſe in terram dedit, & virginea membra tali thoro committens, paululum obdormivit: quam virtus Angelica dormientem aſſumpſit, & modo inſcrutabili, ab Urbe Soram uſque tranſpoſuit. Mane autem facto evigilans, ſeque in portarum aditibus cernens, mirari vehementer cœpit: donec facile conjiciens divinitus id factum eſſe, gratias Deo perſolvit immenſas, qui omnia quæcumque voluit fecit in cælo & in terra.

leproſum precibus ſanat,

7 Chriſto igitur Duce, famoſam illam urbem ingreditur, & in domum cujuſdam viduæ divertit, cujus filius, elephantiæ morbo tabeſcens, per duos annos & menſes octo affligebatur, ut jam non virtutibus obſequeretur corpus ejus, ſed potius animæ videretur eſſe ſupulcrum. Ad hæc Chriſti Virgo alacris facta, quod prædicationi videret patere januam, ait; Pone, mater, finem triſtitiæ: eſt medicus in cælo omnipotens, qui prævalet tibi filium reſtituere: ſi ſtudio vobis fuerit, digna hunc veneratione percolere. Fit hilaris vidua, promittit ſe una cum ſobole creditutam, ſi grata promiſſa compleret. Nec mora: Reſtituta flexis genibus palmas tetendit ad ſidera, hiſque vocibus ſupernam cœpit implorare clementiam: Deus æterne, omnium creator & auctor; adeſto, ſicut promiſiſti, famulæ tuæ: & quod peto fidenter, largire
B clementer: ut dum à lepra eum emundaveris, hujus civitatis mentes, idololatria infectæ, ſacro Baptiſmate purgentur, & nomen tuum inclitum laudent per

& 40 homines ad fidem convertit.

ſecula. Mirum valde: orationem ſecuta res eſt: multicolor ille morbus diſparuit, & videntibus cunctis homo adſtitit ſanus. Ad quod prodigium vidua mater, cum univerſa familia, obſtupuit: & quia continere ſe non poterat, prima in Dei laudes erumpens, viciniam commovet univerſam. Fit concurſus, videre cupientium & illum qui tam mirabiliter convaluerat, & beatiſſimam Virginem quæ tantæ virtutis auctrix extiterat. Juvenis ergo, plus mente quam corpore ſanus; Hoc, inquit, ô cives optimi, non medici alicuius eſt experimentum, ſed opus Jeſu Chriſti filii Dei omnipotentis: qui me, per famulam ſuam Reſtitutam, huc ab ipſo ex Urbe tranſmiſſam, facile, ſubito, & integre curavit: unde conſtat indubie, ejus nos eſſe facturam, qui nos cum voluerit ſic reformat. Viſo igitur ab illis tanto prodigio, & audito hominis tam evidenti teſtimonio, quadraginta ex eis in Dominum Jeſum Chriſtum crediderunt.

Per leproſi ſanati innoteſcit Proconſuli:

C 8 Sed quia bonis principiis ſemper malitiæ auctor obſiſtit; quidam ex audientibus, ſpiritu diabolico pleni, veris aſſertionibus cœperunt contradicere, & contumaci animo ſalubria monita refutare. Quos egregius juvenis parvipendens, & de mentis duritia conſtanter redarguens, non ceſſabat Chriſti præconia perſonare. Quid multis? Percurrunt iſta ad aures Proconſulis Agathii: qui mandat è veſtigio ſacrorum hoſtem vinctis à tergo manibus exhiberi: ad quem ſic orſus eſt: Verane ſunt, Cyrille, quæ dicuntur? an ſic excors factus es, ut deos patrios contemnens, nova numina orbi Romano inducas? Reſpondit Cyrillus: Plane verum, ô Proconſul, imbecilles deos, qui nec mihi nec ſibi unquam potuerunt auxiliari, me reliquiſſe, & omnipotenti Deo Jeſu Chriſto per fidem adhærere, qui me ad invocationem ſui nominis, Reſtitutâ famulâ ſuâ interveniente, ſic perfecte curavit. Miratus ad iſta Agathius, inquirit, ubi tantæ poteſtatis femina maneret. Apud nos, Cyrillus ait, hoſpitatur, ad quos Deus eam propitius deſtinavit.

ad eum adducta, fidem profiteiur:

9 Nec mora: hoc Proconſul audiens, miſſis apparitoribus præcepit, ut honeſte illam deducant, & ſuis tribunalibus ſiſtant. Quod cum protinus factum eſſet; Dicito, inquit, puella, quod tibi nomen eſt, quod genus quæ religio, quæ poſtremo tui ad nos adventus cauſa? Quæ nihil metuens; Reſtituta vocor, ait, Urbis ſum accola nobilis, religione Chriſticola, D & Chriſto jubente huc tranſmiſſa, veſtræ ſalutis cauſa. Judex aporiatus ad iſta, dixit: Ignorare te credimus, puella, quid de Chriſtianis Imperatoria cenſuerit majeſtas: & ideo reveritam non eſſe ita te palam profiteri Chriſtianam. Sed quia juvencula videris, parcimus ignorantiæ: ut ſuperſtitione relicta, decretis Principum pareas, & diis immortalibus in- *neque eum cupit Sponſum,* cendas thura, & lites hoſtias. Quod ſi feceris, brevi noſtro frueris cõjugio; & quę modo paupertati vivis obnoxia, eris procul dubio magnis opulenta divitiis. Cui beata Virgo: Tria mihi, ô Judex, videris propoſuiſſe: quorum unũ, velut impium, exhorreo; duo autem reliqua, ceu frivola, contemno. Quod vero parcere te dicis, neutiquam id parcere eſt, ſed ſævire potius; dum ſuades relicto Creatore, creaturas pro Deo excolere, & ſpreto immortali ſponſo te ſponſum accipere, qui certe in aliquo te illi conferre non vales. Ille Rex Regum, & Dominus Dominantium; tu terreno Regi ſubditus, & de repulſa anxius, numquam dormis ſecurus: tu modo ad horam fulgidus, ſed poſt paululum vermium cibus eris. Pro nefas! tantum bonum relinquere, & tantas miſerias appetere! Ad tam ſublime reſponſum Proconſul ſtupefactus, & ſecum indignans, ait: Veriſimile eſt Chriſtianorum te deliramenta ſectari, quæ hujuſcemodi nugas ad noſtra non timuiſti deferre tribunalia. Sed E iis ambagibus ſepoſitis, accede, & deorum altaribus ſacrifica, ut non experiaris, quid noſtra vis valeat, *neque minis terreamur* quã ſic concinna tua mendacia deſpexerunt. Ad hæc beata Virgo: Non ad hoc venimus, ut ſacrilegiis veſtris polluamur; ſed ut vos ab iis retractos, uni vero Deo ſervire doceamus. Minis autem veſtris non terremur: quia fortior eſt qui promittit tutelam, quam qui minatur ſupplicia.

dum flagellatur ſuaviter cantat:

10 Tam audaci reſponſo Proconſul accenſus, jubet illam ſolotenus ſterni, ſcorpionibus graviſſime attrectari. Fit illico quod ſævus mandaverat furor: nec tamen inter verbera ſonant murmura gementis, ſed potius vox jubilationis & laudis, ita Domino ſuaviter concinentis: Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitavit me ancillam ſuam. Modo Sponſi mei ſuſcepi inſignia, & ſplendentia ornamenta: quibus licet exterior homo corrumpatur, interior tamen per ejus gratiam renovatur. Hæc audiens Agathius, dixit: Quid eſt, Reſtituta? te delectant pœnæ? placent tibi ſupplicia? quæ tantam Chriſto tuo exhibes cantilenam? Et Sancta; Prorſus ita, reſpondit, quoniam ut dicit noſter Apoſtolus, Non ſunt condignæ paſſi- Rom. 8, 18 ones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. F

carceri inclusa & fame vexata, divinitus roboratur,

11 Stomachatus Judex mandat eam carceralibus retrudi ergaſtulis, & catenis ſeptem ferri pondera habentibus vinciri, perque dies ſeptem nullo cibo vel potu refici. Fiunt omnia ut ſceleſtus juſſerat: ſed non eam Sponſus ille cæleſtis deſeruit. Miſſus namque deſcendit Angelus: ad cujus adventum carcer reſplenduit, ferrea vincula ceræ in modum liquefacta ſunt, fames abiit, Virgo vires ſumpſit, & confortata eſt. Ita ergo abundantius conſolata, Chriſto Domino grates referebat: & ecce dum pſalleret, in arce contemplationis ſuſpenſa, adfuit ei per ſemetipſum Dominus Jeſus Chriſtus, localiter illocalis: qui eam validiſſime confortans, ad futura certamina roborans, prandium appoſuit dictu mirabile, cæleſti ſuavitate refertũ: & manu qua cælum ſuſtinet ei benedicens, ad Patris dexteram rediit, unde numquam receſſit. O ſuperabundans Chriſti gratia in Virginem! Ecce quod Sanctis in vita promittitur perenni, huic in vita conceditur præſenti. Fruitur Virgo vultu illo mirabili, in carne hac corruptibili, in quem deſiderant Angeli proſpicere. Porro tremefacti cuſtodes, primo qui-

A quidem velut hebetes conſternati ſunt, deinde vero in ſemet reverſi, & conjicientes quod divina fuiſſet illa virtus, quæ carcerem clauſis foribus intraverat, & ferrum ut lutum contriverat; ad Virginis veſtigia procidentes, obnixe efflagitare cœperunt, ut Deum illum colere doceat, per quem tanta viderunt miracula coruſcare. Illa igitur gaudens quod de ſpoliis Satanæ jam triumphare inciperet, miſit ſtatim ex ipſis, qui S. Cyrillo Presbytereo, quæ facta fuerant, ſeriatim nuntiaret. Venitque illico Presbyter venerabilis quo accerſitus fuerat, ac circiter novem & triginta animas, etiam adhibito Chriſmate, baptizavit.

convertit 39 cuſtodes,

12 Sed quia virtuti ſemper inſidiatur æmulatio: ecce proditor neſcio quis abiit, & cuncta quæ geſta fuerant Agathio reſeravit. Qui turbatus vehementer, apparitores mittit, qui Reſtitutam, una cum Cyrillo & Neophytis omnibus, ſuis tribunalibus offerrent. Inter eundum autem Virgo Chriſti cœpit illos ad reſpondendum præmonere, & ad futura certamina roborare. Cumque adſtitiſſent, furens Agathius; Verumne eſt, inquit, quod audivimus, vos relictis diis immortalibus, quos Principes venerantur, Chriſtum neſcio quem adorare? Illi vero quaſi una voce reſpondentes; Veriſſimum eſt, ajunt, inutiles mortuorum hominum effigies nos reſpuiſſe, & creatorem omnium Jeſum Chriſtum verum & æternum Deum credidiſſe: cujus virtute vidimus carcerem ſine luce humana reſplenduiſſe, & hanc beatiſſimam Virginem, cæleſti cibo refectam, contra furias tuas validiſſime roboratam. Unde noveris indubius, quia nobis hæc fides cum vita manebit, quidquid dixeris aut feceris. Non potuit ferre ultra Agathius, ſed felle permotus dixit: Quinam ſunt profani iſti, qui tam audacter improperant nobis imbecillitatem Deorum immortalium? Ducantur ad aureum fanum, & ſacris numinibus incenſum jubeantur adolere: quod ſi detrectaverint, capitis animadverſione plectantur. Ducti igitur ad locum, & nolentes ſimulacris offerre, ipſi hoſtiæ Chriſti facti ſunt. Quo in loco, extincta poſtmodum perſecutione, & fano illo antiquiſſimo deſtructo, fidelium devotio templum excitavit ad honorem beatiſſimæ Matris Chriſti & Petri Apoſtolorum Principis.

qui omnes in fide conſtantes,

B

13 Audiens autem Chriſti Virgo ſanctorum Martyrum conſtantiam & glorioſum finem, una cum venerabili Cyrillo Presbytero, gratias egit Deo, qui de ſuis ovibus gratiſſimum acceptavit holocauſtum. Quod animadvertens Judex iniquus, ſic ajebat ad ſuos: Videtis, ô cives, homines inhumanos, qui civium perditionem ſuum æſtimant lucrum. Quid conſilii ad hæc inhibenda capeſſimus? Experiantur ipſi quod alios perpeti gaudent, ut de ſe merito gemant qui de aliorum nece exultant. Nulla in medium mora: jubet ut accenſis lampadibus Sanctorum corpora adurantur. Sed externum ardorem ſentire non poterant, qui Spiritus ſancti interno calore flagrabant. Unde nec ex ore ipſorum gemitus ullus procedebat: ſed potius claris vocibus benedicebant Domino, qui in certamine adfuerat, cujus potenti virtute & gratia ſubito lampadarum incendia reſtincta ſunt, & carnificum lumina tenebrata; ut uno eodemque momento, & lux lampadarum & lux etiam perfidorum evaneſceret. Sentientes ergo miniſtri, quanti meriti eſſent quos cruciaverunt; aſpectu miſerabili & voce querula dixerunt: Jam qui ſitis novimus, & cui Deo ſerviatis in noſtra cæcitate intelligimus: ſed utramque lucem nobis reſtituite, ut & mente Deum & oculis ſolem iſtum poſſimus intueri. Quorum clamoribus Chriſti Virgo commota, oravit ad Dominum: & ad vocem precantis mentes illorum illuminantur ad fidem, & roborata exterius lumina reformantur ad lucem. Quare ſupra modum obſtupefacti, celſa voce clamare cœperunt; Unus eſt verus Deus, Dominus Ieſus Chriſtus, qui nobis famulæ ſuæ meritis perditum lumen reſtituit. Nuntiantur iſta ab audientibus Proconſuli Agathio, qui iracundiæ ſtimulis agitatus, & ſua eos præſentia judicans indignos, præcepit ut ſine mora capite plecterentur. Et iſti itaque per beatam Virginem edocti, & per manum S. Cyrilli baptizati, contemnentes ſeculi militiam, inter agmina Angelorum conſcripti ſunt.

martyrio coronantur cum victoribus eorum.

C

A. GREG. TERRAC. EX MS.

14 [Poſt hęc Reſtitutam accerſiri jubet cruentus Agathius: & videns eam, ad milites & populum circumſtantem dixit: Quid ulterius de hac ſacrilega faciemus, in qua tot ſtudia perdidimus? Nam neſcio quibus carminibus ferrum liqueſcere fecit, lucem de nihilo produxit, flammantes lampades ſolo verbo reſtinxit; &, quod gravius eſt, me militibus pene ſpoliavit, dum prius *d* triginta, modo vero duos præſtigiis dementatos in perniciem traxit: judiciariam quoque cenſuram ſprevit, Deorum ſacra blaſphemavit, & ut idem omnes facerent operam dedit.] Patimurne, ô viri, vinci à femina? Tumultuantibus autem turbis & certi nihil reſpondentibus, converſus ad illam, ait: Delectaris, Reſtituta, in talibus? Non ſunt præconia iſta, ſed crimina; pro quibus triſtari, non gaudere debueras. Sed habeat jam finem ſuperſtitio: recede ab hac inſania, diis ſacrificans. Quod ſi feceris, poteris evadere horrenda quæ te manent ſupplicia, & in noſtrum quam citius gratiſſimum tranſire conjugium. [At illa: Rhetoricatus es, ô Iudex, inquit, & more oratorum variaſti verba, magnificaſti ſententias, ad ultimum quoque peſtem quæ latebat in pectore evomuiſti: ſed certo certius ſcias, quia neque tuis dæmonibus ſacrificabo, neque te ſervum illorum ſponſum habebo. Porro quæ minaris ſupplicia, ea mihi cariora erunt ſuper topaſium & aurum obriſum]: & mors quę interpretatur [tranſitus] continuo tranſibit in gloriam. Unde fac citius quod te minaris facturũ: mihi enim ardet animus ad cæleſtis Sponſi complexum, cui eo ſpecioſior præſentabor, quo à te gravioribus ſuppliciis attracta fuero.

d

8. Reſtituta varia opprobriis affecta,

E

15 [Confutatus Iudex tantis aſſertionibus, & pene ad mortem uſque confuſus, ignorat quid faciat, quidve contra eam dicat: donec ſatana dictante hujuſcemodi dedit ſententiam, dicens: Quoniam edictum Imperiale eſt, ut Chriſticolæ omnes funeſtæ morti tradantur; jubemus Reſtitutam, civem Romanam, arte maleficam, Chriſtianorum ducem ac præviam, ad ripam Carnelli fluminis duci, ibique cum ſociis ſuis capitali diſcrimine mulctari, ac eorum capita in flumine demergi: ut piſcibus in eſcam prebeatur lingua, quæ non timuit contra deos conſurgere. Ducitur itaque ad immolandum Chriſti victima: & cum ſociis inter eundum orationibus indulgens, ad flumen feſtinabat; gaudens & hilaris, quaſi quæ ad thalanum cujuſpiam illuſtris viri pergeret. Ventum eſt igitur ad oram fluminis: jubetur flexis genibus cervicem intendere, petit orandi inducias: accepit, genua flexit, & cum ſociis ita Deum oravit: Benedicimus te, Creator omnium Domine, qui nos ad hanc horam deduxiſti, ut temporalem pro te mortem ſuſcipientes, æternæ mox vitæ ſimus te donante participes. Suſcipe animas noſtras quæſumus, & redde famulis tuis munera repromiſſa. Et tunc protenſa cervice trucidata eſt venerabilis Chriſti Martyr & Virgo Reſtituta, una cum Cyrillo Presbytero] (quem ipſa ſanaverat & ad fidem converterat) & aliis duobus Chriſticolis, ſexto Kalendarum Iuniarum. [Quorum capita Carnellus ad tempus, cælum vero animas perpetuo reſervandas ſuſcepit]; corpora inhumata feris & volucribus devoranda relicta ſunt

morti adjudicata,

F

poſt preces ſuſus capite plectitur cũ Cyrillo & aliis 2,

à carnificibus, qui in civitatem revertentes Sanctorum necem obviantibus renuntiat.

Ao GREG. TERRAC. EX MS.

16 Fit continuo motus magnus in civitate; convenit populus fidelis, flent filii matrem, discipuli magistram, tam cito & clanculo præreptam: & quo melius poterant singuli accelerabāt gressus ad aquas, desiderio videndi defuncta licet cadavera. Cumque pervenissent, & ea sine capitibus truncata cernerent; renovatur dolor, augetur mœstitia, discurrunt per fluminis ripam, si cubi forte ea appulisset fluminis unda: & non invenientes, sacrosanctas auferunt Reliquias, easque in civitate juxta ecclesiam sancti Ioannis Baptistæ sepeliunt. Quo loco postmodum, extincta persecutionis flamma, ad ejus honorem *e* Basilica constructa est: & condigno valde ordine illic modo honoratur à fidelibus, ubi variis quondam fuerat depressa suppliciis. Fiunt autem illic, ad ejus nominis invocationem, favente Christo plura miracula: ut videlicet luce clarius cognoscatur in terris, quanta gloria perfruatur in cælis. Non solum autem in loco cinerum suorum, sed & circumquaque miraculis coruscat, maxime ubi fuerat passio ejus & nominis celebrata memoria.

cum illis sepelitur,

c

17 Septimus à passione illius decurrerat dies, cum
B beatissima Christi Martyr & Virgo Restituta, suis tribus in passione sociis comitata, in medio Angelo-
f rum refulgens, venerabili Amasio *f* Sorano Antistiti apparuit, dicens: Surge Pater, & ad locum passionis nostræ quantocius festina: ibi Capita nostra invenies, quæ à persecutoribus in flumine demersa, nuper ad ripam extulit unda. Non enim passus est pius Dominus ea esse animalibus in escam, quæ populo suo gratuita pietate præstitit ad tutelam: & tu, postquam collegeris, junges corporibus nostris. Expergefactus itaque à somno Episcopus, gaudens referat fidelibus delatum sibi cælitus ministerium. Ab audientibus gratiæ Deo referuntur, sonat vox jubilationis in tabernaculis justorum. Nec mora, pergit ad locum Episcopus, invenit juxta visionis tenorem veneranda Sanctorum Capita: quæ reverenter levavit, reversusque in civitatem corporibus junxit, & (quantum temporis sinebat angustia) glorioſæ sepulturæ tradidit. Quantis vero prodigiis per singulos fere dies hæc sanctissima Virgo resplendeat, testis est Sorana civitas, & circumposita Castra, quæ circa infirmos & vinculatos suos crebra sentiunt juvamina: quæ nos, si Dominus dederit, suo loco retexemus, ad ipsius laudem, qui una cum Patre & Spiritu sancto
C vivit in secula seculorum. Amen.

ab Amasio Episcopo reperta capita.

ANNOTATA.

a Aurelianus *Imperator factus anno 270, persecutionem, qua nona habetur, in Christianos movit potissimum anno 272, occisus dein anno 275.*

b *Suspecta, fateor, nomina, nihil Romanum sonantia: ætate tamen illa etiam barbaris plena erat Roma.*

c *Concursus ille videtur paulatim per menses saltem plurimos factus: qua temporis intercapedine Cyrillus Sacerdos creatus est, & postea Martyrio coronatus.*

d *Imo* triginta novem *supra memorantur: at quo die tam isti, quam duo lictores fuerint coronati, non constat. Scilicet eorum memoria, quia nomina ignorantur, facilius oblivione est sepulta.*

e *Gallonius, in opere de sanctis Virginibus Romanis, sepultam ait in suburbana S. Ioannis Baptistæ ecclesia, quæ postmodum conversa sit in amplam sub ipsius S. Restitutæ titulo basilicam.*

f Amasium *primum Episcopum Soranum collocat Vghellus Tomo 1 Italiæ sacræ; sed ex sola horum Actorum fide.*

D

LIBER II

Continens miracula seculo XI *aut* XII, *ætate Scriptoris Gregorii facta.*

PRÆFATIO.

QUoniam omnipotens Deus in Sanctis 1
suis semper extitit mirabilis, & per eos non solum in carne degentes, verum etiam post vincula & flagra, post multiplicium pœnarum supplicia, & capitis quoque abscissionem, dignatus est miracula exhibere; quorum quædam scriptorum inopia silentio obvoluntur, quædam vero vitiose descripta deferuntur; ad ea dilucide exaranda miracula, quæ per gloriosam Virginem & Martyrem Restitutam, post ferrea vincula collo tenus stricta, post persecutoris gladium cervicem recidentem, cælestis voluit operari dignatio, omni labe mendacii carentes, accedimus. Quæ quidem non, ut assolet, vagabundâ & fictâ plerumque famâ didicimus: sed quæ vel eorum quibus coram positis gesta sunt, vel certe etiam qui in sese ipsis eadem cælitus acta senserunt, veridica relatione cognovimus.

Miracula facis certa scribuntur.

E

PARS PRIMA.

QUodam itaque tempore *a* Campulenses, 2
ex præcepto *b* Pandulphi majoris Comitis, a b
cujus imperio & arbitrio arctabantur, gravissimas adversus Soranos belli inimicitias exercuerunt, adeo ut de rebus civilibus obvia quæq; hostiliter invaderent. Sorani è converso non segniter resistere, mœnia oppugnare, vites & arbores succidere, prædas pecorum ac sæpe virorum agere cœperunt: tantusque in Campulenses Soranorum excrevit terror, ut non nisi in patria sua commorari auderent. Capti sunt eo tempore de Campulensibus novem, Joannes Mane *c*, Lando Dominici, Adenulc
phus Drusi, Joannes Alberici, Adam de *d* Insula, d
Petrus Dodæ (reliquorum nomina ignorantes prætermittimus) qui omnes captivorum more satis indecenter abducti sunt. Erat etiam per id tempus in eadem civitate Miles quidam de genere *e* Seviorum, e
ex obliquo sanguine descendens, materno impar ge- F
nere, Petrus Adulterinus nomine; Petri Geraldi Sevioris filius, vir ferus & omni destitutus humanitate: qui quamquam ex communi civium sententia bellum gereret, specialius tamen cum quibusdam conductitiis militibus, quos stipendiis suis retinebat, die ac nocte *f* Castellanos persequi non cessabat. Et f
quia nulla in se pietatis viscera fovere videbatur, quotquot ex hostibus capi poterant, ei protinus in custodiam tradebantur: quos ille tanta cura servabat, ut jugi etiam pertractatione varii generis suppliciorum satageret. Quamobrem non longe à Basilica beatæ Martyris Restitutæ, via publica mediante, carcerem extruxit, quem tribus triplicibus parietibus, interius quidem ligneis, exterius vero lapideis, circumsepiri fecit. Spatium autem, quod inter u- *arcte inclu-*
trumque medium inerat, acutis vepribus oppleba- *si.*
tur: extra quos firmissimas quoque vineas, ab imis usque ad superiora domus, circumquaque deduxit. Tectum desuper stravit ex vimineis cratibus, multorum onere lapidum gravatis. In medio carceris ex firmissimis tabulis caveam, desuper ostiolum habentem, statuit; in quam captivi illi novem binario numero, alterius ad alterum pedibus ferreo compede con-

Novem captivi,

connexis, injecti ſunt. Cibus ter tantum in hebdomada exiguus panis & parciſſima aqua tribuebatur: aliiſque cruciaminibus,& maxime proprii ſtercoris & urinarum fœtore intolerabili, miſerabiles illi vexabantur.

3 Iam per biennium ferme his affligebantur anguſtiis: cum propinquante Dominicæ Reſurrectionis tempore, die videlicet Veneris ſancto, quo Dominus vivificæ crucis lignum triumphaturus aſcendit, Præpoſitus eccleſiæ Virginis Reſtitutæ, Ado nomine, ad prædictum Petrum pro carceratis rogaturus acceſſit; quatenus pro Dominicæ paſſionis reverentia, & pro mutua eorum amicitia, interpoſitis etiam quibuſdam ſacramentis pœnitentiæ (quam ei injungere ſolitus erat) ipſos captivos ad audienda tanti diei myſteria, Chriſtianis omnibus communia, relaxaret. Illo igitur precibus tandem evicto & aſſenſum præbente, miſeri illi ex cavea egreſſi, ad altare beatæ Martyris adducti ſunt: ex quibus carceralis fœtor tantus emanabat,ut vix quiſquam propius ad eos valeret accedere. Porro expletis de more ſolenniis, iterum rogatus eſt Petrus, ut pro Dei timore annueret, ne in carcerem iſto die reciperentur. Quod cum ille implacabilis renueret, divinitus ut arbitror ab eodem Præpoſito admonitus eſt, in hæc fere verba: Tu quidem crucifixum pro te Dominum invocas: ſed valet manus eos cito citiuſque de manibus tuis eripere. Quod & factum eſt.

4 Sequenti quippe nocte poſt Dominicam ab inferis reſurrectionem, cum ſeſe miſeri illi homines ſopori dediſſent, adeſt virgo Domini Reſtituta:quæ ſe illis offerens viſibiliter, ait: Surgite ocius,egredimini: nolite moram facere: ecce enim caveæ oſtium apertum eſt. Quia vero jam dictus Petrus per mulierculas quaſdam fugam ſuadentes ſæpenumero eos tentaverat, nequaquam beatæ Martyris monitis fidem dabant: donec iterum fidem dictis factura revertitur, & eorum arguens incredulitatem; Quid, inquit, viliſſimi mercenarii facitis? Cur moramini, & præcepta mea contemnitis? Ad quam illi; Quænam es, ajunt, quæ talia nobis ſuadens, tam imperioſa ingeris verba? Et illa: Ego ſum Reſtituta famula Chriſti: exite hinc, nolite metuere:non enim vos deſeram, donec ad tuta loca perveneritis. Ad hanc aſſertionem ſecuriores effecti, ut valuerunt, alius quidem rectis, alius verſis ad cælum pedibus, juvantes invicem & Virginis manibus ſublevati, egrediuntur. Carcerarius ſiquidem, qui caveæ oſtio accumbere ſolebat, aliquantum inde remotus, gravi ſomno tenebatur. Exeuntibus ergo illis, & ab ea, quæ præſens aderat, quid acturi & unde evaſuri eſſent quærentibus, locum ipſa deſignavit, & quid facerent edocuit. Itaque accedentes ad quemdam in fundamento poſitum prægrandem lapidem, velociter manibus egeſta humo, foramen breve,quo vix puer parvus egredi potuiſſet, effecerunt, & abſque moleſtia ulla eruperunt. Neſcientibus autem qua eſſet eundum, ſeſe Virgo præviam dedit, & per medium amnem iter oſtendit: nec ducatum eis præbere deſtitit, donec ad Caſtellum, cui Baucus *g* nomen eſt, perveniſſent. Ubi à caſtellanis, Deo & Martyri glorioſæ pro liberatione eorum gratias agentibus, vinculis effractis libertate donati ſunt: & ſtatim (ſicuti voverant) [prædicta vincula ad eccleſiam] beatæ Virginis [portando] remearunt: in qua uſque hodie, in tanti miraculi fidem & teſtimonium, ante aram beatæ Martyris, cunctis cernentibus dependere cernuntur.

5 Eodem tempore Ruſticus quidam, Joannes Roſſii nomine, de oppido cui poſtea,ab eodem ſupra nominato Petro Adulterino, vocabulum inditum eſt, ligno & ferro coërcitus, in loco qui ad S. Benedictum dicitur,juxta Seviorum palatia,in cavea ſubterranea obæratus tenebatur. Qui cum diutina ibi inedia aliiſque preſſuris torqueretur; Jeſu Chriſto Domino noſtro & B. Reſtitutæ vota fecit, quod ſi de pœnali illo loco ſe eruere dignaretur, ea quibus arctabatur vincula ad ſacratiſſimum ejus templum deſtinaret, & glorioſum Martyrii ejus diem quibus valeret expenſis percoleret. Non multo poſtmodum tempore elapſo,cum ſe poſt diuturnam carceris macerationem,compeditus homo nocturnæ quieti conceſſiſſet; Venerabilis Martyr Reſtituta, ſolitam ſuper hunc exercens benignitatem, & manu propria eum commovens; Erigere, inquit, in pedes, & his locis relictis ad propria reverti feſtina. Quod cum ille cupide ſe facturum, ſi poſſit, reſpondiſſet; Sancta adjecit; Tu quidem potes: ſed oppreſſus inertia, ad ſalutem tuam laborare renuis.

6 Cum autem ſemel ac tertio hujuſmodi ſermonibus ad exeundum hortata eſſet; & die quadam ſecum reſidens de fuga meditaretur; arrepto cuneo, quem ibidem reperit, de cavea avulſit tabulam, & quanta ipſius ſtaturæ erat longitudo de ſub terram fodiens exceſſit. Et quia cuſtodibus circumquaque diſpoſitis pervenire ad oſtium proclive non erat; mirum valde quod ſequitur: ſuper trabes domus, ut erat vinctus aſcendit, & prius omnes pertranſiit, quam ad oſtium accurriſſet: ac demum ſuper illud ſe eſſe animadvertens, deſilit: reſeratoque oſtio proripit ſe. Poſt hæc ad locum qui Porta-nova dicitur applicuit, ubi latrantium canum multitudo novum ei ingerit negotium: ſed Virginis invocato nomine, omnis illa circumdans illum latrantium turma fugata eſt. Poſtremo ad portam quæ Rimarum vocatur divertit:cui ſuper ripam *b* fluminis adſtanti, ac quid ageret, quove pergere deberet ignoranti, ſubito advenit quædam avis nive candidior, quæ ſui curſus volatum coram eo terminans, ingentem extulit vocem; ut aperte daretur intelligi,illac ſine dubio eſſe tranſeundum. Quod ille ſecum perpendens, flumen ingreditur, omnique eliminato timore impiger ac ſecurus tranſmeavit: ac ſecuritati redditus, illico ad beatæ Martyris corpus, diſtricta quæ gerebat lora, delegavit.

7 Adoleſcens quidam,de civitate quam rebus nominum impoſitores Arces nuncupari voluerunt, dum *i* Arpini degens in cujuſdam Militis famulatu eſſet, die quadam à dæmone corripitur: qui ei protinus & vocem & ſenſum abſtulit, adeo ut ratione privatus,& beſtiali more vitam gerens,proprio ſtercore fœdaretur. Dum ergo per diverſa Sanctorum loca circumduceretur, & nullorum auxilio meruiſſet liberari; noviſſime ad beatæ Martyris Reſtitutæ corpus delatus eſt. Ubi per aliquot dies demoratus, cum nulla oratione ſalvaretur, ductus quo raptabatur à ſpiritu, ad alia loca tranſmigrabat. Ad locum autem qui Arcus-foruli nominatur pervenienti, tandem ſe Virgo obviam dedit, & iniquum ab eo expulit habitatorem, & tam ſenſum pariter quam loquelam ejus reparavit. Qui poſtea beneficiorum Domini non immemor,cum ad beatæ Martyris tumulum, gratiarum redditurus actiones, remeaſſet: ibidem ab occurrentibus certatim turbis, & tantis à malis curatum hominem cernere cupientibus, Te Deum laudamus, te Dominum confitemur,reſonis vocibus cantatum eſt.

8 Illud quoque nullatenus prætermittendum puto, quod mulier quædam Maria vocata, pauperis cujuſdem viri,Joannis-Boni prænominatione uxor,cujus habitatio juxta venerabile templum beatæ Dei Genitricis conſpicitur, dum paucis à partu evolutis temporibus ad ignem ore excitandum, acclivem ſe

A. GREG. TERRAC. EX MSS.

alius captivus voto facto,

à S. Reſtituta egredi juſſus,

à S. Reſtituta apparente,

miro modo evadit:

energumenus mutus & fatuus,

liberatur.

Mulier ob matricem effuſam ægra.

A. GREG. TERRAC. EX MS.

faceret; repente matrix tota ab utero profuſa eſt, ita ut (ſicut ea replicante accepimus) conceptionis etiam loca extrinſecus eſſe viderentur. Quem nihilominus tam immanem & importabilem languorem rudis illa mulier præ verecundia toto biennio occultavit. Sed cum jam & vultus pallore & totius corporis macie increſcente, nec non etiam veſtium fœditate urgeretur, & latentem ægritudinem diutius celare non poſſet; uni primum, ac deinde, ut fit, alteri ſub ſecreto prodidit, ſicque totam concite volavit fama per urbem: & à vicinis aliiſque longe poſitis mulieribus, diverſa medicamina adferuntur: ſed nullum penitus aliquod valuit impendere ſolatium. Annua interea beatiſſimæ Reſtitutæ Martyris ſolennitate pro more repetita, cum jam ejuſdem feſtivitatis octavus adveniſſet dies, & mulier tintinnabulorum ad Veſperas conſonantium ſtrepitum audiret; proſtrata in pavimento, ad Dominum ita oravit: Deus, omnium æterne conditor, qui glorioſiſſimam famulam tuam Reſtitutam, ad ſalutem Soranæ urbis huc deſtinare decreviſti, pro cujus Confeſſione eadem ſancta Virgo vitam ſuam martyrio conſum mari voluit; per ejuſdem merita beata, adjuva me ancillam tuam.

B

9 Poſtquam igitur ex intimis ſic oraſſet, & communis quietis hora ſuccedente, imbecilla ſopori membra utcumque laxaſſet; hujuſmodi viſione inſomnis occupatur. Videbatur adeſſe quædam magnæ auctoritatis perſona, roſeo vultu, radiantibus oculis, fronte auro & gemmis coruſcans, quæ decoræ virgæ incumbens diceret: Quidnam agis, miſera femina? oſtende, oſtende mihi ægritudinem tuam. Quæ cum præ rubore negaret pudenda loca revelare: propius illa venerabilis accedens, &, ut dormienti videre erat, manu propria matricem comprimens, naturali compage ſolidata, reformavit in loco. Expergefacta autem mulier ſeſe ſoſpitati redditam cognovit: ſtatimque de cubili deſcendens, & faciem ſolo applicans, immenſas Deo reddidit laudes. Sed enim iterum mulieri eidem dormienti denuo adfuit mirabilis illa perſona; & tertio, ſi ſe ex integro ſanam recognoſceret, perquiſivit. Qua ſe ſanam reſpondente, oblita non eſt quærere ſancta Virgo, quiſnam id feciſſet, Reſtitutam ſe eſſe ſignificans. Denique facto mane, noluit mulier ſilentio comprimere tantum in ſe patratum miraculum: ſed quibus licuit,

C

aliis quidem ad videndum, aliis vero ad audiendum expoſuit. Oculata igitur fide certificatus Soranus populus, quantas Deo laudes perſolverit, facile memorari non poteſt.

à S. Reſtituta appa rente curatur.

ANNOTATA.

a Campoli *etiamnum locus Soræ vicinus, verſus Boream & Apenninum.*

b *Plures* XI *ſeculo fuerunt* Pandulfi, *quare difficile eſt ex eo nomine annum definire: Chronicon Foſſæ-novæ anno* 1099 *indicat nobis Filios Gerardi, qui eo anno Soram recuperaverint, quorum unus Petrus Adulterinus videtur mox infra nominari.*

c Mane, *puto corrigendum*, Marci.

d *Liris fluvius, à Sora verſus meridiem decurrens, ſinu ſuo complectitur primo* Inſulam *cum oppido cognomini* 4 p. m. *infra Soram; majori deinde intervallo* Inſulettam.

e *Sic infra nominantur num.* 5 Palatia Seviorum: *ſed quia deprehendo propria iſtæc Italica nomina ſatis infeliciter eſſe deſcripta à Francis, & invenio* 3 p. m. *Sora caſtrum*, Schiavorum *dictum; vehementer ſuſpicor, hos ipſos eſſe, quorum nomen minus recte expreſſum Belleforeſtius invenit.*

f *Quinam hi* Caſtellani? *Vtique* Campilenſes *ſic enim mox infra in fine num.* 4 Baücenſes *etiam dicuntur* Caſtellani.

g Baücus *alias* Babucus (*de quo* XI *Martii ad Vitam S. Petri iſtic Patroni*) *Caſtellum eſt in Campania Romana, media via inter Soram & Fruſinonem caſtrum, utrimque diſtans* 6 p. m. *Belleforeſt perperam* Brocus *ſcripſerat.* D

h Fibrenum *licebit intelligere, qui Schiavorum caſtrum alluit, qua parte illud Soram reſpicit.*

i Arpinum *diſtat Sora verſus Auſtrum* 4 *milliaribus, cui verſus meridiem intervallo* 2 *milliarium adjacet caſtrum*, Arce *vulgo dictum.*

PARS II.

10 *Femina ob inteſtinum effuſum afflicta.*

ALtruda quædam nobilis matrona, uxor cujuſdam Judicis appellatione Bonifacii, cujus habitatio haud longe ab eccleſia beatæ Martyris Reſtitutæ cernitur, dum quadam die expurgandi ventris neceſſitate urgeretur, ad ſecretiora hujuſmodi operis loca receſſit. Tantus autem dolor tantuſque repentini ſecutus eſt ponderis impetus; ut præter naturæ modum, inteſtinum ab ano egrederetur: quod etiam pro viribus reſtringere conata, nulla tamen arte id potuit. Hoc autem cum aliquamdiu ſilentio obduxiſſet; quod vetabat pudor, intolerabilis dolor revelare compulit. Longum jam tempus medicinalibus experimentis fruſtra fuerat conſumptum, & ægra mulier glorioſæ Martyris auxilium devote flagitabat: cum nocte quadam, tota domo ſopore gravata, & ipſa vigiles ducente curas, repente ignis qui velatus fuerat, ardere ei viſus eſt. Circa vero ignem tres conſpicit perſonas venerabiles: quarum una mulieri, quæ eſſent inquirenti, Non, inquit, me agnoſcis? Et mulier: Te quidem novi cariſſima Domina, tu es enim ſanctiſſima Domini Virgo Reſtituta: hos autem qui tecum reſident, prorſus ignoro. Ad quam Sancta: Quam tu cervis præſentem, ſoror & ſocia mea B. Celicia eſt, hic vero vir Domini beatus *b* Conſtantius. Et mulier ad eam. Oro te, piiſſima Domina, ſuccurre mihi miſeræ ancillæ tuæ. Et Sancta: Libenter equidem id faciam; ad hoc quippe venimus. E veſtigio itaque ad lectum propinquavit, & neſcio quid flori ſimillimum impoſuit ori ejus, & abiit: ſtatimque mulier ita priſtinæ ſoſpitati reddita eſt, ut nec fugatæ infirmitatis ſignum in ea ullum ſupereſſet. Quæ protinus, totâ excitatâ familiâ, quæ & qualiter viderat, & quomodo curata fuerat, gaudens enarravit.

F

a

b

viſa Sanctâ ſanatur.

11 Sub id tempus Arpinas quædam puella, dum pro teneris annis, adhuc maternis brachiis bajularetur, ſolis hujus negata luce, cæcata eſt. Miſerorum itaque cura fuit parentum, per plurima Sanctorum venerabilia loca curandam deferre: ſed cum per diverſa gradientes nihil proficerent, jam cervice moleſtum onus abnuente, laſſis plantis multa mœſtitia affecti Arpinum reverſi ſunt, continuis interim precibus crebriſque ſuſpiriis, uberem Dei clementiam efflagitare non ceſſantes. Quodam igitur B. Reſtitutæ celebri natalitio die, cum ad ſacra Miſſarum ſolennia omnes feſtinare intelligeret cæcatæ puellæ genitrix; verſa ad Dominum, in hunc modum verba effudit: Jeſu Chriſte Domine, qui poſtulantium gemitus ſolus conſolator intueris, per pretioſiſſimæ Martyris tuæ ſuffragia, filiam meam illuminare digneris. Mirum dictu! quam in ſtramentis collocaverat parvulam velox ſomnus arripit: & Miſſarum jam conſummatis Sacramentis evigilans, expurgata oculorum caligine, perſpicacius omnia cernit, & huc illuc ſine offendiculo diſcurrere incipit. Stupefacta mater, ingenti lætitia domum replet, cunctiſque quod acciderat filiam oſtendendo exponit: moxque ut valuit ad beatæ Martyris memoriam, prout poſſibilitas dederat, dona ferens & Deum benedicens, filiam repræſentat.

E

puella cæca illuminatur.

Inter

A *Basilica ruente populus exit illæsus.*

12 Inter cetera vero quæ omnipotens Deus, per eamdem beatissimam Restitutam dignatus est miracula operari, nullo obvolvendum est silentio, quod nostra quoque recenti memoria patrari evidenter voluit. Basilica ejus à solo erecta, ædificii culmen in fornice consummatum est. Perfecti denique operis supereminens structura, seu fabrorum incuria & imperitia, seu fundamentorum mollicie, seu etiam terræmotus frequenti concussione, rimis atque scissuris ad ima usque patentibus, cœpit processu temporis, sine ulla ambiguitate comminari ruinam. Denique instantibus sacris Quadragesimalibus jejuniis, in B. Petri Apostoli Cathedræ natalitio solenni, cum populus orationum instantia frequentius ad ecclesiam conveniret; inter ipsa Missarum matutina solennia totum repente cœpit nutare ædificium. Cæmentum quoque, à superioribus fatiscens ac paulatim decidens, exeundum esse hortabatur. Parietes quoque ab invicem dissoluti, atque à fundamentis sequestrati, divina tantum virtute suffulti, populi discessum operiri videbantur. Qui tandem sacrosancto expleto Officio, & accepta à Sacerdote egrediendi licentia, confuso ordine exiens, nomen Martyris inclamabat: dum corruentium parietum lapides, quasi populum ad fugam urgentes, inter egredientium vesB tigia, sine ullius cujuspiam læsione raptabantur. Egressis vero omnibus & faciem à tergo reducentibus, momentaneo casu omnis illa fabrica collisa inter se ac dissoluta funditus corruit, populo gratias & laudes referente, quod per beatæ Martyris suffragia tam opportune evasisset.

13 Miles quidam, Gallicus nomine, in partibus
c Ethruriæ, de oppido cui *c* Gerbeto vocabulum indidit
Miles non finita Missa egressus, vetustas, oriundus fuit: qui ex voto & desiderio, oratorium beati Michaelis Archangeli in Gargano posd itum decrevit invisere; arreptoque itinere Tudertinis *d* quibusdam viris, idem in voto habentibus, & viarum notitiam callentibus, socialiter se copulavit. Qui omnes pariter incedentes, & longam viam stationibus dimetientes, ad urbem Soram, quæ se obviam ostendebat, applicuerunt: & quia beatæ Martyris Restitutæ miraculorum fama ingens ipsos quoque attigerat, ad ipsius templum orationis studio diverterunt. Postquam vero ibi aliquamdiu orassent, & Missarum officia celebrarentur; prædictus Gallicus, concurrentium per plateam equorum strepitu commotus, ut moris est Militibus talia inspectare, orationem imperfectam deserens, ad contemplanC dum cursum equorum temere egressus est. Ceterum repetito itineris ordine, ad S. Germanum civitatem
e sub *e* Casino sitam tendentes, ibique hospitaturi il-
increpatur à Sancta: lius diei terminaverunt cursum. Cum autem fessa somno membra renovarent; venerabilis Restituta Gallico dormienti se ostendere dignata est; valde multumque eum redarguens, quod servitio omnipotentis Dei equorum cursum præferens, irreverenter nimium domum suam dimisisset; adjiciens etiam, brevi suum ei auxilium maxime oportunum fore. Is ergo expergefactus, sociis quæ viderat timidus referavit. Quid multis? tandem orationis via pro voto completa, ad propria cum gaudio regressi sunt.

14 Verum non longo post tempore; cum terræ
f illius Marchio super Aquas-pendentes, pro corrigen-
dein carceri inclusus, dis facinoribus, ad prælium accingeretur; Gallicus sub eo conscribitur, & postmodum in prælio fortiter dimicans in hostium manus dilabitur; & captivus abductus ferroque constrictus, in imo puteo Tutonæ arcis fune demittitur: ad cujus custodiam qualibet nocte putei os ab irremotis vigilibus molari lapide claudebatur. Dum ergo miserabilis homo, carceralibus tenebris & gravi corporis languore diu cruciare-

tur; Martyr Christi Restituta magno cum splendore adstitit, & an se recognosceret perquisivit. Ad quam ille: Speciem quidam tuam me vidisse recordor, sed nominis confundor oblivione. Et Sancta: Ego, ait, sum Restituta Sorana, quæ tibi apud S. Germanum quiescenti apparens, præmonui, ut nunc est, auxilium meum tibi fore necessarium. Et nunc ad hoc descendi: ut te, sicut pollicita sum, istinc eximam. Quin etiam Gallico præcunctanti de tempore, quo ista fierent; in Resurrectione Dominica fore, respondit. Et his dictis abscessit: & quæ depulsæ fuerant tenebræ redierunt. Tunc cœpit Gallicus, non parum in sese torqueri de prolixitate temporis, quod videlicet Paschalis festivitatis terminum longiorem judicaret, Martyris oraculum non bene intelligens. Verum in proximæ Dominicæ diei nocte, non dissimili splendore ad carcerem Virgo rediit, & ut exiret hor- *ab eadem educitur.*
tari cœpit. Ille in pedes se erigens, vinculorum gravitate deprimitur, & lapsus in terram, Virginis manibus erigitur: remotoque virtute divina ab ore putei lapide, compeditus, ut erat, de puteo eductus est. Qualiter autem per murorum fastigia ascendere & descendere eum fecerit, & per duo millia passuum velut fida comes deduxerit, non nostrum est, sicut nec illius fuit, evolvere. Postquam vero eum in tuto habuit loco; districtius imperat, ut ad ecclesiam gratias E redditurus, & quod incaute dimiserat officium redditurus, properaret. Qui mandatis obsequens, ad Beatæ tumulum cum oblationibus festinanter advenit: cunctaque, ut gesta fuerant, omnibus qui aderamus ipse præsens recensuit.

15 Eodem tempore quædam supramemorati op- *Sterilitas aufertur,*
pidi matrona, lustris propemodim tribus indiscretâ cum viro thori copulâ usa, nihilominus nullam valuit gnatorum experiri dulcedinem. Hæc autem rumore accepto de prædicti Militis liberatione, quam ipsemet per vicina loca longe lateque vulgabat, ad B. Restitutæ suffragia expetenda se convertit: quatenus per eam Dominus, ablata sterilitatis nota, largiri filium misericorditer dignaretur. Et quia quod vera fides postulat, cælestis non abnuit gratia; nondum exacto ejusdem anni circulo, matris nomen, quod instanti prece poposcerat, meruit adipisci, masculæ sobolis munere ditata. Sui itaque voti compos, ad Restitutæ limina, pro referendis gratiis devotius properavit: & quæ collata fuerat cælitus gratia, ipsa referente universis innotuit.

16 Accidit in Sorana civitate, cum quidam homo *dæmoniaca liberatur,*
& uxor ejus, in mensa voluissent hora cœnæ dis- F
cumbere, ut insufflans carbonem uxor, quatenus lucernam accenderet, arriperetur à dæmone; & ita ab eo turpiter vexaretur, ut de ejus salute desperarent omnes. Sed nocte quadam, cum ad celebrandas Matutinas, in Nativitate B. Mariæ Virginis, Clerus & populus ad ecclesiam B. Restitutæ convenissent; ante altare ipsius beatæ Martyris, oblata dæmoniaca prædicta, pristinæ reddita est sanitati.

17 Nec hoc prætermittendum est, quod quidam *leprosis mundatur.*
Miles, Thadæus nomine, in Sorani territorii castro quod Insula dicitur, uxore gaudens & liberis, nec minus generis nobilitate præcellens, habitabat. Verum usqueadeo gravis lepræ contagio respersus, ut jam fastidio & contemptui uxori, liberis, & toti agnationi ac viciniæ haberetur. Cum igitur de parentum consilio crastina illi dies præfixa fuisset, ut à communi hominum consortio ob morbi vilitatem perpetuo sequestraretur; accessit ad eum quidam sororius ejusdem, nomine Berardus: qui ipsum inter consolationis verba admonuit, ut beatæ Virgini Restitutæ instanter supplicaret, quatenus in tanta mentis & corporis angustia, precum suarum obtentu subveniret. Quamobrem nocte illa Thadæus, corpore

A. GREG. TERRAC. EX MS.

A. GREG. TERRAC. EX MS.

pore & ſpiritu afflictus, toto niſu orationi inſiſtens, poſtulavit Virginis Reſtitutæ patrocinium. Cumque noctis vigilias non ſine lacrymarum inundatione peregiſſet; reſiduum ſine ſomno ducere non potuit. Somno igitur indulgens, vidit beatam Virginem ſibi aſſiſtentem, & blandis manibus vulnera in vultu, in manibus, imo vero circumquaque detergentem, & tumores lepræ teſtes in lecto dimittentem. Expergefactus præ gaudio, & veritatis ejuſdem volens explorare indicia, oculos ſuos in lectum convertit: pannoſque quibus incubuerat, lepræ indiciis & notabilibus maculis conſperſos reperit; ſeque intuens, perfectæ ſanitati reſtitutum agnovit; ac paucis diebus evolutis Soram acceſſit: ubi gratias agens, ſericum pannum pretioſiſſimum Reſtitutæ Martyris eccleſiæ obtulit, ad ejus gloriam, cui eſt honor & imperium per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Celicia *nobis ignota*: *an forte litteris tranſpoſitis* Cæcilia Virgo & Martyr, *& ideo* Soror *habita*?

b S. Conſtantius *videtur eſſe* Aquinas, *haud procul Sora, qui floruit ſeculo ſexto, & colitur Kalendis Septembris*:

B

c Orbetum, *ſive* Orbitellum, *prope oram maris Tyrrheni, ſub Dominio Regis Catholici.*

d Tuder, *ſeu* Tudertum, *urbs Vmbriæ Epiſcopalis, vulgo* Todi, *inter Perufium & Narniam.*

e *Abeſt Sorâ* Caſinum 14 p. m. *ad cujus pedem eſt oppidum S. Germani.*

f Aqua-pendens *oppidum Vmbriæ, in ditione Pontificia, proprium nunc Epiſcopum habens.*

INVENTIO CORPORIS

A Conrado Janningo, teſte ex parte oculato, deſcripta.

1 *Secundus mihi Romæ commoranti annus prope effluxerat, eratque à partu Virginis* MDCLXXXIII; *cum uno eodemque die duo adferuntur nuntii lætiſſimi; alter quidem toti Chriſtiano nomini, propter ſolutam immaniſſimi hoſtis juxta ac numeroſiſſimi obſidione Viennam Auſtriæ; alter vero Sorana imprimis civitati, propter inventas* S. Reſtitutæ Virginis & Martyris ac Sociorum *ejus ſacras Reliquias. Quæ quidem inventio Soranis civibus tanto jucundior accidit, quanto diuturniori tempore ſacer ille theſaurus fuerat abſconditus, ſemper tamen & certo creditus, illo ipſo quo repertus eſt templo latêre; augente boni cupiti propinquitate deſiderium potiundi. Participes quoque lætitiæ nos eadem inventio fecit, quod Acta* S. Reſtitutæ *in lucem brevi edituris abſtulerit dubium, abſque illa non tam facile, certe minus perſpicue ſolvendum, circa Reliquias ejuſdem nominis ſanctæ Martyris, Româ in Galliam ſeculo* IX *tranſlatas, ibique paſſim Sorana creditas.*

Ob Inventionem S. Reſtitutæ Soranæ,

C

quæ dubium de Gallica ſolvit.

2 *Ego hoc ipſo tempore, cum nuntius ille allatus fuit, obtento Moderatorum conſenſu, cogitabam in montem Caſinum cum* P. Ioanne Franciſco Vannio, *tunc in Collegio Romano linguæ ſacræ Profeſſore, & Sanctorum gloriæ pariter ac imitationis ſtudioſiſſimo: iterque ingreſſi, viſitatis Vulturelli montis (vulgo nunc Montorella dicitur) Sublaci & Montis Caſini celeberrimis locis, in reditu Soram venimus die* V *Octobris. Videbamur Illuſtriſſimo ejus Epiſcopo* D. Thomæ Guzzonio, *ubi rationem adventus noſtri Soram explicavimus, quaſi è cælo ſubmiſſi. Pridie quippe illius diei, quo Roma diſceſſimus, ſtatutum erat Soram non adire certis de cauſis: ſed ſupervenientibus inde ſub veſperam litteris de inventione Reliquiarum* S. Reſtitutæ, *mutatum conſilium eſt, quod videretur ipſa Sancta eo nos advocare, ut coram inſpecto corpore locoque, gloriam ejus ad diem* XXVII *Maji, jam prælo paratum, celebrare luculentius ſuamque Soranis Sanctam vendicare certiori cum fundamento poſſemus.*

Soram adivimus

D

3 *Venimus igitur Soram, & humaniſſime ab Illuſtriſſ. Epiſcopo excepti, didicimus ex relatione ipſius atque* P. *Antonii Dominichini noſtri, qui inventioni interfuerat, quæ eatenus geſta erant. Videlicet, quod Sorani, novum altare meditantes erigere in templo* S. Reſtitutæ, *loco diruti terræ motu anni* MDCLIV *elegantius nunc reædificato; dum illius fundamentis jaciendis foſſam effodiunt, primum eruerunt magnam vim antiquorum ruderum; deinde repererunt terram, pluribus retro annis non motam; ac ſolidiorem illâ, quæ non procul inde aberat, & ab Epiſcopo Ioannellio ſub initium hujus ſeculi effoſſa fuerat, quæſitis fruſtra ſacris pignoribus, quæ modo reperta credimus. Detexerunt hic inter fodiendum nonnullas parietinarum & pilarum partes, aliaque non obſcure indicantia, fuiſſe iſtic loci aliquando Confeſſionem, ut vocant, ſeu ſacellum aliquod hypogeum. Denique penetrarunt ad rudia aliquot ſaxa, formam urnarum aliquam referentia; quæ remotâ circum terrâ, comperta ſunt operculo tegi & oſſibus plena eſſe. Tum vero operæ mirari primum inter ſe; mox appellare præſentes in templo; clamitare, Dominos Canonicos atque Illuſtriſſ. Epiſcopum eſſe acceſſendos; ſacri quiddam theſauri detectum ſibi eſſe.*

didicimus occaſionem ac modum inventionis.

E

4 *Erant iſtiuſmodi urnæ tres, magnitudine inæquales, prope inter ſe loco remotæ, non ita tamen tectæ operculis ſuis, ut non penetraverit intus multum terræ, & oſſibus permixtum fuerit. Nomina in urnis nulla, nulla etiam venerationis apparebant indicia, niſi Crucis ſignum, rudi forma inchoatum in lapide, qui majorem urnam operiebat. Fortaſſis tamen iſtiuſmodi indicia intus appoſita fuerunt; ſed quæ edacitate ſua longitudo temporis conſumpſerit, uti conſumpſerat arcas ipſas ligneas, quas vero ſimile eſt lapideis iſtis incluſas fuiſſe. Nam lamellæ aliquot ferreæ & clavi plures reperti deinde ſunt inter oſſa; videbanturque coagmentandis capſæ lignea aſſeribus ſerviviſſe, illo præſertim indicio, quod cum rubigine ferri propiores ei particulæ ligni, ut fieri ſolet, concretæ, ligni ſpeciem etiamnum retinerent aliquam, ceterum nullo ligni veſtigio ſuperante. Porro clavi ipſi, tametſi craſſiores, ita rubigine pereſi ſunt, ut vitro fragiliores, diſſiliant in fruſtula inſtar putridi ligni, cum leviter digitis premuntur. Id quod admirationem conciliat majorem oſſibus, in quibus non tantum grandiores brachiorum tibiarumque fiſtulæ, ſed minima quoque aurium oſſicula, quæ ob parvitatem ſuam vix ab anatomicis detegi in cadaveribus poſſunt, integra reperta ſunt ac dura.*

Tres urnæ deteguntur lapideæ

quibus areæ lignea videntur incluſæ fuiſſe.

F

Et hæc quidem pleraque ex aliorum relatione dicta ſunto; quamquam & nonnulla deinde proprio intuitu talia eſſe, uti relata fuerant, compererim: vidique etiam tum floſculum peregrinæ ſpeciei, qui prima ſtatim nocte in una urnarum enatus, mane cum multorum admiratione apparuerat; poſtquam prædictas urnas Illuſtriſſimus in ſacrarium inferri juſſerat, exemptaſque venerabunde Reliquias decenti loco occluſerat, ac ſigillo ſuo munierat.

In una urnarum prima nocte flos enatus.

5 *Poſt hæc invitavit nos Illuſtriſſimus Præſul ad locum, Martyrio* S. Reſtitutæ *inclitum, fere bis mille paſſus extra muros. Eſt ibi in Fibreno olim, nunc Carnello fluvio exigua inſula, eademque (niſi me mea aliorumque opinio fallat) cum illa quam Cicero, non admodum procul inde, ut volunt, in lucem editus, deſcribit lib.* 2 *de Leg. his verbis:* Ventum in inſulam eſt; hac vero nihil eſt amœnius: ut enim hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus, & diviſus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit; rapideque dilapſus, cito in unum confluit, & tantum complectitur, quod ſatis ſit modicæ palæſtræ loci. *Intelligat hic quamlibet palæſtram Tullius, glorioſiori certe nullum unquam donavit palma, quam* Reſtitutam *noſtram; uti numquam inibi fortius certaverat quiſpiam, quam ipſa. Hoc loci in ripa fluminis ſupereſt etiamnum*

Inviſimus inſulam Fibreni,

in eaque palæſtram & ædiculam S. Reſtitutæ,

ædicula,

A

adicula, in memoriam S. Reſtitutæ *olim extructa, ab ejuſque nomine appellata. Ingreſſi duce Illuſtriſſimo Antiſtite, præcipue notatu dignam putavimus tabulam altaris, ſeculo ſuperiori verosimiliter depictam; cum multo anteriori ætate videatur eſſe non poſſe. In illa repræſentatur forma eminentiori, cum adſcripto circa diadema capitis nomine ſuo,* S. Reſtituta, *adjunctos ſibi habens tres ſocios capite truncatos: quos tamen inter diſtinctio difficilis eſt, omneſne virilis ſexus, an quis eorum muliebris ſit. Numerus certe quaternarius Martyrum iſtic diſtinguitur perſpicue, & convenit tum Actis, ubi idem exprimitur, tum oſſibus nunc inventis, quæ quatuor ſceletos componunt, fere integros, præcipuis ſaltem partibus ſuis.*

ubi ipſa cum ſociis tribus depicta.

6 *Vt id coram inſpiceremus reduxit nos Illuſtriſſimus Antiſtes ad urbem, poſtridie conventuros ad ſacrarium, ubi Reliquiæ tantiſper conditæ erant. Conventum igitur ſtatuto tempore eſt, accedentibus etiam nonnullis S. Franciſci Religioſis. Coram his nobiſque, id eſt me ac Patribus Vannio & Dominichinio ſupradictis, & aliquot chirurgiæ peritis, jubête Illuſtriſſimo, reſoluta ſigilla, reſerata armaria, Reliquiæ exemptæ & expoſitæ oculis manibuſque noſtris ſunt: &, eodem volente Antiſtite, cœpimus pariter ſingula ſinguli oſſa ſitu & terra adhærente purgare: quo facto chirurgi eadem oſſa examinare, inter ſe comparare, ad certum referre*

Poſtridie Reliquias ipſas inſpeximus ac purgavimus,

B

corpus, & ſuo quodlibet loco reponere: ſicque tandem apparuerunt, cum craneis quatuor, totidem ſceleti non integri, uno præ ceteris plurium defectu oſſium laborante. Fuerunt autem, qui ob hunc ipſum defectum putarunt, illud S. Reſtitutæ *potius, quam alicujus è Sociis corpus eſſe. Sed leviſſimo nitebantur argumento; quia ſcilicet in Vita ſanctæ Italicæ legitur,* multas ſacri corporis ejus Reliquias conſervari Soræ, & in aliis diœceſeos Soranæ locis. *Solidius id comprobari poteſt teſtimonio Chirurgorum: qui è dicto ſceleto utrumque cubiti os ſeu radios ejus majorem ac minorem acceperunt, & compoſuerunt cum oſſe humeri* S. Reſtitutæ, *quod ab omni hominum memoria pro tali religioſe ſervatum in ſacrario fuit, argenteæ thecæ in modum brachii decore incluſum; ſoletque annis ſingulis in die feſto & per Octavam ſanctæ Martyris ad publicam venerationem populo proponi. Cum iſto, inquam, indubitabili* S. Reſtitutæ *oſſe compoſuerunt Chirurgi oſſa duo prædicta, conjunxerunt, commenſurarunt, diligenti inſpectione obſervarunt ſingula; tandemque concluſerunt, dubitari nefas eſſe, quin uniùs & ejuſdem corporis illa oſſa fuerint, ob omnimodam inter illa proportionem.*

& Chirurgi in quatuor corpora compoſuerunt:

eorum unum putatur S. Reſtitutæ,

quia ipſum quadrat cũ ſacro ejus brachio.

7 *His peractis inſtiterunt apud Illuſtriſſimum ex circumſtantibus nonnulli, ut per ipſum ſibi liceret quidpiam ex oſſium fruſtulis pro Reliquiis auferre: ſed negatum eſt à prudentiſſimo Antiſtite, nolente, videri poſſe auctoritate ſua Reliquiis illis, nondum conſulta ſacrorum Rituum Congregatione, cultum aliquem permiſſum eſſe: quia id poſſet impedimentum eſſe non leve publicæ venerationis & expoſitionis earumdem, prædictæ Congregationis ſuffragio comprobandæ. Iußit igitur perpurgata ſic oſſa capſis iterum imponi in eodemque armario, unde extracta fuerant, recondi & ſigillari. Poſtridie convocatis, qui adfuerant in modo dicta oſſium purgatione, ceterarumque inventionis circumſtantiarum notitiam habebant, Religioſis; ſinguli ſententiam ſuam ab Illuſtriſſimo interrogati ſunt, quid de rei ſumma cenſerent; viderenturne inventa Reliquiæ prudenter credi* Sanctorum Reſtitutæ ac Sociorum *eſſe? Affirmarunt unanimi conſenſu omnes, aliis alias aſſertionis ſuæ rationes aut circumſtantias addentibus.*

C

Aliquid Reliquiarum petentibus non dat Epiſcopus,

ſed occludi rurſum omnes jubet.

8 *Et hæc quidem præſentibus, ut dixi, nobis anno ſalutis* MDCLXXXIII *ſub initium Octobris ſic geſta, & à Notario pleraque ſcripto excepta, deinde Romam, ad obtinendum ſacræ Congregationis Rituum conſenſum pro publica Reliquiarum veneratione, miſſa ſunt. Iterumque accuratius etiam earumdem examen* XV *Iunii anni* MDCLXXXV *inſtitutum eſt, ut ex teſtimonio Chirurgorum patet ſub tenore ſequenti.* Nos infraſcripti Chirurgiæ periti fidem facimus ac teſtamur, quod Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus D. Thomas Guzzonius, Epiſcopus hujus civitatis Soranæ, curavit denuo inſpici, recognoſci, & obſervari coram ſe, uti aliàs curaverat, oſſa omnia ſpectantia ad quatuor corpora humana, nonita pridem, nempe anno MDCLXXXIII, inventa in tribus urnis lapideis, bene clauſis repoſitiſque ſub pavimento veteris alicujus eccleſiæ ſubterraneæ (ſottocorpo vulgus appellat) ruderibus oppletæ, prope murum Presbyterii fundamentalem, ſub ara principe eccleſiæ Collegiatæ, exiſtentis Soræ ſub nomine S. Reſtitutæ Virginis Romanæ, Martyris & Advocatæ ejuſdem Soræ. Prædicta oſſa putantur eſſe memoratæ modo ſanctæ Martyris & trium ejus Sociorum pariter Martyrum, aſſervanturque à tempore inventionis uſque ad præſens in armario ſacrarii præfatæ eccleſiæ, ſeris probe occluſo & ſigillis munito; nec publicæ hactenus venerationi expoſitæ fuerunt.

A. GREG. TERRAC. EX MS. *An.* 1685

Hactenus geſta à Notario deſcripta ſunt ac Romam miſſa.

iterum examinantur oſſa per Chirurgos,

qui os ſacrũ brachii cum uno corporũ iterum componentes,

9 Curavimus os brachii S. Reſtitutæ, quod ab immemorabili pro ſacra ejus Reliquia in veneratione fuit . . . . . adferendum; & comperimus cognovimuſque evidenter, quod inter oſſa, quæ ad complenda quatuor corpora deſiderantur, deſit quoque os illud brachiale, inſignis ac venerabilis Reliquia; & ſpectat, prout noſtra fert opinio, peritiaque & ars indicant, ad unum è quatuor illis corporibus, ad illudque proprie quod ipſius Sanctæ putatur eſſe: quia in hoc ſunt oſſa duo, ſcilicet focile majus & focile minus, ſive cubitus & radius, quæ ratione proportionis, coloris, ætatis conveniunt inter ſe, recte colligantur, & coaptantur cum dicto ſacro oſſe brachiali . . . . . non item cum alio quolibet è ſupradictis oſſibus. Neque contra os illud ſacrum convenit, colligatur, coaptaturve bene cum alio quovis inventorum oſſium, ſed tantum cum hiſce duobus cubito radioque, ſeu focili majore ac minore: quemadmodum rogatu Illuſtriſſ. D. Epiſcopi in ejuſque & aliorum rei peritorum præſentia, ſæpe periculum fecimus cum obſervatione exacta. Cetera remittimus ad Atteſtationes noſtras aliorumque peritorum in Actis infraſcripti Notarii, ab Illuſtriſſimo Antiſtite ſpecialiter deputati, fuſè relatas: & in teſtimonium veritatis manu propria his ſubſcripſimus. Soræ, hac die XV Junii MDCLXXXV. Ego Joſephus Ruggierius, Neapolitanus, habitans Soræ, Doctor Chirurgus Salernitanus, fidem facio & atteſtor, ut ſupra. Ego Sanctus Rinaldius Soranus, Chirurgus & Anatomicus, fidem facio & atteſtor, ut ſupra. Ego Notarius Andreas Vernagallius de Piſanis, Notarius Apoſtolicus ſpecialiter deputatus, ut in Actis, manu propria. *Idem Notarius teſtatur copiam præmiſſæ Atteſtationis,* anno MDCLXXXV *die* XVI *Iunii,* tranſmiſſam eſſe Romam, ut alligaretur in copia totius Proceſſus, tranſmiſsâ jam ad ſacram Congregationem Rituum.

E

judicant omnino ejus fuiſſe:

F

eorum teſtimoniũ mittitur ad Congreg. Rituum,

10 *Interea ſperaveram fore ut obtineretur deſiderata Approbationis gratia, priuſquam hæc Vita typis ſubjiceretur: ſed plurima, quæ ad ſacram illam Congregationem deferuntur quotidie negotia, videntur ſpem illam longius opinione noſtra diſtuliſſe. Finis igitur eſto narrationis hujus & peregrinationis noſtræ, ubi pauca, quæ in Vulturio monte (vulgo Montorella) cujus mentionem initio fecimus, me præſente acta ſunt, ſubnexuero. Prima peregrinationis noſtræ ſtatio fuit mons iſte, ipſa S. Michaëlis Archangeli feſta luce, quæ illic ſumma in celebritate eſt, concurrente è ſubjectis longe pagis ac oppidis innumera fere hominum multitudine, Sacramentorum pœnitentiæ atque Euchariſtiæ ſuſcipiendorum cauſa: quibus ut aures præbeant Patres noſtri, quotannis octo aut decem eo ſe conferunt Româ; & quamquam pridie feſti auſcultare conſitentes incipiant, ac tota nocte plerique perſeverent, nec ullum ſibi otium aut quietem uſque poſt meridiem feſti (excepto Miſſa tempore) indul-*

quæ hactenus nihil decrevit.

In monte Vulturio Miſſio inſtituitur.

A *indulgeant, vix tamen ſatisfacere pio omnium deſiderio poſſint. Auctor tam ſalutaris inſtituti fuit P. Athanaſius Kircherus, poſtquam in dicto monte detexerat templum Deiparæ Virginis, quod prope locum, ubi S. Euſtachius olim per cervum mirabiliter ad fidem converſus traditur, pridem exadificatum, tunc vero ruinæ proximum erat, ut ipſe pluribus deſcribit in Præfatione ad ſuam hiſtoriam Euſtachio-Marianam: ad quam Lectorē, qui notitiam loci, originis templi, converſionis Euſtachianæ uberiorem deſiderat, remitto.*

incepta à P. Kirchero,

11 *Hic ſufficiat dicere, tanto P. Athanaſium iſtic loci erga magnam Matrem ejuſque divinum Puſionem exarſiſſe amore, tanta mentis dulcedine perfuſum fuiſſe, ut non in aſperis teſquis inter invias cautes, ſed inter Angelorum choros in cæleſti paradiſo conſtitutum ſeſe arbitraretur. Hinc perennavit in ipſo amor loci illius admodum ſingularis, quo & factum eſt, ut primam, quæ poſt hæc ab Auguſtiſſimo Imperatore liberaliter ei, ut ſæpe aliàs, ſuppeditata fuit pecuniam impenderit reſtauranda eccleſiæ prædictæ, innovanda ædiculæ S. Euſtachii in proximo miræ altitudinis ſcopulo, adjiciendo domicilio parvo, Patribus noſtris, cum illuc miſſionem obituri veniunt, hoſpitandis ſerviturо; imo quod ipſe, dum in vivis eſſet, plures ſæpe continuas ſeptimanas incoluit, ut deliciis ſuis (ita Deiparam appellabat) propius frueretur.*

poſtquam ibi ante aram Deiparæ mire conſolatus fuerat;

B 12 *Sed neque cum vita finis illi amori fuit, poſt obitum quoque præſens ibidem, quantum licuit, adeſſe & amare voluit, corde ſuo Deiparæ Virgini iſtic legato. Cor igitur ſtatim ab obitu ejus exemptum corpori, fere triennio aſſervatum fuerat in Collegio Romano: cum tandem executuri pium defuncti deſiderium Patres noſtri, illud incluſerunt in arculam plumbeam, probe ferruminatam, palmo circiter uno longam, dimidio latam. Hæc autem ipſa ſimiliter includebatur alteri è marmore candido concinne facta. Vtraque hoc indicium incluſi theſauri, ſibi inſculptum præfert.* Cor P. Athanaſii Kirker Societatis Jeſu, qui obiit XXVII Novembris MDCLXXX. *Iſthac ita comparata advexerant ſecum Româ Patres noſtri, ac die ſequenti, id eſt ipſo feſto S. Michaelis, poſt meridiem, cum populus jam diffluxerat, me præſente ſcrobem pro magnitudine arculæ foderunt ante medium altare ad clatros ferreos, qui aram ſepiunt: conditoque illic cum arculis ſuis corde, ſuperimpoſuerunt lapidem è marmore item candido quadratum, qui ingredientium oculis inſcriptionem iſthanc exhibet:* P. Athanaſius Kirker Societatis Jeſu, templi hujus inſtaurator, propinquum ſui cordis Theſauro ſuum hic voluit cor.

cui moriens cor ſuum inferendum mundavit,

& ante aram Virginis ſepeliendum.

TRANSLATIO ALTERIVS
S. RESTITUTÆ V. M.
Roma in diœceſim Sueſſionenſem.

Ex Gallico in Latinam epitomen contracta à Nicolao Belfortio Canon. Regulari.

POſtquam Aurelianus Imperator, morte interveniente, vita ſimul & imperio a ſpoliatus eſt; & Chriſtianorum puſillus grex, non ſolum reſpirare, verum etiam futuræ ſuæ per orbem dominationis fundamenta jacere cœpit, ita ut in urbe Sorana, libera jam Chriſtum profitendi facultas illuceſceret; non multo poſt cœptum eſt in Martyrum perſecutores animadverti, ipſo Agathio Præſide Sora expulſo, cum miniſtris ſuis, ex parte etiam digno ſupplicio acriter caſtigatis. Tunc igitur Epiſcopi b Amaſii juſſu ædificato templo, & Chriſtianis undique convocatis, S. Reſtitutæ Virginis ac Martyris S. Cyrilli, aliorumque multorum Sanctorum corpora levata, & honorificis thecis recondita ſunt: quorum illico meritis glorioſis videre erat cæcos, claudos, hydropicos, & mente captos ſanari; Deumque omnipotentem in Sanctis ſuis laudantes & glorificantes, ad propria cum gaudio remeare. D

a Pace Eccleſiæ reddita,

b elevatum corpus claret miraculis:

2 Verum ut in rebus humanis ſolidum eſt nihil, præſertim peccantibus nobis; poſt multos annos accidit, nimirum *c* Leone quarto ſummo eoque optimo Pontifice Apoſtolicam Sedem regente, *d* Lothario autem Romanis & Francis imperante, ut *e* Agareni cum magna claſſe contra Neapolitanos Romanoſque venirent. Quamobrem Soranus populus, quaſi futuras prænoſcens calamitates, quæ & ipſam quoque Soram pervaſerunt, bona quæque ſua præcipua Romam portanda curavit: ac inter ea maxime, ceteris omnibus longe præſtantiora & excellentiora, corpora beatiſſimæ Reſtitutæ, B. Cyrilli, plurimorumque aliorum; quæ ipſi ſummo Pontifici tradita & commendata, in eccleſia S. Petri collocantur, anno Domini circiter octingenteſimo & quadrageſimo *f*.

& ſeculo 8 metu Saracenorum

c

d

e

Romam delatum

f

3 Lotharius interea, audito Agarenorum adventu, licet ſenio jam gravis, bello iſti tam neceſſario deeſſe noluit: ſed quod tanti Regis præſtantia & fides poſtulabat, & quantum ferebat ingraveſcens ætas, mox habita cum ſuis Principibus deliberatione, filium ſuum Ludovicum hujus nominis Secundum Regem deſignat, eique ſanctę hujus expeditionis obeundæ munus imponit. Et quoniam mature facto opus erat; præter eam diligentiam, quam tum pater, tum filius egregie navabat; accerſitur etiam vir fortis, prudens, ac magnificus, qui Coneſtabuli auctus dignitate, milites congregaret, & Regis filio à conſiliis primus eſſet. Fuit vero ille, quem alio nomine Dominum de Moreüil appellabant à quadam ipſius ditione ſic vocata (nam id moris eſt in Gallia, ut nobiles ab aliquo præcipuo dominii ſui loco nomina *g* ſortiantur) qui ut erat vir ſtrenuus & ſagax, brevi militares copias cogit, & injunctæ ſibi provinciæ facit ſatis. Inſtructis omnibus quæ profectioni erant neceſſaria, ſenex pater filio amanter exoſculato mandat imprimis, ut ſuo nomine Venerabilem Leonem plurima ſalute & obſequio impertiatur, tum ut à Moreulii conſilio & ſententia non recedat; officii denique ſui ſemper memor, quæ agenda ſint ſagaciter pervideat. E

à Toparcha Moreulio, Ludovicum 2 in Italiã comitato,

g

4 Ludovicus igitur forti exercitu vallatus, Italiam *h* petit; cujus deſideratum adventum, quam Deo gratum & populorum votis excipiendum cenſeret Pontifex ſummus, edicta campanarum celebri pulſatione teſtatus eſt. Confeſtim autem, junctis Italorum & Gallorum copiis, ſeſe comparant omnes ad prælium: in quo dici non poteſt quam ſe præclare geſſerit Gallorum exercitus; quamque præclara ediderit facinora, contra Agarenorum fæcem iſtam: quę quidem funditus ſic deleta eſt (juvante cum primis & multum valente ad Deum Pontificis pietate) ut victorię illius glorias & triumphos nulla unquam delere poſſit oblivio. Cæſis hoſtibus, & ſpoliis eorum quæ circum urbem & finitima loca deripuerant, Gallis militibus magna ex parte datis, Ludovicus Romam venit: ubi aliquamdiu immoratus, pretioſa munera à Pontifice oblata humiliter recuſavit; illud inſuper addens, quod ipſi tamquam patri ubique ac ſemper præſto eſſet futurus. Dona vero Duci Moreulio idem Pontifex obtulit, in gratiam ſuſcepti pro Chriſto laboris: populuſque Romanus ceteros itidem Gallos perquam humane excepit, reliqua ſua bona jam nihili pendens, præ dulcedine & gaudio receptæ libertatis.

h

poſt devictos barbaros

F

5 Jam ſub id tempus quo in Galliam regreſſus parabatur, Moreulium inceſſit cupiditas ſancti alicujus Corporis expoſcendi: pro ſumma mercede fore ſibi

donante Papa fertur in Galliam,

A sibi illud donum, si consequi posset, quod ut fieret honestius, in animum Ludovici induxit, quatenus medium sese interponeret, pro S. Restitutæ Virginis & Martyris corpore obtinendo; cui debitos in patria sua honores exhibendos mire confidebat. Fuit hoc Regi pergratum, atque ut ambo sperabant Pontifici facile persuasum est petitioni ut annuat, quæ nulla erat avaritiæ labe respersa: sicque voti compotes facti, gratiis actis, ad reditum in patriam se accingunt.

6 Cum versus patrios fines contendunt, & in Florentinorum urbe hospitantur; accidit ea ipsa in domo, ad quam Rex cum Moreulio diverterat, ut filiusfamilias subito infortunio è vivis excederet. Tristari omnes, plorare, lamentari. Rex & Moreulius, cum afflictorum dolerent vicem, forti in Deum fiducia erecti, corpus illud exangue in feretro poni, ac deinde coram Virginis corpusculo sisti faciunt; & ut Restitutæ meritis restituatur ad vitam, unanimiter rogant. Mira in nos Dei pietas, & ab eo Restitutæ potentia! Statim juvenis ille, mortis amaritudine sublata, cœpit erumpere in altas & jucundas voces, B miraculum in se factum testificans, & flexis genibus Dei omnipotentis in sua Martyre virtutem quam maximis poterat præconiis attollens. Quo tam illustri, notorio, & irrefragabili miraculo stupefacti omnes Galli, piis illico affectibus in Dei & Virginis laudes una voce consonarunt.

7 Nec vero ibi tantummodo dilectæ Sponsæ suæ martyrium glorificare Deus voluit: mirum dictu, quot fiebant stationes, tot fere miracula coruscabant. Quo in genere prætermitti non debet illud celeberrimum, quo paulo post cis Florentiam, à dæmone correpti duo homines, & sensuum officio destituti, cum ad jussum Regis coram Restituta præsentati fuissent; beata Virgo in cælis triumphans, tantam intulit vim juratis mortalium hostibus, ut protinus horrida voce edita exirent; homines vero illi, dura servitute exempti, & in pristinam sanitatem reducti, nulla jam ut prius sese ipsos afficerent contumelia, quin etiam dignas Restitutæ laudes exolverent.

8 Grande jam itineris spatium confecerant, & temporis ac loci postulare videbatur occasio, ut ad privatam quisque domum converteretur (nisi quem forte tanta tunc communis omnium lætitia retineret) cum Moreulius, officii causa missionem petit. Sed pientissimus Rex, tanto se obligatiorem esse cognoscens ad recolenda Dei beneficia, quanto ipse Deus beneficio singulari innumeros ei mortales subdidisset, quos bono se exemplo præire debere non oscitanter pensabat, noluit eo in statu missum illum facere: sed prompto animo, partes quoque suas agnoscit sanctum corpus deducere ad destinatum locum de Moreüil *i*, qui in Picardia decimo ab urbe Ambianensi milliario situs est. Dum iter facerent, & ab eis non longe distaret quoddam Suessionicæ provinciæ oppidulum, quod æque ad Moreulium spectabat; cœpit ille Regem impensius obsecrare, ut transitum illac fieri pro sua clementia pateretur. Quod quidem Regi etsi parum in voto erat, quod videlicet ruinosus locus & bellis attritus minime hospitio aptus esset; tamen divino nutu factum est, ut annuente Rege eo omnes se conferrent.

9 Cum ad oppidum venissent, & Virginis corpusculum reverenter exceptum, in quodam ibi sacello, Missarum infrequentia neglecto valde & inculto, deposuissent; iterum miraculis plus plusque indies Restituta effulget. Fons quippe, nemini mortalium unquam visus, repentino ortu scaturire cœpit. Quid jam ultra? aut quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus? En extinctus puer ab utero matris, qui neutram animæ corporisve vitam sensérat unquam, à parentibus virgineo corpori admotus, & circumstantis populi devota prece commendatus, mirandum in modum statim vixit. Sed corporea hæc vita isti nimirum parvulo non sufficiebat: fontem sitit aquæ salientis in vitam æternam, ad illam adspirat, provocat, clara & sonora voce baptismum efflagitans, coram Rege, coram Principibus & populis: quem mox à quodam Sacerdote, spectato viro & honesto, consequitur.

10 Post hæc Moreulius iter carpere, & ad suum castrum de Moreüil Restitutam transferre disponit, ut suæ ibi devotioni satisfaceret: sed cum daret operam, ut sacello educeretur; cœpit usque adeo corpus ingravescere, ut nulla omnino vi dimoveri loco posset. Cumque denuo ingenti cura omnes satagerent ut tolleretur: rursum adest parvulus, paulo ante per baptismum à diabolicæ captivitatis jugo solutus; rursum viros erudit, rerum magnarum cognitione præcellens: atque ut gradum ibi sisterent Artecy, Artecy, Gallico sermone inclamat: k quorum verborum ratione, locus ille *k* Arcy con- B congrue admodum vocatus est: & Moreulius intellexit, voluntatem Dei esse, ut eo in loco Virginis corpusculum permaneret. Ceterum multi isto etiam die, à variis morborum generibus, lepra videlicet, cæcitate, amentia, convulsione membrorum, & diabolica infestatione curati sunt.

11 Moreulius itaque, quamvis Restitutam alio deferre constituisset, tamen quoniam sic Deo visum est, totum se (ut par erat) divino ipsius arbitrio commisit; non parum interim gaudens, quod uterque locus suæ esset ditionis. Quamobrem iis qui se comitati fuerant, benigno affectu gratias rependit: atque ita digressi ab invicem omnes, ad sua quique loca se receperunt, Dei omnipotentis gratiam corde bono & optimo prædicantes & magnificantes, qui Suessionensem diœcesim tam incomparabili thesauro ditare voluisset, per quem morbi depellerentur, & diaboli ad nocendum virtus efficacissime comprimeretur. Postremo subditis suis Moreulius imperat, dignum aliquod templum excitare, in quo juxta pueri vocem Virginis reliquiæ debito cum honore asservarentur. Quod mox adscitis undique operariis, summa cum diligentia & animi ardore, constructum est, ad Dei gloriam, qui est benedictus in sæcula. Amen.

E

ANNOTATA.

a *Hic debent intelligi simul Successores Imperatores Gentiles, sub quibus præsertim in Diocletiani persecutione, maxime suppressa fuit fides Christiana, usque ad tempora Constantini Magni.*

b *Si* Amasius *tandiu vixerit, aut certe Successores quorum nomina latent.*

c Leo IV *Papa sedit ab Aprili anni* 847 *usque ad* 17 *Iulii anni* 855: *sed videtur hic potius nominandus fuisse decessor ejus* Sergius II *qui sedit à Ianuario* 844: *facile tamen fuit hos confundere, quia proximus Leo auctor fuit Translationis in Galliam.*

d Lotharius *toto Leonis tempore vixit; ast dicto anno* 855, *secessit ad monasterium Prumiense, ibidem mortuus* 29 *Septembris.*

e *Ea Saracenorum irruptio anno* 846 *adscribitur in Annalibus Bertinianis: & Baronius ex Leone Ostiensi refert, quomodo eodem anno* Carnellum *usque progressi, subito fluvii incremento impediti fuerint, quo minus eo trajecto Casinum spoliarent: totam ergo cis Lirim Campaniam Romanam habebant in potestate, adeoque & Soram.*

f *Anno* 840 *adhuc Pontifex erat Gregorius IV, ante* 12 *annos creatus.*

Florentiæ mortuus suscitatur,

duo energumeni liberantur,

devenitur ad oppidulum Suessionensis provinciæ:

ibi fons erumpit, & puer extinctus revivi-scit.

EX MS. BELFOR-TII.

corpus immobile in Arcy manet:

erigitur ei ecclesia.

EX MS. BELFORTII.

g *Vetum hîc mos posterioris est ævi, & circa tempora belli sacri primum invaluit: per traditionem ergo solam habetur, quod ille Ludovici Dux, fuerit* Toparcha de Moreüil.

h *Prædicti Annales*, Anno 850 Ludovicus à Lothario patre Romam missus, à Leone Papa honorifice susceptus,& in Imperatorem unctus est: *sed hac vice nihil contra Saracenos egit: anno autem 851 à Longobardis evocatus, Beneventum liberavit obsidione,& magna clade infideles affecit.*

i Moreüil *eleganti castro exornatur, Latine* Mauriodum *seu* Maurolium *dici posset, sicut* Monstreüil, Monstrolium *seu* Monasteriolum.

k *Media fere inter Rhemensem & Suessionensem urbes via est vicus,* Vetus Arcy *dictus, cui proximus adjacet alius ad fluvium Axonam* Pont-arcy *nuncupatus*, Arciacum *Latina terminatione scriberemus: quam esse antiquioris & Latinæ appellationis, vocem vix dubitaverim. Tamen* Ar-t'icy *id est* Sustine te hic *vel* Arrest-icy *id est* Subsiste hic, *vulgari Francica lingua etiam dicitur. Hinc data commenti hujus occasio, ex memoria subsistentis miraculo corporis; forte etiam ex pueruli istic subsistere jubentis voce: si tamen hæc circumstantia non est ejusdem licentiæ fœtus, cujus & onomatopœia præfata.*

B

APPENDIX.

Duo miracula à Nicolao Belfortio adjuncta.

Quidam an. 1588

12 INter alia pleraque ornamenta, quæ urbē Suessionicam commendant & illustrem faciunt, non immerito censeri potest frequentia oppidorum ,quibus, ad instar Regis suis militibus stipati, undique circumvallatur. Quorum in numero haud illud contemnendum est, quod ad radicem montis, per quadraginta milliaria perpetuo fere tractu in vineas excurrentis,positum, non totis duobus milliaribus distans ab urbe, trans Axonam fluvium, Bucy *a* nuncupatur. Continet autem amplius quam trecentas familias, quarum una quamdam ibi domum nostram inhabitat, quæ ab æde sacra ibi constructa S. Margaritæ nomen accepit. Hujus colonus, Joannes de Caix appellatus, cum aliquando nobis retulisset, prædictam ædiculam brevi ruituram fore, nisi mature occurreretur; missi sunt ad eam visendam Dominus Petrus Benartius Presbyter Procurator noster, & Philippus Guillerius Subdiaconus. Qui cum circumspectis omnibus ad nos redirent, voluit eos prædictus Joannes, honoris grātia, ad mediam usque viam reducere: interque eundum orto de superstitionibus sermone inter eos, narravit se anno Domini MDLXXXVIII mense Martio Sarmosiam *b* profectum fuisse, ad avunculi sui Joannis Berthini exequias. Quibus de more celebratis, dum hereditariæ facultates in tabulas redigerentur; voto peregrinationis defunctum teneri ipse proposuit. Non dubitarunt,qui tabulis conficiendis præerant,suggillare; factas in quavis ecclesia orationes perinde valere apud Deum, ut illæ quæ fiunt in basilica Divi Nicolai aut similibus aliis, quæ peregrinatione sunt celebres: unum solum Deum absque advocato adiri debere: frustraneum esse laborem, quem sibi facessunt homines tot peregrinationibus susceptis.

a

C

circa peregrinationes & invocationem Sanctorum hæsitans,

d

liberis ad mortem ægrè,

13 Hinc Joannes (ut mihi rem curiose ab eo inquirenti ingenue confessus est) quamvis non in peccatum, in molestas tamen cogitationes est adductus. Cum quibus dum tertium jam mensem conflictaretur; subito filia ejus (præter morum insolentiam, qua statim occupata velut amens facta est) usque adeo cœpit corporali morbo torqueri, ut amisso etiam loquendi usu candelo ei benedicta Christiano more,non adhiberetur quidem, sed adhibenda pararetur.Pater, vario mentis æstu fluctuans, quo se verteret nesciebat: donec cogitationibus fortiter ab animo rejectis, ad divæ Restitutæ Arcyensem ecclesiam mittendum esse fratrem suum, *e* qui Sarsogniæ degebat, peregrinationem illam alacriter subiturum, judicat. Itaque confestim famulum amandavit: sed fratre absente, servus re infecta revertitur: nisi quod ejusdem Joannis filium, quem paulo ante ad Joannis festum Sarsogniam pater deduxerat,ibique in domo avi reliquerat, morbo itidem laborare, & candelam ei benedictam eadem pariter nocte,qua & sorori,apparatam fuisse renuntiavit. Mox Joannes, nulla interpolita mora,pergit ipsemet ad fratrem: quem,Condeto jam reversum,precatur sibi opem ferre. Ille nihil cunctatus proficiscitur: & quamprimum Virginis parochiam attigit (diei tunc ad noctem vergentis una tantum hora supererat, ut postmodum retulit) ægra puella in somnum resolvitur: quo expleto, antelucana hora ineunte, tum animo tum corpore sana atque hilaris inventa est. Puer vix quatuor interpositis diebus,æque convaluit. Quis jam erit à fide tam alienus, qui Virginis beneficium non deprehendat, quo & patri senior fides & liberis desperata corporis salus restituta est?

D

sanitatem impetrat, misso ad S. Restitutam fratre.

E

15 Missæ sacrum facturus, pro incumbente mihi Subhebdomadarii officio, vigesimo secundo die Octobris anni MDLXXXVIIII, repurgandæ conscientiæ intendebam; cum oculos paululum attollens, vidi per chorum ecclesiæ nostræ viros duos, corpus B. Restitutæ Virginis theca argentea conclusum humeris gestantes. Horum unus, Claudius Servantius nomine, lapidibus secandis suam locabat operam: alter, Antonius Furillon vocatus, funali artificio vitam comparabat: erat autem prior ille mihi jam pridem notissimus. Quid hoc rei esset nolui tunc inquirere: donec peracto Sacro audivi, propter immanis belli sævitiam, Divæ Restitutæ corpus, die hesterno in urbem allatum; hodierno autem, à prædictis duobus Parocho insequente, Domino Nicolao Messerio, cum aliis paucis ad nos facillime adductum: donec sub ipso fere monasterii *f* nostri ingressu, repente cœpit vacillando gestantium animos perstringere, & tanto pondere humeros prægravare, nec non etiam ipsius thecę manubria sic transversa agere, & ab eorum humeris subducere; ut illi,mente pavidi & corpore deficientes, vix pro implorando auxilio, intercepta voce, uti possent. Mihi ergo rei novitatem admiranti non suffecit amantissimorum Fratrū audiisse testimonia, nisi statim adirem Joannem de Burgo, virum valde fidelem, discretum & gravem, qui totam pene illam hebdomadam nobiscum transegerat: quod nos ejus opera libenter uteremur, cum alias sæpe, tum maxime per id temporis, quo ecclesia nostra in ordinem publicæ stationis venerat.

Corpus S. Restitutæ ad monasterium Suessionense S. Iovannis de Vinea delati.

e

f

F

latores suos vehementer gravat

16 A quo satis superque confirmatus, utpote ab oculato teste, non putavi necessarium plura scisciтari ab aliis; quousque tandem aliquanto elapso tempore, meam hanc ad posteros testificationem, aliorum etiam assertione stabiliendam duxi. Quam quidem sic confirmarunt, ut dicerent; ipso primum susceptі oneris initio, non se ferre aliquid, sed ferri potius videri potuisse, adeo læti & agiles incedebant: verum cum ad crucem de Pauleu, quæ monasterii nostri fundum à reliqua urbe disterminat, venissent; tum vero capsa paulatim ingravescente, ac violenter renitente, tantas molestias subiisse,ut sub onere curvarentur,nec demum ad ecclesiæ chorum accedentes, vix anhelis faucibus spiritum ducerent. Ceterum de hac re, cum diversa essent nostrorum judicia, ii demum mihi veram ejus rationem assecuti videntur, qui dixere propterea istud factum, quod sacræ Virgini ecclesiastico ritu excipiendæ non intendissemus

quia occurrebat nemo.

A mus: nam & de ſanctæ Magdalenæ corpore ſimile quidpiam legitur. Quod genus peccati eo magis arbitramur nobis condonandum à Deo, quod libenter occurriſſemus, ſi ſignificatum fuiſſet à Parocho, ceteroqui ad exornandas res ſacras non impigro; verum tot ærumnis & calamitatibus tunc obruto ac perturbato, ut commiſeratione etiam dignus eſſet. Non multo autem poſt Arcyenſes oppidani Patronæ ſuæ corpus repetierunt. Nos qui neminem volebamus lædere, licet quodammodo inviti, tamen ſine contradictione ulla reddidimus: & uſq; ad Sciſſummontem obſequioſe ſumus proſecuti. Sicque in ſua E antiqua Arcyenſi eccleſia (ut credo) nunc uſque g aſſervatur.

Inde id ad Arcienſe oppidum relatum.

ANNOTATA.

a *In tabula Picardiæ* Buſſy *ſcribitur, vix ſeſqui milliari ſupra urbem ad Ortum, Latine* Buſciacum *reddi poſſet; ut nomen à ſilva, ad ripam dexteram Axonæ poſita, ductum videatur.*

b *Fortaſsis* Charme *prope Feram, ſex leucis ſupra Buſſy in Boream.*

c Sarſongne, *in tabula ſcribitur, & Arciaco ſolum diſtat tribus leucis: & hæc cauſa fuit evocandi fratris, ut te loco S. Reſtitutæ vicinioris,*

B d Condetum *pluribus in Provinciis invenitur; proximum eſt quod intra tertiam ab urbe Sueſsionenſi leucam, ad dexteram Axonæ ripam, exhibent tabulæ.*

e *Anno* 1589, *Cum Rex Henricus III, Pariſios obſidens,* 1 *Auguſti occiſus eſſet, & ſucceſsio ad Henricum Borbonium, tunc adhuc hæreticum ſpectaret, acrius quam antea bellum exarſit, prætextu conſervandæ religionis.*

f *Scilicet* S. Joannis de Vineis, *ordinis Canonicorum Regularium, Sueſsionibus, cujus fundationem & Abbates exhibent Sammarthomi tom.* 4 *Galliæ Chriſtianæ.*

g *Sauſſayus anno* 1637 *ſuum imprimens Martyrologium, indicare videtur, iterum Sueſsionas relatum eſſe corpus Sanctæ.*

EPILOGUS.

17 *Atteſtatio Belfortii.*

FR. Nicolaus Belfortius Lectori ſalutem. Quoniam circa hujus beatæ Virginis memoriam libenter verſamur, & in libellum præcedentem notatiuncula adhuc ſupereſt, eſt quod paucis à me dictum velim, ne quis me temere animum ad ſcribendum appuliſſe exiſtimet. Fuit enim mihi occaſio non levis ad Vitas Sanctorum, ipſa B. Reſtitutæ Tranſlatio, de qua jam ultimo egimus. Non enim tum quidem adhuc de ulla ſcriptione cogitaram: donec allata theca dictæ Virginis, memor ipſe, quod me puero eccleſiæ diruebantur, & ſacra quæque incendebantur à Sacramentariis, ſcire volui, num in ipſa theca Virginis Vita haberetur. Cum negatum eſſet, & in eccleſia Arcyenſi Gallice ſolum extare audiſſem; diſcruciabar animo vehementer, per unum jam atque alterum menſem; quouſque Dominus Joannes de Cancy medicus Sueſſionenſis, deſiderii mei tum adhuc neſcius, per tranſennã neſcio quomodo indicavit, Latinam à ſe viſam in monaſterio Branenſi; dum illac tranſiens Sueſſionẽ confugeret, anno MDCX. Scripſi itaque [illuc ut mihi codex mitteretur, & quamprimum habere potui cœpi tranſcribere]: quod dum facerem, & aliquoties deſeſſus à ſcribendo, velut quietis gratia, evolverẽ codicem, egregium cumprimis & antiquum; multæ aliæ occurrebant hiſtoriæ Sanctorum non impreſſæ. Veritus ne & ipſæ perirent in tanta temporum acerbitate, volui eas cum S. Reſtitutæ Vita jungere.

C

de Vita Latina è Branenſi Ms. accepta.

cum aliis Sanctorum Actis,

18 Interim neſcio quo pacto ſenſim accrevit animus ad majora: ut videlicet quidquid ſupereſſet otii à communi onere Religionis, totum id conferrem ad Vitas Sanctorum, tum quidem plane incurius, ſi me ſuperſtite imprimerentur, nec ne. Cum jam multas collegiſſem, & Francici tumultus feveſcerent indies: ex licentia mei Superioris, poſt pericula aliquot ſatis magna, in hoc Belgium perveni: ubi non ingratum piis eſſe meum laborem ſentiens (ita ut quidam eruditus bonam partem tranſcribendum curarit, quem ad finem neſcio) immo plus ab eis quam à meipſo æſtimari perſpiciens; fidentiore animo tantillum hunc noſtrum laborem evulgare auſus ſum. Sed de his ſatis ſuperque. Ea vero dixerim, ut omnibus appareat, quomodo non præſumptio aliqua me abripuit, ſed multiplicata ſenſim occaſio attraxit ad ſcribendum: quod certe numquã in mentem veniſſet, ſi vel Franciam pacatam, vel doctiores circa hæc occupari velle & poſſe vidiſſem. Jam vero librũ iſtum qui præcedit ordine ultimus, uſque ad duodecimum caput excluſive, in Latinum tranſtulimus, ſenſum ſenſui reddentes, nulla redundantium verborum habita ratione, anno Domini MDXCI, ex verſibus, qui Gallico etiam idiomate ante quadraginta annos excuſi, Arceyum venientibus peregrinis veneunt. Quæ autem à XII capite recentiora ſequuntur, ut ut potui proprio marte edidi; ut propriam ignorantiam ingenue confitens, ſic etiam dolorẽ non diſſimulans, quo ægre fero admodum, Chriſtianiſſimos & nobis utique meliores Patres noſtros, in hac præſertim Franciâ, plurimas res olim geſtas litteris non commendaſſe, quæ nunc nobis eſſent ſummopere utiles.

EX MSS. BELFORTII.

deque hiſtoria Tranſlationis è Gallico rythmo Latine factæ.

E

19 Porro autem cum perditiſſimi noſtri mores miraculis viam obſtruant; vel hoc eximium eſt Reſtitutæ ſanctitatis argumentum, quod miracula hodieque ab illa non deſint. Sane poſtremis his annis Dominus Nicolaus Meſſerius, noſter Canonicus Regularis, idemque Parochus Arcyenſis fide dignus, multa vidit ſe præſente geſta, quæ conſtitutum mihi erat exponere, ſed non eſt conceſſum. Quod autem vel nolentibus vel impeditis doctioribus aggredi auſus ſum, id æqui bonique conſulant pii Sanctorum cultores, etiam atque etiam rogo. Et quod in præcedenti libello pro rei dignitate præſtare non potui, id ſuæ ipſorum devotioni ſuppleant ac conquirant ipſi. Sequentis Hymni, pii & devoti, licet carminis leges uſquequaque non ſervet, auctorem Arcyenſem Parochum vel Vicarium aliquem, eumdemque S. Joannis Sueſſionenſem Canonicum Regularem fuiſſe ut credam; facile adducor ex ultimo verſu, nec non ex reliquo Virginis eccleſiaſtico Officio, in quo idem auctor plane æmulatus eſt Officium illud, quod à prædicti monaſterii Fratribus in feſto ſancti Auguſtini canitur. Nos denique eumdem Hymnum, ex Arcyenſi eccleſia acceptum, aliquot locis obſcuris reſtituimus, & pro coronide hic appoſuimus ad Reſtitutæ gloriam: cujus precibus nos ſalvet Sanctus Sanctorum Jeſus Chriſtus; qui cum Patre & Spiritu ſancto unus & ſolus eſt Deus benedictus in ſecula. Amen.

Nova miracula S. Reſtitutæ.

F *Additur hymnus.*

HYMNUS.

REſtitutæ collaudemus Virginis martyrium:
Corda, manus, ora demus in ejus obſequium:
Ut cum Chriſto conregnemus per ejus ſuffragium.

Reſtituta Romæ nata, nobili progenie;
Soli Chriſto dedicata, voto pudicitiæ,
Mundum ſpernit, refutata procorum congerie.

Pie Chriſtum deprecatur Virginis infantia,
Ne per virum corrumpatur ſua pudicitia.
Angelus hanc conſolatur, promittens ſubſidia.

Ejus voto contriſtatus dæmon nudat gladium,
Dormienti comminatur trux mortis ſupplicium:

AGREG. TERRAC. EX MS.

Virgo pavens deprecatur cæleſte remedium.
Dæmon fugit; illuſtratur Virgo cæli lumine:
Adeſt Chriſtus, ei fatur dulci conſolamine.
Monet ut Sora petatur à beata Virgine.
Dum fatetur ſe neſcire Virgo Soræ patriam:
Chriſtus præcipit exire Lateranam per viam,
Hic promittens invenire ducem ac cuſtodiam.
Sacris dictis acquieſcit: Urbs cum domo linquitur:
Humi cubans requieſcit, ab Angelo rapitur:
Dumque ferri ſeſe neſcit, portis Soræ ſiſtitur.
Soram ducta Reſtituta Angelico lumine,
Non à Dei laude muta mandat Chriſti nomine,
Sit Cyrilli caro tuta à lepræ putredine.
Deum laudat plebs Sorana, cognito miraculo:
Fit Gentilis Chriſtiana fidei ſignaculo,
Idolorum ſpernit fana contempto periculo.
Sacro fonte renovata Chriſtiana concio,
Furibundi decollata Regis eſt imperio:
Quæ cum Sanctis coronata, cæli regnat ſolio.
Sævus præſes admiratur, & dolet atrocius;
Virgo illi præſentatur, quam affatur blandius,
Dîs ut ſacret exhortatur, ne plectatur gravius. D
Fide fulta Martyr Chriſti, iraſcentis animum
Nihil verens, ait: Iſti hoſpites ſunt dæmonum,
Quibus tecum fine triſti par erit ſupplicium.
Reſtitutam cruciari impius Rex imperat,
Scorpionibus tractari, nec eam vi ſuperat:
Nam à Chriſto ſeparari dolore non poterat.
Sponſa Chriſti viſitatur à cæli militia,
Satiatur & ſanatur Angeli præſentia,
Baptizatur, decollatur carceris cuſtodia.
Poſt hæc Sanctam coarctari Rex jubet lampadibus:
Sed frigeſcunt, nec cremari ſe Virgo ſcit ignibus.
Tortor cæcus ſe curari clamat Sanctæ precibus.
Tandem ergo conſummari præcipitur gladio.
Decollatur voto pari, Cyrillus ab impio:
Horum prece coronari poſcimus cum gaudio.
Trinitati ſempiterna ſit glorificatio,
Unitati Coæterni cordis jubilatio,
Ad quam ducat nos materna Virginis oratio. Amen.

DE SANCTIS MARTYRIBVS ALEXANDRINIS,

ACCULO, SIVE AQUILO, AUT AQUILINO, EVANGELIO, ET ALIIS XIV.

G. H.

Ex Martyrologiis ſumpta notitia.

XXVII MAII.

Memoria in antiquis faſtis

ANtiqua *Martyrologii Hieronymiani apographa ab hiſce Sanctis diem auſpicantur, & vetuſtiſſimum Epternacenſe his verbis*: VI Kalendas Junii. In Alexandria Acculi Presbyteri, Euangeli, & aliorum XIV. *In Ms. vetuſto Reginæ Suecia per Holſtenium edito, exprimuntur nomina* Aculi *&* Euangelii. *In Corbejenſi apographo, Pariſiis excuſo, ſunt nomina* Aquili & Euangelii. *Eodem modo nomen* Aquili *habent Mss. Caſinenſe, Cardinalis Barberini, Congregationis Oratorii & Ducis Altempſii Romana, Colonienſe S. Mariæ ad Gradus, Pariſienſe Labbæi & alia cum Notkero. Verum loco* Aquili *legitur* Aquilini *in apographis Lucenſi & Blumiano, item in Mss. Vaticano S. Petri, Rhinovienſi, Richenovienſi, Auguſtano S. Vdalrici, Trevirenſi S. Maximini & aliis: nec in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ ſub annum* 1490 *excuſo; à Greveno etiam, Maurolyco & Felicio, ſed in his duobus & apographo Lucenſi deeſt nomen* Euangelii, *aliquibus* Euangeli. *In ſociis Anonymis* quatuordecim *omnia ubique exemplaria conveniunt. Ms. Aquiſgranenſe habet natalem* S. Accoli Presbyteri, *ac dein inter alios nomen* Aquilini: *ſed hoc de eodem accipiendum eſt.*

2 *Galeſinius iterum ex ſuo Ms. admodum mutilo & confuſo, iſta ſcribit:* Romæ beatorum Martyrum Aquilini, Eliæ, Quinti & Reſtituti. *Ex his* Reſtitutus *ſpectat ad Romanos, ſed ad* XXIX *Maji referendus. Verum hoc die colitur* S. Reſtituta Virgo Soræ paſſa. *At* S. Helias *unus ex Sanctis, qui hoc die primus eſt inter Martyres* Tomis *coronatos, &* S. Quintus *etiam hoc die colitur*, in Sardinia *ex plurium opinione adeptus lauream. Demum* Aquilinus, *de quo hic agimus, aliis eſt* Acculus *&* Aquilus. *Ita etiam in Ms. Auguſtano S. Vdalrici, ſed palæſtrâ omiſſâ, primo loco celebrantur* Aquilinus *&* Elias; *& in Pariſienſi Labbæi* Aquilus & Helias; *& in Kalendario Lucenſi apud Florentinium ſoli* Aquilus & Quintus: *ſed in iſtis Mss. ſolent abſque ullo ordine Sancti Martyres aliqui carptim celebrari.* *confuſa apud Galeſinium.*

C F

3 *Die ſequenti* XXVIII *Maji referuntur paſſi* in Alexandria SS. Aquilinus Presbyter, Euangelius, & alii quatuordecim, *in Mss. Leodienſibus S. Lamberti, & S. Laurentii & in Ms. Florario Sanctorum.* 28 *Maji.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS,

HELIA, LVCIANO, ZOTICO, MARTIALE, VICTVRIO, MVRINA, ET SERVVLO,

TOMIS AD PONTVM EVXINVM. G.

Ex Martyrologio Hieronymiano & aliis.

XXVII MAII. TOmis, Tomi, *aut* Tomos *antiqua urbs in ora Ponti Euxini, in hodiernâ Bulgariâ, olim Mœsiæ inferiori adscribebatur: ubi & Scythia Pontica fuit, ex quâ & vicinis locis* Gothi, *aliquibus* Getæ, *prodierunt, qui & Theophani modo Gothi modo Scythæ nominantur. Inter hos Martyres plurimi fuerunt, quorum multitudo satis probat, fidē Christianam & orthodoxam ibidem floruisse. In quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis & alio Reginæ Suecicæ codice, bi secundo loco post Alexandrinos Martyres censentur his verbis:* In Tomis, *seu* Thomis, Heliæ, Luciani, Zotici, Martialis, Victuri, *&* Murinæ. *Eadem leguntur apud Notkerum. At loco* Heliæ, Victuri, & Murinæ, *scribitur etiam* Eliæ *&* Eletæ, Victori & Maurinæ. *In apographo Corbejensi Parisiis excuso additur nomen* Servuli. *Ex his duo priores* Elias & Lucianus *referuntur in Mss. Trevirensi S. Maximini, Colonien-* B *si S. Mariæ ad Gradus, & Corbejensi nondum excuso: palæstrâ vero omissâ, in Mss. Augustano S. Vdalrici & Parisiensi Labbæi. His cum palæstrâ additur* Martialis *in Ms. Richenovien si. At solus* Helias *memoratur in Mss. Aquisgranensi & Rhinovien si atque Auctario Greveni ad Vsuardum. De* Elia, *cum aliis Romæ à Galesinio adscriptis, in præcedenti Martyrum classe egimus. Ita etiam* Martialis & Zoticus *in Ms. parvo Trevirensi S. Maximini attribuuntur* Africæ *regioni, ex sequentibus Martyribus huc perperam tractæ. Eodem modo* Africæ *adscripti sunt* Martialis & Lucianus, *seu* Litianus *in Mss. Atrebatensi, Tornacensi & Latiensi, uti indicavimus in supplemento Bedæ genuini.* Lucianus *etiam &* Zoticus, *aliis immisti, memorantur in Ms. Leodiensi Ecclesiæ Cathedralis S. Lamberti.* B

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

SACCO, IVLIO, DAMIA, SEV DAAMA, CARPIA ET ALIIS QUADRINGENTIS.

Ex Martyrologio Hieronymiano. G. I

XXVII MAII. TErtio loco *celebrantur in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis hi Martyres, & in Blumiano, Lucensi ac Corbejensi Parisiis excuso, his verbis:* In Africâ Sacci, Julii, Daamæ, Carpiæ. *Quæ eadem habentur in antiquo codice Reginæ Sueciæ, quem Holstenius laudat: sed ibi tertio loco* Damiæ *legitur. In Ms. Epternacensi, omisso* Sacco, *ista memorantur:* In Africâ Juli, Dami, Carpiæ & aliorum quadringentorum. *In Ms. Richenovien si ista traduntur:* In Africâ Saeci, Carpiæ. *Nomina* Sacci & Julii *referuntur in Mss. Aquisgranensi & Parisiensi Labbæi: at solius* Sacci *in Ms. Augustano S. Vdalrici, cujus loco legitur in Ms. antiquo Casinensi,* S. Julii Martyris, & aliorum plurimorum, *quos* quadringentos *fuisse jam diximus.* C F

DE SANCTIS MARTYRIBVS SARDIS,

SALUCIANO, EUTRICO EPISCOPO, CRESCENTINO, TICIANO, QVINTO, SCIABILO.

Ex eodem Hieronymiano Martyrologio. G. I

XXVII MAII. QVarto *loco hos sanctos Martyres proponunt antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa, & his fere verbis:* In Sardinia Salutiani, Eutrici Episcopi, Crescentini, Ticiani, Quinti, Sciabili. *Eadem habet vetus codex Reginæ Sueciæ, & ex eo Holstenius in Animadversis ad Martyrologium Romanum. Loco* Saluciani *scribitur etiam* Salutiani *&* Salustiani, *&* Eutrici *habetur in Epternacensi* Eutropi: *sed is forsan occasione* S. Eutropii, *Episcopi Arausicani, de quo infra, est ibi sic intrusus. In eodem Epternacensi collocatur deinde vox* alibi, *quæ in aliis apographis & codice Reginæ Sueciæ deest. Loco* Crescentini & Ticiani *scribitur etiam* Criscentini *&* Titiani *seu* Tychiani: *&* pro Sciabili, *etiam* Stiabili *&* Stabuli, *qui desideratur in dicto Epternacensi. In Mss. Casinensi & Romano Ducis Altempsii ista habentur: In Sardinia* SS. Eutrici Episcopi, Crescentii, Martiani. *Sed hic videtur* Martialis *esse inter Martyres*

A *tyres Tomitanos ſupra relatus. Omiſſâ palæſtrâ* Eutricus Epiſcopus *eſt in Mss. Barberiniano, & Trevirenſi S. Maximini. Indicantur in Ms. Auguſtano S. Vdalrici nomina* Salvatiani, Eutrici, Quinti, Stabili. *Eadem ſunt in Ms. Pariſienſi Labbæi, ſed primum nomen rectius ſcribitur* Salutiani *aut* Saluſtiani *ex Ms. Aquiſgranenſi.* Quintus *refertur in Auctario Greveni, & apud Galeſinium, ſed aliis immiſtus, uti ſupra eſt indicatum. In Kalendario pervetuſti Ms. Breviarii, cujus uſus fuit ad partes Rheni, eſt etiam memoria* S. Saluſtiani Martyris. D

DE SS. ALYPIO, EVBIOTO, SIVE EVSEBIOTA, PAULO, ET JULIANA HUJUS SORORE,

MARTYRIBVS APVD GRÆCOS.

Ex Synaxariis Mss. præſertim Divionenſi.

XXVII MAII.

Orum Martyrum memoria celebratur apud Græcos in Ms. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ſpectat ad collegium Claromontanum Societatis Ieſu Pariſiis; item in Mss. Menais Cardinalis Mazarini, & aliis apud Patres Dominicanos etiam Pariſiis aſſervatis; nec non in Mss. Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ, & Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ, his ubique verbis. Et Sanctorum Martyrum Alypii, Eubioti, Pauli, & hujus ſororis Julianæ. *In Mss. Menais Divione apud Petrum Franciſcum Chiffletium Societatis Ieſu aſſervatis, memorantur duo priores, ac de primo iſta habentur.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ὅσιος Ἀλύπιος λίθῳ τὴν κεφαλὴν συντριβεὶς τελειοῦται. Eodem die Sanctus Alypius, qui cum lapide eſſet caput ejus contritum, vitam finivit. *Dein additur hoc diſtichon.*

Τὸν εἰς κεφαλὴν γωνίας τιμῶν λίθον,
Λίθῳ κεφαλὴν, Ἀλύπιε, συντρίβῃ.
Dum rite honoras anguli poſitum in caput,
Alypie, lapidem, lapide contereris caput.

B *De altero iſta leguntur:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Εὐσεβιώτης πυρὶ τελειοῦται. Eadem die Sanctus Euſebiotes igne combuſtus martyrium complet, *dein accinitur.* E

Εὐσεβιώτῃ προσδοκῶντι τὸ στέφος,
Τὸ πυρπολῶν πῦρ ὡς ἀέριος ἦν δρόσος
Euſebiotæ, dum coronas appetit,
In rorem aërium vertitur ignis vorax.

DE S. THERAPONTE PRESB. MART.

D. P. *IN SARDIENSI LYDIÆ DIOECESI.*

Synopſis & loca martyrii ex Synaxariis Mss.

XXVII MAII.

Nomen diebus variis relatum in Synaxariis,

C *ſed potiſſimum 27 Maji.*

Ardienſis in Lydia Eccleſiæ Presbyter Therapon, *cultum hoc die ſuum habet in Synaxario Chiffletiano atque Ambroſiano ſignato F. O. num.* 148, *cum eodem elogio quod reperimus in Claromontano ad* XXVI; *& in eo quod dedimus ſub nomine Baſilii Imperatoris, alteroque quod apud Combefiſium Pariſiis reperimus ad* XXV; *in duobus vero Mazarinianis ad* XXVIII. *In hac tanta diverſitate placet tenere* XXVII, *quia eidem, ut certior index, adſtipulatur Ephemeris Græcorum metrica: non ea quam initio hujus menſis explicuimus, ſed qua ſparſim ad dies ſingulos reperitur in Synaxario Chiffletiano, quandoque diverſa ab altera, ubi ſic habetur:*

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ πύψαν θεναρὸν Θεραπωνίδα,
Vicenam ſextamq; ſequens Theraponta flagellat.

Ibidem etiam Diſtichon legitur, elogio ex more præmittendum, hujuſmodi.

Μαστίξι θνήσκων Δεσπότᾳ τῷ σῷ χάριν,
Εὕρες θεραπὼν χρηματίσας, Θέραπον.
Amore Domini verbera excipiens Tui,
Servum eſſe, Therapon, te comprobaſti bonum.

Hoc enim ſignificat ipſum nomen Therapontis. *Convenit etiam quoad diem Martyrologium Arabo-Ægyptium, in Maronitico Romæ Collegio ſervatum, atque ex Græcorum ritualibus ut apparet deſumptum fere totum, quoad dies & nomina Sanctorum. Sed elogium proferamus ex Ms. Claromontano.*

Synopſis martyrii,

2 Οὗτος ἦν Ἱερεὺς κατὰ τὴν μετρόπολιν Σάρδις καὶ διὰ τὴν ἀρίστην αὐτοῦ πολιτείαν κρατηθεὶς παρὰ τοῦ Ἄρχοντος Οὐαλεριανοῦ, τοὺς Χριστιανοὺς διδάσκων, δεσμεῖται καὶ ποιναῖς ὑφίσταται. Μετὰ ταῦτα ἄγεται δέσμιος Συναὸν καὶ Ἄγκυρα καὶ ἐπὶ τὸν Ἀσταλῆ καλουμένῃ ποταμῷ, ὕπτιος ἐπ' ἐδάφους ἁπλωθεὶς καταξέεται ἑπτὰ ταῖς σάρξας· καὶ πανθεῖσα ἡ γῆ τῷ αἵματι αὐτοῦ φυτὸν βαλάνου ἀνέδωκε μεγίστον λίαν, ὃ μέχρι τῆς σήμερον δείκνυται ἀειφυλλον ὄν, πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἰώμενον· ἔπειτα ἄγεται ἐκεῖθεν ὑπὸ τὸ θέμα τῶν Θρᾳκησίων παρὰ τὸν ποταμὸν Ἕρμον, ἐν ᾧ ἡ ἐπισκοπὴ ἡ λεγομένη Σάταλα, ὑπὸ τὴν μετρόπολιν Σάρδις πέλουσα· καὶ πολλαῖς ὑποβληθεὶς ἀικίαις ἔσχατον τὸν τῆς μαρτυρίου στέφανον ἐκομίσατο. *Qua ſic Latine leges.* F

3 Hic cum eſſet ſacerdos in Metropoli Sardenſi, propter optimam ſuam converſationem comprehenſus eſt à Valeriano Præſide cum Chriſtianos doceret. Vinctus ergo variis pœnis ſubjicitur: poſt hæc ligatus abducitur Synaum & Ancyram: & prope flumen Aſtalen dictum, ſupinus ſuper pavimentum extenditur; ejuſque carnes virgis adeo lacerantur, ut ſanguine ejus tellus irrigaretur: ubi germen quercus plantam maximam germinavit, quæ uſque oſtenditur perpetuis foliis viridis, ſua virtute morbum omnem languoremque curans. Poſt hæc inde abductus fuit in ditionem Thraceſiorum prope fluvium Hermum, in Epiſcopatu Satalorum, ſub Metropoli Sardis; ubi plurimis ſubjectus ærumnis, tandem martyrii coronam ſuſcepit. *variis in locis tolerati:*

4 *Eadem fere leguntur in aliis quæ allegavi Synaxariis, ſub exigua paucorum verborum diverſitate; niſi quod in Baſiliano circa initium dicatur;* multos ethnicos & infideles convertiſſe ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum & baptizaſſe. *Quod ad loca attinet in Elogio memorata; præter ipſam Lydiæ metropolim, in qua Sacerdotio functus* *in Lydia conſummati.*

A *functus est sanctus, notabilis est* Synaus, *urbs Episcopalis Phrygiæ, sub Archiepiscopo Hierapolitano : item* Ancyra, *urbs Galatiæ, in Basiliano Synaxario prætermissa ; &* fluvius Hermus, *Lydiam irrigans ; ac denique* Episcopatus Satalorum, *sub jam dicta metropoli : quæ cum esse dicitur in regione* Thracesorum, *non debemus Thraciam, Europæ regionem, Constantinopoli vicinam* D *cogitare : sed aliquam Lydiæ portionem, cui tamen ex Thracia inducti Milites ad præsidium, potuerunt nomen indidisse.*

DE S. THERAPONTE HIERO-MART.

EX CYPRO CONSTANTINOPOLIM TRANSLATO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus cultu & ordine, deque martyrii & translationis tempore, ac miraculorum historia ex Ms. Græco.

D. P.

XXVII MAII

Græcorum Typicon, ex usu S. Sabæ seu monasteriorum Terræ-sanctæ descriptum, non illius, de quo jam diximus Sardicensis Presbyteri ; sed alterius ex vulgi opinione in insula Cypro quondam Episcopi, tanquam præcipuo cultu hoc die afficiendi, & quidem solius, nomen proponit sub titulo Hiero-Martyris : *quem etiam hoc die in Antiochena ecclesia cultum esse mox infra cognabimur probabile facere ex Actis S. Phanurii. Ipsum sub ejusdem diei determinatione Constantinopolim colendum esse ex Cypro translatum, persuadet Ephemeris figurata Moschorum indidem accepta, in qua non ut Presbyter, sed ut Episcopus pingitur : hujus tamen Ordinis expressa appellatione abstinemus in titulo ; malumusque, ut invenimus,* Hiero-Martyrem *scribere. Elogium ejus, & quidem prius quam Sardicensis Presbyteri, fidem memoratæ Translationis faciens, invenitur etiam in Mss. Synaxariis Claromontano ac Mazarinhiano, & Mediolanensibus quibusdam, ad hunc eumdem diem ; ut mirum sit, quomodo Menæa, collecta ex libris ad usum ecclesiarum Constantinopolitano Episcopatui subjectarum potissimum scriptis, idem elogium, quod alii ponunt die* XXVII, *collocent die* XIV. *Sic autem illud Græcè sonat.*

Therapontis præcipuus hoc die cultus CP.

2 Οὗτος ὁ Ἅγιος πόθεν τε ἦν, καὶ πόθεν ὥρμητο, ἢ ἐκ τίνων ἔφη, ἢ καθ' ὃς ἐγένετο χρόνους, ἢ τίσι παρατάξάμενος ἐνίκησεν, εὑρὼν ἐν τῷ μαρτυρίῳ στέφανον, οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν, τῶν ὑπομνημάτων αὐτῷ συνδιαφθαρέντων τῷ χρόνῳ. Ὅτι δὲ ἡ μονήρη βίον εἵλετο, δηλοῦσιν αἱ εἰκόνες αὐτοῦ, ἐπὶ τοιαύτης ἰδέας καὶ σχήματος αὐτὸν ἀναγράψασαι· καὶ ὅτι Ἐπίσκοπος κατὰ τὴν Κυπρέων γέγονε νῆσον, καὶ ὅτι τῷ Χριστῷ προσελήλυθε διὰ μάρτυρος, καὶ ἀθλητικὸν ἀγῶνα διήγυσεν, ἐξ ἀρχαίας φήμης κατὰ διαδοχὴν παρειλήφαμεν, καὶ ἀγράφως παρὰ τῶν προγενεστέρων διδαχθέντες πιστεύομεν. Ἀνελύθη δὲ τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν, τῶν Ἀγαρηνῶν βασευσαμένων τῆ Κυπρέων νήσῳ ὑποθέσθαι, αὐτοῦ τοῦ Ἁγίου δι' ὑποφανείας μεδιστεθῆναι κελεύσαντος· καὶ νῦν ἔνθα κεῖται, πηγὰς θαυμάτων ἀναβλύζων ἑκάστοτε.

C *quamvis Acta lateant,*

imagines monachum faciunt, fama Episcopum & Martyrem.

3 *Hæc ibi quæ iisdem verbis pro* XXV *Maji inveniuntur in Synaxario Combefisiano Parisiis, alibi vero ad* XXVII *sicut dictum est, & sic Latine redduntur :* Unde hic Sanctus fuerit, & unde advenerit, aut quibus parentibus natus sit, vel quo tempore vixerit ; aut quibuscum congressus retulerit victoriam, inventâ martyrii laurea, nescimus dicere ; cum ejus monumenta omnia, temporis lapsu, perierint. Tamen quod monasticam vitam tenuerit, manifestant ejus imagines, tali figura & habitu eum exprimentes.

Saracenis Cypro imminentibus transfertur CP.

Quod autem Episcopus fuerit in Cypro insula, quodque Christo per sanguinem fuerit conjunctus, agonem athleticum sustinens, veteri per traditionem fama accepimus, & absque scripto sic à majoribus edocti credimus. Allatæ sunt sanctæ ejus Reliquiæ Constantinopolim, quando Agareni cogitabant de aggredienda insula Cypro, ipso Sancto per E apparitionem jubente se transferri : ubi autem nunc jacent, fontes quotidianorum miraculorum emanant.

4 *Horum miraculorum partem scripsit gravis & oculatus testis : à quo in Ms. Græco Laurentianæ Bibliothecæ Florentiæ, Codice,* XIV *Plutei* IX, *invenimus compositum,* Ἐγκώμιον εἰς τὰ θαύματα τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Θεραπόντος. Encomium in miracula S. Hiero-Martyris Therapontis, *idque velut* Μηνὶ Μαΐῳ κϛ', Mensis Maji XXVI, *recitatum recitandumque in ejus festo : sed erratum esse in littera numerali persuadent supradicta : Non etiam inducere possumus animum ut suspicemur Sardiensem illum Presbyterum, de quo supra egimus, & de cujus martyrio tam multa in particulari narrantur, eumdem esse cujus corpus ex Cypro sic est allatum, ut de ejus martyrio nihil certi haberi toties & tam expresse dicatur, & seorsim de utroque agunt rituales Græcorum libri. Auctor enim Encomii primo capite patriam, gentis, ascesim, ordinem, miracula & passiones viventis ingeniosa quadam præteritione sic perstringit, ut licet num.* 2 *dicat, se ea in miraculorum narrandorum fundamentum præsupponere ; quia, inquit num.* 2, horum memoriam vos ipsi in animis vestris adhuc, ut puto, conservatis, *veluti superfluum duceret ea pertractare : revera tamen dat causam judicandi, memoriam istam perquam confusam incertamque fuisse ; & talem ut satius crediderit eam dissimulare. Ex iis quæ verbosa illa præteritione attingit, aliud nihil ipsum videas habuisse definitum, quam quod suus* Therapon *Monachus fuerit, & cruentum de se sacrificium obtulerit Deo, per passionem martyrii ; ne hoc quidem expresse dicens quod fuerit Presbyter ; tantum abest ut dicat fuisse Episcopum ; quorum tamen postremum indicat titulus* Ἱερομάρτυρος.

ubi miraculis claruit, quæ dantur ex Ms.

F *priora omnia per præteritionem transiliens.*

5 *Suspicor autem quod* Sardicensis Therapon, *qui simpliciter dicitur fuisse* Sacerdos, *multo antiquior fuerit hoc altero posteriore, qui ut* Monachus *pingitur. Et quia Cyprus insula Monachos nullos habuit ante S. Hilarionem, tota illa traditio videtur cum illius temporis historia posse conciliari, si sanctus hic* Therapon, *persequentibus ecclesiam Diocletiano & Maximiano, præcipue autem Episcopos Presbyterosque ad necem quæri jubentibus, ex Cypro (ubi Episcopus erat) fugerit in Ægyptum, ibique factus Monachus, continuante ibidem persecutiones Maximino, Martyr obierit : cujus corpus in Cyprum retulerint negotiatores insulares, qui forte tunc aderant, & suum olim Episcopum norant. Quod vero attinet ad metum Saracenorum, qui Translationi Constantinopolim faciendæ causam dedit ;*

Videtur in Ægypto Monachus & Martyr effectus.

sub Maximino.

Auctore D. P.

dedit; duplicem eum notat Auctor Encomii; primum, quo ſe transferri Martyr vetuit: alterum, quo juſſit. Et primi quidem tempus fuiſſe videtur S. Iuſtiniani Imperatoris anno VII, *Chriſti* DCXCI, *quando is pacem cum Saracenis rumpens, eorumque incurſionibus patere Cyprum intelligens, ejus incolas alio transferre conatus eſt, infelici ſucceſſu; pauci qui remanſerant nihil damni patientibus, inter quos fuerint ii apud quos* S. Therapontis *corpus requieſcebat. Secundus metus fuiſſe potuit anno Nicephori Imperatoris* V, *Chriſti* DCCCVI, *quando* Aaron Arabum Dux, *ſicut apud Theophanem legitur*, claſſe in Cyprum deſtinata, eccleſias evertit, Cyprios in alias provincias deſtinavit, & multis captivis abductis pacis fœdera violavit.

transfertur an. 806,

in eadem D. V. de Olea,

5 *Reſtat quærere eccleſiam, ubi, tranſlatum Conſtantinopolim corpus, poſt aliquot annorum moram in edicula humili, publico alibi cultui rurſus expoſitum fuit, & miraculis inclareſcere cœpit. Horum auctor num.* 12 nuncupat τὸν εὐκτήριον οἶκον τῆς Θεομήτορος, ὅσις τὴν ἐλαίας ἐπωνομάζετο, Oratoriam domum Dei matris, quæ ab olea cognominatur. *Sed ejus inveniendæ nulla nobis ſpes eſt, quando eam nequivit reperire eruditiſſimus & laborioſiſſimus* Cangius, *libr.* 4 *Conſtantinopolis ſacræ cap.* 1, *quadraginta novem eccleſias enumerans quas reperire potuit, in urbe illa Regia, Deiparæ fuiſſe conſecratas; quibus tamen & hæc, & alia forſan plures addi poſſint. Merito ſane Vrbs illa Deipara dicitur, ejuſque patrocinio ſpecialiter ſemper fuit gloriata: quæ etiam (ſicut ex Menæis diſcimus) quotannis* XVI *Auguſti facit* Commemorationem magnæ & ſuperabundantis clementiæ, quam excepit divinitus, quando impii Agareni cum verecundia repulſi ſunt; mediante ſanctiſſima Domina noſtra, Dei Matre & ſemper Virgine Maria; *ſub Leone Iſaurico: quapropter, & propter alia beneficia, in tituló Natalis ipſius Vrbis, qui agitur ſolemniſſime* XI *Maji, dicitur* Conſtantinopolis, καθ' ἑξαίρετον ἀνακειμένη τῇ Δεσποίνῃ ἡμῶν τῇ ἁγίᾳ Θεοτόκῳ, καὶ ὑπ' αὐτῆς διαπαντὸς σωζομένη, *id eſt*, ſingulariter commendata Dominæ noſtræ ſanctæ Deiparæ, & ab illa ſemper conſervata.

cui eſt urbs ipſa commendata.

MIRACVLA

Auctore Synchrono, ut plurimum teſte oculato

ex Ms. Græco Bibliothecæ Laurentianæ Florentiæ Plut. IX *Cod.* XIV.

Interprete Daniele Cardono S. I.

CAPUT I.

Vitæ & martyrii Acta per præteritionem indicat Auctor, ſuæ ſibi conſcius tenuitatis.

Miracula Sancti ſcripturus

1 INgens profecto mihi de magni viri laudibus ad vos dicendi aperitur campus, dum variis è partibus varii aures noſtras ſermones circumſonant, narrationibus, non fictis quibuſdam aut hiſtorico ornatu fucatis animum demulcere natis, ſed quæ illis, quibus ut narrantur facta ſunt, vim ſuam & auctoritatem, fidem ex ſeipſis faciunt. Non enim argumentum nobis eſt propoſitum, de obſoletis quibuſdam actis, quibus vetuſtas ſua prærogativam concedit, ut velut antiquata ad veroſimilitudinem potius quam ad certitudinem aptata profetri poſſint: ſed aſſumptæ à nobis hiſtoriæ admiranda viventibus producuntur ut certo talia, licet communem opinionem excedentia. De Miraculis enim præſens eſt ſermo, quorum admiratione omnis tribus & lingua, quin & orbis tantum non univerſus, cum ſit repletus, non manus modo noſtræ ad plaudendum, aut ora ad Deum in hymnis laudandum excitantur, ſed ad hæc ipſa conſcribenda encomia, & operum tam admirabilium effectorem Therapontem exornandum impellimur; ut videlicet una cum ipſis laudationibus memoria juſti ſanctique hominis numquam non inter homines celebretur. Attamen cum in meipſum mentis meæ oculos converto attentius, illud ſane mihi datur intueri, quam non ſufficiam ad ſuſtinendam tanti moliminis difficultatem, qui ab operibus rectè factis; & à ſermonis elegantia ſum plane imparatus. Ceterum habenas laxans, meipſum tradidi iis quæ ſe offerunt narrandis, divino huic Martyri fidens, ut qui poſſit, quantam in mirabiliter operando virtutem ipſe habet, tantam mihi in dicendo facultatem tribuere. Nec enim minori opus eſt efficacia, quam is qui laudatur habuit, volenti dignum illi encomium condere.

ſuam exiguitatem tenuitatemque

2 Quod ſi ex illo hominum genere ad audiendum viderem convenisſe, qui, cum profana ſcientia & eruditione multum valeant, eam in laudationibus

Πολλοί μοι τῶν λόγων ἡ παρήγυρις, ἄλλοθεν ἄλλῃ περιβομβοῦντος τῷ ἀκοῷ διηγήμασιν, οὐκ ἀπαγηλοῖς ἱστορικῇ κομψείᾳ τὴν νῦν παρεσύρουσιν, ἀλλ' αὐτοῖς οἷς παθὼν ἕκαστος ἐξ ἑαυτοῦ τῷ πίστιν τῶν λεγομένων ἔχει λαβών. Ἔστι γὰρ ἡμῖν ἡ περὶ νεκρωθέντων πραγμάτων ὑπόθεσις, ὧν ἡ παλαίωσις ἀξιοπίστων τοῖς ἱστοροῦσιν οὐ δίδωσι, πιθανῶς μᾶλλον ἢ ἀληθῶς τὰ ἐδη φθαρέντα προφέρεσθαι. Τῆς δὲ νῦν ἡμῖν ἀγῶνος ζῶσιν ὡς ἀληθῶς ἡ ὑπὲρ αὐδησιν κινοῦνται τὰ θαύματα. Θαυμάτων γὰρ ἡ παροῦσα ὑπόθεσις, ὧν ἅπασα φυλή τε καὶ γλῶσσα, μικρῷ καὶ τὰ ὑφ' ἥλιον πάντα πληρώματα, οὐ χεῖρας μόνον ὑπερτείνει, καὶ στόμα πρὸς ὕμνον ἀναπέμπει, ἀλλὰ καὶ λόγοις ἡμᾶς ἐγγράφειν προτρέπεται, καὶ τυτωνὶ τὸ θαυμάτων τὸ αἴτιον ἐγκωμιάζειν Θεράποντα, ὅπερ μετ' ἐγκωμίων ἀεὶ τὰ τῶ δικαίῳ τελῆται μνημόσυνα. Ἐγὼ δὲ καίτοι τῷ ἐμαυτοῦ ξυνειδότι βαλλόμενος, ὡς οὐκ ἀρκέσω διεξελθεῖν τὸν ὄγκον τοῦ ἐγχειρήματος, ἅτε πενόμενος λόγου καὶ πράξεως· ὅμως ὑφωτάσας, ἐμαυτὸν τοῖς προπίπτουσι δέδωκα, τῷ θείῳ Μάρτυρι τυτῳ τεθαρρηκὼς, δυνατῶς ἔχοντι ὥσπερ τοῖς θαύμασιν, οὕτω δὴ καὶ τοῖς λόγοις τὸν εὐπορίαν χαρίσασθαι. Οὐκ ἤτιμα γὰρ τοῦ εὐφημοῦντος δεῖται δυνάμεως, ὁ κατ' ἀξίαν ἐκείνου πλέκων τὸν ἔπαινον.

2 Εἰ μὲν οὖν ἑώρων τινὰς τῆ ὄψει τὸν ἔξωθεν χαίροντας, ὡς ἐκεῖνοι τοῖς ἐγκωμίοις ὀπτιδέασιν· εἶχον ἂν καὶ πατρίδος λαμπρᾶς καὶ γένους ὀφειλῶν πρῶτον, ἀναγραφῆς τε θείας καὶ πράξεων, καὶ τοῦ καθεξῆς ὀπτηδευμάτων, ὧν ἐκεῖνος ὡς ἄλλος οὐδεὶς κατὰ τὸν βίον ἐτέλεσεν, μηδὲν ἀρετῆς ἕδος ὑπολειπόμενος ἄπρακτον· οὕτω γὰρ ἂν προκαταλαβὼν τῷ λόγῳ δεμέλιον, τὸ τοῦ θαυμάτων ἱερὸν ᾠκοδόμησα τέμενος. Ἐπεὶ δὲ ἡμῖν ὁ πρὸς ἐκείνους ὁ λό-

A ὁ λόγ☉, ὃς τέχνῃ μὲ ῥητόρων ἀκμαῖ θεραπεύεσθαι, ἀλλὰ πρὸς ἄνδρας ἁπλῶς πολιτευομένους, ὧν ἡ ἀκοὴ τῶν ἀτέχνων μόνων τῷ λόγῳ διδασκαλίαν ἀπεριέργως ἐκδέχεται· φέρε, τὰ παλαιὰ τοῦ Ἀνδρὸς ὑπερβῶμεν γνωρίσματα. Τούτων γὰρ καὶ ὑμεῖς ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν μνήμῃσι προκαταθέμενοι, ἐποικοδομῆσαι ζητεῖτε τῷ σταυροῖ τοῦ θαυμάτων χορηγὸν ἐπίδειξιν· ὧν ὁ Μάρτυς αὔξων ὡσήμερον ψυχὰς τελετουργεῖ, καὶ πρὸς ἀρτιότητα φέρει τὰ Σώματα, ὥστε φθάνειν καὶ δι' αὐτοῦ τοὺς πιστεύοντας εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματ☉ τοῦ Χριστοῦ.

3 Ἀλλὰ τί πάσχω, πρὸς ἀφωνίαν ἐπ' ἄπειρον, ἐπάγων τὸν λογισμόν; Πολλάκις γὰρ ἐπὶ τὸ πρόσω χωρῶν καὶ τοῦ θαυμάτων εὑρεῖν ἀπαρχὰς ἑρεσσῶν, εἰς τὰ ἀρχαῖα πάλιν καθίσαμαι, καὶ σχεδὸν ἔχω πόθεν ἁρπάξασθαι, τῷ πλήθει τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς συγχεόμεν☉. Ἔνθεν ἕλκει τὸν νῦν τὰ νεαρὰ καθοσιωθέντα, ἐκεῖθεν ἀντέλκει πάλιν ἐκ τῆς ἑώας, ἐξ ἧς καὶ γεγέννητο, τὰ παλαιὰ προτερήματα, καὶ οὐδὲ βιαλαθοῦσι παραχωρεῖ παρελθεῖν, οὐδὲ ἀγέρασ☉ ἡ B συνεχοῦσα τὸν εὐφημούμενον μένειν ἀνέχεται. Ταύτῃ δὴ καὶ νενίκημαι, κἀντεῦθεν ἅμιλλα κατάρξασθαι, καὶ οἱονεὶ πρόδρομον ἑαυτοῦ τινα τῷ λόγῳ προκατασκευάσασθαι. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτῷ καλῶς ὁ βί☉ ἐκεῖσε διλωσατο, καὶ ἡ μονήρης ἀσκητικὴ παλαίστρα ξενωθεῖσα ἱερουργεῖτο, τὰς ἡρεμαίας αὐλὰς καὶ Θεῷ ἐγγιζούσας διώκοντι, τοῖς δὲ αἵματ☉ τέλ☉ ἱδρῶσι καὶ πόνοις ἐγκαρτερεῖ· κακεῖθεν σομᾶται τὸ Σῶμα πρὸς δυνάμιν ἄῤῥητον, θείοις δὲ σέβεται τὸν ψυχὸν θεωρήμασιν, καὶ μετὰ τοῦ ἄθλων αὐτοῦ εἰς οὐρανοὺς ἀναφέρεται, τοῖς τοῦ ἀσωμάτων αὐτόθι χοροῖς ἀριθμούμεν☉.

4 Βαβαὶ, τὴν ἱερουργίας καὶ μυστικῆς τελειώσεως! Οὐ λιβανωτὸν ἀποθύει, καὶ τοῖς ἔξωθεν περιραντηρίοις ἁγνίζεται· ἀλλ' ὅλον ἑαυτὸν φυράσας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μὲ τοῖς αἵμασι, καὶ τούτοις ἀναλαφεὶς πρὸς πνευματικωτέραν ἀνδρειότητα, ὅλον ἑαυτὸν ἐκείνῳ καλλαθέα καὶ Σπένδεται, τοῖς ἑαυτοῦ καὶ Χριστοῦ τελειούμεν☉ αἵμασι· Θαῤῥῶ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι καὶ Χριστοῦ τὰ τοῦ αὐτοῦ μαρτύρων Σώματά τε καὶ αἵματα, ὅτι καὶ μέλη Χριστοῦ καὶ εὐωδία γεγόνασιν. Ταῦτα μὲν ὡδέπως εἶχεν, καὶ ἱερῶς ἐκτετέλετο· Τίς ἡ τοῦ Ἄβελ θυσία, καὶ Νωὲ, καὶ τῶν ἱερουργησάντων πάλαι δικαίων, καὶ διὰ τοῦτο τελειωμένων Θεῷ, ἀνάγκαιόν τε τῷ μνήμῃ ἐσχηκάτων τοῦ κατορθώματ☉; Οὐχ' ὁ μὲν ἄρνα πρωτότοκον, ὁ δὲ καὶ εἴ τι πλέον, ὅμως ἄλογον φύσιν προσλιγκεν; καὶ ἄλλ☉ ὅτι παρ' ἑαυτοῦ ἐφυγὸν ἀξιόλογον πρὸς τὸ οἰκειωθῆναι Θεῷ ἀνεκόμισεν; Εἰ δὲ τοσοῦτόν ἐστι τῆς θείας φιλανθρωπίας τὸ ἄπειρον, ὥστε καὶ τοὺς μικρὰ τῶν ἔξωθεν φερονίας ἐσοικίζασθαι, καὶ θεράποντας ἰδίους καὶ φίλους ἀποκαλεῖν, τοὺς ὑδὲν ἴδιον, ἢ τὰ δοθέντα παρὰ Θεοῦ πάλιν αὐτῷ ἀναφέρεσθαι· τίνας οὐκ ἂν καλέσοι, πῶς δὲ οὐκ ἂν προσλάβηται; καὶ οἰκειώσηται τοὺς ὑδὲν ἄλλο τῶν ὧδε μενόντων ἀλλ' ὅλους ἑαυτοὺς αὐτῷ θύσαντες οἱ καλοὶ στρατιῶται τῆς πίστεως, τῆς ἀληθείας οἱ μὴ φθειρόμενοι Μάρτυρες, ὄντως ὁλόκληρα θύματα τελεία τελείῳ ἱερουργῷ καὶ ἱερουργήματ☉ Θεοῦ Σαρκωθέντ☉, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν δι' αἵματ☉ τοῦ ὁμολογίαν τελεσανῖ☉.

5 Τούτῳ γὰρ δὴ τῷ θείῳ καὶ νεῷ ἐγκαινιζόμεν☉ ὁδηγῷ χρησάμενον☉ αἵματι, σφραγίζει τὸν βίον τοῦ τελειωθέντος τὴν ἑαυτοῦ μαρτυρίας τῷ αἵματι· καὶ ὅτως ὁν

fuis deſiderari minime patiuntur; dicendum utique mihi foret ante omnia, quam illuſtre ſolum natale, quam nobiles is quem laudamus nactus fuerit progenitores. Tum inſtituenda nobis eſſet oratio de plus quam humana ad Deum converſione, de operum è virtutis norma actorum multitudine & excellentia; deque aliis, quibus ipſe, ut nemo unquam, eluxit, perfectæ vitæ officiis; cum præſertim nullius hic virtutis exercitium cognoverit faciendum, quod non ipſo etiam opere executus ſit: hoc enim poſito fundamento, jam reliqua de admirandis ejus ac ſupra naturam operibus narratio, quaſi pulcherrimum quoddam templum, facilius conſurgeret. Sed cum ad illos mihi dicendum nequaquam ſit, quorum aures artificium & reliqua elaboratæ orationis lumina requirunt; quin il potius adſint, qui familiarius educati, doctrinam ſolum, non etiam elegantiam in oratione aut curioſitatem ſpectant; age, antiqua viri tanti decora ſilentio prætereamus. Horum enim & vos ipſi memoriam in animis veſtris adhuc, puto, conſervatis; ſupra quam ædificare contenditis eam miraculorum hic primum referendorum narrationem; quam quotidie in immenſum augens ſanctus hic Chriſti Martyr, animos ea audientium non parum perficit, & corpora etiam in novitatem quamdam transfert, ut per ipſum tandem concedatur credentibus, evadere in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.

AUCTORE COÆVO EX MSS.

& omiſſis vitæ actis antiquis,

ſolum retentiora narrare propenſ.

E

3 Sed quid agb, quando infantiam meam apud vos non diſſimulans, in immenſum tamen orationem proveho? Etenim dum antiquiora ſæpe conor præterire tacitus, & mirandorum operum aliquod reperire initium, in eadem rurſum vetuſtiora devolvor, nec unde dicendarum rerum exordium ducam invenio, multitudine virtutum clariſſimarum in viro tam præclaro elucescentium obrutus. Hinc quippe ea quæ recentiſſime ab illo ſunt præclare acta cogitationes meas abripiunt; inde retrahunt quæ narrantur ex partibus Orientis, unde & natus eſt, conceſſæ illi prærogativæ, & quantumvis volentem, prætermittere ea ſilentio non ſinunt: & quę laudabilē virum tulit tellus, haud eum à ſe patitur illaudatum manere. Hac ego ratione victus ſum, fateor, & inde faciendum eſſe dicendi initium arbitrabar, ut pulcherrimam hanc auroram exhibendis in oratione virtutum omnium radiis præmitterem. Certe poſtquam inſigniter ad illud uſque ætatis eſt vivendo progreſſus, quo ſolitariæ vitæ exercitationibus vacare primum cœpit, quietas eremi ſedes, in quibus Deo facilius appropinquatur, ſummo ſtudio complexus, omnes ad ſanguinem uſque moleſtias & labores forti ac generoſo animo pertulit; unde dici nequit, quam ad omnes vitæ hujus difficultates ſuperandas corpus ejus duratum fuerit, & quomodo interim divinarum rerum contemplatione animus exultarit, qui poſt ſuperatos tandem agones omnes liber in cælum evolavit, ac ſpirituum corporeæ omnis concretionis expertium choris fuit immixtus.

F

& anachoreſin ejus atque martyrium,

licet agre ſe poſſit continere quin ad anteriora reſpiciat:

4 O inſignem Deo ſeſe initiandi rationem! O quale ſacerdotium! quam myſtica ſacrificii conſummatio! Non thuris ille ſuffitu Deo litat, nec affuſis extrinſecus aquis mundatur: ſed totum ſeſe Chriſti Dei mei fermentans ſanguine, eoque nutritus uſque ad ſpiritualem virilitatem, Chriſto ſeſe totum ſacrificat & immolat, ſuum pariter & Chriſti libans ſanguinem; abſit verbo invidia, quia Martyrum corpora atque ſanguis, Chriſti quodammodo ſunt: quandoquidem facti ſunt membra Chriſti & bonus odor. Verum qua hæc omnia ratione ſeſe habuerunt, & quam ſacro modo ſunt perfecta? Quale, oro, ſacrificium dicendum eſt fuiſſe Abelis, & Noë, & aliorum id temporis Juſtorum, rebus ſacris

quo ſe ipſe Deo hoſtiam fecit,

operantium,ac propterea conſecutorum honorem à
AUCTORE COÆVO EX MSS. Deo non mediocrem,diviniſque paginis inſcriptam præclari operis memoriam ? Nonne Abel quidem agnum primogenitum; Noe vero, quamvis aliquid fortaſſis amplius,rationis tamen expertem naturam Deo obtulit ? alius vero quod in rebus ſuis Deo offerri non indignum reperit , ad aras & ſacrificium adduxit ? Si tanta igitur eſt divinæ erga homines benevolentiæ magnitudo,ut illos quoque,qui viliora & externa offerunt,in domum ſuam ſuſcipiat,atque in famulorum ac amicorum numerum adſcribat; cum tamen è rebus ad ſe proprie pertinentibus nihil,ſed ſolum à Deo accepta,eidem rurſum repræſentent ; quo,putatis,illos appellabit nomine,quam prompta eos voluntate accipiet, & ſuos inter familiares habiturus eſt , qui non eorum aliquid quæ in mundo debent tandem manere,ſed ſeipſos totos immolant,fidei pugiles pulcherrimi, & veritatis incorrupti teſtes? vere integra & perfecta ſacrificia ejus,qui perfectus ſimul ſacerdos & victima eſt; Dei,inquam, pro nobis corporati ; & propter nos confeſſionem ſuam in ſanguine conſummanti.

quovis alio munere gratiorem.

5 Divino enim hoc ſanguine viam præſignante, is de quo hæc nobis inſtituenda eſt laudatio, extremum quoque vitæ ſuæ finem martyriali ſanguine
B obſignavit; atq; ita in pulcra ſenectute diem obiens, requie beata perfruitur ,ſacras corporis ſui reliquias terræ huic permittendo. Ac illas quidem, virtute veluti divina præditas , ſumma nunc veneratione colimus : ſuntque animarum noſtrarum libationes expurgatoriæ,divinorum chariſmatum theſauri, ſalutarium remediorum acceſſiones,languore emarceſcentium in priſtinum robur reſtitutio, ſenectutis firmamentum, diſciplina ætatis juvenilis, cuſtodia virginitatis,aſceticæ vitæ decora, perfectio ſacerdotum,invicta miſerorum defenſio. Ad haſce pupillus confugit & orphanus,ac ſalute continuo potitur:ad eaſdem ſupplex ſimul atque accidit vidua, nullum ex orbitate ſua dolorem ſentit : quicumque mœſtitia oppreſſus accurrit, ſui mox doloris obliviſcitur : pauper ab illis divitias impetrat, & laboribus conflictatus optata potitur liberatione. Quis comitiali morbo laborans,quis inſanus aut in furorem actus, ad ſacra iſta lipſana ſibi reſtitutus,receptoque naturæ ſtatu debito,ſeipſum alium à ſe non recognovit ? Quis magicis incantationibus miſere conſtrictus, ad Viri ſancti reliquias ubi acceſſit, veneficiorum vincula non continuo abrupit ?

corpus ſuum terræ relinquit.

D *ad commune ſolatium ſe invocantium.*

γήρει καλῷ ἀναπαύεται ; τῇ γῇ παραχαλαβέμενο τὰ τοῦ Σώματο λείψανα · ταῦτα δὴ τὰ τῶν θείαν δωρεὰν κληρωσάμενα ; τὰ ἐνθάδε νεὼ προσκυνούμενα , τῶν ἡμετέρων ψυχῶν τὰ καθάρσια , τῶν ἱερῶν χαρισμάτων ὁ θησαυρὸς , ἡ τῶν ἰαμάτων ἐπίδοσις , ἐκτενηκότων ἀνάῤῥωσις , τοῦ γήρως ἀντίληψις, παιδαγωγία νεότητο , φυλακὴ παρθενίας, κόσμο ἀσκήσεως , ἱερέων τελείωσις , προσασία τῶν δεομένων ἀκτήτο. Ἐνθαῦτα καὶ ὀρφανὸς καταφεύγει , καὶ Σώζεται , καὶ χήρα τὸ ἀνανδρίας οὐκ ᾐσθετο , καὶ τοῦ λυπουντο ὁ ἀλγυνόμενο λέληθε, E
πένης προσῆλθεν καὶ πλουτῶν ἀνεχώρησεν , καὶ ὁ καταπονούμενο τῷ ῥύσῃ Σωλώτησεν. Τίς ἐπίληπτο , ἔνθυς , ἢ ἐκμαινόμενο προσπεσὼν οὐκ ἠλευθερώθη , καὶ τὴν ἰδίαν φύσιν ἀπολαβὼν ἀνεγνώρισεν ; Τίς δὲ ταῖς ἐπῳδοις μαγγανείαις τὸν βίον δεσμούμενο , καὶ τοῖς δ' Ἁγίου λειψάνοις προσελάσας , τοὺς κάλως εὐθὺς τῶν καλαδεσμῶν οὐκ ἔῤῥηξεν.

CAPUT II.

Sacrorum oſſium tranſlatio ex Cypro Conſtantinopolim.

Celebrem in Cypro cultum habent;

6 HIs igitur admirandis viri ſanctiſſimi operibus Oriens quidem repletus eſt univerſus, ſed gratiam ſanitatum Theraponti divinitus conceſſam,uberius experta Cyprus,præcipuo quodam modo oſtentat,in qua etiam eidem Sancto religioſe colendo templum eſt ædificatum. Ibi namque ſacræ ejus & admirandæ Reliquiæ ad venerationem fue-
C runt repoſitæ , quæ laborum à Theraponte in Dei cauſa ſuſceptorum ſociæ fuerant & adminiſtræ. Verum quoniam ſcelerum noſtrorum multitudo, non aliter ac olim Noëtici diluvii aquæ, orbem occupavit univerſum ; & ex aliis locis alii ſedes terraſque alias requirere compelluntur,nec quietis aut ſecuritatis ullus nobis relinquitur locus ; oportuit malis quoq; noſtris participare , ſimulque transferri ſanctorum Martyrum ſacratiſſima lipſana,ut nobiſcum quodammodo patiantur exilium,& male cum Chriſtianis tractari ſuſtineant. Satius namque illis eſt cum fidelibus eſſe etiam fugientibus,quam in barbarorum manus & ludibria incidere.

7 Poſtquam enim peſſimum Agaris germen altiores animos gerere & per orbem dilatari cœpit, ac orinem præcipue Orientem atque Ægyptum celeriter invadens,miſerum in modum arcu & gladio depopulata eſt ; terram eam omnem, quam inſtar paradiſi amœnam & fœcundam ante invenerat,in terram ſolitudinis, quemadmodum ſcriptum eſt, con-
invadentibus inſulam Saracenis eam primum tuentur. vertens ; ipſis tandem etiam inſulis ruinam & vaſtitatem minata eſt acerbiſſimam : tunc,inquam,temporis viſum eſt religioſis reliquiarum S. Theraponti cultoribus ex ipſomet quærere , num fugam ex inſula capeſſendam putaret. Et primum quidem gen-

6 Τούτων τοίνυν τῶν τοῦ Ἁγίου θαυμάτων Ἀνατολὴ μὲν ἅπασα πλήρης , καὶ ἡ Κύπρο αὐχεῖ τὰς ἰάσεις τοῦ Θεράποντο , καλαχόρως τούτων ἀναπολαύσασα , ἐν ᾗ καὶ ἀνάκλορον ἱερὸν τῷ Ἁγίῳ καθίδρυται. Ἐκεῖ γὰρ αὐτοῦ καὶ τὰ τῆς ἱερᾶς ἀγῶνας δεξάμενα ταῦτα τὰ θαυματυργὰ τέως ἐπεχωρίαζε λείψανα. Ἀλλ' ὁπότε τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν τὸ πλῆθο , ὡς πάλαι , τὸ ὕδωρ τοῦ γῆς , κατεκάλυψεν , καὶ ἄλλο ἄλλοθεν ἀλλοχοῦ μελανίσατο , καὶ τόπο οὐκ ἦν ἡμῖν καταπαύσεως · ζυγκακοπαθεῖν ἡμῖν καὶ Σωσπάρειν ἐφκυν τὰ τῶν ἁγίων Μαρτύρων ἡμῖν ἱερώτατα λείψανα , ὥσπερ ἡμῖν τῆς ξενιτείας Συμπάσχοντα , καὶ Σωκακυχεῖσθαι Χριστιανοῖς ἀνεχόμενα. Μᾶλλον γὰρ εἵλαντο τοῖς πιστοῖς Σωζναις καὶ φεύγουσιν , ἢ περιπίπτειν Βαρβάροις εἰς ὕβριν καὶ ὄνειδο.

7 Ἐπεὶ δὴ γὰρ τὸ τῆς Ἄγαρ ἐρπυσικὸν κύημα πρὸς ὕψο ἄρθεν ἐπαλιώτο , καὶ τοῦ Ἐῶαν πᾶσαν καὶ Αἴγυπτον τῷ τόξῳ καὶ τῇ ῥομφαίᾳ καταλῃχον δεινῶς ἐληίζετο , τὰ ἔμπροσθεν εὑρίσκον παράδεισόν , καὶ τὰ ὀπίσω πεδίον ἀφανισμοῦ κατὰ τὸ γεγραμμένον τιθέμενον , ἠπείλει ᾗ καὶ τὰς νήσυς ταχῶς ἐπέρχεσθαι , καὶ ἀφανίζειν ὥσπερ ἀξάλειπτον. Ἔδοξε τότε τοῖς τοῦ Ἁγίου τὰ λείψανα θεραπεύουσι διὰ τοῦ Ἁγίου πυθέσθαι , εἰ ἐκ τῆς νήσυ αὐτοῖς ὀπτρέπει τοῦ ἀναχώρησιν. Καὶ καλὰ μὲν τοῦ πρώτου ἐκεῖσε τῶν Ἑλλήνων Ἀγαρηνῶν κάθοδον μένειν ἐκέλευεν , ὀδὺν βλαβησομένους ἐκ τῆς ἐφόδου τῶν ἀλασόρων καὶ μιαφόνων ἐχθρῶν. Οὗτο δὴ τὰ καὶ γέγονεν, καὶ μένουσι

μένοι & αὐτῷ διεσώθησαν. Ὡς δὲ τὸ δεύτερον εἰς τὴν Κύπρον ὁ τ᾽ Ἀθέων στόλος ἀνήγετο, καὶ αὖθις τὴν ἐρώτησιν οἱ πιστοὶ πρὸς τ᾽ Ἅγιον ἐποιήσαντο, Σωὼ τάχει τότε μεταίρειν ἐπέτρεπεν, ὡς ὅλης τῆς νήσου παραδοθησομένης τοῖς παλαμναίοις Ἀγαρηνοῖς, Σωαίρειν τε αὐτῷ καὶ τὰ πάνσεπτα ταῦτα ὀστᾶ, ὡς ὁ Ἰωσὴφ τὸ πάλαι παρεκελεύετο πρὸς τελαίαν τ᾽ ἀναστωζομένων βεβαίωσιν.

8 Συσκευασθέντες οὖν ἐκεῖνοι Σεβασμίως ταῦτα τῇ λάρνακι Σωαράμενοι, πορθμίῳ τινὶ πεφιτυχόντες ἐπέβησαν. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα λανθάνειν τοὺς Συμπλωΐτας ἐσκέπτοντο, τὸ μέγα κειμήλιον τ᾽ Ἱερομάρτυρος χρύπτειν πειρώμενοι· ὡς δὲ τ᾽ γῆς ἀποβαίνες τὴν ἐπὶ Κωνσταντίνου πόλιν ἔσπευδον, εὐωδία τις ἐν τῷ πλοίῳ Συχνῶς ἀνεδίδοτο· οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν οὐδὲ φεύγοντα Δίκαιον κρύπτεσθαι, καὶ φθόνῳ καθέχειν τοὺς ἰαμάτων τὴν ἔκρυσιν. Τότε γίνεταί πρᾶγμα παράδοξον. Τῆς γὰρ νηὸς ἐκ πρύμνης ἐλαυνομένης τῷ πνεύματι, καὶ τ᾽ ὀθόνης ὅλῳ τῷ κόλπῳ χωρούσης τ᾽ ἄνεμον (ἦν δὲ Ἀπηλιώτης ἡσυχίας πνέων ὁ ἄνεμος) ἄφνης ἀτμὸς ἐξεδόθη παρὰ B τ᾽ θήκης τοῦ Μάρτυρος, κρείττονα ἢ καθ᾽ ἡδονὴν φέρων ἐνέργειαν, ὥστε νικᾶν καὶ τὸν ἄνεμον τὸ Σώτονον. Ἦλθε γὰρ οὐ μόνον ἐπὶ τὰ πρόσω τὸ τ᾽ ὀσμῆς εὐῶδες, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ πλάγια παντάχοθ καὶ κύκλῳ διέδραμεν, ὡς καὶ τοὺς ἀπὸ Σταδίων τριῶν ὄπιθεν καὶ καλὰ πλευρὰν ὑποπλέοντας ἐμπιμπλᾶσθαι τ᾽ εὐωδίας τ᾽ Μάρτυρος.

9 Ἐκτάμβων δὲ γενομένων ἁπάντων, καί τινα ὄπτυασμὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα λεγόντων, ὁ τοῦ Ἁγίου θεραπευτὴς καὶ τ᾽ λειψάνων φύλαξ, ἐπὶ τὸν θεῖον τ᾽ κιβωτὸν τ᾽ λειψάνων ἐπείγετο, καὶ ὕτω φθάσας ἐγγίσαι μεγάλῃ φωνῇ ἀναρρήγνυσιν ὁ Ἅγιος ἐπὶ πτώσει. Οἱ δὲ Σωδραμόντες, ὡς τὸ εἰκὸς, ἴδον θέαμα τ᾽ δρομένων ἁπάντων θειότερον. Μύρον γὰρ ὅτε πλεῖστον ἐκ τ᾽ λειψάνων χρυσηδὸν ἀναβλύσαν, εὐωδίας πηγὴν τὸ τ᾽ ὁλκάδος ἄνθος ἀνέδειξεν, ὥς τινας καταλαβεῖν, καὶ τὸ μύρον κάτωθεν ἐν Σκεύεσιν ὑελίνοις ἀνειμήσασθαι. Ταῦτα ὁ τ᾽ θαυμασίων Θεὸς, ταῦτα οἱ τότε θεράποντες, οὐ γῆν ἁγιάζοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὕδωρ καὶ τ᾽ ἀέρα τοῖς μύροις τ᾽ χάριτος C

10 Ὦ Μαρτύρων θεοπρεπὲς ἀγαλλίαμα! Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομα ὑμῶν, διὰ τοῦτο ἡμᾶς ὡς ἑαυτοὺς ἑφελκύσωμεν. Ὀπίσω ὑμῶν εἰς ὀσμὴν μύρου δραμόμεθα οἱ Χριστοῦ μαθηταί. Ὑμεῖς, τὰ ἱερώμενα Θεῷ καὶ τιμιώτατα σφάγια, τῇ γῇ τὸν κόνιν ὑμῶν, καὶ οὐρανῷ τὰς ψυχὰς ἀπενείμασθε. Ὑμεῖς Χριστῷ μυσταγωγηθέντες, καὶ τελειωθέντες ἐν αἵματι, ὑπὲρ χρυσίον ἐδοκιμάσθητε, καὶ ὑπὲρ ἥλιον ἐξελάμψατε, φῶς ἡμῖν ἄνωθεν νοερὸν ἀπαστράπτοντες. Ὑμεῖς καὶ εἰς οὐρανὸν ἀναύλιζεσθε, καὶ τῷ γῷ περιπολεῖτε τοῖς θαύμασιν. Ἀλλ᾽ ὦ μοι; Θεράπων, τὸ τιμιώτατον ἐμοὶ καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, ὁ τῷ ἐπωνυμίαν ἔργῳ τελέσας, καὶ ψευδῶν μὴ συγχωρήσας τοὺς ἐν ἀρχῇ σε τοῦτο καλέσαντας! ὦ μοι Συγχορεύτα τ᾽ Ἀγγέλων, καὶ πολίτα τ᾽ ἄνω μητροπόλεως Ἱερουσαλήμ, ἐκεῖθεν ἐπισκόπησον ἡμᾶς, καὶ ἧσον τῷ καθ᾽ ἡμῶν ἀπειλῷ, τὰ τῶν βαρβάρων θραύων φρόγματα. Πάλαι μὲν ἤλγεις ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτύρων· ἄλγησον καὶ νῦν ὑπὲρ Χριστιανῶν ταλαιπωρημένων κυκλόθεν τοῖς Ἔθνεσι, μᾶλλον δὲ συμπάθησον καὶ σώσας πόλιν εἰς ἣν ἐνεδήμησας. Ὕστερον γὰρ ἐνθάδε καθορμισάμενος, καὶ τοῦτον τ᾽ Θεοτόκου νεὼν ἐκλεξά-

tilium Agarenorum incurſum præſtolari ibidem jubebantur, nihil ab impiis & impuris hoſtibus damni paſſuri; prout revera contigit, nam manente iſtic Sancto ſalvati ſunt. Sed cum alteram in Cyprum expeditionem impii ſuſcepiſſent, jamque inſtructa claſſe adventarent, atque ad Sanctum denuo conſulendum acceſſiſſent fideles; juſſit is ut omnino quam poſſent citiſſime univerſi ex ea demigrarent inſula, quæ in peſſimorum Agarenorum poteſtatem abſque dubio tradenda erat; gloriosa vero illa oſſa, quemadmodum ſuis olim imperabat Patriarcha Joſeph, in fortiſſimum poſterorum ſolatium ſecum auferrent.

AUCTORE COÆVO EX MS.

deinde ſe transferre jubet.

3 Magna igitur cum veneratione compoſitis in arca ad hoc parata Reliquiis, in quodam inſulæ portu navem conſcenderunt. Et illi quidem ſub navigationis initium latere vectores alios, eoſque clam ſtuduerunt habere pretioſas ſancti Martyris Reliquias: at ubi aliquo uſque receſſum eſt à terra, & Conſtantinopolim verſus navigatum, ſuaviſſimæ cujuſdam fragrantiæ odor tota navi cœpit diffundi: fieri enim non poterat, ut vel in præcipiti fuga lateret Juſtus, vel per invidiam ſupprimeret effluvium curationum. Tunc igitur inſolitum quiddam contigit. Cum namque vento vehementiore à puppi admodum urgeretur navis, eumque pleno ſinu velum majus admitteret (Subſolanus is erat, & nobis ſecundus) repente ex Reliquiarum theca tenuis quædam aura prorupit: cujus ea fuit vis & efficacia, ut eam ſenſus humanus vix perferret, ac venti quam dixi vehementia ab eadem ſuperaretur. Non enim antrorſum ſolum, ſed in omnes partes undequaque circumfundebatur, adeo ut etiam ad tria milliaria poſt tergum vel ex lateribus procul navigantes ſuavi Martyris fragrantia replerentur.

Conſtantinopolim appropinquans,

E

ſuavem late odorem diffundit,

9 Cumque ad rei novitatem ſtuperent univerſi, & ſacrificium quoddam peragi aſſererent; is qui ſancto ſe Theraponti in famulum addixerat, & magna ejus Reliquias cuſtodia obſervabat, ad intuendam propius arcam accurrit; quem propius conſiſtentem magna voce compellavit Sanctus. Tum ii qui, ut par erat, ſimul accurrerant, rem ſpectarunt, cunctis hactenus viſis rebus admirabiliorem. Unguentum quippe fragrantiſſimum, torrentis inſtar è ſacris Therapontis reliquiis ſcaturiens, odoris pulcherrimi, quo navis erat impleta, fontem oſtendebat certiſſimum; ita ut nonnulli è vectoribus prorumpentem tam copioſe liquorem vaſis vitreis exciperent. Hæc poteſt admirandorum operum effector Deus, hæc præclari ejus famuli, non tellurem modo, ſed ipſum etiam æquor & aërem unguentis gratiæ conſecrantes.

& unguentum ex oſſibus:

F

10 O præclaram, & quæ ipſum quoque Deum non dedeceat, ſanctorum Martyrum laudem! Unguentum effuſum nomen veſtrum; in ejus odorem nos, ita ut vos ipſi, trahamur. Poſt vos in unguenti odorem currimus, quicumque vitæ noſtræ ducem & præceptorem habemus Chriſtum. Vos Dei hoſtiæ ſanctiſſimæ atque pulcherrimæ, ſacros veſtros cineres terræ, animas cælo tradidiſtis. Vos admirabili quadam ratione Chriſto initiati, & conſummati per ſanguinem, plus etiam quam in fornace aurum fuiſtis probati, & ſupra ipſum nunc ſolem ſplendetis, ac intellectuale nobis lumen è cælo adſpiratis. Vos in cælis quidem modo verſamini, attamen & terram hanc noſtram per mirabilium operum virtutem incolitis. Sed hei mihi! Therapon; ô nomen! ô nominis tanti rem, ſumma veneratione digniſſimam! ô Therapon, qui illam nominis tui prærogativam facto quoque ipſo plane comprobas, nec falli eos ſiviſtis, qui à principio illud invocaverunt! Hei mihi! Therapon, qui Angelorum choris nunc interes, & inter cives noſtræ metropolis Jeruſalem modo nu-

quod demirans auctor, gratulatur Sancto.

AUCTORE COÆVO EX MSS.

meraris; nos inde, oramus, aspice, & quam cælum adhuc nobis minatur, crudelium Barbarorum superbiam siste. Doluisti olim, martyrium Christi causa sustinens; dole nunc etiam Christianorum causa, qui à Gentibus undique misere opprimuntur; compatere autē pręcipue, & salva hanc civitatē, in quam demigrasti. Huc enim translatus denique, & hanc Dei matris ecclesiam deligens, alia omnia transiisti: nunc autem nobis ades, & nobis manifestius cognoscendum te præbes, per ea quæ operaris quotidie, fidem nobis faciens protectionis tuæ. Nunc tempus est narrationem in apertum miraculorum campum immittere; pauca tamen è multis, ut finem oratio inveniat, adducens, proposito meo faciam satis.

& auxilium urbi contra Barbaros petit.

μένος παρῆσας τὰ ἄλλα πάντα· νῦν δὲ πάρει καὶ γνωρίζεις ἡμῖν ἑαυτὸν ἐμφανέστερον, δι' ὧν ἐνεργεῖς καθημέραν τὴν ἐπιστασίαν πιστούμενος· καιρὸς τοίνυν ἐστὶ καὶ περὶ τὴν λειμῶνα τῶν ὧδε θαυμάτων ἐπαπολαῦσαι τὸν λόγον τοῦ διηγήματος· ἐκ πολλῶν δὲ ὀλίγοις ἐπιδραμὼν πρὸς τὸ πέρας, καὶ δὴ τοῦ συντάγματος τρέψομαι. D

CAPUT III.

Miracula Constantinopoli ad Reliquias patrata.

Ad Reliquias diu clam habitas.

11 NOn exiguo tempore sacrarum tuarum Reliquiarum theca, postquam ad nos, ô Beatissime, feliciter commigrasti, in ædicula minori delituit: etenim & modum servare quodammodo constitutum tibi erat, neque putabas continuo magna cum pompa in medium esse adducenda miranda tua opera. Verum ille qui præclare à Sanctis gesta in lucem publicam solet proferre ad certiorem fidelium salutem, tuas etiam quæ certamini superfuerunt Reliquias venerationi omnium palam exposuit. Ipse siquidem cujus fidei secreto illæ fuerant commissæ, divino motu impulsus, sponte ac ultro prodiit, & sacra lipsana in manus cujusdam eorum qui hic erant Presbyteri tradidit. Hæc ille, post fusas rite preces & psalmos, suscipiens, eo quo æquum erat loco & modo reposuit: sed cum deinde, ut fieri frequenter amat, in pusillanimitatem prolapsus cœptis insisteret negligentius, in visione quadam ipsum Sanctum ita loquentem audiit: Sume animos, quisquis es; non enim meum vobis unquam patrocinium est defuturum. Atq; ista quidem cum bis monuisset, ex oculis evanuit.

B

tandemque illatas in templum D.V.M.

12 Aliquot deinde post diebus, à legione integra dæmonum insessus quidam, natione Italus, cui Florino nomen, circa minorem Blachernarum parietem, ex alto in terrā dejectus fuit. Tumultu excitati nonnulli, & quod res erat intelligentes, hominem vi detinent, ac in custodiam tradunt. Postquam vero aliquod horarum spatium transiit, videbatur mundatus esse à dæmone, mitigata passione: sub vesperam etiam cum custodibus suis sana mente locutus, & à vinculis solutus atque reclusus, placide admodum conquievit. Noctis autem medio visum ipsi est oblatum, quo admonebatur, ut ad Dei Matris oratorium, quod ab Oliva cognominatur, quantocius se conferret; istic, ab eo quod acciderat, sanandus. Ut primum illuxit, & oblatam sibi per somnum visionem ausus est enarrare, ab iis qui ipsum audierant deductus est. Vix ille templi limen attigerat, cum ingentem toto corpore cruciatum & perturbationem sentire, & fœdum in modum vociferari cœpit, atque à possidentibus se vehementer vexatus, ad extremum dejectus in terram est, & per dies aliquot mansit voce privatus. Illo autem in solum prolapso, instar suis grandi plaga percussi, impuri dæmones, ad S. Therapontis comminationem, ex insesso pridem corpore migrarunt, fumi cujusdam specie in aëre, dum pellerentur, excitatâ. Atque hoc demum modo perfectæ quem dixi energumenus sanitati fuit restitutus, qui & debitas Deo, per Sanctum suum tam admirabiliter eum sananti, gratias persolvit; & pluribus istic diebus dum valetudo confirmaretur persistens, magna cum animi lætitia illuc unde advenerat rediit, malique sui & curationis historiam omnem in cereas tabellas exultans retulit.

accedere jussus per visum energumenus

C

feliciter liberatur.

Κατεκρύπτετο μὲν γὰρ οἰκίσκῳ τινὶ μεχρὶ πολλοῦ μετὰ τὴν εἰς ἡμᾶς εὐκταίαν ἐπιδημίαν ἡ ἱερά σου θήκη, Πανόλβιε· μετριάζειν γὰρ ὥσπερ ἐβούλου, καὶ οὐκ ἐκπομπεύειν τάχα τὰ θαύματα. Ἀλλ' ὁ τῶν Ἁγίων εἰς τοὐμφανὲς ἄγων τὰ κατορθώματα πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν, καὶ τὰ σὰ τῆς ἀθλήσεως ἐθριάμβευσε λείψανα. Ὁ γὰρ τούτων τὴν φυλακὴν ἐν μυστηρίῳ πεπιστευμένος, ὑπὸ θείας ῥοπῆς κινηθεὶς, αὐτόματος ἦλθεν, κἀκεῖνα φέρων ἐδίδου ταῖς τοῦ Πρεσβύτου τῶν ὧδε χερσίν. Μετ' εὐχῆς δὲ οὗτος καὶ ψαλμῳδίας πνευματικῆς ἐν ἐπιμελείᾳ δεξάμενος, εὐθέως ὡς ἦν εἰκὸς, ἐγκατέθετο· εἶτα μικροψυχήσας, οἷα φιλεῖ συμβαίνειν τοῖς ἀρχομένοις, καὶ πρὸς ὀλιγωρίαν καὶ ὄκνον, ἰδὼν ὄναρ βλέπει τὸν Ἅγιον λέγοντα· Ὦ οὗτος καρτέρησον, οὐ μὴ γὰρ ὑμᾶς ἐπιλείψομαι. Τούτῳ δὶς ἐπιστὰς, λαθὼν ᾤχετο. E

12 Καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς λεγεῶνι δαιμόνων τις ἐλαυνόμενος, γένος μὲν Ἰταλὸς, Φλορῖνος τὸ ὄνομα ἔμελλε, περὶ τὸ Βλαχερνῶν τείχιον, ἄνωθεν ἐπὶ τὴν γῆν ἀκοντίζεσθαι. Κατασχεθεὶς δὲ ὑπό τινων, ἐκ τοῦ ταράχου τὸ πάθος προαισθανομένων, καὶ ὑπὸ παραφυλακὴν γεγονώς· ὡς ὁρῶν παρῆλθε διάστημα, ᾤετο καθαρεύειν τοῦ δαίμονος, τοῦ πάθους ὑπολοφήσαντος, καὶ δὴ σφρωνῶν προσεῖπεν ὄψε τοῖς φυλάπτουσι, καὶ λυθεὶς τοῦ δεσμοῦ κατεκλείθη πράως καὶ κατεπαύσατο· περὶ δὲ μέσας νύκτας ὄψις αὐτῷ διαδείκνυται τοιάδε ἀγγέλλουσα· Πρὸς τὸν εὐκτήριον οἶκον τῆς Θεομήτορος εἴτω ὅστις τῆς Ἐλαίας προσονομάζεται· αὐτόθι γάρ φησιν, ἰαθήσῃ τοῦ πτώματος. Ὡς δὲ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ τὴν θεωρίαν εἰπεῖν ἀπετόλμησεν, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων ἤχθη. Καὶ μόνον ἐπέβη τῆς τοῦ νεῶ κρηπίδος, ἀνεστρεβλοῦτο τὸ σῶμα καθόλου, καὶ κλόνον ὑφίστατο βίαιον. Εἶτα λοιπὸν ἀσήμως ἐκώκυεν· καὶ πολλὰ τοῖς κατόχοις ἐνοχλυθεὶς, τέλος εἰς τοὔδαφος καταπίπτει πρινὴς, ἔφωνος ἐπὶ ἡμέρας γενόμενος. Ἅμα δὲ τὸ καταπεσεῖν αὐτὸν, ὥσπερ ὗς πληγῇ τινι, τῇ ἐξετάσει τοῦ Μάρτυρος τὰ μιαρὰ ἐκεῖνα ἐφυγαδεύθη δαιμόνια, καπνοῦ φαντασίαν τῇ ἐξόδῳ κατὰ τὸν ἀέρα ποιήσαντα, καὶ οὕτως τέλειον ἐθεραπεύθη τοῦ πάθους ὁ δαιμονῶν, δοὺς δόξαν τῷ διὰ τοῦ Ἁγίου τὴν ἴασιν ἐνεργήσαντι. Μείνας δὲ πλείστας ὅσας ἡμέρας, καὶ τῆς θεραπείας τὸ βέβαιον ὄψει παραλαβὼν, χαίρων πρὸς τοὺς ἰδίους ἐστέλλετο· τοῦτε πάθους καὶ τῆς ἐλευθερίας τὸν θρίαμβον ἐν κηροῖς ἐστηλίτευσε πίναξιν. E

13 Πόσους δὲ ἄλλους οἴει βεβακχευμένους τοῖς δαίμοσι τῇ τοῦ Ἁγίου θεραπευθῆναι τάχως θερμότητι; Ποῖον ἀναιδὲς καὶ ἄγριον πνεῦμα σὺν τῷ ἐν

ὧ

ὃ κατῆχεν οὐδὲ γενόμενον, οὐκ εὐθὺς τ̃ ἑαυτῆ οἶκον ἐμίσησεν, καὶ ὡς ἀπὸ πυρὸς ἐκείνου ἀφήλατο; τίς ἀρρωστῶν ὑπὲρ δαίμονα τὸ προσταγίσματος μόνον ἔφυγε, καὶ τ̃ ἀρρωστίας οὐ πόρρω ἐγένετο; τῷ δὲ ψυχῷ ἀπορούμενος, καὶ τὸ ζῆν ἀπολέγων οὐτάδε καλήχθη, καὶ οὐ χαρίεις γέγονε καὶ πρόθυμος; Ἀλλὰ τοῦτ' οὐτεῦθεν ζυγχέομαι; καὶ θεωρίαν πλήθους θαυμάτων ἀξιῶμαι· πολλῶν γάρ μοι τῇ μνήμῃ περιλρεχόντων, ἀμηχανῶ, ποῖον ἐπιλεξάμενος ἐάσω τὸ ἕτερον ἀνιστόρητον. Ἀεὶ γὰρ τὸ παρεθὲν προλιμώτερον τῆ ληθένλ νομίζεται, καὶ πάντα μοι καλαγράφειν ἀδύνατον.

14 Ἀπορῶ δὲ ποῖα καλαλιπεῖν, καὶ ποῖα αἱρήσασθαι· πάσχω δὲ τὰ τ̃ ὁδοιπόρων εἰκός· ἐκεῖνοι γὰρ ὑπλίῳ πεδίῳ φοιτήσανλες, ὅτ' ἂν τὸ ἐαρ τῷ γῆν περιστέφει τοῖς ἄνθεσιν, ἁπλήστῳ ὀφθαλμῷ τὰ ὑποκείμενα βόσκονλαι; τῷ τε ὄρασιν συγχεόμενοι, καὶ ἄλλο τε ταύτῳ πρὸς ἄλλα τ̃ χλοῆς ἄνθη μεταῤῥιπίζονλες, ἔλαθον ἑαυλοὺς, μηδὲν ἀκριβῶς τ̃ ἐκεῖσε καλανοήσαντες. Ἔνθεν μοι γὰρ ὑπνίνθου, ἐκεῖθεν μεμίλοτον, ἢ ἀνεμόμη, καὶ πάρκισου, ἄλοθεν κρίνων ἢ ῥόδων οἷα καί τις ἄλλη βολάνη χρυσανθεμόεσα ποικιλὸν κοκλοῦσα, τὸ ὄμμα διέχειαν, ὡς μηδὲν ἰσχύσαι τῷ ὄρασιν ἐφ' ἑαυλῆς τραπεῖς κατασκέψασθαι. Οὕτω γ' οὖν καὶ ἡμῶν τ̃ διανοίας ἡ ὄψις τ̃ θαυμάτων πλήθει ζυγκέχυλαι, καὶ πρὸς μυρίαν ἔκφρασιν τούτοις μερίζεται· Ἀλλ' οὖν εἶδει τῶν τὰ ῥάνια καλαστεριζόνλων τὸ μοῦ χεῦμα τῶν ἄστρων, λέγω δὴ τῶν θαυμάτων ἐάσωμαι· ἐπ' ὀλίγας δὲ τούτων εἰκόνας εὐσημολέρας τῇ Σιωπεία τρεψώμεθα, τάξιν καὶ ἁρμονίαν ταύτῃ τῷ λόγῳ παρέχονλες.

15 Ἀναστάσιός τις ὀνόμαλι, Βιξύων οἰκῶν, ξηρὰν ἐκ χρόνων τινὰ χεῖρα ἐκέκλητο, πάντη τε ταύτῃ ἀκίνητος ὢν, τῶν δακτύλων αὐτῷ καὶ τοῦ θέναρος ἀργῶς καὶ μάτην ἀπεωρισμένων τ̃ πήχεως. Οὗτος κατῆρεν εἰς τ̃ λιμνάδα τοῦτον τ̃ ἀπαθείας, καὶ τὰς ἀρχὰς τ̃ ἐλπίδος ἀνάψας ἐπὶ τ̃ Ἁγίου, σπάτην ἡμέραν γαλωνιᾷ τῷ ψυχῷ, ὕτω τε πλήρης τὸ σῶμα καὶ ἄρτιος γίνεται, ὥσε Θεοφανίων ἑπτακαιδέκατον ἄμφω τῷ χεῖρε κινεῖν πρὸς ἔργα. Τῷ τε γὰρ κολυμβήθραν μόνος ἀνεπλήρωσεν ὕδατος, αἴρων τὸ ἄγγος τῇ τεθραμμένῃ πρώην χειρὶ, καὶ πρὸς ὦμος εὐμαρεύταλα λίαν ἀναβιβῶν, τῷ τε ἄλλῳ διακονίαν εὑρώστως ποιούμενος. Οὕτως οἶδε Θεὸς ἀναπλάσσειν καὶ εἰς φθορὰν καλαχθέντα τὰ σώματα.

16 Ἕτερός τις Δέκαρχος, στρατιωλικῷ τάγματι ἀριθμούμενος· ὄνομα δὲ τούτῳ Γεώργιος ὢν· εἰς τὰ ὀπίσω τῷ κεφαλῷ ἀνλαντέρεισε καὶ σπάντιας τινὸς ὀπτασίας τῶν ἰδίων ὑπερλαθέντων τε καὶ ἀπεσκληκότων αὐτῷ καὶ τοῦ τένοντος· Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τ̃ ἑνὸς ὀφθαλμοῦ ἀπελυπήθη γεννάδως τούτων βλαβεῖς. Οὗτος ἑπτακαίδεκα ἡμέρας ἐτέλεσεν, μὴ δωρηθεὶς βρωμάτων ἢ καὶ ποτοῦ μέλασχέσθαι τὸ ζωόλον· ὕστερον τὸ ζωοῦσον σκέψαμενος χωρεῖ πρὸς τ̃ Ἅγιον, καὶ παραμείνας ἡμέρας τινὰς, ἤκουσεν αὐτοῦ ἀοράτῳ γλώσῃ τάδε κελεύοντος· Ὑπὸ τοῦ πρόσμονός μου, φησὶν, ἐλαφῷ ἀλείφθητι. Τοῦτο ἐγένελο, καὶ ὁ ἀνὴρ εὐθὺς ὑγιὴς ἀνεχώρησεν. Ἄλλος παράλυτος, Θεόδωρος ἐπονομαζόμενος (Καὶ γὰρ οὐδὲ τῶν ὀνομάτων ἀμνημονεῖν ἐθέλω τῇ ἀναμνήσει τερπόμενος) καλέβη σὺν τάδε ἡμέρας τριάκοντα, καὶ δὴ θεωρεῖ τ̃ Θαυματουργὸν ἀποδιδόντα

13 Sed quam multos insuper alios, à diabolis misere vexatos, sancti istius Viri precibus ad sanitatem putas fuisse reductos? Quis adeo inverecundus spiritus, cum eo quem possidebat huc advenit, qui non continuo suum execratus domicilium, ab eo, velut si ignitum esset, diffugerit? Quis infirmitatis diuturnitate supra vires gravatus, mox atque locum attigit, præsentissimum mali sui levamen non est consecutus? Quis animi anxius, aut vitæ suæ tædio affectus, Sanctum illum suppliciter adiit, & non continuo magna animi lætitia & alacritate ab eo donatus recessit? Hic ego sane rerum narrandarum magnitudine pariter ac multitudine obruor, & ad angustias dicendi redigor: pluribus namque admirabilitate sua stupendis operibus in meam se turmatim memoriam ingerentibus, hærere cogor, quodnam eorum proponendum vobis potissimum deligam, quodnam omittam. Etenim ita fieri natum est, ut id quod ad dicendum in præsens assumitur, illustriorem aliquam sui speciem exhibeat, quam illud quod à dictione excluditur; universa siquidem ob oculos ponere est impossibile.

AUCTORE COÆVO EX MSS.

& alia plurima patrantur miracula,

14 Dubitans autem maxime, quæ quibus relictis in medium proferam; simile quiddam patior viatoribus iis, qui si per planitiem aliquam, verna anni tempestate floribus pulcherrime quasi vestitam, iter habeant, insatiabili illam oculo perlustrant: ac horum quidem videndi vis, quoniam objectorum multitudine & varietate plurimum distrahitur, & modo in hanc, modo in illam prati partem intendit, fieri solet, ut eorum quæ spectantur, nihil accuratius contemplari valeat. Hic siquidem hyacinthus, illic memilotum, papaver, & narcissus, aliunde flores liliorum atque rosarum, vel aliæ quæpiam auricomæ herbæ ordinate circumpositæ visum confundunt, ita ut nequeant oculi singulos distinctius contemplari. Sic igitur & mentis meæ acies à mirabilium operum multitudine quodammodo afficitur, distrahiturque in plurimas & diversissimas, quæ proponuntur, rerum stupendarum narrationes. Sed age copiam illam tantam astrorum cælos jucundissime exornantium, miraculorum inquam, silentio prætereamus, & ad illustriores quasdam eorum imagines in oratione exhibendas nos convertamus, eum qui sequitur ordinem in narrando & harmoniam servantes.

in quorum copia auctor dubius hæret quid seligat.

15 Anastasius quidam, civis Bixyensis, aridam longo jam tempore manum ferebat, cujus nullus amplius homini usus erat aut utilitas, digitis ejus & vola frustra ac sine motu brachio adhærentibus. Hic ad S. Therapontis ædem sic quasi ad omnis perturbationis expertem portum appulit: in coque spem suam præcipue habens repositam, nono ex quo advenerat die, animi primum sui plenam est adeptus tranquillitatem; ac toto deinde corpore ita sanus & integer evasit, ut cum Theophaniæ festum jam appropinquaret, utraque manu ad res suas agendas uti absque incommodo valuerit. Etenim, à nullo alio homine adjutus, lavacrum baptismatis aqua implevit, urnamque aridam non ita pridem manu gestans, & in humeros suos facile sustollens, alia ministeria nullo negotio peregit. Hac ratione novit Deus corpora nostra, ad ipsam etiam corruptionem tendentia, in integrum restituere.

sanatur manus arida,

16 Alius quoque ordinis militaris Decurio, cui Georgio nomen, faciem habebat tergo obversam, nervis atque cervice maligna quadam influentia ultra modum naturalem protensis ac rigidis; neque eo solum laborabat malo, verum etiam altero oculorum privatus triste abatur graviter eo læsus. Septem is ac decem omnino dies, transegerat non valens

item obtortus capite & oculo privatus,

AUCTORE CŒVO EX MS.

lens ulla ratione cibum aut potum capere, cum denique circumſpectis omnibus quæ prodeſſe ſibi poſſe arbitrabatur, ad S. Therapontis opem confugit. Cujus Reliquias dierum aliquot ſpatio religioſe veneratus, talem è cælo vocem ad ſe miſſam percepit; Vade, & templi mei oleo te inunge. Abiit, inunxit ſeſe, ac priſtinam ſanitatem è veſtigio recepit. Paralyticus quidam appellatus Theodorus (nam neque nomina eorum quibus res admirandæ contigerunt, ingrata puto oblivione eſſe ſepelienda) triginta hic diebus confederat, quando à Thaumaturgo noſtro tradi ſibi videt panem & poculum vini meri. Cumque ad illud recipiendum reſediſſe ſibi videretur, repente ſurrexit elata voce laudare Deum. Quam facile tibi eſt, Pater Therapon, curare quempiam! gaudeo equidem ob inſignem iſtam tuam gloriam, ſed ad aliud miraculum progredi geſtit animus.

deinde paralyticus,

17 Puella, tenerrimæ etiamnum ætatis, ad S. Therapontem eſt deducta, in qua formanda ſic erraverat natura, ut natibus calcanei committerentur, non aliter quam ſi tenaci quodā glutine membra illa invicem fuiſſent annexa, ac naturaliter coaluiſſent: miſerandum ſane & inſolitum naturæque noſtræ contrarium omnino ſpectaculum, quod non immerito abortum quis poſſit aut prodigium appellare. Sed quo modo magnus ille corporum animorumq; medicus ſanitatē puellę ad Reliquias ſuas ſupplici reddiderit, quid opus eſt perſequi pluribus, cum & ipſa hic puella præſens ſit, & parentes ejus id commemorare non ceſſent? Eodem fere tempore mulier, cui nomen erat Mariæ, fœdam in rationem cancro laborabat, quæ ut oratorium ſancti Martyris eſt ingreſſa, ab oratione non ceſſavit, niſi impetrata morbi ſui curatione. Quadraginta namque dies jejunio & humicubatione tranſigens, facile quod petebat adepta eſt, & arcana ratione per Martyris interceſſionem à morbo fuit liberata.

B *& puella contracta.*

D *Curatio cancer.*

δῆθεν αὐτῷ ἄξιον τε καὶ πλῆρες ἀκράτου ποτήριον. Ἀνακαθίσας δὲ τὸ δοκεῖν πρὸς τὸ δέξασθαι, καταυτῆς ἀπεπήδησεν ἐν ἀληθείᾳ διανασὰς, κράζων καὶ αἰνῶν τὸν Θεόν. Ὡς ταχεῖά σου, Πάτερ Θεράπων, ἡ ἴασις! καί σου τῇ εὐφημίᾳ Συνήδομαι, καὶ αὖθις πρὸς ἄλλο θαῦμα προβαίνειν ἐρίεμαι.

17 Κόριόν τι Σμικρόταλον προσλυπήθη τῷ θείῳ Θεράποντι· τούτῳ δὲ σφάλμα φύσεως ἦν, ὅπερ καὶ πρὸς τὸν ἔδραν εἶχε τὰς πτέρνας ἐμπεπηγυίας, καὶ ὥσπερ κόλλῃ τινὶ Συμπεφυκυίαν βιαίως καὶ Συνδεδυμένας ὥσπερ ἐκ φύσεως· θέαμα ἐλεεινὸν καὶ ξένον τὸ καθ' ἡμᾶς οὐσιώσεως, ὅπερ εἰκὸς ἀμβλοθρήδιον ἢ τέρασκης ὄντως ὠνόμασεν. Ἀλλὰ τῷ θεραπεύειν, ὅπως ὁ μέγας καὶ ἀψευδὴς ἐσολύεγχεν Ἰατρὸς τί δὴ καὶ προσφέρεσθαι, παρόντος τοῦ βρέφους καὶ τῶν γονέων ἱκετευόντων τὸν ἴασιν; Κατ' ἐκεῖνο δὲ τοῦ χωρίου, χαρακτῆρα εἶχεν ἑτέρα, Μαρία τὄνομα, καὶ τὸ εὐκλεὲς τοῦτον καλαδραμοῦσα νεὼν, ἀπρὶξ εἶχετο μέχρι τυχεῖν τῆς ἰάσεως. Τεσσαράκοντα δὲ ἡμέρας ἐν νηστείᾳ καὶ χαμευνίᾳ διενεγκοῦσα ῥᾷστα πόρρω ὠλίσθη, καὶ δὴ νοσήματος ἀῤῥήτως ἰαληθεῖσα παρὰ τοῦ Μάρτυρος.

E

CAPUT IV.

Alia S. Therapontis miracula Conſtantinopoli.

18 VErum quo mihi iſta? dicet fortaſſis è ferventioribus unus aliquis; cum liceat nunc decumbentes cernere, ac paucis poſt diebus ſanos videre; eos autem qui male habebant animo aut corpore priſtinæ valetudini ac ſanæ menti redditos. Verumtamen etiam illa ſcripſiſſe ad encomium juverit. Etenim cum nequeamus externæ eloquentiæ ornatu noſtrum de Sancto ſermonem illuſtrare, miraculorum à viro juſto factorum imagines veluti

C

quaſdam exhibemus, ſuffecturas credo ad meritam ſancto Martyri laudem attribuendam. Sanguinis fluxu miſere vexabatur mulier quædam nobiliſſima, & continuo ſeptem annorum malo contabeſcens pudore, triſtitia, & anxietate animi obruebatur: quid ageret ignara, morbi denique ſui remedium à tempore expectandum ſtatuerat. Hæc cum à neſcio quo homine de iis quæ hic fiebant miraculis eſſet edocta, moræ nihil rata eſt interponendum, atque ita ad ſancti Martyris reliquias provolat, per quas ſanata & corpore facta valentior, tertia die perfectam ſe mulier & plenam undequaque habitudinem membrorum habere in veritate cognovit, ac ſi numquam morbo exhauſta attenuataque fuiſſet. Ita & vir & mulier huc confugientes, ſanitatem æqualiter ſunt adepti.

Sanatur fluxus ſanguinis,

19 Sed alia ex aliis ſuggerens oratio, nec volentem quidem tacere patitur. Stephanus enim quidam, miles ex legione Armenorum, media ſui parte aridus effectus, totus in terram curvus cogebatur incedere; ſed poſtquam exiguo tempore in ſancti Martyris valetudinario fuiſſet commoratus, erectus atque integer abiit. Alius ſimiliter ætate junior, qui vigilis in exercitu obibat munus, & Theodorus vocabatur, eodem correptus eſt morbo; ſed opus non

hemi plexia contractioni conjuncta,

Ἀλλά τί μοι ταῦτα; τῶν θερμοτέρων τις εἰκότως ἐρεῖ· Παρὸν τοὺς νῦν καλακλινομένους θεάσασθαι, καὶ μεθ' ἡμέρας ἐλθεῖν, καὶ εἰδέναι τοὺς ἄρτι πάσχοντας ἀνερρωμένους καὶ σώφρονας. Ἀλλὰ καλὸν καὶ ἀναγραπτα ταῦτα ποιεῖν πρὸς ἐγκώμιον. Μὴ γὰρ ἔχοντες ἔξωθεν εὐφημεῖν τοῖς λόγοις τὸ δίκαιον, αὐτοὺς τῶν θαυμάτων τοὺς χαρακτῆρας ἐγγράφομεν, ἱκανοὺς ὄντας ἐπαίρειν τὸ ἐγκωμιαζόμενον τὸ ἔπαινον. Αἱμόῤῥους τοίνυν γυνὴ σεμνοτάτη, καὶ τῶν ἐπὶ τῇ ῥύσει μαραινομένη τῷ αἵματι, ἠσχύνετο, ἠδημόνει, ἠπόρει ὅ τί καὶ δράσειεν, ἀπειπεῖσα λοιπὸν τῷ χρόνῳ τὴν ἴασιν. Αὐτὴ κατηχηθεῖσα περὶ τῆς ἐνταῦθα παρά τινος, δρομαίως ἐπὶ τὰ τοῦ Μάρτυρος ἴεται λείψανα, καὶ τούτοις ὑγιαθεῖσα, καὶ σεβὰ γενομένη τῷ σώματι, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τελείαν ἡ ἄνθρωπος καὶ ὁθενοῦν ὅλως ἀνάπλεων τὴν φύσιν τὴν ἑαυτῆς ἀνεγνώρισεν, μηδαμόθεν μειζομένη ἢ κενουμένη τῷ ἀδενήματι. Οὕτως ἀφθόνως ἀνήρ τε καὶ γυναῖον, ἐνθάδε προσερχόμενοι, καλὰ τὸ ἴσον εὑρίσκεται τὴν ἴασιν. Ἀλλ' ἐξ ἑτέρων ἐφ' ἕτερά με ἀπάγων ὁ λόγος, οὐδὲ βυλόμενον ἐᾶ Σιωπᾶν.

19 Στέφανος γάρ τις στρατιώτης τῶν σίφους τῶν Ἀρμενίων ἡμίπηρος γεγονὼς, ὅλος ἐπὶ γῆν Συνεκύφει καμπτόμενος· ἀλλ' ἀπῆλθεν ὀρθὸς καὶ ὁλόκληρος, παραμεμενηκὼς ὀλίγον τῷ ἰατρείῳ τοῦ Μάρτυρος. Ἄλλος δὲ πάλιν νεώτερος, Θεόδωρος ὠνὶ αὐτῷ ὄνομα, ἐκκυβήτως ὑπῆρχε τὸ στράταγμα, τῷ αὐτῷ κατεσχέθη νοσήματι· ἀλλ' οὐ πολλῶν ἐδεήθη προσεδριῶν· ὁμοῦ γὰρ σχεδὸν τὸ ἐλθεῖν ἠλεήθη, καὶ ὑγιὴς ἀνταναλυθε. Τίς διατρήσεσιν ἢ ἀποχασιν ἀθεραπεύτως νοσῶν ἢ ψυχιζόμενος, ἢ καὶ ἄλλως κάμνων

τὸ

A τὸ Cῶμα, ϗ τῷ ψυχῷ κειμαζόμϣ, ἢ πυρε-
τοῖς περιοδικοῖς τε ϗ φαύλοις καταφλεγόμϣ, τῷ
διάφ τύτῳ πλησιάσας ἰατρῷ οὐ ψυχῷ μὸν πρῶτον
ἐκ τ κακίας ἀνεκαθάρθη, ϗ οὕτως τὸ Cῶμα πλῆρες
ἀπέλαβεν; Οὕτω γὰρ οἶμαι ϗ ἰαλρεύειν Θεὸν, πρῶ-
τόν μὸν τῷ ψυχῷ ἰᾶσθαι τῦ κάμνονl⊙, δι' ὃ
εἰκὸς ϗ τὸ Cῶμα παιδεύεται, εἶθ' ὕτως ϗ τούτῳ
τῷ ὁλοκληρίαν παρέχεσθαι, ἵνα μὴ Cκάζῃ κατὰ
μηδὲν ἡ ἀντέλεια, ἀλλὰ πάλιν ὡς ἀπὸ φύσεως ἢ
ἀναπλάσεως ἐν τελειότητι μόνη ὁ ἄνθρωπ⊙.

20 Ἐνταῦθα ὑδρωπική τις ἐτέθητο, ϗ ἰδοῦσα τ
Ἅγιον τῇ Cμήλῃ τὰς βάσεις ἄκρας ἀνασομῦντα
διύπνησεν· ὧ γὰρ καθευδοῦσα ὅταν ἐχειρουργήθη
παρὰ τῦ Μάρτυρ⊙· Τοῖς δὲ ποσὶν εὐθὺς μελὰ
τῶν ἐγκύρσασιν ὑπνεύσασά, ὕδωρ ὁρᾷ πύῳ καὶ
ἰχῶρι ἐπίμικλον κάθωδεν, ὡς διαβρύσεώς τινος
ἀπορρέον τῶν βάσεων. Τούτῳ δὲ εἰς ἅπαξ ἐκκενω-
θέντ⊙ ἀσινὲς τὸ Cῶμα κατέσῃ, ϗ τῦ γωαίου
ὀδυρμὸς ἐκ μέσῳ ἐγένετο. Ἅλλοι δὲ πόσοι τῇ νόσῳ
ταύτῃ παλαίοντες ὁμοιοτρόπως ἐκ τῦ Ἁγίῳ πεπόν-
θασι, ϗ ῥωμαλαῖοι ἐνταῦθεν ἐπήχθησαν; Ἀλλ' ὁ
B λεπρὸς ἐκεῖθεν ἡμῖν ὑγιὴς διαλέγεται, ϗ τῷ ἐγκω-
μίῳ Cωτηριωθῆναι προτρέπεται. Ὁρῶ ϗ παιδία
τῷ λόγῳ περισκιρτῶντα, ϗ μνήμης ἀξιωθῆναι ζη-
τῦντα· τὰ μὸν δαιμόνων ἁρπαζόντα, τὰ δὲ τὰς
ὄψεις ἀπολαβόντα, ϗ ἄλλα ποικίλων ἀῤῥωστημά-
των ζημιωθέντα. Ἀλλ' εἰ ταῦτα καθ' ἓν συγχω-
ρεῖν ἐθέλωμϣ, ὁ πᾶς ἡμᾶς βιάσηται χρόν⊙
τῷδε τῷ ἐγκειρήματι προσανέχοντας. Ἕλκ⊙ ἕτε-
ρ⊙ εἶχεν ὑπόμαζον, ὃν Σχολαρίοις δὲ κατελέγε-
το, ϗ ὁρᾷ τ ποιμένα· οὕτω γὰρ δέον καλεῖν τὸν
τῦ ποιμνίῳ καλῶς ἀντεχόμενον· ἁπλῶς ὁρᾷ τὸν
ποιμένα Θεράποντα, χηρωτῇ τὸ ἕλκ⊙ ἰώμενον· ὁ
ϗ ἐγεγόνη ἐν πράγματι, ϗ μεθ' ἡμέραν C⊙
εὑρέθη ϗ ἄνθρωτ⊙, ὡς μὴ δὲ ὑλὴν ἐν τῷ τραύματι
φαίνεσθαι.

21 Τὶς Ὕπατ⊙ ϗ στομάχῳ πόνοις τε ϗ ἀνο-
μαλίαις τρυχόμϣ⊙, ἢ Cπλῆνός ὄγκῳ ϗ ἀλγη-
δόνι γαστρὸς ἐνεχόμϣ⊙, τῆσε θεραπείας ϗ ἀνα-
κομιδῆς τάχ⊙ οὐκ ἤλπετο διὰ τῦ ἐλαίῳ τῦ Μάρτυ-
ρ⊙· Ἄλλ⊙ ἕτερ⊙, Μαρῖν⊙ ὄνομα αὐτῷ, πρὸς
τῇ ἀφωνίᾳ ϗ πᾶσαν ἀφῃρημέν⊙ ἔμφυτον κίνησιν,
προσῆλθε τῷ θεσπεσίῳ τούτῳ Cεβάσμαλα. Εἶτα,
καλὰ τὸ ὑπὸ τῦ Ἁγίῳ ἐν ὀπλασίᾳ λεχθὲν, ἠλείφθη
C οὗτ⊙ τῷ τῶν λειψάνων ἀπομυρίσμαλι, ϗ τῦτο
παθὼν ὅλ⊙ γέγονεν ὑγιὴς, καρδίᾳ δοξάσων ϗ σώ-
μαλι τ διὰ τῶν Ἁγίων Θεὸν τοιαῦτα ποιῦντα θαυ-
μάσια.

22 Οὐκ ἄρα δὲ οἶμαι προσκόψαι τινὰς, ἅπερ
ϗ ξένον ἐγκαλαλήψῳ τῷ λόγῳ διήγημα· οὐ γὰρ
ἴασιν μόνον, ἀλλὰ γὰρ ϗ ἀθένειαν οἶδα τ Ἅγιον
πρὸς Cωτηρίαν τινὶ χαρισάμενον. Τὸ δὲ λεγόμενον
τοιῦτόν ἐστιν. Γωαίον τι τῶν οὐκ ἀσήμων εὐχῆς
ἕνεκα μόνης ἐν τῷδε τῷ ἱερῷ Cηκῷ παρεγένελο.
Συμβὰν δὲ οὕτω. Καλὰ τὶν ὥραν αὐτοῖ παιδίον
εὑρίσκει μικρὸν, ἀναβρασσόμενον ὑπὸ δαίμον⊙,
Cυνεχῶς ἀνατινασσόμενον, τῦ ἑρ⊙ ἀποκρεμά-
μενον, ἐκλυόμενον, ϗ πάλιν ἀφῆς καλαῤῥιπ-
τούμενον· πρὸς δὲ τ Ἅγιον ἠφίει συχνάς τε ϗ οὐκ ἀσή-
μους φωνὰς, οἷα Cυμβαίνει ϗ γίνεσθαι, ὅταν ὁ
δαίμων τ ἐνεργούμενον ἀλιώσας, ἐκεῖν⊙ ὅλ⊙
λαλεῖ, τὸ σόμα τῦ πάσχοντ⊙ ἴδιον τεχναζόμε-
ν⊙ ὄργανον. Τῦτο γ' ὕν ἡ γωὴ διαπαίξασα, ϗ
χλεύην ἔναι τὸ πρᾶγμα νομίσασα, ἀχθῆναι,

habuit longo tempore ut convaleſceret: nam fere ſimul ac venit, miſericordiam obtinuit, & ſanus rediit. Quis ulceribus vel tumoribus incurabilibus laborans & animam agens, quis aliis ſeu animi ſeu corporis doloribus oppreſſus, quis cum noxiis & certo tempore recurrentibus decertans febribus, ſi ad divinum illum medicum acceſſerit, animum ſuum à pravis affectionibus purgari primum, & corpus deinde ſanitati priſtinæ non ſenſit reſtitui? Equidem in conferenda ſanitate hanc rationem à Deo ipſo ſervari exiſtimo, ut videlicet hominis male affecti animum ante omnia curet, ac corpori deinde prout oportet medicinam afferat, eoque modo omni demum ex parte ſalvus fiat & incolumis: unde & illud accidit, ut integra proſſus & perfecta ſanitas ſine ullo defectu, non ſecus ac ſi denuo formari hominem contingeret, dicenda ſit. AUCTORE COÆVO EX MSS. *varia alia infirmitates,*

20 Huc etiam delata mulier hydrope graviter laborans, cum S. Therapontem ſummitates pedũ ſuorum medicantem ſapone quodam vidiſſet, è ſomno evigilavit (dormiens quippe ſanitatẽ à ſancto Chriſti Martyre obtinuit) ſtatimque à ſomno pedes ſuos attentius eſſet intuita, magnam aquæ copiam, ſanie & pure permixtam, ex imis pedibus quaſi ſcaturire conſpexit: quæ omnis ſtatim atq; effluxit, è veſtigio ſuæ ſanitati reſtituta mulier, nec unquam eo malo preſſa deinde fuit. Verum quam multos putamus alios, eodem morbi genere vexatos, ſancti etiam Therapontis ope ſanitati & viribus priſtinis reſtitutos ad propria revertiſſe? Sed ecce leproſus quiſpiam ſanitate donatus nos alloquitur, petitque noſtro huic encomio inferi. Videre etiam mihi videor infantes orationi circumſultantes, & ut ſui mentionem faciamus poſtulantes, quorum alii à dæmonum vexatione liberati, alii oculorum donati uſu, ad ingrediendum firmiter roborati alii, à variis denique alii infirmitatibus ſanitati perfectæ redditi: omnia autem ſi ob oculos ſingillatim vellemus ponere, jam dies nos & tempus in rerum tantarum enarratione deficeret. Gravi Scholaſticus quidam ipſa ſub mamilla ulcere affligebatur, cum optimum paſtorem (hoc namque eum nomine oportet compellemus, qui tanto in gregem ſuum amore fertur & ſolicitudine) Therapontem, inquam, conſpicit, emplaſtrum ulceri applicantem. Et nè inanem ſolum viſionem homini oblatam quis exiſtimet, poſt unum diem ſanus & abſque vulnere ſic fuit, ut ne ulceris quidem ullum uſquam veſtigium cerneretur. E *hydrops,* *lepra,* *morbi pueriles varii,*

21 Vir Conſularis, graviſſimis ſtomachi doloribus & inæqualitatibus obnoxius, ſplenis inſuper & ventris tormínibus magnis oppreſſus, neque curationis neque reditus ſui celeritatem perſenſit oleo Martyris delibutus. Homo fuit, cui Marino nomen: is linguæ uſu & membrorum omnium motu ac facultate deſtitutus, ad divinum tandem Therapontem invocandum ſeſe convertit: ac paulo poſt, quemadmodum ab ipſomet Sancto in viſione quadam fuerat admonitus, eo quod è ſacris lipſanis profluit unguento corpus ſuum oblinens, votis & ſanitate potitus abiit, lingua & animo meritas Deo laudes tribuens, qui admirabilia adeo opera per Sanctos ſuos dignatur efficere. F *ſtomachi & ventris dolores,* *paralyſis.*

22 Non exiſtimo quemquam iri offenſum, ſi novum quiddam & inſolitum orationi meæ innexuero: ubi quippe de alicujus ſalute agitur, compertum mihi eſt, non ſanitatis modo beneficium à Theraponte conferri, ſed morbos quandoque & infirmitatem immitti. Quod dictum volo, ita habet. Non ignobilis conditionis matrona, precibus ſecreto vacatura, ſacram Therapontis ædem ingreſſa erat, cum hujuſmodi quiddam illi accidit. Ea ipſa hora puerum videt à cacodæmone miſerabiliter vexari, ac in aëre *Mulier energumenum irridens,*

AUCTORE COAEVO EX MSS.

pendulum huc ferri & illuc, tum repente in ſolum dari præcipitem: frequentibus vero & non obſcuris vocibus compellabat Sanctum, ut fieri ſolet cum energumenum dæmon agitat, qui videlicet ſolus eſt loqui cenſendus, dum hominis à ſe inſeſſi linguam in loquelæ ſuæ inſtrumentum convertit. Habuit hoc pro dericulo mulier, & jocum eſſe æſtimans contempſit, deſpuit, & in manifeſtum denique riſum ſoluta, ludo habebat ſpectaculum. Verum qui arcana ratione ipſos etiam dæmones punire novit & plagis gravibus afficere, matronam diutius decipi non eſt paſſus: ſed pro indecenti riſu mentis perturbationem immiſit, qua in tergum proſtrata, magnis repente vocibus cœpit exclamare; Adeſte auxilio, jam dæmon miſeram me invaſit, & in furorem agor. Clamore excitati qui circum ipſam erant, accurrunt, erigunt, & ſuum jam peccatum agnoſcentem ac deteſtantem ad S. Therapontis reliquias adducunt propius: attamen nonniſi quinto poſt die ſibi reddita, domum tandem ſuam revertit.

torripitur etiam ipſa à dæmone, ſed liberatur,

miſericordem etiam in puniendo Deum imitante Sancto.

23 Vidiſti admiranda quæ fecit Therapon, vidiſti ejus iram benignitate permiſtam? paucis caſtigans, cito ſanavit, ut neque incorrectum maneat quod eſt indiſciplinatum, nec is qui correctionem ſuſcepit diu caſtigetur, ita ſanitatum gratiam diſpenſare novit Sanctus. Modo enim corporibus ſanitatem à Deo impetrat, ut animi ſic facilius deinde curentur; modo paſſionem corporum in longum protrahit, quando id videt conducere animabus, & torqueri expedit emendationis cauſa; pluris ſiquidem animas quam corpora faciens, ex quadam miſericordia corpus caſtigat. Etenim à ſanctis viris inflicta pœna ſolet eſſe plena miſerationis: quia non ad perditionem aut interitum, ſed vitæ emendationem & majorem impoſterum prudentiam hominibus immittunt cruciatus tormentorum. O inſignem prorſus imitandi Deum rationem! Miſeretur enim noſtri Deus, etiam quando iraſcitur, præſertim ſi quis providentiam ad ſola præſentia non intendat. Diſciplinam ejus præcurrit miſeratio: Miſericordia enim, inquit, & ira ab illo: princeps propitiationum & effundens iram, ſecundum multam miſericordiam ejus. Eccli. 16, 12

24 Ecce autem dum aliis aliiſque miraculis inhæreo, illud pene excidit, quod ſummam ego admirationem mereri exiſtimo, cujus ipſe etiam met particeps eſſe merui, dum oculatus ei teſtis interfui. Sic vero geſta res eſt. Milites nonnulli, mandatorum publicorum exactores, iidemque præfecti operum, quemadmodum olim in Ægypto factum legimus, ætate provectum hominem vexare cupientes; cum ei impedimentum in operando objeciſſent, ac de ejus deinde tarditate conqueſti, vehementer adverſus miſerum excanduiſſent; virum tandem apprehenſum ita fuſtibus contuderunt, ut ſeminortuus infelix conciderit. Hunc igitur nonnulli, de loco in quo ſemianimis jacebat ſublatum, vergente in veſperum die ad S. Therapontis ædem ſacram detulerunt. Quicumque autem ſeu miſerum viri ſtatum intuebamur, ſeu id quod factum erat, aliorum ſermone intelligebamus, de ſalute hominis ſpem ullam negabamus ſupereſſe: ſed ſanctus Dei Martyr, per noctem ei ſanitatem conferens, exoriente poſtera luce omnino ſibi reſtitutum ad propria remiſit, ita ut quicumque rei admirandæ eramus conſcii, ſupra modum obſtupeſceremus.

Fuſtibus ad mortem cæſus ſibi reſtituitur.

CAPUT V.

Epilogus cum invocatione Sancti.

Auctor alia multa pancis perſtringit,

25 TAlia ſunt S. Therapontis miracula, tam celeriter nobis curationes effundit, & quidem hoc loco in hodiernum uſque diem: quemadmodum procurrunt fluvii, continua ſui profuſione nemini relinquendo ſpatium, ut ad id quod dicitur firmi-

διέπλευεν, καὶ τέλος πλατὺ σχεδάσασα γέλωτα, παιδιὰν ἐποιεῖτο τὸ θέαμα. Ἀλλ' ὁ τοὺς δαίμονας πληγαῖς ἀνιῶν, καὶ βασανίζων ἀθέατα, οὐκ ἐῴκει οὕτως πλανᾶσθαι τὸ γύαιον, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἀπρεποῦς μειδιάματος καὶ σκωμωδίου αὐτῇ καλεσκεύασεν, καὶ εἰς τὰπίσω πεσοῦσα ὀξαπίνης μεγάλα ἀνέκραξεν, Βοηθεῖτε, λέγουσα, δαιμόνιον ἄρτι κατέσχον, καὶ μαίνομαι. Ἀνασήσαντες δὲ αὐτὴν οἱ περιεσάμμοι, προσῴκειχαν τῷ Ἁγίῳ Θεραπόντι ὁμολογοῦμεν τὸ πλημμελὲς, καὶ ἀναγορεύουσαν. Ἀλλ' ἡμέρας πέντε καλαμείνασα, παντὸς ἐλευθέρα νοσήματος ἦλθεν ἐπὶ τὰ ἴδια. D

23 Εἶδες Ἁγίου θαυμάσια, εἶδες ὀργὴν φιλανθρωπίᾳ κεκερασμένην; Σωτῆρος παιδεύσας, τάχως ἰάσατο, ἵνα μή τε ἀνεξέλεγκτον ᾖ τὸ ἀπαίδευτον, καὶ τὸ παιδευόμενον ἵνα μὴ ἐπὶ πολὺ διελέγχηται· οὕτως οἶδε τὰ τῆς ἰάσεως διανέμειν ὁ Ἅγιος. Πῇ μὲν γὰρ θεραπεύει τὰ σώματα, ὅταν ἐκ τούτου καὶ ψυχὰς θεραπεύσῃ· πῇ δὲ καὶ εἰς μακρὸν παιδαλείνει τὴν σωματικὴν κακοπάθειαν, ὅτ' ἂν τοῦτο σωσῖσον ὁρᾷ τῇ ψυχῇ, καὶ βασανίζειν χρησίμως πρὸς διόρθωσιν· πλέον γὰρ τῶν ψυχῶν ἢ τῶν σωμάτων ἀντέχεται, καὶ τιμωρεῖται τὸ σῶμα δι' ἔλεον. Τῶν γὰρ σπουδαίων ἀνδρῶν πλήρης ἐλέους ἡ τιμωρία καθέστηκεν· Οὐ γὰρ ἐπὶ τὸ πλῆξαι καὶ ἀπολέσαι, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μεταρρέψαι καὶ σωφρονίσαι τὰς τῶν βασάνων ὁδυνηρὰς ἀνθρώποις εἰσάγουσιν. Εὖγε τῆς θείας μιμήσεως! Ἐλεεῖ γὰρ ἡμᾶς καὶ Θεὸς ὀργιζόμενος, (ἐάν τις μὴ πρὸς τὰ παρόντα μόνον εὐθυμῇ τῷ προνοίαν) καὶ τῆς παιδίας αὐτοῦ προλέγει τὸ ἔλεος, ὅτι ἐλεός, φησι, καὶ ὀργὴ παρ' αὐτῷ· δυνάσης ἱλασμοῦ, καὶ ἐκχέων ὀργὴν καλὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος. E

24 Ἀλλά με διέλαθεν συχνῶς, ἐπ' ἄλλα φερόμενον, ἐκεῖνο δὴ τὸ θαῦμα θεώμενον. Ἐκεῖνο δὲ τοῦτό ἐστιν. Στρατιῶταί τινες τῶν δημοσίων ὑπαγμάτων ἐργοδιῶκται, καὶ ὑπηρέται τῶν ἔργων, καλὰ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ παλαι λεγόμενον, ἄνθρωπόν τινα πάνυ γηραλαίον ἐπηρεάσαι θελήσαντες, ὕστα ἐπὶ μικρὸν κωλυθέντες, καὶ τῷ βράδει πρὸς ὀργὴν ἔκλοπον ἀναζέσαντες, τέλος ὑπιλαμβάνονται τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ποσοῦτον ἔτυψαν, καὶ ξύλοις παχέσι καλέξαν καὶ συνέτριψαν, ὥστε ἡμιθανῆ παραῤῥιφοῦσι τὸν ἄνθρωπον. Ἀναλαβόμενοί δέ τινες αὐτὸν ἐπὶ τὸ Ἅγιον ὤφειλον ὅσης ἐκόμισαν· οἵ τε τὸν ἄνδρα θεώμενοι, οἵ τε τὸ συμβὰν ἐπακούσαντες, πάντες τὸ Σωτηρίας ἀπέπαμεν. Ἀλλ' ὁ Μάρτυς αὐτὸν διὰ τῆς νυκτὸς ἰασάμενος, ἡμέρας ὑποφαινούσης ἀπέλυσεν αὐτὸν ἀπελθεῖν ὑγιῆ, ὥστε ἡμᾶς ἰδεῖν καὶ θαυμάσαι λίαν τὸ γεγονός. F

25 TΤοιαῦτα τὰ τοῦ Ἁγίου τούτου θαυματουργήματα· ὕτως ὀξέως ἡμῖν τὰς ἰάσεις προχέουσι, καὶ ταῦτα σπανίως μέχρι καὶ σήμερον. Οἷα καὶ πολλαμοῦ ὑπορρέουσιν, καὶ οὐδενὶ χώραν διαδιδόασι τῷ συνεχεῖ τῆς ἐκβλύσεως κατανοῆσαι βεβαίως καὶ σῆσαι

A τησα τ διανοίας τὸ ὄμμα πρὸς τὸ λεγόμενον, τῶν
δικλίδων ἀπαμειβόντων εὐθέως τὰ φάσανλα. Πάντα
μὲν οὖν, ὡς ἔρηται, τάδε τῦ Μάρτυρος μακρὸν ἦν
καὶ τὰ παρόντα καιρὸν διηγήσασθαι· ἄξω γάρ, οἶ-
δα, τῦ πρόσω φερόμενος, καὶ συνεπίσαμαι τῷ
παρεκβασιν βιαζόμενος. Ἀλλ' ἐάσω λοιπὸν ἐκ-
φράζειν τὰ ἄρρητα. Τί γὰρ καὶ δεῖται λοιπὸν σαφ-
γῶς παρόντα τὰ πράγματα, καὶ αὐτοψία, καθὼς καὶ
ἤδη προέπομεν, τὸ θαῦμα πιστούμενα; Ὁρᾷς τὸν
χωλὸν, δεξιῶς εὐαλλόμενον; πρὸς δορκάδα παράλυ-
τον ἀμιλλώμενον; τὸν τυφλὸν, ὁρῶντα πρὸς ἥλιον; τὸν
κωφὸν, φθεγγόμενον καὶ ῥιθυρισμοῦ ἐπακούοντα; Μι-
κροῦ καὶ πάντες, οἱ πρὸς τῷ ἱερομηνίαν ταύτην
συναγερθέντες, τῦ Ἁγίου τούτου θαυματυργοῦ γε-
γόναμεν πάρεργον. Ὁ μὲν γὰρ λύτρον ψυχῆς καὶ
παράκλησιν, σωμάτων ἄλυσιν ἀνάῤῥωσιν, καὶ πᾶς
ὅτι οὖν πάντως ἐκ τῦ Ἁγίου ἐκέρδαινεν. Αὐτὸς ὁ λέ-
γων ἐγὼ, τί γὰρ οὐκ ἔπαθον; τί δὲ οὐκ εὐηργήθην
ὑπὸ τῦ Μάρτυρος; τί οὖν καὶ φράσομεν, πάντων,
ἃ ὧν ἔπαθον διηγημένων τὰ θαύματα καὶ τὰ οἰκεῖα
πάθη, οὐ θρήνου καὶ τραγῳδίαν δυσπρόσιτον, ἀλλ'
B ὕμνον καὶ ἔπαινον προβαλομένων εὐχάριστον; Αὐ-
τόλεξος γὰρ ἐξήγησις, ἡ τῶν παθῶν γίνεται
ἴασις.

26 Ἐπεὶ τοίνυν χρεῶσαι πάντες τῦ Μάρτυ-
ρος, ἑορτάσαι δὲ τούτῳ τῷ μνήμῃ συνεχρότη-
σεν ἡμᾶς, κάλλιστα αὐτῷ καὶ τὰ θαύματα τούσδε τοὺς
λόγους ἐσπείσαμεν· καὶ αὐτὸς γὰρ οὗτος ὁ Μάρτυς
λόγον τιμήσας, καὶ ὑπὲρ τ παρόντα λόγον τελίμηται.
Ὡς οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ τῷ λόγῳ καὶ Θεὸς καὶ οἱ Ἅγιοι
αὐτῦ θεραπεύονται, ὅτι καὶ λόγος ἐστὶν ὁ Θεὸς, κἂν
μεμηνότες τινὲς τὸ πρῶτον δῶρον Θεοῦ τοὺς λόγους
αὐτῦ μίσει πολλῷ μεμισήκασιν. Ἡμεῖς δὲ κἄν τι
δέοι παθεῖν ὑπὲρ τῦ Λόγου λόγῳ παρηγυρίσωμεν,
λόγῳ μὲν τὰς ψυχὰς ἀποδιοπομπούμενοι, τὰ δὲ
σώματα τῷ νάρδῳ τ εὐωδίας τῦ Ἁγίου προσαλειφό-
μενοι. Οὕτος γὰρ ὑπὲρ τοῦ ὅλου πάλαι γενόμε-
νος, καὶ τοῦ ἑαυτῦ τελευτῆσαι τελευταῖον ποιήσας
μυστήριον, μυσικῶς τὰ νῦν ἁγιάζει τοὺς προσιόν-
τας, εὐωδιάζων ἡμῖν τὰ θεῖα χαρίσματα, καὶ τῷ
μύρῳ ἕλκων ἡμᾶς πρὸς τοῦ ἄνω καλάσασιν.

C 27 Δεῦτε τοίνυν εὐθέως πανηγυρίσωμεν, πρωϊο-
θοινία καὶ προελεύσεις τοὺς λογοὺς ποιούμενοι· νῦν
τὰς ψυχὰς ἁφαγνίσωμεν, νῦν ἐκκαθάρωμεν ῥύπου
τὰ σώματα, ὅπως ἀξίως τοῦ ἀγγελικοῦ χορείαν
ὑποδεξώμεθα, μεθ' ἧς ὁ Μάρτυς οὗτος ὁ μέγας τοῦ
τριαδικοῦ Ἁγιότητα ἐν μιᾷ δοξολογεῖ Κυριότητι·
χαίρωμεν Ἱερεῖς, συναγωνισταὶ εὑρηκότες τὸν τὸν
θαυμάσιον· Νεωκόροι τ θεῖον ὄντως κοσμήτορα. Βα-
σιλεῖς τ τ ἄνω βασιλείας κεκλήσαντα· ἀγαλλιᾶσθε
καὶ παιδευταὶ διὰ τ διδάσκαλον, μαθηταὶ διὰ τ κα-
λῶς χριστὸν μαθητεύσαντα, μονάζοντες τὸ ὁπλιτικὸν
ἄθροισμα; Ναζαραῖοι καὶ ἀζάκορροι τ σωσκητοῦ
ὑμῶν μὴ αἰσχύνητε· ἰδέτω καὶ στρατιώτης τ ἀριστέα
Χριστοῦ, καὶ προθυμείσθω πράξειν τὰ δέοντα· καὶ
ἰδιώτης μὴ ἐκλυέσθω τὸ ἄπλαστον, τοῦ κακίαν σχο-
πῶν εὐθέως φρονήσαντα καὶ τ ὄφιν νικήσαντα. Πᾶσα
ἡ ποίμνη τῦ καλοῦ Ποιμένος μὴ ἀποδράμοι τε,
πτωχοὶ καὶ πένητες, παρθένοι καὶ σώφρονες, οἱ ἐν
νεότητι ὁμῦ καὶ γήρᾳ, αὐτόχθονές τε καὶ ὀθνεῖοι, πάντες
ἅμα ἐν Χριστῷ θεραπευθέντες εὐφημήσωμεν, χεῖρα ψυχῆς
εὐτόνως ἀναχρίσαντες, καὶ Θεῷ σὺν τάδε συναλαλά-
ξωμεν· οὗτος γὰρ οἶκος Θεῦ, θεμέλιος ἄσεως,
τόπος ἀνέσεως, πηγὴ ἀναψύξεως, ὕδωρ ἀγαλλιά-

ter attendere & meritis oculum ſiſtere poſſit, dum poſteriora excipiunt quæ celerrime ſuperveniunt alia. Omnia igitur Martyris magnalia, ſicut dictum eſt, enarrare longum eſt, neque præſentis temporis. Excedam enim, ſcio, ſi ultra progrediar, conſcius mihi quod vel invitus tranſgreſſurus ſim modum. Tandem ergo quæ ſunt ineffabilia eloqui deſino. Nam quid opus eſt pluribus, cum res ipſæ præſentes ſint nobis, &, ſicut præfatus ante hac ſum, ipſo ſui aſpectu miraculum confirmantes? Videſne claudum, rectis pedibus ſalientem? paralyticum, inſtar capreæ feſtinantem? cæcum, ſoli intuendo defixum? mutum ſurdumque, loquentem, audito etiam tenui ſibilo? Parum abeſt, quin omnes nos, quotquot ad hanc feſtivitatem convenimus, accedamus ad ſancti hujus Thaumaturgi mirabilia; alius enim noſtrûm liberationem & conſolationem animæ, alius confirmationem corporis ſui obtinuit, omnes denique omnino aliquid ex eo lucrati ſumus. Ipſe ego qui peroro, quid paſſus non ſum! quanta beneficia non accepi à Sancto! Cur autem ea eloquar? cum omnes proprias infirmitates, & ex iis quæ paſſi ſunt facta in ſe prodigia narrent; atque pro difficili lamento ac planctu euchariſticos hymnos laudeſque adferant? Ipſa quoque per ſe loquitur malorum curatio, nec eget oratore. AUCTORE COÆVO EX MS. *ſibi & ſuis auditoribus facta.* B

26 Cum igitur omnes ſimus debitores Martyris, quotquot ad memoriam ejus celebrandam convenimus, hos ipſos de miraculis ejus pulcherrimis libemus ſermones: quia ipſe Martyr ſicut orationem hanc ornat, ſic ab eadem ornatur: nulla enim re potius quam oratione & Deus & Sancti honorantur, quia etiam Deus eſt verbum, licet inſanientes aliqui præcipuum Dei donum, ipſius inquam verba, odio magno proſequantur. Nos vero licet oporteret aliquid pro Verbo pati, verbum in conventu depromamus; oratione quidem expiantes animas, corpora vero perungentes nardo fragrantiæ à Sancto emanantis. Etenim jam olim ſuperior materiali concretione effectus, mortemque ſuam pro extremo offerens ſacrificio, accedentes ad ſe nunc myſtice ſanctificat, divina chariſmata nobis aſpirans inſtar ſuavis fragrantiæ, & in odore unguentorum ſuorum trahens nos, ad ſupernam tranquillitatem. *Sanctoque orationem offert.*

27 Agite ergo, & agamus prompte diem feſtum, pro libaminum ferculorumque primitiis ſermonem apponentes. Expurgemus nunc animas corporaque à ſordibus, ut digne choream excipiamus Angelicam, cum qua Martyr hic magnus trinam bonitatem in una glorificat dominatione. Exultemus Sacerdotes, qui admirabilem hunc virum invenimus ejuſdem nobiſcum certaminis participem; eccleſiæ Miniſtri, qui ducem talem; Æditui, qui divinum vere ornatorem; Reges, qui regni cæleſtis poſſeſſorem nacti eſtis. Exultate Magiſtri, invento præceptore; Diſcipuli, eo qui verus Chriſti diſcipulus fuit. Vos autem Monachi, electus cœtus, Nazaræi atque Æditui, non erubeſcite veſtræ exercitationis conſortem. Agnoſcat Miles pugilem Chriſti, atque animetur ad ea quæ officii ſui ſunt facienda; & Plebejus non deficiat propter ſuam ſimplicitatem, conſiderans eum qui malitiam perſpicit vincitque ſerpentem. Univerſus boni Paſtoris grex nuſquam diffugiat: pauperes & egeni, virgines & continentes, juvenes ſimul ac ſenes, indigenæ & alienigenæ, omnes pariter Chriſti famulum extollamus laudibus, manibus animæ indeſinenter plaudamus, & hoc in loco conjubilemus Deo. Hęc enim domus Dei, fundamentum immobile, locus remiſſionis, fons reſpirationis, aqua exultationis, tabernaculum quietis, valetudinarium æternum, animarum expiatio, corporum in ſtatum priſtinum reformatio eſt. F *omnes ad feſtivitatem invitans.*

AUCTORE COÆVO EX MSS.

28 Concedite mihi, ut adhuc tantillum indulgeam cantui, unuſquiſque autem mecum concinat & pulſet chordam ſpiritalis citharæ. Continuemus cantica, gratiis agendis compoſita; omnis enim animæ, omnis moleſtia corporis celeri fuga hinc ſeſe proripuit; & quiſquis exteriorum bonorum aliquo eguit, ad hanc divinam ædem veniens, id quo ſibi opus erat, eſt conſecutus. Dies hæc Martyrum feſtum eſt, celebritas publica, orthodoxorum convivium. Apage hinc Panathenæa, Junonia, Cerealia, Theſmophoria, Eleuſinia, Artemiſia & Olympia, Gentilium feſtorum tenebricoſa conventicula: non enim inter ſe ad examen componentur lux & tenebræ, & ſanctiſſimis rebus res turpiſſimæ: quia victima nobis conſtituta, incruenta eſt, puriſſima eſt, experſque materiæ. Propterea Domine, Deus omnipotens, Deus miſericors, parce contritis corde, & non des hereditatem tuam in opprobrium, ut conculcent eam nationes. Ecce enim contabuimus & deſperavimus, ærumnis confectus eſt populus: non eſt qui requirat curandi rationes, aut in unum colligat diſſipata. Adeſdum Domine, Domine, ne deſpicias nos in finem: ſed benigno nutu pacem nobis commoda; pacem his qui longe, & pacem his qui prope ſunt, largiens in ipſo Chriſto omnium miſerente Deo, cum quo tibi Patri ſanctoque Spiritui gloria ſit in ſecula ſeculorum. Amen.

& ſpiritualiter in ea exultans

pacem cunctis à Deo petit,

B

28 Δότε μοι μικρὸν ἔτι καλεντρυφήσω τῷ ἄσματι· Συᾳδέτω δὲ πᾶς ἐμοὶ, καὶ ἀναχρυέτω χορδὴν ὁ κιννήρᾳ τοῦ πνεύματος. Χαρισηρίους ᾠδὰς ἀνατείνωμεν, ὁ μὲν γὰρ ψυχῆς, ὁ δὲ σώματος πάθος εὐθυδρομήσας ἐνθάδε διέφυγεν· ὁ δὲ καὶ τὰ ἔξωθεν εὐδεὴς γεγονὼς, τότῳ προσκαλεσάμενος τῷ θείῳ δόμῳ τοῦ δέοντος ἔτυχεν. Ἡ ἡμέρα αὕτη Μαρτύρων πανήγυρις· πάνδημος ἑορτὴ τῶν ὀρθοδόξων Συνέσεως. Βάλε μοι τὰ Παναθήναια, τὰ Ἡραῖα καὶ Δημήτρια, Θεσμοφόρια, Ἐλευσίνια, Ἀρτεμίσια τε καὶ Ὀλύμπια, τὰ σκοτεινὰ τῶν ἑλληνικῶν ἑορτῶν καταγώγια· ἃ γὰρ ἀντιπαρατίθεται πρὸς ἐξέτασιν τῷ φωτὶ τὸ σκότος καὶ τοῖς ἁγίοις τὰ αἴσχιστα, ἡμῖν γὰρ ἀναίμακτος πάναγνός τε καὶ ἄυλος ἡ θυσία κατέστηκεν. Διὰ τοῦτο, Δέσποτα, Θεὲ παντοκράτωρ καὶ κύριε τῶν ἐλέους, φεῖσαι τῶν τε ταπεινωμένων καὶ μὴ παραδῷς εἰς ὄνειδος τὴν κληρονομίαν σου· κατάρξαι ἡμῶν ἔθνη. Ἰδοὺ γὰρ τεπήγμεθα, διαπεφωνήκαμεν, τεταλαιπώρικεν ὁ λαός· οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὁ λόγος φρονήσεως ἐκζητῶν, ὁ σωάγων τὰ διεσπαρμένα εἰς ἓν· πρόσχες ὦ Κύριε, Κύριε μὴ παρίδῃς εἰς τέλος ἡμᾶς· ἀλλ' εὐσπλάγχνῳ ῥοπῇ μετασκεύασον ἡμῶν τὸν ζωὸν, εἰρήνευσον τοῖς μαχρὰν καὶ τοῖς ἐγγὺς χαριζόμενος, ὅτι αὐτῷ τῷ Χριστῷ τῷ πανελέημονι Θεῷ μεθ' οὗ σοὶ τῷ Πατρὶ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

D

E

DE S. PHANURIO MARTYRE

IN RHODO ET CRETA CELEBRI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

De ejus cultu certo, incerto die; deque miraculis ſeculo VIII ſcriptis, & causâ ea huc referendi.

Ex Ms. Vaticano dantur miracula

C

Nter volumina Bibliothecæ Vaticanæ, codicibus Græca ac Latina lingua ſcriptis locupletiſſimæ, ſpiſſiſſimum unum eſt, pluſquam mille trecentorum & octoginta foliorum, in charta linea, charactere ſatis minuto, nec omnino vetuſtiſſimo, ſignatuſque numero 1190; *quod Paulo V, in Bibliothecæ locupletationem intento, donatum fuiſſe ab Alexandro Turriano, Epiſcopo Sitienſi & Hierapetrenſi, docet præfixa libro dedicatio. In hoc, nullo (quod ſciam) ordine collecta inveniuntur plurium Sanctorum Sanctarumque Martyrum, quorumdam etiam Confeſſorum atque Virginum, Paſſiones & Vitæ, præſertim Orientalium; ſic ut credibile ſit ad uſum alicujus in Syria Eccleſiæ ſcriptum fuiſſe, cum res Chriſtiana iſtic utcumque ſubſiſteret, prius quam talis charta conficienda uſus noſtræ Europæ innotuiſſet. Ex hoc Codice, tum alias quaſdam Sanctorum hiſtorias nobis deſcripſimus, tum Vitam* S. Myronis, *Cretenſis Epiſcopi, dandam die* VIII *Auguſti; & Miracula apud Cretenſes patrata ad invocationem* S. Phanurii, *fallente titulo qui promittit,* Μαρτύριον ἁγίου Μεγαλομάρτυρος Φανουρίου καὶ Θαυματουργοῦ, Martyrium ſancti Megalo-martyris & Thaumaturgi Phanurii. *Nec enim de vita ac morte Sancti verbum iſtic ullum, excuſante ſe in ipſo exordio auctore, quod de iis nihil omnino ſciatur, & ſolum certus ſit cultus, apud Rhodios quidem antiquior quavis hominum notitia, apud Cretas vero memoria recentioris.*

cum probatione cultus,

2 *Miracula ergo hic ſola habentur, deſcripta ab Auctore Anonymo neutrius inſulæ incola, ſed ad aliam aliquam Eccleſiam pertinente, ubi præter hunc Sanctum (cujus feſtum quo die recurrat non exprimit) certis (quos indicat) diebus coluntur* Melliſluus Callinicus, *nobis aliunde ignotus, &* ſancti Patres, Macedonius Critophagus, atque Euſebius. *Quia autem hos ambos prope Antiochiam Syriæ vixiſſe ſcimus ex Theodoreti Philotheo, ſuſpicamur ibidem floruiſſe quem indicat etiam* S. Phanurii *cultum. Licet enim prædicti Sancti locum habeant in Menais excuſis, acceptis ex uſu Eccleſiarum, Patriarchatui Conſtantinopolitano ſubjectarum; eum tamen habent aliis, quam hic notentur, diebus; atque ac* S. Therapon, *de quo jam egimus, ex Rhodo tranſlatus Conſtantinopolim; cui, ut vidimus, eadem Menæa memoriam faciunt* XIV *Maji; cum Synaxaria Mss. pleraque & ipſum Typicon, impreſſum ex uſu monaſteriorum Terræ-ſanctæ, notent hunc* XXVII *diem: quo etiam ipſum coli in ſua (quam Antiochenam ſuſpicamur) eccleſia docet hic, quem præ manibus habemus, auctor, ipſum quoque adducens in exemplum Sanctorum, publica veneratione celebrium, etſi neſciatur, qui vel unde ſint, ubi & cum quibus vixerint, quando vel quomodo obierint.*

etiam in Antiochena (ut videtur) Eccleſia

F

ubi & S. Therapon colitur 27 Maji.

3 *Igitur cum* S. Phanurii *nomen nullis hactenus in ſcriptum reperiamus Faſtis; & tamen teſtimonium cultus tam certum ac evidens in præſenti miraculorum collectione inveniatur; viſum eſt convenire, ut quorum vitæ & paſſionis Acta ſimili ſunt oblivione ſepulta, extant autem fortunâ ſimili ſola miracula, eos ſimul referamus hoc die, quo*

quare huic adjungitur.

A *quo eorum alterum coli ſcimus. Eâdem quoque Diocletiani ac Maximiani perſecutione, qua ex Rhodo in Ægyptum fugit* S. Therapon, *coronatum eſſe* Phanurium, *& Acta periiſſe eodem Gentilium perverſo zelo, quo plerique ſancti libri & geſta Martyrum interierunt, nihil prohibet ſuſpicari. De miraculis autem affirmare poſſumus pro certo, ea ſeculo* VIII *facta eſſe omnia; cum ſcilicet tranſgreſſi ex Africa Saraceni jam potirentur Hiſpania Bætica; nec-*

Miracula ſec. 8 contigerunt.

dum vero Cretam ac Rhodum & inſulas Cycladas occupaſſent; ſed ſolum piraticis excurſionibus periculoſa facerent maria iſta, quando ducti in captivitatem Sacerdotes quidam Rhodii, & Cretenſis Monachi Ionæ ſtudio atque interceſſione S. Phanurii *liberati, occaſionem dederunt venerationem ejus dilatandi uſque in Cretam, tranſlatione imaginis, ad ſimilitudinem Rhodienſium ejuſdem Sancti imaginum expreſſæ.*

AUCTORE D. P.

MIRACVLA

Auctore Anonymo ſeculo VIII deſcripta

ex Ms. Codice Bibliothecæ Vaticanæ num. 1190 *fol.* 1091.

CAPUT I.

Cultus S. Phanurii ex Rhodo in Cretam propagatus, occaſione quorumdam à Saracenis captorum Sacerdotum.

6 *In veteri Aptenſis Eccleſiæ Breviario, impreſſo ſub nota anni* MDXXXII, *præſcribitur Officium* IX *Lectionum, cum hac de eo Collecta propria;* Sancti Confeſſoris tui atque Pontificis Eutropii nos quæſumus, Domine, conciliet interceſſio, quæ ſanctis virtutibus veneranda refulget. *Officium in variis Breviariis.* *Breviarium monaſterii S. Andreæ prope Avenionem, anno* MDLIII, XII *lectiones recitandas præſcribit, ſecundum propriam Ritus monaſtici formam, ſed omnia de communi. In Tricaſtina S. Pauli eccleſia vulgo* S. Paul de trois chaſteaux *ſimilem* S. Eutropii *cultum etiam viguiſſe demonſtrat Ms. quod Suareſius vidit in novem Lectiones diſtributum. Plura earumdem partium antiqua Breviaria ſi ſuppeterent, ex plurium fortaſſis Eccleſiarum Kalendariis poſſemus probare cultum diffuſum per Provinciam. Ioannes Cherron Carmelitarum per Aquitaniam Provincialis, in litteris ad ſuum Generalem* E *Theodorum Stratium apud Lezanam ad an.* 1385 *hoc ſeculo datis, de Tarbienſi ſui Ordinis conventu loquens, ait; quod ibidem* in eccleſia, magno Pyrenæarum gentium concurſu colitur, S. Eutropius, *cujus &* Reliquias *haberi ait* in Conventu Condomienſi. *Quod ad prædictam Reliquiarum diſſipationem attinet, ea ſimul & Reliquiarum* S. Florentii *Epiſcopi, recolendi* XVII *Octobris, facta dicitur, cum publica in proceſſione illa circumferentur; capſas vero argenteas Lugduni à ſacrilegis venditas ait Hiſtoria Arauſionenſis ſcriptor Dominus de la Piſe, pag.* 132 *&* 161 *factum utrumque commemorans; qui licet Calvinianam hæreſim etiam ipſe profeſſus, abominatur tamen auctorem ſacrilegii Iacobum, Notum Arauſionenſem vulgo dictum, filium naturalem Principis Ludovici de Chaalons; neque contemnit eorum religionem qui feſtum ſolenni pompa latiſque ignibus celebrare conſueverant. Ex ea diſperſione collectum à Catholicis caput* S. Eutropii, *& Tholoſam tranſlatum ad eccleſiam S. Saturnini, ibidem hodieque religioſe ſervari creditur.*

Reliquiæ.

VITÆ PARS PRIOR,

Auctore Vero Epiſcopo ſucceſſore

Ex codice Ms. Fucquetiano Pariſiis, & veteri Breviario Ms. S. Pauli Tricaſtini.

LECT. I *Prologus auctoris.*

QUoties quis Sanctorum virorum vitam, meritis venerabilem, virtutibus celebrem, explicaturus aggreditur gratiâ Dei, debet ſolicitius conſcientiam communire, ne quid aut negligentiâ incautus omittat, aut gratiâ inductus fingat; ſciens & ſe gravari culpa mendacii, & non parvam laudem miraculis derogare, ſi aut facta ſubtrahat, aut non facta confingat. * Sed quia multum inſtructioni, II multum profectui audientium ſubtrahitur, ſi Vita tanti Pontificis occultatur; etiamſi non poſſimus in unum univerſa colligere, non deſinamus tamen ex multis vel aliqua prædicare a.

a *Natus Maſſiliæ*

III 2 Igitur S. Eutropius, antiquæ urbis Arauſiæ, & ſub cultu gentilitatis nobiliſſimæ, ſummus Pontifex, Maſſilienſis civitatis indigena, clarus natalibus, acer ingenio, mundanarumque rerum dote compoſitus, cum licentioſam adoleſcentiam conjugali remedio

A medio refrenaſſet; illicitumq; ſuum ad licita transferens, ſortitus fuiſſet uxorem; aliquamdiu ſeculo ſerIV. viens; * quia jam vocabatur ut probaretur, retinaculi reciſione diſſolvitur; & ſanctiſſimâ conjugē, pollentem gratia Caſtitatis, præmittit ad Dominum; lætus quidem præcedenti merito, ſed anxius remanentis affectu: in quo cum ſe multa ſecreta bona converb ſationis occultata plus proderent, S. Euſtachium *b* Maſſilienſem Epiſcopum, virum eximium, non laV. tuit. * Beatus itaq: Eutropius, quem latere Dominus *ad pietatem converſus,* nolebat, rapitur juſſu Pontificis; & reclamans ac pertinaciter repugnans, quaſi alter Saulus, B. Pauli ſecuturus veſtigia, invitus trahitur ad ſalutem. Epiſcoc pi *c* adhortatione ferus adhuc tiro mulcetur, nec tamen in aſſenſum converſionis ex aſſe componiVI. tur. * Erat & illa duritia altioris fortaſſe conſilii: quia judicabat non leviter debere ſuſcipi, quod metuebat facile non poſſe compleri. Sed cum tonſor capiti fuiſſet adhibitus, ac defluentes comarum tractus concurrens in ſe ferri acies obliqua concideret; neſcio quâ virtute, præſentis ſeculi ſpe mirabiliter deſtitutus, totum ſe in amorem religionis, quaſi agVII. nus ex lupo, collegit. * Cumque Diaconatus offi*ordinatur Diaconus, & de præteritis pœnitens,* cium ſuſcepiſſet, præteritos actus recolens, non ſolum Levitam, ſed & pœnitentem impleturus arripuit; * & jejuniis, abſtinentiâ, eleëmoſynis, orationibus, lacrymis & vigiliis ſtudebat non ſolum impleVIII. re præcepta, ſed & flere præterita, Qua contritione B credo Deus placatus, ut conſolaretur afflictum, mirabili viſione, præcedens delictum patefecit indultum.

IX. 4 Accidit ergo ut quadam nocte, poſt orationis *videt cæleſti igni conſumi peccata,* vigilias, in ſoporem depreſſus, viſione terribili frangeretur. Videbat namque ſe ſupinum terra proſtratum, & in columna à locis genitalibus nigrarum avium multitudinem conglobatam uſque ad nubes extendi. Cumque tantæ rei ſtupor etiam dormientem invaderet, vidit è cælo ignem, uſque genitalia d ſua avium multitudinem conſumentem *d*. Somno terrore viſionis excutitur, nec tamen beneficio interpretationis divino indicio commonetur. Multiplicatur afflictio & abſtinentia, viſio exprimitur metuenda; probat Deus tironem, incertum ſuſpicionis metu, ſed jam ſecurum remiſſionis arcano. Similiter poſt multum tempus in orationem vigilanti nocte ſopor inducitur; eodemque modo muſcarum globus *operum & cogitationū.* a pectore uſque ad nubes aſcendens, ſubito igne divino conſumitur. Expergefactus, & iteratæ viſionis e novitate permotus, quemdam Abbatem *e* probatæ C ſanctitatis expetit, eiq; permiſſa hora antecedentium viſionum ordinem pandit. Cui beatus Abbas, agens gratias Deo, ita reſpondit: Non vides, frater Eutropi, quod meruiſti à præteritis, non ſolum actuum atrorum, ſed & cogitationum culpis abſolvi? Crede te virum illum, illius Scripturæ teſtimonio confirmatum, ex inſomnii illius conjectura, de quo ait Ezech. 33 Propheta, Impius qua hora converſus fuerit ab iniquitate ſua ad juſtitiam, omnes retro iniquitates delebuntur.

4 Inter hæc Auraſicæ civitatis Pontifice, etiam *ordinatus Epiſcopus, & fugam meditans,* nomine Juſto, ad Dominum evocato, Eccleſia urbis ipſius ut moris eſt indagare cœpit, quis digne eligi deberet Epiſcopus: & per diverſos notorios diſcurf rens, in S. Eutropium ſe univerſitas tandem, judiciis variis diu fatigata, collegit. Ordinatur S. Eutropius Epiſcopus; qui vaſtatæ *f* ſolitudine civitatis territus, fugam cepit cautiſſime meditatam. Sed Deus, qui militem jam ſuum probabat tentationibus, non opprimebat, ad ejuſmodi conſiliarium fugam meditantem detulit, ubi reſponſo convenienti roboraretur fractus, & conſolaretur afflictus. Nam cum g venerabili cuidam viro *g* Apro, non ſolum vita ſed inſtitutione perfecto, utpote S. Auguſtini diſcipulo, conſilium prodidiſſet; his ille confitentem verbis *confortatur ab Apro Auguſtini diſcipulo:* adorſus eſt: Eſne tu ille Eutropius electus, notis meritis comprobatus? Quia non te ſuſcepit Eccleſia, diſtenſa cenſu, ornata miniſterio, inflata privilegio, comitatu nobilium inquieta, idcirco à te inhonora deſpicitur, & ut abjectiſſima refutatur? Revertere, & ſcito tibi hanc à Deo eſſe commiſſam, nec de ſublimitate ejus ſis dubius, cujus pretioſitas ſolis fidelium meritis flagitatur. Diſcute inertes animos, & hujus diabolicæ tentationis tenebras arctioris orationis aſſiduitate depelle. Lege magiſtrum illum; Eph. 4, 28 imo, quia jam legiſti, hunc ſequere, [qui docet] & manibus operantes parare, unde tribuant neceſſitatem patientibus.

5 His verbis S. Eutropius animatus civitatem ſuam repetiit, labori ita mancipatus, ut non minus opere conſumeret corpus, quam animam oratione reficeret *h*. Sed licet antecedentium ſomniorum h admirabilium illius cogitationes attenta feriret com- *& Paulæ exemplo manibus operans,* paratio; tamen prius i prodigiis quam ſuffragiis pui blicari meruit, ut probaretur ad hanc gratiam etiam meritis perveniſſe. Nam cum teneras manus rudis bubulci ſtiva ſuſciperet, & aſſiduitas arandi flexu curvati lateris dolorem corporis cieret; quaſi ſolers medicus, alternati laboris remedio, velut quibuſdam epitagmatiis aut antidotis medicabatur. Cedebat igitur ſilvas, & ſentuoſam camporum faciem veE prium evulſione purgabat: ſæpe gravatum vineæ *ſeſe impendit agriculturæ.* cultorem ipſe apprehenſo ligone palpabat. Frangebatur alieno opere pleniſſimus pietate, cum ſibi ſoli non parceret. Qua autem patientia æſtati & frigori corpus opponeret, prope incredibiliter explicatur. Nam penetrante gelu man .... *Reliqua deſunt.*

ANNOTATA.

a *Breviarium Tricaſtinum*, Publicare.

b *Alii* Euſtaſium & Euſtathium *appellant, creditur-que Venerio Epiſcopo ſucceſſiſſe anno circiter 452, & obiiſſe anno 463: qui licet paſſim* Sanctus *appelletur, nihildum tamen de ejus cultu aliquo nobis conſtat, vel ex Officiis ejus Eccleſiæ propriis vel ex Annalibus Gueſnajt.*

c *In Ms. eſt*, ad orationem.

d *Hactenus Breviarii præfati Lectiones.*

e *Veroſimile eſt hunc fuiſſe* Joannem Caſſianum, *qui ſub annum 429 appulſus Maſſiliam, atque à Venerio Epiſcopo exceptus, quam in Oriente didicerat vitæ monaſticæ formam, Occidenti cœpit communicare, inſtituto ibidem cœnobio, quod uſque ad annum 446 optima ſub diſciplina rexit, defunctus 1 Auguſti, ubi hodiedum etiam colitur ut Sanctus; à nobis quoque ad 23 Iulii referendus.*

f *Ergo poſt annum 464, quo Evaricus Viſigothorum Rex Arianus Romanam Provinciam univerſam ſuo adjecit imperio. Niſi malis, ruinam adſcribere Burgundionibus, eaſdem regiones & ante & poſtea populatis, priuſquam ſuum ibi fundarent imperium, quod circa an. 471 ſtare in eadem Provincia cœpit.*

g Aper *hic cenſeri poteſt, idem cui Sidonius Apollinaris ſcribit Epiſt. 21 lib. 4, & Epiſt. 14 lib. 5; illum enim ex his diſcimus genere Arvernum, Viennenſem incolatu, utrimque vero ſæpe ac diu abſentem fuiſſe, ut facile hoc tempore potuerit Arauſionem excurriſſe, aut ſaltem per literas conſuli.*

h *Extrema hæc particula, fere extrita, quia agre potuit legi à noſtro amanuenſi, vitioſe etiam deſcripta fuit; quare libertatem ſumpſimus plura corrigendi per conjecturam: an recte omnia, docere poterit contextus integer, ſi aliquando in lucem veniat.*

i *Ecgraphum noſtrum*: Tantum prius prodi, quam ſuffragiis publicari meruerunt, ut probetur &c.

DE S. IOANNE PAPA I. MART.

RAVENNÆ ENECTO, ROMAM REVECTO.

COMMENTARIUS HISTORICUS. D. P.

Quo etiam agitur de Symmacho & S. Severino Boëtio, Patriciis & Exconſulibus Romanis.

CAPUT I.

Tempus & Acta Pontificatus atque Legationis Conſtantinopolitanæ.

AN. DXXVI

Ab anno 523 ad 526,

B *Secundus Veterum Pontificiorum Catalogorum, ab Henſchenio productorum ante Aprilem, & à me reproductorum in Apparatu ad Conatum Chronico-hiſtoricum de eodem argumento, deſinens in Felice IV immediato ſucceſſore* S. Joannis Papæ I, *hujus elogium ſic exorditur.* Joannes, natione Tuſcus, ex Patre Conſtantio, ſedit annos II, menſes VIII; dies XV, à Conſulatu Maximi uſque ad Conſulatum Olybrii: *& poſt multa, ſub finem ita legitur*; defunctus eſt Ravennæ cum gloria, XV Kal. Julii, in cuſtodia Regis Theodorici. *Eadem omnia verba, ſub exigua phraſis diverſitate reperiuntur, in omnibus Anaſtaſianus exemplaribus, Vitiſque Pontificum & vetuſtis Romanis Breviariis, tam manu ſcriptis quam typo cuſis his & illis; niſi quod pauca quædam nominent præ* Conſtantio Patre, Conſtantinum; *nonnulla ad* UIII menſes, *unum addunt, & ſcribunt* UIIII; *alia pro* diebus XV; *numerant* XVI; *omnia vero concorditer addunt, quod fuit* temporibus Theodorici Regis & Juſtini Auguſti Catholici. *Hoc ipſum probant Conſules,* Maximus *quidem, anni* DXXIII; Olybrius *vero, anni* DXXVI: *qua nullam eſſe certiorem temporum notam paßim viri eruditi agnoſcunt. In differenti numero menſium atque dierum,* menſes VIII, dies XVI *accipio; nã hos etiã habet Catalogus tertius à me productus integer, & ab Illuſtriſſimo Schelſtratio laudatus, velut is ex quo ſuos numeros Anaſtaſius ſumpſit: maxime tamẽ, quia per iſtos retrocedendo, à* XVIII Maji *ad* III Septembris *anni* DXXIII, *habetur per litteram Dominicalem* A, *dies Dominica; quali ſolitos conſecrari Epiſcopos toto fere Conatu præfato demonſtro. Econtrario per* menſes novem, dies XV *vel* XVI, *incurritur in Feriam* V *vel* VI, *impingiturque in extremos dies Hormiſdæ, non niſi* IV *Auguſti mortui, ſicut alibi docui. Fuiſſe* Joannem, *cum ad Pontificatum aſſumeretur,* S.R.E. Diaconum, *conjicimus ex libris* S. Severini Boëtii, *ipſi ſub eo titulo inſcriptis & infra nominandis.*

C 2 *His de perſona, ætate, ac* Pontificatu Joannis, *quam antiquis tam certis, non ſatis prudenter adjungeretur, quod recentiorum aliqui etiam civitatem nominare præſumpſerint, in qua natus ſit,* Senas, *urbem Tuſciæ pervetuſtam; & poſt annos pluſquam mille, velut ex fide digna traditione referant, natalem quoque monſtrari domum* in vico Fontis-blandi. *Nobis non licet eſſe, in re adeo vetuſta, tam credulis. Itaq; traditione hujuſmodi, ſuperiori primum ſeculo audiri cœpta, ita volentibus relicta, ad Acta Pontificatus ejus venio, apud Anaſtaſium Bibliothecarium ſic deſcripta.* Hic Papa fecit (*an potius,* refecit?) cœmeterium beatorum Martyrum Nerei & Achillei, via Ardeatina. Item renovavit cœmeterium Felicis & Adaucti. Item renovavit cœmeterium Priſcillæ via Salaria. Eodem tempore poſitum eſt ornamentum ſuper Confeſſionem B. Pauli Apoſtoli, de gemmis praſinis & hyacinthinis. Item hujus temporibus Juſtinus Imperator obtulit patenam auream cum gemmis, penſantem libras viginti; calicem aureum cum gemmis, penſantem libras quinque; ſcyphos argenteos quinque, pallia auro texta quindecim: quæ ipſe Joannes detulit Apoſtolis, beatiſſimo Petro & Paulo, & ad S. Mariam, & ad S. Laurentium. Hic F ordinavit Epiſcopos per diverſa loca numero quindecim. *Eadem, & phraſi forſan vetuſtiori, leguntur in noſtris Mss. Pontificum Vitis, deductis uſque ad Martinum V & ; ut cetera hujus generis, credi poſſunt poſt cujuſque Pontificis mortem, à domeſticis eorum miniſtris & eccleſiarum præfectis fideli memoria commendata fuiſſe, ad ſucceſſorum liberalitatem tam minuta ejuſmodi rerum enumeratione provocandam magis: cum id jam inde à tempore Silveſtri Papæ cœptum eſſet fieri in Pontificiis Regeſtis, ut apud eumdem Anaſtaſium videre licet.*

an. 2, m. 8, dies 15.

An patria Senæ

cura Romanis cœmeteriis, dona eccleſiis impenſa.

3 *Paulus de Angelis, in Annotationibus ad Vaticanæ Baſilicæ deſcriptionem, à quodam Romano Canonico tempore Eugenii III olim editam; recitat hunc titulum, in eadem Baſilica antiquitus repertum:* *an etiam fons baptiſmalis in Vaticano ornatus ab eo.*

Martyribus Chriſti Domini pia vota JOANNES
Reddidit Antiſtes, ſanctificante Deo:
Ac ſacri Fontis ſimili fulgente metallo,
Providus Antiſtes nunc copulavit opus:
Quo quiſquis gradiens, & Chriſtum pronus adorans,
Effuſaſque preces mittat ad aſtra Deo.

Sed vereor, ne hæc alium Joannem *multo poſteriorem ſpectent: neque enim omiſiſſet Anaſtaſius commemorare Baptiſterii novum opus. Talis autem nullus cum in toto Anaſtaſio reperiatur: crediderim poſt ejus ætatem dictum Baptiſterium ſtructum vel ornatum fuiſſe. Si de Lateranenſi Baſilica ageretur, in promptu eſſet* Joannem IV *nominare: qui* fecit eccleſiam Beatis Martyribus Venantio, Anaſtaſio, Mauro, & aliis multis Martyribus, quorum Reliquias de Dalmatia & Iſtria adferri præceperat; & recondidit eas in eccleſia ſupraſcripta, juxta fontem Lateranenſem, juxta oratorium B. Joannis Baptiſtæ: quam *(eccleſiam, aut forte,* quem *fontem)* ornavit & diverſa dona obtulit. F

Ex Anonymo coævo ſcitur.

4 *Nunc porro audiendus nobis eſt Anonymus Hiſtoriæ Caſareæ ſcriptor, à Conſtantio Chloro Magni Conſtantini patre, uſque ad exitum Theodorici, de* Joanne *præ aliis omnibus accuratius diſſerens, ſicut fortaſis geri viderat, Ravennæ aut in vicinia præſens. Primus eum nobis extulit Henricus Valeſius, poſt Ammiani Marcellini libros, atque utinam aliunde prodeat exemplar aliud, magis integrum minuſque mendoſum, unde ſuppleri defectus poßint. Hic, poſt multas ac juſtas Theodorici, licet barbari atque Ariani, laudes (quas niſi extremæ vitæ actis maculaſſet, optimus Princeps Trajanoque ſimilis dicendus foret) narrat, quomodo occaſione accepta,* invenit diabolus locum, ut hominem, bene rempublicã & ſine querela gubernantem ſubriperet. *Tum plura alienati jam a Romanis animi exempla proſequens, & indignam* Boëtii *Exconſulis necem ab eo impe-*

A *à R. Theodorico miſſus CP.*

imperatam; Rediens, *inquit*, Rex Ravennam, *&* tractans, non ut Dei amicus, ſed ut legi ejus inimicus; immemor factus omnis beneficii & gratiæ, quam ei dederat; confidens in brachio ſuo, item credens quod eum pertimeſceret Juſtinus Imperator; & evocans Ravennam Joannem Sedis Apoſtolicæ Præſulem, dicit ad eum: Ambula Conſtantinopolim ad Juſtinum Imperatorem, & dic ei inter alia, ut reconciliatos hæreticos in Catholica religione, reſtituat. *extuſaſſi quod illicitũ plane erat,* Cui Papa Joannes ita reſpondit: Quod facturus es, Rex, facito citius, ecce in conſpectu tuo adſto. Hoc tibi ego non promitto me facturum, nec illi dicturus ſum: nam in aliis cauſis, quibus injunxeris, obtinere ab eodem, annuente Deo, potero.

5 Jubet ergo Rex iratus navem præparari, & ſuperimpoſuit eum cum aliis Epiſcopis, id eſt, Eccleſium Ravennatem, & Euſebium Fanenſtrenſem, Sabinum Campanum, & alios duos; & Senatores Theodorum, Importunum, Agapitum, & alium Agapitum. Sed Deus, qui fideles ſuos cultores non deſerit, cum proſperitate perduxit. Cui Juſtinus Imperator venienti ita occurrit, ac ſi B. Petro: cui audita legatione omnia repromiſit facturum, præter reconciliatos: qui ſe fidei Catholicæ dederunt, Arianis reſtitui nullatenus poſſe. *De itineris hujus Illuſtribus comitibus apud alios quoque mentio ſit ampla; Epiſcoporum iis additorum nullus meminit, præter Anonymum hunc.* B *Socii hujus legationis* *Vixit autem* Eccleſius Ravennas *uſque ad annum* DXLI, *ſaltem ex Ravennatium ſcriptorum calculo, ad* XXVII *Iulii examinando; nec enim ſubſiſtere poteſt, quod ajunt inter ipſum & Petrum, ſediſſe Aurelianum, undecim annorum Epiſcopum: cum hic idem Anonymus de Petro agat,* ut qui tunc Epiſcopus erat, *cum Eutharicus anni* DXIX *Conſul Magiſtratum gereret vel geſſiſſet, atque inter Catholicos & Iudaos illa extitiſſet controverſia, in qua inſolentius agens plebs fidelis illorum Synagogas Ravennæ exuſſit, quod Theodorico alienationis contra Catholicos concipiendæ initium fuit.* S. Euſebius Fanenſis, *ſive (ut antiqui)* Faneſtrenſis, *colitur* XVIII *Aprilis & ex Romano Synodo, anno* CCCCXCIX *atque* DIII *celebratis, plura de eo neſciebamus; hinc vero diſcimus, eum anno* DXXVI *adhuc in vivis fuiſſe.* Sabinum *nullum novit Eccleſia Capuana, & hoc tempore eam tenebat* S. Germanus, XXX *Octobris commemorandus; neque inter reliquos Campaniæ Epiſcopos ullum hujus nominis refert Vghellus Tom.* 6 *Italiæ ſacræ; reſtat ergo illius adhuc ibi invenienda Sedes, neque enim quin fuerit dubitari poteſt. Ex ſecularibus qui nominantur Exconſules atque Patricii,* C *& Patricii,* *primus* Theodorus *anno* DV *Conſulatum in Occidente geſſit, Collegamque in Oriente habuit Sabinianum.* Importunus, *anno* DIX *ſolus nomen dedit*; Agapitus, *anno* DXVII *in Occidente faſces geſſit, quos ſibi in Oriente aſſumpſit Anaſtaſius Auguſtus, pro quarta vice.* De alio Agapito, *qui ſolum* Patricius *appellatur ab Anaſtaſio, nihil habeo quod addam, niſi quod in reditu* Theſſalonicæ defunctus *legatur.*

6 *Atque hæc dicta ſint ad illuſtrationem Anonymi, quo nemo clarius expoſuit primum caput legationis,* Joanni *impoſita; quale neque hic petere, neque Iuſtinus concedere potuit. Ceteri alia capita injuncta legationis explicant, minus adverſa rationi. Theophanes, prope Conſtantinopolim Monachus, in ſua ad annum* VI *Iuſtini Chronologia:* *Alia ejuſdẽ legationis tolerabiliora capita,* Hoc anno, *inquit*, Theuderichus, pravis Arii ſenſibus infectus, qui Romam, *id eſt, Romanum in Italia Imperium*, occupaverat, Joannem Papam ad Imperatorem Juſtinum Byzantium proficiſci coëgit; & pro Arianis, ne hæreſi ſua per vim abducerentur, legatione fungi: quandoquidem ipſe Theuderichus idem ſe adverſus Catholicos Italiæ incolas commiſſurum minabatur. *Secundus Catalogus hoc tempore ſcriptus, rem ita narrat:* Rex *Ioannem* rogans, miſit in legatione Conſtantinopolim ad Juſtinum Auguſtum, virum religioſum, qui ſummo amore religionis Chriſtianæ, voluit hæreticos exterminare *(ſic melius in pauca Anaſtaſii exemplaribus legi puto, quam in Catalogo* extricare) nam ſummo fervore eccleſias Arianorum in Catholicas dedicavit. Exinde iratus *à Iuſtino impetrata.* Theodoricus Arianus, voluit totam Italiam gladio perdere. Tunc Joannes venerabilis Papa, egreſſus cum fletu & mugitu ambulavit, & viri religioſi Exconſules & Patricii, accipientes hoc in mandatis Legationum ab ipſo Rege, ut redderentur eccleſiæ hæreticis in partibus Orientis; quod ſi non fuerit factum, omnem Italiam gladio perderet. Juſtinus autem Auguſtus, cum eis ſimul & tantis Senatoribus & Patriciis urbis Romæ occurriſſet, omnem conceſſit petitionem; & propter ſanguinem Romanorum, reddidit hæreticis eccleſias, ſecundum voluntatem Theodorici Regis hæretici; ne Chriſtiani, maxime Sacerdotes, ad gladium mitterentur. *Similibus fere verbis res eadem narratur in noſtris Mss. Vitis Pontificum, Breviariis antiquis, & apud Anaſtaſium: neque hæc narratio prioribus narrationibus Anonymi Theophaniſque repugnat, cum plura fuerint legationis capita, quorum uno abſolute rejecto, cetera ſperaverit* Joannes *impetrare, ac revera impetraverit. Interim apparet quam inſulſo figmento, in ſpuria ſua Decretali,* Joannes *inducatur, Epiſcopos poſt reditum è Gracia hortari, ut, quemadmodum ipſe Conſtantinopolim profectus fecerat,* quaſcumque illis in partibus Arianorum eccleſias reperire potuit, Catholicas conſecrans; *ſic & ipſi eaſdem* ubicumque invenerint, abſque ulla mora Catholicas conſecrent..... quamquam Theodoricus Rex omnem regionem *Italicam* perdere, & gladio & igne conſumere minetur.

7 *Iter Ioannis Conſtantinopolim non ita mari actum eſt, quin ſaltem, vitato longiori inter Peloponneſum & Cretam circuitu, ad Iſthmum Corinthiacum mutaretur navigium, cujus Iſthmi exiguam* XL *dumtaxat ſtadiorum latitudinem dum tranſit Pontifex, miraculum accidit, quod S. Gregorius lib.* 3 *Dialogorum cap.* 2 *ſic narrat:* Gothorum tempore, cum Joannes vir beatiſſimus, hujus Romanæ Eccleſiæ Pontifex, ad Juſtinum ſeniorem Principem pergeret, in Corinthi partibus advenit, cui neceſſe fuit, ut in itinere ad ſedendum equus requiri debuiſſet. Quod illic vir nobilis audiens, equum, quem pro magnâ manſuetudine ejus conjux ſedere conſueverat, ita ei obtulit, ut eo ad loca alia perveniente, cum alius equus potuiſſet inveniri, deberet ille quem dederat propter ſuam conjugem retranſmitti. Factumque eſt, & uſque ad certum locum prædictus vir equo eodem ſubvehente perductus eſt. Qui mox ut alium reperit, illum quem acceperat retranſmiſit. Cumque eum prædicti nobilis viri conjux ſedere ex more voluiſſet, ultra non valuit, quia poſt ſeſſionem tanti Pontificis mulierem ferre recuſavit. Cœpit namque immenſo flatu & fremitu, atque inceſſanti totius corporis motu, quaſi deſpiciendo prodere, quia poſt membra Pontificis mulierem ferre non poſſet. Quod vir ejus prudenter intuitus, hunc ad eumdem venerabilem virum protinus remiſit; magnis precibus petens, ut equum ipſe poſſideret, quem juri ſuo ſedendo dedicaſſet. De quo illud mirabile à noſtris ſenioribus narrari ſolet, quod in Conſtantinopolitanâ urbe ad portam quæ vocatur Aurea veniens, populorum turbis ſibi occurrentibus, in conſpectu omnium roganti cæco lumen reddidit, & manu ſuperpoſitâ oculorum tenebras fugavit. *Hæc S. Gregorius.*

8 *Eſt* porta Aurea *prima terreſtrium, qua à meridionali latere urbem ingreſſuris occurrit; quamque demonſtrat in ſua Conſtantinopoli Chriſtiana Cangius, pluribus de ea & erudite tractans, hodie clauſam teneri, Selybriana proximam; ut non omnino certum ſit, tranſita Corintho reſumptam*

AUCTORE D. P.

Epiſtola Ioanni afficta falſitas patet.

E

Itineris ratio.

F

Equus, quo Ioannes ſedit, poſtea feminam non admittit,

& cæcus illuminatur.

Ingreſſus in Vrbem CP. honorificus.

AUCTORE D. P.

resumptam navigationem fuisse. Si tamen compendii causa resumpta fuit, exsiendit cum suo comitatu iterum Pontifex, quando propior Regiæ urbi fuit, ita verosimiliter ordinante Iustino, ut majori cum pompa excipere tantum hospitem posset. Nam, ut ait Marcellinus Comes, eodem tempore vivens ac scribens, Theodorico Rege, pro Arianorum suorum cæremoniis reparandis laborante; solus dumtaxat, *id est, usque ad id tempus primus,* Romanorum sibi decessorum Pontificum urbe digressus (*Clemens enim & Liberius, non digressi sponte, sed violenter deportati inde in exilium sunt*) miro cum honore susceptus est. *Explicatur id in nostris Mss. Pontificum Vitis hoc modo:* Dum autem appropinquasset civitati *Joannes,* ipse Rex & omnis civitas obviam venit cum cereis & crucibus, quasi B. Petrus adesset præsentialiter. *Sed nescio unde accepimus quod mox sequitur.*

An olim ita istic receptus Silvester?

Etiam veteres Græci hoc testificabantur, dicentes; Sicut tempore Constantini Augusti ac B. Silvestri Episcopi Sedis Apostolicæ, sic Justini meruisse temporibus partes Græciarum B. Petri Apostoli Vicarium susciperе cum gloria. *Credibilius est quod, uti subjungitur;* Tunc Justinus Augustus dans gloriam Deo, humiliavit se pronus in terram, & adoravit Beatissimum Papam Joannem. *Eadem omnia habentur in antiquis Breviariis, & refert eadem iisdem fere verbis Anastasius; ubique etiam supponendo opinionem eam fuisse Græcorum, quod simili honore ibidem olim exceptus* B. Silvester *fuerit. Sed nihil nos tale apud ullum Græcorum legimus, ut ab imperita dumtaxat plebe id credibile sit jactatum fuisse.*

B

9 *Addit Procopius, quod* Joannes dexter dexterum ecclesiæ insedit solium, diemque Domini nostri resurrectionis plena voce Romanis precibus celebravit. *Etenim, sicut scribit Theophanes* Byzantium appellens, & ab Epiphanio Patriarcha invitatus, congressum denegavit, donec ipse qui Romanus esset Pontifex, primum in confessu locum supra Epiphanium obtinuisset. *Eodem die verosimiliter,* Justinus Augustus, *ut Anastasius & Breviaria habent Ioannis* manibus cum gloria coronatus est. *Denique idem Pontifex, teste Theophane,* Cunctis quidem Episcopis *Orientalibus* communionis impertiit commercium, sed illud cum Timotheo Alexandrino nullum sibi esse proposuit; *erat quippe Chalcedonensis Concilii hostis professus, anno* DXIX *in defuncti Dioscori Iunioris locum ab hæreticis æque hæreticus ipse subrogatus, non valente id impedire Iustino Imperatore, vel Sede ista usurpatorem ejicere. Porro ex circumstantia diei Paschalis, eo anno ad* C XIX *Aprilis celebrata, conficitur,* Joannem, *qui* XVIII *Maji obiit, non longam postea moram Constantinopoli traxisse, citatoque itinere revertisse, ut vel paucos dies potuerit ante mortem in custodia degere.*

Ioannes potiorem locũ in ecclesia tenet:

Iustinum coronat, communionem Timotheo Alex. negat.

CAPUT II.

Symmachi & Boëtii sub hoc tempus vexatorum laus, hujus etiam captivitas, & scripta in carcere.

10 *Post an. 519 placatior Catholicis Rex,*

QUamquam Eutharicus, *cui Rex Theodoricus anno* DXIX *Consulatum in Occidente gerendum dederat,* nimis asper & contra fidem Catholicam inimicus *fuerit, teste Anonymo Valesiano; eoque haud dubie stimulante, Ravennatium Catholicorum insolentiam adversus Iudæos adeo egerit tulerit, ut subrepente diabolo in hominem, eatenus inculpatum, impulerit* ad fonticulos, in proastio civitatis Veronensis, oratorium S. Stephani, & ibidem situm altarium S. Silvestri, *vel Iudæis vel Arianis attribuendum mandare (nam verbum in Anonymi textu deficiens hac vel simili phrasi suppleri debet)* item ut nullus Romanus armis, usque ad cultellum, uteretur; *adeo tamen non universim abjecit Catholicos omnes, ut anno* DXXII *iisdem placatior, Consules etiam creaverit* Symmachum & Boëtium. *Sive enim hi fuerint* Severino Boëtio *Exconsule, ex Rusticiana Symmachi item Exconsulis filia progeniti; sive ipsimet, quos dixi, socer atque gener, quorum prior Consulatum ordinarium solus gesserat anno* CCCCLXXXV, *alter item solus anno* DX; *patet ex alterutro, quanti* Boëtium, *licet Catholicissimum, & pravitati audaciter resistentem, fecerit Theodoricus (ut de* Symmacho *taceam) quando vel iterum eum Consulem creavit (non enim ausim tertium dicere, propter anni* CCCCLXXXVII *Consulem* Boëtium, *sed ejus de quo agimus verosimilius patrem) vel eum honorem detulit filiis, ut pater loquitur, adhuc* pueris. *Non enim alia ex causa id fecisse potuit, quam quia* in id ætatis pueris, *aut ut summum adolescentulis,* vel paterni vel aviti specimen elucebat ingenii.

D *anni 522 Coss. nominat Symmachum & Boëtium.*

scilicet vel filios Sancti ab anno 510 Exconsulis.

11 *Philippus Labbe, super Scriptores Ecclesiasticos Bellarmini cum Iulio Martiano Vitam Boëtii scribente, posterius tenet; imo ait, quod* ipse id testatur non uno in loco pater. *Sed ea loca videre mallem: nam in libro de Consolatione Philosophiæ, qui ex omnibus operibus ejus solus mihi ad manum est,* liberos *quidem* Consulares *appellat; sed recte pro contraria sententia observat Baronius; quemadmodum matronæ* Consulares *dicuntur, quæ viros habuerunt Consules; sic & pueri qui patres. Nicolaus Caussinus item noster, in Aula sancta,* Consules *quidem vult* pueros *fuisse; sed titulares dumtaxat & honorarios, non ordinarios. Verum quo id argumento fiet credibile? Nam quod Theodosius Imperator, in consortium Imperii ascitum filium Arcadium, unum anno* CCCLXXXV, *Consulem & quidem Ordinarium dixerit, solum tunc decennem; Honorium vero Cæsarem alterum filiorum, anno* CCCLXXXVI, *vixdum bimulum; additis Collegis, qui Officium gererent, huc trahi non potest. Potius ergo sustinebimus,* Symmacho *& Boëtio Senioribus anni* DXXII *Consulatum obtigisse; utrique secundum, etiam* Boëtio, *quippe qui initio libri de Consolatione, sub annum* DXXVI *compositi, queritur, quod veniat sibi* properata malis inopina senectus *atque* intempestivi fundantur vertice cani. *Haud bono sane jure sic queri potuisset jam septuagenarius: qui enim junior eo fuisset, jam inde ab annis quadraginta Consul? Dicam ego potius, quinquagenario vix majorem fuisse, cum obiit, qui sic queritur; & grandem ætatem istam socero* Symmacho *relinquam; sic tamen ut uniusque par virtus, æque ac doctrina, & auctoritas fuerit apud Theodoricum.*

vel potius ipsummet cum Socero Exconsule anni 485.

B

12 *Isti enim, ut loquitur Procopius,* nobilissimo loco nati, iidemque *(quod jam docuimus)* Consulares, in Senatu eminebant. A Philosophia nemo illis erat instructior, nemo studiosior æquitatis. *Utriusque laudis socero* Symmacho *testimonium ferens gener Boëtius lib. 1 Prosa 4* Sanctum & æq; ac ipsam *Philosophiam* reverendum; *& lib. 2 Pr. 4,* pretiosissimum generis humani decus *appellat; ac* virum, totum ex sapientia & virtutibus factum, *& qui* suarum securus, Divinitatis solius ingemisceret injuriis. *Ipsi* Boëtio *eruditionis omnigenæ laudem adscribit Theodoricus Rex apud Cassiodorum, Epist. 45 lib. 1, mandans curanda horologia, ad generum Regem Burgundionum Gundibadum mittenda, velut homini,* multa eruditione saginato, qui artes, quas exercent vulgariter nescientes, in ipso disciplinarum fonte potaverit. Sic enim, *inquit,* Athenienſium scholas longe positus introisti, sic palliatorum choris miscuisti togam, ut Græcorum dogmata doctrinam feceris esse Romanam. Didicisti enim, qua profunditate cum suis partibus Speculativa cogitetur; qua ratione Activa, cum sua divisione, discatur; deducens ad Romuleos Senatores, quidquid Cecropidæ mundo fecerant singulare. Translationibus enim tuis Pythagoras, Musicus, Ptolomæus, Astro-

F *Symmachi laus,*

itemque Boëtii ab omnigena scientia,

Boëtii

A Aſtrononomus, leguntur Italis; Nicomachus Arithmeticus, Geometricus Euclides, audiuntur Auſoniis; Plato Theologus, Ariſtoteles Logicus, Quirinali voce diſceptant. Mechanicum etiam Archimedē, Latialem Siculis reddidiſti: & quaſcumque diſciplinas vel artes fœcunda Græcia per ſingulos viros edidit, te uno auctore, patrio ſermone Roma ſuſcepit; quos tanta verborum luculentia reddidiſti claros, tanta linguę proprietate conſpicuos, ut potuiſſent & illi opus tuū præferre, ſi utrumque didiciſſent. *Extant multa ejus opera, in unum volumen Baſileæ congeſta, cura Henrici Loritti Laureani, anno* 1546. *quorum ordinem ac titulos recitat Labbæus. In his notatu imprimis digni Commentarii,* Quod Trinitas ſit unus Deus, & non tres Dii, ad Symmachum ſocerum; Adverſus Eutychen & Neſtoriū, de duabus naturis & una perſona Chriſti; *atque* Utrū Pater & Filius ac Spiritus ſanctus de Divinitate ſubſtantialiter prædicentur, *ambo* ad Ioannem Eccleſiæ Romanæ Diaconum, *cum ipſum veroſimiliter, cujus deinde Pontificis cauſa hæc tractantur: jam enim obſervavimus nihil in Pontificum electione fuiſſe frequentius, quam ut* Diaconus, *ſive (ut nunc loquimur)* Archidiaconus *eligeretur, utpote præ cunctis imbutus notitia & uſu eccleſiaſticorum negotiorum.*

Juſdē ſcripta Theologica,

B 13 *Quod ad alteram Encomii,* Boëtio *per Procopium* dati partem attinet, ſtudium *videlicet* æquitatis; *ipſemet lib.* 1 *de Conſol. proſa* 4 *ita Philophiam alloquitur* Tu mihi, & qui te ſapientium mentibus inſeruit Deus, eſtis conſcii, nullum me ad Magiſtratum, niſi commune bonorum omnium ſtudium, detuliſſe. Inde cum improbis graves inexorabileſq; diſcordiæ fuere, & (quod conſcientiæ libertas habet) ſpreta potentiorū ſemper offenſio. Quoties ego Conigaſtū, in imbecillis cujuſq; fortunas impetum facientem, obvius excepi? Quoties Triguillā, Regiæ Præpoſitum Domus, ab incepta & perpetrata jam prorſus injuria dejeci? Quoties miſeros, quos infinitis cladibus impunita Barbarorū ſemper avaritia vexabat, objecta periculis auctoritate protexi? Numquam me, à jure ad injuriam, quiſquā detraxit. Provincialiū fortunas, tum privatis rapinis, tum publicis vectigalibus peſſumdari, non aliter quā qui patiebantur, indolui. Cum acerbæ famis tempore gravis atque inexplicabilis indicta coëmptio, profligatura inopiâ Campaniam provinciā videretur, certamen adverſus Præfectū Prætorii, communis commodi ratione, ſuſcepi; Rege cognoſcente, contendi; & ne coëmptio exigeretur, evici. Paulinum Conſularē virum (*Conſul fuerat an.* CCCCXCVIII) cujus opes Palatini canes jam ſpe atque ambitione devoraſſent, ab ipſis hiantium faucibus retraxi. Ne Albinum Conſularem virum (*& hic Magiſtratum ſummum geſſerat anno* CCCCXCIII) odiis me Cypriani delatoris oppoſui.

& ſumma cura æquitatis.

14 *Ita de ſeipſo* Boëtius. *Ejuſdem porro ac* Symmachi *laudes Procopius ſic proſequitur*: Accedebat *utrique* benignitas, qua inopiam cum civium tum peregrinorum levabant. Hinc magnam adepti gloriā, ſibi invidiam cumularunt apud homines acerbiſſimos, quorū calumniis inductus Theodoricus, ambos, ſtudio novarum rerum inſimulatos, morte affecit, eorumq; bona publicavit. . . . In ſubditos hæc prima fuit eademq; poſtrema ejus injuria, quam fecit, in utrumque virum ſententiam ferens, cauſa præter conſuetudinem non cognita. *Aut obliviſcitur hic aut diſſimulat Procopius injuriam* Ioanni *& ſociis legationis factam, de qua mox infra. Anaſtaſius & noſtræ Vitæ Mss. Pontificum aliique poſt eum ſimili brevitate dicunt, quod* eodē tempore cum Papa Ioannes cū Senatoribus, Theodoro Exconſule, Importuno Exconſule, Agapito Exconſule (Agapito Patricio defuncto Theſſalonicæ) poſiti eſſent Conſtantinopoli, Theodoricus Rex hęreticus, tenuit duos Senatores præclaros & Exconſules, Symmachum & Boëtium; & occidit, interficiens gladio.

Hinc ei ac ſocero ſtructa calumniæ,

15 *Hæc breviter illi, nec ſatis temporibus ſuis diſcreta: Anonymus Valeſianus ubique diſtinctior eſt. Primum enim narrat quomodo* ſtella cum facula apparuit per dies XV, & terræmotus frequentes fuerunt: *quos terræmotus videtur indicare Theophanes ad an.* DXXII, *Juſtini Imperatoris* IV, *quo ut ipſe ait,* Dyrrachium, novæ Epiri in Illirico civitas, plagā cælitus immiſſam accepit, & parem cladē paſſa eſt Corinthus Græciæ Metropolis. Poſt hęc, *inquit Anonymus*, cœpit adverſus Romanos Rex ſubinde fremere inventa occaſione: *ac tandem* Cyprianus, qui tunc Referendarius erat, poſtea Comes Sacrarum & Magiſter, actus cupiditate, inſinuavit de Albino Patricio, eo quod litteras adverſus regnum ejus Imperatori Juſtino miſiſſet. Quod factum dum revocitus (*fortaſſe* reus accitus) negaret; tunc Boëtius Patricius, qui Magiſter Officiorum erat, in conſpectu Regis dixit: Falſa eſt inſinuatio Cypriani: ſed ſi Albinus fecit, & ego, & cunctus Senatus uno conſilio fecimus. Falſum eſt, Domine Rex. Tunc Cyprianus hæſitans, non ſolum adverſus Albinum, ſed & adverſus Boëtium ejus defenſorem, deducit falſos teſtes. . . . . *Hic videtur linea una excidiſſe, qua redarguebatur calumnia ſtructa utrique, nec enim bene cohæret cum præcedentibus quod ſequitur* ——— adverſus Albinum. Sed Rex [qui] dolum Romanis tendebat & quærebat quemadmodum eos interficeret, plus credidit falſis teſtibus quam Senatoribus. Tunc Albinus & Boëtius ducti [ſunt] in cuſtodia ad baptiſterium eccleſiæ, *ſcilicet Ticinenſis, baptiſterium ſub turri habentis. Nam* turris (*atteſtante ad annum* 526 *Baronio*) lateritio lapide fabrefacta etiamnum Ticini monſtratur, Boëtii carcer. *Bernardus Saccus Ticinenſis Hiſtoriæ lib.* 7 *cap.* 18. *bodiedum* turrim Boëtii, *vocari ſcribit; ſitamque* juxta monaſterium, beatæ Annuntiatæ dicatum. *Ibi forſitan antiqua ante Longobardos Cathedralis fuerit; habebant enim ejuſmodi Cathedrales Eccleſiæ, quemadmodum etiam nunc Romæ Lateranenſis Baſilica, & Florentiæ Metropolitana, baptiſterium diſcretum, nonnulloque intervallo remotum, forma fere rotunda; cui potuit Turris illa adhæſiſſe, ſimulque carceris uſum præbuiſſe. Iacobus Gualla Sanctuarii Ticinenſis lib.* 4 *cap.* 16, Turris ea, *inquit*, Paulo hiſtorico referente, palatio Regio jungitur, juxta portam, quæ nunc etiam, prout & tunc, Porta nominatur Palatii: *quæ non exiſtimo vel Anonymo vel Sacco adverſari, ſi quidem veteris eccleſiæ ſitus invitare Reges Longobardos potuit, ut ſuum Palatium ibi conderent, & Annuntiationis eccleſia non longe diſtat à Palatii reliquiis, etiam nunc viſendis.*

AUCTORE D. P. *Poſt anni* 522 *prodigia,*

accuſatur Albino patrocinatus Boëtius,

accuſatus etiam ipſe,

& turri Ticinenſi includitur.

F 16 *De ſuis accuſatoribus, teſtibuſque contra ſe productis, & delationis capitibus, juvat ipſum* Boëtium, *coram Philoſophia loquentem, audire.* Quibus autem deferentibus perculſi ſumus? Quorum unus Baſilius, olim Regio miniſterio depulſus, in delationem noſtri nominis, alieni æris neceſſitate compulſus eſt. Opilionem vero atque Gaudentium, cum, ob innumeras atque multiplices fraudes, ire in exilium Regia cenſura decreviſſet; cumque illi, parere nolentes, ſacrarum ſeſe ædium defenſione tuerentur, compertumque id Regi foret; dixit, ut, niſi intra præſcriptum diem Ravenna urbe diſcederent, notas inſigniti frontibus pellerentur. Quid huic ſeveritati poſſe adſtrui videtur? Atqui eodem die, deferentibus iiſdem, nominis noſtri delatio ſuſcepta eſt. Quid igitur? Noſtræne artes ita meruerunt? An illos accuſatores juſtos fecit præmiſſa damnatio? Itāne nihil fortunam puduit, ſi minus accuſatæ innocentiæ, at accuſantium vilitatis? At, cujus criminis arguimur, ſummam quæris? Senatum dicimur ſalvum eſſe voluiſſe. Modum deſideras? Delatorem, ne documenta deferret, quibus Senatum læſæ majeſtatis reum faceret, impediſſe criminamur? Quid igitur, ô Magiſtra, cenſes? Inficiabimur crimen, ne tibi pudori

ſub teſtimonio viliſſimorum delatorum,

quia Senatū ſalvum voluerit.

RUCTORE D. P. dori ſimus? At volui, nec unquam velle deſiſtam. Fatebimur? Sed impediendi delatoris opera ceſſabit. An optaſſe illius Ordinis ſalutem nefas vocabo? ille quidem ſuis de me decretis, uti hoc nefas eſſet, effecerat. (*Qualia hæc fuerint non facile divinaveris: iniqua fuiſſe, adeoque non hanc primam vexationem pro æquitate paſſum* Boëtium, *hinc facile intelligis.*) Sed, *pergit ille*, ſemper mentiens imprudentia, rerum merita non poteſt immutare: nec mihi Socratico decreto fas eſſe arbitror vel occuluiſſe veritatem, vel conceſſiſſe mendacium. Verum id quoquo modo ſit, tuo ſapientiumq; judicio æſtimandum relinquo: cujus rei ſeriem atque veritatem, ne latere poſteros queat, ſtylo etiam memoriæq; mandavi. *Sed ejuſmodi ſcriptum uſque huc latet.*

17 De compoſitis falſo litteris (*ad Iuſtinum Imperatorem*) quibus libertatem arguor ſperaſſe Romanam, quid attinet dicere? quarum fraus aperta patuiſſet, ſi nobis ipſorum confeſſione delatorum, quod in omnibus negotiis maximas vires habet, uti licuiſſet. . . . . Sed fas fuerit nefarios homines, qui bonorum omniũ totiuſque Senatus ſanguinem petunt, nos etiam, quos patrocinare bonis Senatuique videant, perditum ire voluiſſe. . . . . Meminiſti, Veronæ, cum Rex avidus communis exitii, Majeſtatis crimen in Albinum delatum, ad cunctũ Senatus Ordinem transferre moliretur, univerſi innocentiam Senatus, quanta mei periculi ſecuritate defenderim. . . . . Sed innocentiam noſtram quis exceperit eventus, vides. Pro veræ virtutis præmiis, falſi ſceleris pœnas ſubimus. Et cujus unquam facinoris manifeſta confeſſio ita judices habuit in ſeveritate concordes, ut non aliquos vel ipſe humani error ingenii, vel fortunæ conditio cunctis mortalibus incerta ſubmitteret? Si inflammare ſacras ædes voluiſſe, ſi Sacerdotes impio jugulare gladio, ſi bonis omnibus necẽ ſtruxiſſe diceremur, præſentem tamen ſententia, confeſſum, convictumque puniſſet. Nunc quingentis fere paſſuum millibus procul moti atque indefenſi, ob ſtudium propenſius in Senatum morti proſcriptionique damnamur: *idque ab ipſomet Senatu, Regiæ inſaniæ ſerviliter obſequenti: ut jure ſubjiciat pergens Boëtius:* O meritos, de ſimili crimine neminem poſſe convinci! cujus dignitatem reatus ipſi etiam qui detulere viderunt: quam ut alicujus ſceleris admiſtione fuſcarent, ob ambitum dignitatis ſacrilegio me conſcientiam polluiſſe, mentiti ſunt.

hinc inauditus indefenſuſque damnatur,

B

18 *Hæc ille, quæ cum ſint ſcripta poſt latã à Senatu Roma, acceptamq; ab illo in captivitate ſententiam, ſcripta autẽ in primo de Conſolatione Philoſophiæ libro, quem alii quinque. paris elegantiæ ſoluta ac ligata oratione ſequuntur; facile apparet diuturniorem fuiſſe carcerem, quam Procopii aut Anaſtaſii verba præferunt: non ideo tamen cum Baronio,* valde prolixum, *dixerim; ſi eo verbo, non ſolum menſes, ſed & anni intelligantur: ſatis eſt ſi anno* DXXV *ad finem vergente, exorſos feralem ſtrophem calumniatores ſtatuas. Fortaſſis etiam non prius in vincula datus eſt vir innocens, quam jam profectus* Joannes *Conſtantinopolim eſſet. Non enim ideo Anonymus prælaudatus captivitatem & mortem* Boëtii *prius narrat, quam agere incipiat de* Joanne, *quia utramque ejus iter præceſſiſſe vult dicere; ſed ne cœptam ſemel de* Boëtio *narrationẽ alterius rei cauſa interrumpat. Sic etiam infra, cum intuliſſet mentionem* Symmachi, *dũ peregre Ioannes ageret Ravennã adducti, conſequenter mortem ejus narrat; quamvis ex Procopio conſtet, paucos dumtaxat dies inter* Symmachi *necẽ &* Theodorici *interitum interceſſiſſe, adeoq; illam fuiſſe patratam ipſo menſe Auguſto, tribus fere menſibus poſt mortem* Ioannis *Papæ, & forte quatuor aut quinque poſt mortem* Boëtii. *Hujus autem captivitatem ut valde prolixam crederet Baronius, moverunt verba, ante librum quemdam* de Diſciplina Scholarium, *ſub ejus perſona, velut* ad Marcianum *ſic dictata, quaſi de iſto argumento ſcripſerit,* duplici genere commentorum impeditus, non tamen omnino diverſorum, in qualdam Ariſtotelis nec non aliorum Philoſophorũ editiones; proprioq; attenuatus ſtudio, & inhumani Regis Gothorum cruciatu corroſus, Philoſophico præveniente conſolatu, extremaque profundæ Trinitatis perſpicatione permollitus.

C

menſibus aliquot ante & poſt ſententiam in cuſtodia habitus;

pro longiori tempore allegamur ejus ibi ſcripta plura,

D

19 *Oportet valde feſtinaſſe Baronium, dum hæc verba allegaret, quod non animadverterit, ſtribliginem iſtam invenuſtæ prorſus nec ſatis inciſæ verboſitatis, alieniſſimam eſſe à conciſo & eleganti ſtylo Boëtii, cujus periodos bene longas eãdem occaſione tranſcripſerat. Quod ſi ipſum quem laudat librum perlegiſſet, inveniſſet ibi quod Cauſinus notat (librum enim ipſe non vidi)* auctorem inter alias ineptias dicere, quod fuerit in Iulii Cæſaris urbe, quę Pariſius dicitur, captandi aëris cauſa; ibique invenerit malorum Scholarium turbam magnam; mentionem etiam facere Nationũ, & appingere Univerſitati eam formam, quam poſtremis hiſce ſeculis habuit; inſulſiorem autem ſcriptionẽ vix poſſe procedere ab homine, quem ſenſus communis defecerit. *Adde quod ipſum nomen* Scholarium, *ſubſtantive acceptum, eo quo iſtic atque etiam hodie uſurpatur ſenſu, non ſit ætatis Boëtianæ; quo (licet* Scholę Philophorum *nominarentur* Σχολάρχοι *tamen &* Scholares *dicebantur, non qui iſtas frequentabant adoleſcentes litterati) ſed qui in* Scholis, *id eſt, cohortibus* Palatinis militabant, & in Aula ad Imperatoris cuſtodiam excubabant, *uti ex Agathia, Severo Sulpitio, Procopio, ac Theodoſiano juris Romani Codice docet eruditiſſimus Cangius in Gloſſario. Labbeus noſter ait,* dici, eum librum à Dionyſio Rikelio Carthuſiano ſcriptũ, qui anno demum MCCCCLXXI *vitam finivit. Sed hunc eximia ſanctitas, ob quam meruit noſtro in opere Vitam habere inter Sanctos* XII *Martii; hunc, inquam, ſanctitas nota vetat credi auctorem libri, prima in fronte mentientis alienum nomen, atque perſonam viri ante tot ſecula mortui: inſignis autem eruditio ejuſdem, tot illuſtrium omnis generis Commentariorum monumentis editis ineditiſque probata, ipſum ſatis defendit ab ea, qua Cauſinus Scriptorem iſtum dignũ cenſuit nota.* De Boëtio Epone Rordahuſano I. C. Friſio *in Academia Duacena, ubi anno* MDLXXVIII *Eccleſiaſticarum Antiquitatum ſyntagma aliaq, nonnulla vulgavit opuſcula, doctrina minima contemnẽda viro, idẽ dixero; ſiquis forte, ob Synonymiam, exiſtimet eum potuiſſe patrẽ eſſe ſuppoſitii iſtius fœtus: ut non dicam, quod Epone antiquior eſſe debuerit liber, qui potuit in Baſilienſem anni* MDXLVI *editionẽ velut antiquus irrepere, & fallere curatorẽ, augendæ undecumq; molis quam diſcernendæ ſtudioſiorem.*

ſed ex pſeudepigrapho libro de diſciplina Scholarium,

E

quem minime antiquit eſſe, probatur.

CAPUT III.

SS. Severini Boëtii & Joannis Papæ mors atque cultus.

20 *Capite cruciatus diffracto enectus,*

ANonymus *Valeſianus, poſtquam Albinum & Boëtium* in cuſtodiam ad baptiſterium eccleſiæ *deduxit, cœptam narrationem ſic proſequitur:* Rex vero vocavit Euſebium, Præfectũ Urbis Ticini: & inaudito Boëtio protulit in eum ſententiam, *utique poſt prahabita Senatus Romani contra innocentem ſuffragia:* qui mox in agro Calventiano, ubi in cuſtodia habebatur, miſit, & reum fecit occidi. Qui accepta chorda in fronte diutiſſime tortus, ita ut oculi ejus creparent, ſic ſub tormento ad ultimum fuſte occiditur. *Suſpectam hanc habet narrationem Cauſinus, ſibi in Ms. exhibitam prius quam vulgaretur; ſuſpectam autem eo ſolo argumento, quod gladio cæſum paſſim alii dixerint. Sed hoc non legitur apud Procopium, vel apud Auctorem Catalogi Pontificii in principio laudati, ambos coævos. Primus Anaſtaſius in* Ioanne, *poſt annos* CCCL, *itineri & reverſioni Sancti interjecit comma de* Symmacho & Boëtio, *dicens, quod interim eos Rex* tenuit & occidit, interficiens gladio; *utrique aptans quod conveniebat uni; & quod forte de utroque etiam olim ſpargebatur*

non gladio cæſus,

A gebatur, *ad leniendam atrocitatem crudelis ſupplicii, incertum an Regiæ juſſioni imputandam, an petulantiæ miniſtrorum ejus, confeſſionem falſi criminis extorquere conantium. Non cogitaverit, credo, Cauſinus, rebus geſtis coævum fuiſſe auctorem, cujus teſtimonium vilipendebat præ ceteris tanto poſterioribus.*

illud dicitur ſuis manibus ſuſtinuiſſe.

21 *Interim præſtructa ſemel ejuſmodi opinione de gladio, ipſimet Ticinenſes, quibus ex veteri traditione inhæſerat aliquid de diffracto, non reſciſſo capite, miraculum, quo mortui ſanctitatem divinitus declaratam credunt eidem aptant perſuaſioni. Ita Iacobus Gualla,* Pervetuſtis Ticini Chronicis atteſtantibus, *narrat*, quod à loco martyrii, capite duas in partes ſciſſo cruento, divina virtute eas ipſe propriis ſuſtentans manibus, junctas detulit ad templum, ibidemque ad altare flexis genibus, ſuſceptis pro more Sacramentis, perbeatum emiſit ſpiritum. *Sic ille, anno* MDLXXXVII *ſuum imprimi faciens Sanctuarium. Ante eum annis* XL *& amplius, Iulius Martianus in Vita Boëtii, quæ extare ante opera dicitur (ex iiſdem forſitan Chronicis, quorum ætatem paucorum eſſe ſeculorum exiſtimo, licet pervetuſta appellet Gualla) apud Baronium ita loquitur:* Ticini incolæ ſemper, à majoribus traditum conſtanter aſſeverant, Severinum, cum Regius ſpiculator lætale vulnus intuliſſet, utraque manu divulſum caput ſuſtinuiſſe; B interrogatumque à quonam ſe percuſſum exiſtimaret, Ab impiis, reſpondiſſe; atque ita cum in vicinum templum veniſſet, & flexis genibus ante altare Sacra percepiſſet, poſt paululum expiraſſe. *Viderit lector cujuſmodi fidem traditioni iſti adhibere velit, poſt mille circiter annorum ſilentium: tantum ne credat. Ticini peractam eſſe tragediam, ſed* in agro Calventiano, *quem Boëtius ipſe verbis ſupra relatis queritur*, remotum Roma quingentis fere paſſuum millibus, *unde Ticinum vix diſtat recentis. Poteſt tamen factum eſſe, ut piis curantibus corpus Ticinum delatum fuerit, ad eamdem forſitan eccleſiam, ad cujus baptiſterium ſpectabat prima Boëtii cuſtodia; ſed miraculum præmemoratum, ſi factum vere eſt, factum ſit in proxima aliqua Agro jam dicto eccleſia. Laudatur Baronio* Turris *Ticinenſis, ut* olim quidem ob reos in ea detentos, obque facinora deteſtabilis; ſed Boëtii habitatione ſanguiniſque aſperſione, quovis triumphali fornice clarior, quovis gloriæ monumento celebrior, & quavis erecta ſolida mole diuturnior, ac propugnaculo fortior, quam nec omnia diruens tempus invadat unquam & deſtruat. *Hæc ille, merito omnia, ſed quoad* ſanguinis aſperſionem *alio transferenda.*

C *inde corpus relatum Ticinum*

22 *Corpus verоſimile eſt propter metum Regis humili primum ac fere ignota ſepultura fuiſſe donatum, quoad uſque extincta Gothorum cum regno hæreſi, & Longobardis fidem Catholicam amplexis, erigere caput Religio pridem depreſſa potuit, ſplendorem priſtinum aſſecuta ſub Luitprando Rege. Hic cum Ticini S. Apoſtolo Petro novum à fundamentis templum erexiſſet, quod ab inaurati fornicis decore placuit appellare* S. Petri in cælo aureo; *magnis impendiis illuc ex Sardinia intulit corpus S. Auguſtini, à quo nunc templo ipſi eſt nomen; idemque locupletavit aliis pluribus Sanctorum pignoribus. In his creditur* Severini Boëtii *corpus fuiſſe, ſive is jam tunc colebatur ut* Sanctus, *de quo nihil mihi conſtare fateor, ſive debita tanto viro æſtimatio ad hoc moverit Regem. Hujus etiam opus eſſe creditur tumba, in qua nunc corpus requieſcere putatur*, à parte dextra, *ut ait Gualla*, qua per ſcalæ gradus itur ad majus altare, digne elevatum, atque his verbis notatum:

& ſub Luitprando R. poſitum ad S. Petri in cælo aureo

Ecce Boëtius cælo magnus,
Et omni mundo mirificandus homo:
Qui Theodorico Regi delatus iniquo,
Papiam ſenium duxit in exilium.
In quo ſe mœſtum ſolans, dedit inde libellum:
Poſt ictus gladio, exiit è medio.

eum epitaphio magis rudi,

23 *Primum verſum haberi integrum non auſim equidem affirmare; credo nihilominus Epitaphium totum magis ſincerum eſſe apud Guallam, quam apud Baronium, qui illud accepit, ad Poëticas leges ſic reformatum:*

AUCTORE D. P. *quam apud Baronium legatur:*

Ecce Boëthus adeſt, in cælo magnus, & omni
Perſpectus mundo, mirus habendus homo.

Deinde recentius Papiæ *nomen mutatur in nomen vetuſtius* Ticini; *& penultimus verſus nonnihil innovatur, ut ſit*

In qua ſe mœſtum ſolans dedit urbe libellum.

eidem aliud elegantius ſubſtituit

Tale autem putat idem Baronius fuiſſe Boëtii *ſepulcro inſcriptum, antequam iſtic ubi nunc eſt à Luitprando Rege collocaretur. Ego vero, lectionem priorem ex Gualla oculata fide retinendam judico; ipſam Longobardicam ſeculi* VIII *barbariem hic reguſto, &* Papiæ *nomen veneror ut genuinum, utpote ab iiſdem Longobardis* Ticino *ſuperinductum. Quid autem de Epitaphio ſequenti?*

Mœonia & Latia lingua clariſſimus, & qui
Conſul eram, hic perii, miſſus in exilium.
Et quia mors rapuit, probitas me vexit ad auras,
Et nunc fama viget maxima, vivit opus.

Potuiſſet ipſe tale quid ſibi compoſuiſſe vivus adhuc; ſed ſua eum credo prohibuiſſet modeſtia. Nam cum ad neceſſariam ſui defenſionem, in libris de Conſolatione Philoſophiæ, narraſſet, quæ ſupra recitavimus de ſua in tuendo Senatu libertate; Scis, inquit, Philoſophiam alioquens, me & hæc vera proferre, & in nulla unquam mei laude jactaſſe: B minuit enim quodammodo ſeſe probantis conſcientiæ ſecretum, quoties oſtentando quis factum, recipit famæ præmium. *Sed quod ipſe non fecit olim, fecit pro eo recentior aliquis, ſeculo ut ſummum* XV, *ipſumque Ticino accepit Iulius Martianus: idemque refertur & Italice etiam redditur à Stephano Breventano, in Hiſtoria Papienſi anno* MDLXX *edita, ut dubitari non poſſit quin de eo agat Sſaccus, annis poſt illum* XVII, *cum ait* ſepulcrum aſpici ornatum verſibus, qui & defuncti præſtantiam caſumque, & Theodorici injuſtiam atteſtantur; *licet utrumque diſtinctius fiat in illo quod recitat Gualla, nihil de mutatione poſt facta addens.*

recentiori manu.

24 *Idem Stephanus Breventanus ait, quod* Eccleſia S. Petri faciat ſolennem commemorationem Natalis ejus die 21 Octobris. *Erratum forſitan in numero ſit, & ſcribi debuerit, 23; qua die Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ agit de* S. Severino Boëtio Martyre Ticini *(etiam Sſaccus* Sanctum *a pellaverat) & in altero Catalogo eorum qui non ſunt in Martyrologio Romano*, Ticini S. Severini Boëtii Martyris, ſub Theodorico Gothorum Rege; *& hoc quidem* ex Tab. Eccleſiæ Papien. hac die: *ibi vero annotaverat, quod* Natalis hac die ab Eccleſia Ticinenſi celebratur. *Sed ut verus hic ejus fuerit Natalis in cælis, credi vix patitur* Symmachi *ſoceri mors, non niſi Auguſto menſe ſecuta. Suſpicor proinde, aut die tali factam corporis tranſlationem à Rege Luitprando; aut etiam illum electum, quia Martyrologium Vſuardi, quo poſterioribus ſeculis omnes per Italiam Eccleſiæ ſunt uſæ, tunc nominabant* S. Severinum Epiſcopum Colonienſem. *Vt ut eſt, Kalendarium vetus Mediolanenſe, Breviario anni* MDXXXIX *præfixum, quando ad* X Kalendas *Novembris notat diem* Sanctorum Severi & Severini Martyrum, *videri poſſet* S. Severinum Boëtium *reſpexiſſe, eumque junxiſſe* Severo Martyri, *in quibuſdam Vſuardi auctioribus exemplis nominato, velut paſſo Hadrianopoli Thraciæ vel Cæſarea Cappadociæ. Sed valde incerta eſt iſta probatio cultus ex iſtiuſmodi Kalendario ſumpta: quia Kalendarium antiquius ante Miſſale anni* MDXXII *pro ipſis notat nomina* Sanctorum Servandi & Germani Martyrum; *& poſterius anni* MDLXXXV, *juſſu S. Caroli Borromæi reformatum, omni expuncto nomine vacuum iſtum diem retinet. Fuerant autem hæc in Octobri tractanda, ſed quia ſic innectitur Pontificatui* S. Joannis *mors* Boëtii, *ut abſque hac ille tractari vix potuerit, multo minus mors* Symmachi, *alium nullum locum habentis, placuit ſimul huc omnia conferre.*

Commemoratio Ticini 23 Octobris

& apud Ferrarium cum titulo Sancti:

F

forte etiam in Kalendario Mediolanenſi.

25 *Silveſter Maurolycus in Mari Oceano Religionum pag. 271 lib. 4, agens de tumulis poſt Concilii Tridentini*

AUCTORE D. P.

decreta ſublatis ex eccleſia S. Petri in Cœlo-aureo (vetabant enim corpora non Sanctorum ſupra terram elevata ſervari) duorum ex illis Epitaphia refert, unum Luitprandi Regis, alterum claræ ejuſdem Matronæ, quam ipſe Boëtii uxorem, & ſancti Placidi Monachi ac Martyris in Sicilia materterâ & Poëtriam celebrem fuiſſe ait; Puccinellus autem in Vita B. Gometii addit, Eccleſiam ab ea habere hymnos, recitari ſolitos in feſto SS. Petri & Pauli. Sed quam certum eſt Ruſticianam, *Boëtii uxorem, Romanam fuiſſe, non Siculam; Maritoque ſuo ſuperſtitem, non præmortuam (qualis fuit quæ Ticini ſepulturam prænotatam habuit) tam incerta ac veroſimiliter falſa ſunt cetera quæ eidem tribuuntur elogia Sic enim incipit Epitaphium.*

Vxor Beati non fuit Elpis quædam Sicula,

Elpis dicta fui, Siculæ regionis alumna,
Quam procul à patria conjugis egit amor....
Lux mea non clauſa eſt tali remanente marito,
Majorique animæ parte ſuperſtes ero.....

Ticini ante maritum ſepulta;

Audi nunc Procopium lib. 3 poſt narratum Totilæ ingreſſum in Vrbem Romanam, occupatam anno DXLVI, *totis viginti annis poſt mortem Boëtii, ſcribentem ut ſequitur:* Sic evenit ut tum alii Romanorum, tum etiam Senatorii Ordinis viri, ipſaque Ruſticiana, Boëtii quondam uxor, Symmachi filia, quæ ſuas facultates egentibus elargita fuerat, ſervili aut ruſtico habitu tecti, ab hoſtili miſericordia, modo panem, modo aliud quid neceſſarium rogantes viverent; nec eos, paulo ante tam claros, pudebat de domo in domum pulſare oſtia, & miſeriæ alimenta precibus eblandiri. Et Ruſticianam quidem interficere Gothi flagrabant, quod ad Theuderichi imagines abolendas, Romanos Magiſtratus mercede data impuliſſet, dum patris Symmachi maritique Boëtii mortes ultum it: ſed Totilas nihil ei noceri paſſus eſt. *Nihil igitur longius à vero abeſt, quam quod populari levitate commenti fuerunt Ticinenſes, hanc, quam in eadem qua Boëtius eccleſia pari elevationis ſepulcri honore conditam videbant, ipſius quoque uxorem fuiſſe.*

Sed Ruſticiana poſt annos 20 ab illius morte

B

Roma inventa à Totila.

26 *Redeo ad* S. Joannem Papam. *De hoc Conſtantinopoli relicto, dum* Boëtius *excarnificatur in carcere, dicit Anonymus, quod* revertentem à Iuſtino, Theodoricus cum dolo ſuſcepit, & in offenſa ſua eum eſſe juſſit, qui poſt paucos dies defunctus eſt: *ubi* offenſam *interpretor* Indignationem Regiam, *quam qui incurrerat arcebatur aſpectu Regis, & interim cuſtodiæ mancipabatur, donec ille decerneret quid eo fieri vellet, cui ſe offenſum profitebatur. Ita dum palam videri voluit à ſummo Pontifice manus abſtinuiſſe Rex impius, clam eum uſque ad mortem afflixit. Clarius hoc exprimit coævus Auctor Elogii in Catalogo:* Venientes ſupradicti viri, cum Ioanne Epiſcopo, poſt omnia per ordinem acta (Agapito Patricio defuncto in Græcia) ſuſcepti ſunt à Rege Theodorico cum dolo & grandi odio: quos gladio voluit punire. Sed metuens indignationem Iuſtini Auguſti orthodoxi, non fecit: tamen omnes in cuſtodia cruciavit; ita ut B. Joannes Papa, in cuſtodia maceratus, deficiens moreretur: qui defunctus eſt Ravennæ cum gloria XV Kalendas Junii, in cuſtodia Regis Theodorici. *Anaſtaſius & antiqua Breviaria Romana, quæ ſupra etiam citavimus, & habemus excuſa anno* MCCCCLXXIX, *&* XC, *nec non* MDXXIV, *pro*, in gloria, *ſcribunt*, Martyr: *eamdemque vocem ſubſtituit noſter Auctor Mss. Vitarum Pontificiarum. Iiſdem conſonat S. Gregorius Turonenſis, ex fidelium ab Italia venientium relatu, veris* Joannis *laudibus falſa miſcenti, de Arianorum eccleſiis per eum ſummo ſtudio in Catholicas dedicatis, ob quod Regiam indignationem promeritus ſit.* Poſitus, *inquit*, Sanctus Dei in carcere, tantis attritus eſt injuriis, ut non poſt multum tempus ſpiritum exhalaret: obiitque in carcere cum gloria apud urbem Ravennam. *Ita illi, ærumnas à* Joanne *toleratas nuſquam diſtinctius explicando; ſolus, quem dixi, Auctor Vitarum Mss. habet, quod* fame & ſiti, cum Senatoribus & Exconſulibus, defunctus eſt apud Ravennam. *De* fame & ſiti *facile fidem faciet verbum* maceratus, *quo alii utuntur. Pro* Senatoribus & Exconſulibus, *non ſolum (quod habent alii) ſimili in cuſtodiâ afflictis ac maceratis, ſed etiam enectis, plures merito teſtes requiras in tanto codicum plurium ſilentio, eadem ceteroquin & iiſdem verbis narrantium. Loco* XII Kalendas, *Breviaria & quædam Anaſtaſii exemplaria habent* XII Kalendas, *facili ex vicino litterarum ductu errore. Errore dico, quia à* XX *die Iunii ſic retrocedendo ad initium* Ioannis, *non poterit ad Dominicam pertingi.*

D

Caſu Boëtio reverſus Ioannes incuſtodiam datur,

Cæterum Boëtii mortem ſic proſequitur Anonymus: Euntes populi ante corpuſculum ejus, ſubito unus de turba, arreptus dæmonio, cecidit: & cum perveniſſet [defunctus] cum lectulo ubi locatus erat, uſque ad hominem, ſubito [is] ſanus ſurrexit, & præcedebat in exequias. Quod videntes populi & Senatores, cœperunt reliquias de veſte ejus tollere. Sic cum ſummo gaudio populi deductum eſt corpus ejus foris civitatem. *Vtique ad communem Catholicorum ſepulturam, ea adhuc ætate cœmeteria ſua & ſepulcra, ex veteri Romanorum, quin & Orientalium plerorumque uſu, extra civitates habentium. Ibi quamdiu manſerit incertum eſt: Catalogus antiquior aliud nil addit, quam funeſtum Theodorici Regis exitum, de quo infra. Cum autem Catalogus ille deſinat in Felice* Ioannis *ſucceſſore, datur mihi anſa ſuſpicandi, adhuc in primo ſepulturæ loco fuiſſe corpus, cum iſte ſcribi deſineret. Anaſtaſius vero adjungit, poſt recenſita aliunde Pontificalia Ioannis Acta, quæ ſupra tranſcripſimus;* Cujus corpus tranſlatum eſt de Ravenna, & ſepultum eſt in Baſilica B. Petri Apoſtoli, ſub die VI Kalendas Iunii. Olybrio Conſule; *adeoque decimo poſt mortem die, quod nemo credet fieri potuiſſe; cum & exequias conſtet Ravennæ celebratas, utique tertio poſt mortem die; & vivente Theodorico alia omnia curanda fuerint Romanis, nihil tutum ſibi exiſtimantibus apud illum, cui novas ſuſpiciones ingerere debuiſſet ejuſmodi pro mortuo recipienda ſolicitudo.*

liberato ad corpus energumeno ſepelitur honorifice,

E

poſtea Romæ transfertur.

28 *Crediderim Anaſtaſium, in veteri quod ſequebatur Ms. nomen Conſulis fere extritum reperiſſe, cujus ſolum* O *initiale extaret, ex quo* Olybrium *fecerit, utpote initio elogii veteris nominatum, ubi dicebatur ſediſſe* Ioannes, à Conſulatu Maximi uſque ad Conſulatum Olybrii. *Proximus autem, cujus nomen etiam ab* O *inchoetur in faſtis Conſularibus eſt* Oreſtes, *cum Lampadio Orientali Conſule ſignans annum* DXXX, *quando adhuc vivebat Ioannis ſucceſſor* Felix IV, *uſque ad* XXII *Septembris ſuperſtes. Hic certe Regi Athalarico, ex defuncti patris judicio, probatiſſimus, quemadmodum videri poteſt ex Epiſtola propter ejus gratam ſuſceptionem ad Senatum Romanum data; facile impetraſſe potuit, elapſo quadriennio, ſopitaque paterni facinoris invidia, ut Romanis deſiderantibus redderetur mortuus, qui fuerat mœrentibus vivus ereptus. Tunc locum habere potuit, quod, alieno nec apto publicæ lætitiæ tempore, factum ſcribit Baronius, cum ait:* Et excepit Urbs Pontificem ſuum, de Ariana perfidia triumphantem, quadriga candida vectum, non candentium jumentorum, ſed canditatorum humeris Sacerdotum. Accurritur undique ad tantum ſpectaculum, honorant omnes ſacram ſarcinam, debito Pontifici & decenti Martyrem cultu, aſſectanturque ſacris canticis glorioſam victoriæ pompam. Tantummodo impii in tenebris conticeſcunt, & impietas à tanta gloria luget excluſa. Mœret invidia: rabidus livor in ſeipſum dentes exacuit; cum tanto honore videt illatum in Urbem, quem inglorium extinxiſſe putavit in carcere.

Conſule, non Olybrio ſed forte Oreſte anno 530.

F

& ſolenni pompa excipitur.

Baronii de die mortis ac tranſlationis opinio improbabilis.

29 *Tum quod idem Baronius, ex præconcepta de die cultus opinione alibi plenius refutata, quod idem ſit dies Natalis qui cultus, mortuum Ioannem velit* VI Kalendas Iunii *atque* VI Kalendas Iulii *Romæ ſepultum; id ut ſine*

C

& ibi intra paucos dies moritur,

ærumnis confectus,

18 Maji;

A *ſine antiquo ullo teſte, & ſine aliqua apparenti neceſſitate dicitur, ſic gratis etiã negari poſſet. Sed profecto nequaquam id negatur gratis, cui opponitur omnium Anaſtaſianorũ codicum conſenſus, primum in adſtruenda die mortis* XV Kalen. *veteris Catalogi teſtimonio nixus; deinde conſtans eorumdem aſſertio de diebus* LXXXXVIII, *interjectis prædictæ morti & ultioni ſumptæ de Theodorico. Adde huc vetera Martyrologia multa, in quibus unum Reginæ Sueciæ, magni æſtimatum Luca Holſtenio in Notis ad Romanum Martyrologium, ubi ad communem genuino Bedæ, Adoni, Notkero, Rabano, formulam de* Joanne, *additur mors* XV Kal. *obita. Sed quia in eiſdem omnibus antiquis Martyrologiis ſepultura Romæ curata adſcribitur* V Kal. Junii, *hinc eadem omnia* Joannem *referunt ad* XXVIII *Maji hoc tenore:* Ipſo die depoſitio S. Joannis Papæ, quem (quia orthodoxus erat, & à Juſtino Imperatore or-
Nomen Ioannis in Faſtis 28 Maji alim, thodoxo Conſtantinopolim veniens glorioſe ſuſceptus erat) revertentem in Ravennam, in cuſtodia tentum, ad mortem uſque cum aliis æque orthodoxis viris, perduxit [XV Kalendas Junii]. Hujus meminit S. Gregorius in libro Dialogorum. Cujus corpus tranſlatum de Ravenna ſepultum eſt in Baſilica S. Petri Apoſtoli, V Kalend. Junii, Olybrio Conſule.

B *Eadem in compendium ab Vſuardo contracta ſic leguntur:* V Kal. Junii Romæ Natalis B. Ioannis Papæ, quem
& quidem cum ſociis: refert Gregorius ob orthodoxam fidem primo in cuſtodia tentum, ac deinde ad mortem uſque perductum, cum aliis orthodoxis viris. *Verba Gregorii infra dabimus: orthodoxos illos viros ſupra nominavimus, tam Epiſcopos quam Patricios: cum autem Epiſcopos inveniamus non eſſe* Ioanni *commortuos, nec de Patriciis tale quid dicant coævi ſcriptores; non audemus hos ſanctis Martyribus adnumerare, ex ſola Martyrologiorum fide.*

30 *Videtur Beda, quem ceteri præter Vſuardum verbotenus tranſcripſerunt,* V Kal. *reperiſſe, in ſuo veteris Catalogi auctiori exemplo; aliud autem habuiſſe debuit Anaſtaſius* VI Kalend. *ſcribens, unde etiam vetera Breviaria Romana, Kalendaria, & Martyrologia quacumque recentiora, Romanam* Joannis *Depoſitionem referunt ad hunc* XXVII *Maji. Et in eo quidem, quod anno* MDXCVIII
deinde magis 27. non ſine errore aliquo: Bellinus *Venetiis excudendum curavit, ita legitur:* Eodem die S. Joannis Papæ & Martyris, quem Theodoricus Rex Arianorum in exilium in Ravennam direxit, ibique maceratus diu in carcere vitam finivit. *Errorem de exilio, Gregoriani reformatores correxerunt; ſed auctore Baronio ſubſtituerunt alium; & primo loco* Joannem

C *collocantes,* Natalem *cum Vſuardo dixerunt, qui dicendus fuerat* Depoſitio: *retinuerunt etiam macerationem diuturnam, quam demonſtravimus paucorum dumtaxat fuiſſe dierum, itaq; nunc legitur* Natalis S. Joannis Papæ & Martyris, qui à Theodorico Italiæ Rege Ariano Ravennam evocatus, ibique propter orthodoxam fidem in carcere diu maceratus, vitam finivit: *quæ poterunt aliquando corrigi. Cæterum ex prædicta Martyrologiorum antiquorum diverſitate factum videtur, ut qui* Romæ in clauſtro Prioratus Melitenſis in monte Aventino, vetus Kalendarium in pariete *depingendum curavit, utramque combinans lectionem, ſcribi juſſerit, teſte Luca Holſtenio in Animadverſis prædictis (nam hodie nihil iſtic legibile ſupereſt, in loco omnibus cæli injuriis expoſito, adeo ut ipſum tectorium fere à parietibus jam defluxerit, nedum litteræ; quemadmodum mihi retulit, qui anno* MDCLXXVIII *deſcripturus acceſſerat* Petrus Poßinus noſter) *factum eſt, inquam, ex iſta Martyrologiorum diverſitate, ut qui ibi Kalendarium depingendum curavit, ſeculo forſan* XIII *vel ſerius, ſcribi utroque die* Joannem *juſſerit, hac ratione:*

nonnullis utrobique.

VI Kalend. Joannes PP. & Mart.
V Kalend. Reportatio Joannis PP.

31 *Sacrum ejus corpus etiamnum Romæ in eccleſia Vaticana ſervari, communis eſt Romanorum ſenſus: cui adſtipulatur Romanus Canonicus, Baſilicam prædictam deſcribens tempore Eugenii Papæ III; ſed quâ baſilica parte id habeatur, neſciri teſtatur Aringus lib.* 2 *Romæ Subterraneæ cap.* 8. *Interim ad ipſas* Kalendas Junii, *in Ms. Florario Sanctorum, notatur* Tranſlatio S. Joannis Primi Papæ & Martyris. *Et ſane oportet aliquam poſteriorem corporis tranſlationem, in vel ab Vrbe Roma, factam admittere; niſi malimus fateri, quod in prima tranſlatione corpus quidem Romam tranſlatum ſit, Ravennæ vero retinuerit Caput. Hoc enim hodiedum monſtratur in ſacrario Fratrum Minorum Zoccolantium, ubi olim Theodorici Regis palatium fuiſſe creditur, incluſum remonſtrantiæ (ut vocant) lignea quidem, ſed inauratæ. Ipſa eorum eccleſia Theodorici quoque opus eſſe exiſtimatur, S. Martino primitus dicatum; & anno* DCCCLVI *habuit Monachos Benedictinos, cœpitque appellari nomine S. Apollinaris, ab ejus corpore ibi tunc poſito. In Baſilica S. Vdalrici & Afræ apud Auguſtam Vindelicorum, aſſervatur argentea D. Virginis imago, cum Chriſto & Baptiſta puerulis colludentibus, à* Joanne *loci Abbate conſecrata anno* MDCXIX, *quæ continet aliquid de* S. Joanne Papa & Mart. *cum aliis Reliquiis, nominatis à Bernardo Heſſeldero in illius Baſilicæ deſcriptione lib.* 2 *cap.* 32. *Inſuper ad* XII *Ianuarii in Martyrologio Gallicano Sauſſaji nota-*
E *tur,* Leodii, *in Belgio,* memoria S. Joannis Papæ, *incertum qua ex cauſa, niſi id ſit ratione alicujus Reliquiæ ejus. In vetuſto denique Kalendario monaſterii S. Maximini, ante complura ſecula exarato, & aliis pluribus Belgicis, iſto menſe & die habetur:* & S. Joannis Papæ, *quod agre de alio quam hoc* Primo *intelligas, cui ſoli titulus* Sancti *conceditur. Ipſo quo mortuus eſt die, videlicet* XVIII *Maji, etiam adſcriptus invenitur Martyrologio ſub annum* MCCCCXC *Coloniæ & Lubecæ excuſo, Additionibus Greveni ad Vſuardum, aliiſque nonnullis cum prædicto Florario.*

Memoria 12 Ian *& 18 Maji.*

CAPUT IV.

Symmachi cædes: Theodorici Regis infelix exitus.

VEroſimile *eſt iter* Ioannis *Ravennæ Conſtantinopolim, quam fuit in reditu breve ac proſperum ut intra menſem abſolveretur; tam etiam fuiſſe acceleratum in itu, ut multum ſit ſi eidem fuerit totus Martius impenſus. Tali ergo menſe aut ſequenti Aprili occiſum* Boëtium, *jam pridem carceri mancipatum, exiſtimo; & eodem menſe accitum Ravennam* Symmachum, *de*
F *quo ſic Anonymus Valeſianus.* Sed dum hæc aguntur, *quæ ſcilicet cũ Iuſtino acta à Ioanne narraverat,* Symmachus, caput Senatus, *utique grandævus ſenex, & jam inde ab annis quadraginta Conſularis, cujus* Boëtius filiam habuit uxorem, deducitur de Roma Ravennam. Metuens vero Rex, ne dolore generi aliquid adverſus *occiſus Auguſto:* regnum ejus tractaret, objecto crimine juſſit interfici. *Hic, quod vetus Catalogus pluraliter dicit,* gladio interfectos, quorum etiam corpora abſcondi fecit, *de uno* Symmacho *intellexero, cujus corpus latet etiã nunc: nam* Boëtiũ *neque gladio interfectum, neque corpus ejus abſconditum fuiſſe, ſupra vidimus. Non fuit autem* Symmachus, *mox ut advenit Ravennam, necatus: ſed primum Auguſto menſe, ut mora funeribus tot illuſtrium virorum interjecta leniret invidiam atrocitatis tantæ. Moram illam mox probabit Anonymus, collatus cum Procopio: qui cum dixiſſet, quod vita amborum non contentus,* eorum quo-
paulo poſt Rex, viſis territus, que bona publicavit, *continuo ſubjungit:* Paucis poſt diebus cœnanti ipſi, cum piſcis grandioris caput miniſtri appoſuiſſent, viſum eſt id Symmachi caput eſſe recens obtruncati; quod dentibus inferiori labro impreſſis, & oculis torve truculenterque tuentibus, graviter minantis haberet ſpeciem. Ingenti prodigio territus, rigenſque frigore extra modum, ad cubilæ

Symmachus Ravennam accitus Aprili menſe

Alia Tranſlatio 1 Iunii,

Caput Ravennæ, Reliquiæ Auguſtæ Vindelicorum,

AUCTORE D. P.

AUCTORE D. P. properat; complures imponi ſibi lacernas jubet, ac ſub iis tenet ſeſe. Deinde expoſita rei ſerie Elpidio medico, commiſſum in Symmachum ac Boëtium ſcelus deflevit. Id lamentatus & animi dolore preſſus, quem calamitas afferebat, paulo poſt obiit.

falſè damnat & moritur.

33 *Antiquior Catalogus Pontificius, ipſo illo tempore ſcriptus, narrata Ioannis morte obita* XV Kalendas Iunii, Poſt hæc, *inquit*, nutu Dei omnipotentis, XLVIII die, poſtquam defunctus eſt Ioannes Epiſcopus in cuſtodia, ſubito Theodoricus interiit, à Divinitate percuſſus. *Anaſtaſiana omnia exemplaria & jam jam allegandus Anonymus evincunt, librarium mendum in numero eſſe, ac dies* XCVIII *legi debere, quos ſi poſt* XVIII *Maji numerare incipias, pertinges uſque ad* XXVI *Auguſti, quo præciſe die divinitus percuſſum Theodoricum; liset non continuo mortuum, ſic indicat Anonymus.* Symmachus Iudæus, jubente non Rege, ſed tyranno, dictavit præcepta die quartæ feriæ ſeptimo Kalend. Septembris, Indictione IV, Olybrio Conſule, ut die Dominico adveniente Ariani Baſilicas Catholicas invaderent. Sed qui non patitur fideles cultores ſuos ab alienigenis opprimi, mox intulit in eum ſententiam Arii, auctoris religionis ejus. Fluxum ventris incurrit: & dum intra triduum evacuatus fuiſſet, eodem die (*utique Dominico & tunc* XXX *Auguſti menſis*) quo ſe gaudebat eccleſias invadere, ſimul regnum & animam amiſit. Ergo antequam exhalaret, nepotem ſuum Athalaricum in regnum conſtituit; ſe autem vivo, fecit ſibi monimentum ex lapide quadrato, miræ magnitudinis opus, & ſaxum ingentem quem ſuperponeret requiſivit. *Non diſſonat ab hac relatione Turonenſis, libro de Miraculis & gloria Martyrum cap.* 40, *de* Ioanne & Theodorico, *alioquì corrigendus in pluribus cum ait; quod* Domini miſericordia ſtatim (*imo menſibus tribus poſt obitum Pontificis*) ultionem ſuper Regem improbum irrogavit: nam ſubito à Deo percuſſus, plagis magnis exinanitus interiit, ſuſcepitque protinus gehennæ flammantis incendium.

triduano fluxu ventris exhauſtus 30 Auguſti.

B

34 *S. Gregorius Magnus lib.* 4 *Dialogorum cap.* 30; *cum Petro ſuo probaſſet*, ignem gehennæ corporeum eſſe; Operæ pretium, *inquit*, credo ſi ea quæ mihi à fidelibus viris ſunt digeſta narravero, *de viſis Theodorici recens damnati ſuppliciis.* Iulianus namque, hujus Romanæ Eccleſiæ, cui Deo auctore deſervio, ſecundus Defenſor, qui ante ſeptem ferme annos defunctus eſt, ad me adhuc in monaſterio poſitum crebro veniebat, & mecum colloqui de animæ utilitate conſueverat. Hic itaque mihi quadam die narravit, dicens: Theodorici Regis temporibus

C

Poſtea viſus in ignes Vulcania inſula projici à Ioanne & Symmacho.

pater ſoceri mei in Siciliâ exactionem canonis egerat, atque jam ad Italiam redibat. Cujus navis appulſa eſt ad inſulam, quæ Liparis appellatur. Et quia illic vir quidam ſolitarius magnæ virtutis habitabat, dum nautæ navis armamenta repararent, viſum eſt prædicto patri ſoceri mei ad eumdem virum Dei pergere, ſeque ejus orationi commendare. Quos vir Domini cum vidiſſet, eis inter alia colloquens dixit: Scitis, quia Rex Theodoricus mortuus eſt? Cui illi protinus reſponderunt: Abſit, nos eum viventem dimiſimus, & nihil tale ad nos de eo nunc uſque perlatum eſt. Quibus Dei famulus addidit, dicens: Etiam mortuus eſt: nam heſterno die horâ nonâ, inter Ioannem Papam & Symmachum Patricium, diſcinctus atque diſcalceatus, & vinctis manibus deductus, in hanc vicinam Vulcani ollam jactatus eſt. Quod illi audientes, ſolicite conſcripſerunt diem, atque in Italiam reverſi, eo die Theodoricum Regem invenerunt fuiſſe mortuum, quo de ejus exitu atque ſupplicio Dei famulo fuerat oſtenſum. Et quia Joannem Papam affligendo in cuſtodia occidit, Symmachum quoque Patricium ferro trucidavit, ab illis juſte in ignem miſſus apparuit, quos in hac vitâ injuſte judicavit. *Hæc S. Gregorius. Eſt porro inter inſulas Æolias, ſeptentrionali Siciliæ lateri objectas, præcipua* Lipara, *Epiſcopali Sede honorata, cui vicina eſt* Vulcania, *ignes evomens, nunc etiam* Vulcano *dicta.*

D

E

35 *Cum nos olim Ravennæ eſſemus, vidimus* XIX *Novembris anno* MDCLX, *antè eccleſiam S. Apollinaris novi, de qua ſupra egimus, productam maceriam, cum vetuſta illa turri, in qua* S. Ioannes *putatur obiiſſe. Eſt illa ſupra portam, qua ex platea tranſitur ad eccleſiam: & ad dexterum ipſius portæ latus, cernitur porphyretica tumba, inſerta parieti, ſane perquam magnifica, qua neſcio an grandior ulla ſit in tota Italia, cum tali ſubtus titulo*: Vas hoc porphyriacum, olim Theodorici Gothorum Imperatoris cineres in Rotundæ apice recondens, huc, Petro Donato Cæſio Narnienſi Præſule favente, tranſlatum, ad perennem memoriam Sapientes Reip. Rav. P.P.C. MDLXIIII. *Amalaſuntha Regina, quæ Theodorici filia fuit, opus creditur eſſe eccleſia S. Mariæ dicata, Rotundæ nomen à forma habens: ſub cujus cupula admiranda, tam diu toleratos fuiſſe Regis Ariani cineres, mirum ſane eſt; prudenterq; ab Archiepiſcopo Cæſio factum, quod eos è loco ſacro ſic amovendos curaverit; ut tamen Principis, alias de Ravennatibus optime meriti, memoria haud oblitteraretur; non animæ mortui ad ſolatium, ſed viventium aut curioſitati ad ſpectaculum, aut emendationi ad exemplum, rememorato infelici fine quo ſcelera ejus punita leguntur.*

Ejuſdem monumentum Ravennæ.

F



DE

DE S. HELLADIO EPISCOPO

MARTYRE IN ORIENTE.

D. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

Quo pro amiſſis Actis, ſubſtituuntur elogia ex Synaxariis & Menæis: tempus martyrii, per conjecturam, quæritur.

SEC. VI AUT VII. *Elogium ex Menæis,*

Elebris hodie eſt cultus apud Græcos τῦ Ἁγίᾳ καὶ ἐνδόξῳ Ἱερομάρτυρος Ἑλλαδίου Sancti & glorioſi Hieromartyris Helladii, *de quo uno & ſolo agunt in Menæis excuſis, ubi hoc ei accinitur Diſtichon:*

Ἔλαιον Ἑλλάδιος ἱεροσύνης
Αἵματι συνέμιξε τῷ μαρτυρίῳ.

Helladius oleum ſuæ ſacrationis
Martyriali miſcuit cum cruore.

B *deinde hoc eidem ex Actis, veroſimiliter amiſſis, elogium texitur:* Οὗτος ὁ Ἅγιος ἐκκαθάρας ἑαυτὸν ἀπὸ πάσης κηλίδος καὶ δοχεῖον γενόμενος τῦ ἁγίου Πνεύματος, χρίεται τῷ ψήφῳ Θεῦ ἀρχιερεὺς καὶ τὰς οἰκείας πίστεις τῦ Χριστῦ ἐκκλησίας, ὡς μὴ ποιμὴν τῆς αὐτῦ πίμνης τὰς λυκώδεις τῶν ἀνθρώπων ἀπείργε, ὡς ἢ κυβερνήτης ἐπισήμων ταύτην ἐκυβέρνα, ἄβατον καὶ ἀνεπηρέαστον τῶν κακῶν ἀπάντων διατηρῶν. Ἐπεὶ ἦν οἱ τύραννοι δέσμιον αὐτὸν παρεσήσαντο τότε μᾶλλον ἔλαμψε καὶ κατηύγασε τῶν πιστῶν τὰς διανοίας· τιμῶς γὰρ χωρήσας πρὸς τὸ ζκάμματα καὶ παῤῥησιασάμενος τὴν εὐσέβειαν, πλείσαις βασάνοις καθυποβάλλεται· καὶ τὸ ζῶμα σφοδρῶς κατεξανθεὶς, τὴν ὀκ τῶν μωλώπων ἅπασιν κάκωσιν ὁ Χριστος καὶ Θεος ἡμῶν ἐποφθεὶς αὐτῷ ἐξέασατο, καὶ εἰς τὸ ἐξῆς προθυμότερον ἐπέιξε. Μετὰ ταῦτα ὀργῆς πλησθέντες οἱ τύραννοι, τῷ πυρὶ τὸν Ἅγιον ἐπῤῥίπτουσιν· ὁ δὲ ἄφλεκτος διαμένας, πολοὺς πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἐπεσπάσατο· ἔπειτα ζφοδρύνεται ἀικισθεὶς τὸ πνεῦμα τῷ θείῳ προθυμήσιν. *Quæ ſic Latine reddunt:* Sanctus hic abſterſa omni peccati labe, factus domicilium ſancti Spiritus, ſuffragio Dei inungitur Epiſcopus; qui cum gubernaculum Eccleſiæ Chriſtianæ ſibi concreditum haberet, ut paſtor gregis ſui, lupos (nec enim homines dixerim) abegit; atq; ut intelligens gubernator eumdē dirigebat, ab acceſſu omnium iniquorum inoffenſum & immunem cuſtodiens. Poſtmodum ergo cum illum tyranni populo ſiſterent vinctum, tum virtus ejus magis eluxit, fideliumque animos clarius illuſtravit. Nam ſtatim in ſtadium & certamen productus, Chriſtiana libertate pietatem profeſſus eſt. Quare plurimis ſubjectus tormentis, toto corpore fœde laceratur. Verum omnem ex livore & vibicibus contractum dolorem Chriſtus Deus noſter, ſuo athletæ ſpectabilis, abſterſit & curavit, & ad plura patienda alacriorem reddidit. Tum tyranni ira repleti, Sanctum in ignem conjiciunt: in quo illæſus perſiſtens, multos ad Chriſti fidem pertraxit. Poſtremo flagris crudeliſſime cæſus, ſpiritum Deo reddidit. *Hæc in dictis Menæis.*

qua indicantur multiplicia ab eo tolerata tormenta:

C

2 *Eodem* XXVII *Maji idem elogium legitur in Anthologio novo, auctoritate Clementis VIII edito, & reperitur in Ms. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſpectante ad Collegium Pariſienſe Societatis Ieſu, & ſequenti die in Menologio Baſilii Porphyrogenetæ Imperatoris. Quo etiam die* XXVIII *Maji in Menologio Sirleti nomen* Helladii *inepte adjunctum eſt* SS. Creſcenti, Dioſcoridi & Paulo, *de quibus tunc agemus, & dicemus eos Romæ paſſos. Baronius quæ legerat apud Sirletum, eodem prorſus modo Martyrologio Romano inſeruit, quippe aliud fere nihil habens quod ſequeretur in Græcu, ipſe Græca ignarus lingua, quam illud qualecumque Sirleti Menologium, nimis levi manu (ut alibi ſæpe monuimus) compilatum. Magnum mirum eſt, quod, cum Typicon & Conſtantinopoli accepta Ephemeris Moſchorum figurata, hoc die omnia præcipiant facienda de S. Theraponte Hieromartyre, ex Cypro translato Conſtantinopolim anno* DCCCVI; *Menæa hoc omiſſo agant de ſolo* Helladio, *ejuſque ſolius nomen ex Ephemeride metrica hoc modo ſuggerunt:*

eſſet novo cuidam S. Therapontis,

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ Ἑλλάδιον ἔκτανε πυγμή.

E Helladium pugnis vigeſima ſeptima mactat.

Nec diverſitatis hujus cauſa occurrit, niſi, quod Menæa fuerint deſumpta ex antiquiori, quam illud unde acceptum Typicon exemplari, ſcripto priuſquam cultum S. Helladii *Conſtantinopoli obſcuraret novus cultus* S. Theraponti, *cujus memoria ibidem antea celebrabatur* XIV *Maji. Videtur autem hic cultus eo facilius obſcurari potuiſſe, quod alibi quam in Vrbe regia corpus* S. Helladii *eſſet & coleretur. Neque enim Synaxarium Pariſienſe, quod* Helladii *adhuc meminit & quidem primo loco, de duplici Theraponte agens die præcedenti, omiſiſſet notare more ſuo eccleſiam, in qua Synaxis ejus celebrabatur, ſi talis aliqua Conſtantinopoli fuiſſet. Canon quoque de Sancto eodem relatus in Menæis, talis eſt, ut de antiquioribus à S. Sophronio aut Ioanne Damaſceno ordinatis videri unus poſſit; utpote neque nomen auctoris adjunctum habens, neque acroſtichidi alicui annexus; unde ſuſpicari quis poſſit in Oriente paſſum, ibique magis notum fuiſſe; ubi etiam ejus aliqua Acta extiterint: quædam enim notantur in Stichariis atque Odis, quæ partim confirmant dicta breviter in elogio jam producto, partim ſupplent iſtic omiſſa. Iuvat aliqua inde excerpere.*

quippe cujus corpus non eſſet CP.

& qui paſſus videtur in Oriente.

3 *Ex tribus ante Canonem, quæ dixi, Stichariis, ſecundum hoc eſt:* Θεόφρον Ἑλλάδιε, Χριστὸς ἐποφθεὶς σοι ἅπαντας τοὺς ὀκ μωλώπων ἰάσατο ἰχῶρας χαεῖλε· διὸ αὐτὸν γὰρ πᾶσαν ὑπομεῖναι κάκωσιν προθύμως, προφανῶς κλειζόμενος· διὸ ὁ ἱκέτευε δωρηθῆναι ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν τὴν εἰρήνην καὶ τὸ μέγα ἔλεος. Dei ſapientia præ-

F dite Helladie, apparens tibi Chriſtus omnem tuorum vulnerum livorem ſua ſanavit gratia: propter ipſum enim elegiſti qualvis ærumnas ſuſtinere, palam glorificatus. Ideo ora, ut animabus noſtris detur pax & magna miſericordia. *Idem initio Odes* V *ſic explicatur:* Ἐξέλαμψας ὡς ἥλιος ἐικὼν τὸ δεσμοθήριον· ὅτι ἐκεῖ τὸ φῶς τὸ ἄδυτον Χριστός σοι ἐπιφάνη, λόγους προσκλήσεως ὡς τῷ Παύλῳ φωνῶν σοι. Splenduiſti tamquam ſol, dum morareris in carcere: quia ibi apparuit tibi inacceſſibile lumen Chriſtus, verba conſolatoria, tamquam Paulo, auribus tuis inſonans. *Et hoc quidem de Chriſto apparente jam legebatur in elogio: non item, quod de vinculis ſequitur in altera ejuſdem Odes* V *ſtropha:* Δέσμα σοι διερράγησαν ὥσπερ ἰὸς ἀράχνιος· ὅτι ἔν σοι ἰσχὺς ἡ ἄμαχος, συντρίβουσα δαιμόνων ἅπασαν ἐπίνοιαν καὶ σὲ μεγαλύνουσα, χαιρῶ τῷ Χριστῷ. Vincula tibi diſrupta ſunt tamquam telæ aranearum; quia inerat tibi virtus invicta, conterens omnes adinventiones dæmonum, teque magnificans, Chriſti miles.

In carcere viſitatus à Chriſto,

& vinculis diſruptis ſolutus,

4 *Si-*

AUCTORE D. P.

4 *Similter ignis innoxie toleratus, in tertio Stichario ad Canonem prævio, ſic quidem prædicatur* Πυρὸς φύσιν ἐχαλίνασας ᾗ ἀδιάφλεκτος ἔμεινας· ἡ δρόσος γὰρ Θεέ σε περικυκλῶσα ἀβλαβῆ ἐφύλαττεν: Ignis naturam refrænaſti, & incombuſtus manſiſti. Ros enim divinus te circumdans illæſum cuſtodivit. *Laudantur etiam ſæpius multiplicia tormenta per totum Canonem: ſed in ejuſdem Canonis Ode* VII, *ſpecies quædam tormenti, ab Elogio non indicati, attingitur hoc modo:* Ἐν πτέρναις σοι ὑποίσας πικρὸν διάτρησιν ἔτρωσας τὸν δόλιον, ᾗ πτερνίσας ἔρριψας ὑπὸ τὰς πόδας σε Μάκαρ: Accerbam plantarum tuarum contritionem ſuſtinens, ô Beate, contriviſti fraudulentum hoſtem; eumque ſupplantans infra pedes tuos ſtraviſti. *Eſt hoc fuſtuarii genus, quo reorum humi ſtratorum pedes impactis bacillis feriuntur, ad numerum à judice præſcriptum, quandoque ad plura centenaria ictuum, & tunc ipſam ſæpe mortem inferens: quod uti inuſitatum fuit Romanis Martyres torquentibus; ſic fuit eſtque etiam hodie Perſis, Saracenis, ac Turcis (ut de Sinis aliiſque Orientalioribus taceam) uſitatiſſimum: unde ſuſpicio forſan haud vana duci poſſet, à Perſis aut Saracenis occiſum eſſe Sanctum.*

Illæſus ab igne

& in plantis fuſtigetus,

veroſimiliter jub Perſis.

B 5 *Huic conjecturæ favere poteſt, quod toto Canone nulla fiat mentio Imperatorum aut Regum, ſed ſimpliciter & pluraliter in elogio nominentur* Tyranni, *puta Satrapæ Perſarum aut Saracenorum, plures ſimul præſentes martyrio: cui gratulabundus Canon Strophe* II *Odes* IV *ſic invitat fideles,* Ἄνθεσι ψαλμικῶς καλλαεπώμεν, πιστοὶ τὸν θεῖον Ἑλλάδιον, ὃς νικήλην ἀσεβείας ᾗ Μάρτυρα γενναῖον τῆς τριφαοῦς ὁμοουσίας Τριάδος, Floribus pſalmorum coronemus, ô fideles, divinum Helladium, tamquam victorem impietatis, & generoſum Martyrem triluminis conſubſtantialiſque Trinitatis. *Hujus hoſtes cum ſint imprimis Saraceni, alioqui in unum Deum credentes, inclinabar ut opinarer, ſub illis paſſum* S. Helladium; *ſed inclinantem eo ſuſtinuit me Strophe* II *Odes* VI *ubi dicitur,* Τοῖς εἰδώλοις τὸ θύειν ἀπαρνούμενος, θυσία ζῶσα τρισμάκαρ, Θεῷ γέγονας, ἐυωδιάζων ἅπασι τὰ ἄχραντα μύρα τῶν παθημάτων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ σεσαλί σε. Idolis ſacrificare renuens ter Beate, factus es Deo hoſtia vivens; perfundens, omnes unguento incorruptibili paſſionum Chriſti, in corpore tuo adimpletarum. *Atqui, non Saraceni, ſed Perſæ adorabant idola, ſolem præſertim & ignem: horum autem irruptiones in Syriam & Palæſtinam notæ ſunt, ſeculo præſertim* VI *&* VII *ſub utroque Choſroë, anno Iuſtiniani Imperatoris* XII, *quando Antiochiam Syriæ interceperunt; & anno Heraclii* V, *quando Hieroſolymam totamque Terram-ſanctam redegerunt ſub poteſtatem. Fuiſſe autem iſtis in partibus ſatis frequens* Helladii *nomen, perſuadent Metropolita Tarſi & Ptolemaïdenſis Epiſcopus, ſic nominati anno* CCCCXXXI, *in Conciliabulo Epheſino. Sed hæc omnia pro nuda levique conjectura, ut ſunt, accipi volo.*

ſeculo 6 vel 7.

D

E

DE SANCTO HILDEVERTO EPISCOPO MELDENSI IN GALLIA.

D. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. De ejus cultu cum Lectionibus propriis, Actorum mala fide, ipſiuſque ætate.

CIRCA ANNUM DCLXXX.

Cultus 27 *Maji*

Elebratur hoc XXVII *die Maji, in Breviario Bellovacenſi ſub nota anni* MDLIV *edito, & potiſſimum in Eccleſia & diœceſi Meldenſi, feſtum* S. Hildeverti, *ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi: de quo in Breviario Meldenſi, quod habemus anno* MDCXL *excuſum. iſta præſcribitur propria Oratio*: Omnipotens ſempiterne Deus, qui hunc diem nobis in honore B. Hildeverti, Confeſſoris tui atque Pontificis, conſecraſti; da nobis, quæſumus, ita devota mente illius celebrare ſolennia, ut ipſo intercedente peccatorum condonetur indulgentia, & ad gaudia perveniamus ſine fine manſura. *Dein præſcribuntur pro ſecundo nocturno hæ tres lectiones, quarum prima recitanda eſt* de Scriptura occurrente, *ſecunda & tertia propria de hoc Sancto. Eas hic imprimendas deſcripſeramus; cum accepimus Pariſiis alias antiquiores tres, tranſcriptas à Petro Ianuarii, Curione S. Theobaldi apud Meldos, idque ex veteri Breviario exarato circa annum* MCCCVIII, *ſub Epiſcopatu Simonis de Feſtuca. Has ergo pro recentioribus illis accipe, ſicut eas nobis miſit R. D Iacobus Couſinet, ad S. Genovefam Canonicus Regularis.*

C

in Lectionibus dicitur

ortus nobiliter,

1 Beatus Hildevertus, divinæ diſpenſationis nutu Meldenſis quondam Epiſcopus, parentibus ſecundum mundanæ excellentiæ dignitatem haud infimis nec ſacræ religionis ignaris noſcitur procreatus. Pater ejus dictus eſt Adelbertus, nobilis genere, ſed nobilior fide. Hic vero, non cauſa exercendæ voluptatis illicitæ, ſed gignendæ prolis amore, uxorem duxit, nomine Evam, moribus & genere ſibi congruam, dilectam Deo & amabilem viro. Natus eſt eis filius, quem vocaverunt Hildevertum, tradideruntque B. Faroni Meldenſi Epiſcopo ſacris litterarum ſtudiis imbuendum: qui in brevi temporis ſpatio novo ac veteri Teſtamento imbutus eſt.

educatus pie,

ordinatus Clericus,

II Ipſe autem puer, licet ætate juvenis, moribus tamen ſenex erat. Sanctus autem Faro, videns ſimplicitatem S. Hildeverti, omnes Eccleſiaſticos Gradus ei per ordinem commiſit. *His quoad ſenſum per omnia conſonat præcitati Breviarii* Lectio IV: *non item* Lectio V, *quæ antiquo textui, adjungit rigorem vitæ & Luxovienſem Monachatum, ab iiſdem exordiens: nos vetuſtiora, quæ ſequuntur, ſic tranſcripta invenimus.* Poſt obitum S. Faronis Hildevertus vir Dei, plenus gratia, Epiſcopalem Cathedram adeptus eſt. Factus eſt itaque Epiſcopus Dei judicio, ac Clericorum & omnium qui ibi affuerunt conſilio & conſenſu. Fuit S. Hildevertus in eleemoſynis largus, in vigiliis ſedulus, in oratione devotus, in charitate perfectus, in humilitate profundus, in doctrina præcipuus, in ſermone præclarus, in converſatione ſanctiſſimus; ſinceritatem mentis vultus ſui ſerenitas demonſtrabat. *His aliiſque elegantius verboſiuſque deducendis intentus Auctor novarum Lectionum, earum quintam concludit narratione miraculi, unde vetuſtior Lectio* III *initium ſuum hoc modo ſumit.*

F

deinde Epiſcopus,

mortuo ad baptiſmum reſuſcitato,

III. Acceſſit autem ad eum quidam homo, & projecit ſe ad pedes ejus, & obſecravit eum, ut filio ſuo, defuncto abſque baptiſmo, manum imponere dignaretur; ut invocato Chriſti nomine ſuper cadaver exanime, reſtitueret eum vitæ priſtinæ. Ille vero confeſtim mœſtis precibus annuit, domum in qua jacebat mortuus introivit, & proſtratus in terram diutiusad Dominum fudit preces, ut ipſum à mortuis ſuſcitaret,

A ſuſcitaret, & baptiſmi gratiam conſequi poſſet, ac Domino Jeſu Chriſto famulari: ſtatimque ſurrexit puer, & cœpit loqui. Tunc catechizavit eum, & vocavit eum nomine patris ſui Aldebertum. Poſt aliquantum vero temporis B. Hildevertus migravit ad Dominum, ſexto Kalendarum Juniarum: ſepultuſque eſt in baſilica, quam ab urbe Meldenſi ſexto fere milliario ipſe conſtruxerat. Et ſui filioli corpus, quem de mortuis ſuſcitaverat, poſt ſeptem annos moriturum prædixit, & juxta ſe ſepeliri mandavit. *Officii recentioris Lectio* VIII *à morte Sancti initium ſumit, & eccleſiam ubi ſepultus eſt, dicit eſſe* in pago, qui vulgo dicitur Vigneliacum: *deinde hac de cultu adjungit:* Verum quem vivum multa miracula inſignem fecerant, mortuum plura commendarunt, tum Vigneliaci, tum in eccleſia Meldenſi; in qua poſtea ſacra ejus oſſa repoſita fuerunt; tum Pariſiis in Capella, ſub ejus nomine paulo poſt ejus obitum ædificata, quæ nunc eſt parochialis eccleſia ſanctæ Crucis; & in eccleſia parochiali S. Laurentii, in qua digno cum cultu invocatur; tum denique in agro Rotomagenſi, in Collegiata eccleſia

B Gornacenſi, ubi in pretioſa capſa magna cum veneratione ſacræ ejus requieſcunt Reliquiæ.

Moritur 27 Maji.

Sepultus Vigneliaci.

dein Meldas tranſlatus.

4 *Hactenus Lectiones Antiquæ & Novæ. Medii fortaſſis inter utraſque ævi, auctoris certe nequaquam coævi, ſed ſcribentis diu poſt obitum Sancti, ſunt Acta ex variis relationibus vulgique traditione conſarcinata, quæ ſumus duplicia nacti; alia longiora, ex Codicibus Mss. monaſterii Beccenſis & eccleſiæ Gornacenſis, à Petro Loveto & Andrea du Cheſne; alia breviora & à Frederico Flouleto nobis Rotomago communicata: in quibus nonnulla ſunt, veritati neutiquam conſentanea: quare iis omiſſis, pauca ſolum quæ videntur verisimiliora excerpimus. Vbique dicitur* S. Faroni Epiſcopo educandus traditus, puerulus adhuc *aut* quinquennis, *aut* curriculo unius luſtri peracto, *aut certe (ut ſupra dicitur)* ubi per ætatem licuit. *Hinc ex illius ætate de tempore quo vixit & ſedit* S. Hildevertus *aliquid licet ſtatuere. Habemus varia S. Faronis Acta illuſtranda ad* XXVIII *Octobris, diem ejus natalem. In omnibus dicitur is tempore Chlotharii II Regis Epiſcopus ordinatus, & vivendo perveniſſe uſque ad tempora Childerici pronepotis ipſius Chlotharii, quem ad regnum Auſtraſiorum promotum oſtendimus circa an.* DCLIX. *Hoc ergo tempus eſt, quo* S. Hildevertus *ſacris litteris inſtitutus, poſt alios ſacros Ordines, etiam Sacerdotio fuit initiatus.* A quo tempore longe arctiorem vivendi rationem duxit: nam pene quotidianum coluit jejunium, nec alio uſus eſt veſtimento, quam ex pilis caprarum contexto. *Ita Acta breviora, nulla addita mentione vitæ monaſticæ, cujus meminerunt Acta longiora, non tamen nominato loco monaſterii, quod ſupra citata recentiores Lectiones,* Luxovienſe in Burgundia *dicunt fuiſſe. Huic tunc præerat S. Waldebertus, anno* DCLXV *vita functus ſecunda Maji, ad quem diem vitam ejus illuſtramus. Compendia Actorum extant apud Vincentium lib.* 23 *Speculi hiſtorialis cap.* 25; *& apud Petrum de Natalibus, lib.* 5 *cap.* 49.

Acta Mss.

Tempus S. Faronis deſſoriæ

C 5 *Varia in utriſque Actis & citatis compendiis interſeruntur ab eo in Epiſcopatu peracta, prudenter in citatis Lectionibus omiſſa: quaſi* Romam profectus à Bonifacio Pontifice Maximo benigne exceptus, coram eo Miſſarum ſolennia celebraſſet; & ab eo ad prædicandum miſſus, circuiſſet urbes & oppida Hieroſolymam uſque: & ſeptem annis in ea peregrinatione evolutis, Romam reverſus, Summo Pontifici ſuæ legationis rationem reddidiſſet: unde juſſu ſanctæ Sedis in Galliam reverſus, à S. Furſeo Monacho Laniaci, exceptus eſſet. *Hæc pluribus in dictis Actis*

nonnulla in Actis ſuſpecta:

recenſentur. Verum nullus tunc ſedit Romanus Bonifacius. *Nam quintus iſtius nominis creatus eſt ſub finem anni* DCXVII, *mortuus anno* DCXXV, *quo* S. Hildevertus *necdum natus videtur fuiſſe. Nec poteſt intelligi* Bonifacius VI, *in Antipapam electus anno* DCCCXCVII, *jam pridem poſt obitum* S. Hildeverti *ducentis annis elapſis.* S. Furſeus, Latiniacenſis *ad Matronam monaſterii conditor, quatuor ab Vrbe Meldenſi leucis (quod vulgo* Lagny *dicitur, & ſimili contractione ſupra* Laniacus *ſcribitur) ante S. Pharonem videtur obiiſſe, circa annum* DCL, *ſicut diximus ad ejus Natalem* XVI *Ianuarii. Igitur pro* S. Furſæo Monacho, *ſcribendum putarem, exceptum Hildevertum* à S. Furſei Monachis. *Additur in dictis Actis & compendiis hoc miraculum: quod* chirothecæ ejus, quas è manibus ſuis ante conſecrationem extraxerat, à radio ſolis in aëre viſæ fuerunt tribus horis ſuſtentatæ. *Quod in Lectionibus ſupra citatis non incongrue omiſſum eſt.*

AUCTORI D. P.

6 Porro B. Hildevertus Pontifex, Paſtoralis offi- *obitus diffa an.* 680, cii partibus ſanctiſſime peractis, morbo correptus eſt, cum magno dolore Meldenſium civium: & tandem munitus ſalutari Viatico, migravit in cælum ſexto Kalendas Junii, circa annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum. *Ita Acta breviora. Hinc corrigendi Trithemius & Wion, quorum prior, lib.* 3 *de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti, ait eum* claruiſſe anno *27 Maji, aliis 26,* DCXL. *Magis enormi mendo Wion aſſerit eum* S. Faroni ſucceſſiſſe anno DCLXXXVI. Migraſſe ad Dominum ſexto die Kalendarum Juniarum *etiam habent longiora Acta, ex vetuſtis forte Lectionibus: & his conſentit Breviarium Meldenſe recentius. At præcedenti die, ſive* VII Kalendas Junii, mortuum fuiſſe, *tradunt Vincentius & Petrus de Natalibus, & ſecuti ſunt Trithemius, Wion, Menardus, Grevenus, Caniſius, Sauſſajus, & alii. Mabilio ſeculo* 2 *Benedictino, inter Prætermiſſos collocat* S. Hildevertum, *atque per aſteriſcum præpoſitum deſignat eſſe* ex eis, qui Germani Benedictini eſſe videntur: *quod ubi clarius probatum fuerit, libentiſſime amplectemur.*

F

7 *In Actis longioribus agitur de Tranſlatione corporis ſub hiſce terminis:* Tranſactoque non multi temporis curriculo, Angelus Domini per viſum alloquitur B. Majolum Abbatem, dicens: Surge & vade ad baſilicam, in honore beatæ Dei Genitricis dicatam; ibique juxta altare Beatorum corpora Ildeverti Epiſcopi atque Aldeberti ejus filioli reperies tumulata. Quod cum eſſe probaveris, diſcurre feſtinans; & convocatis comprovincialibus Epiſcopis, Sacerdotibus, nec non & Levitis, ceteriſque ſanctorum Ordinum Clericis, viris quoque ac mulieribus religioſis, omnem rei ſeriem, quemadmodum geſta ſit, pronuntia: eorumque tumulum ſumma cum diligentia ut aperiant exora. Hæc cum dixiſſet, cælo receptus eſt. Mane autem facto exſurgens venerabilis Abbas, convocatis omnibus, de quibus præceperat Angelus, cuncta patefecit juxta verbum ejus. Qui audientes gaviſi ſunt valde, & venientes ad locum ſibi cælitus revelatum cum vexillis & crucibus, cum thuribulis & lampadibus, eo ipſo die, quo à terris B. Ildeverti felix anima tranſlata eſt ad ſuperiora, hymniſonis vocibus amborum elevaverunt oſſa inclita: ex quibus magna curatio effluxit circumſtantibus infirmis, cæcis viſus, claudis greſſus, ſurdis auditus, paralyticis curatio, leproſis mundatio, muto loquela, præſtante Domino Jeſu Chriſto &c. *Hæc ibi quæ fere eadem, ſed mutata phraſi, leguntur in Actis brevioribus, & paucis attinguntur in compendiis Vincentii & Petri.*

à S. Majolo Angelica monitione incitato.

F

elevatur corpus.

8 *Acta* S. Majoli *Abbatis Cluniacenſis varia dedimus ad* XI *Maji, ſed abſque ulla talis revelationis mentione: præterea Sanctus iſte trecentis minimum*

AUCTORE D. P.

annis post S. Hildeverti *obitum floruit; hic vero elevatus Meldasque perlatus dicitur*, transacto non multi temporis curriculo. *Ideo Mabilio, inter Praetermissos ad sec.* 3, *agens de S. Guitmaro, dubitat, an non potius intelligi debeat aliquis alius* Majolus, *qui fuerit loco & tempore propior, puta Abbas S. Pharonis. Sed tota praecedens narratio talis est, ut particula,* non, *abundare omnino videatur: nec enim locum sepulti haud ita pridem Episcopi opus erat revelatione doceri, ejusque veritatem ipsa corporis refossione probari. Praeterea Lectiones in festo Translationis infra memoranda dicunt, quod* post quamdam annorum seriem apparuit Angelus Domini Majolo Abbati, in loco qui dicitur Laniacus, *quod integre* Latiniacus *scriberetur; nec absimile vero est, huc aliquando venisse* Majolum *Cluniacensem, causa reformandi monasterii, suaque Congregationi adjungendi, ut passim per omnes Galliae provincias multa adjunxit.*

Majolus iste potuit fuisse Cluniacensis Ord. auctor,

tum forte Latiniaci in vicino degens.

§. II. Translatio Gornacum, cultus, miracula; an post extinctam ibidem S. Guitmari Ab. Centulensis memoriam?

B 9 NArrant tam *Acta quam Lectiones, quo modo Meldis exportatum corpus* S. Hildeverti, *substiterit* Gornaci, *in Normannia limite super Eptam fluvium. Exportatio haec licet in minoribus Actis facta dicatur* nonnullis mensibus effluxis *à prima translatione; alibi tamen aut nullum definitur tempus, aut longius intervallum supponitur, maxime in Lectione quam nobis Rotomago misit ante annos quinquaginta P. Ioannes Dardes, quae multis circumstantiis alibi non inveniendis rem sic ornat & explicat:* Dominus Jesus, qui in Euangelio dixit, Nemo accendit lucernam & in abscondito ponit eam sub modio, sed super candelabrum; volens S. Hildevertum manifestare, & virtutes ejus ostendere; postquam multis miraculis ejus virtutem declarasset in civitate Meldensi, etiam in partibus Normanniae placuit probare hoc modo. Fuerunt Clerici tres, qui nutu divino sacrum ejus corpus acceperunt, & per multa tempora & loca portaverunt, & tandem Normanniam applicuerunt, in villa quae dicitur Gornacum, ubi steterunt per certum tempus. Cum autem vellent cum sacro corpore recedere, immobile corpus remansit. Unde quasi attoniti & stupefacti venerunt ad Hugonem, illius loci Comitem, factum narrantes. Comes eos audiens gavisus est, sperans quod favente Dei misericordia, quae inceperat, per miracula & virtutes illius glorioſi Confessoris, consummaret, & totâ provincia honoraretur: iisdemque Clericis plurima dona tam in jocalibus quam in aliis dedit. Mira res! volens Comes probare an esset sacrum corpus S. Hildeverti, an non, jussit magnum ignem accendi, & sanctum caput in medium projici: sed mox resiliens, in gremium uxoris dicti Comitis transivit. Quid plura? ea die, videlicet * XXVI Maji, plures à diversis languoribus sunt sanati, ... deinde dictus Comes corpus ejus venerabile in capsa argentea honorifice reposuit, prout apparet videntibus.

Translatum deinde corpus Gornacum,

Luc. 11, 13

C

an. XXVII?

10 *Mabilio loco praecitato ait, quod Corpus praedictum* jussu Walterii Rotomagensis Pontificis, per Hilbertum Cantuariensem Archiepiscopum, in eam in qua nunc habetur thecam illatum est anno MCCI; caput vero in scrinio aureo, expensis Blanchae Philippi VI Francorum Regis uxoris, affabre elaborato circa annum Domini MCCCLXXV. *Quid igitur si seculo* XII *ad finem vergente, dicamus factam corporis Translationem ad Normannos, duobus fere seculis post primam factam à Majolo Abbate? Fortasis solvetur haec ratione difficultas, quae Mabilionem vehementer movit, in Chronico Centulensi Hariulfi, de quarto ejus loci Abbate sic legentem, lib.* 1, *cap.* 27. Tunc, *cum scilicet Centulense & Gemmeticense monasteria ab uno eodemque Abbate regi coeperunt,* vere sancti & boni fideles, non valde curabant scriptis quae gerebantur committere, qui ad hoc solum contendebant, ut in libro vitae mererentur adscribi: unde & illius temporis Abbates ex toto prorsus ignorassemus, nisi venerabilis Abbas Angelrandus (*is qui Vitam S. Richarii fundatoris scripsit, & Hariulfo ipsi inchoandi Chronici auctor fuit*) ex aliquanto id procurasset: qui dum priscorum Abbatum Catalogum perstringeret, ex iis unum fuisse insinuavit Guitmarum, quem & sanctissimum virum titulavit: & quia tanti viri tale meruit testimonium, dignum est ut à nobis pusillis memoretur, qui viri verè sancti ore Sanctissimus est notatus. Hic in Neustriae solo humatus quiescit, & in suo nomine dicata ecclesia exiſtit: qui quantae sanctitatis & justitiae fuerit, nos quidem non occurrimus dicere, sed his qui ejus corpori sancto deserviunt praedicandum committimus.

Ibidem ecclesia S. Guitmaro Ab. sacra.

D

E

11 *Ad haec Mabilio*; Utinam, *inquit*, ipse id executus fuisset! Nam Canonici Ecclesiae Collegiatae erectae Gornaci, ubi S. Guitmarus tempore Hariulfi, *id est sec.* XI, quiescebat, & ecclesiam nomine suo illustrabat, usque adeo primarii Patroni sui memoriam obliterari siverunt, ut ne nomen quidem apud eos reliquum sit. Solus nunc apud eos audit S. Hildevertus, Meldicensis Episcopus, ecclesiae suae Patronus; quem cum Guitmaro nostro confundunt, cum legunt in Officio ecclesiastico Hildevertum, ex Monacho Luxoviensi Abbatem monasterii S. Richarii, tum Meldicensem Episcopum fuisse ..... Sed nescio an Gornacum translatum sit corpus S. Hildeverti Episcopi, qui postea Guitmari Abbatis memoriam obscuravit ac penitus demum abolevit; an vero Guitmarus alio nomine dictus sit Hildevertus; quamquam nulla ejus rei mentio, nec praefecturae Centulensis in Actis S. Hildeverti, quae non magnopere probo. *Neque nos probamus illa valde, tam recenti tamen Officio, quale allegatur à Mabilione (nam Lectiones paulo vetustiores supra relatae nec Luxovii nec Centulae meminerunt) permoveri non possumus, ut geminum vel titulum vel nomen in eodem Sancto recipiamus. Potius dixerim Gornacenses, auctoritate motos Centulensium, constanter asseverantium quartum suum Abbatem Gornaci sepultum cultumque fuisse, tandem in illam conjunctionem titulorum consensisse: Centulenses vero sub initium hujus seculi, quando eos adhuc suus latebat Hariulfus, cum blattis tineisque colluctans, adeoque ignota habebantur primorum Abbatum nomina; quartum illum, quem Gornaci sepultum traditâ per manus memoriâ credebant, vocasse* Ildevertum, *quia scilicet hic unus sciebatur Gornaci coli. A talibus certe instructus Robertus Chenu, sub annum* MDCXXVI *Auctor Galliae Christianae, in Abbatibus Centulensibus scripsit*: S. Ildevertus, cujus Reliquiae apud Gornacum: *& sic etiam in Sacristia Centulensi hodiedum pendet Tabella Patronorum loci, in qua nominatur* S. Idvertus. *Tandem vero iidem Centulenses coeperunt sub ritu semiduplicis Officii colere, non hoc, sed* X *die Decembris*, S. Ildvertum qui & Guitmarus: *quod dixerim, post Mabilionis divinationem, primum fuisse assumptum: si enim id antea illi fecissent, asseverantius haud dubie locutus ipse fuisset.*

Benedictinos fecit suspicaris.

F

ipsum esse qui sub nomine Ildeverti colitur:

Itaque

& an. 1201 in argenteâ arcâ transferitur.

A *ſed veroſimile eſt Guitmari cultum cum eccleſia prius deſiiſſe,*

12 *Itaque iſtis nihil obſtantibus, quæ nullum in antiquiori auctoritate fundamentum habent, & poſito quod de Gornacenſibus Canonicis loquatur Hariulfus (loqui enim de iis velut certum habet Mabilio, non ſolùm temere quidquam aſſeverare) videntur omnia conciliari poſſe diſtinguendo tempora, quibus Gornaci ſepultus* Guitmarus, *eodemque allatus* Hildevertus *fuerit. Nam* Guitmarus *obiit circa annum* DCCL; *Hariulfus opus ſuum Chronicon*, à Domno Saxowalo ante plures annos inchoatum ... completum *dedit anno* MLXXXVIII: *poſt quem annum, uſque ad S. Heriverti Tranſlationem Gornacum, anni circiter centum elapſi, ſufficere potuerunt, ut prior ibidem S. Guitmari eccleſia, quæ ſcribente Hariulfo triſeclis erat, vel ætate vitium inducente corruerit, vel aliquo bellorum inter Francos Normannoſque tunc frequentium turbine everſa ſit, ipſumque etiam S. Guitmari ſepulcrum diſſipatum; vel furtim ſublata cum oſſibus de terrâ elevatis arca videri deſierit, ſimulque evanuerit cultus, dilapſo quod iſtic antea fuerat Canonicorum Collegio. Cum autem Comes Caſtri-Giſortis, ſolis quinque leucis diſſiti, quorum etiam unus* Hugonis *nomen habuit, ſub annum* MCXXIV *Oderico Vitali nominatus, & cognominem ſibi filium aut nepotem habuiſſe ſucceſſorem potuit; cum, inquam, talis aut etiam vicinior aliquis Toparcha ſimul ac Gornaci Dominus, reſtaurationem loci deſolati machinaretur; opportune ceciderit eo adduci corpus* S. Hildeverti, *& miraculo ſiſti; atque ita nova eccleſia ſub nomine* S. Hildeverti *ſurrexerit, parum curantibus Normannis* Guitmari *Franci patrocinium vetus innovare, maxime non comparente amplius corpore, quod populorum devotionem alliceret, & novo hoſpite tot miraculis coruſcante. Ipſum autem vere* Meldenſem Epiſcopum *eſſe, eo facilius credi poteſt, quod eo pridem ſe carere Eccleſia ſua fateatur, nec alia ulla eumdem ſibi vendicet quam Gornacenſis. Mihi etiam ſimile vero apparet, Tranſlationem in Normanniam non eſſe factam publico Cleri conſilio, quamquam alias non inuſitatum eſſet cauſa eccleſiaſtica alicujus neceſſitatis per regiones vicinas circumferri Sanctorum corpora; ſed à tribus illis Clericis, quæſtum ſibi ex populari pietate facturis, furtim ablatum fuiſſe ſacrum pignus; idque in proximam & hoſtilem Normanniam, ubi liberius agerent à Francis, ipſum repoſtulaturis.*

quam Gornacum inferretur Hildevertus,

B

furtim forſan ſublatus,

& amentiæ Patronus habitus,

C

13 *Vt ut eſt, ex quo Gornaci Sanctus quievit & miraculis claruit, potiſſimum in curandis amentibus aliterque conturbatis, non ſolum in Normannia, ſed etiam in Francia celebris haberi cœpit. Teſtis urbs Pariſienſis, quæ erecto olim Hoſpitali, eidem eccleſiam addidit, ſub titulo* S. Hildeverti: *cujus ibidem cultus, ut Patroni primarii perſeverat, etiam poſtquam Hoſpitali ablata eccleſia illa, Parochialis facta eſt ſub titulo ſanctæ Crucis. Ibidem in parochiali S. Laurentii vetus eſt* S. Hildeverti *Confraternitas, cui Fidelium pietas ex veteri uſu inſcribi curat, ſi quem domi habent mente captum vel energumenum: idque ita vulgo notum eſt, ut cum aliquis nuper eadem feciſſet, ad eum culpæ &, quod conſequens erat, morti eximendum, valuerit produxiſſe Album Sodalitatis Hildevertinæ, in eoque jam pridem inſcriptum nomen ejus qui capitis poſtulabatur. Similem crediderim eſſe Rotomagi eam, ex cujus Ms. P. Dardes ſequens Miraculum nobis dedit: quod miraculum occaſionem etiam præbuiſſe potuit prædictæ devotioni, qua Sancto iſti commendantur amentes. Nonnemo tamen ſuſpicatur, ab affinitate vocum,* Hildevertus *&* Vertigo *initium ſumi potuiſſe: cum non deſint vulgaria multa exempla Sanctorum, non alia de cauſa in patrocinium aſſumptorum, quam quia eorum nomen affine eſt malo, contra quod invocantur, vel aliquid in arte aut opificio quopiam ſit quod eo inclinet. Miraculum ipſum ſic narratur.*

14 Quoniam quæ vidimus & audivimus ſilentio tegere non debemus, formidantes illud judicis comminantis per Ezechielem; Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus; [deſcribemus] unum de mirabilibus quæ Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ad honorem nominis ſui & glorioſæ Virginis Mariæ almifluique Epiſcopi Hildeverti, operari dignatus eſt. Fuit igitur in burgo, quod Enguin dicitur, quædam juvencula, Mathildis nomine, cujus pater Robertus, mater Agnes vocabatur: qui filiam ſuam tenere diligentes, & ei in poſterum providentes, nuptiis deputaverunt. Dederunt eam uxorem cuidam negotiatori, nomine Nicolao: & ut de pluribus pauca diſſeram, celebratis Miſſæ ſolenniis, & expletis nuptiarum gaudiis, ad thorum nuptialem devenerunt. Sed illa omnibus modis viri ſui repudiavit amplexus, & tamquam diabolico debacchata furore, unguibus & dentibus eum affligens, à ſe penitus effugavit: quod is poſtea parentibus illius inſinuavit, ſed nihil profecit. Non multo poſt in Pictaviam ad negotiationem profectus, ibi ferme per unũ menſem moratus eſt: deinde expedito negotio ad propria repedavit, & cum gaudio à parentibus ſuæ conjugis eſt receptus, facto pleriſque amicorum convivio, qui poſt epulas receſſerunt. Dehinc ſub intervallo illa parum dormitavit juxta focum. Cumque à ſomno ſurrexiſſet, illi cor doluit, licet parum comediſſet: quia non hilaris erat de reditu mariti. Continuo ergo ſola exivit in virgultum, quod erat retro domum; & viſum eſt ei audire vocem multorum, ſtrepitum ingentem facientium & acceſſit quidam ad illam, & manu extenta per guttur eam arripuit & fortiter ſtrinxit. Illa volens clamare, alterum ſenſit, qui duos digitos injecit in os ejus, unde penitus linguæ & pedum amiſit officium. Videns autem vir ejus quod plus æquo moraretur, miſit ad inveſtigandum quid tardaret. Miſſi autem venientes, humi provolutam & quaſi mortuam invenerunt. Quod attoniti redeuntes narraverunt Domino ſuo: qui continuo accurrens accepit eam in ulnas ſuas & aſportavit: & timens ne à parentibus ſuis ſibi imputaretur, feſtinans acceſſit ad eos, & retulit eis quæ acciderant. Ab illa ergo hora vexavit eam dæmon, qui in eam intraverat, bis in die, mane & veſpere. Parentes incommodum filiæ condolentes, cum per medicos ei ſubvenire nequiviſſent, licet locupletes eſſent; pro ea Deo & Sanctis ejus vota voverunt & reddiderunt, ad limina Sanctorum deferri facientes. Sed pius & miſericors Deus, cujus judicia abyſſus multa, eam fideli ſuo S. Hildeverto deputaverat, & per ejus merita dæmonem expelli decreverat. Sabbato igitur ante Aſcenſionem apud Gornacum ad eccleſiam ſancti Confeſſoris Hildeverti advenit, quæ à Canonicis eccleſiæ, clericis & laicis, ſæpiſſime viſitata & confortata eſt: erat enim, ut per exteriora perpendi poterat, Deo devota, ut puta, in pectoris tunſione, manuum & oculorum in cælos ejectione, eleemoſynarum largitione, nutibus & ſignis ſatis affabilis. Cumque in craſtino Aſcenſionis poſt Matutinas Clerus ad invicem de illa loqueretur, & modum infirmitatis ſciſcitaretur, intelligitur quod à dæmone vexaretur, de quo in Euangelio legitur, quod diſcipuli non potuerunt eum ejicere, quòd non ejiceretur niſi in oratione & jejunio. Tali ergo confiſi oraculo, venimus ad eam, & cum ſedulitate monuimus, ut à lubricæ ætatis illecebris pœniteret, & veram cordis contritionem haberet, & Deo ſatisfactionem de commiſſis, & oris Confeſſionem toto animi affectu promitteret, ſi ei linguæ officium redderet. Quæ noſtris omnibus prona ſermonibus, prout poterat, humiliter

AUCTORE D. P. Ezech. 3, 26.

ex quo nova nupta alienata à viro,

E

mox etiam loquela greſſuque privata & obſeſſa,

F

Gornaci primo utcumque reſtituta,

Matth. 17. 20.

AUCTORE D. P.

annuebat. Conſiderantes autem ipſius devotionem, percunctati ſumus ab ea, ut nobis ſignis oſtenderet, ſi Dominici corporis & ſanguinis Sacramento communicari vellet; adjicientes, quod cum tali hoſpite non poſſet malignus ſpiritus diu habitare. Statimque ad altare B. Mariæ Virginis Miſſam, quæ pro infirmis inſtituta eſt, ipſa in grabato præſente celebratur. Non omittitur Euangelium ſecundum Marcum, quod præmiſimus; & omnibus illic adſtantibus, tam Clericis quam laicis, caritatem illorum in Domino poſtulantes indicimus, ut pro ea Dominum deprecentur.

15 Poſtea autem, & die ſabbato adveſperaſcente, & appropinquante hora vexationis ejus, convenimus ad eccleſiam ad viſitandum eam: confluxerunt & multi de oppido & villis proximis, qui inſpirante Dei gratia ad tam ſolenne miraculum convenerunt. Lecto igitur ſuper ea S. Joannis Euangelio, In principio erat verbum; & illud S. Marci, Magiſter attuli filium meum ad te; & ipſa pluries aqua benedicta aſperſa, depoſuimus textum Euangelii ſuper caput ejus, ſtolam benedictam circumponentes collo ejus. Deinde ſanctuaria ei obtulimus ad oſculandum, pignus in cruce argentea de Cruce Domini, B ſimiliter & reliquias ſancti Hildeverti: & præcepimus, ut pro poſſibilitate ſua diceret orationem Dominicam, Symbolum Apoſtolorum, ſalutationem Angelicam, & ſe ſigno Crucis muniret, Deique miſericordiæ commendaret. Quo facto extemplo cœpit viribus deſtitui. Riguerunt ejus membra ac ſi eſſent ferrea, & facta eſt velut mortua. Facto itaque ſilentio, unus de Sacerdotibus ait: Oremus omnes ad Dominum de intimis cordibus, ut qui eam mirabiliter creavit & mirabilius redemit, quique in ea ſpiraculum vitæ inſpiravit, per interceſſionem B. Mariæ ac glorioſiſſimi Confeſſoris Hildeverti, eam liberare dignetur à dæmone; & aperire os ejus, ſicut aperuit Zachariæ Prophetæ, ut ſoluto linguæ vinculo Domino confiteatur, & pſallentes dicamus: Benedicimus Deum cæli, & coram omnibus viventibus confitebimur ei, quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Mira res! Confeſtim viſum eſt ei, quod Incarnati Dei Genitrix coram ea adſtitit, & dixit ei, Matildis, quid facis? quomodo eſt tibi? Reſpondit: Domina mea, nimis anxia ſum. Et dixit illi, Ne dubites, filia, quia in proximo eſt hora qua liberaberis ab infirmitate iſta. Et dixit ad illam: Domina, liberabor de infirmitate mea? Reſpondit: Etiam. At C illa: Quæ es tu, Domina mea? Ego ſum, inquit, Mater unigeniti Filii Dei. Attende quæ dico: In proximo ſanaberis: & cum ſanitati reſtituta fueris, fac incenſari altare S. Hildeverti, & meum, & poſtea teipſam. His dictis diſparuit. Poſtea viſum eſt illi quod feretrum argenteum, quod eſt ſecus altare, in quo ſunt reliquiæ S. Hildeverti, ſe aperuit: & inde veniens Sacerdos Dei & Pontifex Hildevertus ambularet coram ea, & leviter eam palparet, dicens: Confide, filia: ecce enim in proximo miſericordiam Dei es adeptura. His dictis diſparuit. Hæc omnia retulit lingua expedita, poſtquam ſanitatem aſſecuta eſt. D Facta autem Cleri & populi oratione quibuſdam ſolo tenus proſtratis, pleriſque genibus flexis, Reliquiæ apponuntur; amota autem ſtola quæ circa collum erat, ore abundantiſſime aperto, lingua largius expedita, confuſus exiit dæmon, fuſis lacrymis multis præ gaudio à fidelibus. Tunc Sacerdos quidam linguam ejus dente B. Hildeverti tetigit, & reſumpta inter os lingua cum dente ſancto os clauſit & labia ſtrinxit. Nec mora os ipſa laxavit, & Sacerdos, dentem Sanctum ſolerter abſtraxit: & illâ ſedatâ, Sacerdos dixit illi: Matildis clama, Sancte Hildeverte. Et continuo ſoluto linguæ vinculo clamavit, Sancte Hildeverte, iterum atque iterum. Et rurſus Sacerdos ad eam clamavit, Sancta Maria; & illa, Sancta Maria. Poſtea monita clamavit, S. Laurenti. His itaque expletis incipitur, Te Deum laudamus: quod dum cum lacrymis cantaretur & campanæ pulſarentur, cum magnis vocibus exclamavit dicens, Incenſate altare S. Hildeverti, & S. Mariæ, & poſtea me: ita juſſit fieri mihi beata Dei Genitrix. Tunc honore debito altaria incenſata ſunt, & poſtea ipſa per Dei miſericordiam liberata, intervenientibus meritis & interceſſionibus B glorioſi Confeſſoris atque Pontificis Hildeverti, cujus memoria in benedictione eſt.

tum deliquium paſſa,

& liberata fuit.

16 *Hactenus Ms. Sodalitatis Hildevertinæ, ad cujus uſum, ante duo circiter ſecula, Gallice reddita eſt Vita: & hujus viſionis antiquum exemplum penes nos eſt; ita autem finitur*: Dominus noſter multa miracula per S. Hildevertum fecit cum viveret; & quotidie adhuc facit in eccleſia Collegiata, ſub ejus nomine Gornaci fundata: ubi ejuſdem corpus venerabiliter requieſcit in tumba, argento cooperta: caput autem, etiam nunc carne obtectum, aſſervatur ſeorſim in divite capſa, ex mero auro ducali fabricata. Romani Pontifices, rite informati de peregrinorum quotidie iſtuc venientium ac miraculorum frequentia, præſertim in liberatione energumenorum atque à mente alienatorum; Indulgentias varias conceſſerunt, in perpetuum obtinendas ab iis, qui anno quolibet eccleſiam S. Hildeverti viſitabunt diebus XXVII & XXVIII Maji. Eſt etiam in vico Verre dicto, ubi natus Sanctus fuiſſe creditur, fons ſcaturiens, in quodam prato, ad ipſius (ut fertur) patrimonium ſpectante, ex quo potantes ægroti, frequenter bibunt ſanitatem. *Hactenus ille: eſt autem* Verre *oppidum Picardiæ, ſeſquileuca Ambianis, decem circiter Gornaco diſtans. Feſtum Tranſlationis* XXV Auguſti *celebrari ſolita, ejus eſſe opinor, qua corpus Sanctum in argenteam arcam tranſlatum fuiſſe dixi anno* MCCI: *habeturque pro ea die Officium totum proprium in Antiphonis, Reſponſoriis & Hymnis, atque hac Collecta.* Da quæſumus omnipotens Deus, ut qui B. Hildeverti Confeſſoris tui atque Pontificis Tranſlationem annuo debitæ venerationis celebramus obſequio, contra cuncta nobis adverſantia interceſſionis ejus muniamur obſequio,

Reliquiæ ipſæ qualiter habitæ:

Indulgentiæ:

fons.

F

Tranſlatio 25 Auguſti.

DE S. RAGNULFO MARTYRE

TELODII PROPE ATREBATES IN ARTESIA.

SYLLOGE HISTORICA.

G. H.

De cultu, elevatione, & ætate Sancti.

CIRCA AN. DCC.

Cultus facer 27 Maji

TElodium, *vulgo* Telu *ſeu* Teluch, *pagus urbi Atrebatenſi vicinus eſt, ſpectans ad Dominium Abbatis Vedaſtini, in cujus Eccleſia ſacrum* corpus S. Ragnulfi Martyris *aſſervatur, & colitur ſolenni Officio Eccleſiaſtico hoc* XXVII *Maji. De eo in genuino Vſuardi Martyrologio ita leguntur*: In territorio Adartenſi S. Ragnulfi Martyris. *Citato Vſuardo eadem, ſed phraſi hodiernâ, in Martyrologio Romano ita recitantur*: In pago Atrebatenſi S. Ranulphi Martyris. *Apud Bellinum, atque Grevenum, & in Ms. Florario, etiam* Ramulfus *appellatur. At* Ranulphus *in Breviario Bellovacenſi anni*

B MDLIV. *Sacrum ejus corpus jam olim Telodio eſt tranſlatum intra urbem Atrebatenſem, & in eccleſia monaſterii Vedaſtini depoſitum, capſaque impoſitum cum hac inſcriptione*: Anno Verbi Incarnati milleſimo centeſimo octogeſimo octavo, regnante in Francia Rege adoleſcente Philippo, filio Ludovici Regis, filii Ludovici Regis Groſſi, Archiepiſcopante Remis Willelmo ejuſdem Regis avunculo (anno ſcilicet, quo idem Rex juvenis & Henricus Senior Rex Anglorum, Philippus Comes Flandriæ, & univerſi fere Chriſtianæ religionis Principes Crucem aſſumpſerunt, quia Saladinus univerſam fere terram Hieruſalem uſque ad mare occupaverat) Dominus Henricus, quondam Abbas Clarevallenſis, Albanenſis Epiſcopus Cardinalis, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, à Domino Papa Clemente prædicandi gratia in Galliam deſtinatus, in eccleſiam S. Vedaſti veniens, Corpus S. Ranulphi Martyris, præſentibus Domino Petro Epiſcopo, & Domino Joanne Abbate, multis perſonis & toto Conventu, in hoc feretro ſolenniter repoſuit, II Idus Februarii. *Hæc ibi. Dictus Cardinalis* Henricus *aſſignato hic anno* MCLXXXVIII *Atrebati mortuus eſt. At* Petrus, *ex Abbate Ciſtercienſi factus eſt Epiſcopus Atrebatenſis anno* MCLXXX, *mortuus anno*

C MCCIII. Joannes *vero creatus eſt Abbas Vedaſtinus anno* MCLXXXVI, *poſt quatuor regiminis annos vita functus. Ex dictis conſtat* S. Ragnulfum *martyrio coronatum fuiſſe, licet cauſa & genus martyrii lateant. Nam quod in Martyrologiis Leodienſibus S. Lamberti & S. Laurentii dicatur* geſta ejus haberi, *ab alio quodam Sancto ad hunc perperam tranſlatum arbitramur. Fuit loculus Reliquiarum anno* MDCII *ſub Philippo Caverelio, digniſſimo cœnobii Vedaſtini Abbate, reſeratus: mutatumque eſt aliquam læſuram in cranio apparere.*

corporis elevatio facta anno 1188

loculus apertus anno 1602.

2 *Tempus martyrii poſſet indicari, ſi quod à Balderico in Chronico Cameracenſi & Atrebatenſi lib.* I *cap.* 34 *ſub dubio proferitur, conſtaret verum eſſe, ſcilicet*, quoſdam aſſerere, S. Hadulfum, Epiſcopum Cameracenſem & Atrebatenſem, filium fuiſſe S. Ragnulfi Martyris: de quo, *addit*, hi qui noſtris ſuperfuere temporibus fideles, teſtati ſunt multa ſe ad ejus ſepulcrum vidiſſe miracula: *qua ultima verba intelligenda eſſe de* S. Ragnulfo Martyre *tradit Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ad hunc* XXVII *Maji. At* S. Hadulfus, *ut in ejus Vita* XIX *Maji diximus, creatus eſt Abbas II Vedaſtinus anno* DCCX, *& Epiſcopus deceſſit anno* DCCXXVIII; *adeoque dicendus eſſet* S. Ragnulfus *circa annum* DCC *martyrium ſubiiſſe. In Martyrologiis Mss. Albergenſi Canonicorum Regularium, Vltrajectino eccleſiæ S. Hieronymi, Leidenſi S. Caciliæ, & variis aliis atque in Ms. Florario, appellatur* S. Ragnulfus, Epiſcopus & Martyr. *Verum hanc Epiſcopi dignitatem à* S. Hadulfo *perperam ad illum fuiſſe tranſlatam, opinamur.*

Tempus vitæ.

E

5 *Rayſius in Hierogazophylacio Belgico inter Eccleſias Cathedralis Atrebatenſis Reliquias, quæ in capſa argentea, ad formam arcæ Moſaica fabricata, adſervantur, dicuntur in Indiculo eſſe* Reliquiæ S. Ragnulphi de proprio corpore ejus: *ejuſque feſtum in dicta eccleſia & diœceſi una cum S. Theodoro Martyre celebratur* IX *Novembris: & hæc de utroque in antiquo Breviario præſcribitur Oratio*: Deus qui nos beatorum Martyrum tuorum Theodori & Ranulphi confeſſionibus glorioſis circumdas & protegis; præſta nobis quæſumus eorum imitatione proficere & oratione fulciri. *Refertur* S. Ragnulfus *dicto die in Ms. Bruxellenſi S. Gudilæ, & à Greveno, Caniſio atque Molano, qui in elogio citato colligit*, ab Uſuardo notatum eſſe diem natalitium, *quando etiam in eccleſia Vedaſtina colitur*: diœceſim tamen natalem colere in die elevati corporis, *& acceptarum pro ſua eccleſia Reliquiarum. At contra Sauſſajus in Martyrologio Gallicano iſta ſcribit ad diem* IX *Novembris*: Ipſo die in agro Atrebatenſi paſſio S.

F Ragnulfi Martyris, qui ab impiis interemptus, & pro juſtitiæ meritis à Deo coronatus, multis è tumulo virtutibus glorioſæ opitulationis coruſcavit in eccleſia S. Vedaſti Confeſſoris. *Die autem* XXVII *Maji iſta refert*: In Atrebatenſi agro inventio & repoſitio S. Ragnulfi Martyris, cujus triumphalis dies ibi agitur quinto Idus Novembris. *Verum ſimilia à Sauſſajo ex propria inventione definiri ſæpius obſervavimus, ideoque minus ejus auctoritate movemur.*

Aliquæ Reliquiæ in Cathedrali, & cultus 9 Novembris.

DE SANCTO ET VENER. BEDA

MONACHO PRESBYTERO IN ANGLIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus ætate, Vita à Turgoto collecta, cultu ſacro, antiquorum ei atteſtantium ſententiæ.

ANNO DCCXXXV

DVo illuſtria ſeculo Chriſti ſeptimo conſtruxit monaſteria S. Benedictus Biſcopius Abbas, utraque in antiqua Northanhymbrorum regione, eaque parte, quæ Epiſcopatui Dunelmenſi ſubjacet. Prius ad honorem S. Petri Apoſtoli ſurrexit prope oſtium Vedræ fluminis, *S. Beda à 7 anno ætatis in Monaſterio educatur* *Anglis* Were; *unde &* Wiramutha, *teſte Cambdeno, nunc* Moncks Weremith *dicitur, id eſt* Vedræ oſtium, ad Monachos ſpectans. *Alterum in honorem S. Pauli ædificatum eſt ad oſtium Tinæ fluvii,* Ingyrvum *ſive* Gyrvi, *nunc* Jarrow *dictum, in cujus viciniâ natus eſt S.*

B Beda *anno Chriſti* DCLXXVII; *natuſq; ætatis annos ſeptem, in eodem monaſterio cœpit habitare. Hic ille, factus Angliæ ſplendor ſingularis, pietate & eruditione cognomen* Venerabilis *eſt adeptus; eo potiſſimum quod ipſius Homiliæ in Eccleſiâ recitarentur, cum aut adhuc viveret, aut* *mortuus 26 Maji, anno 735.* *certe necdum eſſet Catalogo Sanctorum inſcriptus. Si tamen antiquus iſte titulus eſt, de quo propter vetuſtiorum ſcriptorum ſilentium merito dubitat Baronius, majori etiam merito rejiciens aniles fabellas, quæ tali appellationi occaſionem dediſſe fingunter, nec digna ſunt hoc loco referri. Appellationem tamen in Eccleſia uſitatiſſimam, & in Romano Martyrologio probatam, libenter uſurpamus etiam hic. Deceſſit is, ad laborum ſuorum æternam requiem evocatus, in feſto Aſcenſionis Chriſti,* VII *Kalendas Iunii, ſive die* XXVI *Maji, uti ſcripſit Cuthbertus ejus diſcipulus, qui moribundo adſtitit. Annus ergo erat Chriſti ſeptingenteſimus trigeſimus quintus, quando Cyclo Lunæ* XIV, *Solis* XVI *litterâ Dominicali* B, *Paſcha incidit in diem* XVII *Aprilis, & feſtum Aſcenſionis in dictum* XXVI *Maji. In Chronologiâ Saxonicâ, poſt Hiſtoriam Eccleſiaſticam Venerabilis Bedæ Cantabrigiæ anno* MDCXLIII *excuſâ, obitus ejus ad annum præcedentem* DCCXXXIV *refertur, quod modeſte rejicit Florentius Wigornienſis in Chronico ſuo ad di-*

C *ctum annum* DCCXXXIV, *ubi iſta habet:* Sacerdos venerabilis, Monachus per omnia laudabilis, computator mirabilis, Beda ſanctiſſimus, ſecundum Anglicas Chronicas, anno præſenti, ſecundum vero ſuum diſcipulum Cuthbertum, qui ejus obitum deſcripſit, ſuæque deceſſioni cum aliis quam plurimis interfuit, anno ſequenti, ante Aſcenſionem Dominicam quartâ feriâ, id eſt VIII Kalendas Junii, circa horam decimam, in magnâ mentis devotione & tranquillitate ultimum è corpore ſpiritum efflavit, ſicque gaudens ad regna cæleſtia migravit. *Hæc ibi. Verum quia feſtum Aſcenſionis à primis ſuis Veſperis cenſebatur cœptum, Cuthbertus illam horam decimam nocturnam, adnumeravit ipſi feſto, affigens obitum ad diem* VII *Kalendas Iunii, quo etiam die ex hac Vitâ migravit Anglorum Apoſtolus S. Auguſtinus Epiſcopus Cantuarienſis, uti ſupra ex ejus Actis liquet.* *ſive nocte præcedenti,*

2 *Ad iſtum autem* VII *Kalendas, ſive* XXVI *Maji, utrumque referunt antiquiora Martyrologia Mſs. è quibus aliquod habemus in Angliâ ante annos minimum ſexcentos in pergameno exaratum, ubi primo loco memoratur elogium dicti S. Auguſtini, & immediate iſta ſubjunguntur:* Item in eadem Britanniæ inſulâ depoſitio B. Bedæ Presbyteri, Doctoris Anglorum ſagaciſſimi: *olim colebatur 26,* cujus quanta exiſtunt merita, & doctrinæ fluenta, mellita bonorum operum teſtantur exempla. *Dein leguntur, quæ apud Vſuardum præponebantur. Eodem modo primo loco* S. Auguſtinus & Beda *celebrantur in Mſs. Trevirenſi S. Martini. Aſt ultimo loco apud Vſuardum collocatur S. Auguſtinus; cui in Mſs. ultrajectino Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ, circa annum* MCXL *conſcripto, iſta adjunguntur:* Item in eadem Britanniæ inſulâ B. Bedæ Presbyteri. *Eodem modo in Mſs. Martyrologio monaſterii S. Cyriaci, quo plurimum uſus eſt Baronius, & in Mſs. Patriciano, quod Neapoli in codice membranaceo Antonii Caraccioli Clerici Regularis reperimus, iſta conjunguntur:* In Britannia S. Auguſtini, primi Anglo-

E rum Epiſcopi; & Bedæ Presbyteri, viri in divinis Scripturis eruditiſſimi. *Similia leguntur in Mſs. Centulenſi S. Richarii, & in Appendice Adonis apud Moſandrum & Roſweidum; item in Martyrologio Bellini, ſecundum morem curiæ Romanæ aucto, & Pariſiis ſub annum* MDXXI *excuſo, itẽ Auctario Vſuardi per Grevenum & Molanum adornato, aliiſque. Solius autem* Bedæ *memoria, ad eundem* XXVI *Maji, celebratur in Kalendario perantiqui Brevarii* Mſs *cujus uſus fuit ad partes Rheni.*

3 *Verum quod ſolennitas* S. Auguſtini *impediret venerationem* S. Bedæ, *hæc tranſlata eſt in diem hunc* XXVII *Maji, uti patet ex Kalendario Enchiridii Eccleſiæ Sariſburienſis, quod habemus in pergameno conſcriptum; & conſentiunt aliquot Mſs. Martyrologia Vſuardi, ad uſum Eccleſiarum Belgii circa annum* MCCCC *aut etiã ſerius aucta, & cum iis Florarium Mſs. Item Martyrologia excuſa Lubecæ anno* 1475, *& Coloniæ atque Lubecæ anno* 1490, *cum Miſſali & Breviariis Ambroſianis excuſis anno* 1522, 1539 *&* 1560. *Idem ſequuntur Martyrologia Monaſtica Wionis, Dorganii, Menardi, Buſelini, & Anglicanum Wilſoni. Illam porro diei mutationem ſuo calculo comprobavit Romana Eccleſia, in recognitione Martyrologii de mandato Gregorii* XIII *curata; quapropter nos quoque diſtulimus de eo agere, ne, ſi quando Sanctorum* F *cultus reſtituatur in Anglia (quod utinam fiat cito) à populari uſu, in hoc opere diſcrepemus. Porro* depoſitio venerabilis Bedæ Presbyteri, *ad diem* X *Maji (quod miramur) aſſignatur in Mſs. Leodienſibus eccleſiæ S. Lamberti & Monaſterii S. Laurentii: & hoc ſecutus eſt Molanus in Auctario Vſuardi, atque hunc Caniſius in Martyrologio Germanico. Wilſonus in Martyrologio Anglicano, loco* depoſitionis, *reponit* tranſlationem corporis Dunelmũ: *ſed nuſquam legimus, ad hunc diem eſſe eam referendam.* *nunc 27 Maji,* *relatus etiã die 10,*

4 *Vitam damus ex Mſs. Longipontano Domini Belfortii, collatam cum eâ quæ extat ante hiſtoriam Eccleſiaſticam ejus, Latine & Saxonice Cantabrigiæ editam anno* MDCXLIII, *ex codice Mſs. collegii Benedictini. Non eſt, autem ea aliud quam perbrevis relatio, à nobis in tria capita diſtincta. Primum deſumptum fuit ex hiſtoria Eccleſiæ Dunelmenſis, Auctore Turgoto (qui Prior Dunelmenſis floruit circa annum* MC) *ſub nomine Simeonis Dunelmenſis perperam inter decem Hiſtoriæ Anglicanæ ſcriptores excuſâ, ubi hîc narrata leguntur lib.* 1 *cap.* 8, *& reliqua omnia referuntur cap.* 14 *&* 15. *Caput ſecundum refertur verbis ipſius Bedæ. Tertium, qua obitus ejus narratur, habetur ex Epiſtolâ ſupra memorati Cuthberti diſcipuli, qui moribundo adſtitit, & propoſitum habuit de Vita* *Vita unde accepta.*

ejus

A *ejus prolixius ſcribere; ſed, quod valde dolendum eſt, bene cogitata ad effectum numquam perduxit. Addimus nos quartum ex capite 7 libri 3 ejuſdem Turgoti, ubi tranſlatio corporis Dunelmum indicatur. Aliqua hujus Vitæ compendia continentur in Epiſtola Simeonis Dunelmenſis ad Hugonem Decanum Eboracenſem, & latius apud Ioannem Stubbs in Chronico ſive Actis Pontificum Eboracenſium: ubi dicitur* Beda natus anno DCLXXVII, mortuus anno DCCXXXV, ſepultus in ſuo Monaſterio Ingyrvo: ſed poſtea *dicuntur* oſſa illius ad corpus S. Cuthberti tranſlata.

§ *Alia quædam Acta S. Beda habemus ex bibliothecâ Bodecenſis cœnobii Canonicorum Regularium in diœceſi Paderbornenſi deſcripta, ſed quæ fabulis referta noluimus in lucem proferre. Alia à Ioanne Capgravio in Legendâ Angliæ excuſa ſunt, ſed etiam in hu varia diſplicent, quæ ibidem legi poſſunt. Iſtorum autem loco malumus colligere aliquot virorum illuſtrium teſtimonia de ejus vita & doctrina. Primus ſit S. Bonifacius, Martyr & Archiepiſcopus Moguntinus, qui eodem tempore claruit. Hic Epiſtola* IX *ad Huetbertum Abbatem, ſub cujus regimine S. Beda è vivis deceſſerat, inter alia ſcribit:* Rogamus ut aliqua de opuſculis ſagaciſſimi inveſtigatoris Scripturarum Bedæ Monachi, quem nuper in domo Dei apud vos

B vice candelæ Eccleſiaſticæ ſcientiâ Scripturarum fulſiſſe audivimus, conſcripta nobis tranſmittere dignemini. *Idem S. Bonifacius ad Egbertum Archiepiſcopum Eboracenſem, qui etiam vivo adhuc S. Beda eam dignitatem obtinuit, Epiſtola* VIII *rogat iſtis verbis:* Ut mihi de opuſculis Bedæ Lectoris aliquos tractatus conſcribere & dirigere digneris: quem nuper, ut audivimus, divina gratia ſpirituali intellectu ditavit, & in veſtrâ provinciâ fulgere conceſſit, ut candelâ, quam vobis Dominus largitus eſt, nos quoque fruamur. *Iterum idem S. Bonifacius, cum aliquos tractatus accepiſſet, ita eidem Archiepiſcopo Epiſtola* LXXXV *ſcripſit:* Dona ac libellos dulciſſimæ Beatitudinis veſtræ, à vobis directa, gratanti animo gaudentes ſuſcepimus: ſuſpenſiſq; ad æthera palmis ſupernum Regem obſecravimus, ut vobis in æterna Angelorum curia florentia mercedis præmia reſtituat. . . . . Modo inhianter deſiderantes flagitamus, ut nobis ad gaudium noſtri mœroris, eo modo quo antea jam feciſtis, aliquam particulam vel ſcintillam de candela Eccleſiæ, quam illuxit Spiritus ſanctus in regionibus veſtris, deſtinare curetis; id eſt, de tractatibus,

C quos ſpiritalis Presbyter & inveſtigator ſanctarum Scripturarum Beda referando compoſuit, partem qualemcumque tranſmittere dignemini: maxime autem, ſi fieri poſſit, quod nobis prædicantibus habile & manuale & utiliſſimum eſſe videtur, ſuper Lectionarium anniverſarium & Proverbia Salomonis, quia Commentarium ſuper illa condidiſſe audivimus.

S. Lulli ſucceſſoris, 6 *Hæc S. Bonifacius: cujus pius erga S. Bedam affectus tranſiit etiam ad ſucceſſorem ejus S. Lullum, qui ſimilitur ut ille ex Anglia in Germaniam profectus, eidem Sedi Moguntinæ factus Archiepiſcopus, inter Epiſtolas S. Bonifacii numero* CXI, *iſta Cuthberto Abbati & olim S. Bedæ diſcipulo ſcripſit:* Miſimus tuæ dilectioni parva munuſcula, unam pallam holoſericam. Petimus etiam ut ad conſolationem, non ſolum peregrinationis, ſed etiam infirmitatis noſtræ, libros à beatæ memoriæ Beda expoſitos mittere digneris de ædificatione templi, vel in Cantica Canticorum, ſive Epigrammatum heroico metro ſive elegiaco compoſitorum, ſi fieri poteſt omnes: ſin autem, de ædificatione templi libros tres. Fortaſſis difficilis petitio, ſed nihil arbitror eſſe difficile veræ caritati. *Hæc S. Lullus, cui*

Cuthberti Abbatis, *reſpondit Cuthbertus Abbas, Epiſtola numero* LXXXIX *relata, iſtis verbis:* Gratanter quidem munuſcula tuæ Caritatis ſuſcepi, & eo gratantius, quo te hæc intimo devotionis affectu mittere cognovi, id eſt, pallam holoſericam ad reliquias beatæ memoriæ Bedæ Magiſtri noſtri, ob recordationem & illius veneratione, deſtinaſti. Et rectum quidem mihi videtur, ut tota gens Anglorum in omnibus provinciis, ubicumque reperti ſunt, gratias Deo referant: qui tam mirabilem virum, præditum diverſis donis, tamque ad exercenda dona ſtudioſum, ſimiliterque in bonis moribus viventem, Deus illis in ſua natione donavit: quia per experimentum, ad pedes ejus nutritus, hoc quod narro didici. . . . . Nunc vero quia rogaſti aliquid de opuſculis beati Patris, cum meis pueris juxtà vires, quod potui, tuæ Dilectioni præparavi: libellos de viro Dei Cuthberto metro & proſa compoſitos tuæ voluntati direxi, & ſi plus potuiſſem, libenter voluiſſem: quia præſentia præteritæ hiemis multum horribiliter inſulam noſtrę gentis in frigore & gelu, & ventorum & imbrium procellis, diu lateque depreſſit, ideoque ſcriptoris manus, ne in plurimorum librorum numerum perveniret, retardata eſt. . . . . De opuſculis beatæ recordationis Bedæ, quæ adhuc deſcripta non habes, promitto me, ſi vixerimus, tuæ voluntati adfuturum. *Hæc Cuthbertus S. Bedæ diſcipulus, ad S. Lullum.*

AUCTORE G. H.

E

7 *Tertius ſuccedat Alchuvinus, Magiſter Caroli Magni Imperatoris, & ipſe natione Anglus, ſub ſupra laudato Egberto Archiepiſcopo Eboracenſi, ab obitu* S. Bedæ, *educatus, qui Epiſtola* XLIX *ad Fratres Wirenſis & Gyrvenſis Eccleſiæ, inter alia ſcribit iſta:* Recordamini quam nobiles habuiſtis Patres, & non ſitis tantis progenitoribus degeneres filii. . . . . Recogitate nobiliſſimum noſtri temporis Magiſtrum, Bedam Presbyterum, quale habuit in juventute diſcendi ſtudium, qualem nunc habet inter homines laudem, & multo majorem apud Deum remunerationis gloriam. Illius igitur exemplo dormientes excitate animos, Magiſtris adſidete, aperite libros, perſpicite litteras, intelligite ſenſus illarum, ut & voſmetipſos paſcere & aliis ſpiritalis vitæ præbere valeatis decus. *Idem Epiſtola* V *ad Davidem Regem, agens de curſu Lunæ per ſingula ſigna, iſta ſubjungit:* Quid de concordia ſolaris lunariſque curſus per ſigna Zodiaci lucidius dici poterit, quam quod talium inquiſitor quæſtionum Beda Magiſter in ſcriptis ſuis nobis reliquit? *Eumdem paulo inferius eodem modo laudat: & in poëmate* CLXXVIII *ejus verſus de Vita S. Cuthberti his diſtichis exornat:*

B. Albini Alchuvini

Magnus & ipſe Pater, Præſul, Paſtorque, Sacerdos F
Cuthbertus, veſtræ jam decus Eccleſiæ,
Quanta piis precibus Domino donante peregit,
Non opus eſt noſtris dicere verſiculis:
Dum prius heroicis præclarus Beda Magiſter,
Verſibus explicuit inclita geſta Patris.

8 *Nolumus hic, ex Vita* S. Bedæ *ante opera ejus excuſa, diſcipulos quos reliquit eruditiſſimos enumerare. Inter eos ibidem dicuntur* maxime præſtitiſſe Rabanus, Albinus Alchuvinus, Claudius & Joannes Scotus, qui primi Lutetiæ docuerunt, & Galliam bonis artibus referſerunt. *Vitam B. Rabani dedimus* IV *Februarii, eumque* § 6 *in Commentario prævio oſtendimus natum fuiſſe anno* DCCLXXXV, *id eſt, annis omnino quinquaginta poſt obitum* S. Bedæ, *atque iſtam fabulam: etiam à Vincentio Bellovacenſi lib.* 23 *Speculi Hiſtorialis cap.* 173 *ex Chronicis relatam, rejecimus* § 2 *num.* 7 *Tempore dicti Rabani, cum eſſet adhuc Abbas Fuldenſis, habitum eſt anno* DCCCXXXVI *Concilium Aquiſgranenſe, libris tribus diſtinctum. Ibi cum in tertio libro eſſet oſtendendum, ut in Præfatione legitur,* quod templum Domini, à Salomone ędificatum & dedicatum, figura fuerit Catholicæ Eccleſiæ, per univerſum orbem diffuſæ; & conditor illius Salomon Rex perſonam geſſerit Chriſti. . .

Concilii Aquiſgranenſis.

Salva

AUCTORE G. H.

Salva quippe ſuper hac re ceterorum eximiorum Patrum expoſitione, quid venerabilis & modernis temporibus admirabilis Beda Presbyter, de memorato templo in expoſitione Euangelii Joannis ſentiat, videamus. *Reliqua ibidem late deducta legi puſſunt. Porro qui hic* venerabilis & mirabilis ſcriptor *dicitur, à B. Lanfranco Archiepiſcopo Cantuarienſi* Anglorum Doctor *appellatur, epiſtola; ad Alexandrum II Papam, anno* MLXI *creatum. Secuti deinde ſunt Turgotus Prior Dunelmenſis, & Florentius Monachus Wigornienſis: ex priore damus Vitam* S. Bedæ, *poſterioris elogium ſupra relatum eſt. Succeſſerunt iſtis Guilielmus Malmesburienſis, Henricus Huntindonienſis, Rogerus Houedenus, Matthæus Weſtmonaſterienſis, & alii Scriptores Angli, qui eumdē eximiis laudibus celebrant: inter hos vero Malmesburienſis & Weſtmonaſteriēſis referunt epiſtolam Sergii Papæ ad Ceolfridū Abbatem: quem ille hortatur*, ut, quia exortis quibuſdam Eccleſiaſticarum cauſarum capitulis, non ſine examinatione longius innoteſcendis, opus ſunt ad conferendum arte litteraturæ imbuti; abſque aliqua remoratione religioſum Dei famulum Bedam, venerabilis ſui monaſterii Presbyterum, ad limina Apoſtolorum ... & ſuæ mediocritatis conſpectum, non moretur dirigere. *Verum, quia Sergius Papa vita functus eſt* IX *Septembris anni* DCCI, *id eſt quinque annis antequam Beda conſecraretur Sacerdos, & aliquod opus ex ſuis elucubrationibus vulgaret; tota illa epiſtola, antiquioribus ſcriptoribus ignota, nobis fictitia apparet. Omittimus Trithemium, & alios recentiores enumerare.*

B Lanfranci.

An Sergius Papa eum Romam evocarit?

B

VITA

Auctore, & collectore Turgoto Priore Dunelmenſi.

CAPUT I.

Ortus, educatio in monaſterio, ſcripta, obitus.

Lib. 1. cap 6. *S. Beda naſcitur an. 677,*

2 VEnerabilis Domini famulus Beda, Presbyter & Monachus, natus eſt in provincia Northanhymbrorum, in territorio monaſterii Apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ad Weremuthe & Ingyrium, anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, qui eſt annus ſecundus *a* ſolitariæ vitæ beatiſſimi Patris Cuthberti. In quod monaſterium cura propinquorum, cum eſſet annorum ſeptem, datus eſt educandus reverendiſſimo Abbati *b* Benedicto, ac deinde *c* Ceolfrido, anno ſcilicet *d* decimo poſtquam idem monaſterium S. Petri Apoſtoli fundatum eſt; ex quo autem ſancti Pauli monaſterium fuerat inceptum, anno tertio. Quæ utraque monaſteria tanta pace & concordia, familiaritate & fraterna ſocietate fuerant conjuncta, ut (ſicut ipſe Beda poſtea deſcribit) pro uno duobus in locis poſito monaſterio haberentur. Unde ipſe in hiſtoria Anglorum, unius mentionem faciens, dicit *e* monaſterium Petri & Pauli, quod eſt ad oſtium Wiri amnis, & juxta amnem Tyna, in loco qui vocatur Ingyrvum.

a
C
b c
d

ab anno æt. 7 in monaſterio educatus:

e

addiſcit linguā Latinam & Græcā:

2 Hic itaque infantulus bonæ ſpei divina & ſeculari litteratura diligenter imbuitur: quandoque ſancti ſpiritus organum futurus, quo ejus præcordia irradiante, in ſanctæ univerſalis Eccleſiæ munimentum, plurimos in Novi & Veteris Teſtamenti expoſitionem libros erat compoſiturus. Et cum in Latina erudiretur lingua, Græcæ quoque peritiam non mediocriter percepit. Per id namque temporis in præfato monaſterio ſtudebat, quo *f* Theodorus Archiepiſcopus & *g* Adrianus Abbas, qui in ſacris ſimul ac ſecularibus litteris abundanter ambo erant inſtructi, peragrata tota Britannia, congregantes diſcipulorum catervam, ſcientiæ ſalutaris quotidie flumina irrigandis eorum cordibus emanabant: ita ut inter ſacrorum apicum doctrinam, etiam Metricæ artis, Arithmeticæ Eccleſiaſticæ & Aſtronomicæ diſciplinas ſuis auditoribus contraderent: ſicut de his ipſe quoque *h* Beda loquitur: deinde vere & iſtud ſubjungit: Uſque hodie, inquit, ſuperſunt de eorum diſcipulis, qui Latinam Græcamque linguam, æque ut propriam in qua nati ſunt, norunt. Tranſeunte autem ad cæleſtia Patre Cuthberto *i*, ille, vitæ ipſius egregius quandoque ſcriptor futurus Beda, ætatis jam tunc undecim, ſtudii vero in monaſterio quatuor annos habebat.

f
g

D

variaſque ſcientias.

h

i

3 Anno autem Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo trigeſimo quarto, Imperii autem *k* Ceolvulfi ſeptimo, Epiſcopatus vero Ethelwoldi anno undecimo, illa Eccleſiæ Catholicæ lucerna, ad eam quæ ſe illuminaverat lucem; illa vena aquæ ſalientis in vitam æternam, ad fontem vivum Deum pervenit; ſacrorum ſcilicet librorum compoſitor, venerabilis Presbyter & Monachus Beda, defunctus anno ætatis ſuæ quinquageſimo nono. Ex quo autem Rex *l* Oſwaldus & Antiſtes Aidanus Pontificalem Cathedram & Monachorum habitationem in Lindisfarnenſi inſula inſtituerant anno centeſimo primo, à conſtructione vero monaſterii Petri Apoſtoli in Wiramuthe ſexageſimo ſecundo, porro à Patris Cuthberti tranſitu quadrageſimo nono. Qui videlicet Beda, in extremo quidem mundi angulo vivens latuit; ſed poſt mortem per univerſas mundi partes, in libris ſuis vivens, omnibus innotuit: in quibus profecto terrarum regionumque diverſarum ſitus, naturas, qualitates ſubtiliter, quaſi ipſe cunctas peragraſſet, plerumque deſcribit. Cum tamen ab infantia in monaſterio nutritus, totam ibi, uſque ad evocationis ſuæ diem, vitam tranſegerit. Ne vero quiſquam, aliud quam res eſt, de illo nos dicere ſuſpicetur: ipſius de ſe ipſo dicta ſubjungere congruum videtur.

Lib. 1 cap. 14 *moritur anno 735.*

k

poſt totam vitam in monaſterio peractam.

ANNOTATA.

a Cuthbertum *acceſſiſſe ad vitam ſolitariam in inſula Farne, anno 676, docuimus ex Turgoto ad caput 6 vitæ S. Cuthberti, auctore Beda edita ad diem 20 Martii.*

b *Hic eſt* S. Benedictus Biſcopius, *& colitur 12 Ianuarii, ubi edidimus vitam ex Homilia Bedæ, qui & aliam ſcripſit, à Iacobo Waræo erutam & Pariſiis anno 1666 excuſam.*

c Ceolfridus *mortuus eſt in Gallia apud Lingones 25 Septembris anno 716, cum iter Romam verſus ſuſcepiſſet.*

d *Ædificatum eſt teſte Beda anno 674, ergo tribus ante natum Bedam annis.*

e *Leguntur iſta verba in epilogo, qui poſt epitomen ſolet excudi.*

f S. Theodorus *Archiepiſcopus mortuus eſt anno 690, 19 Septembris.*

g S. Adrianus *Abbas mortuus eſt anno 709, 9 Ianuarii, ad quem diem Acta ejus illuſtravimus.*

h *Lib. 4 Hiſt. Eccl. Anglorum cap. 2.*

i *Mortuus eſt* S. Cuthbertus *anno 687 feria quarta 20 Martii.*

k *Acta* S. Ceolvulphi *Regis, cui Beda ſuam hiſtoriam inſcripſit, dedimus 15 Ianuarii, cui plura ex Turgoto addi poſſunt.*

l *Coluntur* Oſwaldus *5 Auguſti*, & Aidanus *31 ejuſdem menſis.*

CA-

CAPUT II.

Ratio vivendi & ſcripta, S. Bedæ verbis relata.

4 EGo, inquit, Beda famulus Chriſti & Presbyter monaſterii beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ad Wiremuth & Ingyrvum, natus in territorio ejuſdem monaſterii, cum eſſem annorum ſeptem, cura propinquorum datus ſum educandus reverendiſſimo Abbati Benedicto ac deinde Ceolfrido; cunctumque ex eo tempus vitæ in ejusdem monaſterii habitatione peragens, omnem meditandis Scripturis operam dedi; atque inter obſervantiam diſciplinæ regularis & quotidianam cantandi in eccleſia curam, ſemper aut diſcere, aut docere, aut ſcribere dulce habui. *a* Nono decimo autem vitæ meæ anno Diaconatum *b* triceſimo gradum Presbyteratus, utrumq; per miniſterium Reverendiſſimi Epiſcopi *c* Joannis, jubente Ceolfrido Abbate, ſuſcepi. Ex quo tempore accepti Presbyteratus, uſque ad annum ætatis meæ quinquageſimum *d* nonum, hæc in Scripturam ſanctam, meæ meorumque neceſſitati, ex opuſculis venerabilium Patrum breviter annotare, ſive etiam ad formam ſenſus & interpretationis eorum ſuperadjicere, curavi.

Operam dat ſacris Scripturis,

cantui Eccleſiaſtico,

a

b

c

& libris ſcribendis:

d

B

5 *e* In principium Geneſis uſque ad Nativitatem Iſaac & ejectionem Iſmaëlis, libros tres. De tabernaculo & vaſis ejus ac veſtibus Sacerdotum, libros tres. In primam partem Samuelis, id eſt uſque ad mortem Saulis, libros quatuor. De ædificatione templi allegoricæ expoſitionis, ſicut & cetera, libros duos. Item in libros Regum, librum triginta quæſtionum. In Proverbia Salomonis, libros tres. In Cantica Canticorum, libros ſex. In Eſdram & Neemiam, tres. In canticum Abacuch, unum. In librum beati Patris Tobiæ, explanationis allegoricę de Chriſto & Eccleſia, librum unum. Item capitula lectionum in Pentateuchum Moyſi, Joſue, Judicum. In libros Regum & verba dierum. In librum beati Patris Job. In Parabolas, Eccleſiaſtem, & Cantica Canticorum. In Iſaiam Prophetam, Eſdram quoque & Neëmiam. In Euangelium Marci, libros quatuor. In Euangelium Lucæ, libros ſex. Homiliarum Euangelii, libros duos. In Apoſtolum quæcumque in opuſculis S. Auguſtini expoſita inveni, cuncta per ordinem tranſcribere curâvi. In Actus Apoſtolorum, libros duos. In epiſtolas ſeptem Canonicas, libros ſingulos. In Apocalypſim S. Joannis, libros tres. Item

e horum catalogum ipſe texit.

C capitula Lectionum in totum novum Teſtamentum excepto Euangelio. Item librum Epiſtolarum ad diverſos, quarum de ſex ætatibus ſeculi una eſt: de manſionibus filiorum Iſraël, una: una de eo quod ait Iſaias, Et claudentur ibi in carcerem, & poſt dies multos viſitabuntur. De ratione Biſſexti, una: de Æquinoctio juxta Anatolium, una. Item de hiſtoriis

f Sanctorum, librum *f* vitæ & paſſionis S. Felicis Confeſſoris, de metrico Paulini opere, in proſam

g tranſtuli. Librum *g* vitæ & paſſionis S. Anaſtaſii, male de Græco tranſlatum & pejus à quodam imperito emendatum, prout potui ad ſenſum correxi. *h* Vitam

h ſancti Patris Monachi ſimul & Antiſtitis Cuthberti, & prius heroico metro & poſtmodum plano ſermone deſcripſi. *i* Hiſtoriam Abbatum monaſterii hujus (in quo ſupernæ pietati deſervire gaudeo) Benedicti, Ceolfridi, & Huetberti, in libellis duobus. Hi-

i

k ſtoriam Eccleſiaſticam noſtræ Inſulæ ac gentis, in libris quinque. *k* Martyrologium de Natalitiis ſanctorum Martyrum diebus, in quo omnes quos invenire potui, non ſolum qua die, verum etiam quo genere certaminis, vel ſub quo Iudice mundum vicerunt, diligenter annotare ſtudui. Librum hymnorum diverſo metro ſive rythmo. Librum Epigrammatũ Theorico metro ſive Elegiaco. De Natura rerum & de temporibus, librum unum majorem. Librum de Ortographia, alphabeti ordine diſtinctum. Item librum de Metrica arte: & huic adjectum alium de Schematibus ſive Tropis libellum: hoc eſt de figuris modiſque locutionum; quibus Scriptura ſancta contexta eſt *l*.

AUTORE G. H.

l

6 Cum ergo libros hos pervigili ſtudio edidiſſet: obiit ſeptimo Kalendas Junii Ingyrvæ, ibique ſepultus eſt. Sed poſt multa annorum curricula, oſſa illius inde tranſlata, & cũ incorrupto ſanctiſſimi Patris Cuthberti corpore ſunt collocata. In cujus videlicet Bedæ honorẽ porticus ad Aquilonalem plagam eccleſiæ S. Pauli Ingyruæ conſecrata, venerandam fidelibus nominis ejus ibidem præſtat memoriam. Oſtenditur etiam locus hodie, ubi de lapide manſiunculam habens, ab omni inquietudine liber, ſedere, meditari, legere, dictare conſueverat & ſcribere. Tranſiit autem ipſa die ſolenni Aſcenſionis Dominicæ: cujus nos tranſitum melius verbis ipſius ſcribendum putamus, qui ejus diſcipulus, vocabulo Cuthbertus, præſens adfuit, ad condiſcipulum taliter ſcribens.

ANNOTATA.

E

a *Ergo anno 686.*

b *Anno 706.*

c *Hic eſt* S. Joannes Beverlacenſis, *conſecratus Epiſcopus Hagulſtadenſis anno 686, dein Archiepiſcopus Eboracenſis anno 700, qui tandem Beverlaci degens ex vita deceßit anno 721, 7 Maii, ad quem diem Acta illuſtravimus.*

d *Hinc colligimus aut S. Bedam natum ſub initium anni 677, eumque iſta ſcripſiſſe, non diu ante obitum, anno 735, cum cœpiſſet dictum ætatis annum 59; aut certe annos chronicales ſumi, ut primus annus, quocumque menſe natus fuerit, finiatur cum anno 677.*

e *De his ſcriptis videri poſſunt Trithemius, Sixtus Senenſis, Poſſevinus, Bellarminus, Labbæus, Miræus, Voßius, & ſimiles. Neque enim noſtri inſtituti eſſe arbitramur, ſingula diſcutere, & actum ab aliis agere.*

f *Hanc* Vitam S. Felicis *illuſtravimus ad diem 14 Ianuarii.*

g *Conſule quæ de hac Vita diximus ad diem 22 Ianuarii in Commentario prævio num. 3.*

h *Hanc illuſtramus ad 20 Martii.*

i *Hanc editam à Iacobo VVaræo ſupra diximus.*

F

k *Hoc nos ex 8 Mss. edidimus ante tomum 2 Actorum Martii.*

l *Huc uſque Beda, reliqua hujus capitis attexuit Turgotus.*

CAPUT III.

Morbus & obitus à Cuthberto diſcipulo relatus.

DIlectiſſimo, inquit, in Chriſto collectori Cuthwino, Cuthbertus condiſcipulus in Domino, æternam ſalutem. Muſculum quod miſiſti multum libenter accepi, multumque gratanter litteras tuæ devotæ eruditionis legi. In quibus maxime quod deſiderabam, Miſſas videlicet & orationes ſacroſanctas, pro Deo dilecto Patre ac noſtro magiſtro Beda, à vobis diligenter celebrari reperi. Unde delectat magis pro ejus caritate, quantum fruor ingenio, paucis ſermonibus dicere, quo ordine migrarit à ſeculo: cum etiam hoc te deſideraſſe & popoſciſſe intellexerim.

Agit auctor gratias ob Miſſas & preces oblatas

8 Gravatus quidem eſt infirmitate maxima creberrimi anhelitus, & tamen pene ſine dolore aliquo

ex MS. S. Bedæ correptus asthmate

ante diem Resurrectionis Dominicæ, id est fere duabus hebdomadibus: & sic postea lætus & gaudens, gratiasque agens omnipotenti Deo, omni die & nocte, imo horis omnibus, usque ad diem Ascensionis Dominicæ, id est, septimo Kalendas Junii, vitam ducebat; & nobis suis discipulis quotidie lectiones dabat, & quidquid reliquum fuit diei, in Psalmorum cantu prout potuit se occupabat: totam vero noctem in lætitiâ & gratiarum actione pervigil ducere studebat, nisi quantum modicus somnus impediret. Evigilans autem statim consueta Scripturarum modulamina repetivit, expansisque manibus Deo gratias agere non desivit. Vere fateor quia neminem unquam oculis meis vidi, nec auribus audivi, tam diligenter gratias Deo vivo referre. O vere beatus vir! Canebat autem & sententiam B. Pauli Apostoli, Horrendum est incidere in manus Dei viventis, & multa alia de sanctâ Scripturâ, in quibus nos à somno animæ exsurgere, præcogitando ultimam horam, admonebat; & in nostrâ quoque linguâ, hoc est Anglicanâ, ut erat doctus in nostris carminibus, nonnulla dixit. Nam & tunc hoc dictum Anglico sermone componens, multum compunctus ajebat: Ante necessarium exitum prudentior, quam opus fuerit, nemo existit ad cogitandum; videlicet hinc antequam proficiscatur anima, quid boni vel mali egerit, qualiter post exitum judicanda fuerit. Cantabat etiam Antiphonas, secundum nostram consuetudinem & suam: quarum una est, O Rex gloriæ, Domine virtutum, qui triumphator hodie super omnes cælos ascendisti, ne derelinquas nos orphanos, sed mitte promissum Patris in nos Spiritum veritatis, Alleluia. Et cum venisset ad illud; Ne derelinquas nos orphanos; prorupit in lacrymas, multumque flevit; & post horam cœpit repetere, quæ inchoaverat, & sic totâ die faciebat: & nos quidem audientes hæc, luximus cum illo. Alterâ vice legimus, alterâ ploravimus: imo semper cum fletu legimus.

sub mortem discipulos instruit,

Psalmos canit,

aliasque sententias,

& antiphonas:

B

9 In tali lætitia quinquagesimales dies usque ad diem præfatum deduximus: & ille multum gaudebat, Deoque gratias agebat, quia sic meruisset infirmari. Referebat, & sæpe dicebat, Flagellat Deus omnem filium quem recipit: & multa alia de sacra Scriptura: sententiam quoque S. Ambrosii, Non sic vixi ut me pudeat inter vos vivere, sed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus. In istis autem diebus duo opuscula, multum memoriâ digna, (exceptis lectionibus, quas accepimus ab eo, & cantu Psalmorum) facere studuit, id est, à capite Euangelii S. Joannis, usque ad eum locum in quo dicitur, Sed hæc quid sunt inter tantos? in nostram linguam ad utilitatem Ecclesiæ convertit: & de libris Notarum * Isidori Episcopi exceptiones quasdam, dicens: Nolò ut discipuli mei mendacium legant, & in hoc post obitum meum sine fructu laborent.

morbum læta animo sustinet

C

tractatus dictat:

** Qui hi?*

10 Cum venisset autem tertia feria ante Ascensionem Domini, cœpit vehementius ægrotare in anhelitu, & modicus tumor in pedibus apparuit. Totum autem illum diem docebat, & hilariter dictabat: & nonnumquom inter alia dixit: Discite cum festinatione: nescio quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me Factor meus. Nobis autem videbatur quod suum exitum bene sciret: & sic noctem in gratiarum actione pervigil duxit. Mane illucescente id est feriâ quartâ, præcepit diligenter scribi quæ cœperamus: & hoc fecimus usque ad tertiam horam. A tertiâ autem horâ ambulavimus cum reliquiis Sanctorum, ut consuetudo diei illius poscebat: unus vero erat ex nobis cum illo, qui dixit illi: Adhuc, Magister dilectissime, Capitulum unum de libro quem dictasti, deest; videturne tibi difficile, plus te interrogari? At ille: Facile est, inquit. Accipe tuum calamum, & tempera, & festinanter scribe. Quod ille fecit.

feria 3 Rogationum pejus habet:

pridie Ascensionis aliqua dictat:

D

11 Nonâ autem horâ dixit mihi: Quædam pretiosa in meâ capsellâ habeo, id est piper, oraria, & incensa: curre velociter, & Presbyteros nostri monasterii adduc ad me, ut & ego munuscula, qualia Deus donavit, illis distribuam. Divites in hoc seculo, aurum, & argentum, & alia quæque pretiosa student dare: ego autem, cum caritate multâ & gaudio, Fratribus meis dabo quod Deus dederat. Et præsentibus illis locutus est ad eos, unumquemque monens & obsecrans pro ipso Missas celebrare, & orationes diligenter facere: quod illi libenter sponderunt. Lugebant autem & flebant omnes, maxime quod dixerat, quia æstimaret quod faciem ejus amplius non multum in hoc seculo essent visuri. Gaudebant autem de eo quod dixit; Tempus est (si sic Factori meo videtur) ut revertar ad eum qui me fecit, qui me creavit; qui me, quando non eram, ex nihilo formavit. Multum tempus vixi, bene mihi pius judex vitam meam prævidit: tempus resolutionis meæ instat, quia cupio dissolvi & esse cum Christo: etenim anima mea desiderat Regem meum Christum in decore suo videre. Sed & alia multa ad ædificationem nostram locutus, in lætitia diem usque ad vesperam duxit.

munuscula distribuit,

sacrificia & preces petit:

E

12 Et præfatus puer Wilberth adhuc dixit: Magister dilecte, adhuc una sententia non est rescripta. At ille: Scribe, inquit, cito. Post modicum dixit puer. Modo sententia descripta est. Ille autem; Bene, ait, veritatem dixisti: consummatum est. Accipe caput meum in manus tuas, quia multum me delectat sedere ex adverso loci sancti mei, in quo orare solebam, ut & ego sedens Patrem meum invocare possim. Et sic in pavimento suæ casulæ decantans, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto, cum Spiritum sanctum nominasset, spiritum è corpore exhalavit ultimum: atque (ut sine dubio credendum est) pro eo quod hîc semper devotissimus in Dei laudibus laboraverat, ad gaudia desideriorum cælestium migravit. Omnes autem qui audire vel videre obitum Bedæ Patris nostri valebant, numquam se vidisse ullum alium in tam magnâ devotione atque tranquillitate vitam finiisse dicebant. Quia sicut audisti, quo usque anima ejus in corpore fuit, Gloria Patri & alia quædam spiritalia, expansis manibus Deo vivo & vero offerre, gratias agens, non cessabat. Scito autem, Fater carissime, quod multa possem narrare de eo: sed nunc brevitatem sermonis ineruditio linguæ facit. Attamen cogito (Deo adjuvante) plenius de eo scribere, quæ oculis vidi, & auribus audivi.

cantans Gloria Patri expirat.

F

CAPUT IV.

Corpus S. Bedæ Dunelmum translatum, & dissipatum, ex historiâ Turgoti, & Wodi. An Romæ Reliquiæ?

Sub *a* Eadmundo Antistite in Ecclesiâ Dunelmensi claruit quidam Presbyter, vocabulo Elfredus filius Westou, qui usque tempus *b* Egelwini Episcopi permansit. Erat in omnibus S. Cuthberto devotus, vir multum sobrius, eleemosynis deditus, in orationum studio assiduus, lascivis & impudicis terribilis, honestis vero & Deum timentibus venerabilis, custos Ecclesiæ fidelissimus... Cum ergo Presbyter præfatus honestam ac religiosam ageret vitam, jussus per visionem per antiqua monasteriorum & ecclesiarum loca in provinciâ Northanhymbrorum discurrere, ossa Sanctorum, quæ

Lib. 3 c. 3
a
b

Ab Elfredo Dunelmensi Presbytero

A quæ in illis ſepulta noverat de terrâ levavit, ac declaranda populis ac veneranda ſupra humum locata reliquit..... Ad monaſterium quoque, quod eſt Ingyrvum, ubi Bedam Doctorem converſatum, defunctum,& ſepultum noverat, ſingulis annis adveniente anniverſaria dormitionis ejus die venire, ibique precibus & vigiliis ſolebat inſiſtere. Quodam tempore juxta morem illo pergens, cum aliquot ibidem dies ſolus in eccleſia orando & vigilando tranſegiſſet, neſcientibus ſociis ſummo diluculo ſolus, quod ante numquam conſueverat, Dunelmum rediit, ſui ſcilicet ſecreti nullum volens teſtem habere. Nam cum multis poſtea vixiſſet annis, ad præfatum monaſterium, tamquam jam adeptus id quod concupierat, amplius venire non curavit. Unde ſæpius à ſuis familiariter requiſitus,ubinam Venerabilis Bedæ oſſa requieſcerent, certus de re inquiſita,ſic erat ſolitus reſpondere: Hoc, inquit, nemo me certius novit. Firmum, ô dilectiſſimi, & procul omni dubio certum habeatis, quod eadem theca, quæ ſacratiſſimum corpus Patris Cuthberti ſervat, etiam oſſa venerandi Doctoris & Monachi Bedæ contineat. Extra hujus loculi hoſpitium nemo quærat portionem ejus Reliquiarum. Hæc dicens familiares ſuos
B ſilentio præcepit tegere, ne ſcilicet extranei, qui tunc in eccleſia ipſa converſabantur, injurias aliquas machinarentur; quorum ſummum ſtudium erat Reliquias Sanctorum, & maxime Bedæ, ſi quas poſſent, auferre. Unde cum ipſe Sanctorum oſſa cum S. Cuthberti corpore, ut ſupra dictum eſt, locaret; id omnino occulte facere ſtudebat. Cujus de
c Beda ſententiæ concordat etiam illud,*c* Anglico ſer-
d mone compoſitum *d* carmen: ubi cum de ſtatu hujus loci & de Sanctorum Reliquiis,quæ in eo continentur,agitur,etiam Reliquiarum Bedæ una cum ceteris ibidem mentio habetur.Cujus nimirum ea oſſa fuiſſe noſcuntur, quæ multis poſt annis cum incorrupto Patris Cuthberti corpore à ceteris Reliquiis ſegregata, in
e *e* lineo ſaccello inveniebantur locata.

ex more annuo ad S. Bedam peregrinato,

hujus corpus ablatũ

apponitur corpori S. Cuthberti,

14 *Antonius à Wod lib. 2 Hiſtoriæ, & Antiquitatum Vniverſitatis Oxonienſis pag. 61* S. Beda, *ait*, in Gervicenſi monaſterio requievit: Reliquiæ dein ejus Dunelmum tranſductæ ſunt, ſcrinioque honorifice incluſæ: atque ſub initia regni Reginæ Eliſabethæ zelo fanatico correptus Whittinghamus, Decanus indignus Dunelmenſis, eaſdem templo detraxit & prorſus diſſipavit.

diſſipatum ſub Eliſabetha.

15 *In Baſilica veteris Vaticanæ deſcriptione,à Romano ejuſdem eccleſiæ Canonico tempore Eugenii Papæ III compoſita,& à Paulo de Angelis illuſtrata,pag. 117 ipſe Romanus ita loquitur*: Requieſcit etiam ante portam argenteam, ſub rota ſcilicet porphyretica, ut à noſtris majoribus accepimus, Venerabilis Beda Presbyter, qui fecit Homilias: & ejus ob reverentiam antiqui noſtri penitus non tranſibant per eam,nec nos tranſire permittebant. *Vbi Paulus annotavit iſta*: Romanus Presbyter Auctor noſter, in hac ſua hujus Baſilicæ S. Petri deſcriptione, merito adnotavit ſepulturam Venerabilis Bedæ in hac Baſilica poſitam. *Verum hæc* acceptio à majoribus *adeo tenuis viſa eſt poſteris, ut in enumerandis Reliquiis hujus Eccleſiæ mentionem* Venerabilis Bedæ *non voluerint facere Onuphrius de* VII *Vrbis Eccleſiis pag. 54 & 55. Pompejus Vgonius in Hiſtoria Stationum pag. 103 & ſeqq. & paſſim alii. Nulla etiam fit ejus mentio in Ordine divini Officii, in quo præſcribitur veneratio aliorum Sanctorum, quorum ibi ſacra corpora aut notabiles Reliquiæ aſſervantur. Nempe, ut urbs Genua ſuum multo Iuniorem Bedam eumdemque Sanctum habuit, de quo egimus die* X *Aprilis, & cum Anglorum Doctore perperam confudit; ſic etiam videtur factum Romæ, occaſione alicujus Bedæ, ibidem poſt plura forſan ſecula ſepulti.*

EX MS. *An Romæ fuerit?*

E

ANNOTATA.

a Eadmundus *electus eſt anno* 1020, *at poſt quinquennium conſecratus, mortuus anno* 1048.

b *Cum poſt Eadmundum præfuiſſet menſibus* 10, *ordinatus eſt* Egilricus *qui abdicavit anno* 1058, *& habuit ſucceſſorem* Egelwinum.

c *Intelligitur lingua Anglo Saxonica, quæ viguit uſque ad tempora Normannorum, quando paulatim lingua hodierna Anglicana introducta eſt.*

d *Extat hoc carmen charactere ſimul & ſermone Anglo-Saxonico poſt hiſtoriam Turgoti columna 76, & aliquod non abſimile extat pag. 76.*

e *Malmesburienſis lib. 3 de Geſtis Pontificum Anglorum aſſerit* oſſa SS. Bedæ & Ceolvulfi in ſingulis ſaccis lineis referta. *In Hiſtoria tranſlationis corporis S. Cuthberti in novam tumbam anno* 1054, *à nobis ex Mss. relata* 20 *Martii num. 6, iſta leguntur*: Oſſa venerabilis Bedæ, qui Vitam S. Cuthberti dilucide conſcripſerat, una cum illius corpore hoſpitium quietis habuerant, quæ pariter continebat ſacculus de lino.

DE B. GAVSBERTO EREMITA

FVNDATORE MONASTERII MONTISSALVII IN ARVERNIA.

SYLLOGE HISTORICA. G. H.

Ex Sauſſajo & Ferrario.

SEC. XI.

Elogium ex Sauſſajo.

Andreas Sauſſajus in Supplemento Martyrologii Gallicani ad hunc XXVII *Maji iſta ſcribit*: In territorio S. Flori depoſitio S. Gausberti Confeſſoris, qui primum in Velaunis Eremita, cum vitam ab omni labe immunem in ſolitudine ageret; dum latere cupit, ipſis erumpentibus ſuæ ſanctitatis radiis, factus conſpicuus, multos ad ſui admirationem deinde & imi tionem pertraxit: quos ſolide in ſincera carnis mundique deſpicientia, & puriſſimo Dei famulatu inſtitutos, magnas ad virtutes provexit. His enim colligendis extructo ſub Gregorii VII Pontificatu & regno Philippi I Monſalvienſi cœnobio, in Arvernorum & Ruthenorum finibus, tantâ ſanctimoniâ præluxit, ut nonnullos ſuæ divinæ gratiæ & converſationis heredes relinqueret. In quibus antecelluit B. Bernardus, qui poſt eum ejuſdem monaſterii factus Abbas, iiſdem luminibus claruit; nomenque poſteris, ſicut ipſemet ſuus ſanctus deceſſor & didaſculus, æterna veneratione colendum tranſmiſit. Colitur enim ibi S. Gausberti ſacra memoria hoc die, & B. Bernardi die IX Octobris. *Hæc ibi Sauſſajus, qui in eodem Supplemento ad diem* IX *Octobris iſta tradit*: In Velaunis depoſitio B. Bernardi Abbatis Monſalvienſis, S. Gausberti Proto-Abbatis illius loci (qui colitur ſingulis annis

AUCTORE G. H.

annis festiva commemoratione VI Kalendas Junii) præcipui asseclæ & meritissimi successoris, in cujus ibidem encomio, ipsa die hoc in Supplemento exarato, etiam Inventio laudatur. *Hæc omnia Saussajus.*

Memoria ex Ferrario.

2 *Alter nobis testis hujus commemorationis est Philippus Ferrarius, in Catalogo Sanctorum qui in Romano Martyrologio non sunt. Hujus ad hunc* XXVII *Maji ista verba sunt:* In territorio S. Flori B. Gausberti Eremitæ: *de quo annotat se ista habere* ex monumentis cœnobii Monsalviensis, in montibus Arvernorum ab ipso constructi, cujus etiam primus Abbas fuit sub Gregorio VII Pontifice Maximo, & Philippo I Rege hujus nominis, uti ex ejusdem Vita Ms. legitur.

Vita frustra petita.

Hanc non solum non licuit videre, sed neque sperare potuimus obtinendam. Cum enim accepto per Ferrarium indicio insistens, R. P. Petrum Possinum Tolosæ commorantem rogassem, ut eam Floropoli nobis impetraret; magnam quidem consequendi voti spem accepit à R. P. Gorsio Aureliacensis nostri in Arvernia Collegii Rectore sub annum Dominicæ Incarnationis MDCLXXXIV; *eo quod, licet Monachi responderent, veteres sui cœnobii chartas alio asportatas, neque sciri ubi essent; unus tamen, nosse id se asserens, petito mensium aliquot spatio, Vitam ex originali transcriptam repræsentaturum se promiserat. Verum subita morte subtractus è vivis, prius quam posset executioni mandare quod addixerat, secum & notitiam latentis thesauri, & spem ejus consequendi sustulit; solumque testat ut eos qui occultum servant rogemus, ne pergant Sancto invidere gloriam hinc proventuram; sed communicent exgraphum, servaturum saltem pro Supplemento operis.*

B D

Notitia Mōtis-Salvii.

3 *Est autem* Floropolis, *seu* S. Flori urbs (*unde* Auriliacum, *vulgo* Orilhac, *solum* 12 *leucis ad Occidentem abest*) *Arvernia Superioris caput, Episcopalis facta beneficio Ioannis XXII Pontificis Maximi anno* MCCCXVII. *In hujus diœcesis Registro beneficiorum, anno* MDCLXVIII *excuso, memoratur Capitulum Trinitati* Ordinis Montissalvii *cum parochia, cujus præsentatio tribuitur Abbati Mon-Salvienſi. Iudicatur etiam* Præpositura Montis-Salvii *subjecta electioni conventus, item Capitulum Saussacamse de Beynassis* Ordinis Montis-Salvii. *Ad Præpositum Montis-Salvii spectat jus præsentandi Parochum pagi Iunhaci. Et hæc circa notitiam monasterii constructi, modo sub nomine Præposituræ potissimum noti.*

Tempus vitæ.

Tempus, quo B. Gausbertus *floruit, assignatur seculum undecimum: tunc enim* Gregorius VII *Pontificatum gessit ab anno* MLXXIII *usque ad annum* MLXXXVI, *ultra quem vixit* Philippus I *Rex Francorum usque ad annum* MCVIII. *Et hæc sunt, quæ viris in Arvernia eruditis proponimus, eo potissimum, quod Iacobus Branche de Vitis Sanctorum Arvernia, ejus non meminerit, licet quindecim annis post Saussajum scribens: cui tamen diffidere non possumus, habentes antiquorem eo testem Ferrarium in Catalogo, annis duodecim edito ante Martyrologium Gallicanum.*

E

DE BEATO FREDERICO.

EPISCOPO LEODIENSI ET MARTYRE.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus cultu, Vita à coævo scripta, & ampliori alia, quæ adhuc desideratur.

ANNO MCXXI.

Memoria in Fastis 26 Aprilis,

C

& potissimum 27 Maji die natali,

à multis Sanctus habitus,

Memoria hujus Sancti Episcopi refertur ad varios dies: ac primo in tertia parte Novalis Sanctorum, apud Canonicos Regulares Rubeæ Vallis prope Bruxellas, extat Ms. Epitaphium B. Frederici Episcopi Leodiensis & Martyris, cujus festum est vigesima sexta die Aprilis mensis. *Quo die Grevenus Carthusianus Colonienſis in Auctario Vsuardi, sub nota annorum* MDXV, *&* MDXXI *excuso, ista scribit:* Item beatæ memoriæ Frederici, Episcopi Leodiensis & Martyris. *Quæ eadem leguntur in Martyrologio Germanico Canisii. Verum* obiisse VI Kalendas Junii *tradunt Monachus Leodiensis S. Laurentii in suis additionibus ad Ms. Vitam ejus, Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ex historia cadis per Leodiensem Clerum edita, Miraus in Fastis Belgicis, Fisen lib. 9 Historiæ Leodiensis cap. 30, qui ejus Vitam edidit ad diem hunc* XXVII *Maji. Eodem die in Martyrologio Romano, sed aucto insertis Belgii Sanctis, Leodii anno* MDCXXIV *Gallice excuso, ista leguntur:* Leodii sancti Frederici, Episcopi Leodiensis & Martyris. *Quæ eadem habentur apud Ferrarium in Catalogo generali: cum quibus eumdem* Sancti *titulo honorat Fisen, idemque titulus etiam ante Vitam infra dandam habetur ejusmodi.* De S. Frederico Episcopo Leodiensi. *In alio Vita compendio quod nobis exhibuit codex Ms. Vltrajectinus S. Salvatoris iste titulus præfigitur:* Vita S. Frederici Leodiensis Episcopi. *At Willotius in Hagiologio Belgico hoc die eum celebrans, dumtaxat* Beatum *appellat, Miræus* Venerabilem *vocat, Molanus ab omni titulo abstrahit. Saussajus (quod mirum est) eumdem penitus prætermisit laudare vel inter Sanctos vel inter Pios. Ægidius Aureavallis Monachus tomo 2 Gestorum Episcoporum Leodiensium cap. 22 asserit eum* 11 Kalendas Julii migrasse ad Dominum: *secuti sunt Sammarthani in Episcopis Leodiensibus, & Ferrarius in dicto Catalogo.*

ab aliis refertur 30 Iunii.

Vita scripta à Renero coævo ex Mss. datur.

2 *Vitam ejus scripsit auctor coævus,* Nonnus Renerus, hujus nostri monasterii S. Laurentii Monachus, qui tunc præsens fuit, *uti sub calcem Vitæ testatur alius ejusdem cœnobii Monachus. Eam ipsi Leodii reperimus in Ms. Legenda Sanctorum, in dicto S. Laurentii cœnobio, cum omni benevolentia ab Abbate & cœnobitis excepti anno* MDCLXVIII. *Prædictus Ægidius Aureæ-vallis eamdem Vitam, sed hinc inde mutatam, inseruit tractatui suo de Episcopis Leodiensibus, & sub finem ista habet:* Vitam ipsius luculento sermone scripsit Dominus Renerus Monachus S. Laurentii Leodiensis, vir magnæ scientiæ, qui multa alia opuscula composuit: *ex quibus est Vita B. Wolbodonis Episcopi Leodiensis, quam edidimus ad diem* XXI *Aprilis. Sub finem hujus Vitæ laudatus supra Monachus S. Laurentii addidit ista:* Multa & alia per servum suum Dominus miracula operari dignatus est, quæ à quodam Clerico scripta fuerunt, sed ea respicere non potui. *Videtur Molanus ea habuisse. sibi ex Alnensi bibliotheca submissa, prout scripserunt* omnibus sanctæ Catholicæ Ecclesiæ filiis fideles qui sunt Leodii. *In hac relatione martyrium ejus sic exprimitur:* Cum Fredericus gregem Domini in sanctitate & justitia pasceret, Alexandri fautores multis pressuris invictam ejus patientiam exercebant: sed & secundo administrationis ejus anno venenatum poculum viro Dei porrexerunt, quo unus oculorum excussus fuit, & alter extinctus: cumque lenta mors subsequeretur, renovarunt pristinum poculum: unde VI Kalendas Junii cælo animam reddidit. *Hæc Molanus at Chapeavillus citato dicto codice Alnensi ista scribit:* Completa est iniquitas eorum, *fautorum Alexandri,*

F

In alia Vita exprimitur Martyrium.

munc-

A muneribus ſiquidem neſcio quo pincernarum ejus corrupto, venenum poculo ejus clam miſcuit. Ipſe autem,ut erat honeſtæ ſimplicitatis,inconſulto quidnam eſſet,bibit, infirmatus eſt,languor ſupercrevit, decidit in lectum : tuncque operarii iniquitatis confortati,iteravere calicem mortis. Bibit ſecundo Sacerdos, dolor invaluit, virus ſingula membra penetravit;unum oculorum ejus excuſſit, alterum extinxit. Cerneres omnibus venis inflatam cutem,& utris inſtar extenſa vitalia. *His moti ad aliam, unde ſumpta ſunt, Vitam ex Alnenſi monaſterio requirendam,litteras eo dedimus: ſed fruſtra fuit quantacumque à viris religioſiſſimis ſimul & officioſiſſimis adhibita diligentia, ſicut omnium nomine reſcripſit nobis D. Hilarius Parent, mittens aliquam geſtorum ejus epitomen ex Mss. Pontificum Leodienſium geſtis, in qua æque nihil de veneno legitur, ac in Vita per Renerum.*

3 *Apud alios nihilominus, quibus poſt mortem Ducis Lovanienſis Godefridi Barbati, & Alexandri, poſt Adalberonem in Epiſcopatu ſuffecti, liberior facultas fuit verum ſcribendi, eamdem mortis cauſam allegantes, Martyr habitus eſt* Fredericus, *tamquam paſſus* pro Simoniacæ hęreſeos damnatione & Catholicæ fidei defenſione,*uti loquitur Lambertus Parvus, & cum eo reliqui ſcriptores,qui eum Martyris titulo honorant. Epitaphium autem*
B *ejus tale eſt.*

Epitaphiũ,

Clauditur hac tumba ſimplex ſine felle columba,
Quæ vobis vivam referebat pacis olivam.
Cor ſublime gerens, Scripturis totus inhærens,
In ſe ſpernebat, quod nobilitate vigebat.
Plus fuit horroris, quam nominis hujus honoris.
Plebis Catholicæ te Pontificem, Frederice,
Elegit Chriſtus, ſacravit Papa Caliſtus.
Sed deſpecta malis electio Pontificalis.
Inde furens Simonia, ruens in æs alienum,
Bella,tuis dedit;arma,ſuis;tibi, Sancte, venenum.
Hæc tuleras,nec victus eras, in agone bienni:
Sed frueris modo cum ſuperis mercede perenni.
Ergo ſimul Chriſti Præſul Martyrque fuiſti,
Cui te commendas quinto Maji ante Kalendas,
Gloria virtutum doceat te glorificatum :
Percipe te dignam,Præſul Martyrque,coronam.

4 *Verſus hi,ubique perfecte Leonini, probant nobis ante-*
penultimum verſum, ſicut hic legitur, genuinum eſſe; non
item eum,qui ab aliis ſuppoſitus apud Ægidiũ ſic habetur:

dies obitus,

Julius aut Julias nona ſub luce Kalendas.

C *Vbi neque ſenſus ullus eſt, neque haberi poteſt dies* XXX *Iunii, quem ſubſtituunt aliqui, quique fortaſſis fuit elevati honeſtius ſepulcri. Eſt quidem etiam in hoc, quem retinemus verſu ſenſus obſcurus; nam videtur dies mortis indicari* quinto ante Kalendas Maji, *qui eſſet* XXVII *Aprilis: ſed poteſt debetq; intelligi id quod alii dicebant,* die quinto exeuntis Maji,ante Kalendas,*ſequentis ſcilicet menſis Iunii. In anno* MCXXI *plerique conſentiunt. Vnus geſtorum Leodienſium Abbreviator apud Alnenſes, habet ſequentem annum* MCXXII. *Sed ita oporteret tertio Pontificatus ſui anno obiiſſe* Fredericum,*quem tamen omnes alii mortuum dicunt ſecundo: cum quo recte convenit, quod idem ipſe Abbreviator ait.* Conſecratum à Calixto Papa Remis VII Kalendas Novembris: *nam annus* MCXIX ; *habens litteram Dominicalẽ* E,*fecit ut dies* XXVI *Octobris caderet in Dominicam, conſecrationi Epiſcopali idoneam; non item annus* MCXX , *qui biſſextilis habuit litteras Dominicales* DC,*atque adeo* XXVI *Octobris compoſitam cum Feria* III.

& annus.

5 *Alexander Wilthemius,in quadam ad Bollandum noſtrum reſponſoria, de Epitaphii ſuprapoſiti auctore (quem neſcio unde eorum alteruter didicerit fuiſſe primum Abbatem Lacenſem, in monaſterio Trevirenſis diœceſis prope Confluentiam,* Gilbertum *nomine) hujus ſepulcrum vidiſſe ſe ait in crypta, ſub choro, opere muſivo elegantiſſime ornatum, in cujus limbo circumcirca hi verſus, litteris majuſculis exarati legebantur :*

Auctor Epitaphii,

Præclarus genere,meritis præclarior Abbas
Gilbertus,jacet hic: virtutis regula cunctis,
Abbatis titulo,Monachi vel nomine functis.
Idibus octonis quando eſt Leo regia Solis, *id eſt*,8
Exceſſit vita:requieſcat pace beata. *Iulii,*

AUCTORE G. H. *an. Gilbertus I Ab. Lacenſis?*

Vellem ſcire quo argumento probari poſſit Epitaphium Frederico ſcripſiſſe Gilbertus : *alioqui non male conveniunt locus & tempus. Lacenſe enim monaſterium haud ita longe diſtat Leodio, ſed ſolum itinere bidui; condi autem cœptum ſeculo* XI, *ſuam tamen perfectionem ac primum Abbatem* Gilbertum *tantum accepiſſe videtur, juxta Gabrielem Bucelinum, poſt annum* MCXII; *ut facile potuerit, is ſupervixiſſe* B. Frederico,*etiam ad plures annos.*

VITA

Auctore coævo Renero Monacho Leodienſi S. Laurentii.

Ex Ms. Legenda cœnobii ejuſdem.

DEfuncto *a* Oberto Epiſcopo Leodienſi, orta eſt magna diſſenſio in electione. Nam *b* Dux Lovanienſis & nobiliores Alexandrum Archidiaconum in partem trahunt : & quia E cum eo ſentirent, dummodo ipſe prudenter ageret, c aperiunt. Ille vero ad *c* Henricum Imperatorem, cum prædictis Nobilibus adiit, & ab illo baculum Paſtoralem accepit : reverſuſque à duabus tantum Congregationibus, quarum ipſe erat Præpoſitus, ſuſcipitur. Nã Dominus Fredericus, majoris eccleſiæ Præpoſitus, reliquis eccleſiis ne eum ſuſciperent interdixerat: civemque Franconem,qui poſtea Monachus obiit,explorare eos,qui interfuerant,miſit. Tunc temporis Papa præceperat,quod nullus inveſtituram de manu Imperatoris ſuſciperet. CumqueAlexander cum Duce Lovanienſi ac multo comitatu,ſubſequẽtibus pene duabus Congregationibus,eccleſiam fuiſſet ingreſſus; Anachoreta quidã ſubintrans eccleſiã, duabus caprarum pellibus ante & retro amictus, crine longo,barba prolixa,totuſq; hiſpidus, accedens ad ipſum Franconem,eum ſalutavit, & ait: Scio, inquit,quod me ignoras. Sed audi verbum Domini: quia miſſus ſum à Deo futura nuntiare tibi. Iſte qui pro Epiſcopo ſe habens nunc ingreditur,noveris quia nõ proſperabitur,neque ſtabilietur. Elegit ſibi Dominus alium,qui pauco quidem tempore Epiſcopus erit,ſed F multas tribulationes paſſurus eſt pro fide & religione eccleſiaſtica: verum poſt obitum ejus mira per eũ Dominus operabitur *d*. Cui ſuccedet in Epiſcopatu d *e* vir ſummæ nobilitatis, ſummæque pietatis, qui in e principio proſperabitur,& formidabitur,ſed paulatim deficiet, in fine autem vilipendetur. *f* Tertius ordinabitur Epiſcopus,tamen non morietur,quibus dictis abſceſſit : quæſitus poſtmodum numquam apparuit, verum de verbis ejus nihil cecidit in terram.

a b

S. Fredericus inveſtiturã Alexandri ob excommunicato factã improbat:

& juxta anachoretæ prophetiam.

2 *g* Archiepiſcopus enim Colonienſis, cognita Alexandri promotione, mandat Leodienſibus ne reciperetur in Epiſcopum, citando primos Eccleſiarum Dominica in Palmis coram ſe adeſſe, ut rem certius poſſet diſcutere. Vocatus ſemel, bis, ter Alexander, non venit. Elegerunt igitur Coloniæ Dominũ Fredericum, majoris eccleſiæ Præpoſitum, in Epiſcopum Leodienſem,poſt S. Lambertum vigeſimum ſeptimũ: qui à *h* Calixto Papa in Concilio Remenſi conſecratus,nudis pedibus repatriavit:& proceſſit ei obviam totius cleri & populi multitudo, factaque eſt lætitia magna in populo. Fautores interea prædicti, contabeſcentes in ſe,malitia recrudeſcunt,nullam quam ei inferre poſſunt moleſtiam prætermittunt. Alexander vero in caſtello Huyenſi, Ducis & Comitis *i* Lamberti de Muhel ſibi promiſſum operiebatur adventum. At

g

electus ipſe Epiſcopus à Calliſto Papa conſecratur:

h

i

ARENER EX MS.

Dominus Fredericus, & Frater ejus *k* Godefridus Comes Namurci, Principes militiæ exercitus Domini, videntes quia multiplicata ſunt mala, dederunt ſe murũ pro domo Domini, periculis ſeſe objicientes. Nam diſpoſitis neceſſariis Hoyũ petunt: incolæ vero ultro foras aperientes, obviam procedunt, ſeſe omniaque ſua dedentes. At illi ingreſſi, caſtellum expugnare ſunt aggreſſi; cum interea Dux magno cum exercitu nuntiatur adventare, cui ut obſtruatur tranſitus concurrentes quidam ad pontem qui ligneus erat, in ſecuri & aſcia dejecerunt eum, & ita Ducis fruſtratus eſt adventus. At ex alia parte Lambertus Comes, per anguſtam ſemitam, quæ eſt inter flumen Moſam & aſperrimam rupem, amotis equis propter difficultatem loci, cum ingenti ſuorum multitudine adveniebat. Cui frater Epiſcopi occurrens, ubi audiri ab eo potuit: Ergone, ait, contra me in arma venis, cui hominium ex juſta cauſa feciſti? At ille frendens ira, Omne, inquit, hominium ab hodierna die *l* exfeſtuco. Tunc frater Epiſcopi, Et ego te, ait, ut perfidum hac haſta per medium fallacis oris transfigo. Dixit, & jacto telo fauces ejus trajecit. Hoc ille oppido ſauciatus ictu, ruit, tenetur, vinculis mancipatur. Interea Dux cum gravi ira inefficax rediens, omnia municipia Epiſcopii aut Comitatus Namurcenſis vaſtabat, omneſque fortes ſuo copulabat agmini, & Leodium in manu valida peracceſſit. Reverſuſque & ipſe Epiſcopus una cum fratre ſuo, crebros & inexorabiles ejus equipollenter expugnat aſſultus, gratia Dei per omnia victor exiſtens. Sed cum jam omnia pacata eſſe viderentur, anno ſecundo *m* Ordinationis ſuæ migravit ad Dominum. Quam ſancte, quam laudabiliter in Epiſcopatu vixerit, ſicut docet Apoſtolus omnes Epiſcopos eſſe debere, omnibus patuit: nec defuit ad ſepulcrum ejus divinæ virtutis efficacia. Nam ibi alii viſum, alii auditum, alii greſſum recipiebant, paralytici ſanabantur, muti loquebantur, ægri præterea omnes convaleſcebant.

k Godefridus Comes Namurci, Principes militiæ exercitus Domini

adverſariorum viribus confractis,

victor obit anno 2 ordinationis:

m

clarus miraculis:

ſepulcrum lumine honoratur:

3 Interea ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli natalitius advenerat dies; fideliſque populus Leodienſium, ne tanti viri ſepulcrum luminis honore diu careret, conſilium iniit. Majores natu fraternitatem initiandam ſanxerunt, ceteris conſentientibus in hoc ipſum. Maturat interea quiſque pro poſſe donationem: ſed diſpoſitione Domini, qui Sanctum ſuum voluit mirificari, in ſequentẽ Dominicã placuit differri. Neque vero bonorum vota dilatione minuuntur. Adſunt die ſtatuto, ſed virtutem ſemper ſequitur invidia. Nonnulli Canonicorum advenerunt, nihil religionis in hoc facto eſſe aſſerentes: deberi potius ex præſenti donatione pavimentum reparari ſuper Pontificis ſepulcrum: hoc plurimum placere Deo & beato Martyri Lamberto. Hac itaque ſtropha religionis arcere nitebantur populum, ne terra, ex qua miracula fiebant, raperetur. Sed reprobavit Dominus conſilium vanitatis, votaque humilium ſibi placere oſtendit. Nam puellam adultam, nimia renũ colliſione natibus ſeſe trahentem, infra Nonam ad tumulum Sancti erexit ſanã. Præterea puerum à nativitate cæcum, eadẽ [poteſtas] quę Euangelicum illuminavit, ſine luto & aqua Siloë. O ſtulti & tardi corde ad credendum! Parentes, affines & amici, & omnes qui aderant, magno clamore in laudem Dei ſanctique Pontificis eccleſiam repleverunt ſuper illuminationem adoleſcentis præfati: Clerici tamen & Canonici pertinaci animo reſiſtentes, nequaquam ſe credituros eſſe dicebant, niſi eos quos domi ſtipe ſua paſcebant infirmos ſanari viderent. Dominicus tunc erat dies; inſtantes ergo cum magna irriſione [videre] cupiunt, operientes eventum rei, ſi quis eorum ſanaretur; inſtar Judaicæ perfidiæ, quæ Crucifixo Domino illudebat, dicens: Si filius Dei eſt deſcendat de cruce, & credimus ei. Scilicet neque tunc Redemptor noſter de cruce deſcendit, qui tertia die poſtmodum reſurrexit; neque modo Chriſti ſervus Fredericus hoſtium irriſioni paruit.

ſepulcrum lumine honoratur:

Sanantur, incurvata,

cæcus natus,

fruſtra invidis obnitentibus.

4 Quinta Feria hora diei ſexta, mulierculam, in ipſa ægritudine decrepitam, virtute vere divina ſoſpitati reddidit. Hæc illorum ſuſtentabatur agape, in hoſpitali quod nomine Ad catenam *n* vocatur. Alia quoque puella, diutina cæcitate mulctata, ibidem jacebat, precabaturque obnixius, ut quam audierat tam mirifice curatam, videre mereretur; quatenus & ſubſidii & laudis eſſet ſocia: nec eſt fraudata deſiderio ſuo: ſiquidem infra Nonam viſum recepit. Quædam etiam anicula, cujus pedes natibus, & coſtis hæſerant latera, vergente jam ad occaſum ſole, ſoſpes exiluit eadem die; neque tantum ſanari meruit, verum etiam quaſi juvencula in vigore renovari. Ita virtus Trinitatis tribus miraculis Sanctum ſuum illa die mirificavit. Dies quæ illuxit altera, nihilo minus miraculis eſt illuſtrata. Duæ ſiquidem mulieres contractæ ibidem priſtinæ ſanitati ſunt reſtitutæ. Vir quoque ex eadem convaluit infirmitate.

agra decrepita,

n

cæca,

contracta tres,

biennio clinica,

5 Percrebuit interea undique tantorum opinio geſtorum. Quapropter ægra quædam mulier, numquam biennio de cubiculo egreſſa, ſpe recuperandæ ſanitatis eodem ſe ferri poſtulavit: & ſuper cathedram, quia manus ſeſe tangentium ferre nequibat, delata eſt. Intransque baſilicam S. Lamberti, qua potuit voce ferentibus ſe ait: Juxta ſepulcrum ejus me locate: ſane cujus pietatis fuerit iſte homo non ignoro, atqui miſerebitur mihi, niſi (quod abſit) ante Deum caritatis veſtem mutaverit; ſcio enim quantæ bonitatis fuerit. Quis enim infirmus illum ignoravit? quis egenus ejus ope non eſt uſus? Hæc ea muliebri queſtu dicente, non procul à ſepulcro viri Dei poſitæ crevit dolor & deſiderium ſalutis: dumq; noctem ibi duxiſſet inſomnem, alterius diei primo mane, exaudiente Domino deſiderium pauperis, ſurrexit incolumis, dans laudem Deo & Sancto ſuo.

inutile brachium,

6 Eo ipſo momento, ſtupore rei attonitis omnibus, aliud apparuit miraculum. Mulier quædam eatenus perdiderat brachium dextrum, ut plus eſſet ei oneris quam ſubſidii: obſtupuerat enim complicatum ac retortum. Hæc cum ad ſepulcrum Sancti venerandum veniſſet, optatæ ſaluti reſtituta eſt. Plurima ſimilia ſimilibus adderem, niſi occurriſſet menti hoc præſens miraculum. Morabatur in ſuburbio, non longe ab oratorio S. Bartholomæi, *o* muliercula triennio ægritudinem paſſa, baculi potius quam pedum officio potita: idcirco contra fas à ſuo conjuge relicta, vicinorum eleemoſynis in obſcuro vitam agebat. Quæ opinione virtutum ſancti Pontificis illecta, ſpe miſericordiæ eo devenit. Cumque inter multos qui ibi adjacebant infirmos magis gravaretur, ad altare feceſſit S. Gertrudis: ubi ab omni ſemota tumultu Patrem miſericordiæ orabat attentius, ne thori remotio eſſet ſibi ſanitatis dilatio. Sextæ tunc feriæ matutinum perorabatur à Canonicis. Ecce autem plus minus ante ortum auroræ, cuidam aſſiſtenti ſibi, Jam, inquit, accipe hunc baculum, mihi hactenus perneceſſarium; ego vero ſanitatis meæ grates rependere vadam. Cui eunti occurrêre laudibus finitis Canonici: rogantibus illis retulit eventus ſui hiſtoriam. Fit repente gaudium omnibus, Chorum repetunt, Gloria in excelſis Deo decantant.

o

triennio clauda,

agra quatuordecim annis,

7 Succedunt magnis majora: tertia enim feria ibidem deportata eſt quatuordecim annorum ægra, quæ pene deſperata juramento addicit, nihil victus ſe eſſe ſumpturam, niſi mereretur medelam. Res miranda! Quid ageret, quo ſe verteret ignorabat, poſt clamo-

A clamores & dolores. Jacebat pene exanimis: at jam fluxerat dies, nox etiam in id miſeriarum ſævas egit tenebras: ſed orta die ſanata eſt, recedente ægritudine. Altera die quædam puella de Hoyo Leodium venerat ad emporium, emere ſibi neceſſaria: ubi audiens quod id loci fiebant miracula, renum ſuorũ ob ægritudinem & infirmitatem rogatura, eo declinavit; ſtanſque & infirmos artus baculo regente ſuſtentans, in medio eccleſiæ, quia acceſſum ad ſepulcrum Sancti multitudo clauſerat, orabat dicens: Tolle hunc baculum, Domine, & Sancti Confeſſoris hic meritis ſanitatem mihi reſtitue. Vas ibi poſitum ſtabat, in quo de terra ſepulchri ejus aqua prompta erat: ad quod illa, plus ſanitatem ſitiens quam aquam, acceſſit & bibit. Mira velocitas! mox ut bibit, ſanata convaluit, gratias egit. Ad hujus quoque memoriam Sancti, mulier gravi laborans infortunio jacebat. Enimvero manui ejus ſupervenerat morbus, qui eam ab omni opere faciebat ceſſare. Hæc igitur toto in oratione exacto die, inclinata jam veſpera, inviſibiliter manum vehementi contritione affici perſenſit. Verumtamen id fieri divinitus perpendens, ſuſtinuit patienter: cum ecce collatam ſibi ſanitatem mirata eſt, & gratias Deo ſanctoque Præſuli egit *p*.

filia renum doloribus vexata,

alia uſum manus recuperat,

P B

ANNOTATA.

a Obertus *mortuus eſt pridie Kalendas Februarii anno* 1119: *qui inchoantibus à Paſchate annum dicebatur annus* 1118.

b *Hic eſt* Godefridus Barbatus *junior*, *anno* 1095 *Comes Lovanienſis conſtitutus*, *dein anno* 1106 *Dux Lotharingiæ inferioris & Marchio Antverpienſis ab Henrico IV Imperatore creatus*, *mortuus* 1140. *Hinc* Dux Lovanienſis *vocatur*: *à quo poſteri Duces Brabantiæ hereditariam dignitatem acceperunt.*

c Henricus IV, *patri ſuo Henrico III anno* 1106 *mortuo ſucceſſit*, *& anno* 1111 *Romæ à Paſchali Pontifice privilegium de Inveſtituris Epiſcoporum extorſit*, *& coronatus eſt* 13 *Aprilis Dominica in Albis*: *quod privilegium anno ſequenti revocavit Papa*, *ſed lis manſit*, *ac tandem pax conciliatur anno* 1122 *inter Imperatorem & Calliſtum Papam pro Inveſtituris. Huic fertur Alexander ſeptem millia librarum argenti obtuliſſe*, *& ſic obtinuiſſe Epiſcopatum.*

d *Addit Ægidius Aureæ-vallis*, ut patenter appareat omnibus, coronatum eſſe in cælis, qui fidem veri-
C tatis inviolabilem tenuit in terris.

e *Hic eſt* Albero, *frater Godefridi Ducis Brabantiæ*, *Ægidio cap.* 23.

f *Scilicet* Alexander, *poſtea ab Innocentio II Papa depoſitus anno* 1135, *dequo Ægidius cap.*27.

g Fredericus I, *creatus Archiepiſcopus Colonienſis anno* 1099, *mortuus anno* 1131.

h *Mortuo Gelaſio II Papa* 29 *Ianuarii anno* 1119, *electus eſt menſe Februario Guido Viennenſis Archiepiſcopus*, *dictuſque* Calliſtus: *qui dein* menſe Octobri Remis Synodum congregans, multos in utroque regno Epiſcopos conſecrat: inter quos etiam Domnus Fredericus in Epiſcopum Leodienſium inungitur. *Ita Anſelmus Gemblacenſis in Auctario ad Sigeberti Chronicon.*

i *Chapeavillus*, *in Notationibus ad cap.*20 *Ægidii*, *appellat* Lambertum Comitem de Monte-acuto, *eiſque jungit* Gilbertum Comitem Duracenſem, & Renerum Leodienſis militiæ Signiferum.

k *Hic* Godefridus *fundavit anno* 1121 *Abbatiam Floreffienſem Ordinis Præmonſtratenſis præſente S. Norberto.*

l Exfeſtucare, *ſeu ut alibi* per feſtucam werpire, *id eſt abjicere*, *à Teutonio* Werpen, *notiſſimum eſt apud ſcriptores Francos & Belgas*: *mos enim erat fracta abjectaque feſtuca indicare abdicationem dominii*, *ut pluribus videre eſt apud Cangium in gloſſario*, *verbo* Feſtuca. D

m *Anno* 1121, 27 *Maji. An veneno extinctus*, *ſupra inquiſitum.*

n Hoſpitale ad Catenam, *converſum deinde fuit in gymnaſium publicum*, *& etiamnum floret ſub nomine* Catenæ.

o S. Bartholomæi *Collegiatam*, *tunc extra*, *nunc intra urbis mœnia poſitam*, *dicitur à Barth. Fiſen in Floribus Eccleſ. Leod. pag.*534, *inſtitutis ibi Canonicis duodecim*, *fundaſſe Godiſcalcus S. Lamberti Præpoſitus*, *& conſecrandam curaſſe anno* 1015; *ut mirum ſit eam hic ſolum vocari* Oratorium.

p *Addit Monachus Laurentinus*: Licet tanta circa ſepulcrum ejus Dominus mirabilia monſtrarit, locus tamen ſepulturæ modo ab omnibus ignoratur: quia quamvis in eccleſia antiqua ſepultus fuerit; cum eccleſia, quæ nunc cernitur, fieret; hæc forte ſepultura ejus juxta murum aut in anguło aliquo remanſit, & ſic à memoria hominum excidit.

EPITOME

Ex Mss. Geſtis Pontificum Leodienſium, in Bibliotheca monaſterii Alnenſis.

Redericus Leodienſis Epiſcopus XXVII ſucceſſit Oberto anno Domini a MCCXIX. Poſt mortem vero Oberti cœpit diſcordare clerus & populus, nobilitas & vulgus. Alexander, Archidiaconus & Sacriſta, faventibus & juvantibus & præſentibus Duce Godefrido & aliis Nobilibus pluribus, de manu Imperatoris Henrici quinti, qui à Papa excommunicatus erat, Baculum & Annulum accepit: ſed Archiepiſcopus Colonienſis, auctoritate Apoſtolica & ſua, Leodienſibus mandavit ne ipſum reciperent. Poſtmodum vero aſſignata die, Dominus Fredericus, majoris Eccleſiæ Præpoſitus electus, Remis, in Synodo CCC & eo amplius Epiſcoporum, à Calixto Papa ibi præſente benedicitur. Tamen pòſt, longa concertatio inter eos facta eſt, quia partem Alexandri adjuvabat Godefridus Dux Lovanienſis, Gillebertus Comes Duracenſis, Renerus Leodienſis militiæ Signifer, Lambertus Comes de Monte-acuto, & pene tota familia Eccleſiæ cum F
ſuis viribus; partem vero Frederici adjuvabat Godefridus Comes Namurcenſis, ejus frater Walleranus Comes de Lemborg, qui poſtea extitit *b* Dux, b
Goſſuinus de Falcone-monte, Civitas fere tota, & omnes Abbates Epiſcopatus. Hic Fredericus, cum fratre ſuo Godefrido Comite Namurcenſi parvaque militum manu, Godefridum Ducem Lovanienſem cum Comitibus prædictis magnoque exercitu, Epiſcopium ſuum cæde, incendio, & rapina devaſtantem, circa Hoyum bello devicit: & capto Comite Lamberto de Acuto-monte aliiſque quam pluribus ex parte Ducis, turpiter eum fugere compulit, & ſine mora Caſtrum Hoyenſe, Hoyenſibus faventibus, confortantibus & juvantibus obſidet, in quo erat Alexander prædictus: nec multum poſt, caſtrum & eos qui intus rebellabant in deditionem accepit. Inter hæc Comes Lambertus ſub obſidibus ſe redemerat. Dux vero Lovanienſis, intellecto Caſtro capto, magno exercitu congregato, cum Lamberto Comite de Monte-acuto Hoyum ex utraque parte obſederunt, unus eorum ex una parte, & alter ex altera. Sed cum dictus Dux Lovanienſis cum ſuis, Hoyenſes fortiter debellaſſet, & uſque ad pontem ſupra Moſam veniſſet, Hoyenſes ipſi fortiter reſiterunt;

terunt; & uſque ultra montem S. Stephani *c* fugati ſunt, multis de parte ipſius Ducis interfectis & in Moſa ſubmerſis..... Tandem pace reddita *d* Epiſcopatui Leodienſi, Alexandro confuſo, Fredericus ſuæ Ordinationis anno ſecundo migravit ad Dominum, anno Domini MCXXI: ſepultuſque eſt in eccleſia B. Lamberti, & poſt mortem ejus dicitur multis miraculis claruiſſe.

ANNOTATA.

a *Errore amanuenſium omnino factum credo, ut in Alnenſi codice legatur annus* 1120, *qui convenit cum anno mortis* 1121 *infra notato.*

b *Miraus, in Chronico Belgico, pag.* 289 *aſſerit, quod Lotharingiæ inferioris Ducatum, Patri ſuo Henrico ablatum anno* 1106, *rurſus à Lothario Imperat. impetravit anno* 1126; *ex quo tempore factum videtur, ut, qui antea ſolum* Comites, *poſtea Duces Limburgenſes ſint dicti: additur autem huic* Waleramo *cognomentum* Pagani.

c S. Stephani *vicus & mons, horæ circiter quadrante ſupra pontem Huyenſem ſitus, ad ſiniſtram fluminis ripam.*

d *Alius Abbreviator geſtorum Leodienſium, ſimiliter apud Alnenſes manuſcriptus, ait, quod* hujus *Frederici* tempore conceſſa eſt ab Henrico Rege, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ceteriſque ſibi ſubditis, electio & datio Baculi & Annuli: *& ſic intelligitur pax Leodienſibus reddita.*

DE S. LIBERIO SEU OLIVERIO

PEREGRINO ANCONÆ IN PICENO.

D. P.

COMMENTARIUS CRITICUS.

De fabuloſitate Actorum ei affictorum, vero cultu, & veroſimili circa ætatem conjectura.

SEC. XIII. *Lures hoc menſe Majo exhibemus Sanctos urbis Anconæ. Horum præcipuus eſt* S. Cyriacus Epiſcopus, *Civitatis Protector, cujus Acta pluribus intricata erroribus enodamus ad diem quartum, S. Cyriaco ſuccedunt* SS. Peregrinus, Heraclius, ac Flavianus Martyres, *ſub Diocletiano & Maximiano, quorum aliqua Martyrii Acta & nonnulla miracula ex archivio Eccleſiæ Anconitanæ damus ad diem* XVI *Maji. Egimus etiam de Sanctis urbis ejuſdem Epiſcopis* Marcellino & Primiano, IX *Ianuarii &* XXIII *Februarii; deque illic nato ideoque & culto* S. Benvenuto *Epiſcopo Auximano* XXII *Martii. Nunc autem ſe offert* S. Liberius *ſeu* Oliverius, *ad hunc* XXVII *Maji ſuam apud Anconitanos habens venerationem, de quo Ferrarius in Catalogo generali iſta habet:* Anconæ S. Liberii ejus urbis Patroni. *Et in Annotatis ait, id ſe habere* ex tabulis Eccleſiæ Anconitanæ, cujus Tutelaris eſt. *Petrus de Natalibus, littera una nominis immutata, lib.* II *cap.* 130, *enumerans trecentos triginta tres Sanctos,* de quorum vita vel geſtis nihil penitus potuit reperire, niſi eorum ſolummodo nomina & dies feſtivitatum, vel etiam loca in quibus paſſi ſunt aut ſine martyrio deceſſerunt, *num.* 155 *ait:* Libertus Confeſſor eodem die (VI *ſcilicet Kalendas Iunii*) apud Anconam dormit. *At Galeſinius, allegato Petro, & Tabulis Anconitanis citatis, adhuc magis nomen immutans;* Anconæ, *inquit,* S. Limberti Confeſſoris. *Magis placet, quod ſuggerit infra laudandus Saracenus,* Oliverii *nomen, tamquam magis genuinum:* ¾ *quod cum vulgo diceretur* Santoliverio *occaſionem dederit nominis torquendi ad formam Latinam, quaſi vulgi pronuntiatio indiſtincta explicanda eſſet* Santo Liverio: *qua alias explicari poterat* Sant' Oliverio. *Sic è converſo Ariani Patronus* S. Ottho, *vulgo dictus* Santodo, *cum diviſim explicari deberet* Sant' Odo, *Ferrario acceptus eſt quaſi diceretur* San-Todo, *itaque* S. Todum *fecit, ut videre eſt ad ejus diem* XXIII *Martii.*

Cultu facer

C

2 *Citatus jam Ferrarius etiam aſſerit* Mss. Acta ſe Anconæ vidiſſe. *Eaque ſæpius laudatus Henricus Lindanus, cum Laureti eſſet Pœnitentiarius Pontificius, nobis ſubmiſit ex Archivio Anconitano: ex quo etiam aliquod compendium edidit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, addens* S. Liberium eſſe Eccleſiæ Anconitanæ præcipuum Tutelarem & Patronum. *Ipſa nobis omnino diſplicent, licet, ad fidem conciliandam, ſub finem apponatur hujuſmodi probatio.* Jeremias Hieroſolymitanus Archiepiſcopus, Gregorius Exarchonenſis Epiſcopus, & Joannes Eremita Sacerdos Armenus, cum ſuis conſecrationis litteris Roma revertentes, hujus Eccleſiæ Canonico genealogiam S. Liberii & vitam fideliter interpretati ſunt; obitum ſacri corporis ejus & revelationem: arcæ quoque adventum & miracula ſancti Patris in ſuis reliquerunt ſcriptis. *Habes auctores omnium quæ referuntur in Actu illis, tam incongruis inſulſiſque, ut vix alias ineptiorem fabulam legiſſe meminerim; tanta, ut mox oſtendam, ubique appareat temporum, locorum, ac perſonarum confuſio: quæ tota denique reſolvitur in atteſtationem unius Canonici, boni forſitan viri, ſed ignorantiſſimi, adeoque ſimplicis, ut potuerit induci ad fidem habendam tam male conſutæ narrationi. Quis enim quæſo eſt, & quando vixit relatus* Jeremias, Archiepiſcopus *ſeu* Patriarcha Hieroſolymitanus? *Nullus hujus nominis reperitur apud S. Nicephorum in Chronologia Patriarcharum Hieroſolymitanorum, qui hos ad ſeculum uſque ſeptimum deduxit: & quamvis plures ille nominaſſet, eorum nemo poſſet credi Romam veniſſe conſecrationis obtinendæ cauſa. Nec inter reliquos Patriarchas, quos ante Tomum* III *Maji collegimus, inveniri eidem locus poteſt: quippe qui omnes Græco more electi conſecratique fuerint, citra ullam à Romano Pontifice dependentiam, quidam etiam plane ſchiſmatici. Reſtat ergo ut fuerit Latinus aliquis, poſt Latinorum regnum in Oriente conſtitutum. Sed nec hoc dici poteſt, quia eorum ſucceſſionem deduximus uſque ad ſeculum* XIV *& nullum ibi invenimus* Jeremiam. *Enumeravimus, etiam ad Vitam S. Angeli Carmelitæ Tomo* 2 *Maji, in Appendice, omnes tam Græcorum quam Latinorum Epiſcopales ſub Hieroſolymitano Patriarcha Sedes, nec ullum reperimus* Epiſcopatum Exarchinenſem. *Quamvis igitur alia multa non concurrerent ad negandam Legendæ iſti fidem; vel ob iſta ſolum merito timeremus, ne ſi aliqui Anconam aliquando advenerint ejuſmodi Titulis ſe jactantes, meri fuerint impoſtores, turpis quæſtus cauſa fingentes ſe eſſe alios quam erant, choragium totius comœdiæ dirigente illo* Eremita, *ut ſe dicebat* Armeno, *qui Anconitanis eadem mentiendi impudentia impoſuerit de genealogia ac vita* S. Liberii, *ipſis quia peregrinus erat ignoti; qua in Tractatu ſpeciali de Epiſcopis Trajectenſibus, oſtendemus, egiſſe Trajecti*

Acta Mss.

ab Armeno hoſpite (ut prætenditur) accepta.

F

A *Trajecti* Clericum *quemdam, etiam* Armenum, *ausum confingere, quod eorum Patronus S.* Servatius *(cujus nomen, ſicut &* Liberii, *Latinum eſt) fuerit* in Armenia natus ex cognatione Chriſti Servatoris noſtri, & ex patre S. Joannis Baptiſtæ amitino, & quod is ultra trecentos annos vixerit. *Quæ cum* Jocundus Presbyter *imprudenter protruſiſſet in lucem, ab Harigero auctore ipſi prope coævo, dicitur* pro pietate irreverenter mentitus.

eadem fide qua olim Trajecti S. Servatii genealogia,

3 *Vt tamen Clericus ille multa fuerit incongrua commentus, longe inſulſiora hic Pſeudo-eremita, quem nec Armenum quidem fuiſſe, aut Orientalium regionum habuiſſe notitiam aliquam, poſſis prudenter credere. Nam cum Armenia, quam interſecans Euphrates in Majorem atque Minorem dividit, ab Oriente quidem Mari Caſpio & Media, à meridie Aſſyria, Meſopotamia atque Cilicia, ab occaſu Cappadocia, à Septentrione denique Ponto & Colchide Iberiaque concludatur: impoſtor noſter facit eam undique cinctam regionibus Saracenorum, quas ita nominat,* ab Oriente Hus-Hus, ab Occidente Arabia, à meridie Auſtriel, à Septentrione Heremoth: *ex quibus ſola nota eſt* Arabia, *totius Syriæ & Meſopotamiæ interjectu ſejuncta ab Armenis. Nihilominus* inter Arabiam & Auſtrielem *collocatur præcipua quædam* Saracenorum civitas, vocabulo Ceraſmen (*de* Choraſmiis, *Perſica verſus Tartariam gente, invaſa aliquando Syria & Paleſtina notis, aliquid forſitan inaudierat hoſpes) quam urbem obſidere aggreſſus ſit Chriſtianus* Rex Armeniæ Joannes, *cui parebant* in ipſa Armenia viginti quatuor Reges, diadematibus redimiti, magnifice præpotentes, *& prælio victus, amiſſis viginti ſex millibus ſuorum, fugiſſe fingitur trans Taurum montem, donec emenſis intra diem unum quingentis ſtadiis, veniret cum paucis* in munitiſſimam arcem Amperthet. *Tali porro occaſione dicitur ſanctiſſimus adoleſcens Regis filius* Liberius, *pridem cupidus viſitandi* Sepulcrum Domini, Apoſtolorum Petri & Pauli atque Jacobi, *aſſumpto habitu Peregrini elapſus Hieroſolymam verſus; & fruſtra quaquaverſum quæſitus, prope Ieruſalem incidiſſe in tres de fidelibus comitibus patris, miſſis ad ipſum requirendum* per Teutonicam, Hiſpaniam, Burgundiam, Italiam, & Chriſtianitatem univerſam.

quippe qui nec ſitum Armeniæ noverit.

B

4 *Horum eleëmoſynis triduo ſuſtentatus nec agnitus, inventus poſtea prope Anconam ſit, vitam eremiticam ducens; inventus autem & agnitus à peregrinis quibuſdam Armenis, Roma Hieroſolymam petentibus, coram iisdem infirmari cœperit, Cruciferorum habitum ſumpſerit, ac denique mortuus miraculis inclaruerit. Ergo eorum aliqui ad corporis ſancti manſiſſe cuſtodiam, alii rediiſſe finguntur ad Regem patrem: à quo curata ſit* grandis marmorea arca, *undique myſteriis vitæ Chriſti inſculpta,* quæ de operibus Quatuor-Coronatorum fuiſſe perhibetur, juxta flumen Paradiſi, id eſt Euphratem, quod per medium milliare diſtat à civitate Tevigna, inqua S. Liberius natus fuit, & venit uſque ad fluvium Jordanis, à quo Adriaticum mare noſtrum egreditur. *In talem arcam ibi manentem, cum Regii nuntii reponendum corpus herilu filii popoſciſſent ab Anconitanis; hi rem detuliſſe dicuntur* ad ſummum Pontificem Gregorium ſanctiſſimum, videlicet primum: *qui Armenos vacuos remitti juſſerit, & corpus condi* in loco qui uſque hodie dicitur Peneclaria. *Quo non obſtante, juſſerit pater,* ut in quavis civitate munita regiæ ſuæ potentiæ, Cathedralis ſeu Conventualis fabricaretur eccleſia: & Romanæ eccleſiæ auctoritate præhabita, in honore S. Liberii dedicaretur.

Multa hic de genere, fuga & ſepultura Liberii,

C

5 *Poſtquam autem* Attilas *Anconitanæ urbis ſuburbana vaſtavit, & ſubter rudera Peneclariæ diu latuiſſet corpus ſanctum; cuidam religioſæ mulieri apparens* Liberius *mandarit, ſe* ab Epiſcopo Thraſone *requiri* ſub ficulnea, *ſepulcrum radicibus ſuis penetrante. Tum vero repertum corpus plauſtroque impoſitum, & à duobus juvencis protractum, pervenerit in montem, ubi ſtabat vetus quædam* capella S. Laurentii, *de jure cujuſdam* matronæ præpotentis & Dominæ totius Marchiæ, nomine Maximillæ. *Hæc vero proſtratis ibi ſponte, velut ad onus ſuum deponendum, juvencis; ſeque & capellam illam cum omni ſua poſſeſſione tradidiſſe* S. Liberio *aſſeritur, ibidemque novo opere Cathedralem conſtruxiſſe. Cum autem requireretur arca, tanto theſauro recipiendo digna, apparuiſſe adnatantem per mare Angelico ductu Marmoream illam, quam pridem in Armenia fabricari fecerat Rex pater: quod ut veroſimilius fingeretur, dictum ſuperius erat, Liberii patriam prope Euphratem fuiſſe, & hunc fluvium venire uſque ad Iordanem, ab hoc autem in Adriaticum mare egredi. Interim mare mediterraneum, cujus ſinus unus inter Italiam & Illyricum venit Adriatici nomine, nullam habet connexionem cum Iordane, qui ſeipſum in mari mortuo perdit; Iordanis vero fontes, qua proxime Euphratem reſpiciunt, abſunt ab eo ducentis circiter Italicis milliaribus.*

itemque de tranſlatione fingit,

6 *Nec minus enorme eſt intervallum temporum hic confuſorum. Nam Sancti* Quatuor Coronati, *ſculptores quidem fuerunt inſignes, ſed circa annum* CCCIII *martyrium paſſi Romæ, ſub Diocletiano & Maximiano, ut legimus in Martyrologio die* VIII *Novembris; & Armeniam veroſimiliter viderunt numquam.* Attilas, *Hunnorum Rex, anno* CCCCLI *everſa Aquileia non niſi limites Italiæ attigit, à S. Leone Papa retro unde venerat abire non ſine miraculo perſuaſus. Quamvis authem Gothorum Rex* Totilas, *(quem aliquis poſſet ſubſtituendum ſuggerere) Romam tendens, Marchiam quoque depopulatus fuiſſet, id feciſſet circa annum* DXXXXIII: *quando jam ante* XXXIII *annos obierat* Thraſo, *Anconitanus Epiſcopus, quem illius urbis ſcriptores cum iiſque Vghellus defunctum ſtatuunt anno* DX. Anconitana Marchia, *olim dicta Picenum, & nomen novum & Dominum particularem primum accepit, ſub Longobardis anno* DLXXIII, *ſolis eatenus Imperatoribus Regibuſque ſubdita, uti & Italia reliqua.* S. Gregorius *primum factus eſt Pontifex anno* DLXXXX. *Seculo præcedenti cœperant quidem innoteſcere* Saraceni Arabes, *ſed à Chriſtianiſmo, quem fuerunt amplexi, primum abducti ſunt ab impio Mahomete ſeculo* VI, *& tunc Chriſtianis moleſti evaſerunt; potentia autem eorum poſt ætatem S. Gregorii ſolum invaluit.*

cum enormi temporum confuſione,

7 *Fuimus nos Anconæ anno* MDCLX, *& die* III *Decembris perſpeximus Cathedralem, ibiq; ſub choro vidimus inauratis clathris ſeptas tres arcas lapideas; quarum una* S. Cyriaci, *altera* S. Marcellini *eſſe dicebatur; media vero, enormis in omnem partem dimenſionis* S. Liberii: *ſed nihil in ea vidimus Euangelicæ iſtius celaturæ, quam Acta tam prolixe deſcribunt. Econtra Iulianus Saracenus, Canonicus & Decanus Eccleſiæ Cathedralis, in Notitiis Hiſtoricis civitatis Anconitanæ editis Romæ anno* MDCLXXV, *pag.* 73, *ingenue fatetur, eam arcam nihil habere inſculptum quod Chriſtianiſmum ſapiat; in uno autem illius capite ſic legi:* I.L.GORGONIVS. V. C.EX.COMITE LARGITIONVM PRIVATARVM. EX.P. PRÆT. FIE. SIB. T. IVS. *quod ita legi integre jubet,* Julius Lucius Gorgonius vir clariſſimus, ex Comite Largitionum privatarum, fieri ſibi titulum (*aut* tumulum) juſſit. *Ejuſmodi Comites ex Theodoſiano Codice primum novimus: itaque arbitramur ſeculo* V *confectam arcam, non in Armenia, ſed in Italia; ſolum quærimus quando traducta ad eccleſiam ſit, eique incluſa* S. Liberii *oſſa. Hoc autem dici poteſt factum ante annum* MCCLXX, *quo Cathedralis Anconitana, quæ titulum S. Laurentii eatenus geſſerat, renovari cœpit ſub titulo S. Cyriaci, uti prædictus Saracenus narrat pag.* 177. *Qui denique poſt relatam ex Ferrario Epitomen Actorum, & indicatam impoſturæ evidentiam, modeſte concludit, quod tota de* S. Liberio *narratio* multa indiget correctione. *O ſi eo animo eſſent omnes, quorum traditiones cogimur hoc in opere examinare! Sed magnarum dumtaxat & præjudiciis affectibuſque nihil tribuentium mentium ſinceritas eſt iſta, quam optare poſſumus, non item ſperare in Saraceni an-*

& impudenti fabulæ de arcâ.

AUCTORE D. P.

deq; arca per mare advecta ex Armenia.

E

F

AUCTORE D. P.

tageniſta, qui ut in ipſum ſic & in me bilem ſuam libello non uno evomuit, propter S. Cyriacum, *non creditum Epiſcopum Anconitanum, imo nec Hieroſolymitanum, pro ea quâ Inventioni ſanctæ Crucis admiſcetur ætate, ſed pro alia multo anteriore. Verum an propter aliquos malarum cauſarum patronos, eorumque invectivas & ſcommata, deſinam eliminare ex Vitis Sanctorum fabulas, quantovis vulgi favore plauſuque receptas? Non exiſtimo id Deo Sanctiſque placiturum; & ideo cœptæ inſiſtam viæ, ſolum ſilentium famoſis contumelioſisque libellis deinceps repoſiturus.*

Res tota ad ætatem Gregorii X *ſpectare videtur,*

8 *Quod autem attinet ad* S. Liberium, *omnibus conſideratis, nihil in tota iſta farragine video præter nomen* Gregorii *Papæ & Regis* Ioannis, *quibus poſſim cum aliqua veri ſimilitudine adhærere.* Gregorium *dico, non primum, ſed decimum ejus nominis, qui ab anno* MCCLXX *ad* MCCLXXVI *rexit, cum jam multis annis regnaret in Armenia* Haytho *alias* Ioannes *dictus. Conjecturæ huic favet mentio inſerta Actis de* habitu Crucigerorum, *quem ante mortem Sanctus aſſumpſerit: horum enim Ordo (utcumque eum aliqui antiquum faciunt) cœpiſſe anno* MCCXVI, *& confirmatus eſſe anno* MCCXLVII *dicitur in Catalogo initiorum monaſticorum, quem ex Ms inſeruimus noſtræ Hiſtriæ Chronologicæ Patriarcharum Hieroſolymitanorum, ante tomum* 3 *Maii. His autẽ poſitis non erit abſimile vero,* Liberium, *ſive (ut ſuggerit Saracenus)* Oliverium, *peregrinando appulſum Anconam, dum tenderet in Terram ſanctam vel inde veniret, ibidemque in ſuburbiis mortuum fuiſſe ac tumulatum: cujus deinde miraculis clarescentis corpus transferre cives voluerint, ſedente in Petri Cathedra Gregorio jam dicto, aut etiam permittente; eodemque tempore quaſi divinitus, non per mare advecta, ſed à mari abluente detecta fuerit grandis illa arca, quam ſibi in tumulum olim paraverat prænemoratus* Gorgonius, *Theodoſianorum Imperatorum aut etiam Conſtantinianorum ætate; viſaque ſit in hanc occaſionem opportune oblata, & qualis erat ſic adhibita, nihil audentibus de ignoto ſibi Sancto inſcribere majoribus; quorum poſteris ut cetera potuerint mendaciter obtrudi, mirum eſt tamen auſum fingere quemquam, quod arca illa, quam videbant ex tribus partibus rudem (nam unum caput, in quo prædicta inſcriptio eſt, à vulgi oculis reductum tegitur) fuerit aliquando inſculpta myſteriis vitæ Chriſti, nullo eorum ibi veſtigio apparente.*

quando etiam vixiſſe potuit S. Gerius,

9 *Dedimus* XXV *Maii Acta* S. Gerii, *Patroni in Monte-Sancto, oppido Piceni ſeu Marchiæ Anconitanæ. Is filius Comitis Lunelli in Provincia Occitania Romam profectus, & inde Anconam iter inſtituens, mortuus eſt, nec pervenit ad* S. Liberium, *in cujus comitatu conſtituerat* ad ultramarina loca pergere, & Salvatoris noſtri nativitatis & paſſionis terminos viſitare. *Quæ apparet referri poſſe ad ſeculum Chriſti* XIII, *quo tempore Terra-Sancta adhuc ex parte ſub Latinis erat, atque inſtituebantur quã plurimæ illuc peregrinationes ex Occidente noſtro. Iam pridem etiam fuiſſe proprios in Armenia Reges & frequentes incurſiones Saracenorum paſſos, colligimus ex Clemente Galanio in Conciliatione Eccleſiæ Armenæ cum Romana, typis Congregationis de propaganda fide anno* MDCL *excuſa, ubi dicitur, cap.* 19, *ſeculo* XI, ob infeſtas Saracenorum excurſiones, Cathedram Armeni Patriarchatus, ex urbe Vagarſciabat majoris Armeniæ, Sebaſtiam Cappadociæ ſub ditionem Græcorum tranſlatam fuiſſe. *Iſta autem ætate, non ſolum Romanæ Eccleſiæ unionem profitebantur Armeni, prædicantibus apud eos cum ampliſſima facultate Fratribus Minoribus, uti videre eſt apud Waddingum in Annalibus: ſed etiam Reges habuerunt tam pios, ut quidam eorum, Haytho,* numquam voluerit coronari, ſed magis Fratrum Minorum ſumpſerit habitum, & Fr. Ioannes communiter vocabatur, *uti teſtatur, qui variam ejus fortunam deſcribit, coævus auctor Marinus Sanutus, ib.* 3 *ſecretorum Terræ ſanctæ parte* 13 *cap.* 2 *ad annum* MCCXCIIII. *Ab eo non multum diſcrepans S. Antoninus Parte* 3 *tit.* 34 *cap.* 3 § 15 Rex, *inquit,* Armeniæ Joannes . . . ex magna devotione Ordinem Minorum intravit; ſed quia contra regnum infideles . . . inſurgebant . . . zelo fidei ſuccenſus, arma cum habitu ſuo aſſumpſit; & infideles quã plurimos fugat & proſternit, ac demum ab infidelibus occiſus fuit. *Plus etiam ejus nepos avo cognominis fecit, male cum priore confuſus ab Antonino; qui filio Livono, ſeu (ut Antoninus appellat) Leoni regnum dimittens, in Cypro cum Macarii nomine aſſumpſit habitum Præmonſtratenſem, & inter illius Ordinis Beatos numeratur* XI *Decembris. Non eſſet ergo valde incredibile, quod Ioannis prædicti filius aliquis, aſſumpto peregrini habitu, & nomine* Liberii *vel* Oliverii, *prope Anconam obierit, tempore Gregorii* X, *nec diu poſt mortem, propter ſanctitatis opinionem, fuerit in novam Cathedralem tranſlatus.*

Videntur Acta ſec. 15 *compilata,*

10 *Ita vera falſis miſcuerit traditio, uſque ad tempus Concilii Florentini, ſub annum* MCCCCXXXVII *celebrati; quando conſtituta Orientalium Eccleſiarum unione cum Romana, potuit Hieroſolymitanus aliquis electus* Hieremias *veniſſe Romam, ad primatum Apoſtolicæ Sedis agnoſcendum, cum* Gregorio Epiſcopo ex Accone, & Ioanne Eremita Sacerdote Armeno, *vice ſui Catholici (ut vocant) ſeu Patriarchæ, eamdem obedientiam profeſſuro. Idem potuit Anconitanum Canonicum multa docuiſſe de patre ipſius* Liberii: *ſed non potuit vir talis ac vere Armenus, tot abſurditates fuiſſe commentus quot ſupra retulimus. Quapropter, niſi ipſummet Canonicum ex ſuo cerebro cuncta finxiſſe dixeris, deceptum eum fuiſſe oportet ab aliquo, qui vere Armeniam numquam viderit. Certiorem lucem his conjecturis afferet, quiſquis curaverit nobis Græcorum Hieroſolymis Patriarcharum, poſt amiſſam iterum urbem, Chronologicam ſeriem, unde diſcemus, an vere in his fuerit eo tempore* Hieremias *aliquis. Ad extremum addit Canonicus Anconitanus, quod* tempore Imperialis obſidionis, cum civitas Anconitana Teutonicorũ preſſura taliter urgeretur, ut nulla evadendi eſſet ducia, niſi Dei misericordia ex B. Liberii meritis adeſſet: quadam die, cum hujus ſancti Confeſſoris micarent ſolennia, hoc modo ab imminenti periculo cælitus eſt erepta. Apparuerunt hoſtili catervæ quædam vexilla ſuper Epiſcopalem eccleſiam, & per totum montem ipſius ubi poſita eſt, papiliones & tentoria & hominum multitudo, nec non & arma bellica: quorum intuitu obſeſſores in admirationem converſi, nullis eos proſequentibus fugerunt, ſicque Ancona fuit obſidione beati Liberii meritis mirabiliter liberata. *Sed neque hac fidem merentur: nam apud prælaudatum Saracenum toto libro* 6 *partis* 2 *producuntur quæcumque inveniri potuerunt circa hanc obſidionem auctorum coævorum, tam Græcorum quam Latinorum, teſtimonia; in quibus & Nicephorus Choniates eſt, & Ioannes Cinnamus, & Antonii Conſtantii Fanenſis Anconitana Chronica Ms. in Bibliotheca Vaticana ſub num.* 3636, *prolixe omnia iſtic geſta deſcribens (geſta ſunt autem anno* MCLXII) *& nihil ſimile invenitur; ſed alia omnia de cauſis obſidionis ſoluta, quamvis ad extremam famem rerumq; deſperationem redacta civitas fuit, Cæſareas copias regente Chriſtiano Archiepiſcopo Moguntino & Venetis mare intercludentibus. Idem etiam pag.* 130 *allegat quamdam Latinã Orationẽ de laudibus* S. Liberii, *abſque eo quod meminerit alicujus beneficii, tali occaſione Antonitanis à ſuo Patrono collati. Proinde ex tempore talis obſidionis haberi nihil poteſt, unde infirmentur priores noſtræ conjecturæ de ætate* S. Liberii.

in quibus etiam liberatio obſeſſæ urbis male adſcribitur S. Liberio.

DE

DIE VIGESIMA OCTAVA MAII.

SANCTI QVI QVINTO KALENDAS IVNII COLVNTVR.

SAnctus Eutychius, ſive Eutyches, Epiſcopus Melitenæ in minore Armenia, Martyr.

S. Heliconis, Martyr Corinthi in Achaia.

S. Zetulus,
S. Primus,
S. Nonnus,
S. Eureſus,
S. Julius,
} Martyres in Pamphylia.

S. Portinus ſeu Protus,
S. Arminia ſeu Mariminia,
S. Secundinus,
S. Æmilius,
S. Felix,
S. Priamus,
S. Lucianus,
S. Fortunatus,
S. Jucundianus,
S. Lucius,
S. Epegatus,
S. Euſtaſius,
S. Victias,
S. Caſtulus,
S. Epocatus,
S. Anias,
S. Octuber,
S. Vraria,
S. Vippia,
S. Hilus,
S. Hominius,
S. Marcilius,
S. Cillonia,
S. Maxima,
S. Filominus,
S. Avettia,
S. Comminius,
S. Marcianus,
S. Fluminius,
S. Marcianus,
S. Caſtula,
SS. VI aut IX,
} Martyres Romani.

B

C

S. Creſcens,
S. Paulus,
S. Dioſcorides,
} Martyres Romæ.

S. Natalius,
S. Saronas,
} Romani Martyres.

S. Caraunus Martyr, in diœceſi Carnutenſi in Gallia.

Sancti plurimi Monachi Martyres, Thecuæ in Palæſtinæ.

S. Rigomeres, Ep. Melden. in Gallia.

S. Theodulus ex Vrbis CP. Præfecto, Monachus Stylita, Edeſſæ in Syria.

S. Manuæus, Epiſcopus Bajocenſis in Normannia.

E

S. Senator, Epiſcopus Mediolanenſis in Inſubria.

S. Juſtus, Ep. Vrgellen. in Hiſpania.

S. Juſtus, Laicus Vicenſis in Hiſpania.

S. Germanus, Epiſcopus Pariſienſis.

S. Nicephorus Epiſcopus,
S. Maximilianus Diaconus,
} Humagi & Utinæ in Iſtria.

S. Nicetas, Epiſcopus Chalcedonenſis in Bithynia.

S. Willelmus, è Duce Aquitaniæ Monachus Gellonenſis, Ordinis S. Benedicti.

S. Podius, Epiſcopus Florentinus.

B. Guilielmus Eremita, in Comenſi Inſubriæ diœceſi.

B. Lanfrancus, Archiepiſcopus Cantuarienſis in Anglia.

E

S. Vbaldeſca, Virgo Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani, Piſis in Etruria.

B. Petrus, ſolitarius apud Collem-vallis Elſæ in Etruria.

B. Herculanus de Plegali Ordinis Minorum de Obſervantiâ, apud Caſtrum-novum Carfaniani in Etruria.

COROLLARIUM.

S. Andreas Salus ſeculo X *Conſtantinopoli, non ſatis certi cultus.*

Vener. Maria Bagneſia Tertii Ord. S. Dominici, Florentiæ in Hetruria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAnctus Juvenalis, Epiſcopus Calaritanus, *ex Ioanne Arca de Sanctis Sardiniæ, & Ioanne Franciſco Fara de rebus Sardois, rejertur à Ferrario in utroque Catalogo: ſed neque Dimas Serpi lib. 2 de Sanctis Sardiniæ, per prima quinque Capita; neque Dionyſius Bonſant, in Triumpho Sanctorum ejuſdem inſulæ lib. 12 cap. 26, ullum habent verbum, quo probari ſaltem videatur talis Epiſcopi vel antiquus vel hodiernus cultus. Quidquid de eo dicitur, habetur ex Actis S. Ephyſii Martyris, non iis quæ mutata phraſi mutilaque dedimus 15 Ianuarii, ſed quæ ex Ms. Vaticano habemus, genuina & integra. Hæc vero priora illa reddiderunt nobis magis quam antea de fabuloſitate ſuſpecta, quamvis auctorem præferant Presbyterum Marcum, teſtem oculatum. Dabimus ergo & ſeverius examinabimus ea in ſupplemento, quando pariter licebit agere de hoc* S. Juvenale, *forte plus lucis interim aliunde accepturo,* XV Januarii.

S. Raynaldi Epiſcopi Comenſis inventio, *anno* 1660 B Neſſii, *decima ab urbe milliario, notatur in Martyrologio Novocomenſi: habemus Acta, ab ipſo ejuſdem Martyrologii Auctore collecta, danda in ſupplemento Ianuarii, ad diem quo ipſum inter Prætermiſſos retulimus, ob cultum tunc nobis necdum probatum; quando etiam de hac Inventione agemus, videlicet* XXVIII Ianuarii.

Oeſwinus *ſive* Deſwinus Confeſſor, *adſcriptus Martyrologio Grevenii in Cartuſia Bruxellenſi. Videtur eſſe* S. Oſwinus, diſcipulus S Ceaddæ Epiſcopi in Anglia, *de quo egimus* IV Martii.

S. Iuditha ſive Iutta Vidua, Solitaria Culmzæ in Pruſſia, *promiſſa in hunc diem fuerat, qua mortua deberet cenſeri ex calculo Frederici Schembeh, Vitam Polonice ſcribentis; quia alia quædam antiquiora expectabantur, quando imprimendum erat Tomi 2 initium; & necdum cogitabatur de addenda ad ultimum Maii Tomum Appendice, prioribus etiam tomis ſervitura. Quæ Appendix cum decreta nunc ſit, remittitur illa Sancta ad proprium cultus ſui diem, in dicta Appendice, videlicet ad* V Maii.

Aſcelina, Virgo venerabilis ac beata, Ordinis Ciſterſienſis, *inſcripta eſt Menologio Laherii. De ea inter Prætermiſſos actum* XVIII Maii.

S. Euſebius, Calaris in Sardinia Epiſcopus, *in Natalibus Sanctorum Canonicorum Ghinii, refertur ad* C *hunc diem. Citantur in Margine Topographia Sanctorum Ferrarii, & Catalogus Petri de Natalibus lib. 11 cap. 88. Vterque, non* Euſebium, *ſed* Luciferum *nominat, cum Euſebio Vercellenſi Epiſcopo relegatum: neuter etiam diem indicat, & Ferrarius expreſſe addit *, ut qui diem ignoraverit, ſicut & aliorum, quos ponit poſt S. Priamum & ſocios Martyres, pro 28 Maii ex Vſuardo relatos. Denique merum id eſſe Ghinii ſphalma memoriale, apparet ex libris quos* Euſebio *iſti tribuit, qui ſunt certo* S. Luciferi, *de quo egimus* XX Maii.

S. Petrus Parentinus Martyr Urbe-vetere, ab hæreticis occiſus, *ad hunc diem refertur à Ferrario in Nova Topographia, & iterũ in Catalogo generali: ubi in Notis agnoſcit errorem, aſſeritque quod in Catalogo Sanctorũ fecit, & nos cum ipſo, referendum eſſe ad diẽ* XX Maii.

S. Ioannes Piſchaita Confeſſor, ab Iconomachis plurima paſſus, *recolitur in Menais excuſis. De eo egimus* XXV Maii.

SS. Feliciſſimus & Heraclius Martyres *inſcripti ſunt vetuſto Ms. Caſinenſi, & hi videntur eſſe* Martyres Tudertini, *à nobis relati* XXVI Maii.

S. Godo Abbas, nepos S. Wandregiſili, *memoratur à Menardo & Buceline. Vitam dedimus* XXVI Maii.

S. Helladius, Epiſcopus & Martyr, *celebratur in Menologio Baſilii Imperatoris, & nomen ejus adjunctum eſt SS. Creſcenti, Paulo & Diſcoridi, relatis in Menologio Sirleti, & Martyrologio Romano: uti infra ad hoſce Martyres dicetur. Idem refertur in Ms. Arabo-Ægyptio Maronitarum Romæ. Solenni autem cultu celebratur in Menæis & Ms. Synaxario, quando de eo jam egimus,* XXVII Maii.

Symmachus, ſocer Boëthii, quem Theodoricus Rex Arianus Ravennæ ſecuri percuti juſſit, hic referendus videtur. *Ita Maurolicus & Felicius, quo eum die interemptum etiam tradit Rubeus lib. 9 Hiſtoriæ Ravennatum, ſed nullum venerationis Eccleſiaſticæ additur verbum. De eo ex profeſſo pluribus egimus, ubi de S. Ioanne I Papa & Martyre* XXVII Maii.

S. Iulius Confeſſor, *citatur in margine Ms. Florarii: Videtur eſſe* S. Iulius Martyr Doroſtori, *relatus hoc die in Viola Sanctorum, Hagenoæ anno* 1508 *excuſa, qui colitur* XXVII Maii.

SS. Aquilinus, Euangelius, & alii XIV, Alexandriæ paſſi, *memorantur in Mss. Leodienſibus S. Lamberti & S. Laurentii, item in Ms. Florario. Ab aliis coluntur die* XXVII Maii. E

S. Ioannes Papa & Martyr, *memoratur à Beda, Adone, Vſuardo, quaſi hoc die corpus Ravenna Romam delatum eſſet, quod in Actis antiquis pridie factum dicitur, quando etiam colitur Romæ,* XXVII Maii.

S. GERVASIVS, Martyr Romanus Viennæ in Auſtria, in eccleſia *Carmelitarum Diſcalceatorum, colitur Officio eccleſiaſtico ſub ritu Duplicis, ob Corpus cum Corpore S. VRBANI,* Martyris *item* Romani *(qui ſimili ritu colitur 1 Martii) anno* 1655 *ex Cœmeterio S. Cyriacæ extractum, eoque allatum anno* 1662: *ut inde nobis ſcriptum.*

S. Marcianæ puellæ, Virginis Martyris, & alterius pueri corpora, ex cœmeterio Romano S. Cyriacæ, anno 1648 Bononiam ad eccleſiam Sanctorum tranſlata, *refert Maſinus in Bononia perluſtrata.*

Pamphilus Martyr, *profertur in Ms. Florario. Plures hujus nominis ſæpius occurrunt, ſed forſan hic nomen illud inſertum pro* Pamphilia, *in qua plures hoc die Martyres paſſi recoluntur.*

Teocus Eremita, ut ſanctus Confeſſor, *indicatur in Martyrologio Anglicano Wilſoni anno* 1640 *recuſo, & ex eo ab Alfordo in Indice Sanctorum Angliæ, & citatur Cambdenus, arbitratus in Comitatu Gloceſtriæ oppi-* F *dum* Teukesbury, *Saxonice* Theokesbury, *à* Teoco *hoc appellatum,* qui Eremiticam ibi vitam duxit. *Sed eſto; unde probatur nomen ejus Sanctorum Catalogo adſcriptum? Quidni potius credatur Malmesburienſi, aſſerenti in libro de Pontificibus,* Theokesberiã dici quaſi Theotocosbyria, id eſt Dei-Genitricis-curia, vocabulo ex Græco & Anglico compoſito.

Thietlandus, *ex Ducibus Alamanniæ Abbas Eremi Deiparæ Matris in Heluetia, hoc die mortuus, cum titulo* Beati *indicatur à Murero in Heluetia ſacra pag. 253. Abſtinet à titulo Chriſtophorus Hertmannus in Annalibus dicta Eremi, ubi Acta ejus deſcribit.*

Ionas Abbas Luxovienſis in Burgundia, *ut* Sanctus natione Anglus, *inſcriptus eſt Martyrologio Anglicano Wilſoni; ut* Scotus, *Menologio Scotico Camerarii; & eorum exemplo Catalogo generali Ferrarii, atque Supplemento Martyrologii Gallicani Sauſſaji. Aſt primo, non fuit* Abbas Luxovienſis. *Secundo, non fuit* Anglus *aut* Scotus *neque* Hibernus, *qualis inſcribitur Catalogo Sanctorum Hiberniæ Henrici Fitz-ſimon; ſed fuit* Italus Seguſii, *vulgo* Suſæ, ad radices Alpium & montis Ciniſi natus: *uti late deduximus* X *&* XXIX *Martii ad Acta SS. Attalæ & Euſtaſii Abbbatum, quorum*

A *quorum & S. Columbani Acta deſcripſit. Verum nuſquam in antiquioribus Faſtis nomen reperimus relatum cum Titulo Sancti.*

Moëlodranus *indicatur in Ms. Hibernico Tamlachtenſi: cujus meminit Colganus in Notis ad 4 Vitam S. Columbæ Abbatis num 65, & videtur illi, is eſſe potuiſſe, qui lib. 1 cap 20* Moël-Odhranus, Chriſti miles, gente Mocuria *dicitur.*

Epiſcopi ſeptem de Teg-na Comairre, } *Memorantur*
Furudranus de Lann-Tura, } *in dicto*
Eugenius Sapiens & Sillanus, } *Ms. Tamlachtenſi.*

Wininus, Presbyter in Kintyre, cujus cellæ adhærebat fons, omnibus languoribus & morbis inveteratis ſanandis opportunus. *Ita Dempſterus in Menologio Scotico. Et ex ejus Schedis Ferrarius.*

Joannes, Epiſcopus XXX Leodienſis, *indicatur in folio de Sanctis & Beatu Leodienſibus. Fiſen in Floribus Eccleſiæ Leodienſis elogium ejus edidit ad hunc diem, ſed abſtinet ab omni Titulo* Sancti *aut* Beati.

Cruſſio, Abbas Spanheimenſis, à Trithemio laudatus in Chronico Spanheimenſi ad an. 1175, *cum Titulo* Venerabilis *ponitur à Bucelino.*

B Monachi Ciſtercienſis Ordinis, una cum Carthuſianis in monaſterio Zedelitz ab Huſſitis interfecti, *referuntur à Paulo Langio in Chronico Citizenſi ad an. 1421. Quorum* paſſio *ad hunc diem inſerta Menologio Henriquez, Bucelini & Chalemoti, & Kalendario Ciſtercienſi: ſed quod illis decreta ſit veneratio Eccleſiaſtica, non indicatur.*

Petrus, Converſus Dunenſis in Flandria, Ordinis Ciſtercienſis, *cum Titulo* Beati *indicatur ab Henriquez & Bucelino. Omittitur à Chalemoto & aliis.*

Helena Virgo, Ordinis Ciſtercienſis in Luſitania, *indicatur ab Henriquez, Bucelino, Arturo de Monſtier cum Titulo* Beatæ: *ſed ſolum inter Pias recenſetur a Cardoſo in Hagiologio Luſitano.*

Joannes de Deſertis, ſanctitatis opinione clarus, in Sueſſionenſi territorio, *cum Titulo* piæ memoriæ *proponitur à Sauſſajo.*

Staniſlaus Guardianus & plurimi Fratres, Leopoli à Tartaris occiſi anno 1343.

Vincentius Gallus, in Hetruria prope Caſtrum Piſcium, ſeculo 15.

Philippus, Benedictus, & Marcus Maſcumus, diſcipuli B. Thomæ de Scarlino.

Bernardus ab Auximo, Capucinus in Marchia anno 159 .

C Maria Mugnoſia, in Hiſpaniâ Tertiaria anno 1533. *Relati in Martyrol. Franciſ. Arturi, &* Maria *etiam in ejus Gynæceo.*

Hieronyma Veramontia, Virgo-Vidua Deo devota, Aſculi in Piceno, *ſub directione Patrum Societatis Jeſu vixit, & obiit hoc die, anno 1665: quæ quia pluribus ante ac poſt mortem mirabilibus claruit, vitæ hiſtoriam Italice ſcripſit ac Romæ vulgavit anno 1679 Franciſcus Taſſoni, S. I. quod hic notaſſe forſitan aliquando proderit, cum de fama ſanctitatis ſacra Rituum Congregatio judicaverit.*

S. Reſtitutus, Martyr Tuſcanæ in Tuſcia, *indicatur à Ferrario in Catalogo generali* ex Tabulis Eccleſiæ Tuſcanenſis, in qua ejus Reliquiæ, & nihil præterea. *Forſan ſunt* S. Reſtituti Martyris Romani, *qui colitur die ſequenti* XXIX Maji. D

Anaſtaſius I, Epiſcopus Papienſis, *traditur à Breventano & Spelta hoc die mortuus, &* Beatus *appellatur, & à Ferrario* Sanctus. *Vti latius explicamus ad Acta S. Anaſtaſii II Epiſcopi* XXX Maji.

SS. Cantius, Cantianus, & Cantianilla Martyres *indicantur in Ms. Adone Regina Sueciæ. Coluntur potiſſimum* XXXI Maji.

S. Clari, Epiſcopi & Martyris, Tranſlatio Reliquiarum Tutelam *in Lemovicenſi Galliarum agro, colitur hoc die. Natalis cenſetur* 1 Junii.

Photinus, Epiſcopus Martyr, *indicatur à Greveno in Auctario Vſuardi. Videtur eſſe Epiſcopus Lugdunenſis & colitur* 11 Junii.

S. Petrus, Abbas Caſini, *indicatur in Catalogo generali Ferrarii* ex Kalendario Lotharingiæ, & ex monumentis cœnobii Montenſis. *Sed a Bucelino refertur ex monumentis Caſinenſibus: & primus Abbas habetur & Sanctus,* XXIV Junii.

S. Liborii Epiſcopi, adventus corporis in Paderborna, *indicatur in Ms. Florario; item à Greveno, Molano, Caniſio, Sauſſajo, Gelenio & aliis. Dies ejus natalis celebratur* XXIII Julii. E

S. Lucianus Martyr, *colitur Vratiſlaviæ in Silefia in eccleſia Societati Jeſu, cujus* integrum caput & oſſa grandiora complura, *inter alias Sanctorum Reliquias, ibidem aſſervari è legitimo teſtimonio inde ad nos miſſo cognovimus. Celebratur ibidem feſtum omnium Reliquiarum Dominica poſt feſtum S. Bartholomæi, proinde poſſet de iis plenius agi* XXV Auguſti.

S. Amati, Epiſcopi Nuſcani in Principatu ulteriori regni Neapolitani, tranſlatio corporis facta, *indicatur in Vita danda* XXXI Auguſti.

Beata Virgo, *proponitur in Ms. Florario, in margine adſcripta; ſed in ſilentio aliorum quænam illa ſit, non poſſumus indicare. Eſt aliqua* Beata, *ſocia S. Muſtiolæ, relata ad* XXIX Junii, *alia S. Sanctiani ſoror ad* VI Septembris.

S. Columbam Virginem & Martyrem coli in Prioratu regali S. Mariæ, prope Najeram & Locronium in Rivogia, Caſtellæ veteris provincia, ubi corpus ejus adſervatur, *è nuper excogitatis Adverſariis Luitprandi, refert Tamajus Salazar &* à proprio parente Mohamat occiſam *aſſerit. At Martinus de Roa hanc ſcribit eſſe* celebrem S. Columbam, Cordubæ occiſam, *quod examinandum erit ad hujus natalem* XVII Septembris. F

S. Brigittæ Viduæ, tranſlatio corporis Roma in Waſtenum Sueciæ, *indicatur in Ms. Pragenſi, & Florario; item à Greveno, Molano, Caniſio, Ferrario, & aliis. Feſtum ejus celebratur* VIII Octobris.

S. Peregrinus, Regis Scotiæ filius, *obiiſſe Neapoli dicitur, & habere hoc die aliquem cultum, ſed potiſſimum* XVI Novembris.

Joſeph Patriarcha, *inſcriptus eſt cuidam Kalendario Antverpienſi Ms. Utinam eſſet ejus memoria relata vel in antiquiori aliquo, vel ſaltem in hodierno Martyrologio Romano. Ab aliquibus hæ Patriarchis ſimul omnibus agitur cum Abrahamo* IX Octobris: *& Græci referunt eoſdem* XIX Decembris.

DE S. EVTYCHIO SIVE EVTYCHE

EPISCOPO MELITENÆ IN ARMENIA MARTYRE.

D. P.

COMMENTARIUS.

De ejus Officio in Menæis, deque ætate ad tempus Apoſtolorum relata.

XXVIII MAII.

Memoria in Menæis.

MElita *ſeu* Melitena, *urbs Armeniæ minoris præcipua & Archiepiſcopalis, apud Euphratem fluvium, ſub Patriarchatu Conſtantinopolitano, inter alios Sanctos ac potiſſimum Martyres, quos varios hactenus in hoc opere dedimus, ac deinceps daturi ſumus*, numerat eum, *quem ad hunc* XXVIII *Maji colunt Græci*, S. Eutychium *ſive* Eutychem, *dictæ urbis* Epiſcopum & glorioſum Chriſti Martyrem, *de quo illi in Menæis totum Officium faciunt. Mirum interim eſt nullum de eo elogium ibidem proferri. licet prime loco proponatur & in Anthologio novo per Arcudiũ auctoritate Clementis VIII edito, de illo ſolo agatur. Verba ubique ſunt iſta.* Eodem menſe Majo die vigeſima octava, Sancti Hiero-martyris Eutychis, *Græcis* Εὐτυχῆς, Epiſcopi Melitenæ. *Verum in Oſiis* Eutychius *appellatur. Dein hi verſus etiam in Anthologio habentur:*

Ὡς εὐτυχῶς σὺ εὐτύχησας, τρισμάκαρ.
Θείας τελευχὼς, Εὐτυχὲς, κληρυχίας.

Quam fortunate ſortitus, es, ter felix,
Hereditatem ſorte divinam bona.

honor reliquiis habitus propter miracula,

Alluſio fit ad nomen Εὐτυχὴς, *quod* Felix Fortunatuſque *Latine dicitur; à radice* τύχη, fortuna, *unde & adverbium* εὐτυχῶς feliciter, *& verbum* εὐτυχέω aſſequor, ſortior, *& participium poëticũ* πεπυχὼς adeptus. *Sticharia ſimilaria, Canonem præcedentia, gratulantur ei, velut qui* rationum nervis ſtrangulavit inſipientes, νευραῖς τῶν λογίων ἐναπνίξας τὲς ἄφρονας; & aquarum ſuffocatione ſuſcipiens beatum vitæ exitum, in ipſos ſuffocavit incorporeum draconem, καὶ τέλ῾ μακάριον πνιγμὸν ὑδάτων ὑποδέξας, δράκοντα ἐν τέτοις ὑποπνίγων τὸν ἄσαρκον. *Vltimum autem trium illorum Stichariorum* Reliquias, *inquit*, tuas læti deoſculamur palam, & experientes gratiam ſanitatum ex animo te laudamus, deprecamurque aſſidue magnâ cum fiducia: nunc igitur ora, ut animabus noſtris detur pax & magna miſericordia. Τὰ σὰ λείψανα γηθόμενοι ἀσπαζόμεθα, καὶ ἀῤῥυόμενοι χάριν ἰαμάτων πόθῳ σε γεραίρομεν, καὶ πίςει ἐκτενῶς δυσωπῶμέν σε· καὶ νῦν ἱκέτευε, δωρηθῆναι τῆς ψυχαῖς ἡμῶν τὴν εἰρήνην καὶ τὸ μέγα ἔλε῾. *Rurſum autem in Hirmo, id eſt Tractu, poſt Oden tertiam canunt.* Σωτηρίου χαρᾶς τὴν ἀρχὴν ἐν τῷ τάφῳ σου ἐδέξω, ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης· ὅθεν ἐν ἀγαλλιάσει βοῶμέν σοι· Χαῖρε, ὁ τῶν ἀγγέλων συναγαλλόμενος τῷ θρόνῳ τοῦ Παντοκράτορος· χαῖρε, ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀναπαύων τοὺς κόπους· χαῖρε, ὁ τῶν ἀσθενούντων ἰατρός· χαῖρε, ὁ τῶν ἀῤῥώστων ἀντιλήπτωρ· χαῖρε, ὁ τῶν ἀπόρων ἐπίσκοπος· χαῖρε, ὁ τῶν ἀλλοφύλων ἐπίσκεψις· χαῖρε, ὁ τῶν ἀδικουμένων ἀντίληψις· χαῖρε, ὁ τῶν ἀσθενούντων ἐπίσκεψις· χαῖρε, ὁ τῶν ἀῤῥώστων ἀντίληψις

A Πυρὶ τ῀ θεότητ῀ ἀΰλῳ, παμμάκαρ, σαφῶς ἀναφλεχθεὶς, ὡς ὕλῃ τῇ δυσσέβειαν κατέφλεξας, Εὐτύχιε, καὶ ἱερῶς ἀνήθλησας· ὅθεν πιστῶς εὐφημῶμέν σε.

Ἁγίοις τοῦ Λόγου ὑπηρέταις ψυχῇ καὶ καρδίᾳ κολληθεὶς, ἁγίως σου διέλυσας τὸν βίον· καὶ ἐσκιρτήσας περιφανῶς, Εὐτύχιε, ταῖς τῶν ἁγίων λαμπρότησι.

Δ'. Ὥριμον ὡς βότρυν σε τ῀ νοητῆς, ἔνδοξε, ἀμπέλου ὑπάρχοντα ὑμνολογοῦμεν· καταντύξεως ἡμῖν ὡς ἀληθῶς, Εὐτύχιε, οἶνον εὐσεβῶς ἀναβλύζοντα.

Μέγις῀ ὡς ἥλι῀, Μάρτυς, ἀνατολῇ τῶν ἀγώνων σου ἅπασαν τὴν οἰκουμένην καταυγάζεις ἀληθῶς· τ῀ Σκοτασμὸν, Εὐτύχιε, παύων τ῀ ψυχῶν ἡμῶν χάριτι.

Ε'. Ὑψώθης πρὸς Κυρίου χρυσοῖς, παμμάκαρ, πτέρυξι τὸ ἱερώτατον μαρτυρίου, καὶ πρὸς σ῀ θείους μόνας καλέπαυσας· δήμοις ἀθλητῶν παρέκλεων νῦν συναριθμούμεν῀, θεομάκαρ Εὐτύχιε.

Σταυρῷ τὸν τανύσαντ῀ ἐθελουσίως χεῖρας μιμησάμεν῀, ὅσιε, ἐμφρόνως χερσὶν ἑδέθης καταλειόμεν῀· καὶ παραδιδόμεν῀ βυθῷ, καὶ τέλ῀ δεχόμεν῀ σ῀ αὐτῷ τὸ μακάριον.

B Ἐγνώσθησαν, ἔνδοξε, πορεῖαί σου σ῀ ὕδασιν· σ῀ οἷς τελεούμεν῀ ἐμφρόνως, τ῀ ἀλαζῶνα πανσυρτὶ τύραννον, Μάρτυς, ἔνα πέπνικας, Χρι῀· ὅθεν μακαρίζοντες εὐσεβῶς σε, γεραίρομεν.

ς'. Θαυμάτων χάριν δεξάμεν῀ ἴασαι τ῀ ψυχῶν ἀῤῥωστήματα, Μάρτυς Εὐτύχιε· καὶ θεράπευε νοσήματα τ῀ προστρεχόντων πίστει ὑπὸ τὴν σκέπην σου.

Ἐνδεῦ πίστεως ἔμπλε῀ καὶ χάριτ῀ γενομένῳ῀, ἔνδοξε, λόγον σωτήριον σὺ Ἀποστόλοις ἐκήρυξας, τ῀ δυσσεβέας λύων σκότ῀ βαρύταλον.

Ὅσιος Λόγου τ῀ ἄναρχον κηρύττων, ὡς σ῀ θήκῃ ἐμβεβλησαι δέρρι, Εὐτύχιε· καὶ τῷ βυθῷ παραδίδοσαι, πρὸς σωτηρίας ὅρμον καλεπαγόμεν῀.

Ζ'. Σταθηρὰν ὑπιδεικνύμεν῀ τὴν ἔνστασιν, Μάρτυς Εὐτύχιε, τὴν τ῀ ἑλλήνων φρῦν ἀνδρείως κατήσχυνας μέλπων σ῀ πνεύματι, ὑπερύμνητε, Ὁ τῶν πατέρων Κύρι῀ καὶ Θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Τοὺς τοῦ Λόγου μαθητὰς καταμυουμένους σε εὗρον, Εὐτύχιε, τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν, τὸ οὖς σου ὑπέκλινας· καὶ ἰάσεων ἀναπηγάζεις νάματα τοῖς πιστῶς σ῀ προσιοῦσιν.

C Ῥεῖθρον ζῶν σ῀ τῇ καρδίᾳ σου, Εὐτύχιε, ὑποδεξάμεν῀ πνεύματ῀ ἀληθῶς, πλάνης ἀπεξήρανας δολώδη ῥεύματα· καὶ ἰάσεων ἀναπηγάζεις νάματα τοῖς πιστῶς σ῀ προσιοῦσιν.

Η'. Πολλὰ κατά σου καινολογοῦντες οἱ πλάνοι θεομακάριστε, ἠσχύνθησαν μώμους σοι προσάπτοντες, ἄμωμον φυλάξαντι τὸν σὸν ψυχὸν, καὶ μέλποντι, Μάρτυς Εὐτύχιε, Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε τὰ ἔργα.

Ὁ νοῦς σου φωτὶ λελαμπρυσμένος, Εὐτύχιε ἔνδοξε, τοῦ Πνεύματ῀, πλάνης ἀμαυρώσεως ἔμεινεν ἀμέτοχ῀· τοῖς πρὸς Θεὸν ὑψουμέν῀ ἀπαύστοις νεύσεσι, Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, κραυγάζων, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Θ'. Ἴδε ἡ σεπτὴ πανήγυρις σήμερον τ῀ ἀθλοφόρου Χριστοῦ· πάντες οὖν σωδράμωμεν εὐσεβοφρόνως, τούτου τὰ θαύματα καὶ ἱερὰ παλαίσματα ἀνευφημήσαι πιστῶς, δι' ὧν ὤφθη ἄγγελ῀ ἐπίγει῀ ἀληθῶς, καὶ ἔμψυχ῀ ἄνθρωπ῀.

Immateriali divinitatis igne palam accenſus, Beatiſſime, impietatem velut ſtipulam combuſſiſti, Eutychi; ſancteque decertaſti: unde etiam fideliter te celebramus. MENAIS.

Sanctis Verbi miniſtris corde & animo adhæreſcens, ſancte vitam tuam exegiſti: & in ſplendoribus Sanctorum nobilem habitationem ſortitus es, Eutychi.

IV. Hymnos tibi canimus, ô Glorioſe, velut maturo vineę ſpiritualis botro, qui vinum compunctionis veræ nobis religioſe refundis, ô Eutychi.

Velut maximus quidam ſol, ô Martyr, exortu tuorum certaminum univerſam terram vere illuminaſti, Eutychi; gratia diſſipans tenebras animarum noſtrarum.

V. Evectus es ad Dominum, Beatiſſime, aureis alis ſanctiſſimi martyrii, atque in divinis manſionibus requieviſti, nunc connumeratus populis illuſtrium Athletarum, Beate in Deo Eutychi.

Manus voluntariè extendentem in cruce ſapienter es imitatus, ô Sancte, religatis manibus clauſus; miſſuſque in profundum, felicem finem in ipſo excepiſti. E

Innotuerunt, ô Glorioſe, viæ tuæ in aquis; in quibus prudenter vitam finiens, ſuffocaſti, ô ſapiens Martyr, ſuperbũ cum toto ſuo exercitu tyrannum: quapropter beatũ te appellãtes, religioſe veneramur.

VI. Gratiam miraculorum conſecutus, ſana noſtrarum animarum infirmitates, ô Martyr Eutychi, qui ſub protectionem tuam cum fide accurrimus.

Divina fide & gratia repletus, ô Glorioſe, ſalutare verbum cum Apoſtolis prædicaſti, diſſipans denſiſſimas impietatis tenebras.

Verbum quod nullum habet initium prædicans, Eutychi, culeo tamquam arcæ immiſſus es: & profundo traditus, ad ſalutis portum appuliſti.

VII. Conſtantem exhibens perſeverantiam, ô Martyr Eutychi, Gentilium ſapientes generoſe confudiſti, canens in ſpiritu, ô Superexaltande, Benedictus es Domine, Deus patrum noſtrorum.

Diſcipulos Verbi inveniens, Eutychi, indicantes tibi ea quæ cogitationem omnem ſuperant; aurem tuam iis inclinaſti, & ſanitatum latices effudiſti ad te fideliter venientibus. F

Vivum Spiritus flumen in corde tuo verè excipiens, Eutychi, exiccaſti fæculentos erroris torrentes, & ſanitatum latices effudiſti ad te fideliter venientibus.

VIII. Inaniter multa contra te blaterantes deceptores confuſi ſunt, ô Deo beatiſſime, cum tibi adducerent reprehenſores, irreprehenſibilem cuſtodienti animam tuam, ô Martyr Eutychi, atque cantanti, Laudate Dominum opera ejus.

Mens tua, Spiritus lumine colluſtrata, ô glorioſe Eutychi, manſit expers caliginis errorum; oculiſque in Deum abſque ceſſatione ſublatis exclamabas, Laudate Dominum & ſuperexaltate in ſecula.

VIII. Ecce eſt hodie veneranda ſolennitas Athletæ Chriſti, omnes igitur pia mente concurramus, ad ejus miracula ſanctaque certamina fideliter celebranda; propter quæ viſus eſt vere eſſe terreſtris Angelus, & homo cæleſtis.

Tam-

A Tamquam oblationem tradidisti, ô Beate, animam tuam Deo, in mediis quidem aquis finem divinum sortitus, deinde vero ad torrentem voluptatis locatus es, res pulcherrimas videns, & plenus venerabili luce.

Firmamentum & ornamentum fidelium factus es, ô Admiratione digniſſime, deoſculantium tuas Reliquias, tuamque divinam memoriam jugiter celebrantium, ô Magne inter primitias Martyrum, omniumque Angelorum ſocie.

Congregatus eſt populus hodie ad collaudanda tua recte ac glorioſe facta, pugnaſque & victorias: Tuis eum precibus, ô maxime Martyr Eutychie, libera ab omni anguſtia & incurſu impiorum barbarorum.

Ὥσπερ προσφερὰν, παμμάκαρ, παρέδωκας τῷ D
Κυρίῳ ψυχήν τῷ Θεῷ, μέσον τ ὑδάτων μὲν τὸ θεῖον τέλος ὑποδεχόμενος, πρὸς δ τρυφῆς χειμάρρων δὲ κατασκιωύμενος, καὶ μεθέξει κάλλισα θεύμενος, καὶ φωτὸς ἀϊδίου πληρύμενος.

Στήριγμα πιστῶν ὑπάρχεις, καὶ καύχημα, ἀξιοθαύμαστε, τοῖς ἀσπαζομένοις σε, θεόφρον Μάρτυς, τὰ θεῖα λείψανα· καὶ ἐκλελοιπότων πάντοτε τὴν θείαν μνήμην σε, ἀθλοφόρων μέγα ἀκροθίνιον, τοῖς Ἀγγέλων ἀπάντων Συνόμιλε.

Ἤθροισαι λαὸς ὑμνῆσαί σε σήμερον τὰ ἀριστεύματα καὶ τὰ καθορθώματα, καὶ τὰς ἀγῶνας καὶ τὰ παλαίσματα, ὧν ταῖς εὐχαῖς σε, μέγιστε Μάρτυς Εὐτύχιε, ἀπὸ πάσης λύτρωσαι πενώσεως, καὶ ἀθέων βαρβάρων ἀλώσεως.

DE S. HELICONIDE MARTYRE

CORINTHI IN ACHAIA.

D. P. ## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De vario cultus die apud Græcos, martyrii tempore, & Actorum ſub nominibus teſtium oculatorum incertitudine.

ANNO CCXLIV.



Elogium ex Ms. Synaxario Baſilii Imperatoris

Legia Sanctorum menſis Maji, juſſu Baſilii Imperatoris collecta, quæ ad Tomi primi calcem Græce exhibuimus, ita habent ad diem XXVIII: Heliconis Chriſti Martyr, ſub Gordiano & Philippo Imperatoribus fuit, ex urbe Theſſalonicæ oriunda. Comprehenſa autem, & ad Ducem Corinthi adducta, ac Chriſti fidem profeſſa, primum quidem pede utroque ad jugum boum alligata fuit, ejuſque plantæ laceratæ; deinde caput attonſa, ignem toto excepit corpore: ſed ſervata divinitus, templumque idolorum ingreſſa, fuſis precibus Deorum ſimulacra evertit. Ubera etiam illi abſciſſa. Cumque in Ducis Corinthi locum Juſtinus Proconſul ſucceſſiſſet, ad illum ſancta Martyr eſt perducta, ejuſque C juſſu in ardentem conjecta fornacem. Cujus flammis, illæſa illa permanente, cum ſeptuaginta è militibus eſſent abſumpti; in lecto æneo, ſubjectis prunis candente, Heliconis extenditur. Apparentes porro Archangeli Michaël & Gabriel, incolumem Martyrem ſervarunt. Tum feris objecta, nullam ab iis noxam paſſa eſt; centum quin etiam & viginti viri earum dentibus perierunt. Acceptâ ad extremum vitæ per gladium finiendæ ſententiâ, capite plexa eſt. *Huc uſque prædictum Menologium.*

2 *Eadem ferè omnia ad verbum exprimunt Menæa Græcorum Venetiis excuſa, in quibus hoc inſuper Diſtichon legas:*

& ſimilia alibi ad 28 Maji.

Ἑλικονὶς τμηθεῖσα τὴν κάρην ξίφει,
Οὐχ' Ἑλικῶνα, ἀλλ' Ἐδὲμ τρυφὴν ἔχει.
Dum Heliconis gladio amittit caput,
Non Heliconem, ſed Paradiſum ſubit.

Idem elogium, ſed verbis contractius, invenitur in Synaxariis Claromontano Collegii Societatis Jeſu Pariſiis, Mediolanenſi Bibliothecæ Ambroſianæ, & Taurinenſi Sabaudiæ Ducis; ac pene verbotenus Latine redditum legitur apud Henricum Caniſium Tomo 2 antiqu. Lectionum in Menologio Sirleti. Hæc autem in nulla re differunt, quoad ſubſtantiam, à Menæis; niſi quod cum Heliconidis *ſolum natale civitatem fuiſſe* Theſſalonicenſem *tradant Synaxaria, Baſilianum & Claromontanum; Menæa excuſa natam aſſerunt,* ἐκ πόλεως Βυτυλίας, *& Maximus Cytherorum Epiſcopus, Menæa fere ſequens ut ſolet,* ἀπὸ χώρας Βυτυλίων. *Diverſitatis cauſam librarii alicujus ſocordiæ imputandam eſſe, eo pronius eſt dicere, quo minus nota eſt* Bytalia *aliqua, urbs aut regio. Occaſionem erroris datur conjectare ex Sirleto: qui* Theſſaliam urbem *pro* Theſſalonica *ſcripſit, quia nempe in ſuo Græco codice, aut* Θεσσαλίαν, *aut* Θετταλίαν *reperit (utrumque enim indifferenter, pro varia dialecto, dici ac ſcribi, docet Stephanus de urbibus) ſic autem ſcripti nominis primas litteras,* θετ, *obſcurius exaratas, in* Θυ, *convertit aliquis, & hoc in Menæa irrepſit. Similiter in quodam exemplo Græco Vitæ S. Ioſephi Hymnographi* Theſſaliam *pro* Theſſalonica *ſcriptam inveniſſe Floritum interpretem, eoque in gravem abductum errorem, notavimus die* III *Aprilis; quin & in Baſiliani quoque Menologii de vita ejuſdem Sancti Elogio, pari modo erratum à librario videri.* Theſſalonicam *quidem veteribus* Haliam *dictam ait Brietius noſter in Parallelis Geographicis: ſed & id antiquius eſt, quam ut ad hujus Sanctæ ætatem trahi poſſit; & non ſatis facit ad probandum* Bytaliæ *nomen.* *Patria ejus Theſſalonica*

F

3 *Ceterum non minus illuſtrem memoriam* S. Heliconidis *apud Latinos fecit Cardinalis Baronius, Martyrologio Romano à ſe recognito auctoque inſerens ejuſdem Paſſionem, ad dictum jam ſæpius* XXVIII *Maji diem, his verbis:* Corinthi ſanctæ Helconidis Martyris, quæ primum Gordiano Imperatore, ſub Perennio Præſide multis tormentis afflicta, deinde ſub Juſtino ejus ſucceſſore iterum cruciata, ſed ab Angelo liberata, demum diſſectis mammis, feriſque objecta, atque igne probata, capitis obtruncatione martyrium complevit. *Ita ille,* Helconidem *appellans corrupto nomine, quemadmodum reperit in verſione Sirleti, nimis perfunctorie (ut alias ſæpe monuimus) compilata, quam Baronius, Græcæ linguæ ignarus, ſolam præ oculis habuit; ex ejuſque prolixiori elogio brevius iſtud concinnavit, ſolum nominans* Gordianum, *& pro* Angelis Michaele & Gabriele, *de* Angelo *uno generice faciens mentio-* *nomen Martyrologio Romano inſcriptum*

A mentionem. Ejuſdem Certamen *etiam hodie commemorat Ms. Arabo-Ægyptium apud Maronitas noſtros Romæ quod Gratia Simonius, nunc Tripolitanus Archiepiſcopus, Latine vertit: eſtque ex Græcis deſumptum.*

4 *Quod ad tempus, quo* S. Heliconis *Martyrio finivit vitam, attinet; idem Baronius ad annum Chriſti* CCXLIII, *Gordiani Imperatoris* III; His etiam, *inquit,* temporibus accidiſſe putamus nobile illud Heliconidis Corinthiæ Martyrium, cujus tam apud Græcos, quam Latinos illuſtris memoria eſt, natali die ejus Græcis atque Latinis litteris conſignato. *At monumenta Græcorum eccleſiaſtica, ſupra à nobis adducta, & Acta mox ſubjicienda,* ſub Gordiano & Philippo Imperatoribus *paſſam ajunt: in eo autem tam Græci quam Latini conveniunt, quod* Perinii *primum, ac deinde* Juſtini, *mandato excruciata & morti addicta ſit. Imperare cœpit* Gordianus *anno Chriſti* CCXXXIX, *occiſus deinde à* Philippo, *anno* CCXLIV, *quo & ipſe* Philippus Imperator *eſt proclamatus. Dicendum itaque, extremis quidem* Gordiani *temporibus comprehenſam & cruciari cœptam* Heliconidem *à* Perinio, *ſed deinde ſub eo quem* Philippus *miſit ſucceſſore, fuiſſe Martyrio ornatam; atque ita mors ejus incidet in annum Chriſti* CCXLIV, *ſed*

B *& Baronius ipſe huic, è Græcorum monumentis petita temporis rationi haud difficulter fortaſſis ſubſcribet, cum quaſi dubitando, vel certe non omnino determinando annum, dicat, putare ſe, quod* iis temporibus *res acciderit.*

5 *Quæcumque autem allegavimus hactenus Græcorum monumenta, epitome dumtaxat ſunt pleniorum Actorum, quæ Græce deſcripta reperimus Florentiæ in Bibliotheca Laurentiana Magni Ducis, pluteo* 7 *codice* 14. *Codex hic, ſolas Sanctorum Maji, Vitas & Paſſiones continens, pluresque earum alibi nuſquam repertas, inſignem huic operis noſtri parti ſuppeditavit materiam. Ibidem autem hujus Sanctæ Martyris Vita non habetur adſcripta* Μηνὶ Μαΐῳ κη' *Menſis Maji* XXVIII, *ſed* κζ' XXVII. *Verum in aliis exemplaribus aliter reperiſſe Synaxariorum ac Menæorum collectores credibile eſt: & quia dies mortis in ipſorum Actorum contextu non exprimitur, non videmur ob unius iſtius Ms. auctoritatem dimoveri debere ab eo die, quem jam probarunt alii, & Romana etiam Eccleſia eſt amplexa, recipiendo Martyrologium à Baronio recognitum, & ex Sirleti Menologio multis Sanctis, ipſaque de qua agimus* S. Heliconide *auctum. Duplex præterea Pariſienſe Synaxarium, quorum alterum apud P. Franciſcum Combefis Ordinis Prædicatorum invenimus, alterum in Bibliotheca Iulii Cardinalis Mazarini,* S. Heliconidis *memoriam referunt die hujus menſis* XX, *& prius quidem cum elogio eodem quod alibi die* XXVIII.

C 6 *Majorem difficultatem Acta eadem nobis objiciunt, fidemque ſuam tanto faciunt ſuſpectam magis, quanto magis irrefragabiles auctores præferunt, ſcilicet* Lucianum & Paulum; *qui* Fratribus in Aſia, Phrygia, Ponto, & Pamphilia *degentibus ſcripſerint ea, quorum ipſi fuerint* ſpectatores & adminiſtri. *Diceres ex Proconſulari Officio ſcribas, quæſtiones reſponſioneſque reorum in Acta Proconſularia referre ſolitos, eos fuiſſe; aut ordinatos Corinthi inſtar eorum Notariorum, quos Romæ S. Clemens Papa inſtituit, ad colligenda Acta Martyrum; qui ſcripſerint diligenter inveſtigata compertaque partim, partim ab ipſamet audita in carcere, dum ei Chriſtiana aut Eccleſiaſtica miniſtrarent ſolatia. Verum nihil minus præ ſe fert ſtylus; non conciſus ſtrictuſque, ut talia ſolent, iiſque ſolis dumtaxat inhærens quæ viſu audituque ſolebant percipi; ſed oratorie diffluens, etiam ad earum precatio num verba, quas ſolo Deo teſte fecit aut facere potuit ſancta Martyr in tormentis, in carcere, in ipſa ardenti fornace. Itaque & interrogata Iudicum & reſponſa Sancta pari ſtyli libertate ex veroſimili compoſita dixerim, non utrimque ſic ut dicebantur excepta; & quæ de vocibus ad* Heliconidem *confortandam cælitus delapſis, deque viſitatione Chriſti & Angelorum hic narrantur, liberum reliquerim, ut interius in anima Sanctæ acta eſſe vel agi potuiſſe intelligas.*

7 *Quod igitur de Actis Sanctorum* Theodori, Niconis, Georgii *Martyrum, ſub nomine* Augari, Chæromeni, Paſicratis, *ipſis famulatorum ante & poſt captivitatem, editis* VII *Februarii,* XXIII *Martii &* XXIII *Aprilis; quod, inquam, de talibus Actis diximus, agentes de S. Georgio §. 2 & 3, hoc & de his cenſemus; minime eſſe eorum quorum nomina præferunt;* E *ſed ut ſummum ex iis, quæ iſti brevi ſcripto fuerant olim complexi, adornata verbis circumſtantiiſque ſcribenti veroſimilibus; ſalva interim præcipua Martyrii ſubſtantia, quam vel ſola traditio eccleſiæ Corinthiæ ſatis certam reddidit, fundando cultui in Menæis Synaxariiſque expreſſo.*

8 *Quemadmodum autem in Actis S. Georgii, poſt plurium ab re geſta annorum decurſum ſic ſcriptis, præponitur* Diocletiani edictum, *ab iis quæ revera eum edidiſſe Euſebius ſcribit diverſiſſimum: ita hic quoque proponitur aliud, velut ab* Imperatoribus Gordiano & Philippo Auguſtis *promulgatum toto orbe Romano, idque in eorum* Conſulatu: *cum tamen neque Conſules illi, neque Imperatores ſimul unquam fuerint; ſed occiſi à ſe* Gordiani *Imperium* Philippus *invaſerit; neque alteruter quidquam in Chriſtianos ſeverum ſtatuerit; imo* Philippus *etiam factus ſit Chriſtianus cum filio, eoque nomine occiſus à* Decio. *Sub hoc potius paſſam* S. Heliconidem Corinthi *diceremus, cum antea* Theſſalonicæ *in patria ſua ſub* Gordiano & Philippo *ſanctitate magna claruiſſet; niſi ſciremus ſæpe factum fuiſſe, ut Provinciarum Præſides, avari atque crudeles, poteſtate ſua, priorum tyrannorum edictis ſubnixa, abuterentur contra Chriſtianos, inſciis aut etiam invitis Principibus; maxime* F *quando avaritiæ & crudelitati ſuæ prætexere poterant crimen ſeditionis aut ſacrilegii, quo nomine capta & morte affecta dicitur* S. Heliconis, *quæ & à ſacrificiis Deorum conata publice eſt plebem abducere, & deorum ſimulacra poſtea comminuit. Denique ſicuti in S. Georgii Actis omnibus ſumma initio deſcribitur perſecutionis ſævitia, quæ tamen non ante ſed poſt ejus martyrium efferbuit toto Imperio; ſic & hic perſecutio univerſalis inducitur, quæ omnino nulla tunc fuit.*

tempus martyrii. — *ſed ſtylus aliud perſuadet,* — *alibi etiam ſub die* 20. — *Acta ſub die* 27 *Maji,* — *Sunt illa ſub nomine teſtium oculatorum ſcripta:* — *quare ea accipienda,* — *ut à poſteris ornata & interpolata,* — *addito etiã Gordiani & Philippo Imp. fabuloſo edicto,* — *& perſecutionis univerſalis circumſtantia falſa.*

AUCTORI D. P.

ACTA SVSPECTA

Sub nomine Luciani & Pauli, ut martyrio Sanctæ præsentium, edita.

Ex Ms. Græco Bibliothecæ Laurentianæ Sereniſſimi Magni Hetruriæ Ducis.

Interprete Daniele Cardono Societatis Jesu.

PROLOGUS

Lucianus & Paulus teſtes vocati martyrium hæc deſcribere fingunt.

1 LUcianus & Paulus cunctis qui ſunt in Aſia & Phrygia, Ponto & Pamphilia ejuſdem nobiſcum fidei, è gentibus vocatis, Fratribus ſalutem. Rerum omnium opifex Deus, cujus generatio inveſtigabilis ac natura imperſcrutabilis, qui ſancta & glorioſa Virgine Maria adminiſtra uſus, ſalutis nobis auctor extitit; hoc etiam tempore inſignem prorſus atque illuſtrem Chriſti Jeſu ſalvatoris noſtri ſponſam, ſic quaſi nitidiſſimam quamdam columbam, pulcherrimo nobis dono conceſsit, Martyrem Heliconidem; quæ variis excruciata ſuppliciis, veræ fidei adverſarium ſigno Chriſti fortiter ſubegit. Quemadmodum dilectioni veſtræ communicanda in commentarios retulimus nos, ipſius ſpectatores & adminiſtri certaminis quod Martyr illa invicta peregit. B

1 Λουκιανὸς ϗ Παῦλος πᾶσι τοῖς κατ' Ἀσίαν ϗ Φρυγίαν, Πόντον, ϗ Παμφιλίαν ὁμοπίστοις ἀδελφοῖς, τοῖς ἐξ ἐθνῶν χαίρειν. Ὁ δημιουργὸς Θεὸς, ἀγενεαλόγητος ϗ ἀνεξιχνίαστος, διὰ τῆς ἁγίας ϗ παρευφήμου παρθένου Μαρίας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος σώσας, ϗ νυμφῶν δεδώρηται ἡμῖν τὴν πάνσεμνον ϗ ἠγλαϊσμένην νύμφην τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν δοκηλον περιστερὰν Ἑλικωνίδα τὴν Μάρτυρα· ἣ τις διαφόροις αἰκισμοῖς προσαχθεῖσα, τὸν ἀντίπαλον τῆς ἀληθοῦς πίστεως τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ νενίκηκεν, ὅπερ ϗ ἐν ὑπομνήμασιν ἐγράψαμεν ἡμῖς τῇ ἡμετέρᾳ ἀγάπῃ, αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τῆς ἀηττήτου ἀθλήσεως τῆς ἁγίας Μάρτυρος. E

a *Hujus Paſſionis Auctor videtur imitari voluiſſe S. Petrum, Canonicam ſuam Epiſtolam* 1 *dirigentis* electis advenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ & Bithyniæ: *ſed hic ordinate nominat regiones quas ſolas eatenus Euangelizando percurrerat: iſte vero ſi credi voluit ſuum ſcriptum ad omnes Græcorum Eccleſias directum, ſicut proximam Corinthio* Achaiam *nominavit, ſic etiam nominare debuiſſet,* Theſſaliam & Macedoniam, Peloponneſum & Cretam, Inſulaſque Archipelagi, *ſaltem in genere; nec prætermiſiſſe alias non ignobiles Minoris Aſiæ provincias, puta* Galatiam, Lydiam, Bithyniam & Cappadociam.

CAPUT I.

Heliconidis confeſsio & tormenta ſub Perinio.

Orta adverſus Eccleſiam perſecutione.

2 COnſulibus Gordiano & Philippo Auguſtis, cum in clariſſima urbe Theſſalonicenſi atque in toto mundo, adverſus Chriſtianos coorta eſſet perſecutio, per omnes Achaiæ & Macedoniæ Præfecturas miſſa ac propoſita fuere edicta, quæ ut impuris ſordidiſque idolis ſacrificia ab omnibus
a peragerentur hac ratione imperabant: Pii *a* ac ſemper propugnatores Auguſti, terræ mariſque Domi-
C ni, Philippus & Gordianus Imperatores, omnibus Deorum cultoribus & defenſoribus gratiam & ſalutem. Quoniam nonnulli reperiuntur qui terram univerſam, quę noſtra potenti dextera velut avium nidus continetur, factionibus commovent; eam ob rem noſtra hoc mandat Majeſtas, ut generis iſtius hominibus nec terra nec mare latebras ullas præbeat, ſed ad ſplendidiſſimum ſupremumque Imperii noſtri thronum adducantur manifeſti, & convenientem pertinaciæ ſuæ pœnam tandem perſolvant. Valete amantiſſimi, ac genuini æternorum & immortalium Deorum cultores. Impia hæc & nefanda edicta, celerrimis continuo nuntiis in omnes partes delata, ingentem adverſus Chriſti Eccleſiam furorem in animis Ethnicorum excitarunt. Miſſus etiam fuit Corinthum Proconſul, cui nomen Perinio, ut quæ ea in urbe Chriſto ſerviebat Eccleſiam vexaret, ac Chriſtianos perſequeretur. At beata & veneranda Chriſti agna Heliconis, ſimul atque Proconſulis in Chriſtianos fremitum furoremque percepit, ad locum, cui à Suggeſtu nomen, ſeſe conferens, hac præſentes voce compellavit: O inſenſati & graves corde, viri Corinthii, per omnia ſuperſtitioſiores video vos, deſerto ſempiterno atque incorruptibili Deo, ad falſo ſic dictorum & animis

Heliconis cives Corinthios à Deorum cultu avocare conatur.

2 Ἐπὶ τῆς ὑπατείας Γορδιανοῦ ϗ Φιλίππου Βασιλέων, ἐν τῇ λαμπροτάτῃ πόλει Θεσσαλονίκῃ, διωγμὸς μνηθεὶς κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης, ἐξέπεμψαν προσάγματα κατὰ τὰς ἐπαρχίας τῆς Ἀχαΐας ϗ Μακεδονίας, ὥστε πάντας θύειν τοῖς βεβήλοις ϗ μυαροῖς θεοῖς, χάψαντες οὕτως. Φλαύιοι ϗ ὑπέρμαχοι, ἀφώνιοι ἄυγυστοι, ϗ δημιουργοὶ γῆς τε ϗ θαλάσσης, Φίλιππος ϗ Γορδιανὸς Αὐτοκράτορες, πᾶσι τοῖς καλὰ τῷ οἰκουμένῳ ὑπασπισταῖς ϗ εὐνοϊκῶς ἔχουσι πρὸς τὸ θρησκεύειν τοὺς θεῶν, χάρις διὰ παντός. Ἐπειδή τινές εἰσιν οἱ ἀνασείοντες τὸ ἅπασαν γῆν, κατεχομένην ὑπὸ τὸ κρατεῖν ἡμῶν χεῖρα ὡς νοσεῖν, τούτου χάριν προσάσσει τὸ ἡμέτερον κράτος, τούτους μήτε γῆν καλυκρύψαι μήτε θάλασσαν· ἀλλ' ἐπὶ τῷ ὑπερλάμπρῳ ϗ ὑψίστῳ θρόνῳ τῆς ἡμετέρας βασιλείας τούτους δῆλους καθίσασθαι, καὶ τὸ προσήκουσαν τιμωρίαν τῆς ἀπειθείας δέξασθαι. Ἔρρωσε φίλτατοι ϗ γνήσιοι θεράποντες περὶ τὸν ἀφώνιον ϗ ἀθανασίους Θεούς. Ταῦτα τὰ ἀσεβῆ ϗ παμβέβηλα προσάγματα διὰ ὀξυδρόμων ἱππέων ἐκπέμποντες, ἐμμαίνοντο καὶ τὰς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ. Ἐξεπέμφθη δέ τις Ἀνθύπατος ὀνόματι Περίνιος ὁ Κορίνθου, ὥστε κακῶσε τὸν ἁγιώτατον τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν λυμαίνασθαι ϗ διώξαι τοὺς Χριστιανούς. Ἡ δὲ μακαρία ϗ ἀοίδιμος ἀμνὰς τοῦ Χριστοῦ ἡ ἁγία Ἑλικωνὶς, ἀκούσασα τὸν βρυγμὸν τοῦ Ἀνθυπάτου, παραγίνεται ἐπὶ τὸ λεγόμενον ἀκροατήριον, ϗ ἔκραζεν λέγουσα· Ὦ ἀνόητοι ϗ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ ἄνδρες Κορίνθιοι, καλὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωροῦμεν, καταλιπόντας τὸν ἀφώνιον ϗ ἄχραντον Θεὸν,

ὃν

INTERP. D. C.

καὶ προσκυνοῦντας τοῖς ψευδωνύμοις καὶ ψυχοφθόροις ζοάνοις. Καλαινοήσαλε ἐπὶ τὰ ὕψη καὶ πλάτη καὶ μήκη ὑρανοῦ τε καὶ γῆς, ὅσις τ' ὑρανὸν ὡσεὶ καμάραν ἐσηρέωσεν, καὶ τῷ γίῳ ἐπὶ τῶν ἀβύσσων ἐθεμελίωσεν, θαλάσσης δὲ τὰ ἀκατάσχελα κύματα τῷ φοβερῷ καὶ ἐνδόξῳ ὀνόμαλι καλαπράϋνεν, ἐκ χοόσε τὸν ἄνθρωπον πλάσας ἐζωοποίησεν, ἐμπνεύσας αὐτῷ πνεῦμα ζωῆς. Τύτῳ οὖν χρὴ λατρεύειν· οἱ γὰρ θεοὶ τ' ἐθνῶν δαμόνια κωφὰ καὶ ἀναίσητα, ὡς οἱ προσκυνοῦντες αὐτοῖς.

pernicioſorum ſimulacrorum, cultum veneratio-
nemque converſos. Contemplemini, oro, cælorum ex mſs.
ac terræ altitudinem, latitudinem, longitudinem. Floren.
Qui cælum ut fornicem ſupra noſtra firmavit ca-
pita, qui terram hanc ſupra abyſſos fundavit, qui
indomitos maris fluctus tremendo & glorioſo ſuo
nomine mitigavit, qui denique de limo terræ for-
mavit hominem, & vigorem ei vitamque indidit;
ille, ille, inquam, unus nobis eſt colendus; Dii quip-
pe gentium dæmonia muta ſunt & inſenſibilia,
quemadmodum & ii qui adorationem illis cultum-
que exhibent.

3 Ταῦτα αὐτῆς ἀποφθεγξαμένης μετὰ πάσης παῤῥησίας, ἐκράτησαν αὐτῶν οἱ μιερεῖς b ἕλληνες, καὶ προσήγαγον Περινίῳ τῷ Ἀνθυπάτῳ. Ὁ δὲ ἰδὼν τὸ εὐχαρὲς καὶ πάγκαλον πρόσωπον τ' ὁράσεως αὐτῆς, προσάτει προσαχθῆναι αὐτῷ ἐγγυτέρως, καὶ λέγει αὐτῇ· Χαίρεις, θύγαλερ καθαρωτάτη· χαίρω ἐπί σοι ὅτι πεπαρχεῖς τοῖς αἰωνίοις θεοῖς, τὰ Σύμπαντα δημιουργήσασιν. Ἑλικονὶς λέγει· Καὶ τίνος ἕνεκεν χαίρεις, Ἀνθύπατε; οὐ γάρ ἐστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι, λέγει Κύριος· καὶ νῦν ἡ χαρά σου εἰς πένθος μεταβληθήτω, καὶ τὸ γαυρίωμά σου εἰς ἀσθένειαν. Ἐγὼ γὰρ πεπίστευκα τῷ ἐπουρανίῳ Θεῷ, καὶ γήθομαι ἐπὶ ταύτῃ τῇ εὐσόδῳ τ' ἀθλήσεως, τελείως δέξασθαι τ' νίκης τ' στέφανον ἐλπίζουσα. Περίνιος Ἀνθύπατος λέγει· Τίς λέγῃ, εἶπε Σωλόμως, καὶ μὴ βαπολόγει, ὡς μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν. Ἑλικονὶς λέγει· Ἐγὼ μὴν ἄφρων εἰμί, ἀλλὰ Σώφρων ἐν Χριστῷ τυγχάνω· εἰ δὲ τὸ ὄνομά μου ζητεῖς, Ἑλικονὶς λέγομαι. Περίνιος Ἀνθύπατος λέγει· Δικαίως c πρὸς τὴν ἀχρωμίαν c σου καὶ τὸ ὄνομά σου προσετέθη d Ἑλικονίς· d ἕλκη τιμωριῶν ἀκονῶσα κατὰ τ' Σώματός σου. Ἑλικονὶς λέγει· Ἐγὼ μὴν δικαίως ἐκλήθην e Ἑλικονὶς, ἕλος ἀητῶσα παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ f ἀκονῶσα βέλη καὶ τὰ πατρός σου τοῦ διαβόλου. Σὺ δὲ καὶ τὴν γνώμην κέκλησαι Περίνιος· f πειρόναν γὰρ ἐπυρίοις πύρινοι μέλλουσί σου τὸ ἄθλιον καὶ ἀσεβὲς Σῶμα καθέλκειν. Περίνιος λέγει· Σωτόμως εἶπε, Τί βούλει; θύειν ἢ ὄ; μὰ τὸν γὰρ Ἀσκληπιὸν, τ' ἐν θεοῖς ἰατρὸν, οὐ φείσομαί σου, ἐὰν μὴ πειθαρχήσῃς τοῖς προσάγμασι τῶν Βασιλέων. Ἑλικονὶς λέγει· Ἄκουε μετὰ παῤῥησίας· Χριστοῦ δούλη εἰμί· πρᾶτε ὃ θέλεις. Τίς γάρ ἐστιν Ἀσκληπιὸς, ἐγὼ ἀγνοῶ.

3 Hæc omnia voce libera dicentem, impii Gen-
tiles è veſtigio corripuerunt, atque ad Proconſulem *Quamob-*
Perinium adduxere. At ille, conſpecta inſigni vul- *rem com-*
tus ejus ac oris venuſtate, propius adduci juſſam hoc *prehenſa, &*
modo alloquitur: Bene tibi ſit, filia pulcherrima; *à Perinio*
non poſſum quin tibi gratuler, propterea quod de *fruſtra mo-*
noſtrorum Deorum, ſemper exiſtentium ac effi- *nitas.*
cientium omnia, veritate tibi perſuaſum ſit. Cui He-
liconis: Cujus, inquit, rei gratia, ô Proconſul, læta-
ris? non enim eſt gaudium impiis, dicit Dominus.
Sed & nunc quoque gaudium tuum convertatur in
luctum, & gloriatio tua in infirmitatem. Equidem
Deo ſupra omnes cælos exiſtenti fidem meam ob-
ſtrinxi: & nunc exulto animo propter hunc meum
in arenam & certamen ingreſſum, minime dubiam B
de victoriæ palma atque corona ſpem concipiens.
Tum Proconſul: Dic paucis, quomodo appellaris,
nec ſtolidarum more mulierum verba effunde in-
ania. Ego, reſpondit Heliconis, ſtolida aut amens
non ſum, ſed recte & ſecundum Chriſtum ſapio.
Quod ſi nomen meum cognoſcere deſideres
conidem ſcito me vocari. Ad quæ Perinius;
inquit, immerito tibi Heliconidi nomen est
tum, quæ ob inſignem iſtam tuam impude
ſuppliciorum plagas, in corpus tuum acce
Tunc Heliconis: Ego, ait, recte quidem Helico
vocor, propterea quod à Deo miſericordiam me-
cum fieri perpetuo flagitem, & tela adverſus Patrem
tuum Diabolum jacienda petam: aſt tibi Perinio
nomen è merito obtigit, cujus miſerum impiumque
corpus igniti cælitus unci trahent. Ac rurſum
Perinius: Paucis, inquit, abſolve. Quid ſtatuis?
Diiſne ſacrificare paras, an renuis? Per Æſculapium
quippe Deorum medicum juro, non parcam tibi,
ſi non in animum inducis Imperatorum edictis pa-
rere. Tunc Heliconis: Libere loquentem audi. Fa-
mula Chriſti ſum. Quod placuerit, hoc fac. Quis F
Æſculapius ille ſit, ego ſane, ignoro.

4 Τότε προσάτει σεχθλῶσαι βοοζύγιον, καὶ ἁπλωθλῶσαι τὴν Ἁγίαν προσέταξεν, καὶ τοὺς πόδας εἰς τὸ βοοζύγιον ἀσφαλισθλῶσαι, καὶ περνίζεσθαι αὐτῇ εὐτόνως, τόν τε κήρυκα βοᾶν, Πείθηται Ἑλικονὶς καὶ θῦσον τοῖς θεοῖς. Τυπτομένης δὲ αὐτῆς τ' πανσέμνου καὶ ἁγίας Μάρτυρος, τὸ αἷμα αὐτῆς τὴν γῆν ἐπλήρωσεν. Εἶτα προσάτει αὐτῇ ἀχθλῶσαι ἐπὶ τοῦ βήματος, καὶ λέγει αὐτῇ. Τί ἐστιν Ἑλικονίς; ὁρᾷς ὅτι ἡ ἀπείθειά σου δεινὰς τιμωρίας σοι προσάγει; Ἑλικονὶς λέγει· Οὐκ ἐμβλέπεις τοῖς τέλυφλωμένοις σου ὀφθαλμοῖς, ὅτι ὁ Χριστὸς πάρεστί καὶ βοηθεῖ μοι; Καὶ ὀργισθεὶς σφοδρότερον ὁ ἀνόσιος Περίνιος προσάτει σεχθλῶσαι τήγανον, καὶ ἐμβληθλῶσαι σὺν τῷ τηγάνῳ μόλιβδον καὶ ἄσφαλτον καὶ πίσσαν, καὶ ὑποκαλῶσαι ἐπὶ ὥρας τέσσαρας, ἵνα λυθέντος τοῦ μολίβδου καὶ ἀνακοχλωντος τῆσε πίσσης καὶ τοῦ ἀσφάλτου, οὕτως αὐτῷ χαλάσωσιν σὺν τῷ ζέματι τ' τηγάνου· καὶ γενομένης τ' κελεύσεως τοῦ ἀνόμου, προστάτει ῥιφλῶσαι αὐτῷ σὺν τῷ τηγάνῳ. Ἡ δὲ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ποιήσασα ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτῆς, εἰσῆλθεν εἰς τὸ τήγανον. Ἄγγελος δὲ Κυρίου ἐπιφανεὶς ἐδρόσισεν τ' λέβητα, καὶ ἐπήγαγεν ὕδωρ ἐκ τοῦ τηγάνου, ὥστε γενέσθαι τ' μόλιβδον καὶ τὴν πίσσαν

4 Tunc Proconſul jugum boum adduci, & *poſt alia*
ſanctam humi extenſam eidem pedibus alligari, *tormenta,*
plantaſque g vehementer cædi juſſit, præcone contí- g
nuo exclamante; Sine tibi, Heliconis, perſuaderi, &
Diis ſacrifica. Cum ergo glorioſa & ſancta Chriſti
Martyr atrociter ſane verberaretur, ſacro ejus ſan-
guine ſubjectum omne ſolum fuit impletum. Poſt
quæ ad aras Deorum adduci eam imperat atque ita
ait: Quid eſt, Heliconis? Jamne vides quantarum
tua tibi pervicacia pœnarum cauſa exiſtat? Cui He-
liconis: Non conſpicis tuis illis obcæcatis oculis,
quod ſua me Chriſtus præſentia & auxilio ſole-
tur? Quam ob vocem majori concitatus ira Pe-
rinius, ſartaginem afferri mandat, in eamque plum-
bum, bitumen & picem conjici, & quatuor hora-
rum ſpatio ſuccendi; ut liquefacto plumbo, & ſimul
cum pice ac bitumine bulliente ipſam in ferventem *in ſartagi-*
ſartaginem immitterent. Re omni ut impius man- *nem immiſſa*
darat parata, Heliconidem in ſartaginem jubet pro- *ſa, miraculo*
jici. At ipſa Crucis ſigno prius fronti impreſſo, in- *ſervatur.*
greſſa ſartaginem eſt. Ecce autem Angelus Domi-
ni derepente apparens, gratiſſimo rore lebetem per-

EX MS. FLOREN.

fudit,& talis ex ſartagine eductus eſt vapor,ut herbidum quoddam pratum,aqua ſupereffuſa plenum, eſſe videretur ; quidquid liquefacti in ea erat plumbi ac picis. His animadverſis Perinius ; Magnus enimvero, ajebat, præſtigiator eſt Chriſtus, qui ignem commutare valet in aquam. Cui Heliconis : Quam magni,dixit, putas ſunt Dii iſti cinericii,Jupiter & Æſculapius,quos vilis una muliercula pudore tanto afficit ?

Tormentis denuo aliis,

5 Quibus dictis in furorem verſus tyrannus,ſancti illius capitis, crines omnes abradi imperat,& ardentes binas candelas vertici ejus admoveri ; eodemque tormenti genere ubera ſanctæ Martyris à tortoribus aduri præcepit.Cumque in mediis ignibus conſtituta nullum doloris ſenſum Heliconis oſtenderet, ad tribunal ſuum eam juſſit aſcendere : ubi eam trium fere horarum ſpatio tentans emollire ; Accede, inquiebat, Filia pulcherrima ; & Diis invictis ſacrificare ne renue ; Veneri potiſſimum & Minervæ ; quod ſi feceris , Dianæ te Sacerdotem, & Senatoriis matronis parem efficiam ; columnam quoque auream,nomini tuo dicatam, media in urbe mandabo erigi , & Imperatoribus de te ſuggeram per litteras , quod ſis veluti mater totius urbis ;

B

at paulo poſt blandiziis & promiſſionibus tentatur.

Iſtud modo perſuaderi tibi ſinas, Diis ut ſacrifices. Hic vero B.Heliconis : Audi ſis,inquit , ô Proconſul. Honores tui ac promiſſiones tecum ſint in perniciem ac ruinam, non animæ modo , ſed tui etiam corporis ; munera tua ac pecunias hominibus morti deſtinatis,tui ſimilibus,per me licet elargiaris. Ego enim earum rerum expecto hereditatem , quas nec oculus vidit,nec auris audivit, & quæ in cor hominis numquam deſcenderunt. Ac Proconſul: Ne me, mulierum peſſima, contumeliis impete, ut non adverſus te conſurgam ; quin potius accepto thure & carnibus Deos exora , & ſacrificium iis rite perage. Tunc Heliconis ; Age, reſpondit, ô Proconſul, ad templum me jube deduci , ut Veneri & Minervæ, Jovi & Æſculapio rite ſacrificem. Lætus reſponſo Perinius , civitatis continuo præcones adeſſe, & non ſine feſtivis tripudiis , tubarum clangore , & lætis manuum plauſibus populum convocari,unguenta per vias diffundi, atque ita ab univerſa Gentilium multitudine ipſam ad templum deduci voluit.

Templum Idolorum ingreſſa

Deorum ſimulacra dejicit ac confringit.

6 Sancta ergo & immaculata Chriſti ovicula,templum ut fuit ingreſſa , Sacerdotes qui iſtic aderant, ſic eſt allocuta : Fores templi occludite, ne mecum quis ingrediatur,ut purum Diis ſacrificium offeram.

C

Paruere mandatis Sacerdotes , & ante occluſas fores ipſi conſtiterunt , præſtolantes dum ſacrificium Virgo ſancta perficeret. At illa , in templi ſe interiora inferens , arreptam Veneris ſtatuam in tres partes confregit : Minervam deinde aggreſſa, in ſolum eam averſam deturbavit , quæ in tenuiſſimas eſt arenas ſoluta. Æſculapium quoq; ex ara ſua protractum , manibus pedibuſque & capite truncavit, truncatumque humi ſtatuit. Jovem denique nihilo tractavit mitius. Quibus peractis, in medio ipſa templi conſidens, non exiguo temporis ſpatio meritas ſupremo Numini laudes detulit.Sacerdotum interim adminiſtri ac ipſi Sacerdotes , cum tantum elabi temporis animadverterent ; Quid rerum , inquiebant , in templo Heliconis tanto jam agit tempore ? Atque hic unus quiſpiam ex impiis Deorum ſacrificulis ; Audite,dixit,viri Corinthii. Peracti ab Heliconide ſacrificii ſuaviſſimam fragrantiam Dii noſtri benigne ſuſceperunt, ac eam ob rem hymnis & pulchris laudum carminibus Virgo proſequitur numina noſtra, immortalia & cælis ipſis ſublimiora. Sed cum diuturnum jam tempus præteriiſſet , confecto agmine in templum irrumpunt Gentiles , &

Quo animadverſo gentiles virginem ad mortem deposcunt.

ἁλῶ χλοῖρόρον πλῆρες τῷ ὕδαλῶ. Ταῦτα εἰδὼν ὁ Περίνιῶ λέγει · Μέγας γόης ὁ Χρισὸς, ὅτι τὸ πῦρ εἰς ὕδωρ μελέβαλεν. Ἑλικονὶς λέγει · Μεγάλοι ἢ τέρρινοι θεοὶ ϗ ὁ Ζεὺς καὶ ὁ Ἀσκληπιὸς, ὅτι εἰς εὐτελὲς γώαγον οὕτως καλῆσχώθησαν. INTERP. D. C. h

5 Ἐκμανὴς δὲ ὁ τύραννῶ, ἐκέλευσεν ξυρηθῶαι τοὺς πλοκάμους τ ἁγίας αὐτῆς κεφαλῆς, ϗ καυδήλας πυρὸς προσάπτειν τῇ κορυφῇ αὐτῆς · ἔπειτα δὲ ϗ τοῖς μαζοῖς αὐτῆς ἄλλας δύο καυδήλας προσάπτειν τοῖς διμίοις προσέταξεν. Καιομδήης δὲ τ Ἁγίας ϗ μὴ ἀδιανομδήης, ἐκέλευσεν προάγεθαι αὐτὴν ἐπὶ τὸ βήματῶ, ϗ συνθέτει αὐτὴν ἐπὶ ὥρας τρεῖς ὁ Ἀνθύπατῶ, λέγων · Δεῦρο, καλὴ θύγατερ, θῦσον ἀηδήτοις θεοῖς, μάλισα τῇ Ἀφροδίτῃ ϗ τῇ Ἀθίνᾷ, ϗ ποιήσω σε ἱέριοσαν τ Ἀρτέμιδῶ, καὶ Συγκάθεδρον τῶν Συγκλητικῶν γυναικῶν, ϗ κήλω χρυσῷ προσάξω ἀναςῶαι σὺν μέσῳ τ πόλεως ἐπὶ τῷ ὀνόμᾶτί σου, ϗ τοῖς βασιλεύουσιν ἀναφορὰς ἐκπέμψω περί σου ὡς γενέθαί σε ὡς μητέρα πάσης τ πόλεως · μόνον πειθῆσά μοι θῦσον τοῖς θεοῖς. Ἡ δὲ μακαρία Ἑλικονίς · Ἄκουσον Ἀνθύπατε. Ἡ τιμή σου ϗ αἱ ἐπαγγελίαι σου Σωί σοι ἔδωσαν εἰς ἀπόλειαν ϗ ὄλεθρον τ ψυχῆς ϗ τοῦ Σώματῶ, ϗ τὰ χρήματά σου καταβαλοῦ τοῖς ὁμοίοις σου νεκροφάγοις ἀνθρώποις · ἐγὼ γὰρ ἐκδέχομαι κληρονομῶ γενέθαι, ὧν ὀφθαλμὸς σὰρξ οὐκ εἶδεν ϗ οὖς σὰρξ οὐκ ἤκουσεν, ϗ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου σὰρξ οὐκ ἀνέβη. Περίνιῶ Ἀνθύπατῶ ἔφη · Μὴ ὕβριζέ με κακὴ κεφαλή, μήπως οὐ Σωοίσει σοι· ἀλλ' ἀφαμδήν τοῦ λιβάνου ϗ τοῦ κρεῶν, ἔξον καὶ θῦσον τοῖς θεοῖς. Ἑλικονὶς λέγει · Πρόσεξόν με, Ἀνθύπατε εἰσελθοῦσαν εἰς τ ναὸν θῦσαι τῇ Ἀφροδίτῃ, ϗ τῇ Ἀθίνᾷ, ϗ τῷ Διΐ, ϗ Ἀσκληπιῷ. Καὶ περιχαρὴς γενόμδῶ Ἀνθύπατῶ ἐκέλευσεν παραγενέθαι τοὺς ὑπηφωνίας τ πόλεως, ϗ μετὰ χορῶν ϗ Σαλπίγγων ϗ χρότου χειρῶν προάγειν τ δῆμον, μύρα τε περιῤῥαίνειν κατὰ τὴν ὁδὸν, ϗ ὕτως αὐτὴν προσάγειν ἐπὶ τ ναὸν πᾶν τὸ πλῆθῶ τοῦ ἑλλήνων προσέταξεν.

6 Ἡ δὲ ἁγία ϗ ἄσπιλῶ ἀμνὰς τοῦ Κυρίου παραγίνεται ἐν τῷ ναῷ, ϗ λέγει τοῖς ἱερεῦσιν · Ἀσφαλίσατε τὰς πύλας, μηδεὶς εἰσπορευέθω μετ' ἐμοῦ, ὅπως εἰλικρινῆ θυσίαν προσαγάγω αὐτοῖς. Οἱ δὲ ἱερεῖς ἠσφαλίσαντο τὰς θύρας, ϗ παρεισήκησαν ἔξω, προσδοκῶντες θύειν τὴν Ἁγίαν. Ἡ δὲ εἰσελθοῦσα ἔνδον ϗ ὁπλαβομδήη τ Ἀφροδίτης, τρίκλασον αὐτὴν ἐποίησεν · ἔπειτα προσελθοῦσα τῇ Ἀθίνᾷ, ἔῤῥιψεν εἰς τὰ ὀπίσω, ϗ ἐγένετο ὡσεὶ ψάμμῶ λεπτή · τ δὲ Ἀσκληπιὸν καθεῖλεν ἐκ τοῦ βαθμοῦ, ϗ ἀφεῖλεν τὰς χεῖρας ϗ τοὺς πόδας ϗ τὴν κεφαλὴν, ϗ ἔθηκεν αὐτὸν χαμαί · ὁμοίως ϗ τ Δία ὡσαύτως · ϗ ἐκάθετο ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ ἐπὶ ὥρας πολλὰς δοξάσασα τ Θεόν. Μετὰ δὲ τὸ παρελθεῖν ὥρας ἱκανὰς, διελογίζοντο οἱ δῆλοι μετὰ τῶν ἱερέων, τὸ τί ποιεῖ ἔνδον ἡ ἁγία Ἑλικονίς. Εἷς δέ τις τῶν μιερέων λέγει · Ἀκούσαλε ἄνδρες Κορίνθιοι, οἱ θεοὶ ὠσφράνθησαν ὁσμὴν εὐωδίας ἐκ τ θυσίας αὐτῆς, ϗ τότε χάριν ἔνδον τυγχάνῃ ὑμνολογοῦσα ϗ δοξάζουσα τοὺς ἀθανάτους ϗ ἐπουρανίους Θεούς. Πολλῆς δὲ ὥρας διαγενομδήης εἰσῆλθεν παμπληθὶ οἱ ἑλλῆνες, ϗ θεωρῶσιν τὴν ἁγίαν καθημδήὴν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ ὡσεὶ νύμφην χρισοῦ, ϗ τοὺς Θεοὺς χαμαὶ κειμδήους · ϗ ἤρξαντο οἱ ἱερεῖς τίλλειν τὰς τρίχας ἑαυτῶν, ϗ μαχαίρας δισόμοις ἔτεμνον τὰ μέλη αὐτῶν ἐπὶ τῷ Συμβεβηκότι · καὶ κρατήσαντες αὐτὴν ἔσυρον ἔξω τοῦ ναοῦ, ϗ προσήγαγον

INTERP. D. C.

γαγον τῷ Ἀνθυπάθῳ, χράζοντες καὶ λέγοντες· Αἶρε τὴν μάγον, ἆρε τὴν φαρμακὸν, τὴν τοὺς θεοὺς συγκλάσασαν, καὶ τὰς θυσίας μὴ προσκομίσασαν. Κελεύει οὖν ἀπ' αὐτῆς ὁ Ἀνθύπατος τοὺς μαζοὺς αὐτῆς κοπῆναι, καὶ βληθῆναι αὐτὴν εἰς τὴν φυλακὴν ἐπάνω· Τῇ ἐξῆς δικασίμῳ ἀποδώσω σοι τὴν πρᾶξεων τὰς ἀμοιβάς.

sanctam quidem Virginem, Chriſti ſponſam, aræ inſidentem; Deos vero ſuos humi dejectos conſpiciunt. Tum Sacerdotes evellere ſibi crines, & utrimque acutis cultris membra ſua concidere cœperunt, propter id quod acciderat. Arreptam inde Chriſti Martyrem è templo furioſe protrahunt, & ſiſtunt ante Proconſulem, magnis vocibus ſuccl.mantes; Hanc è medio magam, hanc è medio veneficam tolle, quæ & Deos noſtros impie confregit, & promiſſum ſacrificium minime obtulit. Ubera igitur illi præcidi, & in carcerem detrudi imperat; Proxima, inquiens, judiciali die reddam tibi retributionem tuorum operum. EX MSS FLORENT.

ANNOTATA.

a *Græce* Φλαύιοι, *quod non accipi ab auctore eo ſenſu, quo Conſtantinus ejuſque progenitores ac poſteri* Flavii *nomen, ut familiæ proprium, uſurparunt, tum infra ſuadetur num.* 10, *ubi* Flavii *titulum* Juſtinus Proconſul, *uſurpat, ſicuti aliquis vocaretur* Illuſtris; *tum ex ipſis quibus illud hic tribuitur Imperatoribus, quos* Flaviæ gentis *non fuiſſe ſatis eſt certum. Volui igitur, ne in ipſo limine Lector offenderet, uſurpare titulum* Pii, *Romanis Imperatoribus uſitatiſſimi, qui cum Græce reddatur* Εὐλαβής, *facile iiſdem Græcis dari occaſio potuit, nomen* Flavii, *poſterioribus ſeculis illuſtriſſimi, licet aliam prorſus originem habentis, in eo ſenſu aſſumendi & uſurpandi. Interim vel ex hoc ipſo patet* Gordiani & Philippi *Imperatorum temporibus non vixiſſe horum Actorum auctorum.*

b Μιερὸς *uſurpari videtur tamquam* μιαρὸς, *niſi malis compoſitionem privativam agnoſcere, ut ſit, velut* μὴ ἱερὸς, profanus. *Ita rurſum, idem epitheton num.* 6 *uſurpatur.*

c Ἀχρωμίαν *alibi necdum legi* ἄχρωμος *tamen* impudens *eſt, quaſi* neſciens colore tingi, *id eſt* erubeſcere, *ſive* erubeſcentiæ expers.

d *Alluſio eſt ad vocem, Græcam* ἕλκος, ulcus, tuber, plaga.

e ἀκονῶσαι *verti, tamquam ſi eſſet,* ἀκονέειν, *jaculari ab eadem radice unde Græcis* ἄκων *&* ἀκόντιον jaculum.

f *Rurſum alia alluſio hæc eſt ad vocem Græcam* περόνη fibula, acicula.

g *Græce* περονίζειν, *quod communiter quidem ſignificat* ſupplantare; *hic autem, ut apparet,* ſub plantis cedere, *quo caſtigationis genere nihil etiam hodie toto Oriente, à Turcis uſque ad Sinas, uſitatius: quem in finem rei humo ſtrati corpus (ut hic Heliconidi factum) ſupinum extenditur, & divaricati pedes alicui ligno alligantur: in eum autem finem hic* bovinum jugum *adhiberi dicitur, aptiſſimum ſane inſtrumentum. Nam ſi jugo tali, ſupra terram poſito, pedes reorum alliges ea parte, qua illud utrimque arcuatur ut bovinis cervicibus quadret, elevata ſpatio juſto à terra planta utrimque liberis ictibus patebunt, ſic ut in ipſum cui alligantur jugum non cadant neque infringantur ictus. Ceterum, quia aliunde non ſcitur ſupplicium hoc in uſu Romanis fuiſſe, magis ſuſpecta narratio fit.*

h ἀπὸ φοῦς cinis, πόφεινος, *alibi tamen id necdum legi ſed* πόφεως cinereus.

i Ἀναφορὰς ἐκπέμπειν, *intelligo* relationem mittere: *nec enim ex pluribus, quæ huic voci* ἀναφορὰ *aptantur ſignificationibus, metaphoricis ferme omnibus, ulla eſt in rem præſentem aptior quam hæc, & accommodatior primigenia ac litterali onomatopœa ab* ἀναφέρω refero.

CAPUT II.

Tormenta ac mors S. Heliconidis ſub Iuſtino.

7 Μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας ἦλθεν διάδοχος τοῦ Περινίου, ἕτερος υἱὸς τοῦ διαβόλου, δεινότερος καὶ ὠμότερος, ὀνόματι Ἰουῖνος· καὶ ἀναγνωσθέντων τῶν ὑπομνημάτων τῆς ἁγίας Ἑλικονίδος, ἐξαλέπαινεν ὁ τύραννος. Προκαθίσας δὲ ἐν μέσῳ τῆς πόλεως προσάγει αὐτῇ καὶ λέγει· Εἰπέ, πάντολμε καὶ μιαρὰ καὶ κακὴ κεφαλή, τίνος ἕνεκα τὰ ἱδρύματα τῶν θεῶν καθεῖλες; Μὰ τὴν Ἀδρασείαν, τὴν ἐπ' ἀνθρώποις, οὐ μὴ ἐκφεύξῃ τὰς χεῖράς μου. Ἡ δὲ ἁγία Ἑλικονὶς λέγει· Ἄκουσον Ἀνθύπατε· Θεὸς ἐκδικήσεως Κύριος, θεὸς ἀπροσδεὴς, χρήζων τὴν τῶν ἀνθρώπων Σωτηρίαν· οἱ οὖν θεοί σου, Ἀνθύπατε, μὴ ἐνεγκόντες τὴν τῆς χρισοῦ μου παρουσίαν, πεσόντες Συνετρίβησαν, δαιμόνια καὶ κωφάλαλα τυγχάνοντα, ἀναίσθητα καὶ κωφά. Ἰουῖνος Ἀνθύπατος λέγει· Ἡ μὲν προτέρα σου τόλμη εἰκότως Συγχωρηθήσεται, εἴγε ἐκ τοῦ λοιποῦ προσέλθῃς καὶ θύσῃς τοῖς θεοῖς· εἰ δὲ μήγε, καὶ τὴν προτέραν σου τόλμαν ἐν βασάνοις ἐκδικήσω, καὶ τὰ μέλη σου τοῖς κυσὶ παραρρίψω. Ἑλικονὶς λέγει· Παῦσαι, ἄχρωμε, πεφίμωσο κύων, παῦσαι λιμεὼν, πεφίμωσο βόρβορε δυσώδη· ὃ θέλεις πρᾶξαι, ἕτοιμός εἰμι ἀπανίστην σοι πρὸς πάσας τὰς βασάνους τὰς ἀπαγομένας μοι. Τότε ἐκέλευσεν ὁ Ἀνθύπατος Ἰουῖνος ἐκκαῦσαι κάμινον ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς, καὶ

7 Elapſis autem quinque diebus, Perinio datus eſt in provinciam ſucceſſor, diaboli ſimiliter filius, & prædeceſſore ſuo deterior ferociorque: Juſtino nomen erat. Ad hunc, ut quæ circa Heliconidem facta erant, retulerunt; graviter ſane in illam commotus eſt tyrannus; erectoque in urbe media tribunali, ipſam coram ſe ſiſti imperat: quam, ut adfuit, ita compellat: Dic age, audaciſſima impiiſſimaque mulier, quis te furor ad ſtatuas Deorum confringendas impulit? per Nemeſim juro, quæ facta mortalium penſat, è manibus meis numquam elaberis. Ad quem Heliconis; Audi ait, Proconſul, Deus ultionum Dominus, & nullius indigens, deſiderans ſalutem hominum. Tui igitur Dii, Proconſul, cum Chriſti mei præſentiam ſuſtinere ulterius haud poſſent, in ſolum tandem prolapſi, fruſtatim comminuti ſunt, utpote dæmonia inſenſata & muta. Hæc tua, dixit Proconſul, prima eſt audacia, quam tamen venia dignabor, ſi ad Deos deinceps colendos accedere non detrectaveris. Sin minus, & hoc primum audaciæ tuæ ſpecimen dignis coërcebo ſuppliciis, & membra tua canibus devoranda projiciam. Cui Heliconis; Tace ſis, ajebat, impudens; obmuteſce, canis; deſine, pernicies hominum; ne muti, ſordide atque impure homuncio. Quidquid viſum fuerit, age, in medium affer: ecce me paratiſſimam ut ſuppliciis tuis ac tormentis ultro ac ſponte me offeram. Tunc Proconſul Juſtinus fornacem accendi *Heliconis à Iuſtino ob confractos Deos objurgata intrepide reſpondet,*

EX BIS. FLOREN.

cendi per tres omnino dies, & Sanctam Martyrem immitti in eam jussit. Tribus igitur diebus succensa fornax nil nisi horrendæ cujusdam flammæ speciem referebat, quando in eam tyranni jussu conjecta est Heliconis, signo Crucis jam ante præmunita: fornax autem igne candescens, quasi concameratum quoddam conclave, atque ipsa etiam flamma in modum firmi parietis, Virginem circumstetit. Hæc interim medio in igne consistens, ovicula veluti aut columba immaculata, suas in cælum manus extendens ita psallebat: Si per ignem transiero, flamma non nocebit mihi: transivi per ignem & flammam, & eduxisti me in refrigerium. Domine Jesu Christe, qui in Babylonicam quondam fornacem descendisti, & trium puerorum flammas quodam quasi rore temperasti; Tu, Domine, idem ipse es, qui fornacis hujus flammâ, non secus ac firmo pariete, me cinxisti, & candentis fumi ambitum concameratum mihi voluisti esse fornicem, ac me denique ipsam spiritus tui divini animasti virtute. Benedictum sit & gloriosum nomen tuum altissimum idemque sanctissimum, nunc & in omnia secula. Amen. Cum hoc modo Heliconis orasset, flamma repente è fornace prosiliens, quos propius adstantes reperit, persecuta est, & correptos aspersit. ita ut septuaginta omnino interierint.

Inardentem fornacem conjecta, divinitus illæsa permanet.

B

Lecto deinde æneo imposita igne subjecto torquetur.

8 Tunc imperavit Justinus, ut è fornace Sancta educeretur, eamque ipse sic est allocutus: Die, quibus tandem præstigiis ignium ac flammarum vires frangere potuisti? Cui Heliconis: Christus, quem tu minime vides, præsens mihi adfuit, fornacem temperavit, & talem mihi potestatem contulit. Exinde Proconsulis jussu in medium adductus est lectus æneus, in eumque subjecto igne jam candentem conjecta Heliconis. Cum igitur super lectum illum extensa jaceret Christi Martyr, tantum ex ejus corpore in subjectum ignem effluxit sanguinis, ut eum plane extinxerit. Quamobrem continuo è lecto æneo ad carcerem reducta est Sancta. In hunc ut fuit detrusa, laudis Deo confessionem hoc modo persolvit: Jesu virtus ac fortitudo nostra, Jesu gloriatio, & nostra ô Christe spes, auxilio mihi nunc adsis; & vulneribus meis, ô medice pulcherrime, adhibe medicinam, qui sponte & gratis adjuvas in te spem suam reponentes. Ita cum Heliconis precaretur, ingenti gloria multaque luce conspicuus Salvator apparuit, à dextra lævaque comitantibus eum Michaële & Gabriële. Propiusque ad Virginem ut accessit, manum illi porrexit & ait. Assurge in pedes, & roborare: ego tecum sum, qui tui miserebor, & vulnera tibi inflicta divina mea virtute sanabo. Erecta in pedes Martyr, ac deinde in faciem solo se prosternens, Deum adoravit, dixitque: Veni Jesu, & sana me. Veni Jesu & salva me. Da victoriam adversus hostē, ut eo prostrato in aulam sanctam tuam non sine hymnis & canticis exultationis gloriosa ingrediar. Tum sic ad eam Salvator: Macte, filia, macte animo. Ego ipse sum qui sano te, qui tuam in me recipio infirmitatem, qui denique coronam tibi immortalitatis in regno cælorum confero. Quo dicto optimus Salvator in cælos denuo abiit. Atque ecce confestim accesserunt Angeli, obsequium suum Virgini sanctæ exhibituri, cui quem manibus ferebant panem, solis instar lucidissimum, porrexerunt. Accepto è manibus Angelorum quem dixi pane, viribus refecta est Heliconis, & facies ejus ut sol resplenduit, sed & sacrum ejus corpus candidum factum est ut nix. Tum ita oravit: Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum deprecata sum: quondam panem cæli dedit mihi, & panem Angelorum ego peccatrix comedi. Quapropter sanctissimum Patris & Filii &

In carcerem retrusa, cæleſti visione recreatur,

C

& sancta, novum cælitus robur accipit.

βληθῶμ τῷ Ἁγίαν ἐν μέσῳ τ κᾶμίνυ, καὶ ἐκάη ἡ κάμινος ἑως τριῶν ἡμερῶν, καὶ ἐγένετο ὡσεὶ φλὸξ πυρός· καὶ προσάπτει ῥιφθῶμ αὐτῷ ἐν τῇ καμίνῳ. Ἡ δὲ τὸ Σημεῖον τ̃ σταυροῦ ποιήσασα, ἐρρίψη ἐν φλογὶ τ̃ καμίνυ, καὶ ἐγένετο ἡ πυρὰ τ καμίνυ ὡσεὶ καμάρα, καὶ περιεκύκλωσεν τῷ Ἁγίαν ὡσεὶ τεῖχος ἡ φλὸξ· καὶ ἔστηκεν ἡ ἁγία ἀμνὰς ἄσπιλος, ὡς περισερὰ τὰς χεῖρας ἐκτεταχυῖα ἄνω, ἔψαλλεν λέγυσα· Κἂν διὰ πυρὸς διέλθω, ἡ φλὸξ οὐ καῦσαι με· διῆλθον διὰ πυρὸς καὶ φλογὸς, καὶ ἐξήγαγές με εἰς ἀναψυχήν. Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ κατελθὼν ἐπὶ τ Βαβυλωνίας καμίνυ, καὶ δροσίσας τῷ κάμινον ἐπὶ τ̃ τριῶν παίδων· ὁ αὐτὸς εἶ, Κύριε, καὶ τῷ φλόγα τ̃ πυρὸς τ καμίνυ ταύτης περιεκύκλωσάς με ὡσεὶ τεῖχος, καὶ ἐσπείωσας ὡς καμάραν, καὶ ἐθαρσοποίησάς με ἐν τῇ δυνάμει τ̃ ἁγίυ Πνεύματος. Εὐλογημένον καὶ εὐδοξασμένον τὸ πάνλιμον καὶ ἅγιον ὄνομά συ, νυῦ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Μετὰ δὲ τὸ προσεύξασθαι αὐτῷ, ἐξεπήδησεν ἐκ τ καμίνυ ἡ φλὸξ, καὶ διέδευσεν καὶ ἐνέπασεν ὡς εὗρε περὶ τῷ κάμινον κύκλῳ, ὥστε τελευτῆσαι ψυχὰς ἑβδομήκοντα.

INTERP. D. C.

E

8 Τότε προσάπτει ὁ Ἰυστῖνος ἐκβληθῶμαι αὐτῷ ἐκ τ καμίνυ, καὶ λέγει πρὸς αὐτόν. Ποίαις γοητείαις τῷ φλόγα τ̃ πυρὸς ἡμαύρωσας; Ἑλικονὶς λέγει· Ὁ Χριστὸς, ὃν Σὺ οὐχ ὁρᾷς, αὐτὸς παραγενόμενος ἐδροσοποίησεν τῷ κάμινον, καὶ μὲ ἐνεδυνάμωσεν. Τότε κελεύει ἐκβληθῆναι χράβατον χαλκῦν, καὶ ἐκκαλῶμαι αὐτὸν καὶ ὑπτιωθῆσαν τηγανίζεσθαι. Ἀπλωθέσης δὲ αὐτ̃ ἐπὶ τ̃ χραβάτ̃, τὸ αἷμα αὐτ̃ περιέῤῥευσεν ἐπὶ τ ἀνθρακιᾶς, ὥστε ἐκ τ̃ σαλαγμ̃ τ̃ αἵματος σβέννυσθαι τῷ πυράν. Τότε προσάπτει ἀρθῶμαι αὐτῷ ἀπὸ τ̃ χραβάτ̃, καὶ βληθῶμαι αὐτῷ ἐν τῇ φυλακῇ. Ἐπήχθη δὲ ἡ ὁσία Μάρκυς ἐν τῇ ἀρχῇ, καὶ ἰῶ δοξάσυσα τ Θεὸν καὶ λέγυσα· Ἰησοῦ, ἡ δυνάμις ἡμ̃, Ἰησοῦ τὸ καύχημα, Χριστὲ ἡ ἐλπὶς ἡμ̃, ἐνίσχυσόν μοι καὶ βοήθησόν με, καὶ τὸ ἄλγος τ̃ τραυμάτων μυ ἴασον ὁ καλὸς ἰατρὸς, ὁ δωρεὰν ἰώμεν τοὺς ἐλπίζοντας ἐπί σοι. Ταῦτα αὐτ̃ προσευχομένης παραγίνεται ὁ Σωτὴρ, μετὰ δόξης καὶ φωτὸς μεγάλυ, καὶ ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων Μιχαὴλ καὶ Γαβριὴλ, καὶ ἐλθὼν ἐγγισε τ̃ Ἁγίας, ἔδωκεν αὐτῇ χεῖρα, καὶ λέγει αὐτῇ. Ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας συ, καὶ ἐνίσχυθηι, ἐγὼ γάρ εἰμι μετά συ, καὶ ἐλεήσω σε, καὶ ἰάσομαι τὰς πλήγας τὰς ἐπαγομένας σοι. Ἡ δὲ Ἁγία ἀνασᾶσα προσεκύνησεν ἐπὶ πρόσωπον λέγυσα· Ἐλθὲ, Ἰησοῦ, εἰς τῷ ἰασίν μυ· ἐλθὲ Ἰησοῦ, εἰς τὸ Σῶσαί με· δός μοι τὸ νῖκος καλὰ τῷ ἐχθρ̃· ὅπως νικηφόρος γενομένα, εἰσέλθω εἰς τὰς αὐλάς συ ἐν ὕμνοις καὶ φωναῖς ἀγαλλιάσεως. Καὶ λέγει αὐτῇ ὁ Σωτὴρ· Θάρσει, θύγατερ, θάρσει ἐπὶ τῷ ὀνόματί μυ· ἐγώ εἰμι ὁ ἰώμενός σε, καὶ ἀντιλαμβανόμενος τ̃ ἀδενείας συ, καὶ δωρούμενός σοι στέφανον ἀφθαρσίας ἐν τῇ βασιλείᾳ τ̃ οὐρανῶν· καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ Σωτὴρ ἀνῆλθεν εἰς τοὺς οὐρανούς. Καὶ ἰδοὺ Ἄγγελοι προσῆλθον καὶ διηκόνυν αὐτῇ, ἐχοντες μετὰ χεῖρας ἄρτον λαμπρότερον τ̃ ἡλίυ, καὶ ἔδωκαν αὐτῇ. Ἡ δὲ λαβῦσα ἐκ χειρὸς τ̃ Ἀγγέλων τῷ τροφῷ ἐνίσχυσεν, καὶ ἔλαμψεν τὸ πρόσωπον αὐτ̃ ὡς ὁ ἥλιος, τὸ δὲ Σῶμα αὐτ̃ ἐγένετο λευκὸν ὡσεὶ χιὼν, καὶ ἔψαλλεν λέγυσα· Φωνῇ μυ πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, φωνῇ μυ πρὸς Κύριον ἐδεήθην, ὅτι ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκέ μοι, καὶ ἄρτον Ἀγγέλων βέβρωκα ἐγὼ ἡ ἁμαρτωλὸς, αἰνῶ, ὑμνῶ, δοξάζω, εὐχαριστῶ, ὑπεριψῶ τὸ ἅγιον ὄνομα

τ̃

τῦ Πατρὸς καὶ τ̃ Υἱῦ καὶ τ̃ ἁγίυ Πνεύματος, νυῖ καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τ̃ν αἰώνων, ἀμήν.

INTERP. D. C.

9 Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐκέλευσεν ἐκβληθῆναι αὐτῷ ὁ ἀνόσιος Ἰουστῖνος ἐκ τ̃ φυλακ̃ς, καὶ προσελθεῖν ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ ὡς μόνον εἶδεν τὸ ἔνδοξον τ̃ ὁράσεως αὐτ̃ς, ἐκπλησσόμενος γενόμενος λέγει αὐτῇ· Ὦ μαγικὴ τέχνη τ̃ ἐσταυρωμένυ! μέχρι πο῀υ ἔφθασεν; Ἡ δὲ ἁγία Ἑλικονὶς λέγει· Ὦ τύφλωσις καρδίας! πῶς ἠμαυρώθης ὑπὸ τ̃ πατρός συ τ̃ διαβόλυ; αἰσχύνθητι ἀναδέσατε τύραννε, καὶ παῦσε βλασφημῶν δαίμων ἐνοικῆσαι, ἀγανακτεῖ γὰρ ὁ φορέσας σε Σατανᾶς τῷ δυνάμει τ̃ Χριστ̃, καὶ προσάπτει Οὐαλέριον καὶ Τερεντιανὸν ἑτοιμάσαι τῷ αὔριον ἐν μέσῳ τ̃ θεάτρυ, ὅπως τῇ ἐπαύριον θηριομαχήσῃ ἡ Ὁσιομάρτυς, προσέταξεν δὲ ἑτοιμάσαι λέοντας Σαρκοφάγους καὶ ἄρκτους καὶ παρδάλεις, ὅπως δι' αὐτ̃ν ἀναλώσῃ τῷ ἀμνάδα τ̃ Χριστ̃. Οὐαλέριος καὶ Τερεντιανὸς οἱ ἀριναρχαι b λέγουσιν τῷ Ἀνθυπάτῳ· Δεόμεθα τ̃ σ̃ς λαμπρότητος. Ἔχομεν δύο λέοντας Σαρκοφάγους, καὶ ἰδοὺ ἡμέραι τρεῖς, νηστεῖς ἐστιν καθειργμένοι ἐν τῇ γαλεάκρᾳ· ἐκείνοις παραρρίψομεν αὐτῷ καὶ ἀνωλέθρους αὐτῷ ἀφύσσης ὡσεὶ ἀκρίδα. Καὶ ἐπέστρεψεν ὁ Ἀνθύπατος μετὰ πολλ̃ς χαρᾶς· τῇ δὲ ἐπαύριον προσέταξεν κηρυχθῆναι ἐν τῇ πόλει, ὅπως συνέλθωσιν ἅπας τὸ πλ̃θος τ̃ν ἐθνῶν εἰς τὸ κυνήγιον, καὶ θεάσωνται τῷ ἀπόλειαν τ̃ Ἁγίας. Προκαθίσας δὲ ἐν τῷ θεάτρῳ ὁ Ἀνθύπατος, καὶ τ̃ δήμυ πληρώσαντος τὸ θέατρον, ἐκέλευσεν ἐπαπολυθῆναι αὐτῇ τοὺς λέοντας. Ἀνεῴχθησαν δὲ αἱ γαλεάκραι, καὶ ἐξῆλθον οἱ λέοντες βρύχοντες, καὶ ἐκύκλωσαν τῷ ἁγίαν Ἑλικονίδα, καὶ ἔλειχον τ̃ν πόδας αὐτ̃ς. Ὅθεν ἰδόντες οἱ ἔθνη ἔκραξαν λέγοντες· Φαρμακός ἐστιν ἡ ἀνοσία αὕτη, ὅτι οἱ λέοντες οὐχ ἥψαντο αὐτ̃ς. Τούτων δὲ κραζόντων καὶ φωνὰς ἀπολυόντων, Ἆρε τῷ γόητα, ἆρε τῷ μιαρὰν, τῷ καὶ τοὺς ἀρχίους θῆρας χαλινώσασαν· Ἐξεπήδησαν οἱ λέοντες, καὶ ἀνεῖλον τ̃ ἔθνων ψυχὰς ἑκατὸν εἴκοσι. Καὶ ἔκφοβος γενόμενος ὁ Ἀνθύπατος, ἔφυγεν μετὰ τ̃ τάξεως εἰς τὸ πραιτώριον, καὶ πᾶσα ἡ πόλις ἐπλ̃ρη ἐπὶ τῷ τρισμῷ τ̃ν λεόντων.

9 Poſtero die Heliconidem è carcere educi, & ad tribunal ſuum impius Juſtinus ſiſti mandavit. Utque inſignem vultus ejus ſplendorem conſpexit, ſtupore extra ſe abreptus, ait: O magiam Crucifixi! quouſque ea pervenit! Ad quam tyranni vocem S. Heliconis, O ingens, inquit, mentis tuæ cæcitas! quantis à Patre tuo Diabolo tenebris es involutus! Erubeſce, tyranne turpiſſime; ceſſa à blaphemiis, corporate dæmon: qui enim in te verſatur ſatanas, virtutem Chriſti potentiamque ferre nequit. At tyrannus imperat Valerio & Terentiano ut medio in theatro ludum ſibi fieri curent; & die ſequenti cum feris committatur ſancta Martyr: mandat autem parari ſæviſſimos leones, urſos, ac pardos, quorum dentibus innocens Chriſti ovicula diſcerpatur. Valerius vero ac Terentianus campi arenarii Præfecti, ita Proconſulem ſunt allocuti: Bona tua pace, Illuſtris Proconſul, Habemus carnivoros leones duos voraciſſimos, qui tertio inſuper jam die jejuni ſuis coërcentur caveis: his, ſi videtur, illam objiciemus, à quibus mox tamquam locuſta exigua devorabitur. Diſceſſit ergo cum gaudio Proconſul, die vero ſequenti per univerſam urbem præconis voce denuntiari jubet, ut omnis Gentilium multitudo ad Circum venatorium confluat, certiſſimum Sanctæ ſpectatura exitium. Sedente igitur in theatro Proconſule, & cuncto populo ad ſpectaculum intento, imperatum fuit ut in Heliconidem immitterentur leones. Apertis itaque caveis magno cum rugitu in arenam proſilierunt belluæ, quæ Heliconidem circumſteterunt innoxiæ, ac pedes ejus lambere pariter cœperunt. Quo viſo omnis populus magnis vocibus clamavit: Venefica certe eſt impia illa mulier; nam & leones ipſam attingere non ſunt auſi. Cumque inclamare omnes pergerent; Tolle è vivis præſtigiatricem, tolle nefariam, quæ ferociſſimas etiam belluas artibus ſuis novit domare; exilierunt leones, atque ex Gentilibus centum omnino & viginti diſcerpſerunt. Tunc conſternatus metu Proconſul cum ſatellitio ſuo univerſo fugam ad prætorium arripuit, quin & cuncta civitas leonum rugitu exterrita eſt.

Ex MS. Flori N.

Juſtino iterum ſiſtitur,

Quæ S. Martyri noxam non inferunt.

10 Οἱ δὲ ἀριναρχαι μόλις ὀψὲ ποτὲ καθείρξαντες τοὺς λέοντας ἐν ταῖς γαλεάκραις, κελεύει ἐξ αὐτ̃ς ἀχθῆναι αὐτῷ ἐπὶ τὸ βήματος, καὶ λέγει αὐτῇ, Θύεις, ἢ δίδωμι καιρόν σε τῷ ἀπόφασιν; Ἑλικονὶς λέγει· Θαυμάζω ὅτι χρῶμα ἔχεις ἀναιδὲς καὶ σὺν αἰδάνῃ τὰς δυνάμεις τ̃ Χριστ̃, οὗ δούλη καὶ ἥμην, καὶ εἰμί, καὶ ἔσομαι· ὡς βούλει ἀπόφηναι. Φλάβιος Ἰουστῖνος ὁ λαμπρότατος Ἀνθύπατος λέγει· Ἑλικονίδα τῷ μάγον, τῷ τοὺς αἰωνίως θεοὺς συγκλάσασαν, καὶ τοῖς νόμοις τ̃ν Βασιλέων μὴ ἐμμείνασαν, ταύτῃ προστάττει τὸ ἡμέτερον δικαστήριον ξίφει τῷ κεφαλῷ ἀποτμηθῆναι. Καὶ εὐθέως ἐξηνέχθη ἡ Ὁσία ἔξω τ̃ πόλεως, καὶ ἐκτείνασα τὰς χεῖρας προσηύξατο λέγουσα· Δεῦρο, Χριστὲ, πλήρωσον τὰς ἀψευδεῖς σε ἐπαγγελίας, συγκαταρίθμησόν με μετὰ τ̃ν ἁγίων καὶ ἐκλεκτ̃ν ἀμνάδων συ, Σάρρας τ̃ Ἀβραμιαίας, Ῥεβέκκας, Ῥαχὴλ, Λίας, Σωσάννης, τ̃ ἁγίας κατὰ σάρκα σε μητρὸς Μαρίας, Μάρθης, Μαρίας, Ἄννης, Ἐλισαβὲθ, Θέκλης, καὶ δός μοι μετ' αὐτ̃ν διαναπαύεσθαι εἰς τοὺς ἀκηράτους αἰῶνας. Καὶ ἦλθεν αὐτῇ φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ λέγουσα· Δεῦρο, θύγατερ, ὁ στέφανός σοι ἡτοίμασται, ὁ θρόνος σοι κατηρτίσθαι, οἱ ἄγγελοι ἀναμένουσιν τῷ σῷ εἴσοδον τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ταύτης δὲ τ̃ φωνῆς ἐπακούσης, προσῆλθεν εἷς τ̃ν δημίων, καὶ ἔκρουσεν αὐτῷ τῇ σπάθῃ, καὶ ὕστως ἀπέ-

10 At arenæ curatores, cum vix etiam ſero veſpere in caveas ſuas coëgiſſent leones, juſſa eſt à Proconſule Heliconis ad tribunal adduci; quam, ut coram adſtitit, ſic eſt affatus: Sacrifica, vel è veſtigio mortis in te ſententiam pronuntio. Cui Heliconis; Miror equidem, ait, quod frontem habeas tam impudentē, ut Chriſti potentiam nondum etiam agnoſcas, cujus ego famula ſemper fui, & modo ſum, ac in æternum ero. Morti me ut lubet adjudica. Tum Flavius Juſtinus, illuſtris Proconſul, ita pronuntiat: Heliconidem veneficam, quæ Deos noſtros immortales comminuit, & legibus Imperatorum recuſat parere, ſententiâ noſtrâ capite minuendam tradimus. Quo dicto, confeſtim extra urbis muros educta fuit Heliconis: quæ protenſis in cælum manibus hoc modo oravit: Veni, Chriſte, & veraces tuas promiſſiones imple: in ſanctarum me & electarum ovicularum tuarum, Saræ, Rebeccæ, Rachelis, Liæ, Suſannæ, ac tuæ ſecundum carnem matris Mariæ, nec non & Marthæ, Mariæ, Annæ, Eliſabethæ, Theclæ, numerum adſcribe; & hoc mihi tribue, ut cum illis in ſemper duratura ſecula ab omni labore conquieſcam. Precationem excepit divinitus è cælo audita talis vox: Veni, ô filia. Jam tua tibi parata eſt corona, & thronus conſtitutus. Jam cæleſtes genii tuum in cælos ingreſſum hymnis parant celebrare. Vocem hanc ut percepit, læ-

atque ad beſtias damnatur

Gladio percuſſa martyrium Heliconis abſolvit.

ta

A ta ſe lictoribus Heliconis obtulit, è quibus unus gladio eam feriens, ſacrum Virginis verticem decuſſit. E truncо corpore loco ſanguinis lac manare conſpectum. Sanctum Heliconidis cadaver pii quidam viri & fideles amici ſuſtulerunt; Heliconidis, inquam, quæ ignem & gladium & tormenta omnia generoſo animo deſpexit. Vitam finiit ſancta & glorioſa Martyr, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

τενεν τὸν ἁγίαν αὐτῆς κεφαλὴν· καὶ ἀντὶ ἅματος D
γάλα ἐρεύσεν ἐκ τοῦ σώματος αὐτῆς· καὶ ὕστως ἔλαβον τὸ σῶμα αὐτῆς φίλοι πιστοὶ εὐλαβεῖς ἄνδρες, καὶ ἐνεκόμισαν αὐτὸν, πυρὸς καὶ ξίφους καλαφρονήσασαν καὶ παντοίων βασάνων. Ἐτελειώθη ἡ πάνσεμνος καὶ ἁγία Μάρτυς, βασιλεύοντος ἐν κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν

ANNOTATA.

a Ἀεσωρίαν, Ludicrum ſpectaculum, *verto: vocem Latinam eſſe nemo non videt: ita Epiphanius in Anchorato* ἀεσόριον πλοῖον *dixit*, Luſoriam navim.

b Ἀριναρχαι, *rectius* ἀρεναρχαι *ſcriberentur, ab* Arena, *quo nomine accipiendo partem pro toto intelligitur totum* Amphitheatrum, *cui illi Præfecti.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS

ZETVLO, PRIMO, NONNO, EVRESO, IVLIO

IN PAMPHILIA REGIONE ASIÆ.

B
D. P.

Ex antiquioribus Martyrologiis.

E

XXVIII MAII.

Vſpicantur hunc diem antiquæ Martyrologii Hieronymiani apographa ab hiſce Sanctis, & Corbeienſe quidem Pariſiis excuſum, hoc modo: v Kalendas Junii. Pamphilia Zetuli, Primi, Nonni, Eureſi, Iulii. *Hæc ibi, quæ, ſed ultimo omiſſo, ita referuntur in Ms. Blumiano:* Pamphiliâ Zetoli, Primi, Nonni, Cureſi. *In codice Lucenſi iſta leguntur:* Pamphilia Zotoli, Primi, Nonnę, Cureſi. *Deinde ſequuntur in hiſce tribus apographis Martyres Aſii, qui in unam cum hiſce turmam conjecti, & omiſſâ* Pamphiliâ, *notiſsimâ Aſiæ regione, omnes Africæ tribuuntur in Ms. Epternacenſi his verbis:* v Kalendas Iunii. In Africa natalis Getuli, Nunni, Primi, Auroſi (*& hi Pamphiliæ ſupra aſſignantur*) Proti, Mari, Miniæ, Feliciani. *De quibus mox agemus. Hujus exemplo Mſs. Rhinovienſe & Richenovienſe iſta tradunt:* In Africâ Cetuli, *ſeu* Catuli, Auroſi, Proti: *& omni palæſtrâ omiſſâ, nomina* Zetuli *ſeu* Zotoli, & Primoli *loco* Primi, *leguntur in Mſs. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbæi. Adſcribuntur autem* Pamphiliæ, Zetulus, *aliis* Getulus, Cetulus, Zetolus, Zotolus, Catulus; *tum* Primus, *etiam* Primolus *dictus; dein* Nonnus, *aliis* Nunnus *&* Nonna: *poſteà* Eureſus, *aliis* Auroſus *&* Cureſus. *Vltimo, ex codice ſolo Corbeienſi, additur* Julius.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS,

PORTINO, SEV PROTO, ARMINIA, SEV MARIMINIA, ET SECVNDINO.

D. P.

Ex iiſdem antiquioribus Martyrologiis.

XXVIII MAII.

IN jam memorato codice Corbeienſi Pariſiis excuſo, poſt dictos Martyres Pamphilios, iſta ſequuntur: In Africâ Portuni, Ariminiæ, Secundini. *Verum ultimo omiſſo iſta habentur in apographis Lucenſi & Blumiano:* In Africâ Portini, Arminiæ. *Quia vero præcedentes Martyres Pamphilios in unam cum hiſce turmam conjectos diximus in Ms. Epternacenſi, de hiſce iſta nomina ibi reperiuntur,* Proti *loco* Portini, *tum* Mari, Miniæ *aut unico potius verbo* Mariminiæ, *pro* Ariminiæ *aut* Arminiæ, *& additur* Feliciani. *Sed hic videtur* Felicis *loco poſitus, atque & ad Martyres Sardos, in dicto Ms. omiſſos, referendus.*

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS SARDIS,

ÆMILIO, FELICE, PRIAMO, LUCIANO, ITEM FORTVNATO, JVCVNDIANO, LVCIO.

COMMENTARIUS CRITICUS. D.P.

Quam temere cum his confuſi eorumdem aut ſimilium nominum Epiſcopi Sardi: deque variis alterutrorum eccleſiis in Sardinia, & inventione corporum æque incertâ.

XXVIII MAII.

Antiquorũ omnium ſententia Martyres,

HOrum Martyrum notitia ex antiquis Martyrologiis certius hauritur, quam ex recentioribus Sardiniæ Scriptoribus: ac primo Vſuardus, Ado, Notkerus, auctor Martyrologii ſub nomine Bedæ editi, Bellinus, & alii eos ſecuti iſta habent: in Sardinia Sanctorum Emilii, Felicis, Priami, Luciani: *quos* Martyres *fuiſſe indicat hodiernum Martyrologium Romanum*, *addens*, eos pro Chriſto certantes fuiſſe coronatos. *Nomen* Paſſionis, *id eſt* Martyrii, *præponit Notkerus; & inter Martyres in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis recenſentur, atque in Bluiniano quidem his verbis*: In Sardinia Emili, Felicis, Priani, Luciani. *Quæ eadem ſunt in codice Lucenſi, ſed* Piriani *ſcribitur*, *pro quo melius in . Iss. Romanis Cardinalis Barberini, & Vallicellano Congregationis Oratorii, aliiſque ſupra indicatis, ponitur* Priami. *Hoc omiſſo, in Ms. Corbeienſi Pariſiis excuſo ſocii alii ſic adjunguntur*: In Sardinia Emili, Felicis, Fortunati, Luciani, Jocundiani, Lucii. *In Ms. Epternacenſi videtur per incuriam ſcriptoris inductus hiatus, & ſolum refertur nomen* Feliciani; *forſan ex vocibus* Felicis & Luciani *contractum. Legitur etiam* Felicii *in primario Ms. Vſuardi, quod Pariſiis in monaſterio S. Germani aſſervatur. His ita concordantibus, miramur apud Mauroſycum legi*: In Sardiniâ Sanctorum Æmilii, Priami, Luciani, & Felicis feminæ. *Mauroſycum ſequuntur Felicius, Arturus in Gynæceo ſacro, & Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, qui addit*, Calari, ut antiqua habet traditio, martyrio affectos, & eorum ſepulcrum miraculis claruiſſe. *Atque illi hactenus de Martyribus agunt, quomodo etiam* SS. Æmilium, Priamum, Lucianum, & Felicem *aſſerunt* Martyres *fuiſſe*; *Dimas Serpi lib.* 1, *Chronici Sanctorum Sardiniæ cap.* 16, *Franciſcus de Vico par.* 3 *Hiſtoriæ Sardiniæ cap.* 2, *Iacobus Pinto lib.* 3 *de Chriſto Crucifixo tit.* 4 *loco* 12 *num.* 21, *aliique*, & coronatos *voluni* ſub Hadriano Imperatore. *Nihilominus Fara, lib.* 1 *de Rebus Sardois apud præcitatum Mauroſycum in Annotatione, hos non Martyres, ſed Confeſſores facit*: ait *enim* ſanctitate excelluiſſe, & v Kalendas Junii miraculis claros migraſſe in cælum; ac primũ, non Æmilium, ſed Æmilianum appellari.

An paſſi ſub Nerone?

2 *Dionyſius Bonfant lib.* 1 *de Triumphis Sanctorum regni Sardiniæ cap.* 6 *& ſeqq. quatuor primos facit* Protomartyres, *ſub Nerone paſſos*: *& in probationem adducit Primum Epiſcopum Cabillonenſem, qui in Topographia Sanctorum ſub verbo* Caralis (*imo* Calaris) *iſta habet*: Hîc Primus, Felix, Æmilius, & Lucianus Martyres. *Verum quia Primus iſte ſub nomine Sardiniæ nullum Martyrem notavit, videtur pro ipſa inſula nominaſſe primariam inſulæ urbem. Hinc tamen non ſequitur*, Æmilium *ſive* Æmilianum *fuiſſe* Archiepiſcopum Calarienſem; *nec admittenda quæ de illo & Sociis ibidem narrantur. Ipſum Bonfant lector adeat, ſi quis narrationibus ejuſmodi novellis nec ſolida auctoritate fundatis delectatur*: *nobis ſatis eſt indicaſſe, quid veteres, licet exteri ſcriptores annotarint: nam quod Neronis perſecutionem attinet, hanc ad Sardos penetraſſe, difficulter potero perſuaderi.*

An hujus S. Æmiliani ſint eccleſiæ variæ,

3 *Paulo majori conſideratione dignum eſt, quod prædictus Bonfant ſuum de* S. Æmiliano *diſcurſum hoc modo finiat*: Erat olim apud nos oppidum, nomen Æmiliano vel Æmilio habens, cujus hodieque ruinæ conſpiciuntur in territorio Sardianæ, ſic dictum propter eccleſiam, quam illi indigenæ ut Patrono ſuo ædificarant, cujus eccleſiæ ſolo proſtratæ rudera dignoſcere adhuc poterit curioſus ſcrutator. In oppido autem Samaſſi invenitur ejuſdem appellationis alia eccleſia, quam aliqui S. Auguſtini nunc appellant, quia juxta fundatus olim fuit Auguſtinianorum conventus: eſtque ea eccleſia vetuſtiſſima. Rurſum in oppido Narugus eſt alia perquam vetuſta; & in oppido Baulla ſimilis aliquando ſtetit, nunc autem deſtructa eſt. Ilboni quoque, in Oleaſtrenſi territorio, una etiam eſſe ſcitur, niſi errore vulgi crederetur eſſe S. Geminiani Martyris, cujus ibi feſtum agitur. Omnes porro antiquæ dictarum eccleſiarum tabulæ repræſentabant, hodieque repræſentant Epiſcopum Sanctum. Ne autem objiciat aliquis eas eſſe S. Geminiani, non Æmiliani, adeat oppidum Somúgueri, invenietque ibi unam eccleſiam S. Æmiliani & alteram S. Geminiani, velut diverſorum Sanctorum; unamque haberi S. Æmiliani Epiſcopi, alteram S. Geminiani Martyris, & deſinet dubitare. *Hæc ille.*

An vero Epiſcopi Confeſſoris?

4 *Ego vero dubitare non deſino, vehementerque ſuſpicor tabulas illas pictas, tam quæ* S. Æmilianum, *quam quæ* S. Geminianum *repræſentant, aque omnes Sanctorum ejus nominis in Sardinia Epiſcoporum eſſe, ſed Confeſſorum, quorum cum dies feſti aboliti eſſent à memoria Chriſtianorum, abſque ullo Chriſtianiſmi cultu inter Saracenos degentium, iſti qui* S. Geminiani *memoriam ſervabant, recurrerint ad Romanum Martyrologium, ibique invenerint ad* XVI *Septembris unum, cum S. Lucia paſſum Romæ, quod ſatis ipſis fuerit, ut ejus tamquam Martyris cultum aſſumerent. Nemo autem mirabitur potuiſſe horum, ex ſolis eccleſiarum ſuperſtitibus nominibus cognitorum, feſtos dies abire ex memoria; ſi conſideret idem accidiſſe* S. Lucifero, *primario totius inſulæ Sancto. Nec minus forte, quam à* S. Geminiano *qualicumque diſtinguendus eſt* S. Æmilianus, *ab hoc quoque diſtinguendus erit* S. Æmilius, *cujus* eccleſiam ſex milliaribus Calari diſtantem ſupereſſe, *ait Bonfant* in oppido dicto Sextu-campeſtre: ubi multa *teſtatur* fieri miracula per unum eorum lapidum, quibus Sanctum iſtum fuiſſe lapidatum vetus traditio habet. Priami *quoque (quem Squirrus ait vulgo* Santu Pilumu *dici)* extare varias per inſulam eccleſias *lego apud Bonfant*, ac nominatim in Sarralús, quæ ſub altari habet tres cryptas: & earum una ſtillat aquam, ad multas curationes ſalutarem. *Sed &* S. Luciano plures *dicuntur* eccleſiæ conſecratæ, ſpecialiter in partibus Oreſtani.

ſunt etiam eccleſiæ SS. Æmilii, Priami, Luciani,

AUCTORE D. P.

De quibus universim dixero, verosimilius esse, quod Sancti quorum illæ sunt, etiam in earum aliqua corpore vel toto vel partito quieverint, quoad per Saracenorum tyrannidem licuit.

Corpora inventa anno 1620 non videntur esse Martyrum.

5 *Quod ad prædictorum Martyrum Reliquias attinet, quas prope Calarim reperisse se credunt Sardi anno* MDCXX, *sciendum ex Sanctuario Seraphini Squirri lib.* 2 *cap.* 41, *quod die* XVIII *Ianuarii, anno jam dicto in Sabbato, juxta ecclesiam S. Saturnini transiens currus, deficiente sub una rotarum solo, hæserit in aluto, elevaritq; frustum lapidis musivo opere laborati, cum aliquibus litteris: qua de re monitus Archiepiscopalis Vicarius accurrit; remotaque terra inventa est tribuna presbyterii, & consequenter integra ecclesia subterranea, cum multis sacellis, sic compositis, ut singula complecterentur capellulas plures. In hoc Presbyterio inventum primo loco est epitaphium, marmori nigro insculptum & musivi operis limbo circumdatum, cujusdam pueri* Lelli, *relatum à nobis in Appendice ad Acta S. Luciferi* XX *Maji num.* 131, *quod vel solum sufficere debuisset judiciis non præoccupatis, ut crederent ibi quiescentium corpora non esse Martyrum, sed in pace ecclesiæ ac verosimiliter post Saracenorum tempora illic collocata fuisse pleraque.*

B *nedum relatorum hoc die Priami,*

6 *Quia tamen porro scrutantibus per plures consequentes dies, certoque persuasis omnia esse corpora Sanctorum Martyrum,* XIV Martii occurrit sepulcrum lateritium formosum, limbo rubro circumductum, intra quem inveniebatur clausum frustum marmoris, unius palmi in quadrum, *dicens*, B. M. PRIAMVS. QVI. BIXIT. ANN. PL. M. XXX. REQVIEBIT. IN. PACE. V. KAL. IVNII, *fortuitus hic diei nominisque ejusdem concursus visus est sufficere, ad firmiter statuendum, ibi latere corpus ejus, quem Martyrologia antiqua, sicut vidimus, martyrium in Sardinia tulisse dicunt, licet in ipso epitaphio nullum martyrii indicium, sed prorsus alia omnia apparent. Hinc autem facto principio, creditum fuit sepulcrum antea repertum die* X *Martii, cui suppositus lateculus utrimque mutilus solum repræsentabat characteres, ex tribus lineis productioribus residuos,*

B. M. LVCI
IS. PL. M. L. A.
POSIT.

D *Luciani.*

indicare corpus S. Luciani, *una cum* S. Priamo *passi. Neque infirmandæ huic crudelitati suffecit, quod sepultura illa aperta, præter unius hominis grande corpus continebat aliud minus cum interposito laterculo, sub nota anchoræ desuper sculptæ dicente, quod* M. Antonius Apelles exitum fecit Venustæ conlibertæ suæ, *quæ* vixit annis XI, *inter navigandum scilicet mortua, & jacta ad exscensionem anchora in Sardinia sepulta, sicut ista & similia hominum fortasis gentilium epitaphia legenda esse indicavimus in præcitatâ Appendice num.* 133.

Æmiliani & Felicis.

7 *Parum autem fuerat ex epitaphii confracti reliquiis elicuisse nomen, ab eo forte cui positum fuerat valde diversum; nisi etiam ex sola vicinia consequens esse vellet Bonfant cap.* 7, *proximo prioribus duobus sepulcro, ex cujus epitaphio nihil amplius supererat quam hæc verba,* QVIESCIT IN PACE, *contineri corpus* S. Æmiliani, *utpote cum* Luciano *&* Priamo *passi. Simili modo idem Bonfant Cap.* 9 *aliud ibidem inventum corpus, cum titulo tam corrupto ut pauca littera & sensus earum nullus appareat, credidit esse* Felicis, *& quidem (juxta mentem Galesinii)* feminæ. *Sed longe consultius Calaritanus Archiepiscopus D. Franciscus de Esquivel censuit, tam hoc quod* Felicis, *quam alterum quod* Luciani *esse prætendebatur, absque nomine retinendum, jungendumque corporibus aliis, absque nominis indicio repertis. Idem autem longe consultissime fecisset, si nec eos, quorum nomina extabant, permisisset ut Sanctos celebrari, transferrique, sub altaribus vel in sacrario collocandos, velut certo probatos Martyres, nisi expensa accuratius causa, & expectato Ecclesiæ Romanæ, quæ desuper fuerat consulta, responso. Quanta autem cum lætitia ipsiusque Archiepiscopi & Viceregis D. Alfonsi de Eril interventu, fuerit celebrata Translatio prætensorum* SS. Luciani & Priami X *&* XIIII *Martii, satis est legi posse apud Bonfant.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS.

EPEGATO, EUSTASIO, VICTIA, CASTULO, EPECATO, ANIA, OCTUBRO, URORIA, VIPPIA, HILO, HOMINIO, MARCILIO, CILLONIA, MAXIMA, FILOMINO, AVETTIA, COMMINIO, MARCIANO, FLUMINIO, MARCIANA, CASTULA, ET ALIIS VI SEU IX.

G. H.

Ex Hieronymiano Martyrologio.

XXVIII MAII.

Memoria in Fastis S. Hieronymi,

Hanc illustrium Romanorum Heroum classem quarto loco proponunt antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa, & in vetustissimo Epternacensi istis verbis: Romæ Vepegani, Eustasi, Victiæ, Castulæ & Pigati, Aniæ, Octobri, Uroriæ, Vimpiali, Homini, Marcelli, Cilloniæ, Maximæ, Filomoni, Avettiæ, Cummini, Marcianis, Flumini, Marcianiæ, Castulæ, cum aliis VI. *In aliis apographis aliqui cum nonnulla varietate indicantur: ac loco* Vepegani, *legitur in Blumiano & Lucensi* Epegati, *& in Corbeiensi Parisiis excuso* Epecati: *& deinde quinto loco repetitur,* item Epecati: *quod nomen ibidem duo alia Mss. habent, ubi minus perfecte videtur Epternacense habere* & Pegati. *Dein loco* Aniæ *in Lucensi est* Ancæ, *in Blumiano* Amæ, *& nomen illud in Corbejensi desideratur. Pro* Octobri *in reliquis est* Octubri, *& pro* Uroriæ *in Lucensi* Usoriæ. *At* Vimpiali *varie mutatur: in Corbeiensi est* Vippiapili, *quod bifariam divisum in Lucensi, est* Vippiæ Hili; *in Blumiano,* Viappiæ Hili. *Postea Postea loco* Marcelli, *in aliis scribitur* Marcili: *& pro* Cilloniæ, *in Lucensi* Colloniæ, *& in Corbeiensi* Ciconiæ; *in quo etiam* Maximi *legitur, aliis* Maximæ. *At nomen* Filomini *Lucensi & Blumiano est* Sylomini. Avettiæ *etiam* Avittiæ *&* Avitiæ *scribitur: uti* Commini, Comini *&* Commieni: *& pro* Marcianæ, *in Corbeiensi est* Marciani. *Loco etiam* Marcianæ *invenitur nomen* Marcianiæ, Marciani, Mariani *scriptum. Demum* anonymi VI, *aliis sunt* VII *aut* IX. *Hactenus ex apographis Martyrologii Hieronymiani.*

& aliis.

2 *In codice Vaticano numero* 5949 *signato, & in Mss. Casinensi & Altempsiano ista habentur:* Romæ SS. Epegati, *sive* Epagati, Eustasii, Castuli. *In Mss. Augustano S. Vdalrici & Parisiensi Labbai etiam tria nomina signantur his verbis:* Romæ Epegathi, *sive* Epicadi, Marciani, Castuli.

Ita

A *Ita cum quinque hiſce Mss. refertur* XXVII *Maji* S. Caſtulus Martyr Romæ *in Mss. Trevirenſi S. Martini, & Atrebatenſi Eccleſiæ Cathedralis; hinc quia bis memoratur inter hos Martyres* Caſtula, *non præpoſita ſolita particula* item, *&* Caſtulum *&* Caſtulam *proponimus in titulo. Ms. Richenovienſe ſive Augia-divitis iſta habet*: Romæ, Grigali, Catulæ, Martialis, *pro quibus ſupra indicatur*, Epegati, Caſtulæ *&* Marcianæ *ſeu* Marciani, *ut in aliis etiam legitur.*

3 *Locus martyrii in apographis Corbejenſi, Lucenſi & Blumiano aſſignatur* via Numentana milliario XIII. *In Mss. Caſinenſi & Altempſiano etiam via* Numentana milliario XIV, *& non indicato numero milliarium in Ms. Vaticano. Ita ſupra* XXV *Maji* S. Urbanus Papa *dicitur ſepultus* via Numentana milliario VIII, *&* S. Reſtitutus, Martyr *eſt ſepultus* milliario decimo ſexto, *ut ejus Acta habent danda* XXIX *Maji.* D *Locus ſepultura.*

DE SS. CRESCENTE, PAULO ET DIOSCORIDE,

MARTYRIBVS ROMANIS.

G. H.

Ex Græcorum Synaxariis Mss.

XXVIII MAII. B *Orum Martyrum illuſtre elogium præbet antiquum Menologium Græcum Baſilii Porphyrogennetæ Imperatoris, ad hunc* XXVIII *Maji hoc tenore*: Οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες Κρίσκης, Παῦλος, καὶ Διοσκορίδης ἐν Ῥώμῃ τῇ πόλει διατρίβοντες, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ αὐτῶν πολλοὺς πρὸ τούτων ἀπίστων τῷ Χριστῷ προσαγαγόντες καὶ φωτίζοντες καθ' ἑκάστην ἡμέραν, διεγνώσθησαν τῷ τῆς Ῥώμης Ἐπάρχῳ· καὶ κρατηθέντες, ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακὴν, παραγγελίαν λαβόντες μηδένα διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ. Ὡς δὲ καὶ ἐν τῇ φυλακῇ ἐπαύσαντο τοῦ διδάσκειν τοὺς συνδεσμίους, ἐξ ὧν πολλοὶ ἐπίστευσαν, ἐκβληθέντες τῆς φυλακῆς, ἐτύφθησαν σφοδρῶς, καταναγκαζόμενοι ἀρνήσασθαι μὴ ἐπὶ πάντων τὸν Χριστὸν, ἀπελθεῖν δὲ εἰς τὸν ναὸν τοῦ Διὸς, καὶ θῦσαι τοῖς ἐν αὐτῷ εἰδώλοις. Καὶ μὴ πεισθέντες, ἀλλὰ μᾶλλον μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸν Χριστὸν τοῖς πᾶσι κηρύττοντες, εἰς κάμινον μεγάλην πυρὸς ἐμβληθέντες, καὶ ἐν αὐτῇ καθάπερ οἱ ἅγιοι τρεῖς παῖδες δοξολογοῦντες, ἐτελειώθησαν. *Nunc interpretationem Latinam accipe.*

Elogium ex Menologio Baſilii Imp. 2 Sancti Martyres Chriſti Creſcens, Paulus, & Dioſcorides, in urbe Roma commorantes, ac ſua doctrina multos ex infidelibus ad Chriſtum adducentes, & per ſingulos dies illuminantes, innotuere Urbis Præfecto; ab eoque comprehenſi ſunt & in carcerem detruſi, mandatumque acceperunt in Chriſti nomine neminem amplius erudiendi. Verum, ne in carcere quidem, eos qui ſimul cum illis vincti erant edocere ceſſarunt: ex quibus proinde multi Chriſti fidem amplexi ſunt. Poſtea hi tres è carcere educti, crudeliter cæſi fuerunt; juſſique primo omnium Chriſtum abnegare, tum templum Jovis ingredi, ac idolis quæ inibi erat ſacrificare. Verum cum aſſenſum negarent, quin voce magna potius Chriſtum omnibus prædicarent; in magnam ardentis ignis fornacem injecti, ſicut olim ſancti tres Pueri, Deum glorificantes, martyrium conſummarunt. *Hæc in dicto pervetuſto Menologio Baſilii Imperatoris.* C

3 *At ne quis* Romam novam *ſeu* Conſtantinopolim *velit interpretari, quod Romanis fuerint ut tales incogniti; juvat addere alterum teſtimonium ex pervetuſto Ms. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ſæpius diximus ſpectare ad Collegium Pariſienſe Societatis Jeſu, in quo ad hunc etiam* XXVIII *Maji iſta leguntur*: Οὗτοι ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ ῥώμῃ διατρίβοντες, πολλοὺς τῷ Χριστῷ προσαγόντες καὶ βαπτίζοντες τῇ ἑαυτῇ διδασκαλίᾳ, διεγνώσθησαν τῷ τῆς Ῥώμης Ἐπάρχῳ· καὶ συλληφθέντες κατέσχε τούτους τὸ δεσμοτήριον. Πολλοῖς δὲ τῶν δεσμοτῶν, καὶ ἐν τῇ Φυλακῇ, τῇ πρὸς Χριστὸν πίστει προσαγάγοντες, ἐξαχθέντες ἐτύφθησαν σφοδρῶς. Ἔπειτα εἰς κάμινον πυρὸς ἐμβληθέντες, ἐτελειώθησαν. Hi in antiqua Roma commorantes, multos ad Chriſtum convertebant, & baptizabant. Quare propter hanc ſuam doctrinam innotuere Urbis Præfecto: à quo comprehenſi, & in carcerem fuerunt conjecti, in quo multos, in eadem cuſtodia vinctos, ad fidem Chriſti adduxerunt. Educti vero, crudeliſſime cæſi ſunt, ac deinde in fornacem igne accenſam projecti: martyrium conſummarunt. *Hæc ibi. Quia autem prædicti Sancti ibidem dicuntur alios* illuminaſſe *& baptizaſſe, videntur* Presbyteri *fuiſſe. Aliquod eorumdē Martyrum, ſed contractius Elogium habetur in Synaxario Divionenſi, una cum prævio Diſticho, quo tribus in Babylonia Pueris, quorum ſupra meminit Synaxarii Baſiliani collector, ſic comparantur,* D *aliud ex Ms. Synaxario.* E

Ἐν τῇ κάμινῳ Μισὰκ Διοσκορίδης,
Σιδρὰκ δὲ Παῦλος, Ἀβδεναγὼ δὲ Κρίσκης.

Fornace in ipſa Dioſcorides Miſac,
Pauluſque Sidrac, Creſcens Abdenago fuit. F

4 *In Menologio Sirleti, nimium negligenter, ut diximus, collecto, ſolum iſta leguntur*: Eodem die certamen ſanctorum Martyrum Creſcentis, Dioſcoridis, Pauli & Helladii. *Baronius autem ex dicto Menologio, quod in Notis allegat, eadem eiſdem verbis tranſtulit ad Martyrologium Romanum. At* S. Helladius Epiſcopus & Martyr *celebratur pridie in Menæis Græcis, de eoque integrum Officium recitatur, & ipſum martyrii elogium inde tranſlatum habetur in novo Anthologio, auctoritate Clementis VIII ab Antonio Arcudio typis Vaticanis vulgato; ſeorſim vero hoc die refertur in jam citato Baſilii Imperatoris Menologio, & Typico S. Sabbæ, uti infra dicetur ad Vitam S. Niceta Epiſcopi Chalcedonenſis.* *Mentio in Menologio Sirleti.*

A

DE SS. NATALIO ET SARONA,

D

D. P.

MARTYRIBVS ROMANIS.

Ex Græcorum Synaxariis Mss.

XXVIII MAII.

IAm laudatum *Ms. Synaxarium Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & cum illo Mss. Menæa Mediolanenſia bibliotheca Ambroſianæ, atque Taurinenſia Ducis Sabaudiæ, hos Martyres paucis verbis indicãt ad hunc* XXVIII *Maji.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἄθλησις τῶν ἁγίων Νατάλιος καὶ Σαρωνᾶ Ρωμαίων. Eadem die certamen Sanctorum Natolii & Saronæ Romanorũ. *In Ms. Divionenſi, reperto apud Petrum Franciſcũ Chifletium, de iiſdem ad diem* XXX *Maji ſic iſta legitur.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἁγιος Νατάλιος ξίφει τελειοῦται. Eadem die S. Natalius enſe cæſus

B vitam finit, *& illud Diſtichon additur cum alluſione ad titulum* Martyris, *ſignificantis* Teſtem, *hoc modo:*

Χόρῳ γενέσθαι Μαρτύρων διὰ ξίφους
Τὸν Νατάλιον μαρτύρεσιν οἱ βίβλοι.

Gladio interemptum, Teſtium inſertum choro Natalium, plures rite teſtantur libri.

Quales hi libri *fuerint non eſt integrum divinare: optare autem licet ut alicunde prodeant, & notitiam prædictorum Martyrum venerationemque nobis reddant certiorem. Interim dubium manet* Veterine *an* Novæ Romæ, *ſive* Italiæ *an* Thraciæ, *quæ poſteris* Romania *dicta, adſcribantur hi Martyres, quorum à ſolis Græcis habetur notitia; adeoque, an ex antiquioribus iis ſint, quos Gentilium Iudicum furor ſuſtulit; an forte ad* VIII *ſeculum & tempora Iconomachorum pertineant: ſed hoc ſi eſſet, credimus expreſſiorem mentionem faciendam fuiſſe Imaginum defenſarum, etiam in tam brevi verſu.* B

DE SANCTO CARAVNO,

MARTYRE IN DIOECESI CARNOTENSI.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus ætate, vitæ & miraculorum Actis, eccleſiaſtico cultu.

SEC. V.

INter *antiquiores viros Apoſtolicos, qui fidem Chriſtianam Galliarum populis tradiderunt, paſſim cenſentur* SS. Potentianus, Savinianus & Altinus, *apud Senones paſſi* XXXI *Decembris: de quorum martyrii tempore nonnulla attingit Franciſcus Boſquetus, libro primo Hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ cap.* 22. Carnutum *porro ſive* Carnotum, *urbs Galliæ antiquæ & hodiernæ Belſiæ caput, cujus Epiſcopi olim ſuberant Archiepiſcopis Senonenſibus, à dictis viris Apoſtolicis gloriantur ſe aliquo fidei Chriſtianæ radio illuſtratos fuiſſe, ac dein pleniorem lucem hauſiſſe è prædicatione & converſatione* S. Carauni, *in hac diœceſi martyrio coronati hoc* XXVIII *Maji: ad quem diem iſta leguntur apud Vſuardum:* Eodem die S. Carauni Martyris, qui apud Carnotum civitatem capite amputato martyrium ſumpſit. *Eadem fere leguntur apud Bellinum, Mautolycum, Felicium, Galeſinium & alios, cum hodierno Martyrologio Romano. Sed bene notandum, quod licet Acta, de quibus mox agemus, videantur Sanctum cum antiquiſſimis fidei in Gallia præconibus componere, id tamen nullatenus faciant veroſimile. Nec enim fidei cauſa à tyrannis gentilibus, ſed pecuniarum cupiditate à viarum graſſatoribus occiſum Sanctum dicunt: & de eo loquuntur, quaſi qui in plena Eccleſiæ pace, vendito patrimonio vitam ſolitariam concupiſcens, peregre profectus ſit, & per iter populis prædicaverit: quod totum potuit factum fuiſſe, cum Galliarum partem Italiæ viciniorem Burgundiones, remotiorem Franci, utrique adhuc Gentiles tenebant. Quare à ſummo antiquitatis gradu, in quo compilator Actorum collocavit* S. Caraunum, *deducimus illum uſque poſt alios Martyres; quia credimus ejus paſſionem, non diu præceſſiſſe converſionem Gentis Francorum, nec ante quintum ſeculum ipſum viviſſe.*

Tempus martyrii,

C

2 *Illa autem, quæ damus, vita & martyrii Acta, ſolo fortaſſis initio, ad fidem majoris antiquitatis faciendam liacta vitæ ex Mss.*
centius interpolata, habemus ex pluribus codicibus Mss. hactenus non excuſa; ſcilicet ex illuſtri Legendario noſtro, ex codice Ms. Atrebatenſis monaſterii Canonicorum Regularium in Arteſia, ex antiquis tabulariis Abbatiæ S. Carauni prope Carnotum etiam Canonicorum Regularium, quæ nobis ſubmiſit Pariſiis D. Boulart, *ibidem ad S. Genovefam Canonicus Regularis, poſtmodum Ordinis Generalis: item ex Ms. codice monaſterii Corneolenſis, nobis à Petro Franciſco Chifletio donata. Alia ipſi deſcripſimus apud Ciſtercienſes, ex codice tertio de Vitis Sanctorum: alia denique Pariſiis reperimus, apud Virum Clariſſimum* Franciſcum du Cheſne, *in veteri codice, qui olim fuerat S. Vincentii Metenſis: ex hoc vero damus Prologum, qui paſſim in aliis deerat. Eadem Acta, ſed contracta, deſcripſimus ex codice* 863 *Reginæ Suecia, & duplici codice Vltrajectino, ſcilicet Eccleſiæ S. Salvatoris & monaſterii Carthuſianorum. Extant præterea excuſa compendia apud Vincentium Bellovacenſem lib.* 10 *Speculi Hiſtorialis cap.* 24, *& Petrum de Natalibus lib.* 5 *Catalogi cap.* 60. *At Miracula, quæ poſt mortem contigerunt, deſcripſimus Pariſiis* item Miracula, *ex Ms. Legendario Carmelitarum Diſcalceatorum, & una cum Actis accepimus ex antiquis tabulariis Abbatiæ S.* Carauni: *eademque extant, ſed contracta, in memorato codice Reginæ Suecia. Auctor omnium unus idemque eſt, qui videtur vixiſſe eodem quo Vſuardus ſeculo nono, cum ſub Hilduino Abbate S. Dionyſii invaleſceret opinio, S. Dionyſium Areopagitam à S. Clemente directum fuiſſe in Gallias, & primum Pariſiorum factum* Epiſcopum; *quod ad ejus Vitam diligentius erit diſcutiendum.*

3 *Habemus Breviarium Carnotenſe, juſſu Leonorii Deſtampes Epiſcopi Carnotenſis anno* MDCXXXIII *excuſum, in quo feſtum* S. Carauni *Martyris ponitur hoc* XXVIII *Maji ſub ritu ſemiduplici, & tres Lectiones in ſecundo Nocturno recitantur propria ex Vita deſumpta.* cultus in Breviario Carnotenſi.

Iterum

A *Iterum dictum Breviarium juſſu Ferdinandi de Neufville, Epiſcopi Carnotenſis, anno* MDCLXI *recuſum eſt, & feſtum* S. Carauni *cœptum celebrari ſub ritu duplici; ubi Lectiones ſunt immutatæ hoc, quem ſubjungimus, tenore.*

Ex eo Vitæ compendiũ. 4 Caraunus, patria Romanus, genere Patricius fuit. Adoleſcens liberalibus diſciplinis magna cum ingenii laude operam dedit. Mox juvenis ad Chriſti fidem converſus, & baptizatus eſt. A parentibus, ut uxorem duceret, adduci numquam potuit: ſed poſt eorum mortem, facultatibus, quas ab eis ampliſſimas acceperat, in pauperes ac præcipue Chriſtianos erogatis, Diaconatus ordinem ſuſcepit, in quo reliquum vitæ tempus ſumma humilitate ſe continuit. Chriſtianæ fidei propagandæ zelo Româ diſcedens, navem conſcendit: ac poſt ſedatam Crucis ſigno tempeſtatem, converſiſque novitate miraculi & baptizatis qui in eadem navi erant, ad inſulam quamdam Tyrrheni maris delatus, brevi totam Jeſu Chriſto conciliavit. Hinc perluſtrata pene omni ora Liguſtici maris, Maſſyliam, deinde Lugdunum venit: ubi doctrinâ ac miraculis quamplurimos ad Chriſtianam religionem adduxit. Poſtremo Carnutum accedens, atque ibidem à Chriſtianis, quos
B antea Potentianus & Altinus baptizaverant, exceptus, eos verbo & exemplo in fide confirmavit; & magnum eorum qui nondum crediderant numerum ad Chriſtum convertit, ideo Carnutenſium Apoſtolus merito appellatus. Cum autem Lutetiam Pariſiorum cum ſuis diſcipulis proficiſceretur, ecce è ſilvæ latebris erumpit ſicariorũ manus: quibus ipſe conſtanter & intrepide obviam procedens, dum ſui interim in fugam dilapſi ſaluti propriæ conſulerent, ſingulari exemplo fraternæ caritatis, cervices impio ferro præcidendas obtulit, anno Chriſti circiter nonageſimo octavo, quinto Kalendas Junii, Domitiano Imperante, ſexto ab urbe Carnuto lapide, ubi etiamnum eccleſia viſitur, rei memoriæ conſecrata. Ejus corpus à diſcipulis, cæleſti voce admonitis, eo in loco non longe ab eadem urbe conditum eſt, in quo ſe velle ſepeliri ſanctus Martyr adhuc vivens eos præmonuerat, & in quo poſtea eccleſia ejus nomine dedicata eſt.

Eccleſia & monaſterium. 5 *Eſt hæc S. Cerauni eccleſia, juxta urbis mœnia ob ſuam antiquitatem vulgo* S. Caraunii veteris, *Gallice* S. Cheron ancien *dicta, quæ ſolum cedit celeberrimæ Deiparæ Virginis apud Carnotenſes eccleſiæ, fundata, ut infra*
C *dicetur, ſeculo Chriſti ſexto, & commiſſa Clero ſub quodam Abbate Apro dicto, & poſtmodum à Chlothario II Rege dotata, ac tandem anno* MCXXXVII *tradita Canonicis Regularibus, qui eamdem hactenus adminiſtrant: horum autem Abbati ſubeſt eccleſia* S. Carauni ad publicam plateam, *vulgo* S. Cheron du chemin, *ubi fuerat occiſus. Veteri Maclovienſis Eccleſiæ apud Aremoricos Breviario præfixum Kalendarium ad hunc diem notat nomen* S. Canni Martyris, *quem vix dubitaverim* S. Caraunum *eſſe. Infra autem hoc ipſo die dantur Acta S. Germani Epiſcopi Pariſienſis: & ſub finem lib. 2 miraculorum num. 3, hæc referuntur*: Puer duodennis, de matris vulva renibus contractus & genibus proruperat, & ab ineunte ætate officio loquendi privatus adoleverat. Qui ad B. Caronis Martyris ſepulcrum, quod juxta oppidum ſitum eſt Carnotenum, deportatus; interventu S. Caronis pedes ejus, contractione genuum perſeverante, à poſterioribus ſolummodo ſunt disjuncti; *dein ope S. Germani plene fuit ſanatus, ut ea ibi indicantur. Eſt autem* S. Caro, *aliis* Caraunus *vulgo* S. Cheron, *uti ſupra diximus. Contigit dictum miraculum circa annum* DCCCXLVII. *Unde colligimus uſitatam tunc fuiſſe peregrinationem ad* S. Caraunum, *nec dubitamus, quin ob miracula frequenter fieri ſolita.*

Peregrinatio ad S. Caraunum ſeculo 9.

D

ACTA VITÆ ET MARTYRII

Ex VII *codicibus Mss.*

PROLOGUS.

Vitæ Sanctorum ad incitamentum virtutis ſcriptæ.

SI Gentilium poëtarum rumorum inflata opinio, ſchematum decore ſua ſtuduit figmenta pompare, ac nonnulla ſuis codicibus ſophiſmata frivoli ovaminis ludo tradere, & magiſtrante ritu, litterarum prodente memoria, in flagitiorum monumenta renovare: quamobrem nos Catholicæ fidei cultores, ubere ſanctæ matris Eccleſiæ educati, tenacitate atque torpore muti ſilentii, clariſſima Sanctorum trophæa oblivioni trademus? cum illis ſucceſſit tartarea damnatio, nobis autem perennis gaudii divina opitulatione debetur felix remuneratio? Unde immenſas divinæ pietati referentes odas, quæ mirabiliter ac indefinenter ſuos *a* decuſſat Sanctos prodigiis, ab ipſo Deo, qui eſt ſcientiæ fons & origo, in quo manet Divinitatis plenitudo, vires loquendi petentes, cooperante Spiritus ſancti gratia, parum de miraculis, quæ cunctipotens Dominus pro amore & honore Martyris ſui Carauni dignatus eſt operari, vel qualiter Domino tribuente ad præclarum pervenit martyrium, glorioſo nitimur ſtylo enucleare, & inſignitati codicis commendare. Interceſſione enim ipſius Sancti autumamus mercari nos perpetuæ felicitatis municipia, ſi quæ mirabilia geſſit, fideli narratione promamus miracula. Revocemus ergo ad memoriam ſanctiſſimi Carauni prodigia, ut interventione ejus ſedula imitantes ſua veſtigia, ad ea quæ ſibi Dominus contulit pervenire valeamus promiſſa. Quapropter lectorem rogo, ut, ſi faceta urbanitas non ſuppeditat, quæ ſunt narranda minime vileſcant: quia potius conſiſtit in fide regnum Dei, quam in eloquentia.

E

ANNOTATA.

a Decuſſare, *eſt quaſi in decuplum multiplicare: ita* decuſſis, *decem aſſes ſignificat*, & decuſſare *eſt ad decuſſis formam redigere; & ſolet numerus decimus per literam X denotari, quæ ſi per medium ſecatur, bis quincuncem ſeu numerum quintum deſignat: hinc etiam* decuſſare *in medium dividere ſignificat.*

F

VITA.

BEatiſſimus igitur Caraunus, Romano territorio oriundus, patre illuſtri & honorato extitit procreatus; ſiquidem per officialis gradus inter Primates promeruit reſidere in Senatu. Cum jam itaque in adoleſcentiæ coaleſceret viriditate, cuidam peritiſſimo Grammatico traditus fuit ad diſcenda liberalium artium ſtudia. Tanta denique ſpiritualis gratiæ in eo collata eſt copia, ut non ſolum ſcientiæ trivium, verum etiam quadrivium, pleniter fortiterque in corde ejus conſtrueret domicilium. Ita namque ſecularis diſciplinæ pullulavit magnitudine, ut multorum florentiſſima ſuperaret ingenia. Tandem namque clementius omnipotens Deus ſuæ poteſtatis fabricam aſpexit, & fatuum mortalis prudentiæ ingenium cæleſti ſale condivit. Quodam ſiquidem tempore contigit ut epiſtolam *a* B. Pauli Apoſtoli legeret, ubi ait; Sapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum. Qui confeſtim hujus divini verbi jaculo perculſus, ta-

2 *Inſtructus ſecularibus diſciplinis,*

ex lectione epiſtolæ S. Pauli converſus,

a

cita conſcientia hæc replicabat verba: Incaſſum laboraſti, Caraune, in mundiali ſcientia. Hujus igitur fidei fervore accenſus, ad quemdam percurrens ſanctum Virum, pro Dei amore in montis ſpeleo reſidentem, acceſſit; quoniam avidiſſime deſiderabat corde jucundo munera divinæ legis percipere. Denique parvo rempore commoratus cum ipſo, ſpirituali dogmate luculentiſſime eſt eruditus, & in fide Chriſti pleniſſime fundatus: jam etenim adeptus fuerat ſacri Baptiſmatis lavacrum.

EX MS.

eruditur à viro Sancto

3 Hortantibus interea piis parentum affatibus famulorumque turba, ut cujuſdam Senatoris filiam adſciſceret ſibi in conjugium; ipſe Dei famulus, Angelicæ caſtitatis vigore circumſeptus, tamquam ſerpentina contagia, eorum ſprevit conſilia. Et cum iret Imperatoris ad aulam, Senatorum alloquiis ſuadebatur, ut affectum parentum implere non denegaret. At ipſe, Spiritus ſancti gratia repletus, caſtitatis flore comptus, hoc reddebat eis eulogium: Qui matrimonium jungit, bene facit: & qui non jungit, melius facit. Et cum diverſi ſapientes Dei virum adirent, ut eorum aſſenſibus annueret, armis divinis cunctos

ſpernit nuptias,

B ſuperabat omnino: omnibus namque ejus prudentia mirabilis habebatur. Quin etiam patre & matre defunctis, *b* Eccleſiæ ſe tradidit ſervitio: & qui per ſentes ſecularis ſcientiæ deviaverat, in florigeram herbam euangelicæ doctrinæ revolvit veſtigia: fertur, ſiquidem habuiſſe conſcenſum uſque in ſextum gradum. Illo prorſus in tempore pene videbatur undique ſuperſtitio multiplicari Gentilium, niſi tantum quod *c* B. Clemens, Petri Apoſtoli ſucceſſor, quoſdam ex diſcipulis in Galliam direxit *d*, Photinum Lugduno, Dionyſium Pariſio, cum quo ſanctus Caraunus diutiſſime fuerat eruditus. Ad ejus namque exemplum atque doctrinam non modica confluxerat diſcipulorum turba: ineffabilis enim ſanctitas, ac innumeræ virtutes longe lateque percrebruerant de eo: ſed ne orationis prolixitas legentibus pariat tædium, pauca de multis narrare incipiamus.

parentibus defunctis fit Eccleſiaſticus;

b

c

d

condiſcipulus S. Dionyſii,

4 Quodam igitur tempore ſanctus Dei famulus Caraunus quemdam juvenem conſpexit in publico reſidere, cui cæcitas obruerat lumina, & muta lues clauſerat loquelæ ſpiramina. Pro cujus ingenti ærumna diſcipuli virum Dei efflagitant, ut voci & oculis clauſis integræ ſoſpitatis

ſanat cæcii & mutum ſigno Crucis,

C concederet auxilium. Qui compulſus horum precibus, tradidit ſuper ipſum Crucis ſignaculum. O mira Dei potentia! facies extincta honoratur priſtinâ lucernâ, & oris ſolvuntur vincula, ac diſtinguendæ vocis munera. Hac itaque ſalute conſecuta, ille benedicens Dominum famulumque ſuum Caraunum, ſanus rediit ad propria. Operæ pretium eſt illud inſerere, quid miraculi per eum Dominus geſſit. Tunc ſiquidem temporis in Romanis urbibus hæc conſuetudo habebatur, ut feſtis diebus concurrerent currus in ambitu; & aurigæ, cujus equi præpedirent curſum, victoriæ minime ſit deputatio. Cumque quidam auriga currentibus equis veheretur curru, ex eo lapſum incurrit: & deſtitutus ſolatio omni, colliſis membris, velut mortuus in terram cecidit, ut nec manum movere, nec cervicem poſſet quoquomodo reflectere: ſola enim vox deprecationis remanſerat in lingua: qui delatus in lectulo ad ſanctum Virum, poſcebat ablatæ ſalutis remedium. Vir ergo ſanctus, his votis commotus, miſericordiam Domini invocans, in unius horæ ſpatio omni fugato dolore, perfectæ ſaluti eum reſtituit. Nec illud prætereundum eſt ſilentio. Cum quadam die idem Dei famulus ab eccleſia rediret ad hoſpitium, vidit quemdam hominem ſedere in trivio, cui jam multo tempore erat ſpes videndi ſubtracta. Qui extemplo pietate commotus, noſtri Salvatoris exemplo ſpuit in oculos ejus. Tali quippe medicamine Chriſti ſub nomine propelluntur cæcitatis tenebræ, & obfuſcata facies perfecto reparatur lumine.

à lapſu colliſa membra fuſis precibus,

D *alium cæcè ſputo,*

5 Hujuſmodi namque miraculis coruſcabat Dei famulus, quia nullatenus volebat in tenebris peccatorum conſiſtere, ſed avida mente ſemper amavit ſolem ſequi juſtitiæ. Magna ſiquidem inerat illi intentio venumdare omnia, nihilque ſibi reſervare ex his quæ habere poterat, ſed ſemper ſolatia pauperibus & eccleſiis tribuere: per hanc enim diſtributionem in cælo ſuum collocabat theſaurum; montem perfectæ virtutis aſcendens, Domino invitante, qui ait; Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & veni, ſequere me. Prædicetur divina virtus, ut laudibus creſcat Dei famulus. Cognoverunt igitur diſcipuli quod ſibi haberet iter diſpoſitum, quod omni modo moliebatur eis fore incognitum. Cumque hæc fama eundi ad notitiam multorum perveniſſet, virorum ac mulierum turba confluebat ad eum, & prorumpens in lacrymas, aiebat anxia; Aut commorare inter nos, Pater optime, aut ſocios mortis nos admitte. At ille attonitus, baculo percutiens humum, animo deſiderabat eremum. Nam in conticinio noctis, cum ſuper cunctos altus irruerat ſopor, ſolus fugit ab illo loco. Cumque graderetur ſuper maris littore, navim reperit oneriferam. *e* Aſcendente autem ſancto Viro in eam, ecce ab Occidentali plaga grando prodiit dira: navis autem undarum procellis jactabatur, ita ut omnes qui aderant, vicinæ mortis clamarent adeſſe pericula. Statimque vir Dei oculos in cælum intendens, cum ſignacula Crucis exhiberet contra ventorum rabiem, magna tranquillitas facta eſt ſubito, ut ethnici, qui aderant, clamarent ore conſono; Qualis eſt hic, cujus famulatui obedit tempeſtas maris? Vere enim illi obtemperabat elementum inſenſibile, quia voluntatem omnium Creatoris exequebatur in omnibus præceptis. Hoc namque miraculum fuit ſalutis indicium, quoniam accipientes ab ipſo fidei ſignaculum, confitentur ſe deinceps credere Chriſtum.

ſua vendit & dat pauperibus,

B

nocte fugit

e

tempeſtatem ſedat;

F

6 Exinde navali evectione pervenerunt, ad quamdam inſulam, ubi templum Veneris habebatur: in quo cum ſpurciſſimo ritu cum multitudine populi annua feſtivitas celebraretur, ecce Sacerdotis filia, graviter à dæmonio arrepta, ejulare atque clamare cœpit per compita, adveniſſe famulum Chriſti Caraunum, & ejus ſe debere properare occurſui. Et cum eſſet Sacerdotis templi filia, omnes ſecuti ſunt eam: & cum ante præſentiam viri Dei accederet, dæmoniaca multitudo clamitabat per os puellæ; Cur, ſerve Dei, antiquis & veteranis ſedibus veniſti avellere nos? Hujus quippe terræ populus, Chriſti credulitatem non habet. Sed tantum hoc deprecamur, ut dum ab his ſedibus expuleris nos, non in abyſſum tuo imperio præcipites. Confeſtim itaque vir Dei, videns puellam vexari crudeliter, ſub Trinitatis nomine eam liberavit omni exploſo dæmone. Videntes igitur cuncti, qui præſtigiis dæmonicæ inſultationis detenti aderant, feſtinanter ad Dei famulum convolabant, poſtulantes ut

ab energumena proditur:

eam liberat,

ab

A ab ipſo acciperent Chriſti ſignaculum. Beatus ergo Caraunus aperit eis lucem veritatis, demonſtrans viam perpetuæ felicitatis : inſtructoſque fide Catholica, pene per triduum cunctos renaſci fecit lavacro baptiſmatis : & poſtpoſita omni ſuperſtitione diabolica, armati credulitate egregia, ſine mora deſtruxerunt diaboli ſimulacrum, & in honore Chriſti erexerunt eccleſiæ titulum. Præterea per diverſas maris inſulas quicumque dæmoniaca vexatione conturbabantur, amentius clamabant, adveniſſe famulum Chriſti Caraunum, & reſidere in quadam maris inſula, eumque debere adiri cum feſtinatione ſumma. Et quicumque acceſſerunt, reparata ſoſpitate virtute divina, meritiſque B. Carauni tetris ſpiritibus fugatis, alacriter redierunt ad propria ſani. Cumque pro his ſignis ab omni populo nimio affectu veneraretur, humanæ adulationis funditus parvipendit honorem, timens ne ventus humani favoris ſubriperet, quod humilitatis ſinceritas in cælo collocabat.

& multos converſit:

demno varios energumenos liberat:

B 7 Igitur paucis in comitatu Fratribus aſſumptis, omnibuſque relictis, peregrinari voluit; non immemor illius dicti ad Abraham; Exi de terra tua, & de cognatione tua, & vade in terram, quam monſtravero tibi; vel illius Dominicæ intonantis ſententiæ, Qui non reliquerit omnia quæ habet, ut tollat crucem ſuam, & ſequatur me, non poteſt eſſe perfectus. Proſpero tandem curſu Maſſiliam depulſus eſt, mari egrediens. Commoratus denique ibi parum, plures revocavit à cultura idolorum, & in fide Chriſti conſolidavit eos admodum. Exinde Lugdunenſis provinciæ partes illuſtraturus acceſſit. Ubi, ut dictum eſt, tanta proſpexit populum amentia detineri, ut relicto Chriſtianitatis nomine, quod abſurdum eſt dicere, renati fonte baptiſmatis, idola ſurda & muta, quæ & intellectualibus naturis & ſenſibus carent, ſed ſunt opera manuum hominum, adorarent. Cernens itaque vir Dei, hujus idololatriæ caſſo cultui inſervire populum, fidei calore accenſus, prædicare cœpit, ut ſe ab hoc nefando ritu removere, & Deum vivum, qui regnat in cælis, colere deberent. Sanctitas enim ejus immenſa, & fides perfecta, caritaſque copioſa, quę negligenter videbat fieri, non poterat reticere, quia civitas ſupra montem poſita non poteſt abſcondi: & arreptâ ſecuri ſaxum immaniſſimum, quod ſtultitia hominum colebatur pro Deo, propriâ manu comminuit. Nec quiſquam ei contradicere auſus fuit, quia ſanctitate præclarus, ſermone egregius, maximis virtutibus, quas per illum Dominus faciebat, fulgidus, omni populo terræ illius honorandus erat atque timendus. Tantus namque terror eos invaſerat, ut omnes mirantes ejus conſtantiam, venerarentur ut Dei Angelum, timerent velut Dominum. Ordo igitur lectionis manifeſtare expoſcit, quod per eum Dominus inibi dignatus eſt operari.

Gen. 12, 1 appellit Maſſiliam:

In agro Lugdunenſi,

everſit fanum idolorum,

C 8 Quædam denique mulier illic aderat, quæ morbo ſubcutaneo tumeſcebat per viſcera. Quam beatus Dei famulus conſpiciens, dixit ad eam : Vis fieri in proximo ſana? At illa reſpondit; O vir Dei, cunctam habeo expenſam ſubſtantiam in medicis, pro deſiderio recuperandæ ſanitatis, nec ab ullo potui ſentire quidpiam ſalutis. Ad hæc Dei famulus ait Caraunus; Si promiſeris te idolis abrenuntiare, in quibus diabolica ſervitus exercetur, & animæ ſeductæ pereunt; pro certo ſcias, quod pietate divinâ poteris adipiſci ſanitatis medelam. Illa autem fide non modicâ aſſerit univerſis obedire præceptis, quæcumque vir Dei imperaverit. Mox ſiquidem dexterâ S. Ca-

hydropicâ converſam,

tactu ſanat:

rauni tangente, cunctæ infirmitatis tabes receſſit, & reparata ſanitas in toto corpore lætatur : tali quippe antidoto exultat corpus in ſoſpitate, & anima in Chriſte crudelitate. Non ſolum autem illa exultavit in hoc munere, ſed & plures inibi curati à dæmonibus magnificaverunt Dominum, famulumq; ſuum Caraunum, cujus meritis tanta coruſcabant miracula. Videntes itaque qui aderant tam glorioſa fulgere prodigia per famulum Dei Caraunum, omnes certatim ſimulacra diruerunt funditus, & baptizati qui dæmoniaca fuerant fraude decepti, priſtinam fidem renovaverunt, & Pagani cum gaudio exultationis omnes ſalutare lavacrum perceperunt. Interea quis explicet verbis miracula, quibus Dominus per famulum ſuum Caraunum pulchre dignatus eſt comere mundum? Antea enim deficiet copia verborum, quam ſigna tangent littus miraculorum. Præterea dum paucis ibidem diebus commoratus fuiſſet, ita eum Dominus, ut dictum eſt, gratia ſua condierat, ut omnes eum quaſi Angelum Dei venerarentur: prædicatione enim ejus revocati erant à culturâ idolorum, & fulgebant in illis ſermone & opere inſignia Chriſtianitatis officia.

ex Ms.

& multos baptizat:

B 9 Diſpoſito ſiquidem itinere ſanctus vir Dei Caraunus univerſa loca perluſtrabat, & divino comitante auxilio multa ſigna & virtutes fulgebant per eum; ita ut ſuperbam Gallicanæ ſcientiæ pompam, prædicationis ejus eloquium ſpirituali imbre molliret: & qui diabolicæ ſuperſtitionis tenebantur cultu captivi, ſimulacris quæ colebant renuntiantes, alter alterum præcedere conabantur; ut ſancti ac beatiſſimi Carauni manus impoſitione, accepta baptiſmatis unda, ab omni peccatorum nævo mundarentur, & patriæ cæleſti ipſos repræſentaret, orabant. Beatus igitur Caraunus, talentum ſibi commiſſum multiplicare cupiens, eos in fide Chriſti pleniter inſtruxit, & adjuvante Chriſti gratia plenius roboravit. Exinde à parte Lugdunenſis provinciæ beatiſſimus Caraunus, velut ſol jubaribus, ita micans multis virtutibus, ad Carnotanam urbem illuſtraturus acceſſit. Ubi parvum numerum Chriſtianorum reperit, & infinitum agmen Gentilium diabolico errore detentum. Tunc denique à paucis Chriſtianis in urbe vir Dei receptus eſt. Producamus igitur in lucem, factam in quodam homine ibi non parvam virtutem.

ubique prædicans.

Carnutum venit,

F 10 Cum beatiſſimus Chriſti famulus graderetur per compita, vidit hominem in lecto jacentem, paralyſis languore afflictum, cujus vita ſine uſu corporis erat: & cum vir Dei cognoviſſet quod ſanctæ Eccleſiæ conſortium eſſet adeptus, acceſſit ad thorum ejus. Quo confeſtim faciente ſuper ipſum Crucis ſignaculum, ſoluta nervorum vincula ad perfectam ſalutem conſolidantur, & compage membrorum priſtinas vires recipiente, quaſi ſopitus à ſomno languidus, perfectiſſime ſanus, alacer ſurrexit de lectulo. Iſtud namque miraculum fuit ſalutis indicium, quia quantos revocaverit à cultura idolorum, non valemus comprehendere numerum. Itaque ne oratio in longum protelata infirmis auditoribus generet faſtidium, vertamus articulum, ut ſancta dictatio caute caſta martyrii ejus tangat officia.

paralyticum ſanat.

Iturus Pariſios,

11 Factum eſt autem poſt tanta beneficia Dei, quibus honorare atque ornare dignatus eſt mundum, per famulum ſuum Caraunum, ipſe vir Dei beatiſſimus, à ſuis commonitus, ut citius Pariſium pergeret rogabatur. Quibus Sanctus ait; Poſſumus quidem, Fratres, poſſumus: ſed me in hac urbe commorari diutius oportet. Non longo autem inibi tempore demoratus, ſicut illi deprecabantur, properare cœpit. Eminus quippe mons conſiſtit ab urbe jucun-

EX MS. jucundus, ab orientali climate; ubi dum ei hora veſcendi grata contigiſſet, Fratribus in refectione diſcumbentibus, S. Caraunus genua limo fixus, neſcio quid Dominum deprecabatur. Fratribus namque à cibo conſurgentibus, oculis lacrymarum fonte perlitis, adſpiciens in cælum, corpore Sanctus erigitur. Tunc Fratres intuens famulus Dei ait; Oro vos beatiſſimi, præcordiali amore cariſſimi, ut ſi me Deus in hac regione dignatur recipere, hunc merear habere locum ſepulturæ. Hæc quidem Fratres audientes, ad pedes Sancti proſtrati cum ejulatu deflentes, rigabant lacrymis genas, & ex imis arcana producebant ſuſpiria, talia verba reſpondentes; Cur nos, inquiunt, beatiſſime Pater, dum altiora deſideras; in captivitate deſolatos relinquere vis? At beatiſſimus Caraunus, infremens corpore, lacrymatus & ipſe; Nolite, inquit, Fratres mei, nolite flere: non ideo ut ita agendum ſit dixi; ſed futurum eſt, ut iſte locus multorum corporibus Sanctorum illuſtretur.

ſibi ſepulturam ibi deſignat:

12 Et oratione dictâ, cœperunt diſpoſitum ſibi carpere iter. Siquidem ab urbe lapidum *f* ſexto milliario occurrerunt filii Belial, armati ſubito, putantes Sanctum plurimam ferre pecuniam, aciem injicientes: ſtatimque omnibus ſuis fugientibus per latebras, & per opaca ſilvarum loca perſequentibus inimicis, ſolus S. Caraunus remanſit intrepidus. Sed beatiſſimus vir Dei Caraunus, malens mori, quam ſuos perire Fratres, voce altiori clamare cœpit; Nolite homines, nolite perſequi innocentes: pecunia, quam quæritis, en habetur mecum. At illi hoc audientes, omnes ad Sanctum reverſi, rogabant ut proderet. Tunc vir Dei non amplius quam unum ſolidum, quem ſibi pro viatico reſervaverat, eis oſtendit. Reliqua autem omnia quæ habuerat, præter hæc, pauperibus erogaverat. Nolebat enim aggravare animam pecuniali pondere, dicente Domino; Non ſacculus, non pera vobis portanda eſt; &, Nolite cogitare de craſtino. Tunc infeliciſſimi illi, putantes ſe illuſos fuiſſe à ſene, evaginato gladio cervice ultro dedita caput S. Caraunni amputaverunt. Gaudens itaque vir Dei ſuſcepit martyrium, ſicut inſuperabilis miles pro triumpho deſiderat præmium. Spoliantes vero corpus ejus, nihil amplius pecuniæ inventum eſt, niſi quod ab ipſo fuerat præſentatum.

f B

à barbaris deprehenſus,

capite amputato obit:

C

13 Denique tranſacto diei tempore obſcurantibus tenebris, in ipſo crepuſculo noctis, qui per opaca fruteta fugientes latebant, audiunt quaſi humanam vocem tertio proclamantem; Confortamini, Fratres, confortamini, & nolite metuere: ſed revertimini ad locum vobis oſtenſum, & ibi corpuſculum meum requirite. At illi, qui per opaca nemora latebant trementes, vocem quidem ſanctiſſimi cognoſcentes, maturius concurrentes, venerunt ad locum, ubi ſeipſum ſepeliendum rogaverat: & invenerunt corpus ejus in loco, ubi prius genua flexerat, quaſi in oratione proſtratum jacere, dextro geſtans brachio caput *g*. Hic beatiſſimus Caraunus, fidei Dominicæ veridicus aſſertor, & gentilium animarum divina prædicatione laudabiliſſimus lucrator, dæmonum ab obſeſſis corporibus potentiſſimus expulſor, ægrorumque decumbentium totius ſanitatis ſaluberrimus reparator, roſeo tali martyrio conſummatus, in populis coronandus, Martyrum choreis ſociandus, Sanctis omnibus aggregandus, occurrentibus Angelorum atque Archangelorum cœtibus, reportans nobilem de hoſte antiquo triumphum, ovans victor evolavit ad cælum, recipiens ſtemma perpetuum. Quo lamento, quibus miraculis in die illa geſtum eſt; quæ agmina Paganorum, quæ caterva Chriſtianorum ob geſtæ rei miraculum conjunxiſſent; verbis non eſt facile explicari. Ibi à Chriſtianis corpus ejus ſepultum eſt, ubi prius ab eo fuerat deſignatum.

& ſepultus.

g

D

14 Quantas virtutes Dominus & Redemptor noſter in die illa in honore famuli ſui oſtendere dignatus eſt, quis potuit enarrare? Ubi cæcis viſus refunditur, mutorum lingua ſolvitur, ſurdis auditus panditur, claudis ſana ambulatio datur, pluribus obſeſſis à dæmonibus liberatio conceditur; vel ſi qui tertianæ, vel quartanæ typo febris, ſeu reliquis languoribus variis vexantur, indepta priſtina ſanitate lætantur, incolumes domum revertuntur; Domini nomen benedicentes Sanctorum in ſplendoribus, cui eſt par ſplendor, æqualis majeſtas, ſocialis celſitudo, in arcibus æthereis, cum Patre & Spiritu ſancto, in ſeculà ſeculorum. Amen.

claret miraculis.

ANNOTATA.

E

a *Non videtur à Sauſſajo recte ex his verbis colligi*, prodi in Eccleſiæ hujus monumentis, hunc Pauli Apoſtoli factum Romæ diſcipulum.

b *Hinc ſupra in Breviarii Lectionibus dicitur* Diaconus ordinatus.

c *Poſt S. Petri mortem ſediſſe Linum annis 2, menſibus 3 non integris ac tum ſucceſſiſſe* S. Clementem *in tractatu noſtro de Pontificibus Romanis oſtendimus. An vero à S. Clemente, aut potius à Sixto II, S. Dionyſius & alii miſſi ſint, conſule Boſquetum lib. 1 Hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ à cap. 24 uſque ad finem libri.*

d S. Photinus, *Epiſcopus Lugdunenſis & Martyr, obiit anno 17 Antonini Veri, id eſt Chriſti 177, uti Euſebius lib. 5 hiſt. Eccl. cap. 1 ſcribit, & 2 Iunii die ejus Natali indicabitur. Quam hæc procul diſtant à Pontificatu Clementis Papæ, quem hic ſuſcepit an. 67?*

e *Sauſſajus nihil de mari aut inſula, nihil de Maſſilia aut Lugduno habet, ſed ex proprio ſenſu ſocium facit S. Dionyſii, & ab eo Carnutum deſtinatum.*

f *Ubi nunc eſt eccleſia & parochia* S. Cerauni, *vulgo* S. Cheron du chemin.

g *Hinc Sauſſajus deducit*: Deciſum caput Pugil Chriſti colligens, eum in locum detulit, ubi tumulũ eligens quievit. *Fabula iſta inde nata creditur quod Sancti, capite amputato coronati, ſolerent in ſtatuis proponi, eum capite ante pectus prælato.*

F

MIRACULA

Ex III *Codicibus Mss.*

15 DIvini muneris ſubſidio, Fratres dilectiſſimi, tanti viri, ſcilicet egregii Carauni, parvâ quidem cymba tranſnavigavimus enorme pelagus miraculorum, quæ dum viveret geſſit luculentiſſime, quæ & ædificationem mentis & maximum fidei robur contulerunt, & plenæ ſanctitatis normam ſplendide edocuerunt. Proferenda eſt igitur aurea lux miraculorum, quæ poſt glorioſiſſimum ejus tranſitum inſtar ſplendidiſſimi ſolis refulſit in mundo, & Carnotanam urbem vaſtæ exultationis exhilaravit gaudio. Interea, quemadmodum Dei famulus Caraunus prophetiæ ſpiritu plenus prædixerat, ita actum eſt, ut nullus Chriſtianus aut Religioſus in illo inveniretur loco, qui non, ubi ipſius Sancti quieſcebant membra, viſis

Honor loco ejus ſepulturæ habitus,

tot

sub Francis Christianis restitutus cultus,

tot signis, desideraret habere sepulcrum, unde & Mons-sanctus digne extat vocitatus. At ubi gens barbara Francorum, divinitus inspirata, letiferum infidelitatis derelinquens morbum, Christianitatis adepta est nomen, & (sicut dici solet) repentinus calor longum vicit teporem; utque fortis erat manu, postquam cognovit viam veritatis, ita vehementer Deum colere cœpit; & Romana tepeditate calcata, robur Francorum ex fide convaluit. Videns itaque illustris quidam vir *a* Sechranus celebre S. Carauni nomen fore, & quod locus sepulturæ ejus nequaquam haberetur venerationi, divino fervore succensus, basilicam desuper fieri ordinavit. Vir namque Apostolicus, vocabulo *b* Pabolus, refulgens præclara sanctitate, eo tempore Episcopus, Abbatem simul & pulchram Cleronomiæ seriem, quæ sepulturæ deberet deservire, ibidem instituit.

a

b

16 Gaudium ergo miraculi depromatur in auribus fidelis populi, quod dignatus est Dominus ostendere pro amore famuli sui Carauni. Quadam vice dum venerabilis Aper Abbas cum Fratribus orationis gratiâ in oratorium ex more fuisset ingressus, solito cursu consummato, Fratribus reliquis discedentibus, senior in basilica clausis ostiis remansit solus. Et quoniam aliud sepulcrum juxta sancta membra consistebat, unde quale esset beatissimi Carauni habebatur incognitum; flebili angebatur mœstitiâ. Pro desiderio siquidem hunc præclarum reperiendi thesaurum, corpore humo prostratus, sidera mente transcendens, Deum, cui omnia occulta sunt aperta, solus deprecabatur, ut ejus de pectore ambiguum tolleret, & certæ rei notitiam de corpore sancti viri demonstraret. Perseverans itaque in hac orationis constantia, paululumque genua reflectens, expansis manibus, & oculis in cælum intentis, prospicit in promptu sibi adstare virum, capite cano, formâ decora, vultu angelico, & dicentem ei: Quid mœrore, Frater, consumeris? Abbas inquit: O egregie Pater, ob beatissimi Carauni sepulturam, quia qualis ex iis geminis sit ignoramus. At ille baculo, quem tenere videbatur, tumulum designans, ait: En membra hic sancta quiescunt. Confestim autem illa pulcherrima visio, cum his lætitiæ dictis, abscessit ab ejus oculis. Tum quidem Pater ingenti stupore magnoque repletus gaudio, denuo se cineribus sacratissimi busti obvolvit, agens Deo gratias cum lacrymis, eo quod sui compos voti meruit exaudiri, in revelatione hujus corporis eximii.

B *Abbas de sepultura dubius,*

C

facta apparitione redditur certus.

17 Interea summa cum festinatione prælibato Præsuli, scilicet Pabolo, gestæ rei miraculum pandit. Quo audito Pontifex, quasi è somno evigilans, elegantissimum dedit responsum: Si ita habetur, Frater, ut asseris, oportet nos triduanum indicere jejunium, sanctæ ac individuæ Trinitatis majestatem implorantes, ut ejus suffragio, qui tam mira dignatus est ostendere, possimus sancta membra, quæ indecenter jacent, in honorabiliorem perferre locum. Tertio itaque jejunio cum pernoctatione peracto, omnis cleri simul & populi conventu facto, corpus sanctissimi viri Carauni coram cornu altaris mirifice cum immenso

Corpus elevatur,

sepelierunt tripudio. Tanta denique in die illa à corpore sancti Viri emanavit fragrantia, & locus ille inæstimabili suavitate odoris respersus est, ut universali genere odoriferi unguinis crederes totam ædem illam fuisse delibutam, ut omnes qui aderant glorificarent Altitonantem ob tantæ amœnitatis respersionem. Patet namque in hoc mirabili facto, quod ipse Vir sanctus, dum superstite frueretur vita, decantans cum Apostolo, Christi bonus odor sumus Deo, habebat sui pectoris templum virtutum aromatibus delinitum, orationumque copia respersum, ac sanctissimi cœlibatus liliis circumseptum, à cujus corpore tanti odoris effluxerat suavitas. Illud vero vas ligneum, in quo Sancti corpus fuerat humatum, ferreis clavis erat adstrictum: quod non æstus impedimentum, non pluvialis alluvio madefecit per tantorũ spatia annorum, sed quasi [lignum] Setim imputribile crederes permanere: unde, usque hodie à multis credentibus lignum & ferrum conservatur ex fide. Multi nempe qui variis infirmantur languoribus, vel siqui typo diabolicæ insultationis agitantur, si ex his super se habuerint, extemplo sanitatis alacritatem recipiunt.

EX MS.

sarcophago priori incorrupto.

18 Huic siquidem paginæ est necessarium inserere laudem miraculi, quod temporibus sæpe dicti constat Episcopi actum: timore enim, & amore compungimur in observanda reverentia sancti Viri, cum hæc fulgida resonaverint dicta prodigii. Accidit namque, cum quædam parochia vas ad libandum Sacrificium minime haberet, præfatus Pontifex de basilica Carauni unum tribuit calicem parochiæ indigenti, pollicitans ut meliorem in eo restitueret loco. Interea dum nescio qua conditione prædictum reddendi munus intercessit dilatio, sæva statim in eum permovetur divinæ ultionis ira, & rapiuntur ab eo salutis organa; & ita febricitantis intromittuntur ægritudinis tormenta, ut exusta corporis medulla vix moveret vel labia. Quadam igitur nocte quispiam è civibus, Dei timore circumdatus, & in sancta religione pleniter fundatus, vidit visione præclara adstantem Angelum & dicentem: Vade, frater, & dic Pabolo Episcopo, ut munus S. Carauni, quod indigne abstulit, celeriter restituat, tuncque reparabitur in eo pristinæ sanitatis hilaritas. At ille, ludificante somno putans esse vanum tantæ revelationis mysterium, nemini dicere voluit. Secundo itaque, ei sicut & prius apparens, ait: Cur non innotuisti Pontifici tuo quod tibi fuerat imperatum? Tunc ille mature consurgens, ad sancti viri concurrens sepulcrum, talia prostratus verba toto nisu postulabat, dicens: Immensæ pietatis tuæ, Domine, multitudinem deprecor, ut meritis S. Carauni, si ex te ista processit visio, eadem tertio appareat, & omne dubietatis vulnus procul à me repellat. Denique transacto diei lumine, jam tenebrosæ noctis horridum chaos ingruerat, in stratu solito tradidit sese sopori placido: & ecce Angelus qui ei apparuerat, jam venit velut frendens: & ignaviam increpans, ait: Cur divinis non obtemperasti monitis, & infidelis Pontifici tuo non illico nuntiasti, quod tibi fuerat imperatum? duplicis te noveris esse reum negligentiæ coram Domino. Exinde evigilans statim à somno, citius ad Pontificis properat occursum, quæ sibi divinitus fuerant ostensa exponens per ordinem cuncta. Legati itaque ad parochiam diriguntur cursu præpeti, & dum ad præfatum refertur locum calicis decus, regreditur ad Præsulem pulchræ salutis desiderabile munus. Calice enim basilicæ reddito, Pontifex alacer tripudianti sanitate surrexit à lectulo.

ob calicem ablatum,

E

punitus Episcopus.

& per alium, ter ab Angelo edoctum,

F

monitus, restituto calice sanatur.

19 Prosequamur miraculorum seriem, & adjiciantur inter hæc hagiographa cælestis misericordiæ gaudia, meritis S. Carauni in quodam homine facta. Vir profecto venerabilis, Sacerdotii infula cõptus, nomine *c* Leodegisilus, cum ad evocationem glorioſissimi Regis *d* Chlotharii (cujus adolescens filius gravi tædio infirmitatis dicebatur detineri ita vehementer astrictus, ut nihil aliud autumaretur, nisi ut paratis exequiis mortis obscu-

c
d

EX MS. e *Filius Chlotharii Regis,* ritas vitæ fugaret lumina) proficiſceretur; cum ſocio adoleſcente [ivit] ad venerandum S. Martini archiſterium, ut ſuffragante ejus interceſſione ſanitatis medelam divina ei conferret pietas. Dumque Carnotanam urbem præfatus vir properans præteriret, collegis paululum vel vehiculis reficiendi ſpatium tribuit; ipſe vero, continua frugalitate fatigato corpore, dedit ſe ſopori; &, ceu vigilans, vidit virum, vultu Angelico adſtantem, & iter ſibi percunctantem. Ille autem, ut res agebatur, ei omnia enarravit. Tunc vir Dei ad illum; Bene, inquit, Frater, quia vadis: ſed jam eum Dominus per famulum quidem ſuum, Dominum Martinum & me ſervum ſuum, viſitare dignatus eſt. Et cum ipſe Leodegiſilus Presbyter perſonam vel nomen ejus inquireret, civem Romanum, nomine Cavaunum, & urbe Carnotana ſe paſſum fuiſſe, reſpondit. Et cum Stirpiniaco, juxta evocationem memorati Principis, ſæpe fatus vir venerabilis Leodegiſilus Presbyter præſentatus fuiſſet, puerum qui languerat, juxta verbum hominis Dei quod prædixerat, invenit ſanitatis gaudio repletum atque renovatum.

apparentibus SS. Martino & Carauno,

ſanatur,

B *alia miracula.*

20 Quin etiam, quot mirabilia, fugatis doloribus cunctis, ſuper imbecillitates decumbentium frequentiſſime S. Carauni apparent ſuffragio, perlongum eſt evolvere; quia plus clarent fidelium oculis, quam poſſint comprehendi litterarum memoriis. Quapropter contumaciæ jaculo percuſſis, qui potiorem habent affectum detrahendi quam imitandi, felicem arripuimus calicem & ſancto proceſſimus ſilentio. Accipiamus igitur, Fratres, & conſideremus tanti Patroni clementiam; & ejus præſidia ſub orationum frequentiâ dignâque reverentiâ imploremus; ut univerſa vitia averſemur, ſingularum virtutum colamus ornamenta; fidei, ſpei & charitatis innodemur per vincula, cunctorum quoque hoſtium liberemur incurſibus, totiuſque ſanctitatis decoremur floribus: quatenus in æthereis aulis animis exultantibus Cælicolarum applicemur cœtibus, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria, cum Patre & Flamine ſancto, in ſecula ſeculorum. Amen. D

ANNOTATA.

a Sechranus, *aliis* Sechrannus, Secrannus, Serranus, *civis Carnutenſis.*

b Pabolus, *aliis Mss.* Pappolus, *interfuit Concilio Pariſienſi 4 an. 573, in quo ejus cauſa ſuſcepta eſt adverſus Promotum, qui in caſtro Dunenſi Epiſcopus fuerat conſtitutus. Idem ſubſcripſit Concilio Matiſconenſi 2 anno 585.*

c *Poſt dictum* Pappolum *ſecuti Epiſcopi* Mainulfus, Theobaldus, *& dein* Leodegiſilus, *aliis* Ledegiſilus *&* Lanſegiſilus, *cujus Succeſſor* Bertegiſilus, *ſi tamen diverſus, interfuit Concilio Remenſi anno 624 aut initio ſequentis.*

d *Hic eſt Chlotharius II, mortuus an. 628, de quo ad tumulum* S. Carauni *legitur inſcriptio talis.* Chlotharius Rex Francorum dotavit hanc eccleſiam: *& additur nomen* Lenterici ſecretarii *&* Lancegiſili Epiſcopi. *Conſule Rolliardum in Hiſtoria Carnotenſi fol. 163.* E

e *Ms.* Cum ipſo adoleſcente: *ſed errorem hic eſſe aliquem ex antecedentibus & conſequentibus apparet: quem verbo uno immutato putavimus corrigendum.*

DE PLVRIMIS SANCTIS MONACHIS,

MARTYRIBVS THECVE IN PALÆSTINA.

G. H.

Ex hodierno Romano & Joannis Caſſiani Collatione VI.

CIRCA CCCCX.

C *Memoria in Faſtis,*

Abulæ hodierni Martyrologii Romani celebrant horum Martyrum memoriam hoc XXVIII *Maji his verbis*: Thecue in Palæſtina ſanctorum Monachorum Martyrum, qui tempore Theodoſii Junioris à Saracenis occiſi ſunt: quorum ſacras Reliquias accolæ colligentes, ſumma veneratione illas habuerunt. *Baronius, cui commiſſa fuerat Martyrologii recognitio, & amplificatio permiſſa, ex iis quos tunc meliores potuit habere auctoribus; in Annotationibus poſt factu editiſque, non explicat, utrum eos alicubi Sanctorum faſtis adſcriptos repererit, quod alias non indiligenter notat; unde colligimus ipſum data ſibi poteſtate eo etiam uſum, ut quos Sanctorum cultu dignatos olim noſſet, nec tamen ſciret quo die anni, hunc iis ipſe legeret arbitratu ſuo. Hoc tamen neſcio cur diſſimulans, & quaſi de alterius opere agens, nec præciſe ſciens unde accepti ſint, adſcribit in Notis*, videri illos eſſe, de quibus agit Joannes Caſſianus in Collatione ſexta de nece Sanctorum cap. 1 & ſequentibus: *Verba Caſſiani hæc ſunt.*

ex Caſſiano. 2 In Palæſtinæ partibus juxta Thecue vicum, qui Amos Prophetam meruit procreare, ſolitudo vaſtiſſima eſt, uſque Arabiam ac mare mortuum ampliſſima extenſione porrecta. In hac ſummæ vitæ ac ſanctimoniæ Monachi diutiſſime commorantes, repente ſunt à diſcurrentibus Saracenorum latrunculis interempti. Quorum corpora licet ſciremus tam à Pontificibus regionis illius, quam ab univerſa plebe Arabum tanta veneratione prærepta, & inter Reliquias Martyrum condita; ut innumeri populi è duobus oppidis concurrentes, graviſſimum ſibi certamen indixerint, & uſque ad gladiorum conflictum pro ſancta rapina ſit eorum progreſſa contentio, dum pia inter ſe devotione decertant, quinam juſtius eorum ſepulcra ac reliquias poſſiderent; aliis ſcilicet de vicinia commorationis ipſorum, aliis de originis propinquitate gloriantibus; nos tamen vel noſtra, vel quorumdam non mediocriter ex hac parte ſcandalizantium Fratrum offenſione permoti, inquirenteſque cur tanti meriti ac tantarum virtutum viri ita ſint à latrunculis interfecti, tantumque Dominus paſſus fuerit erga ſuos famulos facinus perpetrari, ut viros cunctis mirabiles in manus traderet impiorum: mœſti ad S. Theodorum, ſingularem in converſatione actuali, perreximus virũ.... Cui cum de prædictorum virorum nece querimoniam fudiſſemus, admirantes tantam Dei patientiam, quod viros ſcilicet illius meriti taliter interimi permiſiſſet, ut qui alios quoq; ſuę ſanctitatis pondere de hujuſmodi liberare tentatione debuerint, ne ſeipſos quidem præripuerint de manibus impiorum; aut cur Deus admitti in ſervos ſuos tantũ facinus conceſſiſſet; Beatus Theodorus reſpondit: Hęc quęſtio illorũ ſolet animas permovere, qui parũ fidei vel ſcientiæ poſſidentes, merita Sanctorũ vel præmia, quæ non in prę-ſenti redduntur, ſed ſepoſita ſunt in futurũ, arbitrantur in hujus temporalis vitæ brevitate reſtitui. *Hæc aliaque Caßianus, quæ apud ipſum legi poſſunt.* F

3 *Idem*

A *& alibi eorum disciplinam exponenta.*

2 *Idem aliis quoque locis agit de disciplina veterum per Palæstinam & reliquum Orientem Monachorum, videlicet lib. 3 Instit. cap. 3 & lib. 4, cap. 19, 20 & 21: quæ videntur etiam illis in Thecuæ deserto Monachis, hoc loco laudatis, applicari posse. Vtinam autem Cassianus duorum saltem illorum oppidorum, quæ sibi corporum sacrarum Reliquias vindicarunt, nomina indicasset; facilius fortassis reddere possemus rationem, cur in monasteriis Palæstinæ, quorum usibus S. Sabas aliique Typicon ecclesiasticorum officiorum ordinarunt, nulla istorum Martyrum inveniatur memoria. Interim licebit suspicari, distractis (ut dictum est) corporibus, & desolata deinceps manente quam sancti isti Monachi sibi construxerant Laura (nulla enim illius postea mentio in Vita S. Euthymii & aliorum, in quibus Desertum Thecuæ nominatur aliquoties) neminem fuisse qui martyrii curaret historiam scribere, beneficio cujus omnibus Terræ-sanctæ monasteriis manssissent venerabiles; qui paulatim in oblivionem venerunt, invalescente Saracenorum in cunctis oppidis Palæstinæ dominatu, & Sanctorum in iis celebrium evanescente cultu.* B

DE SANCTO RIGOMERO,

EPISCOPO MELDENSI IN GALLIA.

G. H.

Ex Breviario, Saussajo, & aliis.

SEC. V.

B *Cultus sacer 28 Maji.*

BReviarium Meldense, *auctoritate Dominici Seguier Episcopi Meldensis ac ejusdem Ecclesiæ Capituli consensu anno* MDCXL *excusum, proponit ad diem hunc* XXVIII *Maji celebrandum festum* S. Rigomeris Episcopi Meldensis, *sub ritu semiduplici, as Lectiones præscribit de Communi Confessoris Pontificis, cum hac Oratione propria.* Propitiare quæsumus, Domine, nobis famulis tuis, per S. Rigomeri, Confessoris tui atque Pontificis, cujus Reliquiæ in Meldensi requiescunt Ecclesia, merita gloriosa, ut ejus pia intercessione ab omnibus semper protegamur adversis. *Saussajus hoc de eo concinnavit elogium:* Eodem die Meldis S. Rigomeri, itidem Episcopi & Confessoris, pietate, clementiâ, & misericordiâ prælucentis, qui post Principium illam Ecclesiam regens, Episcopatu ad Dei voluntatem egregie administrato, sancto fine quievit. *Hac ibi. Celebratur ejusdem memoria in Ms. Florario Sanctorum, itemque in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *impresso, atque in Additionibus Greveni ad Vsuardum anno* MDXV *&* MDXXI *excusis, his ubique verbis:* Civitate Meldis B. Rigomeri, Episcopi & Confessoris. *Fuit olim in eadem diœcesi* Abbatiola S. Rigomeri, Episcopi & Confessoris, *& recensetur inter Ecclesias, quas anno* MIV *Canonicis suis attribuit S. Gilbertus Episcopus Meldensis, cujus Acta dedimus* XIII *Februarii. Fuit quoque* S. Rigomerus *decimus illius urbis Episcopus, & floruit seculo Christi quinto. Cetera in obscuro manserunt, quia neque Vita, neque Miracula ejus videntur aliquando scripto tradita fuisse. Refert D. Claudius Castellanus, in extimo suburbii Meldensis termino, etiam hodie reperiri sub nomine* S. Rigomeri *ecclesiam, vulgo* Saint Rogomer *dictam: quæ utrum reliquæ sit ex Abbatiola supra memoratæ incompertum nobis est.*

Reliquiæ.

Abbatiola.

E

DE SANCTO THEODVLO,

URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ EX-PRÆFECTO,

MONACHO STYLITA EDESSÆ IN SYRIA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De vitæ Actis, cultus die, & qualitate ac tempore Præfecturæ gestæ.

CIRCA AN. CCCCI.

Vita unde accepta.

NObile illud Orientalis Ecclesiæ *monumentum, continens Sanctorum ad Antiochenum fere Patriarchatum spectantium Vitas, cujus in Laurentiana Florentiæ Bibliotheca partem reperimus, pro ultimis quatuordecim Maji diebus servituram, uti plenius dictum* XVIII *hujus ad Vitam S. Syræ; inter alias etiam nobis exhibuit* βίον καὶ πολιτείαν Θεοδόλε, Ὑπάρχε Κωνσαντινοπόλεως, γενομένε μοναχοῦ καὶ συλίτε. Vitam & conversationem Theoduli, Constantinopolis Præfecti, facti Monachi & Stylitæ. *Est hæc eodem quo cetera ejusdem codicis Stylo luculenter explicata, ab Auctore, non coævo quidem; sed qui non omisit annorum numeros aliasque notabiles circumstantias, ab aliis ejusdem Vitæ abbreviatoribus prætermissas. Hanc ergo Latine redditam damus; quia licet ipsum* Theodulum, *neque in titulo* Sanctum *vocet auctor, neque in decursu historiæ; tamen sub finem indicat, ad monumentum ejus, magno Episcoporum & Hegumenorum concursu prope* Edessam *sepulti, frequentes fieri in suum usque tempus curationes; proinde non dubitamus, quin ut Sanctus fuerit in publica regionis illius veneratione.*

cum notitia cultus.

1 *Ita certe crediderunt Constantinopolitanorum Synaxariorum conditores posteriores, in Mss. Mediolanensi bibliothecæ S. Ambrosii & Claromontano Collegii Societatis Iesu Parisiis, aliisque unde accepta Menæa Venetiis excusa. Qui cum exemplum istius Vitæ accepissent ex Oriente, nec scirent cuinam diei adscribendus esset* Theodulus; *dederunt ei titulum* Sancti Patris nostri, *& elegerunt diem* III Decembris, *quo recurrebat anniversaria memoria* S. Theoduli Cyprii, *pro Christo stultum se simulantis. Sed quem Acta non indicant, & isti ignorarunt diem, exprimit in titulo prædictus* Codex, Μηνὶ Μαΐῳ κη', Mense Majo XXVIII. *Vitam adscribens, cui hac in parte fidem dandam putamus. Etenim Menæorum ac Synaxariorum elogia, multo* recen-

& diei 28 Maji, pro quo alibi assumptus 3 Decemb.

AUCTORE D. P.

recentius, & ex ipſa quam damus Hiſtoria fuiſſe ſacris libris inſcripta, vel ex ipſo patet barbarioris linguæ ſtylo, dum (ut alia omittam) σαρέκοντα pro πασαρέκοντα ſcribitur, σαρεκοσὸς pro πασαρεκοσὸς. Lubet tamen poſt prædictam Vitam, etiam Epitomen dare ex prædicto Ms. Claromontano acceptam.

3 Menæa excuſa, nulla præmiſſâ alterius Theoduli mentione, de ſolo hoc noſtro agunt, ejuſque elogio tale præmittunt diſtichon:

Ἐπαρχίαν γῆς ὑραιῶν ἐπαρχίας
Ὁ Θεόδυλος ἀντέδωκεν ἐμφρόνως.

In Menæis ac Synaxariis.

Quam bene terreni Theodulus culmen honoris,
Perpetuo ſapiens mutat honore poli!

Alludit auctor diſtichi ad titulum Ἐπάρχου Præfecti. Fuit autem Theodulus, uti jam dictum, Præfectus Urbis Conſtantinopolitanæ; itaque habet Vita & Elogium Synaxarii Claromontani. In Menæis vero dicitur, Πατρίκιος καὶ Ἐπάρχος τῆς Περσιλωείων. Diverſi omnino fuerunt Conſtantinopoli, Præfectus urbis & Præfectus Prætorii, æque ac Romæ: & ad alterutrum officium indifferens eſt titulus, qui ei datur in Menæis, ἢ ἀπὸ Ἐπάρχων, ex Præfectis.

Dignitas Præfecturæ ab eo geſta in ſeculo,

4 Sed ſi Præfectus Prætorio Theodulus fuiſſet, imperante Theodoſio magno; fieri vix poſſet ut ejus nomen non inveniretur in Codice Theodoſiano, ubi nullo non anno Theodoſii inveniuntur plures leges, ad hujuſmodi Præfectos directæ, unde eorumdem ſeries integra haberi poteſt; non item Prætorii urbis, ad quos multo pauciores leges extant, & pro annis CCCLXXXVII & quatuor ſequentibus omnino nullæ: ut ſi horum annorum reſcripta ad Vrbis Præfectos data extarent, credi poſſit Theoduli nomen in his inveniendum fuiſſe. Atque hinc porro ætas illius quadamtenus definiri poteſt: agebat enim annum vitæ, quando abdicata Præfectura & conjuge ſepulta columnam ſuam aſcendit, quadrageſimum ſecundum, natus proinde poſt annum CCCXL: & in eadem columna vixit annis XLVIII, adeoque nonagenarius obiit poſt annum CCCCXXX.

D

ætas vitæ.

5 Utilis porro eſt hujus Vitæ lectio, non tantum propter exemplum contempti ſeculi à viro tantæ dignitatis; ſed etiam propter adjunctam de Cornelio Citharœdo Damaſceno narrationem, qui unico heroicæ caritatis actu, parem Theodulo ſanctitatis & gloriæ gradum promeruit, quare hanc potiſſimum partem ex Vita Theoduli deſcribendam & populo proponendam judicarunt Synaxariorum prædictorum collectores.

ejuſque legendæ utilitas.

E

B

VITA

Ex Ms. Medicæo Bibliothecæ Laurentianæ Florentiæ Plut. IX, Cod. XIV.

Interprete Daniele Cardono Societatis Jeſu.

CAPUT I.

Præfectura generoſe abdicata, nequidquam obnitente uxore.

1 MAgno Theodoſio res Imperii curante, Theodulus quidam extitit, cui ab optimo Imperatore commiſſa erat Conſtantinopolitanæ urbis Præfectura. Hic, cum ſubeundæ aliquando mortis memoria ob mentis oculos ei nullo non tempore verſaretur, magna cum ſolicitudine & in perpetuo Dei timore vitam traducebat, ſumma fide & religione traditæ ſibi Præfecturæ munus ac dignitatem ſuſtinens, & plurimas eleemoſynas occulte faciens. Noverat quippe quam varia quamque impedita ſit vitæ humanæ ratio: inconſtantiam divitiarum, principatuum vanitatem, &, quam falſo nomine gloriam homines appellant, caducorum foliorum inſtar huc illuc ferri ac referri, & in terram ad extremum proſterni. Sed illud præcipue verſabat animo, quam gravis homini & moleſta mors tandem accideret. Nec id quidem immerito, cum qui hodie vivit ac viget homo, poſtera ſæpe luce in vivis non ſit, nec apud nos unquam deinceps verſetur. Conſiderabat rerum omnium humanarum inſtabilitatem & converſiones, & ægre inde ipſi erat. Cum vero rapinas quotidianas & violentiam, avaritiamque inter mortales graſſantem attentius ſecum cogitaret; tum præcipue mentis oculo in divinam longanimitatem & benignitatem altius defixo, non ſine lacrymis ſic ratiocinabatur: Omnis quidem virtus hominem qui in ea ſe exercet probatum Deo acceptumque efficit, quemadmodum cum agricolæ laborum impenſorum jactique ſeminis meſſis quædam jucunda & expectata exhibetur: alia tamen eſt alterâ præſtantior, omnium vero præſtantiſſima tolerantia. Ipſa videlicet operis cujuſque boni rationem haud inanem continet, virtuteſque ceteras nec inertia flacceſcere permittit, neque negligentia corruere, ſed nec in eam quæ ad mortem deducit viam patitur quem-

Theodulus Præfectus urbis CP.

aſſiduamortis meditatione,

ad ſeverioremvitæ rationem incitatus,

C

1 Ἐν ταῖς ἡμέραις Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου Βασιλέως ἦν τις, Θεόδυλος ὀνόματι, τὴν Ἐπαρχότητα τῆς πόλεως ἐμπεπιστευμένος ὑπὸ τοῦ γαληνοτάτου Βασιλέως. Οὗτος διαπαντὸς πρὸ ὀφθαλμῶν εἶχεν τὸ θάνατον, ὅθεν ἐν πολλῇ ἀγωνίᾳ καὶ φόβῳ Θεοῦ διῆγεν, καὶ ἐν εὐσεβείᾳ ἐδιοίκει τὴν ἐμπεπιστευμένην αὐτῷ ἀρχὴν τῆς Ἐπαρχότητος, ποιῶν ἐλεημοσύνας πολλὰς καὶ τὸ λεληθός. Ἐώρα γὰρ τὰ ἐν τῷ βίῳ κυλίσματα καὶ σκελίσματα. Ἐώρα τὸ ἄστατον πλοῦτον, καὶ τὴν ἄλογον δυναστείαν, καὶ τὴν δόξαν τὴν ψευδώνυμον, ὡς φύλλα τὰ μάτην ὧδε κἀκεῖσε φερόμενα καὶ περιφερόμενα, καὶ εἰς οὕτως εἰς γῆν ἀποπίπτοντα. Ἐώρα πῶς, δεινὸν μὲν καὶ ἀνθρώπῳ θάνατος. Πῶς γὰρ οὐ; τῷ σήμερον ὄντι, καὶ ἀύριον οὐκ ἐσομένῳ, οὐδὲ πρὸς ἡμᾶς ἀναλύοντι. Ἐθεώρει τὰ γινόμενα ἄστατα καὶ ἀλληλοκατάλληλα, καὶ ἠγωνία. Ἐθεώρει τὰς ἁρπαγὰς, καὶ τὰς ἐπηρείας, καὶ πλεονεξίας τὰς ἐφεκάστης γινομένας, καὶ σπατενίζων τὸ ὄμμα τῆς διανοίας πρὸς τὸ μακρόθυμον καὶ φιλάνθρωπον Θεὸν, μετὰ δακρύων ἔλεγεν· Πᾶσα μὲν ἀρετὴ δοκιμὸν τοῦ ἀθλητοῦ ἀπεργάζεται, καὶ λαμπρὸν τῷ γεωργῷ τὸ θέρος ὁρᾶσθαι καὶ προσδοκᾶσθαι δίδωσιν. Πλὴν ἀρετὴ ἀρετῆς δοκιμωτέρα καθέστηκεν. Ἡ ὑπομονὴ δὲ πασῶν τῶν ἀρετῶν ἐστιν σπουδαιοτέρα, αὕτη γὰρ ἑκάστης ἀγαθῆς πράξεως σωέχει τὸ ὑπόστασιν, καὶ οὐδὲ ῥαθυμίᾳ ταύτας φθαρῆναι συγχωρεῖ, οὐδὲ ὀλιγωρίᾳ παραδοῦναι. Οὐ μὴν ἐκ ἀπογνώσεως εἰς ἑτέραν ὁδὸν τραπῆναι τὴν εἰς θάνατον ἄγουσαν· καὶ σωλόμενος ἐπῆν· Ὁ θρόνος τῆς ἀρετῆς ἡ ὑπομονὴ, καὶ ἡ χαρὰ, καὶ ἡ βασιλεία καθέστηκεν. Ὅθεν ὑπομένων ὑπομενῶ τὸ κύριον, καὶ αὐτὸς ποιεῖ χρηστότητα.

2 Εἶτα ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν προσκαλεσάμενος ὁ αὐτὸς Θεόδυλος Πρόκλαν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἔφη πρὸς

F

πρὸς αὐτὸν· Κυρία μου, δεδιδάγμεθα ἐκ τῆς θεσπεσίου Παύλου, ὡς ὅτι ὁ καιρὸς συνεσταλμένος· ἐπὶ τὸ λοιπὸν, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν, καὶ οἱ χαίροντες ὡς μὴ χαίροντες, καὶ οἱ ἀγοράζοντες ὡς μὴ κατέχοντες, καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ ὡς μὴ καταχρώμενοι· παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. Ἀλλὰ μέντοι καὶ ὁ ψαλμῳδὸς Δαβὶδ διεμαρτυρήσατο ἡμᾶς, ἐν στίχοις ψαλμῶν ὕστερον βοῶν· Αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη, ἐὰν δὲ ἐν δυνατείαις, ὀγδοήκοντα ἔτη. Καὶ μὴν καὶ βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομῆσαι· ὀγδοήκοντα γὰρ ἔτη πρὸς ἐκεῖνον τὸ ἀτελεύτητον αἰῶνα ὡς ἡμέρα ἡ χθὲς ἡ παρελθοῦσα λογισθήσεται. Τί δὲ ἐστι τὸ κέρδος τοῦ βίου τούτου, ἢ τί τὰ ἐξ αὐτοῦ προσιζόμενα, δεδιδάγμεθα παρά τινος ἀνδρὸς πανσόφου ῥήτορος, ὅτι ματαιότης ματαιοτήτων τὰ πάντα ματαιότης. Οὐδὲν οὖν, Κυρία μου, εἰσενηνόχαμεν εἰς τὸν κόσμον, ἀλλ' οὐδὲν ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. Ποῦ γάρ εἰσιν οἱ πρὸ ἡμῶν ἅπαντες; Οὐ προτετελευτήκασι, καὶ εἰς γῆν βληθέντες διεφθάρησαν; Τί δὲ ὁ βίος οὗτος; Οὐ καπνὸς, καὶ σκόδος, καὶ ἀράχνη, καὶ φαντασία καὶ ὄναρ;

B 3 Δεῦρο οὖν ἀνάσχου μου τῆς καλῆς συμβουλίας, ὦ Κυρία μου, καὶ ἐξευμενισώμεθα τὸν Θεόν. Βραχὺς γὰρ ἡμῖν ὁ τοῦ βίου τούτου καιρός. Νήψεως δὲ οὐ τυχούσης ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ πολλῆς καὶ ὑπερβαλλούσης δεόμεθα, ἵνα μὴ τῶν τελαγμένων ἡμῖν εἰς ἐργασίαν καιρὸν ἀκάρπως παραδεύσωμεν, μηδὲ φορτίον καθεαυτὸν συρεύσωμεν, ὃ βασάσειν μὴ βαρύ, κατέχειν δὲ ἐλαφρὸν, νωτοφορεῖν δὲ τρισάθλιον, ὃ τὸ πῦρ τῆς γεέννης ὀσφρανθὲν ἑλκύσῃ πρὸς ἑαυτὸ, καὶ ὁ σκώληξ ὁ τιμωρῶν ὀπτήσῃ τῷ κομίσαντι, ἐδίαν ἢ δι' ἑαυτοῦ, καὶ δαπανᾷ, καὶ σπαράττει τῆς φερούσης. Μέχρι οὗ τίνος, Κυρία μου, ἡμεῖς πρὸς τὰς ἀνοήτους τιμὰς καὶ δόξας ἑλκόμεθα; τί ἡμᾶς ὀνήσει ὁ ἄκαρπος πλοῦτος, ὁ ψεύστης καὶ δραπέτης; Καὶ γὰρ ὁ Δαβὶδ ἐξεκάστης μελῳδεῖ λέγων, Πλὴν μάτην ταράσσεται πᾶς ἄνθρωπος, θησαυρίζει γὰρ καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά. Ἀνάσχου οὖν μοι, ὦ Κυρία μου, καὶ διαπωλήσαντες ἅπαντα τὰ ὑπάρχοντα ἡμῖν, διανείμωμεν αὐτὰ τοῖς χρείαν ἔχουσιν, καὶ εἰθ' ὕστερον ἀποταξώμεθα τῷ βίῳ τούτῳ τῷ

C ματαίῳ, καὶ ἀλοκότῳ, καὶ ἐξευδενωμένῳ, ὅπως μεδισάμενοι τούτου ἐκεῖσε κληρονομήσωμεν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Οὐδὲν γὰρ ἐπίμονον, πάντα ὑπόσκιρα, καὶ παρεπίδημα.

4 Ἡ δὲ τοῦτον ἀκούσασα καὶ περίδακρυς γενομένη, ἔφη πρὸς αὐτόν· Κύριέ μου, ὕστερον με μεμίσηκας, ὅτι ἀποσασίαν ἐξ ἐμοῦ ἤδη μελετᾷς; Τί τὸ γεγονὸς, οὐκ οἶδα· ἐν τίνι δέ σου παρώργισα, ἀγνοῶ. Τί δὲ; Οὐκ ἀβαρῆ ἐμαυτὴν διεφύλαξα πρός σε μέχρι τοῦ δεῦρο; Οὔπω ἔτη εἰσὶ δύο, ἀφ' οὗ συνῴκησά σοι, καὶ ἤδη κατωλιγώρησας τῆς ἐμῆς συνοικήσεως; Οἴμοι τῇ ὀρφανῇ καὶ ἀθλίᾳ! Τάχα δὲ καὶ χήραν ἐμαυτὴν ἐξαίφνης ὁρῶ. Οἴμοι! τῇ μηδὲ πρὸς παραμυθίαν ἐσχηκυίᾳ τέκνον, ἵνα κἂν κατοπτριζομένη τούτου τὴν καρδίαν, ἐφεκάστης ὥρας ὁρῶ τὸν ὕστερον ἄφνω ἀπολαχίσαντά μου. Ἐβούλου, Κύριέ μου, ταύτην μοι μερίδα ὁπλέξασθαι. Τί με τὴν ἀθλίαν καὶ ὀρφανὴν λαβὼν ἐταπείνωσας. Ποίᾳ δὲ ψυχῇ καὶ προθυμίᾳ τὴν μονήρη βίον ὑπαλλάξω, παρθενίαν μὴ κεκλημένη; Οὕτως προέδου τῷ Θεῷ συνοικῆσαί μοι; Οὐκ ἐνέδυμῆ φόβον Θεοῦ καὶ κρίσιν, καταλιμπάνων με ξένην καὶ ὀρφανὴν, ἄτεκνόντε καὶ ἄνανδρον; Οὐκ ἤκουσας Παύλου λέγοντος, Δίδεσθε γυναικὶ, μὴ

quam per deſperationem trahi; atque ut breviter quod res eſt dicam; Patientia virtutum omnium ſedes ac thronus, gaudium quoque earumdem & firmamentum eſt conſtituta; ſuſtinens igitur ſuſtinebo Dominum, & ipſe faciet mecum bonitatem. EX MS. FLORENT.

2 Poſt aliquod inde temporis intervallum, vocata ad ſe uxore ſua Procla, ita eam eſt allocutus: Hæc, ô domina ac uxor mea, divini Pauli ſcimus eſſe documenta, ut cogitemus tempus eſſe breve, & quod reliquum eſt, ut qui habent uxores, tamquam non habentes ſint, & qui gaudent, tamquam non gaudentes, & qui emunt, tamquam non poſſidentes, & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur; præterit enim figura hujus mundi. Sed & Pſalmiſta David ſimilia nobis teſtatus eſt in Pſalmis ſuis, ita pronuntians: Dies annorum noſtrorum in ipſis, ſeptuaginta anni; ſi autem in potentatibus, octoginta anni: ſi tamen regnum quis cælorum conſequatur: alias enim etiam octoginta anni, in miſera hac & calamitoſa vita traducti, rationem habent diei heſternæ, quæ præteriit. Sed quæ tandem vitæ hujus dicenda eſt utilitas, aut quid ex ea in rem noſtram fructus poteſt colligi, niſi quod ſapientiſſimus quidam orator nos docuit: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Nihil igitur, Domina, in hunc mundum intulimus, ſed nec auferre quidquam nobiſcum poterimus. Quo nunc, putas, loco verſantur quotquot ante nos vixerunt homines? Nonne omnes vivendi finem fecerunt, & in ſepulcra illati, tandem abierunt in cinerem? Ipſa vero vita noſtra quid eſt? nonne fumus & pulvis & tela aranei, & vana imaginatio & ſomnium? *mundi vanitatem uxori ob oculos ponit.* 1Cor. 7, 29 Pſ. 89. 10 Eccl. 1. 2 B

3 Meis igitur conſiliis aures præbe, ac Deum nobis reddamus propitium. Modicum enim nobis ſpatium vivendi ſupereſt: vigilandum enim & ſobrie admodum agendum nobis eſt, ne conceſſum nobis tempus ad ea quæ recte ſunt præſcripta opere exequendum, ſine fructu ſinamus effluere; neve illud in nos miſeriarum pondus ultro trahamus, quod tollere ſit graviſſimum, ſuſtinere miſerum, portare calamitoſiſſimum, quodque graveolens ille ignis gehennæ ſecum trahit, & quod qui fert à verme mordente continuo invaditur, qui quem invaſit, eumdem comedere, conſumere, & perdere nequaquam ceſſat. Quouſque ergo, Domina mea, à falſis honorum ac gloriæ imaginibus ſeduci nos patiemur? Quid boni ab intempeſtivis & fugacibus, ac minime veris divitiis expectamus? ſingulis illud diebus ſanctus nobis David inclamat: Verumtamen vane conturbatur omnis homo. Theſaurizat enim, & ignorat cui congregabit ea. Me igitur audi; divitias noſtras omnes pretio divenditas in egenos diſtribuamus, atque in fallaci huic atque inani & contemptibili inſtiti vivendi nuntium remittamus; ut cum ex vita F erit abeundum, regno cælorum potiri nobis non negetur. Nihil enim ſtabile in mundo iſto reperias, ſed temporaria cuncta & citiſſime tranſeuntia. *eique conſilium ſuum probare conatur:* Pſ. 38. 12 Pſ. 38. 7

4 His omnibus illa auditis, ac fuſis ubertim lacrymis, ita maritum compellat: Itáne, Domine mi, uxorem tuam odio cœpiſti habere, ut ab ea jam nunc divortium meditari volueris? Quid hoc obſecro rei eſt? Neſcio equidem quam ob cauſam diſpliceere tibi tantopere potuerim. Quid enim? nonne in hoc uſque tempus cum omni erga te modeſtia me ipſam geſſi? Vix duo jam anni ſunt elapſi ex quo tempore ſancta tecum matrimonii lege conjuncta ſum, & ecce adeo cito mei te convictus tædium capit. Hei mihi viduæ ac miſeræ, quæ meo me conjuge derepente orbatam video! Hei mihi, quæ nec ullam hactenus, ad aliquod ſaltem doloris levamen, prolem ſuſcepi, ut vel imaginem ejus intuens omnibus diei horis illum habeam præ oculis, qui me ſic repente *cui illa fraſtra ſe opponit.*

deſeruit. Tute ipſe, Domine mi, hanc ut partem elí-
EX MS. FLOREN. gerem auctor fuiſti. Quid me infelicem viliori nunc conditione eſſe feciſti? Qua enim mente, quave audacia, poſt amiſſam virginitatem, tranſibo ad vitam religioſam? Siccine coram Deo propoſuiſti mecum vivere? neque eum timens judicium recogitas, qui me peregrinam, orbam, ſine prole, ſine marito dimittis? Numquamne illam Apoſtoli vocem percepiſti: Alligatus es uxori, noli quærere ſolu-
1. Cor. 7. 5. & 27 tionem: & alibi: Nolite fraudare invicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in id ipſum, ne tentet vos ſatanas? ac rurſum in ea ipſa ad Corinthios epiſtola ſic loquitur: Iis autem qui matrimonio juncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem à viro non
Ibidem 10 & 11 diſcedere .... Et vir uxorem non dimittat. Hæc & multa alia cum ad maritum dixiſſet, non ſine multis utrimque lacrymis, toto eo die cibi potuſque expers manſit. Sub noctem deinde in ſuum ſe conclave ſola recipiens, in diem uſque poſterum multis cum lacrymis viri ſui mentem conſiliumque deflevit.

5 Ut primum illuxit confeſtim è lecto ſe proripiens Theodulus, ex muneris quod obtinebat præſcripto, Imperatorem ſalutaturus de more abiit (Theodulum hic quippe amabat tenerrime, quem ſcilicet nihil non imperatoria dignum manſuetudine ac bonitate noverat ſuadere ac agere) ab eoque im-
B petrare contendit, ut cum bona ejus venia Præfecturæ curam deponere, & ſucceſſorem accipere poſſet, infirmitatem corporis cauſatus. Qua ratione perſuaſus inflexibilis alias Imperator, ut quietem ei ab officio concederet, alium Præfectum, in locum ejus ſubſtituit. Sed dicita abdicationis hujus per urbem fama, ingens civium factus eſt ad Palatiũ concurſus, ita Imperatorem unanimiter compellantium: Chriſti amantiſſime Imperator, civium ac ſervorum tuorum voces votaque ne rejicias. Eximia Theoduli integritas Deum regno tuo propitium & te victorem præſtat: Theoduli virtus Imperium tuum ſtabile facit eſſe ac firmum: hujus innocentia omnem à nobis injuſtitiam ſubmovet. Has igitur, invicte Imperator, ad te voces audemus emittere: Theodulum Præfectura abire ne patiaris.

6 Multa alia cum adjicerent, facto deinde ſilentio, Theodoſius multitudinem ita eſt allocutus: Ante etiam, ô cives, quam præclarum hoc de Theodulo voce unanimi teſtimonium ferretis, viri virtus atque
C integritas nobis erat perſpecta, & quo modo earum quæ mihi præſertim in amore ſunt virtutum ſectator egregius ſemper extiterit, ac meritam inde à nobis laudem conſecutus ſit. Noſtra ſane imperium gubernandi ratio amaritudine nulla permiſceri, ſed ſuavitate potius clementiaque abundare amat. Ferociores quippe & eos qui moribus apparent non omnino probatis ad meliora reducens, in id quod rectum juſtumque eſt ſuaviter inclinat, atque ita ad nutus omnes noſtros obſervandos, ſuamque ſubjectionem ipſis demonſtrandam operibus facile impelluntur. Hoc ergo vobis qui adeſtis univerſis notum ſit, quod Theodulum hunc, non ſponte & voluntate noſtra, Præfectura ſinamus abire, ſed ipſius-met precibus & flagitationi clementer annuamus. Etenim ſic nos imperio præſumus, ut pietatem ac religionem omnis in illud redundantis boni fontem putemus & radicem, juſtaſque omnes ſubditorum noſtrorum petitiones fruſtra eſſe minime patiamur. Quondam nobis, ex quo Reges conſtituimur, ita & non aliter perſuaſum ſemper fuit, æquis ſubditorum poſtulationibus benigne annuendum & gratificandum eſſe. Majorem ſcilicet gloriam in humanitate bonitateque, quam in ipſa Imperatoria dignitate conſtitutam eſſe arbitramur: nec aliud nobis è re-

Theodulo munus abdicante

queritur populus:

quem Imperator benigne plasat.

ζητε λύσιν; ὁμοίως δὲ, Μὴ ἀποστερῆτε ἀλλήλων, εἰ μή τι ἂν ἐκ Συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάζητε τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἦτε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς. Καὶ πάλιν αὐτὸς ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ γράφων πρὸς Κορινθίους ἔλεγεν, Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι, ὁμοίως δὲ καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι. Καὶ ἄλλα τε πάμπολλα ὁμιλήσασα πρὸς αὐτὸν, καὶ πολλῶν δακρύων ἐξ ἀμφοτέρων φερομένων, διετέλεσαν τὴν ἅπασαν ἡμέραν νήστεις. Ὀψίας δὲ γενομένης ὑπανεχώρησεν Πρόκλα ἐν ἰδιάζοντι κοιτῶνι, τὴν ἅπασαν νύκτα δακρύουσα τὴν ἀποστέρησιν ἧς ἀνδρὸς αὐτῆς.

5 Προΐας δὲ γενομένης ἀνασὰς ὁ Θεόδουλος προσῆλθεν, ἧ τάξεως αὐτὸν δεξαμένης καὶ τὸ ἔθος, καὶ Συνήθους ἀνελθὼν ἠσπάσετο τὸν Βασιλέα (ἠγαπᾶτο γὰρ λίαν ὑπ' αὐτοῦ, οἷα δὴ ὡς τὰ χρηστὰ καὶ θεοπρεπῆ ἀσπαζόμενος τῇ αὐτοῦ ἡμερότητι) καὶ προσελθὼν αὐτῷ λιπαρῶς τὴν αὐτοῦ γαληνότητα ἀνεθίσαι τοῦτον τὸν φρονίδος τῆς αὐτῆς ἐπαρχότητος, καὶ διαδοχῆς τυχεῖν, ἀδύνατον σωματος προβαλλόμενος. Καὶ δὴ πεισθαρχήσας τούτῳ ὁ αὐτὸς ἀήττητος Βασιλεὺς, τοῦτον παῦσαι τῆς ἀρχῆς, ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ προεχειρήσατο. Γνόντες δὲ οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως τὴν Θεοδούλου διαδοχὴν, Συνέδραμον ἅπαντες, καὶ καταλαβόντες τὰ περὶ τὸ παλατίον ἐβόων ὁμαδυμαδὸν λέγοντες. Βασιλεῦ φιλόχριστε, τὰς φωνὰς τῶν δούλων σου μὴ παρίδῃς, τὰ Θεοδούλου ἔργα νίκας ἐπάγει τῇ βασιλείᾳ σου, τὰ δίκαια τούτου τὴν Σὴν βασιλείαν φυλάττει, ἡ ἀγνότης τούτου πᾶσαν ἀδικίαν ἀπελαύνει. Βασιλεῦ ἀήττητε, τολμῶμεν κράζειν· Θεόδουλον μὴ διαδέξῃ.

6 Καὶ ἄλλας δὲ πλείστας φωνὰς ἐπαφέντες, Σιγῆς γενομένης ὁ Βασιλεὺς ἐκφωνήσας ἔφη· Καὶ πρὸ τῆς ἡμετέρας ἐκβοήσεώς τε καὶ μαρτυρίας, ὅπερ ἁμεθα τὰ τοῦ ἡμετέρου ἀνθρώπου, λέγω δὴ τὰ κατὰ τὸν Θεόδουλον, καὶ ὅτι τὰ ἡμέτερα φρονήσας τε καὶ πράξας ἐπαίνετῶς καθεύτηκεν παρὰ τῇ ἡμετέρᾳ γαληνότητι. Ἡ βασιλεία γὰρ ἡμῶν τὴν ἅπασαν πικρίαν εἰς γλυκύτητα μεταφέρει· τοὺς γὰρ ἀνημέρους καὶ ἄλλως πως διακειμένους μεταριθμίζουσα, ἐπὶ τὸ δέον καθίστησιν· πρὸς γὰρ τὸ ἡμέτερον νεῦμα ἀρέσκειν ἐπείγονται, τοῖς ἔργοις ὁμολογοῦντες τὴν δουλείαν. Γνωστὸν οὖν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν, ὡς οὐ θελήσει ἡμετέρᾳ τοῦτον ἐπαύσομεν τοῦ θρόνου τῆς Ἐπαρχότητος, ἀλλὰ τῇ ἀξιώσει αὐτοῦ ἐπενεύσαμεν. Ἡ γὰρ ἡμετέρα βασιλεία, ἐξ ἀρχῆς πηγὴν καὶ ῥίζαν τὴν εὐσέβειαν κεκτημένη, πᾶσιν οἶδεν τοῖς ὑπηκόοις τὰς αἰτήσεις ἀπονέμειν· ὅτι γὰρ οὕτως δοξάζομεν, καὶ οὐκ ἄλλως, ὡς ὅτι Βασιλεῖς κατεσάθημεν, ἐφ' ᾧ τὰς δικαίας αἰτήσεις ἑκάστῳ προσιόντι διδόναι τε καὶ χαρίζεσθαι. Σεμνυνόμεθα γὰρ ἐπὶ τὴν φιλανθρωπίαν μᾶλλον ἢ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ· οὐ γὰρ ἔχει τι λεῖπον αὐτῇ, ἵνα τὸ πλέον ἁρπάσῃ. Οὗτοι οὖν ὄντες, Σεμνῶς καὶ φιλοθέως καὶ ἀκαταγνώστως κατὰ τὸν προσκαιρον ἡμῶν βασιλείαν διεξελθωμεν, ὅπως εὐαρεστήσαντες τῷ Χριστῷ, ταύτην βεβαίαν ἐν τῇ πίστει τοῦ Κυρίου ἡμῶν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ὀρθὴν τηρήσωμεν, ἄσειστον καὶ ἀκλυδώνιστον. Πρὸς μικρὸν οὖν ἐπαύσαμεν τοῦτον νοσιλευόμενον, καθάπερ ἔφη· ἔπειτα τοῦτον τῷ θρόνῳ ὑγιαθέντα κελεύσει ἡμετέρᾳ ἐγκατασήσωμεν, εἴ γε καὶ περιεσώμεθα. Ἀναχωρήσατε οὖν ἐν εἰρήνῃ, τῷ νεύματι τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἡσυχολαβοῦντες. Τούτων ἀκού-

σαντες

A πάντες ἁπάντες οἱ ἀπὸ τ῀ πόλεως, ἕκας῀ ἀνεχώρησεν ἐπὶ τὸ ἴδιον ἔργον, εὐφημοῦσι τῷ ἀληθῶς φιλάνθρωπον βασιλέα.

gno fit reliquum, cum ipſum tandem deſerendum ſit. Quando igitur moriendi neceſſitate omnes premimur, hoc agamus, ut pulchre ac religioſe & abſque vituperio temporarium hoc imperium adminiſtremus, quo illud in recta Domini noſtri Jeſu fide ſolidum firmumque teneamus, noſque ipſi Chriſto nequaquam diſpliceamus. Hunc igitur, quemadmodum dixi, Præfecturæ onere ad tempus aliquod, ob invaletudinem, viſum eſt liberare: qua confirmata antiquæ rurſum dignitati mandato noſtro reſtituendus eſt, ſi tamen adhuc ſuperſtites tum ſimus: Imperatoris igitur veſtri nutibus obſequentes, pacifice domos veſtras repetite. His auditis, ad ſua ſe unuſquiſque civium retulit, magna cum laude de imperio Theodoſii ſentiens & loquens. EX MS. FLOREN.

CAPUT II.

Superatis denuo uxoris blanditiis, ac ea tandem ipſa mortua, vitam in columna ducit.

7 Γενομένων δὲ τούτων καὶ λεχθέντων ἀνηγγέλθη μὲν τῇ Πρόκλῃ τὸ κατὰ μέρος τοῦ γεγενημένων, καὶ πισωθεῖσα ὅτι τούτου χάριν τῷ διαδόχῳ ἠτήσατο παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου Βασιλέως, ἐφ' ᾧ μονήρη βίον ἀσπάσασθαι, ἐν ἀδημονίᾳ πολλῇ ὑπῆρχεν. Ἀναχωρήσαντος οὖν τούτου κατὰ τὸ ἐωθὸς πρὸς ἄριστον, δραμοῦσα Πρόκλα προσέπεσε
B τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, δακρύουσα καὶ λέγουσα· Οἴμοι, Κύριέ μου, ὅτι ἐκ ἀληθείας ὁρῶ ἐμαυτὴν χηρεύουσαν· βλέπω γάρ σε παρασκευαζόμενον ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐναγώνιος ὑπάρχω. Λύπῃ γάρ μοι ἄφατον καὶ πίστωσιν ἀναχωρήσεως προσεξένησεν ἡ διαδοχὴ τ῀ σῆς ἐπαρχότητος, καὶ τί ποιῆσαι οὐκ οἶδα. Εἶτα ἐσπέρας καλαλαβούσης προσελθοῦσα πάλιν εἶπεν
a πρὸς αὐτόν· Κύριέ μου, μηδαμῶς ἔχε ἃ κηλίδα τῷ οἷαν οὖν καλὰ τ῀ δούλης σου· ξένη γὰρ οὖσα καὶ ἀπερίσατος πῶς περιγραφῶμαι οὐκ οἶδα. Λάλησόν δή μοι λόγον καὶ ἱλάρωσόν μου τὸ πρόσωπον, ὅτι ἐκλέλειπον ἀπὸ λύπης· ταράσσομαι γὰρ μηδένα εἰς βοήθειαν κεκλημένη. Ἆρα δέ τις καλήρασάτο με τῷ κατάραν ταύτῃ; ὦ ποῖος ὀφθαλμὸς ἐβάσκανέν με ἐξάφνης! ὦ ποίῳ κακῷ περιέπεσα! Διὰ τί μὴ ἐκ κοιλίας μητρός μου ἐτελεύτησα, ἐκ γαστρὸς δὲ ἐξελθοῦσα οὐκ ἀπολόμην; Ἵνα τί μαστοὺς ἐθήλασα μητρός μου, καὶ οὐκ εὐθὺς εἰς μνῆμα καλώτησα; Ἵνα τί δίδοται τοῖς ἐν πικρίᾳ φῶς, ζωὴ δὲ ταῖς ἐν ὠδυνίοις ψυχαῖς, οἱ ἱμείρονται τ῀ θανάτου, καὶ οὐκ ἐπιτυγχάνουσιν ἀνορύσσοντες ὥσπερ θησαυρούς, περιχαρεῖς δὲ γίνονται ἐὰν κατατύχωσιν τάφου; θάνατος γὰρ ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, καθὰ ὁ δίκαιος ἐκεῖνος Ἰὼβ διεξελθὼν ἐδίδαξεν. Ὅρα μὴ ζητηθῇ παρά σου ἡ
C ψυχή μου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τῇ φοβερᾷ καὶ φρικτῇ. Ὅρα μὴ καλαπροσέλθω σου ὡς παραπτίαν σου πλημμελήσασα· ἡ γὰρ νεότης μαλακότητα κατεργάζεται.

8 Καὶ ταῦτα εἰποῦσα ἐδράκυσεν, καὶ περιδραξαμένη τῶν ποδῶν αὐτοῦ, γοεραῖς φωναῖς ἐπαφίει λέγουσα. Οἰκτείρησόν με τῷ ἀπερίσατον δῆλόν σου, σπλαγχνίσθητι εἰς τὸ μόνωσίν μου, καὶ εἰς τὸ ὀρφανίαν μου, σπλαγχνίσθητι εἰς τὸ ξενιτείαν μου· μὴ συγχωρήσῃς με, κύριέ μου, εἰπεῖν, καὶ εἰς τὸ χηρείαν μου. Καὶ ταῦτα λέγουσα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, ἐχαλάσωσεν αὐτὸν τ῀ προθέσεως, καὶ προθεῖσα ἔλεγεν· Κύριέ μου, περὶ μὲν τ῀ χρημάτων, καὶ κτημάτων, καὶ ἀργυρίου, καὶ κοσμίων, καὶ ἄλλων λοιπῶν, οὐκ ἐναντιοῦμαι τῇ καλῇ σου προθέσει, μὴ γένοιτο· ἀλλὰ καὶ χαίρω καὶ ἀγαλλιῶ καὶ συγκοινωνῶ σοι. Διαπωλήσας δίδου ὡς βούλει (δεδιδάγμεθα γὰρ ὡς ὅτι ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἁγίοις Εὐαγγελίοις ἐξεφώνησε λέγων, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ ποιῶν ἑνὶ τούτων τ῀ ἐλαχίστων ἀδελφῶν μου, καί μοι ἐποίησεν) Ἐν μηδενὶ δὲ

7 PRocla interim de re tota multorum ſermonibus facta certior, ſibique plane perſuadens, eum in finem à religioſiſſimo Principe maritum ſuum petiiſſe ac impetraſſe abdicationem magiſtratus, ut vitæ ſolitariæ totum ſeſe traderet, magno dolore affecta fuit. Cum igitur is ad prandium ut ſolebat ſecederet, ad illius ſe pedes Procla abjecit, ac multis cum lacrymis ita maritum allocuta eſt: Hei mihi miſeræ, Domine mi, quæ procul dubio à viduitate haud longe me abeſſe conſpicor. Video enim, video in eo quod cœpiſti conſilio te perſtare, quæ res ad doloris vitæque extremum me deducit. Inexplicabilem quippe animi mœrorem, & vitæ ſolitariæ à te amplectendæ propoſitum, hæc adeo ſubita Præfecturæ tuæ renuntiatio mihi certum reddidit; nunc vero quid tandem actura ſim neſcio. Cumque deinde dies in veſperum inclinaret, ſic eum denuo compellare eſt aggreſſa: Domine, inquit, ne quæſo pecces aliquo modo contra famulam tuam: peregrina quippe & ab omnibus deſtituta, neſcio quo me vertam: loquere obſecro & exhilara vultum meum: deficio enim præ mœrore, atque conturbor neminem habens auxiliatorem. Quis mihi malum hoc imprecando intulit? quis me oculus ſubito faſcinavit? Heu quanta in mala repente incidi? Cur non in utero materno hauſtum infeliciter vitæ ſpiritum emiſi? cur edita in lucem, eâdem non veſtigio fui privata? cur non ab utero in ſepulcrum delata ſum? cur ſortem adeo miſeram ſubituræ datum eſt vivendi ſpatium? Quare data eſt lux & vita his qui in amaritudine animæ ſunt? qui expectant mortem, & non venit, quaſi effodientes theſaurum: mortem quippe homini dari in requiem juſtus olim Job affirmavit. Cave porro ne in horrenda judicii die anima mea requiratur à te: cave ne exurgam adverſum te, ea tibi imputans quæ, forte juvenili abrepta impetu actura ſum. *Theodulum denuo uxor aggreditur,* E F Iob. 3,20

8 His dictis in uberes prorupit lacrymas, ac mariti ſui pedes complexu ſtringens, triſti eum rurſus oratione compellavit: Famulæ tuæ, omni ope auxilioque deſtitutæ aliqua tandem miſeratio te capiat, miſerere ſolitudinis, miſerere orbitatis, ne dicam Domine mi, viduitatis meæ. Hæc & his ſimilia multa cum diceret, viri ſui mentem aliquantulum emollire viſa, cœptum ſermonem ſic proſecuta eſt: Domine mi, non pecuniarum aut poſſeſſionum, non auri aut argenti, non ornamentorum aut alterius cujuſvis rei gratia pulchrum animi tui propoſitum conor evertere: abſit; quin etiam lætor, & exulto, & in pulcherrimi conſilii partem venire cupio. Cuncta ſane quæ jam enumeravi, ſi ita viſum eſt, divende, & cuicumque volueris elargire: ſic enim in ſacroſanctis Euangeliis Dominus teſtatur: Amen dico vobis, Quamdiu feciſtis uni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Nulla igitur ratione ab eo *ac movere viſum acrius tentaret:* Matth. 25. 40.

quod

EX MS. FLOREN.

quod præclare adeo & pie facere decreviſti, Domine mi, velim deſiſtas; ſed cuncta, ut cogitaſti, divende; unum oro, ut ne à convictu meo te ſepares, ne in tentationes incidens miſere peream. Multæ profecto boni omnis oſori cacodæmoni ſunt viæ, multæ decipiendi artes. Unà, ſi placet, fratris inſtar ac ſororis, abſque ulteriore ullo matrimonii uſu, perpetua deinceps in caſtitate vitam agamus. Atque hæc ut dixit, omni ſe repente ornatu exuit, nihil ſibi relinquens; deinde ſubjunxit: Domine mi, ſolitariam in monaſterio vitam traducere non valeo; balneis quippe & mollioribus veſtimentis, ut ipſe non ignoras, aſſuevi. Jejunia quoque & vigilias & humicubationes omnino nequeo tolerare: non enim ſic educata ſum. Novit autem ille, qui numquam non nobis invigilat, divinæ providentiæ oculus, quod animus quidem meus promptus ſit ac velit, ſed caro admodum infirma & debilis. Quod ſupereſt, Domine mi, Deum miſericordiarum Patrem obſecra, ut quod bonum, quod perfectum, quod placitum ipſi eſt, de me miſera & infelici ſtatuat. Et ſane ita ſe res habebat: genere erat Procla nobili atque illuſtri: quæ ut ſermoni finem fecit, in diverſum ſe conclave ſolam abdidit.

B *ſed ille per viſum animatus,*

9 Surgens autem etiam Theodulus ſeceſſit in cubile proprium, nihil omnino deguſtans. Ipſa autem nocte dormienti & extra ſe veluti abrepto, viri cujuſdam non invenuſti ſpecies fuit oblata, quem fulgentiſſimæ quædam cæleſtium geniorum phalanges ſubſequebantur, minime tamen audentium in viri, quem dicebam, præeuntis pulchritudinem obtutum figere; divinum enim neſcio quid & quod ſermo nullus explicet vir ille præ ſe ferebat, cujus hæc ad Theodulum fuit oratio: Quam, Theodule, partem elegiſti, quamque tibi viam deſignaſti ineundam, cum laudanda prorſus & mihi omnino probata ſit, nihil cunctatus ingredere. Impedimento quovis ſuperato tolle crucem tuam, & ſequere me. Cui Theodulus: Domine, Fili Dei vivi, tibi laus ſit, tibi gloria. Hæc enim te prorſus decet, quoniam tu ſolus profunda omnia ſcrutaris, & delicta inventa velut connivendo remittis! Tu es Deus ſolus, & non eſt præter te, qui mirabilia magna facis ſolus. Tu ea quæ extra omnem ſpem mortalibus videntur collocata, ſperare eos facis: ipſe enim in Scripturis tuis ita pro-
Iac. 4, 8 nuntias, Appropinquate mihi, & ego appropinquabo vobis. Tu igitur auxilio mihi nunc adſis, volenti viam tuam currere, quam à multo jam tempore
C elegi. Declara, oro, quid nimium afflictâ Proclâ faciendum ſit.

& uxore (ut ſibi erat revelatum) mortua,

10 Tum Salvator noſter ita ad Theodulum: Cognitor ego ſum mentium humanarum & ſcrutator cordium: renes cunctorum hominum ego pervado, nam omnia mihi nuda ſunt & aperta, qui animorum ſuſcipio propoſita, citra ullam unquam acceptionem perſonarum. Nunc igitur conjugem tuam Proclam, oculis meis placitam, ad me recipio: tu vero quod dudum decreviſti, opere ipſo exequere: ipſa mihi curæ erit. Quibus dictis videri deſiit. At Procla eodem qui noctem illam excepit die inſolita febre exæſtuans, ſub veſperam in Angelorum manus animam ſuam tradidit, poſtquam in hoc conſenſerat, ut univerſa ſua dos per maritum Theodulum in pauperes & egenos, aut in eos quos ipſe ſtatuiſſet, diſtribuerentur; multa adjiciens quæ ſalutarem cordis ejus compunctionem haud parum declarabant. Dotis autem ſumma erat quadringentarum
abdicatis omnibus, quinquaginta librarum aurearum. Poſtquam magno ſplendore ſumptuque defunctæ conjugi parentavit Theodulus, eam in loco admodum honorifico ſepeliri juſſit, omnia quæ ad funeris exequias ſpectare poterant accurate & pro dignitate adim-

ἀποσῇς τ καλῆς σε χ ἀνθέν πορθέσεως, δέσποτα· D
ἀλλὰ πάντα λαβὼν διαπόλησον ὡς προέθε· μόνον
μὴ ἀποσῇς τ ἐμῆς Cωοικήσεως, ἵνα μὴ παρα-
θεῖσα ἀπόλωμαι· πολλαὶ γὰρ αἱ μεθοδεῖαι χ ἀπά-
ται παρὰ τῷ μισοκάλῳ τῷ διαβόλῳ· ἀλλὰ διαμέ-
νωμεν ὡς ἀδελφοὶ ἐν ἁγνείᾳ, δηλονότι ἐν μηδενὶ
πλησιάζοντες ἀλλήλοις τῇ τῆ βίᾳ Cωαφείᾳ. Καὶ
ταῦτα λέγουσα ἀπεκόσμησεν ἑαυτὴν, μηδὲν τὸ σωό-
λον ἑαυτῇ ἐάσασα, ἔλεγεν δὲ χ τῦτο· Δέσποτα
οὐχ ἱκανῶ οὐ δὲ ἀνέχω ἐν μοναστηρίῳ διάγειν· ἐ-
θισμαι γὰρ λυτροῦ χ τρυφεροῖς ἐνδύμασιν, ὡς σὺκ
ἀγνοεῖς. Νηστεῦσαι δὲ, ἢ ἀγρυπνῆσαι, ἢ χαμο-
κοιτῆσαι ὅλως οὐ δυώαμαι· οὐ γὰρ ἀνήχθην ὕτως.
Οἶδεν δὲ ὁ μόνῳ ἀκοίμητῳ ὀφθαλμὸς, ὅτι ἡ μὲν
ψυχή μου πρόθυμός ἔστ, χ θέλει, τὸ δὲ Cῶμά μου
ἀσθενὲς ὑπάρχει χ βεβλαχευμθόν. Πάλιν δὲ ἤθητι,
δέσποτα, τῷ εὐσπλάγχνῳ Θεοῦ, ἵνα τὸ ἀγαθὸν χ
τέλειον χ εὐάρισον ποιήσῃ μετὰ τ ταπεινῆς χ ἀθλίας
μου ψυχῆς (Ἦν γὰρ αὐτὴ, ὡς ἀληθῶς, μεγάλης γένους
χ ἐνδόξου) χ ταῦτα εἰπῦσα ἀπῆλθεν ἐν ἰδιάζοντι
κοιτῶνι καλὰ μόνας.

E 9 Ἀναστὰς δὲ χ ὁ Θεόδυλος, ἀνεχώρησεν ἐν τῇ
ἰδίᾳ κοίτῃ, μηδενὸς γευσάμθος τὸ Cιώολον. Καὶ
ὑπνώσας ὁρᾷ κατ' αὐτὸν τὸν νύκτα ἐν ἐκστάσει ἀν-
δρά τινα ὡραῖον τῷ εἴδει, ἰσάμθμον πρὸ προσώπου
αὐτῦ. Ἦσαν δὲ ὀπίσω αὐτῦ πυρινα στρατιαὶ, F
μηδὲ ὅλως τολμῶσαι ἀτενίσαι εἰς τὸν δόξαν τ αὐτῦ
ὡραιότητος· (εἶχεν γὰρ πάντα θεῖα χ ἄφραστα) ὃς ἔφη
πρὸς τ Θεόδυλον· Θεόδυλε τὸν μερίδα ὃν ἠθέλησε
λέξω, χ τὸν ὁδὸν ὃν ἠρέτισω, καλὸν οὖσαν καὶ
εὐάρεστον, ταύτην Cπεῦσον βαδίσαι. Μηδὲν οὖν
μελλήσας, ἆρον τ σταυρόν σε, χ ἀκολυθεῖ μοι.
Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Θεόδυλος εἶπεν· Κύριε, υἱὲ τῦ
Θεοῦ τῦ ζῶντος, δόξα σοι· Cὶ γὰρ πρέπει δόξα,
ὅτι Cὺ μόνῳ πάντα βάθη ἐρευνᾶς, χ καθὼς ὀφη-
λαφᾶν b εὑρίσκει, οὕτως χ σὺ χαρίζῃ. Σὺ εἶ Θεὸς
μόνος χ οὐκ ἔστιν πάρεξ σε, ποιῶν θαυμάσια
μεγάλα μόνος. Σὺ εἶ ὁ τὰ ἀπελπισμθόα εὐέλπιστα
ποιῶν· αὐτὸς γὰρ ἔφης ἐν γραφαῖς σε, Ἐγγίσατέ
μοι χ ἐγγιῶ ὑμῖν. Σὺ οὖν Cωέργησόν μοι εὐθέ-
λοντι τὸν ὁδόν σε δραμεῖν, ἵνα ἠρεμήσω μὲν ἐκ-
πάλαι. Φανερῶν μοι τί δεῖ ποῆσαι τῇ τεθλιμ-
μθόῃ Πρόκλῃ.

10 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Σωτὴρ ἔφη πρὸς αὐτόν·
Ἐρευνητὴς εἰμι τῶν διανοιῶν, χ ψηλαφητὴς τῶν
καρδιῶν, ἐμβαλεύω δὲ χ τοὺς νεφροὺς τῶν ἁπάν-
των (πάντα γάρ μοι γυμνὰ χ τετραγλισμθόα)
προαιρέσεις ἀποδεχόμθος· Προσωπολημψία γὰρ
οὐκ ἔστιν οἷα δήποτε παρ' ἐμοί. Πρόκλαν οὖν εὐα-
ρεστήσασάν μοι πρὸς ἐμαυτὸν λαμβάνω. Σὺ οὖν ὃ
προέθε, τῦτο ποίει· τὰ γὰρ κατ' αὐτὸν ἐμοὶ
μελήσει. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἄφανὶ ἐγένετο. Τῇ
οὖν ἑξῆς ἡμέρᾳ πυρετῷ ἀφάτῳ Cυσχεθεῖσα Πρό-
κλα, τῇ ἑσπέρᾳ τὸν ψυχὸν παρέδωκεν τοῖς ἁγίοις
Ἀγγέλοις, πρότερον διαθεμθόη τὸν πᾶσαν αὐτῆς
προῖκα διὰ Θεοδούλυ τῦ αὐτῆς Cυμβίυ διαδοθῶναι
πτωχοῖς χ ἐνδεέσιν, οὐ μὸν ἀλλὰ χ πᾶσιν οἷς
ἂν νομίσοι ὁ αὐτὸς Θεόδυλος, πάμπολλα ὁμιλή-
σασα αὐτῷ κατανύξεως ἐχόμθα. Ἦν δὲ ἡ ὁλκὴ τ
προικὸς αὐτῆς χρυσίυ λιτρῶν τετρακοσίων πεν-
κοντα. Ταύτην οὖν κηδεύσας ἐντίμως χ ὑπερλάμ-
πρως, καθέθηκεν ἐν τόπῳ ὀπασήμῳ, τὰ ἀκόλυθα
δεόντως ἐκτελέσας τ αὐτῆς ἐκκομιδῆς. Μετὰ οὖν
τὰς νενομισμθόας ἡμέρας τῦ πένθυς, πάντα διε-
πωλήσας ὁ αὐτὸς Θεόδυλος, διέδωκεν πτωχοῖς χ
ἐν-

A οὐδεἑσιν, οὐ μὼν ἀλλὰ καὶ τοῖς μοναστηρίοις καὶ εὐκτηρίοις, καὶ ἐλευθερώσας καὶ C λεγατεύσας τοὺς αὐτῷ πάλας οἰκέτας, τῶν ὁρμῶν ἐποιήσατο ἐπὶ τῶν ἀναλοιπῶν χώραν. Καὶ ἀπελθὼν πλησίον Ἐδέσσης τῆς πόλεως, καὶ εὑρὼν κίονα πάμμεγεθη, τοῦτον ὠνήσατο. Καὶ τῶν πρόσθεν ὁρμῶν κοιμίσας τὸ ἐθέλειν αὐτὸν ἀπόκλεισον γενέσθαι, ἄλλον ἔρωτα θεῖον ἐπεσπάσατο τοῦ ἐν τῷ κίονι ἀνελθεῖν, καὶ ἐν αὐτῷ διατελέσαι τὸν ἅπαντα χρόνον τῆς αὐτοῦ ζωῆς. Καὶ δὴ προσελθὼν τῷ ἁγιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τῆς αὐτῆς πόλεως, καὶ εὐλογηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ἀνῆλθεν ἐν τῷ κίονι, παραβεβλημένος ἑαυτὸν τῷ δεσπότῃ Χριστῷ.

11 Ἦν δὲ ἐτῶν τεσσαράκοντα δύο, ὅτι τῷ κίονι ἐπέβη ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος. Ἐδόξαζον δὲ ἅπαντες τὸν Θεὸν τὸν εὔσπλαγχνον καὶ φιλάνθρωπον, ὁρῶντες τοιοῦτον ἄνδρα τρυφερὸν καὶ ἐξ ἀξίας τοιαύτης, εἰς ποίαν σκληρὰν ἀσκησιν, καὶ εἰς πάλαν τοῦ διαβόλου ἑαυτὸν καθοπλίσαντα. Ἦν δὲ ἡ ἐσθὶς αὐτοῦ καθ' ἡμέραν ὀλίγα ἄρτια, καὶ λαχανὰ ὠμὰ, καὶ μίκρον ποτήριον ὕδατος, καὶ ταῦτα μετὰ δύσιν ἡλίου, ἅτινα ἐπεδίδου αὐτῷ θεοφιλής τις, ὅστις προέθετο ἐξυπηρετεῖσθαι αὐτῷ. Ἤρχοντο δὲ πρὸς αὐτὸν πάντες οἱ B ἀσθενεῖς καὶ οἱ ἐν πνεύμασιν ἀκαθάρτοις ἐξεταζόμενοι, ξένοι τε καὶ αὐτόχθονες, καὶ τεθεραπευμένοι ἀνεχώρουν εἰς τὰ ἴδια, θαυμάζοντες τὸν δοθεῖσαν χάριν τῷ ἀνδρὶ ἐκ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. Πληρωθέντος δὲ αὐτῷ τριάκοντα ἐτῶν χρόνου ἐν τῷ κίονι, οὐκ ἔτι ἠδύνατο τροφῆς μεταλαβεῖν τὸ παράπαν· ἀλλὰ κατὰ Κυριακὴν, καὶ μόνην μετελάμβανεν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, καὶ ποτήριον ὕδατος.

plens. Exactis inde qui declarando mœrori ſoliti erant impendi diebus, bona ſua omnia pretio divendita, pauperibus atque egenis, neque his tantum, ſed monaſteriis etiam & oratoriis elargitus eſt: famulos inſuper ſuos omnes poſtquam libertate & certa pecuniæ ſumma donatos à ſe dimiſit, in remotiorem Orientis regionem ipſe eſt profectus. Urbi igitur Edeſſenæ propior factus, ibidem extructam alte columnam reperit, ſibique pecunia comparavit; & dimiſſo priori propoſito quo decreverat incluſus degere, aliam divinitus inditam mentem eſt amplexus, ut conſcenſa columna omnem ſuam vitam in illa exigeret. Ergo ſanctiſſimo illius urbis Epiſcopo conſulto, fauſta ejus apprecatione munitus, columnam aſcendit, & Chriſti Domini ſervitio totum ſeſe tradidit. Ex MS. VATIC. *columnam prope Edeſſam aſcendit:*

11 Duorum & quadraginta annorum erat Chriſti famulus, quando in columnam aſcendit: ſummis autem divinam miſericordiam bonitatemque laudibus celebrabant, quicumque virum, deliciis omnibus innutritum, & à tantæ dignitatis gradu ſponte ſua recedentem, ad ſeverum adeo vivendi genus ſe transferre, & ad certamen cum diabolo fortiter ſubeundum arma ſibi comparare intuebantur. Quotidianum illi cibum unica panis uncia & cruda olera præbebant, potum exiguus aquæ hauſtus; quæ tamen ante ſolis occaſum minime admittebat; ſubminiſtrabantur autem ei à quodam Dei famulo, qui ſponte illud Theodulo ſervitii præſtandum ſuſceperat. Ipſum vero quicumque corporis infirmitate aliqua tenebantur, aut ab immundis agitabantur ſpiritibus, auxilii cauſa accedebant, ſive terræ illius incolæ ii eſſent, ſive peregrini: & curati omnes remeabant ad propria, magnopere admirantes gratiam, quam famulo ſuo Chriſtus Dominus conceſſerat. Cum hac ratione triginta omnino annos in columna exegiſſet, nullo amplius cibo veſci voluit: ſed die quavis Dominica ſanctiſſimum Chriſti Domini corpus ſumebat & ſanguinem, & aquæ frigidæ hauſtum. *in eaque magna abſtinentia* E *& gratia curationum claruit.*

ANNOTATA.

a Κιλίδα ἔχειν *non niſi per conjecturam explicare mihi licet*, peccatum habere, *ſive* ſcandalum pati: *conjectura autem hac confirmatur infra, per formatum hinc verbum* κιλιδόομαι pecco, labor.

b *Similiter* ὀψηλαφῶν, *aut forte melius* ὀψιλαβῶν *videtur reddi poſſe* connivens: *ut qui ſub veſperam dubia luce conſpicit aliquid, & vidiſſe diſſimulat.*

c Λεγατεύειν *à Latinâ voce* legatum, *frequens in Iure Græco vox.*

F

C

CAPUT III.

Cornelio mimo comparatus, poſt initum cum eo colloquium, ſancte moritur.

12 Ἐποίησεν δὲ ἐν τῷ αὐτῷ κίονι ἔτη μ', καὶ μῶας ζ', βίον ἀγγελικὸν ζῶν, εὐαρεστῶν καὶ ἐντρυφῶν τῇ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν μελέτῃ, πολλὰς δὲ προσβολὰς καὶ μεθοδείας καὶ φαντασίας κατεργάσας τοῦ διαβόλου. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν ἐκτείνας τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, ἤρξατο λέγειν οὕτως· Κύριε ὁ Θεὸς παντοκράτωρ, ὁ τοῦ μονογενοῦς σου παῖδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν πάλης, ὁ τὸ ἀποκεκρυμμένον μυστήριον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, τοῦ πάθους τοῦ ὑοῦ σου τοῦ ἀπαθείαν, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἀποκαλύψας, καὶ ἀποστείλας ἡμῖν αὐτὸν σωτῆρα καὶ φωστῆρα καὶ λυτρωτὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ὅστις καὶ ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄσπιλον ὁλοκαύτωμα ὑπὲρ τοῦ κόσμου ζωῆς, καταξίωσον ἐμφανίσαι μοι, εἴγε εὐηρέστησα τῷ ἁγίῳ σου καὶ ἐνδόξῳ ὀνόματι, ποῦ τινι μέλλω κληρονομεῖν τὴν σὴν βασιλείαν; Καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐγένετο πρὸς αὐτὸν λέγουσα· Ἰσχυε καὶ ἀνδρίζου, εὐηρέστησας γάρ μοι. Δεῖ δὲ

12 Annos in columna egit Theodulus quadraginta octo, menſes ſeptem, cæleſtem in terris vitam degens, ac inſpiratarum divinitus Scripturarum ſtudio animum ſuum paſcens ſimul ac recreans, plurimas quoque diaboli inſidias & machinationes illuſioneſque irritas faciens. Cum autem quodam tempore ſuas in cælum manus Dei famulus ſuſtuliſſet, hoc modo precatus eſt: Domine Deus omnipotens, Filii tui unigeniti ac Domini noſtri Jeſu Chriſti Pater venerande, qui à mundi conſtitutione abſconditum myſterium, Filii, inquam, tui impaſſibilis paſſionem, poſtremis hiſce temporibus manifeſtum omnibus eſſe voluiſti; ipſumque nobis ſalvatorem, ductorem, & animarum noſtrarum miſiſti redemptorem, qui pro mundi vita in holocauſtum incontaminatum tibi ſeipſum obtulit: illud, obſecro, aperire mihi ne graveris, ſi vel parum quidpiam gratiæ à ſancto & glorioſo tuo nomine ſperare poſſim, quicum tandem mortalium regni tui poſſeſſionem aliquando aditurus ſum. Finita precatione, *Anno converſionis ſuæ 48.* *intelligit in gloria parem fore Cornelio mimo.*

EX MS. FLOREN.

catione, talis ad hominis ſancti aures vox eſt allapſa: Confortare & eſto robuſtus ſummopere enim mihi placuiſti; quamobrem una cum Cornelio, citharœdo illo Damaſceno, regni cæleſtis participem fieri te oportet. Hæc cum in modum Theodulo manifeſtata fuerunt, ut ne elatio animi illum caperet, neve nimia de ſe opinione tumefactus in diaboli laqueos incautus incideret.

13 At Theodulus iſta audiens; Me miſerum, inquit, non ſine lacrymis, & à Deo rejectum! ergone cum citharœdo famulus tuus, Domine, hereditatem capiet, tot pro te laboribus ac ſudoribus exhauſtus? ô vilem atque indignum conatuum meorum exitum! ô quam inutiliter in vitæ hujus profeſſione me geſſi! In quo tamen legem tuam, Domine, prævaricatus ſum? Numquid forte ex ignorantia aliquid deliqui? Tibi ſoli cognita ſunt ea quæ aliis abſcondita & ignota. Quæ, precor, turpis iſta eſt comparatio, qua mimus cum ſtylita, degens in pingui culina cum jejuniis atque vigiliis exhauſto, dæmonum præcentor cum homine dies noctesque pſalmis & hymnis canendis intento confertur? Qui humana omnia loco nonniſi ſecundo habet, & mundo ſe crucifixum exhibet, cum neſcio quo citharœdo hereditatem cernet? Quid hac de re cogitem neſcio. Quid de te dicam, qui peccatorum omnium cognitor es intimus? Anguſtiæ noſtræ ad miſericordiam certe te provocant. O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & quam inveſtigabiles viæ ejus! vere ipſe eſt Deus, & omnes viæ ejus judicium. In quo igitur tantopere ſita ſunt bona hominis iſtius opera, ut in cernenda hereditate cæleſti eodem quo ego loco habendus ſit? Novi equidem, novi tuam, ô Deus, bonitatem: Tuam Domine, inexplicabilem miſericordiam, caritatem, & erga humanum genus peccatis oppreſſum benevolentiam non ignoro. Notum eſt qua ratione hominis cauſa ſuſcipere hominem dignatus fueris, & ſuſtinueris ſepeliri, ut fraude dæmonis deceptam miſere oviculam in integrum reſtitueres. Non me latet quo modo, cum Zacchęum iſtum in ſycomorum tui videndi cauſa aſcendiſſe conſpiceres, ultro eum verbis hiſce benigne compellaveris: Zachæe, feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere. In Publicanum quoque cum incidiſſes, Euangeliſtam mox eſſe juſſiſti. Quin etiam è perſecutore feciſti Apoſtolum, & meretricem omni virgine clariorem reddidiſti. Et quid plura afferam? cum Latronem ob ſolam & unicam hanc in cruce emiſſam voculam: Domine memento mei cum veneris in regnum tuum; inter Paradiſi incolas ſcripſeris. Ego vero, qui, ut melius tibi ſervirem, omnia arbitratus ſum ut ſtercora, eamdem cum citharœdo fortunam ſortitus ſum. Non iſta equidem ſpe tot in columna annos & certamina exhauſi.

Hinc Dei judicia reverentur,

Damaſcum proficiſcitur,

14 Hac aliquando cogitatione haud ſane mediocriter turbatus Dei famulus, è columna deſcendere, & quæ ad memoratum jam Cornelium, coheredem ſuum, potiſſimum ſpectabant cognoſcere ſtatuit. Multis igitur cum lacrymis & ſuſpiriis, deſcendens ad eam in qua vir ille venerandus morabatur civitatem, profectionem ſuſcipit: & Damaſcum intra paucos dies circa nonam matutinam ingreſſus, poſt conſuetas eo tempore preces ad Deum fuſas, ex obvio quopiam illius loci habitatore ſciſcitatur, de eo quem quærebat citharœdo. Ille autem; Hippodromum, inquit, ô Pater, urbs hæc continet haud ita ſpatioſum, atque in eo Cornelius de quo quæris habitat. Ad quem ſermonem Dei famulus alte ſuſpirans, hominem ut ſecum tantiſper manere, &

σε κληρονομῆσαι τὴν βασιλείαν μετὰ Κορνηλίου τοῦ ἀνδρὸς, τοῦ ἀπὸ Δαμασκοῦ τῆς πόλεως. D
Τοῦτο δὲ ἐρρέθη αὐτῷ, ἵνα ἔπαρσις αὐτῷ μὴ γένηται, καὶ ὑψωθεὶς παγιδευθῇ ὑπὸ τοῦ διαβόλου. a

13 Τούτων ἀκούσας Θεόδουλος καὶ δακρύσας ἔφη· Οἴμοι τῷ ἀθλίῳ καὶ ἀπεγνωσμένῳ! μετὰ πανδούρου, Δέσποτα, ὁ σὸς δοῦλος κληρονομεῖ; μετὰ πανδούρου, Δέσποτα, ὁ ἐν τοσούτοις ἔτεσι κοπιάσας καὶ μοχθήσας; Ὢ τέλος ἀνύβριστον καὶ ἐξουδενήμενον! ὦ πῶς ὄφιδι ἄχρηστος ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασίν μου! Ἐν τίνι ἄρα πλημμελήσας παρήκουσα σοῦ; Μὴ ἄρα ἐν ἀγνοίᾳ b ἐκιλιδώθην; σὺ μόνος γινώσκεις τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια. Τίς οὖν ἡ ἄτιμος αὐτὴ Συγκαταρίθμησις μετὰ πανδούρου, Δέσποτα; ἐν τῷ κίονι ἐκλώμενος, μετὰ τοῦ ἀπὸ σκιωνῆς; ὁ ἐν νηστείαις καὶ ἀγρυπνίαις, μετὰ αὐλητοῦ δαιμόνων; ὁ ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις ἀδιαλείπτως διατελῶν, ὁ πάντα δεύτερα θέμενος, καὶ νεκρώσας ἑαυτὸν τῷ κόσμῳ μετὰ πανδούρου κληρονομεῖ; Τί ἐνοήσω ἀπορῶ· τί δὲ εἴπω περί σου, Ἐπιζητητὰ τῶν ἁμαρτωλῶν ὢν; Ἡ θλῖψις προσκαλεῖ σε πρὸς εὐσπλαγχνίαν. Ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἐξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ E αὐτοῦ! Θεὸς ἀληθινὸς καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κρίσις. Ἆρα ἢ ἔν τισι τὰ ἔργα τὰ κατ' ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα ὑπάρχει, ὅτι ζῶ αὐτῷ κληρονομήσω. Πλὴν ἐπίσαμαι τὰ κατὰ τὴν ἀγαθότητά σου, Δέσποτα· οἶδά σου, Κύριε τὸ ἄφατον εὐσπλαγχνίαν· οἶδά σε τὸν σοφὸν καὶ τὸν ἀγάπων περὶ τοὺς ἁμαρτωλούς, πῶς σὺ ἀνθρωπήσας καταδέχῃ διὰ τὸν ἄνθρωπον, πῶς ταφῶσαι ἠθέσχου, ἵνα τὸ πεπλανημένον πρόβατον ἐλευθερώσῃς. Οὐ διέλαθέν με τὰ κατὰ τὸν Ζακχαῖον ἐκεῖνον, πῶς ἰδὼν αὐτὸν ἐν τῇ συκομορέᾳ φωνήσας ἔφης πρὸς αὐτὸν, καίπερ μηδὲν ἀκούσας ἐξ αὐτοῦ· Ζακχαῖε σπεύσας κατάβηθι, σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι. Ὁμοίως δὲ καὶ τελώνιον εὑρὼν Εὐαγγελιστὴν ἐπεποίηκας, ἀλλὰ καὶ διώκτην Ἀπόστολον ἀπέδειξας, πόρνην δὲ παρθένον σεμνοτέραν ἐποίησας. Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; λῃστὴν παραδείσου πολίτην ἀνέδειξας διὰ μίαν καὶ μόνην φωνὴν, ἥτις ἦν αὐτὴ, Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Ἐγὼ δὲ μετὰ πανδούρου κλῆρον ἔλαχον, Δέσποτα, ὁ ἡγησάμενος πάντα σκύβαλα εἶναι ἵνα σοι δουλεύσω. Ταύτην οὖν ἔχων τὴν μέριμναν διὰ παντὸς ἀναφανὴς ἦν ἐν τῷ κίονι. F

14 Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν ὀχληθεὶς ὑπὸ τῆς ἐνθυμήσεως ταύτης ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, βουλεύεται τοῦ κίονος καταβῆναι, καὶ καταλαβεῖν τὰ πρὸς τὴν συγκληρονόμον αὐτοῦ Κορνήλιον τὸν προφθάσαντα. Καὶ δὴ κατελθὼν μετὰ δακρύων πολλῶν καὶ στεναγμῶν τὴν πορείαν ἐποιήσατο ἐν τῇ τοῦτον τὸν ἀοίδιμον θρεψαμένῃ πόλει. Καὶ καλαλαβὼν δὲ ὀλίγων ἡμερῶν τὴν αὐτὴν πόλιν, εἰσῆλθεν περὶ ὥραν ἐνάτην ἡμερινήν. Καὶ προσευξάμενος ὡσπῶς τῷ Κυρίῳ, συναντήσας τινὶ τῶν αὐτῆς πόλεως, ἐπηρώτησεν αὐτὸν ἕνεκεν τοῦ ζητουμένου παρ' αὐτοῦ πανδούρου. Ὁ δὲ ἔφη πρὸς αὐτόν· Ἱπποδρομεῖόν ἐστι, Πάτερ, καὶ κατοικεῖ. Καὶ ἀκούσας ἐστέναξεν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, καὶ παρακαλέσας τὸν ἄνδρα τὸν πολίτην ζῶ αὐτῷ μεῖναι πρὸς ἔνδειξιν τοιούτου ἀνδρός· ὁ δὲ ἀδεδιὼς τὸ ἀγγελικὸν αὐτοῦ πρόσωπόν τε καὶ σχῆμα διέμεινεν. Εἶτα, ἡλίου λοιπὸν δυόντος,

A ρ῾ω παρίσα καθέχων τῇ μιᾷ μιᾷ χειρὶ ὄργανον, τῇ δὲ ἄλλῃ ἑταιρίδα γυμνοκέφαλον κοσμοφορεῖσαν ἀτάκτως καὶ ἀσέμνως, ἥτις περιερράπιζεν αὐτὸν καὶ περιετρίχισεν μετὰ ἀπρεποῦς γέλωτος· ὃν δακρυλοδεικλήσας ὁ πολίτης ὑπέδειξεν τοῦτον. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος εἰς οὐρανὸν ἀνετείνισεν, καὶ διακρίσας ἔφη· Ἀνεξίκακε Κύριε, δόξα τοῖς οἰκτιρμοῖς σου. Οὕτως γάρ σου τὰ κρίματα ἄβυσσος πολλή. Καὶ μεταλαλεσάμενος τοῦτον διὰ τοῦ πολίτου, καὶ αὐτοῦ ἐλθόντος, λαβόμενος αὐτοῦ τῆς χειρὸς, ἔφη πρὸς αὐτόν. Δυσωπῶ σε, ἀγαπητὲ, πρὸς βραχύ με ἀνάμεινον.

15 Ἀπολύσας οὖν τὸν πολίτην εἰρήνῃ, ὑπερκύψατο αὐτοῦ, καὶ ἰδὼν Κορνήλιον λαβὼν ἐν ἰδιάζοντι τόπῳ, προσέπεσεν αὐτῷ, μετὰ δακρύων δυσωπῶν αὐτὸν εἰπεῖν, ἐν τίσιν ἐσὶν τὰ κατὰ τὴν αὐτοῦ πολιτείαν. Ὁ δὲ περιεβλέπετο αὐτὸν ἄνω καὶ κάτω, καὶ ἀποκριθεὶς ἔφη πρὸς αὐτόν· Ὕπαγε, Κύριε Ἀββᾶ, μὴ παῖζέ με τὸν ἁμαρτωλὸν, οὐ γάρ εἰμι τοῦ προσχήματός σου. Τί εἶπω σοι, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ; σὺν ἐθεάσω με πόθεν ἦλθον, καὶ μετὰ τίνος, καὶ τί βα-
B σάζω; τί ἐρωτᾷς με, τὸν ἐφ᾽ ἑκάστης ζωηλυμένον πόρναις καὶ μίμοις; Καὶ γὰρ ἔτυχον κληροδοσίαν τοῦ διαβόλου καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, σχολάζειν δὲ διὰ πανὸς ἱπποδρομίαις καὶ ἀτόποις θέαις διὰ τὴν ἐφήμερον τροφήν. Αὐτὸς δὲ ὀπίσω δακρύων, ἐνορκοῖ αὐτὸν λέγων· Ὁρκίζω σε καὶ τὸ μεγάλης δόξης τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς, εἰπεῖν μοι τί ἀγαθὸν Σωΐδας
c ἑαυτῷ συνεργαζόμενον, ἐν μηδενὶ μηδέν με ἀποκρύψῃ. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Κορνήλιος εἶπεν· Οὕτως, Πάτερ, οὐ Σωΐδα ἐμαυτῷ ἀγαθόν τι τὸ Σωΐδιον πεποιηκώς, τοῦτο καὶ μόνον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ τῷ ἁμαρτωλῷ. Καὶ ἀρξάμενος δὲ λέγειν προσέπεσεν τοῖς ποσὶ Θεοδούλου λέγων· Συγχώρησόν μοι, Πάτερ, ἀδύνατον γὰρ εἰπεῖν ἐπί σοι τὰ αἰσχρά μου καὶ ἀπεγνωσμένα ἔργα. Καὶ θαρσοποιήσας αὐτὸν ἔφη· Λέγε, τέκνον μου, ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς Σωσαι σοι καὶ ἐμοὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

16 Ὁ δὲ ἔφη· Ἄκουσον, Πάτερ. Ἐν μιᾷ τῶν ἑσπερῶν πάνδημος πανυχὶς ἐπετελεῖτο, καὶ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ αὐτῆς ὄντος καὶ ἁγνοῦ θέας,
C ἐν τῷ ἀναχωρεῖν με ἐν τῷ ἐμῷ οἴκῳ, ὁρῶ γυναῖκα ἰσαμοῦσαν, εὐσχῆμον ὑπὲρ φύσιν, καὶ προσεγγίσας αὐτῇ ἐλάλησεν αὐτῇ κολακευτικὰ ῥήματα, ἐφ᾽ ᾧ με ταύτῃ ταπεινῶσαι. Καὶ δὴ Σωθεμοῦσης αὐτῆς εἰς τοῦτο, ἐν τῷ ἐλθεῖν με περιπλέξασθαι αὐτῇ, ἄφνω ἤρξατο ὀδύρεσθαι καὶ δακρύειν καὶ ἀναχαιτίζειν ἑαυτὴν ἐξ ἐμοῦ. Πρὸς ἣν ἔφην· Γύναι, τί τὸ γεγονός σοι; μή τις βίαν τὴν οἵαν οὖν ἐπήγαγέ σοι. Ἡ δὲ ἐπὶ πλέον ἔκλαυσεν πικρῶς. Καὶ ψυχοπονήσας ἐπ᾽ αὐτῇ, ἔφην· Ἐνορκῶ σε καὶ τὸ Θεοῦ τὸ ὑψίστου ἐκφάναι μοι τὸ κατά σε πρᾶγμα, καὶ τίνος χάριν ἀνενδότως δακρύεις.

17 Καὶ μόλις πολὺ ἀποκριθεῖσα ἔφη (ἐνικᾶτο γὰρ ἐκ τοῦ πολλοῦ καὶ ἀφάτου χλαυθμοῦ) Ἐγὼ, δέσποτα, ἐπισήμων γονέων γέγονα θυγάτηρ· ἐξεδόθην δὲ ἀβδεσίμῳ τινὶ πρὸς γάμον, πολλὰ ἐν προικὶ τούτῳ ἐπιδώσασα, ἐξορφανέθην δὲ ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα. Ὁ δὲ ἀγαγόμενός με ἀνὴρ, ἄλλως ἄλλως ὑσερήσας, ἅπαντα τὰ προσαχθέντα αὐτῷ παρ᾽ ἐμοῦ ἐν προικὶ διαφόρως ἐξανάλωσεν· πρὸς τούτοις δὲ καὶ δανειστῶν σὺν ὀλίγοις προσομιλήσας καιρῷ

propius, quem quærebat, indicare vellet oravit: quod alter, angelicum viri ſancti vultum habitumque reveritus, negare minime potuit. Sub occaſum autem ſolis cum omnia in Hippodromo jam eſſent quietiora, prodit ecce citharœdus, manu altera inſtrumentum muſicum, altera meretricem trahens, ornatu impudenti laſcive comptam, & nudum velo caput efferentem; quæ cum immoderato riſu veſtes hominis & capillos petulanter lacerabat, turbabatque. Hunc igitur Theodulo indicavit civis. At ille ſublatis in cælum oculis, & lacrymis ubertim profuſis; Deus, inquit, patiens & longanimis, debita reddatur miſericordiæ tuæ laus & gloria. Vere judicia tua abyſſus multa. Tum civis operâ vocatum ad ſe, & propius accedentem citharœdum manu prehendens, Oro te, ajebat, atque obteſtor, cariſſime, mecum tantiſper hic ut ſubſiſtas. EX MS. FLOREN. & Cornelium cognoſcit.

15 Dimiſſum deinde à ſe civem fauſta pacis & bonorum omnium apprecatione proſecutus, in ſecretiorem locum Cornelium abducit: ibique ad ejus ſe pedes non ſine lacrymis abjiciens, exquirit ſolicite, quibus tandem in rebus vitæ ejus ratio moduſque conſiſteret. Ille, ubi hominem ſanctum oculis totum perluſtraſſet; Apage, inquit, Domine Abba, ne me, oro, peccatorem ludibrio habe; non enim idem quod tu inſtitutum vivendi ego ſequor. Quibus tandem verbis te alloquar, homo ſancte? Non vidiſti, quo ex loco, & qua comite progreſſus ſim, & quid inſtrumenti manu præferam? Quid iſta ex me quæris, qui ſcortis quotidie & mimis aſſuevi? mihi enim ſorte obtigit participare diabolo & operibus ejus, & Circenſibus quotidie vacare atque obſcœnis ſpectaculis, victus diurni cauſa. At Theodulus; Adjuro te, inquiebat lacrymans, per eam qua Deus omnium Dominus, vivos judicaturus & mortuos, conſpicuus eſt gloriam, hoc mihi ut aperias, quid unquam toto vitæ tuæ tempore boni à te præſtitum eſſe memineris. Nihil, oro, clam me atque occultum habeas. Cum eoque colloquium inſtituit. Cui reſpondens Cornelius: Nullius equidem boni operis à me umquam peracti conſcius mihi ſum, ô Pater, niſi hujus ſolius, quod mihi quidem peccatori bonum videtur. Tum narrationem facti exorſus atque ad Theoduli pedes abjectus; Da veniam, ait, ô Pater, quia pudor eſt enarrare turpia & infanda mea facinora. Eloquere, fili mi, reſpondit Theodulus, & Dominus Jeſus Chriſtus tibi pariter mihique peccatorum veniam benigne, ſpero, concedet. Peccatorem ſe fatetur Cornelius,

16 Tum Cornelius; Audi igitur ſis, mi Pater. Cum publicum quodam tempore pervigilium celebraretur, & abſoluto divino illo jucundoque ſpectaculo, domum me referrem; in feminam incidi ſupra quam dici poteſt formoſam. Huic ego ut propior adſtiti, blandis eam verbis ad flagitium mecum perpetrandum cœpi allicere. Quam conſentientem complexu vix exceperam, cum ſubito, nec abſque lacrymis & lamentis, è meis ſeſe illa manibus eripit. Cui ego; Quid, inquam, tibi, mulier, ſiniſtri accidit? num quidpiam tibi violentiæ eſt allatum? At illa vehementius etiam lamentabatur. Ejus igitur miſeratio me cum cepiſſet, Adjuro te, inquam, per Deum altiſſimum, ut, quid hoc rei ſit, aut quamobrem ita indeſinenter lacrymeris, mihi manifeſtes. & id ſolum in ſe bonum fuiſſe,

17 Ad quæ aliquando tandem ægre illa reſpondens (ingens quippe & inexplicabilis quidam dolor miſeram occupaverat) Ego, dixit, Domine mi, nobilibus parentibus in lucem edita, viro cuidam clariſſimo in conjugem conceſſa fui, ad quem & copioſam ſane dotem attuli, ab annis enim duodecim parentibus orbata fueram. Vir autem qui me duxerat, intempeſtiva negotiatione, univerſam quam quod nobili mulieri, pro ſuſtentando captivo viro ſuo,

attuleram dotem, varia ratione diſſipavit. Adhæc
EX MS. cum fœneratoribus non paucis rem habens, multa
FLOREN. ipſe nomina ſenſim contraxit. Unde autem ſubita illa rerum domeſticarum anguſtia & neceſſitas advenerit, ad inſtructionemne an probationem noſtram, non facile dixero. Mutuos inde à fœneratoribus nummos accipit quadringentos; quos cum refundere non valeret, accuſationem illi adverſus eum inſtituere ſunt aggreſſi. Eumdē mox accuſatum civitatis primores publico carceri incluſerunt, in quo octavum jam menſem maceratur fame. At ego, cum adiiſſem aliquot, à munificentia æſtimatos, nil niſi
ad mendicitatem adacta, vacuos verborum ſonos ab eis retuli: quos &, propter illos qui forte aderant, vanæ neſcio cujus gloriæ captandæ cauſa, dabant. Quid igitur agerem prorſus neſciebam. Hoc demum excogitavi, fateor, & perfeci. Noctu frequenter conſurgens manum ad excipiendam ſtipem exerui; manum, inquam, eleëmoſynis elargiendis paulo ante aſſuetam, vultu interim præ nimia verecundia velato. Cum ille quoque conatus in vanum recidiſſet, ad hoc conſilii dura me rerum neceſſitas adegit, turpe fateor & peccaminoſum: fornicari ſtatui, meque alienare à marito, ne
B ille enectus fame ad vitæ tandem extremum perduceretur: peccare, inquam, in maritum conſtitui, cum
ſeque proſtituere volenti, nulli opificio aptæ mihi ſint manus, quemadmodum ipſa ſæpe afflictio eas ad hoc aptas tandem efficit. Novit enimvero qui corda menteſque hominum ſcrutatur Chriſtus, quod impollutum hactenus marito uni corpus meum ſervaverim.

aliquando ſuccurrerit, 18 His ego auditis, dolore pariter & commiſeratione affici, & victus animo lacrymas cœpi fundere. Tum ita eam compello: Magna me tui, mulier, habet miſeratio, præſtolare me hic tantiſper. Mox curriculo domum me meam confero, &, qui mihi tum forte erant ad manum, ducentos & triginta nummos mecum affero; par quoque armillarum, nummis ſeptuaginta æſtimatum, & alia nonnulla mundi muliebris inſtrumenta, octoginta omnino nummorum: quæ omnia à parentibus & ex meæ quondam conjugis hereditate acceperam. Cuncta hæc in unum computans, & viginti inſuper nummos, ad eam qua mulieri opus erat ſummam conficiendam, deeſſe comperiens, attuli togam meam theatralem & ex byſſo virgulata chlamydem, ad noxiorum ac turpium ſpectaculorum uſus comparatam, aliaque nonnulla, & ipſas quas circa collum geſtabam bullas: & ſimul omnia involvens linteolo, dedi ei dicens; Neſcio equidem, mulier, quæ aut unde ſis, ſed nec ſcire magnopere cupio: hæc interim omnia tibi habe, ac
C vade in pace, Deumque pro me peccatore precibus
omnia quæ habebat eidem largitus. tuis exora. Tum cunctis quæ attuleram donatam, in pace permiſi abire. Hoc unicum recte à me factum arbitror quamdiu vixi, quod nulli unquam mortalium, Deo teſte, niſi ſanctitati tuæ, quando ita neceſſe fuit, enarravi. Hiſce intellectis Theodulus ad pedes hominis cum gemitu ſe abjecit, ac; Mei, inquit, homo Dei, memorem te præſta cum in glorioſa illa ac æterna tabernacula fueris receptus; mei, inquam, peccatoris, memoriam, oro, ne deponas; novit enim revera Dominus qui ſunt ejus. Atque ita valedicens dimiſit eum, gratias ſupremo Numini immortales referens pro pulcherrimo & utiliſſimo occurſu.

Quam heroicam caritatem miratus Theodulus 19 Dimiſſo Cornelio, ad ſuam columnam, non ſine peculiari Dei ipſius auxilio imperioque, Theodulus ſe retulit; ſuper omnia miſericordem & benignum Deum laudibus extollens, & regulam conſuetam obſervans. Quinquennio deinde ſupra columnam exacto, vox ad eum ex improviſo facta eſt dicens: Veni, Theodule, ac deinceps quieſce: tibi

γέγονεν. Οὐκ οἶδα ἢ ἀπεῖν τοῦθεν ἄφνω ἐπῆλθεν τὴ D
τοιαύτη σύνωσις καὶ ἀνάγκη· εἴ τε γὰρ πρὸς παιδίαν,
εἴ τε πρὸς δοκιμασίαν, ἀγνοῶ τοῦτο λέγειν. Μεθοδεύεται ἢ ἐκ τοῦ αὐτῆ δανειστῶν νομίσματα τετρακόσια, καὶ μὴ εὐπορῶν τούτῳ τῶν ἀπόδοσιν ποιήσασθαι τούτοις, ὀφειλόμενα πεποιήκασι τοῦτον, καὶ συσχόντες αὐτὸν οἱ τῆς ἀρχοντικῆς τάξεως, ὀν τῇ δημοσίᾳ εἱρκῇ Cωέκλεισαν· καὶ ἔστιν ἐκεῖσε ἀπὸ μακρῶν ὀκτὼ δαμαζόμενος ἀπὸ πείνης. Καὶ διαφόρως προσελθοῦσά τισι καλοποιοῖς, οὐδὲν ἐκαρπησάμην ἐξ αὐτῶν, εἰ μήτι γε ῥήματα καὶ μόνον, καὶ ταῦτα διὰ τοὺς παρατυγχάνοντας κενοδοξίας χάριν, καὶ τί ποιῆσαι οὐκ ἔδον. Προσθέμην ἢ καὶ τοῦτο, ὃ καὶ πεποίηκα, ὁμολογῶ· διανισαμένη νύκτωρ ἐφήπλωσα τῷ χεῖρά μου, τῷ διαφόρως εὐποιΐας πλείσας ποιήσασαν, ἀποκρύπτουσα μόνοις αἰδημόνη τὸ ἀτιμαζόμενον πρόσωπον. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἄξιόν τε γενέσθαι ἐδωνήθην· ὅθεν ἐβουλευσάμην ἐξ ἀνάγκης πολλῆς τῷ κακῷ βουλῇ ταύτῃ, τὸ πορνεῦσαι καὶ ἀποθέψαι τὴν ἐμὸν ἄνδρα, ἵνα μὴ λιμοκτονηθεὶς τέλει τοῦ βίου χρήσηται. Ἡγησάμην οὖν ἀσεβῆσαι εἰς E
τὸν ἄνδρα μου· καὶ γὰρ ὑδὲ χεῖρας εὐτονούσας πρὸς ἐργασίαν ἐκεκτήμην, οἷα δὴ τὴν θλίψεως καταπεσεῖν ταύτας παρασκευαζούσης. Οἶδεν ἢ ὁ ἐτασὴς τοὺς καρδιῶν, καὶ ἐρευνητὴς τῶν νεφρῶν Χριστὸς, ὡς οὐδέπω ἐμολύνθη τὸ θέλιόν μου Cῶμα μετὰ τὸν ἐμὸν ἄνδρα.

18 Τούτων ἀκούσας ἐγὼ κατενύγην, καὶ ἐσπλαγχνίσθην, νικηθεὶς ἢ ἐδάκρυσα, καὶ ἔφην πρὸς αὐτόν· Γνῶθι δυσωπῶ σε, μεῖνόν με πρὸς μικρόν. Καὶ ἀπελθὼν δρομαίως ὀν τῷ ἐμῷ οἴκῳ, ἤγαγον, ἅπερ ἔτυχον ἔχειν τότε, νομίσματα διακόσια τριάκοντα· οὐμοὶ ἀλλὰ καὶ ζυγὼ d χαροφύλλων νομισμάτων ἑβδομήκοντα, καὶ ἄλλα τέ τινα γυναικεῖά μου κόσμια νομισμάτων ὀγδοήκοντα, ἅπερ ἔτυχον ἔχειν ἀπὸ γονέων, καὶ ἀπὸ κληρονομίας τὴ γενομένης μου Cυμβίᾳ· καὶ Cυμψηφισάμην, καὶ εὑρὼν λείπειν μοι εἰς ἀναπλήρωσιν τῶν ὁπτζητυμένων νομισμάτων τετρακοσίων ἕτερα νομίσματα εἴκοσι, βασάξας τὸ φελώνιόν c μου καὶ τὸ βυσαρωτὸν f τῶν ὁπτσήμων καὶ e f
ἀτόπων ἱματίων, οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τὴ τράχηλόν μου φυλακτὰ ἐπάρας, πάντα ἀγαγὼν ὀν g σα- g
βανίῳ, δέδωκα αὐτῇ λέγων· Γνῶθι, ὄντως οὐκ οἶδα τίς εἶ, ἀλλ' οὔτε θέλω μαθεῖν· λαβοῦσα πορεύου ὀν εἰρήνῃ, εὐχομένη ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ· καὶ δεδωκὼς αὐτῇ πάντα, ἀπέλυσε αὐτὴν ὀν F
εἰρήνῃ. Τοῦτό ἐστιν ὁ νομίζω καλὸν πεποιηκέναι, ὅπερ οὐδενὶ ἀφηγησάμην, ὡς ἐπὶ Κυρίῳ, εἰ μὴ ἀνάγκη τῇ σῇ ἁγιοσύνῃ. Ταῦτα ἀκούσας Θεόδουλος, ἔρριψεν ἑαυτὸν πρὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ κλαίων καὶ λέγων· Μνημόνευέ μου, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ὅταν καταλάβῃς ἐκείνας τὰς ὑπερδόξους καὶ αἰωνίους Cκηνάς. Μνημόνευσόν μου τοῦ ἁμαρτωλοῦ, παρακαλῶ σε· ἴσως γὰρ ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· καὶ Cωταξάμενος τῷ ἀνδρὶ, ἀπέλυσεν τοῦτον, εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ τούτου ἀγαθῇ καὶ ἐποφελεῖ Cωτυχίᾳ.

19 Ἀπολύσας οὖν αὐτὸν ὁ Θεόδουλος, τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι καὶ ὁπτευσέν ἀνῆλθεν ὀν τῷ κίονι, δο-
ξάζων ἐπὶ πᾶσι τὸν εὔσπλαγχνον καὶ φιλάνθρωπον Θεὸν, καὶ τὸν ἰδίως κανόνα φυλάττων. Διατελέσαντος δὲ αὐτοῦ ὀν τῷ αὐτῷ κίονι ἕτερον πενταετῆ χρόνον, ἄφνω φωνὴ γέγονεν πρὸς αὐτὸν λέγουσα· Θεόδουλε, δεῦρο, λοιπὸν ἀναπάυου, ἡτοίμασαι γάρ σοι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐκδέχεταί σε ὁ χόρος τῶν ἀγγέ-

A ἀγγέλων, καὶ δικαίων, καὶ προφητῶν, καὶ ἁγίων· οὐ μικρὰ, ἀλλὰ καὶ Κορνήλιος ὁ ἀπὸ πανδούρων· ἦν γὰρ πρὸ αὐτοῦ τελευτήσας σφικτὸν ἕνα. Καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς οὐρανὸν ἔφη· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου· καὶ παραχρῆμα παρέδωκεν τῷ ψυχικῷ τοῖς ἁγίοις Ἀγγέλοις. Συναχθέντες δὲ πάντες οἱ κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην Ἐπίσκοποί τε καὶ Ἡγούμενοι, μοναχοί τε καὶ λαϊκοὶ, καὶ τὰ πρέποντα ἐπὶ τούτῳ ποιήσαντες, ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ κατέθηκαν τὸ ἅγιον αὐτοῦ λείψανον. Πολλοὶ δὲ ἰάσεις γίνονται ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ μέχρις τοῦ δεῦρο. Οὕτως οὖν τὸν δρόμον τελέσας, καὶ τὴν πίστιν τηρήσας, ἐθαυμάσθη ὑπὸ Ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, συγχορεύει δὲ τοῖς ἄνω δυνάμεσιν, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν δεήσεις ἀπαύστως προσφέρων τῷ Σωτῆρι Χριστῷ. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ ἀχράντῳ Πατρὶ καὶ τῷ προσκυνητῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

jam paratum eſt regnum cælorum, magna te Angelorum, Juſtorum, Prophetarum, & Sanctorum multitudo expectat: expectat & Cornelius citharœdus: hic enim uno ante anno ſupremum jam diem clauſerat. Sublatis ergo in cælum manibus, inſignis Dei ſervus; Domine, inquit, Jeſu Chriſte, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Quo dicto, ſuam repente animam per ſanctos Angelos Creatori ſiſtendam tradidit. Poſt quæ in unum convenientes univerſi tractus illius Epiſcopi & Hegumeni, monachi quoque & laici, juſta perſolverunt defuncto, atque in eo ipſo loco ſacrum ejus condiderunt corpus; ad quod ſuam non pauci in hanc uſque diem ſanitatem recuperant. Hoc igitur modo curſum ſuum conſummans & fidem ſervans, apud Angelos & homines admirabilis, ſupernis poteſtatibus aggregatus fuit Theodulus, ſuas pro nobis preces abſque requie ad Chriſtum Salvatorem fundens. cui honor ſit & imperium, una cum Patre immortali & adorando vivificanteque Spiritu, in ſecula ſeculorum. Amen.

EX MSS FLOREN

poſt quinquennium ſancte mo-rituri.

ANNOTATA.

B a *Synaxarium Claromontanum* Κορνηλίου ὃς μίμου ὃς λεγομένου Πανδούρου, *quod ſatis placet, & gratiæ divinæ potentiam, etiam in tali vita conditione, magis exaggerat.*

b Κιλινδόρμῳ *fortaſſe dicitur, quod purior Græcia diceret* Κυλινδέορμῳ volutor: *lapſus certe aliquis aut peccaminoſa inquinatio tali verbo indicatur.*

c Ecgraphum *noſtrum* διαπεφόζεμον, *voce forſitan barbarioris uſus.*

d Ζυγὴ *pro* Ζυγὸς *alibi necdum legi, neque* χειρόψελον: *ex diminutivo tamen* ψέλλιον Armilla, *apparet ea compoſitione ſignificari ornamentum, non quali ſupra cubitum nuda brachia adſtringebant mulieres, quod* E *proprie* armilla *eſt: ſed quali infra cubitum utebantur, ad manuum junctiras, quibus tamen non aliud quam idem* armillæ *nomen apud Latinos eſt.*

e Φελώνιον *etiam ſcribit Chryſoſtomus, togam Sacerdotalem ſive caſulam intelligens in libello de re divina, quæ aliis paſim* Φαινόλιον.

f Βυσαρωτὸν, *melius forte* Βυσαροπὸν, Byſſinum, *varii coloris lineis ſeu virgis* exaratum *quodammodo: ſic Virgilius de Gallis ait.* Virgatis lucent ſagulis.

g Σαβάϊον *diminutivum à* Σαβανὸν, involucrum lineum.

EPITOME VITÆ

Ex Ms. Synaxario Græco Collegii Claromontani S. I.
Interprete eodem P. Daniele Cardono.

C 1 Οὗτος ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς Βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ μεγάλου Βασιλέως, Πατρίκιος ἀνὴρ, πᾶσῃ ἀρετῇ καὶ Χριστοῦ κεκοσμημένος· οὗ τινος τὸ πρᾶον, καὶ τὸ ἔνθεον ζῆλον, καὶ τὸ καθαρὸν τοῦ βίου, καὶ ἀνεπίληπτον βλέπων ὁ Βασιλεὺς, εἰς τὸν τῆς ἐπαρχότητος ἀρχὸν προεσήσατο αὐτόν. Ἐπεὶ οὖν ἐσκόπει καὶ μάλιστα παρὰ τῶν δωρασευόντων γινομένας ἁρπαγὰς καὶ πλεονεξίας, καὶ πᾶσαν ὑπερβοσκομένην κακίαν ἐν τοῖς τοιούτοις, μὴ στέγων ὁρᾶν αὐτὰς, ἀπεβάλλετο τὸν ἀρχὸν· πολλὰ καὶ ὁ Βασιλεὺς αὐτὸν ἱκετεύσαντος καὶ τῆς γυναικὸς μὴ ἀνεχομένης· ὅπως γὰρ διῆλθον χρόνοι δύο, ἀφ' ἧς ἡμέρας Συνεζεύχθησαν.

2 Ἐπεὶ οὖν ἡ γυνὴ αὐτοῦ σωτόμως μεθέστη τοῦ βίου, αὐτὸς λαβὼν πᾶσαν τὴν περιουσίαν αὐτῆς, ὑπάρχουσαν λιτρῶν πενταχοσίων πεντήκοντα, χήραις καὶ ὀρφανοῖς διέδωκε, καὶ μοναστηρίοις καὶ γηροκομίοις καὶ ξενῶσι τὰ πλεῖστα παρέσχεθο· ὡς αὐτῶς καὶ τὴν ἰδίαν ὕπαρξιν καλῶς διέθηκεν, ἄπειρον οὖσαν· καὶ τὸν Βασιλίδος ἀπάρας, τὴν Ἔδεσαν καταλαβὼν, καὶ ἐπί τινος χίονος ἀναβὰς, ἔτους ἀγῶν τῆς ἡλικίας Σαρακοστὸν δεύτερον, τὸ μοναστὴν ὑπῆλθε βίον, τῇ σκληραγωγίᾳ καὶ τῇ τοῦ ἀσκητικοῦ βίου τραχύτητι κατατρύχων τὸ Σῶμα. Τριάκοντα δὲ χρόνοις ἐν τῷ χίονι πληρώ-

1 HIc regnante Theodoſio Magno, Imperatore piiſſimo, patricia dignitate conſpicuus fuit. Vir erat omni virtute ornatiſſimus; cujus manſuetudinem, & erga Deum pietatem, puram denique & inculpatam vivendi rationem cum obſervaſſet Imperator, ad Præfecturæ Conſtantinopolitanæ munus obeundum adhibere hominem voluit. Ipſe autem, perſpectis, quæ potentiorum auctoritate potiſſimum committebantur, rapinis, & immodicis eorumdem in acquirendo ſtudiis, quaque ratione immenſa quædam perverſitas genus iſtud mortalium quaſi depaſceret; non ſuſtinens amplius inter eos verſari, Præfectura ultro ac ſponte cedere conſtituit, quamvis & Imperator multis eum precibus retinere conaretur, & ipſa hominis conjux in id conſilii minime videretur ventura. Duo videlicet nondum anni abierant, ex quo tempore matrimonii vinculo fuerant conjuncti. F

Abdicata urbis CP. Præfectura

2 At ubi è vita hac repente uxor Theoduli migravit, ipſe continuò conjugis obitu relicta ſibi bona univerſa, quingentas omnino & quinquaginta libras complexa, in viduas & orphanos diſtribuit, non exigua etiam eorum parte monaſteriis, gerocomiis, & pauperum peregrinorum hoſpitiis conceſſa: ſuam deinde ipſius omnem ſubſtantiam, quæ immenſa propemodum erat, non diſſimili ratione laudabiliter expendit. Tum regia Urbe abiens ad

& mortua conjuge, omnia in pauperes diſtribuit.

EX MS. GRÆCO. *& in columnam aſcendens,*

Edeſſenam pervenit civitatem, juxta quam in columnam aſcendens, cum annum ætatis quadrageſimum ageret & ſecundum, monaſticam vivendi rationem arripuit, ad cujus inſtituti aſperitatem atque moleſtiam perferendam corpus ipſe ſuum durabat. Triginta ſolidis in columna annis exactis, & multis divinitus prærogativis dignus habitus, non jam craſſiore ullo veſcebatur cibo, ſed Dominicis ſolum diebus ſanctiſſimum Domini corpus & ſanginem, ac modicum quiddam è ſanctificatis ſumebat cibis.

ſummam cum abſtinentia vivit.

3 Atque hoc modo ſeptem menſes ſupra quadraginta [duos] annos explevit. Variis poſtmodum iiſque permoleſtis cogitationibus commotus animo, ita Deum eſt precatus; Domine, inquiebat, hominum amator ardentiſſime, ſi ſancto & glorioſo nomini tuo placere merui, hoc, oro, famulo tuo indicare mihi ne graveris, cui eorum, qui in hac vita pro nomine tuo moleſta agunt & patiuntur, aſſimilandus ſim. Atque ecce divina quædam vox continuo eſt audita dicens; Confortare, & eſto robuſtus, dilecte Theodule; quippe qui Cornelio mimo, quem Citharœdum homines cognominant, quique in urbe moratur Damaſcena, in regno cælorum non es habendus inferior. Hoc accepto reſponſo ſenex, animo linquens vehementer obſtupuit. Tùm è columna deſcendens, ad ipſum tandem Cornelium pervenit; cujus ſe ad pedes abjiciens, magnopere ſcire contendit, ecquod tandem vitæ genus ille ſectaretur. Theoduli precibus is coactus demum ita reſpondit; Ego, Pater, à primis vitæ meæ annis mimos inter & agyrtas ſemper educatus, ab illis prima vivendi principia accepi. Quodam deinde veſpere, cum ſcelera & peccata mea univerſa, & inſtituendum aliquando judicium ſupremum cogitare cœpiſſem; male à me acta deteſtatus, veniam eorum petii, ac meliorem vivendi rationem, quantum in me fuit, arripui, eleëmoſynas multas in egenos diſtribuens.

Poſt annos 42 intelligit ſe Cornelio mimo parem eſſe:

B

hunc ergo requiſitum interrogans de ſua vita,

4 Cum autem magis etiam urgeret Senex, & obteſtaretur, ut nequid indictum præteriret. Cornelius, Quod ſecutum deinceps fuerat, Audi ſis, reſpondit, Domine mi. Mulier neſcio quæ, illuſtri genere orta, nec dignitate minus quam præcipua quadam pulcritudine conſpicua, viro cuipiam in uxorem obtigit; qui cum intemperanter nimis & prodige vitam ageret, non uxoris modo ſuaſque omnes facultates, ſed multa etiam alia à fœneratoribus mutuo accepta conſumpſit. Qua de cauſa in carcerem conjectus, multo iſtic tempore, non ſine ingenti mulieris quam dixi ſenſu, detentus fuit. Hæc autem ut maritum ſuum cum fame luctantem conſpexit, nullum ejus cauſa periculum recuſavit. Pecunias itaque mendicato colligere inſtituit; animo, non ſecus acſi in bilance poſita fuiſſet, fluctuans, ob metum qui ipſi erat, ne propter inſignem ſuam pulchritudinem ad flagitium à quopiam depoſceretur.

audit ſummè egenti mulieri,

C

ſua omnia eſſe largitum.

5 In hanc ego mulierem forte cum incidiſſem, ad ſpectaculi inſolentiam prorſus obſtupui, quod & manus illa ad emendicandam ſtipem extenderet, & retrorſum vultum adverteret. Poſtquam autem calamitatis tantæ cauſam ex ipſa didici, non parum fui animo commotus: ac lacrymans; Quantum, inquam, mulier, eſt à marito tuo contractum æris alieni? Quadringentorum, reſpondit illa, nummorum, Domine mi. Tunc ego, facultates meas diligenter perſcrutatus, nummos penes me triginta ſupra ducentos eſſe comperi, qui ad tantum debitum perſolvendum minime ſufficiebant. Bonis ergo nonnullis mobilibus & ornamentis divenditis, ſummā pecuniæ aliam confeci nummorum ſeptuaginta. Cumque adhuc multa deeſſe conſpicerem, veſtes quas habebam pretioſiores & quod collo geſtabam monile in ſarcinam unam conjiciens, cuncta in calamitoſæ mulieris manus tradidi, ac dixi: Hæc omnia tibi habe, mulier, ac vade in pace, maritumque tuum è carcere libera; Deum quoque ex toto corde pro me precare, ut in ſupremi judicii die mei miſereatur. Iſta audiens Theodulus ac ſummopere admirans, divinæ bonitati gratias perſolvit. Tū conſcenſa rurſum columna, non longo tempore in vivis fuit, ſed ſpe bona plenus paulo poſt ſuum Deo ſpiritum in pace tradidit. DE

σας, καὶ θείων χαρισμάτων καταξιοθεὶς, οὐκέτι μετελάμβανε τροφῆς παχυλέρας, ἀλλ' ἢ μόνον καὶ κυριακῇ τῷ τιμίῳ Σώματι & Κυρίου καὶ αἵματι καὶ μικρόν τι τῆς ἁγίας ἀναφορᾶς. D

3 Καὶ ἔτως διετέλεσεν ὁ ἀδάμας ἐπὶ τῶν μίων ἐπὶ σαράκοντα [καὶ δύο] ἔτεσι. Μετὰ ταῦτα ὠχλήθη, ὡς ἔλεγεν, ὑπὸ λογισμῶν· καὶ παρεκάλει τὸν Θεὸν, Δέσποτα φιλάνθρωπε, φάσκων, εἴγε τῷ ἁγίῳ καὶ ἐνδόξῳ σου ὀνόματι εὐηρέστησα, ἐμφάνισόν μοι τῷ δούλῳ σου, τίνι τρόπῳ ἐν τῷ βίῳ κακοπαθησάντων δία τὸ σὸν ὄνομα παρεξητάσθην. Καὶ θεία φωνὴ πρὸς αὐτὸν, Ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, λέγουσα, ἠγαπημένε Θεόδουλε, ἴσον γάρ σε ἐν τῇ βασιλείᾳ μου μετὰ Κορνηλίου τοῦ μίμου, τοῦ λεγομένου Πανδούρου, τοῦ ἀπὸ Δαμασκοῦ τῆς πόλεως. Ταῦτα ἀκούσας ὁ γέρων, ἔκστασις, ἀθυμία παραλυθείς· καὶ κατελθὼν τοῦ κίονος, τὸν Κορνήλιον καλέλαβε, καὶ τοῖς πόσιν κυλινδούμενον ἐζήτει μαθεῖν τινὰ αὐτοῦ πολιτείαν. Ὁ δὲ ἀναγκαζόμενος εἶπεν, Ἐγώ, φησι, Πάτερ, ἐκ νηπίων μίμοις καὶ ἀγύρταις συναναστραφείς, πάντα τὸν χρόνον ἐκεῖθεν ἐνοῶν τὰ τῆς ζωῆς μου ἐφόδια, καὶ ὀλέπατε εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν τῶν πολλῶν μου κακῶν καὶ τῆς μελλούσης κρίσεως, πάντων τῶν κακῶν ἀπεσχόμην, καὶ τὸν καθαρὸν βίον καὶ τὸ δικαῖον ὑπεμελούμην, καὶ ἐλεημοσύνης προνοίζων, ὡς ἂν ἐνέκειτο. F

4 Καὶ πάλιν ὁ γέρων παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ ἐνορκῶν ἔπεσεν καὶ τὰ ἑξῆς· Ἄκουσόν μου, δέσποτα καὶ κύριε, ἔφη· γυνή τις περιφανὴς καὶ δόξῃ κοσμουμένη καὶ κάλλει περιαστραπομένη, ἀνδρί τινι πρὸς γάμον ἐδόθη· ὃς ἀκολάστου καὶ δαπανηρᾶς τυχὼν προαιρέσεως, οὐ μόνον τὴν γυναικὸς τοῦ περιουσίαν κατεδαπάνησε, καὶ τοῦ ἰδίαν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρα προσδανισάμενος, καὶ ἐφαγε· διὸ καὶ τῇ εἱρκτῇ ἐνεκλείσθη πολλοῦ χρόνου, ἀπαμύθητον τῇ γυναικὶ συμφορὰν ἐπενεγκών· Ἥ τις βλέπουσα τὸν ἐλεεινὸν ἐκεῖνον λιμαγχονούμενον, καὶ αὐτοῦ τοῦ ψυχοῦ ἀπελέγετο, ὅμως ἤρξατο προσαιτεῖν, ὡς ἐπὶ τρυτάνης καλεύουσα τοῦ ψυχοῦ, καὶ φοβουμένη τὸν τοῦ πορνεῖας ὄλιθρον, διὰ τὸ εἶναι εὐπρόσωπον.

5 Ταύτῃ περιτυχὼν ἐγὼ, δεινὸν πρὸς τὸ ξένον τοῦ θαύματος, ὅτι τὰς μὲν χεῖρας ἧπλου πρὸς τὸ λαβεῖν, τὸ δὲ πρόσωπον εἶχεν ὀπισθοφανῶς. Μαθὼν δὲ τοῦ αἰτίαν, ἠλέησα τοῦ ψυχοῦ, καὶ δακρύων εἶπον, Πόσον τὸ χρέος, γυναῖ. Ἡ δὲ τετρακόσια νομίσματα, δέσποτα. Ἐγὼ δὲ ἀκριβολογήσας ἐαυτὸν, εὗρον παρ' ἐμαυτῷ νομίσματα διακόσια τριάκοντα· καὶ μὴ ἀρκοῦντα πρὸς τὸ ποσὸν, διαπωλήσας τοίνυν κινητά τινα εἶδη καὶ κόσμια, συνάγαγον ἕτερα νομίσματα ἑβδομήκοντα· καὶ πάλιν εἶδον ἐλεφάντινα, ἐκβαλὼν τῶν ἐνδυμάτων τὰ κάλλιστα, καὶ τὸ περιτραχήλιον ὁρμίσκον, καὶ σινδόνι περιειλήσας, δέδωκα αἵστας χεῖρας τῇ γυναικὸς, εἰπών· Λάβε ταῦτα, γυναῖ, καὶ ἄπελθε ἐν εἰρήνῃ, καὶ τὸν ἄνδρα τῆς φυλακῆς ἐλευθέρωσον, δυσωπουσα ἐξ ὅλης τῆς καρδίας τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ἐλεῆσαί με ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Ταῦτα ἀκούσας Θεόδουλος, καὶ θαυμάσας, τῷ Θεῷ εὐχαρίστησε· καὶ πάλιν ἀνελθὼν ἐπὶ τοῦ κίονος, καὶ μικρὸν ὑπερβιώσας χρόνον, μετὰ χρηστῆς ἐλπίδος ἐν εἰρήνῃ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τῷ Θεῷ παρέθετο.

A

DE SANCTO MANVÆO

EPISCOPO BAIOCENSI IN NORMANNIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De ejus ætate, cultu, Actis.

CIRC. AN. CCCCLXXX

Primi Episcopi Bajocenses

BAjocæ *seu* Bajocum, *urbs Normanniæ inferioris Episcopalis, colit hoc* XXVIII *Maij* S. Manvæum, *quintum Ecclesiæ suæ Antistitem, S. Lupi successorem. De hoc & aliis tribus Episcopis primis late egimus diu* XVIII *hujus mensis Maii, ad Vitam S. Regnoberti secundi Episcopi; diximusque hunc post S. Exuperium sedisse seculo Christi quarto, & circa annum* CCCC *ex hac mortali vita ad æternam & immortalem migrasse; ac deinde seculo Christi quinto floruisse SS. Rufinianum & Lupum, & hunc vivendo pervenisse ad annum circiter* CCCCLXV. *Sub*

B *horâ quinta Manvæus sub S. Lupo floruit:* *hoc S. Lupo floruit* S. Manvæus, *tunc Eremita & trium Monachorum Prior, virtutibus & miraculis clarus, duorum mortuorum creditus resuscitator. De his ergo temporibus intelligenda prima Vitæ ejus periodus, ubi dicitur fuisse temporibus Marciani Imperatoris & Merovæi Francorum Regis, qui ambo in sua dignitate floruerunt ab anno* CCCCL *usque ad* CCCCLVII, *nec pervenerunt ad annum* CCCCLX, *qui tamen in dictis Actis adjungitur. At postea circa annum* CCCCLXV, *S. Lupo* XXV *Octobris defuncto, subrogatus est*

successit circa an. 465: S. Manvæus; *quamdiu autem præfuerit, nescitur. Proximus illi successor S. Contestius, ad* XIX *Ianuarii est relatus, in cujus Actis in Appendice pag.* 1137 *editis, nullus etiam temporis character indicatur. Subrogati dein fuerunt Patricius & S. Vigor, cujus Acta, illustranda ad Kalendas Novembris, referuntur ad tempora Childeberti Regis Francorum; sub quo Rege Leucadius Episcopus Bajocensis subscripsit Concilio Aurelianensi* III *anno* DXXXVII, *& Aurelianensi* IV *anno* DXLI. *Quibus omnibus consideratis, arbitramur obitum* S. Manvæi *circa annum* CCCCLXXX *statui posse.*

mortuus circa annum 480,

variarum Ecclesiarum Patronus. 2 *Colitur is Officio Ecclesiastico, non solum in urbe & diœcesi Bajocensi, sed etiam in vicina diœcesi Constantiensis variis ecclesiis, quarum Patronus habetur. Tales sunt, in decanatu Pirensi parochiæ de* Marchepieux, *&* Vandrumesnil, *& alibi* Goufreville: *in quibus & aliis ecclesiis utriusque diœcesis magna in veneratione est* S. Manvæum *tectatus est Dominus Thomas le Gouix, Presbyter & Rector Ecclesiæ prædictæ S. Manvæi de Marchepieux, misso chirographo* VIII *die Augusti anno* MDCLII, *una cum Actis Sancti, ex veteri chartario fideliter extractis, prout ea in novem Lectiones distributa solebant in Officio Ecclesiastico recitari hoc* XXVIII *Maii: quo die & Dominica proxime sequenti, imo & per totum annum, plurimos propter febres nec sine solatio accurrere notū est. Ea omnia à dicto Presbytero accepta, transmisit nobis Cadomo Iacobus de Machaut Societatis nostræ Sacerdos, cujus expertam deinde Parisiis beneficentiam grata memoria libenter recolimus. Acta autem illa aliquot seculis post obitum* S. Manvæi *fuisse composita, notant anni Imperatoris supra indicati, & libri Decretales in iis nominati. Stylus ubiq; fere concisus & discontinuus, qualis esse solet Responsoriorum & Antiphonarum, dubitare me facit, an non extiterit olim plenior aliqua Vita, quæ primum quidem pro Lectionibus usurpabatur, deinde versiculatim & antiphonatim distracta fuerit pro toto Officio, & sub musicis Notis seorsim descripta in Antiphonario Bajocensis Ecclesiæ; ac denique, amissa primigenia prolixiori Legenda, ea quæ habebantur in Antiphonario recollecta sint in formam breviorum Lectionum, quales accepimus, addita ad singulos numeros clausula consueta,* Tu autem, Domine, miserere nobis. *Quidquid de hoc sit, habemus aliud multo brevius compendium descriptum ex Ms. codice cœnobii Rubeæ-vallis Canonicorum Regularium in silva-Sonnia prope Bruxellas, quod satis est indicasse; sicut etiam quod in nova Bibliotheca Manuscriptorum Labbæi tom.* I *pag.* 779 *eadem Acta ab eodem D. Thomas le Gouix ad eumdem P. Iacobum Machaut transmissa, delibentur verbotenus usque ad locum à nobis signatum; ac denique quod valde placuit Claudio Roberto, in Episcopis Bajocensibus, ista ex eisdem Actis extracta sententia:* Fuit bonus in juventute, melior in medio, optimus in fine. *Sammarthani pro sacra ejus veneratione allegant Breviarium Bajocense. Saussaius in Martyrologio Gallicano ad hunc* XXVIII *Maii aliquod ejus elogium, potissimum de mortuo ad vitam resuscitato, profert, &* Manucum *appellat.*

Acta Ms.

eorum compendium.

G. H.

E

VITA

Ex antiquo chartario ecclesiæ Bajocensis.

1 *Sanctus in adolescentia.*

IN urbe Bajocensi, annum circiter quadringentesimum sexagesimum, temporibus Marciani Imperatoris & Merovæi Francorum Regis, fuit quidam vir venerabilis, nomine Manvæus: ex nobilissima stirpe procreatus & genitus. Ipse vero Manvæus Confessor Domini, gratia Dei repletus est cunctis gentibus; suis quoque devotus parentibus, & ubique illis subjectus dictis & factis, & supplex in omnibus. Dei vero famulus, cum summa dilectione ab infantia verum Deum diligebat, die ac nocte jejuniis & orationibus ex toto corde & mente & corpore Jesu Christo soli serviebat. Cunctis itaque rebus mundanis & terrenis divitiis, deliciis & lasciviis calcatis & spretis, ad Deum totaliter tendens, & ad cælestia regna cogitans, Catholicæ fidei, pie, juste, & honeste vivendo, se totum tradidit.

litteris & scientiis imbuitur.

F

2 Cum beatissimi Manvæi Confessoris clarissimi parentes cernerent & perciperent modum ejus simplicem, & maximam prudentiam sensus ejus, & vivum ingenium, gavisi sunt (erat enim ætate puer B. Manvæus, sed ipse erat doctissimus, & senex apud Deum in sensu & in opere) cito miserunt eum ad studium, & illum tradiderunt peritis doctoribus ad eum instruendum. Ipse vero Manvæus, divinâ gratiâ plenus, doctores timebat, & libenter eos audiebat: * & voluntate Dei Patris omnia de facili retinebat. Manvæus Pastor bonus, Præsul sanctissimus Deū timebat: sanctā vero Trinitatē in corde suo semper adorabat. Omnibus pius, dulcis, & humilis erat. Infirmos visitabat, pauperes ac debiles de bonis propriis saturabat, & omnia opera misericordiæ adimplere satagebat.

misericors erga alios:

excellit in virtute & doctrina:

3 Sanctissimus Præsul Manvæus, dignus Deo Confessor & benignus, tendens ad Dei gloriam, pervenit ad magnam clarimoniam, & ad divinam scientiam. Plenus erat virtutibus cunctis, bonis moribus atque divinis laudibus. Cum summa diligentia bonæ spei & sanctæ fidei indicia omnibus demon-

demonſtrabat & ſalutis æternæ beneficia ſimiliter omnibus exhibebat, tantum diligenter B. Manvæus ſcholas exercuit, & in divinis voluminibus libenter ſtuduit, quod magiſter in duabus ſcientiis, mediante Dei gratiâ, certiſſimus & expertus fuit. His autem factis & completis, clariſſimus Confeſſor Domini & Præſul dignus Manvæus, amabilis in omnibus, placens, prudens, humilis & devotus; doctores ſuos & omnes eruditores in omnibus ſcientiis, in legibus & in decretalibus ſuperavit, & cuilibet illorum de rebus præteritis inter ſe & illos, & de ſervitiis bene & pacifice præmium ſolvit.

Orthodoxi à Manvæo exoritur:

4 Expectante B. Manvæo ſupernorum civium conſortia, & pervenire ad Beatorum regna cæleſtia, mente ſuâ bona & firmâ adamavit optimum locum & ſibi proprium, & ibi paravit hoſpitium & eremum ad Dei ſervitium faciendum, ad velle ſuum ſibi congruum & honeſtum; ut ibi in Dei ſervitio die noctuque Deo ſerviat, & vitam in Chriſto finiat. Ædificiis omnibus ex voluntate propria & præcepto B. Manvæi factis & completis, deinde Paſtor bonus & ſapiens, deſideravit habere tres ſocios in Dei ſervitio, & habuit, & hæc omnia ex propriis bonis præparavit. His quoque peractis eremum ſuam in Prioratum commutavit, & ipſe B. Manvæus in principio Eremita, vocavit ſeipſum Priorem trium Monachorum. Ipſe autem nobiliſſimus Monachus Deo paratus, ſocios ſuos ſecundum Deum diligebat, & in Dei ſervitio confortabat, & in multis exemplis bonis illos docuit, & rectam viam ſalutis æternæ & veritatis benignitatem demonſtravit.

3 ſocios aſſumit

B

Prior famus:

5 Prudentiſſimo Confeſſore digniſſimoque Pontifice B. Manvæo vigilante, & orante in Dei ſervitio devotiſſime, & ſociis ſuis in orationibus ex bono corde & humili deprecantibus Deum, ecce unus ex ſociis B. Manvæi, infirmitate mala & peſſima, voluntate Dei Patris, tum graviter compreſſus, tum cito extinctus eſt, beato Manvæo & aliis ſociis ſtupentibus & mirantibus. Sapientiſſimus atq; ſanctiſſimus Monachus Manvæus ſurgens ab oratione, ſociis dixit: Eſtote fortes in fide, & pugnate cum antiquo ſerpente, & pro noſtro ſocio orate, & ego pro eo Patrem rogabo. Beatus Manvæus, genibus flexis & manibus ſuper terram porrectis in crucem, fuſis lacrymis dixit: Domine Deus Pater omnipotens, qui mundum ſanguine tuo redemiſti, & me peccatorem ad imaginem tuam formaſti, & Lazarum reſuſcitaſti, & Mariæ Magdalenæ peccata dimiſiſti; jube ut reſurgat peccator iſte, ut te verum Deum vivens noſcat & adoret, & de omnibus peccatis atque delictis ſuis vere pœniteat & confiteatur. Cumque ſocii reſpondiſſent, Amen; ſurrexit Monachus ſanus à morte, B. Manvæus gaudens ab oratione.

Virum tunc ſuſcito mortuum, oratione reſuſcitat:

C

diverſis locis prædicat

6 Beatus Manvæus, Paſtor ſanctiſſimus, procurator omnium rerum Fratrum ſuorum & cuſtos, per mundum procurando pergens, erat omnibus valde neceſſarius. Erat ubique pius, ſapiens & modeſtus. Conſolator erat miſerorum, miſerator pauperum & deſolatorum; bona documenta peccatoribus exhibebat, & deviantibus atque errantibus viam veritatis & fidem Jeſu Chriſti fideliter declarabat. Cum beatus Manvæus per patrias iter perageret, obviam habuit quemdam defunctum, jacentem in feretro, cum turba plurima populorum, qui deferebant eum. Beatus Manvæus juſſit ad terram poni corpus defuncti; cunctiſque audientibus dixit: Domine Deus, qui es omnium rerum cognitor & creator, & qui omnia noſcis antequam fiant; exaudi preces ſervorum tuorum, & jube animam iterum introire in corpus iſtius defuncti, ut videntes & credentes ſalvi fiant. Cum dixiſſent, qui aderant præſentes, Amen, ſurgit defunctus à feretro, & B. Manvæus gratias reddebat Deo.

D

mortuum reſuſcitat,

curat morbo tactu veſtis

7 Geſta Patrum veterum B. Manvæus in corde ſuo ſemper reducens ad memoriam, omnia bona quę habebat pauperibus erogabat, & in anguſtiis & tribulationibus ſuis confortabat. Tantam gratiam atq; ſanctitatem B. Manvæo Dominus dederat, quod quocumque genere febriũ homo detentus eſſet, ſive aliqua alia infirmitate ſui corporis, & beatiſſimi Confeſſoris Manvæi minimam particulam veſtimentorum tangerer; cito febris vel alia infirmitas hominem meritis ſancti Manvæi derelinquebat: & homo ille qui ante infirmus fuerat, gaudens & hilaris, Domino Jeſu Chriſto & ſanctiſſimo Manvæo gratias agens, cum ſanitate corporis remeabat.

E

& benedictione

8 In illo tempore erat quædam mulier, languens infirmitate gravi & morbida. Cura medicorum, & phyſicorum medicina, & ſenſus & unguenta eorum, non poterant eam à morbo curare. Audivit illa mulier quod S. Manvæus per villam tranſibat: clamavit, Manvæe, ſerve Dei, miſerere mei, ſana me à languore. Sanctus ergo Manvæus, vocem mulieris audiens, acceſſit ad eam, & dixit: Mulier, confide in Dominum Jeſum Chriſtum: qui tibi dedit hanc infirmitatem, det tibi corporis & animæ ſanitatem. Deinde tetigit B. Manvæus mulierem & benedixit. Tum cito mulier ſurrexit, & ſana cum gaudio perrexit.

eligitur in Epiſcopum

9 Cum eſſet B. Manvæus plenus gratia Dei, fama ejus per patriam diffuſa eſt: omnes eum laudabant, & de ſanctitate ejus loquebantur. In illis diebus, inſimul congregatis Canonicis, Presbyteris & omnibus Clericis in matre Eccleſia Bajocenſi, ad eligendum Paſtorem, dignum ad ſedem Epiſcopatus obſervandam, omnes pariter B. Manvæum elegerunt. B. Manvæus Epiſcopus electus eſt, & ad officium ſacratus eſt. Fuit Manvæus bonus in juventute, melior in medio, optimus in fine. Cum accederet B. Manvæus Præſul ad finem, quadraginta & ſeptem diebus ab omni cibo & potu abſtinuit, nihil ſumens niſi verum Jeſu Chriſti ſacrificium. His dictis & completis, dignus Epiſcopus percipiens & videns ſuum obitum celeriter accedere, Fratribus coram eo convocatis, dixit: Deum timete, fraternitatem diligite, humilitatem & caritatem obſervate; repleat vos omni bonitate. His dictis felix Confeſſor expiravit, quinto Kalendas Junii.

F

pie moritur:

DE

DE SANCTO SENATORE

EPISCOPO MEDIOLANENSI IN INSVBRIA.

CAPUT I. D. P.

Acta, elogia, cultus & ætas Sancti.

AN. CCCC-LXXX.

Cultus sacer

Sanctorum cultu venerandum esse S. Senatorem *testantur ad hunc* XXVIII *Tabulæ Martyrologii Romani, Galesinius in suo Martyrologio, Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, & potissimum antiqua Missalia Ecclesiæ Mediolanensis, qualia habemus anno* MDXXII *&* MDLX *excusa, uti & Breviaria anni* MDXXXIX, *& quæ postmodum edita sunt jussu S. Caroli Cardinalis Archiepiscopi, proconsuetudine sui ævi,* Archiepiscopos *appellantis decessores omnes suos, adeoque & hunc* Senatorem. *Nos eo Titulo abstinemus: quia primum videtur Mediolani cœptus usurpari, post extinctum à Carolo Magno Longobardorum Regnum, & redditum auctumque Mediolanensi Ecclesiæ splendorem pristinum, ac Primatum super omnes Insubriæ Episcopos. Quin etiam tunc Catalogorum Episcopalium Conditores, ut vidimus, usque ad Anselmum, anno* DCCCLXXXIII *ordinatum, perrexerunt uti simplici Titulo* Episcopi; *postea vero Catalogos continuaverunt alii absque Titulo illo, vel ampliori, sola scribentes nomina hoc modo,* Anselmus sedit annos *&c. Porro in prædictis Missalibus & Breviariis festum solenne præscribitur, & more Ambrosiano tertia Lectio exhibet breve Vitæ compendium his verbis:* Senator Mediolanensis, vir præstanti ingenio, rerum divinarū scientia, eloquentia & Christianæ pietatis virtutibus excultus, Prophetarum res involutas & latentes interpretando explicavit. In Archiepiscopatus autē munere vigilantissimus, nihil non egit, ut & verbo & exemplo Ecclesiæ commissæ prodesset. Qua sancte administrata, meritis cumulatus obdormivit in Domino, quarto Kalendas Junii. Ejus corpus sepultum est in ecclesia S. Euphemiæ Martyris. *Hæc ibi, at* quinto Kalendas Iunii, *coli traditur in Kalendario ejusdem Breviarii, & alii habent eum dicto* quinto Kalendas Iunii decessisse.

Vitæ compendium è Breviario, antiquo:

B

2 *Iejuna nimis videbatur Lectio illa: quare Ambrosianæ Bibliothecæ Custodi Petro Paulo Bosca, nunc Modoëtiensi Archipresbytero, demandata est cura alterius amplioris conficiendæ, quam his verbis conceptam impressamque ad me misit:* Senator, Mediolanensis, fuit præstanti ingenio, rerum divinarum scientiâ & eloquentiâ adeo excultus, ut Prophetarum res involutas & latentes interpretando explicuerit. Cum adhuc esset hujus Ecclesiæ Presbyter, ob virtutum atque eruditionis famam, nomine Sancti Leonis Magni, legationem obiit ad Theodosium Secundum Imperatorem; cujus muneris collegas habuit beatum Abundium Episcopum Comensem, Asterium, & Basilium. Horum operâ & studio coactum est Concilium Constantinopoli; idemque Abundius una cum Senatore interfuit Provinciali Synodo, quam S. Eusebius indixerat Mediolani. Mortuo autem beato Benigno, creatus Archiepiscopus, eo in munere vigilantissimus, nihil non egit, ut & verbo & exemplo Ecclesiæ commissæ prodesset. Quâ sancte administratâ, meritis cumulatus, obdormivit in Domino, ab Anastasio secundo Pontifice maximo Cælitum numero ascriptus, & S. Ennodio Ticinensi Episcopo commendatus. Ejus Corpus honorifice custoditur in Æde sanctæ Martyris Euphemiæ, quam ille prope paternam domum ædificandam curavarat, legatâ etiam pecuniæ summâ in pauperes quotannis erogandâ; Beatam vero Euphemiam præcipuâ religione coluerat, propter memoriam Concilii Chalcedonensis, ab eâdem ingenti miraculo approbati. *Addunturin Margine folioli, seorsim impressi atque ad me missi, Auctores ex quibus desumpta sunt singula: sed recentioris notæ multi. Manu etiam expunctum hic erat, quod initio legebatur Sanctus,* Nobili familia natus; *id enim antiquitus ignoratum melius omitti videbatur. Qua cautela prudentius etiam usi fuissent, qui tabulam Archiepiscoporum Ecclesiæ Mediolanensis, ex decreto Concilii* IV *Provincialis sub S. Carolo habiti concinnarunt, & de S. Senatore pleraque haud satis probanda sic scripserunt:* XXIV S. Senator Vilanius, Mediolanensis Presbyter (cujus in Epistola, ad Leonem Pontificem missa, Eusebius Archiepiscopus meminit) Nonis Decembris die festo S. Ambrosii Archiepiscopatus gubernationem suscepit. Vir præstanti ingenio, divinarum litterarum scientia, eloquentia, & Episcopalis caritatis virtutibus egregie excultus, in Prophetis interpretandis diligentissimus, mirifica erga pauperes liberalitate usus, ad Ecclesiæ Mediolanensis gubernacula sedit annos quatuor, Gelasio Pontifice. Obiit sancte in Domino III Kalendas Junii; sepultus in basilica S. Euphemiæ. *Hæc ibi. At festum S. Ambrosii non celebratur* Nonis Decembris, *sed* VII Idus Decembris, *& dein obiisse dicitur* III Kalendas, *ut supra* V Kalendas, *cum sit scribendum* IV Kalendas Junii.

prudentius quam in tabula Archiepiscoporum digestum.

E

C

aliud ex recentiori,

3 *Habitum fuit anno* CCCCLII *Mediolanense Concilium ab Eusebio Episcopo aliisque, quo professi sunt se doctrinam de Verbi Incarnatione à S. Leone Papa ad Flavianum scriptam integre recepisse, & in hac Epistola Synodica ista leguntur:* Recensens Epistolam Beatitudinis vestræ in Sacerdotum Domini concilio, quam sanctus frater & Coepiscopus noster Abundantius & Compresbyter meus Senator detulerant, agnitoque, eorum relatione, sicut scripta vestra significaverant, rerum gestarum ordine; continuo requisita est recitataque Epistola, quam, fidei assertione plene digestam, ad Orientem dudum Sanctitas vestra transmiserat. *Vides, quæ hic de* Senatore Presbytero *indicantur, ad* S. Senatorem *deinde Episcopum supra relatri? Fuisse autem Senatorem à S. Leone cum aliis Legatis missum anno* CCCCL, Valentiniano VII & Avieno Coss. *scribit ipsemet S. Leo in Epistola 33 ad Theodosium Imp. his verbis:* Ut salubribus curis velocior pleniorque, auxiliante Domino, per vestræ clementiæ fidem præstetur effectus; ad pietatem vestram Fratres & Coëpiscopos meos Abundium & Asterium, sed & Basilium & Senatorem Presbyteros, quorum mihi devotio est probata, direxi: per quos quæ nostræ forma sit fidei, manifestatis instructionibus, quas misimus, possitis dignanter agnoscere. *Hæc Leo. Amplius aliquid à* Senatore *gestum esse in Oriente, non habeo unde definiam. Chalcedonensi Concilio, quod sequenti mox anno* CCCCLI *celebratum fuit, nescio an velint interfuisse, qui D. Euphemiæ erectum postea ab eo templum volunt, quia* tumulum ejus Chalcedone religiose frequentarit. *Existimo potius reversum à Legatione Constantinopolitana ad Leonem Papam, apud eum mansisse dum hāc Concilio, ac postea ab eo litteras prædictas detulisse*

præconium S. Eusebii Mediolanensis,

F

& S. Leonis Papæ de S. Senatore.

AUCTORE D. P.

Mediolanum. Interim Euſebio *Epiſcopo mortuo ſucceſſit* S. Gerontius, *de quo egimus* V *Maji, Gerontio* Benignus, *huic* Senator.

qui ſedit à 477 ad 480

4 *Quo tempore ſederit* S. Senator, *non poſſumus certiori via aſſequi, quam ex ætate immediati deceſſoris S. Benigni, quem obiiſſe anno* CCCCLXXVII *aut circiter, ſatis clare demonſtravi in brevi deductione Chronologiæ Epiſcopalis Antiſtitum Mediolanenſium: ſecundum quem calculum* Senator, *cum ſuo quod ei ſolum datur triennio, pertineret ad annum* CCCCLXXX. *Erraverunt igitur qui* Gelaſio Pontifice *præfuiſſe* Senatorem *opinati ſunt: cum is Eccleſiæ cœperit præſidere anno* CCCCXCII, Senatore *jam mortuo. Nec minus à vero deviavit Vghellus, quando in Archiepiſcopis Mediolanenſibus cenſuit Simplicium Papam contuliſſe* Senatori *inſulas Mediolanenſes; obierat enim Simplicius Papa anno* CCCCLXXXIII. *Addit Vghellus, quod* miraculis clarus ab Anaſtaſio II Pontifice meruit in Album Sanctorum referri anno CCCCXCVII, *qui fuiſſet Anaſtaſii iſtius primus. Sed licet hoc etiam in Lectionem novam Boſca retulerit, allegata auctoritate Vghelli & Ioannis de Deo in libro de ſucceſſoribus S. Barnabæ, Romæ edito tempore Pii V; nemo tamen nobis abſque idoneo teſte probaverit, hoc ſibi muneris Romanos Pontifices iis ſeculis aſſumpſiſſe extra Romam ſuaque ordinationi ſubjectas diœceſes ſuburbicarias.*

non ſub Gelaſio,

neque ſub Simplicio Papa:

B

5 *Ait Ripamontius lib* 7, *quod* in Baſilica Euphemiana ſepulcrum ipſe ſibi legit Senator, *neque de hoc dubitaverim. Addit deinde idem Ripamontius,* & pecuniæ ſummam legavit, ex qua pauperibus quotannis fieret benigne; manetq; hodie liberalitas & inſtitutum, arbitra ſocietate quæ Divi Senatoris appellatur. Duodecim pauperes, ab innocentia & præcipuo ſquallore delecti, donantur ſingulis veſtimentis; antiquæque ſordes eorum, repentinis munditiis ac ſubito nitore mutantur. *Laudabile inſtitutum, ſed quod veriorem laudem à pietate quam ab antiquitate mereatur, apud homines in piarum donationum originibus verſatos. Habuerunt ſanè etiam prima Chriſtianæ religionis ſecula, ſtatas in pauperum commoda largitiones: ſed earum aliquam in hunc uſque diem perſeverare, poſt tot publica privataque rei converſiones, nemo ſapienter crediderit. Itaque quid in eo genere* Senator *fecerit ignorare malim, quam divinantibus credere de re antiqua ſine teſte antiquo. Neque per hoc quidquam detraxiſſe credam honori ipſius Sancti, quando ejus augendi cauſa apparet inſtitutam eſſe largitionem, veroſimiliter recentiorem ipſa per quam adminiſtratur Societate; huic vero non multorum ſeculorum ætatem conceſſerim.*

an in æde S. Euphemiæ annuâ eleemoſynâ fundarit?

C

6 *Ennodius Epiſcopus Ticinenſis hoc illum exornavit elogio.*

Ennodius Epigrammate eum laudavit,

Qui vincit trabeas, ſolium, cinctumque Gabinum,
Conſulibus præſtans, ecce, Senator adeſt.
Ingenium velox, ſermonis cura rotundi,
Virtutum pretium, forma pudicitiæ.
Abdita librorum myſteria clauſa Prophetæ
Qui dedit in lucem, ſchemate quo voluit.
Orbis ad extremi miſſus ſecreta, verendis
Curavit ſtudiis, quod fuerat lacerum.
Tunc Oriens victum peregrino lumine faſſus,
Hæſit ad aſpectum lampadis alterius.

& ad eumdem Epiſtolam ſcripſit,

7 *Inter ejuſdem Ennodii Epiſtolas, prima libri* 3 *inſcribitur,* Senatori Epiſcopo. *Mediolanenſem hic intelligi poſſe negat Ennodii illuſtrator Sirmundus, quia Ennodius anno dumtaxat* DXI *factus Epiſcopus ſit. Sed quo argumento perſuaſit ſibi Sirmundus, eam non niſi ab Epiſcopo ſcriptam? Ius, de quo imminuto ea queritur, mancipium unũ ſpectat, quod* Senator, *licet ipſum juris ſui eſſe diceret, reddendum tamen deprecanti Ennodio gratioſe promiſerat, nec reverſo de Ravenna redditũ adhuc erat: Ennodius ergo,* Ecce iterum me, *inquit,* ad conſcientiam veſtram refero; ecce, quod filium decet, exhibeo, ut per ſublimem & magnificum virum, Dominum Victorem, ad humilitatem conferam, quidquid mihi poterat legum ſecularium auctoritate præſtari. *Nihil deinde vel in priori vel in poſteriori parte Epiſtolæ illius video, quod ſit ſupra conditionem juvenis Clerici, & nulladum auctoritate pollentis, qui contra Epiſcopum nolit judicio ſeculari contendere; qualis tempore* S. Senatoris *adhuc erat Ennodius, de uxoris conſenſu recenter ad Ordinem ſacrum traductus Mediolani.*

D

adhuc inveniis.

CAPUT II.

Quibus argumentis Illuſtriſſima Septaliorum familia ſibi arroget S. Senatorem.

8

Vita Italica cum laude familiæ Septaliæ,

VItam S. Senatoris, *corraſis undecumque argumentis, dilatavit vulgavitque Italice anno* MDCL *Placidus Puccinelli, & Carolo Septalæ Mediolanenſi Archipresbytero dedicavit. Hujus nos deinde nepotem ex fratre Epiſcopum Derthonenſem vidimus, ejuſque ac fratris Canonici inſignem humanitatem experti ſumus anno* MDCLXII, *& eo lubentius ad illius Vitæ calcem legimus deducta decora Septaliæ familiæ, prout exhibita fuerunt publico Latino inſtrumento anno* MDCXXXIII, *cum idem Carolus adoptari peteret in collegium DD. Doctorum, Comitum & Equitum Mediolanenſium, quod inſtrumentum ſeu potius Proceſſum etiam accepimus. Multa ibi ſane poſt annum milleſimum illuſtrium perſonarum nomina referuntur, ad eam, ut creditur familiam ſpectantia: ſed malam meo judicio gratiam ab eadem commeruit* Raphael Fagnanus, in ſuis Mss. voluminibus familiarum nobilium Mediolani, lib. fig. S. multis auctoritatibus, lapidibus, ac monumentis probare conatus, hanc familiam ab Albinis Poſthumis Romanis fluxiſſe; imo gradatim à Clodio Albino, qui Septimii ſocius in Imperio fuit, cujus adhuc extent numiſmata, hujusmodi litteris conſignata SEPTAL. CAES. & quod, ſicuti per ſeptem gradus ad apicem illius dignitatis pervenit, ſic poſteris ſeptem alas pro gentilitio ſtemmate erexit. *Septaliis quos dixi fratribus iſtac agri capitis ſomnia non probari perſuaſus, candide fateor mihi videri ab oppido* Septala *nomen familiæ, non autem oppido à familia datum. Nec placent mihi genealogiæ interminatæ, quibus ad gratiam comminiſcendis nonnulli operoſe inſudant; uti etiam fecit Ericius Puteanus, cum occaſione Satalorum, qua urbs Armeniæ Minoris eſt, & ſeptem fratrum Martyrum ibi ſub Maximiano paſſorum* XXIV *Iunii, comminiſcitur traductam inde Mediolanum ab eodem Maximiano familiam, nomen ſibi & ſeptem alas in ſcuto ſanguineo retinuiſſe.*

non indiget ſplendoris à fictitia antiquitate adjecti.

F

9 *Ferdinandus Vghellus, ubi ſupra, elogium* S. Senatoris *concludit his verbis:* cujus Reliquiæ nuper repertæ fuerunt ſub altari, cum hac pervetuſta brevique inſcriptione. Sub hoc altari requievit corpus S. Senatoris Septaræ, Archiepiſcopi, Patroni noſtri. *Eſſet hæc inſcriptio corporis, non præſentis, ſed abſentis index: neque intra ejus arcam concluſa, ſed altari inſculpta inveniri debuiſſet. Pervetuſtam videri fecerit ſitus, ſi talis viſa fuit: eſſe certe perantiqua haud potuit, vel à ſeculo, non dico* V, *ſed nec à* X *aut* XI *ſcripta; quando in publicis ejuſmodi ſcripturis nullis inveniuntur cognomina nominibus addita, multo minus ad nomina Epiſcoporum. Quod autem hic* Septara *ſcribitur, alias* Sertara, Setara, *&* Settara *quoque ſcriptum invenitur, in chartis ſeculi* XII *aliiſque poſterioribus uſque ad finem ſeculi* XV; *quamvis interim dicantur non defuiſſe qui etiam* Septala *ſcripſerint, & ſic ſcribendo occaſionem poſteris dederint* ſeptem alas *aſſumendi pro teſſera gentilitia, quæ hodieque apud eos ſervatur, inſtituto non admodum veteri, ut paſſim notum eſt, optimeque demonſtravit noſter Franciſcus Claudius Meneſtriet in opuſculo de Origine Armoriarum, uti ejuſmodi teſſeras Franci appellant.* S. Senatoris *invocatione*

nova invẽtio corporis cum titulo ſuſpecto,

con-

A *conſcripti, quarum inſtitutionem pervetuſtam eſſe non facile probaveris. Denique non tantum exiguæ vetuſtatis, ſe fictionis etiam ſuſpecta mihi redditur inſcriptio; dum conſidero Puccinellum, qui haud dubie poſt Vghellum ſcripſit (licet hic magnum ſuum librum recognoſcendum Cenſori Romano, iſte libellum Mediolani tradiderit imprimendum, eodem uterque anno) dum, inquam, conſidero Puccinellum, longe lateque corradentem ſcriptiuncula iſtius ſuæ materiam, alibi quidem tam accuratum inventorum tranſlatorumque corporum Sanctorum texere indicem, nullam vero hujus inventionis aut hic aut ibi facere mentionem; ac ne inſcriptionis quidem eo loco, ubi operoſe contendit, non* Villanæ, *ſed* Septaliæ *familiæ adſcribi Sanctum debere. Cauſam potuiſſet vel ſolius iſtius inſcriptionis teſtimonio evincere, ſi legitimum fuiſſet habitum, vel apud Septalios notum. Itaque prædictus Petrus Paulus Boſca, ea de re quærenti mihi non dubitavit reſpondere;* Somniaſſe oportet Ughellum, quando ſcripſit repertum fuiſſe corpus S. Senatoris. *Idem teſtari poterit marmoreus Titulus, à prælaudato Carolo Septala poſitus, in æde S. Euphemiæ, anno* MDCLIV ad retinendam memoriam, *non inventi ibi corporis, ſed primæ à Sancto fundationis. Et hac fortaſſis prima eſt cura templo iſti ornando impenſa à Septaliis, poſtquam illud anno* MCLXII, *una cum reliqua civitate evertit Fridericus Barbaroſſa, eâdem ruinâ involvens corpus* S. Senatoris; *ſi tamen illud à nemine raptum in illa horribili rerum confuſione eſt, alioque traductum. Quis porro reædificandæ illius eccleſiæ conſilium deinde ceperit, necdum expreſſum reperi.*

Mediolanenſibus ignota,

ipſiſque Septaliis.

B

10 *Velim porro ut Illuſtriſſimi, quotquot etiam num ſuperſunt,* Septalii *mihi ignoſcant, ſi non obſtante ſententia Archiepiſcopali, latâ* XV *Maji anno* MDCLXXVI, ſuper diſcuſſione & reſolutione dubii, an S. Senator fuerit de eorumdem agnatione & familia, *contra quam definitum eſt, audeam dicere,* Non liquet. *Inſtrumenta enim in probationem adducta pro anno* DLII, DCCXIV *&* DCCCCXXXIV *ejuſmodi ſunt, ut iis, tamquam ſinceris & originariis, fides à nobis adhiberi nequeat. Sunt enim omnia tria (ut de charactere nihil dicam, qui non exhibetur, & intra decurſum quatuor ſeculorum valdè debet fuiſſe mutatus) ſtylo & formulis tam ſimilia inter ſe omnia, ut eodem ſaltem ævo eſſe compoſita atque dictata, plus quam manifeſtum videri debeat illa inter ſe comparanti, ſiquam habeat veterum ejuſmodi Chartarum tractandarum notitiam; qualem habuiſſe Iudices deputatos, non ſit nobis ex eorum ſententia manifeſtum. Quod ne ego judicio meo credi velim, ecce primum illorum Inſtrumentorum.* ✠ Anno Dominicæ Incarnationis quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, tertio Kalendas Julii, Indictione quinta decima. Tibi Khaſtritiano Khuſtodi Eccleſiæ Sanctæ Euſemiæ, quæ eſt extructa in præſenti civitate, in qua ſancti Senatoris de iſta civitate Archiepiſcopi, & germani bonæ memoriæ Landfranci genitoris mei, feliciter corpus quieſcit. Ego in Dei nomine Senator, Donator iſtius eccleſiæ, dono & trado tibi Khuſtodi jam antedicto, ad partem iſtæ eccleſiæ habendum, omnia bona quomodolibet mihi pertinentia, & quæ habere viſus ſum in loco & fundo de Ozzano, quæ fuerunt bonæ memoriæ avii mei Senatoris, jam ante dicti donatoris, cum omnibus eorum juribus & pertinentiis in integrum. Et per iſtam Cartam in iſta die, in te, jam antedictum Khuſtodem, ad partem jam ante dictæ eccleſiæ habendum confirmo; ita ut nullo tempore à me, jam ante dicto donatore, revocari poſſit: & ut ſint jam ante dicta bona ut ſupra donata, & maneant in jure jam antedictæ eccleſiæ: & facias exinde tu Khuſtos jam ante dictus, nomine jam ante dictæ eccleſiæ, quidquid volueris ſine alicujus contradictione. Quia ſic decrevit bona & ultima voluntas mea, in remedium animæ meæ & animarum jam antedictorum defunctorum meorum, ac bonæ memoriæ Manfredi jam antedicti avii genitoris mei. Actum iſta civitate.

Inſtrumenta propter quæ familiæ Septaliæ adjudicatus eſt S. Senator,

C

licet ordinantur ab anno 1552

Signum ✠ iſti donatoris, qui iſtam cartam, ut ſupra, fieri rogavit.

Beltraminus, Judex & Miſſus Imperialis, interfui, laudavi, & ſubſcripſi.

Signa ✠ ✠ ✠ ✠ Naboris, Joannis, Ambroſii, & Fidelis, Teſtium.

Subſcriptum cum, ſigno tabellionatus (quod hic & in principio, utrobique ad marginem, notatum cernebatur)

David, Notarius Imperialis, hanc cartam ſcripſi & dedi.

AUCTORE D. P.

11 *Animum quæſo adverte, lector. Annorum ab Incarnatione Dominica numerandorum inventor primus, omnium eruditorum conſenſu, Dionyſius fuit cognomento Exiguus, Abbas Romanus, ipſo eo tempore, quo ſcripta Charta iſta fuiſſet. Idem inventum iſtud ſuum in publicarum tabularum uſum nec induxit nec induxiſſe potuit; ſed per Monachos paulatim propagatum illud fuit, ſic ut inter Hiſtoricos primus Beda ſeculo* VIII *eo uſus fuiſſe ſciatur; ſeculo autem eodem Longobardi Reges (dedignati ſcilicet Romanorum Conſulum nomina, vel Imperatorum Græcorum annos) eum videntur in tabulas publicas induxiſſe.* Landfranci, Manfredi, Bentramini *nomina manifeſtè à Longobardis ſunt.* Archiepiſcopos *Mediolani nominavit nemo, ante ætatem Caroli Magni:* Judex & Miſſus Imperialis, *titulus eſt poſterioris etiam ævi.* Notarii Imperiales *ſubſcribentes, & quidem cum* ſigno tabellionatus in principio & margine *addito, non niſi diu poſt reperiuntur. Siquis obſervet hæc pauca (nam cetera volens præterео) deinde totius Inſtrumenti ſtylum & formulas, an dubitare poterit quin Charta iſta, ſi non ſit conficta ex toto, ſaltem tranſcribendo corrupta fuerit? Ego profectò id factum credo: & quidem occaſione* S. Senatoris, *in originali Charta primo loco nominati. Cum enim ipſius hic eſſet idoneus, qui tranſformaretur in patruum ipſius Donatoris, primo pro anno* MCLII, *qui cum Indictione* XV *concurrens potuit originaliter ſcriptus fuiſſe; quæſitus eſt annus aliquis* LII, *cum eadem Indictione conveniens, & minus remotus à* ſancti Senatoris *ætate; inventuſque eſt proximus* DLII: *deinde ubi antea legebatur eccleſia S. Euſemiæ,* in qua ſancti Senatoris de iſta civitate Archiepiſcopi, & Senatoris germani bonæ memoriæ Landfranci genitoris mei feliciter corpus requieſcit, *extrito alterius* Senatoris, *vel alio quod interponebatur patrui nomine, compoſita viſa ſunt voces* Archiepiſcopi & germani; *& habitum fuit, quod intendebatur, abſque alia ulteriori violentia. Nec enim velim dubitare, quin eodem modo hic dicatur* Avius, *idem qui Latine communiter* Avus, *ſicut hujus uxor à nepotibus vocatur* Avia. *Apparent ergo in hac charta, præter* Senatorem *filium Manfredi, & avum Donatoris, à quo veniſſe dicitur fundus qui donatur; ejuſdem Donatoris patruus, etiam* Senator *dictus, vel alio quovis nomine hic extrito, & ponendo ante vocem* germani.

multas habent notas poſterioris ævi,

E

F

12 *Iam porro aliæ duæ Chartæ non habent difficultatem aliâ, quam ut nota anni, ſimili qua prior fraude corrupta, in iis corrigatur eadem qua prior ratione. Ergo in ſecunda charta, quæ incipit,* Dominicæ Incarnationis DCCXIIV *(Ita expreſſè notatū lego, neſcio quo conſilio)* Idibus Maji, Indictione XII; *ſubſtitue an.* MCCXXIV, *cum* XII *Indictione concurrentem; & habebis intervallum annorum* LXXII, *intra quos* Senator, *Auctor ſupradictæ donationis genuerit* Lanfrancum, *Landfrancus* Andream, qui dicebatur de Settera; *Andreas* Manfredum & Albericū germanos, *venditores fundi Berixiani, de quo fit Charta. Atque in hoc nihil abnorme, nihil non congruum apparet; cum contra is, qui* S. Senatorem *voluit patruum prædicti Donatoris facere, adeoque germanos ultimo nominatos illius in quarto gradu nepotes, tria fere ſecula impleat non pluribus quam quinque generationibus. Siquidem* S. Senator, *anno* CCCCL *Legatus Apoſtolicus atque Presbyter, haud diu potuit*

videntur-que inchoanda ab an. 1152

& pro anno 713 ſubſtituendus 1224,

AUCTORE D. P.

natus post annum CCCCXIII, *à quo transitus fieret ad* DCCXIII: *qui ipse ut haberetur, nec tamen mutaretur indictio* XII, *ex numero* XXIV, *omnibus obvio factus est inusitatum quid, scriptumque* XIIV, *nisi librariũ hoc sphalma est, legendumq; sit* XIV *pro* XXIV. *Denique charta tertia, facta in favorẽ ecclesiæ Protomartyris Theclæ & Pelagiæ Virginũ, quæ incipit.* In Christi nomine. Amen. Anno à nativitate ejus CMXXXIV, quinto Kal. Maji, Indictione VII, *ubi Auctor donationis per eam factæ* de fundo Brisii *sic loquitur*; Ego in Dei nomine Manfredus, qui dicor Sattara, habitans in burgo Setteræ, filius bonæ mem. Alberici, qui modo Longobardorum legem vivere videor: *hæc, inquam Charta in qua Manfredus donator nominat avum* Laudfrancum, *proavum* Senatorem, *tritavum* Manfredum; *commode intelligitur, si inusitata iterum transpositione & omissione corruptus numerus redintegretur, legaturque annus* MCCXXXIV, *cum* VII *indictione concurrens. Tunc autem liceret* Senatori, *primæ donationis auctori, alterum filium dare* Manfredum, *à quo descenderint* Landfrancus, Senator, Manfredus, *Auctor secundæ donationis, communem cum Manfredo & Alberico venditoribus germanis proavum habens. Tunc etiam, quod potissimum est, omnium trium chartarum ætas concludetur intra annum* MCLII *&* MCCXXXIV, *id est intra minus quam seculi unius spatium, quod faciendum esse suadet styli fere ubique ejusdem similitudo, sicut consideranti patebit*

atque pro 1234 *minus* 1234.

B

Credi possent Septalii,

13 *Nec ideo tamen nihil potioris juris in* S. Senatorem *Septaliis erit, præ alia quavis familia; cum* Senatoris *nomen, adeo in ista frequens, suadere posit, interceßisse illi peculiarem aliquem vel sanguinis vel devotionis nexum cum Sancto Episcopo, cujus causa &* Senator *patruus Donatoris sepeliri voluerit in S. Euphemiæ, & eidem ecclesiæ facta prædicta donatio sit. Quod autem ultimus Donator Manfredus dicat se* lege Longobardorum vivere, *ad distinctionem aliorum qui plures Mediolani Lege Romana vivebant; sciendum, eam Legem a Rothari Rege Longobardorum anno* DCCVII *conditam, cum Longobardorum regno non fuisse abrogatam, sed stabilitam potius ab Imperatoribus Occidentis, pauca quædam adjicientibus, videlicet à Carolo Magno, Ludovico Pio, & Lothario; Pippino, & Widone Italiæ Regibus; Ottone, Henrico, atque Conrado rursum Imperatoribus atque Germaniæ & Italiæ Regibus, uti in Capitularibus docet eruditissimus Baluzius, & ex eo aque doctissimus Cangius in Glossario. Vixit autem eorum ultimus usque ad annum* MXXXIX; *& sic apud Vghellum Tom.* 4 *col.* 215 *invenitur pro anno* MCLVIII Petrus Vicecomes de civitate Mediolani, filius Eliprandi Vicecomitis; professus vivere lege Longobardorum: *quod cum non profiteantur illi Septaliorum majores, qui primam secundamque Chartam scribi rogarunt, & Manfredus in eadem professione addat particulam* Modo; *videri posset fuisse*

seculo 13 *primum transgressi in legem Longobardicam,*

C

ille, inter primos suæ familiæ, qui dimissa Lege Romana, seu lure communi & antiquiori, vivere elegerunt jure recentiori Longobardorum.

D

aliquod speciale jus habere in S. Senatorem,

14 *Ceterum sive Septalii originem primam ab antiquis ante Longobardos Mediolanensis urbis incolis, sive ab ipsis Longobardis traxerint, verosimile existimo, eos inter eversæ urbis restauratores fuisse, ac specialiter reparasse ecclesiam S. Euphemiæ, in eaque sepulcrum* S. Senatoris; *atque in hac pietate potius fundari jus quod sibi in Sanctum arrogant, quam in carnali cognatione, inter Romani Imperii ruinas non facile reperibili. Quidquid autem sit de rei hactenus latentis veritate, merito in sua prætensione prælati Villanis sunt, qui nec à longe accedere potuerunt ad eam verosimilitudinem, quam* Septalii *pro se attulerunt, non obstante jam indicata Chartarum veterum corruptela: probant enim illæ etiam sic aliquid. Certius tamen magnam familiæ ejusdem claritatem, atque apud Mediolanenses potentiam, istis de quibus agimus seculis* XII *ac* XIII, *probat* (*ut de historicis taceam*) *inscriptio antiqua ad pontem Portæ Romanæ, octavo post Fredericianam ruinam anno extructæ, primum inter Consules locum obtinente* Passagua-
do de Setara, *quæ inscriptio talis etiamnum ibi legitur.*

cum urbs restauraretur primarii inter Mediolanenses,

✠ Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo septuagesimo primo, mense Martii, hoc opus turrium & portarum habuit initium. Consules Reipublicæ, qui tunc erant & hoc opus fieri fecerunt, fuerunt Passaguadus de Setara, Ardericus de la Turre, Pinamonte de Vimercato, Obertus de Orto, Malconventus Cotta, Arnaldus de Mariola, Adosadus Butraffus, Malagallia de Alliate, Malfiliocius de Ermenulfis, Rogerius Marcellinus: & ipsimet opus de la Clusa fieri fecerunt. *Et hi decem repræsentari etiam videntur in rudi ibidem celatura, ubi credi potest prædictus* Passaguadus *cum vexillo ducere agmen redeuntium in patriam; quem honoris causa sequi dixerim Pontificios Legatos; Longobardici contra Fridericum fœderis, & restaurandi Mediolani Auctores; tum reliquos novem Consules; exinde Cremonensium ac Brixiensium legatos, quibus supra scripta carmina videntur potissimam partem auxilii, ad reparandas ruinas præstiti, gratanter attribuere: qui vero ultimo loco digredi bene cornuti explosique notantur, utique non sunt alii quam Imperatoris ministri, quos ille agro Mediolanensi regendo præfecerat: cujus etiam Imperatoris contemptum spirat illius perquam ridicula imago, supra relatam inscriptionem posita, nudo capite, grandi mystace, arcto palliolo, arctiori veste, cruribus turpiter decussatis expressa, super cornua nescio qualis capitis inter tibias locati: qua effigie omissa, placet æri insculptam exhibere pompam redeuntium Mediolanensium, sicut ad nos missum ectypon illam refert, saltem in ea parte qua secunda est, & quatuor supra scriptis versibus ipsa se explicat.*

E

ut probat monumentum urbis restauratæ anno 1171

F

✠ *Sanctus Ambrosius. Ariani.* ✠ *Ambrosius celebs Judeis abstulit Edes.*



Hi Mediolano lapso, dũ forte resurgit, Supposuere (manus). *Factum declarat amicos.*
Dans Deus, aut uiduans, reddens, esto benedictus. Psallimus ecce tibi (patria) *Deus, urbe recepta.*



Altera pars, non aliud refert quam S. Ambrosium, Arianos, atque Judæos urbe pellentem; quod hic potius expressum voluisse sculptores, quam turbam civica multitudinis cum suppellectili ac liberis in patriam redeuntis, agmen claudentes Epi-

A *Episcopo, non crederetur, nisi hoc credere juberent suprascripta nomina* S. Ambrosius, Ariani, *& versus de* Iudæis. *Quomodo autem isthæc S. Ambrosio conveniant, ad ejus Acta poterit examinari die* VII *Decembris: hic solum servire volui Septaliæ familiæ, & tractatui de* S. Senatore *adjungere curiosum istud antiquitatis minime vulgaris parergon, ad ejusdem familiæ gloriam magnopere faciens.*

DE SANCTO IVSTO,

EPISCOPO VRGELLENSI IN HISPANIA.

SYLLOGE HISTORICA.

De ejus cultu & rebus gestis.

AUCTORE G.H.

POST AN. DXLVI. VRgellus *sive* Orgellus, *urbs Hispaniæ citerioris in Catalania, ad montium Pyrenæorum radices & Secorim fluvium, in Comitatu Ceretaniæ, titulo gaudet Episcopali sub Archiepiscopo Taraconensi. Hujus Sedis Episcopus, & quantum ex Catalogis Episcopalibus colligimus, primus fuit* S. Justus; *ad hunc* XXVIII *Maii relatus in Tabulis Martyrologii Romani his verbis:* Urgellæ, in Hispania Taraconensi, S. Justi Episcopi. *Baronius in Notis ait, id* constare ex tabulis ejus Ecclesiæ, & in Floribus Sanctorum Natalem ejus hac die celebrari. *Auctores hi sunt, Alphonsus Villegas, de Sanctis Extravagantibus Hispanis sub finem; Ioannes Marietta, lib. 5 de Sanctis Hispaniæ cap.* 11; *Antonius Vincentius Domenecchus, de Sanctis Cataloniæ ad hunc diem, & alii plures. Addit Baronius,* agi de eodem à S. Isidoro de Viris illustribus cap. 21, & ex eodem ab Honorio & aliis. *Iste cap.* 20 *hæc scripserat.* Justinianus de Hispania Ecclesiæ Valentinæ, ex quatuor fratribus & Episcopis eadem matre progenitis unus, scripsit librum Responsionum. &c. *Dein dicto cap.* 21 *ista subjungit:* Justus Urgelitanæ Ecclesiæ Hispaniarum, & frater prædicti Justiniani, edidit libellum expositionis in Cantica Canticorum, totum valde breviter atque aperte per allegoriarum sensum discutiens. Hujus quoque fratres Nebridius & Elpidius quædam scripsisse feruntur: è quibus quia incogniti sumus, magis reticenda fatemur. *Hæc S. Isidorus, ex quo eadem Honorius lib.* 3 *cap.* 25, *Trithemius, Possevinus, Bellarminus, aliique.* Commentariolus ejus, sive Mystica expositio in Canticum Canticorum Salomonis, *à Menrado Molhero restitutus & in lucem productus est Hagenoæ anno* MDXXIX, *deinde Basileæ anno* MDLI *inter Orthodoxographa, postea in Bibliothecis veterum Patrum continuo recusus. Suggerit tertio idem Baronius,* S. Justum interfuisse Concilio Toletano II, ut ejus Acta indicant. *Huic ille subscripsit his verbis.* Justus, in Christi nomine Ecclesiæ Catholicæ Urgelitanæ Episcopus, hanc constitutionem Consacerdotum meorum, in Toletana urbe habitam, cum post aliquantum temporis adveniissem, salva auctoritate priscorum canonum, relegi, probavi; & subscripsi. *Qua fere formula subscripsit frater ejus* Nebridius, Ecclesiæ Egarensis Episcopus; *de quo ejusque Sede egimus* IV *Februarii. Dicitur in principio* Synodus habita in civitate Toletana, apud Montanum Episcopum, sub die XVI Kalendas Junias, anno V regni Amalarici Æra DLXV, *id est anno Christi* DXXVII. Habita *postea est* Synodus Ilerdensis Æra DLXXXIV, *id est anno Christi* DXLVI, *cui* Justus interfuit & subscripsit, *scilicet* Urgelitanus, *uti indicat Garcias Loaisa, in suis ad dictam Synodum Notis. Atque hæc sunt* tempora Justiniani Imperatoris, *quibus eum claruisse etiam observarat Baronius; imo &* Theudæ Principis Gothorum, *sub quo floruisse indicavit Isidorus. Quamdiu postea vixerit, non constat. Successor ejus in Episcopatu nominatur* Simplicius, *qui Concilio Toletano subscripsit Æra* DCXXVII, *sive anno Christi* DLXXXIX. *Tamajus Salazar, in Martyrologio Hispanico ad hunc* XXVIII *Maii, asserit in ejus sarcophago hanc inscriptionem olim spectatam.*

Scripsit in Cantica Canticorū,

Subscripsit Concicilio Toletano an. 527

& Ilerdensi an. 546

an Reliquiæ Bononiæ

Urgellæ Justus justo nunc clauditur antro:
Corpus humo datum, spiritus astra tenet.

Sed ista Tamayi Epitaphia omnia, novellæ fictionis apud sapientiores Hispanos pridem convicta, nullam apud nos deinceps fidem obtinent, cum pœniteat eorum aliquando rationem habuisse. Masinus in Bononia perlustrata, ad hunc diem ait, aliquas S. Justi Episcopi Reliquias asservari in Basilica S. Stephani. *Sed quo, quaso, fundamento, illas, forsitan Roma ablatas, supposuit esse Hispani Episcopi, ut earum mentionem faceret ad hunc diem? Vere fateri cogimur, plerosque eorum qui de Sanctis scribunt, subinde res etiam disparatissimas combinare; hac solum fiducia, quod in nullius præjudicium cessura temeritas, nullam habitura quoque credatur reprehensorem: quasi non satis justa reprehendendi causa sit, aliquid de quocumque Sancto sine fundamento asseruisse. Conjecturas in rebus obscuris non damno, imo multum ad rem facere puto; sed conjecturas volo proferri ut conjecturas non autem ut certo compertas veritates, quæ, nulla egeant probatione propter sui evidentiam aut monumentorum unde accepta sunt certitudinem. Hinc fit, ut in hoc nostro opere, quanto progredimur longius, tanto magis suspenso gradiamur pede, experientia præteritorum metientes & metuentes secuturâ quæ restant; & omnino persuasi, in auditione testium primam historico quæstionem esse debere, quæ solet esse in judiciis forensibus,* de causa scientiæ.

DE SANCTO IVSTO

LAICO VICENSI IN HISPANIA.

G. H.

Ex Vincentio Domenecco.

XXVIII MAII.

Cultus ſacer

VIcus, *vulgo* Vich, *antiquis* Auſa *&* Auſona, *urbs Epiſcopalis in Catalania cum magna veneratione adſervat* corpus S. Iuſti. *Ejus feſtum celebrari hoc* XXVIII *Maji, cum Officio Eccleſiaſtico & Miſſa, in cujus Collecta ſive Oratione nomen ejus exprimatur, tradit Antonius Vincentius Domeneccus, in Hiſtoria generali Sanctorum Catalaniæ, & ex eo Ferrarius in Catalogo generali, & Tamayus Salazar in Martyrologio Hiſpanico. Acta ejus aliqua edidit dictus Domeneccus Hiſpanice, Tamayus de Salazar ea ſic Latine reddidit.*

B *Vita in ſtatu laici perfecta,*

2 Iuſtus, ut antiqua traditio eſt, natione Catalanus, ex Auſonenſi urbe, quam hodie Vicum appellant, oriundus, in laicali converſatione procedens, communia, prout alii cives, negotia ſine offenſione tractabat. Sed illa & alia mundi diffugiens, ipſius illecebras ſtrenua pietate calcavit: ita ut protinus ſpiritualium opum theſauros colligens, divitem virtutum coacervaret annonam. Hoc enim fretus præſidio ſic vitam texuit, ut ad maximæ opinionis accederet acumen, & in Sanctorum Catalogo deſcribi meruerit. Plura poſtquam S. Iuſtus pro Dei ſervitio facinora feciſſet, & vitæ recte peractæ terminum cito adventurum agnoſceret, Deo ſic diſponente ad mortem compoſitus, ſpiritum reddidit Creatori. Verum Iuſti ſanctitatem haud occludere voluit Bonitas divina; ſed illam mundo manifeſtare conſtituens, plurima miracula ejus intercedentibus meritis operata eſt. Verum, ob prædeceſſorum negligentiam, valde pauca in notitia permanſerunt: ex quibus in antiquo Breviario hujus Epiſcopatus tria magni ponderis miracula continentur, quæ in quodam Hymno de hoc Sancto ita narrantur. Paries altus ac fortis aliquando ſupra Servi Dei ſepulcrum ruit: cujus fabricam, vi tanti ictus dirutam omnino, credentes fideles; ruderaque continuo abſtrahentes; tumulum integrum abſque ulla læſione Dei providentia repererunt. Lampas in altari S. Iuſti ardebat, ſupra quam paries cecidit, & lampas integra à populo, admirante tantum miraculum, & gratias Deo agente, inventa eſt. Sacra S. Iuſti oſſa in ſarcophago ſtrepitu aliquo moveri audiverunt primo aliqui juvenes, dein ab his moniti Domini Sacerdotes hujus Eccleſiæ eamdem commotionem audiverunt.

quidam miracula à patre ſancto.

3 *Hactenus ex Domenecco Tamayus: ſed cum Domeneccus profiteatur de hoc Sancto* Iuſto *nihil haberi præter antiquum Breviarium Vicenſe, ex quo excepta ſint prædicta miracula; bene conſuluiſſet noſtræ & ſuæ fidei Tamayus, ſi Hymnum iſtum curaviſſet quærendum. Curavit fortaſſe (ſic enim ſcribit in Notis ad hunc diem)* Hymnus à Domenecco relatus nondum ad manus meas pervenit, niſi ſit quidam qui in margine codicis mei, manu exaratus invenitur, licet citra proſodiæ regulas compactus. *Ipſum deinde Hymnum profert, ſed quem ſi legas, judicabis, rudis quidem, quod præfatur Tamayus, ſed tamen recentis eſſe fabricæ. Hoc autem ille voluit diſſimulare, & iſtiuſmodi quiſquiliis ab ipſomet veroſimiliter compoſitis, ſed aut alieno nomine aut nullo editis, Martyrologiam ſuum ſuffarſit. Id nos uſu diuturniori compertum habentes, didicimus ſuſpecta habere omnia quæ ille laudat, ut in ſuis Manuſcriptis reperta, donec de iis aliunde nobis certius conſtiterit. Reſtat ergo ut ex ipſo Vicenſi Breviario veteri prædictum Hymnum nobis mittat aliquis, una cum Lectione de vita, ſi qua ibi eſt, prout innuere Domeneccus videtur.*

E *Hymnus pro antiquo ſuppoſitus.*

DE SANCTO GERMANO

EPISCOPO PARISIENSI IN GALLIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I De ejus ætate; Vita à coævo ſcripta; Profeſſione, an Benedictina?

ANNO DLXXVI.

LUtetia Pariſiorum, *quæ &* Pariſius *indeclinabiliter dicitur, urbs ampliſſima & locupletiſſima, regni Franciæ caput & Sedes Regia, inter præcipuos ſuos tutelares Sanctos reveretur* Dionyſium *Martyrem Apoſtolum ſuum, &* Germanum *Epiſcopum. Qua de cauſa Auctor Vitæ S. Droctovei Abbatis, ad diem* X *Martii editæ, hoc Epiphomate num. 6 utitur:* Felix plaude Lutetia, quæ dum nites Dionyſii Macarii gloria, hac etiam Beatiſſimi Germani ditaris pretioſiſſimâ gemmâ. *Colitur* S. Dionyſius IX *Octobris, at* S. Germanus *hoc* XXVIII *Maji. Natus eſt hic in territorio Auguſtodunenſi, circa annum* CCCCXCVI; *Sacerdos conſecratus, circa annum* DXXX, *& Abbas ad S. Symphorianum conſtitutus, circa annum* DXL. *Qui dein fama virtutum & miraculorum clarus, ſub Childeberto Rege Pariſiorum aſſumptus eſt ad Epiſcopatum Pariſienſem circa annum* DLV; *in eaque dignitate plenus dierum & meritorum, virtute etiam miraculorum clarus, fere octogenarius mortuus eſt, quinto Kalendas Iunii, anno primo Childeberti junioris, & decimo quinto Chilperici Regum Francorum, Chriſti* DLXXVI: *ſepultus in eccleſia S. Vincentii in ſuburbio Pariſienſi, nunc ab eo* S. Germani *dicta: & quidem in Capella S. Symphoriani Martyris Auguſtodunenſis, quam ipſe ad honorem ejus prope porticum dicta Eccleſiæ conſtruxerat. Ea Capella etiamnum extat, appellata Capella Apparitorum juſtitiæ, ubi ad dexterum latus altaris etiamnum pendet hæc inſcriptio:* Hic fuit primo tumulatus S. Germanus.

Sepultura.

Tempus Vitæ & mortis:

2 *Vitam ejus compoſitam fuiſſe à* Fortunato Presbytero, *teſtatur S. Gregorius Epiſcopus Turonenſis, lib.* 5 *Hiſtoriæ Francorum cap.* 8. *Hic eſt ille* Venantius Fortunatus,

A tunatus, *ſcriptis poëmatis ævo ſuo celebratiſſimus, ex Italia in Germaniam indeque in Galliam advectus circa annum* DLXV, *uti in ejus Vita demonſtrat Browerus noſter, ubi poſt contractam cum Gregorio amicitiam, S. Radegundi adhærens, Pictavis ſibi domicilium fixit, ejuſdem eccleſiæ factus Presbyter; in eoque gradu perſeveraſſe videtur, quamdiu S. Radegundis vixit, ſub annum* DXC *defuncta; fortaſsis nec ante obitum Gregorii factus Epiſcopus Pictavienſis, adeoque poſt Placidum laudatum à Gregorio lib.* 4 *cap.* 32 *miraculorum S. Martini, licet Sammarthani ordinem inverterint; nec ante annum* DXCIV; *cui tamen non multis annis ſuperfuit, ſub finem ſeculi* VI *mortuus etiam ipſe. Erant ei, propter ſanctæ Reginæ negotia, per Galliam & Germaniam peregrinationes crebræ; quarum occaſione in* S. Germani *Pariſienſis notitiam veniens, cœpit ei cariſſimus eſſe, eum vicißim diligens ut Patrē. Oſtendit id in poëmate* de itinere ſuo, cum ad Germaniā ei proficiſcendum erat, & à Radegunde retineretur, *dum ait,*

Hinc retinet Mater, me vocat inde Pater.

Talis cum eſſet Fortunatus, *ſcripſit Carmine epico S. Martini Turonenſis Vitam, prius fortaſsis quam Presbyter fieret; tum proſa Vitas Sanctorum Epiſcoporum Hilarii Pictavienſis, Albini & Maurilii Andegavenſium, Medardi Noviomenſis,* B *Remigii Remenſis, Marcelli & Germani Pariſienſium, ac denique ipſius S. Radegundis; quas omnes Vitas ei adſcribit Voſius in opere de Hiſtoricis Latinis, & nos ſuo tempore aut dedimus aut dabimus. Earumdem Vitarū generaliter in Epitaphio meminit Paulus Diaconus; ubi* Fortunatum *ut* Sanctum *laudans & invocans, inter alia ſignanter appendit, quod*

Hujus ab ore ſacro Sanctorum geſta priorum
Diſcimus, hæc monſtrant carpere lucis iter.

eorum compendia, 3 *Damus ergo ab Auctore tam laudato ſcriptam* S. Germani *Vitam ex pervetuſtis codicibus Mss. Trevirenſi monaſterii S. Maximini, Teraſciano monaſterii Boniſontis, & alio illuſtri Legendario noſtro, prout eam contulimus cum editionibus Laurentii Surii, & Lucæ Acherii* I *ſeculo Benedictino. Extant plurima eiuſdem Vitæ compendia, ex quibus aliquod habemus ex vetuſtiſſimo Ms. Bertiniano, collatum cum alio Ms. eccleſiæ S. Audomari. Alia edita ſunt apud Petrum de Natalibus lib.* 5 *Catalogi cap.* 59, *& in hiſtoria Sanctorum Coloniæ anno* MCCCCLXXXIII. *excuſa & dinde poſt annos duos Lovanii recuſa: item in antiquis Breviariis eccleſiarum Pariſienſis, Auguſtodunenſis, & aliarum, etiam Antuerpienſis: quæ omnia omittimus, contenti relatione dicti Fortunati, aſſerentis infra num.* 25, ſe in cubiculo præſente, mulieri cæcæ, ætate octoginta annorum, fuiſſe viſum reſtitutum; *item num.* 37

C *Appendix ex variis.* ſe præſente, peſſulum baſilicæ SS. Gervaſii & Protaſii, facto Crucis ſignaculo, fuiſſe reſeratum. *At pro Appendice, adjungimus ex Gregorio Turonenſi & Aimoino aliqua miracula, ad ſepulcrum* S. Germani *patrata, cum Epitaphio à Chilperico Rege appenſo; tum ex Fortunato quædam excerpta ex* X *carmine libri ſecundi.*

Antiquus cultus, 4 *Cultum illi ſacrum non diu poſt martem exhibitum innuunt verba Fortunati, dum eum* Sanctum *&* Sanctiſſimum *appellat; uti etiam* Sanctum *&* Beatum Fortunatum; Sancti manus, Sancti veſtigia, Sancti fimbriam: *imo num.* 34 Vigilias in honorem Sancti celebratas *aſſerit: quod confirmat Gregorius Turon. dum* B. Germanum requieſcere in corpore; *&* virtute Sancti greſſus paralyticorum, & cæcorum viſus reſtitui, *tradit. Sacra quoque ejus memoria adjuncta eſt quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis, etiam antiquiſſimo Epternacenſi, cum his ubique verbis ad hunc* XXVIII *Maii:* Civitate Pariſius depoſitio S. Germani Epiſcopi. *Qua eadem in genuino Martyrologio Bedæ leguntur, quibus addit Florus:* Qui tantæ virtutis fuit, ut (ſicut in geſtis ejus legitur) cauſas infirmitatum hoc eſſet ſancto viro curare, quod & tangere. *Leguntur dicta verba num.* 45. *Vſuardus iſta tradit:* Pariſius civitate, tranſitus S. Germani Epiſcopi & Confeſſoris: qui beatus ejuſdem urbis Epiſcopus, quantæ ſanctitatis quantique meriti fuerit, quibus etiam claruerit miraculis, Fortunatus Epiſcopus veraci ſtylo digeſſit. *Hiſce ſimilia paſsim habent Ado, Notkerus, Bellinus, & alii recentiores cum hodierno Martyrologio Romano, & pleriſque faſtis Mss. Apud Rabanum memoratur pridie, ſeu* XXVII *Maii. Ejuſdem Sancti antiquā venerationem corroborant plurimæ illi dicatæ eccleſiæ, ex quibus in Belgio ſunt Eccleſia parochialis Montibus Hannoniæ, & collegiata in oppido Brabantiæ Tenenſi. Sed præ reliquis eſt Eccleſia S. Vincentii Martyris, nunc Regalis Eccleſia S. Germanus de Pratis dicta, cum veteſtiſſima & ſplendidiſſima Abbatia illi adjuncta, in Suburbio* S. Germani *dicto, quod ſua magnitudine plurimas urbes ſuperat, & nunc urbis Pariſienſis illuſtris portio cenſetur. Nolumus cultum anniverſarium variarum Eccleſiarum annumerare, cum is latiſſime diſperſus ſit: taceri tamen non debet, quod hactenus in urbe & diœceſi Antuerpienſi feſtum celebretur officio Eccleſiaſtico novem Lectionum, & ita in pluribus Eccleſiis Belgii. De monaſterio in honorem* S. Germani *prope Suburbium Cenomanenſe conſtructo à S. Berthramno ejus urbis Epiſcopo, ubi hodie eſt Eccleſia Parochialis, agetur* VI *Iunii die feſto dicti Berthramni.*

AUTORE G. H.

Eccleſiæ illi dicatæ.

5 *Alterum feſtum celebratur* VIII *Kalendas Auguſti, ſive* XXV *menſis Iulii, cum hoc apud Vſuardum brevi encomio:* Civitate Pariſius, Tranſlatio S. Germani, Epiſcopi & Confeſſoris. *Quæ eadem leguntur in vetuſto Ms. Romano Cardinalis Barberini & aliis plurimis; item* E *apud Adonem, Maurolycum, Galeſinium, & alios. Hiſtoriam hujus Tranſlationis conſcripſit Monachus quidam monaſterii* S. Germani, *eam ſe ex ore Caroli Magni Imperatoris, qui puer ſeptennis adfuerat, ſcripſiſſe aſſerens. Huic ſubnectimus Hiſtoriam miraculorum duplicisque ablationis & relationis, ab Aimoino Monacho, teſte in plurimis oculato, deſcriptam duobus libris. Vtrumque feſtum & ad* XXVIII *Maii & ad* XXV *Iulii Martyrologiis manaſticis inſcripſerunt Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus, quaſi inter Benedictinos vixiſſet* S. Germanus: *quem Fortunatus ſcribit num.* 3, à S. Nectario, Epiſcopo Auguſtodunenſi, Abbatem merito dignum ad S. Symphorianum adſcitum, *quod factum circa annum* DXL, *in locum ſcilicet præcedentium Abbatum, qui ibidem floruerunt, prius fortaſſe quam S. Benedictus naſceretur.* Germani *autem ibidem Abbatis diſcipulus fuit S. Droctoveus, poſtmodum Pariſiis Abbas monaſterii, ab ipſomet S. Germano poſtea dicti, cujus Vitam dedimus* X *Martii ex Ms. Pariſienſi dicti monaſterii; unde repetere juvat nonnulla,* Germanum *ut Abbatem ſpectantia.*

Tranſlationis feſtum 25 *Iulii ejuſque Hiſtoria.*

Cultus apud Benedictinos.

6 Ea tempeſtate urbs Ædua, *ea eſt Auguſtodunum,* F ſpeciali nitebat decore, redimita viro ſanctitatis præcipuæ, Germano ſcilicet, pollentis nobilitatis ſtemmate, qui, velut cedrus in Libano & quaſi cypreſſus in monte Sion, infima ſpernendo, cæleſtia amplectendo, tendebat ad alta virtutū augmenta. Cumque folia ejus, verba ſemper veritate virentia, cunctis ferrent medelam; & fructus ejus, opera videlicet, ſatietati forent fame periclitantibus; non modica inſonuit auribus Nectarii, prædictæ civitatis Antiſtitis, tanti viri excellentia, Eſt in eadē urbe Chriſti teſtis Symphoriani monaſterium inſigne... Horum itaque Fratrum à Pontifice jam dicto Germanus præficitur Paſtor, ſacraturque Abbas nomine dignus & merito. Sanctitatis igitur præconio venerandus Pater oves ſibi commiſſas monebat ſagaciter, corrigebat prudenter, tolerabat patienter, & ad paſcua vitæ æternæ invitabat alacriter. Qui inter reliquos, quos hortatu ſimul & exemplo Chriſti mancipavit tirocinio, beatiſſimum Droctoveum inſignire ſtuduit ſchemate monaſtico, atque aſcivit diſcipulatui ſuo. Quem pie, ut vere piiſſimus, aluit, & juxta normam ſanctorum Patrum, Antonii ſcilicet & Baſilii, (nam Sceptriger hujus Ordinis, Beatus ſcilicet Benedictus

Fuerat à S. Nectario Abbate ordinatus.

die natali 28 Maii,

AUCTORE G. H. dictus necdum his erat in partibus notus) vivens instituit, tradensque sibi jura obedientiæ, inculcans lenitatem patientiæ, replicans munditiam continentiæ, hortans sectari iter justitiæ, edocens amplecti virtutem prudentiæ, jubens insigniri stabilimento constantiæ, suadens moderari placore temperantiæ, inter omnia etiam monebat viam humilitatis tenere: quæ omnia aure sedula percipiebat vir sanctissimus Droctoveus..... Præceptoris sui exsistens imitator sedulus. *Hæc ibi num. 4 & 5.*

priusquam in Francia notus esset S. Benedictus.

Idem Episcopus Monachis apud Parisios institutis

7 *Dein vero, postquam descripta esset occasio ædificati à Childeberto Rege templi & monasterii S. Vincentii, nunc S. Germani, ista num. 10 adduntur*: Hunc itaque locum Princeps Serenissimus Childebertus beatissimo Germano, Parisiacæ urbis Antistiti, delegavit; supplicans enixe sanctissimum Præsulem, gregem monastici ordinis ibidem instituit. *Narrato dein obitu Regis Childeberti, & accursu ad ejus exequias, ista num. 11 & sequentibus subjunguntur*: Cernens igitur B. Germanus tantam multitudinem populi, satius duxit sub eadem die ecclesiam dedicare commissam sibi. Cumque prius patefecisset cunctis hujus causam negotii, dumque exultantibus animis universos conspiceret annuere suæ benignissimæ voluntati, adminiculantibus sibi sanctis Præsulibus, videlicet Nicetio Lugdunensi Archipræsule, & Prætexto Cabilonensi Antistite, Eufronio Nivernensi Episcopo; Felice Aurelianensi, Domitiano Carnotino, Victorio Cenomannico, anno Incarnationis Verbi DLIX, in honorem vivificæ Crucis almique Vincentii Levitæ & Martyris prædictam ecclesiam consecravit cum principali ara, ubi ipsius Vincentii Stolam recondidit. Aram vero ad Aquilonem, in veneratione SS. Ferreoli & Ferrutionis; porro illam ad Meridiem, sub Titulo S. Juliani Brivatensis, nec non illam ad Occidentem, in honore SS. Gervasii & Protasii & Celsi pueri Sanctique Georgii Martyris consecravit. Ad Meridianam quoque plagam ædificatum fuerat quoddam oratorium, in honore S. Symphoriani Martyris, ubi idem Dei sacer Germanus postmodum sepeliri se mandavit..... Beatus igitur Germanus locum sibi delegatum à præfato Rege insigni studuit ordinare dispositione. Instituens enim ibi gregem Monachorum, Deo jugiter famulantium, Patrem eis instituit ex discipulis suis unum, Beatum scilicet Droctoveum. *Hæc omnia sunt excerpta ex Actis S. Droctovei, ad X Martii editis, cum pluribus Annotatis quæ Lector ibidem reperiet. Ex dictis autem liquet laudandos quidem esse Benedictinos, quòd inter Patronos suos assumpserint S. Germanum, quia nunc possident monasterium ab ejus nomine dictum, licet ipse cum esset Abbas secundum regulam SS. Antonii & Basilii suos Monachos instituerit; sed eodem jure posse inter Patronos Ordinis accipi S. Dionysium Episcopum & Martyrem, cujus similiter prope Parisios est monasterium orbi notissimum, licet illuc sub Ludovico Pio Imperatore, post longam tergiversationem, vix demum introducta sit Regula S. Benedicti. Prædia quatuor, à S. Germano donata dicto monasterio, referuntur à Mabilione ad Historiam Translationis.*

ecclesiam dedicat

B

C

Germani sepulturam ornat S. Eligius.

8 *Quo honore corpus ejusdem* S. Germani *affecerit S. Eligius, narrat in hujus Vita S. Audoënus, lib. 1 cap. 32, his verbis*: Hic idem vir beatus, inter cetera bonorum operum insignia, multa Sanctorum auro argentoque & gemmis fabricavit sepulcra, id est, Germani Parisiensis Episcopi, Severini Abbatis Agaunensis, *&c. De hoc Abbate egimus* XI *Februarii. Fuit autem* Ecclesia S. Germani de Pratis *restaurata & quasi innovata ab* Hugone III Abbate, *&* ab Alexandro Papa III consecrata. Quo peracto, Dominus Hubaudus Hostiensis Episcopus, & tres Episcopi, pariter altare matutinale, in honore sanctissimi Confessoris Germani, consecraverunt; *uti late explicatur in charta Hugonis Abbatis apud Iacobum Breulium pag. 340: qui pag. 305 probat, sepulturam parentis* S. Germani *in eadem ecclesia fuisse, adductis hisce versibus Abbonis Monachi, discipuli Aimoini*:

Ecclesiam consecrat Alexander Papa 3.

Illustrem sobolis sanctæ servat genitorem
Dextera, læva sacram prolis retinet genitricem,
Est Eleutherius pater, est Eusebia mater.

Dies autem depositionis Eleutherii *incidit in Kalendas Novembris*, Eusebiæ *in* V *Kalendas Ianuarii.*

D

ibidem sepulti ejus parentes.

§ II De discipulis S. Germani, variisque gestis in Vita præteritis.

S. Germanus habuit Discipulum S. Briocum

EX *discipulis* S. Germani *unum fuisse S. Droctoveum, supra diximus. Illi alterum* S. Briocum, *Episcopum in Britannia Armorica, adjungunt hujus Acta, ex Officio proprio Ecclesiæ S. Brioci ad Kalendas Maji à nobis edita: in quibus dicitur à parentibus oblatus* S. Germano, *necdum annum ætatis decimum assecutus, atque ab eo litterarum & virtutum studiis eruditus, ac postea, cum ageret annos obeundo Sacerdotio maturos, ab eodem in Sacerdotem consecratus. Tertius S. Germani discipulus habetur* S. Iltutus, *in aliquibus Actis S. Sampsonis Episcopi ad* XXVIII *Iulii dandis, & apud Saussajum in elogio S. Gildæ Sapientis, ad* XXIX *Ianuarii excuso & rejecto* § III. *Fuerunt Iltuti discipuli, SS. Sampson, Gildas, & Paulus Leonensis in Britannia Armorica Episcopus, cujus Acta illustravimus ad diem* XI *Martii: sed omnes aut seniores fuerunt* S. Germano, *aut saltem ætatis ejusdem, eisque multo senior S. Iltutus, cujus Acta erunt producenda ad diem* VI *Novembris. Minori etiam cum fundamento* S. Paulus, *Episcopus Virdunensis, dicitur fuisse* frater S. Germani, *licet id in nonnullis Actis & Breviario Virdunensi in Responsorio legatur, uti* VIII *Februarii, ad ejus Vitam deductum est; ubi is potius ex Gallia Belgica statuitur oriundus, & usque ad annum* dumtaxat* DCXLIX *vixisse. Dedimus ad diem* XVI *Maji Acta S. Domnoli Episcopi Cenomanensis, qui, ut num. 3 legitur,* sociâ caritate ac mutuâ benevolentiâ conjunctus fuit Germano, sanctissimo Parisiorum Antistiti: quem & creberrime invisere consuevit, & ab illo itidem non raro visitatus est. Cumque se invicem divinis inflammarent adhortationibus, subjectis populis tam verbis quam exemplis haud vulgariter profuere.... Extruxit autem Domnolus monasterium in honorem SS. Vincentii & Laurentii: ipsi autem consecrationi voluit adesse memoratum Germanum Episcopum, ut amborum solenni dedicatione ad majorem populus devotionem incitaretur. *Præterea ipsius testamento, post Domnolum primus,* subscripsit Germanus Episcopus, rogante Clero. *Sedit autem S. Domnolus, juxta nostram sententiam, ab anno* DLIX *ad* DLXXXI.

non S. Iltutum

E

nec frater ejus fuit S. Paulus Epi. Virdunensis.

Germanus familiaris S. Domnolo.

hujus Testamento subscribit.

F

10 *Floruit eodem sæculo sexto S. Albinus, Episcopus Andegavensis, mortuus circa annum* DXLIX, *cujus Acta etiam à Fortunato scripta illustravimus ad Kalendas Martii. In iis de corporis ejus translatione ista scribuntur*: Igitur cum S. Germanus, Episcopus Parisiorum, vel comprovinciales, ac Pontifex successor ejus, & populus, vellent membra S. Albini in novâ basilicâ devote transponere; & propter cellulæ angustiam, in quâ conditus fuerat, non daretur sacri corporis extrahendi licentia; cunctis hæsitantibus & incertis quid agerent, curis popularibus se virtus beatissimi viri mediatrix interserit. Nam expectantibus omnibus & nihil deliberantibus, repente nutu divino, discisso pariete cellulæ qui erat ad pedes, à parte orientali tres lapides decidunt; scilicet dato signo, per qualem locum juberet se educi posse. Interea facto aditu, dum concentu psallentium sanctum sepulcrum progreditur, palam tres paralytici redditi sunt sanitati, & duo cæci pariter illuminati. *Successisse S. Albino passim creditur. Eutropius, Eutropio vero Domitianus, qui una cum* S. Germano *subscripsit Concilio Parisiensi*

adest Translationi corporis S. Albini.

A *Parisienſi* III, *pro variis diverſarum Eccleſiarum utilitatibus celebrato circa annum* DLVI *aut ſequentem, unde colligimus eum aliquamdiu ante cum Eutropio elevaſſe & tranſtuliſſe corpus S. Albini. Interfuerunt etiam Concilio* Turonenſi II, *anno Chariberti Regis* VI, *ergo anno Chriſti* DLXVI, *ſub die* XV *Kalendas Decembris, prædicti Epiſcopi, S. Germanus Parienſis, Domitianus Andegavenſis, & S. Domnolus Cenomanenſis. Habitum poſtea anno* DLXXIII *eſt Concilium Pariſienſe* IV, *in quo Pappoli Epiſcopi Carnotenſis ſuſcepta cauſa eſt adverſus Promotum, qui in caſtro Dunenſi Epiſcopus fuerat conſtitutus. Ibi autem Conſtitutioni Synodi ad Ægidium Epiſcopum Remenſem, qui Promotum conſecrarat, ſubſcribunt Epiſcopi tres & triginta, atque inter illos poſt ſex Metropolitanos primus* ſubſcribit Germanus peccator, etſi indignus, in Chriſti nomine Epiſcopus Eccleſiæ Pariſiacæ. *Ex quibus omnibus confirmatur Chronotaxis initio propoſita, cum intra annum* DLV & DLXXVI *cuncta claudantur.*

ſubſcribit Conciliis Pariſienſi 3

Turonenſi 2

Pariſienſi 4

II *Quo præciſe anno Epiſcopus factus ſit* S. Germanus, *non liquet. Carolus le Cointe, Tom.* I *Annalium, cenſet non potuiſſe id fieri ante annum* DLV, *neque etiam multo ſerius. De hoc ei libenter aſſentior, propter Concilium Pariſienſe* III; *cui, ſicut diximus, ſequenti aut altero poſt eum anno ſubſcripſit. Prius non videtur efficaciter probari ex eo, quod Concilium Pariſienſe* II, *à quo Saffaracus Epiſcopus judicatus & exauctoratus fuit, putet ipſe in annum* DLI *debere conferri; quo enim teſte affirmatur ſuffectum illi* Euſebium *Sedem Pariſinam quatuor annis ante* Germanum *tenuiſſe? Atqui Childebertus, in Tetrarchia filiorum Chlodovæi Magni dictus Rex Pariſiorum, qui dicitur elegiſſe* Germanum; *ſecundum omnes obiit anno* DLVIII; *cum eo tamen multa egit Sanctus, quæ non videntur omnia commode claudi triennio poſſe. Quare videat lector an non malit Germani Ordinationem uno alterove anno anticipare. Primum tamen quod actum reperio, ſed tale ut aliquot annorum uſum familiarem præſupponere videatur, eſt inſigne miraculum, ad annum (niſi fallor)* DLVI *ſpectans, & ſequentis anni Ianuario nobili donatione remuneratum, quod in ipſiuſmet Regis Childeberti perſona Germanus Epiſcopus perpetravit, cujus Rex teſtis exiſtit in diplomate, quod Brolius lib.* I *Antiquit. Pariſienſium pag.* 44 *recitat, hoc tenore.*

Ante annũ 555 *factus Epiſcopus,*

B

12 Maximum nobis generare præmium ad æternæ retributionis beatitudinem confidimus, ſi ad loca Sanctorum opportuna beneficia concedimus. Igitur Apoſtolicus vir Pater & Domnus noſter Germanus, Pariſiacæ urbis Epiſcopus, nobis innotuit prædicatione ſua, quia dum in ſeculo hoc habitamus, ſemper de futuro cogitare debemus: & admonuit nos, ut ſanctarum Eccleſiarum memoriam haberemus, & ſemper bonis illarum potiora adderemus, ut in augmentum nobis proficeret, monens etiam eleemoſynarum largitionem non omittere, ut conſuetudo erat illius. Accidit autem ut quodam tempore Domnus Pontifex inveniſſet nos in pago Milidunenſe, in villa Cellas nominata, gravi ægritudine correptum: unde multorum medicorum adhibita eſt corpori meo cura; ſed nullatenus aliquod veſtigium ſanitatis immittere potuerunt. Demum ipſe Domnus Sacerdos, tota nocte vigilans in oratione ſtetit; & craſtina, manuum ſuarum ſanctarum impoſitione, tetigit corpus graviter infirmatum: & continuo ſumpſi ſanitatis donum, quod à nullo percipere potui medicorum. Ideo nos, pro tam magna juſtitia, quam Dominus per manus Sacerdotis, pro ſtabilitate regni noſtri & æterna retributione miniſtravit; donamus ad ſanctam Matrem noſtram Eccleſiam Pariſiacam, ubi ipſe Domnus Germanus præeſſe videtur, hoc eſt ipſam villam Cellas nominatam, ubi ſanitatem recuperavimus, ſitam in pago Milidunenſe, ſuper alveum Sequanæ. ubi Yona illam ingreditur, cum Baſilica, appendiciis, territoriis, mancipiis, vineis, ſilvis, pratis, cultis & incultis, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum, quidquid ad ipſam villam aſpicit & fiſcus noſter continet, cum omni integritate; à die præſenti, ad memoratam caſam Dei, ſive ad Domnum Sacerdotem, donamus & confirmamus.

Childebertũ R. ab incurabili morbo ſanat Cellis,

C

& donatur ipſa illa villa,

AUCTORE G. H.

13 *Pergit deinde Rex*, propter arbores oliviferas ad luminaria facienda, *quoſdam alios fundos & jura in Provincia, iiſdem contribuere*; & manu ſua *auctoritatem ipſam, id eſt, diploma ſeu chartam authenticã, firmat & roborat, prout apud Brolium legi integre poteſt; qui ecgraphum ejus imprimi fecit, ſicut deſcriptum reperit in parvo Eccleſiæ iſtius Paſtorali, exarato ab annis circiter quadringentis, tamquam* Actum in anno XVII regni, menſe Januario. *Eſſet hic, ſecundum Henſchenium, annus* DXXVI *Chriſti; ſecundum le Cointe,* DXXVIII; *adeoque enormi intervallo diſtans à vero initio Pontificatus* S. Germani. *Quapropter, cum merito dubitaretur, an ex originali omnibus ignoto, recte eſſet in Paſtorali illo tranſcriptus numerus, qualis reperiebatur, vel gratis ibi confictus; conſequens erat ut res tota eruditis viris redderetur de falſitate ſuſpecta; quamquam poſſeſſio bonorum, priori parte donationis expreſſorum, ab immemorabili tempore extra controverſiam habeatur etiamnunc. Hinc factum eſt, ut Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ.* D. Franciſcus de Harlay, *Archiepiſcopus Pariſienſis, Dux atque Par Franciæ, non fuerit auſus eo niti; ad aſſerendum prænarratum miraculum in lectionibus novi Breviarii, quod anno* MDCLXXIX *faciebat imprimi, proprio ſuo nonnullorumque eruditorum ad id lectorum ſtudio adeo feliciter reformatum, tam in Lectionibus quam in veteris partibus aliis, ut pro exemplo eſſe poſſit Eccleſiis quibuſcumque, vetera ſua Breviaria hactenus retinentibus, eaque antiquo ſemper ritu ſervato reformare ſatagentibus, deligendo quam aptiſſimos cuique feſto Scripturarum atque Homiliarum flores, & ab Hiſtoriis reſecando non ſolũ quidquid nunc paſſim habetur falſum, ſed etiam dubium quomodocumque; ut ſunt in* Dionyſio Pariſienſium Apoſtolo *Titulus Areopagitæ, miſſio in Gallias primo ſeculo, atque reſciſi capitis deportatio inter manus, aliaque de aliis Sanctis ſimilia, hactenus in Breviariis etiam Romanis tolerata. Talium autem reformatione adeo nihil offenſam fuiſſe ſacram Rituum Congregationem ſcio ex litteris Caſtellani, bonam eo in opere partem habentis, ut Breviarii iſtius novi exemplum, ab* Eminentiſſimo Cardinali Cybo *exhibitum ſuæ* Sanctitati, *& ab eruditiſſimo quoq; diligenter Romæ examinatum, vehementer placuiſſe reſcriptum ſit, niſi quod mirum videretur nou nemini, quod Titulus Sancti alicubi addatur* Clementi Alexandrino. *Sed & huic objectioni mox factum eſt ſatis, auctoritate Vſuardi ad* IV *Decembris, ipſum ſic nominantis: quo viſo nulla ſecuta eſt replica, ſed admiratio de Baronio, quod ſcriptorem eccleſiaſticum inſignem, tot ſeculis in Martyrologio habitum, expungi fecerit.*

aliiſque bonis.

non anno 17 Regis iſtius;

E

F

14 *Ceterum quandocumque iterum recudetur Breviariũ prædictum, in paucis poſtea agnitis defectibus ſuppletum correctumve; non ita recipietur in Lectionibus de* S. Germano, *iſtud tam inſigne taliq; auctoritate teſtatũ miraculum, licet à Fortunato Vitæ ſcriptore præteritum. Vix enim, ut idem Canonicus me docuit, erat impreſſio abſoluta & exempla per omnium fere Pariſienſium Clericorũ manus diſtributa, cum veteres Eccleſiæ Pariſinæ chartæ, quæ ex conſtanti, ſed falſa traditione, credebantur ab Anglis ablatæ ac deportatæ Londinum, repertæ fuerunt in capſa, eatenus vacua reputata; atq; inter illas diploma iſtud; judicio* P. *Mabilionis, non quidẽ primum, ſed tamen authenticum, & ipſius Childeberti tempore ſcriptum, uti moris erat geminare ejuſmodi inſtrumentorum exempla, unde & Duplicata nominabantur. Eſt illud deſcriptum in membrana mox complicata, ipſaq; in plica reperitur fiſſura vetuſta inter numerales litteras* X *&* VII, *ita ſitas, ut appareat interceſſiſſe juſtũ unius litteræ ſpatiũ. Ea littera non potuit fuiſſe* X *vel* C: *quia harũ litterarum per medium diſſectarũ extremitates oporteret in utroq; fiſſuræ labro apparere, ſed neceſſario debuit fuiſſe littera* L *(ſic enim tunc ſcribebatur non* L.*) hac autem reſtituta fiet an.* XLVII Chil-

ſed ahhõ eadem 47

propter quæ defectum in ecgrapho obſervatum omiſſa res in Breviario,

quomodõ originaliter ſcriptum fuiſſe demonſtratur.

AUTORE G.H. deberti *idemq; Chriſtianæ æræ* DLVI, *in ſententia Henſchenii, vel hinc non modicũ robur ſumentis contra Chronologiam Cointii, anno Chriſti* DXI *Chlodovei mortem filiorumque ſucceſſiones adſcribentis; & tamen* Childebertum *an.* DLVIII *mortuum ſtatuentis die* XXIII *Decembris, id eſt,* XI *menſibus in ejus ſententia poſt factam donationem.*

excommunicat Charibertum Regẽ, ejuſq; pellicem,

15 *Mortuo Childeberto fuerunt* Germano *cum variis Regibus, ac nominatim cum* Chariberto, *Childeberti nepote ex fratre & ſucceſſore Clothario, difficultates nonnullæ. Nam cum is* relictâ Ingobergâ uxore Merofledem accepiſſet, & poſt hæc Marcovefam Merofledis ſororem conjugio copulaſſet, à S. Germano Epiſcopo excommunicatus uterque eſt. Sed cum eam Rex relinquere nollet, percuſſa judicio Dei obiit: nec multo poſt & ipſe Rex poſt eam deceſſit Charibertus. *Quæ à Gregorio Turonenſi deſcribuntur lib.* 4 *Hiſtoriæ Francorum cap.* 26. *Poſt ejus obitum plurima fuerunt concitata bella civilia inter tres Reges fratres ejus, in quibus etiam emicuit virtus* S. Germani, *ut pacem inter illos conciliaret: cujus rei teſtimonium præbet ejus epiſtola ad Brunichildem Reginam, ut Sigebertum maritum Regem Auſtraſiorum averteret à conſilio belli, quod fratri ſuo Chilperico Regi inferebat. Epiſtola hujus exordium eſt hujuſmodi:* Quia caritas congaudet veritati, & omnia ſuſtinet, & numquam excidit; propterea ex contribulato corde, & ex intima animi dilectione, audemus vobis ſuggerere. Quia eo tempore, quando minor erat numerus populi Chriſtiani, & cum Dei auxilio licebat reſidere quietum, cum Apoſtolis dicebant; Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Nunc è contrario, tam funeſtos & luctuoſos ante oculos habentes dies, flentes dicimus; Ecce dies tribulationis & perditionis noſtræ adveniunt. *Et ita conſequenter, quæ ad pacem & caritatem mutuam ſpectant pluribus inculcat, atque ſub finem ſic perorat:* Legimus per Heſter Reginam populo fuiſſe conceſſam ſalutem: in hac parte & veſtram oſtendite prudentiam, & fidei veſtræ ſalubritatem atque perfectionem, ut & Dominum Regem à Dei revocetis offenſa, & populum à parte ſua vivere liceat quietum, donec Iudex æternus conſuetam diſcernat juſtitiam. Quia evidentiſſime omnibus patet, qui caritatem fraternam poſtponit, deſpicit conſortium, non acquieſcit veritati, omnes Prophetæ contra ipſum loquuntur, omnes Apoſtoli ipſum deteſtantur, & Deus omnipotens ipſe quod conſtituit judicabit. *Hæc S. Germanus. Interim* Sigibertus Rex, obtentis civitatibus illis quæ circa Pariſius ſunt poſitæ, miſit qui fratrem ſuum obſiderent, ipſe illuc properare deſiderans. Cui S. Germanus Epiſcopus dixit: Si abieris, & fratrem tuum interficere nolueris, vivus & victor redibis. Sin autem aliud cogitaveris, morieris. Sic enim Dominus per Salomonem dixit: Foveam quam fratri tuo parabis in eam corrues. Quod ille peccatis facientibus audire neglexit. Veniente autem illo ad villam, cui nomen Victoriacum, collectus eſt ad eum omnis exercitus, impoſitumque ſuper clypeo, ſibi Regem ſtatuunt. Tunc duo pueri, cum cultris validis veneno infectis, maleficati à Fredegunde Regina, cum aliam cauſam ſuggerere ſimularent, utraque ei latera feriunt. At ille vociferans atque corruens, non poſt multo ſpatio emiſit ſpiritum. *Ita jam dictis verbis rem deſcribit Gregorius Turonenſis lib.* 4 *cap.* 46. *Baldericus Epiſcopus in Chronico Cameracenſi, eadem aliis verbis narrans, addit, quod Childericus* tunc temporis Tornaco morabatur, *& quod Sigebertus* apud Lambras, villam ſanctæ Dei genitricis ſepultus eſt.

B *pacem conatur conciliare inter Reges,*

2 Cor. 6, 2

ſcribendo ad Brunichildem. Eſth. 8

C *Sigiberto Regi mortem prædicit,*

An brachiũ S. Gregorii acceperit à Iuſtiniano Imperat.

16 *Inter Reliquias ſacras Eccleſiæ S. Germani de Pratis aſſervantur* brachium S. Gregorii Martyris, & pes Innocentis. Quæ pignora, *inquit Aimoinus lib.* 3 *cap.* 9, S. Germanus à Juſtiniano Imperatore ſuſcepit, cum ad ſancta loca Hieroſolymam pergens, indeque rediens, præfatum Principem adiiſſet. *Verum quia in antiquis monumentis nullum eſt veſtigium peregrinationis in Orientem ſuſceptæ, huic relationi fides haberi firma non poteſt. An autem à Iuſtiniano tranſmiſſa illa fuerint huic Epiſcopo, in ſilentio antiquorum neſcimus pronuntiare.* D

VITA

Auctore Venantio Fortunato, Presbytero coævo, poſtea Epiſcopo Pictavienſi.

Ex variis Mss. & editionibus Surii atque Acherii.

CAPUT I.

Ortus, ſtudia, Sacerdotium, Abbatis munus, miracula.

E

BEatus *a* Germanus *b* Pariſiorum Pontifex, territorii Auguſtudunenſis indigena, patre Eleutherio, matre quoque Euſebia, honeſtis honoratiſque parentibus procreatus eſt. Cujus genitrix, pro eo quod hunc poſt alterum intra breve ſpatium concepiſſet in utero, pudore mota muliebri, cupiebat ante partum infantem extinguere: & accepta potione ut abortivum projiceret, dum nocere non poſſet, incubabat in ventrem, ut pondere præfocaret, quem venena lædere non valebant. Certabat mater cum parvulo, renitebatur infans ab utero: erat ergo pugna inter mulierem & viſcera. Lædebatur matrona, nec nocebatur infanti: obluctabatur ſarcina, ne genitrix fieret parricida. Id actum eſt, ut ſervatus incolumis, ipſe illæſus procederet, & matrem redderet innocentem. Erat hinc futura prænoſcere, ante illum feciſſe virtutem, quam naſci contigerit. *c* Per incrementa denique virtutum ad meliora quotidie provectus, litterarum ſtudiis à dulciſſimis parentibus eſt traditus, ut deinceps in Dei laudibus haberetur dignus. Deinde cùm *d* Avallone caſtro, cum Stratidio propinquo, puer ſcholis excurreret; mater *e* parentis, ut ejus hereditatem acquireret, de adoleſcentis fallitura nece nequiter tractavit. Quæ temperatam potionem in ampullula condidit, vinum quoque in altera, præcipiens puellæ, ut venientibus ambobus, illi porrigeret de vino, & iſti de maleficio. Sed ignorans miniſtra ampullam pariter mutat & pocula: vinum S. Germano, venenum dat Stratidio: & dum inſonti præparatur interitus, auctor cadit in laqueum. Quo mater ejus cognito puellam increpat cum fletu, extinxiſſe ſe filium. Cui Stratidio ſolicite impenſo ſtudio, facto de ipſis maleficiis *f* vario, etſi mors vitam non abſtulit, tamen ſignum mortis infixit.

a b *Germanus in utero matris divinitus ſervatur:*

c

d *item à veneno ſibi paratо:*

e

f

2 Hinc ad parentem ſuum ſanctum Scopilionem Laufiam *g* ſe conferens, moribus honeſtis alitus & inſtitutus eſt. Qui cum fere mille paſſus longe à vico conſiſterent, jugiter ad Matutinos currebant, ducti fidei calore, per tempeſtatem, per hiemem. Qui intra terni luſtri ſpatium à B. Agrippino *h* Diaconus inſtituitur, & ſequente triennio Presbyter ordinatur: dehinc à Pontifice Nectario Abba ad *i* S. Symphorianum merito dignus adſciſcitur. Quanta vero inibi abſtinentia vixerit, quantis quoque vigiliis continuando duraverit, quibus eleemoſynis profuſus

pie educatus ſit Diaconus, tum Presbyter, & Abbas:

g h

i

profuſus extiterit, illa res una teſtis eſt. Cum jam rebus reliquis pauperibus erogatis nec panis ipſe reſideret, quatenus Fratres reficerentur: qua de re inſurgentibus adverſum ſe Monachis, retrudens ſe in cellula, amare flevit & doluit. Inter hæc ipſo oran-
A *Benevolus in pauperes miraculo ditatur,*
te quædam Anna matrona, duorum ſagmariorum *k* cum pane dirigit onera: ſequenti etiam die cum annona deſtinavit plena carpenti vehicula, ita ut exinde Monachi cum ſaturarentur cibo, terrerentur mi-
k
raculo. *l* [Cujus bonis operibus inflammatus Epiſcopus, ſanctum Virum, neque adhuc iſta recuſantem, quem etiam prædicabant dæmonia, in cuſtodiam truſit. Cui fateor nutu Divino aperiebatur ergaſtulum, ſed non hinc egrediebatur, niſi ſupplex & Epiſcopalis daretur præceptio]. His itaque celeber intentus officiis, non deſiit prædicandis manifeſtari miraculis. Igitur quadam vice dum cibum feſſus acciperet, ingrediente Amando Monacho in fœnile
l
Incendium veſtinguit.
cum lumine, carbone decidente flamma fœnum corripuit, & arida nutrimenta vorax ignis adlambit. Concurrentibus reliquis, nec tamen ſuccurrentibus,
m
tardius ipſe proſiliens, rapta de foco cucuma *m* aſcendens ſupra fabricam, concinens Alleluia, fundens
B
paululum aquæ in Crucis imaginem reſtinxit incendia: ac de manu Sancti imbre ſedata eſt ignis unda, quam vix exſtinguerent flumina. Quod tamen poſtero die, cujus inſidiis actum eſt, hoſtis ipſe confeſſus eſt.

3 Chariulfus *n* quidam Francus, villę ejuſdem, Baſilicæ res obſtinatus invaſerat. Quem cum vir Dei ad reddendum aliquatenus commoneret, nec tamen
n
Ablata rapiore caſtigato recipit.
proficeret, ad orationem ſe convertit, nec fides vindictam diſtulit. Statim ex vicino ferus urſus exſiliens tres illius equos interfecit; nec ſic à duritia reſipiſcit. Sequenti vero nocte duplicavit ultor perniciem: nã ſex ejus jumenta interemit, nec ſic quoq; pœna ſuffecit. Tertia idem nocte novem vehicula proſternit, triplicato cadavere: ſic labor creſcebat in cladem. Dehinc ad beatum virum tardius dirigit puerum, agrum reformat invaſum, calamitas à domo ejus compeſcitur. Id actum eſt, ut beſtiâ caſtigante homo ſenſum acciperet, & daret non intelligenti bellua rationem. Dehinc B. Agricola *o* Cabillonenſis Epiſcopus, ha-
o
Febricitantem ſanat.
bens cubicularium, graviter vi febrium feſſum, qui deſtinato animo totus pendebat in tranſitu; dirigit ad ſanctum virum intercedendi ſuffragium. Tunc perceptis apicibus, Baſilicæ ſub porticu ad S. Symphoriani ſepulcrum progreditur. Interea vir juſtus o-
C
rationi incubuit, terram corpore premens & ſidera mente tranſcendens; & quaſi ante ſe habens præſentiam Domini, pro voto ſupplicis obſecrator accedit. *p*
P
Nam mox vicinus Redemptoris auribus exauditur, & adhuc iſto recubante in pulvere, ægrotum medicina perfudit: ac Juſto jacente in pavimento, languidus ſurgit de lectulo, ante currente medelâ, quam peroret qui ſupplicat: ita ut portitori redeunti obviam puer occurreret, cui parabantur exſequiæ: ut non eſſet ambiguum eadem hora languidum ſaluti fuiſſe redditum, qua vir beatiſſimus fuſus oraſſe comperitur.

4 Nec illud omitti convenit, quod ad domum Ebronis pro fide Juſti collatum eſt. Cujus ingredi-
Cornuta facie apparet.
ente domum Anna matrona proclamat, rem mirabilem ſe videre. Inquiſita à conjuge, quid eſſet quod inſpiceret, ait: Ecce B. Germanus cornutâ facie mihi videtur incedere: quod pene vix valeo aut intueri lumine, aut ſermone conferre ſanctum virũ, novo more cornibus radiantem. Conſternataq; mirabatur mulier, hominem noſtro tempore in figurâ Moyſi potuiſſe conſpicere. Credendum eſt tamen, quod & iſte poſt colloquium Domini potuit à muliere cornu exaltatus agnoſci; cujus cauſæ pa-

vore Ebro eodem die juxta Sanctum ſedere nullatenus præſumplit, duplici pro merito, mœrore pariter & terrore. Contigit ut pro villis Auguſtudunenſis Eccleſiæ *q* Theodberto Regi Cabillone occurreret. Memor S. Symphoriani in ingreſſu Palatii, ita Spiritu Dei redundante locutus eſt, ut ante Rex annueret, quam verba petitor explicaret. Cui & ore prophetico finem dixit de tranſitu. *r* Quod paucis interim diebus dum Remis remeavit, in ipſo itinere Rex extrema ſorte defecit, quaſi ſancti Viri ſermo dictus fuiſſet ab Angelo.
A. FORTVNATO PR. EX MSS.
q
Theodeberto mortem prædicit.
r

5 Et quoniam Beatiſſimo erat familiare, in Baſilica S. Symphoriani ſoli vigilias ducere, euntem eum Monachus Silveſter proſequitur. Et ingreſſi pariter ad ſancti Martyris tumulum, circa noctis medium ab altari tumultum frequentantem rumores accipiunt, tamquam ſi ad rapinam collecta curreret multitudo. Credens enim vir Dei verſari latronum incurſum, imperat Monacho ante ſepulcrum pſallere: ipſe vero accedit ad altare. Dehinc illa turba ad Monachum qui pſallebat alacriter properat: quo mactato graviter, & in terram projecto ac ſemivivo relicto, veloces effugiunt. Qui vix voce flebili cladem ſuam replicans, à dæmonibus ſe cæſum gravi
In eccleſia ſolus vigilias ducit:
congreſſu confeſſus eſt. E

6 Accidit ut Sabarici famulus, Æſarius nomine, ad virum, de quo loquimur, injuriam paſſus confugeret, ſupplicans ut quolibet pretio, eum de inſolentis domini ſervitio liberaret. Quod indignatus Sabaricus, pro Æſario & conjuge vel unico ejus filio, octoginta ſolidos pretii nomen petiit, quominus famulos ſervili ditione laxaret. Tamen hoc non dubitavit miſericordia Juſti vel perquirere vel donare. Quo pretio perſoluto, contigit ut ante Baſilicam ſæpedictus Sabaricus præteriret, nec tamen orationi quoque occurreret. Qui domum ſuam ingrediens, ſtatim vexatus affligitur, ligatur, & catenis revinctus ad Sanctum perducitur. Neque ſic à pio viro miſericordia tollitur, ſed ſtatim miſſa prece, ejus obtinente fide, purgatur. Tunc adjecit Sabaricus adhuc viginti aureos ad pretium quod acceperat, & de centum ſolidis Crux ad ſepulcrum B. Symphoriani ab ipſo ſuſpenſa eſt: quæ uſque hodie res eſt in teſtimonio. Qua occaſione filii vel filiæ ita ſancte converſati ſunt, ut per monaſteria nunc regant agmina Monachorum. Quæ cauſa modo mirabili profuit patri vel germini, ut parvum genitoris flagitium, poſteris tranſiret in luctum.
ſervum à myſeſtia,
herum à vexatione liberat:
F

7 In pago *s* Aliſienſe res geſta eſt. Conjux illuſtris viri Vulfarii, Deſtaſia nomine, vitalis ſpei deſtituta ſolatiis, linguæ carens officiis, per biduum jam muta ſpiritu deficiente decumbens, apparatis exſequiis jam palpitabat exanimis. Cui eulogiis per Presbyterum ſuum directis, & violenter adapertis præmortuæ dentibus in ore transjectis; mox ut fauces ſemivivæ liquor benedictionis introiit, ſtatim incipit præmortua vitæ flatibus anhelare, oculi nece præcluſi lumen diei requirere ita omnimodis, ut poſt funereum pallorem facies in ruborem tranſiret, donec cunctis ſtupentibus vivificata conſurgeret, & circumſtantes auctorem muneris gratiam prædicarent. Quæ ſingulis annis tributum vitæ ſolvit pro pretio.
s
moribundã ſanat.

ANNOTATA.

a *In aliquibus Mss. additur* igitur, *quaſi deeſſet Prologus.*

b *Ms. Bonifontis*, Pariſiacenſium.

c *Hæc ad finem numeri ſunt ex Ms. Bonifontis: deſunt paſſim in aliis.*

d Avallo *ſive* Aballo, *vulgò* Avalòn, *oppidum ad flu-*

A FORTUNATO PR. MS.

vium Cuſinum inter Auguſtodunum & Autiſſiodorum; unde Archidiaconatus Aballonenſis ſub Auguſtodunenſi Epiſcopatu.

c *Idem Ms. Bonif.* mater ejuſdem Statidii; *in aliis*, propinqui. *Sed utraque vox* parens & propinquus *Fortunato & aliis ſynonyma eſt.*

F Varius, *videtur intelligi poſſe* leproſus.

g Lauſea, *vulgò* Lazy, *oppidulum verſus Ligerim, aliis forſan* Luccy, *unde Archidiaconatus in eodem Epiſcopatu: eo ſe contulit* ad parentem ſuum, *id eſt, conſanguineum, ſeu propinquum*, ſanctum Scopilionem, *id eſt virum ſanctum, nomine* Scobilionem, *aliis* Scubilionem.

h S. Agrippinus Epiſcopus Æduorum *ſubſcripſit Conciliis Aurelianenſi 2 & 3 anno 531 & 536. At quamdiu ante fuerit Epiſcopus non conſtat. Ejus memoriam & cultum exhibuimus ad Kalendas Ianuarii.*

i S. Nectarius, Epiſcopus Eccleſiæ Auguſtodunenſis, *ſubſcripſit Concilio Aurelianenſi anno 547, quem arbitramur diu ante Epiſcopum fuiſſe. Colitur 13 Septembris.*

i S. Symphorianus, Martyr Auguſtoduni ſub Aureliano, *colitur 22 Auguſti. Eſt modo in urbe Prioratus S. Symphoriani, Ordinis Conventualis S. Auguſtini. Fuitque ibidem Abbas S. Placidus Presbyter, de quo 7 Maji egimus.*

B

k Sagmarius, Saumarius, *equus clitellarius.*

l *Sequentia rejecit Mabilio in Notas, quod in aliquibus Mss. non reperiſſet. Verum quia in omnibus Mss. noſtris eadem reperiuntur, uti & apud Surium, nos ea in textu relinquimus.*

m Cucuma, *id eſt*, Lebes, *ſic dicta à ventris latitudine.*

n Chariulfus, *aliis* Warnulfus, *& Kariulfus.*

o S. Agricola *vixit in Epiſcopatu Cabillonenſi ab anno 532 uſque ad annum 580, uti ad Vitam ejus oſtendimus 17 Martii.*

p *Ms. Bonifon.* Nec mora: ab auribus ſummi Dei exauditur.

q Theodebertus *Auſtraſiorum regnavit ab anno 533 ad an. 548.*

r *Videtur tunc languore ex longo morbo adhuc detentus fuiſſe, quem Gregorius Turon. lib. 3 Hiſt. Franc. cap. 36 ſcribit* diutiſſime ægrotaſſe.

s Aliſe, *antiquis* Alexia, *etiam Iulio Cæſari nota, nunc vicus, à quo* Alexienſis juriſdictio, *vulgo* Balliage de l'Auxois; *cujus primaria urbs* Semurium *ad Armentionem fluvium, prope quam eſt* Aliſe.

C

CAPUT II.

Epiſcopatus Pariſienſis. Varia miracula.

8 *Epiſopum ſe fore prævidet*

CEterum revelationum ſuarum quis ſcrutator introeat, cui, ante quatuor annorum curricula, ipſa Epiſcopatus ſui cauſa non eſt abſcondita? Itaque poſitus in ſopore, inſpicit à quodam ſene claves ſibi portæ Pariſiacæ porrigi. Interrogans quid hoc fieret, accepit reſponſum, ut ſalvas eas faceret. Quod poſt, civitatis ejus Epiſcopo *a* decedente, dum præcellentiſſimo Regi *b* Childeberto occurreret, in ejus electione effectum illa vox promeruit. Ordinatuſque *c* Pontifex qualis quantuſque ſe geſſerit, hoc expedire lingua mortalis non ſufficit: quoniam ſupra hominem fuit omne quod edidit. Denique adeptus gradum curæ Paſtoralis, de reliquo Monachus perſiſtebat. Hinc ſe frequentibus exercebat vigiliis, inde continuatis macerabat inediis: pernoctabat algida ſenectus per hiemem, ſuſtinens dupliciter frigus ætatis & temporis, quod nec tolerare poſſint potulenti juvenes; ſeipſum pene obliviſcens pro victoria corporis, tamquam ſi ſimul acceſſiſſent dignitas & neceſſitas. Quæ vero eleëmoſynæ, tam de rebus eccleſiæ, quam populi oblatione, vel regio munere, per manus Sancti factæ ſunt, ſolus ille qui omnia ſcit, novit & numerat.

a
b

c *id factus, Monachi vitam retinet:*

D

9 Denique quadam vice, præcellentiſſimus Childebertus Rex, cum ei direxiſſet ſex millia ſolidorum pauperibus eroganda, expendens tria millia revertitur ad Palatium: interrogatus à Rege, ſi adhuc reſideret quod egenis tribueret, reſpondit medietatem reſediſſe, nec inveniſſe inopes, quibus totum expenderet. Cui Rex, inquit, Domine, dona quod reſtitit: nam Chriſto largiente quod donetur non deficiet. Incîdens aurata miſſoria, argentea vaſa comminuens, quidquid primum habuit dans Sacerdoti, ne perderet. Erat ergo ſpectanda contentio inter Sacerdotem & Principem: faciebant apud ſe de miſericordia pugnam, & de pietate certamen, theſauros ut ſpargerent, & de ſuis talentis egeni diteſcerent; feſtini ad futura lucra, ut bracteum ſemen ſererent, & poſt meſſores accederent aurolentam per ſegetem; ut Sacerdos locupletaretur Regalibus theſauris, & in Regem floreret gratia Sacerdotis, qui ſuum ſolum hoc credidit, quod nudus aut egenus accepit.

accipit copioſam pecuniam in pauperes diſtribuendã,

E

10 Sed revertamur ad ordinem. Quidam in *d* Exona vico de fiſcalibus famulis, Gildomeris nomine, cum die Dominico quiddam operatus ſit, ita contrahitur digitis, ut unguium acumen partem tranſiret in alteram. Qui Pariſius ſancto Viro occurrit in oratorio: & oratione data, manuque peruncta oleo, ungues de palma retractæ ſunt: digitis redditur organum, & in antiquo officio nervorum tela retexitur: quem Clericum poſt effectum, ut integrum ſalvum faceret, peſte liberavit & crimine. Rurſus quædam mulier, nomine Favonia, in urbe Pariſiaca, per novem dies percipiens nihil præter pulticulam, ore aperto inhians, ſancto Viro oblata eſt: quæ velut ferro oppoſito nulla lege poterat jungere dentes aut labia. Quam in Oratorio ſacro perungens oleo, palpato undique capite, ſine tarditate ſaluti reſtituit. Accidit ut puella quædam, de Domo-Medardi *e*, Meglidunenſis familiæ, ſilans die Dominico, contracta manu damnaretur ſupplicio: qua contacta oleo virtus infudit remedium. Hinc ſtupentes digiti vigorem priſtinum reſipiſcunt, oblitum artis officium reducti articuli meditantur, manus ramoſa diſtenditur, & purgata vitio dextera ſaluti reducitur.

d *ſanat unãgues palmæ infixos,*

dentes & labia diſtenta,

& manum contractam

c

F

11 Recte creditur inferendum illud quoque miraculum. Bobolinus quidam de vico Noviomo, vehementer inimici perva ſus inſidiis, ad hominem Dei vinculis nexus adducitur, rebelli ſpiritu rotatus excutitur, nec laſſatur. Qui exorante ſancto Viro, quaſi de longo itinere ad ſe ſuamque mentem ſeptimo die revertitur: ſic dupliciter liberatus, dum fugit umbra de ſenſibus, catena cadit de manibus, & ſanus redditur & ſolutus. Hoc autem memoriæ jure perpetuo eſt tradendum. Quidam ex Nantharici familia, ſeparatis ab invicem maxillarum juncturis, ore aperto ad ſanctum Virum perducitur: quem ſigno Crucis impreſſo ſanitati redditum, vetuit ne acciperet vini potum aut carnis edulium. Qui præcepto poſtpoſito ad normam ſui languoris ſtatim reductus eſt: ſed ne prævaricantis negligentia Juſto ſubtraheret gloriam, in Spedoteno *f* villa rurſus ei oblatus eſt. Cujus loca maxillarum ſancto perungens oleo, ac beatis manibus mentum adſtringens & labia, Chriſti nomine invocato, concuſſa ſanctis digitis ad ſe junctura revertitur, & ſuæ fidei merito ſalvus domum reducitur.

liberat energumenã:

reducit maxillas diſtortas,

12 Item faber, Ligerius nomine, turbulenti dæmonis arreptus inſania, ita beſtiali feritate prorupebat, ut catenis collo manibuſque revinctus, vix ad beati

liberat dæmoniacum,

A beati viri traheretur præſentiam: inde miſerabilior, ut qui ſuſtinebat ab hoſte violentiam, ipſi adderetur altera pœna per vincula. Quem tamen Sacerdos apud ſe imperat detineri: & ſicut ſeptimo die Deus quievit ab opere, ita & opera Dei tranſacta hebdomada eripitur à dæmone: ſicque in propria redire ſecurus meruit, liberatus ab hoſte. Waddo vir illuſter, conſiliis Regis particeps, typum dupliciter incurrens febris & frigoris, expurgandus ſancti Viri præſentatur obtutibus. Interea hora ſolita febre concuſſus graviſſima, ut refrigeraretur vel aquam inſtanter expoſtulat: qua ſibi denegata in ſancti Pontificis inſoleſcit injuriam. Vir tamen Dei contentus ut obtineret victoriam, oratione explicata, potum ei donans in calida, hominem revocavit ſalutem ad priſtinam, & imminens periculum tali curavit antidoto, febrem curans per calidam.

curat febres,

13 Nec illud eſt prætereundum ſimilis cauſæ miraculum. Reginæ *g* Chrodoſintæ miniſter, Ulfus nomine, typo vexabatur graviſſime. Poſcens ſuffragia medelæ perrexit ad Pontificem: quem vir Dei conſtanter ducit ad baptiſterium: ſed exorante Sancto cœpit affligi gravius, in proximo liberandus. Poſtulat ardens & æſtuans aquæ modicum, ſed negatur: qui fellis amaritudine ſuſcitatus acerrime, balteum ſuum ad Sancti veſtigia projecit clamans: Tu me Domine interficis, cum ſanare debueras; ſed hoc tibi notum ſit, quia per te morior: vita mea à te erit requirenda à Rege vel à parentibus. Interea dum præ calore per Baptiſterii pavimentum volutatur, orante beato viro in ſoporem convertitur; & aliquantulum poſt ſomnum excitatus, ab ipſo in omnem incolumitatem languidus reformatur. Inquiſitus à Pontifice cur tantum locutus ſit ad injuriam Sacerdotis, reſpondit, ſolum ei gratias referens, & nihil ſe de ſuis verbis recordari confeſſus eſt.

negatâ aquâ,

g

B

14 Præcellentiſſimus Childebertus Rex cum equum, neceſſarium ad ſellam, beati viri donaſſet vehiculo; rogat ipſe qui dederat, ut eum ſibi retineret, nec cuiquam tribueret. Interim beatus vir poſtulante captivo equum donat in pretio, quoniam apud Pontificem plus fuit, quam illa Regis, vox pauperis. Jubet igitur ut quindecim eum venumdaret ſolidis: quem pauper ipſe cum duceret, negotiator occurrit, emitque prædictum equum duodecim aureis. Quo empto negotiator adducit ad ſtabulum: ſed quoniam minus dederat quam vir Dei præceperat, equus ſub nocte moritur, ne Sancti verbum iret incaſſum. Unde ſequenti die ſellarem de ſtabulo junctis bubus retraxit emptor mortuum: qui verſa vice capiſtro, non capite, ſed pedibus alligatus, educitur.

donatum à Rege equum largitur pauperi.

C

15 Eſt operæ pretium illud memoriæ tradere, qualiter Sacerdos Chriſti ſolitus erat de ipſis quoque Regibus triumphare. Igitur cum glorioſo Chlodchario Regi occurriſſet ex ſolito, nec tamen de ſancto viro ſtante ante Palatium ei fuerit nuntiatum, mora facta ante veſtibulum, non repræſentatus inde domum revertitur. Sequens nox in oratorio vigiliis ducitur, Rex dolore atque febris infeſtinatione torquetur. Vix primo diluculo ad domum eccleſiæ à Proceribus concurſatur: pœna Regis exponitur, ut ſua viſitatione Regii doloris vim mitiget Optimates deprecantur. Mox apud pietatem injuriæ cauſa poſtponitur: qui ante nec nuntiabatur, intrat honoratus & exoratus Palatium. Rex vix adſurgit de lectulo, cæſum ſe divino flagello conqueritur: adlambit Sancti palliolum, veſtem Sacerdotis deducit per loca doloris: culpam confeſſus criminis, mox dolor omnis fugatur: idque actum eſt, ut cujus incurrera de contemptu periculum, ſentiret tactu ree- t dium.

Sanat Chlotharium R. eo contempto ægrum,

16 In pago Pariſiaco Vico-Novo res geſta eſt. Quidam in eodem loco impetu lupi rabidi laceratus, & extra ſenſum effectus, beato Sacerdoti miſeranter oblatus eſt. Hic ad illa ſuæ artis recurrens ſuffragia, mox brachio olei benedicti liquore circumlito, & ſacris eo digitis medicabiliter attrectato; peſtis illa, quæ viſcera dolore graſſante pervaſerat, loca fugit obſeſſa; & jam putredine reſoluta, vigore priſtino reſtituto, ſine cunctatione velut experrecto de ſopore dolor receſſit, mens rediit. Item de vico *h* Mantola Waldulfi cujuſdem ancilla, anno & novem menſibus gravi cæcitate percuſſa, per ſoporem admonita ut fimbriam Sancti ſi tangeret, mox viſum reciperet; die quadam Sacerdoti occurrit; ſed multa nocte circumdata, ita conſtrictis luminibus, ut unde oleum benedictum injiceret, luminis aditum non præſtaret. Tamen peruncti palpebris deſuper & locis reliquis capitis, oratione data, pane & ſale ſignato, mulieri præcepit ad manſionem ſe condere. Ipſe à primo ſomno in oratorio pervigil, circa medium noctis mulier clamat hoſpitem, ſe lacrymare profuſe. Tum accenſo lumine, ab oculorum compage cernit manare ſanguinem. Quæ cum eodem cruore ad Sanctum rediit, ſed ipſe cum aqua palpebras fovens & abluens, orationibus additis, oculus unus aperrus eſt: deinde altero peruncto, mulier domum revertitur. Dehinc eâdem ſub nocte nimium fuſo ſanguine, appropinquante die, Sacerdoti ſe obtulit: qui cum de Regis occurſu domum reverteretur, ingreſſus in oratorium ſtatim mulieri alter oculus aperitur, & præſtante Domino gemello ſe videre lumine gratulatur.

A. FORTUNATO PR. EX MSS. *& à lupo rabido vulneratum,*

h

cæcam illuminat,

E

17 Magnofledis puella, cum talibus decepta illuderetur inſidiis, ut quoties ad eccleſiam voluiſſet accedere, greſſum facere non valeret; Servo Dei in villa Savara præſentata eſt. Confeſtim ut Sancti manus ſuper caput puellæ titubantis imponitur, tali inveſtigatione occultus hoſpes detegitur, & ſe diu latuiſſe multo gemitu confitetur, nec in Beati præſentia clamat proprio ſe poſſe celare præſtigio: ergo ita ſe proditum & egreſſurum gravi ardore conqueritur. Interim non ceſſante Sacerdote manu Crucis ſignum depingere, ſpectantibus omnibus in muſcæ ſimilitudinem prorumpens, cum ſanguine de naribus mulieris inimicus egreſſus eſt. Quam ſanitati reſtitutam, Monachali veſte mutatam, Dei ſervitio traditam, bis triumphare fecit, hoſte victo & ſeculo. Quid illud quod ſine mora curavit debilem dexteram? Cum ad feſtivitatem S. Martini Turonis acceſſiſſet, egreſſo de monaſterio offert ſe mulier barbara, manu nervis contracta, poſtulans medicinam. Quam ſub caſulâ receptam, ſuo ſputo illitam, velut ſparſum farinæ collectum commacerat. Hinc reſudante dextera digitos tendit & replicat, torporem veteratum ad vivacitatem reſuſcitat; & priuſquam veniret ad B. Martini januam, digitis ſuis extenſam reddidit incolumem dexteram quam mox ſentiens eſſe directam, mulierem à ſe repulit, ingreſſus Baſilicam. Deinde egrediente de prædicta Baſilica, cum ſe ad manſionem ſervus Dei reciperet; offert ſe manca, alterâ palmâ digitis affixâ, quæ prius tacta de ſalivâ, dehinc oleo peruncta, priſtinæ ſanitati de præſenti eſt reddita: nam cauſas infirmitatis hoc erat ſancto viro curare, quod tangere.

energumenam liberat

i

F

curat manum contractam.

ANNOTATA.

a *Quis deceſſor fuerit controvertitur. In Aimoini editione Hanovienſi, lib. 2 cap. 18, citatis hujus Vitæ verbis additur*, Euſebio nomine, *ſed hoc deeſt apud Andream du Cheſne Tomo 3 Scriptorum Hiſtoriæ Francorum. Meminit*

A. FORTUNATO PR. EX MSS.

alicujus Eusebii Episcopi *Gregorius Turon. lib.*10 *cap.* 26, *sed hic Regnemondo S. Germani successori subrogatus fuit circa annum* 595. *Verum S. Clodoaldus, filius Regis Chlodomeri, ab Episcopo Parisiensi* Eusebio *Sacerdos consecratus, videtur exigere alium seniorem* Eusebium, *quod* 7 *Septembris poterit in hujus Vita accuratius discuti.*

b Childebertus, *Chlodovei filius, in tetrarchia factus Rex Parisiorum, vixit usque ad annum* 558.

c *Quia Concilio* 3 *Parisiensi interfuit anno* 556 *aut sequenti celebrato, hinc assequimur initium Episcopatus.*

d Exona *vulgo* Essone, *prope* Corbolium *satis notum ad Sequanam* 7 *leucis distat Parisiis, Mabilioni*, de Medardi Meglidunensis familia: *sed monuit Castellanus, & ab urbe Leucis ad Matronam esse villam* Dammart, *quæ hic potius significetur, nec id obstare quo minus mulier fuerit familia Melodunensis.*

e Melodunensis, *est autem* Melodunum *vulgo* Melun *oppidum ad Sequanam supra Corbolium.*

f *Aliis* Spedenoto, *vulgo* Espone, *in Equilina sive Yvelina regione*, 10 *leucis infra Parisios.*

g Chlodosinta, *Gregorio Turon. lib.*4 *cap.*3 Clotsinda, *filia Regis Chlotharii, nupta postea Alboino Longobardorum Regi, hinc per prolepsim* Regina *appellatur.*

h Mantola *vulgo* Maule, 10 *leucis ab urbe; non autem vicinum ibidem oppidum* Mante, *aliis* Medunta, *in Vexino Francico ad Sequanam.*

B i Savara *vulgo* Seve, *olim* Sevre, 2 *leucis infra Parisios, prope* Mendòn *castellum, unde etiam una ex largioribus civitatis plateis nomen habet.*

CAPUT III.

Pluribus varie ægrotantibus collata sanitas à B. Germano.

Energumenos liberat, a

18 ERat sane mirabile, quoties famulus Dei ad Augustudunum voluisset accedere, mox ad S. Symphorianum dæmones nuntiabant; & occurrentes per a Murvinum, fletu gemituque clamabant; Vir sancte, si de locis cultis nos inconsideranter repellis, vel habitare concede silvarum per solitudinem, ut liceat miseris per deserta securos errare: ante tuos oculos nec corpora nos celant, nec nemora. Qui deflentes & Sancti non tolerantes præsentiam, admotâ ejus dexterâ de obsessis corporibus passim vertebantur in fugam, & de salute populi projecta dæmonia lamentabantur.

& carceri inclusos: C

19 Producatur in medium nobile illud miraculum. Cum regrederetur Pontifex de S. Symphoriano, Castello Avallone iter agens, ingreditur, ubi reorum multitudo tenebatur ergastulo. Hinc à Nicasio Comite invitatus ad prandium, vir Dei cœpit de misericordia habere colloquium: ut datis fidejussoribus laxarentur de vinculo, & partem culpæ cederet pietatis intuitu. Quod ille facere distulit obstinato spiritu: unde antequam perpranderet, se de mensa Sanctus proripuit, & carceri subterraneo superjectus diutius oravit cum fletu, ut divino conferretur auxilio, quod à temporali judice non esset obtentum. Sic cursus ille lacrymarum per aëra surgit in cælum, & gemitus pervenit ad votum: itaque deputatur Angelus ad effectum. Dehinc vir venerabilis spem promittens, inclusos hortatur: nec perdit sermo quod loquitur; fides gestis impletur. Eo discedente mox catenarum bacæ franguntur, vinctæ januæ reserantur, dies in carcerem reducitur, damnati de tenebris in lucem procedunt, nec diutius pœna tenuit quos torqueret. Sic erepti, Parisius occurrunt Pontifici, qui periclitabantur inclusi: sed ut culpabilibus aliquid plus conferret, à Rege quidquid fisco pro his debebatur obtinuit. Dehinc ad sanctum virum Nicasius cum vellet occurrere, & jam præsentatus, mox gravissimo casu in terram prostratus est; & pene omnibus salutis destitutus solatiis, ipso Sancto intercedente, homini desperato virtus & sensus regressus est. Mox balteum quo cingebatur & spatam pro munere B. Germano contradidit: quod ipse Comes dato pretio post redemit. Id actum est, ut quod prius incarceratis concedere distulit, hic duplicato fœnore debitor compensaret, & aucta dote damna sarciret, prius pro eis differens, post & se ipsum redimens. Ante non illis pius, modo & de se trepidus, didicit casu proprio ærumnis succurrere alienis. D

& obstantem captivis punitil sanat:

ursos segetē vastantes interficit: b

20 Prorsus illud stuporis retexatur in pagina. Eunte sancto Viro ad beati Martyris Symphoriani occursum, dum de vico *b* Cervedone in Murvino progreditur, habitatores loci occurrentes suggerunt, ut segetem Panitiæ mulieris viduæ, nihil habentis residui, quæ ab ursis vastabatur, visitare præciperet, & sancto suo adventu repelleretur incursio. Qui concitus ministris irridentibus ad locum perducitur, & oratione data desuper fecit signaculum. Hinc instinctu divino in parentales bestias feralis ira succenditur, odium nascitur in affectu, in pace pugna committitur. Furore bestiæ bis armantur, statim præfocatur unus ursus ab altero; & ipse qui restiterat dum vellet foras egredi, sepis palo transfoditur. Sic utrique vastatores uno momento perimuntur, & ipsi sibi confestim arma mortis effecti sunt. Post ipsi redeunti mulier pelles ursorum obtulit ex studio, & quasi victori suo repræsentat spolium; quod tamen omnino ipse recusavit accipere: & qui prius riserant, pœnitere ceperunt videntes miraculum. E

cæcam illuminat,

21 Et quoniam de Dei dono non debet esse fastidium, illud etiam breviter ducimus explicandum. Beretrudis quædam mulier, Munsunthi matrona, dum tempore Letaniarum præcæcatis oculis non posset ire cum populo, audiens chorum psallentium, cum lacrymis Domni Germani implorat auxilium. Tertia sequenti nocte per soporem visus est ei Vir beatissimus adstare prope lectulum, & quasi cæcis oculis feciste signaculum. Evigilans mulier marito narrat quæ gesta sunt. Mox stillante sanguine dies oculis redditur, & diuturnum post nubilum lumina sereno radio micuerunt. Clarescente quoque die ad Missam cum populo progreditur mulier in processu, ita ut sancti Viri sic vîsa per somnium esset imago remedium. F

mortuam resuscitat:

22 Adest nec minus laudabile reddita vita infantulæ. Cum in Turonico illustris viri Pienti matrona depositæ filiæ lamentaret extrema, & obseratis oculis nec anhelitu mobili respiraret infantula, ad sancti Viri præsentiam tota committit præsidia. Qui per Missum invitatus, quantum valet ad conclamatæ puellæ cadaver properat. Exceptus multis fletibus, deplorante familia, appropinquat subsellio, quo jam rigebat infantula. Cælo vim facit questibus. Fere transacto inter hæc unius horæ spatio, mobili singultu flatus puellæ reducitur, viscerum vitalis calor per membra diffunditur, dehinc paulatim animata potum poposcit, ut biberet. Tunc à beato Viro pane signato vel calice degustato, infantulæ revocatæ de funere totum vertitur in salutem: quæ post in monasterio B. Radegundis felicioris vitæ terminum consummavit.

Dominica violata punitum sanat: c

23 Quidam Clericus de juxta monasterium B. Silvestri in *c* Ternodorensi, cum die Dominica, ut loquimur ex consuetudine, caligas circinasset, debilitatem manuum vel pedum incurrit. Sed de B. Silvestro gressus recepit officium, per soporem admonitus occurrit S. Germano, poscens salutis compendium: à quo interrogatus, causam culpæ confessus est.

A est. Tum imperat Clerico ut clamaret per populum, ne quis temere die operaretur Dominico. Quo quinto die transacto, superfuso oleo debilis palma dirigitur, & ad propria eundi cum libertate dimittitur. In pago *d* Amonienſe quod geſtum eſt replicetur. *e* Rotegiaco, villa Pariſiacæ Eccleſiæ, ſeptem ei viri debacchantes oblati ſunt. Quibus curatis, unus qui graviore vexabatur ſpiritu, cum exire cogeretur, homini Dei profeſſus eſt, expulſo ſe de illo loco gravem lamentationem Pariſiacis facere. Tunc fugata peſtis, de ſancti viri Germani tranſitu famam fudit per populos, & Paſtoris pro obitu gregem movit in fletum: qui tamen energumenus etſi ſeminavit mendacium, expulſus non defendit obſeſſum.

7 energumenos liberat:

ſanat paralyticum unum,

24 Et quia Iuſti opera creſcere cogebant miracula, item in prædicto loco offertur ei paralyticus, membris diſſolutus, carpento ſubvectus, greſſu deſtitutus & actu: quo ſanctificati olei liquore perfuſo, cum cutis ſumma tetigiſſet, vigor medullas introiit. Dehinc redivivæ manus ad uſum mobilem redeunt: thorax pectoris vitali appulſu fit fortior, genuum columnaris imbecillitas roboratur, plantæ B ſolidatis baſibus ſubriguntur. Inter hæc tota membrorum fabrica reparatur: qui ſanitate recepta, redeunte ſancto viro occurrit in itinere præparato exenio, gratias Chriſto referens de reddito corpuſculo. Nec hoc prætereundum eſt, qualiter ſimili merito claruit virtus in altero. Igitur Emmegiſilus de vico f *f* Bucciaco, quidam puer admodum parvulus, membris paralyticus, in ſella Pariſius ad ſanctum Virum manibus bajulantium delatus eſt; nec dextera vigens mobili, nec planta ſurgens ſtabili, nec lingua ſonans volubili, totius debilitatis marcore captivus, quodammodo ſine naturæ ordine in rerum natura præfuſus. Quem Sanctus continuatim per triduum ſacro liniens oleo, ſanitati reſtituens uno ſub momento, voce, manu, veſtigio; cunctos ſtupor amplectitur, clamor in cælum educitur, omnem artem medicorum ſanctum ſuperaſſe Germanum.

& alterum.

curat manum contractam,

25 Item de eodem vico Bucciaco quædam occurit Pariſius, ita manu contracta, ut ungium acumen palmâ foraret in intimam. Qui tantum oris ſui ducta ſaliva pollice, nervorum diſtentionem, manus reformat imaginem. Retinet ejus laureas & pagus Bituricus. Igitur Paſtor bonus cum de vico *g* Novigento ad Vicum-Novum viſitandi gregis cura ſolita perveniſſet; offert ſe quædam vetula, annorum g C bis quaterna gerens in cæcitate curricula: cujus ſuper oculos ſignum noſtræ redemptionis Sacerdos imponens, imperat ut ſequens iret qua Pontifex pergeret. Altera quoque die, cum prædicta occurreret ei ex improviſo, ſanguinem manantem de lumine largo fonte ſalutem ſuam oculi lacrymabant: quæ inter reliquos adſtante ſancto Viro conſpicitur. Qui tollens ſe de confeſſu, mulierem utpote cæcam trahit in diverſorium, quo ſibi erat cubiculum. Cujus lumina aquâ tepidâ ſuis manibus abluens, diem refudit in oculis. Quæ mox lucem inſpicit, ſancti Viri digitos inſatiata gaudio ſuis immerſit faucibus, pariterque miniſtris compunctione deflentibus, videre ſe hominem, qui cæcis pro pecunia in domo lumina diſpenſaret. Sed hæc in cubiculo præſente me geſta ſunt.

illuminat cæcam octogenariam,

ſanat plurimos ægros,

26 Cum ad poſſeſſionem Eccleſiæ, quæ dicitur Inethe, Sacerdos accederet; quidam ei ſit obvius, conquerens de quadam villa ſe ſolum incolumem eſſe, univerſos vero accolas gravi tædio laborare. Cujus eulogiis ad infirmos portatis, ſtatim ab ægrotis languor omnis fugatus eſt, & primo guſtu eulogiarum morbus cum pane conſumptus eſt. Sic fuit ab illa turba cum eſca ſanitas manducata. Item cum Pariſius ad *h* Baſilicam beatæ Crucis vir Dei procederet; mulier parvulum in albis, ultimo flatu palpitantem & jam migraturum, ante ſanctum expoſuit, dicens: Pie pater, ſi velles ad lamentantem reſpicere, mater flebilis non orbarer; neque hinc diſcedere malles plenam gemitu, vacuatam de fructu: & niſi feſtines ſuccurrere, vides infelicem extorquente morte rapi natum ab ubere. Aut filium reſtitue, aut pariter cum ipſo funeraturam me obtine. Indulge Paſtor miſeræ, quam ſuus dolor facit audacem. Qua flebiliter poſcente, mox ut Beati dextera ſupra exſpirantem ſignum Crucis impreſſit, quaſi vigil de ſopore lac matris expetiit, qui jam frigebat in funere. Ita momento temporis filius de mortis fauce, mater tollitur de mœrore. Hinc circumſtans populus ſtupore concutitur, fragor in partes attollitur, gratias Creatori referentes de præmio, tempore Sacerdotis præcipuo, à quo morbis jugiter & mortibus imperetur.

A. FORTUNATO PE. EX MS.

h

& infantē moribundū,

27 Deinde accedente in *i* Bradeia, vico pagi Pariſiaci, Miſſa celebrata, ei in ſacrario cathedrâ deportata offertur paralytica, univerſorum membrorum damnata gerens officia, nullum vigorem retinens plantæ vel dexteræ. Mox habens in eo fiduciam, qui dona ſibi larga præſtabat, eam ut vitalis olei benedictione ſuperlinivit, ſtatim morbus excluditur, ſalubris vigor illabitur; recreatiſque viſceribus melius renaſcitur ſaluti, quam germini; plus acquirens ex munere quam ſumpſiſſet origine. Ita ut ſuis poſtea manibus tunicam Sancto faceret, quaſi acquiſitæ tributaria medicinæ. Traditur memoriæ quod juvat in laude. Itaque Audegiſilus, Major domus Regiæ, cum quartano typo graviter ageretur, occurrit beato Viro, fidens de beneficio. Homo Dei in ſua cella deputat, & cum uno Diacono reſidere jubet incluſum. Tum anxius & jejunans miniſter quid faceret excogitat trepidus, unde curaretur infirmus. Idcirco febricitantem virum, Dei ſervi *k* rachena undique obvolutum, componit ejus in lectulo. Eâdem quoque die, tactu veſtis nobilis, quaſi impetu fluminis, ita quartanæ febris ignis omnis extinctus eſt. Et redeunte de prandio, reſerato cubiculo, ſanus ſurrexit è lectulo; exultante miniſtro pro ſanitatis præmio, tunc ſibi reſoluto jejunio. Sic tactu Beati veſtis ſalutem operatus eſt abſens.

i

item paralyticam,

E

& quartana vexatā:

k

ANNOTATA.

a Murvinum, le Morvant, *tractus Burgundiam à Nivernū dirimens.*

b Cervedo, Cervoa, *vicus prope Corbiniacum, vulgo* S. Leonard de Corbygny.

c Ternodorenſis tractus *in Burgundia, vulgo* Tonnerre *extenditur uſque ad Reomaenſe monaſterium à cujus primo Abbate S. Ioanne vulgo appellatur* Monſter-S. Jean. *Hujus Vitam dedimus* 28 *Ianuarii, & S. Silveſtri* 2 *Abbatis* 15 *Aprilis: In Vita dicti Ioannis num.* 17 *lib.* 1 *aliquis* Nicaſius *nominatur, cui* Avallenſis oppidi regendæ Reip. fuerat cūta commiſſa. *Sed is fuit multo ſenior* Nicaſio Comite *ſupra relato num.* 30.

d Moſny *in Bria.*

e *Etiam hic locus Burgundia eſſe videtur Caſtellano, adeoque diverſus à* Rongy *ſeſqui-leuca dumtaxat Pariſiis, nec tamen creditur eſſe* Roſoy, *antiquis* Roſetum.

f Boiſſy *prope Pariſios, quod Caſtellanus æſtimat rectiuſcribi poſſe* Buſciacum.

g Novigentum, *Silvæ Vincenenſi.* Vicenne, *proximum: à quo non longe diſtat* Villa-nova S. Georgii, *quo ex pago Biturico venerat cæca. Ita Mabilio: Caſtellanus monet vulgo* Neuvy *dici.*

h *In Vita S. Droctovei* 10 *Martii illuſtrata, num.* 9

dicitur

A. FORTUNATO PR. EX MSS.

dicitur crux aurea *à Rege Childeberto delata ad eccleſiam S. Vincentii à ſe conſtructam, nunc S. Germani in ſuburbio Pariſienſi, quæ hîc intelligitur, & dicitur Aimoino lib. 3 cap. 2.* Eccleſia ſanctæ Crucis ſanctique Vincentii.

Bradcia, *vulgò* Brie-Comte-Robert, *in provincia Bria: ſed dubitat Caſtellanus an non potius legi debeat* Bundeias, *ut ſit* Bondis *duabus ab urbe leucis, antiquius* Vungejæ.

k Rachonna, rachena, rachina, *operitorium lecti, Papiæ* ſtrata lectorum, *& ita ſumitur in Vita S. Ioannis Eleëmoſynarii 13 Ianuarii num. 52. Conſule ibi Annotata litt. c.*

CAPUT IV.

Sanitas aliis ægris diverſimode collata à S. Germano.

28 EXequamur itineris accepti viaticum. Itaque cum Pictavis vir Dei ad beatum Confeſſorem proficiſceretur Hilarium *a*, quædam Baudoſeifa, de Sene-Corbiaco *b* villa, inter duos vix advecta, ei repræſentata eſt, quæ erat muta, claudа vel manca. Lingua rigebat immobilis, anhelitu palpitante pars erat tota de funere, ut videntibus oculis reliquum eſſet cadaveris. Super quam miſericorditer ut ſignum ſacræ Crucis expreſſit, confeſtim omnis vigor per membra diffunditur, venarum fluxuoſi rivuli ſuſcitantur, nervorum imbecillis ſtupor excutitur, naturalibus motibus ad vitalem uſum tota fabrica renovatur: mox linguæ plectrum reſolvitur, digitorum glomi tenduntur, pedum baſes ſolidantur, totamque viſcerum molem hoc fuit apud Sanctum vivificare, quod tangere. Quæ convaleſcente medela, tertia die, ad civitatem, Sancto gratias referens, ſuis occurrit veſtigiis.

a

b

B *Sanat mutam & claudam.*

29 Operæ pretium creditur etiam illud inſerere curationis præconium. Pago Vindocinenſi Vir beatus dum præteriret, in *c* Ranſidonem manendi gratia declinavit; ubi tantum robur benedictionis invaluit, ut ſtipulam lectuli in quo Vir ſanctus requievit, quiſquis fideliter abſtulit, donum medelæ portaverit, & de ſemine paleæ frugem meteret medicinæ. Reddat hîc teſtimonium nobilis facti urbs Namnetum, quo vir Dei accedens, religioſo admodum exceptus obſequio, occurrit ei Tecla, Damiani matrona, hominis prompti negotiis, ſupplicans ut virum ſuum aut ipſe Paſtor, aut miſſi ſui requirerent. Quo quia ipſi fuit acceſſus difficilis, cum Chriſmariis ſuis Diaconum direxit. Qui percurrens ad hominem, ut ſibi juſſum fuerat, infirmi viſcera tangit. Altera die exoratus ipſe Sacerdos accedit ad debilem, qui duplici ſub tortore, hinc preſſus valetudine, inde podagræ vulnere, cruciabatur homo miſerandus procaciter. Tum Sacerdos Altiſſimi infirmum oleo benedicto perunxit: eo momento debilis, ſtatim manibus directis, longinquo de languore greſſu ſolidato proſilivit. Sed ut duplicaretur in una domo myſterium, & quæ præceſſit in patre medela, perveniret ad prolem; habentes filiam offerunt ei, nomine Mariam, cæcam, ſurdam, & mutam. Exponunt vivum cadaver ante Sancti veſtigia, dicentes: Bone Paſtor, adhuc quod huic languidæ medicinæ reſtat impende: nam tibi credimus reſervatum, unde teneres præconium, ut reſtituta familia acquirat à Sacerdote quod amiſit de germine. Tunc pietas inſignis advocatur in lacrymas: mox ad militiæ ſuæ belliger arma convertitur, & ad obtinendam victoriam preces offert fortis orator. Tunc Vir beatus ſurgens ab oratione, oleo benedicto loca perungens capitis, in Trinitatis nomine trino depulſo languore,

c *varios morbos ſtipula lectuli,*

podagricum oleo ſacro,

C

cæcam, ſurdam, mutã,

ſtatim patefactis aurium oculorumque meatibus plaudentibus univerſis muta loquax effecta eſt. Quo facto negotiatores civitatis Namneticæ, quiſque ſui remedium, pecuniam, ut potuit, ſancto Viro, diſpenſandam pauperibus, devote vel obtulit vel direxit.

D

30 Leudegiſilus vir illuſter, juxta quod ipſe profeſſus eſt, cum aliquis ex familia ſuæ domus incurreret typum cujuſcumque febris, aut aliquid frigoris; lavans illas litteras quas in ſubſcriptione manus Sancti depinxerat, quamplures ſuos hac medela ſaluti reſtituit. Breviter his perſtrictis proſequamur ex reliquis. Chuſinus quidam, incongrue dum die Dominico equo curam impenderet, miſſa manu in vulnere digitus ejus intumuit. Hinc graſſante fervore tota pars brachii relaxatur putredine. Qui per Belſam *d* Sancto itinerante, ut ad domum ſuam diverteret precibus fuſis obtinuit. Mox ejus brachium vir Dei aqua calida confovit: inſuper oleo benedicto perungens, ſuperpoſitis caulis foliis mirificus medicus alligavit. Sic quidquid inerat ulceris, pretioſa cura reſtinxit: poſt ipſe gratias referens ſancto Viro occurrit, tali curatus malagmate. Item ſervus Eccleſiæ, Libanius nomine, die Dominico ſepem inconſulte dum clauderet, manus ei contractæ ſunt ultione præſenti: qui ad ſanctum Virum Pariſius morbo caſtigante percurrit: quem olei benedicti liquore perfuſum, ac myſterii potius unguento reſperſum, addita oratione incolumitati reſtituit.

febricitantes.

d *brachium inflatum,*

manum contractam,

E

31 Per ſingulorum compendia currant rerum miracula. Namque Andulfus, Eccleſiæ Pariſiacæ Clericus, dum *e* die Reſurrectionis in vineola ſua nuces ab arbore excuteret, pro eo quod operatus eſt in die illuminationis, cæcitate percuſſus eſt, & vultu tenebroſo perſtitit anni ſpatio. Dehinc Pontifici oblatus, & ſancto unguine perfuſus, diei rurſus reddidit, & Sacerdotis ſerenum purgavit Clerici nubilum: ſic quidquid miniſter amiſit, medicabilis Præſul obtinuit. Et quia creſcunt genera miraculorum per tempora; cum Regi præſentandus Vir beatus occurreret villa Roteïaco, Clericus ei nequitiæ ſpiritu vexatus adducitur. Unde expulſo adverſario videntibus circumſtantibus, velut avis parvula de capite energumeni, umbra fugata egreditur. Quam dum reliqui per domum volitantem inſequerentur, ipſe Sanctus ſuis eam contrivit veſtigiis: & cum pede comprimeretur, converſa eſt repente fallax in ſanguinem; geminato præconio, ut nec calcaretur, & ſui caſus indicio multifarius artifex fieret ſanguis, reus ſanguinum. Producat pagus Oximenſis *f* inter noſtra quod ſuum eſt, ne teneatur in obſcuro poſteritati res luminis. Siquidem Vir ſanctiſſimus ad villam *g* Taſiliacum cum declinaſſet itinere, offertur ei mulier cui duplex morbus erat, inde vetuſtas, hinc cæcitas. Salutem deprecari verbis trementibus incepit: qua ſupplicatione motus ſenis mulieris & debilis, oratione præcedente, oleo ſuperfuſo, lucernæ oculorum reddunt luminis radios, & datis ſpecularibus tenebræ fugerunt. Qua illuminata Deo reddentes gloriam, per quem Chriſtus operatur, adſtantes S. Germani præconati ſunt merita.

e *illuminat cæcam.*

energumenum liberat,

F

f *cæcam curat,*

g

32 Dinumerandi ſunt morbi, ut prædicetur fons medici. Daningus Ardulfi filius, ita capite, oculis, & totis hydropis morbo tenſus erat viſceribus, ut in utris ſimilitudinem quaſi totus venter eſſet, penetratisq; vitalibus velut vitrũ perluceret infecta cutis intrinſecus. Qui à medicis deſperatus, ab Beati confugit extrema ſorte remedium. Quem mox veſtibus exutum, & ſacris manibus perunctum, hydropis incluſus liquor liquore conſumitur, & aqua infuſione olei deſiccatur. Sic modo admirabili nec humor foris egreſſus eſt, nec intus languor retentus eſt, arte prædicabili humorem ex humore ſiccari. Item cum

& hydropicum.

ad

A *item cæci,* ad Basilicam beatissimorum Gervasii *h* & Protasii vigilaturus accederet, quidam cæcus instítit misericordiam postulans. Cui vir Dei præcepit, inter altare & Sanctorum Reliquias ut jaceret. Quo peracto, primo diluculo mox super oculos signum Crucis intulit, lux effulsit: & totus labor medici curam, virtute sanctæ Crucis, impendit.

& pro sui contemptu immobilē, 33 Mulier de Oximense, petens redemptionem à sancto Viro, [nescio] qua sorte, nihil accipere meruit. Dehinc Britannum Presbyterum, pro infirmitate Rectoris patriæ suæ, benedictionem prædicti & Reliquias expetiit: qui iter suum egrediens, mansionem in villa, qua prædicta mulier habitabat, obtinuit. Quā maritus allocutus est, ut sicut alii, & ipsa ad Reliquias domni Germani occurreret: quæ despexit, pro eo quod ei sanctus Vir redemptionem non dederat. Sed statim in loco quo stetit, velut fixa stipite, gressum movere non potuit: manibusq; contractis, ad Reliquias Sancti, manu mariti portata est. Inter hæc dicti pœnitens, miserante pio viro saluti reducta est, confitens ejus despectu sibi repentinum accessisse periculum. Et quoniam suo merito semina salutis per quæque loca dispersa sunt; contigit ut venerabilis Flameris Abba de Cainóne *h* Turonico, manu B. Germani subscriptam accepisset epistolam: qui cum suum Monachum per duos annos febribus decubantem ad lectulum visitaret, requirit infirmus unde venisset pagina. Respondit Abba, à Domno Germano sibi fuisse directam. Quam petiit sibi porrigi: qui de subscriptione ejus linguâ detergens litteram, salus descendit in viscera, & atramenti pictura cuncta vicit unguenta. Unde approbatum est, languido recuperato, ut dicamus communiter, de Sancti subscriptione sibi salutem linxisse.

B *rursus febrim,*

h

& moribundum:

mulierem agram, C

l

& pro sui contemptu immobilē, Sancti sibi dignanter porrigi, ita incipiens alloqui: Domne, tu me revocasti longo-euntem itinere. Statimque obtulit sacculum plenum pecunia & baltheum ampli ponderis, quos pauperibus erogaret mercedem vitæ vel gratiæ. Pergens Augustudunum Vir sanctus, Rotagiaco dum pervenit, comperit ab Abbone quosdam retrusos in carcere. Igitur pro absolvendis supplex Tribuno suggerit, sed ille durus non annuit. Hinc ipse cauto consilio dum dicit se campum circumire, currit devotus ad carcerem. Itaque ad exorandum provolutus sternitur, ibique tempore nocturno catenæ discussæ sunt, validus tormenti rigor ad fragmenta redigitur, sera gravis illiditur, postis cardine vellitur, feralis carcer recluditur, damnati ad vitales auras quasi redeunt de sepulcro. Ita fit ut ei Rotagiaco matutino tempore ingressi occurrerent: & qui Sancto non præstitit, pro absolutis reis, Tribunus, reus effectus est.

A. FORTUNATO Prex Mo.

captivos liberat.

ANNOTATA.

a *Vitam* S. Hilarii *illustravimus ad diem* 13 *Ianuarii.*

b *Vulgò* Secorby. c *Vulgò* Rausce.

d Belsa, la Bausse. e *Id est die Dominicâ.*

f *Nomen habet hic pagus à veteri* Oxyma, *vulgo* Hyesmes.

g Tasiliacum, *vulgo* Taillac.

h *Vulgo* S. Gervais, *una ex præcipuis Urbis Parisinæ Parochiis, cujus propylæo nullum elegantius opus nec in tota quidem Italia vidisse se notat Castellanus; assurgit autem triplici columnarum ordine, Dorico, Ionico, & Corinthio.*

i *Vulgò* Chinòn *en* Touraine, *supra Ligerim fluvium, alii perperam* de Canone.

k Charroy *in tractu Vastinensi*, Cariacum, *vulgo* Cheré.

l *Ita Mss. S. Maximini & alia apud Mabilionem: at vox* revocata *deest in aliis Mss. & apud Surium. De ea pharsi pluribus agit Mabilio, arbitrans significari diem festum recurrentem, ipsi dicatum.*

E

CAPUT V.

Episcopi ordinati, gloria virtutum & miraculorum, felix obitus.

36 IGitur cunctorum saluti semper instans solicitus, cum Bituricas accessisset pro ordinatione *a* Felicis Episcopi; prædicante Sacerdote, Sigericus quidam Judæus, fidei Sacramento percepto, conversus est, habens in Judaïsmo Mammonam nomine conjugem. Quæ cum de conversione nec mentionem reciperet, & per missos Beati admonita refugeret, facta ab eo vigilia Doctor ipse profectus est. Quæ cum beatum Virum nec visu vellet intendere, cantato Cursu Tertiæ, manum suam Pontifex ad mulieris frontem dignanter admovit, pietatis ex opere. Statim à circumstantibus de mulieris naribus scintillante igne fumus egredi visus est, ut cunctis clarefieret, ejecto insidiatore, mulierem usque tunc illum saluti suæ repugnasse per obsidem. Tunc exonerata inimici fasce, respirans confessa est, numquam se prius faciem beati Viri potuisse conspicere. Qua petente ac precante, effici Christiana cum propria domo promeruit; & quasi capite subdito, exemplo ejus multi Judæorum conversi sunt.

a

Bituricis consecrat Felicem Episcopum.

F

Iudæi uxorem obstinatam convertit.

37 Decet hîc illud inseri, qualiter peregrinula sit revocata lux oculi. Itaque pergens Augustudunum pro ordinatione *b* Syagrii Episcopi, huc inter reliquos cives Florentinus illustrer pio consensu delatus est, habens nævū in oculo, speciositati derogans aliquantulū, ne florens haberetur in vultu. Interea dum laudes acclamantur Episcopo, à quodā ignorante ex improviso percutitur eodē in oculo; evulsuq; deloco, cœpit supra maxillā dubio pēdere cū visu. Qui cursu præ-

b

Syagrium Æduensem ordinat: sanat oculum evulsum,

præpovero ad B. Germanum cum clamore proſequitur, multa ipſe concrepitans, ut loqui ſolet calamitas. Tunc S. Germani manu lumen in locum reducitur, & ab eo ad B. Symphorianum dirigitur: qui pro ipſo tam diu vigiliis inſtitit, donec amiſſus oculus, purgata priſtina macula, addito beneficio integrior redditur; & melius redit poſt vulnera, quam quod natus fuerat per naturam. Qui *c* Florentinus deinceps Mataſcone ordinatus eſt Epiſcopus. Quanta vero fuerit virtus ejus ſignaculi, adeſt inter reliqua res iſta teſtimonii, quæ producitur in ſequenti. Cum de Baſilica S. Martini *d* ad villam ſanctæ Eccleſiæ Severiaco recurreret, adjungit in itinere quemdam Amantium juvenem, quem deprehendit à Judæis duci nexum in ferreis. Requiritur quid fecerit. Puer reſpondit veraciter, ob hoc duci in vinculis, quia ſe recuſaret legibus ſubdi Judaïcis. Tunc diſſimulabant cum clave Judæi vincula ferri reſerare. Facto à ſancto Viro deſuper Crucis ſignaculo, mox ferri ſera revellitur, atque puer illæſus abire jubetur.

A. FORTUNATO PE. EXMS.

ſanat oculũ evulſum,

c

d

ſigno Crucis ferram revellit,

& peſſulum reſerat.

38 Itidem cum Pariſius ad Baſilicam SS. Gervaſii & Protaſii orandi causâ procederet, ianuis obſeratis ingreſſus illi negatus eſt. Tunc requiſitis clavibus, nec ipſis aperientibus, ſic reſeravit peſſulum, facto Crucis ſignaculo. Stupor animos invaſit præſenti miraculo, aperiri de virtute, quod clave duce non potuit. Hæc quoque veneranda præſente me geſta ſunt. Et quia beato viro nullum obſtitit metallum, cum ligna, ſaxa, ferramenta ante ipſum ſoluta ſunt; accidit una dierum Pariſius, orationem cum daret ad oſtium carceris, ſequenti nocte truſis apparet lumen in carcere; viſus eſt eis admonere quod foderent, ut foris procederent. Qui dicentes ad invicem Dominum Germanum ſe vidiſſe, & ſigna ſinguli referunt; inventa coſta de pecude, fodientes amovent lapidem, & prædicto amico Dei occurrunt ad eccleſiam matutino tempore, cum rediret ad requiem. Sic multis cauſa ſalutis fuit imago Pontificis, & ad vicem B. Petri dedit noſtri Sacerdotis ipſa figura remedia.

B

Pariſiis captivos liberat,

& cuſtodes ideo conjectos in carcerem:

39 Dehinc illis ereptis, Tribunus civitatis ſævire cœpit in milites, deputans eorum fuiſſe negligentiam, quod viro ſanctiſſimo deputatur ad gloriam. Converſa in cuſtodes iracundia Judicis, qui ſolebant adſervare tradidit ſervandos in carcere, & ablatis clavibus Judex fit cuſtos cuſtodibus. Interim Vir beatus Tribunum vocat ad prandium; ac dum pariter ſederent in eodem convivio ad menſam ſancti viri, occcurrunt & ipſi, qui fuerant miſſi pro reis in compede. Claves habens in manibus cum Tribunus de ereptis vix crederet quod videret, agnoſcens ſe ſic cuſtodiſſe ſimiliter ſicut & milites carcerem, datâ viciſſim veniâ, culpa tranſit in gratiã. Inferatur Aurelianis nobile viri præconium: qua de civitate Vir ſanctus progrediens, damnatorum voces exaudivit in carcere, quo certe ſubterraneum habebatur ergaſtulum. Quo ſuper aſcendens, & proſtratus accubans, orationem dedit amicus Chriſti cum lacrymis. Prorſus obtentu oraculi in ſequenti nocte carcere pateſacto, ad Baſilicam ſancti Aniani confugiunt: & ita beatus Pontifex, quamvis prætereundo, poſt ſe reliquit ſuffragium. Non faſtidium ſit audire, quod Chriſtus præſtat fidelibus, dum miraculorum ſimul virtus creſcit & numerus. Itaque Sanctiſſimo occurrit quidam Pariſius, cujus quaſi pugnus extuberaverat oculus, ut etiam dictus vergeret in ruina poſt vulnera. Quo rogante vir Dei, de ſaliva oris ſui oculum illiniens, medelam lumini revocavit & gratiam. Moverta quædam Pariſius, puſtulam habens in brachio, cruciata doloribus, occurrens beato Viro, pari medicamine tactu ſalivæ curata eſt.

C

item Aurelianis

ſaliva ſua quaſdam ſanat:

40 Sed ſi exequamur miraculorum ſingula, quæ ſuis geſtis præſenti floruerunt in vita; hæc ſine fine ſunt, cœpta nec erit modus in pagina: quia quocumque Pontificis ſe convertit præſentia, nulla morborum generibus defuit medicina: & quanta ſe obtulerunt languentium vulnera, ſalutis fudit tot ſemina. Nam quæ prima Pontificis exſequamur vel ultima, cum per ſalivam oris ſui multa curata fuerint ulcera, purgata ſint energumena? Ante quem quamvis occulte occulte veniſſet hoſtis nequitia, ſtatim ſe manifeſtavit fraudulenta fallacia: ac de conſpectu ſancti Viri, quia celari non poterant, nec tolerabant præſentiam, terribili ululatu ſua gemebant incendia, paſſim per loca volitantia exponebant & crimina, ſuſpenſi per aëra: frequenter nec interrogati confitebantur & nomina, cum ſæpe ſuo impulſu currebant ad ſanctum Virum crucianda dæmonia. Cujus miniſter quo loco Sancti tenebat baculum, illic energumenus pendebat religatus aëreo vinculo, & quaſi clavis affixo tenebatur veſtigio. Et quia ſancto Viro ſæpe inimici tendebantur inſidiæ, ut aut equus lapſum incurreret, vel ramus arboris tangeret, aut aqua vallis vel glacies periculum generaret; mox qui, aut quanti, aut qualiter, totum energumini factum omne confitebantur & numerum. Cum vero pedem efferret de domo vel eccleſia, videres ſtrages dæmonum, ante tanti Pontificis ac triumphatoris obtutum. Cadebant circa Sancti catervatim veſtigia diverſis modis effuſa; Hæc muta, illa clamantia; illa fixa, hæc lubrica; & velut ad Judicem dum geſta referrent propria, non effugiebant tormenta. Sed ad Sancti præconium quanta eſt hæc laudatio, cum ineffabiliter multa & ſtupenda ab eo fierent ſub momento?

D

infinita patrat miracula:

etiam circa energumenos.

E

41 Ceterum eleemoſynis quantum fuerit prodigus, explicari non poterit, nec ſi totius populi vox in uno ſe glutinet: quia frequenter contentus una caſula vel tunica, quidquid erat reſidui nudum pauperem veſtiebat, ut inops calefieret largitore algente. Quanta etiam fuerit redemptionis effuſio, nullatenus explicabitur vel loco vel numero. Unde ſunt contiguæ gentes in teſtimonium, Hiſpanus, Scottus, Britto, Waſco, Saxo, Burgundio, cum ad nomen Beati concurrerent, undique liberandi jugo ſervitii. Cum vero aliquatenus nihil eſſet præ manibus, triſtis ſedens & anxius, ſeverior in vultu, auſterus erat alloquio. Tunc ſi fortaſſis ab aliquo invitaretur ad prandium, compellebat convivas aut miniſtros proprios, ut conferrent pariter unde vel unum captivum ſervitio liberarent, & ſic aliquantulum Sacerdotis reſpiraret animus ex mœrore. Quod ſi Dominus aliquid per manus Sancti diſpenſandum alicunde dirigeret, mox in ſpiritu prævidens ſolitus erat dicere: Gratias agamus Divinæ clementiæ, nam unde fiat redemptio appropinquavit. Continuo ſine ambiguitate præſens probatur effectus: quod dum accepiſſet in manibus, reſoluta ruga frontis vultu florebat ſenior, greſſu pergebat alacrior, lingua fluebat jucundior; ut crederes hominem pro redimendis aliis ſe ipſum ſervitutis vinculo liberandum.

Excellit cõpaſſione erga miſeros,

F

42 Quis vero digne repetat, quanta virtus verborum ab ore rotabatur, cum prædicaret in populum? ut omni litteraturæ naſceretur ſtupor, & fieret in commune generalis compunctio; atque ex ore dicentis crederes, ut verba formarentur ab Angelo, dum pluſquam homo loqueretur tranſlatus in mentis exceſſu, cum abraſis maculis ſinceritate dogmatis pectora plebis cogeret Divinis effragare pigmentis. Qui equitans in itinere, ſemper de Deo aliquid aut verbo contulit aut cantavit; *e* Curſum nudo capite dicens, etſi nix aut imber urgeret. Cum vero venit ad menſam, confeſtim recitans affuit miniſter

eloquens in concionibus:

e

divina

A divina colloquia, ut inter cibi fercula, animi paſtus alimento, plus ſaturaretur conviva. Nullum tempus interpolabat, quo non aut aliis prodeſſet, aut non ipſe proficeret. Quantam vero vigiliarum curam ſemper impenderet, quis enarret? aut toleratos algores ardore fidei prædicet? cum frequenter in lectulo, antequam reliquos de ſopore commoneret aſſurgere, quinquaginta Pſalmos vel amplius, indefeſſus in templo ſui pectoris Domino decantaret. Sed quis illud felix furtum vel auditu ſenſerit, vel viſu deprehenderit? cum ipſe de lectulo frequenter ſine caligis, ne ſentiretur ab aliquo, perrexit in oratorium, nullum ſibi cupiens teſtem in illud furtum præter Chriſtum occurrere: qui celebrata vigilia remeans ad lectulum, quaſi nihil egerit, tunc primum reliquos excitaret.

aſſiduitate orationis

43 Quanta vero ad pſallendum fuit conſtantia, dum velut ferri rigore induta caro ſubſiſteret, cum ſaxa frigus decruſtaret, & aquas in cruſtam verteret? Qui cum ſuis viſceribus dimicaret & vinceret, pene ſeipſum obliviſcens, ut domeſtico tormento ſuperato corpore, de ſe triumphum, in pace factus Martyr, acquireret: ut ſe mutantibus Clericis, ſine viciſſitudine ipſe decantandi modula mina non finiret. Tum pene hoc incredibiliter dicitur, quod ſcitur: quia tertia hora ingrediens in eccleſiâ, non eſt egreſſus ulterius pſallentium ab ordine, donec clareſcente die, decantatus ſolenniter Curſus univerſus conſummaretur ex canone. Cum vero domum regrederetur, fatigatus ætate vel frigore, aut illata diverſorum inquietabat ſuggeſtio, aut ab ipſo requirebatur ubi præberet ſuffragium: ut etiam ad requiem reclinanti vel paululum, de querelis occurrentium afflictorum vel pauperum, crux pararetur in lectulo; poſtponens ſuas injurias, ne ſuggerentem premeret illata neceſſitas. Paratus pro miſericordia, ſemper currens pro venia; Pater & Paſtor populi, ad ſe alienas cauſas transferens & querelas, aut pro parte mitigabat dolores, corde compatiens; aut quantum poſſet ex toto curabat, [opere] ſubveniens.

& pſalmodia,

Obitum prænoſcit,

44 In tantum quoque ſacris amplificatus provectibus, etiam diem beati ſui tranſitus ita prædixit ut ſubdimus. Ante aliquos dies vocans ad ſe Notarium ſuum, imperat in cubiculum ſupra lectum ſuum ſcribere hoc tantummodo, Quinto Kalendas Junias. Sed neſcientibus omnibus quid hoc eſſet; pòſt manifeſtavit ejus ſanctus diſceſſus de ſeculo: nam neque hoc Dominus familiari animæ abſcondere pertulit. Denique eadem die, poſt peractum prælium, beatus migravit ad Chriſtum. His & conſimilibus ſtudiis occupatus, ac ſemper intentus fere octogenarius per orbem mirandis actibus, adſciſcendus Martyribus, Apoſtolis aggregandus, glorificandus meritis, coronandus in populis, ereptus corporeo vinculo, immaculato ſpiritu beatis fidei dotibus perpetualiter victurus, victor evolavit ad cælos, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt gloria, honor & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen.

ſanctè moritur.

ANNOTATA.

a Felix, Epiſcopus Bituricenſis, *ſubſcripſit Concilio Pariſienſi 4 anno 573. In Patriarchio Bituricenſi cap. 25 appellatur* Sanctus, *& traditur* obiiſſe Kalendis Januarii *anno* 575. Beatus Confeſſor *vocatur à Gregorio Turon. de Gloria Confeſſorum cap. 102. Vbi tradit corpus incorruptum fuiſſe.*

b S. Syagrius, Epiſcopus Auguſtodunenſis, *ſubſcripſit Lugdunenſi anno* 567, *dicto Pariſienſi 4 & aliis. Creditur creatus anno* 560, *quod die ejus natali 27 Auguſti erit examinandum.*

c *Videtur* Florentinus *poſt Euſebium ſediſſe, poſt annum* 583 *ordinatus.*

d *Mss. Boniſ. & Antverp.* ad quamdam villam Severiacum olim, *vulgo* Sivray.

e Curſum & decurſum *divini Officii, per ſingulas horas recitandum appellari, ſæpius monuimus.*

APPENDIX I

De miraculis in ſepultura, deque Epitaphio S. Germani.

Ex Gregorio Turonenſi & Aimoïno.

EO anno (*Chriſti* DLXXVI) & B. Germanus Pariſiorum Epiſcopus tranſiit. In cujus exequiis multis virtutibus, quas in corpore geſ- 45 Greg. lib. 5 Hiſt. cap. 8
ferat, hoc miraculum confirmationem fecit. Nam carcerariis acclamantibus, corpus in plâtea aggravatum eſt, ſolatiſque eis, rurſus ſine labore levatur. *Captivi liberantur.* Ipſi quoque, qui ſoluti fuerant, in obſequium funeris uſque ad baſilicam, in quâ ſepultus eſt, liberi pervenerunt. Ad ſepulcrum autem ejus multas virtutes, Domino tribuente, credentes experiuntur; *miracula plurima fiunt.* ita ut quiſque, ſi juſta petierit, velociter exoptata reportet. Si quis tamen ſtrenuas virtutes illius, quas in corpore fecit, ſolicite vult inquirere, librum Vitæ illius, qui à Fortunato Presbytero compoſitus eſt, legens cuncta reperiet.

46 Ingrediente autem Chilperico Rege in urbem Pariſiacam, poſtridie quam Rex ingreſſus eſt civitatem, paralyticus, qui in porticu baſilicæ S. Vincentii, in qua B. Germanus requieſcit in corpore, reſidebat, dirigitur. Mane autem facto, exſpectante populo, gratias beato Antiſtiti referebat. Nam ſæpe ibi & greſſus paralyticorum, & cæcorum viſus virtute Sancti reſtituuntur: & raro advenit ejus ſolennitas, quin ibi ejus virtus oſtendatur. Idem de Gloria Confeſſ. cap. 90 *Paralyticus ſanatur.*

47 Cum Regi nuntiatum foret, paralyticum ibi eſſe ſanatum, magna cum devotione illuc adveniens, & tanto gaviſus miraculo, ejus Epitaphium his diſtichis rhithmice compoſuit. Aimoinus lib. 3 c. 16

Eccleſiæ ſpeculum, patriæ vigor, ara reorum
Et Pater & Medicus, Paſtor amorque gregis,
Germanus virtute, fide, corde, ore beatus,
Carne tenet tumulum, mentis honore polum.
Vir cui dura nihil nocuerunt fata ſepulcri:
Vivit enim, nam mors, quem tulit ipſa, timet.
Crevit adhuc potius Juſtus poſt funera: nam qui
Fictile vas fuerat, gemma ſuperba micat.
Hujus opem ac meritum mutis data verba loquuntur,
Redditus & cæcis prædicat ore dies.
Nunc vir Apoſtolicus rapiens de carne trophæum,
Jure triumphali conſidet arce poli.

Epitaphium ſub nomine Chilperici Regis.

APPENDIX II

Selecta ex poëmate XI *libri* II *per Fortunatum.*

CElſa Pariſiaci Cleri reverentia, pollens
Eccleſiæ genius, gloria, munus, honor;
Carmine Davidico divina poëmata pangens,
Curſibus aſſiduis dulce revolvit opus.
Inde Sacerdotes, Leviticus hinc micat ordo;
Illos canities, hos ſtola pulchra tegit.
Illis pallor ineſt, rubor his in vultibus errat;
Et candent rutilis lilia mixta roſis.

A Illi jam ſenio, ſed & hi bene veſtibus albent,
Ut placeat ſummo picta corona Deo.
In medio Germanus adeſt Antiſtes honore,
Qui regit hinc juvenes, ſubrigit inde ſenes.
Levitæ præeunt, ſequitur gravis ordo canentum,
Hos gradiendo movet, hos moderando trahit.
Ipſe tamen ſenſim incedit, velut alter Aaron;
Non de veſte nitens, ſed pietate placens.
Non lapides, coccus, cidarim, aurum, purpura, byſſus,
Exornant humeros; ſed micat alma fides.
Iſte ſatis melior, veteri quam Lege Sacerdos:
Hîc quia vera colit, quod prius umbra fuit.
Magna, futura putans; præſentia, cuncta refellens;
Antea carne carens, quam caro fine ruens;
Solicitus quemquam ne devoret ira luporum,
Colligit ad caulas paſtor opimus oves.
Aſſiduis monitis ad paſcua ſalſa vocatus
Grex, vocem agnoſcens, currit, amore ſequax.
Miles ad arma celer, ſignum mox tinnit in aures,
Erigit excuſſo membra ſopora toro.
Advolat ante alios, myſteria ſacra requirens
Undique quiſque ſuo templa petenda loco:
Flagranti ſtudio populum domus irrigat omnem,
B Certatimque monet quis prior ire valet.
Pervigiles noctes ad prima crepuſcula jungens,
Conſtruit Angelicos turba verenda choros.
Pontificis monitis Clerus, plebs pſallit, & infans;
Unde labore brevi fruge replendus erit.
Sub duce Germano felix exercitus hic eſt:
Moſes tende manus, & tua caſtra juva.

HISTORIA TRANSLATIONIS

Auctore Monacho S. Germani de Pratis.

CAPUT I.

Elevatio corporis, auctoritate Caroli Magni aſſerta.

Peræ pretium reor nequaquam ſilentio præterire, qualiter beatiſſimus Germanus venerabilem corporis ſui Tranſpoſitionem præeuntibus voluit ſignis oſtendere. Etenim cum *a* ducentis circiter vel eo amplius annis, in porticu *b* eccleſiæ B. Vincentii Levitæ & Martyris, jam quidem baſilicâ factâ, ſanctum ejus corpus jacuiſſet humatum; anno *c* viceſimo tertio, quo Carolus Pippini ſenioris filius regni Francorum tenebat Monarchiam, venerabilis vir *d* Lantfredus, præfati monaſterii Pater, divini ſpiritus incitamento ſuccenſus, qualiter tanto Patrono condigna deberet augeri veneratio, ut videlicet ejus ſanctiſſima membra infra majoris eccleſiæ aulam transferri debuiſſent, tacita cœpit mente tractare, atque devoto non deſtitit corde rimari. Sed quoniam piis ſemper conatibus impedimenta hujus ſe mundi objiciunt, ejuſdem negotii dilato tempore, à ſupraſcripto Principe legationis cauſa in Aquitaniam mittitur. Interea Carolus moritur: idem vero Abbas ab *e* Hunoldo, ipſius Aquitaniæ Patricio, quaſi explorator tribus ſemis annis invitus detinetur. Sed tandem ſubſtituto in regno Pippino Minore, firmataque inter regna pace, Lantfredus abſolvitur: qui reverſus, annis fere duodecim in reſtauratione monaſterii, quod eo abſente diſſipatum fuerat, occupatur.

a
b
C *Sub Lantfredo Abbate*
c
d
e *& Pippino Rege*

2 Sed licet his & aliis cauſis præpeditus, tamen ne devotionis priſtinæ poſſet obliviſci, recentibus & admirandis B. Germani rurſus cœpit miraculis admoneri. Siquidem anno *f* ſequenti, ex quo Apoſtolicæ Sedis Pontifex Stephanus ingreſſus Gallias, excellentiſſimi Pippini, quem idem unxit in Regem, contra gentem Longobardorum, Romanam Sedem crudeliter opprimentem, expetivit auxilium; cuidam feminæ hujuſcemodi oſtenſa eſt viſio. Putabat enim ſe quaſi cauſa orationis noctis tempore ad eccleſiam Beati perrexiſſe Vincentii. Ubi dum veniens clauſas eccleſiæ januas reperiſſet, ante fores orationi procumbens, audivit pſallentium multitudinem infra eamdem eccleſiam reſonantem, atque omnem humanæ jucunditatis cantilenam modulationis ſuavitate ſuperantem. Cumque tanti miraculi auditu attonita, quid hoc eſſet, cuperet agnoſcere; ſubito quaſi cujuſdam præclari adſpectus pueri miniſterio, conſpicit eccleſiæ ſibi januas aperiri, tantique ſplendoris luce eamdem repleri, quæ etiam diei vinceret claritatem. Quam cum ingreſſa fuiſſet, præcedente ſe puero; reſpicit in partem ſiniſtram, è regione ſepulcri beati Confeſſoris Germani: & ecce multitudo virorum, Angelicis veſtibus indutorum; inter quos etiam præfulgidi adſpectus conſpicit virum, niveâ ſenectutem canicie præferentem, cui quaſi recognito ait: Sanctiſſime Domine Germane, multum, inquiens, jam temporis eſt, quo hæc quæ video ſervus tuus Lantfredus fieri deſiderabat. Et ille: Scio, inquit: nam hodie viginti anni ſunt, ex quo ego illi, ut hinc me transferre deberet, oſtendi. Tu autem vade & dic ei, quoniam voluntatis ejus devotio omnimodis mihi placet, at vero exequendi operis tarditas valde per omnia diſplicet: & ſi me hinc vel tandem transferre deliberat, retro B. Stephani altare me ponat. Quam viſionem mulier dum Abbati & Fratribus retuliſſet, duobus indiciis veram fuiſſe probarunt: ſive quia numerum annorum ſola Abbatis retinebat memoria, ſeu quia omni Congregationi, quod in altari quoque ſanctæ Crucis B. Stephani reliquiæ eſſent, adhuc manebat incognitum, quas tamen poſtmodum ſagax inquiſitio prodidit.

D
f
in viſione cuidam feminæ facta.
E
locum in quem transferatur ſuâ corpus S. Germanus deſignat.

3 Tunc ſæpe dictus Abbas glorioſiſſimum Regem Pippinum adiit, & tam ea quæ ſibi præcedenti tempore ab ipſo Sancto fuerant oſtenſa, quam etiam illa quæ nuper ipſi feminæ fuerant revelata, fideli ſtuduit narratione ſuggerere. Audiens autem hæc glorioſiſſimus & Dei cultor Rex Pippinus, gaudio gaviſus eſt magno: convocatiſque univerſis regni ſui Præſulibus, eis myſterium ſibi revelatum innotuit; qualiterque tantum perficere negotium debuiſſet, ſolerti ab eis indagine perquiſivit atque tractavit. Deinde quomodo illud expleverit, licet ipſe non viderim, tamen multis qui viderunt narrantibus agnovi. Ex quibus omnibus unum mihi in hoc opere excellentiſſimum auctorem ponere placuit, Dominum videlicet Carolum glorioſiſſimum Imperatorem, qui tunc puer *g* ſeptennis operi pii Genitoris interfuit, & ea quæ ibi vidit admiranda memoriâ retinebat, nec non & admirandâ facundiâ diligentiſſime fatebatur. Cujus utique verbis majorem ut decuit fidem adhibui, quam ſi ea quæ dicebantur ipſe vidiſſem *h*. [Unde tot fere tam Epiſcoporum quam Abbatum, ſive etiam reliquorum totius regni Nobilium hæc eadem audientes, hactenus teſtes exiſtunt, quot pene magnitudo ejuſdem eccleſiæ, ubi hæc ſtans loquebatur, capere poterat.] Ajebat namque (ut verbis ipſius eloquar) ad omnem circumſtantium multitudinem: Videtis, ô populi, condignum decorem hujus eccleſiæ. Reminiſcor certe illius temporis, quo nihil horum ornamentorum, auri ſcilicet & argenti, excepta hac cruce, hic fabricatum erat. Dominus itaque Germanus in illa adhuc crypta quieſcebat: & parum quidem illud, quod ibi

F
g *ſicut coram ſe ſeptennis factum ſæpe narravit Carolus Magnus,*
h

A ibi habebatur, pro magno computabatur. At ubi ipſo Sancto demonſtrante, Genitori meo placuit, ut hunc in hac Orientali parte hujus baſilicæ tumulare condigne ſatageret; libet mihi narrare, vidiſſe me ibi talia miracula, qualia poſtea nec vidi, nec anteriori tempore de aliquo Sanctorum facta relegi.

aſſerens vidiſſe ſe quod levatum ſepulcrum,

4 Adveniente namque bonæ memoriæ Genitore meo, una cum Proceribus regni ſui, adeſt optata dies: aperitur terra, levatur cum omni facilitate ipſum ſanctum Corpus, cum ſuo ſepulcro diligenter clauſo; atque pariete eccleſiæ perforato, intra aulam hujus baſilicæ, Occidentali in parte, cunctis exultantibus reponitur: ibique reliquum diei & ſequentis noctis Officium digne celebrantes, craſtinum præſtolati ſunt diem. Nec mora, adeſt primo mane divæ memoriæ Genitor meus, ego quoque germanuſque meus pediſſequi ipſius, cunctique proceres ipſius regni, cupientes cœptum opus ad finem honeſtum uſque perducere. Vectes autem præparati ſunt longiſſimi, quibus ſuperpoſitum deberet ſanctum Corpus à multis efferri; non propter ponderis gravedinem, quod jam experti erant à paucis poſſe portari; ſed propter Religioſum obſequium, quo gaudebat

B i ſe unuſquiſque vel aliis portantibus vectes contingere poſſe *i*. Tum autem Religioſe accedens ipſe Genitor meus, & Primates electi ab ipſo, apprehen-

manſit immobile, non ſolum Regi,

derunt ſepulcrum, volentes perficere opus inchoatum: ſed ita multorum manibus levare nitentium perſtitit immotum, acſi radicitus terris teneretur affixum. Et cum ab his diu diverſis machinis labor fuiſſet ſine effectu expenſus, cœpit ipſe Genitor meus omnesque Optimates illius contriſtari, ſeque metipſos vehementer reprehendere, quare eum de loco, quem ſibi vivens ad pauſandum elegerat, in quo tot annorum curriculis jacuerat, levare præſumpſerint: vocanturque Epiſcopi, & interrogati dixerunt: Scit, ô glorioſiſſime Rex, Serenitas veſtra, beatiſſimum Germanum Epiſcopum eſſe: ideoque nobis rectum videtur, & hoc ipſum Sanctum delectari putamus, ut ab Epiſcopis ſanctum ejus

ſed etiam Epiſcopis,

Corpus transferatur. Omnibus autem hoc conſilium collaudantibus, & multa prece hoc ab eis fieri depoſcentibus; remotis ceteris, accedunt Epiſcopi, conanturque à terra levare eum: ſed nihilominus ipſos vectes apprehendentes, aliquamdiu fruſtra laborantes, impoſſibilitatem ſuam omnibus patefecerunt, ſepulcro immoto manente. Cunctis autem impoſſibilitatem ipſum levandi expertis, rurſum

C conſuluntur Epiſcopi, dixeruntque; Certum eſt nobis, ô piiſſime Rex, B. Germanum ſe hinc ad deſignatum locum transferri velle: tamen quia nec Celſitudo veſtra, nec humilitas noſtra id perficere potuit; opinamur, quod ipſe Sanctus ſervientes ſibi in hoc monaſterio Fratres de bajulatione ſui corporis honorare velit, quo eos ſemper rectius & amabilius in ſanctitate ipſi ſervire delectet. Aſſenſi ſunt omnes,

& Monachis:

juſſique acceſſerunt ipſi Monachi ad Sancti tumulum, volentes eum à terra levare: ſed nulla arte id facere valentes, diu multumque inaniter laborando fatigati, impoſſibilitatem ſuam & opere & voce fatentes ceſſerunt.

donec Rex, ad reparandas injurias à ſuis miniſtris illatas monaſterio,

5 Piiſſimo autem Genitore meo flente, cunctiſque Optimatibus ipſius vehementer contriſtatis, exſtitit quidam qui diceret: Si dignetur clementiſſimus Dominus noſter Rex audire verbum ex ore tantilli ſervi ſui, cauſas hujus impoſſibilitatis puto me veraciter narraturum. Eſt in hoc pago Pariſiaco villa veſtra, vocabulo Palatiolum, & in circuitu ipſius ſunt villæ iſtius monaſterii conſtitutæ: ipſi autem Fiſcalini veſtri, ob fortitudinem Celſitudinis veſtræ, valde ſunt inſolentes & temerarii, & multa mala contra hunc locum perpetrant; videlicet homines & pecora cædendo, & occidendo; vineas & meſſes, prata & ſilvas devaſtando, atque in aliis modis familiam hujus eccleſiæ perſequendo & affligendo; ideoque ſpero, quod hanc à larga munificentia veſtra hic beatiſſimus, his impoſſibilitatibus, expoſcat Antiſtes. Quo audito, piæ recordationis Genitor meus, ſtupore attonitus magno, ait: Vere juſta eſt in hac parte tribulatio noſtra, & pia extat Beatiſſimi Germani circa nos admonitio: quia dum nos valde fuimus intenti hoc opus ocius conſummare, non avaritia nobis, ſed oblivio hunc mœrorem, quem perpeſſi ſumus, noſcitur induxiſſe. Et ponens vadium ſuum ſuper ſanctum tumulum, Accipe, inquit, ô beatiſſime Germane, villam noſtram Palatiolum cum omnibus appendiciis ſuis, tibi familiæque tuæ hactenus inimicam, amodo autem & deinceps perpetualiter profuturam; tantum ut ſacri Corporis tui portitor dignus exiſtam. Simulque cum hac voce, mittentes tam ipſe quam Optimates ab ipſo electi manus ad feretrum, tanta cum celeritate ac facilitate levarunt, ac ſi nihil in ſe ponderis haberet. Viſo autem tanto miraculo, tam Epiſcopi quam reliqui Clerici, quam magna poterant voce, Te Deum laudamus, te Dominum confitemur, præcedentes ſanctum feretrum, jubilare cœperunt. Sed quis digne referre queat lætitiam atque alacritatem totius populi? quomodo unuſquiſque gaudendo certabat humeros ſub feretro ſancto ponere? Multi autem quibus hæc facultas minime dabatur, magnum ſibi lucrum ducebant, vel extremam partem vectium manu contingere poſſe: alii vero, quibus & hoc minime ſuppeditabat, vel veſtes portantium ſe contingere poſſe gaudebant.

EX MABILLONE.

tradit villam Palatiolum S. Germano.

E

6 Ventum erat ad foſſam in Orientali parte hujus eccleſiæ, quæ præparata tantum onus exſpectabat ſuſcipere: & ecce altera naſcitur difficultas. Nam vectes ſuper quos Sanctum fuerat delatum corpus, ob longitudinem ſui & brevitatem cryptæ, ipſum ſarcophagum foſſæ coaptari prohibebant. Juvat ergo paullulum ſubſiſtere, donec quid facto opus ſit plenius poſſit videri. Conſenſerunt omnes, ut vectes à ſuperiori parte inciderentur; quatenus ipſe ſarcophagus foſſæ coaptari poſſit. Sed his obſtitit Genitor meus, dicens: Vereor ne dum ſecundum veſtram ſententiam vectes reciduntur, ſanctum ſepulcrum his ſuperpoſitum in aliquo, quod abſit, lædatur. Tutius ergo conſilium exinde quærere oportet. Et illo hæc dicente, nullo hominum tangente, ſed cunctis in verbo Regis ſuſpenſis, repente motus

F eſt ſarcophagus de vectibus illis, & celeri lapſu cunctis ſtupentibus, & præ timore ora tenentibus, de-

miraculoſe in eam per ſe deſcendit.

poſitus in foſſam ſibi præparatam. In ipſa autem motione tantus odor miræ & inexpertæ ſuavitatis de ipſo ſepulcro evaporavit, totamque hanc eccleſiam replevit, ut omnes inibi conſiſtentes, quaſi in ecſtaſi à dulcedine illa converſi, per dimidiam fere horam, nec aliquid ſibi colloqui, nec ſe invicem reſpicere poſſent. Tum demum quaſi de ſopore evigilantes, ut data eſt copia fandi, intra ſe mutua cœperunt allocutione admirando conquirere, quid ſibi actum eſſet: reſpicienteſque ad foſſam, ipſum ſepulcrum, quod minutatim fractum eſſe timebant, vident ſanum & integrum, tam ordinate & decenter compoſitum, ut nulli eſſet dubium, hoc miniſterio Angelorum fuiſſe peractum. Cunctis vero ſtupentibus, ego, utpote pueriliter ludens, caſu ipſam foſſam inſilii, **ubi mox primum dentem de oré meo mutavi.**

delatumque ad paratam ſibi foſſam,

IN MARILONE

ANNOTATA.

a *Imò ſolum annis centum circiter & ſexaginta, ab anno ſcilicet* 576, *uſque ad annum* 736. *Verum apud Continuatorem Aimoini, lib.* 4 *cap.* 62, *dicti* 200 *anni referuntur ad annum* 755, *& ſic eſſent anni* 178 *ab obitu S. Germani.*

b Childebertus Rex, accepta ab Epiſcopo Cæſarauguſtano Stola, id eſt Tunica S. Vincentii, *deſtitit ab obſidione urbis; ac reverſus Pariſios conſtruxit hanc Baſilicam, & in ea depoſuit dictam Stolam; uti ex relatione S. Germani ſcribit Aimoinus, & latius deduximus* 22 *Ianuarii poſt Vitam S. Vincentii* § 1.

c *Scilicet ab anno* 714, *quo* Pipinus *Herſtallius mortuus eſt* 16 *Decembris numerantur anni Caroli Martelli, & ſic annus* 736 *cenſetur annus* 23: *quem Aimoinus numerat annum monarchiæ* 19, *ſcilicet à prælio Vinciacenſi.*

d Landfredus *Abbas fuit ab anno* 740 *aut citius, uſque ad annum* 775, *quo mortuus traditur* 12 *Februarii.*

e Hunoldus *ſive* Hunaldus, *Eudonis Ducis filius,* B *contra quem Carlomannus & Pipinus Majores domus duxerunt exercitum anno* 742, *ac tunc videtur facta pax hic memorata, & Lanfredus Abbas abſolutus.*

f *Ergo anno* 755, *nam præcedenti* Stephanus *Papa unxit Pipinum Regem, ejuſque filios Carolum Magnum & Carlomannum.*

g Carolus Magnus *dicitur natus anno* 747, *forſan ſub finem anni, aut ante Paſcha ſequentis anni, & ſic* ſeptennis *erat.*

h *Hæc uncis incluſa habentur ut interpolata.*

i *Continuator Aimoini ait*, oſtenſa in tranſpoſitione corporis divinitus miracula: *quæ hic explicantur.*

k *Ibidem additur*, id eſt arrham, *& iſta ſubjiciuntur:* Hujus donationis etiamnum fidem facit lapis anterior altaris S. Germani, quod eſt retro majus altare, Crucem alte ſculptam, cum tali in circuitu ſcriptura, habens. Hic pauſante S. Germano, in die tranſlationis dedit ei Rex Pipinus fiſcum Palatiolum cum appendiciis ſuis omnibus. Sed poſt decurſum fere ducentorum annorum, ſolito vigore Regum decedente, per cupiditatem quorumdam Principum, hæc villa fuit ablata. *At ipſa Crux cum dicta ſcriptura, antiquis characteribus ibidem ſculpa extat, uti apud Brolium lib.* 2. *Antiquitatum Pariſienſium pag.* 337. *Ea crux,* C *neſcitur quo modo, nunc deperdita ſit.*

l *Reliqua deſunt apud Surium.*

CAPUT II.

Illuſtria miracula tunc facta.

7 *Miſerrime contractus,* HActenus digeſta, ſereniſſimo Cęſare Domno Carolo narrante, comperimus; nunc ad ſequentia competenti diſputatione vertatur articulus. Siquidem eodem ipſo anno, quo ſacrum ipſius venerabilis Pontificis corpus ordine ſupra memorato fuit tranſlatum, quidam juvenis Italicæ regionis adeo fuerat membrorum officio deſtitutus, ut ei calcanea natibus quaſi clavis inhærerent affixa; manus quoque retro mamillas hinc inde coſtis quaſi quodam glutino nectærentur; oculis vero & auribus, ipſique linguæ, annis circiter tribus, propria negarentur officia. Qui á piis parentibus, dum pro recuperanda ſanitate per multorum Sanctorum circumcirca veheretur eccleſias, nec quidquam priſtinæ à quoquã mereretur recipere ſanitatis; aliquando tandẽ in ſomnis admonetur, ut Galliam veniens, B. Germanum Pariſiorum Antiſtitem ſanandus inquireret. Qui certus de viſione, adjutorio fidelium impoſitus ſitarcio, comitante ſibi puero, equo vehente Pariſius pervenit; atque in monaſterio *a* B. Petri Apoſtoli hoſpitio receptus, cauſam ſui adventûs Clericis ejuſdem monaſterii expoſuit. In craſtinum vero bajulatus ejuſdem pueri officio, ad eccleſiam ſupradicti Antiſtitis perlatus eſt: in qua cum tota die jacuiſſet, veſpere eſt receptus hoſpitio. Nocte vero ſequenti, quidam Clericus ſenex eidem bajulo per viſum apparuit, dicens: Quare hunc debilem heſterno veſpere ab eccleſia detuliſti? Surge itaque & revoca eum in eccleſiam, quoniam propter ignorantiam tuam peperci tibi. Qui ſtatim diluculo conſurgens (erat enim ſabbatum) ab hoſpitii domo præfatum ad eccleſiam debilem revexit: eumque ad caput B. Germani extra cancellos collocans, uſque ad veſperum cuſtodivit jacentem. Cumque poſt ſynaxim veſpertinam fores eccleſiæ juxtà morem eſſent claudendæ; Cuſtos eccleſiæ cunctos ut ad hoſpitia ſua redirent admonuit: quem flebili voce idem exorans debilis, ait: Oro te, ó beatiſſime Pater, ne me hac nocte hinc abire præcipias: quia per S. Germanum ſanitatis mihi eſt recuperatio repromiſſa: quâ etiam fiducîa fretus, patriâ ſimul parentibusque relictis, nequaquam de pollicitatione dubius, ſed tanti Confeſſoris E virtute ſecurus, huc ſanandus adveni. Permiſſu itaque Cuſtodis, nocte eadem, id eſt Dominica, intra aulam eccleſiæ, juxta parietem ſepulcri S. Germani, *ſanatur,* licentiam eſt aſſecutus jacendi. Noctis vero tempore, priuſquam Fratres ad vigilias ſurgerent, magnis cœpit clamoribus perſtrepere, ita ut vocibus ejus quieſcentes excitarentur Fratres: & ecce repente cohærentia cœperunt membra reſolvi; atque decurrente cruore, paulatim crura & manus, diutino glutino coarctata, in priſtinum vigorem reſolvi. Factumque eſt, ut ſurgentibus Clericis, & juxta morem diei Dominici Matutinorum officia conſummantibus, is qui veſpere æger manibus venerat delatus alienis, mane facto propriis jam ſanus incederet veſtigiis: & ita in eo eſt plenitudo reſtaurata ſalutis, ut uno eodemque tempore & oculi viſum, & aures auditum, & lingua locutionem, & manus ejuſdem operandi priſtinum recepiſſent officium.

à Pipino Rege muneratur

8 Nec multo poſt veniens præcellentiſſimus Rex Pipinus, atque tanti miraculi novitate gaviſus, oratione peracta eumdem qui fuerat redditus ſanitati, ſuis exorat obtutibus præſentari. Quem cum diutius fuiſſet intuitus, cœpit ſciſcitari ab eo, quid faciendi, vel quo commorandi voluntatem haberet. Is vero recuperatoris ſui immemor, & priſtinæ mendicitatis amator, poſtulat ſibi à Rege auxilium tribui, quatenus illuc unde venerat potuiſſet reverti. At vero piiſſimus Rex ei ſtatim clementi animo duo argentea vaſa pariterque equum dari præcipiens, præſago ſpiritu infit: Ego quidem voluntati tuæ libentiſſime faveo; te autem hinc diſcedere velle, videtur mihi nec debere, nec proficere poſſe. Quam ejus ſententiam, Divinitatis ſpiritu prolatam, ſequentis mox ſigni atteſtatio declaravit. Nam interpoſitis non multis diebus, ſicut perverſa mente conceperat, comitatus duobus Monachis, uſque ad quamdam poſſeſſionem præfati monaſterii, cui *b* Acmantum vocabulum eſt, pertinaci obſtinatione devenit: ubi eadem nocte utriſque Monachis b qui eum deducebant, ne eum amplius ducere præ- *propter ingratitudinẽ* ſumerent, indiſſimilis apparuit viſo. Quam cum *cæcitate* facto mane eidem retuliſſent, & ipſe in ſua obſtina- *percutitur.* tione perſiſteret, ſequenti nocte intolerabilium dolorum vexatione percuſſus eſt. Qui obſtinatâ mente, dum in ſuâ deliberatione perduraret, & toties correptus à perverſo itinere pedem retrahere nollet; ne vias poſſit tenere nequitiæ, recidiva eſt orbitate cæcatus.

9 Quidam

A *Impotens recipit vires:*

9 Quidam etiam ex provincia Andegavorum, dum per annos fere duodecim, manuum ac pedum, ſed & oculorum fuiſſet privatus officio, Turonorum civitatem adveniens, in eccleſia B. Martini meritis ipſius Confeſſoris lumen oculorum recepit. Nocte autem ſequenti cum ſe ſopori dediſſet, in ſomnis admonetur, ut Pariſius veniens, meritis B. Germani totius corporis ſanitatem acquirere deberet. Qui certus de viſione, Pariſius adveniens, atque in eccleſia ipſius ſupradicti Confeſſoris pernoctans, univerſæ debilitatis moleſtia liberatus eſt; ita ut & manus priſtinum operandi recepiſſent officium, & pedes diu contracti recte ambulandi ſortirentur effectum. In quo miraculo, dum idem languidus à B. Martino ſolum oculorum recepit ſalutem, quid aliud claruit, niſi quia & potuiſſet eum idem venerabilis Confeſſor totius corporis reſtituere ſanitati, & noluiſſet? ut videlicet patenter oſtenderet, hunc beatiſſimum virum Germanum Antiſtitem, imparem ſibi in cælis nequaquam exiſtere meritis, quem in curando languido ſuæ virtutis ſocium in terris non eſt paſſus habere diſſimilem.

contractus qui ante cum illuc venerat, B

10 Sed & quidam Bituricenſis territorii adoleſcens, qui erat à renibus uſque deorſum omnium immobilis rigiditate membrorum, ita ut manibus innitens, univerſum poſt ſe corpus trahendo, inſtar vermium per terram reperet; quique etiam illum, quem ſupra memoravimus, à beatiſſimis Confeſſoribus Chriſti Martino & Germano nobiliter fuiſſe curatum, multis jam diebus veniendo præceſſerat: anno eodem, quo ejuſdem eximii Confeſſoris ſæpe dicti Germani ſanctiſſimum corpus fuerat tranſmutandum, præcedente tranſitus ejus ſacratiſſima ſolennitate, ſtans in baſilica ejuſdem, videnſque eum qui poſt ſe venerat, tam celeriter à beatiſſimo Viro fuiſſe ſanatum; converſus ad ſepulcrum beatiſſimi Confeſſoris, quereloſis lacrymis cœpit inſiſtere dicens: O Vir ſanctiſſime, Chriſti Confeſſor Germane, quam ob culpam meam, vel ob quod peccatum, me, tot diebus tuæ miſericordiæ exſpectantem auxilium, ſanare noluiſti? & ecce huic, nullam in exſpectando morâ ſuſtinenti, potentiam tuam, quâ plurimum apud Dominum te valere cognoſcimus, demonſtrans, repentinam extemplo ſalutem contuliſti. Eadem nocte dum ſe ſopori dediſſet, apparuit ei per viſionem vir Dei dicens: Proxima veniente veſpera ſabbati, pervigilem in eccleſia tranſigere noctem memento. Quod ſi intra eccleſiam jacendi tibi licentia denegatur; nihilominus, in porticu ejuſdem, ſanitatis tuæ adventum præſtolari cura.

ſi non audiri queſtus,

C Fecit ergo ut ſibi fuerat imperatum; & veniente nocte Dominicâ, nihil de promiſſione dubitans, avidus ſalutis, in porticu eccleſiæ jacuit. Cumque jam vicina eſſet hora vigiliârum, paullatim cœpit, appropinquante ſalute, ſomno gravari. Cum ecce apertis ſubito oculis, vidit tres quaſi canes teterrimos contra ſe ſtantes: confeſtimque excitans puerum, quem ſecum habebat; Surge, ait, & hos extra porticum ejice canes. Qui concite ſurgens, luſtrato atrio atque porticibus, quæſivit quidem canes; ſed phantaſmatis indicia non valuit reperire. Cumque reverſus paululum quieviſſet, ſurgentibus ad vigilias Monachis & divinis Officiis inſiſtentibus, eidem debili ſopore detento vir Domini Germanus, manu baculum ferens, apparuit; quo ejus membra debilia ſenſim contingens, ut ſanus ſurgeret clementer imperavit. Denique ſtatim eidem debili eſt cum eadem voce torpentium membrorum priſtinus redditus uſus: ita ut peractis Laudibus matutinis, exiens venerabilis vir Lantfredus Abbas cum Fratribus, in propriis greſſibus ſanum erectumque cerneret, quem præcedente veſpera contractum per terram repentem vermium more vidiſſet.

apparente ſibi Sancto ſanatur.

EX MABILIONE

11 His breviter prælibatis, plurimiſque à reverendiſſimis viris auditu cognitis prætermiſſis, ad ea quæ coram poſiti ipſi vidimus, vertamus articulum. In pago Hasbanio, villa *e* Leudico, Withbaldus quidam nomine Chorepiſcopus fuit, ita gravi paralyſi percuſſus, ut à renibus & deorſum tota membra, pedetenus mortua, pendere vivo viderentur in reliquo corpore. Qui ſemivivus taliter degens curriculum annorum bis octo in corpore, aliorum manibus, in quodam artificioſo ſedili ex corio, propriorum explebat pedum officium. Itaque, ſicut diximus, aliorum manibus devectus, cupiens proprii corporis recuperare ſalutem, multorum circumibat loca Sanctorum: tandemque aliquando pervenit ad ſepulcrum ſanctiſſimi Confeſſoris Germani, ubi per triduum eum reliquorum manibus laborioſo artificio vidimus deportari. Expletaque ibi temporali devotione, ſimiliter gratia orationis ſepulcrum adiit beatiſſimi Confeſſoris Martini: ubi expleta devotione orandi, iter arripuit ad propria revertendi. Qui cum aliorum, ſicut ſupra taxatum eſt, manibus ſuper equum componeretur; ſenſit guttam ſanguinis, cum quodam calore, à renibus pedetenus per unam deſcendere coxam: quod ſtatim, gaudio repletus, ſodalibus ſuis enarrare curavit. Sed in ipſa debilitate perſeverans, ſpemque diu prolongatæ ſalutis quodammodo deguſtans, ad ſepulcrum beati Confeſſoris repedavit Germani.

c *Vitbaldi Chorepiſcopi paralyſis curata:*

E

teſte Autore.

12 Factum eſt autem, appropinquante eo monaſterium ſæpedicti Antiſtitis, imminente jam hora veſpertina (erat enim ſabbatum) ut diceret puero regenti equum ſuum: Accelera velociter, ne moram feceris, ut veſpertina ſynaxi ad monaſterium beatiſſimi Germani pervenire queamus. In hac ſubito voce, vox ſigni monaſterii, veſpertino Officio invitantis, auribus ejus inſonuit: & in ipſo ſonitu largiſſima unda ſanguinis à renibus ejus profluens, per coxas & tibias ad pedes uſque deſcendit, cum tanta ſcilicet velocitate, ut ſtatim pedes ejus, tanto ante tempore immobiles, ex artificioſis ſedilibus, quibus collocati tenebantur, ſumma velocitate exilirent. Unde ipſo Epiſcopo celſâ voce, Deo gratias, repetente; ſociiomnes in admirationem converſi, monaſterium uſque gratulabundi perveniunt: quod cum fuiſſet ingreſſus, qui aliorum manibus ante horam equo ſuperpoſitus collocatuſque fuerat, priſtino recuperato vigore baſibuſque membrorum mirifice firmatis, proprio adniſu de equo deſcendens, ſuper proprios lætabundus pedes ſtetit. More itaque ſolito occurrentibus ſibi Fratribus omnibus, allocutus

F

eſt dicens: Viri fratres, gratias agamus omnipotenti Deo, quia per merita B. Germani, opitulante divinâ gratiâ, modo facio quod me facturum jam nullus in orbe credebat: nam qui per ſedecim annos ſemivivus alienis ſum manibus vectus, nunc propriis me lætor vadere plantis. Ut autem ventum eſt ad ſepulcrum ſupradicti Pontificis, quis narrare queat quanti in gratiarum actionibus, tam ab ipſo Epiſcopo, quam que à ſodalibus ipſius, imbres effuſi ſunt lacrymarum? Sub omnique mira celeritate in integram reſtitutus ſanitatem, remeans ad patriam, omne reliquum vitæ ſpatium in eâdem quam acceperat ſanitate duravit.

d *Muto, & ſurdo à nativitate,*

13 In pago quoque *d* Tarnenſe fuit quædam paupercula enixa infantem: quem cum non haberet unde nutrire poſſet, per nocturna ſilentia ante eccleſiæ fores projecit. Mane autem facto adeuntes populi eamdem eccleſiam, invenerunt vagientem puerum ante fores eccleſiæ projectum. Tunc quidam ex ipſis miſericordia motus, eumdem puerum cum conſilio & hortatu ceterorum ad nutriendum accepit,

EX MABILIONE.

pit, eo videlicet tenore, ut ſi ipſe puer ipſo nutriente adviveret, ipſe nutritor eum in ſuum ſervitium diebus vitæ ſuæ retineret. Quem cum ad domum ſuam portaſſet, enutrivit annis circiter ſeptem. Qui cum jam ad hoc perveniſſet, ut ſecundum tempus loqui vel quæ ſibi dicebantur intelligere debuiſſet; ita repertus eſt ſurdus & mutus, ut nullo indicio vel ſignificatione aliquid poſſe loqui vel intelligere demonſtrare potuiſſet. Unde nutricius ejus valde contriſtatus, ſpem omnem quam de ſervitio ejus fruſtra conceperat ſibi videns ablatam, nihil de retributione divina cogitans, ipſum à ſe ſuâque domo ſemimortuum repulit & eliminavit. Tunc quidam pauperculus, cui tota facultas unus aſellus erat, quem de civitate in civitatem onuſtum ducens, quidquid in una villa emebat, carius vendere ſatagebat in altera; inveniens ſupradictum puerum expoſitum & jam pene fame affectum; cum didiciſſet quæ circa ipſum geſta fuiſſent, partim cauſa miſericordiæ, partim autem ſpe ſervitii ſecum eum aſſumens abduxit. Sicque factum eſt, ut exinde & deinceps ſicut proprium ſervulum ipſum paſceret & veſtiret; onera vero in ſcapulis ipſius jam feſſi alleviaret aſelli.

ideoque ejectus à nutricio,

B

Aurium & linguæ uſu accepto,

14 Appropinquante autem die ſacratiſſimæ depoſitionis beati Pontificis, contigit ut idem mercator de urbe Aurilianenſe, tam cum ſuo aſello quam cum ipſo adoleſcente, ſale onuſtis Pariſius adveniret. Ubi negotiatione peracta, dum ad propria remearet, ipſe, divino quodam inſtinctu, magiſtro relicto, baſilicam beati Confeſſoris Germani expetiit. Ubi cum inter reliquum vulgus totam pervigilem duceret noctem, Fratribus Matutinorum ſolennia ex more celebrantibus, ipſe magnis primum dentium ſtridoribus fremere cœpit: quem cum circumſtantes admirando intuerentur, cœpit ſudare & palleſcere, ac dentibus magis magiſque ſtridere. Factâ autem morâ in hac anxietate, cũ multo dolore ac labore lingua, quæ diuturna religatione muta manebat, cum impetu ſanguinis ad loquendum reſolvitur; aureſque, quas natura in lucem ſurdas effuderat, ad audiendum laxantur. Mox igitur tam loquendi quam audiendi receptis officiis, cœpit clamores & voces confuſas emittere: tantum enim bruta quædam & incondita perſonabat: ſed quid ipſæ voces exprimerent, nec ipſe, nec alius intelligere valebat. Deductus itaque ad ſepulcrum beatiſſimi Antiſtitis, ibi tam loquendi quam audiendi perfecte poſſibilitatem accepit: ſed quid diceret, vel quid alii ſibi dicerent, penitus ignorabat. Erat enim hoc valde mirabile, ut

C

cum ipſe nullius linguæ poſſet intelligere verbum, quidquid in quacumque lingua loqui audiret, poterat continuo ipſis ſimiliter exprimere verbis. Unde factum eſt, ut tam auditu quam locutione in brevi, non ſolum ipſam ruſticam linguam perfecte loqueretur, ſed etiam litteras in ipſa eccleſia Clericus effectus diſcere cœpit.

fit etiam Clericus:

15 Facta eſt autem magna dubitatio, tam de terra nativitatis ejus, quam etiam utrum baptizatus fuiſſet, an non; quarum rerum nec ipſe quidquã potuerat audiendo cognoſcere; verum nec alter aderat, qui ipſum cognoſcendo poſſet perhibere teſtimonium. Cumque jam deliberatum eſſet, ut quia nulla ſuper his indicia reperirentur, baptizari debuiſſet; ecce homo ille, qui eum, ſicut ſupra retulimus, more aſelli tot annis circumduxerat, ipſum monaſterium adiens, hunc intra eccleſiam reperit. Qui cum mutuo ſe vidiſſent, unus admirari cœpit, alter timere: hic, quod videbat ſuum quondam (ut ita loquar) aſellum humanas & litteratas emittere voces: ille, quod videbat dominum ſuum, ut fugitivus & nuper elapſus, ſe proſequentem. Sed tandem dominus ejus, cognitis quæ circa ipſum per merita Pontificis geſta erant, benedicens Deum, glorificans beatiſſimum Germanum, lætior eſt effectus de ejus ſalute, quam fuiſſet antea de oneris ſui evectione. Adeo autem lætus effectus eſt, ut & de terra nativitatis ejus, & de rudimentis infantiæ ejus, ſed & de ſacramento Baptiſmatis ipſius, & omnibus quæ ſupra de ipſo retulimus, ipſe nobis cum jurejurando eo tenore ut dicta ſunt affirmaverit: & quem ante ſemivivum invitus perdiderat & æſtimabat mortuum, nunc lætus voluntarie reliquit, omnibus membris & corporis ſenſibus ſanum.

& à priori Domino emancipatur

D

16 Sed & in ipſa nocte, qua hic ſurdus & mutus propria membrorum beato Viro obtinente recepit officia, aliud miraculum Dominus dignatus eſt declarare in ipſa eccleſia. Quidam enim ruſticus fuit, nomine Bertlaicus, de pago Biturico, qui germanum ſuum, in pago *e* Adartenſe commanentem, gratiâ viſitationis curavit adire. Ubi cum aliquot demoraretur diebus, ita paralyſis ægritudine eſt percuſſus, ut à renibus & deorſum nullum membrorum ejus proprium valeret adimplere officium. Hac autem diſſolutione quinquennio detentus, manuum exſecutione pedum officia [ſupplens], reptando potius quam ambulando, totius Galliæ ſtuduit ſæpius peragere provincias; victus ſcilicet ſupplementum ab hominibus arte medicationis acquirens, templa vero Sanctorum pro corporis ſalute rependo frequentans. Adveniente autem die ſacratiſſimæ depoſitionis beati Confeſſoris Germani, contigit hunc inter reliquum vulgus ejuſdem adire baſilicam. Ubi dum ipſam noctem pervigilem duceret, facta hora Monachi Vigilias in honore beatiſſimi Pontificis more ſolito celebrare cœperunt. Rite autem nocturnali completo Officio, cum Euangelium juxta morem legi inchoaretur, ipſa paralytici diſſoluta membra, priſtino recepto vigore, ad propriam cœperunt ſolidari compagem: & ubi antea per terram more vermium manibus nitebatur incumbens, ſuper propria genua elevatis ſuis tentavit vadere plantis: deinde ad beatiſſimi Viri perductus ſepulcrum, ibi pleniſſime omnium membrorum ſe lætatur recepiſſe ſalutem. Mox autem in prædicto monaſterio omnibus diebus vitæ ſuæ pollicitus eſt beato ſe ſerviturum Germano.

ſanatur paralyticus,

E

17 Item in regione Waſconia, in civitate Wltrona *f*, fuit quædam femina nomine Leutfreda, ab ipſa nativitate tam manibus quam etiam brachiis ita contracta, ut membra, tantum corpori mortua inhærentia, nullo naturali fungerentur officio. Quæ cum tanta debilitate ad perfectam perveniens ætatem, nocte quadam ſopore detenta, divina admonitione eſt juſſa, ut ad ſepulcrum B. Germani Pariſiaci Antiſtitis ſananda veniret. Quæ de viſione credula, propria tellure relicta, Pariſius quam celeriter potuit, beati Viri venit ad aulam: in qua paucis diebus feſtivitatem beati præſtolans Viri, ipſa nocte ſacræ Pontificis depoſitionis, dum nocturnã melodiã Monachi celebrarent, ipſa, beati Pontificis obtinentibus meritis, ab omni eſt infirmitate tam brachiorum quam manuum reſtituta ſaluti. Sicque factum eſt, ut dum pro ſalute hujus populi grates Domino laudeſque beato referrent Germano; cæcus quidam, nomine Rantfredus, de villa Vedrarias *g*, è regione reſidens, primum lacrymas cœpit vehementer effundere; deinde oculi, diuturna cæcitate perculſi, poſt multam effuſionem lacrymarum, ſanguinem emanare cœperunt. Cumque ipſas lacrymas jam ſanguine mixtas à facie manu tergendo ſiccaret, ſubito adaperti oculi lumẽ ablatum paullatim recipere cœperunt.

contracta,

F

cæcus,

g

18 Sed & in hujus illuminatione populis ſtupore detentis, ecce in parte altera prædictæ baſilicæ, homo quidam, nomine Lantbertus, de villa Palatiolo, paralyſi

paralyticus

A paralyti ægritudine detentus, qui ita tam renes quam coxas, ſive etiam tibias vel ipſos pedes, à paralyſis infirmitate diſſolutos habebat, ut nullum ex eis naturali conditione ſuum movendo poſſet adimplere officium; auditis autem miraculis, quæ in ſuperius nominatis divina contulerat gratia, cum, ut conſueverat, baculorum ſuſtentatione progredi vellet, ſubito ab ipſis renibus uſque ad pedes largo influente impetu ſanguinis, membra longinquâ diſſolutione tabefacta, paulatim priſtina cœperunt recuperare officia. Quod cum eccleſiæ cuſtodes cognoviſſent, tam ipſam feminam quàm ipſum cæcum, ſive etiam iſtum paralyticum, omnes ad ſepulcrum ſanctiſſimi dedùxerunt Confeſſoris: ubi uſque auroram jacentes, pleniſſime tam contracta manuum ac brachiorum, quam cæcus lumen oculorum, ſive etiam iſte paralyticus priſtinam omnium membrorum recipere meruerunt ſalutem: & qui aliorum officiis adjuti veſpere eccleſiam debiles fuerant ingreſſi, mane facto, propriorum membrorum vegetatione receptâ, ad propria incolumes ſunt regreſſi.

ariſtarum aculeis excæcatus

19 Quantum enim properamus volentes finem attingere, tanto ſemper nobis ſe objiciunt virtutum inſignia. Sed ſi cuncta meis tentavero percurrere ſcriptis, charta dieſque mihi nec morâ deficient. Igitur in pago Laumenſe, in villa quæ dicitur Covinio *h*, fuit quidam ruſticus, nomine Ernoardus, qui dum tempore meſſis ſuper plauſtrum ſuum ſtans, manipulos ab aliis ſibi oblatos in eodem plauſtro ex more componeret; quidam manipulum incaute in faciem ipſius jaciens, oculi, terebrati ariſtarum aculeis, naturale amiſerunt videndi officium. Qui cum tanto fuiſſet munere caſſus, in hac cæcitate perſtitit annis circiter decem: & dum multa Sanctorum loca circumiret, ut lumen ademptum à Domino recipere mereretur; tandem Turonis ad baſilicam beatiſſimi Martini pervenit. Ubi ſimiliter dum miſericordiam Domini exoraret, apparuit ei in viſione quædam Deo ſacrata dicens: O homo, ſi lumen oculorum priſtinum recipere cupis, Pariſius perge: ibi tibi Dominus meritis B. Germani lumen recuperabit ademptum. Qui, utpote jam deſperatus, nequaquam viſioni fidem accommodans, ad propria ut venerat mendicando reverſus eſt. Nocte autem quadam dum in Choë *i* caſtro quieſceret, apparuit ei quidam Clericus, venerandam ſenectutem canicie præferens, dixitque illi: Vade Pariſius ad Domnum Germanum, & ibi te Dominus adjuvabit. Qui cum nec huic ſecundæ viſioni fidem accommodaſſet, ſequenti nocte idem Clericus cambottam *k* manu geſtans, cujus ſuperior pars uſque ad medium aurea videbatur, & inferior ferrea, eidem cæco apparens ipſum de cambotta leniter percuſſit, dicens: Cur non ambulaſti ad S. Germanum, ſicut præcepi? Surge itaque nunc, & ocius ad ſepulcrum illius feſtinare memento, quia ibi oculorum tuorum recipies ſanitatem.

& triplici mandato

tandem obediens,

20 Mane autem facto, cum Clericis eccleſiæ hanc uniformem trinam diceret viſionem, quidam ex eis irridentes dicebant, quod jam nullo modo fieri poſſit, ut ipſe lumen cæli videret: alii vero, quibus erat mens ſanior, eum exhortari cœperunt, ut juxta imperatum ſibi, cum ſpe recipiendæ ſalutis, citius ad baſilicam Domni procuraret ire Germani. Quorum conſilio roboratus, proprio ſolo relicto, tandem aliquando beatiſſimi pervenit ad aulam: in qua Fratribus veſpertinam ſynaxim celebrantibus, ipſe bina manibus luminaria tenens accenſa, retro cancellos ſanitatis ſuæ præſtolabatur adventum. Finitâ autem veſpertinâ ſynaxi, cum Fratres ſe orationi proſtraſſent; ille, utpote cæcus, quid ageretur ignarus, aliis orantibus ſtabat erectus: & ſubitò quaſi ambo pedes ei uno fuiſſent ictu reſecati, cum magnâ vociferatione in terram corruit; ibique præ dolore nimio tantos emiſit ab ore clamores, ut nimietas vociferationis orationes interrumperet Fratrum. Quibus rite finitis, cum à cuſtodibus interrogaretur, cur tales voces emitteret; alia poſtponens, interrogat, quo iſſent columbæ, unde ipſam baſilicam repletam vidiſſet. Cunctiſque negantibus inibi tunc nullam omnino fuiſſe columbam, ait: Ego, cum inſcius quid ageretur, utpote cæcus, ſtarem; divino ictu percuſſus ad terram corrui: mox autem multo dolore correptus, duas columbas maxillis meis inſidere ſenſi; quæ cum unguibus ſuis oculos meos ſulcando rimarent, repente meritis Beatiſſimi Germani lumen amiſſum recepi, ſurſumque reſpiciens omnem hanc eccleſiam albis conſpexi repletam columbis: quæ quando vel qualiter hinc abierint, quamve partem petierint, mente confuſus, & nimio ſplendore gaviſus, ſcire nequivi. Qui lumine oculorum plene recepto, unde nuper cæcus manibus fuerat alienis attractus, ad propria eſt incolumis, B. Germano medente, reverſus.

EX MABILIONE.

viſum recipit.

ANNOTATA.

a *Mabilio aſſerit, nunc dici* monaſterium S. Genovefæ. *Infra lib.* 2 *Miraculorum num.* 13 *appellatur* monaſterium S. Petri, nec non S. Gonovefæ Virginis.

b Acmantum, Eſmant, *vicus hactenus juris monaſterii S. Germani, prope confluentiam Icaunæ in Sequanam, ad monaſteriolum oppidum, vulgo dictum* Montereaus.

c Leudicum, *Lipſio* Leodicum, *aliis* Leodium, *& ſubinde* Legia, *urbs Belgii ad Moſam notiſſima, cum lata Epiſcopi juriſdictione etiam in temporalibus. Sed de hoc* Withbaldo *Chorepiſcopo alibi nihil legimus. Chorepiſcopi autem ea ætate quoad auctoritatem erant, quales qui nunc dicuntur Decani rurales; ſeu potius Archidiaconi: nam in plures* Archidiaconatus *diœceſis Leodienſis dividitur.*

d *In Vita S. Valberti Abbatis,* Tarnenſis *pro* Teruanenſis *legitur* 2 *Maii num.* 7.

e Pagus Adartenſis *ſive* Adarteſis, *unde incolæ* Adarteſii *&* Arteſii *dicti ſunt; eſtque etiam provincia Belgica Comitatus Titulo celebris, & metropolis ejus* Atrebatum, *uti latius deduximus* 6 *Februarii ad Vitam S. Vedaſti Epiſcopi.*

f Wltrona, *melius forte* Ulerona, *vulgo* Oleròn: *neque enim alia in Vaſconia eſt civitas, quæ huc adduci poſſit.*

g Villa *ſeu* Vicus Vedrariæ, *vulgo* Verrieres, *in agro Pariſino & juris cœnobii S. Germani.*

h Cobinium in pago Laumenſe, *memoratur in diplomate Caroli Calvi, dato pro monaſterio S. Germani.*

i Couhè, *oppidum in ſuperiori Pictavia prope Andegaviam.*

k Cambotta *ſæpe recurrit, pro ſcipione ſeu pedo viatorio vel paſtorali.*

CAPUT III.

Alia miracula recentiori manu deſcripta Malevoli puniti.

Eripitur anima aquis,

21 PRæterea de anguſtiis ad ſe clamantibus, idem venerabilis Præſul quam ſit proximus, licet paucis, quibuſdam tamen hic cogimur manifeſtare miraculis. Nam neceſſe eſt talibus nos, id eſt divinis admonitionibus, ad Dominum Sanctoſque ejus timendum rogandumq; ſemper accendi. Vir quidam ex noſtris nobilis & potens genere, nomine

EX MABILIONE.

Adevertus, cum eſſet aliquando in Saxonia, contigit ut illic ſolus quoddam ſibique ignotum vadum pertranſire deberet. Sed ut ventum erat jam utcumque ad alterius partem alvei, ecce tres illi ſubito Saxones obvii adſunt parati, quatenus illum prius etiam quam ad littus exiret perimerent. Quem ſimul impellentes haſtis, etſi illi vitam, loricâ, immo protegente Chriſto, minime tulerunt; eum tamen ipſo agili pulſu ad ejuſdem fluminis fundum pene uſque depreſſerunt: erat enim aqua & terminus ripæ ibi profundior. Unde in hac ipſa propulſione undis adhuc coopertus, beatiſſimum ſibi adeſſe Germanum invocans, non ſolum ſurrexit, ſed (quod eſt mirabilius) pariter cum ſuo equo & armis univerſis ita ab ipſius aquæ altitudine feſtinato producitur, ut quando vel quomodo exoptatum tenuerit ſolum, fere neſcius idem ſtupuerit: animo ſolum advertit divinâ ſe clementiâ hujus beati viri meritis fuiſſe ſublatum. Referebat etiam, ita ſe eodem in loco, adverſus eos qui ſe convenerant, decertaſſe; quatenus ſic numquam, niſi cæleſti ejuſdemque Sancti auxilio adjutus, potuerit.

alius igni.

B

22 Eſtque hic adnotare, qualiter olim quidam prædones, ipſius Sancti quemdam hominem comprehendentes, in ignem projecerint: qui dum fideli ac pura cordis intentione exclamaſſet, dicens: Libera, ô beatiſſime Germane, tuum innocenter damnatum ſervulum; protinus flammæ vis à ſui ardore ſic evanuit, ut nec ipſius quidem veſtimenta, vapore hinc inde revulſo, tanti ignis aduſtione flagrarent. Sed qui intrinſecus pervicaciæ flammis ſuccenſi ardebant, non eis ſemel hoc egiſſe ſufficiens fuit: ideoque rurſus atque iterum id ipſum agentes, nihil aliud quam antiquum ſtupendumque nobis miraculum ad mentem reduxerunt. Nam is qui periclitari cogebatur incendio, divina ac ejuſdem Sancti protectione vallatus, in modum (ut ſic atteſtetur) trium puerorum, Chaldæorum quondam immanitate damnatorum, tandem liber exivit.

Invaſores bonorum S. Germani puniuntur, Manualdus,

C

23 Manualdus vero quidam Comes, dum in ejuſdem Beati villam, quæ nunc uſque Kalaus nuncupatur, intraſſet; cœperunt hanc ſui vaſtare comites, incolaſque ipſius gravibus atque inhumanis tormentis afficere. Ad quem cum veniſſent, injuſta ſe pati clamantes, & quoad eos mitius ageret ſupplices exorantes; non ſolum audire noluit, ſed eos indignans reſpuit, pejora hinc illis futura promittens. Qui cum ejecti ſicque comminati ab eo exiſſent; verterunt ſe ſtatim, ut eſt pauperum uſus, ad Dei Sanctique Germani implorandum auxilium: quorum nec fides votis fraudatur. Porro à quo torquebantur, idem Manualdus ita totus paralyſi diſploſus efficitur, quatenus illi ſermo atque pedum mox omnis negaretur inceſſus. Unde illum, causâ recuperandi quam non meruit incolumitatem, ad ejuſdem Sancti ſacra limina poſt nequidquam deportatum conſpeximus. Nihil igitur ſanitatis vel injuriarum remedii uſque adeo recepit, donec in modico abſumptus vita deficeret. Simili nempe modo Rumaldus, *a* Madriacenſis Comes, in villa quæ dicitur Sicca-vallis percuſſus obiiſſe dignoſcitur. Hic autem cum quibuſdam Sancti hominibus perperam vim inferre minime timuiſſet, atque in ſe reclamantibus aurem pietatis inflectere nollet, ultio eum divina mox præterire nequivit. Itaque dum ad audiendam Miſſam procedere vellet, ſiquidem ea die venerabilis ejuſdem inſtabat Pontificis ſolennitas; illico cæleſti attactus flagello, veluti ſucciſis cruribus concidit, atque eodem in loco moriens exſpiravit. Infelix! qui dum adviveret, ſaltem vel in momento prævidere diſtulit, quas forte ad pœnas mortuus ivit: impletumque in eo eſt illud Scripturæ veriſſimum, quia qui avertit aurem ſuam ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.

a *Rumaldus,*

Prov. 28. 9.

D

Emminus,

24 Deinde Emminus, Aquitaniorum quidam Nobilium, cum eodem in regno, ipſius viri Dei ſiſcum, vocabulo *b* Vernoilum, temere invaſiſſet; vidit eumdem quadam nocte ad ſe ita dicentem: Quid ergo has turres uſurpare voluiſti? & rurſus: Niſi, inquit, eas dimiſeris, cognoſce quia in proximo debitum inde experieris perpetratæ jam culpæ flagellum. Quam viſionis ac pietatis gratiam bis ita ſibi oſtenſam, ut idem poſt deplorabat, nihili habens; tertio cum apparuiſſet vir Dei, eum in ventrem ex ea quam manu geſtabat ferula percuſſit, ac deinde diſparens abiit. Percuſſus vero ſtatim nimia inteſtinorum vexatione corripitur. Itaque vocatâ atque ſibi ejuſdem loci reconciliatâ familiâ, cunctis præſentibus pollicitans dejerare cœpit, numquam ſe ad eumdem locum ultra venturum, niſi forte indeclinabilis cauſæ neceſſitas urgeret, tantum ut à præſenti anguſtia illius pietate eripi mereretur. Quibus precibus ac hujuſmodi ſponſionibus vir mitiſſimus flexus, quod petebat indulſit. Nam illico pax ſanitatis viſcera intrat dolentia, atque qui vexabatur homo, interius exteriuſque curatur. Eamdem denique villam Georgius, & ipſe Comes, olim cum deprædari cœpiſſet, quidam plebium adeuntes eccleſiam, mox ſigna ſonare cœperunt, ſiquidem ejuſdem Sancti digna illic à populis habebatur veneratio: quos ille amens, utpote ſuperatus irâ, corripiens, flagris percuti fecit. Sed ut Domini Sanctorumque ejus pietas, quam ſemper ſe digne invocantibus præſto ſit, evidenti demonſtraretur indicio, cæleſtis hunc protinus vindicta ſubſequitur. Enimvero ex ea jam quam ibidem exercuerat ingurgitatus rapina, dum ad ſeceſſi locum urgente quidem cauſa vix perveniſſet; ſtatim, ut erat (quod abſque dubio claret fatendum) fide & gratia Dei inanis, more Arii cuncta viſcerum mole effuſa, ventre vacuus reſedit; habuitque merito judicium ſine miſericordia, qui aliis dum potuit miſereri noluit.

b

E

& Georgius Comites;

c

Iudex etiã Corboilenſis.

25 In *c* Corboilo, quodam vico Pariſiacenſi, hoc notum ac terribile conſtitit miraculum: nam & eamdem villam quondam Beati fuiſſe Germani, adhuc rarus qui neſciat. Ubi aliqui ex colonis ibidem degentis familiæ, ſeveri cujuſdam ſuper ſe Judicis crudelitate vexati, ad eccleſiam illic ejuſdem Sancti honore dicatam, tali coacti preſſura confugiunt, ibique vulgo exſpoliatum *d* verberantes altare, ita gementes crebrius ac ipſa repetita voce clamabant: Quare, ô Domine Germane, ſic noſtri tuorum oblitus es famulorum? ſurge, precamur, & libera nos. Quibus vocibus excitata confeſtim, quæ neſcit ſomnum, ſancta & pervigil pietas; ſtatim revera Judex ille, quo reſidebat ita inſanire cœpit, quatenus nulli dubium eſſet, quin maligno ageretur ab hoſte. Tenetur ſimulque ligatus adſtringitur, atque eam ad baſilicam vi attractus perducitur. Deinde vero non modicam coram ibi poſitis ſuæ amentiæ vexationem perpeſſus, tandem precibus ac votis pro ſe Sancto oblatis ſenſum recepit. Neque ulla hinc eum cogebat neceſſitas invitari à quoquam, quemadmodum ſponderet, nil tale ſe deinceps acturum. Erat denique in eadem eccleſia, ubi idem ſanctus Sacerdos vivens dormierat, ita adhuc vitide jacens fœnum, quatenus ſane illis defecatum eſſe videretur diebus: non enim fuerat qui hactenus illud inde efferre præſumeret.

d

F

Azylum S. Germani violaturus punitur.

27 Hæc quoque perſimilis cauſæ deſpectu virtus inferitur. Cum etenim quoſdam è vicino civitatis carcere, more ſæpius ſolito, ſacer illius feſtivitatis dies excepiſſet; accidit ut unus eorum, aliis aliam in partem evadentibus, monaſterium hujus Sancti ad

ſe

se liberandum eligeret : ubi consuetudo talis (quem-
A admodum antiqua relatio ac moderni temporis frequens adhuc habet exhibitio) ut nemo sit qui quemquam illuc fugientem, postquam videlicet vel prima ejusdem Pontificis attigerit limina, non solum tenere, sed nec etiam persequi audeat. Quo quidam tunc gestiens pervenire, equum adscendit, postque fugientem velociter cucurrit. Quem dum ille jam jamque proximantem cerneret, atque insequentis se carnificis vultum recognosceret; magnis incipit vocibus beatissimi Germani implorare auxilium. Cui qui sequebatur, sic infelix eum affatus respondisse perhibetur : Serum est, ait, quod Sanctus succurrat Germanus : neque enim idem cum sit justus, nos aliquid injuste pati velle debet. Post quam vocem confestim equo in terram prolabente cecidit, coxamque sibi pene in frusta comminuens fregit : eoque inibi tantisper quiescente, atque (ut sic verbo ludatur) nascentis herbæ modum mirante; is qui coeperat aufugit, nec non ad aulam sui liberatoris con-
c digne gratias agens securus pervenit *e*.

ANNOTATA.

B a Madriacensis *pagus est in hodiernâ Normanniæ diœcesi Ebroicensi, ubi* monasterium Crucis S. Leufredi, *secundo ab urbe lapide, olim etiam* Madriacense monasterium *dictum. Colitur S. Leufredus 21 Junii : & ad ejus monasterium pertinet vicus* S. Germani *dictus, prope* Nidalfam, *inquit Mablio, vulgo* Neaufle.

b Vernolium; *vulgo* Verneüil, *in confiniis Normanniæ & Perchensis Comitatus : nisi hic indicetur alius locus nobis ignotus.*

c *Est* Corbeilum *vetus, supra Parisios ad Sequanam, cujus Ecclesia S. Germano sacra est.*

d *Mabilio in Præfat. ad Sec. 2 Bened. num.* 48 *explicat, quomodo solerent antiqui* Sanctos *ipsos, quibus injuria fiebat, in eorum bonis vel hominibus*, non tam oratione quam violentia cogere *ad reparandam vel amoliendam injuriam, nudando altaria, extinguendo luminaria, lipsanothecas humi ponendo, ecclesiarum januas obstruendo, quandoque & percutiendo sepulcra : ad exempla vero ibi collecta, etiam hic nova adjungit, & nos adjungere possemus ex opere nostro multo plura, sed nominatim ex Appendice ad Miracula S. Walarici 1 Aprilis; ubi cum pro repetitione Fulcheriensis prædii, Leuconaënses Monachi corpus sui Sancti illuc inferrent, legitur Thesaurarius ecclesiæ*, erecto post Sanctum baculo, *dixisse :*
C *Cave tibi, cave*, Walerice, *nisi hodie tuum in hac villa ostenderis Dominium, huic verberandus baculo subjacebis; quæ ut per excessum simplicitatis atque fiduciæ in Sanctum dicta excusari tunc utcumque potuerint, postea tamen Concilium Lugdunense anno* 1274 *censuit esse prohibenda, tamquam* detestabilem abusum horrendæ indevotionis.

e Alia complura miracula breviter notata hic omisimus, *inquit Mabilio : quorum tamen exemplum ab eo submissum placet addere, quia in divinis beneficiis commemorandis putamus non metuendam prolixitatem : sed cavendum potius, ne ingrato tegantur silentio, quæ ad posterorum memoriam descripserunt majores, quamvis sub simplici brevitate.*

CAPUT IV.

Alia plura miracula breviter recensita.

28 HInc vero censuimus, ex multitudine quæ adhuc restant miraculorum, quædam, non ut superius, sed breviore multo serie percurrere : ita prorsus ut nec silenter omnia præterisse, nec etiam nimietate verborum exorsa fastidium le-

gentibus induxisse culpemur. Erunt siquidem licet compendio brevitatis minima, tamen admiratione EX MS.
seu rerum magnitudine, ut cetera, præcipua.

29 Girbertus igitur, à plurimis annis claudus *Sanantur; claudus,*
existens, ad ejusdem Sancti sepulcrum aliorum delatus manibus venit : ubi dum tempus suæ salutis opperiens moras innecteret, eam quam fideliter quæsivit salutem, ipso opitulante Præsule, adipisci promeruit, atque in domum suam sospes reverti. Bertoldus etenim, simili item prolixo dierum spatio *mutus*;
mutus effectus, pristinos loquelæ modulos se eodem in loco recuperavisse plaudebat. Teutberga quoque, *muta,*
vocis organo carens, sese ad salutifera Sancti limina duci rogavit : cui quod indubitate fides popposcit, *manca,*
solitò nostri Antistitis pia miseratio contulit. Deinde Fredelindis mulier quædam, manus habens aridas, nihil de salute ambigens venit : hæc post paululum, tanti Confessoris digna suffragiis, similiter sana recessit. Agemberto etiam, qui se illuc surdum ad- *surdus,*
veniisse coram positis omnibus certissime fatebatur, aurium diu negati, quam citissime recluси, patuere meatus. Igitur Guntramnus, illuc mutus accedens, *mutus,*
quod per annos nescierat, statim amissum linguæ recepit officium. Denique Theodaldus cæcus addu- *cæcus,*
citur : sed quoniam fiducialiter, omni remota du- B
bietate, Sancti se meritis delegavit, oculorum est mox lumen adeptus.

30 Justina siquidem, male à dæmonio annis ve- *energumena,*
xata quatuordecim, nexa manibus, ad Sanctum, de quo loquimur, miseranda pertrahitur. Ubi non multis diebus expletis, ab hoste, ejus salutiferis precibus liberata, sanari promeruit. Bertoinus itaque *claudus,*
claudus, dum propinquorum advectus manibus accessisset, quamvis sero, propriis tamen se lætabatur inde vadere plantis. Extitit & quædam femina, à *cæca duæ*
nativitate (ut ipsius ajebant parentes) cæca, nomine Ada : sed ei quod naturæ luminum denegaverat ortus, beatissimi Sacerdotis celere profudit suffragium. Sirberga quoque, similiter à nativitate cæca, nec non & muta decumbens continuo (ut verissime fertur) ibidem appropinquans sanatur. Eusebius qui- *surdus & mutus,*
dam, auditu pariter atque loquela damnatus, gemino se eodem in loco virtutum munere dignum fuisse gaudebat. Atoinus vero à nativitate oculorum *cæcus & surdus,*
visu ac aurium erat officio multatus : qui ibidem incolumis factus eo recessit hilaris, quo pristinæ jam calamitatis immemor se gratulabatur adjutum. Bil- *cæca & muta,*
dois quoque, similiter à nativitate cæca degens ac
muta, nec minus se illuc fiducialiter contulit : nam F
mox salute donata, propria sospes revisere meruit.

31 Rainulfus, ut ejus ajebant parentes, annis *energume-*
novem à maligno vexatus spiritu, mortis jam pro- *nus,*
ximabat occursum : cumque ad Sancti sepulcrum fuisset adductus, nec mora antiquæ reformatur sospitati. Sed & Gisleberga crurum seu pedum vici- *gressu ca-*
nis (ut sic dixerim) destituta suffragiis, nihilominus *rens,*
curata compos voti recessit. Etenim Bernelinus, fur *cæcus;*
vam oculorum noctem valde perpessus, obtulit se, non sine alterius dumtaxat ducatu, piis sancti Confessoris illuminandus meritis : quibus misericorditer auxiliatus, vicino mox lumine gaudet. Adriana *clauda*
namque, quæ erat ex multi temporis cursu clauda persistens, illuc se deferri rogavit, quo remorata paulisper, omnem indepta salutem orans exivit. Si- *surdus & mutus,*
quidem Audomarus, etiam à nativitate (ut ipse post fatebatur) auditus ac sermonis usu damnatus, de his omnibus, statim ut venit, valens posse recepit. E- *surda & debilis,*
nimvero Gisberga, pari modo, ab ipso scilicet nativitatis exordio, surda ac pedibus debilis jacens, quã- *energume-*
celerem inibi sortita est sanitatem. Adrianus siqui- *nus,*
dem, per annos duodeviginti à dæmonio possessus ad-

EX MS. veniens, extemplo curatur. Ecce quid ſuo conferebat Germano, qui olim hominem eoſdem annos in ſui infirmitate habentem potenter curavit.

ſurda & muta, 32 Igitur Altberga ſurda acceſſit & muta, quæ ſanitatis quam ſubito potita remediis, mirum in modum gaudens receſſit. Gilleveus, qui à multo *paralyticus,* tempore nervorum fugato vigore aridos habens greſſus humi jacebat, ſanus factus illico ſurgens, domum oranter abibat. Otberga denique aurium & *ſurda & muta,* linguæ graviter amiſſa dolebat officia: ſed ubi ad ejuſdem Sancti pium proceſſit auxilium, protinus quid quæſierit certis declaratur indiciis: nam jucundabatur mulier ſe ibidem optatam excepiſſe medelam. Daimberga quoque, à nativitate nihilominus *cæca,* palpitans cæca, repentino, illuc ſeſe conferens, circumdata lumine vidit. Advehitur itaque Adalelmus, *energumenus,* graviter à maligno ſpiritu per plures annos vexatus: hiſque, Sancti meritis curato languore, adverſis ereptus, lætus ad ſuos hoſpes repedavit. Similiter Guntbertus, à nativitate tam auditus quam vocis ſenſibus *ſurdus & mutus,* alienus, his redditis officiis, ſanitatis eſt medicina donatus. Elboara, æque à nativitatis tempore muta *muta,* reperta, parentum ſeſe ad Sancti ſepulcrum intulit

B cura; ibique nodis damnatæ linguæ ſolutis, ad do- *cæcus,* mum ſuam loquens regreditur. Hitgaudus quidam, à puero cæcus perſiſtens, cæli lumen, illuc adductus, *muta,* repente videre promeruit. Nartelindis autem, nimia omnis dumtaxat ſermonis tenacitate multata, ad locum quo Sancti veneratur tumba progreditur; & ſtatim recluſis labiis, multiloquax facta revertitur.

cæca & debilis, claudæ duæ, 33 Reberta quædam, cæcitatem & greſſuum debilitatem incurrens, celeri ſe curſu ad quærendam Sancti medelam deferri præcepit: cujus mox uberrimo precum dono perfuſa, reddita ſibi ipſa quoque mirabatur officia. Ergo Witana, æquabiliter cæca & clauda effecta, ſimili curationis dono fulcitur: percepto itaque ſanitatis munere, hilaris ad ſeſe remeans *contractus,* ibat. Erfredus, plane crurum ſive pedum contractione ceu vinculis præpeditus, alacer jam ſua ipſe legens *ſurdus & muta,* itinera, ad propria remeavit. Bertinga, cui & aures auditum, & tenax linguæ taciturnitas nativum locutionis denegaverat modum; his potita noviter donis, *cæca,* gratulans ſtupebat conceſſa. Anſa, ſimili eventu à nativitate dumtaxat cæcitatis tenebris obvoluta, dum ad Sancti tumulum venit, lucis fulgore, quem num- *claudi duo,* quam ſenſerat, ſe ibidem lætabatur indeptam. Porro Benedictus, quam plures per annos pede irremediabiliter claudicans, ad ſancti Viri præſidium ſe humili

C ſatis prece deportari poſcebat. Quod cum actum fuiſſet, accidit ut cum his qui ſe devexerant, inde ad domum ſuam propriis remearet veſtigiis. Natalis, ſane æquali menſura claudus procumbens, ſanus ut venit effectus eſt, numquam enim ſe plus valuiſſe gaudebat.

energumena, 34 Quædam vero mulier, Marſa nomine, à maligno ſpiritu graviter moleſtata, atque inſuper amens *cæca,* effecta veniens, hujus extemplo Pontificis prædicabili dono curatur. Nec non Helectrudis, cæcitatis *claudæ,* ac pedum debilitata valetudine, ejus ſimili, id eſt pia miſeratione, inventa eſt digna. Guntildis, ſimiliter ex multo tempore clauda perſiſtens, petiit ſe ad San- *contractus,* cti tumulum ferri: ubi dum venit, protinus ſanitate gaviſa receſſit. Guandalbertus etiam multam greſſuum tarditatem, utpote contractus incurrens, venit ad Sancti ſepulcrum; ibique ſalutifere medi- *cæca & claudæ,* catus, exultans unde venerat regreditur. Arcanrada denique, oculorum nec minus genuum privata ſolatiis; antiqua ei, mox ut acceſſit, pedum virtus *paralytica,* reducitur: nam & videns receſſit, Sancto ſibi procurante remedia. Inſuper Adalgundis, renum ſtupefacta ariditate, ægra perdurans amicos rogat, quatenus ad ſanctum bajularetur locum; quæ poſtquam ejus (ut ſic dicatur) venialia tetigit limina, ita nervo- D rum rigor mirandum laxatur, ut non ſolum adſtantes, verum etiam ipſi ejus bajulatores, attoniti terre- *contracta,* rentur. Furlindis vero, quam hujuſmodi greſſuum, videlicet nervorum contractio, pedibus debilem fecerat; inopina ſeſe eodem in loco mirabatur ſalute præventam.

35 Gildegaudus nempe, qui ex longo degebat *cæcus,* tempore cæcus, alieno ſe illuc deferens ducatu, gaviſus eſt ſubito ſe diu negatæ lucis recuperaviſſe ſalutem. Adalgildis dum atroci ſpiritu vexata perni- *amens,* miam pateretur amentiam, mox inibi adducta curatur, atque jucundans ſoſpes revertitur. Heraſia *paralytica,* quam totius corporis imbecillitas ſatis reddiderat miſeram, ad ejuſdem Sancti convolans præſidium venit, ſtatimque eo ſalutis modo quo & ceteri obumbrata, quæ renibus acceleraverat curvis, eis jam ad propria remeabat erectis. Sed & Gertina quædam, *muta,* mulier muta, nec non & ſurda, dum illuc venit, Sancti pia miſeratione donatur: nam paucis poſtquam acceſſit diebus decurſis, plenam in omnibus receptam ſanitatem inde ſecum revexit. Fuit deni- *moribundus,* que quidam Chriſtianus & fide & nomine, ita deſperabiliter languore percuſſus, quatenus nihil jam de eo niſi mors ſuſpicari poſſet. Hic vero mirabi- E lius quam fuiſſet infirmus, ſanatur. Porro qui ex multo ac per multum temporis languens jacuerat, extemplo curatus ſurrexit, atque incolumis ad domum propriam ivit. Præterea Bertgaudus, quem totius pœne corporis nervorum contractio pigræ ſatis mancipaverat debilitati, ab hujuſmodi morbo ipſius *contractus,* pii Pontificis interceſſione ſanari promeruit. Juſſerat quippe illuc ſe manibus deportari vicinis, haud dubium quin ad beatiſſimi Germani ſepulcrum. Ubi dum orans, humi proſtratus jaceret, ſenſit paulatim, antiqua vetuſtate damnata officia in priſtinum uſum reverti. Nec mora, ſurrexit ſanus, atque ob ſui incolumitatem Deo gratias ac clementiſſimo referebat Antiſtiti, cernentibus hoc qui aderant, atque mirantibus univerſis. Hæc & alia non minus narratione digna Chriſtus per eumdem Sanctiſſimum & Apoſtolicum virum Germanum, poſt videlicet ſui corporis tranſlationem, operari dignatus eſt qui cum Deo Patre & ſancto Spiritu vivit & regnat ac nominatur Omnipotens, per innumera ſecula ſeculorum.

HISTORIA MIRACULORUM

Et tranſlationum ob irruptiones Normannicas.

Auctore Aimoino Monacho Pratenſi ſeculo IX.

PRÆFATIO.

Studioſis in Chriſto piiſque lectoribus ſalus & pax perennis ab Jeſu, omnium dominatore dominantium. Quoniam non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu, ſiquidem pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia; hunc libellum miraculorum Domni noſtri Germani, elucentibus promicantem inſignibus, per aliquorum manus minime dubito revolvendum. Hæc priſcorum temporibus Danorum, Ragenarii ſcilicet ejuſque ſociorum, meritis ipſius ſancti Pontificis ſuperno favore mundo conceſſa, ad aures uſque ſereniſſimi Regis Karoli digna paſſim relatione pervulgata fluxerunt. Quibus

ille

A ille gaviſus, veluti eorum pretioſitate ſe regnante munificentior redderetur orbis; mandavit ea ſolerti diligentia notari, atque eccleſiaſtico jure catholicis paginis aggregari. Tunc namque memorati ſancti Præſulis Cœnobio præcrat Domnus & Abbas vir venerabilis Ebroinus, Pictavenſis Eccleſiæ Sedis Epiſcopus. Hic regali cenſura injunctum ſibi negotium quomodo perficeretur incumbens, duobus hoc delegavit agendum ejuſdem noſtræ Congregationis Fratribus, maturitate pariter ac ſcientia provectis: qui pro ſui quiſque ſenſus ubertate ſeorſum ſcribentes, ediderunt exinde ſinguli ſingula opuſcula. Quod utrumque à præfato Domno Antiſtite Ebroino aliiſque recitantibus approbari [non] placuit, ſed alterum alteri utcumque præferri. Idcirco manſit amborum inuſitatus labor uſque ad tempus Domni Gozlini, ejuſdem loci præcipui Patris. Quod cum ſibi jam aliquorum quidem poſt tempus annorum ita compertum fuiſſet; præcepit mihi, non ut ſapientiori, ſed ut manuali potius Fratri, quatenus unum è duobus coadunarem corpuſculum; tantum ut ſi qua prorſus invenirem ſuperflua, reciderem; quæve minus compta, florentioris ſtyli venuſtate, nihil extra veritatem faciens, polirem. Quod ego fateor, non viribus, niſi cælitus datis, aut ingenio tumens, arripui; ſed magis obedientiâ, tanto Primati debita fidens, ſuſcepi: merebarque mihi noxam criminis, ſi jubentis Domini juſſa proſequi negligerem.

Miracula juſſu Caroli Calvi ſub Ebroino conſcripta.

ſub Gozlino expoliza.

B

LIBER I.

Irruptio Normannica anni DCCCXLVI.

PROLOGUS.

Ad bene vivendum excitant Acta Sanctorum

SIcut laude dignos credimus eos, qui geſta vel miracula Sanctorum, quæ divina virtus per eos operari dignatur, ad ædificationem Fidelium ſcribere ſatagunt; ita abſque dubio ſcimus culpari illos, qui præ deſidia ac torpore mentis ea litteris tradere ad profectum negligunt futurorum. Nã veluti à ſomno quotidie ad amorem Dei ſtudiumque bene vivendi excitantur plurimi, legentes in libris facta ſanctorum Patrum, eorumque acſi præſentia facta cernentes miracula. Proinde unuſquiſque talenti donum habens timeat, ne forte audiat quod ille malus ſervus, qui acceptam pecuniam ac malè humo defoſſam, ad dominum ſine uſuræ lucris reportare non formidavit. Hoc non ſolum ſponte agendum, verum etiam & cum injungitur, ſummopere injungentis eſt imperio parendum. Plura quidem ac ſtupenda dignaque relatu omnipotens Deus, per eumdem beatum Antiſtitem, præteritis noſtriſque dignatus eſt patrare temporibus, quæ ob inertiam ſilentio ſunt preſſa, atque per incuriam ſcriptorum omiſſa: nunc vero ea quæ noviter cunctarum rerum Conditori gratia ejuſdem ſanctiſſimi viri placuit operari, auxiliante Domino & ipſius Sancti juvantibus meritis, jubente Domno Rege Ebroïno Antiſtiti ejuſque Monaſterii Rectori, licet incompto atque inerudito, veraci tamen ac fideli ſermone, læti conamur perſtringere: & ut veraciter ſunt geſta, atque etiam in populo Nortmannorum jam vulgata, tam præſentibus quàm futuris legenda relinquere.

C

& S. Germani, hic veraciter edita.

AUCT. ARMOINO.

HISTORICA RELATIO.

ANno Incarnationis Domini Jeſu-Chriſti octingenteſimo quadrageſimo *a* ſexto, Regis autem præcellentiſſimi Karoli ſexto; cum Regnum Francorum, poſt obitum Domni Hludowici Imperatoris, varias diviſum eſſet in partes, & peccata populi creſcerent, ſanguiſque ſanguinem tangeret; Deo permittente, flagitiis quidem exigentibus actum eſt noſtris, ut exteræ nationes è propriis egrederentur ſedibus, videlicet gens Danorum, qui vulgo Nortmanni, id eſt Septemtrionales homines appellantur; & ſuperbo tumentique corde, cum valido navium apparatu, Chriſtianorum fines intrarent. Qui huc illucque furentes, atque cum magna ſuperbia cuncta gyrantes, cœperunt *b* vaſtando [percurrere] diverſas inſulas maris; donec nemine ſibi reſiſtente, fluvium Sequanæ ingreſſi, Rotomaco ſorte incredibili applicarent. Cumq; in eadem civitate aliquantiſper demorantes, regionis Principes (quod abſque ingenti contritione cordis effari nequivimus) ad bellandum pigros timidoſque adverterent; exeuntes à navibus, longe lateque diffuſi, cœperunt utriuſque ſexus multitudinem trucidare, captivare; villas, monaſteria, eccleſiaſque depopulando cremare; totamque ſuæ libidinis immenſitatem, cum omni crudelitate, in populum Dei debacchando, exercere: quouſque ad locum, qui vocatur *c* Karoli-venna, ventis veliſque ſuæ malignitati juſto Dei judicio ſecundantibus, ultra ſpem ſecuri navigando venirent. Tunc glorioſus Princeps Rex Karolus, quia propter ſubitaneum eorum aſcenſum ex toto non poterat, convocata aliqua ſui exercitus parte, venit primum ad monaſterium macarii Dionyſii, ut ejus orationibus fultus, ſecurius contra Dei ſuoſque pergeret inimicos. Deinde ut erat, uti adoleſcens, animo armiſque ſtrenuus, ad ſupradictum locum pugnaturus acceſſit; paratus non ſolum dimicare, ſed etiam pro Fide, proque defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ laudabiliter mori. Cujus adverſarii cognoſcentes adventum, deverterunt ad alteram prædicti fluminis ripam, ubi quædam parva tantum pars populi erat: quibus confeſtim in fugam verſis, in *d* inſula quadam ejuſdem fluvii, ad opprobrium Chriſtianorum, plus minus undecim captivos ſudibus ſuſpenderunt, multoſque alios per domos & arbores confixerunt, atque nonnullos per villas campoſque miſerabili inſecutione trucidantes peremerunt: ipſoque ſacratiſſimo Paſchalis feſtivitatis ſabbato Pariſius pervenientes, vacuam penitus ipſam urbem quondam populoſam, & omnia in circuitu illius monaſteria à ſuis habitatoribus deſerta repererunt. Timor ſiquidem & metus univerſos invaſerat, utputa merito iniquitatis divino enudatos auxilio, atque ideo mundanæ defenſionis deſtitutos ſolatio. Quis, rogo, non doleret, antequam bellum committeretur, fugatum exercitum? antequam jaceretur ſagitta, confoſſum? ante ſcuti colliſionem, ignominioſe ſubactum? Univerſorum namque ordo penitus in Eccleſia confuſus, atque à bonitatis ſtudio permutatus, hoc, ipſa privatione boni, uſque ad exitii fomitem, digna ſatis ultione promeruerat. At pius Pater, juſtus delinquentium ſemper corrector, correctorumque clemens ſuſceptor, non hoc intulit, ut nos ob innumera delictorum noſtrorum pondera crudelis damnaret, ſed ut per immenſam ſuæ largitatis benignitatem afflictos emendaret. Tunc, pro dolor! ſacratiſſimum B. Germani corpus, de ſuo effoſſum ſepulcro, in poſſeſſionem quamdam ejuſdem

Anno 846 Nortmannis, capto Rotomago, a

b *late omnia vaſtantibus*

E

& Pariſios accedentibus,

F

effoditur corpus S. Germani. Cumbas deferendum.

AUCT. AIMOINO. dem ecclesiæ, quæ *e* Cumbis dicitur, delatum est. Sed quæ facundia quive sermo exponere potest, qualis dum hæc agerentur, quantusque in eadem ecclesia exstitit luctus? Senes itaque ac juvenes, pueri flebant & infantes, utpote nemo sese à lacrymis temperare valens. Similiter & aliorum corpora Sanctorum in eodem pago degentium extumulata, atque per diversa sunt loca deportata, exceptis duntaxat membris Macarii Dionysii sociorumque ejus Martyrum: quæ licet à suis fuerint abstracta sepulcris, propter tamen Regis præsentiam, non sunt tunc ad alia loca transire compulsa. Statuerat quippe Rex, populo videlicet à se labente, ut jam dicti sancti Martyris monasterium defenderet, eo quod divæ memoriæ genitor illius eum, cum esset parvulus, eidem Sancto speciali traditione commendasset.

cereo cælitus reaccenso.

2 Hoc interea juxta narrationis ordinem inseratur, quod dum sanctum ejus moveretur corpus, cunctipotens Dominus dignatus est ostendere. Nam dum in effossione ipsius, & quomodo portari deberet unanimes intenti essemus, cereis pro reverentia accensis; casu accidit ut unus, quem puer incaute tenebat, è manibus ipsius labens rueret, totoque privatus extingueretur lumine. Quem cum à
B solo idem puer cum omni velocitate levasset, lumen amissum ab altero mutuare cupiens, meritis tanti Patroni actum est, ut statim in manibus ejus cereus illuminaretur extinctus. Quod quidem mirum, nec ab re tamen ducimus, si ibidem ignis divinus resplenduit, ubi, quamvis lugubre, filius venerabatur lucis. Unde qui aderant universi gratias Deo referentes, atque præclara Pontificis merita collaudantes, cœperunt magis magisque in psalmodiis Deique laudibus esse devoti, quousque opus, licet triste, consummaretur honeste.

& lucæ cælitus visæ supra Reliquias.

3 Num visio illa quæ aliquibus ipsius monasterii Fratribus eadem nocte, qua beatissimum ejus corpus effossum est, antequam aurora subsequentis appareret diei, ostensa est, ut non dicatur omitti debet? Cum ergo ad fluvium Sequanæ sua quæque ad naves ferentes, prima ipsius noctis vigilia quidam perrexissent Fratres, indeque ad monasterium jam remearent; apparuit eis secumque etiam comitantibus famulis tam immensus claritatis splendor, super eam ecclesiæ partem, qua ejusdem sanctissimi Viri corpus positum erat, ut claritati æquaretur diei, eademque ecclesia veluti igne suppositio videretur cremari. Qui cum intra se nimium mirarentur, & eorum corda hujuscemodi consideratione stupefacta hærerent, visio paulatim deficiens disparuit. Perveniente sque ad monasterium sciscitati sunt, si
C aliquis Fratrum ea hora cum lumine super ipsam fuisset ecclesiam. Nemine tamen qui fuerit reperto, cognoverunt visionem Angelicam, divina virtute meritis Sancti patratam; qui sua migratura ossa piosque cineres, talis sibi claritatis concessa gratia, invisere curavisset.

Hæc ablatio fuerat biennio ante prædicta.

4 Illud quoque insigne miraculum, quod ante biennium quo hæc acciderunt, cuidam monacho ipsius monasterii, ætate moribusque grandævo, ostensum est, minime oportet silere: cujus exempla actusque eximii si sequantur, plurimum prodesse poterunt ad salutem. Vidit idem, quadam nocte positus in sopore, B. Germanum quasi suo egredientem de sepulcro, expeditum atque ad iter agendum præparatum. Qui veluti sciens eumdem esse beatissimum Dei famulum, interrogavit humili voce, quo tali processu abire disposuerit. At ille, migraturum se ex eodem loco respondit. Quem rursus animo quidem timenti interrogans ait: Domine, &: si tu abieris, nos tantilli tui servuli quid D postea faciemus? Cui, quasi tristi vultu & cum magno mœrore, ut eidem Fratri videbatur, ait: Et vos ex isto migrabitis loco: attamen vere cognoscetis, quoniam & ego revertar, vosque miseratione divina simul cum tempore dispositio remeabitis. Quam visionem verissimam fuisse, ea quæ consequenti fine sunt completa declararunt.

& rursus paulo ante quam fieret.

5 Nec illud, quod cuidam in eadem ecclesia revelante Christo patefactum est, silentio præterire debemus: quoniam dum prædicamus talia, excitantur audientium corda, ad melliflua Sanctorum deposcenda suffragia. Quidam vero religiosus ejusdem monasterii Frater, cum alii Completorio peracto festinarent ad requiem, quo fessa post diei laborem corpora lectulis reclinarent; sese ille ante sepulcrum B. Germani peculiaris orationis causa projecit. Cumque diu cælorum ac totius mundi Dominum pro suis exorans delictis, opem B. Germani ceterorumque Sanctorum intento corde Fidelibus cunctis deposceret (jam enim frequens Paganorum rumor ad nostras certissime percrebuerat aures) ante quindecim fere dies adventus illorum, hæc mirabilis sibi ostensa est visio. Nam ab oratione qui jacuerat surE gens, apertis vidit oculis, ut olim totum mundum Pater Benedictus, sepulcrum beatissimi Germani veluti patefactum, ipsumque sanctissimum corpus indisruptis vestibus indutum, atque ministerio ut fuerat divino in ipso sarcophago ordinate compositum; quemadmodum ipse post paululum omnesque qui simul adfuimus, dolendum! inspeximus. Sic Dominus suo dilecto sanctusque Germanus ostendere voluit, quod in brevi peccatis facientibus nostris erat implendum: nec visio prius quam visionis sequentia omnibus panditur.

Oratorium S. Germani frustra nituntur incendere Normanni.

6 In memorato denique Karoli-vennæ loco, ipsi Normannorum populi, se victores seque superiores esse conspicientes, dum adhuc morarentur; exeuntes à navibus *f*, Cellam nostram, quæ contra vel secus eumdem locum posita est, cursu propero festinantes intraverunt: unde miraculum, quod illic tunc factum comperimus, optimum si narretur putamus. Namque in eadem Cella ecclesiis Apostoli Petri almique Germani ignem terque quaterque supponere nitentes, cum defecissent; eas incendere amborum meritis non valentes, claustra ejusdem Cellæ tandem egressi, horreum quod ibi erat juxta positum cremaverunt: ex quo tantus flammarum globus, aëris alta petens, adscendit, ut quasdam F arbores, ultra etiam jam dictam Cellam virentes, incenderet, ipsas vero ecclesias intactas & integras ut erant relinqueret. Cum insuper ventus Australis validissime flaret, totumque fere incendium eamdem in partem projiceret; illico Septemtrionalis è regione spirans intumuit; atque in alterius partis latus Australem mirâ conversione reflectens, omnem vim pariter retorsit. Ita mirabilis Deus, qui famulos suos secum fulgentes in cælis semper [glorificat,] mirâ communi pietatis gratiâ operatur in terris.

Parisios veniunt & monasterium destruunt.

7 Cum igitur Sabbato Paschali, diffusa navium classis Parisius, ut suprà relatum est, pervenisset; in crastinum, cum suos jam sol lucifluos emitteret radios, propriâ totum illustrans lampade mundum, è navibus prorumpentes, ipsam civitatem, ut præmisimus, vicinaque suburbana absque habitatoribus repeterunt: ingressique monasterium beatissimi Germani, Dei fanum residuumque ecclesiæ, quod securitatis damno remansserat apparatum, contaminare, pollutisque manibus cœperunt destruere. Sed quia Domino miserante nec ibi virtus defuit

ejusdem

A ejuſdem ſanctiſſimi Patris, minime debent reticeri, quæ tunc illic totius mundi Creator, ad laudem ſui nominis, gratiâ ipſius Pontificis, oſtendere dignatus eſt miracula. Quæ, quia nemo noſtrum interfuit, penitus ignorabamus: poſtea tamen à fidelibus
g miſſis *g* Hluduwici Bajuvariorum Regis, Kobbone videlicet aliiſque, quos ad Principem Normanno-
h rum *h* Horich nomine legationis cauſa direxerat, ea
eorum tres eccleſiæ lapſu pereunt: cognovimus: qui nobis illa fideliter narraverunt, quemadmodum ipſi (ut teſtati ſunt) coram Horich præſentes ex parte viderunt, atque ex parte ab ipſis, qui tunc in ipſa eccleſia, quando hæc geſta ſunt, ſimul aderant Chriſtianis audierunt. Nam cum trabes eccleſiæ miſerrimus ille populus, quia erant abiegnæ, & idcirco habiles navigio, incidere tentaviſſent; tres ex maligno eorum numero, ante altaris crepidinem B. Stephani, invalidi totius virtutis robore ruentes ceciderunt; atque confracti incredulas Deoque odibiles animas, aliis timore perculſis, exhalantes, perpetuas deſcenderunt ad umbras, ubi edax vermis eorum non morietur, & nimius eorum ignis non exſtinguetur. A trabibus ita ceſſatum eſt.

B 8 Cumque illud Dei templum, totumq; ſimul depopularetur monaſterium, accidit ut unus eorum etiã
alterius manus exareſcit: apud eos neſandiſſimus, ad Confeſſionẽ Domni Germani ſtrictum gladium polluta geſtans manu (mira quidem dicentur) deveniret; columnamq; marmoreã, quæ ibidem orantibus ad dexteram ſita erat, tredecies totiuſque corporis adniſu, veluti capulans hoſtem, percuteret. Cui continuo ita manus dexteræ, qua columnam ipſam inciderat, virilitas evanuit, ut poſt illum diem (quemadmodum idem Kobbo vidit, qui & eas inciſiones nobis ignorantibus præſens oſtendit) uſque ad infelicem ejus ex hac vita diſceſſum, ſemper immobilis aridaque & ut fuerat extenſa permaneret: manubrium vero ferri ita manu compaginatum inhæſerat, ut numquam ab ea aliquo ingenio vel arte niſi cum cutis parte avelli potuerit. Qui tamdiu nimia vexatione compatientis corporis cruciatus eſt, donec miſerrimam finiret vitam, plenus indignationis & iræ, manibus dæmoniorum devectus ad tartareas ſedes cocyti fœtidumque lacum averni.

alii cæcitate & dyſenteria puniti, 9 Operæ pretium fore credimus, ſi & illud magnum narretur miraculum. Igitur dum ipſum ſanctiſſimum oratorium à crudeliſſima impie violaretur
C turba; tanta ſubito nebulæ eſt denſitate repletum, ejuſdemque obſcœni violatores ita divini judicii cæcitate perculſi, quatenus illud metu ac tremore nimio pavefacti linquere cupientes, vix oſtia vel fores per quas intraverant invenire valerent. Sicque in oberrando diutius fatigati, tandem erumpentes quantocius effugerunt, tali ab illo die tantoque pervaſi terrore, quo non auſi ulterius eſſent quacumque fœditate ipſam contaminare eccleſiam. Inſuper & ita dyſenteriæ morbo exinde (ut eſt vulgatum) ſunt afflicti, ut dum quotidie morerentur, nullus ex tanta multitudine ſe putaret evadere.

hanc etiam in digreſſu 10 Interea ſimulato languore, legationis cauſa dirigunt ad præcellentiſſimum Regem Karolum, ut eos cum pace fideles ſuſcipiens, ad propriam dato Regni tributo redire permitteret patriam. His ita placitis, Rege quidem nolente, Principibus tamen quibuſdam (ut fatebatur) muneribus læſis, Ragenarius Dux eorum, cunctique Principes ad Regem, qui tunc in monaſterio macarii Dionyſii reſidebat, adducuntur: per deos, perque ea quibus maxime ſe protegi ac ſalvari putabant teſtantes numina vel arma, quatenus nequaquam ulterius vel fines ſui regni, niſi fortaſſe auxiliatores, intrarent aut contingerent. Qui ita dimiſſi atque pro ſui evaſione quam minime ſperaverant gaviſi, pariter quo venerant accepta auri argentique impoſita ſumma læti redierunt: ſed revertentes, morbo quo in prædicta eccleſia perculſi fuerant quotidie deficientes cruciabantur, cruciatique nequiſſimas miſerabiliter animas exſpirabant, nemine quos ſecum habebant Chriſtianorum hujuſmodi plagam ſentiente. In quibus omnibus Dei eſt conſideranda potentia, ejuſque pietas amplectenda, qui tam miſericorditer ſalvat innocuos, tamque terribiliter Sanctos ſuos mirificando punit profanos. Auc. Almoino. *ſecũ ferunt & pereunt*

Strepitus in eccleſia nocturnus ceſſat relato corpore, 11 Quid in eadem eccleſia, poſtquam major pars Fratrum ab exulatu reverſa fuit, geſtum eſt, ſilentio premere non debemus: necdum enim ſacratiſſima beati viri oſſa ad proprium fuerant reportata ſepulcrum. Una namque noctium, cuſtodibus ejuſdem eccleſiæ dormientibus, antequam Fratres ad referendas Deo laudes more ſolito excitarentur; auditur ab eiſdem coram altari S. Stephani ſtrepitus dæmoniorum ingens, veluti hominum multitudo ad aliquid putaretur diſcurrens. Qui confeſtim ſurgentes, & cum lumine totam eccleſiam circumeuntes, cum neminem reperiſſent; intellexerunt fraudem fallaciamque dæmonum fuiſſe; qui nimirum dolebant ſe expelli à ſanctis ſedibus templi, in quod, dum à perfidis permiſſum fuerat pollui, haud dubium quin aliquantulum juxta illud, Et piloſi ſaltabunt ibi, intrandi licitum habuerint. Poſtquam autem ſacri ejus cineres relati, atque ſuo loco Chriſto favente ſunt reſtituti; nihil tale in eadem baſilica, ipſius ſanctitate promerente, auditum eſt. E Iſa. 13, 21

Regreſſus ad Regem ſuum Dux Normannus, 12 Siquidem Ragenarius Dux, auctorque totius memorati mali, ante profanum Horich Nortmannorum Principem cum ingenti ſuperbia veniens, oſtendit ei quod ſecum hinc aſportaverat aurum argentumque multum: dixitque quod opinatiſſimam Pariſius civitatem captam haberet; quodque manſionem Germani ſenis, quæ in eadem terra decentiſſima haberetur, intraſſet; inſuper & quod omne Karoli Regnum ſibi ratione tributi ſubjugatum haberet. Horich autem dum talia non crederet, juſſit jam dictus Ragenarius partem inciſæ trabis monaſterii Domni Germani, ſeramque portæ Pariſiacæ urbis, ante eum in teſtimonium adduci. Præterea retulit ei quam bonam quamque fertilem, uti omnibus repletam copiis, inveniſſet terram: populum vero eam incolentem, ad dimicandum pavidum ac trementem: referebatque dicens, quod majorem ibi
F mortui quàm viventes haberent virtutem, nullumque invenerit ſibi reſiſtentem, præter Germanum ſenem mortuum. Hæc cum diceret, tremens illico *ſolum ſibi Germanum reſtitiſſe faſſus,* ac pavens corruit in terram, atque terrifica cœpit voce clamare, Germanum coram adſiſtere, eumque ſe baculo quem manu geſtabat graviter flagellare. Quod videntes, Horich ſcilicet univerſique ſibi adſiſtentes, ipſeque Kobbo Hluduwici Regis illuc directus Legatus, ex hoc quod acciderat ſtupore nimio permoti, admirati ſunt. Idem vero Ragenarius, ſic humiliatus ac repente contritus, aliorum manibus cito ſublatus receſſit: qui maximis per triduum tormentis ignominioſe afflictus, præcepit tandem unam auream ſuæ ſimilitudinis ſtatuam fieri, atque per eumdem Kobbonem Germano ſeni deferri; ſpondens ſe, ſi evaderet, Chriſtianum deinceps futurum, Deumque Chriſtianorum indubitanter creditum: ſed quia non erat ex ovibus Chriſti, idcirco quod petebat obtinere non meruit. Ita prorſus *miſerrime obit,* inflatus, quemadmodum nobis idem Kobbo manifeſtum fecit, ac totus turgidus exſtitit, ut nec auditus, nec viſus, nec odoratus, vel guſtus in ejus corpore diſcerni potuerit. Sicque diffuſis ad poſtremum viſceribus medius crepuit, vitamque miſerrimus

AMICO. AIMOINO.

mus mane finivit: ſtatua vero ſacris oblationibus indigna, à quibus delegata fuerat retenta, veluti immundiſſima à mundiſſimo cordium inſpectore refutata remanſit.

ejus ſocios contagionis metu occidi Rex jubet,

13 Sed adhuc qualiter qui reſidui fuerant ex hac defecerint vita, proſequendo narremus. Ab eo ſane die, quo monaſterium almi Præſulis Germani ingreſſi ſunt, donec pœnaliter cuncti interirent, ita, ut diximus, turgenti ſunt (Kobbone teſte) viſcerum inflatione perculſi; quatenus omnis eorum cœtus etiam in patria quotidie moriens periret, præter quos Horich poſtea juſſit occidi. Timens etenim ipſe ejuſque Optimates & populus pariter univerſus hujuſcemodi morte peſſima damnari, præcepit omnes qui reſidui erant, exceptis paucis fuga lapſis, quos nec mortis credimus evaſiſſe exitium, decollari: eorumque capita, veluti ſatisfaciens morbo, Chriſtiano qui captivus illic erat populo tradi. Nam ita clades ingraſſata Deo permittente ſæviebat in plures, ut pene quicumque morbidum tangeret, extemplo eodem attactus morbo & ipſe deficeret. Inſuper juſſit cunctos captivos, qui Chriſtianitatis vocabulo cenſerentur, in regno ſuo perquiri; eoſque cum libertate & honore, abſque alicujus contradictione, in ſuam

& Chriſtianos dimitti.

B patriam reverti: qui etiam hæc & alia, ultra quàm ſint inſerta, dicebant. Nos tamen ea quæ à videntibus percepimus, ſolummodo ponere diſpoſuimus; magnum ſatis habentes, quod victoriam, quam populi multitudo, communi obſtante crimine, ex inimicis habere non potuit; B. Germanus, inclitus meritis, glorioſus miraculis, apud Deum tali donatus triumpho, obtinere promeruit.

Puer totus impotens ſanatus,

14 Quia vero duce Chriſto hucuſque, ſignorum dulcedinem ſequentes, proceſſimus; nunc ordinem, quo ipſius beatiſſimi corpus relatum ſit, dicere aggrediamur; his præmiſſis, quæ in villa Cumbis accedentibus infirmis, ejus patrociniis donata cognovimus: quæ quo magis narrantur, eo amplius juvat à piæ narrationis tramite non diſcedere. Igitur cum quidam puer, Dagenus nomine, ex familia ejuſdem monaſterii, ſurdus & mutus, omniumque membrorum officio deſtitutus, ad præfatam villam auxilio parentum deportatus fuiſſet; ita eſt ſubito meritis ipſius glorioſi Pontificis priſtinæ redditus ſanitati, ut & loqueretur pariter & audiret: & qui paralyticus manibus devectus venerat alienis, ovans ac lætabundus, tribus in ſe miris oſtenſis, propriis jam cœpit ire veſtigiis. Namque à terra poſt paululum incolumis

C ſurgens, cum magna cordis alacritate illis qui aderant aiebat: Ecce, ecce, adeſt B. Germanus, per quem me totum, Deo gratias, agnoſco curatum.

Puellæ duæ febre liberatæ.

15 Nec illud omitti debet, quod Chriſtus ad laudem & gloriam famuli ſui largiri dignatus eſt, quod etiam audientibus proficere credimus. Fuerunt itaque in eadem villa duæ puellæ, longo tempore ſic febribus valde vexatæ, ut vix jam pedibus incedere valerent, quibus nec ulla medicinæ ars eatenus potuerat ſubvenire. Quæ cum fiducia magna ad eamdem eccleſiam, in qua ſanctiſſima ejus membra poſita erant, pergentes, petierunt à cuſtodibus, ut ſaltem ſub tanti Pontificis venerabile corpus eis tranſitus præberetur. At illi fidem illarum plenam conſiderantes, permiſerunt eas ſicut humili petebant prece tranſire. Nec fides præmium diſtulit. Ita ſane, ipſius ſancti corporis tranſito feretro, ab eadem infirmitate mox curatæ ſunt, ut nullam exinde moleſtiam per idem tempus ulterius paterentur. Ergo mirabilis Deus in Sanctis ſuis, qui non ſolum eos in præſenti gratiarum donis mirificat, verum & poſt mortem tantis beneficiorum muneribus, eorum meritis languentibus præſtitis, miraculorum glorificat ſignis.

16 Poſt hæc vero cum ejus ſacratiſſimum corpus D à ſupradicta villa Cumbis ad monaſterium reportaretur; quod tunc in via actum eſt manifeſtare placet in populis. Tanti denique Præſulis beatiſſima membra Monachis cum laudibus & hymnis ad proprium referentibus locum; contigit ut cereus qui præferebatur ardens, validiſſimo flante vento, etiam in laterna in qua poſitus erat, extingueretur. Dumque cum equo ad villam quis, propter ignem qui rurſus debuiſſet accendi, ire voluiſſet; cælitus effulſit, ut omnibus qui aderant, tamquam extinctus non fuiſſet, in eadem laterna rutilans appareret. Unde ad hujus rei teſtimonium in eodem loco à fidelibus Crux lignea ponitur: ut quod ibi tunc geſtum eſt, quodque priuſquam ad monaſterium perveniretur geminatum miraculum, à tranſeuntibus futuriſque non ignoretur generationibus.

Relatum corpus,

poſt cereum cælitus reaccenſum,

17 Ventum eſt autem, non paucis ſanatis infirmis, cum magnificentia & honoris obſequio ad Teodaſium *i* ejuſdem Sancti villam: unde ſequenti i die, comitantibus rurſum virtutum prodigiis, gratanter egreſſi, venerunt pſallentes rectoque itinere gradientes uſque ad fluvium, qui vulgo dicitur *k* k Biber. Quo tranſmiſſo, venerabilis Præſul & Abbas ipſius monaſterii Domnus *l* Ebroinus obviam E venit, multique utriuſque ſexus, diverſi gradus & l ordinis cum crucibus & cereis, reliquoque ſanctiſſimo apparatu cum eo; plebs quoque civitatis villarumque circumquaque non modica, cum omni alacritate ac devotione cordis univerſi currentes. Nam Clerici magna cum voce Deum laudantes, ſingultu interdum quatiente pſallebant: populi autem nunc præ immenſo gaudio lacrymas fundentes, nunc vero præ cordis jubilo exultantes, innumeras Deo gratias referebant. Nec uberior mœſtitiæ fletus in tranſmigratione, quam lætitiæ extitit in reverſione. Præfatus itaque Antiſtes, aliique ad hoc delecti Sacerdotes nobileſque viri, ſacratiſſimum ejus corpus propriis humeris viciſſim geſtantes, reliquis omnibus ante & poſt feretrum cum laudibus & hymnis tripudiantibus, bajulantiumque veſtes attingere feſtinantibus, ad propriam deportaverunt eccleſiam. Cumque ad primam monaſterii portam perveniſſent cœperunt hymnum Te Deũ laudamus, te Dominum confitemur, cælo reſonante ante ipſũ decantare, ponentes eum ſuper altare S. Stephani in eadem eccleſia principali. Ubi tamdiu manſit, donec tranſlationis ejus feſtus dies, quæ octavo Kalendas Auguſtas celebratur, adveniret. Tunc accedens memoratus Ab- E

magna pietate excipitur.

bas Domnus Ebroïnus Epiſcopus, tulit illum, & collocavit in ſuo ſarcophago, cum metu & nimia diligentia, benedicentibus univerſis qui aderant ac laudantibus Deum.

Poſtea viſus eſt S. Germanus arma deponere.

Denique poſtquam ejus ſacratiſſimum corpus in ſuo eſt collocatum ſepulcro, illam viſionem ſilendo præterire non debemus, quæ cuidam Fratri noſtro in eodem cœnobio quadam nocte revelata eſt. Videbantur enim illi in ſopore poſito omnes Fratres ipſius monaſterii, ſtantes in choro, veſtibus induti ſolennibus, loquentes ad invicem quaſi de his quæ acciderant malis: reſpicienteſque contra Orientalem ejuſdem eccleſiæ partem, viderunt beatiſſimum Germanum, veluti in habitu militari ante altare S. Stephani galeatum atq; mirifice loricatum ſtantem, & uti ex campo certaminis armigeratum feſſumque venientem: adſpicienſque cunctos, interrogavit uſitato gentis nomine, ubi eſſent vel quo abiſſent Nortmanni, ipſius templi violatores, patriæ diſſipatores, qui ſua aliorumque Sanctorum membra effodi compuliſſent. Cui humili ſatis (ut decebat) reſponſo dixerunt, quia receſſiſſent. Tunc venerabilis Pater, Bene, inquit, &, Deo gratias, reſpondit.

Deinde

A Deinde in ſedili quod antè memoratum altare paratum erat, ut eidem videtur Fratri, reſidens, vocavit eos, juſſitque ut ſeſe ad deponendum ea quæ portabat arma militaria juvarent: interea quod adſpiciebatur defecit. Nos vero tali habitu talique viſione præfiguratum animadvertimus, quod jam veraciter factum eſſe cognoſcimus, ultionem dumtaxat à ſancto viro ex inimicis cœlitus reportatam: cujus interrogatio eorum perditionis declaratio fuit. In armorum quoque deponendorum adjuvatione colligimus, quod eum, immo noſmetipſos bene vivendo adjuvare debeamus, ne talia nobis aut illi pro nobis ultra proveniant.

Epilogus. 19 Nunc igitur pauliſper conſiderare libet, quam metuenda ſint omnipotentis Dei judicia; quanta ſit longanimitas atque juſtitia piiſſimi Creatoris noſtri, vere terribilis in conſiliis ſuis, patiens & æquiſſimus in univerſis operibus ſuis: qui ſi iratus ſervis ſuis negligentibus fuerit, cito illis pœnitentibus placatus reconciliabitur; atque viſibilibus ſive inviſibilibus proſtratis hoſtibus, pacem contritis corde cum victoria dabit. Sic de populo Iſraëlitico ſæpe legimus, ſic noſtris temporibus frequenter audivimus, ſicque in nobis ipſis ejus pietatis gratiâ experti ſumus. Ipſe eſt enim Deus repellens & deſtruens, iraſcens & miB ſerans, commotorumque contritiones ſanans. Attendendum etiam, beatiſſimus Germanus quantum ſit glorificandus, quantumque venerandus, qui ſic miſericorditer juvat ad ſe cum fiducia confugientes, ſicque terribiliter juſtis (quod eſt fatendum) meritis percutit adverſantes. Et quia longum ac difficile eſt per ſingula ejus virtutes retexere, maxime cum & antequam naſceretur ita dilectus gratuſque Deo, ut Joannes in utero matris exultans, inventus ſit, cui virtus miraculi famulatrix extiterit; placet in ejus laude hoc in loco paucis ludere verſibus, ſitque prioris libelli finis.

Hic eſt Germanus, voluit quem mater in alvo
  Perdere, præſumptis hauſtibus atriferis.
Sed quia vitali fuerat reſperſus olivo,
  Non potuit ſanctum commaculare malum.
Nam fuit egregia genitus de ſtirpe parentum:
  Qui quondam terris, nunc ſuper aſtra nitet.
Optat enim, fragili ſi quis dum carne manebat
  Noſſe fuit qualis, hic ſua geſta legat.
Et cælos poſtquam conſcendit, quanta per ipſum
  Geſſerit Omnipotens, promere lingua nequit.
Linquitur hoc illi bibulas qui ſolus arenas,
  Ac pelagi guttas dinumerare valet:
C Hortor enim cunctos, maculat quos actio vitæ,
  Hujus opem precibus poſcere ſæpe piis:
Debilis ad cujus venit ſi turba ſepulcrum,
  Inde means rediit ſana, favente Deo.

Cui nunc & ſemper gratias agamus, qui nos meritis hujus fideliſſimi ſui Præſulis de tot tantiſque malis eripuit, quique nobis quotidie innumerabilium donorum beneficia ejus ſuffragiis præſtat, faciens magna & mirabilia ſine numero: cui ſit honor & poteſtas, decus & imperium, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Sextus erat* Caroli Calvi *annus, ſaltem uſque ad 20 Iunii. Licet totus potuerit ſic appellari.*

b *Hæc ita in Chronico Malleacenſi narrantur:* Concremata eſt ab eis Hero inſula, & monaſterium Deas, Burdegala, Santonis, Engoliſma, Lemovicas, Pariſius, Turonis, Noviomagum, Aurelianis, Pictavis, & innumera monaſteria & caſtella deſtructa.

c Caroli-venna, *vulgo* Chalevanne, *ad Sequanam verſus palatium* S. Germani in Ledia, *Gallice* en Laye. *Legi poteſt apud Mabilionem, poſt hos miraculorum libros, diploma donationis monaſterio S. Germani ejuſq; Abbati Hirmino factæ à Ludovico Pio, anno ejus* 111, *de* Piſcaria, quam olim proavus ejus Karolus, *ſcilicet Martellus*, in pago Pinciacenſi, in villa quæ vocatur Rioilus, in fluvio videlicet Sequanæ, fieri juſſit, *ſub ea ſcilicet cautela*, ut omni tempore ſit ſalva undique omnibus obſtaculis aqua, nec fiant unquam ulla opera huic vennæ nocitura, nec ante vel retro; quia cujuſcumque poteſtatis ſint littora, tamen eſt regalis aqua. AUCT. AIMOINO.

d *Videtur indicari inſula S. Dionyſii, vulgo*, Iſle S. Denis.

e Combæ, Combes, *Vicus in pago Briegio, ſexto milliari à Lutetia Pariſiorum.*

f Cella *etiamnum de jure monaſterii S. Germani*, la Celle.

g *Hic eſt* Ludovicus, *Caroli Calvi frater, ſenior dictus & Rex Germaniæ, mortuus anno* 876.

h Horich *ſive* Horicus, *unus ex* 5 *filiis Godefridi Regis Daniæ anno* 810 *mortui, ac tandem monarcha Daniæ: de quo & aliis Daniæ Regibus & Ducibus egimus* 3 *Februarii ad Vitam S. Anſcharii* §. 8.

i Theodoſius, *vulgo* Thiais, *Vicus altero milliari ſupra Pariſios, haud procul à Sequana, hactenus cœnobio Pratenſi ſubjectus; in diplomate Caroli Calvi* Theodoxius.

k Biber *juxta monaſterium S. Victoris in Sequanam* E *ab iiur.*

l *Mortuo anno* 842 *Ailduino Abbate S. Dionyſii & S. Germani, Carolus Calvus regimen Abbatiæ S. Germani dedit* Ebroino *Epiſcopo Pictavicenſi. Ita Continuator Aimoini lib.* 5 *cap.* 19, *qui dein cap.* 21 *aſſerit* Ebroïnum *anno* 858 *defunctum eſſe. Fuiſſe autem ſummum Capellanum Caroli Regis notavit Sirmondus, ad Capitulare* 3 *Caroli Calvi, in Verno palatio præſidente Ebroino habitum.*

LIBER II.

Miracula in irruptione Normannica anni DCCCXLVII.

PROLOGUS.

QUia prioris libelli metas, optatum propinquantes portum, Chriſto ſermonis vela regente, attigimus; acceptum ducimus ea modo miraculorum ſubnectere ſigna, quæ poſtea Dominus per ejuſdem Pontificis merita glorioſa dignatus eſt pandere. Illa quoque quæ rurſus in ipſius Sancti noſttâque peregrinatione ſunt facta, non inF congrue addenda cenſerentur, niſi forte pudoris eſſe viderentur. Scilicet qui caſtigationis divinæ poſthabitis eruditionibus, tempus emendationis necnon & fructum correctionis parvipendentes, ad hoc iterum prolapſi ſumus, ut longiorem demum exulationem digniſſima expulſione pateremur. Sed abſit ut vel noſtra tacendo inaccuſata pallietur iniquitas; aut cæleſtis, qua ſanaremur, nobis clementer adhibita, quo non præconetur, reticeatur benignitas; vel etiam tanti Pontificis humanæ ſaluti largita virtutum gratia, immemorata tranſiliatur.

HISTORICA RELATIO.

Mulier contracta ſanatur. a

SAncti vero corpus dum revectum, atque ordine ſupra digeſto ſuo eſt in loco reſtitutum, acceſſit ex *a* pago Oximenſi quædam paupercula mulier, nomine Hirmintrudis. Hæc per novem annorum curricula contractionis calamitate oppreſſa, de loco ad locum, niſi aliorum manibus delata, nequaquam incedere valebat. Cumque eam

AUC. AIMOINO. Dominus per glorioſum Antiſtitem Germanum curare voluiſſet coram ſe aſſiſtere, deferentes ſibi panem & lac, ſignum futuræ ſanitatis, hortanteſque ut comederet: moleſtiâ namque infirmitatis fatigata obdormierat. Cumque comediſſet ex his quæ attulerant, dixerunt illi: Surge, & quomodocumque potes, Pariſius ad ſepulcrum B. Germani ire feſtina, cujus munere noſcas te ex propria corporis debilitate curandam. Quæ longo ægritudinis vinculo de ſua deſperata ſalute, putavit ſe vano ſomni phantaſmate deludi: idipſum & parentes, quibus hæc retulerat, dicebant. Sed alia iterum nocte prædictæ virgines eidem apparentes, cum quadam indignatione, blando quidem ſermone eam allocutæ, dixerunt: Gaude, in proximo eſt enim ut cureris. Et quare, quo tibi præcepimus, non iſti? Vade igitur, ſaltem nunc, nec moram feceris. Porro expergefacta mulier, auxilio tandem fratris aſello levatur; ſicque ante tumulum tanti Patroni delata exponitur. Permiſſa itaque eſt in atrio ejuſdem eccleſiæ ipſa nocte requieſcere. Sed priuſquam mediæ noctis ſpatium tranſmitteretur, evigilans, quaſi quodam medicamine delibuta, per ſeipſam aggreditur eccleſiam, Fratribus jam ex more vigiliarum ſolennia celebrantibus. B Interea membra ſibi male cohærentia cœperunt reſolvi, atque in antiquum mox officium reverti: quæ pro anxietate cordis corporiſque relaxatione magnas inſtitit voces emittere, ut omnes qui aderamus audivimus: factoque mane, illi Domino B. Germani precibus miſerante, propriis conceſſum eſt ambulare veſtigiis: ſicque per iter quo venerat rediens, omnibus bonum ſibi largitum narrabat.

Item homo contractus, b 2 Nec illud præterire debemus quod ſimili modo factum contigit miraculum. Nam inter ceteros ex diverſo properantes, venit quidam juvenis ex *b* pago Bajocaſino vocabulo Hildemodus, qui ita renibus contractus tribus continuò extiterat annis, ut eo ipſo dolore genuum ac tibiarum ſeu pedum privaretur officio: iſque multa venerabilium Sanctorum circumiens loca, quo priſtinam illorum ſuffragiis recuperaret ſoſpitatem, à nullo prorſus deſtinatus eſt ſanari. Supradicta autem ſanctiſſimi Pontificis imminente celebritate, à quodam venerabili viro per ſoporem eſt admonitus, ut monaſterium ejuſdem ſanandus adiret. Qui nihil de viſione dubitans, eo die qui eamdem præcedit ſolennitatem, nono Kalendas Auguſtas, cum aſcellaribus venit ante ſancti Patris ſepulcrum, jaciens ſe pronũ in terram. C Cumque diutius pro ſui recuperatione Deum beatiſſimumque Præſulem intentiſſime exoraret; ſubito cœpit, coram oculis omnium illic adſtantium, membra, prolixâ agritudine torpentia, gemens extendere. Nec mora: ſtatim namque ſurrexit benedicens Deum, ſanctumque glorificans Germanum: & non ſolum ipſe, verum & qui præſentes eramus, omniſque frequentia populi qui convenerat, pariter benediximus Domino, qui talia meritis ſui Confeſſoris dignabatur concedere.

& puer, inſuper mutus 3 Illud quoque, quod divina bonitas eodem veſpere ad famam nominis tanti viri oſtendere voluit, reticeri non debet quin inter cetera narretur miraculorum inſignia. Fuit quidam puer (ut putabatur) duodennis, de pago Aurelianenſi & familia beati Patris Benedicti, qui de matris vulva in lucem renibus contractus ac genibus proruperat; nec aliter ſe ullo modo movere poterat, niſi manibus nitens ſemivalidum promoveret corpuſculum: inſuper & ita ab ineunte ætate officio loquendi privatus adoleverat, ut more ipſius lingua potius ſtrepitum, quam verborum exprimeret ſenſum. Qui cum ad B. *c* Caronis Martyris ſepulcrum, quod juxta oppidum ſitum eſt Karnotipum, à quolibet gratiâ pietatis deportatus fuiſſet; interventu ipſius ſancti Caronis, pedes ejus, contractione genuum perſeverante, à poſterioribus ſolummodo ſunt disjuncti. Inde vero ad patrocinia almi Patroni noſtri quandoque perductus, obtentu miſericordiæ permiſſus eſt ad ſancti Pontificis Confeſſionem manere. Cumque jaceret, Fratribus jam in eccleſia veſpere pſallentibus, cœperunt mox nervi atque nodi à nativitate contracti corporis reſolvi, necnon & ad uſum ambulandi divina miſeratione per beati viri ſuffragium aptari: qui cum fide venienti impetrare potuit, quod natura vitiata negaverat. D

Cæcus lumen recipit. 4 Non debent eſſe (quod longe à Fidelibus ſit) oneri, quæ Chriſtus ſuis ſanctis amicis dignatur largiri: nam qui geſta virtuteſque eorum, qui jam cum Domino in cæleſti regnant Hieruſalem, audire renuit, ipſe procul dubiò ſibi teſtis exiſtit, quia nondum ad illorum perfecte ſuſpirat conſortium: contra vero qui recolit, legit vel audit; ille utique, licet in terris adhuc poſitus, concivem illorum ſe evidenter eſſe demonſtrat in excelſis. Igitur ex quadam poſſeſſione ipſius beati Viri, quæ in *d* pago Pinciacenſi ſita *e* Prunidus dicitur, fuit quidam homo nomine Adoardus, ita oculorum privatus lumine, ut illi continua nox eſſet, nec quidquam lucis haurire poſſet. Hic ad ſancti Pontificis feſtivitatem manibus, utpote cæcus, aliorum deductus, ad ſacra Miſſarum ſolennia inter reliquos qui convenerant devotus adſtabat: & ecce ſubito, antequam Euangelium legi inchoaretur, cœpit ab ejus oculis magnus quaſi lacrymarum fluxus mirum in modum manare. Cumque diu hoc ageretur, & ipſe rivulorum fontem de ſuis maxillis crebra manus adhibitione extergeret; ſuperno mox reſpectus intuitu, incipit paululum ſplendoris inſpicere. Deinde gratias agens toto devotionis affectu, ſolo proſtratus obnixe precabatur, ut ſibi jam partim reſeratum lumen plenius redderetur. Nec ejus ſunt preces apud altiſſimum cordis inſpectorem ſanctumque fruſtratæ virum: ſtatim namque exauditus, priſtinum recepit viſum: Miſſarumque peracta ſolennitate, venit jam clare videns ante polyandrum beatiſſimi Confeſſoris, glorificans Deum, qui ſibi ejus precibus, per tot annorum curricula ademptam, luminis reddiderit dignitatem. d e E

Normannorum alterâ inſectatione 5 Ut igitur caſtigantis nos inæſtimabilis divinæ bonitatis miſeratio evidentius prædicetur, illa quæ rurſus in ejuſdem Sancti ac noſtra peregrinatione (ut meminimus) facta ſunt miracula, perſequamur, etſi non ſermone verborum copiâ phalerato, virtutum tamen ſpecioſitate colendo. Non poſt multos denique *f* annos, iteratis ſæpius malis, ſuſcitavit nobis Deus ſæviſſimam earumdem gentium perſecutionem, qua nos merito affligeret; afflictoſque, ut pietatis Pater, ad emendationem compelleret. Nam quemadmodum proſpera à recto tramite per mentis elationem aliquando deviant, ita & adverſa per contriti cordis humilitatem ad noſtri nos cuſtodiam revocant: ſola enim vexatio intellectum dabit auditui. Hujus itaque perſecutionis orto flagello, Sanctorum circumquaque jacentium corpora, non ſolum à ſepulcris inſtaurato dolore effoſſa, verum etiam & ad proprias poſſeſſiones ſunt hac illacque devecta. Cumque paratum fuiſſet quo ſanctiſſimi corpus Germani ad ſuperius dictam villam Cumbis iterum ferri deberet, illud nos, quod tunc ibidem geſtum eſt miraculum, dicere juvat. Quidam autem noſtrũm, nomine Adalarius, Monachus & Sacerdos, ſic per tempus continua renum fatigatione debilis factus extiterat, quod nullo modo per ſe vel ad modicum, niſi uno & præſertim duobus ſuſtentatus baculis, incedere valeret. Quibus adductus venit F f *& ſacri corporis dilatione*

nit

A nit ad ecclesiam inter reliquos gemens: accedensque ad sancti Prælulis corpus, jam ad efferendum feretro aptatum, studuit unus nec tardior quidem esse portantium. Et hoc, divino suffragante auxilio precibus Sancti sublevatus, relicto, immo (ut ipse post ajebat) oblito baculorum officio, vicissim peregit, usque dum ad præfatam Cumbis villam, vinculo infirmitatis solutus, pertingeret. Quo in loco, beati corporis glebâ super altare venerandum expositâ, ipse gratias agens, ad omne quidquid voluit sanus evasit.

debilis sanatur.

6 Dtinde contigit, post aliquod evolutum temporis spatium, ut illuc quispiam dæmonio plenus adduceretur, quem quatuor ferme viri tenere vix possent. Maligna quippe vigebat virtute, eratque ex ipsius Sancti familiæ colonis, atque de villa suprà memorata Prunido. Advenit ergo manibus violentorum impulsus, tergiversatione reluctante hostis, Justi præsentiam nimium formidantis. Itaque multas illi adjurationes juxta consuetudinem exorcismi quidam nostri fecerunt, dantes insuper & haustum aquæ benedictæ. Sed ut in eo potius Apostolici viri meritum præfulgens panderetur, universis ab eo tandem quiescentibus, accessit ultima ejusdem

Dæmoniacus liberatus,

B exorabilis medicina: qua depulsa callidi pervasoris morbida fœditate, omnis in eo incolumitas, sensus vigore restituto, informatur. Iniquissimo siquidem habitatore projecto, liber exivit captivus ab angue: remansitque non solum quatuor, sed uno minus homine valens.

Contracta curata.

7 Adducitur & quædam femina, utramque manum gestans aridam. Hæc olim, pro qualibet sibi adhæsibili infirmitate, ad S. Mariæ basilicam, quæ ibi prope sita est, annuale votum, juxta suæ paupertatis modulum, ex dimidii denarii quantitate constituerat: sed adveniente Dominicæ Resurrectionis die, emit inde, blanda diei subripiente occasione, edulium carnis, atque comedit; parvipendens melius non vovere, quàm post votum vota non reddere. Statimque ut sole clauso, gratiâ soporis, cubilis sui secreta petivit; ita manibus voti violatricibus ea in nocte contrahitur, quemadmodum, emortuo in eis operandi officio, palmarum intima ungues producti penetrare viderentur. Quæ mane facto veniens, dum ante altare in quo sanctum quiescebat corpus statuta fuisset; sic post modicum, emendato delicto, ut fuerat prius, sana regreditur: nec glorioſa Domina glorioſum dedignata est Ger-

C manum consortem seu reparatorem sui habere miraculi.

Cæco lux reddita,

8 Ut autem taceamus de reliquis, ea tempestate per eumdem Sanctum in eodem loco patratis miraculis; dicatur nunc illud de quodam cæco, mirabiliter curato: qui dum alieni gressus solatio fuisset attractus, suam illic per dies exorando præstolabatur salutem. Nam & solitus erat, alia nescio quadam intercurrente infirmitate, multas crebrius quam subitas cum gemitu doloris effundere voces: unde aliquando quasi importunus, & qui ecclesiæ silentiis esset inquietus, à quibusdam correptus, nimis mœrens aliorsum ire disponens recessit; destinavitque

g animo, ut ad quamdam ecclesiam in villa *g* Ruoilo, in ipsius Sancti honore dicatam, quia prope erat, diverteret; ibique, dum tempus sui veniret miserendi, maneret. Quod cum prævio se ducente fecisset, antequam ejusdem basilicæ januam intraret, lumen oculorum recepit: moxque tanta cælitus sibi data visitatione jucundus, ad eumdem Sanctum videns laudesque vociferans, Cumbis revertitur. Fuit itaque gaudium Fratribus universisque inibi conversantibus, atque per omnes circumquaque non modica admirationis lætitia. Hi ergo à quibus exa-

speratus recesserat, pœnitentes ajebant, se & alios tali facto commonitos, ad pauperum debiliumque importunitates patientes esse debere. AUC. ALMOINE.

9 Hinc Helagiam, generosi sanguinis feminam, inter reliquos illuc venisse sanandam, simulque sanatam rediisse videamus. Hæc ita suffocationis *h* molestia per prolixi temporis cursum elanguerat, ut saltem divinis aliquando interesse cupiens officiis, dum solius tantum legeretur Euangelii lectio, durare pedibus stando [non] valeret. Neq; hanc Dominus piis Sancti carere voluit beneficiis: quæ diebus plurimis alieno portatu subvecta, eam in qua ipsius erat corpus frequentans ecclesiam, cum cereis necnon & aliis oblationibus, piissimum ex animo venerabatur Patronum. Cumque terminus, quo ejus devotionis labor remunerari deberet, divinitus jam præfixus incumberet; statim cælesti perfusa medicamine, tantâ corporis valentiâ ante ejusdem Sancti præsentiam donatur, quatenus Deo ipsique beatissimo gratias agens, reparata saluti, exultans rediret.

hysteric curata.

h

10 Dignum ducimus, quod in sequentibus rythmo continetur recolendum, interserere miraculum. Nortmanni vero apud eumdem locum qui dicitur Oscellus *i*, in quadam Sequanæ insula residentes, Parisius sæpe, dum prorsus placebat, navali excursu veniebant. Redimebantur ergo omnia in circuitu vicina monasteria, ne illorum sævitiâ impositis ignibus cremarentur; studebantque præterea vicibus æquis, quatenus aliquos nobilium gratia pecuniæ capere possent; unde (veluti ex mitissimi viri Domni *k* Hluduwici Abbatis redemptione) non modicum & incomparabile acquirebant lucri negotium. Et quotiescumque tale quid agere disposuissent, dissimulabant se multis diebus ante nullatenus quoquam ire, ne cui illorum furtivus innotesceret adventus. Proinde decreverant muta silentique consideratione Parisius, sive ad nostrum aliquando percurrere locum, omnesque ibidem sub malefida securitate commorantes insperate decipere: restiterant siquidem in eodem monasterio qui ipsum custodirent Fratres fere viginti. Quibus matutinale, orto jam crepusculo, Paschalis sacrosanctæ festivitatis Officium celebrantibus, adsunt Nortmanni, qui Parasceves die equis ascensis iter arripuerant veniendi. Quos quidam nostrorum equites pauliſper prævenientes, eorum eis, quamvis sero, malignum nuntiaverunt adventum. Illis autem non credentibus, sed magis laudibus divinis insistentibus, Pagani sine mora insequentes venerunt, cunctosque ut erant in ecclesia circumcinxere psallentes. Tunc, quod magnum fuit declinandi subsidium, clausis in eorum oculis ecclesiæ portis, omnes se in quæque latibula vel puteos immergentes absconderunt; quo non ex omnibus, nisi unum [plus] æquo fidentem, tanti Præsulis suffragantibus meritis, interficerent. Itaque fugientes ante conspectum ipsorum ibant; nec aliter, inquam verissime, nisi ut quidam illorum ante enudatos etiam gladios, cum esset dies, illæsi transierint. Quibus ita angelica administratione salvatis, interfectis prænuntiis atque aliis in circuitu & in medio monasterii ex familia plurimis, omnia veluti spurcissimi invasores [contaminantes], quæque in ecclesia vel extra invenerant diripientes; cum proventus exultatione, cellario *l* Fratrum igne suppositio, reversi sunt. Tunc universi de qualibuscumque quibus se abdiderant egressi latebris, concurrente etiam hinc inde populo civitatis, subverterunt tantum Spiritus sancti gratia ignis ardorem, jam, ad cuncta consumenda, spatia altiora petentem. Neque, quod postea nostris iterato contigit delictis, locus tunc penitus crematus disperiit.

Nortmanni Cœnobium S. Germani diripiunt.

i

E

k

Monachis mirabiliter servatis,

F

cæsis famulis nonnullis.

l

11 Ceterum ut sit memoria Justi cum laudibus,

AUC. ALMOINO. ad ea quæ in *m* Novigento, villa noſtra ſuper Maternam fluvium ſita, dum ibi moraretur, dumque inde reverteretur facta didicimus, ſed non ad cuncta, vertamus ſermonem: nam ſi eamus per ſingula, exuberans erit modus in pagina. Contigerat ergo terrore Paganorum, ultra Pariſius jam & caſtelli *n* Milidonis terminos excurrentium, ſanctiſſimum corpus ab Acmanto, quo nuper delatum abierat, illuc transferri. Homo igitur ex eadem villa ita infirmus per annos, ut vix incedere poſſet, totoque corpore nulla ſibi ſubveniente medicina debilitatus adveniens; candelam ſecum detulit, munus fidei, pretium ſanitatis. Sed antequam illam accendere conatus quod cœperat peregiſſet, quæſitum, videntibus qui aderant univerſis, è cælo reſpectus donum percepit. Ergo ſi regni cælorum inæſtimabilis magnitudo cujuſlibet quantitate pretii emi poteſt, multo magis vera fide ſanitas corporis: tantum enim Chriſtianus accipit, quantum credit. Confeſtim ſiquidem oblato munere ſanatur, atque domus ſuæ limina gaudens reviſit.

Delato corpore Novigentum, infirmus oblata candela ſanatur:

m

n

B *plurimi à ſuis morbis liberantur,*

12 Erat ibidem ſane concurſus infirmorum, hinc inde confluentium, plurimus: quorum cauſas ut ſic breviter colligam, cæci gaudebant videntes, claudi ambulantes, curati diverſi febricitantes, atque plurimi variis corporum contagiis liberati gratias agebant lætantes: ſinguliſque largiebatur remedii gratia, prout digni inveniebantur medicantis clementia; ita quoque dumtaxat, ut qui veſpere debilis adveniret, mane facto ſæpiſſime incolumis exiret. Inter quos puerulus de pago Stampenſi *o* inſanus defertur: habebat enim contractione nervorum membra damnata. Qui à matre deportatus, deprecatur ipſa obnixe, ut ſe cum puero ea nocte in eadem baſilica, in qua ſancti Præſulis corpus venerabatur, remanere liceret. Deinde hora ejuſdem noctis adveniente (ut putabatur) jam media, puer matre neſciente ſolus aſſurgens, per eamdem eccleſiam, pedum cohæſione utcumque ſoluta, ambulare tentabat. Evigilat mulier, gaudetque de nati viſa ſalute: ſicque ipſa atque ſequenti nocte eodem in loco tranſacta, totus poſt biduum ſoſpes effectus, genitrice jucunda receſſit.

o

13 In eadem denique Novigento villa, quæ & quanta fuerint (ut paullo ſupra retulimus) ſanitatum chariſmata, ejus bonitatis munere advenientibus exhibita, ſine crimine fatemur nos ignorare: quam vero fuerint innumera, ille qui dedit cooperator piiſſimus, ſolus novit Jeſus: ideo ad id quod ardet animus tranſeuntes, ejus reverſionem mente hilari exponere feſtinemus. Fratres igitur, qui illic aderant ſanctiſſima ejus corporis membra cuſtodientes, una cum ipſo loci ruinas ſaltem inviſere feſtinanter egreſſi; Nortmannis jam amico pacis fœdere Regno eductis, iter reverſionis læti ſuſcipiunt: fuitque eis in revertendo navalis congruus apparatus. Unde Maternæ fluvium pariterque Sequanam enavigantes, venerunt citra Biberis ac Sequanæ confluentia portum facientes: eductumque ſacratiſſimum corpus à navi, excepimus illud multi utriuſque ſexus & ordinis ibidem congregati, ut miraretur vix Clericos ad eum tollendum accedere poſſe. Nam ex ſui quondam Epiſcopii domo Canonici primi, uti Pontifici aſſiſtentes, exceptionis peregere miniſterium, hujus Antiphonæ congruam jubilantes melodiam: O quam venerandus es, egregie Germane Confeſſor, qui terrena contempſiſti, & cæli januam exultans petiſti; modo victor fulges in virtute cæleſti: ideoque ſupplices te exoramus, ut intercedas pro nobis ad Dominum Deum noſtrum. Factaque geniculatione, ac Oratione dominica, & Miſſa pro univerſis ſolenniter dicta, ex monaſterio S. Petri *p* nec non & B. Genovefæ Virginis religioſe accedentes Clerici, eumdem ſequentes ordinem, cœperunt, ſancto humeris ſuſcepto corpore, hanc pſallere Antiphonam, dicentes: Iſte eſt Germanus Pontifex maximus, qui per ſupernam gratiam divina dans miracula, promiſſa ſumens munera, vivit perenni gloria. Deinde nos, uti decebat ſervulos, corruentes, ſalutationis novum habentes Hymnum, verenter adfuimus: ſurgenteſque à ſolo, quo digniſſima ejus reverentia proſtrati jacueramus, poſt Orationem & Collectam, jam cuidam contractæ feminæ ac cæcis duobus collato ſanitatis beneficio, quo unaquæque videlicet exceptio proprio decoraretur miraculo, ita concrepantes intulimus.

C *In relatione corporis,*

p

D *ſanantur contracta & 2 cæci:*

14 Ave Præſul benedicte, ave nunc piiſſime,
O Germane venerande, Pater & eximie,
Plebis temet cum fideli comitantis agmine,
Veni jam, veni benigne, redi Paſtor optime.
Oves proprias require, ac paci reſtitue,
Nec triſtari ultra ſine de ſublato pignore.
Deplorabat te ceſſiſſe Dominum Lutetia,
Se plangebat & lugebat caruiſſe gloria,
Quam applaudet recepiſſe jam tua præſentia.
Heu! quã flebant & gemebant ſervi tui Monachi,
Et caterva populorum cuncta nimis propria,
Cum fuiſſes exul loco à tuo, Sanctiſſime
Quis illorum ſermo valet planctus fari cordium,
Atque ſimul expedire fletus amariſſimos,
Quod Sacerdos pietatis pulſus eſſet impie.
Qui ſi ceſſit feritati Paganorum rigidæ,
Nec non loco, vel ultrici flammæ; tamen adfuit
Votis dignis famulorum, præſens in periculis.
Unde juvat nos adire illud dictu nobile,
Quod ſtupendum & mirandum inferat miraculũ,
Pro quo dignæ Confeſſori referantur gratiæ.
Itaque dum illuceſcit Paſchæ dies ſplendida,
Dumque laudes celebrarent matutinas Monachi;
Circumdantes ſe Paganos miro ludunt ordine.
Nam ut cunctos gloriantur ſe cepiſſe miſeri,
Utque gyro mox vallarunt omnes fere proximo;
Te precante liberantur prope capti ſervuli.
Dumque nullus ſeſe putat habere ſuperſtitem,
Gladiatam evaſiſſet qui Danorum aciem;
Omnes ſe de locis mergunt abditis incolumes.
Cerneres tunc lacrymantes, non loquentes invicẽ,
Dum de necis quaſi fauce ſe viderent ſurgere:
Vota ſolum cordis dabant tacita digniſſime,
Unus tantum præpeditur cæcæ mortis obice,
Atque telo perforatur hoſtis velociſſime,
Ne tanto ſummus careret Pontifex libamine.
Salva, clemens, hinc precamur, ſalva, Præſul agie,
Omnem Clerum te colentem cum devoto populo,
In præſenti mereamur uti prece commoda:
Hincque celſi paradiſi regnum nobis obtine,
Quo ſimul tecum pſallamus Patri laudes Domino
Atque toti Trinitati, conſonantes Angelis,
Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus, Deus exercituum,
Cæli tuæ pleni manent atque terra gloria,
Oſanna qui benedictus in excelſis veneras.
Gloria ſit Deo Patri atque laus altiſſimo,
Honor, virtus & poteſtas Jeſu Chriſto Domino,
Dignitas & unus apex ſit quoq; Paraclito, Amen.

Hymnus in laudem Sancti decantatus.

E

F

15 Quo ad finem uſque ita completo, fuimus jam, licet ex adverſo, proximi partim aduſtæ nec non & permultum diſſipatæ civitati: cujus demolita facies nos omnes in dolorem adducens, competenter exegit pſallere: Adſpice, Domine, quia facta eſt deſolata civitas plena divitiis, ſedet in triſtitia domina gentium, non eſt qui conſoletur eam, niſi tu Deus noſter. Multi namque canentes, plures vero cernebantur plorantes: ſicque proceſſimus in *q* pratum uſque, quod ſub ipſo eſt monaſterio. Eramus vero mœren-

Corpore ad pratum prope monaſterium delato,

q

A mœrentes,quod poſteaquam propriam intraveramus tellurem, nullas ut antea oſtenſas virtutes [audiremus]. Sed ecce ſubito ex tanta populi multitudine,unus procurrens acceſſit: habebat enim cauſa pœnitentiæ ferri circulum in brachio, ut ſolet fieri, arctiſſime obvolutum:jamque tempus increverat, ex quo illi, caſu propriam occidenti matrem, hujuſmodi pœna acceſſerat. Qui vociferans & tanti viri pietatem ſibi adjutricem expoſtulans, ut manum ad feretrum, quo Sancti ſacrum bajulabatur corpus, pallium ſaltem deſuper contingere cupiens, protendit; illico ferrum de brachio exiliens mirandum crepuit, ita ut in aëra ſurſum evolans videretur à multis. Quæ res nos univerſos hilariores efficiens,nonnullos etiam in lacrymas præ gaudio movit: ſed & caro, armillæ hujuſmodi aſperitate in profundum exeſa,quod geſtum erat pretioſum pandebat miraculum.

homo ob interfectam matrē fervo religatus ſolvitur.

16 Advenerat & quædam mulier, adjumentis fidei comitata, quæ à cunabulis ita nuncupata,dicebatur Electa. Hæc prorſus (ut nobis, quaſi eâdem adhuc infirmitate dolens, ajebat) ita per decem annorum curricula manus dexteræ ariditate contabuerat, quod nullo modo vel ad os eam porrigendi poſſe habuerit. Accedens itaque cœpit magnæ humilitatis precibus ſupplicare, quemadmodum ſibimet tantum ſub ejuſdem ſancti corporis feretro, ut eramus in ambulando, tranſitus concederetur. At ubi vix intromiſſa (erat enim compreſſio populi multa) tranſiſſet, ſic illius aridæ manus debilitas extemplo curatur,quatenus omni recepto vigore, ſolitum propriæ actionis exerceret officium. Hanc namque vidimus incolumem, & Meroldum qui venerat cæcus, necnon & Aldegundem videntes.

Alia miracula.

B

17 Pervenimus ergo pſallentes, nimia laſſitudine ac ſolis ardore fatigati, hora quaſi ſexta ad monaſterii januam. Annus autem circuli reſurgentis Chriſti *r* octingenteſimus ſexageſimus tertius; dies vero menſis quarto-decimo Kalendas computabatur Auguſtas. Tunc hymno Te Deum laudamus incœpto, intravimus eccleſiam, deponentes idem ſacroſanctum corpus ſuper ipſum, in quo prius jacuerat, ſepulcrum. Deinde concinentes Antiphonam,Laudem dicite Deo noſtro omnes Sancti ejus, & qui timetis eum puſilli & magni, quoniam regnabit Dominus Deus noſter omnipotens;gaudeamus,& exultemus, & demus gloriam ei; facta oratione, ac pro omni qui convenerat cœtu peracta Miſſarum celebritate, intulimus illud in S.Symphoriani cryptam *s*, ubi primum migrans quieverat, atque poſt ejuſdem ſancti Martyris altare in præparato ſibi tumulo venerandum poſuimus. Unde evolutis temporum ſpatiis,atque monaſterio jam ex parte reædificato, adveniens glorioſus ſemperque pius Rex Karolus, ejuſque regni conſors Richildis Regina, ſimulque pater & paſtor noſtor domnus *t* Gauzlinus Abbas,& Ingelvinus *u* Epiſcopus, aliique Præſules ſive Regni ſui Principes, retulerunt eadem ſanctiſſima membra cum laudibus & hymnis ad proprii locum ſepulcri. Ubi auxiliante Deo & Domino noſtro Jeſu Chriſto, ſocia Spiritus ſancti gratia, multi uſque hodie venientes, ejuſdem ſancti Pontificis meritis ſanantur infirmi, ad gloriam & laudem ſanctæ & individuæ Trinitatis, in ſecula ſeculorum. Amen. *x*

Reſtitutum corpus anno 863.

C

s

t u

x

ANNOTATA.

a Oximenſis *pagus in Normannia & diœceſi Sagienſi, uti ſæpius monuimus.*

b Bajocaſſinus pagus *in eadem Normannia, vulgo* le Beſſin, *ad Oceanum Britannicum, cujus urbs Epiſcopalis eſt* Bajocum.

c *Hic eſt* S.Caraunus, *vulgo* S. Cheron, *cujus Acta martyrii ſupra hoc die dedimus.*

d Pinciacum *vulgo* Poiſſy, *cujus pagus late extendebatur.*

e Prunidus,*vulgo* Prunay, *haud procul à Pinciaco.*

AUC. AIMOINO.

f *Anno* 857 *ut Geſta Normannorum ante Rollonem habent.*

g *Mabilio neq; de* Rioilo, *ſupra nominati Pinciacenſis pagi vico, eo quod eccleſia ibi dicata ſit S.Petro; neque de Senonica diœceſis vico,vulgo* Rugau *vult locum hunc intelligi, eo quod eccleſia iſtic S. Iuliani ſit.*

h *Muliebrem morbum intelligi, quam* ſuffocationem matricis *Phyſici appellant, credibile ſit ex affectionibus hyſtericarum mulierum propriis, quales hic deſcribuntur.*

i *In libello Caroli Calvi contra Wenilonem nominatur,* Inſula loci qui Oſcellus dicitur.

k Ludovicus *Abbas S.Dionyſii, ut in dictis Geſtis legitur.*

l *Continuator Aimoini lib.* 5 *cap.* 23, Eadem tempeſtate, *inquit,* ſecunda irruptione Normanni Pariſios venerunt, & B. Germani monaſterium depopulati ſunt, cellarioque Fratrum igne immiſſo, cum præda undecumque acquiſita redierunt.

E

m Novigentum *illud, quod plura iſtius nominis ſint oppida, appellatur* Nogent l'Arthaud,8 *leucas ſupra Meldas in Ortum ſitum.*

n Caſtellum Milidonis, *nunc* Melodunum *dicitur ad Sequanam ſupra Corbolium, & 10 leucu Pariſiis diſſitum. De* Acmanto *ſupra actum eſt.*

o Stampe *oppidum inter Pariſios & Aurelianos, vulgo* Eſtampes.

p S.Genovefæ *Acta dedimus 3 Ianuarii,ubi de hac 2 incurſione Normannorũ.Conditum id monaſteriũ* ſub honore SS.Petri & Pauli,*poſtea* S.Petri & S.Genovefæ *dictũ.*

q *Hinc monaſterium* S.Germani de Prato *ſeu* de Pratis *à poſteris dictum.*

r *Indicatur annus more Gallico inchoandus à Paſchate.*

s *Notat Mabilio* ſacellum S.Symphoriani *hactenus extare in atrio eccleſiæ, adeoque hinc explicandum Auctorem Tranſlationis num.* 1 *dicentem,Sancti corpus humatum fuiſſe* in porticu eccleſiæ S.Vincentii.

t Gauzlinus *ſive* Goſlinus,*poſtea Epiſcopus Pariſienſis, fuit Abbas S.Germani ab anno* 850, *ſive anno regni Caroli* 10, *ut ex diplomate apud Mabilionem conſtat.*

u Ingelwinus *Epiſcopus Pariſienſis ſucceſſit Æneæ, ſaltem poſt annum* 868, *ut ex iſtius diplomate conſtat apud Sammarthanos.*

x *Addit Mabilio præter ſupra allegatum diploma de Karoli-venna, etiam Præceptum Karoli Calvi de partitione prædiorum, in uſus Monachorum monaſterii S.Germani,ad petitionem Goſlini Abbatis.*

F

APPENDIX

De aliis tranſlationibus & miraculis S. Germani.

ex ſeculo III Benedictino R.P.Mabilionis.

Cum Lutetia Pariſiorum iterato à Nortmannis impeteretur anno DCCCLXXXVI, *tunc cives S. Germani Patroni ſui auxilium implorare, ad ejus tumulum confluere, ex quo ſacrum ejus corpus refoſſum in urbem delatum eſt. Id cecinit Abbo, noſtri cœnobii Monachus, in libro* 1 *de obſidione Pariſiaca.*

18 *Anno* 886 *tranſlato in urbem à Nortmannis obſeſſam corpore,*

Tunc trepidant cives,cunctiq; vocant celebrandũ
Germanum: Miſerere tuis,Germane,miſellis.
Concurrunt matres, pariter juveneſque puellæ
Ad Sancti tumulum, ſuffragia poſcere grata,
Hic jacuit ſuimet jugiter venerabile corpus,
Nobiliuſque monaſterium cunctis fuit illud:
Hinc propriis fuerat famulis geſtatus in urbem.

EX MABILIONE.

Nempe in Eccleſiam S. Germani Veteris *appellatam. In qua Sancti brachium, in hoſpitii mercedem, relictum eſt. Tunc*

Efficitur boſtar Germani Antiſtitis aula,
Completur tauris, ſuculis, ſimiſque capellis.

puniuntur eorum femina duæ, vi aquam ferentes è puteo ſancti,

19 *Idem Auctor in libro 2 miracula recitat duo, facta adverſus duas feminas Nortmannicas, quæ aquam è puteo S. Germani in uſus ſuos hauſerant. Is puteus hactenus viſitur in eccleſia Germanenſi, febricitantibus quondam frequentatus, quibus ejus æquæ benedictione ſignatæ, ſæpius medicamento fuere. Situs eſt in abſida orientali, eo fere in loco, quo* S. Germani *corpus à Lantfredo Abbate depoſitum eſt. Quæ omnia intelliguntur ex ſubjectis Abbonis verſibus libri 2.*

Cujus ad accubitat puteus veſtigia, cujus
Qui potabit aquas, extemplo, febre laborans,
Auxilio Sancti fidens capiet medicinam.
His panem cupiens quædam componere, juſſit
Vi ſibi *Scotta Danûm deferri. Namque Sacerdos
Templa * tuens, puteum vendebat ægris pretio amplo.
Depoſitus flammæ panis, mox ipſe figuram
Sanguinis accepit rubeam. Poſt altera forte
Scitur; vi conans latices hauſiſſe cruorem.

*an Gotta? *ægris

B

Anno 888 ſoluta obſidione

20 *Gozlino Pariſiorum Epiſcopo tempore obſidionis è medio ſublato, ſimulque Henrico Duce, quem Carolus Craſſus auxilio miſerat; Nortmannis ſtrenue reſtiterunt Ebbolus Gozlini nepos, Germanenſis Abbas, & Odo Comes, eoſque ad ſolvendam obſidionem compulerunt. Id factum anno* DCCCLXXXVIII, *quo S. Germani Reliquiæ ex urbe in priſtinum locum reductæ, & in pretioſam thecam recondita, inſculptis in ea ſequentibus verſiculis:*

Hic poſitum Sancti multis venerabile corpus
Germani, loculo nunc cuſtoditur in iſto.
Audeat ornatus aliquis hinc tollere nullus,
Perpetua metuit qui non niſi morte perire,
Inferni cæcas audet adire tenebras.

refertur corpus ad monaſterium intra novâ arcam,

Subventûs cauſâ, Chriſto tribuente ſalutem,
Ferri quo poſſit, fuerit quocumque ferendum;
Hunc in honore tuo loculum, Germane, rogavit
Ebbolus Abba pius fieri, doniſque replevit.
Hic etiam, Henrice Pater, tua dona refulgent.
Odo Comes vernat, multi quoq; Chriſticolarum.

Fuit is Odo ſeu Eudo Comes, poſtea Rex dictus, filius Rotberti Andegavorum Comitis, viri Saxonici generis, in bello Normannico extincti. Quis fuerit Henricus iſte, an Dux, qui à Carolo ad ferendum Pariſiis opem miſſus eſt, non conſtat.

an. 1408 refectam.

C

21 *Guillelmus cognomento Epiſcopi, Abbas piiſſimus, cujus corpus incorruptum hactenus in tumulo perſiſtere diximus, anno* MCCCCVIII *eamdem thecam elegantiori opere refici curavit. Ad hoc viginti ſex marca auræ, quibus conſtat theca pars ſuperior, è veteri capſa deſumpta, addita argenti deaurati marca ducenta quinquaginta ad compingenda latera: fundus, induſtriè calatus; argento præterea conflatus eſt. Guillelmus vero, ne Ebboli primarii opificis (quæ viri modeſtia erat) memoriam obſcurare videretur, prædictos verſus in thecam reſtituit, quatuor hiſce additis:*

Annis milleno quadringentis quoque nono,
Hoc opus impletum, fulgente decore repletum,
Cœpta ſequens aliàs Guillelmus Præſulis Abbas
Ad decus Eccleſiæ veſtiit ipſe pie.

Supereſt etiamnunc egregium illud opificium, uti & tabula majoris altaris argentea, utrumque Guillelmi pietatis monumentum. Reliquum eſt ut miraculum quoddam, anno MLXI *factum, referamus ex codicibus Mſs. in Vigilia Translationis S. Germani quondam legi ſolitum.*

D

An. 1061. Philippus Rex.

22 Miraculis, quæ Dominus Deus, pro meritis beatiſſimi Germani Pariſienſis Antiſtitis, hucuſque copioſa operari non deſinit, adjiciendum cenſemus illud, quod contigit Philippi Magni Francorum Regis ſucceſſivis temporibus. Is ſiquidem Philippus, Henrici Regis filius, dignitatem regalis Principatus patre ſepulto ſuſcepit annis adhuc in puerilibus. Prædictus itaque Rex, adulatorum conſiliis, utpote juvenis, nimis credulus, Baſilicam S. Germani, quæ prope Pariſius eſt, ſatis irreverenter ingreſſus eſt: quatenus de theſauris eccleſiæ, quos ibi Childebertus Rex ad decorem domus Dei multos congregaverat, cupiditatibus & voluptatibus ſuis ſatisfaceret. Igitur præcepit Crucem auream, quæ poſt altare B. Vincentii Martyris locata erat, deponi, ut aurum & lapides pretioſos inde aſportaret, ſuiſque ſatellitibus aſportata diſtribueret. Eſt enim ipſa Crux operis ac ponderis incomparabilis, gemmis exquiſitiſſimis venuſtata, utpote quam dicunt de Hiſpaniis allatam, & in præfatam eccleſiam ex regalibus munificentiis illatam: cujus pretioſiſſimi donarii laudem ipſa res adhuc teſtatur; & dum ſuperſtes erit, ipſum opus mirificum, & auri pondus immenſum teſtabitur. Imperante & præſente Rege depoſita eſt, cui ſupererat, Crux de columna; & ſuper tapetum unum in eccleſiæ pavimento collocata. Aderant artifices, cum ſuo apparatu, ex Regis edicto, deletioni crucis inſtantes: nec minus intererant Eccleſiæ illius Monachi condolentes, S. Vincentium & beatiſſimum Germanum præcipue invocantes. Monachorum alii capſulas, in quibus Sanctorum continebantur pignora, humi depoſuerunt, & voceflebili & corde ſuſpirioſo Dei miſericordiam everberabant.

B

prohibetur diffringere Crucem auream S. Germano oblatam,

23 Huic tam execrando ſpectaculo aderat Stephanus, urbis prædictæ Præfectus, homo multum irreverens & infrunitus, cujus inſtinctu nefario rem totam aggreſſus erat Rex Philippus. Præſumptuoſis autem conatibus, Deo gratias, confeſtim obſtitit benigniſſimus Deus. Sicut enim relatum eſt, his qui adſtabant videntibus, quædam nebula Sancta ſanctorum eccleſiæ illius obnubilare viſa eſt: Rex autem à propoſito ſuo continuo deſtitit, & pavore quodam perterritus ab his temerariis auſibus de cetero ſe cohibuit. Ut etiam divinæ vindictæ non anceps, immo evidens daretur experimentum, Stephanus Præpoſitus oculorum acie ſtatim privatus eſt: & quouſque vixit, tali condigna redargutione multatus eſt. Compulſus eſt igitur miſer in ſeipſo recognoſcere, quia conſiliator adulativus, pro terreni Regis amore, conſilium ſuum in cæleſtem Regem non debuerat arroganter erigere. Lamentum itaque Monachorum verſum eſt in gaudium: Crux quoque cum omni reverentia in ſtatu priſtino ſublimata, & plebs Pariſienſis ex hac Domini viſione lætificata. Miraculum ſiquidem iſtud celebre habitum eſt, & inter multos ſolenniter divulgatum eſt. Nos autem poſteris noſtris id ſcriptum tranſmittimus, ad laudem & gloriam Dei, & ad recenſendam memoriam Patroni noſtri beatiſſimi Germani, cujus precibus & meritis inceſſanter adjuvemur. Amen.

F

conſilii auctore punito cæcitate.

DE

DE SS. NICEPHORO EPISCOPO ET MAXIMILIANO DIACONO, DP.

HVMAGI ET PETINÆ IN ISTRIA.

COMMENTARIUS CRITICUS.

De Actis S. Gregorii Ficoclenſis & S. Nicephori Antiocheni, huic Nicephoro fabuloſe aptatis.

XXVIII MAII. Petina, *vulgo* Pedina, *antiquis* Pitinum *ſeu* Pucinum, *urbs Iſtriæ Epiſcopalis ſub Patriarchatu Aquileienſi & Dominio gentis Auſtriacæ, ab Adriatici maris littore verſus Septemtrionem* XXX *milliaribus diſita eſt. Hanc Ferdinandus Vghellus, tomo* 5. *Italiæ ſacræ, vetuſtiſſimæ eſſe inſtitutionis ait, utpote à tempore Conſtantini Magni: latent tamen nomina Epiſcoporum, uſque ad* Urſianum, *qui (ut idem Vghellus ait) Romano Concilio ſub Agathone Papa ſubſcripſit anno* DCLXXX. *Vrſiniano ſubjungitur* S. Nicephorus, Confeſſor & Epiſcopus hujus Sedis, cujus corpus quieſcit in oppido Omagi maritimo, XXX M. P. Petina diſtante; at vero brachium habetur Petinæ. Quo tempore vixerit actaque ejus ignorantur. *Ita Vghellus columna* 451 *& ſequenti. Ferrarius in Catalogo generali hoc* XXVIII *Maji*, ex Tabulis Eccleſiæ Humagenſis & Petinenſis *refert iſta:* Humagi in Iſtria Sanctorum Confeſſorum Nicephori Epiſcopi & Maximiliani Diaconi Petenenſium. *Citatur Vita ex tabulis & monumentis utriuſque Eccleſiæ à Nicolao Manzolo Iuris Conſulto Iuſtinopolitano Venetiis editi, utique in eo opuſculo quod Deſcriptio Iſtriæ intitulatur, & aliorum quoque ejus regionis Sanctorum Vitas Italice collectas continet. Ipſum accepimus beneficio Ioannis Ludovici Schonlebii Archidiaconi Carniolię inferioris, turſum tamen, compoſito hoc Commentariolo, ex oculis neſcio quo modo evanuit. Ferrarius in Appendice ad Catalogum Sanctorum Italiæ pagina* 816 *aliquam inde hiſtoriam extraxit cum tali Annotatione:* Etſi hiſtoria hæc merito alicui ſuſpecta videri poterit, quod nullam temporis mentionem faciens inveriſimilia quædam narrare videatur, illam tamen paucis referre libuit; gratum me facturum ratus, ſi, ubi accurate ſcripta deſunt, qualiacumque haberi potuerunt referantur. *Nos lectore curioſo ad Manzolum & Ferrarium amandato, malumus cum Vghello, qui annis quadraginta ſerius ſcripſit, dicere,* Acta ejus, *ſcilicet vera,* ignorari.

Cultus probatur,

Acta omittuntur,

quia ſumpta ex Actis S. Gerontii Ficoclenſis,

2 *Etenim certum nobis eſt, fabuloſam* S. Gerontii Ficoclenſis *Vitam, de qua egimus* IX *Maji, aptatam eſſe* S. Nicephoro *huic; & quidem in eo præcipue quod abſurdiſſimum illa habet, nec ſine erubeſcentia aliqua attigimus, num.* 8 *noſtri de illo Sancto Commentarii, de duabus neptibus, ſenem ſanctum ut olim Sunamitis Davidem foventibus, miraculiſque probata facti tam extravagantis innocentia; cum ſcilicet ad jubentis imperium ſilveſtres anſeres, è medio volatu decidentes in terram, tamquam oves agi ſe permiſerunt; & Sancti pallium radius ſolis, inſtar pertica, excepit. Solum ad Aquileienſem Patriarcham delata accuſatio* Nicephori *dicitur, cum Gerontius legatur Romano Pontifici accuſatus: & pro miraculo cervarum fœtarum, ſitientibus in via præbentium ubera, quod adſcribitur Geruntio; de Nicephoro narratur, quod Aquileiam tendens,* apud Piquentum, oppidum pervetus Iſtriæ, ſigno Crucis & oratione fontem excitavit populo, maxima aquarum penuria laboranti, & opem ab eo quem virum ſanctum noverant imploranti: qui fons adhuc manet multis molendinis inſerviens, ſacello ibidem ſuo nomini à Piquentinis extructo. Quod & apud Covedum haud procul à Tergeſtinis finibus effecit: ubi hoſpitatus, cum urſus mulum, quo ſanctus Epiſcopus vehebatur, devoraſſet, illum juſſit ad ſe à duabus virginibus ſuis neptibus adduci; quibus jubentibus ut ad Epiſcopum veniret, paruit illico; & ſibi ab Epiſcopo imperata faciens, ſarcinulas à mulo portari ſolitas ſibi impoſitas portavit, Epiſcopum ſequens.... Cum autem Sanctus Petinam rediret, apud Humagum, una cum Maximiliano Diacono, ægrotans brevi vita exceſſit uterque, quorum corpora Humagi adhuc aſſervantur: agiturque dies feſtus ibi & Petinæ, ubi S. Nicephori manus habetur, v Kal. Junii. *Ita ille ex ea Vita, quam (ut dixi) apparet ſumptam eſſe ex Vita S. Gerontii, additis propriis nonnullis de* S. Nicephoro *traditionibus, quarum monumentum ſint prædicti duo fontes, certiſſimi teſtes popularis traditionis de ſanctitate ejus, cui illi adſcribuntur. Eſt autem* Piquentum, *in tabulis* Pinguentum, *diſtatq; Petina in Boream* p.m. xv, *& terreſtri longioris circuitus itinere Aquileiam petenti tranſeundum fuit, uti &* Fines Tergeſtini, *juxta quos requirendum,* Covedum *tabula non exprimunt. Aſt quomodocumq; Aquileiam iverit aliquando Sanctus, mari videtur rediiſſe, cum obiit* Humagi *maritimo oppido, nihil plus Aquileiâ diſtanti quam Petini.*

& morte apud Omagum:

ſicut Acta S. Nicephori M. Antiocheni.

3 *Quod autem Humagenſes aut Petinenſes, deſtituti veris propriiſque Actis hujus ſui Patroni, permiſerint ſibi imponi Gerontiana illâ, accepta Ficoclis, in oppoſito Adriatici littore ſitis, minus mirabitur; qui viderit Ferrarium ad* XXX *Decembris pag.* 812 *agere* de S. Nicephoro Martyre Patrono Petinenſi, *tamquam diverſo,* ex monumentis Eccleſiæ Petinenſis & Hiſtoria Manzoli *prænominati, adducta ſimili epitome eorum quæ* IX *Februarii dedimus de Nicephoro & Sapritio, quorum hic condonare offenſam alteri nolens, martyrii quoque palmam abjectam è manibus alteri ſuſcipiendam reliquit. Proponuntur autem iſta à Ferrario ſub hac dumtaxat varietate, quod quæ* Antiochiæ *geſta ſunt, ſub iiſdem Imperatoribus Valeriano & Gallieno, transferantur* Sablonicum, *nulli veterum notam urbem. Addunt deinde Petinenſes, quod* Corpus à Chriſtianis honorifice ſepultum, poſtea Conſtantinus Magnus navi imponens, cum luminibus & Clericis comitantibus, ibi baſilicam quæ Cathedralis eſſet ædificari juſſit, ubi corpus Martyris, nave ſua ſponte impellentibus ventis delata, conquieviſſet. Quæ cum ad Liburniæ & Iſtriæ littora appulſa eſſet, Petinamque, tunc Pentapolim dictam, adverſo flumine ſacra pignora deportaſſet; ibi Eccleſia Epiſcopo donata extructa fuit, in qua S. Nicephori corpus adhæc uſque tempora aſſervatur & colitur. Is enim non illius urbis tantum, ſed & totius diœceſis Tutelaris eſt & Patronus. *Ita claudit ſuam epitomen Ferrarius, in Annotatione ſubjuncta ſimiliter agnoſcens,* nonnulla emendatione egere *oblata ſibi Acta; ipſiſque Petinenſibus probandum relinquens, tantam ſui Epiſcopatus vetuſtatem,* cum de re hac nihil apud graves auctores *legatur. Paulo ante, id eſt pag.* 811, *egerat idem Ferrarius*

aptata ſunt alteri Petinenſium Patrono.

addita traditione de duobus fontibus,

AUCTORE D. P.

rius de eodem Sancto, excusans Acta nondum vidisse: sed ibi addit, quod idem qui Petinæ, etiam in Aquilejensi, Ecclesia & tota illius diœcesi celebratur, & in ejusdem Ecclesiæ tabulis adnotatur, xxx Decembris *honorari solitus.*

Forsassis Sabiona ad-vecto.

4 *Duos* Nicephoros *à Petinensibus coli, & quidem ambos ut Patronos, alterum Episcopum hoc* XXVIII *Maji, alterum Martyrem in fine anni, si debemus credere; poterimus etiam per conjecturam opinari, eorum alterum (incertum quo tempore vel quomodo) passum fuisse Martyrium* Sabionæ, *in Comitatu Tirolensi, Rhætiæ urbe, olim Episcopali sub Patriarcha Aquilejensi prope Brixinam, qua ei in Titulo successit; cujus deinde corpus vel flumine Esoco in Athesim profluente mersum, atque ab hoc in Adriaticum mare deportatum, ad Istriæ littora delatum fuerit; vel potius, cessante persecutione, navi devectum sit; sed Actis deficientibus aptata ei fuisse Acta Nicephori Antiocheni. Quidquid sit, apparet satis hoc exemplo, Istrios parum habuisse explorata, qua de suis Sanctis nimium leviter credenda assumpserunt: de quibus proinde nihil haberemus dicendum, nisi, quam sunt incerta omnia reliqua, tam contra certus esset cultus, uti jam ostendimus. Exspectamus tamen pro* IX *Ianuarii, vel* XXX *Decembris, ut aliquis certiores nos inde faciat, Sanctorum ejusdem nominis Patronorum duorum corpora diversa revera haberi colique: merito enim formidamus, ne hic aliquid lateat confusionis. Optamus etiam de corpore* S. Maximiliani *aliquid distinctius edoceri, si fieri id possit.* D

DE SANCTO NICETA

EPISCOPO CHALCEDONENSI IN BITHYNIA.

G. H.

SYLLOGE HISTORICA.

De ejus cultu apud Græcos, Actorum defectu, & Sedis tempore per conjecturam.

XXVIII MAII.



Halcedon, *urbs antiqua Bithyniæ, ex adverso Byzantii seu Constantinopolis in ora Bosphori interfluentis, celebris cultu S. Euphemiæ Virginis & Martyris, celebrior evasit Concilio quarto Oecumenico ibidem habito; in quo, quantum ad honorem, Metropolis habita fuit; licet alioqui Episcopi manserint subditi Metropolitæ Nicomedienſi. Inter hos unicum dumtaxat Sanctis annumeratum hactenus reperimus* Nicetam, *de quo hic agimus: & cujus* Certamen *etiam recolitur ex Ms. Arabo-Ægyptio Martyrologio apud Maronitas, utpote Græcorum in hoc ritum secutos. Extat Venetiis anno* MDCIII *recusum* Typicon, *secundum Ordinem & consuetudinem sacratæ apud Hierosolymitanos Lauræ S. Sabbæ, observatum in reliquis ibidem monasteriis & aliis quocumque loco Ecclesiis Dei. In hoc Typico ad singulos dies unus, aut subinde duo Sancti proponuntur, & in nonnullis indicantur propria quædam; dum autem talia non suggeruntur, patet assumenda quæ de Communi Sanctorum habentur. In eo autem* Typico *ad hunc* XXVIII *Maji ista leguntur:* Τῷ ὁσίῳ Πατρὸς ἡμῶν Νικήτᾳ, Ἐπισκόπῳ Χαλκηδόνος, καὶ τῷ ἁγίῳ ἱερομάρτυρος Ἑλλαδίῳ. Sancti Patris nostri Nicetæ Episcopi Chalcedonis, & sancti Hiero-Martyris Helladii. *Hæc eadem leguntur in Horologio Græco Venetiis sub annum* MDCVII *excuso, & aliis Menologiis:* S. Helladii, *memoria etiam celebratur in nonnullorum fastis hoc die; sed cum Menæis & Anthologio novo aliisque, retulimus illum ad diem præcedentem* XXVII *Maji.*

C

Memoria in Typico S. Sabæ

2 *Gilbertus Genebrardus, Theologus Parisiensis, & Hebraicarum litterarum Professor Regius, suis scriptis orbi notissimus, ante Psalmos Davidicos à se illustratos præposuit* quatuor Kalendaria, Hebræorum, Syrorum, Græcorum, & Romanum: Ut, *inquit*, contra Novatores, in Divorum festis celebrandis concordiam Ecclesiarum liceat conspicere. *Præfatur autem quod* Kalendarium Græcorum totius anni, quod Menologium vocant, contineat memorias Sanctorum, quos Græci quotannis, diebus anniversariis celebrant. *Illud autem Menologium interpretatus est dictus Genebrardus, in quo, ad hunc* XXVIII *Maji, ista solum verba leguntur:* Nicetas Episcopus Chalcedonensis. *Ioannes Molanus, in suo Auctario ad Usuardum, ad Sanctos à se appositos litteras adjungit, ut indicetur lectori unde illos desumpserit: ubi* littera G significat commemorationes Sanctorum totius anni, prout eæ cum eorumdem Sanctorum deprecationibus habentur in Menologio seu Horologio Græco. *Inde ergo Molanus ad hunc diem ista habet:* Die vigesima octava sancti Patris Nicetæ, & sancti Hieromartyris Helladii. *In his omnibus primum auctoritatis gradum obtinet Typicon S. Sabæ; quamvis id quod nunc sub eo habemus nomine sæpius auctum fuerit, sicut Breviarium & Missale Mediolanense; dicitur usurpari* secundum consuetudinem *aut* juxta morem S. Ambrosii; *& sicut Breviarium antiquum Toletanum, vulgo* S. Isidori *seu* Mosarabe *appellatur, etiam postquam illud jussu Francisci Ximenes Archiepiscopi auctum & excusum est. Ista etiam mutatione & interpolatione non obstante, probatur, quod saltem quando scripti sunt Codices, unde accepta est impressio Typici, ejusmodi cultus invaluerit & obtinuerit in Palæstina, atque adeo ante aliquammulta sæcula.*

& apud Genebrardum

atque Molanum.

3 *Quæri tamen haud immerito poterit, quomodo* S. Nicetæ *mentio non habeatur in Ms. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & aliis Menæis inde desumptis, cum tam vicina illi fuerit urbs Chalcedonensis. Videtur autem responderi posse, quod forsitan* S. Nicetas, *susceptæ peregrinatione ad loca Sancta, ibi in aliquo monasterio privatus vixerit, ac diem suum sancte obierit, & miraculis patratis coli publice cœperit, Chalcedonensibus interim nihil de eo requirendo solicitis; quippe qui ipso discedente, vel etiam suo se gradu abdicante, alium elegerint, nec porro curaverint de eo quidquam discere: præsertim cum nulla ejus Vita scripta extaret, quæ nomen illius celebre faceret extra Terram sanctam; sicut in simili casu accidisset* S. Joanni Silentiario, *ex Episcopo Colonienſi in Armenia Lauræ S. Sabæ Monacho, nisi Vitam Cyrillus scripsisset quam illustravimus* XIII *Maji. Ceterum ex illo ipso defectu Vitæ, ducimus suspicionem, quod non admodum antiquus hic Sanctus fuerit; sed forsitan Iconomachorum tempore, pertæsus turbatissimi suæ Ecclesiæ status, in Palæstinam se contulerit; quando istic quoque collabebatur res Christiana, invalescentibus magis magisque Saracenis, & civitates ac loca omnia munita in Orientæ tenentibus: & sic liceret illum referre ad sæculum* VIII *vel* IX. F

Fortassis in terra Sancta obiit, sec. 8 vel 9.

DE

DE S. WILLELMO DUCE

POSTEA MONACHO GELLONENSI IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. G. H.

De Vitæ & miraculorum Actis, cultu diebus variis, & Reliquiis ejusdem Sancti.

CIRCA DCCCXII.

Gellonense monasterium S. Willelmo.

GEllonense monasterium, *in Vita Ludovici Pii minus recte* Galunæ *vocitatum, Septimaniam sive Occitaniam, aut barbaro (ut jam loquimur) hujus ævi vocabulo Langedociam pertinet; situm inter excelsa montium juga, in* valle Gellonis *ad Araurarim fluvium; medio fere itinere inter urbes Episcopales Montem-pessulanum & Lutevam Fundatorem illud agnoscit* S. Willelmũ Ducem, *sive ut ipsius ævo potius vocabant* Comitem, *& postea ibidem* Monachum, *à quo modo* monasterium

B S. Willelmi de deserto *solet appellari. Acta ejus ex Ms.*

Vita ex variis Mss.

istius Cœnobii, à Fr. Georgio Grandroguamio Infirmario transcripta, submisit nobis anno MDCXLVI *Tolosa R. P. Petrus Possinus, ex tunc studiorum nostrorum fautor & adjutor strenuus, sed utrisque nonnulla desunt. Eadem Acta sed absque miraculis, habemus scripta in insigni codice nostro mensis Maji, item in codicibus Mss. Trevirensi monasterii S. Maximini, Claremarescano diœcesis Audomaropolitanæ, ac Dunensi jam Brugis constituto, utroque Ordinis Cisterciensis: in cujus archimonasterio ipsa quoque reperimus, sed non descripsimus. Habemus eadem, sed contracta, ex codice Ms. Rubeæ-vallis prope Bruxellas, cum Titulo* Comitis Hannoniæ; *per nescio quem errorem ipsi affixo à Collectore Gillemanno. Item in Ms. Bodecensi diœcesis Paderbornensis, æque ac illud Ordinis Canonicorum Regularium, & Ms. Vltrajectino ecclesiæ S. Salvatoris. Denique contulimus ipsa cum editione Augustana anni* MDCXI; *& Parisiensi anni* MDCLXXVII. *Priorem editionem curavit Carolus Stengelius, subjungens ei Vitam S. Willelmi Hirsaugiensis,* IV *Nonas Iulii beato fine perfuncti: posteriorem inseruerunt Actis Sanctorum Ordinis Benedictini, hujusque seculi quarti parti primæ, diligentissimi Aberius & Mabilio.*

& editis libris,

2 *At* quis fuerit scriptor, *inquit Mabilio*, Vitæ S. Willelmi, quove tempore vixerit, certo definire non possum. Auctorem sane gravem, quisquis tandem ille sit, constat fuisse, & libellum hunc cudisse ante seculum XI; imo, ut verisimile est, haud longe post Willelmi obitum, cujus res gestas, quasi testis oculatus, commemorat. *Hæc Mabilio. Verum nisi multum aberramus, unum eumdemque censemus auctorem Vitæ & miraculorum, quæ hactenus inedita infra damus; in quibus narratur* S. Fulcranni Episcopi Lutevensis adventus ad tumulum S. Willelmi, *& ipse appellatur* Sanctus, *atque* gratia curationum & virtute miraculorum opinatissimus; *uti latius* XIII *Februarii, deduximus ad ipsius S. Fulcranni Vitam, ubi diximus eum circa annum* MVI *ex hac vita migrasse; proinde non videtur hæc Vita cum miraculis potuisse scribi, nisi saltem seculo* XI *jam aliquo usque fluente. Non dubitamus interim, quin plures antea* S. Willelmi *gesta descripserint, quorum narrationibus hic Auctor usus sit. Harum una potest censeri caput* VI *Vitæ S. Benedicti Abbatis Anianæ & Indæ, à nobis ad* XII *Februarii prolatæ: cui* S. Willelmus *in charta infra relata subjecit suum monasterium, & illud compendium ideo ante alia Acta proferimus, quod Auctor Ardo discipulus S. Benedicti potuerit etiam* S. Willelmum *certius cognovisse. Aliud compendium, sed ex hisce Actis*

ab auctore gravi

XI seculo scripta:

compendia in Vita S. Benedicti Anianensis

contractum, habuit Ordericus Vitalis in sua historia Ecclesiastica, ad annum usque MCXLI *deducta, lib.6 ad annum* MLXVI; *ubi*; Quia de S. Guillelmo, *inquit*, nobis incidit mentio, libet vitam ejus breviter hic inserere. Novi quod ipsa raro invehitur in hac provincia, & nonnullis placebit de tali viro relatio veridica. Hanc enim Antonius Guentoniensis Monachus nuper detulit, & nobis eam videre desiderantibus ostendit. Vulgo canitur à joculatoribus de illo cantilena, sed jure præferenda est relatio authentica: quæ à religiosis doctoribus solerter est edita, & à studiosis lectoribus reverenter lecta est in communi Fratrum audientia. Verum quia portitor festinabat abire, & brumale gelu me prohibebat scribere; finceram abbreviationem, sicut tabellis tradidi compendiose, sic nunc satagam membranæ summatim commendare, & audacis Marchisi famam propalare. *Hæc Ordericus, apud quem subjectum Vitæ compendium videri potest.* Jocularia *autem ab illo indicata, vulgo* Romancias, *profert Catellus & explodit ut fabulosa lib.5 historiæ Comitum Tolosanorum cap.6. Aliud compendium edidit Petrus de Natalibus lib.5 cap.61. Aliud Ms. colonia submissum fuit. Aliud Arnoldus Raysius in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii Ioannis Molani: quod (sed Hagiologio Molani citato) recudit, nonnullis erroribus emendatis, Ioannes Plantavitius de la Pause Episcopus Lodovensis in Chronologia Præsulum Lodovensium pag.25, vir eruditissimus, à cujus calamo habemus Thesaurum Synonymicum Hebraico-Chaldaico-Rabinicum, item Florilegium Rabinicum-Biblicum. Demum & aliud compendium sive Epitomen habetur in Viola Sanctorum, Hagenoæ anno* MDVIII *excusa.*

& apud Ordericum Vitalem,

& aliis.

3 *Plura de viri Sancti miraculis, deque corporis ejus statu ac veneratione præsenti discere cupientes, iterum recurrimus ad prælaudatum Possinum, Roma in istas partes opportune regressum. Hic primum quidem, ex vetusto Gellonensis monasterii Ms. libellum quemdam miraculorum impetravit; deinde recentis inventionis translationisque historiam, ibidem conscriptam Gallica lingua, ad nos misit. Et hanc quidam Latine redditam in fine ponimus; istum vero, ex codice duobus foliis evulsis lacero, imperfectum haberi cum doleremus; opportune affertur Benedictini seculi* IV *pars altera, in eaque* libellus de miraculis S. Willelmi, Ducis ac Monachi Gellonensis, Auctore Monacho Gellonensi Anonymo, ex Ms. Eixiensi; *vulgo* Eyfféz *dicitur, diœcesis Agennenses, non longe ab Oldo fluvio monasterium, leucis circiter quinquaginta distans Gellone. Hujus Ms. stylus, aliquanto cultior Gellonensi, ostendit ipsum esse posterius: quare originaria simplicitate servata qua licet, ex isto solum supplebimus defectus & lacunas primigenii operis.*

Libellus miraculorũ ex duplici Ms.

E

F

4 *Ad inventionem quod attinet, ea omnino præter spem accidit. Cum enim sub annum* MDLXVIII *extremam ruinam monasterio suo sacrisque omnibus formidarent Monachi Gellonenses, volentes sui Fundatoris corpus in tutum subducere, in marmoreo ejus tumulo paucos dumtaxat cineres ex priori elevatione reliquos reperierunt, collegeruntque: quos post annos circiter septuaginta sub altari reposuerunt: cujus rei testis supra laudatus Plantavitius, in dicta Chronologia Præsulum Lodovensem pag.28 ista habet:* Cine-

& historia Inventionis ex Gallico

AUCTORE G. H.

res S. Willelmi, dum nuperrime monaſterium illud in viſitatione noſtra diœceſana ex officio luſtraremus, in urna marmorea incluſos, & à ſeptuaginta vel circiter annis, ne in ſacrilegas hæreticorum manus inciderent, è monumento ejus, quod pone majus altare miræ ſtructuræ adhuc hodie viſitur, eductos, ſub unius altaris marmorea tabula flagrantiſſimum odorem ſpirantes, comperimus; & univerſo populo, conſpiciendos ſimul atque debito cultu venerandos, exhibuimus. In cujus rei memoriam teſtimoniales litteras, manu noſtra firmatas ſigilloque noſtro obfirmatas, & pyxide ferrea incluſas, Procuratore noſtro fiſcale hoc ita requirente, dicto monaſterio conceſſimus; ſacraſque Reliquias in eodem loco repoſuimus, una cum dictis litteris teſtimonialibus; uſquequo religioſiſſimi Congregationis S. Mauri Monachi, brevi in illud monaſterium inducendi, illas in argentea capſa recondere valeant: quod ad majorem Dei & tam mirabilis Sancti gloriam piorumque conſolationem ſperamus. *Hæc Plantavitius Epiſcopus Lodovenſis, qui præfuit dictæ Eccleſiæ ab anno* MDCXXV; *tunc in eccleſia S. Ludovici domus Profeſſæ Societatis Ieſu Pariſiis inauguratus, uſque ad annum* MDCLXI, *quo* XXVIII *Maji in feſto Pentecoſtes vita eſt functus. Prater cineres nihilominus habebatur* in ſcrinio argenteo deaurato, radius brachii deauratus miræ magnitudinis, *reſervatus utique ex priori ad locum Monachis ignotum Tranſlatione, ut ſcribit Mabilio, in Appendice ad Vitam: qui etiam ejuſdem Tranſlationis memoriam, ut factæ* anno MCXXXVIII, III Nonas Martii, *repererat in Martyrologio Gellonenſi. Verum cum anno* MDCLXXIX *menſe Septembri, incumberetur altari principi ad abſidem removendo, inventus eſt qui in deſperatis jam habebatur theſaurus, modo infra explicando.*

poſt ſolos cineres olim repertos & recens trãslates.

B

5 *Cultus antiquus* S. Willelmi *colligitur ex altari, in honorem ejus ad dexterum latus majoris aræ collocato, & ex tabula è pario lapide eximio exarata, ubi & ſepulcrum ejuſdem Sancti pone dictum altare cum egregiis iconibus conſtitutum, & ſacra ejus memoria ita celebratur in vetuſto Martyrologio Gellonenſi:* v Kalendas Junii, apud Gallonem in territorio Lutevenſi depoſitio B. Guilelmi, Monachi & Confeſſoris, quondam clariſſimi Conſulis Palatini. *Imo ejus feſtum duplici ritu celebratur in diœceſi Lutevenſi & Biterrenſi: & in Martyrologio Brivatenſi ejus* depoſitio *memoratur: uti etiam in Ms. Floratio, & apud Grevenum, Maurolycum, Galeſinium, Caniſium; & in faſtis monaſticis Wionis, Dorganii, Menardi, Bucelini. Aſt* Idibus Auguſti *apud Gellonenſes legitur,* Dedicatio altaris ſanctiſſimi Guillhelmi de Gellonenſi monaſterio, quæ facta eſt ab Amato ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Legato, anno MLXXVI à Domini nativitate. *At pridie Nonas Februarii celebratur aliqua* Tranſlatio corporis S. Guillelmi Confeſſoris Chriſti: *qua forſan cenſeri debet prima corporis elevatio, ex humili ſepulcro in marmoream tumbam. Porro cum Garſendis nobilis femina, anno* MXXIX, *monaſterio Gellonenſi eccleſiam S. Petri de Salve obtuliſſet,* Gausfredus Abbas, ſumpto ſecum vexillo Crucis & S. Guillelmi gleba, cum conventu fidelium Monachorum, Clericorum, Militum, Laicorum . . . locum adivit, ut ſit cella monaſterii Gallonenſis in perpetuum, *quemadmodum exponitur apud Mabilionem. Pridie etiam ſeu potius* III *Nonas Martii ſignatur ſupra indicata* Tranſlatio corporis ſanctiſſimi Confeſſoris Chriſti, anno MCXXXVIII, per manus Domni Ugonis Albienſis Epiſcopi, & Raimundi Abbatis Gellonenſis, & Raimundi Nantenſis Abbatis, temporibus Innocentii Papæ ſecundi, regnante Ludovico Rege *Septimo ſeu Iuniore.*

Altare ei erectum,

memoria in Faſtis 28 Maji,

13 *Auguſti,*

C

4 *Februarii,*

3 *Martii.*

6 *Sub hoc Pontifice & Rege floruit Ordericus Vitalis, qui libro 6 ſupra indicato iſta in commendationem loci ſcribit:* Venerabile cœnobium illic uſque in hodiernum diem perſeverat, & ingens Monachorum exercitus Domino Deo Sabaoth cum ingenti tripudio militat, atque meritis S. Guillelmi ex illuſtri Milite religioſi Monachi, turba infirmantium convaleſcens exultat in Chriſto Jeſu, qui omnes ſibi adhærentes glorificat. *Erat jam ab anno circiter nonageſimo ſupra milleſimum dicta Abbatia, decreto Vrbani Papæ II, ditioni Anianenſium ſubducta; & deinde litteris Calliſti II & Alexandri III, Romanæ Sedi immediate ſubjecta: & ipſa Epiſcopalem juriſdictionem exercet in totam vallem Gellonenſem, atque oppidum monaſterio adjunctum, nec non in duas ibidem eccleſias parochiales S. Bartholomæi & S. Laurentii: imo eidem ſubſunt Eremitæ, in præruptis montium jugis ſimul degentes, quibus à Benedicto Papa data facultas ædiculæ conſtruendæ per litteras, anno* MCCCXXXVI *Idibus Septembris Avenione ſignatas.*

D

Virtus in ægris ſanandis,

VITÆ COMPENDIUM
Ex Vita S. Benedicti Anianenſis, Scripta ab Ardone diſcipulo.
& edita ad diem XII *Februarii.*



Uillelmus Comes, qui in aula Imperatoris præ cunctis clarior erat, tanto dilectionis affectu B. Benedicto deinceps adhæſit, ut ſeculi dignitatibus deſpectis, hunc ducem viæ ſalutaris eligeret, qua pertingere poſſet ad Chriſtum: acceptaque tandem convertendi licentia, magnis cum muneribus auri argentique, ac pretioſarum veſtium ſpeciebus, ſubſequitur venerabilem virum. Nec moram inde ponendi comam fieri paſſus eſt, quin potius die Natalis Apoſtolorum Petri & Pauli, auro textis depoſitis veſtibus, Chriſticolarum induit habitum, ſeſe Cælicolarum adſciſci numero quantocius congaudens. Vallis vero à beati viri Benedicti monaſterio ferme quatuor diſtat millibus, cui nomen eſt Gellonis: in qua conſtruere præfatus Comes, in dignitate adhuc ſeculi poſitus, cellam juſſerat: illic ſe vitæ ſuæ tempore Chriſto tradidit ſerviturum. Et quoniam nobilibus natalibus ortus, nobiliorem ſe fieri Chriſti amplectendo pauperiem ſtuduit; & ſummum, quem genuinò perceperat, pro Chriſto abjecit honorem; ratum puto, ſi de piis converſationis ejus actibus pro neſcientibus pandam. Etenim in cellam præfatam venerabilis Pater Benedictus ſuos jam poſuerat Monachos: quorum exemplo imbutus, infra paucos dies, eos à quibus edoctus eſt, virtutibus antecelluit. Adjuvantibus quoque eum filiis, quos ſuis Comitatibus præfecerat, Comitibuſque vicinis, ad perfectum fabricam monaſterii, quam cœperat, cito deduxit. Qui locus ita ſecretus eſt, ut ſolitudinem non deſideret habitator: cingitur denique nubiferis undique montibus, neque cuiquam illic acceſſus eſt, niſi quem ultroneus orandi cauſa deduxerit animus: tanta vero amœnitate eſt perfuſus, ut ſi Deo ſervire decreverit, aliorum non deſideret loca: ſiquidem adſunt vineæ, quas præfatus vir plantare præcepit, hortorum quoque copia, variis ſtipata diverſarum generibus arborum. Poſſeſſiones acquiſivit plurimas: petenti ſiquidem eo Sereniſſimus Rex Ludovicus ſpatioſo hoc dilatavit termino, de fiſcis ſuis ad laborandum concedens loca: veſtes ſacras perplurimas dedit, calices argenteos aureoſque & offertoria præparavit, libros ſecum perplures attulit, altaria auro argentoque veſtivit. In hanc nempe ingreſſus cellam totum ſe dedicavit Chriſto, nihil mundanæ pompæ relinquens veſtigii. Tantæ autem deinceps humilitatis fuit, ut rarus aut nullus ex Monachis ita flecti poſſet, dum obviare contingeret, ut ab eo humilitate non vinceretur. Vidimus ſæpe eum cædentem aſinum ſuum, flaſconem vini

E

Converſus à B. Benedicto Abb. Aniana.

ex Comite Monachus Gellonenſis.

F

omni virtute excellit.

A vini in ſtratorio deferre, eumque ſuper inſedentem, calicem in terga humeris vehentem, noſtri monaſterii Fratribus tempore meſſis ad refocillandum ſitim eorum occurrere. In vigiliis quoque ita pervigil erat, ut vinceret cunctos. In piſtrino, niſi occupatio aliqua præpediret aut ægritudo tardaret, propriis operabatur manibus. Coquinam vice ſua complebat; in habitu ſummæ humilitatis aſſumpſerat formam; jejunii amator exſtitit, orationibus inſtans, compunctioni continuus: vixque corpus Chriſti poterat percipere, priuſquam lacrymarum ejus in terram decurrerent guttæ. Lectuli quoque duritiem avide expetebat; ſed propter ejus invaletudinem Benedictus Pater culcitram, eo nolente licet, ſubſterni fecit. Aiunt nonnulli, quia ſe ſæpe pro Chriſti amore flagellis cæ-
ſui præſertim deſpectu,
di, nullo alio præter eum qui aderat conſcio, juſsit. Mediis fere noctibus, glacialibus profuſus rigoribus,
& pie obit.
uno perraro tectus tegmine, ſæpe in oratorio, quod in honorem ſancti Michaëlis conſtruxerat, ſoli Deo notus, vacans orationibus ſtabat. His aliiſque virtutum fructibus intra exiguos ſtipatus annos, imminere ſibi diem mortis cognoſcens, cunctis monaſteriis in regno Domini Caroli pene ſitis per ſcripturam notum fieri juſſit, ſe ab hoc jam ſeculo migraſſe: ſicque
B deinceps copias virtutum reportans, Chriſto vocante migravit è mundo.

VITA

Auctore gravi, ſeculo Chriſti XI ſcripta.

Ex variis Mss. & duplici editione.

PROLOGUS.

Auctor Spiritum ſanctum invocans,

AD ſummam Dei gloriam & laudem, de B. Willelmi vita laudabili & ſancta converſione atque converſatione tractaturi, ſancti Spiritus gratiam, qui etiam in rebus minimis implorandus eſt, invocamus: ut qui eum in contemptu ſeculi, in ſui ipſius abnegatione prævenit & ſecutus eſt; ipſe nos quoque in hac retractatione prævenire dignetur ac ſubſequi, & efficiat idoneos tantæ hiſtoriæ relatores. Nihil enim dignum dicitur ſine eo,
C neque etiam ipſe ſine ſe invocatur, cujus nimirum dona ſunt, ſi quis mereatur Omnipotentis opera denuntiare, & ipſum in Sanctis ſuis magnificare Deum. Et primum quidem hunc Dei dilectum, exemplar nobis & ſpeculum proponamus, & formam in eo Apoſtolicam & vitam in terris Angelicam veneremur; atque, in quantum poſſibile eſt, boni æmulatores idipſum imitemur. Cum enim magnum ſit & valde bonum, Sanctorum merita prædicare & extollere virtutes; ipſas utique virtutes ambire, atque imitando acquirere revera optimum eſt & præcellens. Utrumque tamen & cælitus datur, & divinitus inſpiratur: illiuſque adminiſtratio eſt gratis, qui gratiarum diſtributor dat ex eis quibus vult, & dividit ſingulis prout vult.

2 Nunc igitur quæ ad communem ædificationem pertinent, quæque devotis auditorum animis prodeſſe ad imitationem poſſunt, de vita & meritis tanti Ducis tamque glorioſi Principis, aggrediamur: cete-
excuſat omitti bellica Willelmi facta.
ra quæ mundi fuerunt, geſta videlicet fortia, ad terrenam dignitatem atque ad ſecularem militiam pertinentia, quamvis inclita ac relatu digna in memoriâ æternâ, nos tamen ſilentio præterire decrevimus, geſtis tantum ſpiritualibus ex parte recitandis calamum applicantes. Quæ enim regna & quæ provinciæ, quæ gentes, quæ urbes, Willelmi Ducis potentiam non loquuntur, virtutem animi, corporis vires, glorioſos belli ſtudio & frequentia triumphos? Qui chori juvenum, qui conventus populorum, præcipue militum ac nobilium virorum, quæ vigiliæ Sanctorum, dulce non reſonant, & modulatis vocibus decantant, qualis & quantus fuerit, quam glorioſe ſub Carolo glorioſo militavit, quam fortiter quamque victorioſe barbaros domuit & expugnavit; quanta ab eis pertulit, quanta intulit; ac demum de cunctis regni Francorum finibus crebro victos & refugas perturbavit & expulit? Hæc enim omnia & multiplex vitæ ejus *a* hiſtoria cum adhuc ubique pene terra- a
rum notiſſima habeantur, nec modo ad hanc deſcriptionem pertinere neceſſario videantur; jam nunc ad ea quæ religio beati Viri & ſanctitas expoſtulat, manus laborare incipiat & calamus; de ortu ejus & generis nobilitate, quod de magnis ſanctiſque Viris plerumque requiritur, breviter prænotando.

EX MSS.

ANNOTATIO D. P.

a *Catellus in Memoriis hiſtoricis Occitaniæ, lib. 4 pag. 549 allegat veterem antiquiſſimi idiomatis ægreque intelligibilis Romanciam Ms. ubi contineantur Acta* Guilielmi Curti-naris *(hoc enim cognominentum ſibi aſſumpſiſſe ibidem dicitur, in memoriam duelli contra æmulum Curſoldum depugnati, quo naſus ei delibatus fuit & extrema ſui parte mutilatus. Ingens autem ait eſſe volumen, in plures diſtinctum libros, quorum uni titulus ſit* Carrucatio Nemauſenſis; *propter captam Nemauſum, per ſtratagema carrucarum dolis milite fartis onuſtarum: cujus libri principium dedimus in Addendis ad Chronologiam Patriarcharum Hieroſolymitanorũ ſub finẽ. Plura fragmenta deinde profert idem Catellus, ubi de geſtis illius ex profeſſo agere incipit, pag. 567, in quibus ipſe* Guillielmus *natus dicitur* Narbonæ, *patrem habuiſſe* Aimericum Seniorem, *cognomine* Barbatum, *matrem* Ermengardim, ſororem Bonifacii Regis Papienſis *id eſt Longobardiæ; fratres* Bernardum de Breban, Guarinum d'Anſeaume, Guibertum d'Audernàs, & Aimericum; *ſorores* Blancam, *Ludovico Pio nuptam; tum Gualteri Toloſani matrem, aliaſq; duas innominatas; uxorem,* Orablam, *Arauſionenſis Principis filiam, bello captam, quam in baptiſmo fecerit appellari* Guiboram. *Ceterum cum ex Francorum hiſtoriis conſtet* Deſiderium, *ultimum Longobardorum Regem* Ayſtulfo *ſucceſsiſſe; & Ludovico Pio uxores fuiſſe, primam* Ermengardim, *ſecundam* Judithan; *apparet nihil fidei hiſtoricæ ſubeſſe Romanciæ iſti; ſicut nec ſubeſſe poteſt expeditioni illi, quam idem* Guilielmus *jam Monachus, reſumptis tantiſper armis, ſuſcepiſſet ad liberandos obſidione Pariſios, quo adveniens Saracenorum Ducem Iſorem, Conimbricæ Regem, ſingulari certamine ſuperaverit. Quapropter nobis operæ pretium non eſt viſum, Codicem illum Ms. requirere; de Francica tamen veteri lingua fortaſſis non male mereretur, qui ejuſmodi poëmata proferret in lucem, uſitatioris nunc linguæ paraphraſi è latere adjecta.* E

CAPUT I.

Vita Sancti in ſeculo, militia contra Saracenos, monaſterii fundatio, Sororum oblatio.

INclitæ *a* laudis ac perennis memoriæ Pippini 3
Regis tempore, natus eſt B. Willelmus de præ- a
clara Francorum progenie, ex patre videlicet b c
nobili magnoque *b* Conſule *c* Theoderico nomine, *Stirpe præ-*
cujus mater æque generoſa & nobiliſſima Comitiſſa *nobilis &*
dicta eſt *d* Aldana: ambo quidem de ſummis Franciæ *recte edu-*
Principibus, Conſules ex Conſulibus, vita quoque *catus,*
& moribus placentes Deo & hominibus. Cum ergo d

EX MSS. essent tales, & veræ divinitatis religiosi cultores, puerum à Deo susceptum cum omni diligentia nutriunt, eumque disciplinis liberalibus tradunt, & specialiter informari & erudiri faciunt. Eruditum vero litteris divinis ac diversis Philosophorum doctrinis, parentes ejus, ut erat moris fieri de Principum filiis, nihilo minus instruunt fortioribus studiis atque exercitiis militiæ secularis.

in aula Caroli honoratur,

e 4 Deinde cum jam Pippinus Rex ex hac luce migrasset, & filius ejus Carolus, qui dictus est Magnus & glorioſus, in throno regni resedisset; inclitus adolescens commendatus est ei à parentibus, ut Regi semper adstaret; & in palatio, ut par erat, militaret. Cumque in aula Regia irreprehensibiliter & laudabiliter se haberet, & Regi esset acceptus, & exercitui placeret; nullius tamen mordebatur invidiâ, nec quisquam adversus eum movebatur injuriâ. Siquidem Willelmi nomen jam celebre habebatur, & de sibi à Deo data fortitudine, de corporis ejus pulcra magnitudine, de magnanimitate, deque morum ejus bene per cuncta compositâ qualitate, fama inclita ubique loquebatur. Igitur Willelmus commendatus à patre, stat ante Regis conspectum, suscipit nomen Consulis & Consulatum, in rebus belB licis primæ cohortis sortitur principatum. Regiis principaliter adhibetur consiliis, tractat strenue cum Rege de regni negotiis, de militia & armis; fit Pater patriæ, reipublicæ defensor; pro pace vigilat, in bellis laborat; fovet cives, hostes expugnat; cunctis in arcto positis, in angustiis constitutis compatienter subvenit, & pro quibus res exigit apud Regem intervenit. Regis vero hæc erat intentio & cura præcipua, Christi gloriam quærere, & super omnes gentes Christiani nominis elevare triumphum: quod & fecit Deo cooperante in omnibus, & Willelmo cum aliis Ducibus consilio & virtute opem sibi ferentibus. Sic enim eorum muniebatur studiis & honestis consiliis, & præcipue Willelmi innitebatur brachiis, ac si thronus aureus, qui columnis fulcitur argenteis. Willelmus Regi aderat à dextris & à sinistris, ipse quidem in prosperis pariter & in adversis.

velut unus ex præcipuis Regis ministris,

adversus Saracenos Dux constitutus in Aquitania,

5 In diebus illis Saraceni pariter conglobati magnum valde & inopinabilem producunt exercitum: montes Pyrenæos transeunt, & una omnes conspiratione ad has partes Aquitaniæ, Provinciæ ac Septimaniæ properant, confinia scilicet Christianorum. Regnum irrumpunt Caroli, dant *f* infinitas de Christianis strages; victores existunt, spolia diripiunt, captosque ducunt strictis funibus captivos, præoccupant totam longe lateque terram, quasi jure perpetuo possidendam. Nuntiatur hoc Christianissimo Regi, neque enim complacet illi. Audito hoc nuntio, ipsum Christi nomen fidelis invocat, moxque suæ virtutis Principes & Consiliarios more regio convocat, & quid facto ad talia opus sit eos consulit, & ipse inde cum eis attente & solicite tractat. Omnes per Dei providentiam in unam concordant sententiam, ut scilicet Comes Willelmus, armis inclitus, bello victoriosus, militiæ Gallicanæ studiis glorioſus, ad hoc opus eligatur, & ipse cum suis legionibus contra barbaros concite dirigatur. Adjudicatur etiam conclamante exercitu, ut totius Aquitaniæ, quoniam dignus est, investiatur Ducatu *g*, & de Consule sublimetur in Ducem. Non differt Carolus consilii effectum, statimque Willelmum manu tenet ac promovet. Ergo Willelmus Comitis & Ducis gloriâ sublimatus, fit inter Principes primus, ipse secundus à Rege, suscipit legationem, nec laborem recusat, mittitur contra barbaros.

f C

g

6 Itaque Willelmus Dux salutatus à Carolo, & ipse pio Domino benignum vale faciens, procedit, D fortem & electum producit exercitum; itaque Septimaniam ingressus, transito quoque *h* Rhodano, ad h urbem concitus Araulicam agmina disponit & ca- *Araulica urbe recepta eos sæpe vincit* stra (quam illi Hispani cum suo Theobaldo jampridem occupaverant) ipsam facile ac brevi cæsis atque fugatis eripit invaloribus, licet postea & in ea & pro ea multos & longos ab hostibus labores pertulerit, semperque prævaluerit decertando. Erepta autem urbe, placet omnibus ut sibi eam detineat, faciatque *i* primam suæ proprietatis sedem: unde & i civitas illa ad tanti Ducis gloriam, famosissima multumque celebris magnique nominis, per totum hodieque mundum commemoratur. Quid vero post hæc egerit, quot & quanta cum barbaris transmarinis & Agarenis vicinis commiserit prœlia; quomodo in gladio suo cum auxilio divino populum Dei salvavit, & Christianum dilatavit imperium; ut superius est dictum, nec scripto hoc indiget, nec præsentis est propositi, excepto hoc quod dici succincte potest. Quoniam licet multo tempore multaque pertinaciâ valde diuque decertatum sit, tamen tandem virtute Altissimi cum virtute belli ita Saracenos perdomuit & perturbavit tyrannos, perscrutans eos & conterens & ad interitum perducens, ut deinceps E non auderent, nec *k* licentiam haberent ad has partes quas invaserant redire, nec eis ereptam ultra repetere terram. Ceterum autem magnitudo gestorum ejus & prœliorum copia, interdum varii Ducis eventus & durissimi labores, semper vero glorioſi triumphi, si quis calamo attentare audeat, præmaximo proprioque indigeret volumine.

k

vacat operibus pietatis,

7 Igitur Willelmo Duce operam dante Deoque cooperante, tandem à tanta persecutione terra quievit, & pax est populo Dei sanctoque Imperio restituta. Resurgunt ecclesiæ, vel novæ ædificantur. Ipse quoque triumphator ac signifer Christi, Dux inquam glorioſus, pace & quiete ab inimicis indepta, & ipse bonis omnibus pacificus, cœpit jam licentius inhærere Deo, utpote bellorum curis & tumultibus liberior; &, ut olim corde conceperat, cultibus divinis totus inhiare. Non resolvebatur ignaviâ, nec indulgebat quieti in delectatione carnis, ut solent plurimi plurimum perpessi laboris: sed tanto fortior, quanto liberior, piis vacabat studiis & operibus bonis. Primo quidem de statu reipublicæ & de communi omnium utilitate nocte dieque tractabat. Secundo ut sacræ leges salubriter consti- *justitiæ,* tutæ ratæ forent & illibatæ; lites universorum & F diversa negotia æquissimis dirimens & discernens judiciis; pauperum specialiter, pupilli & viduæ judex ipse propitius. Tertio vero terræ principes ac dominos temperabat, ne subditos è jure violenter opprimerent: universos autem, quantum in se erat, pacis & gratiæ vinculis adstringebat. Præterea de cœnobiis sacrisque locis atque ordinibus, communem vitam professis, tantam susceperat curam, quantam vix solet quilibet paterfamilias de domo propria sive familia regenda suscipere. Cumque ge- *religionis,* neraliter monasteriis omnibus largus & munificus haberetur, illa tamen quadam speciali prærogativa tuebatur & fovebat, quæ dominus suus Carolus olim nova construxerat, aut destructa renovarat; dona devotus inferens, prædia concedens, necessaria etiam administrans stipendia, Christi vero Sacer- *& caritatis.* dotes, acsi Apostolicos viros, tantâ dignos habebat reverentiâ, ut primus eis assurgens & primus eis supplicans, illorum se committeret precibus angelicis, & eorum manibus atque sacris altaribus suas quotidie offerret oblationes. Porro de peculiaribus eleemosynis, quas ejus dextera furabatur sinistræ, & in pauperum sinibus abscondebat, laudem dicere

non

A non eſt neceſſe : quas ille melius novit & laude ſua approbat, qui eas ſuper numerum multas & in abſcondito vidit, & ſolus dinumeravit, & ipſe eas in perſonis ſuſcepit egenorum.

Cœnobio condendo locum quærit:

8 Inter hæc omnia virtutum ſtudia & veræ ſanctitatis Deo placita holocauſta, vir tamen Domini & ſervus Jeſu Chriſti quaſi nihil ageret ſuſpirabat, nec videbatur ſibi adhuc Deo aliquid obtuliſſe acceptum. Viſum eſt autem ei, inſpirante gratia Dei, ut novum novo opere Regi omnipotenti debeat ædificare monaſterium, in tali ſcilicet loco, ubi nullum ante fuerit oratorium; in quo divinum fiat ſemper ſervitium, perpes oblatio, juge ſacrificium. Procedit igitur explorare & quærere, in quo locorum debeat ædificare monaſterium, jacere fundamenta, opus accelerare. Incidit ergo ei voluntas ad excelſa montana Lutevenſis territorii procedere, circumire & quærere, ſi forte queat in illa vaſta ſolitudine locum juxta cor ſuum, quem ad Dei omnipotentis gloriam conſtruat, reperire. Denique ingreditur, Deo ut credimus comitante, Angeloque ſancto duce viam præparante, loca deſerti devia, alpes arduas, celſa promontoria, arctâ nimirum viâ & ſcopulosâ, aſperâ per totum, plurimum laboriosâ. Ab-
B breviat cito gratia divina viæ aſperitatem, & adimplens cari ſui deſiderium terminat anxietatem.

Optumque in valle Gellonis reperiens,

9 Nam convallis ipſius anguſtias ingreſſo, & ad interiorem eremum paulo longius progreſſo, ſubito occurrit inter ipſas montium crepidines parva quædam & inculta planities, aëriis undique jugis & rupibus conſtipata, nemoroſis circumquaque arboribus obumbrata, rivulo *l* viventis aquæ per medium defluente, & in fluvium Arauris quo clauditur illa
l vallis haud procul ingrediente. Requiritur nomen loci, & invenitur quoniam Vallis-Gellonis antiquitus diceretur : & ideo fortaſſis, ut quidam interpretantur, quod in ipſa ſolitudine deſerti, inter immenſos ſcopulos & colles horribiles, quaſi agellus vel parvus ager remanſiſſe videretur. Videns igitur Dei amicus loci qualitatem, & ad monaſterium conſtruendum quamdam opportunitatem, cognoſcit ſe manifeſte à Domino exauditum, & iter ſuum à Domino expeditum. Unde referens gratias Conditori, omniſque dilationis impatiens, dat manum operi, inſtat & invigilat ſancto gratoque labori. Accitis quoque magiſtris quos ſecum educebat, viriſque ſapientibus quos in ſuo comitatu habebat, quamprimum condecens metitur oratorium, metitur etiam
C totius clauſtri ſpatium, domum refectionis atque dormitorium, domum etiam infirmorum & cellam novitiorum, proaulam hoſpitum, xenodochium pauperum, junctum clibano piſtrinum, de latere molendinum. His ita diſpoſitis & congrue atque regulariter deſignatis, ipſe Dux ad opus rediit, operarios ponit, artifices præponit; qui quibus inſiſtant operibus, quæve exerceant ſtudia, diligenter & opportune diſponit. Et ſic quidem incipiens à capite, ſicut dicitur, A ſanctuario meo incipite, exEzec. 9, 6. orſus eſt à ſanctuario : in quo nimirum primos ipſe lapides mittens, in nomine Salvatoris, id eſt Jeſu Chriſti, qui eſt vere Salvator mundi, initiat fundamentum, erigit parietes, ſuſtollit tectum, conſummat opus perfectum, marmore pretioſo perficiens pavimentum. Sancta Regina cælorum & Princeps Archangelorum, Petrus Paſtor ovium & Paulus Doctor gentium, cum Joanne Theologo & Andrea Apoſtolo, cum omni duodeno Apoſtolorum numero, præmiſſa Salvatoris *m* principali memoria, quem
m decet ante omnia omnis honor & gloria, placuit ſancto Principi, ut ſpecialiter colantur in eadem eccleſia : fecitque & ipſis ibidem propria & veneranda altaria.

ipſum ædificat cum eccleſia :

10 Igitur perfecto opere templi & quibuſdam officinis, feſtinat ſervus Domini conducere ſervos Dei de cœnobiis vicinis *n* de locis regularibus atque religioſis, viros pudicos, ſanctæ converſationis. Quibus etiam ſolenniter *o* Abbate dato temploque ſanctificato, ſolennem quoque eccleſiæ & altari fecit donationem, proteſtans in muneribus ſuam erga Deum animi intentionem. Prædia namque cum ſcripto largitur ingenua, familiam multam nimis loco ſemper & Fratribus ſervituram, auri quoque plurimum & argenti, mirabiles multaſque gazas multiplicis ornamenti, greges etiam non parvi numeri ſexuſque promiſcui, pecoris & armenti. Ut autem hæc ſua donatio, ſanctaque ipſius per omnia & juſta conſtitutio indiſſolubilem haberet ſtabilitatem, & omnimodis in ſeculis æternis poſſideret firmitatem; primo ſcriptis propriis *p* adſtipulat, deinde præceptorum regalium vigore corroborat.

EX MSS.
n *Monachos eo inducit & dotat :*
o
p

Sorores duas offert Deo.

11 Erant beato Willelmo duæ ſorores virgines, tanti generis lineâ ſatis ſuperque nobiles, quarum altera dicebatur Albana, altera vero Bertana; ambæ omni elegantia ac vetuſtate præeminentes, morum quoque & vitæ lampadibus effulgentes; ambæ de numero prudentium, cum fatuis virginibus nihil habentes. Hæ ſimul uno conſilio, pari voto, eo-
E dem deſiderio, dominum ſuum & fratrem aggrediuntur, ejus genibus cum lacrymis provolutæ verbis eum hujuſmodi alloquuntur: Audi, domine noſter & frater, noſtram petitionem, & adimple depoſcimus noſtram devotionem, & ad tuæ oblationis cumulum magnamque perfectionem, nos ipſas offer Domino in oblationem : ſi in oculis tuis invenimus gratiam, tu ipſe offer Deo noſtram pudicitiam, noſ-
q que facias illi vivam & veram hoſtiam, pro cujus dulci amore omnem abominamur carnis concupiſcentiam. Habemus enim votum, Deo auxiliante teque nobis annuente, in loco iſto dum vivimus perſiſtere ſub habitu ſanctæ religionis, militare Chriſto ſub titulo ſanctæ profeſſionis, & hic exſpectare diem noſtræ vocationis. Igitur frater pius cum magno gaudio ſorores offert in conſpectu divinę majeſtatis, in ſpiritu humilitatis, ſacrificium Deo in odorem ſuavitatis, ferentes in lampadibus oleum jucunditatis cum ſplendore incorruptæ virginitatis. Ipſæ vero perſeverant in monaſterio *q* flagrantes amore divino, ſanctoque deſiderio cuſtodientes votum, tenentes propoſitum, numquam mente redeuntes ad ſeculum, nec reſpicientes ad Sodomæ periculum.

Reverſus ad propria.

12 His ita Dei nutu glorioſe peractis, Pater F Willelmus, Sororibus & fratribus vale Faciens, plurimumque confortans, magnumque eis Dei promittens auxilium, ad propria revertitur. Nam propria adhuc habere videbatur, licet mens ejus & propoſitum ad id potiſſimum intenderet, quatenus quandoque Deo propitio, abnegato omni proprio, etiam & ſemetipſo, nihil in hoc mundo præter Deum poſſideret. Receſſit itaque iterum ad propria. Et nimirum in domo ejus erant divitiæ & gloria, rerum omnium copia, prolis gratia, uxoris pudica & fidelis amicitia. Non ventilabant, ut olim, aliqui eum hoſtes, neque ſolicitabant Agarenorum gentes : quoniam Deo propitio terra in conſpectu ejus quieverat, & ipſe ab omni impetu tutus & quietus erat. Inter hæc autem omnia amor Dei tantus erat in eo, ut omnem amorem ſeculi prorſus tolleret ab eo : & quidquid in hoc mundo quaſi dulce arrideret, comparatum dulcedini divinæ dilectionis pro abſynthio haberet : unus enim amor Altiſſimi omnes reſecabat ab eo affectus hujus mundi, & unius gehennæ timor cuncta in corde illius carnis oblectamenta frangebat. Tum vero fortia facta ſororum & virilem earum conſtantiam reducens ad memoriam,

EX MSS. *monachorii sortem cogitat.*

quamque ſubito præceſſerant eum ad cæleſtem militiam; gaudebat quidem pro eis, verumtamen erubeſcebat, utpote qui in ſeculi militia ſemper primas tenuerit acies, & numquam noviſſimus apparuit; nunc vero feminæ & audaciam ejus præripuerant & palmam. Cum autem inter cetera illius ſolitudinis, in qua paulo ante monaſterium conſtruxerat, ſedulo recordaretur, atque ſervorum Dei quos ibidem dimiſerat ſancta ſtudia vitamque cœlibem ad mentem reduceret, ſemperque in mente haberet ad hujuſmodi æmulationem; quidquid ei erat in hoc mundo præcipuum vileſcebat; & ipſemet ſibi diſplicens, eo quod cum religioſis Fratribus non remanſerat, animo tabeſcebat. His & hujuſmodi cogitationibus vir Dei & contriſtabatur, & confortabatur; ſatiabatur ſuſpiriis, & lacrymis paſcebatur.

ANNOTATA.

a *Antiqua Vita Dunenſis ita incipit*: In diebus laudabilis ac pii Regis Pepini natus eſt B. Guilelmus &c. *prout hic habentur.*

b *Nomen* Conſulis *pro* Comite *uſurpari, à media ætatis ſcriptoribus ſæpius monuimus, præſertim ad Vitam B. Caroli Boni Flandriæ Comitis 2 Martii.*

B c *Quis hic* magnus Comes Theodericus *ſeu* Theudericus *fuerit, non ſatis conſtat. Oculos conjiciunt aliqui in Annales Eginhardi, ſeu potius Monachi Lauriſhamenſis, in quibus ad annum* 782 *dicitur*, Saxonibus, ex conſilio Widekindi ad bellum Francis inferendum paratis, obviaviſſe Theodoricus Comes, propinquus Regis, cum iis copiis, quas audita Saxonum defectione raptim in Ripuaria congregare potuit. *Addunt aliqui, eum* frarrem patruelem fuiſſe Caroli Regis, *quaſi eſſet* filius Childebrandi & frater junior Nibelungi. *Quod aliis ulterius diſcutiendum relinquimus.*

d Aldana *in Tabulis Genealogicis Labbeanis habetur* filia Caroli Martelli & Rotrudis, *quod in quodam Martyrologio apud Antonium Dominicium de Anſberti familia rediviva referatur* Andana, ſoror Heltrudis & Landradæ, *quæ fuerunt filiæ dicti Caroli Martelli. Alia ab* Aldanâ *eſt* Dodana, *uxor Bernardi, Cujus liber ad Wilhelmum filium, ſed S. Willelmo juniorem, extat apud Mabilionem ſeculo Benedictino* 4, *à pagina* 750.

e Pippino 24 *Septembris anni* 768 *ſucceſſit* Carolus Magnus, *cujus Acta illuſtravimus ad diem* 28 *Ianuarii quo colitur.*

C f Prælium factum eſt inter Saracenos & Francos in Gothia, in quo Saraceni ſuperiores extiterunt. *Ita Annales Fuldenſes ad an.* 793. *Quo anno apud Eginhardum ſine Laurishamenſem, dicuntur* Saraceni Septimaniam ingreſſi, prælioque cum illius limitis cuſtodibus atque Comitibus conſerto, multis Francorum interfectis, victores ad ſuos regreſſi. *In eadem ſcilicet* Septimania & Gothia *ſeu* Langedocia.

g *Ordericus Vitalis loco ſupra indicato*, A Carolo, *inquit*, Dux Aquitaniæ conſtituitur, eique Legatio contra Theodebaldum & Hiſpanos atque Agarenos injungitur. *Sed quod* inveſtituram *attinet, decepit auctorem ſui temporis uſus, nec enim tunc adhuc cœperant provinciæ in feudum tradi, tranſmittendæ ad poſteros.*

h Rhodanus *etiamnum limes eſt Septimaniæ ſive Occitaniæ & Provinciæ, in hac eſt* Arauſio, *una leuca à Rhodano diſtans.*

i *Honoratus Bucheum, lib.* 8 *Hiſtoriæ Provinciæ ſect.* 5 *agens de Principatu Arauſionenſi, primum conſtituit* Guilielmum *hunc & cognominat* Courtinèz, *quod etiam confirmat Catellus lib.* 1 *Hiſtoriæ Comitum Toloſanorum cap.* 6: *ubi eum ſtatuit etiam fuiſſe* Comitem Toloſanum, *ſcilicet quia* ſubmoto Gorſono, Guilielmum pro eo ſubrogatum fuiſſe *legitur in Vita Ludovici Pii ad annum* 789: *ſed quidquid de cognomento à brevitate naſi ſumpto ſit, cujus certiora optarem videre documenta, nemo hoc debet ad familiam aliquam trahere, quia ejuſmodi cognomenta, à plebe indita, nec uſurpabant viri nobiles ut ſua, nec tranſmittebant ad poſteros.* D

k *Stengelius cum Ms. S. Maximini* fiduciam.

l *Rivulus* Odorubio, *per monaſterii hortum in Araurim defluit.*

m *In Necrologia Gellonenſi memoratur* pridie Kalendas Octobris, In arciſterio Gellonenſi dedicatio baſilicæ S. Salvatoris.

n *Potiſſimum ex monaſterio Aniana, quod* ferme quatuor diſtabat millibus paſſum, *cui præerat* B. Benedictus, *quem ibi* ſuos poſuiſſe Monachos *ſupra dictum ab Ardone.*

o *Infra in diplomate Ludovici Pii, tunc Regis Aquitaniæ, dato anno* 808, *dicitur* Juliofredus Rector & Abbas præeſſe, *& infra num.* 21 *ab ipſo præpoſitus. Sed, in charta ſecunda S. Willelmi infra danda, dicitur* Benedictus Abba rogare, *anno* 804.

p *Hæc ſcripta infra referenda, fuerunt data anno* 804, *die* 19 *Decembris.*

q *Nunc eſt eccleſia parochialis S. Bartholomæo dicata, viginti paſſibus à monaſterio Gellonenſi diſita. Harum ſororum tumulum, quatuor columnis marmoreis, erectum eſſe in ſacello B. Mariæ, eaſque Sanctas reputari, non tamen publico honorari cultu, indicat Mabilio. Et dicti monaſterii Sanctimoniales ſolebant appellari* MonachæS. Guilielmi, *quæ inconſulto Abbate non poterant admitti.* E

CAPUT II.

Cum bona Regis gratia & vale amicis dicto, monaſticum habitum aſſumit VVillelmus.

Caroli in aulam honorifice receptus.

INterea cauſa extitit, ut ipſe Carolo valde neceſſarius Franciam accitus expeteret, & poſt multum temporis natale ſolum patriique Conſulatus, immo ſui, hereditatem reviſeret. Suſceptus à Rege mirabili gaudio omnique dilectionis affectu, laus quoque meritorum ejus acclamata eſt non minima: ipſe vero donis ingentibus eſt, ut par erat, honorificatus. Obtentu Regis aliquamdiu commoratus eſt in Francia, cum eo procedens pariterque convivans, potens in palatio & imperio Princeps, & in tanta apud eum gratia, ſicut filius apud patrem. Franci omnes exultabant ſuper eum, & nobilis cognatio necnon & familia naturalis debitâ præcipue tripudiabant lætitiâ. Ipſe vero omnibus dilectionis F vicem reddens, nec tantumdem ſolummodo, ſed duplo omnes diligebat, dicente Domino; Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Tamen pro hac tanta dilectione, proque tantis affectibus, non poterat amor Dei ingens & in re modum excedens, in corde ejus tepeſcere: ſed tanto ardentius, quanto ſecretius ſuccendebatur, & in cordis penetralibus flammis creſcentibus æſtuabat. Mat. 5. 43

ſeculi fugam meditatur.

14 Namque inter delicias Domini ſcilicet Caroli, inter oblectamenta ſeculi, interque blandimenta carnalium amicorum, nocte dieque tractabat, cura præmaxima & corde pervigili, quatenus relicta hac omni pompa nobili & gloria tranſitoria hujus mundi, quæ præterit ut flos fœni vel ſimilitudo fumi, pauper & modicus Chriſtum pauperem ſequeretur; & eo ductore eodemque largitore gloriam quæ non finitur, & divitias æternas in cælo conſequeretur, & Regis immortalis Patriſque inviſibilis miles eſſe mereretur. Verumtamen in hoc ejus animus fluctuabat, & quadam dubitatione ſuſpendebatur, utrum Domino ſuo Carolo inconſulto, cui tantopere in amicitiis adſtingebatur, id fieri oporteret. Ergo viſum eſt ei optimum, & dignum duxit, ut cum gratia

Caroli licentiam petit.

A tia & conſenſu Domini tam dilectiſſimi ac Regis tam Chriſtianiſſimi, de illius ad Chriſti ſe transferret militiam: ne forte, niſi hoc fieret, reus haberetur Domino & poteſtati, ſed neque alicujus offenſionis argui poſſet vel delicti: alioquin occulte & abſque arbitris, ſola Divinitate conſcia, longe ante effugere cogitarat. Accedit ergo ſolita familiaritate ad Regem: & eum opportune inveniens, datis primitus magnis & ſaluberrimis pro quibus advenerat conſiliis, ſubſequenter de ſemetipſo incipiens, ita proſequitur: Mi Domine, mi pater Carole, quem Rex cæleſtis populo ſuo dedit Regem, cujus me eſſe militem & principem ipſe aliquantiſper voluit; tu ipſe noſti, teque per tuam gratiam teſtem adhibeo, quam verax, fidelis, quamque unanimis tibi ſemper extiterim, quantus erga te mihi fuerit dilectionis affectus; ut te vita gratiorem, teque ſuper ſalutem omnemque jucunditatem pro luce mihi haberem. Noſti etiam, quid ego miles tuus pro te egerim, quanta pertulerim, quoties te in mortem & in mortis pericula ſim ſecutus; ſemper paratus & promptus pro te animam meam ponere, & tuam (quantum in me fuit) ſervare & protegere. Si ſurrexit adverſum

B te prœlium, lateris ipſe & capitis cuſtos fui: ſi caſtrorum impetus, vel gladius ex adverſo armatus; me oppoſui, atque inter te & arma memet murum conſtitui: numquam ſubterfugi, numquam te deſerui. Nunc ergo obſecro, Domine mi, patienter me audi, nec dure accipias verba tui militis, immo dilecti tui: & ne te diutius protraham, ecce coram Deo meam tibi oſtendo conſcientiam. Poſtulo licentiam, ut ad illius æterni Regis novus miles me transferam militiam: habeo enim votum, magno quidem longoque deſiderio, ut abrenuntiatis omnibus meque ipſo abnegato eam ſerviturus Deo, in illo ſcilicet monaſterio, quod jam pridem tuæ caritatis cauſa conſtruxi in eremo.

15 His verbis inopinatis clemens Carolus auditis, pauliſper diriguit, & vultus ejus concidit; atque graviter ſuſpirans, nec à lacrymis temperans, paucis amico reſpondit: Mi Domine Willelme, quam durum eſt quod loqueris! quam amarum quod ſuggeris! gladio me appetis, telo percutis, dum talia proſequeris. Vulneraſti cor meum pro hac petitione, affligis vehementer animam meam pro tua diſceſſione: verumtamen quia juſta eſt petitio, & tam religioſa quam eſt rationabilis hæc tua poſtulatio, non habeo quid dicam, neque fas eſt ut contradicam. Si Regum

C quemlibet mortalium, me relicto, adire voluiſſes; ſi hominem Imperatorem, qui magis tibi complacuiſſet, noſtræ dilectioni prætuliſſes; hoc utique ad injuriam meam nullatenus poſſem ferre, ſed adverſus illum Regem commoverem orbem terræ: ſi feciſſes pro honore vel dignitate majore, aut forte pro divitiis quibus potenter affluis, cuncta utique mea libens tibi obtuliſſem, & ad placitum dediſſem. Nunc vero quia nihil eſt horum, ſed deſideras effici miles Regis Angelorum, præſentia contemnens ſpe futurorum bonorum; en ita tibi faciam, velim nolim conſentiam, non revellam propoſitum, neque votum præpediam: ita dumtaxat, ut morem mihi geras, & unum mihi *a* concedas, quatenus ſine meis donis nequaquam à me recedas. In hoc enim me conſolatum & animæquiorem habebis, ſi de regalibus theſauris me donante optima quæque tuleris, in ſignum & recordationem noſtræ dilectionis ac perpetui fœderis, unde ſaltem honores locum, quem ad inhabitandum tantopere diligis. Hæc ait, & in lacrymis prorumpens, ſuper collum amici ruit; &, ut fieri ſuper mortuo ſolet, diu & amariſſime flevit.

16 Willelmus quoque Domini ſui lacrymas non ferens, & ideo amplius lugens, ſeque gravius affligens, poſtquam ipſe nimium fletum emiſit, & dilectiſſimi Regis angelicam faciem regiaſque veſtes tantis fletibus infudit; tandem Domini mœrorem vehementer prohibens, ſeque ipſum magna virtute animi confortans & continens, ita reſpondit: Non decet, Rex clementiſſime, veſtram Regiam Celſitudinem, nec mihi fideli veſtro, nec cuilibet unquam tantum condeſcendere, ut oculi veſtri, pleni gratia omnique pulchritudine, gemmis venuſtiores, beryllis ſplendidiores, lacrymis perfundantur vel lugere videantur. O utinam ipſas lacrymas veſtri ſiderei vultus non ipſe vidiſſem! utinam heri ſive nudiuſtertius rei hujus præſcius eſſe potuiſſem! fateor peccatum meum, priuſquam id pertuliſſem, majeſtate veſtra inconſulta & inſalutata diffugere maluiſſem. Nunc autem, mi Domine, in Chriſti nomine, quod mihi expedit & vobis multum convenit, cauſam meam inſpicite: & neque vultu triſti, neque mente lugubri, ſed cum jucunditate & gaudio ſpirituali à vobis me dimittite, & ad communem Dominum Regemque omnium curſum meum dirigite. Quod autem gratia veſtra de theſauris veſtris dona mihi placita dignatur offerre, vos quidem facitis veſtro Regio & Imperiali more; at vero ſi ego meis omnibus pro Chriſto abrenuntio, quomodo veſtra tollo, vel aliquid ab aliquo qualiter accipio? ſufficit enim rerum mearum copia, auri quoque & argenti ſatis ingens pecunia. Tamen ſi multum vobis placet aliquid mihi dare, & per me omnipotenti Deo aliquid præſentare; ſunt vobis dona religioſa, ſunt munera pretioſa, quod veſtrum eſt dare ſine reprehenſione, & meum ſuſcipere abſque offenſione: dico enim de glorioſo ligno Domini, quod me præſente olim vobis miſſum eſt ab Hieroſolymis. Quo audito Carolus primo quidem accepit dure; deinde ad ſe rediens, & tanti amici devictus amore; Felicem me, inquit, pro hac petitione! & hoc erit factum eum Dei benedictione. Denique cum Rex ipſe venerabilis primo Imperii ſui anno Romæ moraretur, & Imperialem ad primam gloriam reſtauraret dignitatem; Patriarcha *b* Hieroſolymitanus deſiderans eum honorare, multumque placere ei, miſerat illi ab Hieroſolymis per *c* Zachariam, magni propoſiti magnique teſtimonii Sacerdotem, perque duos *d* Monachos Hieroſolymitanos magnæ religionis nec parvæ auctoritatis, illud Dominicæ Crucis venerabile cunctiſque mortalibus adorandum phylacterium, gemmarum ſplendoribus & auro puriſſimo, quantum potuit humana devotio, decentiſſime perornatum, magniſque poſtea & crebris exploratum atque probatum virtutibus: ut nulli ſit dubium, quin ipſum vere de eo ipſo fuerit noſtræ redemptionis ligno. Hoc donum, Rege dignum, miſit Carolo ab Hieroſolymis venerabilis Patriarcha: quod Dei cultor ille mirabilis Imperator, ſuper omne quod offerri vel præſentari poterat, gratum habuit & acceptum. Suſcepit enim Rex munus ſacroſanctum, ſibi quidem præſentatum, ſed Willelmo à Deo promiſſum & cælitus deſtinatum.

17 Igitur Rege jubente mittitur ſine mora: defertur illud *e* lignum mirabile cum ſanctificata ac venerabili ara, necnon & ipſius aræ pretioſus cultus & plurima ornamenta, Sanctorum etiam pignora glorioſa, quæ Carolus propria manu dat amico in hæc verba: Suſcipe nunc, dilectiſſime, hæc Domini tui dona; contra malignos ſpiritus & contra adverſa omnia, præclara atque fortiſſima arma; ſuſcipe Regis tui munera, noviſſima malitiæ tuæ præmia. Hæc tibi ſemper erunt noſtræ dilectionis vera & certiſſima ſigna, frequens recordatio, memoria ſempiterna. Haud enim dubium, quia quotieſcumque hæc ſancta vel oculis aſpexeris, vel manibus tenueris, Domini

EX MS.

dona oblata recuſat admittere.

E

Lignū Crucis Hieroſolymis tranſmiſſum ab eo petit:

b

c

d

F

e

& ab eo lacrymante impetrat:

a

& obtinet cum donariis ſacris.

mini tui Caroli obliviſci non poteris.

ex MSS. 18 Interea jam cœpit audiri & murmur crebreſcere, quoniam Willelmus accepta licentia à Rege mundum vellet relinquere, & mutato ſchemate monaſterium vel eremum expetere. Tum ſubito tota domus regia conſurgit, omnis pariter civitas ruit. Adeſt repente non parva Procerum frequentia, intrat cum violentia omnis illa nobilium Francorum militia, fortiter ei adſtricta in magna amicitia. Accurrit, mente perdita & vehementer attonita, illa ſua ſpecialis & naturalis familia, omnes ejulantes & vocibus incompoſitis coram Rege conclamantes: Quid, Willelme Domine, quid eſt quod putas facere? ut quid vis recedere, Regem relinquere, regnum evertere, univerſos nos perdere? Quo enim vis abire? Si vis ad Deum ire, ubique locorum potes eum invenire. Ideo, Princeps egregie, te decet conſiderare, ac pro ſalute multorum ſententiam retractare. At vero Dei fidelis, cujus jam mens tota converſabatur in cælis, reſponſum non dabat eis: ſed tamquam mons immobilis & turris fortitudinis, nec movebatur verbis, nec flectebatur lacrymis. Cui etſi inerant viſcera pietatis virtuſque magna debitæ compaſſionis; tamen ſtabat fortiſſimus, immoto vultu penitus & inflexis oculis. Cumque invictum teneret vultum, tamen tandem propter lacrymas & gemitum elevans oculos, cælos reſpexit, & reſpondens omnibus breviter dixit: Si mihi, ô cari mei, fidem poſſetis dare & obſidibus firmare, ut ſemper in hac vita poſſem vobiſcum manere, feliciter vivere, numquam mortem videre; potero utcumque, quamvis non bene, vobis acquieſcere: ſi vero id non poteſtis, ſinite me, quæſo, ſi amici mei eſtis, ſi, inquam, hoſtes non eſtis; ſinite ad vitam ire, lucem ſequi, viam tenere, veritatem quærere, veraciter invenire. Hodie fortaſſis vel modico tempore poſſem vobiſcum manere: ſed conſtat, ut vos ſcitis, quia mortis neceſsitas & conditiò naturæ tollit nobis permanere.

Amicis conſanguineiſq; repugnantibus,

& diſcedit,

19 Hæc dicens B. Willelmus, & cunctis vale faciens, ſeque propere ab omnibus ac fortiter excutiens, exit de civitate, bajulans crucem in ænigmate, crucem vero Jeſu Chriſti in veritate; Rege Carolo dilecto ſuo Domino diutius illum cum lacrymis deducente, Francorum exercitu cum dolore & gemitu, cunctaque multitudine eum longius, quouſque oportuit, proſequente.

C *Brivate arma ſua offert S. Juliano.*

20 Igitur Dei amicus tandem expeditus, tantiſque diruptis hujus mundi vinculis, eccleſiis honoratis, multis eleëmoſynis pauperibus erogatis, ſervis etiam non paucis libertate donatis, Franciam egreditur, Arvernum ingreditur. Cumque ad inſignem vicum, qui vulgo *e* Brivate dicitur, deveniſſet; ibique ſpatio itineris opportuno officioſiſſime, ut parerat, ſuſceptus fuiſſet hoſpitio; pergit oratum ad venerabile templum ſancti Martyris *f* Juliani; ubi devote proſtratus multumque lacrymatus, puram celebrat orationem: oblatiſque digne ſancto altari muneribus, etiam de ſuis armis bellicis perfecit oblationem. Offert itaque ante Martyris tumulum galeam decentiſſimam & ſpectabilem clypeum: foris vero extra templum præſentarat ad oſtium pharetram & arcum, ingens telum, verſatilem gladium: ex quibus clypeus in templo hodieque conſervatur, qui & ipſe de Willelmo, quis & cujuſmodi fuerit, ſatis teſtificatur. Jam vero armis omnibus oblatis & cum muneribus Domino conſecratis, denuo flectit genu, terq; quaterque pavimento proſternitur, & ſanctum Dei Martyrem in oratione cum lacrymis alloquitur: Novi, ſancte Juliane, novi & certum habeo, quam miles, quam armis ſtrenuus fueris in ſeculo, numquam victus, numquam derelictus à Deo: ideoque coram altari tuo arma hæc derelinquo, quæ Deo omnipotenti dimitto, tibique ea committo: inſuper vero animam meam tibi inſtanter commendo, & viam iſtam, qua nunc ad Deum vado, ut tu ſerves me à malo, cuſtodias à delicto, ſalves ab hoſte maligno. D.

Gellonenſe monaſterium petit:

21 His ita rite peractis B. Willelmus, modo Dei gratia peregrinus & hujus mundi incola, ſuburbium illud egreſſus, cœptum iter accelerat, Aquitaniam intrat; & avertens oculos ab illa Ducatus ſui terra, parteſque illas jam videre dedignans, curſum dirigit, gaudenſque properat ad monaſterium illud, quod ipſe paulo ante in eremo conſtruxerat: illuc anhelat, ibi ſalvari ſperat, illuc Domino ducente pervenire deſiderat. Tandem intrat provinciam Lutevenſem, & optatò pervenit ductu Angelico ad convallem Gellonenſem. Videns autem loci amœnitatem gratamque pulchritudinem, illamque ſuam bene recognoſcens dilectam ſolitudinem, gratias referens Omnipotentem adorat, qui viam ſuam direxerat & bene proſperarat: ſalutat monaſterium, Spiritum ſanctum implorat. Adveni, inquit, cælitus ſancte Spiritus, gratia & pietate ſolita ſemper hunc locum viſitâ, tu ſalva, tu ædifica, & ad tuam magnam gloriã habitationem iſtam & habitantes in ea benedic & ſanctifica. Hîc me, ô Sancte ſanctorum, ſuſcipiat tua propitiatio, hic mihi peccatorum tribuatur remiſſio, hîc detur mihi requies & in pace dormitio, & in noviſſimo die beata quam credo carnis reſurrectio, ut cum Sanctis & Electis occurram Judici meo, & in æterna gloria ſemper gaudeam cum eo. Inter hęc verba orationis, laudis & confeſſionis, & totius ad Deum devotionis, Vir ſanctus appropinquat monaſterio, nudis pedibus, indutus ad carnem non molli neque leni cilicio. Auditur de eo, venitur obviam longe procul in bivio; fit illi, quamvis reſiſtenti & vehementer contradicenti, feſtiva atque religioſa, velit nolit, proceſſio. Suſceptus à Fratribus quos ipſe olim ibidem conſtituerat, Abbate prævio quem eis præpoſuerat, cum ſumma reverentia, cum gaudio magno communique lætitia, ducitur ad orationem: deferens mundis manibus & mundo corde auro pretioſiorem gemmiſq; ſplendidiorem ſalutiferæ *g* Crucis perpulchram oblationem, lignum vitæ, ſæculi redemptionẽ. Nec minus quoque & aram deitate plenam, mira virtute præclaram, cujus ſuperius fecimus mentionem, ipſe in ulnis detulit ad hanc proceſſionem. Oblatis muneribus tam ſanctis tamq; pretioſis, aliiſq; decoris valde ac præcellentibus donis, calicibus ſcilicet aureis & argenteis cum ſuis offertoriis, libris etiam valde bonis multumque neceſſariis, Sanctorum quoq; Reliquiis *h* incomparabiliter pretioſis, nec minus & veſtibus ſericis cum ſtolis auro textis & palliis tranſmarinis: poſitiſque omnibus reverenter ſuper altare ſancti Salvatoris, ipſe ſolo proſternitur, extenſiſque manibus mundo ſic crucifigitur. Preces quas circiter duabus horis ad cælum fundit, dulceſque lacrymas quibus terram irrigat vel pavimentum infundit, credimus quod Deus audiit & propitius exaudiit: nam virtus orationis ac flamma compunctionis adſcendebat è terris in conſpectu Conditoris, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & ſicut ſacrificium veſpertinum in gratiam ſuaviſſimi odoris.

g *eccleſiæ donaria confert*

in Monachum ſuſcipitur,

22 Completa vero oratione, factaque cunctis altaribus ſua cuiq; digna veneratione (ingentia namq; munera in ſingulis Deo obtulit, & ea deauratis & decenter gemmatis ornamentis operuit) itur in auditorium *i*, & oſculatis Fratribus, lectaque ex more lectione, factoque pro tempore brevi ſermone de animæ ædificatione, mox vir Dei ſubinfert & indicat manifeſte, cur ipſe venerit vel qua intentione. Volo, inquit, vos ſcire, Domini mei, amodo Patres in Chriſto & Fratres mei, quoniam ad hoc hodie huc adveni, ut abne-

F

h

i

B *hîc in propoſito manet immotus:*

B

A abnegatis & abrenuntiatis omnibus quæ ſunt mundi hujus, adjungi merear, ſi placet, veſtræ ſocietati per gratiam omnipotentis Dei, ſecundum Regulam B. Benedicti. Ideoque ſi placet ſanctitati veſtræ, & ſi judicatis me dignum æternæ vitæ, preces meas exaudite, & cognoſcentes deſiderium meum perficite, & differre nolite. Hæc eo dicente, omnes qui aderant ſtupore detinebantur; & hanc vere divinam diſpenſationem altius conſiderantes, quanto mirabantur, tanto & lætabantur: & adjudicantes petitionem ejus fieri debere, omnia rite præparant, & ipſi præparantur.

23 Igitur anno ab Incarnatione Domini octin-
anno 806. genteſimo ſexto, Imperii vero Caroli quinto, die Natalis Apoſtolorum Petri & Pauli, Willelmus Comes, auro textis depoſitis veſtibus, per Dei gratiam ſolenniter benedicitur, totus ille in eo ſacer or-
l dò perficitur; coma nobili, barba venerabili: depoſita & Deo conſecrata, veſte Apoſtolica inſtar Crucis induitur; extendenſque manus ſuas & ducendus quo non velit, ab alio præcingitur: cumque abnegat eſſe ſuus, Benedicte Pater, tuus; immo tuus totus, ſancte Deus, efficitur.

24 His ita digeſtis, ad laudem & gloriam om-
B nipotentis Dei, Willelmus Dei famulus, & modo
Quam ſubito in aliũ virum mutatus, adnumeratus & adſignatus Jeſu Chriſti diſcipulis, ſubito immutatus, veraciter alteratus, cœpit novus miles haberi, & alter à ſe ipſo modis omnibus videri. Neque enim erat ipſe, in quo, quod olim fuerat, jam ipſum non erat eſſe: ſic denique novus homo veterem exuerat, ut nec ſigna remanſiſſent ejus qui olim fuerat. Qui enim ſolebat paulo ante
m in palatiis degere, auro radiantibus ac depictis *m* ſinopide; cœnacula perornata, triclinia conſtrata cum gloria poſſidere; præcelſa propugnacula vel ſummas arces tenere: hic modo abjectus in domo Domini elegerat habitare; & in angulo clauſtri ultimus & cunctis vilior diligebat latitare. Ipſe quoque qui etiam paulo ante noverat leges dare, populum informare, indoctos docere, doctos magis promovere; quique ſervis innumeris & familiæ multę nimis dignus fuerat præeſſe, & meruerat prodeſſe, & tamquam Rex circumſtante exercitu ſtare medius, paterfamilias eſſe; hic modo docebatur ſine indignatione, in omni patientia, ſine murmuratione, à quibuſlibet perſonis, à pueris etiam & ætatis junioris. Docebatur, nec confundebatur; corripiebatur, ſed non iraſcebatur; interdum cæſus & injuriis læ-
C ſus, neque reſiſtebat, neque comminabatur. Gaudebat plane eſſe in ſubjectione; & delectabatur in omni abjectione, volens eſſe ſubditus propter Deum omni humanæ creaturæ, paratus cunctis ſervire, obſequi & obedire, proficiens quotidie in ſanctitate & religione & in omni ſanctæ Regulæ obſervatione, ſicut aurum in camino mirabili coctione.

25 Nunc ergo neceſſarium videtur, & ad rem
monaſterii perficit filiis juvantibus, pertinere, aliqua de multis quæ ipſe poſtea in monaſterio fecerit referre. Nondum enim monaſterium ad perfectum ex toto perduxerat: ſed poſtea in habitu ſanctæ Religionis, adjuvantibus eum filiis
n ſuis, Bernardo *n* ſcilicet & Gaucelino, quos Comitatibus præfecerat ſuis, Comitibuſque vicinis, perfecit ſicut cœperat. Difficilis ergo ad jam dictum monaſterium pro aſperitate montium ingreſſus erat: ſed ipſe Dei ſervus, jam Monachus, argumentoſe inciſa rupe, cum malleis & ſecuribus & diverſis ferramentorum generibus, junctiſque firmiter & diligenter ferro & plumbo lapidibus, jactatoque fundamento ſecus flumen Arauris, viam altius ſuſtulit, quantum potuit direxit, & monti conjunxit.
o Item pro ejus amore & petente eo, *o* Ludovicus Caroli filius, Rex Aquitaniæ, cum omni bonitate de fiſci ſui jure dedit monaſterio cum præcepto ſuo, annuli ſui auctoritate firmato. Fecit quoque B. Willelmus circa monaſterium vineta & oliveta plantari, hortos plurimos conſtitui; ipſam vallem, deſtructis arboribus infructuoſis, fructiferis pomeriis melius complantari. Hujuſmodi vero opera, quæ erant loco valde neceſſaria, non ſolum per alios faciebat, ſed etiam in ipſis laboribus, pro Dei amore ac vera humilitate & religione, ſemetipſum exercebat. EX MSS *ipſe manibus laborans.*

ANNOTATA.

a *Apud Mabilionem ſolum erat*, ut modo mihi & unum concedas.

b Fortunatus, *Græco fortaſſe nomine* Macarius, *quem in prima legatione ad Carolum Magnum*, per Diaconem eidem Reliquias ligni Paſſionis tranſmiſiſſe, *legitur in Mss. expoſitus in noſtro tractatu de Patriarchis Hieroſolymitanis, edito ante Tomum 3 hujus menſis Maji, num. 9.*

c *Zacharias Presbyter de Palatio à Carolo Imp. miſſus fuerat Hieroſolymam.*

d *Horum* alter erat de monte Oliveti, alter de Bethleem: qui benedictionis cauſa claves ſepulcri E Domini ac loci Calvariæ, clavem etiam civitatis cum vexillo detulerunt. Eos autem Rex benigne ſuſcipiens, aliquot dies ſecum detinuit, & menſe Aprili remuneratos abſolvit *anno 801. Ita dictum Ms. Eadem fere habentur ſed brevius in Annalibus Eginhardi ſive Laurißamenſibus, & paucis mutatis apud Monachum Ecoliſmenſem in Vita Caroli Magni: & hæc ſecunda Legatio, in hiſce Actis, non ſatis eſt à priore diſtincta.*

e Brivas *ſeu* Brivate *nunc eſt oppidum amplum Arverniæ, ad Elaverem fluvium: & obſervat Mabilio, ibi olim memoriam* Willelmi *celebratam*: Certe Cuneber-tus, *inquit*, ejuſdem Eccleſiæ Præpoſitus, in litteris primariis cellæ Cantogilenſis, eam ideo à ſe conſtructam dicit, ut ſit hæc oblatio pro noſtra congregatione, tam vivorum quam etiam mortuorum, tum etiam pro anima Willelmi Ducis atque nepotum ejus Willelmi & Altfredi. *Quo in loco exiſtimat deſignari* S. Willelmum, *cujus nepos fuit Willelmus Bernardi filius.*

f *Colitur* S. Julianus, *Brivatenſis Martyr ſub Diocletiano, 28 Auguſti: cujus agonem & miracula deſcripſit Gregorius Turonenſis lib. 2 de Gloria Martyrum cap. 29.*

g *Ea pars Crucis, argento deaurato incluſa, eiſamnum in Gellonenſi monaſterio honoratur.* F

h Reliquiæ *arcæ permiſtim incluſæ ſunt anno 1568, quando per Calviniſtarum incurſionem diſſipatam fuiſſe ſupellectilem indicant Mabilio & Plantavitius ſupra relatus.*

i Auditorii *nomine*, *non* Locutorii (*ut vulgo appellant*) *ſed* Capituli *locum hic intelligi, Mabilio cenſet*

l In hac Willelmi benedictione quædam ve-niunt obſervanda. Primo, eum in ipſo tirocinii monaſtici initio veſtes religioſas accepiſſe, quod poſt annuam dumtaxat probationem faciendum præſcribit ſanctus Benedictus in Regulæ cap. 58, idque ſervandum ſtatuunt Patres Synodi Aquiſgranenſis cap. 34. Deinde Willelmo barbam, nedum cæſariem, detonſam fuiſſe, quod in Monachorum ſuſceptione fieri ſolitum docet nos vetus Cæremoniale monaſterii Anianenſis. Præterea, barbam ejus & capillos Deo conſecratos fuiſſe. Huc ſpectat Aurelianus Epiſcopus in Regulæ cap. 4. Si quis laicus tonſurandus eſt, de capillis illius in Confeſſionem mittatur, quæ ei in teſtimonio ſit. Id etiam à Paganis actitatum docet Plutarchus. Lege Notas Goaris in Euchologion Græcorum pag. 377 & Angeli de Nuce in Chronici Caſinenſis lib. 1 cap. 46. Poſtremo ve-

EX MSS. ſtem illam Apoſtolicam, quæ inſtar Crucis facta dicitur, eſſe Scapulare, ut probat Menardus noſter in Concordia Regularum caput 62. De Willelmi Scapulari infra num. 29. *Hactenus Mabilio.*

m Sinoplis *ſeu* Sinoplum *color viridis, in teſſeris armariis nominatiſſimus, nomen traxit à* Sinope *urbe Paphlagoniæ, medio ævo* Sinopoli *dicta, unde affertur, & quidem duplicis generis. De hoc colore vide noſtrum Claudium Franciſcum Meneſtrier in Origine Armoriarum pag.* 338.

n Uterque in litteris dotationis monaſterii inferius relatis nominatur Bernardus & Gotcelmus, male aliis Guillelmus, unde occaſio nata eſt diſtinguendi Guillelmum à Gotcelmo, ſeu (ut alii mendoſe ſcribunt) Gotcelino, quaſi hi duo fuerint Willelmi filii. Bernardus iſte, paternæ dignitatis heres, cæſus anno DCCCXLIV, præter Willelmum, filium habuit cognominem, à quo utroque diſtinguendus eſt alius Bernardus, itidem Toloſæ Comes poſt Raymundum patrem, is cujus Placitum pro monaſterio Caſarione ſeu S. Tiberii aliàs referemus. *Hæc idem Mabilio.*

o *Ipſum Ludovici Regis diploma infra damus.*

CAPUT III.

Humillima miniſteria à Sancto exercita: pius obitus.

26 *Humilitati ſtudet ardentius.*

PRæterea crebro veniens coram Abbate & Fratribus, eorum humiliter provolvebatur genibus, petens & perſuadens magnis obſecrationibus, ut concedatur ei & conſentiatur pro miſericordia Dei amplius adhuc abjici, amplius humiliari, viliſſimum fieri, & contemptui haberi: nulli ultra foret in memoria illa quam reliquerat dignitas & gloria; nemini Willelmi nomen eſſet in reverentia; ſed in illa Congregatione ſanctiſſima haberetur purgamentum cunctorum, omniumque peripſema. Item poſtulat magnâ precum inſtantiâ, ut ſi qua ſunt in monaſterio officia, quæ aliis quibuſdam habeantur indigna, vel quaſi inhoneſta ſeu indecentia, ſint forte levia ſive difficilia; hæc ſibi in Chriſti nomine injungantur providenda, & bono animo bonâque conſcientiâ pro viribus adimplenda. Hinc ad Fratres ſe convertens, eiſque ſecreto vel in confeſſione loquens, deprecabatur eos dicens, ut omnes atque ſinguli pro ſervo illo utantur, & quaſi uni ex mercenariis ita ei imperare, & ſua quiſque opera in-
C jungere minime revereantur. Vult eſſe ut jumentum, & tamquam pullus aſini portare Fratrum onera in illa domo Domini, juxta illud Pſalmiſtæ, in perſona animæ ſanctæ ad obedientiam promptæ; Ut
Pſ. 72, 23 & 24. jumentum factus ſum apud te; &, Deduxiſti me in tua voluntate. Re enim vera viſus eſt ſæpiſſime pro ſumma humilitate aſellum humilem vilemque ſedere meſſis tempore, & flaſcones vini Fratribus ad reficiendum deferre. O quam mirabilis Deus! qualis mutatio dexteræ illius! ô qualis de quali effectus eſt hic ſervus ejus B. Willelmus! quantum mutatus, quantum humiliatus! Qui enim quondam decentiſſime utebatur equis mirabilibus, electis & exquiſitis de multis mundi partibus; cujus etiam ſervi numeroſi & ſervi ſervorum ejus equis ibant & curribus pretioſis & pluribus; hic modo non erubeſcebat vili aſello geſtari cum ſuis flaſconibus! Neque vero his contentus, ſi quis Fratrum in officio vili & quaſi contemptibili detineretur, in quo etiam quaſi locus injuriæ vel contumeliæ videretur; hujus nimirum Frater Willelmus mox aderat vicarius, ſublevator oneris, humilis operarius, & omnibus indiſcrete unus hebdomadarius.

27 Sortitur interea ad ſuam ipſius petitionem ſervitium coquinæ & adminiſtrationem, novum quippe quotidie renaſcentemque laborem: quem tamen multo majori amplectitur gaudio, propter Dei omnipotentis amorem, quam ſi olim, dum adhuc mundo viveret, ſibi contigiſſet Regni gloriam obtinere vel Imperii honorem. Ecce enim Dominus Willelmus, de Conſule cocus, de Duce magno inquilinus efficitur, ligna collo deferens, amphoras aquæ bajulans, ignem excutiens & ipſe ſuccendens: quique olim vixerat in deliciis præclaris inter diſcos & pateras menſæ Imperialis, quamplurimos habens coquinæ miniſtros; ipſe modo cocus humilis & ſervitor fidelis, manibus propriis paropſides abluit, olera colligit, pulmenta condit, legumina infundit; & ipſâ refectionis horâ, nulla interveniente mora cuncta laute præparata, munda & purificata, manibus mundis & mundo corde, Fratribus anteponit, recumbentibus miniſtrat: ipſe vero non recumbit, immo jejunia continuans lares fovet & cuſtodit. Porro menſâ peractâ & lectione finita, ſervus ſervorum Dei cum omni diligentia vaſa cuncta recognoſcit ad ſe pertinentia, quæ iterum lota itemque dinumerata eidem operi & labori conſignat ſub cuſtodia. D *Coquinæ officia exſequitur,*

28 Præterea portanti hæc omnia, quaſi nihil gravato vel parum onerato parumque humiliato, cura injungitur piſtrini, officium molendini. Additur opus operi, augetur onus oneri, labor accreſcit labori. Adhuc quoque operarius ille Dei onus aliud poſtulat, & conceditur ei; cura ſcilicet præparandi clibani & calefaciendi, coquendos imponendi panes, coctoſque extrahendi: quod tamen genus operis ante numquam attigerat, neque in hoc ſeculo in hujuſmodi arte ſe unquam exercuerat. Igitur Willelmus piſtor & clibani calefactor, ſervitor ipſe coquinæ & pulmentorum miniſtrator, tantâ vigilantiâ tantaque providentiâ adminiſtrabat omnia, ut jure in nullâ argui poſſet obedientiâ. O quam imitator miniſtri illius cæleſtis, qui aſſumptâ ſervi forma in ſpecie noſtræ mortalitatis venit, non miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam pro multis, dicens diſcipulis ſuis: Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. E *piſtrinum & molendinum curat.* Ioa. 13, 15

29 Igitur quadam die viro Dei, intento orationi & ſanctæ meditationi, res inſolita contigit ei, ſive per invidiam diaboli, qui bonis omnibus numquam ceſſat adverſari; ſeu per diſpenſationem omnipotentis Dei, qui merita ſervi ſui & virtutem obedientiæ volebat palam fieri, jamque in lucem haberi. *Clibanum ardentem intrat & purgat,* F Nam panibus ad coquendum ex more præparatis, ſed lignis ad clibanum calefaciendum minus præſto; cum jam hora officii ſui tardare, hora vero refectionis Fratrum videretur propinquare ac fortiter feſtinare; Willelmus ſervus Domini, timens de negligentia argui, de inobedientia accuſari & graviter judicari; concitus accurrit, atrium circuit, huc illucque diſcurrit, ſarmenta congerit, ſtipulam colligit, & quidquid manus invenit: ſicque quocumque modo, quibuſque poteſt fomentis, caminum fortiter ac velociter calefacit. Quo repente bene conflato & ad opus calefacto, cum jam neceſſario fornax evaporandus, pruniſque flamma vernantibus eſſet evacuandus, chalybe repurgandus, cineribus extergendus; item contigit cuncta uſui huic armamenta minus adeſſe, nullumque penitus hujuſmodi inſtrumentum ad id operis explendum illic reperiri poſſe. Cumque jam ſervum Dei tempus vehementer urgeret, cura argueret, hora Fratres reficiendi paulo minus præteriret, nil conſilii, auxilii nihil ab homine inveniret; quid faceret? De cælo citius requirit conſilium, & ad divinum recurrit auxilium: nihilque cunctatus, invocato Chriſti nomine, factuſque tutiſſimus

A *illæſis etiã veſtibus.* tiſſimus ſanctæ Crucis munimine, fornacis intrat incendium, flammas extinguit, exuperat incendium, vaporem mitigat, rogum reddit innocuum: ſicque propriis manibus extrà factis carbonibus, & ſcapulari illæſo expoſitis cineribus, lares aptat & temperat intromittendis panibus; ipſe quidem in corpore neque ullam ſentiens læſionem, neque etiam in veſtimento aliquam qualemcumque ſuſtinens aduſtionem. Ille namque, ut credimus, qui in camino Babylonis cum tribus pueris quartus apparuit; huic quoque ſervo ſuo, in camino paupertatis & veræ humilitatis, Dei filius adfuit, qui flammas domuit, incendium prohibuit: ideoque nec flamma eum nocuit, nec in illum odor ignis prævaluit, juxta illud quod olim Dominus per Prophetam dixit: Puer
Eſa. 43. 2. meus noli timere, dum tranſieris per ignem, flamma te non nocebit, & odor ignis in te non erit. Unde & de clibano tam illæſus modis omnibus exivit, tamque indemnis, quam valens corpore quamque veſte incorrupta in eum intravit. Sicque panibus diligenter coctis & optime præparatis, cophinos plenos deferens, venerabili Abbati & Fratribus miniſtravit. Nec dubium id divina ideo geſtum providentiâ, ut luce clarius fieret, revelante per ignem Spiritus ſancti gratia, quanta apud eum eſſet ſervi VVillelmi
B fides ignea, ſimplex obedientia, ardens humilitas: neve Fratribus eſſet ultra in graviori culpa labor improbus & jugis injuria, quam idem vir Dei & veracius hoſtia, diu ſuſtinuerat eorum negligentiâ, miră innocentiâ, multâque patientiâ: item ideo, ne gemma illa ſplendida tantaque lucerna arderet in abſconſo vel in angulo ſola; ſed potius de ſub modio abſtracta & altius elevata, cunctiſque manifeſtata, luceret in Eccleſia.

ab operibus ſervilibus abſolutus, contemplationi vacat, 30 Ex tunc ergo vir inclitus, Deo volente cognitus, ſeque nolente proditus, ſumma veneratione in illa ſancta congregatione eſt habitus: & reclamans, à prædictis eſt officiis ſuſpenſus & omnino prohibitus. Igitur ab omni opere ſervili præcipitur abſtinere, & conceditur ei pro libitu ſe habere, ſeque in Dei opere ad ſuum deſiderium exercere, orationi & ſanctæ meditationi vacare, Deo mente inhærere. Deputatur ei cella ad ipſius voluntatem, quæ omnem ſeculi deſpiciat vanitatem: de qua etiam cælum videre, & ad ſiderei queat throni ſuſpirare claritatem. Itaque exercitatus diutius in activa, incipit requieſcere in vita ſpeculativa: & poſt Marthæ ſervitium frequenſque miniſterium, delectatur cum Maria in perenni theoria. Dum autem vi mentis & ſpiritualibus oculis cæleſtia contemplatur, quidquid eſt terrenum, ſeu vile, ſeu pretioſum,
C acſi abominationes Ægypti reſpicere dedignatur; carnis quoque naturam anima præeminente tranſcendens, angelicam quantum poſſibile eſt puritatem æmulatur. Unde & tamquam modo incipiens,
Phil. 3. 13. *cum novo fervore ſpiritus.* & quaſi novus operarius & recens ad opus Dei veniens, atque cum Apoſtolo quæ retro ſunt obliviſcens, & in his quæ ſunt antè ſe extendens, majori iterum ſe adjudicat diſtrictioni, novæ pœnitentiæ ac novæ afflictioni, jugibus lacrymis, geminæ compunctioni. Cumque in eo ante per multam abſtinentiam omnis titillatio omniſque fuerit voluptas emortua, caro contrita, ſopita carnis vitia; modo tamen tanta iterum jejuniorum auſteritate carnem mortificat, tantaque pertinacia, ut jure queat conqueri Agar, quæ eſt ancilla, de dominæ ſuæ, quia nimium opprimitur, Saræ violentia. Ac vero rerum Pater, qui & naturæ imperat, & ipſa obtemperat; ſic eum corroborat, ſicque amore reficit ac verbo vitæ ſatiat, ut neque famem ſentiat, nec viribus deficiat. In virtute quoque orationis ac divinæ lectionis ſanctus idem contemplator tantopere delectatur, quanto nullis officiis aut curis præoccupatur, adeo quidem ut non tam frequens quam continuus in hoc ſemper ſtudio habeatur. EX MSS.

31 Abſtinens itaque à cunctis corporis & carnis oblectamentis, & modo non cuſtodito temperans ab alimentis, animam ipſe reficit epulis menſæ cæleſtis, & impinguare non ceſſat vivificis Sacramentis. Sacris altaribus hanc ſervat reverentiam, priuſquam ſumpturus eat Chriſti Euchariſtiam, etiamſi ſit hiems aquas glacie perſtringens, nix quoque fortis & ingens; tamen aquis perfunditur, vi algoris decoquitur: cuique munda ſunt omnia, ipſâ quâ abluitur, mundior undâ redditur. Neque vero tantum hoc faciebat, quando divina Myſteria ſumpturus erat; ſed etiam aliis multis vicibus & indiſcretis noctibus tali lavacro totum corpus infundebat. Qui poſt multam longamque refrigerationem de aquis egrediens, B. Michaelis a oratorium introibat, ibi- a
que uno perraro tectus tegmine pervigil in oratione manebat, utroque genu flexo & nudo marmori affixo, pectus crebro percutiens, ſuſpiria emittens, & multis lacrymis ora infundens. Habebat quoque in conſuetudine coram ſacris altaribus centies in die & centies in nocte genua ſua flectere; & non ſo- E
lum pro ſuis, ſed etiam pro peccatis omnium miſericordiam Domini implorare. Præterea recolens Agni occiſionem, illas injurias, illam accuſationem, alapas, ſputa, flagella, omnemque deriſionem, à Fratre familiari & amico ſingulari facit ſe in conclavi pro Chriſto exſpoliari, pro illo adjudicari, ſe *Paſſionem Chriſti meditatur,* judice condemnari; ſicque cædi virgis & acriter flagellari: inde mundior electro vitroque purior, ſacro propinquat altari. Ergo ſemper cum lacrymis, ſacris adſtat Myſteriis; & cum lactucis amaris, reficitur epulis Hoſtiæ ſalutaris. Hoc pane cæleſti paſcitur ad ſalutem, hoc potu ſpirituali vitam capit & virtutem: anima nutritur ad immortalitatem, carnis fragilitas non ſentit debilitatem.

Euchariſtiã reverenter ſumit.

30 Porro inter hæc egregia ſanctaque exercitia, *Spiritu prophetico obitus diem præno ſcit.* inter virtutum dona & ſanctitatis ſtudia, B. Willelmus ſpiritu prophetiæ donatur, ac divinis oraculis plurimum vita ejus declaratur. Requieſcit ſuper eum ſpiritus Domini, & præſentia Dei futura ſuggerit, & quæ ventura ſunt denuntiat ei. Unde & ſanctiſſimi obitus ſui diem in ſpiritu longe ante præſcivit, quem accedente tempore non ſolum Abbati & Fratribus imminere prædixit, verum etiam locis vicinis & monaſteriis circumquaque poſitis vel pro- F
cul conſtitutis ſcripto ſignificavit, etiam & dilectiſ- b
ſimo ſuo Domino Regi b Carolo nuntium delegavit; inſuper vero, & quod ſignum fieret, quando ejus anima de corpore exiret, manifeſtiſſime indicavit. Igitur B. Willelmus, plenus ſanctitate, gratia & veritate, conſummatus obedientia ac vera humilitate, gaudens expectat diem vocationis ſuæ: quo inſtante jam jamque præſente, iterum prædicit ipſe horam ſuam adveniſſe. Mittit pro Abbate, Fratres poſtulat adeſſe; quibus præſto factis, multum vero pro ejus exitu iratis ſuperque contriſtatis, ipſe dulcibus ac potentibus verbis perſuadens, eis omnem prohibet mœrorem, fletum mitigat, compeſcit dolorem: non eſſe quidem lugendos, qui per Chriſti fidem & confeſſionem ad beatam pertinent reſurrectionem. Inde commonens eos de vera religione, de fraterna pace puraque dilectione, poſtulat ſe muniri divinis Sacramentis, illâ ſcilicet, qua vivunt animæ, Chriſti Communione. Sicque Fratribus valedicens, & eis obitum ſuum committens; ipſe quoque *Viatico ſumpto moritur,* illos locumque dilectum commendans Deo, & in manu relinquens; attollit oculos manuſque in ora-
tione.

Ex MSS. tione, & ſpiritus jam liber & ad migrandum paratus, totus elevatur in Dei contemplatione: ſicque depoſito carnis onere atque terrena mole, petit cæleſtia cum exultatione, deducentibus Angelis alacri & canora proceſſione, dulci organo, ſuavi modulatione. Migravit igitur B. Willelmus ab hac luce
c feliciter *c* quinto Kalendas Junii, procedit glorioſus ad curiam Regis æterni, ut ſemper adſiſtat ante thronum Domini in conſpectu Agni, ante faciem Filii Dei.

Campanis cælitus pulſatis. 33 Ipſa autem horâ ſanctiſſimi ejus tranſitus, factus eſt repente per omnes circumquaque provincias, per omnes majores ac minores eccleſias, magnus valde & inſolitus clangor ſignorum, & campanarum ſonitus, longa pulſatio, mirabilis tinnitus, nullis hominibus funes trahentibus vel ſigna commoventibus, niſi ſola virtute divina quæ ſupervenit cælitus. Unde datur intelligi, quia amor & gratia omnipotentis Dei volebat revelare inſolitis miraculis merita dilecti ſui, ad laudem & gloriam nominis ſui, qui vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

B

ANNOTATA.

a *Oratorium illud à Calviniſtis ſeculo præcedenti deſtructum fuiſſe aſſerit Mabilio.*

b *Hinc certum eſt eum ante* Carolum Magnum *è Vita hac deceßiſſe.*

c *Ergo ſaltem ante annum* 814, *quo Carolus Imp. mortuus eſt* 28 *Ianuarii, & annus circiter* 812 *à Mabilione aßignatus non diſplicet: atque ita recte dicitur annos ſeptem in monachatu egiſſe VVillelmus.*

APPENDIX.

Chartæ donationum monaſterio factarum.

Charta ipſius VVillelmi. IN nomine Domini. Ego Willelmus, gratia Dei Comes, recognoſcens fragilitatis meæ caſus humanæ, idcirco facinora mea minuanda, vel de parentibus meis qui defuncti ſunt, id eſt genitore meo Theuderico & genitrice mea Aldana, & fratribus meis Theudoino & Adalelmo, & ſororibus
a meis Albana & Bertana, & filiabus meis & filiis Parnardo, Witchario, Gotcelmo, Helimbruch, & uxoribus meis Cunegunde & Guitburge, & ne-
C pote meo Bertranno, pro nobis omnibus ſuperius nominatis, dono ad monaſterium quod dicitur Gellonis, ſitum in pago Ludovenſe juxta fluvium Araou, conſtitutum in honore Domini & Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti, & ſanctæ Mariæ ſemper Virginis, & ſancti Michaëlis Archangeli, ſeu Apoſtolorum glorioſorum Petri & Pauli, necnon & ſancti Andreæ omniumque Apoſtolorum, quod ego præfatus Comes Willelmus conſtruere in cauſa Domni & Senioris mei Caroli juſſi, & ex doctrina venerabilis Patris Benedicti Monachos & Abbatem poſui, ut Domino Deo jugiter ibi deſerviant, donatumque in perpetuum eſſe volo: hoc eſt res meas quæ ſunt
b in pago jam dicto Ludovenſe; in primis videlicet fiſcum Litenis, cum eccleſiis ſancti Joannis & *b* ſancti Geneſii ſub omni integritate, cum villis & villaribus vineis & campis cultis & incultis, arboribus fructiferis & infructiferis paſcuis, pratis, molendinis, piſcatoriis, aquis & aquarum decurſibus, quantumcumque ad ipſum fiſcum & ad colonicas ipſius aſpicit vel aſpicere jure videtur; omnia dono, trado ad proprium perhabendum omni tempore. Habet vero has collaterationes & infrontationes ab Oriente, & ſicut currit flumen Araou; à meridie, ſicut torrens Lacatis divergit in ipſo flumine; ab Occidente infrontat in ipſo Aviſo, qui diſcurrit per concava montium in Bodena antiqua, quæ eſt in ſupercilio montis; ab Aquilone uſque in termino monaſterii. Similiter in Marcomitis villa, dono quantumcumque Deodatus Preſbyter ibidem dato pretio comparavit, vel quantum ibidem à me poſſeſſum eſt. Similiter dono villam Saturatis cum ipſa eccleſia *c* ſancti Saturnini cum omni integritate, cum caſis, caſaliciis, campis, vineis, pratis, ſilvis, *d* garricis, hortis, molendinis, aquis, aquarum decurſibus, quantumcumque ibidem viſus ſum habere vel poſſidere, culta & inculta, ad ipſam caſam Dei dono ad habendum. Similiter dono in Canneto villa, quantumcumque ibi viſus ſum habere vel poſſidere. In pago quoque Magdalonenſe in villa Soregia, quantumq; ibidem viſus ſum habere vel poſſidere. In pago vero Albienſe dono villam Nivitiacum ſeu Wiciacum, cum omni integritate ſua vel cum omnibus adjacentiis ſuis. Similiter dono in pago Rutenico in villa Bracojalo manſos duos cum vineis & terris, cultis & incultis, quantum ad ipſos manſos aſpicit & aſpicere videtur. Iſta omnia ſupra nominata ego E Willelmus jam dictus Comes, pro me & pro prædictis perſonis, dono & trado atque transfundo ad jam dictum monaſterium Gellonis, & altariis ibi Deo conſecratis, & Monachis & Abbatibus tam præſentibus quam futuris, pro æterna remuneratione, ut Deũ omnipotentem per omnia habere poſſimus propitium, & ut iidem Monachi, [Deum] laudantes ibidem aſſidue habeant unde poſſint vivere. Si quis vero (quod futurum eſſe non credo) vel ego ipſe, aut aliquis de heredibus meis, ſeu quælibet perſona contra hanc donationem meam, quam ego prompto animo vel pleniſſima voluntate facio, venire, interrumpere, aut aliquid diſrumpere tentaverit, non *facta an.* liceat facere. Quod ſi præſumpſerit, Dei omnipo- 804. tentiam exoro, ut ipſa ultionem ſumat in eo: quia notum ſit omnibus hominibus, hunc honorem à me poſſeſſum, tam ex originali parte quam etiam ex acquiſitione, abſque querimonia ullius perſonæ. Facta eſt hæc donatio XIX Kal. Januarii, fer. I, anno XXXIV regnante Domno noſtro Charolo, Rege Francorum & Longobardorum ac Patricio Romanorum, & anno quarto Chriſto propitio Imperii ejus.

de multis ſui juris fundis, c d

Signum VVilhelmi,	Signum Fulcoaldi,
Signum Barnardi,	Signum Rangavi,
Signum Gotcelmi,	Signum Nictardi, F
Signum Domni,	Signum Mauringi,
Theuderici,	Signum Sibaldi,
Signum Jamardi;	Signum Guiraldi.

In nomine Domini ego Gallarius rogitus *e* ſcripſi. e

Annus IV *Imperii convenit cum anno Chriſti* DCCCIV, *quando annus Regni Francici* XXXVII, *Longobardici* XXXI *numerabatur, & dies* XIV *Decembris cadebat in Sabbatum. Multa ergo hic concurrunt, quæ Chartam jubent habere ſuſpectam: majorem autem cauſam ſuſpectandi reperiet quiſquis eam conferet cum ſequenti, ſtylo longe barbariori, qualis in Aquitanicis pleriſque Cartis notatur, deſcriptâ, eodem anno eodemque fere die, & expreßißimam faciente mentionem ſubjectionis ad monaſterium Aniana, indiſpenſabiliter Gellonenſe monaſterium ex ſui fundatoris voluntate adſtringentis (cujus nec minimum quidem veſtigium, ac ne mentio quidem Benedicti Abbatis, in priori Charta apparet) vehementerque cogetur dubitare, utrum rudior pleniorque, non ſit ipſamet ſola & originalis Wilhelmi charta: quam Monachi Gellonenſes, an.* MLXXXX *per Vrbanum* II *exempti à juriſdictione Anianenſiũ magis eleganter, ſed minus integre reſcribendam curaverint, ita abolere cupientes omnem veteris ſubjectionis memoriam: ſed fruſtra: cum* duplicata *illius, ſive*

A *ad oblitendam subjectionē Gelloneasis monasterii.*

sive exemplar alterum (nam ab isto duplicandarum chartarum instituto natum est nomen Diplomatum) *alibi servaretur, ac verosimiliter in monasterio Aniana, licet forsitan minus solenne & subsignationibus destitutum. Nescio utrum animum hunc adverterit Mabilio, cogitaveritq; quam non sit verosimile, eodem loco ac fere die, & (quod consequens videretur) eadem manu, eodem saltem rogante, scriptas esse de eadem donatione duas tam diversi styli chartas, & in re tam notabili tantique momenti discrepantes. Cum autem pro sua religiosissima ac candidissima ingenuitate fassus ille fuerit, haud quaquam abs ratione motum à me scrupulum hunc esse, non miretur de plurium similium chartarum sinceritate formidare nos, quibus deprehendimus Benedictinæ Regulæ mentionem importune injectam, pro iis monasteriis, quæ utrum à prima sui institutione eam receperint, rationabiliter dubitamus. Sed placeat alteram illam, & ut nobis videtur magis sinceram magisque integram chartam legere, sicut eam nobis idem Mabilio offert.*

Ego in Dei nomine VVilhelmus, recogitans fragilitatis meæ casus humanum, idcirco facinora mea minuanda vel de parentes meos qui defuncti sunt, id est genitore meo Teuderico & genitrice mea Aldane, & fratres meos Teodoino & Theodorico & Adalelmo, & sorores meas Abane & Bertane, & filios meos & filias Witcario & Hildehelmo & Helinbruch; uxores meas Witburg & Cunegunde, pro nos omnibus superius nominatos, dono ad sacrosanctæ

B *qua illud Anianensi subjecit Petri Fundator suus.*

basilicæ, quæ est constructa in honore sancto Salvatore & sanctæ Mariæ semper Virginis, seu sancti Petri & sancti Pauli, & sancti Andreæ & sancti Michaëlis vel omnium Apostolorum, in illa cella Gellonis, quem ego superius nominatus Willelmus per consilio Domni Abbatis Benedicti, seu cum suo adjutorio ædificavi, quem ipse Domnus Benedictus Abba regere videtur; donatumque in perpetuum esse volo, hoc est res meas quæ sunt in pago Lutwense, id est

f Litenis villa, *f* &c. Ista omnia superius nominata pro nos supra dictos ad ipsa casa Dei vel ad suos Rectores dono, trado, adque transfundo ab hodierno die ad ipsa casa Dei, dummodo si ipsa cella subjecta est ad Aniana monasterio, sicut hodie esse videtur, ipsa casa Dei vel sui Rectores habeant, teneant adque possideant. Nam si aliquis homo propter malam cupiditatem aut iniquum ingenium ipsa cella separaverit de Aniana monasterio, tunc ipsas res superius nominatas volemus eas esse donatas pro nos omnibus superius nominatos ad Aniana monasterio, ad ipsas casas Dei sanctæ Mariæ & sancti Salvatoris. Nam

C dum ipsa cella subjecta est ad Aniana monasterio, sicut superius diximus, precamus ut ipse Abbas de Aniana benigniter atque misericorditer regat ipsa cella Gellonis seu Fratres ibidem morantes: & quod ibidem minus habuerit de stipendia, in ista parvitate quod ego in ipsa cella donavi, ille propter Deum aliunde adjuvet & suveniat, sicut decet Abbatem suos benivolo animo regere: nam non adminuet de ipsa parvitate ad ipsos Fratres, dummodo ipsa cella subjecta fuerit ad Aniana monasterio, sicut superius diximus. Si quis vero (quod futurum esse non credo) si ego ipse aut aliquis de heredibus meis; vel quislibet persona, qui contra hanc donationem meā, quam ego prumpto animo vel plenissima voluntate fieri rogavi, venire aut agere tentaverit, si ille sine peccato est, forsitan potest nostra totorum peccata portare. Nam si ille jam peccavit, puto se gravare sua, & nostra sustinere velit, & pro utriusque rationem reddere: quia nos Deo juvante per istam donationem speramus aliquid de nostra minuari peccata. Et insuper non valeat vindicare quod repetit, sed inferat ad fisco auri libra I: & hæc donatio mea firma permaneat omni tempore. Facta donatione

**imo* XXXVII XVIII Kl. Januarii, anno XXXIV* regnante Domno nostro Karolo Rege Francorum & Langobardorum ac Patricio Romanorum, & anno IV Christo propitio Imperio ejus. EX MSS.

Porro collatis inter se quas præmisimus chartis, consideret Lector, utrum sequentem illius confirmatoriam velit admittere, ut minime suspectabilem, in eo quod nullam faciat Anianensium mentionem.

Diploma Ludovici Regis.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Ludovicus divina ordinante providentia Rex serenissimus Aquitaniæ. Quoniam cogitandum nobis est, qualiter æterni Regis amorem obsistente peccatorum pondere amittere non possimus, locis insistentibus divinis cultibus placuit largiri propter regnum æternum Salvatoris nostri, ejusque inibi sibi famulantibus beneficia opportuna; quatenus ab illo remunerati, gaudio sine fine mereamur perfrui. Ideo notum esse volumus omnibus Fidelibus præsentibus & futuris, quod petente Domno Guillelmo monacho, qui in aula genitoris nostri Karoli Augusti Comes exstitit clarissimus, sed pro Dei amore meliorem exercens vitam studuit esse pauper recusando sublimia; ob irrevocabilem vero suæ dilectionis circa nos fidelitatem, petitioni ejus præbentes assensum; placuit nobis, tam pro mercedis nostræ augmento, quam pro amore ejus, ad monasterium, quod dicitur Gelioni, situm in pago Lutovense juxta fluvium

E *donationes à Willelmo aliisque monasterio factas augentur,*

Araur, subtus castrum Virduni, sacratum in honore Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, & sanctæ Mariæ sanctique Michaelis, ac sanctorum Apostolorū Petri & Pauli, & sancti Andreæ omniumq; Apostolorum, constructum à jam dicto Comite Guillelmo in causa nostri genitoris, ubi Juliofredus Rector & Abbas præesse videtur, aliquid ex rebus tradere nostris, id est fiscum quemdam nostrum in pago Bitterense qui dicitur Miliacus, cum villa & ecclesia sancti Parargorii *g*, & Miliciano villa atque Campaniano, cum omnibus appendiciis & adjacentiis suis sub omni integritate, sicut à Misso nostro Comite Gotcelmo, per cruces in lapidibus sculptas, seu decursus aquarum in terminationibus traditum & assignatum est, à genitore nostro & à nobis possessum. Et in pago jam dicto Ludovense locum qui dicitur Gastrias, vulgare autem Castrapastura, ad pecora eorum alenda, cum ecclesia sancti Martini cum terminis & adjacentiis suis, cum omni integritate ad diversos usus eorum. Et in eodem pago villam quæ dicitur Magarantiatis cum ecclesia sancti Felicis, cum omnibus appendiciis & adjacentiis suis. Honorem vero illum quem Domnus Guillelmus seu alii fideles per instrumenta chartarum præfato monasterio tradiderunt, in quibuscumque locis sit, quæque etiam deinceps in jure ipsius sancti loci per nos aut per alios voluerit divina pietas augeri, totum nos pro æterna remuneratione prædicto monasterio concedimus, ut perpetuis temporibus in alimonia pauperum & stipendia monachorum ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum. Hæc omnia præscripta cum ecclesiis, villis, villaribus, domibus, ædificiis, campis, terris, vineis, olivetis, silvis, garricis, pratis, pascuis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, perviis exitibus & regressibus, cultis & incultis, cum omnibus adjacentiis earum, totum & integrum prædicto monasterio Gellonensi per hanc donationis auctoritatem perpetualiter concedimus ad habendum: ita videlicet ut quidquid ab hodierno die & tempore de prædictis rebus facere vel ordinare, vel etiam dilponere habitatores hujus loci voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi.

F *& confirmantis,*

Godolenus Notarius ad vicem Guigonis recognovit.

Datum hoc præceptum v Kl. Januarii, Indictione x,

ex MSS. ne x, anno *h* XXVII Domni Ludovici regni, Toloſæ publice: Karoli vero Imperii *i* VIII. Et ut hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus Domino protegente valeat inconcuſſa manere, manu propria ſubſcripſimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, in Dei nomine feliciter. Amen.

k Signum Domni Ludovici clementiſſimi Regis *k*.

ANNOTATA.

a Heribertus, Bernardi frater, lumine oculorum mulctatus anno 830; & Gerberga, filia quondam Willelmi Comitis, tamquam venefica anno 834 aquis præfocata, *referuntur in Vita Ludovici Pii. & cenſentur ab hoc S Willelmo prognati; uti etiam* Berta, nupta Pippino, Caroli Magni filio & Aquitaniæ Regi, *quod alius accuratius diſcutiendum relinquimus.*

b S. Geneſius, *Martyr Arelatenſis, colitur 25 Auguſti.*

c *Hic eſt* S. Saturninus, *Epiſcopus Toloſæ, coronatus 29 Novembris.*

d Garricæ, *Francis* Garriges, *ſunt terræ incultæ, forte à Teutonico* Gare *filix unde* Garich *filicoſus, filicibus obſitus, juxta illud Virgilii:*

Neglectis urenda filix innaſcitur agris.

B e Rogire *pro* rogare *dixit media ætatis ſtylus Notarialis, unde & inſtrumentum à Notariis ſcriptum ab Italis hodieque appellatur* Rogito: *ſed vehementer dubito utrum hæc formula Notarialis tam ſit antiqua quam prætenditur.*

f *Superſluum, credo, Mabilio cenſuit, iterum annumerare fundos ſingulos in ſuperiori charta nitidius expreſſos: ſi tamen feciſſet, Lectorem, jam ſcrupulo prædicto tactum, certiorem feciſſet, non alios nec plures quam prima donatio continebat priori, ſicut diximus, reformata charta fuiſſe inſcriptos, quod in tali caſu ſatis familiare fuiſſe Monachis, chartularia ſua tranſcribentibus, alibi obſervavimus.*

g *Eſt quidam Martyr* Paragorius, *in Corſica paſſus, & colitur Naulii in Liguria 7 Septembris; Eſt &* Paregorius *Martyr Pataræ in Lycia: cujus Acta ex Ms. Græco dedimus 18 Februarii.*

h *Anno 782 Pippinus & Ludovicus*, duo filii *Caroli Magni*, Romæ ab Hadriano Papa in Reges uncti ſunt, Pippinus in Italiam, Ludovicus in Aquitaniam, *uti habent Annales Francorum.*

i *Vereor ne verba hæc* Karoli vero Imperii VIII *addita tranſcribendo ſint: quia puto non ita neglectim in diplomatis filii appellandum fuiſſe patrem, & quidem adhuc viventem.*

C k *Extat in tabulario Gellonenſi confirmatio iſtius præcepti à Ludovico VII Francorum Rege cum aliqua acceßione facta, cujus hæc clauſula:* Actum publice Silviniaci, preſente in eadem villa Domino Papa Alexandro, anno incarnati Verbi MCLXII, regni noſtri XXVI, aſſtantibus in Palatio noſtro quorum appoſita ſunt nomina & ſigna.

Signum Bleſenſium Comitis Theobaldi Dapiferi noſtri.

Signum Guidonis Buticularii.

Signum Matthæi Camerarii.

Data per manus Hugonis Cancellarii & Epiſcopi Sueſſionenſis.

HISTORIA MIRACULORUM

Ex Mss. Gellonenſis monaſterii, & editione Mabilionis.

POſt ſanctiſſimum igitur B. Willelmi tranſitum, placuit gratiæ divinæ ſuper Gellonenſe monaſterium manifeſtius oſtendere ſui amoris reſpectum, tam propter ipſius dilecti ſui meritum, quam evidentiſſime propter illud Lignum ſanctiſſimum Dominicum, quod idem vir Dei, Carolo donante, illuc detulerat ſecum, cœpit enim illud Chriſti vexillum & admirabile ſignum, omni virtute & deitate plenum, in eodem loco miraculis coruſcare, locum irradiare, ægros multos ſanare, afflictos liberare, dæmones vero fortiter & potenter effugare, ex quibus aliqua dignum duximus, ad ſanctæ Crucis gloriam, breviter retractare, ſcribere utcumque, magnifice prædicare *a*. L a

CAPUT I.

Miracula Crucis à S. Willelmo allatæ, dæmones effugati.

S. Crucis Ligno fugatur dæmon navigantibus infeſtus.

EST namque non longe ab eodem monaſterio fluvius, vocabulo Auraris dictus, magno impetu de montibus deſcendens, ubi navis, cum qua monaſterium expetentes flumenque tranſire volentes neceſſario tranſvehi oportebat. Hunc itaque fluvium dæmon Deo permittente poſſidebat, multos ibidem demergens demerſoſque perdens, modo ſingulos, modo plures aquis imprimens & abſorbens: ſæpe enim ipſam navem, rebus perditis, hominibus ſuffocatis, repente ſubmergebat. Homines autem loci illius, hoc ſcandalum non ferentes, S. Guilielmum expetunt, & ſpecialiter poſtulant ligni Dominici ſingulare præſidium, per quod ſciunt diabolum eſſe victum. Orant cum lacrymis, fortes in fide; fit petitio populi, ut Lignum deferatur. Defertur ad amnem, bajulante illud Abbate dicti monaſterii, cum choris pſallentium Monachorum & Cleri. Conveniunt multi venerabiles viri, virtutem Domini contra fraudes diaboli videre cupientes. Mox namque ut Lignum in littore apparuit, phantaſma diabolicum, vim ſanctæ Crucis non ſuſtinens, relicto flumine, ſicut fumus evanuit; nec ibidem ulterius draco ille viſus, nec inventus fuit. E

ipſum furati duo Monachi, c

2 Monachi cujuſdam monaſterii de Francia, zelo ducti & avaritia, propter dona & oblationes quæ fiebant in monaſterio *c* Gellonenſi, ob reverentiam & devotionem illius pretioſiſſimi Ligni; conſilium inierunt, ut, ſi aliter non poſſent, furto raperent, & ad ſuum monaſterium transferrent; ſic quæſtus multiplicis oblationis ad eos conſequenter pervenirent. Eliguntur igitur duo de pluribus, non Monachi, ſed dæmoniaci; non Fratres, ſed fures; atque ad Gellonenſe monaſterium diriguntur, dolis armati, compoſiti mendaciis multis. Juxta templi veſtibulum cujuſdam ſubintrant hoſpitium, peregrinos ſe dicunt, ægritudinem ſimulant, cauſa recuperandæ ſalutis ac veniæ. Ad lignum Dominicum beatumque Willelmum ſe veniſſe mentiuntur; tamdiu ſe velle in illo loco manere, & in eccleſia ante ſanctum altare excubare, quouſque miſericordiam promereantur, virtutem quoque Crucis per B. Willelmi meritum in ſe ipſis experiantur. Itaque Prior monaſterii & Fratres, verbis illorum nimium creduli, circa eos exhibent humanitatem; concedunt clauſtrum & eccleſiam frequentare; vigilare & orare ad eorum voluntatem. Illi vero è contra, iniqua cogitatione edocti, eccleſiam frequentant die, ſimulantes orationem ſine devotione: nocte vero vigilantes precemque multiplicantes ſine compunctione, locum illum in quo Dominicum lignum cuſtodiebatur, obſervant; notatoque loco ad artes diabolicas ſe committunt; præparant inſtrumenta ad invadendum ſanctum theſaurum. Sicque una nocte, vigilias conſuetas ſimulantes, cum cereis non paucis, eccleſiam ſancti Willelmi intrant; venerabili altari Dei, timore poſtpoſito, F

ap-

A appropinquant: arcam in qua theſaurum exiſtimant, irreverenter invadunt; & arte peſſima abſque clavibus reſerata, atque ſine ſonitu aperta, cum theſauro ſanctiſſimo, nullo ſentiente, templum ſubito egrediuntur, & fugere cupiunt: ſed Dei virtute nullatenus effugere queunt. Nam de terminis monaſterii nulla unquam parte, nulloque conamine exire poſſunt, circumeuntes ut ebrii, & in ſua eadem veſtigia redeuntes.

auferre nequeunt extra terminos monaſterii:

3 Jam vero incipiente aurora diei, cum perveniſſent ad locum, qui dicitur Ad Crucem; cognoſcunt ſe per virtutem glorioſæ Crucis ligni Dominici fixos immobileſque teneri, & ab apparitoribus B. Willelmi nihilominus comprehendi, & ad ſuſpendium trahi: videntes etiam ſua veſtigia impreſſa nivi, quæ nocte illa miraculoſe per limum per Dei providentiam ceciderat, nec locum habent fugiendi, nec conſilium evadendi. Perterriti atque deſperati, & mirabiliter coacti, lignum Dominicum, quod furati fuerant, de pera extrahunt, ſoloque depoſitum ſub condenſa nive altius abſcondunt; moxque virtutem Ligni, quam per vindictam inceſſerant, per Dei clementiam ſentiunt & recognoſcunt. Nam, greſſu repente recuperato, vires reſumunt; Deo permittente liberi recedunt. Interea venit hora, quando vigiles oratores B. Willelmi, expleta matutinali Miſſa, illo benedicto Ligno populis more ſolito à Sacerdote peterent benedictionem [dari]. Cumque Sacerdos cum miniſtris ad venerabilem thecam proceſſiſſet, ut inde ipſum Lignum afferrent, & ſeris reſeratis apertiſque illud non inveniſſent; quantus & qualis clamor, quantuſque dolor populum ac Monachos ſubito invaſit, cogitari quidem poteſt, ſed exprimi ſufficienter non poteſt. Quæſitis igitur illis Monachis peregrinis & minime inventis, curritur poſt eos, inveſtigatione nivis cælitus emiſſæ, veſtigia fugientium declarantis & clarius deſignantis. Nam cum perveniſſent ad locum, in quo fures turbati & ſubnervati ſubſtiterant, & Lignum reliquerant; vident ſub nive quaſi columnam fumi ſuaviter vaporantis conſurgere atque conſcendere in ſublime. Accedunt omnes pariter ad columnam; Lignum, quod quærunt, ſub nive inveniunt cum magno gaudio: pro Abbate mittunt, & inde ipſum reverenter tollunt, atque ad monaſterium B. Willelmi portare non differunt, cum hymnis & canticis & gloria inenarrabili; ad honorem C & gloriam nominis Chriſti, & laudem B. Willelmi, d & devotionem populi Chriſtiani. *d*

idque ſub nive miraculo allapſa abſcondunt:

ubi columna fumi indicanse reperitur.

4 Quidam Deodatus, homo Italicus, pervaſus à dæmone, per multum temporis horrendum debacchabatur, & à ſuo pervaſore ſine ceſſatione crudeliter vexabatur: traditus quippe ſathanæ in interitum carnis & animæ, nullam omnino habebat requiem; ſed in tormentis, quibus arreptitii atque dæmoniaci torquentur, noctem omnem continuabat & diem; ut nulli dubium foret, quin illas quæ in inferno debentur pœnas ac dæmonum iras jam apud ſuperos ſuſtineret. Dabat clamores ſubito vocibus incompoſitis, horiſque omnibus & momentis tormentorum ipſe ſuorum præco erat & teſtis: cui parentes ejus debita pietate nimium compatientes, eique remedium de cælo, quod de terra non poterant, expetere cupientes; per multa illum Sanctorum loca, perque multas provincias deduxerunt, ubi nimirum ſacras vigilias frequentantes, preces ſuas pro eo cum lacrymis obtulerunt, ſed exaudiri ut velint nuſquam promeruerunt; nec miſeri curationem, quæ ei alias per clementiam divinam debebatur, à Sanctis obtinuerunt. Cumque jam paulominus deſperarent, tantoque viarum atque laboris tædio deficientes ceſſare amodo, nec fruſtra deinceps vagari deliberarent; audiunt, diſponente Deo, de B. Willelmi meritis & virtutibus, quantumque ſit miſerorum efficax exauditor & effugator ſpirituum immundorum. Unde reſumentes EX MSS. ſpei fideique conſtantiam, & confirmantes in miſero illo caritatem & gratiam, diligentius requirunt iter ad Gellonenſe territorium, & ad B. Willelmi, de quo *Gellonem adductus;* audierant, monaſterium. Venientes autem ad locum templumq; ingreſſi, accedunt ſupplices ad altare ſancti Salvatoris; ſuumque captivum præſentant ante corpus ſanctiſſimi Confeſſoris, cum ſuo dæmone & cum ſuis loris, non ſine lacrymis ac vocibus luctuoſis. Cauſa doloris à nullo interrogatur, quia patet omnibus ex eo qui debacchatur.

post varios Sanctos fruſtra imploratos,

5 Accedit Abbas cum omni Congregatione, factaque ab omnibus communi oratione, adjurant eum potentibus exorciſmis Chriſtique nominis invocatione, ut ceſſet jam à miſeri illius vexatione, & exeat ab illo ſine dilatione. Ille vero coactus reſpondere; Expectate, inquit, pauliſper, & nolite feſtinare: ſtare meum vel exire non eſt ita in veſtra auctoritate, ſed magis in alius, quem vos forte non cernitis, virtute ac poteſtate; nunquid enim non videtis Monachum Willelmum, contra me vehementer iratum, & coram Deo proſtratum, quomodo me confundit & premit, & exire compellit? Cujus quippe violentiam quia ferre non valeo, velim nolim egrediar; & ecce jam nunc exeo. Vos vero ne curetis me deinceps adjurare, neque multum propter me amplius laborare. Servi vero Domini, non acquieſcentes ei, ad auxilium miſeri terroremque dæmonum, deferunt lignum Domini, ut ſanctæ Crucis virtute & gloria apparente, & B. Willelmo precibus inſiſtente, miſer citius ſalvaretur dæmonio fugiente. Quod dæmon videns & invidens, ac vehementer indignans, cœpit fremere, rugire, & cum multo ululatu clamare, dicens: O Monachi perverſi! ô ſuperſtitioſi, & in *nec Crucem adſervandam expectatiſſe rum,* cunctis ſuperflui! Numquid Monachus Willelmus, ſicut cœperam vobis dicere, precum ſuarum ac meritorum virtute non poterat me ipſe ſolus expellere, niſi inſuper vos modo deferatis contra me lignum terribile, vexillum formidabile, quod dæmonum nullus pro Crucifixi nomine audet videre, nec prævalet ſuſtinere? O nunc, quoniam ex omni parte patior violentiam, & ſaltem loquendi & rationem reddendi non habeo licentiam, haud dubium quod modo recedam, Lignum non præſtolabor: Willelmum Monachum qui me compellit, fugiam: dimittam hereditatem meam, perdam poſſeſſionem meam: verum F etiam dico vobis, quod recedens damnum vobis inferam, & injuriam ſuſtinens injuriam faciam.

Energumenus Italus,

damone faciente ſe per Beatum pelli,

6 His dictis conticuit, & ſtatim inviſibiliter ab homine illo, quem diu poſſederat diuque vexaverat, exiens; per feneſtram vitream, ſatis decoram ſatiſque ſpecioſam, prorumpit, eamque in momento totam comminuit; nec minus quam & ſcillam argenteam, E ad templi laquearia ſuſpenſam, eodem impetu eodemque momento, concuſſit & eliſit: quam B. Willelmus illuc ſecum detulerat, & cum multis aliis præclaris donariis ad laudem Dei obtulerat, quæ per ſingulas horas opus Dei prima denuntiabat, & vocis ſuæ clariſonæ melodia aures audientium ac mentes demulcendo excitabat. Hoc damnum hoſtis ille, ſicut prædixerat, eccleſiæ intulit: quod quidem eccleſia non doluit, ſed gratiſſimum habuit, quia per hoc ipſum ipſe ſibi teſtis extitit & teſtimonium nobis æternum reliquit, quoniam ad preces B. Willelmi & ante præſentiam glorioſiſſimi Ligni latro ille ſtare non potuit; ſed relicto vaſe quod diu polluerat, prædaque perdita quam male poſſederat, gemens ad inferos atque confuſus abſceſſit. Homo vero ille liber à dæmone in pavimentum ruens obdormivit; ſomnoque refectus & expergefactus, ac mente & corpore ſaniſſimus apparens, ſuper pedes ſuos ſtetit: &

ſignumque egreſſus ſui dante,

quas

EX MSS. *libe atus ic- vertitur.*

quas novit ac potuit gratias Deo reddidit, totuſque pro eo chorus ac conventus Eccleſiæ laudes Divinitati diutius inſonuit. Poſtea vero, ſumpto cibo ac ſtomacho confortato, Abbati quoque & Fratribus vale facto, ad partes Italiæ rediit; terramque ſuæ nativitatis, gaudium ſuis facturus, repetiit; & quid ipſe in ſeipſo de B. Willelmo ſanctoque ligno Chriſti expertus ſit, nec ſilere potuit nec ſiluit. Sicque factum eſt, ut qui adductus venerat & tractus manibus alienis, plenus dæmone vinctuſque catenis; ipſe modo phantaſmate liber, vinculiſque ſolutus, ſana mente recederet; ductoreſque ſuos, dux ipſe agminis & dux itineris, ad propria reduceret.

f *Energumena ex Galecia,*

7 A Finibus-terræ *f* (provincia ſcilicet quæ ſic dicitur, eo quod magno mari Oceano terminata & clauſa, quod numquam ibi quolibet modo pertranſitur, finem terra facere videtur) quædam dæmoniaca ad Gellonenſe monaſterium eſt adducta, nomine Benedicta; ſic quidem erat dicta, verumtamen in re non ita, quandoquidem ab Spiritu ſancto derelicta, ac ſpiritui nequam ad puniendum tradita, omni benedictione divina & gratia erat indigna. Hæc itaque miſera, dæmone plena & miſerabiliter furioſa, ab amicis carnalibus de terra tam longinquâ ad B. Willelmi clementiam longa & laborioſa peregrinatione eſt perducta; & in ejus eccleſiam, ipſo ſcilicet multum invito & prorſus ingrato dæmone, introducta. Cumque cœpiſſet ex more arripi ac vehementer furere, mira dicere, ſtupenda quoque facere; cœperunt nihilominus plurimi convenire, cupidi & furioſam videre, & qui in ea loquebatur verba dæmonis audire. Adeſt ergo vulgi non parva frequentia, tota villa concurrit, completur eccleſia. Illis forte diebus S. Fulcrannus Lutevenſis Epiſcopus illuc advenerat, qui & ipſe gratiâ curationum & virtute miraculorum opinatiſſimus erat. Hic nimirum ipſa hora, qua prædicta illa ingreſſa eſt eccleſiam, coram ligno Domini prope tumulum B. Willelmi ſolo proſtratus jacebat, cælum (ut credimus) precibus pulſans ac ſidera mente tranſcendens. Audito autem tumultu, cauſaque cito cognita; ille Dei ſervus, pietate motus atque miſericordia, nequaquam ſurgit à terra, ſed oratione qua totus inhiabat pauliſper intermiſſa; orare ſpecialiter ac proprie incipit pro illa miſera, pro illa dæmonioſa. Accito præterea Geraldo *h* Patre monaſterii totaque pariter Congregatione, poſtulat eos ſocios ſibi fieri in oratione. Eſt itaque diu oratum communi omnium devotione: at vero non ſunt exauditi in hac petitione; quia neque illa eſt energumena curata, neque furor dæmonis conquievit eorum interceſſione: quin imo diabolus ille, quaſi ad ſervorum illorum Dei injuriam, aggreſſus eſt prædictam illam ſolito amplius vexare, diverſis torquere modis, diſcerpere, conquaſſare, in terram elidere; item datis ſaltibus tollere ſublimem, & de alto præcipitare, cum ſtridore dentium atque horriſono clamore; in tantum ut ſanctus Pontifex, præ nimia pietate & compaſſione, non poſſet illam mortem illius peccatricis jam videre ac tollerare: unde & præcepit eam foras ejici de templo, foriſque inſanire; dicens, *i* illam fore melius extra eccleſiam concuti, vitamque finire, quam ante ſanctum altare; eo quod S. Willelmus nollet eam adjuvare, nec à dæmone liberare.

g *præſente S. Fulcranno Ep. exorciſata*

h

C *nec adjuta,*

i

tandem tamen liberatur.

8 At verò venerabilis Abbas Geraldus, humiliter contradicens, cœpit ſancto Epiſcopo perſuadere dicens: Nolite, Pater, nolite quæſo turbari: jam enim multos vidimus miſerabiliter torqueri, & ad mortem laniari, poſtea vero per miſericordiam Dei & per meritum B. Willelmi citius ſanari. Non ergo expellatur, ſed magis appropinquet ad tumulum amici Dei, & Deus miſerebitur ei. His dictis Abbas venerabilis, ſedato animo Pontificis, feſtinat, adjuvantibus ſociis, dæmoniacam adducere ad ſepulcrum ſanctiſſimi Confeſſoris. Tum diabolus, intelligens ſe jam teneri & trahi, tanto pondere greſſum feminæ fixit ac preſſit, ut quaſi truncus in radice immobilis permaneret. Abbas perditam illam tenebat & trahebat; dæmon eam retinebat, & retrahens atterebat; ille ad ereptionem, iſte ad perditionem. Denique quamvis multum renitens, multumque ſe trahens, cum tandem ante B. Willelmum perductus fuiſſet, non ſolum ſubito obmutuit, verum etiam nimium diſſipato mulieris corpore ſtare nequivit. Porro ipſa poſt biduum ſana & incolumis, gaudentibus qui ſecum venerant amicis, B. Fulchranni Pontificis pedes tenuit, & ab illo benedici devote poſtulavit. Pontifex annuit, illa votum vovit: ſicque cum benedictione Pontificali benedicta, ad Fines-terræ, unde venerat, remeavit. Si dicebatur Benedicta, Benedicta nominari promeruit.

D

9 Alia quoque furioſa, Gitburgis nomine, de valle quæ *k* Solhas dicitur (quæ quidem vallis Guillonenſi Monaſterio, ubi corpus B. Willelmi quieſcit, vicina habetur per manus amicorum ad B. Willelmi ſepulcrum adducta fuit: cujus dementia multas & varias in eccleſia voces cepit; Canes denique imitabatur latratu, leones fremitu, urſos rugitu, cunctis ſtridore dentium horrorem incutiebat. Quod Monachi B. Willelmi videntes, magno pietatis affectu ad ipſum ſe convertunt; communi prece deprecantes, ut illi energumenæ ſubveniat, atque pro illa miſera apud Deum preces fundat. Quid plura? B. Willelmus pro illa intercedit, & illa ſtatim B. Willelmi precibus & meritis plene ac perfecte ſanata fuit. Porro illa Dei virtute cognitâ, atque tam mentis quam corporis ſalute adeptâ, poſtulat citius abſolvi à copula maritali, & ancillam fieri in domo B. Willelmi, ad honorem Dei & ſub habitu ſanctimoniali. Quod & factum eſt; & illa quamdiu vixit, humiliter in eccleſia ſervivit, atque ab omni maligno ſpiritu ſecura permanſit.

k *Alia ſic abſoluta*

E

ibidem fit Sanctimoniali.

ANNOTATA.

a *Hactenus ecgraphum à Grandoguamio tranſcriptum, cujus folium unum, nobis deperditum, ſuppletur porro ex Mabilione uſque ad num.* 4.

b *Antiquis* Arauraris, *vulgo* l'Eraut, *dexteram ripam monaſterio advertit, & infra Agatham Mediterraneo illabitur, pluribus rivis auctus*

F

c *Ms. Eixienſe* Guillonenſe, *veteri ſcilicet nomine ad nomen* Guillelmi *paulatim detorto.*

d *Hic nobis reſumitur Ms Gellonenſis ecgraphum poſterius, cujus ſcriptor videtur priora miracula Crucis prætermiſiſſe, tamquam ad Sanctum minus proprie ſpectantia: ipſum autem cum editione Mabilionis conferentes, deprehendimus Eixienſe Ms. multis locis eſſe contractius.*

e Skilla *campana minor eſt, Ms. Eixien.* Campanam *habet, & paucis lineis rem totam abſolvit, ſolum dicens quod eam B. Willelmus attulerat.*

f *Idem Ms.* A finibus terræ Provinciæ, *ſed Provincia Gallaciæ videtur intelligi, cujus extremum promontorium* Finis-terræ *nuncupatur, unde hæc dæmoniaca adducta fuerit.*

g *Acta* S. Fulcranni *illuſtravimus ad diem* 13 *Februarii: mortuus is eſt circa annum* 1006. *Ms. Eixien.* Fulcrandus.

h *Plantavitius in Appendice pag.* 7, *ex eoque Sammarthani, quorumdam Abbatum Gellonenſium nomina exhibent, quibus addi deberet hic* Geraldus.

i *Hic evulſis foliis deſtituit nos Codex Gellonenſis, & defectum ſupplet Eixienſis.*

k Sallas

A Ak Sallas *in tabulis, leucis circiter 4 Gellone in Occasum tendit.*

CAPUT II.

Puer Rhodano mersus & liberatus. Injuriosi in Sanctum, ejusque homines & res, puniti.

10 *Puer in Rhodanum lapsus*

VIr quidam debilis & Miles illustris, cum uxore & filiis & sociis non paucis, veniebat ad tumulum B. Willelmi, obtentu devotionis & causa orationis; qui usque Rhodanum venientes, navim ingrediuntur, & dato naulo pertransire moliuntur. Laborantibus vero omnibus in transeundo, & intentis singulis in remigando, casu contigit ut alter de filiis ejusdem Militis de prora caderet, ita ut nullus videret nemoque cognosceret. Amne transmisso, cum jam exire littusque tenere cœpissent, puer requiritur, sed minime reperitur: nec dubium quin in flumen ceciderit; &, quia nusquam comparebat, quod absorptus perierit. Oritur luctus, dolor & tumultus, fit planctus sine discretione, ploratur pro mortuo sine consolatione. Cunctis autem amare flentibus, & resonante littore tam

B luctuosis vocibus; sola mater pueri stabat nec flebat, sed magna constantia animi & se confortans & alios, ita dicebat: Non est mortuus filius meus, nec potest sentire vel credere animus meus; sed, ubicumque sit, cum illo est Deus & B. Willelmus: quem enim semper & nocte & die non cessavi eidem B. Willelmo commendare, & nunc ad hoc veniebam eumque adducebam, ut possem illum sancto Patri præsentare ante suum tumulum, & ante suum altare, & pro illo mea munera meque ipsam offerre & dare; scio & credo quod ille potest illum salvare, nec potest mors occupare, nec amnis eum necare. Hæc dicente matre, subito videtur procul puer ille, de aquis egressus, secus littus deambulare, redire ad alios, & jam appropinquare. Virtus Dei cognoscitur, B. Willelmus ab omnibus clamatur, fides matris collaudatur, mœror & luctus in gaudium convertitur. Idem puer interrogatus, quid sibi visum fuerit, quomodo in tanto periculo se habuerit, vel qualiter hanc mortem (quæ manifeste eum invasit) incolumis evaserit; respondit: Sciatis vere, B. Willelmum Monachum, quando cecidi, adfuisse; & dum traherer à flumine, dexteram mihi dedisse; & manu sinistra ori meo ac naribus apposita, aquas

C ne me læderent prohibuisse. Puero recepto & gaudio duplicato, pater & mater & qui cum eis erant, iter quod cœperant exultantes accelerant, perveniunt ad monasterium, cum magna alacritate accedunt ante B. Willelmi præsentiam, cum summa humilitate Deo gratias agentes, suas lacrymas & sua gaudia pro filio referentes, & B. Willelmi merita

a sicut veri præcones denuntiantes *a*.

Sanctoque commendatus,

vivus redditur suis.

11 Cum multa sint & præclara in B. Willelmo per Dei gratiam Sanctorum dona virtutum, cumque manifestum sit non minimam contra malignos spiritus habere eum potestatem; hoc quidem jucundum videtur dignumque relatu, quod ipsi interdum dæmones, volentes illi quasi placere ac servire in gratiam, de inimicis ejus rerumque suarum pervasoribus ultores se faciunt & exactores: unde breviter hæc pagina [aliquid] memorandum suscepit. Vir

b quidam nobilis ac præcellentis gentis, nomine *b* Rennaudus, volens thesaurizare in cælis, & cupiens B. Willelmum specialem sibi facere Patronum, dederat ei quoddam prædium, ad commune stipendium Fratrum in Gellonensi monasterio Deo famulantium; ingens scilicet ac competens territorium, Malabucceria nuncupatum, cum omni familia, quæ ad eamdem pertinere videbatur possessionem. Hoc ergo prædium post aliquantum temporis quidam EX MSS.

c Abolenus . . . . . de ordine Militari, nimium tumidus præ potentia seculari, nimiumque vicinus huic possessioni, cœpit inquietare, opprimere atque depopulari, ac suæ violenter subjugare ditioni, nec Deum timens, nec hominem curans, neque reverentiam exhibens meritis B. Willelmi: omnibus enim modis hominibus illius territorii erat intolerabilis, rapinis insolitis & exactionibus indebitis, commessationibus importunis, violentiis multis, occisionibus injustis. At miseri illi, qui hæc patiebantur, quique sine remedio à tyranno opprimebantur, cum jam vivere nequirent, mortem sibi imprecabantur. Placuit itaque Clementiæ divinæ, huic morti finem dare, B. Willelmi merita glorificare, ejusque familiam clamantem ad se quotidie, ab illo tyranno quasi altero Pharaone recipere & salvare. Unde factum est, ut malefactor ille, quadam Dominica die surgeret valde mane, & ascenso equo ad prædictum pergeret vicum, facturus violentiam & rapinam ex more solito: sed divina dispositione nemine invento, neque viro neque muliere, quem posset interrogare (omnes enim ad ecclesiam iverant Catholica religione divinum ministerium audire) ira nimia E succensus nimioque furore, cœpit præ indignatione quasi totus ardere, & igne appositio cœpit villam succendere atque cremare, portas domorum frangere, cuncta exterminare.

Impius raptor possessionum menasterii,

ipso in scelere

12 At vero divina ultio non longe abfuit: nam statim eâdem horâ malignus spiritus illum vexavit; sensum perdidit, intellectum amisit: equus quo advenerat ad domum propriam reportare eum nequivit, sed ad ecclesiam B. Mauritii *d* (ubi convenerant homines illi & multi alii causa divini officii audiendi) illum dementem perduxit, ibique de cella in terram turpiter deposuit, & vehementer elisit. Ille autem non suo sensu, sed diabolico impulsu ecclesiam ingressus, cœpit coram omnibus mirabiliter furere, carnem suam mordere, manus suas & lacertos rodere & laniare; alios quoque dentibus ac si canis appetere & morsibus lacerare, totamque ecclesiam commovere ac turbare. Cognoverunt omnes divinum judicium, intelligunt B. Willelmi patrocinium & defensionis auxilium: corripiunt furiosum, alligant correptum, & ita vinctum tenent intra oratorium, donec rite perficitur sacrum mysterium. O quam justus es, Domine! quam justum & verum & sanctum judicium tuum! Qui homines F S. Willelmi ligare consueverat, modo ligatus tenetur: qui ejus possessionem disperdere venerat, modo sensu perdito & ipse totus à satana possidetur: quique in tam sancta die Dominica ecclesiæ se subtraxerat, tunc in ecclesia catenatus debacchatur, auditque attonitus & insensatis auribus quod in eo celebratur. Accedunt interim amici, parentes, milites sui & propinqui; agnoscunt & ipsi judicium Dei causamque delicti, videlicet invasionem & oppressionem hominum & rerum B. Willelmi. Ergo vinctum manibus & astrictum loris perducunt eum ad tumulum beatissimi Confessoris: præsentatoque eo ante altare Domini Salvatoris, prosternuntur in terram omnes cum lacrymis, postulantes veniam pro delictis illius miseri peccatoris: promittunt etiã cum maximis juramentis, affirmant cum obsidibus in manu Abbatis tum in loco præsidentis, quidquid ille commiserat contra B. Willelmum & suos, se emendaturos, & reddituros ablata, & de omnibus satisfacturos. Factum est igitur, mox ut ipse Abbas sponsionem suscepit, Miles illico mentem sanam & sensum integrum cum salute suscepit: dæmon, qui ad ultionem faciendam non jussus accessit, facta ultione

à diabolo obsessus,

in ecclesia furit,

& vinciur catenis:

promissaque restitutione sanatur.

EX MSS. jussus recessit: & virille qui salvatus est, quamdiu supervixit, in fidelitate & servitio S. VVillelmi permansit.

Alius ex bove rapto comæsturus,

13 Per id fere temporis alius quidam ex ordine militiæ secularis, dictus Theutrannus de Salsis, graviter opprimebat & devastabat quoddam prædium B. Willelmi, multa ingerens mala frequentibus detrimentis. Erat vero vir ille secundum seculi pompam Miles strenuus & illustris; sed tamen illam suam militiam major malitia turpisque avaritia ignobilem reddebat & infamem: rerum quippe prodigus suarum, & alieni cupidus totusque inani deditus jactantiæ, non nisi prædis vivere poterat & rapinis. Igitur fiscum Regium, Castra-pastura dictum, male sibi vicinum nimisque contiguum, quod olim Rex Ludovicus Gellonensi monasterio contulerat, cuique immunitatem & tuitionem sub regali præcepto magnaque auctoritate firmaverat; Miles ille ad omnem confusionem & exterminium deducebat, comedebat, bibebat, rodebat, & medullitus absorbebat. Homines fessi illius invocabant Deum, & tyrannus non curabat: clamabant S. Guillelmum, ille parvi pendebat. Infelices autem illi tristes & irati, & quasi jam desperati, eo quod S. Willelmus eos non exaudiret, murmurabant, dicentes: Quoniam ipse dormiret, qui solitam non faceret vindictam, nec citius subveniret. Verumtamen B. Willelmus, tamquam excitatus à somno, subito fecit vindictam & ex improviso. Cum enim quadã die Theutrannus ille ad vicum illum perrexisset, & ingenti præda ex consuetudine facta, boves inde plurimos abduxisset, cumque domum ac si victor cum triumpho rediisset; unum de bobus illis jubet statim jugulari, sibique & suis prandium magnum parari: convivioque parato, primus discubuit & primus cœpit epulari. Et ecce judicium Dei, & virtus & meritum B. Willelmi: namque prima buccella, quam de illa præda & de illa rapina in os suum carnifex ille immisit, ita faucibus adhæsit, & hiatum gutturi intercluſit, ut neque per os transire, neque de ore posset exire, neque illam rejicere nec valeret deglutire. Fit stupor in convivio, surgunt omnes de prandio, lugentes pro Domino, mirantes pro miraculo: medici adducuntur, medicinæ apponuntur, sed frustra fiunt omnia, quia nihil operantur: stant ei ex omni parte, sed nec manu, nec arte, neque ullo carmine, neque medicamine possunt ei prodesse.

B *buccella gutturi inhærens castigatur,*

C *& promissa restitutione liberatur à morte.*

14 Tandem virtus divina recognoscitur, & manifeste ab omnibus conclamatur, quia S. Willelmus in ore suo operatur: nihil ei posse valere, nisi ille propitius & citius misereatur. Igitur amici & parentes, famuli & clientes, moram non sustinentes, & de Dei misericordia & B. Willelmi pietate confidentes, in morte laborantem equo utcumque imponunt; & eum ad tumulum B. Willelmi adducentes, ejus veniam postulant & indulgentiam quærunt: spondent omnes coram Deo, & elevatis in cælum manibus jurant & firmant pro eo, quod si sanctus Dei dignetur ei parcere, & ab hac præsenti morte saltem hac vice eum eripere; ipse in, quantum poterit quantumque facultas ei erit, emendaret illi quidquid in eum deliquit ad arbitrium Abbatis, reddens quod male abstulit, restituens quod rapuit. Qui vero adductus fuerat, quia per se rogare vel perorare nihil poterat (nam buccella illa, quam de rapto assumpserat, & glutinata gutturi & quasi viscata adhærebat) id quod per alios promittebatur, quia lingua nequibat, manu annuebat, & signum faciens Monachum se velle fieri innuebat. Stabat interea ut reus, in afflictione & in omni mentis & corporis contritione, coram Deo Salvatore & sancto ac glorioso Confessore, ante venerabilem Crucem & sacrosanctum altare, flexis genibus, nudis pedibus, virgas suas manu tenens, non sine *e* forcipibus. Quis loquetur potentias Domini, quis auditum faciet meritum B. Willelmi? In eadem hora, in qua hæc promissio firmatur, buccella ex ore labitur, & qui jam moriebatur jam vivit & liberatur. Manifestumque fuit, quia qui eum percussit, ipse & ei indulsit; qui vulneravit, ipse etiam sanavit. Igitur Theutrannus ille, cognita Dei virtute, & per B. VVillelmum ereptus à morte, receptaque salute, cum summa devotione seque suaque tradidit pro emendatione. D e

ANNOTATA.

a *Hic desinit textus Codicis prædicti apud Mabilionẽ, sed extremo huic illius miraculo; præmittuntur mutato ordine ea quæ in in Gellonensi sequuntur de Aboleno & Theutranno.*

b *Deest nomen Ms.* Eixiensi.

c *Et hoc in Gellonensi extritum inde suppletur.*

d *Vicus* S. Mauritii *vix duabus leucis Boream versus abest Gellone, & huic adjacens in tabulis* Madieres *(forte* Mabuires *scribendum) possit* Mala-Bucceria *credi.*

e *Ad crines scilicet ex voto rescindendos.*

HYMNUS

E

Ex Ms. Bodecensi erutus à Ioanne Gamans S. I.

NUnc nunc mirifica luce coruscat,
Cinctus luminibus sede polorum,
VVillelmus gratulans, cernere Christum
Ambit, secla qui cuncta gubernat.
Cui nunc pro meritis janua cæli
Magnis jam patuit. Clamat herilis
Ex alto tuba militis; Intra.
Ut sunt astriferis sedibus ampla,
Sic terris merita; dante superno
VVillelmi precibus judice Christo,
Ad cujus tumulum sospite turba
Diutinus ægris languor abit nunc.
Quapropter, Socii, cordeque oreque
Promamus Domino voce sonora
Odas innumeras, tempus in omne;
Cui sit hymnus, honor, glòria perpes. Amen.

ORATIO. Unde nunc pia subjungimus oramina, & petimus eum sexcenta comptum per serta, hostis populatum castra, gloriâ muneratum æternâ, cujus hodie annua commemoratio nobis est festiva, ut imploret ora pro nobis divina: & sicut suorum comitum ad Regem mortalem intercessor erat antea, sic Christum Regem, Dominum, immortalem, cunctipotentem deprecetur nostra laxare crimina. Hinc igitur poscimus te, Christe, quem fideliter expectamus, venturum in gloria Patris & sanctorum Angelorum, ut expertes suppliciorum facias nos æternorum, intercedentibus dilecti tui VVillelmi meritis, qui sine defectione temporum, cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas, per omnia secula seculorum. Amen. F

A

HISTORIA

Elevati tranſlatique corporis.

ex relatione Gallica Ms.

Sacra oſſa an. 1129, 27 Febr. tranſlata,

COllocatus fuerat S. Guilielmus, uno alterove fortaſſis poſt mortem & primam ſepulturam ſeculo, in marmorea tumba affabre laborata (quæ etiamnum monſtratur) poſt majus altare in eccleſia monaſterii: unde quando & à quo elevatum ſit corpus, legere eſt in plumbea lamina, poſtmodum ſimul cum ipſis ſanctis Reliquiis inventa, & his verbis inſculpta. Anno ab Incarnatione Domini MCXXXVIII, tertio Kalendas Martii, feria ſecunda, levatum eſt corpus beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Guilhelmi, & reconditum III Nonas ejuſdem menſis, per manus Domni Ugonis Albienſis Epiſcopi, & Raimundi Gellonenſis Abbatis, & Raimundi Nantenſis Abbatis, temporibus Innocentii Papæ II, & Arnaldi Archiepiſcopi Narbonenſis, & Petri Lutevenſis Epiſcopi, Francorum Rege Ludovico. Hactenus Lamina, Ludovicum VII, S. Ludovici proavum, nobis ſignans; & annum, ex ſtylo Francorum veteri, eum notans, quem nunc MCXXXIX numeraremus, quando littera Dominicalis A componebat cum Feria II hebdomadæ, diem XXVII Februarii.

B

& abdita ſub altariolo proprio,

2 Repoſuerunt autem prænominati Antiſtites ſacrum iſtud pignus, una cum ipſa lamina, intra capſam plumbeam, alia lignea exterius conveſtitam; eamque abdentes ſub terra, deſuper conſtrui fecerunt & conſecraverunt parvum altare, ad cornu Epiſtolæ altaris majoris, in honorem ipſius S. Guilielmi: cujus tabula tota eſt ex Lydio (ut vocant Latini) ceu nigro marmore, quali ad aurum explorandum utimur, unde & nomen vulgo traxit, ſuſtentantibus ipſam utrimque candidi marmoris eleganter celatis tabulis duabus: quæ nunc in frontem altaris majoris translatæ, ſimiliter eamdem tabulam nigram huc tranſpoſitam ſuſtinere videntur. His autem tunc ita compoſitis, ut ſacri corporis indicium nullum appareret ſupra terram; altare quidem iſtud minus S. Guilhelmi nomen retinuit, ſed reconditum ſub eo theſaurum oblivio ex hominum memoria tam longe removit, ut ejus nihil ſupereſſe crederetur, præter modicum illud quod continebatur marmorea urnula, ſub altariolo prædicto compoſita (intra quam congeſti fuerant cineres & minutiora oſſa, tempore prænotatæ elevationis) & præter os unum brachii dexteri, quod Humerum appellant, quodque argenteo brachio affabre facto incluſum uſque hodie monſtratur; miraculoſe ut ſic dicam ſervatum à diabolica rabie Calviniſtarum, qui avorum noſtrorum memoriâ ſacra omnia per Aquitaniam contaminarunt ac diſſiparunt. Hæc enim etiam vera eſſe S. Guilielmi oſſa conſtitit experti unius medici duorumque chirurgorum teſtimonio, qui anno MDCLXXX menſe Majo declararunt, in novam capſam tranſlata eſſe omnia reperti ſancti corporis oſſa, præter humerum jam dictum. Modus autem felicis iſtius inventionis hic fuit.

C

missus illuc an. 1679 Prior & ex voto ſanatus,

3 Cum R. P. D. Gabriel le Comte, ex Capituli Generalis delectu miſſus eſſet Prior & Officialis hujus Abbatiæ, quæ Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjecta, in omnem circa vallem juriſdictionem pene Epiſcopalem obtinet; exiguo poſt ſuum adventum tempore periculoſa correptus fuit infirmitate, uſque ad deſperationem medicorum. Huc ſe reductum ipſemet ſentiens, ſancto Patrono ac Fundatori monaſterii noſtri Guilielmo votum nuncupavit, quod ſi interceſſione illius plenam recuperaret ſanitatem, omni ſolicitudinis ſtudio ſatageret honorem ejus promovere, præſertim in reparanda & exornanda eccleſia, ejuſmodi curæ perquam indiga. Nec mora levari morbus cœpit, & periculo ereptum judicavit medicus, ſubitam mutationem admirans, quam ſuæ artis præcepta vix intra longius ſpatium promittebant: paucis autem tranſactis diebus ſanus omnino apparuit. EX MS. GALLICO

in demoliſtione ipſius altariolo,

4 Ergo intentus complendo quo ſe obſtrinxerat voto, inſtanter petiit à Superioribus & obtinuit facultatem, definiendi neceſſaria quæque ad reſtaurationem eccleſiæ ac monaſterii: inter quæ præ multis opportuna viſa eſt tranſlatio majoris altaris, quod longius à pariete amotum erat, eoque obſcuram reddebat eccleſiam, & Presbyterium minus idoneum ad ſolennia majorum feſtivitatum officia. Hoc conſilio ſumpto, velut imprimis utili, non ſolum ipſum altare majus deſtruendum fuit, ſed etiam minuſculum illud, de quo ſupra diximus, eidem collaterale; ut ex duobus unum conficeretur, quod parieti eccleſiæ propius adhæreret. Inſtabant operi tali fabri, cum die V Septembris anni MDCLXXIX, ſub minori illo altari deprehenderunt lapidem veluti ſepulcralem, tres ac dimidium palmos longum, impoſitum capſæ plumbeæ, quam alia lignea capſa circumdabat; & hanc pene jam conſumpſerat caries, ſed ne fatiſceret continebant lamellæ quædam ferreæ, liliorum floribus impreſſis ornatæ.

feliciter invenit 5 Septembris,

D

exemptas; ex conſumptis jam fere capſis,

5 Ad rei inexpectatæ nuntium accurrit Prior cum Conventu univerſo, Vicariiſque SS. Bartholomæi & Laurentii ab hoc monaſterio dependentibus, aliiſque principalioribus loci ipſius perſonis, quorum omnium chirographo ſignatum fuit Proceſſus verbalis inſtrumentum deſuper rogatum. Cumque neceſſarium judicaretur extrahere è ruderibus capſas illas, earumque fundum, non ſolum qua parte ligneum, ſed etiam qua plumbeũ ac ferreum erat jam fere in cinerem redactũ, abjunctumque à lateribus ſubſideret; remanſit intra parvum iſtud ſepulcrum magnus numerus oſſium, cum lamella plumbea quadrata, cujus unumquodque latus tres palmi quadrantes implere videbatur, antiquis characteribus exarata, & antiquitatis monumentum inſigne, fidem faciens tranſlationis factæ anno MCXXXVIII. Hac perlecta, cum jam conſtaret omnibus, iſtud eſſe corpus S. Guilielmi; prædictus R. P. Prior, magna cum reverentia, collegit ſacra oſſa omnia, eaque repoſuit intra novam capſam ligneam; materia quidem ſimplicem, exterius tamen interiuſque circumveſtitam ſerico panno, cum eo articulo temporis pretioſius nihil haberetur ad manum. Ea capſa continuo delata eſt ad gazophylacium eccleſiæ, duabus munitum clavibus, ubi tota ſupellex argentea & aliæ plures ſacræ Reliquiæ aſſervantur: interque alia, particula veræ Crucis à Carolo Magno donata S. Guilielmo, cum ei ac mundo valediceret; & induſium unum, quod fuiſſe B. Mariæ Virginis vetus traditio memorat. *componit intra aliam novam,*

E

prorſus integra & ſuave olentia,

6 Hoc autem dignum imprimis conſideratione viſum eſt, quod ſacra illa oſſa, poſt annos plus quam nongentos ſuavem ſpirarent odorem; nec quidquam violata eſſent ab aquis proximi torrentis, qui ſæpe hæc loca inundans, etiam illuc debuit penetraſſe; cum medici dicant, mortuorum oſſa intra ſtagnantem aquam cito fracceſſere & computreſcere. Placuit inſuper divinæ majeſtati Sanctum ſuum miraculis honorare, ad eorum preces qui ipſius ſuffragia quotidie implorant, ſuis malis quærentes remedium; ex quibus pauca referre ſat fuerit.

non ſine miraculis ſalu- ſecutis.

7 Mulier quædam hujus loci, febribus remittentibus diu conflictata, poſt ſacri Corporis inventionem duci ſe ad eccleſiam fecit; ipſoque in acceſſu paro-

EX MSS. xyſmi febrilis collocari intra foſſam, unde erutæ Reliquiæ fuerant; atque inde plene ſanata exivit. Similiter curata fuit alia, fiſtulam patiens, quam lacrymantem appellant, quæque magnos ipſi pariebat dolores. Honeſtus etiam civis ejuſdem loci, cui male affecta pridem genua gradiendi conſiſtendique negabant facultatem, non ſine cruciatu; mox ut illa ibidem flexit, expeditum ſe ſenſit, omnique imbecillitate ac dolore liberum. Alii autem plurimi adveniunt quotidie, & impetratarum gratiarum memoriam relinquunt; vel ſanitatem poſtulantes bibunt aquam, cui admixtum eſt nonnihil pulveris è ſepulcro ſumpti, qui eiſdem donatur, ſequente ut plurimum optatæ ſanitatis effectu, ad laudem Dei & gloriam noſtri ſancti Fundatoris.

8 Porro ad diem XX Maji anno MDCLXXX, prædictus R. P. Prior & Officialis, decorem domus Dei eodem quo cœperat zelo procurans; poſtquam fabricandam curaſſet capſam elegantius elaboratam, in qua ſculptoris ars nullum prætermiſerat ornatum, & cæruleo colori interlitum aurum gratum oculis præbebat ſpectaculum, eamdemque nihilominus ſerico conveſtiſſet interius; in ipſam tranſtulit oſſa ſacra, uſque dum argenteam capſam comparaſſet theſauro tanto aſſervando. Et huic tranſlationi interfuerunt, præter Conventum Monachorũ, D. Gaſpar Ranchin, Vicarius D. Epiſcopi Montis-peſſulani; D. Fulcrandus Audeberti, Canonicus & Promotor ejuſdem Domini Epiſcopi; D. Joannes Audeberti, ejus frater ac civis Montis-peſſulani; aliæque ſpectabiles perſonæ complures, ſubſcripti Proceſſui verbali ſuper iſtis confecto. *Hactenus relatio, R. P. Petro Poſſino Toloſam miſſa anno* MDCLXXXII *die* XIII *Februarii: cui utinam cito liceat adjungere novæ Tranſlationis hiſtoriam, quando prædicta argentea capſa confecta fuerit, in quam curandum tunc totis viribus Prior incumbebat.*

D

ac rurſum anno 1680 20 in capſam ornatiorem.

donec alia fiat argentea tota.

DE SANCTO PODIO

EPISCOPO FLORENTINO IN HETRVRIA.

G. H. ## COMMENTARIUS HISTORICUS.

De geſtis ejus in Pontificatu, ex Variis.

AN. MII. *Culint ſacer*

Abulæ Martyrologii Romani propoſitum in Titulo Sanctum, ad hunc XXVIII *Maji celebrant his verbis:* Florentiæ, S. Podii Epiſcopi & Confeſſoris. *At Martyrologia Florentina Mss. quæ reperimus in illuſtri Bibliotheca Medicæa, & apud Carolum Strozzium Senatorem, aliudque ibidem Florentiæ anno* MCCCCLXXXVI *per Franciſcum de Bonacurſiis editum, iſta habent primo loco:* Florentiæ depoſitio S. Podii, ejuſdem civitatis Epiſcopi, qui vita & miraculis * glorioſus quievit. Sepultus eſt in Cathedrali Eccleſia præfatæ urbis, juxta corpus B. Zenobii, in arca marmorea. *Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, ſub annum 1613 Mediolani excuſo, hoc ei Elogium concinnavit.*

* *al.* inſignis

Elogium ex Ferrario, * *erat vitioſe 990*

2 Podius, Uberti Ducis, ſive ut alii ſcribunt, Marchionis Hetruriæ filius, Colmelæ anno ſalutis * 930 Ugone Arelatenſi Rege naſcitur. Is in liberalibus diſciplinis inſtructus, ac poſtea in divinis litteris eruditus, factus Canonicus, collegio Canonicorum Abbatiam S. Andreæ, pro communi illorum victu, largitus eſt. Sichelmo autem Epiſcopo Florentino defuncto, in demortui locum ob ejus vitæ & morum integritatem ſufficitur; ac Eccleſiam Florentinam, quam bonorum applicatione, caſtellis etiam aliquot adjunctis, maxime auxit, inſigni prudentia & pietate annos duodecim adminiſtravit. Cetera illius Acta deſiderantur. Corpus in majore baſilica adſervatur. Ejus vero natalis quinto Kalendas Junii, qua die ex hac vita migravit, ab Eccleſia Florentina celebratur. *Hæc Ferrarius, citato* Vincentio Borghinio, libro de Eccleſia & Epiſcopis Florentinis, *quem addit* accuratiſſimum auctorem fuiſſe.

C

3 *Ferdinandus Vghellus, in Præfatione ad Epiſcopos Florentinos, aſſerit ſe* ſeriem Præſulum partim ex Vincentio Borghino eleganti ſane ſcriptore eruiſſe, partim ex aliis ſcriptis monumentiſque, quanta maxima potuit diligentia, concinnaſſe, *& dein addit:* XVI Epiſcopus S. Podius, Sichelmum excepit anno DCCCCLXXXIX, qui cultum divinum mirabiliter provexiſſe narratur, nec fortunarum acceſſionem neglexit. Multis enim ſuæ juriſdictionis Caſtellis circumdedit muros, plenuſque bonis operibus evolavit ad cælum, anno milleſimo ſecundo, die XXVIII menſis Maji: quo ipſo die ejus feſtum ſolenniter agitant Florentini, ejuſdemque memoria in Martyrologio Romano fuit relata; Corpus autem in catacumba S. Zenobii. Cum Florentiæ deflagraſſet archivium, præclara etiam Podii geſta perierunt. Illud autem conſtat, quod Podio ſuperſtite, plures ejus ſanctitatis, quæ late pervagata erat, ſuaviſſimo odore perfuſi, ingentia bona in S. Joannis Canonicos pertulere. *Ac primo exponit Vghellus liberale* Mariæ Teutonis uxoris *donum, factum* anno DCCCCXC, Indictione III, pro Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ, ſita infra Florentinam civitatem, ubi Dominus Podo Epiſcopus præeſſe videtur. *Dein adduntur variæ donationes, factæ* S. Podio, *aut* ſuperſtite, *aut* incentore & ſuadente, *quæ ibi legi poſſunt. Partem adferre placet unius diplomatis, quod integrum exhibet Pucinellus in Chronica Abbatiæ Florentinæ pag.* 209, *eo quod* S. Podii *hoc in genere induſtriam apte declaret. Diſponit illo is de Abbatiola S. Andreæ, ab Hugone Hetruriæ Marchione ſibi donata, ſub hoc exordio.*

allud ex Vghello.

F

4 In nomine Domini Dei æterni. Podio, Divina largiente clementia ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ immeritus Epiſcopus, omnibus fidelibus Eccleſiarum in Domino continuam ſalutem. Minime latere arbitramur prudentes, quibus nota eſt lectio aut authenticorum librorum veteris Teſtamenti *&c. ubi poſtquam retulit, quomodo Iudæi à Cyro Rege Perſarum capti, liberati, & Hieroſolymam remiſſi ſunt, addit:* Quadam die invitatus acceſſi ad ferculum Domini Hugonis, Ducis nobiliſſimi, epulaturus cum eo. Cumque inter prandendum & loquendum multa de divinis hiſtoriis deducerẽtur in medium, contigit ut de repente ſermonibus noſtris interveniret lectio librorum Paralipomenon. Et cum ventum eſſet ubi legitur, quod prædictus Tyrannus recordatus eſt Domini cæli, & quod cauſa illius timoris cunctos captivitate detentos libertate donaret; tunc prænominatus Dux & Marchio, quo audacior nullus, ab intimo pectore, divino tactus ſpiritu, ſuſpiria longa trahens, inter cetera adjecit; Si Gentilis, non agnoſcens veritatem quæ Chriſtus eſt, cum tanta dulcedine Deum cæli

Invitatus ab Hugone Duce

videnſque eum divinitus motum

A cæli nominavit, atque pro ejus reverentia longa pœnitudine alligatos, diutius oneratos dimisit ad propria; quid nobis faciendum est, qui relicto Gentilitatis cultu, ab ipsis cunabulis de Incarnatione nostri Redemptoris & nostra liberatione per ejus mortem audivimus? Statim ergo inutilis speculator, qui præsens aderam, cui hæc quæ subjecta sunt animo insidebant, humiliter respondi: O carissime, exemplum illud sume in opere, quod laudasti de devotione. Habebat quidem tunc temporis jam dictus Dux Abbatiolam unam infra mœnia Florentinæ civitatis, dono meorum antecessorum libellario nomine, in honorem S. Andreæ Apostoli constructam; quam mox supplici meo rogatu & precibus, atque multiplici hortatu suæ consortis Dominæ Judithæ semper benedictæ, mihi refutavit, & meæ Ecclesiæ usui & utilitati tradidit: eo videlicet ordine, ut eam necessitatibus Canonicorum meorum præsentium & futurorum, pro remedio animarum utriusque, Ducis videlicet & ejus conjugis, & pro salute mea meorumque successorum, tribuerem. Quod me facturum illico bono animo sum pollicitus.

petit & impetrat Abbatiolam S. Andreæ,

5 Quapropter dictam Abbatiolam, in honorem B. Andreæ fundatam infra Florentinam urbem, statim cum suis pertinentiis in Canonica Florentinæ Ecclesiæ dono & largior: quatenus ipsi Canonici, tum qui nunc sunt, tum qui in ea ordinati fuerint in futuris temporibus, ex fructibus ipsius terræ, redditu vel censu, quotidianam habeant refectionem: neque volo, ut aliquis de ipsis Canonicis habeat potestatem, de ipsis rebus libellarios facere, aut aliquid donare, aut ex his, quæ Dominus exinde dederit, audeat inter alios dividere: & si quid horum fecerint, donationem vel divisionem eorum jubeo irrita fieri: sed censeo, statuo, & confirmo, quod unus vel duo Clerici, quos ego elegero, habeant potestatem de omnibus illis rebus esum carnium & piscium comparandi, & infra claustra Canonicæ eis ad convescendum tribuendi, qualiter unanimiter comedentes & bibentes, gratias & laudes referant; & pro incolumitate Domini Ducis Hugonis & suæ conjugis & utriusque prolis, & nostra nostrorumque successorum, Dominum exorent. Post decessum vero illorum Clericorum, quos ego ad illud ministerium ordinavero, habeant ipsi Canonici potestatem, ordinare aliquem ex sua Congregatione timentem Deum, & qui ex jam dicto ministerio eis fideliter deserviat: in quo non sit zelotypia, neque fraus, neque dolositas. Et si inter se ita discordes fuerint, ut quæ jussi, vel ordinavi, adimplere noluerint; tunc successores nostri, timorem Domini præ oculis habentes, ita eam ordinent, ut meam voluntatem in omnibus impleant, & oculos divinæ Majestatis non offendant. Si quis autem hanc nostram ordinationem & testamenti firmitatem temerarius violator, sive Imperator, sive Rex, Dux, Marchio, Archiepiscopus vel Episcopus, aut quælibet alia persona magna vel parva, Clericorum vel laicorum, infringere voluerit aut tentaverit; cum necatoribus egentium aut cum Juda traditore hereditatem infernalem recipiat, & maledictionem æternæ maledictionis acquirat: conservator autem, beatorum spirituum consortium sine fine possideat.

B *disponit in quotidianâ refectionem Canonicorũ*

ut carnes & pisces emantur,

& ad id aliquis ordinetur à Canonicis,

C *aut Episcopo.*

Podio, sanctæ Florentinæ Ecclesiæ inutilis Episcopus, in hac ordinatione & testamenti finitione subscripsi, & ad scribendum alios curavi.

Hugo Marchio &c. Leo Judex, Petrus Judex, Monopertus Judex, Sigefredus Judex D. Imperatoris, subscripsimus.

8 *Scipio Ammiratus, primo libro Historiæ Florentinæ, plurimum laudat &* S. Podium *Episcopum &* Hugonem *Marchionem, quem præfuisse statuit ab anno circiter* DCCCCLXXV *ad annum* MVI, *quo ait eum Pistorii* XXI *Decembris è vita decessisse. Nos ad prædicta addimus Elogium, quod Florentiæ descripsimus ex Collectione Veterum Officiorum Mss. apud Carolum Strozzium Senatorem reperta. Verum cum ibi dicitur* S. Zenobio *Episcopo, ante quingentos circiter annos defuncto, successisse* Podius; *intelligi id deberet de successione mediata in eamdem Sedem Florentinam. Ipsum autem hujusmodi est.*

AUCTORE G. H. *Elogium ex lectionibus Mss.*

7 Cum in aliorum Sanctorum festis, Fratres dilectissimi, nos exultare deceat; intus & foris summa uti lætitia debemus, cum memoria D. Podii à nobis recolitur: huic enim diei maxima gaudia impendenda sunt, quo ille in æterna se tabernacula recepit. Nam Podius in Defensoris nostri Zenobii Episcopi demortui locum successit: qui quanta integritate, quanta modestia, quanta denique laude Episcopi personam gesserit, dies me, si velim narrare, deficiat. Quam ob rem pauca de multis æquis auribus accipite. Sanctus hic vir, Gumello oppido oriundus, patria parentibusque relictis ac divitiis quam plurimis, Ticinum se contulit, liberalibus facultatibus operam navaturus. Quibus cum diutius incubuisset, adeo profecit, ut facile quamvis facultatem profiteretur. Docebat itaque ea modestia litteras, ut discipuli omnes non modo liberales disciplinas ab eo, verum etiam bonos mores vitamq; perfectam didicisse non negarent. Quibus de causis Florentini ipsum post Zenobium Pastorem eligunt. Qui dum vixit, quot à cælesti itinere devios in veri Christiani viam reduxerit, non est quod dicam: in eum enim omnes, tamquam in divinum exemplar, oculos intendebant. Non tacebo denique illud, virum hunc plurima edidisse miracula; soloque verbo à Deo, quod suis meritis consecutus fuerat, diversorum morborum liberationem impetrasse. Prætereundum præterea non est, octo illum oppida ædificasse, eorumque Florentinam Ecclesiam heredem fuisse. Decessit autem v Kalendas Junii; sepultusque est in ecclesia hac, prope altare D. Zenobii, marmorea urna. Non dubitemus igitur, Fratres, post hujus vitæ pericula exhausta, tantum virum in Domino ultimam clausisse diem, divinoque frui conspectu, quo & nos, eo duce, cum de hac vita migrandum erit, perducamur.

Docet litteras:

E

patrat miracula.

8 *Erat hoc Elogium distinctum in* IX *brevissimas Lectiones. Locus nativitatis hic* oppidum Gumellum *appellatur, quod supra apud Ferrarium* Colmela *dicitur: apud quẽ cum etiam de* Hugone Arelatensi Rege *legeremus, dubitavimus aliquando, num forte illud esset* Colmartium, *castrum in Saniciensi Provinciæ Episcopatu, cujus loci situm describit Honoratus Bouchæus Tomo primo Chorographiæ Provinciæ pag.* 279. *Verum infra* natione Longobardus *appellatur: & quia dictus* Hugo, *ab anno* DCCCCXXVI *Italiam Rex gubernavit, dictum* Gumellum *seu* Colmelam *arbitramur potius in Hetruria, nec procul à Florentia requirendum; maxime si* S. Podio *Ducem seu Marchionem Hetruriæ patrem habuerit, qui anno* DCCCCXX *erat* Guido, *& huic frater* Lambertus *successit, pro quo forsan apud Ferrarium legitur* Ubertus. *Sed hæc curiosis antiquitatum Hetruscarum scrutatoribus definienda relinquimus: solum addimus, si stirpe Longobardica natus* B. Podus, *seu* Podius *est, potiori jure credendum esse, quod nomen quoque sortitus fuerit originis Longobardicæ, mollius loquentibus Teutonibus scribendum & pronuntiandum* Bodo; *sicut iidem Longobardi in compositis* Aripertum, Lampertum *&c. dicunt ubi alii* Aribertum, Lambertum *pronuntiant ac scribunt. Sic autem* Nuntium *seu* Famulum *vox illa significat, recurritq; etiam in compositis, ut sunt* Elbodo, Walbodo, Radbodus *aliique. Est autẽ Hetruscis frequentissimum, prima nominis, præsertim compositi, parte abjecta, ut sæpe notavimus, sclas usurpare posteriores syllabas; & sic etiam nomen illud, si Romanæ originis esse constaret,* à S. Calepodii *nomine relictum videri posset.*

Quæ ejus patria,

F

quis pater

AUCTORE G. H.

9 *Ioannes Aretinus Archipresbyter, qui ſcripſit Vitam S. Zenobii apud Surium relatam, ſtatuit aliquanto ſerius, quã ſupra diximus vixiſſe* S. Podiũ; *& non Sichelmo, ſed Ioanni ſubrogatum arbitratus, iſta ſcribit.* B. Podus, natione Longobardus, omni ſanctitate præditus, in Epiſcopatu ſucceſſit; & plura oppida ejuſdem diœceſis muris cinxit, ſicut patet in tabula marmorea: moriturque duodecimo ſui Præſulatus anno, & in catacumba Zenobii juxta alios in capſa Zenobii ſepelitur. *Aſt in Translatione corporis S. Zenobii anno* MCCCCXXXIX *facta, quã ex dicto Ioanne Aretino edidimus ad diem* XXV *Maji, iſta ſub finem habentur.* Aſſumunt capſulam corporis S. Zenobii Pontifices ſacri .... & in nova catacumba magno cum honore locaverunt. Quo in loco, poſt paucos admodum dies, marmoream capſam, cum Reliquiis integris B. Podi, prænominati jam Epiſcopi Florentini, ſoli Canonici cum Præpoſito & Presbyteris aliquibus, pauciſque civibus & me præſente, tranſtulerunt. *Hæc ibi, quæ Clemens Mazza libro 3 Vitæ S. Zenobii cap. 9 etiam refert, additque huic* tranſlationi *etiam* adfuiſſe multas devotas matronas. *Anno deinde* MDLXXXIV, XVII *Octobris, Alexander Cardinalis de Medicis Archiepiſcopus Florentinus, inſtigante quodam Ioanne Fabri, Fabricæ Miniſtro & veſtium Sacrarum Cuſtode, viſitavit præcipuas ſuæ Cathedralis Reliquias; & inſpiciens arcam, ad latus ſiniſtrum altaris S. Zenobii poſitam, intra eam quidem invenit omnia unius corporis oſſa, quod Epiſcopi eſſe monſtrabant, præter vetuſtiſſimi operis pectoralem Crucem, reliquiæ Chirothecarum atque Planetæ; ſed nullum uſpiam nomen reperiebatur; unde accidit, ut ipſum requirens Archiepiſcopus, & manu ſua perſcrutans oſſa ſacra, haud parum ea conturbarit: multi tamen dicebant eſſe oſſa* S. Podii, *eoque allegabant prædictam S. Zenobii Vitam. Hinc dubitari poſſit, an Vitæ ejusdem auctor Aretinus, aliunde quam ex ſola traditione potuerit dicere, ipſum eſſe corpus* S. Podii; *in quo nihilominus ſequacem habuit Coſmum Minerbetti, Archidiaconum Florentinum, anno* MDCXV *Reliquias Metropolitanæ deſcribentem; ac ceteros poſtea omnes, idem argumentum tractantes.*

corpus juxta S. Zenobium ſepultum,

anno 1439 tranſlatum,

D

& 1584 recognitum,

sed ſine nomine.

DE B. GVILIELMO EREMITA,

IN COMENSI INSVBRIÆ DIOECESI.

D. P.

SYLLOGE HISTORICA.

De ejus vitæ actis & cultu, ex Chronica Ballarini, Martyrologio Comenſi, & Viſitatione Epiſcopali.

SEC. XI.



Comenſis apud Inſubres civitatis Chronica compendio atque Italico ſermone explicuit, & anno MDCXIX *edidit, Franciſcus Ballarinus, Civis Comenſis, Legum Doctor, Protonotarius Apoſtolicus, & Archipresbyter Locarnenſis. Hic Parte 3 cap. 1 agens de hominibus in Comenſi diœceſi ſanctitate illuſtribus, pag.* 181 *habet* de B. Guilielmo, Equite & Eremita, *atque hæc de eo colligit:* B. Guilielmus, ex Principatu Araufícano in Gallia oriundus, militiam ſub Imperatore Henrico Quarto exercuit, & in equeſtrẽ Ordinem ab eodem meruit ſua virtute cooptari: verum cum Imperator à Gregorio Papa VII excommunicatus eſſet, dimiſſa militia ſeculum deſeruit, ſeque recepit in vallem S. Jacobi dictam, diſtrictus Clavennenſis: ubi aſſumpto habitu eremitico, cum ſibi tugurium ædificaſſet, vitam ſanctiſſime inſtituit, divinis laudibus ſanctiſque contemplationibus occupatam. Poſtquam autem, plurium annorum decurſo ſpatio, peregrinationis ſuæ terminum attigit beata morte conſummatus, raræque ſanctitatis opinionem poſt ſe relinquens; maximo cum honore ſepultus fuit in quadam parva eccleſia, circa annum MLXX die XXVIII Maji. Deinde ſanctum ejus corpus tranſlatum fuit ab Epiſcopo Comenſi Beltrano de Broſſano, ad eccleſiam ſub ejus nomine dedicatam, in eadem valle juxta Lirim fluvium: ibidemque depicta fuit ejus imago tamquam Militis, omnibus armis inſtructi & equo inſidentis, cucullamque eremiticam ſuperinduti: & in magna veneratione ſanctum corpus habetur ab anno MCCCXCI, quo facta Tranſlatio illa eſt, ſecunda Dominica Maji tunc concurrente cum die VIII ejuſdem menſis. Ejus porro ſeculi anno x, juſſu Philippi Archinti Comenſis Epiſcopi, apertum monumentum ejus fuit à Joanne Petro Paravicino Archipresbytero Clavennenſi; inventæque in eo Reliquiæ ſanctæ ſunt intra capſulam, cum ſcripturis authenticis, certum de veritate tam ſancti corporis teſtimonium reddentibus. Illa vero eccleſia denuo amplificata fuit, & pretioſus ille theſaurus à veteri ſepultura tranſlatus ad majus altare, perquam ſumptuoſe fabricatum, ab eodem qui ſupra Archipresbytero, ex ejuſdem Epiſcopi mandato.

Dimiſſa militia factus Eremita,

C

& ſanctè mortuus,

transfertur an. 1391,

iterumque hoc ſeculo.

2 *Hactenus Ballarinus, cujus verba in breviorem epitomen contraxit auctor Novicomenſis Martyrologii D. Primus Aloyſius de Tattis, Presbyter Congregationis Somaſchæ idemque Annalium Novicomenſium conditor, in quorum Decade 2 lib. 3 ſub annum* MLXXVII *de eo agit, & nonniſi aliquammultis annis poſt eum credit Sanctũ obiiſſe: deinde rogatus per litteras negavit invenire ſe quod ultra adderet, niſi operoſe demonſtrandum ſit quod habet in Annotatis, quam multis hic* Guilielmus *differat à* Willelmo, *ex Duce Aquitaniæ Monacho Gellonenſi: cujus hoc quoque die Acta dedimus. Mihi autem veroſimile eſt, quod crebreſcentibus ad tumulum defuncti miraculis, cum verus mortis dies ignoraretur, neque alter fortaſſe ſatis diſtingueretur ab altero; tempore Beltrami Epiſcopi electus dies fuerit idem, quo* Guilielmum Monachum & Confeſſorem *in aliquo forſitan Gallicano Martyrologio invenerant Presbyteri, qui tunc Epiſcopo Comenſi à conſiliis erant, rerum ſacrarum periti magis quam hiſtoriarum, ea ætate pene obliteratarum. Fuit etiam qui opinaretur (quantum quidem ex Ballarino intelligere poſſumus) hunc fuiſſe ultimum Aquitaniæ Ducem, à S. Bernardo ad veri Pontificis obedientiam reductum, de cujus fugitiis & pœnitentia prodigioſæ illæ fabulæ ſunt confictæ, quas Henſchenius noſter excuſſit diſcuſſitque* X *Februarii, agens de* Magno Guilielmo, *Ordinis Guilielmitarum Patrono ac Fundatore habito in diœceſi Senenſi, cui iidem tituli eademque omnes fabulæ fuerant applicatæ, quas ex pluribus Guilielmis, in unam perſonam conflatis, potuerat ignorantia præfidens coagmentare. Hinc illi verſus, advenæ noſtro Comenſi perperam aptati.*

Ei colendo lectus hic dies, quo Gellonenſis colitur.

F

quin & ei ultimo Aquitaniæ Duci,

Hic Guilielmus erat Dux & Crucis impius hoſtis:
Bernardo victas ſed dedit ille manus.
Ante vorax, mileſque ferox, nunc mitior agno:
Nec Mars, nec Mors ſub caſſide, Vita latet.

ceterum ſicut Magnus Guilielmus, in Stabulo-Rhodis ſepultus,

A *confuſus à non nemine videtur.*

tus quieſcit, ſic ille Dux Aquitaniæ ultimus, qualitercumque converſus à S. Bernardo, & mox ad nihilo leviora ſcelera relapſus, tandem (ut pie credimus) pœnitens obiit & tumulatus fuit apud S. Iacobum Compoſtellæ in Gallicia: quod ipſum ſi ad aliquam Inſubrum notitiam pervenit, vallem S. Jacobi *apud ſe eſſe ſcientium, & in eo aliquem ex Gallia* Guilielmum, *facile potuerunt utrumque confudiſſe: ſed non confuderunt prudentiores, quos Ballarinus ſecutus eſt.*

Cauſa ſeceſſus ab aula,

3 *Porro Henrici IV excommunicatio in annum Gregorii Papæ IV Chriſti* MLXXVI *incidit, quapropter vel corrigendus Ballarinus eſt, aſſerens ea de cauſa digreſſum ab aula Henrici* Guilielmum, *ad eremiticam vitam ducendam acceſſiſſe; vel mutandus annus mortis, conſtanti (ut fertur) traditione acceptus. Vt autem hic teneatur, facile in hiſtoria Henriciana invenietur alia nec levior cauſa, quæ ſeceſſum ſuaſerit multo citius, videlicet Schiſma à Rege introductum anno* MLXI, *cum is ex ſententia Baſileenſis conciliabuli contra Alexandrum Papam II feciſſet Cadolaum, Parmenſem Epiſcopum, Cancellarium ſuum, in Antipapam ordinari. Tunc ergo ſecularem militiam deſerens* Guilielmus, *ſpiritualem exorſus fuerit, & ſic annis novem ſolitarius vixerit, defunctus hac mortali vita anno Domini* MLXX: *quod tamen nolim aſſeverare, ſatiſque habeo ejus mortem ad hoc* XI *ſeculum referre.*

B *Corpus ab Epiſcopis viſitatum,*

4 *Suggerit etiam Auctor Martyrologii addendos iis qui de* B. Guilielmo *ſcripſerunt Comenſes Epiſcopos, prænominatum ſcilicet* Philippum Archintum, *ab anno* MDXCV *ad* MDCXXI *ea Sede potitum; &* Lazarum Caraffinum, *ordinatum anno* MDCXXVI *& anno* MDCLX *adhuc viventem;* Hunc in Catalogo Sanctorum ac Beatorum, quorum corpora in civitate & diœceſi requieſcunt; illum in Tabella rerum memorabilium Eccleſiæ Novocomenſis. *His ibi lectis, rogavi per litteras Martyrologii præfati Auctorem, ut ſi qua Epiſcoporum prænominatorum Acta reperirentur, viſitatarum ab iis Reliquiarum* S. Guilielmi *memoriam continentia, ea ne gravaretur communicare. Ille vero, ipſa quidem non inveniri reſpondit, ſed noviſſimæ viſitationis hanc tranſmiſit relationem, prout illam ex Regeſto Epiſcopali tradidit, cui demandata ipſa fuerat, R. D. Ioannes Simon Franzonus Epiſcopalis Secretarius, Hieronymo Pizzala Notario Epiſcopali atteſtante, cum originalibus Actis omnino concordare tranſſumptum, hoc tenore.*

ac noviſſime anno 1682,

5 Anno MDCLXXXII, die Jovis XXIV Septembris, regreſſus maturo mane à rigido Campidolcini cælo Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Epiſcopus Comenſis Carolus Cicerus, cum ſuis DD. Viſitatoribus & familia, non minus ſalebroſo itinere quam brevi equitatu, ad Eccleſiam S. Gulielmi, ſecus viam & ultra pontem vallis ab equo deſiliens, ſanctum Gulielmi Corpus ibi conditum brevioribus precibus eſt veneratus: deinde equum conſcendens ad Parochialem S. Jacobi propinquam, à populo & Eccleſiaſticis expectatus acceſſit, relicto ibidem D. Joanne Simone Franzono, Præpoſito S. Benedicti, Viſitatore Generali, qui viſitando reperit, ut infra, Sanctum Gulielmi corpus (brachio uno excepto, quod aſſervatur in eccleſia S. Jacobi) in diverſis oſſibus, conditis in arcula lignea inaurata, apparentibus ex ejuſdem feneſtella anteriori vitro tecta, & decenter interius & exterius ornata, duplici oppoſita clave in parte ſuperiori, quæ cuſtoditur à Miniſtrale, id eſt Judice, Vallis pro tempore exiſtente: item in nonnullis fragmentis, & pulvere, ad quem redacta ſunt nonnulla oſſa, & in nonnullis pannis laceris, pulvere eodem conſperſis, aſſervatis in alia arcula lignea, ſub duplici clave quæ etiam aſſervatur à ſuprad. Miniſtrali. Prima arcula in parte poſteriori eſt inſcripta his verbis: DIVO GULIELMO CONFESSORI, LAZARUS CARAFFINUS EPISCOPUS COMENSIS DE ANNO MDCXXVIII. Et quidem per D. Epiſcopum Caraffinum

C *inventumq; intra arculas duas,*

approbatæ fuerunt præfatæ Reliquiæ, & in illa arca, dono ab eodem data huic Eccleſiæ, repoſitæ, & clavium diſtributio de ejuſdem mandato facta. AUCTORE D. P.

6 Ambæ ſupradictæ arcæ ſervantur in arca majori lignea, intus ſerico rubro veſtita & exterius depicta: ſed cum ratione humiditatis, vel temporis longitudinis evanuerit fere pictura, cum duplici inſcriptione hinc inde appoſita in parte ſuperiori acuminata, operæ pretium erit eamdem renovare picturam & inſcriptiones. Hæc arca major clauditur triplici clave, quarum duæ cuſtodiuntur apud prefatum Miniſtralem, tertia vero major apud Ven. Parochum S. Jacobi. Porro eadem arca ſervatur ſub ara majoris altaris, quatuor columellis marmoreis undequaque ſuffulta; clatris circumquaque ferreis, propinquis ac ſolidiſſimi intextis, & ſeſe invicem interſecantibus clauſa; in cujus parte laterali ad cornu Euangelii clatrum itidem ferreum, ad modum valvæ, tribus clavibus munitum, quarum duæ cuſtodiuntur à duplici ſyndico Eccleſiarum S. Jacobi & S. Gulielmi, ſuperimpoſito alio ferro innexo annulo in pavimento marmoreo altaris, quod ſuperducitur, & clauditur tranſverſum ſuper eodem clatro, & munitur triplici alia clave, quarum duæ ſervantur apud Miniſtralem, & alia apud Syndicos.

uni majori incluſas,

ſub majori altari.

E *Trienniis ſingulis concurſus eſt magnus.*

7 Exponitur hujuſmodi arca publicæ fidelium venerationi ſemel in ſingulis trienniis, die feſto ejuſdem Sancti currente, cum cuſtodia militum armatorum à Valle deputatorum, pro tempore quo extat expoſita, XXVIII Maji, confluentibus ex antiquiſſima conſuetudine proceſſionibus cum Cruce & populis totius Vallis, ſicuti & frequentiſſima ex finitimis locis gente, devotionis cauſa ad hujus ſacri pignoris venerationem, nullatenus à tanto tempore diminutam, hoc eſt ab anno MLXX; quo (prout conſtanti traditione compertum eſt) in crypta, prope & contigua choro Eccleſiæ, ad cornu Euangelii ſepultus traditur dictus S. Gulielmus. De cujus tamen apotheoſi nullum extare dicitur monumentū: ſed habitā fuiſſe, & conſervatam ex conſtante populorum acclamatione, qui ab illis temporibus uſque ad hæc voti cauſa ad Sanctum recurſum habuerunt, non ſine frequentiſſimarum gratiarum & miraculorum impetratione. Altare eſt inſulatum, & juſtæ menſuræ marmoribus albis conſtructum: ad quod aſcenditur triplici gradu, ſitum in capella chori teſtudinati, opere cæmentitio elaborati & depicti hinc inde, & in facie intra cornicem: in cujus imagine, ſeu pictura in tela impreſſa, ad levam ingreſſus, exprimente exequias ſervo Dei factas, leguntur hæc verba. S. GULIELMO FU SEPOLTO CON SUMMO HONORE IN QUESTO LUOGO CIRCA L'ANNO MLXX. Chorus eſt ſeptus clauſtro ferreo affabre elaborato. E regione altaris perpetuò ardet lampas oleo olivarum. Ejus curam habet cuſtos, ſtipendiatus in ſcutis octo circiter monetæ Regionis, provenientibus ex fructibus ſilvæ de jure Eccleſiæ, quæ eidem ad uſu-fruendum relinquitur.

Sancti altare & pictura.

F

8 *His notatis pergit Viſitator obſervare quoſdam defectus in eadem eccleſia, cura Epiſcopali ſupplendos: quibus omiſſis, ex Parocho S. Iacobi, D. Iacobo Maculino, die* XI *Februarii anni* MDCLXXXIII *ad ſimilia quæſita noſtra fere eadem reſpondente, inſuper addo.* Fluvius Liris, eccleſiam dividens ab expanſa ante eam arca ſatis capaci, ponte lapideo ibidem tranſitur; & in ſuperliminari majoris portæ ſculpta leguntur hæc verba, D. GULIELMO EREMITÆ; ſupra limen vero minoris ad latus portulæ, ſic notatur: TEMPLUM MDCXIII EXTRUCTUM. Supra eamdem quoque majorem portam pictus exprimitur Sanctus in equo, vexillum equeſtre manu tenens; ſupra minorem vero, idem cernitur, veluti ſub rupe cava pœnitentiam agens in habitu

alia item imagines.

habitu eremitico. Patet eccleſia tota in longum pedes geometricos XCIV, lata pedes XXX; in choro autem ad latus Euangelii ſacellum eſt cum rudi altariolo (in quo tamen Miſſa non celebratur) & parvo ſepulcro excavato, ubi dicitur Sanctus primum ſepultus fuiſſe; & unde devote accepta terra contra varios morbos, præſertim febres, utilis eſſe multiplici experientia comprobatur.

terra ſepulcri utilis contra febres.

DE BEATO LANFRANCO

ARCHIEPISCOPO CANTVARIENSI IN ANGLIA.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Vita, à Milone & Eadmero ſcripta, utrâque hic danda; & de aliis qui de Landfranco egerunt Auctoribus, ejuſque cultu.

ANNO MLXXXIX

Ardinalis Baronius, cum ad annum Chriſti milleſimum ſeptuageſimum numero 16, de ordinatione B. Landfranci *in Archiepiſcopum Cantuarienſem egiſſet, appellat eum* celebre hujus ſeculi in Eccleſia Catholica lumen, ſupra tantum candelabrum erectum, ut qui ſcientia egregie polleret & ſanctitate vitæ. *Specimen ſcientiæ apparet in elucubratione operum ab eo ſcriptorum, quæ omnia prout reperiri potuerunt, una cum Vita & copioſis ad eam Notis, evulgavit Pariſiis anno* MDCXLVIII *Lucas Acherius Benedictinus, Congregationis S. Mauri, eiſque Tomo quarto Spicilegii adjunxit Sermonem ſeu Sententias octo, quas à Religioſis diligenter obſervari optabat. Alia ejus opera hactenus deſiderantur, ut ſunt Commentarius in Pſalmos, Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Vita Guillelmi Conqueſtoris Regis.*

B

Libri ab eo editi.

2 *De ſanctitate ejus ac rebus geſtis ſcripſit inter alios Milo Criſpinus, Cantor Becci, quem Vitas Abbatum Beccenſium proxime S. Anſelmum ſubſequentium, compoſuiſſe probat Lucas Acherius ex indiculo Ms. codicis, cujus hæc aſſerit eſſe verba* Vitam S. Herluini edidit Gilbertus Criſpinus Monachus Beccenſis, & Abbas Weſtmonaſterii, Vitam S. Anſelmi edidit Edmerus Monachus Cantuarienſis, Vitam aliorum, ſcilicet Lanfranci, Willelmi, Boſonis, Theobaldi, Letardi conſcripſit Milo Criſpinus, Cantor Becci. *Hinc conſtat Milonem diu vixiſſe: nam infra num.* 54 *de energumeno ſcribens ait,* ſe B. Anſelmo Archipræſule narrante hoc audiviſſe. *Mortuus eſt autem S. Anſelmus anno* MCIX, *die* XXI *Aprilis, quo ejus Vitam edidimus: quadraginta vero annis ſerius deceſſit è Vita Letardus Abbas ſextus Beccenſis, ſcilicet anno* MCXLIX, *uti in legitur Chronico Beccenſi, una cum operibus B. Lanfranci excuſo. Quæ tamen de Theobaldo & Letardo habentur non ſunt niſi parva compendia, auctoris jam ſcribendo ſeſti ætatem referentia, qui potuit diu ante ſcripſiſſe Vitam* B. Lanfranci, *ac dein Willelmi & Boſonis, tertii quartique Abbatis. Poſt dicta compendia agitur de nobili Criſpinorum genere, ex quo prognati tam Milo quam Gilbertus, ſcriptor Vitæ S. Herluini Abbatis & fundatoris monaſterii Beccenſis; unde Milo fatetur in Prologo ſe varia in hanc narrationem tranſtuliſſe, quæ Acherius edendo Vitam S. Herluini omiſit, quod extarent in Vita* B. Lanfranci. *Nos hanc Vitam ex editione Acheriana, more noſtro illuſtratam, primo loco damus, quod in ea res geſtæ ab ipſa nativitate ad obitum uſque referantur. Huic ſubjicimus alteram Vitam, in qua Archiepiſcopalia acta exponantur ab Eadmero ſive Edmero Monacho Cantuarienſi, qui infra num.* 18 *teſtatur ſe adfuiſſe* Lanfranco, *cum illi mors Guilielmi Regis anno* MLXXXVII *indicaretur. Hæc autem excerpimus ex Hiſtoria Novorum, ab eo anno* MCXXII *conſcripta, atque à Seldeno typis Londinenſibus anno* MDCXXIII *vulgata. Plura de eodem auctore indicavimus in noſtro Commentario prævio ad Vitam S. Anſelmi.*

Vita ſcripta à Milone Criſpino

C

3 *Vtroque ſenior eſt Osbernus, qui cum* B. Lanfranco *in Eccleſia Cantuarienſi vixit. Hic in Vita S. Dunſtani quam hactenus ineditam ex Mss. dedimus* XIX *Maji, capite* 3 *libri* 2, *refert Tranſlationem corporis S Dunſtani à* B. Lanfranco *factam, & addit varia beneficia eidem* Lanfranco *præſtita, interque alia moribundo collatam ſanitatem: cujus etiam juſſu Osbernus idem aliqua S. Dunſtani miracula pro concione ad populum dixit: quæ cum ibidem videri poſſint, hic omittimus. Ejuſdem* Lanfranci *eximiam ſcientiam & ſanctitatem vitæ, quaſi uno ore teſtantur quotquot res Anglicanas conſcripſerunt: quorum primus cenſeri poteſt Auctor Chronologiæ Saxonicæ, antiquo ſermone Saxonico & Latino excuſa cum Hiſtoria Bedæ Cantabrigiæ anno* MDCXLIV: *producitur enim ea Chronologia uſque ad* B. Lanfranci *Archiepiſcopatum, annectiturque ſolum Latine Vita ejuſdem* Lanfranci, *per annos Epiſcopatus digeſta, quo autem tempore ſic ſcripta ſit non liquet. Florentius Wigornienſis Monachus, dictam Chronologiam ſæpe deſcribit, & deducit ad annum* MCXVII, *biennio poſt mortuus. Proximi ſequuntur Simeon Dunelmenſis Monachus, qui deſcripſit Geſta Regum Anglorum ad annum* MCXXX *deducta; & Wilhelmus Malmesburienſis, qui pluribus Acta* Lanfranci *declarat, tum in Willelmo I Rege, tum potiſſimum lib.* I *de Geſtis Regum Anglorum, ubi multa eiſdem verbis profert, quibus Milo eadem deſcripſit: floruit autem is circa annum* MCL. *Floruerunt circa annum* MCC *alii quinque, videlicet Gervaſius Dorobernenſis Monachus, qui in libro de combuſtione & reparatione Eccleſiæ Dorobernenſis agit de ſepultura* Lanfranci *inventione, & oſſium ejus repoſitione ad altare S. Martini; Idem Vitam ejus ſatis prolixam habet in Actis Pontificum Cantuarienſium; Rogerius Hovedenus, qui Simeonem Dunelmenſem fere deſcribit; Radulfus de Diceto, Londini ad S. Paulum Decanus, in Chronicis ſive Imaginibus hiſtoriarum; Auctor Chronici, ſub Ioannis Bromtonis Abbatis Iornalenſis nomine editi, & ad annum* MCXCIX *deducti; ac denique Guilielmus Neubrigenſis cap.* 1 & 2 *libri primi.*

De eo agunt Osbernus, aliique ſeculo 12.

E

F

& circa finem ejus ac poſtea,

4 *Alii dein ſecuti: Matthæus Pariſienſis, Monachus in Anglia ad S. Albanum, mortuus anno* MCCLIX; *Matthæus Weſtmonaſterienſis in Floribus Hiſtoriarum, qui ſcripſit circa annum* MCCCXXX; *Ranulphus Ceſtrenſis in Chronico noſtro Ms. ad annum* MCCCXXXIV *deducto, quod deſcripſit Henricus de Knychton Canonicus Leiceſtrenſis: Petrus deinde de Natalibus Catalogum Sanctorum abſolvit anno* MCCCLXXXI, & *lib.* 6 *cap.* 47 *compendium Vitæ* Lanfranci *habet. Ioannes Capgravius, floruit circa annum* MCCCCL, & *inter Vitas Sanctorum Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ etiam Vitam* Lanfranci *vulgavit. Auctor Chronici Beccenſis, deducti ad annum* MCCCCLXVIII. *Ioannes Trithemius de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti*

Petrus de Natalibus.

Capgravius.

alia ab Eadmero.

anno

A anno MDV *ſcripti, qui de* Lanfranco *agit lib.* 2 *cap.* 99, *lib.* 3 *cap.* 325 *& lib.* 4 *cap.* 119. *Eodem ſeculo* XVI *floruit* Nicolaus Harpsfeldius, *qui in ſua Hiſtoria Anglicana Eccleſiaſtica Vitam* Lanfranci *habet undecimo ſeculo cap.* 12 *&* 24. *Tum denique hoc noſtro ævo ejuſdem Acta digeſſerunt Edovardus Maihew, in Trophæis Congregationis Anglicanæ Ordinis S. Benedicti, ad diem* XXVIII *Maji, & Michael Alfordus Tomo* 4 *Annalium Eccleſiæ Anglicanæ. Toi tantiſque ſcriptoribus Landfrancum impenſiſſime laudantibus, neſcio an audiendus ſit Willelmus Thorn, in Chronica Auguſtinienſis apud Cantuariam monaſterii, ejuſdem* Landfranci *cum Auguſtinienſibus geſta invidioſiſſime ſugillans cap.* 7 *&* 8. *Omnibus tamen utrimque expenſis, nonnihil ad hiſtoriam conducere res ea videtur, neque* Lanfranci *famæ detractura quidquam apud prudentem lectorem, diſcrete judicaturum inter optimam Archiepiſcopi intentionem, conciliandis & quodammodo ſubjiciendis ſibi Auguſtinienſibus paci eccleſiaſticæ conſultum volentis; & Monachorum Anglorum, ſe regnumque Normannicæ ditioni ceſſiſſe dolentium, amaram paſionem. Iſte enim Auguſtinienſis Chronographus, non tam ex ſuo ſenſu talia ſcripſiſſe debet cenſeri, cum vixerit floruerituque exeunte ſeculo* XIV, *quam ex eorum commentariis, qui ſui quique temporis geſta in monaſterio S. Auguſtini mandaverunt litteris, tam infenſi novis ex Normannia Regibus Epiſcopiſque, quam veteris libertatis memoria turgentes, & hujus quantulamcumque imminutionem indigniſſime ferentes.*

Contraria Lanfranco Auguſtiniëſium ſcripta quomodo acciptenda,

B

5 *Interim tam ex hoc Auctore, quam ex prælaudatis omnibus ſcriptoribus conſtat*, B. Lanfrancum *eſſe denominatum Archiepiſcopum Cantuarienſem anno* MLXX *in feſto Aſſumptionis Deiparæ Virginis Mariæ, & dein conſecratum in feſto Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ* XXIX *Auguſti Dominica, cyclo Solis* XV, *littera Dominicali C. Præterea conſtat eumdem migraſſe ad Dominum anno* MLXXXIX, *menſe Majo; de die ſolum eſt diſſenſio. Milo Criſpinus, in ejus Vita num.* 59 *habet, eum* anno Archiepiſcopatus decimo nono, V Kalendas Junii, diem clauſiſſe extremum. *Is eſt dies* XXVIII *Maji. Eodem modo Gervaſius Dorobernenſis Monachus, in Vita ejus ait*, diem clauſiſſe extremum V Kalendas Junii, feria ſecunda poſt Octavas Pentecoſtes, prima hora diei: *quæ optime conveniunt: fuit enim anno* MLXXXIX *cyclo Lunæ* VII, *Solis* VI, *littera Dominicali G, Paſcha celebratum ipſis Kalendis Aprilis, & feſtum Pentecoſtes* XX *Maji, & feria ſecunda poſt Octavam Pentecoſtes ſeu feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis fuit hoc* XXVIII. *Maji. In Chronico ſimiliter Ioannis Bromtonis dicitur* Lanfrancus Dorobernenſis Archiepiſcopus, Doctor Monachorum luculentiſſimus, obiiſſe quinto Kalendas Junii. *Horum exemplo* natalem B. Lanfranci *celebrant ſupra citati Capgravius & Edoardus Maihew ad diem* XXVIII *Maji, quod & nos ſtatuimus facere. Si qui tamen malint referre ad diem* XXIV, *cum iis contentioſum funem non trahimus. Nam Wigornienſis, Dunelmenſis, & Hovedenus ſcribunt Sanctum* IX Kalendas Junii feria V obiiſſe. *Sed noſtro judicio videntur rem melius examinaſſe ſupra citati Milo Criſpinus, & Gervaſius Dorobernenſis. In Chronologiæ Saxonicæ Appendice, dicitur* in Sede Pontificali ſediſſe annis decem & octo, menſibus novem, diebus duobus: *& ſic haberetur dies* XXXI *Maji, niſi quis malit legere* minus diebus duobus, *& tunc poſſet haberi dies* XXVIII *Menſis. At Weſtmonaſterienſis retulit* obiiſſe IX Kalend. Aprilis, *qui eſt dies* XXIV *Martii, atque ad eum memoria* Landfranci *inſcripta eſt Martyrologio Anglicano Wilſoni. Quantum autem retro abit Weſtmonaſterienſis, tantum procurrit Petrus de Natalibus, dum ſcribit, Sanctum* quieviſſe quinto Nonas Julii, *& ſecuti ſunt Petrum Hermannus Greven, Maurolycus, Canifius, Ghinius, Wion, Menardus, Dorganius, Bucelinus, Ferrarius, Sauſſajus: ſed auctoritas Petri de Natalibus in pluribus vacillat, utpote qui nimia celeritate intra biennium ſuum Catalogum abſolvit, ideoque non ſatis ad ſin-*

factus Archiepiſcopus an. 1050,

mortuus eſt an. 1089,

28 *Maji, ut multi;*

C *alii aliis dies aſſignant.*

gula potuit conferre debitam diligentiam.

6 Sancti *Titulus* Landfranco *tribuitur à Capgravio,* AUCTORE G. H. *inter alios* CLX, *quorum Vitas habet, quique omnes paſſim tales habentur; idemque fit à Petro de Natalibus, Trithemio, & aliis jam citatis Martyrologis. Aliquis ejus cultus innuitur in citata Appendice Chronologiæ Saxonicæ his verbis*: De cujus actibus, ædificiis, eleemoſynis, ſcriptura, quæ in ejus Anniverſario legitur, ex parte commemorat. *Videtur autem ejuſmodi anniverſaria memoria obſervata apud Monachos dictæ Eccleſiæ. Corporis quoque & oſſium duplex tranſlatio, & depoſitio ad altare S. Martini, innuunt etiam communem de eo ſanctitatis æſtimationem. An de eo lectum fuiſſe Eccleſiaſticum Officium, hactenus non potuimus aſſequi. Curioſe etiam inquiſivimus, num Cadomi, ubi Abbas fuit, ejus memoria celebretur; & reſponſum accepimus*, videri quamdam ſtatuam, quam dicunt eſſe illius, & nonnullos in baptiſmo accipere nomen Lanfranci, idque ab antiquo fieri, & hoc argumentum videri, quod ſanctitatis ejus fama vetuſta ſit; *ſed* in Officio Eccleſiaſtico nullam ejus fieri mentionem. *Hinc nos ſolo Titulo* Beati *utendum eſſe credidimus.*

Sanctus à multis appellatus,

ſed abſque Officio Eccleſiaſtico.

VITA

Auctore Milone Criſpino, Cantore Beccenſi.

Ex pervetuſto codice Ms. Beccenſis Monaſterii.

PROLOGUS.

Unde hanc Vitam collegerit Auctor.

QUoniam à pluribus quæritur vita Venerabilis Lanfranci, Dorobernenſis Archipræſulis, nec invenitur; volui de eo aliquid ſcribere, pro tenuitate ingenii mei; ne omnino tanti viri memoria ſilentio deleatur. Opus ſiquidem, ut mihi videtur, hactenus intermiſſum; rarus quippe de eo aliquid ſcripſiſſe reperitur. Propter quod in Vita beati Patris noſtri Herluini, venerabilis Weſt-monaſterii Abbas Giſlebertus, quaſi ex occaſione, inſeruit quantum ad hiſtoriam pertinere viſum fuit: quæ exinde mutuans, & in hanc narrationem transferens, adjeci quælibet invenire potui, ſive quæ à venerabilibus ac veracibus viris audivi. Hoc autem video facere ſtudui, ut (quantum in me fuit) non lateret, qui aliis proponendus ad imitandum foret; ſed notus omnibus fieret, ad honorem Dei & utilitatem legentium: atque ut noverint, qui ſcire volunt, quis vel unde fuerit, quam vivendi inſtitutionem habuerit, quomodo ad religionem, ac deinde ad Abbatiam, & poſtea ad Archiepiſcopatum venerit, ſeu qualiter de hac luce migraverit. Et de his quidem non omnia, quæ dicenda forent, audire potui. Nec quiſquam mihi ſuccenſere debet, quod imperitus ſermone & ſcientia, aggredi materiam tam dignam auſus fuerim: quia potius duxi quoquo modo dicerem, quam nullus. Quod ſi cui ruſticitas ſtyli & incultus ſermo diſplicuerit, & ornatius eadem dicere voluerit, precor ne mutando verba, tollat rei geſtæ ſententiam, niſi forte aliquid ineſſe repererit falſitatis.

F

CAPUT I.

PER MII. CRISPIN.

Ortus, ſtudia, vita monaſtica, officium Prioris.

a FUit quidam vir magnus, Italia ortus, quem *a* Latinitas, in antiquum ſcientiæ ſtatum ab eo reſtituta, tota ſupremum debito cum amore & honore agnoſcit Magiſtrum, nomine Lanfrancus: ipſa quoque in liberalibus ſtudiis magiſtra gentium Græcia, diſcipulos illius libenter audiebat & admirabatur. Hic Papia civitate oriundus fuit. *b* Parentes illius, ejuſdem urbis cives, magni & honorabiles habebantur inter ſuos concives. Nam, ut fertur, Pater ejus de *c* ordine illorum, qui jura & leges civitatis aſſervabant, fuit.

Papiæ natus,

b

c

litterarum ſtudiis incumbit,

3 Lanfrancus in primæva ætate patre orbatus, cum ei in honorem & dignitatem ſuccedere deberet, relictâ civitate, amore diſcendi, ad ſtudia litterarum *d* perrexit. Ubi plurimo tempore demoratus, omni ſcientia ſeculari perfecte imbutus rediit. Deinde patria egreſſus, & Alpes tranſgreſſus, in Gallias venit tempore *e* Henrici Regis Francorum, & glorioſi Ducis Normannorum *f* Guillelmi, qui Angliam ſibi armis ſubegit. Et pertranſiens Franciam, quam plures magni nominis ſcholares ſecum habens, in Normanniam pervenit; & in *g* Abrincatenſi civitate demoratus, per aliquod tempus docuit. Conſiderans vero ſcientiſſimus vir, quod captare mortalium auram, vanitas eſt; & quia ad non eſſe tendunt omnia, præter eum qui fecit univerſa, qui ſemper eſt, & qui ei intendunt; ad obtinendum ejus amorem, animum convertit & ſtudium. Quod igitur in litteris perfectius invenit ſalutis conſilium & placendi Deo, arripere ſtatuit: ut relictis omnibus, abdicato etiam ſui ipſius jure, illum ſequeretur, qui dixit: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Et quia quanto magnus fuerat, tanto optabat fieri humilior; locum adire nolebat ubi litterati eum honori ac reverentiæ haberent.

d

e

B

f

g

in Abrincenſi civitate docet,

Matt. 16, 24.

4 Interea cum ire vellet Rotomagum, iter agebat, inclinata jam die, per ſilvam ultra fluvium *h* Riſlam, & incidit in latrones; qui cuncta quæ habebat tollentes *i*. ligatis à tergo manibus, & caputio cappæ ante oculos admoto, abduxerunt illum de via, & inter condenſa ſaltus frutceta dimiſerunt. Talibus anguſtiis comprehenſus, neſcius quid ageret, ſuum infortunium lamentabatur. Tandem nocturno ſilentio in ſe reverſus, voluit Domino laudes debitas perſolvere, & non potuit: quia ad hoc antea non vacaverat. Et converſus ad Dominum: Domine Deus, ait, tantum tempus in diſcendo expendi, & corpus & animum in ſtudiis litterarum attrivi; & adhuc quomodo te debeam orare, atque laudis officia tibi perſolvere non didici. Libera me de hac tribulatione; & ego, te auxiliante, ſic vitam meam corrigere & inſtituere curabo, ut tibi ſervire valeam & ſciam. Surgente aurora, in ipſo crepuſculo audivit viatores iter carpentes; & cœpit vociferando ab eis auxilium petere. Illi audientes primo expavere; dehinc vocem hominis advertentes, ad ſonum vocis perrexere; & quis eſſet, quid haberet, indicavit. Tunc eum ſolventes reduxerunt ad viam. Rogavit ſane ut vilius & pauperius cœnobium, quod in regione noſſent, ſibi demonſtrarent. Reſponderunt; *k* Vilius & abjectius monaſterium nullum ſcimus, quam iſtud quod in proximo ædificat quidam homo Dei: & oſtendentes viam, diſceſſerunt.

h

i

Rotomagum petit, & incidit in latrones:

C

poſt vota & preces,

liberatus:

k

Beccum adit:

5 At ille greſſum illuc vertens, *k* Beccum adiit; quo nulla m uſquam tunc pauperius æſtimabatur vel abjectius cœnobium. Forte tunc Abbas extruendæ fornaci occupatus, ipſemet operabatur manibus ſuis: & accedens ad eum dixit: Deus te ſalvum faciat. Et Abbas; Deus te benedicat, inquit: Es Lombardus? At ille; Sum. At Abbas; Quid vis? Monachus, ait, fieri vôlo. Tunc Abbas præcepit cuidam Monacho, nomine Rogerio, qui in parte opus ſuum faciebat, ut illi oſtenderet librum Regulæ; qua perlecta reſpondit, omnia Deo ſe juvante libenter ſervaturum. Hæc audiens Abbas, & ſciens quis eſſet & unde, conceſſit ei quod petebat. At ille per os furni procidens in faciem, oſculatus eſt pedes ejus. Lanfrancus humilitatem animi ſermoniſque gravitatem in Abbate plurimum veneratus & amans, *l* Monachus ibi efficitur.

D

Monachus efficitur;

I

6 Quo facto venerabilis Pater Herluinus gaudio repletus eſt non modico, quia credebat à Deo preces ſuas eſſe exauditas. Nam quia ſumptuum procurandorum neceſſitas illum extra clauſtrum demorari cogebat, nec erat qui præſideret introrſus & religionem aſſervaret; multoties Deum cum exoraſſet, divina miſeratio ſibi accommodavit auxilium, ſufficiens ad omnia quæ agenda forent ſuffragium. Videres ergo inter eos pium certamen: Abbas, ex grandævo laïco nuper in Clerum promotus, verebatur ſibi ſubditam tanti Doctoris celſitudinem: ille, nullam pro eminenti ſcientia gerens inſolentiam, humillime ad omnia parebat, attendebat, admirabatur & prædicabat, quam ipſi in intelligendis Scripturis gratiam Deus conceſſerat, & dicebat: Quando attendo laïcum iſtum, neſcio, quid dicam, niſi quia Spiritus ubi vult ſpirat. Abbas erga illum debita veneratione, ille ergo eum omnimoda contendebat ſubmiſſione, forma gregi uterque vivendi facti. Unus activæ, alter contemplativæ; Abbas humilis, patientiæ ſummæ, in cura corporis continentiſſimus, nullam ſecularis pompæ curam gerens, leguin patriæ ſcientiſſimus, præſidium erat ſuis contra iniquos exactores, ad tractanda cauſarum ſecularium negotia, & diſponenda exteriora peritiſſimus, in extruendis vel procurandis neceſſariis nec prudentior, nec efficacior, ſalva religione, eſſe poterat.

ab Abbate Herluino æſtimatus.

E

& ipſe Spiritum Dei in illo agnoſcit: Ioan. 3, 8.

7 At Doctor ille maximus in clauſtro omnem operam impendebat quieti & ſilentio, cordis ſui novalia verbi ſacri excolens aſſidua lectione; irrigans ea dulci, quam ſæpe obtinebat, lacrymarum compunctione. Nec oblitus quod Deo in nocturna captione promiſerat, poſtquam factus eſt Monachus, in diſcendis Officiis diurnis & nocturnis curam maximam impendere voluit, ut ſciret Deo laudis ſacrificium perſolvere, ſicut noverat. *m* Sic per tres annos vixit ſolitarius, gaudens quod neſciebatur; præter paucos, quibus aliquando loquebatur, omnibus ignotus. Rumor ut hoc factum prodidit, longe lateque protulit; & fama viri præclariſſima Beccum & Abbatem Herluinum brevi per orbem terrarum extulit. Clerici accurrunt, Ducum filii, nominatiſſimi ſcholarum, magiſtri Latinitatis, laïci potentes, & nobiles viri multi, pro ipſius amore multa eidem eccleſiæ contulerunt *n*. Hic ergo Lanfrancus, qui pro Deo ſe abdicaverat ſibi, omni vilitate & extremitate contentus, omni obedientia ſe ſubmittere curabat majori: denique, ut fertur, lectionem non volebat legere in eccleſia, niſi prius eam Cantor audiſſet. Quadam die dum ad menſam legeret, dixit quiddam inter legendum ſicut dicere debuit, quod non placuit præſidenti, & aliter dicere juſſit: velut ſi ille dixiſſet, docêre, media producta, ut eſt; & iſte eâdem mediâ correptâ emendaſſet dócere, quod non eſt: non enim Prior ille litteratus erat. At vir ſapiens, ſciens magis obedientiam Chriſto deberi quam Donato, dimiſit quod bene pronuntiaverat, & dixit quod non recte dicere jubebatur. Nam producere brevem, vel longam

F

m

poſt triennium innoteſcit:

n

obedit etiam perperam corrigenti:

A longam corripere ſyllabam, non capitale noverat crimen: verum jubenti ex parte Dei non parere, culpam non levem eſſe ſciebat.

8 Quidam ſecularis dedit Beccenſi Eccleſiæ terram, ad quam miſſus eſt Lanfrancus, ut eam ſervaret & inſtauraret. Una dierum dum de monaſterio ad locum illum regrederetur, detulit catum in panno involutum, poſt ſe ad ſellam ligatum. Dum iter faceret, quidam adjunxit ſe illi: cumque ſimul pergerent, ſocius viator audivit vocem cati, & cœpit mirari & circumſpicere ubi eſſet catus, cujus audiebat vocem. Tandem advertit Magiſtrum Lanfrancum, illum poſt ſe ligatum ferre, & ait illi: Domine quid portas? Reſpondit, mures & rati valde nobis ſunt infeſti, & idcirco nunc affero catum, ad comprimendum furorem illorum. Ecce ad quantam humilitatem tantus vir pro Deo ſeſe ſubmittere curavit: & quia multum ſe humiliavit, Deus illum exaltare in præſenti non diſtulit.

catum portat ad villam diſſitam,

9 Verum Fratres, qui jam adunati erant in ipſo loco, non multum litterati, nec admodum religione inſtructi habebantur. Cernens Lanfrancus Fratrum inertiam, morum pravitatem, ordinis tranſgreſſionem; contuens aliquos etiam ſibi invidere, qui ſibi metuebant eum præficiendum fore; ignorabat quid ageret, quo ſe transferret. Tædebat eum converſationis inhoneſtæ, inhiabat ardenter ad *o* ſolitariæ dulcedinem vitæ. Simulata igitur ſtomachi infirmitate, Fulcrannum hortulanum rogavit, ut ei quotidie afferret radices quorumdam carduorum, quas ſibi aſſerebat afferre ſolutionis remedium. Hoc autem faciebat, ut corpus ſuum aſſuefaceret tali edulio, quali vivere diſponebat in eremo. Cum ergo jam animum & corpus præpararet ad fugam nocturnæ elapſionis, Domno Herluino Abbati, nihil de hac re ſuſpicanti, dum in lecto quieſceret, egregiæ indolis Hugo puer, qui nuperrime obierat, in veſte candida apparuit, filius Baldrici de Sawarvilla, nepos ejuſdem Abbatis: cujus adſpectu in nullo turbatus, amabiliter ſic eum Abbas affatur: Quid eſt fili? Quomodo te habes? Et puer alacriter; Ego me, ait, bone Pater, bene habeo: quia per Dei miſericordiam & tuam interceſſionem, liberatus ſum ab omni tormento. Sed Deus miſit me ad te, ut dicam tibi, quia ſi tibi non proſpexeris, Magiſtrum Lanfrancum ad proximum non habebis. Abbas admiratus, Quomodo, inquit, fili? Puer ad hæc: Quia ſolitariam vitam deſiderat, & de monaſterio egredi deliberat, quoniam mores Fratrum & vita ſibi non placent: vide ergo quid facias; quia tibi non expedit, ut te deſerat. His dictis puer diſparuit. Abbas attonitus in his quæ audierat, reliquum noctis in vigiliis & orationibus inſomne peregit. Summo autem mane, mox ut hora loquendi ſe dedit, Lanfrancum aſcivit, ſecum ſingulariter ſedere fecit; cor Abbatis intimo dolore concutitur, vox intra fauces premitur, lacrymæ erumpentes dolorem cordis aperiunt. Lanfrancus hoc videns in terram proſternitur, Cur Abbas ſic ploret, aperiri ſibi ſuppliciter precatur. Tandem Abbas in hæc verba prorumpit: Heu mihi, cui tale damnum minatur Deus! Væ mihi, qui meum conſilium perdidi, meum adjutorium amiſi. Multoties per magnos gemitus Deum rogavi, uberrimis lacrymis divinæ ſupplicavi miſericordiæ, ut talem mihi virum præſtaret, cujus conſilio & auxilio locum iſtum emendarem, & quæ Deo eſſent placita Monachorum uſibus inſtaurarem: & quando, Frater Lanfrance, huc te Deus adduxit, preces humilitatis meæ exauditas credidi. Ego in te onus meum transferre cogitabam: ego te totius oneris mei ſarcinam ſupportare ſperabam. Nunc autem, neſcio qua de cauſa, hinc diſcedere, me relicto, ſatagis, & ad deſerta pergere cupis.

ob invidiam aliorũ,

fugam meditatur:

quam B. Herluino à Monacho defuncto, detectam,

ex ipſo cognoſcens,

10 Lanfrancus, intelligens voluntatem ſuam detectam, & propoſitum cordis ſui, quod occultum putabat, evidenter propalatum; Abbatis pedibus illico advolvitur; & qualiter ſibi innotuiſſent talia, humiliter ſciſcitatur. Tunc ei Abbas blanda voce viſionem aperuit, & quid ſibi divinitus per puerum revelatum ſit, ſicut ſuperius reteximus, per ordinem explicavit. Lanfrancus mirabilius dictu obſtupefactus, & Dei gratiam in Abbate vehementer admiratus, humi proſtratus, per confeſſionem Patri protinus quidquid in voluntate habuerat, corde compunctus, expoſuit: pœnitentiaque accepta, & abſolutione impetrata, ſpopondit ſe numquam ab ipſo diſceſſurum, ejuſque præceptis per omnia obtemperaturum. Abbas ingentes omnipotenti Deo gratias referens, quam citius potuit Lanfrancum Priorem conſtituit: & quidquid ditioni monaſterii ſubjacebat, interius & exterius ipſius curæ commiſit: quos ita unanimes tribuit eſſe divina protectio, ut nulla unquam inter eos orta fuerit diſſenſionis occaſio. Hanc viſionem Lanfrancus nec volens propalare, nec omnino occultare, indicavit illam cuidam Monacho nomine *p* Willelmo, quem ipſe à puero nutrierat & docuerat, plurimumque amabat; præcipiens, ne cui diceret, quamdiu ipſe in corpore viveret. Quod ille ſervavit uſque ad ultimam ſenectutem: poſt mortem vero Lanfranci, cum jam nulla prohibitione urgeretur, ſcripſit rem ſicut audierat; & Abbati ac Monachis Becci ſcriptam, prout ſupra digeſſimus, direxit. Fuit idem Willelmus Abbas *q* Cormelienſis cœnobii.

PER MII. CRISPIN.

ſtatuit in cœnobio permanere:

& Prior inſtituitur.

p

E

q

ANNOTATA.

a *Omnia hæc eiſdem verbis referuntur apud Gemmeticenſem, lib. 6 Hiſtoriæ Normannorum pag. 262 & Guitmundus, Epiſcopus Averſanus, coævus, lib. de corpore & ſanguine Chriſti circa initium ait.* Per D. Lanfrancum, virum æque doctiſſimum, liberales artes Deus recaleſcere atque optime reviviſcere fecit.

b Pater ipſius Hambaldus, mater Roza vocabatur. *Ita Gervaſius Cantuarienſis.*

c *Robertus de Monte in Acceſſionibus ad Sigeberti Chronicon ad annum* 1041 Lanfrancus de Senatorum Papiæ nobili genere natus, in ſeptem liberalibus artibus mirabiliter eruditus.

d *Idem Robertus ad annum* 1032. Lanfrancus Papienſis & Garnerius Socius ejus, repertis apud Bononiam legibus Romanis Juſtiniani Imperatoris, operam dederunt eas legere & aliis exponere. F

e Henricus I *regnavit ab anno* 1031 *ad annum* 1060.

f Guilielmus *ſucceſſit Roberto II patri anno* 1035 *in Bithynia extincto: & poſtea anno* 1066 *Angliam ſubegit.*

g Abrincæ *urbs Epiſcopalis Normanniæ inferioris, verſus Britanniam Armoricam.*

h Riſla *ſeu* Ritta *fluvius, haud procul ab Oceano, in Sequanæ ſiniſtram ripam devolvitur.*

i *Ad annum* 1041 *hæc latius in Chronico Beccenſi deſcribuntur, ac dicitur* Lanfrancus nudus ad arborem ligatus, & Scholaris, quicum ſolus iter agebat, ad aliam non longe ab eo. Tunc ut votum ſerviendi Deo ex corde & ore promiſit, quaſi uno momento ſoluta ſunt omnia vincula, quibus ligatus erat: & liber effectus, Deo gratias agens, ad ſuum Clericum acceſſit, & eum ſolvit. *At magis his Actis conformia ſunt, quæ habent Gervaſius & Capgravius.*

k *Gemmeticenſis eadem hic relatis verbis habet.*

l *Anno* 1042, *ut refertur in dicto Chronico Beccenſi, ubi dicitur reliqua* in vita ipſius poſſe inveniri, *item apud Robertum de Monte ad eumdem annum.*

m *Hæc eadem iterum apud Gemmeticenſem leguntur.*

n *Additur apud Gemmeticenſem*: Ditatur illico

A Beccenſis locus ornamentis, poſſeſſionibus, perſonis nobilibus & honeſtis.

o *De hoc ſolitariæ vitæ deſiderio etiam agit Gervaſius.*

p *Huic Willelmo eum ſcripſiſſe Epiſtolam* 48 *Acherius cenſet.*

q Cormelia *Deiparæ dicata eſt in Lexovienſi Normanniæ diœceſi. Conſule Sammarthanos, apud quos mentio eſt hujus Abbatis.*

CAPUT II.

Acta cum Guilielmo Duce & Berengario hæretico. Beccenſe monaſterium inſtauratum. Abbatia Cadomenſis Lanfranco collata.

11 A AD adminiſtranda quoque totius patriæ negotia, ſummus ab ipſo Normanorum Duce Willelmo A Conſiliarius aſſumitur. Cujus gratia nimiam perturbationem, quæ repente irruit, inſperato Deus ſereno lætificavit. Quorumdam enim accuſationibus delatorum Dux in eum vehementer amaricatus, mandat ut monaſterio exturbetur, patriâ diſcedat Lanfrancus. Nec motus animi ſui hac vindictâ ſedare valens, mandavit juris monaſterii villam, quæ Parcus dicitur, flammis excidi. Paretur tam efferæ juſſioni. Eo diſcedente, qui omne gaudium Fratribus erat & conſolatio, dolor altus remanet. Quia melior non habebatur, tripes equus, quarto pede inutili, illi tribuitur & unus famulus. Inſtant itaque Fratres orationi, juxta illud Jeremiæ, Præſtolantes cum ſilentio ſalutare Domini. Protinus qua ille diſcedebat, Duci obvius venienti appropinquans, equo per ſingulos paſſus caput ad terram ſubmittente, Dominum ſalutat: innocentiæ quidem conſcius, ſi locus dicendi daretur, non diffidebat cauſæ. Dux primo vultum avertit, ſed divina agente clementia, mox miſerando reſpexit, & nutu benevolentiæ aditum loquendi concedit. Tunc Lanfrancus decenti joco ait: Tuo juſſu provincia tua diſcedo pedes, hoc inutili occupatus quadrupede: vel ut juſſioni tuæ parere queam, da mihi equum meliorem. Cui Dux ſubridendo; Quis, inquit, ab offenſo judice, infecto illati criminis negotio, munera expoſcit? Tandem diſertiſſimus orator petiit audientiam, & Deo ſibi opem ſubminiſtrante cauſam exorſus, brevi ad optatum finē peroravit. In ampliſſimam gratiam illico receptus, accipit promiſſum, quod nulla deinceps accuſatione ſubiret purgandi præjudicium. Gratiſſimi mox ſuccedunt amplexus & oſcula: multo etiam cum augmento reſtituenda promittuntur, quæ Dux nuperrime devaſtari juſſerat. Alacerrime quidam præcurrens nuntiat Fratribus illum redire. Commutantur lacrymæ, perſonat non ſemel, ſed per totum diem ubique corde & ore à cunctis pium, Te Deum laudamus. Abbas inopinatæ rei fidem adhibere non poterat, propter feritatem, quam in Domino ſciebat, donec deſideratus advenit. Accumulatur gaudium, quia incenſorum fit integra reſtitutio; terrarum quoque, eidem eccleſiæ conceſſarum, ab eodem Domino obtinetur confirmatio.

Factus Ducis Conſiliarius

B

ab eodem injuſte alienato ablegatur,

Thr. 3, 26.

ſed à mox placato recipitur in gratiam.

C

12 Hujus tam improvidæ juſſionis cauſam ajunt; quod idem Lanfrancus contradicebat nuptiis filiæ Comitis Flandriæ, quam ipſe ſibi Dux copulaverat in matrimonio, quia proxima carnis *a* conſanguinitate jungebatur: unde auctoritate Romani Papæ, tota Neuſtria fuerat ab officio Chriſtianitatis ſuſpenſa & interdicta. Quapropter Lanfrancus iterum Romanum Papam adiit: jam enim antea Romam petierat cauſa cujuſdam Clerici, nomine *b* Berengarii, qui de Sacramento Altaris aliter dogmatizabat, quam Eccleſia tenet: dicebat enim, panem & vinum, poſt Conſecrationem, Sacramentum tantum, non autem eſſe verum Chriſti Corpus & Sanguinem. Iſte Clericus Lanfranco, quaſi familiari ſuo, litteras *c* miſerat, errore ipſo reſperſas: eas qui legerunt, Lanfrancum talia ſentire opinati ſunt, & ſocium erroris diffamaverunt. At tum forte Lanfrancus ad Urbem profectus erat, Pontificante tunc Sedem B. Petri Leone *d* Octavo. Amici qui infamiam ſibi conflatam audierunt, litteras ipſas poſt eum miſerunt Romam; ibique ſuſpicionem de Lanfranco quibuſdam pepererunt. Papa Berengarium ad diem vocavit. Verum ille timens venire, diſtulit; ſed reſponſales pro ſe duos Clericos miſit: qui ante Papam venientes, & in cauſa deficientes, reprobati & capti ſunt. Lanfrancus juſſus ſurrexit, pravi rumoris à ſe maculam abſterſit: fidem ſuam expoſuit, expoſitam plus ſacris auctoritatibus, quam argumentis probavit. Quod dixit & probavit, omnibus placuit, nulli diſplicuit.

D

c

d

crimen ſibi impoſitum diluit coram Pontifice:

13 Hæc eadem in Synodo *e* Vercellenſi retacta ſunt, & ſententia Berengarii audita & reprobata: fides vero Eccleſiæ, quam Lanfrancus tenebat & aſtruebat, expoſita & concordi omnium aſſenſu confirmata eſt. Quæ ſententia non effugit hujus Leonis Papæ ſucceſſorem *f* Victorem. Denique in Concilio *g* Turonenſi, cui ipſius Victoris interfuere atque præfuere Legati, data eſt ipſi Berengario optio defendendi partem ſuam: quam cum defendendam ſuſcipere non auderet, confeſſus eſt coram omnibus communem Eccleſiæ fidem, & juravit ab illa hora ſe ita crediturum, ſicut Eccleſia tenet. Quod juramentum tranſgreſſus, nihilominus primum dogma in populo ſpargere non omiſit. Quod cum audiſſet *h* Nicolaus Secundus, vocavit eum. Qui Romā veniens & cauſæ ſuæ diffidens, & patrocinio eorum, quos ſibi impenſis beneficiis conciliaverat, parum confidens; cum non auderet ſuam defenſare ſententiam: poſtulavit Nicolaum Secundum ejuſque Conſilium, quatenus fidem, quam illum tenere volebat, verbis ſibi exponeret, ſcripto firmaret. Itaque jubente Papa, fides verbis expoſita & ſcripta, & omnium aſſenſu confirmata, tradita eſt Berengario ad legendum. Accepit, legit, & eam ſe tenere juravit, manuque propriâ ſubſcripſit. Quo facto gaviſus eſt Papa & multi alii de ejus reverſione & converſione, qui antea dolebant de ejus averſione. Hujus ſacramenti ſacrilegus tranſgreſſor contra præfatam Synodum, contra Catholicam veritatem, omniumque Eccleſiaſticorum Doctorum fidem, ſcriptum poſtea condidit: cui Lanfrancus reſpondens, ſub nomine Epiſtolæ libellum elegantem compoſuit, Catholica veritate ſubnixum, & ſanctorum Patrum undique auctoritatibus corroboratum; in quo inveniuntur iſta quæ diximus.

e

E

f

g

poſt acta in Turonenſi Concilio, contra Berengarium.

h

F

ſcriptis ejus reſpondet:

14 His enim geſtis Lanfrancus interfuit; qui cauſa hujus litis Romam venerat, & ut ageret pro Duce Normannorum & uxore ejus apud Apoſtolicum; pro qua re, ſicut diximus, illuc perrexerat. Igitur locutus cum Papa Nicolao, oſtendit, quia ejus ſententia illos tantum gravabat, qui eos nec conjunxerant, nec ſeparare poterant: nam Dux puellam, quam acceperat, nullo pacto dimittere vellet. Hoc audiens & verum eſſe advertens Summus Pontifex, diſpenſatione habitâ, conjugium conceſſit: eò tamen modo, quatenus Dux & uxor ejus, duo monaſteria conſtruerent, in quibus ſingulas congregationes virorum ac mulierum coadunarent; qui ibi ſub norma ſanctæ religionis die noctuque Deo deſervirent, & pro ſalute eorum ſupplicarent. Paruit Dux Apoſtolicæ diſpenſationi, & ædificaverunt duo mona-

Impetrat diſpenſari cum Duce conſanguineæ junctæ.

a *Berengarii cauſa, Romam adit:*

b

A monaſteria, in prædio quod antiquitas *i* Cadomum nuncupabat. Dux unum Monachorum, in nomine
i *k* S. Stephani Proto-martyris; & uxor ejus alterum
k Sanctimonialium, in nomine & honore ſanctæ Trinitatis; quibus tantum de rebus & reditibus ſuis contulerunt, quantum ſufficeret ibidem habitantibus & ad victum & veſtitum.

15 Per idem tempus creſcente Beccenſi congregatione, in eo loco *l* contigit illud dictum à Domino per Iſaiam Prophetam; Anguſtus mihi eſt locus; fac ſpatium ut inhabitem. Spatioſitas enim domorum parva, multitudinem adunatam Fratrum jam capere non valebat: ſed ſitus loci incolumitati degentium contrarius exiſtebat. Itaque venerabilis Lanfrancus ſanctum Patrem Herluinum, de majoris monaſterii ædificatione compellare cœpit. Tanti operis ſolam commotionem ille extimuit, ætatis jam deficientis viribus plurimum diffidens. Confortari, adhortari, ac ſæpe id ipſum ingerere, qui cœperat non omittebat; dicens, locum aquoſum non eſſe aptum habitationi Monachorum. Abbate nullatenus acquieſcente, fertur dixiſſe Lanfrancus quibuſdam nobilibus viris, cum quibus loquebatur: Domnus Abbas conſumit tempus & laborem ſuum in hoc aquoſo loco,
B nec vult mihi credere, ut deſinat ab iſto opere, & incipiat aliud opus in ſaniori loco: Deus omnipotens det illi tale impedimentum, quatenus me audiat, atque in tam incompetenti loco operam ſuam expendere deſiſtat. Nec multo poſt Presbyterii pars dextera corruit, in qua oratorium erat & altare S. Benedicti. Anxiato ſuper hoc & multum conturbato Abbati, ſuus in omni ſua deſolatione conſolator acceſſit, obſecrans ut vel nunc acquieſcens majora inchoaret ædificia. Tandem victus, ſpem in Deo certiſſimam gerens, & plurimum in conſiliarii ſui ope confidens, cujus operâ ſibi bona omnia proveniebant; in ſalubriori multum & convenientiori loco nova inchoavit monaſterium & officinas, opus pergrande; quod non res propriæ, quæ adhuc erant permodicæ, ſed fides in Deum firma & ſpes certa, univerſa conferendo accumulavit. Lanfrancus quoque licentia Abbatis ſui iterum ſcholam tenuit, & ea quæ à ſcholaſticis accipiebat Abbati conferebat, Abbas operariis dabat.

16 Poſt triennii completionem, ſola necdum completa baſilica, venerabilis Lanfrancus cœpti operis inſtitutor, tam Ducis Normanniæ quam Primatum ſupplicatione, cœnobio Cadomenſi, quod
C Dux hortatu Papæ Nicolai ædificaverat, *m* Abbas
m præficitur. Qui de monaſterio Becci ad hoc opus exiens, unum duxit ſecum, qui nuper habitum ſuſceperat, ſed profeſſionem nondum fecerat, nomine Radulphum; qui poſtea in eo loco fecit profeſſionem, & procedente tempore, ejuſdem Eccleſiæ Cadomenſis Prior extitit; ad ultimum Abbas de Bello obiit. In adventu Lanfranci mox ad ipſum locum venire ad converſionem cœperunt nobiles viri & optimi Clerici, inter quos fuit egregius & venerabilis Willelmus, *n* Rabodi filius, qui poſt Lanfran-
n cum Cadomenſi Eccleſiæ præfuit, & poſtea Rothomagenſis Archiepiſcopus extitit. Iſte Willelmus cum habitum religionis Cadomi ſuſcepiſſet, miſſus eſt Beccum, ut ordinem ibi addiſceret: quia novella plantatio ipſius loci nondum poterat alios perfecte inſtruere. Iſte vir, generoſis natalibus ortus, ſimplex, bonis moribus ornatus, religioſus, cum aliquantum temporis ibi Prior clauſtralis, poſt Ab-
o bas tranſegiſſet; inde aſſumptus, conſecratus eſt *o* Archiepiſcopus Rothomagenſis: in quo loco per longum tempus vixit, & in bona ſenectute diem ultimum clauſit. In illo Cadomenſi cœnobio tempore Lanfranci, & eorum qui ſeculum relinquentes monaſticam vitam ſub eo arripuerunt; cœpit religio magna, quæ perdurat uſque hodie. PER MIL. CRISTIAN.

17 Interea Dux Normannorum Willelmus, hereditarium ſibi regnum *p* Angliæ pervadens, ad quæ voluit jura diſpoſuit: deinde ad meliorandum Eccle- p
ſiæ ſtatum, animum intendit. Igitur Alexandri u- *à Guilielmo Conqueſtore in Angliam vocatur.*
niverſalis Eccleſiæ Summi Pontificis, viri vita & ſcientia excellentiſſimi, conſulto & rogatu; omnium quoque Anglici & Normannici imperii Magnatum libentiſſimo aſſenſu, Rex Willelmus, quod potiſſimum ſolumque acceptabat conſilium, Doctorem ſupra memoratum, Lanfrancum ſcilicet, ad hoc elegit negotium ſuſcipiendum.

l Iſ. 49, 20. *Ob loci anguſtias, & ſitum inſalubrem*

fundet alibi monaſterium conſtrui,

ac tandem impetrat.

Fœtus Abbas Cadomenſis,

inter multos novitios excipit Willelmum dein Archiepiſcopum Rotomagenſem.

ANNOTATA.

A *Guilielmus Pictavienſis de Geſtis Guilielmi apud Duchesnium pag.* 194 Lanfrancum, *inquit Dux Guillelmus*, intima familiaritate colebat, ut patrem venerans, verens ut præceptorem, diligens ut germanum aut prolem. Illi conſulta animæ ſuæ, illi ſpeculam quamdam, unde Ordinibus Eccleſiaſticis per omnem Normanniam proſpiceretur, commiſit, *&c.*

a *Si Genealogos conſulas, haud facile invenies, quomodo* Mathilda *&* Willelmus *propinquo aliquo conſanguinitatis gradu ſeſe attigerint. Primus Labbæus noſter modum videtur ſuggerere in Tabulis Genealogicis Regiæ Domus Francicæ Tab.* 5 *pag.* 500 *ex Monacho Gemeticenſis lib.* 5 *cap.* 13, *ubi agens de filiabus* Richardi II *Normannorum Ducis, tres numerat,* quarum una Adelis Rainaldo Burgundionum Comiti nupſit, altera Balduino Flandrenſi, tertia jam adulta obiit virgo; *tum addit*, multum nos ille ſibi obligaſſet, ſi nomen ſecundæ prodidiſſet, indicaſſetque utrum ex eo conjugio proles extiterit. *Hoc ultimum nobis præſens locus indicare videtur fuit enim* Wilhelmus Nothus *filius Roberti & nepos Richardi II Ducum*: Mathilda *autem filia Balduini V, neptis Balduini IV, debuit fuiſſe ejus conſanguinea in tertio gradu, ſi pater ejus Balduinus Inſulenſis, non ex Luciliburgenſi Ogiva vel Cunigunde, ſola hactenus nota uxore Balduini IV vulgo Barbati, ſed ex Normanna procreatus fuit. Idemque de fratribus ac ſororibus ejus dicendum videbitur: niſi Luciliburgenſis non fuerit prima, ſed ſecunda uxor Barbati, ex qua iſtorum nonnulli proceſſerint. Vide autem dicenda* XXX *Maji, in Prologomenis de S. Ferdinando num.* 34 *& ſeqq. atque mirare, quod tali præexiſtente exemplo* Nicolai II, Innocentius III *adeo durus fuerit in urgendo Alfonſi Legionenſis & Berengariæ* E
Caſtellanæ, ſimili in gradu conjunctorum, divortio; maxime cum cauſa diſpenſandi longe huic gravior, quam illi fuerit. Intellige etiam, ex ratione tollendi Interdicti, quam Landfrancus *attulit &* Nicolaus *probavit, quare poſteriores Pontifices eo remedio rarius uſi ſint & nunc utantur rariſſime, ad Regum Principumque correctionem.*

b *De* Berengario *ſæpius egimus, & nuper* 25 *Maji, in Vita S. Gregorii Papæ VII, qui eum tandem an.* 1079 *ad veram creditur adduxiſſe pœnitentiam, quam in monaſtico habitu humiliter continuavit uſque ad anno* 1088 *vel ultra, ſub regula S. Benedicti, in quadam inſula Ligeris infra Turonas, ubi antea Scholaſticus fuerat in eccleſia S. Martini.* F

c *Has litteras edidit Acherius in ſuis notis pag.* 22 *littera* pp.

d *Eſt hic* S. Leo *paſſim* Nonus, *dictus, etiam ſub propriis Bullis ac Brevibus*: Octavum *tamen hic Auctor dicit, ex aliquorum ſenſu*, Leonem, *qui anno* 964 *Pontificatum geſſit, ex verorum Pontificum numero expungentium. Verum, ſicut oſtendet Collega meus Papebrochius, in ſua Chronologia Pontificia, ſive* Leo *iſte, prius Antipapa, poſt obitum Ioannis XII cedente Benedicto V & conſentiente in eum Clero Romano verus Papa fuerit, ſive non; non fuit*

PER MIL. CRISPIN.

integrum ſucceſſoribus, occupatum ab eo Octavi *numerum, & in tot publicis Actis notatum, uſurpare: ſicut nec in ſimili caſu uſurpavit quiſquam ſuccedens ſub nomine, ſub quo præceſſerat alius nullius vel dubiæ auctoritatis, cui ut vero Pontifici obeditum Romæ erat. Porro* Leonis IX *illuſtria Acta dedimus 19 Aprilis. Hic in Concilio Romæ an. 1050 damnavit Berengarium.*

e *Lanfrancus, in libro de Corpore & Sanguine Chriſti cap. 4, aſſerit, celebratam Synodum menſe Septembri, præſidente Pontifice, ubi & ipſe remanſit, at Berengarius vocatus non venit.*

f *Hic eſt* Victor II, *ante Gebehardus Epiſcopus Eyſtadii, Papa creatus anno 1055, mortuus an. 1057.*

g *Habita ea Synodus anno 1055: & iiſdem verbis hic relatis deſcribit ibi acta Lanfrancus dicto cap. 4.*

h Nicolaus II *ſedit ab anno 1059 ad 1061. De eo agit Lanfrancus cap. 5.*

i Cadomum, *jam urbs celebris & caput inferioris Normanniæ cum Academia.*

k *Sunt hæc monaſteria à Calviniſtis diruta. Chartas fundationis & privilegiorum, & nomina Abbatum & Abbatiſſarum utriuſque loci edidit in Notis pag. 31 Acherius. Nunc autem intelligimus iterum eſſe celebre monaſterium S. Stephani.*

l *Hæc fere omnia his verbis referuntur apud Gemmeticenſem.*

B m *Anno 1063, ut indicat Robertus de Monte.*

n Rabodus, *ſeu* Ratbodus de Ria, *fuit anno 1074 factus Sagienſis Epiſcopus, cum jam filius eſſet Abbas.*

o Guilielmus I *creatus Archiepiſcopus anno 1079, mortuus anno 1110.*

p *Anno 1066, occupata à Guilielmo, Conquæſtore hinc dicto, Anglia fuit, ex teſtamento S. Eduardi Regis, cujus erat cognatus; expulſo, qui regnum invaſerat, Haroldo Dano.*

CAPUT III.

Rotomagenſi Archiepiſcopatu recuſato, Cantuarienſem admittere cogitur Lanfrancus.

19 LIbet nunc quaſi ab alio exordio ſeriem noſtræ narrationis dirigere, & quædam omiſſa inſerere, & ſic cuncta de eodem Lanfranco, prout poterimus proſequi. Hic igitur homo, religione & ſapientia omni ævo memorabilis, nobili ortus parentela, ab annis puerilibus eruditus eſt in ſcholis liberalium artium & legum ſecularium, ad ſuæ morem patriæ. Adoleſcens orator veteranos adverſantes in actionibus cauſarum frequenter revicit, torrente facundiæ accurate dicendo. In ipſa ætate ſententias depromere ſapuit, quas gratanter Juriſperiti aut Judices vel Prætores civitatis acceptabant. Meminit horum Papia. At cum in exilio philoſopharetur, accendit animum ejus divinus ignis, & illuxit cordi ejus amor veræ ſapientiæ: animadvertebat enim, quod mundi hujus proſperitas & gloria, vanitas eſt. Repentino itaque animi motu ſe abnegans, mundoque renuntians, ſumpſit Becci habitum religionis, & regulariter vivere cœpit.

C *Juriſperitus, & orator,*

fervens pro fide Catholica,

19 Studioſus fuit idem cœnobita verbi gladio perimere ſectas, ſi quas advertiſſet Catholicam lædere fidem. Idem quoque optimus plenitudine caritatis, reſuſcitare ſatagebat, per fidei rectitudinem, in hæreſi mortuos. Sapientes & religioſi Pontifices Metropolitani, nec non & Abbates, tremuerunt ſapientiam Lanfranci, atque religioſitatem & auctoritatem, & ejus correctioni ſe ſubdi gaviſi ſunt. Ipſum quoque Eccleſiæ plures Pontificem vel Abbatem ſibi, incredibili deſiderio, petierunt. Roma, caput orbis, ſolicitavit eum epiſtolis, precatu conata eum retinere & vi: quippe cognoverat eum peritiſſimum honeſta quælibet & eorum contraria ſecernere, diligentiſſimum cuique ſua retribuere perpendiculo rationabilitatis, promptiſſimum ardua duraque ſuſcipere ac perpeti cauſa veri boni: cognoverat etiam hanc ejus vitam, quæ merito dicatur quædam directiſſima atque tutiſſima ad perennis vitæ portum via. Ille vero nimis altum ſibi duxit aliis præeſſe, infimam extremitatem corde & affectu non deſerens. Glorioſus Dux Normannorum Willelmus, hunc præcordiali colebat familiaritate: quapropter cœnobio Cadomenſi illum præfecit invitum.

D *prudentia præditus ſingulari.*

20 Ea tempeſtate civitas Rothomaga viduata eſt ſancto ac venerabili Archipræſule *a* Maurilio. Tunc *b* Clerus omnis & populus congregati, volebant ſubſtituendum eligere Lanfrancum: verum toto conamine ille tale onus devitabat ſubire, humiliter magis cupiens ſubeſſe quam præeſſe: nam Abbatiam Cadomenſem, quam invitus ſuſceperat, libenter dimiſiſſet, ſi extra animæ læſionem gravem facere valuiſſet. Quod Rex advertens, providit ſubrogare *c* Joannem, quem Abricatenſium conſtituerat Pontificem: ſed ut hoc canonice fieret, licentiam petendi gratia Romam direxit eumdem Abbatem Cadomenſem Lanfrancum: qui onus hujuſce legationis alacriter perferens, ſicut Eccleſiis cupiebat eſſe conſultum, à Papa *d* Alexandro impetravit; ſacrum quoque Pallium, cum licentia hujus promotionis, deportavit: unde & ipſi toti Neuſtriæ gaudium fuit.

a b *Rothomagenſem Archiepiſcopatum recuſat.*

c *Quarto Romam abit.*

E d

21 Poſt hæc venerunt ad Regem in Angliam tres legati ſimul, *e* Ermenfredus Sedunorum Epiſcopus, & duo Clerici *f* Cardinales, miſſi ad petitionem ipſius à Papa Alexandro, qui eum in Paſchâ, coronam Regni capiti ejus imponentes, in Regem Anglicum confirmaverunt. Congregata eſt ergo Synodus magna *g* Windreſoris; in qua, præſidente Rege, ab ipſis Legatis dejecti ſunt quidam Epiſcopi indigni Epiſcopatu, propter vitam criminoſam & inſcitiam curæ Paſtoralis. Inter quos depoſuerunt *h* Stigandū, cum anathemate reprobatum, multis criminibus coinquinatum; qui cum duobus Epiſcopiis infanda ambitione Cantuarienſem Archiepiſcopatum invaſerat. Subſtitutis itaque in locum dejectorum idoneis Rectoribus, remanſit vacua Dorobernenſis Cathedra, in qua pretioſus Chriſti Confeſſor Auguſtinus omnibus præfuit Britanniæ Epiſcopis. Cogitanti vero Regi de hac re, & Proceres regni conſulenti; convenientiſſimo fine in Lanfranco quievit: quatenus uberrimum luminare, in hac arce elatum, nebulas undique pravitatum & caligines dilueret, ſaluberrimo fulgore cuncta honeſtans: quapropter miſit prædictos legatos in Normanniam, ad hoc opus perficiendum. Cum igitur Sedunenſis Epiſcopus invitaret eum ad regimen Pontificale, denuntians in Concilio Epiſcoporum & Abbatum Normanniæ petitionem Regis, ſimulque voluntatem ſuam & reliquorum Sedis Apoſtolicæ Legatorum, & quaſi præceptorum, ſuper hac Prælatione; ſancta ira, ſanctaq; triſtitia ſic perturbatum fuiſſe compererunt, ut omnino contradicturum putarent, inducias ad deliberandum petentem. Perſpectum namque vel indubitatum tenebat, ſimul ire non poſſe negotium Archipræſulis, & otium Monachi: ad hoc, ſui provectum ſolito deſpiciebat, atque extimebat oneroſiſſimum gubernaculum. Precatur Regina cum filio, jubet Abbas Herluinus licet invitus, cui tamquam Chriſto obedire ſolitus erat: hortantur etiam ſtudioſe ad hoc collecti Majores: nam hanc urgentem undique violentiam dictaverat mandatum Regis, ſcientis obſtinationem dilectiſſimi ſibi Patris, cum ad altiora invitaretur. Non abnuit ille præcipiti ſententia,

e f

g

h *poſt Stigandum depoſitum*

F *invitatus ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem,*

ut

A ut omne factum ac dictum ejus discretionis norma dirigebat: obedientiam offendere cavet, simul & tantos qui rogant, favent, hortantur. Mœstus ergo trans mare excusatum se vadit, sperans jucunditatem in reversione: non enim æstimare potuit vir singularis, forma perfectæ humilitatis, invitum se ad Archiepiscopatum trahi. Ceterum divinæ dispositioni quo consilio resisti poterit? Rex cum gaudio atque cum digna reverentia recepit Christianæ religionis adjutorem; devicit reluctantem excusationem, pulchre pugnans humilitate & majestate. Advocantur hilari festivoque jussu Cantuariensis Ecclesiæ Primores, & multa dignitas regni Ecclesiastica & Secularis.

excusare se nititur offerenti eum Regi:

22 Hunc igitur Rex intima semper coluit familiaritate; tum pro eminenti sectarium ac divinarum litterarum peritia, tum pro monachici ordinis singulari observantia; impendens ei reverentiam & gloriam; venerans ut patrem, verens ut præceptorem, diligens ut filium vel fratrem. Illi consulta animæ suæ, illi speculam quamdam, unde Ordinibus Ecclesiasticis regula vivendi per omnem Normanniam & Angliam prospiceretur, commisit. Si quis vero admirans quærit cur tantus vir, tantopere voluit declinare officium Episcopale, vel quare Abbas invitus hoc ei præcipiebat. Primum de Abbate noverit, quod nequaquam invidendo ejus promotioni hoc faciebat, quippe cum ejus & honorem & exaltationem præ ceteris affectaret. Præcipiebat ergo illi, quia voluntati Dei & sanctæ Ecclesiæ electioni eum vocanti, contradicere non audebat. Invitus autem jubebat, quoniam ægerrime ferebat tanti ac dulcissimi amici carere consortio, qui cœnobium Becci nuperrime inceptum, situ & paupertate horrendum elegit, quod prudentia illius vigilantissimaque cura locupletavit, & in statum provexit pulcherrimi ordinis, dum regeret Collegium Fratrum severâ ac miti disciplinâ, sanctum etiam Abbatem humili & utili consilio. Etenim cum ingloriam propriæ tantum mortificationi operam dare Lanfrancus desideraret; cum adhuc Becci esset, deprehendit eum atque publicavit cogitationum inspector Deus, ut lucerna sese colligens in vallem diffunderetur per excelsa. Effulsit eo magistro, obedientiæ coactu, philosophicarum ac divinarum litterarum bibliotheca, nodos quæstionum in utrisque solvere potentissima. Fidem scriptis merear nullam, nisi quæ scribo Europæ latitudo asserat: neque sileri puto de eisdem

B *sed ab Herluino Abbate coactus,*

C in Africa vel Asia. Ipse vero Lanfrancus ideirco Pontificale onus subterfugere gestiebat; quia sapientia plenus prævidebat, quod otium monachilis ordinis, inter occupationum Episcopalium frequentissimos tumultus, nequaquam ex integro haberi potest. Terreat exemplum istud damnatos cum Simone Mago, zelo Principis Apostolorum: hinc intelligant perditissimi amentiam suam. Muneribus emunt ineptissimi, quod secundum Deum oblatum tremit talis: pecunias offerunt, majores promittunt, nunc per se, nunc per amicos, quibus dignitatum culmina, si ad hujusmodi honorem pervenire poterint, repromittunt.

tandè onus admittit, & fit Archiepiscopus.

23 Victus igitur Lanfrancus Cadomensis Abbas, tam Dei voluntate quam circa se intelligebat, quam etiam Apostolica auctoritate, & Domni Herluini præceptione, & Optimatum Normanniæ assensu: ita multiplici ratione in Angliam traducitur; &, quæ Insularum transmarinarum primatum obtinet, Cantuariensis Ecclesiæ susceptit *i* Præsulatum. Qui tanto honore sublimatus, multarum amplitudine terrarum ditatus, auro argentoque locupletatus; non immemor divini illius mandati, Honora Patrem & Matrem; omnimodis benignus & liberalis extitit

i

circa patrem suum spiritualem Herluinum Abbatem, & matrem Ecclesiam Beccensem: cujus ad eas partes transmigratio, paucos ante dies quam inde allegatio veniret, venerabili Herluino Abbati, per visum ostensa est hoc modo. Videbat quod in virgulto suo arborem malum habebat, cujus ramorum spatiositas multa erat, & magna fructuum ubertas, pomorum quoque species delectabilis & sapor optimus. Hanc Rex prædictus ab Abbate poscebat, volens eam ad quoddam suum virgultum transferre, reluctante Abbate, & quod eâ solâ sustentaretur opponente: sed, quia dominus erat, evicit, & arborem asportavit: verum radices penitus avelli non potuerunt; ex quibus pullulantes virgulæ, confestim in arbores magnas excreverunt. Post parvum denique sub eo visu intervallum, memoratus Rex, de arboris ipsius nimia fructificatione coram illo gaudebat; & ille se ex ea lætissimas habere propagines adgaudendo respondebat: invitabatur à Rege, ut ipsum translatæ arboris incrementum iret videre, sed nescio quæ causa impediebat ne iret. Hæc omnia sicut visio digessit, rerum eventus explicuit, præterquam quod vere ivit, & quod audierat vidit. Virgultum Abbatis erat Beccensis Ecclesia, cujus arbor maxima, ille Doctor, non solum eam, verum alias omnes per patriam suo exemplo & doctrina sustentabat Ecclesias. Qui ob Religionis sacræ institutionem tradendam Anglis, à prædicto Rege per Abbatem suum, cui soli tamquam Deo parebat, ad transmarina migrare postulatus; multum invitus salvâ obedientiâ, atque ab invito Abbate jussus, paruit.

Illi Alexandro Papæ scribens

24 Unde scribens Papæ Alexandro, post salutationem ait: Cum de Beccensi Congregatione in qua habitum Religionis assumpsi, à Principe Normannorum Willelmo abstractus, Cadomensi præessem cœnobio, imparque existerem paucorum regimini Monachorum; incertum habeo quo judicio omnipotentis Dei, factus sum, te jubente, speculator multorum numeroque carentium populorum. Quod cum præfatus Princeps, jam Rex Anglorum factus, multis variisque modis laboraret efficere, cassatis tamen laboribus suis à me nullo modo potuit impetrare; quoad usque Legati tui, Hermenfredus videlicet Sedunensis Episcopus atque Hubertus S.R.E. Cardinalis in Normanniam venerunt, atque in eorum præsentia, ut Cantuariensem Ecclesiam regendam susciperem, ex Apostolicæ Sedis auctoritate præceperunt. Adversus hos imbecillitas mearum virium morumque indignitas prolata in medium nihil profuit, excusatio incognitæ linguæ gentiumque barbararum nullum apud eos locum invenire prævaluit. Quid plura? Assensum præbui, veni, suscepi: in quo tot molestias, tot tædia, tantumque ab omni fere bono defectum sustineo; tot aliorum in diversis personis perturbationes, tribulationes, damna, obdurationes, cupiditates, spurcitias, tantumque sanctæ Ecclesiæ casum incessanter audio, video, sentio; ut tædeat me vitæ meæ, doleamque plurimum me usque ad hæc tempora perveniſſe. Mala siquidem sunt quæ in præsenti cernuntur, multum vero deteriora ex istorum consideratione in futuro conjiciuntur. Et

sub specie arboris à Rege petita & translata.

E

F

instanter petit ab Episcopatu absolvi

ne diu Celsitudinem vestram, multis magnisque negotiis occupatam, prolixæ orationis ambitu protraham; rogo quatenus, propter Deum & animam vestram, sicut vestra cui contradici fas non fuit auctoritate alligastis, sic quoque, abrupto per eamdem auctoritatem hujus necessitatis vinculo, absolvatis; vitãque cœnobialẽ, quam præ omnibus rebus diligo, repetendi licentiam concedatis. Nec in hujus rei sperni petitione debeo, quam tam pie, tam necessarie, tam justis ex causis, concedi mihi à vobis deposco. Meminisse siquidem debetis, nec tradi oblivioni oportet, quam

PER MIL. CRISPIN.

quam benigne veſtros conſanguineos alioſque à Româ ſcripta deferentes, in præfatis adhuc cœnobiis conſtitutus, ſæpe recepi; quam ſtudioſe eos, pro captu meo ingeniique ipſorum, tam in ſacris quam in ſecularibus litteris erudivi; ut taceam multa alia, in quibus vobis veſtriſque anteceſſoribus, pro rerum ac temporum qualitate, non numquam ſervivi. Nec hoc jactando aut improperando, teſte conſcientia, dico; nec quaſi favorem gratiæ veſtræ, probatis obedientiæ meæ obſequiis, ſolito majorem captare requiram; hoc tantum ſtudeo, harumque litterarum is ſolum meus finis eſt, ut congruam rationem juſtamque cauſam poſſim oſtendere, qua id quod peto à veſtra munificentia, Chriſto aſpirante, valeam obtinere. Quod ſi fortaſſe, conſiderata aliorum utilitate, ſecus agendum mihique id denegandum eſſe decernitis; valde vobis cavendum atque timendum eſt, ne, unde vos mercedem apud Deum habere exiſtimatis, inde (quod à veſtris actibus ſemper procul ſit) peccati periculũ incurratis. Nullus enim eſt à me aut per me in hac terra animarum profectus; aut ſi ullus exiſtit, tam parvus eſt, ut detrimentis meis comparari non poſſit. His verbis adverti poteſt quam invitus Paſtoralem curam ſuſceperat; & quam libenter eam dimiſiſſet, ſi concedere Papa voluiſſet: nam timebat ſuum defectum, nec adhuc ad votum cernebat in ſibi commiſſis profectum.

pretextus exigui ſui apud Anglos fructus.

B

ANNOTATA.

a Maurilius *mortuus eſt 9 Auguſti anni 1067.*

b *Hæc Ordericus Vitalis lib. 4 Hiſtoriæ Eccleſiaſtica, relatus inter Normannicos ſcriptores Duchesnii pag. 507.*

c Joannes *Abrincenſem Eccleſiam rexerat annos 7 menſes 3.*

d Alexander II *Sedit ab anno 1061 ad an. 1073.*

e Sedunum, *vulgo* Sitten, *urbs Valeſiæ primaria & Epiſcopalis haud procul à Rhodani fluvii fontibus. Ibi* Ermenfredus *Epiſcopus erat anno 1059, & ejus mentio fit in donatione Eccleſiæ Leodienſi facta anno 1071.*

f Joannes & Petrus Preſbyteri *appellantur à Wigornienſi, Dunelmenſi & aliis.*

g *Synodus apud* Windeſoram *habita eſt* in craſtino Pentecoſtes, *inquit Hovedenus.*

h Stigandus *ex Elmhamenſi Epiſcopo Wintonienſis factus an. 1047, occupaverat ſedem Cantuarienſem anno 1052, mortuus ſub finem hujus anni. Ejus crimina varii enumerant.*

C i *Ordericus Vitalis l. 4 ubi ſupra, pag. 520.* Anno 1070 Lanfrancus Cadomenſium primus Abbas, Anglis divinitus inſtitutor datus eſt, & honeſtiſſima electione ac fideli conſecratione Cantuarienſis Eccleſiæ IV Kalendas Septembris inthronizatus eſt.

CAPUT IV.

Eccleſia Beccenſis conſecrata, Cantuarienſis reſtaurata, jura vindicata.

25 *Egregie in Eccleſias Cantuarienſi fructificans,*

VErum ejus inibi quantus poſtea extiterit fructus, latiſſime atteſtatur innovatus uſquequaque inſtitutionis Eccleſiaſticæ ſtatus; & Cœnobialis ordo, qui omnino ad laïcalem prolapſus fuerat diſſolutionem, ad probatiſſimorum reformatus diſciplinam monaſteriorum. Clerici ſub Canonicali coërcentur regula: Populus, rituum barbarorum interdicta vanitate, ad rectam credendi atque vivendi formam eruditur. Hanc fructuum Deo ſuaviſſimorum fragrantiam, cujus ex odore domus Dei per orbem impleta eſt, quam & ipſe Abbas abſens jucundiſſime ſenſerat; poſtea præſens, quanto vicinius, tanto jucundius ſenſit, profectus ad eum in Angliam. Cumque ad Archiepiſcopum perveniſſet, quæ tunc inter eos ſubmittendi ſeſe ad invicem pia contentio? Summus Antiſtes, & in Eccleſiis tranſmarinis vices Apoſtolicas gerens, ſubmittebat ſe ſuo quondam Abbati, ut alius quivis Monachus; ſecundus ubique ab eo ad Miſſarum ſolennia reſidendo; & manum illius, cum aliquid ab eo accipiebat, niſi raptim ille retraxiſſet, oſculando. Illi ſedes eminentior, ac imperandi jus omne tribuebatur: donabat famulorum delinquentium reatus, ac cetera in domo pro velle faciebat. Domini nomen alius, ille auctoritatem gerebat. Quanto curia ſua frequentior, quanto utriuſque ordinis perſonarum totius regni excellentium conventus fiebat numeroſior; tanto majori coram omnibus illum Archiepiſcopus præferebat obſequio. Multum mirabantur univerſi, maxime Angli, Archiepiſcopum Cantuarienſem ſic ſubmitti ulli mortalium. Abbas vero, quam debebat dignitati tantæ, ſubmiſſionem conabatur exolvere, ſed nullatenus permittebatur. Ecce quid in hac vita ſervientibus ſibi opulentiſſima Dei manus retribuit. Qui pauperiem Chriſti aſſumens, olim contemptui ab univerſis & deriſui habebatur; habet nunc qui morem ſibi gerat Primatem totius regni Angliæ Pontificem, cum omnibus ſibi commiſſis. Eamdem benignitatis Dei vicem & ille acceperat; qui abnegans ſemetipſum, ſibi, qui olim pro Deo libertatem ſui tradiderat, videt nunc ad veſtigia ſua advolvi, ut non dicam, Conſulares multos, immo & maximum totum ſibi accline Regnum.

D

Herluinum Ab. honorifice excipit

& cum admirandæ ſubmiſſionis.

B

26 De radicibus illius magnæ arboris, quæ in horto ſuo remanſerant, ut per ſomnium ſuum viderat, vidit poſtea prædicandus vir Herluinus pullulantes quaſdam virgulas, in arbores magnas excreviſſe; multos videlicet ad magna bonorum operum incrementa, per illius inſtitutionem acceſſiſſe. Arbor fructibus opima fuit Venerabilis Anſelmus, Eccleſiæ *a* Auguſtenſis Clericus, qui Lanfrancum ad monachatum ſubſecutus, poſt eum Prior, poſt Abbatem Herluinum Abbas Becci, dein Archiepiſcopus Cantuarienſis poſt eumdem Lanfrancum fuit: de quo cuncta majora fuerunt, quam noſtra oratione referri queant. Arbores fructuum bonorum jucunditate delectabiles fuerunt, Abbas Weſtmonaſterienſis, *b* Gilbertus Criſpinus; Abbas Cormelienſis, *c* Willelmus; *d* Henricus, Eccleſiæ Cantuarienſis Decanus; *e* Hernoſtus, Roffenſis Eccleſiæ Epiſcopus; & qui ei ad idem officium ſucceſſit ibidem, vir morum ſanctitate admodum reverendus, Gundulfus. Hi juvante Dei gratia in Beccenſi Eccleſia à Magiſtro Lanfranco edocti, & à ſancto Patre Herluino in ſancta religione inſtructi; in Eccleſiis aliis poſtea honorabiles Patres ſunt inſtituti.

ejuſdem apud Beccum inſignes diſcipuli:

a

b c d e

F

27 Nova necdum ſacrata erat eccleſia Becci, quã Herluinus ab ipſo, cujus eam conſilio inchoavit, & auxilio conſummavit, expectabat conſecrari, inſtanter hoc à Deo expoſcens: cujus petitioni, qui ad cetera ſibi benignus extiterat Deus, optatum conceſſit effectum, adimplens per omnia ſuper hac re illius deſiderium. Interea, paratis omnibus quæ neceſſaria erant uſibus habitantium, poſt refectionem, Vigilia omnium Sanctorum, Fratres relinquentes veterem habitationem, ordinata Proceſſione, canentes Reſponſorium, O Beata Trinitas, *f* venerunt in novam eccleſiam, intrantes novas ædes, deinceps eas habitaturi; ibique feſtivitatem Omnium Sanctorum, cum gaudio & alacritate omnium, celebraverunt. In craſtinum, dum Miſſa cantaretur, ſanctus Pater collectam multitudinem pauperum in novas officinas juſſit induci, & abundantiſſime cibo & potu refici. Quarto deinde anno *g* dedicata eſt eccleſia, cum magna

à quibus in novã tranſgreſſis eccleſiam,

f

g

A gna gloria, & à quo Pater deſiderabat. Nam pro quibuſdam negotiis, tam ſecularibus, quam eccleſiaſticis gentium tranſmarinarum, ſæpe memoratus Pontifex ſummus Lanfrancus ad Curiam eminentiſſimi Regis Anglorum Willelmi, in Normania tunc commorantis, veniens, primo acceſſit ad ipſum monaſterium; & qua non potuit majori decentia, à Fratribus eſt ſuſceptus; ipſe vero qua non potuit majori humilitate, cum eis ſe habuit; juxta quod ſcriptum eſt: Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Eſt autem Beccenſe monaſterium inter duos montes ſitum, ſuper rivum qui Beccus dicitur, à quo & nomen *h* accepit. Cum ergo veniſſet ad deſcenſum montis, qui ipſi cœnobio eminet, fertur annulum de digito extraxiſſe; nec poſtea quamdiu Becci moratus eſt, niſi ad Miſſarum ſolennia, reſumpſiſſe. Ad Abbatis jam ſenio incurvati oſculum accedens, tam magnus Antiſtes, ad pedes ejus advolvi conatus eſt: verũ illo econtra id ipſum conante, longo utique luctamine, dum alter alterum ſuſtentat, neuter explevit quod ſatagebat. Poſt multos diuque optatos amplexus, cum Fratribus in clauſtro ſedit Archiepiſcopus, ut quivis alius ipſorum; B juvenes, ſenes, atque infantes, unumquemque ſingillatim compellans, & juxta uniuſcujuſque qualitatem debita confortatione adhortans. Quis enarrare ſufficienter queat, quantam humilitatẽ & benignitatem omnibus condeſcendendo exhibebat? Ad menſam dextrorſum & ſiniſtrorſum Fratres cum Archiepiſcopo ſedere, ac communi calice & ſcutella una cum eo coguntur ſumere cibum. Nec ſola ædificatione ſolatia Fratribus impendit, ſed tanto hoſpite digna hoſpitium locavit munificentia, ut ex reliquiis feſtive geminari potuerint octavæ. In eccleſia cathedram Epiſcopalem ſibi præparari noluit, ſed in ſedem Prioris intravit; dicens ſe adhuc Priorem eſſe, & nondum dimiſiſſe Prioratum.

Lanfrancus excoptus,

Eccl. 3,20

h

reverenterq; habitus.

& omnibus comiter uſus,

28 Compellatus ab univerſis de conſecratione ejuſdem eccleſiæ, paratus eorum morem gerere voluntati, ad Curiam profecturus inducias petiit, donec inde ſciret voluntatem Regis. Deinde Fratrum votis commendatus, ad Regem pervenit, locutus cum eo, unde rogatus diſceſſerat, diem Dedicationis accepit, & confeſtim remiſit non ſolum qui diceret, verum & unde fieret. Igitur decimo Kalendas Novembris, anno ab Incarnatione Domini MLXXVII ſanctæ omni Eccleſiæ venerandus, gentium tranſmarinarum Primas & Pontifex ſummus Lanfrancus advenit, conſecrando conſummaturus eccleſiam, quam inſpirante Deo inchoavit; & in cujus fundamentis extruendis lapidem ſecundum ipſe manu ſua impoſuit. Convenerunt univerſi Normanniæ Epiſcopi, Abbates, & alii quique religioſi viri affuerunt, & Proceres regni. Rex & Regina aliis intenti non affuerunt; ſed largitatis ſuæ beneficia miſerunt. Agitur Dedicatio lætiſſimâ ſolennitate, & ſolenni omnium alacritate: alacritati hominum aër ipſe puriſſimus dieſque lucidiſſimus arridebat. Languor qui per octo ante dies Patrem ipſum monaſterii tenuerat, tunc eum dimiſit, & Deo miſerante ad diem pleniſſime convaluit. Finitur majori quam cœpta fuerat jucunditate ſolennitas.

eorumdem rogatu

eccleſiam conſecrat an. 1077.

C

29 Tertio die ſeculis memorandus jam ſæpe fatus Cantuariorum Archiepiſcopus, ab univerſis Fratribus eundi miſſionem popoſcit. Quis tantum tantæ inter eos benignitatis virum recedentem ſiccis oculis aſpicere potuit? Omnes erupere in lacrymas: parvuli non valebant conſolari. Conſulto maturavit diſceſſum, quatenus à fletu ſe continerent vel poſt ejus diſceſſum. Venerabilis Herluinus, eum ſupra omnes mortales amans, & ab eo amatus, per duo milliaria diſcedentem proſecutus eſt amicum, ad ſuos viſus

indeque digreditur cum fletu omnium,

numquam in hac vita ulterius rediturum. Nam ante diei ipſius Dedicationis annuam revolutionem, *i* diem clauſit extremum. Quæ cordis amaritudo! quis fletus in ipſo ultimo vale, & ultimo ab invicem diſceſſu!

PER MIL. CRISPIN. i

30 His præoccupando ita præmiſſis, ad ordinem nunc revertamur. Poſt tranſlationem in Angliam, Lanfrancus, non oblitus propter quod venerat, totam intentionem ſuam ad mores hominum corrigendos, & componendum Eccleſiæ ſtatum convertit. Et prius ipſam regni Matrem Eccleſiam Dorobernenſem renovare ſtuduit: & quia ante aliquot annos, igne combuſta fuerat, à fundamentis illam reædificare ſtuduit, grande opus & ſpatioſum. Officinas quoque, uſibus Monachorum neceſſarias, ædificavit: & quod mirum admodum ſit, de Cadomo, ubi Abbas extitit, velivolis navibus per mare tranſvehi faciebat quadros lapides ad ædificandum. Domos quoque ad habitandum ſibi conſtruxit prope eccleſiam: quæ omnia ædificia muro magno & alto cinxit. Diſpoſitis ſufficienter quæ ad regularem victum & veſtitum ſunt neceſſaria, eccleſiam ipſam pretioſis atque multis ditavit ornamentis. Dignitates vero Cantuarienſis Eccleſiæ, quæ vetuſtate vel negligentia deciderant ſive imminutæ fuerant, renovando reformavit. Terras multas, quæ ablatæ fuerant, in jus Eccleſiæ revocavit, & viginti quinque maneria Eccleſiæ reſtituit. Xenodochia vel Ptochotrophia duo extra civitem ædificavit, unum ad Aquilonem, alterum ad Occaſum, cum omnibus neceſſariis: quibus de ſuo annuos reditus, quantum ſatis viſum eſt, delegavit. In maneriis ſuis inſtituit præbendas dandas pauperibus per annum. In pluribus ipſorum maneriis conſtruxit lapideas domos ſibi ad habitandum.

Eccleſiam Cantuarienſem & officinas ædificat;

aliaque reſtaurat.

E

31 Odo Bajocenſis Epiſcopus, frater Willelmi Regis, erat Comes Cantiæ eo tempore, quo Lanfrancus ad Archiepiſcopatum venit. Hic multis gravaminibus atterebat homines illius provinciæ, & ſimul homines Dorobernenſis Eccleſiæ: cui Lanfrancus in faciem reſtitit, & coram omnibus teſtimonio antiquorum Anglorum, qui periti erant legum patriæ, *k* deratiocinatus eſt libertatem terræ ſuæ, & liberavit homines ſuos à malis conſuetudinibus, quas Odo volebat illis imponere. Adhuc plures ſuperſunt, qui & locum placiti, & nomen loci norunt, & modum finemque litis, quo contentio terminata eſt, referunt. Quid de Clericis villarum ſuarum Ciceſtrenſi Epiſcopo ſcripſit, ſubter annecti dignum duximus. *l* Lanfrancus Dei gratia Archiepiſcopus dilectiſſimo Fratri Stigando, Ciſtrenſi Epiſcopo, ſalutem. Clerici villarum noſtrarum, qui in veſtra diœceſi exiſtunt, quæſti nobis ſunt, quod veſtri Archidiaconi repertis occaſionibus pecunias ab eis requirunt, & à quibuſdam jam acceperunt. Meminiſſe debet Fraternitas veſtra, quia contra morem anteceſſorum noſtrorum atque veſtrorum vobis conceſſimus, eiſque imperavimus, quatenus ad veſtras Synodos irent, & ea quæ ad Chriſtianæ religionis notitiam prodeſſe poſſunt, ſine interpellatione vel diſcuſſione aliqua, à vobis audirent; ſi quæ vero in ipſis culpę invenirentur, ſuſpenſa interim vindicta, ad noſtrum examen ſervarentur, & nobis vel in miſerendo vel in ulciſcendo, ſicut ſemper conſuetudo fuit, obnoxii tenerentur. Mandamus itaque vobis, ut male accepta ſine dilatione reddi jubeatis, & miniſtris veſtris, ne ulterius id præſumant, ſervandæ caritatis ſtudio prohibeatis. Nos vero Preſbyteris noſtris, extra Cantiam conſtitutis, omnino præcipimus, ne ad veſtram vel aliam Epiſcopi Synodum amplius eant, nec vobis vel aliquibus miniſtris veſtris pro qualibet culpa amplius reſpondeant: nos enim cum ad villas noſtras veniemus, quales ipſi vel in moribus vel in ſui ordinis

libertatem ſuorum defendit contra Odonem fratrem Regis.

k

l

F

& contra Epiſcopum Ciceſtrenſem.

ANN. CHR. MIL. scientia sint, pastorali auctoritate vestigare debemus. Chrisma tamen à vobis accipiant, & ea quæ antiquitus instituta sunt in Chrismatis acceptione persolvant. Sicut namque ea quæ antiquitus usque ad nostra tempora antecessores nostri habuerunt, solerti vigilantia cupimus illibata servare; ita aliis debita aliquâ (quod absit) usurpatione noluerunt denegare.

sicut suum Primatum contra Archiep. Eboracensem,

32 Euntem illum ad Archiepiscopatum multi secuti sunt, è quibus plures retinuit, quos honoribus & terris ditavit, sicut posteri eorum testantur, manentes usque ad præsens. Sed ut retro redeam, primo adventu ejus in Angliam, auctoritate summi Pontificis Alexandri & glorioſi Regis Willelmi, convocavit Episcopos & Principes terræ, Clerum & Populum, ad renovanda decreta & instituta sanctorum Patrũ de Synodis celebrandis, & de consuetudinibus ecclesiasticis. In hoc conventu ostensum est contra Thomam Electum, qui hoc contradicebat, quod Eboracensis Archiepiscopus debet esse Cantuariensi subditus Antistiti: quod quomodo actum sit, plenius qui voluerit scire, ex his quæ subjecta
m sunt, nosse poterit *m*. Anno ab Incarnatione Domini MLXX, intravit Anglicam terram Lanfrancus. Cado-
B mensis cœnobii Abbas, monentibus atque præcipientibus Willelmo glorioso Anglorum Rege, & felicis memoriæ Alexandro totius sanctę Ecclesiæ summo Pontifice. Is post paucos sui introitus dies Dorobernensem Ecclesiam regendam suscepit: consecratus est autem IV Kalendas Septembris, in Sede metropoli à Suffraganeis ipsius Sedis, Willelmo,
n Londoniensi Episcopo; Walchelino *n*, Wentano;
o Remigio *o*, Dorcensi sive Lincolniensi; Siwardo, Ro-
p fensi; Herfasto *p*, Helmeanensi sive Thesfordensi;
q Stigando, Selengensi; Hermanno *q*, Siraburnensi;
r s Gisone, *r* Wellensi. Ceteri qui absentes fuerunt, causas suæ absentiæ, tam legatis quam litteris, ostenderunt.

Initio aditæ Sedis vindicaverat,

33 Ipso anno Thomas Eboracensis Ecclesiæ electus Antistes, Cantuarberiam ex prisca consuetudine ab eo sacrandus advenit: à quo cum Lanfrancus scriptam de obedientia sua, cum adjectione jurisjurandi, professionem, custodito antecessorum more, exposceret; respondit Thomas, numquam se id facturum, nisi prius scriptas de hac re auctoritates legeret, nisi testes hujus antiquitatis assertores cerneret, postremo nisi congruas super hac re rationes audiret, quibus id juste & rationabiliter sine suæ Ecclesiæ præjudicio facere deberet. Hoc autem ignorantia magis, quam spiritus elati pertinacia agebat: novus enim homo & Anglicæ consuetudinis penitus expers, verbis adulatorum plus æquo & bono fidem exhibebat. Lanfrancus tamen in præsentia paucorum Episcoporum, qui ad eum pro hac consecratione venerant, quod postulavit, ostendit. At ille abspernatus omnia, non sacratus abscessit. Quod Rex audiens graviter accepit, existimans Lanfrancum injusta petere, & scientia litterarum magis quam ratione & veritate confidere; quamvis nec ipsi Thomæ deesset scripturarum peritia, multo ingenio, multo studio comparata. Paucorum dierum spatio evoluto, Lanfrancus ad Curiam venit, à Rege audientiam postulavit, redditis rationibus ejus animum mitigavit, transmarinis qui aderant suæ parti justitiam adesse suasit & persuasit: Angli enim qui rem noverant, assertionibus ejus per omnia constantissime testimonium perhibebant. Itaque regio edicto
C communique omnium decreto statutum est ad præsens, debere Thomam ad matrem totius regni Ecclesiam redire, professionem scribere, scriptam legere, lectam inter examinandum, in præsentia Episcoporum more ecclesiastico, Lanfranco porrigere: in qua præceptis quidem ejus, in omnibus quæ ad Christianæ religionis cultum pertinent, se obtemperaturum absolute nulla interposita conditione promitteret; successoribus vero ejus non ita, nisi prius vel coram vel in Episcopali Concilio, competens ei ratio redderetur, qua antecessores suos Dorobernensis ecclesiæ Primatibus id feciſſe & facere debuisse, evidentissime ostenderetur. Igitur rediit; quæ jussa sunt implevit, sacratus abscessit. Non post multos dies Lanfrancus ab universis regni Anglici Episcopis, qui diversis temporibus, diversis in locis, ab aliis Archiepiscopis vel à Papa tempore Stigandi sacrati sunt, professionem petiit & accepit.

Rege mandante ut is sibi obedientiam profiteretur.

ANNOTATA.

a *Est hæc* Augusta Prætoria, *metropolis Salusiorum vulgo* Aoste, *Ducatus caput sub hodierno Pedemontio, uti ad Vitam S. Anselmi explicuimus.*

b Gilbertus, *scriptor Vitæ B. Erluini, ut in Prologo dicitur.*

c *De hoc* Willelmo *supra actum num.* 10.

e *Huic* Henrico *inscripsit S. Anselmus epist.* 54 *libri* 1, *& epist.* 44 *libri* 2.

e *Hunc petit Lanfrancus epistola* 48 *constitui Pastorem.* E *De eo autem & successore infra agitur num.* 53.

f *Anno* 1073 *id factum indicatur in Chronico Beccensi.*

g *Anno* 1077, *ut infra dicitur.*

h *Nempe in veteri lingua Francica, quæ & Teutonica fuit,* Beke *significat* rivum.

i *Anno* 1078, *die* 26 *Augusti, in Dominicâ, littera Dominicali* G. *cyclo Solis* 22.

k Deratiocinari *est hic rem litigatam evincere seu recuperare. Videri possunt aliæ explicationes apud Spelmannum in Archæologo, Acherium in Notis, & Cangium in Glossario.*

l *Editio Acheriana, epistolarum contextus omittere solita, lectore ad ipsum Librum earum remisso, nescio quo errore, nos hic remittit ad Epist.* 40: *sed citanda erat Epist.* 27, *quam uti & aliæ infra citandas ad longum describimus, sicut fecerat Milo.*

m *Sequentia omnia, usque ad numerum* 40, *habentur eisdem verbis apud Malmesburiensem, lib.* 1 *de Gestis Anglorum Pontificũ, ubi præfatur* Lanfrancum scripto suo melius insinuasse, quod de Ordinatione sua & de controversia inter se & Eboracensem Thomam commota & sedata ita scripsit.

n Wenta Belgarum *Ptolomæo, est* Wintonia, *hinc* F VVentanus Episcopus *idem est qui* VVintonensis. *Erat autem* VValkelinus *hoc eodem anno* 1070, *in festo SS. Trinitatis ab Hermanno Episcopo Sedunensi Legato Apostolico consecratus.*

o Doria *seu* Dorcinia *nunc vicus in Oxoniæ Comitatu, ab ea* 9 *milliaribus versus Austrum sita, aliquibus* Dorcestria *etiam dicta, sed longe diversa à* Dorcestria *apud Saxones Occidentales, ubi est caput Comitatus. Inde hic relatus* Remigius *Sedem transtulit Lincolniam.*

p *Herfasto Episcopo scripsit Lanfrancus epistolas* 19, 21 *& 22. Hic teste Malmesburiensi* Episcopatum de Helmstad transtulit ad Thetfordam, *nec diu postea Herebertus transtulit Norwicum. Sunt eæ Norfolciæ urbes.*

q *Malmesburiensis,* Selesiensi, *vulgo* Selsey, *ex quo loco* Cicestriam *transtulit Sedem hic indicatus* Stigandus. *Sunt ea loca in Sussexia, sive in Saxonia Australi.*

r *Idem Malmesburiensis,* Schereburnensi, *inde Sedes ab hoc Hermanno* Serisberiam *alias* Sarisburiam, *est translata. Est autem locus apud VVestsexiam in Comitatu Viltoniæ.*

s VVella *proxima Bathoniæ in Comitatu Somersetensi. Hinc posteri* Barthonienses *Episcopi sæpius appellati.*

CA-

CAPUT V.

Deciſio controverſiæ de Primatu Cantuarienſis Eccleſiæ ſupra Eboracenſem.

34 *Ipſe benevole à Papa ſuſceptus,*

SEquenti anno cum præfato Archiepiſcopo Romam ivit, & honorifice à Sede Apoſtolica ſuſceptus eſt: ſiquidem venienti Papa aſſurrexiſſe dicitur, tum pro ſua magna religione & eminenti ſcientia, tum quia, dum eſſet in Normannia, venientes Romanæ Eccleſiæ miniſtros honorifice ſuſcipiebat, & quoſdam Papæ conſanguineos ſtudioſe docuerat. Fertur etiam Papa dixiſſe: Non ideo aſſurrexi ei, quia Archiepiſcopus Cantuariæ eſt; ſed quia Becci ad ſcholam ejus fui, & ad pedes ejus cum aliis auditor conſedi. Itaque duo Pallia illi dedit, unum quod de altari Romano more accepit; alterum vero in indicium videlicet ſui amoris, cum quo Miſſam celebrare ſolebat, Alexander ei Papa ſua manu porrexit. In cujus præſentia Thomas calumniam movit de primatu Dorobernenſis Eccleſiæ; & de ſubjectione trium Epiſcoporum, Dorcenſis ſive Lincolnienſis, Wigornenſis, & Licifeldenſis
B quæ nunc eſt Ceſtrenſis; dicens, Cantuarienſem Eccleſiam atque Eboracenſem, parem ad ſe invicem honorem habere, nec alteram alteri, ſecundum B. Gregorii conſtitutionem, debere ullatenus ſubjacere; excepto quod alterutrius Archiepiſcopum, prio-
& controverſiam ab Eboracenſibus motam in Anglia juſſus terminare, rem & digniorem oporteat eſſe eo, quem conſtiterit fuiſſe poſterius ordinatum: prædictos vero tres Epiſcopos, ſuæ Sedi ſuiſque anteceſſoribus ab antiquis temporibus extitiſſe ſubjectos. Lanfrancus hoc audiens, etſi moleſte tulit, modeſtâ tamen diſcretione verba illius veritate penitus carere reſpondit: aſſeverans Gregorianam illam conſtitutionem, non de Cantuarienſi & Eboracenſi eſſe promulgatam. De qua re & de tribus Epiſcopis, multis hinc inde verbis prolatis, decrevit Alexander Papa, oportere hanc cauſam in Anglica terra audiri, & illic totius regni Epiſcoporum & Abbatum teſtimonio & judicio definiri.

35 Lanfrancus, quamvis alligatum illum ſuo tempore facta ab eo profeſſione teneret; maluit tamen pro ſucceſſoribus ſuis laborare, quam eis impoſterum indiſcuſſam hanc tantam calumniam diſcutiendam reſervare. Uterque igitur in Paſchali ſolennitate ad Regem venit: ibique prolatis in medium
C partium rationibus, ſententiam de negotio regalis *cauſam obtinet,* Curia dedit. Juſſum tunc eſt fieri ſcriptum, totius cauſæ continens finem. Lanfrancus Alexandro Papæ Epiſtolam direxit, in qua ei totius negotii geſtionem breviter & veraciter enarravit. Utraque ſcripta ſubter annexa ſunt, præmiſſa profeſſione, quam Thomas Lanfranco, coram Rege & ejus Curiâ, manu in manum porrexit. Decet Chriſtianum quemque Chriſtianis legibus ſubjacere, nec his, quæ à ſanctis Patribus ſalubriter inſtituta ſunt, quibuslibet rationibus contraire: hinc namque iræ, diſſenſiones, invidiæ, contentiones, ceteraque procedunt, quæ amatores ſuos in pœnas æternas demergunt: &
cui ille de ſcripto obedientiam profitetur, quanto quiſque altioris eſt ordinis, tanto impenſius divinis debet obtemperare præceptis. Propterea Ego Thomas, ordinatus jam Eboracenſis Eccleſiæ Metropolitanus Antiſtes, auditis cognitiſque rationibus, abſolutam Tibi, Lanfrance Dorobernenſis Archiepiſcope, tuiſque ſucceſſoribus, de canonica obedientia profeſſionem facio: & quidquid à te vel ab eis juſte & canonice injunctum mihi fuerit, ſervaturum me eſſe promitto. De hac autem antea cum à te ordinandus eſſem dubius fui; ideoque tibi quidem ſine conditione, ſucceſſoribus vero tuis, conditionaliter obtemperaturum me eſſe promiſi. Decretum Curiæ hujuſmodi fuit.

PER MIL. CRISPIN. *juxta aecr tum Conc lii,*

36 Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MLXXII, Pontificatus autem Domni Alexandri Papæ undecimo, regni vero Willelmi glorioſi Regis Anglorum & Ducis Normannorum ſexto, ex præcepto ejuſdem Alexandri Papæ, annuente eodem Rege, in præſentia ipſius & Epiſcoporum atque Abbatum, ventilata eſt cauſa de Primatu, quem Lanfrancus Dorobernenſis Archiepiſcopus ſuper Eboracenſem Eccleſiam jure ſuæ Eccleſiæ proclamabat: & de ordinationibus quorumdam Epiſcoporum, de quibus ad quem ſpecialiter pertinerent, certum minime conſtabat. Et tandem aliquando diverſis diverſarum ſcripturarum auctoritatibus probatum atque oſtenſum eſt, quod Eboracenſis Eccleſia Cantuarienſi debeat ſubjacere; ejuſque Archiepiſcopi, ut Primatis totius Britanniæ, diſpoſitionibus, in his quæ ad Chriſtianam religionem pertinent, in omnibus obedire. Subjectionem vero Dunelmenſis, hoc eſt Lindisfarnenſis Epiſcopi, atque a
omnium regionum, à terminis Licifeldenſis Epiſcopii, & Humbræ magni fluvii, uſque ad extremos Scotiæ fines, & quidquid ex hac parte prædicti fluminis ad Parochiam Eboracenſis Eccleſiæ jure com-
E petit, Cantuarienſis Metropolitanus Eboracenſi Archiepiſcopo ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum obtinere conceſſit: ita ut ſi Cantuarienſis Archiepiſcopus Concilium cogere voluerit, ubicumque viſum fuerit, Eboracenſis Archiepiſcopus ipſi præſentiam, cum omnibus ſibi ſubjectis Epiſcopis, ad nutum ejus exhibeat, & ejus canonicis diſpoſitionibus obediens exiſtat. Quod autem Eboracenſis Archi- *Lanfranco juramentū remittente:* epiſcopus, profeſſionem facere debeat Cantuarienſi Archiepiſcopo, etiam cum ſacramento, Lanfrancus Dorobernenſis Archiepiſcopus ex antiqua anteceſſorum conſuetudine oſtendit. Sed ob amorem Regis, Thomæ Eboracenſi Archiepiſcopo ſacramentum relaxavit, ſcriptamque tantum profeſſionem recepit, non præjudicans ſucceſſoribus ſuis, qui ſacramentum cum profeſſione à ſucceſſoribus Thomæ exigere voluerint. Si Archiepiſcopus Cantuarienſis vitam finierit, Eboracenſis Archiepiſcopus Doroberniam veniet; & eum qui electus fuerit, cum ceteris præfatæ Eccleſiæ Epiſcopis, ut Primatem proprium jure conſecrabit. Quod ſi Archiepiſcopus Eboracenſis obierit, is qui ei ſucceſſurus eligitur, accepto à Rege Archiepiſcopatus dono, Cantuariam vel ubi Cantuarienſi viſum fuerit, accedet; & ab ipſo ordina- F
tionem canonico more ſuſcipiet.

37 Huic conſtitutioni conſenſerunt præfatus *qui Romani ſcribit,* Rex, & Archiepiſcopi Lanfrancus Cantuarienſis & Thomas Eboracenſis, & Hubertus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus & præfati Alexandri Papæ Legatus, & ceteri qui interfuerunt Epiſcopi & Abbates. Hæc ut geſta ſunt Lanfrancus Alexandro notificavit per ſubſcriptam Epiſtolam. Domino, totius Chriſtianæ Religionis ſummo ſpeculatori, Alexandro Papæ Lantrancus. Meminiſſe debet humiliter excellens excellenterque humilis Beatitudo veſtra, quia quo tempore apud vos fuimus, Eboracenſis Eccleſiæ Antiſtes adverſum me palam murmuravit, clam detraxit, in præſentia Celſitudinis veſtræ calumniam ſuſcitavit, dicens, me injuſte velle agere, eo quod ſuper ſe ſuamque Eccleſiam jure no- *quomodo juſſus in Anglia cauſam agere,* ſtræ Eccleſiæ primatum niteret obtinere; de quorumdam quoque ſubjectione Epiſcoporum, quos Eccleſiæ ſuæ conatus eſt aggregare, antiquam ſua querela non eſt veritus conſuetudinem temerare: quibus de rebus vos, ſicut ſanctum prudentemque Paſtorem decuit & oportuit, per ſcriptum ſententiã promulgaſtis, quatenus Conventus Anglicæ ter-

ræ Epiſcoporum, Abbatum, ceteratumque religioſi ordinis perſonarum, utriuſque partis rationes audiret, diſcuteret, definiret. Factumque eſt ita. Conſedere apud Wento iam Regis Curia, venerunt enim ad Regalem Curiam apud Wentanam civitatem in Paſchali ſolennitate, Epiſcopi, Abbates, ceterique ex ſacro ac laicali ordine, quos fide & actione morumque probitate par fuerat conveniſſe. Imprimis adjurati ſunt à nobis ex veſtra auctoritate per Sanctam obedientiam; deinde Regia poteſtas per ſemetipſam conteſtata eſt eos, per fidē & ſacramentum quibus ſibi colligati erant, quatenus hanc cauſam intentiſſime audirent, auditam ad certum rectumque finem ſine partium favore perducerent. Utrumque omnes concorditer ſuſceperunt: ſeſe ita facturos ſub præfata obligatione ſpoponderunt.

PER MIL. CRISPIN.

38 Allata eſt igitur Eccleſiaſtica gentis Anglorum Hiſtoria, quam Eboracenſis Eccleſiæ Presbyter & Anglorum Doctor Beda compoſuit: lectæ ſententiæ, quibus pace omnium demonſtratum eſt, à tempore B. Auguſtini, primi Dorobernenſis Epiſcopi, uſque ad ipſius Bedæ ultimam ſenectutem, quod fere centum & quadraginta annorum ſpatio terminatur, Anteceſſores meos ſuper Eboracenſem Eccleſiam, totamque inſulam quam Britanniam vocant, nec non & Hiberniam *b* Primatum geſſiſſe, curam Paſtoralem omnibus impendiſſe, in ipſa Eboracenſi urbe perſæpe lociſque finitimis (ubi eis viſum fuit) Epiſcopales Ordinationes atque Concilia celebraſſe, Eboracenſes Antiſtites ad ipſa Concilia vocaſſe, & cum res popoſciſſet de ſuis eos actibus rationem reddere compuliſſe: Epiſcopos quoque, quorum ſubjectionem in quæſtionem adduxerat, infra illud centum & quadraginta annorum ſpatium, per Dorobernenſes Archiepiſcopos fuiſſe ſacratos, ad Concilia vocatos, quoſdam quoque exigentibus culpis ab eis cum Romanæ Sedis auctoritate depoſitos; multaque in hunc modum, quæ Epiſtolaris modeſtia per ſingula explicare non poteſt: diverſa ad legendum Concilia porrecta, quæ diverſis temporibus, diverſis de cauſis à meis ſunt Anteceſſoribus celebrata: quæ tametſi non eamdem ſuæ inſtitutionis habuere materiam, eamdem tamen de Primatu & ſubjectionibus Epiſcoporum tenuēre ſententiam: recitatæ eorumdem, de quibus quæſtio verſabatur, Epiſcoporum ante Prædeceſſores meos factæ elections, & per eos ordinationes, qui Dorobernenſi Eccleſiæ de ſua obedientia ſcriptas reliquerunt profeſſiones: urbs namque, quæ Cantwerbia nominatur, antiquis temporibus ab ipſius terræ incolis Dorobernia vocabatur.

illam probaverit ex Bede Hiſt. Anglorum

b *ex Actis Synodalibus,*

C *ex profeſſionibus Epiſcopalibus,*

39 Acceſſerunt omnium teſtimonia, qui omnia quæ ſcripta ſonuerant ſe ſuis quiſque temporibus vidiſſe & audiviſſe conſtantiſſime firmaverunt: nec defuerunt geſta, quibus reſeratum eſt, cum Anglia per Regulos eſſet diviſa, Nordanumbrorum Regem *c*; ubi ſita eſt civitas Eboraca, accepto pretio cuidam Simoniaco Epiſcopatum vendidiſſe; pro qua culpa à Dorobernenſi Archiepiſcopo ad Concilium vocatum fuiſſe, nolentemque venire pro ſua inobedientia excommunicationis ſententiam pertuliſſe: cujus communionis atque conſortii omnis illarum partium Eccleſiæ tamdiu abſtinuit, quoadusque Concilio ſeipſum exhibuit, culpam dixit, quod male geſtum eſt correxit, de reliquo emendaturum ſe fore ſpopondit: quæ res non mediocre tulit indicium, Anteceſſores meos ſuper ipſam terram illamq; Eccleſiam habuiſſe primatum. Ultimum quaſi robur totiuſque cauſæ firmamentum, prolata ſunt Anteceſſorum veſtrorum Gregorii, Bonifacii, Honorii, Vitaliani, Sergii, item Gregorii, item ultimi Leonis privilegia atque ſcripta; quæ Dorobernenſis Eccleſiæ Præſulibus Anglorumque Regibus, aliis atque aliis temporibus, variis de cauſis ſunt data aut tranſmiſſa: reliqua enim reliquarum tam authentica quam eorum exemplaria, in ea combuſtione atque abolitione, quam eccleſia noſtra ante quadriennium perpeſſa eſt, penitus ſunt abſumpta.

ex cujuſdā Simoniaci Eborācenſis excommunicatione,

c

& ex reſcriptis Pontificū Rom.

D

40 His atque aliis, quæ particulatim breviterque explicari non poſſunt, ex parte noſtræ Eccleſiæ primatus recitatis; contra tantam tantarum auctoritatum evidentiam, pauciſſimas contradictiones oppoſuit; Epiſtolam illam præcipue ferens in medium, qua B. Gregorius Londonienſem atque Eboracenſem Eccleſiam pares eſſe, nec alteram alteri ſubjacere inſtituit. Quam ſcripturam cum in rem nihil facere concordi ſententia cuncti protinus definiſſent, pro eo quod nec ego Londonienſis Epiſcopus eſſem, nec de Londonienſi Eccleſia eſſet quæſtio inſtituta; vertit ſe ad alia egena atque infirma argumenta, quæ poſt paucam moram Chriſto revelante paucis ſunt objectionibus abolita. Quem cum Rex dulci paternaque reprehenſione argueret, quod contra tantam argumentorum copiam tam inops rationum venire præſumpſiſſet; reſpondit ſe antea ignoraſſe, Dorobernenſem Eccleſiam tot tantiſque auctoritatibus tamque perſpicuis rationibus eſſe munitam. Verſus itaque ad preces eſt: rogavit enim Regem, ut me rogaret, quatenus omnem mentis rancorem adverſus eum pro hac cauſa conceptum omitterem, pacem diligerem, concordiam facerem, aliqua quæ mei eſſent juris ſtudio ei caritatis concederem. Cui petitioni ego libenter & cum gratiarum actione conſenſum præbui; quia miſerante Deo, non ego, ſed ille, priſcæ conſuetudinis violator, cauſa erat illius ſcandali. Facta eſt igitur communi omnium adſtipulatione de hac re quædam ſcriptura, cujus exemplaria per principales Anglorum Eccleſias diſtributa, ut futuris ſemper temporibus teſtimonium ferant, ad quem finem cauſa iſta fuerit perducta. Cujus exemplar vobis quoque, quibus ſanctam totius mundi Eccleſiam conſtat eſſe commiſſam, tranſmittendum curavi: ut ex hoc atque aliis quæ tranſmiſſa ſunt perſpicue cognoſcatis, ex more Anteceſſorum, quid mihi Chriſtique Eccleſiæ, quam regendam ſuſcepi, concedere debeatis: quod peto honeſte & ſine dilatione, per indultum Sedis Apoſtolicæ, privilegium fieri, quatenus ex hoc quoque quantum me diligatis, evidenter poſſit oſtendi.

narrat deinde, quomodo adverſarii argumenta refutarit,

& cedenti pacem conceſſerit,

E

petit autem Acta confirmari à Pontifice;

41 De eadem re ſcripſit quoque Lanfrancus Hildebrando, Romanæ Eccleſiæ Archidiacono, ita: Domino S.R.E. Archidiano Hildebrando Lanfrancus ſuus, ſanctis principiis ſanctum conjungere finem. Explicare litteris mens mea non poteſt, quanta dilectione veſtræ ſinceritati connectitur, quantaque dulcedine gratiarum veſtrarum, quas mihi tam præſenti quam abſenti benignitas veſtra ſemper exhibuit, indeſinenter reminiſcitur. Propterea ſi donante Deo in quibuſlibet rerum generibus aliquid boni facio, ſalutem veſtram tam temporalem quam tempore carentem tradere oblivioni non valeo; & hoc oro omnipotentem Deum, quatenus vitam veſtram, ad honorem & firmamentum ſanctæ Eccleſiæ ſuæ, prolixam in hoc ſeculo faciat, incontaminatam ab omni peccati contagione cuſtodiat, & in futuro centuplicatis operibus veſtris vitam vobis permanentem copioſus remunerator retribuat. Porro calumnia, quam Eboracenſis Eccleſiæ Antiſtes adverſum me movit, de primatu & ſubjectione quorumdam Epiſcoporum, ſecundum præceptum Apoſtolicæ Sedis audita & determinata eſt: cujus negotii geſtionem, breviter ex ordine ſcriptam, Domino noſtro Papæ tranſmiſi: quam volo & rogo à vobis competenti diligentia legi, quatenus caritas veſtra certiſſimum teneat, quid mihi Eccleſiæque meæ Sedes Apoſtolica concedere,

idem commendat Card. Hildebrando,

F

&

A & concedendo confirmare per privilegium debeat.

42 Ad hæc Hildebrandus reſpondit Lanfranco. Verba Legatorum veſtrorum gratanter accepimus: ſed quod voluntati veſtræ, in mittendo, abſenti perſonæ veſtræ privilegio, ut illi petebant, rite non potuimus ſatisfacere, valde doluimus. Neque id ægre ferat veſtra prudentia: quoniam ſi alicui Archiepiſcoporum veſtris temporibus abſenti hoc conceſſum fuiſſe vidiſſemus, profecto religioni veſtræ promptiſſima caritate honorem hunc, abſque veſtra fatigatione impenderemus. Unde neceſſarium nobis videtur, vos Apoſtolorum limina viſitare *d*: quatenus de hoc & ceteris una vobiſcum efficacius quod oportuerit conſulere valeamus atque ſtatuere. De cetero ſi legatos noſtros ad vos venire contigerit, ſolita caritate recipite; & quæ vobis in aure dixerint, prout cariſſimum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ filium & religioſum decet Sacerdotem, procurare ſtudete.

qui excuſat id ipſo præſente fieri debere.

d

ANNOTATA.

a *De Lindisfarnenſi Sede ejuſque tranſlatione actum eſt ad Vitam S. Cuthberti 20 Martii.*

B b *Miror quo modo ex Beda probatum fuerit, etiam ſuper Hiberniam ſe extendiſſe Primatum Cantuarienſem, cum ſuum illa inſula proprium Primatem habuerit, Archiepiſcopum Ardmacanum.*

c *Duravit Nordanhumbrorum regnum uſque ad annum circiter 875 ex noſtri Alfordi ſupputatione: utinam aque facile eſſet deſignare Epiſcopum, contra quem; & annum, quo iſta acta ſunt!*

d *Id feciſſe Lanfrancum vix dubitem, licet nuſquam legatur, eodem fortaſis anno vel proxime ſequenti.*

CAPUT VI.

Reliqua Landfranci acta, obitus, tranſlatio.

34 a *An. 1075, Concilio Londonenſi,* ANno ab Incarnatione Domini MLXXV, regnante glorioſo Rege Willelmo Anglorum, anno regni ejus nono, congregatum eſt Londoniæ in eccleſia B. Pauli Apoſtoli Concilium totius Angliæ regionis, Epiſcoporum, Abbatum, nec non & multarum religioſi ordinis perſonarum; jubente atque eidem Concilio præſidente Lanfranco, ſanctæ Dorobernenſis eccleſiæ Archipræſule, C totiuſque Britanniæ Primate; conſedentibus ſecum viris Venerabilibus, Thoma Eboracenſi Archiepiſcopo, Willelmo Londinenſi Epiſcopo, Goisfrido *b* b *conſedentibus 12 Epiſcopis,* Conſtantienſi (qui cum tranſmarinus eſſet Epiſcopus, in Anglia multas poſſeſſiones habens, cum ceteris in Concilio reſidebat) Walchelino Vintonienſi, c Hermano Siraburnenſi, Wilfſtano *c* Vireceſtrenſi, Walterio Herefordenſi, Giſone Vellenſi id eſt Batenſi, Remigio Dorchacenſi ſive Lincolnienſi, Herfaſto Helmeanenſi ſeu Norwincenſi, Stigando Selengenſi, Osberno Exonienſi, Petro Licifeldenſi. Roſenſis eccleſia per id tempus Paſtore carebat. Lindisfarnenſis, qui & Dulmenſis Epiſcopus, canonicam habens excuſationem, Concilio intereſſe non poterat. Et quia multis retro annis in Anglico regno uſus Conciliorum obſoleverat, renovata ſunt nonnulla, quæ antiquis etiam noſcuntur Canonibus definita.

d *multa utiliter decernit Lanfrancus,* 44 Ex Concilio igitur Toletano quarto *d*, Millevitano, atque Bracharenſi ſtatutum eſt, ut ſinguli ſecundum ordinationis ſuæ tempora ſedeant, præter eos qui antiqua conſuetudine, ſive Eccleſiarum ſuarum privilegiis digniores Sedes habent. De qua re interrogati ſunt ſenes & ætate provecti, quid vel ipſi vidiſſent, vel à majoribus atque antiquioribus veraciter atque probabiliter accepiſſent. Super quo reſponſo petitæ ſunt induciæ, ac conceſſæ uſque in craſtinum. Craſtina autem die concorditer perhibuere, quod Eboracenſis Archiepiſcopus ad dexteram Dorobernenſis ſedere debeat, Londonienſis ad ſiniſtram, Wentanus juxta Eboracenſem; ſi vero Eboracenſis deſit, Londonienſis ad dexteram, Wentanus ad ſiniſtram. PER MIL. CRISPIN. *de Seſſione Epiſcoporū.*

45 Ex Regula B. Benedicti, ex Dialogo Gregorii, & antiqua regularium locorum conſuetudine; ut Monachi ordinem debitum teneant; infantes præcipue & juvenes, in omnibus locis deputatis ſibi magiſtris, cuſtodiam habeant; nocte luminaria ferant generaliter omnes, niſi à Prælatis conceſſa proprietate careant. Si quis vero aliquid proprii ſine præfata licentia habere in morte fuerit deprehenſus, nec ante mortem id reddiderit, cum pœnitentia & dolore peccatum ſuum confeſſus; nec ſigna pulſentur pro eo, nec ſalutaris pro ejus abſolutione Hoſtia immoletur, nec in cœmeterio ſepeliatur. *ſtatutis malefactis.*

46 Ex Decretis ſummorum Pontificum, Damaſi videlicet, & Leonis, nec non ex Conciliis Sardicenſi atque Laodicenſi, in quibus prohibetur Epiſcopales Sedes in villis exiſtere; conceſſum eſt regia munificentia & Synodi auctoritate, præfatis tribus Epiſcopis, de villis ad civitates tranſire, Hermanno de Siraburna ad Selesberiam, Stigando de Selengeo ad Ciceſtrum, Petro de Licifelde ad Ceſtrum. De quibuſdã qui in villis ſeu vicis adhuc degebant dilatum eſt uſque ad Regis audientiam, qui in tranſmarinis terris tunc temporis bellum gerebat. *ſedibus Epiſcopalibus transferendis.*

47 Ex multis Romanorum Præſulum decretis, diverſiſque ſacrorum Canonum auctoritatibus; ne quis alienum Clericum, vel Monachum ſine commendatitiis litteris retineat vel ordinet. Ad comprimendam quorumdam indiſcretorum inſolentiam, ex communi decreto ſancitum eſt, ne quis in Concilio loquatur, præter licentiam à Metropolitano ſumptam, exceptis Epiſcopis & Abbatibus. *externis non ordinandis, ſilentio in Synodis.*

48 Ex Decretis Gregorii Majoris *e* nec non & Minoris; ut nullus de propria cognatione, vel uxoris defunctæ, ſeu quam cognatus habuit, uxorem accipiat; quoad uſque parentela ex alterutra parte ad ſeptimum gradum perveniat: ut nullus ſacros Ordines ſeu officium Eccleſiaſticum, quod ad curam animarum pertineat, emat vel vendat; hoc enim ſcelus à Petro Apoſtolo in Simone Mago primitus damnatum eſt, poſtea à ſanctis Patribus vetitum & excommunicatum. Ne oſſa mortuorum animalium, F quaſi pro vitanda animalium peſte, alicubi ſuſpendantur. Ne ſortes, vel haruſpicia, ſeu divinationes, vel aliqua hujuſmodi opera diabolica, ab aliquo exerceantur: hæc enim omnia ſacri Canones prohibuerunt, & eos qui talia exercent data ſententia excommunicaverunt. c *impedimentis matrimonii,* *ſortilegii.*

49 Ex Conciliis Eliberitano & Toletano undecimo; ut nullus Epiſcopus vel Abbas, ſeu quilibet de Clero, hominem occidendum, vel membris truncandum judicet; vel judicantibus ſuæ auctoritatis favorem accommodet. *& judiciis reorum.*

Ego Lanfrancus, Dorobernenſis Archiepiſcopus, ſubſcripſi.

Ego Thomas, Eboracenſis Archiepiſcopus, ſubſcripſi.

Subſcripſerunt & alii Epiſcopi & Abbates, qui interfuerunt.

50 Poſt hæc Thomas Eboracenſis humiliter rogavit per Epiſtolam *f* Lanfrancum, ut mitteret ſibi duos Epiſcopos, Dorchaceſtrenſem & Wigornenſem, ad ſacrandum quemdam Clericum, quem Paulus Comes Orcadum Inſularum illi miſerat, ad ordinandum illis partibus Epiſcopum; affirmans, nul- *Mittit qui conſecret Epiſcopum Orcadum;*

lam impoſterum ſe horum Epiſcoporum hacde cauſa quæſiturum ſubjectionem. Cujus petitioni Lanfrancus annuens ; ſcripſit g Epiſcopis Wlſtano Wigornenſi & Petro Ceſtrenſi, ut Thomæ, ſicut petebat, occurrerent, ad prædicti Clerici conſecrationem, ad diem quem ipſe nominaret.

VER MIL. CRISPIN.

g

vetat in eccleſia privata haberi Epiſcopum,

51 In ſuburbio civitatis Cantuariæ eſt quædam Eccleſia S. Martini, in qua, ut fertur, priſcis temporibus fuit Sedes Epiſcopalis ; &, ut ajunt, Epiſcopum habuit, antequam ad illas partes tranſiret Lanfrancus. Sed quia auctoritate Canonum conſtat præceptum, ne in una civitate duo Pontifices ſimul habeantur; ſtatuit Lanfrancus, ne ulterius ipſi loco ordinaretur Epiſcopus.

Inſolentem ſcurram coërcet:

52 In quadam feſtivitate, de tribus magnis, quibus Rex coronatus ſolebat tenere Curiam; die feſtivitatis, cum Rex diademate & indumentis regalibus ornatus ſederet ad menſam, & Lanfrancus juxta eum: quidam ſcurra, videns Regem auro & gemmis radiantem, exclamavit in aula, magna adulationis voce, & dixit: Ecce Deum video, ecce Deum video. Lanfrancus converſus ad Regem, ait: Nolite talia pati imponi vobis: non ſunt hæc hominis, ſed Dei: jubete illum acriter verberari, ne audeat unquam talia iterare: quod Rex juxta verbum illius fieri juſſit. Noverat vir prudentiſſimus, quod tertius Herodes ideo ab Angelo percuſſus interiit; quia adulatorum verba, quæ quaſi Deo ſibi acclamabant, non reſpuit, ſed ſuſcepit.

B

inſtaurat Eccleſiam Rofenſem,

53 Eccleſiam Rofenſem ipſe inſtauravit, & in ea Epiſcopum ordinavit Beccenſem Monachum, nomine Hernoſtum. In hujus conſecratione, inventus eſt Euangelii verſus: Cito proferte ſtolam primam, &c. Quod cum audiſſet Lanfrancus, prædixit eum cito moriturum, & ſic contigit. Namque ei in Epiſcopatu, nondum anno completo, decedenti ſucceſſit h Gondulfus, & ipſe Monachus Beccenſis; vir Deo amabilis & religioſus, qui perſeveravit uſque ad tempora S. Anſelmi & Regis Henrici, Abbatiam quoque S. Albani reſtituit in priſtinum ſtatum; in qua poſuit Abbatem Paulum Cadomenſem Monachum, qui ibi ordinem & eccleſiaſtici Officii uſum inſtituit, ſicut cernere eſt uſque hodie.

h

& Abbatiæ S. Albani.

vohibet energumenæ,

54 Quadam die dum Miſſam celebraret, & ventum eſſet ad horam, qua Corpus Domini manibus accepit; Diaconus, qui ad Miſſam ſibi miniſtrabat, pervaſus à dæmone, arripuit Archiepiſcopum manibus per ſcapulas. Venerabilis Antiſtes, in nullo turbatus, reflexa manu dextera per capillos eum tenuit, & ante pedes ſuos adduxit. Percelebrata Miſſa, in domum infirmorum juſſit illum perduci; ubi per aliquot dies in eadem inſania permanſit. Non autem multum illum vexabat poſſeſſum, niſi quia in amentia tenebat: ridebat vero præſentes, cum cachinno reſpondens ad ea quæ dicebantur. Videbant autem quemdam tumorem per membra diſſilientem: & ſi quis voluiſſet manum ſuperimponere, ſtatim in alium locum exiliebat. Contigit autem venerabilem prædictum Gondulfum Præſulem Rofenſium adeſſe; qui cum voluiſſet manum ſuper tumorem illum imponere, deſiliit aliorſum: & ait Epiſcopus: Revera ſalit ſicut catus. Reſpondit dæmon: Non ut catus, ſed ut catulus. Dicebat autem de quibuſdam ejuſdem loci Fratribus quædam nefanda. Tunc nominauerunt quemdam, dicentes: quoniam de illo non haberet quid diceret. At ille cœpit affirmare, quia numquam ille, quem dixerant, auderet in præſentiam ſuam venire. Quod cum Frater audiſſet, timuit ne forte aliquid ſibi perperam geſtum improperaret. Tunc ſapientes Fratres dederunt conſilium, ut cum Archiepiſcopo loquens, puram Confeſſionem faceret, revelans illi totam vitam ſuam: & ſic

C

arcuſare occulta peccata ſolitum,

fiducialiter, cum abſolutione & benedictione ejus, iret ad dæmoniacum. Nec mora: fecit quod ſibi conſulebatur, & mox ingreſſus ſtetit ante eum. Tunc qui aderant dicebant dæmonioſo: Ecce adeſt cui minitabaris: dic, ſi quid de eo noſti. At ille in eum torvo reſpectans oculo, ait cachinnans; Proh! malo omine, quomodo es nunc rebullitus & candidatus? Quis te ſic rebullivit & dealbavit? Et cum ab aliis urgeretur, ut diceret quod antea ſe dicturum minitabatur, nihil plus dixit. Unde datur intelligi, quia virtus Confeſſionis & Abſolutionis aufert diabolo aut memoriam peccati, de quo pura Confeſſio facta fuerit; aut certe poteſtatem hominem accuſandi. Unde B. Auſtinus, Si, inquit, fueris tui ipſius accuſator, & Dominus liberator; quid erit ille niſi calumniator? Poſt aliquot dies, Deo miſerante & magno Præſule Lanfranco cum Fratrum ſanctæ Sedis orationibus adjuvante, liberatus eſt ab illa peſte, & priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati. Hoc B. Anſelmo Archipræſule referente, cum aliis pluribus audivi.

D

abſolutione reo impenſa.

Abſentiæ Regis agit vices,

55 *k* Quando glorioſus Rex Willelmus morabatur in Normannia Lanfrancus erat princeps & cuſtos Angliæ, ſubjectis ſibi omnibus Principibus, & juvantibus in his quæ ad defenſionem & diſpoſitionem vel pacem pertinebant regni, ſecundum leges patriæ. Lectioni erat aſſiduus, & ante Epiſcopatum, & in Epiſcopatu, quantum poterat. Et quia Scripturæ ſcriptorum vitio erant nimium corruptæ; omnes tam veteris quam novi Teſtamenti libros, nec non etiam ſcripta ſanctorum Patrum, ſecundum orthodoxam fidem ſtuduit corrigere. Et etiam multa de his, quibus utimur nocte & die in ſervitio Eccleſiæ, ad unguem emendavit: & hoc non tantum per ſe, ſed etiam per diſcipulos ſuos fecit. Qua de cauſa, ut in principio jam dictum eſt, merito illum Latinitas cum honore & amore veneratur Magiſtrum. Hujus commendationis claritate omnis Occidui orbis Eccleſia, tam Gallicana quam Anglica, gaudet ſe illuminatam.

h

E

Sacros codices corrigit:

Abunde eleëmoſynæ erogat,

56 Ita fuit liberalis, ut diceretur, nullum tam largum de Italia Longobardum *l* egreſſum fuiſſe. Erat ea tempeſtate tranſmarina regio plena & abundans omnibus bonis, quæ Deus ad utilitatem hominum creavit: ipſe quoque Archiepiſcopus, ditatus multis poſſeſſionibus, locuples erat: verum quanti penderet iſta, in hoc apparebat, quod quantum poterat paupertatem retinebat in vilitate habitus, parſimoniam tenens inter multimodas delicias. Multa quoque & magna offerebantur ſibi dona, quæ ille hilariter rogantibus ſe vel indigentibus tribuebat. Pauperibus quoque erat ita dapſilis, ut quingentas libras quotannis in eleëmoſynam erogaſſe dicatur. Et merito: nam in conſecratione ejus repertum eſt, ſuper caput ejus Euangelicum dictum: Date eleëmoſynam; & ecce omnia munda ſunt vobis: *m* quod ipſe tota devotione facere ſtuduit. Conſanguineis Monachorum ſuorum indigentibus, quam benigne, quam ſufficienter beneficia impendebat. Vere poterat dicere: Ab adoleſcentia crevit mecum miſeratio.

i

F

Luc. 11, 41 m

Iob. 31, 18

S. Anſelmum benigne excipit:

57 Interea contigit ſanctum Abbatem Becci Anſelmum, qui B. Herluino ſucceſſerat, tranſire in Angliam; tum pro utilitatibus Eccleſiæ ſuæ, tum ut cum Archiepiſcopo loqueretur: cujus alloquium & conſilium multum amabat. Et perveniens ad illum, cum magno amore & debito honore ſuſceptus eſt. Cumque ſimul loquerentur, & ad invicem de diverſis plura conferrent; intimavit Abbati Antiſtes Cantuarienſis, quaſi conquerendo, quod homines illius patriæ colerent quoſ-

ab eoque inſtruitur de cultu S. Elfegi,

A n quoſdam Sanctos, quos ille non affectaret,& maxime, ait, quemdam Elfegum *n* hujus Sedis Archipræſulem ; quem non ſolum inter Sanctos, ſed & inter Martyres numerare contendunt; cum conſtet illum non pro fide Chriſti, ſed quia ab inimicis, à quibus captus tenebatur, ſe redimere noluerit, interemptum fuiſſe. Ad hæc Anſelmus hujuſmodi reddidit rationem : Certum eſt,inquit,quia is qui ne leviter peccando Deum offendat, mori non dubitat ; multo magis mori non dubitaret, priuſquam aliquo gravi peccato Deum exacerbaret. Et revera gravius eſt Chriſtum negare, quam aliquem, pro ſua redemptione, homines ſuos ablatione ipſorum pecuniæ ad modicum gravare : ſed quod minus eſt Elfegus facere noluit ; multo igitur minus Chriſtum negaret, ſi veſana plebs eum ad hoc mortem intentando conſtringeret: unde datur intelligi, quanta vis juſtitiæ pectus ejus poſſederit, quando vitam ſuam maluit dare, quam ſpreta caritate proximos ſuos ſcandalizare. Nec immerito, ut reor, inter Martyres computatur; qui pro juſtitia mortem ſponte ſuſcepiſſe prædicatur. Nam & B. Joannes Baptiſta, quem tota Dei Eccleſia præcipuum Martyrem credit & veneratur; non quia Chriſtum negare, ſed quia pro defenſione legis divinæ veritatem noluit tacere, ad votum ſaltatricis capite plexus eſt. Et quid diſtat pro juſtitia mori, vel mori pro veritate? Conſtat, teſtante ſacro eloquio, quia veritas & juſtitia Chriſtus eſt. Ipſe enim dicit: Ego ſum veritas. Et Apoſtolus : Chriſtus factus eſt nobis à Deo ſapientia & juſtitia. Qui ergo pro veritate & juſtitia moritur, pro Chriſto moritur; qui autem pro Chriſto moritur, Eccleſiâ teſte, Martyr habetur. Beatus vero Elfegus, æque pro juſtitia, ut S. Joannes pro veritate, paſſus eſt. Cur ergo plus de unius, quam de alterius vero ſanctoque martyrio quiſque ambigat; cum par cauſa in mortis perpeſſione utrumque detineat ? Audiens hoc Lanfrancus, gratanter rationem approbans accepit, collaudans viri ſapientiam, & perſpicacem ingenii ſubtilitatem firma veritate ſubnixam : & deinceps B. Elfegum, ut vere magnum & Martyrem glorioſum, devote veneratus eſt.

B

quia; probatur dicendus Martyr,

Ioan.14,6

1.Cor.1,

ipſum vero prædicit ſibi ſucceſſurum,

58 Interea relatum eſt ipſi Lanfranco, quod præmemoratus Abbas Anſelmus, una nocte poſt Matutinas veniens ad lectum ſuum, invenit in

C eo annulum aureum ; & prius cruce Chriſti ſignans, ne forte illuſio dæmonum eſſet, accepit illum vere annulum, & oſtendit omnibus, per quorum manus res monaſterii tranſibant ; & nullus faſſus eſt ſe illum perdidiſſe : deinde venditus eſt annulus, & in uſum Fratrum expenſus. Quod cum audiſſet Archiepiſcopus, referenti ſibi reſpondit : Certiſſime ſcias, illum poſt me futurum Archiepiſcopum. Sicut prædixit, ita eveniſſe ſcimus.

Clarùsomni genere virtutum,

59 Hæc de tanto viro perpauca inculto ſermone, dicta ſint. Verum & ea quæ diximus de illo, vera credimus, & plura his per gratiam Dei illum egiſſe, non dubitamus. Nam à tempore ſuæ converſionis, toto animo operam dedit religioni ; & ſemper ad meliora tendens de virtute in virtutem proficere ſtuduit. Quis digne poteſt enarrare ejus ſapientiæ claritatem, ingenii ſubtilitatem, cordis benignitatem, induſtriæ probitatem, animi puritatem ? Fuit enim alacritate jucundus, humilitate ſubmiſſus, in eleëmoſynis largus, fide Catholicus,Chriſtianæ religionis reparator, pauperum ſuſtentator, pupillorum protector, viduarum conſolator. His aliis aliiſque virtutibus ornatus, fidem recte vivendo ſervavit, curſum benе moriendo terminavit: non enim poteſt male mori, qui bene vixerit : nec putanda eſt mala r..rs, teſte B. Auguſtino, quam bona vita præceſſerit. Nam appropinquante termino vitæ ſuæ, decidit in ægritudinem : qua indies ingraveſcente, anno Archiepiſcopatus XIX, V Kalendas Junii, diem clauſit extremum, regnante Willelmo filio Willelmi Regis. Dolor omnibus incomparabilis & luctus inconſolabilis fuit. Sepultus eſt in Eccleſia Chriſti, quam ipſe ædificavit.

PER MIL. CRISPIN. *moritur V Kalendas Iunii,*

60 Et quia ipſa Eccleſia parvum caput habere videbatur, B. Anſelmus ſucceſſor ejus, ante deceſſum ſuum, augmentare ſtuduit Eccleſiæ ejuſdem caput. Quod ab eo inchoatum, & poſt mortem ejus per plures annos ædificatum, tandem perfectum, magnum opus & pulchrum, à Willelmo, qui poſt Rodulfum Anſelmi ſucceſſorem, Archiepiſcopus extitit, cum magna gloria, & omnium rerum abundantia dedicatum *o* eſt : ſicut o Clerus & populus regni teſtantur, qui affuerunt. Itaque cum immineret dies ipſius Dedicationis, ſicut mos eſt, omnia corpora de eccleſia elata fuerunt. Tunc quidam Frater, ſive curioſitate, ſeu, quod magis credibile eſt, pro Reliquiis habendam de caſula glorioſi Lanfranci abſcidit particulam, de E qua miri odoris ſuavitas effragrabat; & oſtendit aliis, qui & ipſi ſenſerunt odoris fragrantiam. Qua de re intelligi datur, quod anima illius in magna ſuavitate requieſcit, cujus corporis indumenta tanto odore redolent. Quæ nimirum gratia illis maxime conceditur, qui dum viverent in corpore, munditiam cordis, & carnis incorruptionem, uſque ad finem vitæ ſervare ſtuduerunt. *p* Æternæ beP titudinis quietem animæ illius pius Chriſtus Dominus noſter donare dignetur, qui eſt benedictus in æternum. Amen.

in tranſlatione corporis caſula ejus ſuavem odorẽ emittit.

ANNOTATA.

a *Hæc iterum,ſed magis contracte, leguntur apud Malmesburienſem uſque ad num.* 50, *ſicut in nova Conciliorum editione Labbæi noſtri videre eſt: ubi alios duos ejuſdem Concilii textus invenies, unum cum omnibus ſubſcriptionibus tam ſupranominatorum Epiſcoporum quam Archidiaconi Cantuarienſis & Abbatum viginti unius, alterum ex Ms. Cantabrigienſi.*

b Goisfrido *inſcripſit Lanfrancus epiſtolam* 32 : *eſt autem Epiſcopatus Conſtantienſis in Normannia.* F

c S. Wulſtani *Acta varia dedimus* 19 *Ianuarii, fuit is* Wigornienſis Epiſcopus, *quod autem* Vireceſtrenſis *à numeroſo ſaltu* Wire *dicatur, ibidem expoſuimus.*

d *Capitula, unde deſumpta ſunt ſingula, accurate notavit in margine Acherius.*

e *Scilicet* Gregorii Magni *&* Gregorii Secundi, Minoris *dicti reſpectu alterius.*

f *Eſt ea* XI *inter Epiſtolas Lanfranci.*

g *Et hæc eſt epiſtola* XII.

h Gondulphus *conſecratus eſt* 21 *Martii anno* 1077. *Hujus Vitæ partem ex Ms. edidit Seldenus in ſuis Notis ad Eadmerum.*

i Paulus *in Abbatem promotus* 28 *Iunii anno* 1077, *conſanguineus Lanfranci. Ejus Vitam deſcripſit Matthæus Pariſienſis inter Vitas* XXIII *Abbatum S. Albani, eſtque hæc Vita* 14. *Cæterum hoc numero relata, eiſdem verbis referuntur apud Robertum de Monte, ad annum* 1089.

k *Relata hoc & ſequenti numero ſimiliter habentur apud eumdem Robertum ad dictum annum.*

l *Malmesburienſis*, Avaritiam, familiare Longobardis vitium, ex ſuo perſona propulſans & decutiens.

m *Idem.*

A m *Idem.* Quo ille accepto ab acclamantibus, hilari vultu ad Dominum direxit: Certemus ergo mutua viciſſitudine, tu dando, ego diſpertiendo. Reſpondit cæleſtis pietas prædicabilis viri voto: affluebantque ſibi tanta, quæ quantumlibet ambitum poſſent explere & vincere.

n *Hæc latius ad Vitam* S. Elphegi, *expoſuimus* 19 *Aprilis.*

o *Dedicatio hæc contigit anno* 1130, 4 *Nonas Maji.*

p *Alia tranſlatio facta eſt anno* 1180, *de qua Gervaſius de Combuſtione & reparatione Dorobernenſis Eccleſiæ, inter* x *ſcriptores antiquos hiſtoriæ Anglicanæ, columna* 1302 *iſta habet:* Lanfrancus levatus eſt de ſarcophago ſuo in tabula plumbea: in qua jacuerat à die primæ ſepulturæ ſuæ intactus uſque in illum diem, annis ſcilicet LXIX. Qua de cauſa etiam oſſa ejus, multâ putredine conſumpta, fere omnia in pulverem redacta ſunt. Oſſa tamen majora cum reliquo pulvere collecta, in capſa plumbea ad altare S. Martini depoſita ſunt.

B

ALIA VITA

Auctore Eadmero, Monacho Cantuarienſi.

ex libro I *Hiſtoriæ novorum.*

CAPUT I.

Landfranci in Epiſcopatu largitas erga eccleſias, monachos, pauperes; & in recuperandis Eccleſiæ Cantuarienſis juribus felicitas.

Rege ex Normannis inſtituente Epiſcopos & Abbates,

1 REx factus Willelmus, in nativitate Domini unctus eſt apud Weſtmonaſterium à beatæ memoriæ Ealredo Archiepiſcopo Eboracenſi, & nonnullis Epiſcopis Angliæ. Quam conſecrationem licet ipſe Rex & omnes alii optime noſſent debere ſpecialiter fieri, & proprie à Pontifice Cantuarienſi; tamen quia multa mala & horrenda crimina prædicabantur de Stigando, qui eo tempore ibi Pontifex erat, noluit eam ab ipſo ſuſcipere, ne maledictionem videretur induere pro benedictione. Uſus ergo atque leges, quas patres ſui & ipſe in

C Normannia habere ſolebant, in Anglia ſervare volens, de hujuſmodi perſonis Epiſcopos, Abbates, & alios Principes per totam terram inſtituit, de quibus indignum judicaretur, ſi per omnia ſuis legibus, poſtpoſita omni alia conſideratione, non obedirent; & ſi ullus eorum, pro quavis terreni honoris potentia, caput contra eum levare auderet; ſcientibus cunctis unde, qui, ad quid aſſumpti fuerint.

& novas leges etiam eccleſiaſticis præſcribente,

2 Cuncta ergo, divina ſimul & humana, ejus nutum expectabant: quæ ut paucis animadvertantur, quædam de eis quæ nova per Angliam ſervari conſtituit, ponam; æſtimans illa ſcitu eſſe neceſſaria, ad cognitionem eorum, quorum cauſa maxime iſtud ſcribendi onus ſuſcepimus. Non ergo pati volebat quemquam, in omni dominatione ſua conſtitutum, Romanæ urbis Pontificem, pro Apoſtolico, niſi ſe jubente recipere; aut ejus litteras, ſi primitus ſibi oſtenſæ non fuiſſent, ullo pacto ſuſcipere. Primatem quoque regni ſui, Archiepiſcopum dico Cantuarienſem ſeu Dorobernenſem, ſi coacto generali Epiſcoporum Concilio præſideret, non ſinebat quidquam ſtatuere aut prohibere, niſi quæ ſuæ voluntati accommoda, & à ſe primo eſſĕt ordinata. Nulli nihilominus Epiſcoporum ſuorum conceſſum iri permittebat, ut aliquem de Baronibus ſuis ſeu Miniſtris, ſive inceſto, ſive adulterio, ſive aliquo capitali crimine denotatum, publice, niſi ejus præcepto, implacitaret aut excommunicaret, aut ulla eccleſiaſtici rigoris pœna conſtringeret. Quæ autem in ſecularibus promulgaverit, ea litterarum memoriæ tradere ſuperſedemus, quoniam & ea nihil noſtri officii ſcribere refert, & ex divinis, quæ juxta quod delibavimus ordinavit, qualitas illorum, ut reor, adverti poterit. Ut ita cœptum peragamus iter, de his ſatis dictum. D

B. Lanfrancus ſacratur Archiepiſcopus 29 *Auguſti*

3 In hujus Regni anno quinto Lanfrancus, Cadomenſis Cœnobii Abbas, vir ſtrenuus, & in divinis atque humanis rebus excellenti ſcientia præditus, Angliam ex præcepto Domini Papæ Alexandri & prædicti Regis advenit, & pauco poſt tempore Archiepiſcopatum Cantuarienſem regendum ſuſcepit. Sacratus eſt autem in ipſa metropoli Sede, quarto Kl. Septembris, à cunctis ferme Epiſcopis Angliæ. Hic Romam pro debito ſibi Pallio iens, Thomam Archiepiſcopum Eboracenſem, quem ipſe, facta ſibi de ſubjectione ſua Canonica profeſſione, Cantuariæ conſecraverat, & Remigium Lincolnienſem Epiſcopum comites itineris habuit. Qui Romam ſimul pervenientes, urbane ſuſcepti ſunt, honore ſingulis congruo. Poſt quæ, ſtatuto die Pater Lanfrancus Apoſtolicæ Sedis Pontifici Alexandro præſentatur; cui quod Romanã ſcientibus conſuetudinẽ forte mirum videatur, ipſe Papa adſe intranti aſſurgens, eũ ut greſſũ figeret, dulciter hortatus eſt. Ac deinde ſubdens, Honorem, inquit, exhibuimus, non quem Archiepiſcopatui tuo, ſed quem magiſtro, cujus ſtudio ſumus in illis, quæ ſcimus, imbuti, debuimus. Hinc quod ad te pertinet, ob reverentiam B. Petri te exequi par eſt. Reſidente igitur illo, Lanfrancus progreſſus humiliat ſe ad pedes ejus, ſed mox ab eo erigitur ad oſculum ejus: conſident & læte inter eos agitur dies ille. B

qui Romæ benigne à Papa excæptus,

Epiſcopis non rite promotis,

4 Sequenti luce, cum jam diverſa negotia in medium ducerentur, calumniatus eſt coram Papa memoratum Thomam cum præfato Remigio, quod neuter illorum *a* jure fuerit promotus ad Pontificatum. Primus, ea ſcilicet re, quod ſacri Canones filios Presbyterorum, quos Religionis ordo non ornat, à ſacrorum Ordinum promotione removeant. Sequens vero pro eo quod, facta conventione, Ordinem illum à Willielmo, poſt Rege facto emerit, officio videlicet quo ei, in excidium Angliæ properanti, multifaria contentione ac multiplicibus impenſis deſervierat. Ad hæc illi nullam, qua excuſari poſſent, probabilem cauſam habentes, reddit baculis & annulis cum cura Pontificali, ad petendam miſericordiam converſi ſunt. Quorum precibus ſeſe Lanfrancus medium injiciens, ſicut erat vir pietate ac ſapientia pollens, eos multarum rerum ſcientia fultos, novo Regi in novis regni diſpoſitionibus perneceſſarios, multis præſtare oratoria facultate oſtendit. Quibus auditis, Pontifex ſummus converſus ad eum: Tu videris, inquit: Pater es patriæ illius, ac per hoc induſtria tua conſideret quid expediat. Virgæ paſtorales quas reddiderunt, ecce hic ſunt, accipe illas atque diſpenſa, prout utilius Chriſtianitati regionis illius agnoſcere poteris. At ille, ſuſceptis eis, illico in præſentia Papæ reveſtivit præfatos viros, quemque ſua. Dein Lanfrancus, Stola ſummi Pontificatus à Papa ſuſcepta, in iter reverſus, Angliam cum ſociis alacer advectus eſt; & à Cantuaritis debita reverentia receptus, Primas totius Britanniæ confirmatus eſt. Poſt hæc, evoluto brevi temporis ſpatio, fama nominis ejus & magnitudo prudentiæ ejus quaque inſonuit, eumque apud hominum mentes clarum fecit atque ſpectabilem. a

Papa indulgente, F

reddit baculum & annulum,

cultum ſacrum promovet:

5 Is inter alios, immo præ aliis, erat memorato Regi Willelmo acceptus; & Dei rebus in cunctis, non mediocri cura, intentus. Quapropter magna

A gnã ſemper operam dabat, & Regem Deo devotum efficere, & religionem morum bonorum, in cunctis ordinibus hominum, per totum regnum renovare. Nec privatus eſt deſiderio ſuo; multum enim illius inſtantia atque doctrina per totam terram illam religio aucta eſt,& ubique nova monaſteriorum ædificia,ſicut hodie apparet,conſtructa. Quorum ædificiorum conſtructoribus ipſe primus exemplum præbens, eccleſiam Chriſti Cantuarienſem, cum omnibus officinis, quæ infra murum ipſius curiæ ſunt, cum ipſo muro ædificavit. Qua vero prudentia, & quo paternitatis officio Monachos, in eadem eccleſia conſiſtentes, à ſeculari vita, in qua illos invenit plus æquo verſari, erexerit, omnique ſanctæ converſationis tramite imbuerit, ac,multiplicato illorum numero, qua eos dum vixit benignitate confoverit, cui unquam adplenum declarare poſſibile erit?Quos, ut interim alia taceam, quia ſine penuria & ſolicitudine Dei ſervitio ſemper intendere deſiderabat; apud Regem ſua ſagacitate & induſtria egit,quatenus fere omnes terras, quas Normanni de jure ipſius eccleſiæ, cum primo terram cepiſſent, invaſerant, & etiam quaſdam alias, quæ ante illorum introitum propter diverſos caſus perditæ fuerant, ipſi eccleſiæ B redderet. Verum de his ac innumeris aliis bonis, quibus inſudando vitam ſuam conſummavit, licet mihi quidem ſcribere opus non ſit, propter quod & opera ejus ita parent, ut ipſa ſe evidentius ſcripto demonſtrent,& ipſemet *b* de rebus eccleſiaſticis, quæ ſuo tempore geſta ſunt,veraciſſimo & compendioſo calamo ſcripſerit; tamen pro dulcedine memoriæ ejus, quæ prælibavimus paucis explicare gratumduximus.

monachos reformat & protegit:

b

eccleſiam & monaſteriũ reſtaurat & ornat.

6 Hic ergo Lanfrancus, cum Cantuariam primo veniſſet, & eccleſiam Salvatoris, quam regere ſuſceperat, incendio atque ruinis pene nihili factam inveniſſet, mente conſternatus eſt. Sed cum magnitudo mali illum cogeret deſperare, rediit in ſe; animique fortitudine fretus, ſua commoditate poſthabita, domos ad opus Monachorum neceſſarias,citato opere conſummavit. Quibus ubi per plures annos uſi ſunt, adaucto eorum conventu, parvæ admodum viſæ ſunt. Deſtructis itaque illis,alias, decore ac magnitudine prioribus multum præſtantes, ædificavit. Ædificavit & curiam ſibi; eccleſiam præterea, quam ſpatio ſeptem annorum à fundamentis ferme totam perfectam reddidit; in cappis, caſulis, dalmaticis, tunicis auro magnifice inſignitis, palliis, & aliis ornamentis multis ac pretioſis nobiliter decoravit. Erga Fratres autem ipſius eccleſiæ quam bonus, quam pius, quam beneficus extiterit, inde aliquantulum colligi poteſt, quod nec ex parentibus aut fratribus eorum ſuſtinere poterat penuria ulla quemquam affligi. Et quod magis forte mireris, in uſum acceperat non expectare ut ſubvenire rogaretur; ſed miſericordiæ viſceribus plenus, modo huic, modo illi ultro offerebat, quod egenti cognato per plurimum temporis auxilio eſſe valeret. In quo tamen ſemper ducebatur præcipua diſcretione, conſiderato videlicet penes ſe merito ac neceſſitate cujuſque.

beneficus etiam erga monachorũ conſanguineos,

C

ſubinde plus quam ſperabatur præſtans,

7 Ad hæc, quidam ipſius cœnobii Frater ſingulis annis triginta ſolidos denariorum,ad opus matris ſuæ,ab ipſo Patre ſolebat accipere. Huic quadam vice ſolidi quinque de illis (nam diviſæ per temporum vices conferebantur) ex præcepto ejus dati ſunt; quos ipſe in panno ligatos,matri loquens,in manum, ſicut putabat, clanculo dedit. At ipſa,aliàs mente intenta, quid filius faceret non advertit; & ita,nummis decidentibus, diviſi ab invicem ſunt mater & filius. Poſt hæc mandavit mulier filio ſuo, ſcire volens,quid de nummis actum fuerit,quos ſibi ſe daturum ſpoponderat. Admiratus ille,fecit eam venire ad ſe: & audiens rei eventum triſtis effectus eſt, non tantum pro damno quod matri contigerat, ſed ne hoc Archiepiſcopus ſciens, ob incuriam ſuam irritatus, eum aliquatenus gratia ſua privaret. Inter hæc pius Pater,pro more clauſtrum introiens, ſedit, ac Fratrem à materno colloquio redeuntem, mœſtum intuens, remotis aliis, cauſam mœſtitiæ ejus ſecrete perquirit; audit,& benigniſſimo vultu, ſicut jugiter erat circa afflictos,ita reſpondit:Et inde,fili mi cariſſime, contriſtaris? Denarios illos Deus alii prædeſtinavit & contulit, qui eis plus matre tua fortaſſis indiguit. Tace;&,ne cuiquam inde loquaris, diligenter attende. Ac ne quod actum eſt animum tuum vel modicum gravet, ſolidos ſeptem pro illis quinque ad utilitatem matris tuę tibi hodie dari præcipiam:ſed, ut dixi, inde id nemo ſciat. Ipſum quippe uſum in dando habebat, ut danda hilariter daret, & nulli vel datum vel dantis perſonam cuivis revelare concederet.

PEREADMERUM.

ſed ſciri nolens.

omnibus egentibus largus,

8 Et hæc quidem de ipſius Matris Eccleſiæ monachis dicta ſint. Ceterum quis unquam pauper clamavit ad eum & deſpectus eſt? Quisp eregrinorum de quocunque ordine hominum petiit opem ejus, & eam aſſecutus non eſt? Quæ Congregatio Monachorum ſeu Clericorum ad ipſum aliquando miſit, ſubſidium petens, & copiam largitatis ejus ultra quam ſperabatur experta non eſt? Teſtis horum quæ dicimus Italia, Gallia, Britannia eſt,quæ uſque hodie mortem Lanfranci miſerando ſuſpirio plangit. Quid referam de Abbatia S.Albani, quam intus & extra ad nihilum fere devolutam, ipſe, ut ſuam, inſtituto ei bonæ memoriæ Paulo Abbate, à fundamentis reædificavit, & intus magna religione, foris multarum rerum donatione auxit, honeſtavit, ditavit. In Epiſcopatu Roffenſi non multo plures quam quatuor Canonicos, & ipſos ærumnoſam vitam agentes, ſub Siwordo Epiſcopo reperit; qui Epiſcopus ubi cum Erneſto, quem ei ſucceſſorem Lanfrancus ſtatuerat, præſenti vitæ ſublatus eſt, Monachus piæ recordationis, Gundulfus nomine, ab eodem ibi ſubrogatus Epiſcopus eſt. Per hunc vetuſtam eccleſiam Epiſcopatus cum fabrica adjacente ſubvertit, & nova quæque extruxit: Clericos qui illic, ſicut diximus, vitam agebant, aut in eodem loco ad religionis culmen erexit; aut,datis aliis rebus, de quibus abundantius ſolito victum & & veſtitum haberent, in alia loca mutavit. Sedem etenim Epiſcopalem monachici Ordinis cultu inſtituit, ac delegatis terris & aliis quæ ſuſtentationi illic ſervientium Deo competebant, divitem de paupere, ſublimem de humili, ſicut in præſenti habetur, effecit *c*.

ditat Abbatiam S. Albani,

& Eccleſiã Roffenſem

c

conſtruit duplex nocomium:

9 Sed quod de pauperibus foras muros civitatis Cantuariæ fecit, prætermittendum mihi in hoc opere fore non arbitror. Extra Aquilonalem denique portam urbis illius, lapideam domum decentem & amplam conſtruxit, & ei pro diverſis neceſſitudinibus hominum & commoditatibus habitacula plura cum ſpatioſa curte adjecit. Hoc palatium in duo diviſit; viros videlicet variis infirmitatum qualitatibus preſſos uni; parti vero alteri feminas ſe male habentes inſtituens. Ordinavit etiam eis de ſuo veſtitum & victum quotidianum; miniſtros quoque atque cuſtodes,qui modis omnibus obſervarent,ne aliquid eis deeſſet,neque viris ad feminas, vel feminis ad viros accedendi facultas ulla adeſſet. Ex altera vero parte viæ eccleſiam in honorem B.Gregorii Papæ compoſuit, in qua Canonicos poſuit,qui regulariter viverent, & præfatis infirmis quæ ſaluti animarum ſuarum congruerent cum ſepultura miniſtrarent: quibus etiam, in terris, in decimis, & in aliis redditibus tanta largitus eſt, ut ad ſuſtentationem eorum ſufficientia eſſe viderentur. Remotius

F

FER FADMERUM. *& leproſocium.*

vero ab Occidentali porta civitatis quam à Boreali, ligneas domos in devexo montis latere fabricans, eas ad opus leproſorum delegavit, viris in iſtis, quemadmodum in aliis, à feminarum ſocietate ſejunctis. His nihilominus pro qualitate ſui morbi omnia, quibus egerent, de ſuis miniſtrari conſtituit; inſtitutis ad hoc peragendum talibus viris, de quorum ſolertia, benignitate, ac patientia, ut ſibi quidem videbatur, nemini foret ambigendum. Super hæc, in villis ad Pontificatum pertinentibus domos multas atque honeſtas, partim de lapide, partim de ligno, ſibi & ſucceſſoribus ſuis ædificavit.

Archiepiſcopum Eboracenſem ſibi ſubjicit:

10 Pro dignitate autem Eccleſiæ Cantuarienſis, quam quidam de Epiſcopis, ſed maxime Thomas Archiepiſcopus Eboracenſis, ut novus Angliæ civis, nimium conatus eſt ad exaltationem ſuæ Eccleſiæ humiliare; quantos labores perpeſſus ſit, & quemadmodum ipſum Thomam ad menſuram Anteceſſorum ſuorum humiliaverit, ſupervacaneum eſt atque independens hic aliquid ſcribere. Ipſe etenim inde, veritate plena & totius regni aſſenſu confirmata, ſub teſtimonio Regii ſigilli *d* ſcripta reliquit. Qui eo quidem magis in iſtis laboravit, quod antiqua ipſius eccleſiæ privilegia, in ea conflagratione, quæ eamdem eccleſiam tertio ante ſui introitus annum conſumpſit, pene omnia perierant. Alias quoque conſuetudines, quas priſcis temporibus Eccleſiæ Cantuarienſi, ut liberrima in cunctis exiſteret, reges Angliæ ſua munificentia contulerunt, & ſtabiles in perpetuum manere ſacratiſſima ſanctione conſtituerunt, quorumdam imprudentia perditas, ſua prudentia recuperavit.

d

B

& ſua Eccleſiæ jura tuetur

11 Odo ſiquidem Epiſcopus Bajocenſis, ut de aliis taceam, frater prædicti Regis Willelmi & Cantiæ Comes, priuſquam Lanfrancus Angliam intraſſet, magnus & præpotens per totum regnum habebatur. Hic dominatione qua immenſum ſuſtollebatur, non modo terras, ſed & libertatem nominatæ Eccleſiæ, nullo ei reſiſtente, multipliciter invaſerat, oppreſſerat, tenebat. Quæ, ubi Lanfrancus, ut erant, didicit, apud Regem de illis egit, ſicut oportere ſciebat. Unde præcepit Rex, quatenus adunatis Primoribus & probis viris, non ſolum de Comitatu Cantiæ ſed & de aliis Comitatibus Angliæ, querelæ Lanfranci in medium ducerentur, examinarentur, determinarentur. Diſpoſito itaque apud Pinnedene Principum *e* Conventu, Goffridus Epiſcopus Conſtantienſis, vir ea tempeſtate prædives in Anglia, vice Regis Lanfranco juſtitiam de ſuis querelis ſtrenuiſſime facere juſſus, fecit. Lanfrancus enim valida ratione ſubnixus, ex communi omnium aſtipulatione & judicio, ibi cuncta recuperavit, quæ oſtenſa ſunt antiquitus ad jura Eccleſiæ Chriſti Cantuarienſis pertinuiſſe, tam in terris quam in diverſis conſuetudinibus.

e

C

iterumque abjudicata

12 Item alio tempore idem Odo, permittente Rege, placitum inſtituit contra ſæpefatam Eccleſiam, & tutorem ejus Patrem Lanfrancum, & illuc omnes, quos peritiores legum & uſuum Anglici Regni noverat gnaros, adduxit. Cum igitur ad eventilationem cauſarum ventum eſſet, omnes qui tuendis Eccleſiæ cauſis undequaque convenerant, in primo congreſſu ita convicti ſunt, ut in quo eas tuerentur ſimul amitterent: ipſe namque Lanfrancus non intererat: talibus enim, niſi neceſſitas ſumma urgeret, ei intereſſe moris non erat. Ipſi ergo in camera lectioni divinæ occupato, quid geſtum fuerit, nuntiatur. At ille, nil corde perterritus, dicta adverſariorum non recte proceſſiſſe aſſeruit, & ideo cuncta in craſtinum induciari præcepit. Sequenti

f

nocte, adeſt in viſu Antiſtiti B. *f* Dunſtanus, monens ne illum multitudo conturbet; ſed de præſentia ſui ſecurus, placitum mane ipſemet hilaris intret; quod & fecit. Suas itaque cauſas quodam exordio, quaſi à rebus quæ tractatæ fuerant vel tractandæ penitus alieno, cunctis ſtupentibus orſus, ita proceſſit, ut quæ ſuper eum pridie dicta fuerunt, ſic devinceret & inania eſſe monſtraret, ut donec vitæ præſenti ſuperfuit, nullus exurgeret qui inde contra eum os aperiret. De his ita.

D

à S. Dunſtano confortatus recuperat.

ANNOTATA.

a *Malmesburienſis in Actis S. Lanfranci ait*; ambos baculis & annulis exſpoliatos, quod primus eſſet filius Presbyteri, ſecundus pro auxiliis Willielmo venienti in Angliam præſtitis factus eſſet Epiſcopus, divinum munus bellicoſis laboribus nundinatus.

b *Hanc hiſtoriam adhuc cum tineis uſpiam rixari, dolet Acherius.*

c *Auctor Vitæ hujus Gundulfi addit*: Ex quinque tantum Clericis, qui ibi inventi ſunt, ad Religionis habitum confluentes, aſſociatis multis aliis, ad ſexagenarium & amplius numerum, in brevi ſub doctrina Patris Gundulfi ſuccrevere Monachi.

d *Hæc continentur in Epiſtola ejus ad Alexandrum Papam, relata in Vita per Milonem Cap. 5, itemque à Baronio ad an. 1072.*

E

e *Omnia in hoc Conventu peracta ex Ms. Roſſenſi produxit Seldenus ad hunc Eadmeri locum, quem lector conſulat.*

f *Hæc latius exponuntur ab Osberno lib. 2 Vitæ* Dunſtani *num. 17.*

CAPUT II.

Stabilitas Monachorum procurata. Iura eccleſiaſtica propugnata. Succeſſio in regno Willelmi ſecundi.

13 *Impedit ne Epiſcopi Clericos ſubſtituant Monachis:*

SUper hæc ſuis quoque & eiſdem ferme diebus, omnes circiter, qui ex Clericali ordine per Regem Willielmum in Anglia conſtituti Pontifices erant, Monachos, qui in nonnullis Epiſcopatibus Angliæ ab antiquo vitam agebant, inde eliminare moliti ſunt; & Regem ipſum in hoc ſibi conſentaneum effecerunt; in quo tam certi ſe effectu potituros extiterant, ut Walchelinus Epiſcopus adunatos pene quadraginta Clericos, Canonicorum more, tonſura ac veſte redimitos haberet, quos ejectis Monachis, Wentanæ Eccleſiæ, cui præſidebat, mox intromitteret. Sola mora hæc peragendi, nondum requiſita ab Archiepiſcopo Lanfranco licentia fuit: ut autem eam dicto quoque citius impetraret, nulla menti ejus dubitatio inerat. Sed aliter ac ſibi mens ſua ſpoponderat, exitus rei provenit. Nam ubi quid Epiſcopus moliretur, inſonuit auribus ejus, illico facinus exhorruit; nec ſe dum viveret, ut effectum quoquo modo talis voluntatis obtineret, conſenſurum aſſeruit. Ita ergo & Clerici, qui ſuccedere Monachis fuerant per Walchelinum collecti, in ſua dimiſſi ſunt; & Monachi, qui cedere Clericorum præjudicio quodam damnati erant, gratia Dei & inſtantia boni Lanfranci, priſtinæ converſationis in ſua Eccleſia compotes effecti ſunt.

F

14 Nec iſta pro ſedandis quorumdam animoſitatibus, quas ad dejectionem Monachorum conceperant, ſufficere poterant. Namque pari voto, ſimili conamine, uno conſenſu, concordi animo, Pontifices, quos Religionis ordo non ſibi aſtrinxerat, eniti cœperunt, quatenus ſaltem de Primatu Cantuarienſi Monachos eradicarent, intendentes ſe hoc facto facillime alios aliunde excluſuros. De illis etenim, potio-

A potioribus, ſicut eis videbatur, rationibus ad id agendum fulciebantur; partim ob ſublimitatem primatis Sedis, quæ diſpoſitioni & correctioni Eccleſiarum per ſuas perſonas quaque per Angliam invigilare habet; partim ob alias multiplices cauſas, quarum executio, juxta quod ipſi contingebant, magis Clericorum quam Monachorum officium ſpectat. Deductus eſt in ſententiam iſtam Rex & alii Principes regni, Lanfranco ut ſui moris erat totis viribus obnitente, & omnium molimini ac invidiæ viriliter reſiſtente. Ne tamen poſt obitum ſuum fieret, quod ſe ſuperſtite ſciebat per auxilium Dei nequaquam perficiendum; neſciens mortis ſuæ diem vel horam, egit ſagacitate & induſtria qua polle-bat, ut, auctoritate Romanæ & Apoſtolicæ Sedis, Monachorum habitatio in eadem eccleſia confirmaretur, & inconvulſa dum ſeculum duraret in perpetuum ſtabiliretur. Quod privilegio tali ſummus Apoſtolicæ Sedis Antiſtes Alexander ita ſcripto ſuo roboravit *a*.

idque ne vel poſt obitum ſuum Cantuaria fiat,

a

15 Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei; Reverendiſſimo Fratri in Chriſto Lanfranco, Venerabili Cantuariorum Archiepiſcopo, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Accepimus à quibuſdã, venientibus de veſtris partibus ad limina Sanctorum

cavet impetrato ab Alexandro Papa privilegio,

B Apoſtolorum Petri & Pauli, quod quidam Clerici, aſſociato ſibi terrenæ poteſtatis laicorum videlicet auxilio, diabolico ſpiritu repleti, moliuntur de eccleſia Sancti Salvatoris in Dorobernia, quæ eſt Metropolis totius Britannię, Monachos expellere & Clericos inibi ſtatuere. Cui nefario operi molitionis ſuæ hoc adjicere conantur, ut in omni Sede Epiſcopali ordo Monachorum extirpetur, quaſi in eis non vigeat auctoritas Religionis. Qua de re zelo Dei compulſi, ſcrutinium de privilegiis Eccleſiarum fieri præcepimus, & venit ad manus ſtatutum Prædeceſſoris noſtri beatæ memoriæ Gregorii Majoris, de Eccleſiis Angliæ, quomodo ſcilicet præcepit Auguſtino, gentis veſtræ Apoſtolo, ut ejuſdem ordinis viros, cujus & ipſe noſcitur eſſe, poneret in præfata Sede Metropolitana. Cujus præceptioni, inter

in quo ſtatuta S. Gregorii Magni

b alia, hæc ſubnexa ſunt *b*. Quia tua, inquit, Fraternitas, monaſterii regulis erudita, in Eccleſia Anglorum, quæ nuper auctore Deo ad fidem perducta eſt, hanc debet converſationem inſtituere, quæ in initio naſcentis Eccleſiæ fuit Patribus noſtris, in quibus nullus eorum ex his quæ poſſidebant aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia;

C quam communionis regulam ordini Monachorum permaxime congruere, nemo eſt qui dubitat: hinc habetur Epiſtola Bonifacii *c*, qui quartus à B. Gregorio Eccleſiæ Romanæ, cui (auctore Deo) præſidemus, præfuit, quam Athelberto Regi Anglorum & Laurentio Archiepiſcopo Prædeceſſori veſtro miſit, in qua quibuſdam præmiſſis hujuſmodi cenſura anathematis uſus eſt: Glorioſe, inquit, fili, quod ab Apoſtolica ſede per Coëpiſcopum noſtrum Mellitum poſtulaſtis libenti animo concedimus, id eſt, ut veſtra Benignitas in monaſterio, in Dorobernenſi civitate conſtituto, quod ſanctus Doctor veſter Auguſtinus, beatæ memoriæ Gregorii diſcipulus, Sancti Salvatoris nomini conſecravit (cui ad præſens præeſſe dignoſcitur dilectiſſimus Frater noſter Laurentius) licenter per omnia, Monachorum regulariter viventium habitationem ſtatuat; Apoſtolica auctoritate decernentes, ut ipſi veſtræ ſalutis Prædicatores Monachi Monachorum gregem ſibi aſſocient, & eorum vitam ſanctitatum moribus exornent. Quæ noſtra decreta ſi quis ſucceſſorum noſtrorum, Regum, ſive Epiſcoporum, Clericorum ſive Laicorum irrita facere tentaverit, à Principe Apoſtolorum Petro, & à cunctis ſucceſſoribus ſuis a-

c

& Bonifacii IV ea de re allegantur

& confirmantur.

nathematis vinculo ſubjaceat; quoaduſque quod temerario auſu peregit, Deo placita ſatisfactione pœniteat, & hujus inquietudinis veſtræ emendationem promittat. Unde quia ratione dictante, quieti Eccleſiarum utile eſſe perſpeximus, præſens decretum ſupranominatorum Patrum confirmamus, & vice Apoſtolorum ſub eodem anathemate eos conſtringimus quicumque huic obviare contenderint.

PER EADEM.

16 Quam vero ſecurâ libertate & liberâ ſecuritate, quæque ad jura Eccleſiæ Cantuarienſis pertinentia potiri ſæpe fatus Pater Lanfrancus intenderit, & ex his quæ paucis deſignavimus, & ex Epiſtola quam ecce ſubſcribemus, cuivis ſcire volenti patere ſatis erit; quam Epiſtolam, de cauſis eccleſiaſticis ſcriptam, ea re maxime placuit aliis omiſſis præſenti operi commiſcere; quatenus hi qui ſcientiæ talium negotiorum omnino expertes ſunt, ex conſuetudinibus aliarum Eccleſiarum animadvertant, qua dignitate ipſam Eccleſiam inter alias conſtet emine-re. Epiſtola igitur iſta eſt. Lanfrancus, gratia Dei Archiepiſcopus, dilectiſſimo Fratri Stigando Ciceſtrenſi Epiſcopo, ſalutem. Clerici villarum noſtrarum, qui in veſtra diœceſi exiſtunt, queſti nobis ſunt, quod veſtri Archidiaconi, repertis occaſionibus, pecunias ab eis exquirunt, & à quibuſdam jam

Eccleſia ſua jura tuetur, Lanfrancus,

B acceperunt *d* &c.

d

17 Ad hæc qua ſagacitate (hoc enim paulo ante memoratum paucis replicare abs re non eſſe putamus) quâ, inquam, ſagacitate memorabilis Pater Lanfrancus apud Regem Willelmum egerit, ut, per inſpirationem gratiæ Dei, ad hoc, eo imminente, perduceretur, ut quamplures terras, nominatæ Eccleſiæ Cantuarienſi diverſis cauſis ac violentiis hominum ablatas, pro redemptione animæ ſuæ reſtitueret, & referre longum æſtimavi & non neceſſarium. Earumdem enim terrarum & numerus & nomina eidem Eccleſiæ notiſſima ſunt; & redditus illarum, ex quibus hi qui ſub Domino ipſi loco deſerviunt ſuſtentantur, pro æternâ Regis ſalute, oculis juſti judicis die noctuque conſideranda, ab eiſdem ipſis præſentantur. Quid itaque de aliis ipſius Eccleſiæ terris, quæ in eadem qua olim ablatæ ſunt direptionis injuriâ permanent, ſucceſſoribus tanti proviſoris ſervorum Dei faciendum ſit, fructus quem iſte ex his quæ reſtituit conſecutus eſt docebit eos, juxta quod ſui curam habebunt: re etenim verâ, & illas reſtituiſſet, ſi ultra quam vixit aliquanto tempore ſupervixiſſet: in hoc quippe illum gnara Principis Lanfranci prudentia duxerat, & præfixo termino id ſe facturum ſpoponderat. Verum dum ſponſionis ſuæ effectu potiri non meruit; quanto ſtudio quis dum poteſt bonis inſiſtere debeat, exemplo ſuo præmonuit. Hæc & hujuſmodi, quæ glorioſus Pater Lanfrancus magnifice operatus eſt, ſi quiſquam uti ſunt, deſcribere volet, copioſa materia eſt, & ad opus grande ſufficiens: ego autem quia probabili & firma ratione, ſicut cœpi, in alia ducor; tantum adhuc de eo breviter dico, ipſum revera magnum & inſuperabilem Eccleſiæ Chriſti defenſorem, & pium totius Angliæ Principem, ac in quantum ſibi licuit bonum Paſtorem, cunctis in ea conſiſtentibus, dum vixit, fuiſſe.

& terras ablatas ei reſtitui facit:

F

18 Per idem tempus erat quidam Abbas Becci, nomine Anſelmus *e*, vir equidem bonus & ſcientia litterarum magnifice pollens, qui contemplativæ vitæ totus intendebat. Hic toti Normanniæ atque Franciæ, pro ſuæ excellentis ſanctitatis merito notus, carus & acceptus, magnæ famæ quoque in Anglia habebatur, ac Regi præfato nec non Lanfranco Archiepiſcopo ſanctiſſima familiaritate copulabatur..... Hunc itaque & Lanfrancum, videlicet viros, divina ſimul & humana prudentia fultos, Rex

e

cum S. Anſelmo

utiliter Regi conſulit,

FER EADMERUM.

præ se magni semper habebat, & eos in omnibus, quæ sibi, quantum officii eorum referebat, agenda erant; dulciori præ ceteris studio audiebat. Unde & consilio eorum ab animi sui severitate in quosdam plurimum & sæpe descendebat; & quatenus in sua dominatione ad observantiam religionis monasteria surgerent, studiose operam dabat. Quæ religio ne nata deficeret, procurabat Ecclesiarum pacem undique tueri; & eis quæ in usum servientium Deo proficerent, in terris, in decimis, in aliis redditibus, ex suo largiri..... Hic ergo Willelmus Rex, in Ermentrudis villa, quæ est contra Rotomagum, in altera fluminis parte mortuus est.... Quantus autem mœror Lanfrancum ex morte ejus perculerit, quis dicere possit? quando nos, qui circa illum nuntiata morte illius eramus, statim eum præ cordis angustia mori timeremus.

& ob hujus mortem valde dolet; f

19 Defuncto itaque Rege Willelmo, successit ei in regnum Willelmus filius ejus: qui cum regni fastigia fratri suo Roberto *g* præripere gestiret, & Lanfrancum, sine cujus assensu in regnum adsciscei nullatenus poterat, sibi in hoc ad expletionem desiderii sui non omnino consentaneum inveniret; verens ne dilatio suæ Consecrationis inferret ei dispendium cupiti honoris, cœpit tam per se, quam per omnes quos poterat, fide sacramentoque Lanfranco promittere justitiam, æquitatem, & misericordiam se per totum regnum, si Rex foret, in omni negotio servaturum; pacem, libertatem, securitatem Ecclesiarum contra omnes defensurum, nec non præceptis atque consiliis ejus per omnia & in omnibus obtemperaturum *h*. Sed cum posthac in regno fuisset confirmatus, postposita pollicitatione sua, in contraria dilapsus est. Super quo cum à Lanfranco modeste redargueretur, & ei sponsio fidei non servatæ opponeretur, furore succensus; Quis, ait, est, qui cuncta quæ promittit implere possit? Ex hoc igitur non rectis oculis super Pontificem intendere valebat, licet à nonnullis, ad quæ illum voluntas sua trahebat, ipsius respectu, eo superstite temperavit. Erat enim Lanfrancus idem, vir divinæ simul & humanæ legis peritissimus, atque ad nutum illius, totius regni spectabat intuitus. Qui cum de hac vita translatus fuisset, quam gravis calamitas ex obitu illius Ecclesias Angliæ devastaverit, multa prætermittendo paucis ostendere placuit. Confestim enim Rex foras expressit, quod in suo pectore, illo vivente confotum habuit. Nam mox ipsam totius Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, nec non adjacentium insularum matrem, Ecclesiam scilicet Cantuariensem, invasit; cuncta quæ illius juris erant, intus & extra per clientes suos describi præcepit; taxatoque victu Monachorum inibi Deo servientium, reliqua sub censu atque in suum Dominium redigi curavit. Fecit ergo Ecclesiam Christi venalem, jus in ea dominandi præ ceteris illi tribuens, qui ad detrimentum ejus, in dando pretium, alium superabat *i*.

non talem deinde expertus successorem; g

quem ob non prestita promissa redarguit; h

factum ipso mortuo deteriorem.

B

C

i

tiam. *Quæ omnia hoc seculo legi operæ pretium est, quo similis cacozelia magis quam unquam fervet.* D

d *Est hæc Epistola inter editas etiam posita in Vita per Milonem num.* 31.

e *Sequentia ad Vitam* S. Anselmi *Tomo* 2 *Aprilis à pagina* 893 *edidimus, ex quibus pauca quæ ad B. Lanfrancum spectant hic damus.*

f Willelmus *mortuus est anno* 1087: *villa autem in qua obiit hodie* Sotteville *nominatur.*

g *Erat* Robertus *Willelmi Conquestorii primogenitus, sed ignavus & patri aliquando rebellis, quare Normanniæ Ducatum ei reliquisse contentus ille, ut jure naturæ debitum; Angliam à se conquisitam minori natu reliquit, velut quæ suæ dispositioni esset.*

h *Ordericus Vitalis initio lib.* 8 Guilielmus, *inquit*, Rufus Epistolam patris sui Lanfranco Archiepiscopo detulit: qua perlecta idem Præsul cum eodem juvene Lundoniam properavit, ipsumque ad festivitatem S. Michaelis in veteri basilica S. Petri Apostoli, quæ West-monasterium dicitur, Regem consecravit. Hic patrem suum in quibusdam imitari studuit..... sed erga Deum & ecclesiæ frequentationem cultumque frigidus extitit.

i *Similia plura apud Eadmerum leguntur, tam in historia quam in Vita S. Anselmi libro* 2 *cap.* 1 *& seqq.* E

ANNOTATA.

a *Est hæc in nova editione Conciliorum Labbæi, inter* Alexandri *Epistolas, Ep.* 39.

b *Eadem Epistola* Gregorii *quæ est lib.* 12 *Ep.* 31 *producitur in ejus Vita à Ioanne Diacono lib.* 2 *num.* 34.

c *Sedit* Bonifacius IV *ab anno* 608 *ad* 615, *cujus hic citatam Epistolam lege in præcitata editione Labbæi Tom.* 5 *col.* 1619, *ubi vide & aliam insignem ejus Epistolam adversus nonnullos* stulti dogmatis, *qui* magis zelo amaritudinis quam dilectionis inflammati, *asserunt* Monachos Sacerdotali officio indignos, neque pœnitentiam aut christianitatem seu absolutionem largiri posse per Sacerdotalis officii adjunctam gratiam. *Quæ omnia hoc seculo legi operæ pretium est, quo similis cacozelia magis quam unquam fervet.*

ANTILANFRANCUS

Willielmi Thorn, Monachi Augustinensis,

Sua seipsum maledicentia refutantis.

Regno ad Normannos translato

REgnum à gente in gentem transfertur, propter injustitias, & injurias, & contumelias, & diversos dolos, *inquit per Ecclesiasticum cap.* X *Spiritus sanctus. Id quam sæpe experta sit Britannia, norunt omnes, qui gentis historias legerunt; & Imperium insulæ à Romanis ad Anglo-Saxones, ab his ad Danos, rursumque ab Anglis ad Normannos translatum sciunt. Quoties tamen id factum est, semper cum summo eorum sensu factum est, qui alienæ gentis dominatui subjici pro servitute habebant. Hinc illa acerbitas animorum, in Historicorum etiam Religiosorum scriptis quandoque elucens, vel post plura secula. Exemplum habemus in Willelmo Thorn, Augustinensis monasterii Cantuariæ Chronologo. Postquam enim glorianter narrasset cap.* 6 § 9, *quomodo Willelmus Dux Normanniæ, Conquestor ex re dictus, victo Haroldo Dano (qui & ipse post mortem S. Eduardi Anglorum Regum ultimi ad regnum aspirabat) Londini coronatus, transgressusque in Cantiam, ab ejus Provinciæ populo universo armato circumfusus, inductus fuerit ad ei confirmandam libertatem patriasque leges & consuetudines, quibus sola Cantia deinceps est fruita; idque agentibus Stigando Cantuariensi Archiepiscopo & Egelsino Augustinensi Abbate,* *ex his Augustinenses, Regem tyrannidis accusantes,* qui eligentes citius mori in bello quam videre mala gentis suæ, & sanctorum Machabæorum animati exemplis, facti erant duces exercitus: *postquam, inquam, hæc fuse nec minus glorianter narrasset, sequenti deinde* § 10, *quam potest invidiosissime fugillat consilium novi Regis, in Episcopatibus Abbatiisque ad Normannos transferendis. Nec Regem solum tyrannidis accusat, sed ab eo constitutum Cantuariensem Archiepiscopum* Lanfrancum *nihilo clementius habet: in quo, si verum fateri voluisset, debebat laudare zelum restauranda ecclesiastica disciplina, non minus inter Monachos quam Clericos Anglos collapsa, idque ut quam posset suavissimis modis apud Augustinenses obtinere etiam satagentis.* F

exosos eos habent Anglí, etiam Monachi;

2 *Initium querelarum fuit, quod anno* MLXVII Egelsinus

A sinus *Abbas*, perpendens se odium incurrisse Regis propter libertates Cantiæ *ab eo servatas*, & plus suæ saluti quam gregis sibi commissi consulens, exhaustis pretiosis quibuscumque sui monasterii thesauris, in Daciam navibus aufugit, nec usquam comparuit: sicque grex Dominicus, fugiente pastore, luporum voracitati exponitur, & vinea Domini electa undique à vulpeculis demolitur. Anno autem Domini MLXX Wyntoniæ celebratum fuit Concilium Ecclesiæ Anglicanæ, in quo Rege ordinante Stigandus Archiepiscopus ignominiose degradatus, vinculis perpetuis mancipatur, & Lanfrancus incontinenti subrogatur. *His præmissis, absque ulla mentione culparum Stigandi, propter invasam contra Canones Archiepiscopalem Sedem à Romano Pontifice excommunicati, & meritorum Lanfranci omnibus notorum, unde potuerat debueratque sumi excusatio imo approbatio facti, ab universis Angliæ Episcopis & Abbatibus in Nationali ista Synodo laudati*; *exorditur Chronographus cap.* 7 *Prælaturam Scotlandi Abbatis hoc modo.* Anno Domini quo supra, *scilicet* MLXX, comperto quod Egelsinus sic in Daciam fugerat, suamque Ecclesiam, absque licentia Regis petita aut obtenta, dereliquerat; prædictus Rex monasterium S. Augustini, cum omnibus in-

B ternis & externis appendiciis, confiscavit; & eidem monasterio quemdam Monachum, nomine Scotlandum, natione Normannum, in Abbatem prefecit, Monachis Augustinensibus tum propter Regis tyrannicam potentiam, tum propter sui monasterii ex omni parte depressionem multiplicem, licet non sine mentis amaritudine, ad tempus hoc tolerantibus.

impositos sibi ab eo Archiepiscopum,

& Abbatem.

3 *Non erat sane quod Augustinenses pœniteret novi, licet externi, Abbatis: nam hinc usque ad* §. 8 *aliud non agit Chronographus, quam sigillatim describere gesta Scotlandi memoriâ digna, quibus monasterii jura atque possessiones & recuperare ablatas, & noviter acquisitis ampliare nitebatur: quin & ecclesiam longe quam antea fuerat majorem augustioremque à fundamentis exstruere, sicut abunde explicatum est* XXVI *Maji in libris de Translatione S. Augustini aliorumque, idcirco facta. Quin autem in iis omnibus bonis monasterio curandis magnam partem habuerit Archiepiscopus* Lanfrancus, *nemo prudens dubitaverit, propter summam utriusque inter se amicitiam & consiliorum communionem. Nihil tamen istud profuit ad Monachorum Anglorum animos Normanno Archiepiscopo & Abbati sic devinciendos, ut mutato reipublicæ statu, etiam in re sua privata mutari ab illis quidpiam possent tolerare patienter, quanticumque boni intuitu id ab illis fieret; quin pessimam in partem exceperunt omnia, & utrumque gravissime sunt calumniati, facti etiam judices cogitationem iniquarum, circa ipsam mentis intentionem, soli Deo notam. Audiamus Chronographum* §. 8. ut in scriptis reperit, *explicantem, quomodo* Jurisdictio ordinaria tempore Scotlandi perdita *fuerit.*

licet optime de temporali statu monasterii meritos,

C *tamen propter nonnihil restricta*

4 Quoniam, *inquit*, teste mundi Philosopho, nullus mortalium ita felicitate beatur, quin ex aliqua sui parte miseriis relinquatur subjectus; prædictus venerabilis Abbas Scotlandus, licet possessiones & jura temporalia monasterii sibi commissi undique potenter defenderet, utpote amicus Regis & Principum terræ; jura tamen spiritualia & libertates, in detrimentum hujus Ecclesiæ, minus provide procuravit, ut ex dicendis plenius elucebit. A tempore enim Beati Papæ Gregorii ac sancti Patris Augustini, id est à sexcentesimo Dominicæ Incarnationis anno usque ad millesimum octogesimum, hæc illius summæ Matris Ecclesiarum specialis filia, & spiritualis alumna Regni Anglorum, cœnobiali dignitate & monachili religione primaria, gratia omnipotentis Dei, qui libertate vult filios suos frui, & non ut fiant cum servis tributarii; ac sanctione

quædã ejus antiqua privilegia,

Archiepiscopum vafræ cupiditatis,

sancti Patris Gregorii ceterorumque Romanorum Pontificum nec non B. Augustini, omnique ecclesiastica pace, honore, ac libertate usa est.... Anno autem MLXX Lanfrancus, Archiepiscopali Pallio in Cantuaria potitus, hanc Ecclesiam Apostolicam persequi incepit; & dominium quod super eam juste habere non potuit, ut aliquo modo obtineret, per se & suos complices machinari non destitit. D

5 Hic ergo, postquam aliquot annis dignitate Archiepiscopali functus est, Abbatem Scotlandum, quasi in magnæ amicitiæ familiaritatem, sibi in dolo associavit, ut sub umbra hujus mutuæ dilectionis, quod sæpius optabat celerius adipiscereturr. Erant autem quasi compatriotæ & vicini, & cum dicto Duce Willielmo, paulo ante in Regnum promoto, de transmarinis partibus subsecuti, & ideo sibi invicem gratiores & fideliores amici. Hoc ergo mutui amoris vinculo Archipræsul roboratus, per se aliasque honestas personas sæpius appetiit Abbatem, ut ad sermonem suum tantummodo audiendum, & ut Synodus sua speciosior appareret, Sacerdotes suos sibi præstaret. Quod cum Abbas sæpius negaret, ac contra jus Apostolicum ac usum suæ Ecclesiæ Apostolicæ se nullo modo facere posse diceret; tandem eidem monasterio non præcavens, tantæ calliditatis minus providus, quin tam familiarem sibi amicum offendere timens, omnes Sacerdotes suos ad synodum Archiepiscopi, Monachis suis contradicentibus, ire coëgit, non de re aliqua placaturos, sed tantum ad audiendum sermonem Archiepiscopi pro utilitate sua propria, absq; omni malo ingenio & causa perversa. Iterum iterumque Archiepiscopus Abbatem aggreditur, quatenus Presbyteros suos ad utilitatem animarum suarum ad Synodum transmittat: quod cum frequenter rogasset, & Abbas præ timore vel amore non negaret, Archiepiscopus consuetudinarie, & quasi essent sub juris & ditionis suæ honore ac dignitate, ad Synodum & Capitulum suum omnes Presbyteros Parochianosque eorum venire compulit: sicque monasterio S. Augustini dignitatem & honorem cautelose subtraxit, quem ab exordio nascentis in Anglia Ecclesiæ, libere, pacifice, & sine omni injuriatore semper obtinuerat....

Abbatem turpis collusionis accusant,

qui suo. Presbyteros ad Synodum illius invitari, tum & vocari passus est,

6 Anno Domini MLXXXV obiit Willielmus Rex Anglorum, Conquestor nuncupatus.... Anno sequenti Lanfrancus, instigatione Monachorum suorum, prædictis malis non contentus, interdixit Monachis istius Ecclesiæ, ne signa sua in ulla hora Canonica pulsarent, nisi prius in Episcopio pulsaretur: non attendens, Ubi Spiritus Dei, ibi libertas. Inde ergo iræ, rixæ, murmurationes, deordinationes sæpissime in domo Dei fiebant, quia, cum injuria Romanæ Ecclesiæ facta, servitium Dei frequenter tarde, & indecenter, & irregulariter lacrymosis suspiriis exercebant. De tanta ergo ignominia tamque nefanda irreverentia, Domino Apostolico ac Romanæ Ecclesiæ, cujus est illa propria & specialis capella, irrogatâ, flebilibus vocibus præcordialibusque gemitibus Monachi Abbatem suum adeunt, exorant & arguunt, ut celerius Domino Papæ hoc tantum facinus ac suum maximum dedecus annuntiet. Quos ille despiciens, & contra Deum, sanctæque Romanæ Ecclesiæ dignitatem, ac sanctionem supradictorum Patrum satis annotatam Archiepiscopo favens; Monachos distringere, ac ne de curia vel de claustro aliquo modo exirent, omnino arctare præcepit. Suspicabatur nimirum & timebat, ne ipsi aliquo modo Domino Papæ damnum & dedecus sibi illatum insinuarent, Archipræsulisque arrogantiam ac ipsius Abbatis turpem consensionem manifestarent.... E

& libero campanarum usu cessit, F

7 Anno Domini MLXXXVII, tertio Nonas Septembris

A tembris, obiit Scotlandus: quo defuncto Lanfrancus
Illum item, quia Abbate morino, Archiepiſcopus, videns tempus ratum & opportunum, quo Auguſtinenſem Eccleſiam ſuæ ſubderet ditioni, unum de Monachis ſuis nitebatur illi monaſterio præficere in Abbatem: unde & Regem Willielmum, filium Willielmi Conqueſtoris adiit, & ut ſibi donationem Abbatiæ prædictæ daret inſtanter petiit: ſed non obtinuit; eo quod Monachi Auguſtinenſes exhibuerunt Regi privilegia ſua, ſcilicet Auguſtini Archiepiſcopi, Ethelberti Regis, Bonifacii Papæ IV, Agathonis & Adeodati ſummorum Pontificum, ex quibus liquide Regi apparebat, quod electio Abbatis ejuſdem loci, tam de jure communi quam de privilegio ſpeciali, ad eoſdem pertinebat. Unde Lanfrancus, proſpiciens votum ſuum ex parte Regis fore fruſtratum, nova doli excogitans machinamenta, Simonis magi uſus eſt impudenti prudentia; & ut Monachi Auguſtinenſes unum de Monachis ſuis & ſuæ fraudis complicibus in Abbatem hujus loci eligerent, non tam precibus præviis, quam pretiis pecuniarum promiſſis, inſtantiſſime poſtulavit; pacemque ſimulans in dolo, ſe
conatus eſt ex ſuis Monachis aliquem inducere,
B amicum Auguſtinenſis monaſterii futurum præſtantiſſimum, ſi vota ejus complerentur, ſpopondit. Sed Auguſtinenſes Monachi, prudenter animadvertentes anguem latentem in herba, timentes ne eis venenum aſpidum & inſanabile, in aureo poculo ſub dulci Sirenarum voce, propinaretur; ex præteritis Lanfranci geſtis futurorum eventus certiſſimos metuentes; pecuniam ejus ſic oblatam in offerentis perditionem velut anathema ſpreverunt: ſed & Monachum quemdam ex hujus gremio, moribus & litteratura inſignem, ac Regi juniori amantiſſimum, nomine Wydonem, Chriſto prævio elegerunt. Lanfrancus Archiepiſcopus, ſpe concepta ex omni parte fruſtratus, non tam dolore cordis intrinſecus affectus, quam iracundiæ furia contra Monachos S. Auguſtini invectus, prædictum Wydonem Electum, ſecundum privilegiorum ſuorum tenorem, benedicere aliquamdiu recuſavit: ſed Regis
nec niſi cunctanter conſecravit Electum ab aliis.
Willielmi victus inſtantia, prædictum Electum ad altare majus ſui monaſterii benedixit, die S. Thomæ Apoſtoli, & anno ſequenti obiit. D

In quo nimio ſtudio omnia excedentes,

7 *Hactenus Auguſtinenſis Monachus Willielmus Thorn, ſeculo quidem* XIV *exeunte ſcribens, ſed ſuorum Fratrum induens ſenſum, qui tunc vivebant & talia ſcribebant; quæ ſi ſola extarent de* Lanfranco, *quis eum non crederet hominem ambitioſiſſimum cupidiſſimumque fuiſſe; & animum ex dolo ac fraudibus conſutum atque iracundia furiis agitatum in Archiepiſcopatu adminiſtrando habuiſſe; quodque conſequens videri poſſet, malam vitam infelici morte concluſiſſe, meritum ut ejus memoria habeatur in maledictione perpetua, ſicut nec verbum omnino ullum de tam multis ejus laudibus, quas alii celebrant, habet hic auctor. Sed bene! quod aliter de eo Deus, aliter non ſolum Normanni, ſed & Angli ceteri, aliter poſteritas omnis judicaverit. Licuit Monachis pro privilegiis ſuis ac libertatibus etiam contra Archiepiſcopum ſtare, nec ob eos qui forte obrepſerant abuſus debebant uſus ſuos dimittere, niſi Apoſtolica Sede jubente, cui immediate ſubjiciebantur: ſed non debebat tam nigris coloribus depingi vir alioqui ſanctiſſimus, & in eo quod ipſis doluit, bono zelo actus; fortaſſis etiam optima ratione meliorique jure nixus, de quo non eſt promptum judicare ex ſola adverſæ partis relatione, tanto magis ſuſpecta, quanto patentiora præfert ſigna odii vehementis, neque permittentis Monachos illos, qui ſibi adverſarium exiſtimabant Lanfrancum, præſtice quidquam vel cogitare de eo vel ſcribere: quorum interim cauſa etiam inde gravatur, quod potuerit injuſta videri viro, in aliis ſuis omnibus actionibus Sancto. Idem obventurum ſibi ſperare poſſunt, quotquot ſubinde pro juſtitia aut veritate contiget incurrere odium communitatis alicujus, etiam religioſæ, eaque de cauſa ſcriptis libelliſve famoſis apud vulgus traduci; modo ipſos aliorum non præoccupatorum tueatur univerſalis approbatio, ceteris eorumdem factis dictisque teſtimonium præbens æquitatis & veracitatis; quod teſtimonium tanto gravius ſemper erit, quanto notius fuerit, iſtos, qui adverſari ejuſmodi immodeſtis murmuratoribus videntur, majori ſuo commodo potuiſſe & voluiſſe favere iiſdem, ſi licere credidiſſent.*

ſuæ præſumptionis cauſa, Lanfranci famæ detrahunt nihil. E

DE S. UBALDESCA VIRGINE,

ORDINIS S. IOANNIS HIEROSOLYMITANI,

PISIS IN HETRVRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

De cujus cultu, deque originario Vitæ textu amiſſo, ſed ex Italica verſione utcumque reſtaurato.

ANNO MCCVI

Ordinis hujus Sanctæ duæ,



Sacram, *&, auctо per Vrbanum VIII appellationis titulo,* Eminentiſſimam Religionem Equitum Hoſpitalariorum S. Joannis Hieroſolymitani, *quos ab indepta ſub annum* MDXXX *Melitæ inſulæ poſſeſſione* Melitenſes *dicimus, multi egregii Heroës militaribus facinoribus & inſignibus triumphis illuſtrarunt in Oriente; in Occidente vero ſuam Religionem rara quadam ſanctitate exornarunt, non ſolum viri aliquot ſuo tempore commemorandi; ſed etiam ex infirmiori ſexu nonnullæ ejuſdem profeſſionis Sanctimoniales, quales in Italia duas invenio, cultas abſolute ut*
ex his Tuſcana Verona 14 Iulii,
Sanctas, *ſcilicet* Ubaldeſcam *atque* Tuſcanam: *hanc Veronæ in Æmilia Viduam, de qua agendum erit* XIV *Iulii; iſtam Virginem Piſis in Hetruria, ubi æque ac Melitæ, Officio ſub ritu Duplicis agendo, colitur hac* XXVIII *Maji; qua, & quidem in Dominicam Trinitatis ſeu octavam Pentecoſtes incidente, illa obiit, anno* MCCVI, *cum cyclo Solis* XI *Lunæ* X *litt. Domin. A Paſcha celebratum fuiſſet* II *Aprilis; licet Piſani, novem menſibus prævenientes anni communis exordium, annum eum numerent* MCCVII.

Vbaldeſca Piſis colitur 28 Maji,

2 *Meminit* S. Ubaldeſcæ *Philippus Ferrarius in utroque Catalogo, tam Sanctorum Italiæ, cum prolixiori elogio; quam eorum qui in Romano Martyrologio non ſunt,* ſub hac formula, Piſis in Tuſcia S. Ubaldeſcæ Virginis. *Ferrarium ſecutus eſt in ſacro Gynæceo Arturus à monaſterio: ſed ſi attentius illum legiſſet, & notaſſet* humilibus parentibus in agro Piſano ortam dici, *& de ingreſſu in monaſterium obtinendo dubitaſſe,* cum ſibi dotem non eſſe diceret; *adeoque aliunde potius laudandam eam ſibi propoſuiſſet, quam* à ſpretis mundi deliciis & gloria. *Allegat utrobique Ferrarius* Vitam Ms. quæ apud Moniales S. Joannis ſervatur: *& omnino illius exem-*

A *exemplar vidiſſe atque habuiſſe crediderim; habuit enim, & omiſsis pleriſque miraculis, Italice evulgavit, cum ſolo titulo* Beatæ, *inter Vitas Sanctorum ac Beatorum Tuſciæ, Silvanus Razzius; ex quo eamdem cogimur Latinam iterum facere, quandoquidem veterem originariumque contextum nulla hactenus amicorum diligentia potuit reperire.*

Vita, amiſſo originali Latino,

3 *Quæſivit illam perquam ſolicite Eques Coſſinius, quando nobis curavit Vitam B. Claræ de Gambacorta, illuſtratam* XVII *Aprilis; & Vitam B. Bonæ, ſimiliter Piſanæ, dandam* XXIX *hujus Maji: ſed fruſtra quæſivit. Quæſivit deinde, ſed pari ſucceſſu, Reverendiſsimus Tortus, Archiepiſcopi Piſani Provicarius & Monialium S. Ioannis Rector. Denique Doctor Pagnius, publicus Medicinæ Profeſſor, apud quem, Piſanorum Res ſcribere molientem, antiqua quotquot potuerunt inveniri monumenta eſſe dicebantur collecta: qui de illa Vita interrogatus, exhibuit quidem vetuſtum codicem, in quo* BB. *Bonæ ac Gherardeſcæ Piſanarum Vitæ legebantur, ſed negavit de* B. Ubaldeſca *verbum apud ſe ullum eſſe, præterquam in libris Razzii, Ferrarii & Boſii: hîc vero in Hiſtoriis ſui Ordinis meminit ejuſdem prolixe ex Razzio, ſicut & Boſii epitomator Franciſcus Truglinus. Itaque omni ea diligentia aliud nihil profectum eſt, quam ut nobis innoteſceret* B. Gherardeſca, *nec nomine quidem antea cognita, de qua poſt Vitam B. Bonæ agemus. Pergimus nihilominus optare, ut* B. Ubaldeſcæ *originalis Vita aliunde in lucem prodeat, locum habitura in primi Semeſtris Supplemento, poſt abſolutum Iunium componendo.*

datur ex Italico Razzei,

B 4 *De cultu ejus, primum cum feſto Trinitatis mobili, deinde Pontificia auctoritate ad hanc* XXVIII *Maji adſtricto, nihil opus eſt multa præfari: patebit ea res ad finem Vitæ ex Razzio Boſioque; nec non qua ratione corporis ſancti oſſa, ab Hoſpitali S. Ioannis ad eccleſiam S. Sepulc. i tranſlata fuerint, dempto (quod iſtic manſit) Capite; & quomodo una cũ parte Reliquiarum præcedenti ſeculo propagata* Ubaldeſcæ *veneratio ſit; aucta etiam hoc ipſo ſeculo, per eccleſiam Rectoralem, ſub illius invocatione in novæ urbis Melitæ conſpectu ædificatam, à Magno Magiſtro Ordinis Paula. Patria Sancta fuit caſtellum* Calcinariæ, *ſiniſtrã Arni fluminis ripam aſpiciens, medio inter Piſas & S. Miniati oppidum itinere, pari fere utrimque* XXIV *milliarium intervallo. Aliud nihil eſt quod doceri prævie lectorem conveniat: quare ad Vitam, qualem ſuggerit Razzius, nullius ulterioris lucis egentem, tranſeamus.*

cum probatione cultus etã Melitæ.

VITA

Ex Italico Silvani Razzii.

C 1 *Nata Calcinariæ genere ruſtico, ſed pio,*

NAta eſt Ubaldeſca Calcinariæ, caſtello diœceſis & territorii Piſani, ex humilibus parentibus atque ſimplicibus, ſed bonis Deumque timentibus, circa annum ſalutis noſtræ MCXXXVI: qui licet agricultura vitam tolerarent, nihil tamen prætermiſerunt quo ſuæ huic dilectiſſimæ filiolæ Chriſtianam inſtillarent virtutem, tanto propenſius, quanto ipſa magis velut à natura eodem ferri videbatur, quippe in cujus actionibus omnibus ſincera humilitas, & prompta relucebat obedientia. Ad has virtutes accedebat etiam ſumma verborum parcitas, egregium ſane, tum in omnibus hominibus, tum maxime in virginibus adoleſcentulis, bonitatis atque prudentiæ indicium. Quidquid ab impoſitis per parentes domus miniſteriis ſuperabat ei temporis, id totum orationi recitandiſque Coronis impendebat, Deum rogans ut vitam ſuam dirigeret in viam ſalutis: quin etiam laborando manibus domi foriſque orabat, ut poterat, ſi non voce, ſaltem mente in Deum elevata. Corpus quoque ſuum, innocens licet atque puriſſimum, macerabat jejuniis vigiliiſque. Caritatem erga pauperes ſic exercebat, ut à domus limine neminem pateretur ſine ſolatio abſcedere: quamvis enim agricolæ eſſent parentes ejus nec copioſi, proprius tamen ipſorum erat quem colebant fundus, & nonnihil ſuppeditabat unde poſſent etiam neceſſitatem tolerantibus tribuere aliquid.

à pueritia virtute excellit:

EX ITAL. RAZZII.

2 Quia autem, ſicut dixi, in viam ſalutis dirigi petebat à Deo, is qui juſta petentium preces exaudire conſuevit, etiam puellulæ huic oranti benignam aurem præbuit, ejuſque deſiderium hoc qui ſequitur modo implevit. Cum annum ætatis decimum quintum ageret, domeſticis omnibus in agro occupatis, ſola ipſa remanſerat circa furnum, panes inibi coquendos immittens; & ecce Angelus Domini apparuit ei, dixitque: Audi, Ubaldeſca, quoniam ſemper poſtulaſti à Deo, ut monſtraret tibi viam per quam ſalvari poſſis; adſum, ejus nomine mandans, ut ſine mora Piſas te conferas, ingrediariſque Hoſpitale S. Joannis, & cum Matribus ibi degentibus vivas in pœnitentia, & Dei pauperumque ejus ſervitio. Cui illa: Equidem libentiſſime id fecero: ſed illæ indotatam me ſuſcipere recuſabunt, nec poſſunt parentes mei requiſitam dotem exhibere. Sed Angelus, Nihil iſtud te ſolicitet, inquit, Matres enim iſtæ non tam dotem ſpectant quam virtutem. Sed ego, reponit illa, ſi etiam hac deſtituor, quomodo admitti potero? Et Angelus: Supplebit quod deficit Spiritus ſanctus, à quo illuſtrata tantis impleberis gratiis, quantas Piſanarum mulierum nulla eſt conſecuta, ipſaque civitas meritis tuis liberabitur periculis maximis.

quindennis ab Angelo jubetur monialis fieri,

etiam ſine dote recipienda.

E

3 His dictis abiit Angelus: Ubaldeſca vero, dimiſſis in furno panibus, ad campum cucurrit, ubi pater materque erant; & quæ ſibi dixerat Angelus ordine enarravit, inſtans ſupplicanſque, ut ipſo illo die ad Hoſpitale duceretur. Venientes ergo in civitatem, poſtquam eſſent ab omnibus, qui in vico Gonellæ dicto morabantur, hilariter ſalutati; repererunt Abbatiſſam cum Sanctimonialibus circiter quadraginta, expectantem ad portam Hoſpitalis, ad illam recipiendam, de cujus adventu etiam ipſæ fuerant ab Angelo per noctem præmonitæ. Hinc inducta in eccleſiã eſt, conſuetiſque cum ceremoniis habitu Religionis induta; gaudentibus omnibus, quod tale munus divinitus accepiſſent; parentibus autem, ubi veſtitam viderunt, diſcedentibus, dubiiſque inter lætitiam ac mœrorem, quod abſque ea regrederentur quam amabant tenerrime. Erant igitur pro tam inopinato eventu quaſi extra ſe rapti, nec niſi ſequenti die recordati ſunt panũ, quos furno imponendos filiæ commendarant. Tum vero illuc accedentes, ubi ſolos cineres reperturos ſe credebant, aut induratas in carbonem cruſtas; extraxerunt panes tã congrue coctos, ut nihil à lõgiori in furno mora paſſi viderentur, ſed juſto dũtaxat ſpatio illic manſiſſe: quare in urbem recurrentes, ex iiſdẽ panibus tulerunt ad Sorores, omnia quæ evenerant cum gratiarum actione enarrantes.

Cum eam parentes ſui

Hoſpitali dediſſent,

F *panes in furno relictos inveniunt integros.*

4 Verum quantum ad hæc audita exultabant Abbatiſſa & Sanctimoniales omnes, tantum illa humiliabat ſe, fugitans jactantiæ, & nihil ſolicitius cogitans quam quomodo magis ſeſe demitteret. Elucebat tamen præcipue ſingularis ejus caritas, tum erga Sorores omnes, tum erga infirmas, quibus ne vel minimum quid deeſſet omni ſolicitudine atque induſtria & promptitudine ſatagebat. Aliis autem affabilis & manſueta, in ſeipſam erat ſevera & rigida, cilicium geſtando ad carnem, modicumque dormiendo, non in lecto ſed ſuper faſces ſarmentorum, quos corpori feſſo ſubſternebat. De jejuniis & abſtinentia ejus quid dicam? Solo enim pane & frigidæ

Vitam Religioſe ac ſevere inſtituens,

EX ITAL. RAZZII.

gidæ potu contenta vivebat, idque ſecundo dumtaxat aut tertio die ſumptis; unde tota emaciata, non niſi oſſibus cute indutis conſtare videbatur; vultu tamen ſemper læto & hilari, utpote quæ ſpiritu jugiter intenta in Deum, videbatur cum Sponſo ſuo Chriſto ejuſque Matre & Sanctorum choris, cęleſtis paradiſi deliciis perfrui.

eleemoſynas per urbem quærit,

5 Inter hæc ad maturiorem progreſſa ætatem, cum animadverteret monaſterium magna premi penuria, petiit facultatem ab Abbatiſſa & Sororibus egrediendi per urbem, & eleemoſynas corrogandi, quibus & ipſarum & potiſſimum infirmarũ ſubveniretur neceſſitatibus: quod & fecit cum fructu, non ſolum monaſterii, propter eleemoſynas; ſed etiam civitatis totius, propter exemplum virtutis. Ita multos egit annos, cum Deus, illuſtriorem eam facere volens atque exercere patientiam, diſpoſuit ut ei tranſeunti per pontem Spinæ (ſic dictum à Dominicæ coronæ Spina una, ibidem religioſiſſime aſſervata) ex domo quæ ibi fabricabatur, in caput venit lapis, ipſumque graviſſimo vulnere perculit. Volebant Sorores medelam ei quam diligentiſſime fieri: ſed recuſavit Ubaldeſca, quin potius ad

graviter læſa curari recuſat:

B Jeſum ſuum converſa exoravit illum, ut exinde reliquo omni vitæ ſuæ tempore dolorem ſuſtinens, perpetuam humanæ conditionis memoriam ſecum ferret: & voti ſui compos effecta, plagam iſtam ſecum intulit in ſepulcrum, ſemper marcidam & purulentam, ſcatentemque vermibus; tanta, non dico cum patientia, ſed lætitia, quanta non ſolent mulieres ſeculares circumſpectare ſe ornatas gemmis atque monilibus.

aquã in vinum vertit,

6 Porro annorum ſeptuaginta ſpatio, quibus Ubaldeſca in hoc ſeculo vixit, multa per eam Deus miracula eſt operatus, ex quibus brevitatis ſtudio pauca dumtaxat hic referam. Feria quadam ſexta Majoris hebdomadæ, cum devotæ mulieres nonnullæ venirent à capella S. Martini in Chiazica, inciderunt in B. Ubaldeſcam, tunc forte occupatam haurienda de puteo aqua; eamque rogarunt, ut ſibi potum præberet. Cumque illa porrigeret ipſis ſitulam aqua plenam, rogarunt eædem, ſcientes quam eſſet efficax ipſius oratio, ut eam impoſito Crucis ſigno benediceret. Fecit Ubaldeſca quod rogabatur: & ecce bibentibus illis, non aqua, ſed optimum vinum guſtabatur; nec tamen animadvertentes id miraculo fieri, Ah, inquiebant, quid agis, Soror Ubaldeſca? aquam à te petivimus, & tu in die ſanctæ Paraſceves vinum porrigis, contra quam ferat noſtrum abſtinentiæ propoſitum? Vix ea vel ſimilia

C dixerant, quando cognoverunt quod contigerat, ipsãq; laudare ac prędicare cœperunt: quæ humanæ laudis fugientiſſima, tacere eas compulit, adjuravitque, ne quoad viveret alicui homini rem manifeſtarent.

& an. 70 ægra,

7 Haud diu poſt in morbum extremum prolapſam viſitavit Pater quidam, F. Doctus de Oculis nuncupatus, ordinem S. Joannis Hieroſolymitani profeſſus, qui in capella ſancti Sepulcri curam gerebat animarum, ac forte etiam prædictarum Sororum, vir probatæ ſanctitatis: qui ea viſa, ut cui multum afficiebatur, dixit Sanctimonialibus, Brevi privabimini veſtra Sorore Ubaldeſca: verumtamen rogo vos, ut ſive die ſive nocte mori eam contingat, præſentem me adeſſe faciatis. Hæc verba in ſpiritu

mortis ſuæ modum præno ſcit.

audiens illa; Pater, inquit, non poteris adeſſe tempori. Itáque accidit: nam cum ipſam aliquando viſitaſſet, extremis jam à ſe munitam Sacramentis, ac diſceſſiſſet; oculos Ubaldeſca in mortem clauſit, & vivere in terris deſiit, anno MCCVII, die XXVIII Maji, tunc in feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis cadente. Vidit Abbatiſſa, viderunt Sorores, defunctæ animam deduci in cælum, ab Angelorum circumplaudentium multitudine, atque cantantium hæc verba, Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi paravit Deus ab origine mundi. Mox autem, atque per urbem dicta fuit hujus mortis fama, concurſum eſt undique ad venerandum corpus, quod habitaculum fuerat animæ tam ſanctæ; quam ipſã non dubitabant cæleſti fruentem gloria, patronam habere ſe apud Deum, tum propria quiſque perſuaſus experientia, tum aſſeveratione Sororum, oculis ſuis conſpecta referentium in ejus egreſſu. D

Ab Angelis in cælum duci viſa,

8 Poſtquam vero factum eſt ſatis devotioni omnium, videre & contingere cupientium, curata per quam honorifice ſepultura fuit; ſicut & merita ſua exigebant, & diſpoſuerat Mater Abbatiſſa, cum prædicto Sacerdote Docto. Hic vero quam devote viventi adſtiterat, tam conſtanter adhæſit ſepulcro mortuæ, per integros ſeptẽ dies non recedens ab eo, niſi quantum corporalis refectionis ſumendæ exigebat neceſſitas; ſperabat enim manifeſtandam ſibi ſigno aliquo illius gloriam; ſicut & factum eſt ſeptimo die mane, quando vidit Beatam inter duos ignitos currus cælum invehi, ſtipantibus Angelis & E Deum in Sanctis ſuis glorioſum laudantibus. Excitavit glorioſa iſtæc viſio pium illum Sacerdotem, utique jam certum de ejus beatitudine, ut corpus elevandum de terra & honoratiori tumulo locandum curaret: quod cum vulgatum per urbem eſſet, ad hunc actum concurrit magna populi multitudo, atque cum aliis etiam viginti duo infirmi, diuturnis morbis conflictati, qui omnes eo die ſanati ſunt, per fidem in ejus meritis collocatam.

ſeptimo poſt die etiam Confeſſario glorioſa oſtenditur.

Tränſfertur ſemel,

9 Sed neque in hoc novo ſepulcro diu quieverunt Reliquæ ſanctæ: cum enim Fr. Bartolus de Palmeriis de Caſcina, Prior eccleſiæ ſancti Sepulcri Piſæ, ejuſdem Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani, eſſet à Magiſtro Ordinis, cum ſua non modica confuſione, loco motus; B. Ubaldeſcæ humiliter ſe commendans, vovit, quod ſi reponeretur in ſuam dignitatem, feſtum ejus curaret annue celebrandum in die ſanctiſſimæ Trinitatis: ſequenti autem nocte apparuit ei Beata, dixitque, Vade & diſpone quidquid ad feſtum meum pertinet, adero enim tibi auxiliatrix. Neque vana promiſſio: mox enim receptus à Magiſtro in gratiam, Prioratum quoque ſuum recuperavit; exindeque cœpit illius feſtum ſolenniſſime celebrare quotannis, ſicuti uſque nunc F celebratur in honore ſanctiſſimæ Trinitatis & B. Ubaldeſcæ. Neque eo contentus, fecit etiam ſacrum corpus levari de ſepulcro, & oſſa componi intra pulchram capſam: relictoque penes Matres S. Joannini Beatæ capite (ſicut æquum erat) poſuit ipſam ſupra altare, in ſua ſancti Sepulcri eccleſia; ubi exinde ſervatur & reverenter viſitatur ab omnibus, propter multas, quæ meritis ejus obtinentur gratias, quarum unam ſatis ſit hic narraſſe, ceteris compendii cauſa prætermiſſis.

iterumque corpus,

& feſtum inſtituitur.

clareſcens miraculis manum læſã ſanat.

10 Monetarius quidam, civitati Piſanæ operam elocans in cudenda ad publicos uſus pecunia, dum una dierum ſuo intendit labori, vehementi mallei exerrantis ictu, minutulum quemdam nummum tam profunde adegit in manum ſuam, infra nervum & carnem, ut educere ipſum inde nulla poſſet induſtria. Cum ergo diu noctuque ſpatium vacuum à cruciatu non haberet, convulſiones etiam ſpaſmosque frequenter patiens; omnibus tam Florentiæ, quo ſe remedii cauſa etiam contulerat, quam Piſæ fruſtra tentatis; recordatus eſt B. Ubaldeſcæ, cujus interceſſione tam multi adjuti eſſent. Ergo ante ſepulcrum genu flexus, magno cum affectu eidem ſe com-

A commendavit: quo facto perſanatum ſubito ſe ſenſit, nummulo illo foras ultro prodeunte, manumque liberam ad priores uſus relinquente. Unde perlatâ quaquaverſum tam deſperatæ curationis notitiâ, magis magiſque accenſa eſt populorum etiam vicinorum devotio, erga hanc ſanctam Dei famulam; felices ſe æſtimantibus, qui aliquid Reliquiarum ejus poſſent obtinere. *Hactenus Razzius.*

Ejus imagines.

11 *Iacobus Boſius, in Hiſtoria Ordinis, Italice tribus Tomis deſcripta ac Romæ edita anno* 1594, *eadem brevius perſtringit, rurſumque in libello Imaginum inde extracto; ubi gemino iconiſmo Sanctam repræſentat ex antiquis moderniſque picturis. Modernæ illam exhibent plane ut nunc veſtiuntur Monachæ, cum ſcapulari ſcilicet & lineo ad collum cooperiendum ſubgulari; pallio vero tam alte ad pectus collecto, ut nulla pars zona videri poſſit, quam aliàs etiam ſcapulare operit. Antiquiores habitum ipſiuſque Crucis Ordini propriæ formam longe ſimpliciorem referunt: quam nunc eſt, proinde videtur operæ pretium, utramque imaginem hic repræſentare.*



B *Notat porro Boſius, Situlam eam in imagine commemorari, quâ hauſta aqua fuiſſe in vinum converſa memoratur num.* 6, *quamque etiam hodie ſervantes Monachæ S. Ioannis, plenam ejuſdem putei aqua mittere ſolent ex caritate ad febricitantes, felici ſæpe ſucceſſu. Palmâ in veuſtiori pictura putat idem Boſius ſignificare meritum patientiæ, in extremo morbo exercitæ. Addit, quod* unus puteorum, unde aquam haurire Sancta ſolebat, apud Monachas prædictas, eſt; alius, ad ſancti Sepulcri; quodque ex hoc ſoleat populus in die ejus feſto devote bibere. *Item quod* cubicula, habitationi Sanctæ olim addicta, hodiedum ſervantur integra, ſed Monacharum uſibus deputata, præter cubicellum unum, in formam ſacelli redactum. *Denique, quod* cum parietes monaſterii, reperiantur plures Cruculæ deſculptæ, ad quas Sancta ſuas conſueverat obire ſtationes, egreſſu prohibita: quodq; eaſdem exoſculantes teſtentur, odoris ſuaviſſimi aliquid inde ſibi afflari.

aliaq; monumenta reverenter habita.

D

12 *De ſanctorum oſſium tranſlatione Melitam egit etiam Razzius: ſed accuratiorem rei geſtæ ſeriem lectori placeat ex Boſio audire, part.* 1 *lib.* 7 *ſub finem ſic loquente:* Utroque in loco, *ſcilicet in Hoſpitali S. Ioannis & eccleſia Sepulcrina,* multa Deus operatur miracula per interceſſionem hujus ſuæ Beatæ, quibus motus Illuſtriſſimus Cardinalis & Magnus Magiſter Ordinis Fr. Hugo de Loubenx Verdala, pro ſingulari ſua erga B. Ubaldeſcam devotione, matura deliberatione præmiſſa, temporibus noſtris mandavit Equiti Fr. Julio Zanchini de Caſtiglionchio, Nobili Florentino, Locum-tenenti Prioris Piſani, ut præhabita licentia Magni Ducis Franciſci, aperiret prædictam capſam, exempturus inde partem, quæ poſſet ad primam Ordinis totius eccleſiam, intra inſulam Melitenſem transferri. Fecit ille quod juſſus fuerat, coram Domino Vicario Archiepiſcopali & Commiſſario civitatis Ioanne Baptiſta Gianfigliazzi Senatore Florentino; ſumptamque inde partem Magiſtro miſit: qui illam ad eccleſiam Conventualem S. Joannis Baptiſtæ deportandam curavit, impetrato priùs à Sixto Papa V Brevi, ſub data anni MDLXXXVI die XX Novembris, quo is mandat, ut poſt tranſlationem prædictæ Reliquiæ in novam Melitenſem civitatem, quotannis celebretur feſtum XXVIII Maji in honorem B. Ubaldeſcæ, eodem ritu & officio, id eſt Duplici, quo celebrari ſolet in Metropolitana eccleſia civitatis Piſanæ; largiens plenariam Indulgentiam, perpetuis futuris temporibus duraturam, pro cunctis Chriſti fidelibus, qui in die Tranſlationis prædictæ, factæ anno MDLXXXVI die XXVIII Maji in eccleſia S. Joannis Melitæ ſacram iſtam Reliquiam viſitabunt.

Reliquarum pars Melitæ tranſlata an. 1626

cum feſto & indulgentia 28 Maji

C

13 P. Frater Antonius de Paula, Vaſco, anno MDCXXIII electus Magnus Magiſter Ordinis (quo in gradu vixit uſque ad annũ MDCXXXVI) de ſuo nomine Caſale fabricavit, in fundo ad feudum Marſanum pertinente, anno MDCXXVI; cujus domus & horti omnes perdunt cenſum eccleſiæ Rectorali S. Ubaldeſcæ, ab eodem Magno Magiſtro erectæ, per Bullam Apoſtolicam de Jure patronatus ipſi Magiſterio adnexi, pro uno Capellano ejuſdem Religionis, & obligatione curandi ibidem Miſſam omni die feſtivo, nec non in ſolennitate ipſius Sanctæ, quæ celebratur XXVIII Maji cum Veſperis; & viginti ſcutorum, annue Magiſtro ipſi pendendorum, ſicut plenius continetur in Bulla, data Romæ ultimo die Julii anni MDCXIX. Continet autem prædictum Caſale Paula ædes circiter quinquaginta, animas vero inquilinorum centum & ſexaginta. *Ita Commendator Ioannes Franciſcus de Abéla Vicecancellarius, in deſcriptione Inſulæ Melitæ ibidem impreſſa anno* MDCXLVII *pag.* 94 *&* 296, *cum Topographia totius inſulæ,* Casàl Paula *notante ad latus meridionale novæ urbis, verſus mediterranea, intervallo vix unius milliaris Italici, ſicut illud etiam exhibet Orbis Maritimus Ianſonii.*

an. 1636 *ibidem erecta eccleſia.*

F

DE B. PETRO SOLITARIO

APVD COLLEM VALLIS ELSÆ IN HETRVRIA.

D. P.

Sylloge Hiſtorica ex Waddingo & aliis.

SEC. XIII.

Inter primos Tertiarios, anno 1221 *aggregatos,*

Ertii Ordinis, à Sancto Patriarcha Franciſco inſtituti ſub annum MCCXXI, *Profeſſores primi fuerunt, BB. Lucheſius & Bona-donna conjuges ex Podio-Bonizii in Etruria, nobili olim Vallis-Elſæ oppido, nunc in planitiem traducto; de quibus egimus ad* XXVIII *Aprilis, anniverſaria ipſius B. Lucheſii die.* Præter hos pios conjuges, *inquit ad annum prædictum num.* 16 *Lucas Waddingus*, ad novum Sodalitium vir Sanctus aſſumpſit, Petrum de Colle, Brunum quemdam, ac Martolenſem alium, quamplureſque vicinorum oppidorum & Vallis-Elſæ incolas viros pios, ad quorum preces & inſtantiam hoc vel ſequenti anno præſcripſit Regulam, poſtea aliquantum auctam & mutatam per Nicolaum IV ſummum Pontificem ejuſdem Confirmatorem. *Hæc ibi Waddingus: ad annum deinde* MXLII *num.* 20, *poſt narratam mortem prædicti* B. Lucheſii (*qui quo anno obierit ignorare ſe fatetur Waddingus, obiit autem* MCCLX, *uti nobis ex Vita antiquiori innotuit*) *propter ſanctitatis ſimilitudinem, quia locum aptiorem non inveniebat, ſubjungit mortem prænemorati* Petri, *allegato in margine ſui Mariani Chronico; cujus originaria verba, ab illius dignißimo ſucceſſore Franciſco Haroldo perquam benevole communicata, exhibere malui: ſunt autem lib.* 2 *cap.* 12 *fol.* 209 *col.* 4 *ad finem, hujuſmodi.*

B

numeratur B. Petrus,

2 Milliario ſecundo ab iſto Caſtro Bodii-Bonitii, in Caſtro quod dicitur Collis, claruit quidam alius ſanctus Frater, nomine Petrus, vir paupertate dives, rigidus & auſterus ſibi ſupra modum, tam in cibo & potu quam in veſtibus; plenus Dei gratia, & hominibus carus. Hic cum ad optatum perveniſſet finem, & anima illius ad cæli gaudia perenniter victura tranſvolaſſet, omnes campanæ præfati Caſtri, nullo mortalium pulſante, per ſeipſas ſolenniter ſonuerunt. Quo miraculo plebs univerſa excitata, mox accurrit ad locum, & de ſepultura viri Dei Petri illico contendere cœpit: nam aliqui in Plebe Caſtri, aliqui in Parochia de Plano, alii in Abbatia, & aliqui in Conventu humari volebant. Et cum ſic ad invicem plurimum verbis contenderent; ecce ſtatim divinum oſtendit conſilium ubi ſepeliri deberet. Etenim tantam miſit Deus papilionum multitudinem, ad modum apium ſimul conſtipatam, quod mirum certe erat viſu: moxque ad corpus Sancti congregantur: deinde proceſſionaliter verſus Plebē Caſtri, omnibus videntibus volatum ſuum dirigunt; & præfatam ingredientes eccleſiam, eas plebs univerſa, Clerus, & omnes Religioſi cum corpore B. Petri ſecuti ſunt. Ubi honorificæ traditus ſepulturæ, gloria miraculorum claruit: cujus feſtum ſolenniter in die ſanctæ Trinitatis in Caſtro præfato celebratur. *Hactenus Auctor, qui licet anno* MDXXIII *primum obierit, videtur tamen circa annum* MCCCCLXXXVI, *in quo deſinit, finem ſcribendi feciſſe.*

qui miraculo ſonantiū ultro campanarum agnitus,

C

præeunte papilionum examine ſepultus;

3 *Waddingus*, *ſolum* Caſtrum Podii-Bonitii *initio nominans, ac deinde dicens* campanas dicti caſtri *ſonuiſſe, & ad* Plebem Caſtri, *utique jam dicti, corpus delatum fuiſſe, perſuaſerat nobis primam Beato ſepulturam datam fuiſſe in* Podio-Bonitii, *quo deinde ſub annum* MCCCLXVIII *funditus deſtructo à Florentinis*, Collem *tranſlatum corpus fuerit: ſed ex Mariani verbis apparet, eumdem locum, qui* Petro *cognomen, ac veroſimiliter etiam vitam dedit, eidem dediſſe & ſepulcrum. Erat autem* Collis *eo tempore ſatis munitus & populoſus; in cujus eccleſia tunc adhuc parochiali, jam inde ab anno* MCCII *colebatur* S. Albertus *ibidem* Presbyter, *à nobis* XVII *Auguſti commemorandus. Fortuna autem loci variis vicinorum caſibus ſic excrevit, ut Clemens VIII, Ferdinandi primi Magni Ducis Hetruriæ precibus inclinatus, dignum habuerit quem Titulo Epiſcopali ornaret anno* MDXCII, *Antiſtite inſtituto indigena Vſimbardo: qui diœceſim, ex Florentino, Senenſi, Faſulano, & Volaterrano Epiſcopatibus divulſam, pulcherrime compoſuit, eccleſiamque Cathedralem Collegio duodecim Canonicorum, tribuſque Dignitatibus, Archipresbyteratu, Decanatu, & Archidiaconatu inſignitam habuit, quorum quod fuerit initium non reperio, ſed video* S. Albertum *à ſcriptoribus* Archipresbyterum *dici, veroſimiliter per anticipationem Tituli diu poſtea inducti. Vnitum etiam Epiſcopali dotī fuit monaſterium* S. Salvatoris in Spongia; *quam creda fuiſſe Abbatiam veteri Podio-Bonitii vicinam, ad quam* B. Petrum *deferendum ſuadebant alii; ſicuti* Parochia de Plano, *ab aliis ad eumdem finem propoſita, ipſa eſt, in qua hodiernum Podium-Bonitii conſiſtit, Collenſi novo Epiſcopatui una cum aliis locis ſubjunctum. Conventus (pro cujus eccleſia certabant aliqui) non alius quam Franciſcanus intelligendus, paßibus quingentis remotus à Podio-Bonitii unde nomen habet.*

nunc Epiſcopali civitate,

in Caſtro Collis,

4 *Quæ ibi hodie eſt Cathedralis eccleſia, & antea fuerat Collegiata, anno* MDCXXI *ampliata ac reſtaurata fuit, auſpiciis ſecundi Collenſis Epiſcopi, Coſmi Gherardeſcii: eaque occaſione inventum tunc fuiſſe corpus* S. Alberti *prænemorati, ſcribit Vghellus, tacet de* B. Petro. *Nec mirum. Prius enim quam illa eccleſia cum Canonicorum Capitulo fundaretur, alia antiquior & Parochialis, S. Iacobo conſecrata, primatum tenuiſſe probatur ex eo, quod cum corpore* B. Petri, *iſtic ſub quodam altari poſito, inventum fuerit caput* S. Alberti, *tamquam poſt tranſlationem corporis in locum primæ ſepulturæ relictum, ſicut me per litteras docuit* R. P. Fr. *Antonius Tagnocchi de Ferrinca Ordinis S. Franciſci; addens, quod in eadem S. Iacobi eccleſia adhuc inveniatur vetus Beati pictura, diademate coronati, cum præcipuis circumcirca geſtis; quodque ibidem viderit anno* MDCLXXV *tunicam ſancti Viri, funiculum & ſandalia Franciſcana, quæ diebus ſolennioribus in altari exponuntur. In ipſa quoque Cathedrali eccleſia, uſque ad annum ampliationis præfatæ, habebatur proprium* B. Petri *altare; unde adhuc ſupereſt pictura, vetus etiam ipſa, ex vetuſtiori quæ eſt in S. Iacobi veroſimiliter expreſſa: & alia duæ ejuſdem Beati imagines.*

delatus eſt ad eccleſiam parochialē S. Iacobi,

ubi ejus etiam alia Reliquiæ,

F

5 *His indiciis provocatus, nec ſperans Vitam* B. Petri *ab aliquo ex profeſſo tractatam poſſe inveniri, cogitavi defectum ejus, vel ſaltem miraculorum præcipuorum poſt mortem, ſupplendum quadamtenus exhibitione veteris illius picturæ. Itaque Senas ſcripſi ad noſtros, petiique aliquem requiri per quem curaretur delineandum ectypon æri incidendum. Inventus eſt autem Adm. R. D. Franciſcus Maria Maximi, Capellania perpetua S. Franciſci in Metropolitana Senenſi donatus ab Archiepiſcopo D. Leonardo Marſilio,*

ac vetus imago,

A *Marſilio, & à Senatu honoratus publica Humanitatis lectione in patria Academia. Hic origine Senenſis, natus tamen in Colle Vallis-Elſæ, occaſione quæſturæ quam ſuus pater iſtic pro Magno Duce exercere ad triennium juſſus erat; cum aliàs noſtrorum rogatu pro Sanctis aliquoties laboraſſet, hac tamen occaſione primum innotuit mihi quis eſſet; dum ſcilicet petito beneficio, addenda Epiſtola fuit, excuſans, ex pervetuſta & jam pene evanida pictura, hoc ſolum, quod vides, exſculpi potuiſſe ab oculo quantumvis acuto. Eorum enim octogonorum quibus circumcirca ambitur hæc imago ſic penitus evanuerunt colores, ut nihil diſtingui amplius poſſit: ſolum ſupra quadrum in triangulo conſpicitur ſatis clare, ipſius (quantum conjectura aſſequor)* Petri *converſio, per miraculum inclinantis ſe ad ipſum Crucifixi vel etiam alloquentis, ſicut olim S. Ioanni Gualberto accidit. Caſtrum autem, quod in receſſu ſpectatur, ipſa videtur eſſe* B. Petri *patria, ad quam ingreſſus ſit per pontem, quo Reverendus ille Presbyter rivum notari cenſet, cujus beneficio ibidem prope vertuntur molæ papyrariæ, unde toti Hetruriæ de charta proſpicitur; diadema autem circum caput vel non amplius ibi ſpectatur, vel à delineante neglectum fuit, ſane præter votum noſtrum.*



Hen. Cauſe' ſculp.

In habitu Eremitæ Benedictini;

6 *In ipſa porro imagine, Eremitæ ſeu Tertiarii, Benedictinum potius quam Franciſcanum habitum intuens; recordatus ſum* B. Torelli, *cujus Vitam dedi* XVI *Martii, quique idoneum propoſito ſuo habitum à Puppienſi Vallumbroſani inſtituti Abbate indutus, ſub ejus obedientia quadamtenus vixit, vel nulli vel iſti Ordini adſcribendus. Cur autem non idem judicetur de hoc* B. Petro, *quod ſcilicet non alio veroſimiliter jure tractus ad Franciſcanos ſit, quam quod, apud illos de peccatis confiteri & ſacramenta fuerit ſolitus uſurpare?* Sandalia *certe ſola non ſufficiunt, ut S. Franciſci Regulam qualemcumque amplexus dicatur aliquis, multo minus cum reliquus habitus alierſum vergit, ſicut hic videmus. Nunc vero ex jam dictis haud irrationabiliter quis conjiciat, unde exiterit ambigua illa pro corpore diſceptatio, cum ſingulis juſti eſſent tituli, ad illud ſibi vendicandum, victoria tamen penes Collenſes remanente. Apud hos (ſicut nobis ſcribit prælaudatus P. Terrinca)* tam in Collenſi civitate quam per totam diœceſim celebrabatur feſtum B. Petri ſub ritu duplici die XXVIII Maji, uſque ad decretum ſacræ Congregationis ſub Urbano VIII emanatum: in cujus rei ſignum etiam hodie in Kalendario diœceſano tali die legitur: Hodie currit memoria B. Petri Galgalini Collenſis. *Nempe recentioris inſtituti hæc erant, nec immemorabilis temporis præſcriptione munita, ideoque ex prædicto Decreto omittenda fuerunt. Auctor transferendi à Dominica Trinitatis mobili, cujus meminit Wadingus, ad diem talem cultus, fuiſſe potuit vel primus vel ſecundus Collenſis Epiſcopus, invento forſitan tali die aut ſolenniter tranſlato corpore. Hunc ergo prudentius nobis retinemus, quam cum Martyrologii Franciſcani auctore Arturo, nulla cauſa prælucente, eum differremus ad* XXI *Auguſti.*

AUCTORE D. P.

& memoria 28 *Maji,*

7 *Interim nonnullos, haud ſatis æquanimiter ferentes, hanc Arturi præſumptionem ſæpius à me notari (quaſi id fiat cum aliqua ſugillatione Ordinis, qui tamen, ut ajunt, ejus Martyrologio non utitur, niſi ut privatæ auctoritatis libro) monitos amanter velim, adeo multos eſſe qui illud Martyrologium accipiant, velut generaliter receptum in Ordine, non tantum extraneos, ſed etiam domeſticos, ut publico ipſiuſmet Ordinis bono interſit, ſciri quam temere Auctor proceſſerit, in Titulo Sancti ac Beati, & die cultus ſeu memoriæ, prout ſibi placuit, adſcribendo. Etenim cavendum omnino eſt, ne, ſicut Iacobillus & alii, decipiantur porro plures; non dubitantes Beatorum Titulo inſignire quotquot ille refert, licet id eis nunc non competat per Vrbani VIII decreta: ne etiam id quod Mechliniæ factum cernimus ſine ſcrupulo (in iis quæ circum clauſtrum depictæ pendent tabulis, totum Arturi Martyrologium per menſes ac dies expreſſum habentibus) tranſeat in exemplum; atque ita paulatim quod jure non poteſt, præſcriptione obtineat liber iſte; & ſic denique contingat, ut injuriam facere Ordini putetur apud ſimpliciores, quiſquis eum non receperit cum ea veneratione, qua exciperetur teſtimonium totius Religionis, atteſtantis quoſnam illa habeat pro Sanctis aut Beatis, publice cultis & colendis.*

temere in Martyrologio Franc. relata ad 21 *Auguſti,*

quod ſciri convenit, ne illi plus æquo deferatur,

E

8 *Talibus incommodis & naſcentibus hinc querelis ſane juſtis mederi non poteſt noſtrum, quod optant nonnulli, ſilentium; ſed novum componendum eſſet Hagiologium, in quo, poſt maturam diſcuſſionem de ſingulis, factam in ipſis quibus adſcribuntur locis, publice Sancti ac Beati (ſicut Bollandus optavit) ſecernantur ab aliis, cum ſimplici ſanctitatis opinione mortuis; quos olim fortaſis licuit* Beatos *vocare, nunc autem poſt decreta Vrbaniana non licet, ſed ſufficeret compellare Titulo* Bonæ *aut* venerabilis memoriæ, *exemplo Cardoſi in Hagiologio Luſitano, Sauſſaji in Martyrologio Gallicano, aliorumque. Ex tali vero diligentia (ad quam propenſos eſſe nonnullos ſcio, ſi id ſibi ab Ordine committatur) iſte etiam extabit fructus, quod multorum veri dies cultus vel obitus ſint efferendi in communem lucem; diem autem certum nullum habentibus, certum autem & publicum toto anno cultum, Miniſtri generalis decreto dies certus poterit determinari, quo commemorentur in hujuſmodi Hagiologio. Erit ad hoc conficiendum non inutilis etiam labor Arturi, viri ſane operoſi, in quo diligentiam citandorum accurate auctorum deſideret nemo, ſed delectum merito omnes requirant; & ad hunc conferre conamur aliquid, non vero detractum quidpiam Sanctiſſimo Ordini, cui gratulamur plures obtigiſſe viros, publico Sanctitatis encomio ſuis reſpective locis claros, quam ullius hactenus ſolertia potuit enumerare omnes. Prælaudatus Pater Antonius de Terrinca, ſatis operis ſe habere putavit ſi in ſua Tuſcia provincia id conaretur præſtare: tantumdem fiat in Provinciis ſingulis, & quod nunc impoſſibile fortaſis creditur, apparebit eſſe facile.*

F

& ut aliquis tandem defectum diſcriminis neceſſarii ſupplent.

DE

DE B. HERCVLANO A PLEGALI,

ORDINIS MINORUM DE OBSERVANTIA

D. P. *APVD CASTRVM-NOVVM CARFANIANI IN TVSCIA.*

ANNO MCCCCLI.

Plegali natus

BEato huic viro ortum & cognomentum dedit Plegale, *Perusini territorii oppidum; illud ipsum credo, quod in Ioannis Antonii Magini tabulis, à Ioanne Blavio innovatis*, Piegao *scribitur, ad initia Nestoris fluvii, haud procul à confiniis Tusciæ: ad cælum autem ex hac mortali vita emigravit, qua Mutinensis Ducis jura trans Apenninum sese in Tusciam effundunt. Ibi Dominium amplum est, quod Serchius fluvius, antiquis Auzer dictus, totum irriget, una cum multis quibus identidem augetur rivulis, dicitur que* Vallis Grafiniana *vulgo* Carfagnana; *nomen fortassis accipiens à veteri, quod olim ibi fuerit*, Grafiniano castro; *pro quo deinde surrexerit id quod dicitur* Castellum-novum Carfagnanæ, *tota valle præcipuum oppidum, in confinio Lucensis territorii. Hinc tam exiguo intervallo distat* Castellum-plebis, *ut in ejus districtu fundatus à* B. Herculano *Observantium conventus*, cœnobium Castri-novi Carfaniani *vo-*

mortuus in Castro-novo.

cetur à Luca Waddingo ad annum MCCCCLI, *quo ille istic obiit. Necdum tunc perfectus erat Conventus: contigit ergo (sicut narrat Gonzaga in Conv. 18 Prov. Tusciæ) defuncti* corpus, per quinquennium integrum, ob operis imperfectionem, aquarum stillicidiis patuisse: *quod tamen* incorruptum omnino atque imputre inventum est: quamobrem inde exhumatum, ad majus sacellum translatum extitit. *Ita Gonzaga, ante annos fere centum. Waddingus ad an.* 1451 *quo obiit num.* 45; Completa tandem ecclesia, *inquit*, primo translatus est, integer & sanus, ad sacelli majoris parietem; deinde in cineres resolutus, ad altare præcipuum, ubi adhuc reverenter asservatur. *Novissimus autem & hodiernus scriptor, Antonius Tagnocchi de Terrinca, cujus Theatrum Hetrusco-Minoriticum tandem in lucem prodiit, in suis ad me Mss. ait, prater* sacellum seu oratorium, in ejus honorem ibi erectum, *haberi ibidem etiam* Societatem laicorum secularium sub titulo B.

colitur Dominica in Albis,

C Herculani, quæ festum illius agit Dominica in Albis. *His positis satis constat de publico cultu: qui quoniam cum Paschali cyclo mobilis est, vel quia dies mortis nusquam notatus invenitur, licere sibi putavit Arturus à monasterio, in Martyrologio Franciscano, diem sibi bene visum determinare, & determinavit hunc* XXVIII *Maji; quo eum retinemus, quia id in præsentiarum satius videtur.*

hoc die inscribitur Martyrologio Franciscano.

Etenim illius Martyrologii usu quadamtenus jam recepto per Ordinem, nec certo ullo argumento apparente quo verus obitus dies definiri aliquando valeat, verosimile est illum posthac retinendum à scriptoribus, qui B. Herculanum *volent die fixo commemorare, sicut fecit Iacobillus in Vitis Sanctorum ac Beatorum Vmbriæ.*

2 Suscepto, *inquit Waddingus ad an.* 1451 *num.* 43, Minorum instituto, B. Alberto Sartianensi adhæsit.

Socius B. Alberti Sartianensis,

Transierat hic à Conventualibus ad Observantes anno MCCCCXV, *& magna virtutis zelique æstimatione florebat: teste Waddingo, sub annum* MCCCCXXX; *quando Martinus Papa V, Conventuales & Observantes conciliaturus, generalem Ordinis reformationem instituerat in Capitulo Generali Assisii. In hoc quomodo is se habuerit, dicetur ad* XV *Augusti, quo obiit anno* MCCCCL, *quoque nobis veniet commemorandus, ut* Beatus. *De* Herculano, *ejusdem cum illo propositi socio, dicit Auctor Vitæ qualiscumque Silvanus Razzius, Tom. 1 de Vitis Sanctorum ac Beatorum Hetruriæ pag.* 648, *quod* videns dictam reformationem non procedere, eo quod Fratres novæ familiæ non consequerentur in illa reformatione intentum suum, vivendi secundum puram observantiam suæ Regulæ, sicut antea solebant; *cito cogitare cœpit, quomodo se expediret ab illo quem Pontifex adstrinxerat nexu. Ad hoc subsidio magno eidem fuit ingens sub idem tempus acquisitus civium Lucensium favor, & sanctitatis minimæ vulgaris opinio miraculis confirmata. Waddingus rem narrat, an.* 1451 *num.* 43. *Ego à Waddingi successore Haroldo nactus quæ de* Herculano *scripsit, ante ducentos annos, Marianus Florentinus, lib.* 5 *Chronicæ suæ cap.* 24 *propria ejus verba dare malo, sicut in autographo leguntur fol.* 162 *col.* 4.

strictiorem observantiæ sectatur.

E

VITA

Ex Ms. Chronica Mariani Florentini.

De Passione prædicans miros animorum motus ciet.

FRater Herculanus de Piagale, quod Castrũ est ad tria milliaria apud Castrumplebis provincæ Thusciæ, ipso anno in loco Castri-novi Carphagnanæ in Domino feliciter obdormivit: vir utique sanctus, zelator præcipuus regularis observantiæ, & miraculis luminosus, atque prædicator singularis & devotissimus: qui suo tempore de passione Domini super omnes alios miro modo ferventissime prædicabat. Unde semel, in die sancto Veneris, Aquilæ prædicans, ad tantum planctum populum excitavit, ut voces emitterent ad astra. Cum vero tota fere prædicatione ita amare & cordialiter flevissent, quædam nobilis Domina, Maria Cantelama vocata, alta voce dixit; Non amplius, Fr. Herculane, non amplius. Ille vero è contra respondit, Imo amplius, F Domina Maria, imo amplius: ploremus omnes, ploremus. Istoque modo omnium voces adeo convaluerunt, ut numquam in ipsa civitate similis planctus auditus fuerit. Et non tantum ista die, verum sæpe in suis prædicationibus, aliqua de Passione Domini immiscens, seu prædicationem terminans, ad magnum planctum populum commovebat.

Lucensibus triennio obsessis

4 Cum Florentini, ad obsidendum civitatem Lucanam, exercitum suum misissent, anno Domini MCCCCXXX vel circa; & tribus annis, maximo cum utriusque populi damno, bellum protractum fuisset; tandem Florentini civitatem vallo circumdederunt, & in maxima inedia Lucenses posuerunt: quo tempore in Quadragesima majori Fr. Herculanus Lucensibus prædicabat. Qui dum semel, pro pace & custodia civitatis, in capella S. Martini, coram populo ferventissime orasset; audivit populus Dominum Jesum Christum cum ipso loquentem, & dicentem, quod nondum vellet populus tradere civitatem in manibus suorum inimicorum. Unde postmodum Fr. Herculanus, quotidie & confidenter prædicans, Lucenses

censes confortabat, ne formidarent; sed quod intrepidi permanerent: quia adhuc pro eis erat eorum Deus, contra inimicos defensurus. Cives etiam inter se dissidentes volebant aliqui Florentinis se tradere: at Fr. Herculanus, quod nullatenus hoc facerent, propter scelera & virginum defloraciones consecuturas, asserebat. Cives vero qui Florentinos vocabant, horrea claudentes, maxima inedia consecuta est in civitate; adeo quod ex fame aliqui de populo perierunt. Famulus autem Domini prædicans, populum ad pœnitentiam faciendam & jejunia solvenda excitabat: quodamque mane in fervore spiritus, ad illos qui frumentum clauserant se vertens, dixit: Frumentum exhibete, illudque venumdate; & ego vobis polliceor, quod hoc Paschate vestri inimici vobis multum granum deferent, multique agni & hœdi in platea venumdabuntur: & ita factum est. Nam quidam civis Florentinus, Lucensium inediæ compatiens, quadam nocte Majoris hebdomadæ mille quingenta modia seu staria frumenti, & agnos & hœdos multos, clam intromisit in civitatem. Quod videns populus, exhilaratus præ gaudio, immensas gratias Deo referebat: qui orationibus & exhortationibus servi sui Fr. Herculani, à manibus inimicorum civitatem suam intactam, sicut eis promiserat, custodierat. Nam habita provisione supradicta, Florentini cum Lucensibus pacem reformarunt.

& fame pressis suadet ne urbem dedant,

prædicitque annonam in Paschate adfuturam:

A

B

5 Referebant socii Viri Dei, quod dum erant in tanta penuria, ille exhortabatur socios suos, ut panem, qui à Communitate ad mensuram quotidie eis largiebatur, famelico populo cederent: & ipse distributor esse volens, cum pulpitum ascendebat, pauperibus famelicis dispensabat: unde duobus & aliquando tribus diebus ipsi absque comestione panis fuerunt. Quapropter Lucenses tunc tantam devotionem erga familiam Regularis Observantiæ conceperunt, quod cum Fratres in Lucensi agro loca non haberent, Bullas à summo Pontifice Eugenio obtinuerunt, ut duo loca in eorum comitatu Fr. Herculanus recipere valeret: qui unum recepit apud civitatem Lucanam, in loco qui Pezzuolo dicitur, ad milliare prope S. Cerbonem *a*, & alium S. Francisci apud *b* Bargam, insuper alium locum à fundamentis apud Castrum-novum erexit. Qui cum ab accolis de Castro-novo situm pro loci fundatione obtinere non posset, vadens homo Dei Fr. Herculanus ad terram quæ Plebs dicitur, duo milliaria à Castro-novo distans, populo prædicavit; & ut quemdam situm vel locum pro se & suis sociis construere posset, postulavit; ex parte Dei promittens, si situm concederent, numquam Deus contagiosa peste suam invaderet terram, nisi ab extra delatâ. Homines vero de Plebe, in famulum Dei magnam fidem habentes, ubi ipse situm elegit, condonarunt. Igitur obtento situ, ipsemet Fr. Herculanus, Fratre Jacobo de Papia adjuvante, humilem locum de lignis & humo, non absque parvo labore, construxit: & carente eo aqua, in ipsa constructione, magnam aquarum venam juxta locum orationis gratia impetravit. Insuper juxta promissionem, hominibus de Plebe factam, numquam Deus hucusq; in hodiernam diem terram ipsam morbo flagellavit: quamvis terras per gyrum sæpe pestilentiâ percusserit.

ipse interim unum suis sæpe carens pane,

a

b

vonventus ædificat,

C

6 Cum odor sanctitatis famuli Christi undique per regionem illam diffunderetur, nonnulli à suis luciferis prædicationibus excitati mundum relinquentes, habitum sanctæ Religionis ab ipso receperunt: è quibus aliqui sanctitate & miraculis fulserunt, ut fuerunt Fr. Michael, Fr. Franciscus, Fr. Matthæus, & Fr. Gaspar, omnes de Barga; nec non Fr. Jacobus de Papia. Hic Fr. Herculanus,

adsciscit socios,

cum beato Patre Fr. Alberto de Sartiano ad civitatem sanctam Hierusalem *c* perrexit, & illa sacra loca pro habitatione nostræ familiæ in possessionem recepit. Postea ad Tusciam reversus, sanctitate & miraculis plurimis fulsit: atque tanta austeritate vitæ vitam suam transegit, quod omnino incredibilis est. Verum cum apud Deum nulla impossibilia sint, uti firmiter confitemur; cur de austeritate vitæ Fr. Herculani dubitamus? cum non tantum viros, sed mulieres interdum legimus, humanum cursum in abstinentia & aliis arduis operibus transcendisse. Pius II Pontifex maximus de S. Catharina de Senis, in Bulla suæ Canonizationis, recitat, ipsam longo tempore vixisse absque aliquo humano cibo præter Sacramentum, ita dicens: Summa hujus Virginis abstinentia fuit, & mirabilis vitæ austeritas. Nam cum vini & carnium usum prorsus abjecisset, nec pulmentariis ullis uteretur; ad extremum deducta est, ut nec legumina comederet, nec pane vesceretur, nisi cælesti, quem verus Christianus in Sacramento sumit Altaris. Hæc ille. Si hanc gratiam femineo sexui Deus concessit, quis non crediderit, eamdem Fr. Herculano concessisse? qui ut vanam gloriam fugeret, non semper de Sacramento Altaris contentus, elegit & sumpsit omni die Dominico refectionem panis & aquæ cum herbis crudis, & interdum ut leguminibus vesceretur.

EX MS. MARIANI

fere absque cibo vitam egit,

præterquam in Dominica.

E

7 Unica quoque tunicula cum cilicio aspero, grossa & repetiata, semper usus fuit. Flagellis sæpe corpusculum affligens, & crebris vigiliis orans, & peccata populi lugens, insomnis fere tota nocte vivebat. Qui tandem vita consummatus, in supradicto loco S. Francisci apud Castrum-novum Carfagnanæ feliciter *d* obdormivit in Domino. Et quia nondum expleta erat ecclesia, juxta fundamenta seu parietes refectorii ipsum tradiderunt sepulturæ: ubi annis circiter quinque sub pluvialibus aquis, de tecto cadentibus, humatus stetit. Et tamen integrum corpus ejus inventum est: quod inde elevatum supra quemdam pedem testudinis capellæ condiderunt: ubi eo resoluto finaliter ossa ipsius sub altari condiderunt, ad laudem Domini nostri Jesu Christi.

Corpus sub pluvia incorruptum

d

transfertur ad altare.

ANNOTATA.

a *De hoc ita Waddingus ad annum* 1439 *num.* 14, Milliari secundo ab urbe Lucensi distabat monasterium S. Cerbonii, reditibus & inhabitantium numero valde imminutum. . . . Translatis pauciſſimis quæ supererant Monialibus, coaptata est domus usui Fratrum Minorum Observantium, in gratiam Fr. Herculani, insignis ecclesiastæ. Eam admisit anno MCCCCXL Fr. Joannes, cognomento Excalceatus, Vicarius Observantium Provinciæ Hetruriæ, accedente facultate Eugenii IV, quam etiam hoc anno confirmavit, additis quibusdam terræ portionibus VI Idus Julii.

F

b *Est* Barga, *Lucensis olim, nunc Florentini districtus oppidum, sicut dixi* 30 *Aprilis ad vitam B. Michaelis hinc cognominati, & à* B. Herculano *ad Ordinem adducti; idem proximæ Carfaniana regiunculæ fortalitis accensebatur tunc temporis. De hoc autem & Castro-novano Conventu (non autem de tertio Cerboniano prope Lucam, serius recepto ab Observantibus) intelligi potest, quod asserit Razzius, Vicario Observantium per Italiam Generali creato S. Bernardino Senensi subjeciſſe suos Herculanum, eique & Provinciali ejus Vicario per Tusciam humiliter paruiſſe, habitatione apud Castrum-novum accepta. Etenim S. Bernardinus Generalis factus fuit anno*

A 1438 *nec niſi ad annum* 1442 *in eo munere fuit ; Cerbonianus autem locus non eſt (ſicut jam diximus) acceptatus ab Ordine niſi anno* 1440, *quando* Herculanus *obibat Orientem.*

c *Ex Annalibus habetur, quod* Albertus *anno* 1439 *factus Commiſſarius Apoſtolicus, perrexerit Hieroſolymas, deinde in Ægyptum, iturus porro ad Indos & Æthiopes, ad quos eum Pontifex ablegarat. Hac autem occaſione parum abfuit quin juſſu Soldani, ſuſpectam eam legationem habentis, occiſus fuerit, comprehenſis haud dubie eodem periculo ſociis : ſed diſcuſſum illud à Chriſtianis eſt, revocatumque mandatum, quin etiam humaniter habito libertas omnis per Ægyptum Syriamque conceſſa, non autem adeundi Æthiopiam Indiamque.* Nihilominus dum ad ultimos fines licuit proficiſci, ſuo periculo terminos tranſilivit, Pontificis mandata facturus. Infirmitate autem correptus, ſocios ad utriuſque gentis Principes miſit, eóque laborávit fructu peregrinas inter nationes, ut Catholicos in fide firmarit, Schiſmaticos ad Eccleſiæ gremium revocarit, ingentemque Jacobinorum nationem, Florentiam, durante adhuc Concilio, per D ipſorum duxerit Commiſſarios. *Quibus omnibus in rebus, præſertim in Æthiopica expeditione, magnam partem debuit habuiſſe* Herculanus. *Verum quod hunc ait Gonzaga* in receptione Terræ-ſanctæ plurimos exantlaſſe labores *correctione eget ; neque enim pridem amiſſa terra poſtea umquam recuperata fuit : ſed, cum Hieroſolymis aque ac per reliquam Syriam multi habitarent Copti, illuc ex Ægypto transfuſi, Vrbem quoque ſanctam ingreſſus eſt, oſtenſurus iis unionis litteras, ad eorum gentem & Patriarcham directas, priuſquam ad hunc deſcenderet in Ægyptum, ſicut narrat Waddingus ad an.* 1439 *num.* 39.

d *In Martyrologio Franciſcano Arturi, verum ac meritum ejus elogium his verbis concipitur* : In Hetruria B. Herculani à Piegala, Confeſſoris, Concionatoris eximii : qui vitæ auſteritate & incredibili abſtinentia præfulgens, miraculorum etiam gloria eſt à Domino coronatus.

COROL-

COROLLARIUM
AD DIEM XXVIII MAII.

COmmoditas quædam Typographi nunc exigit, ut Græco-Latina Acta prolixiora imprimenda non veniant in fine ejus ad quem pertinent Tomi, importunam moram injectura prælis, tunc maxime solitis properare. Cum ergo ad finem XXVIII diei, atque adeo Tomi VI Majalis, stare conspiceretur S. Andreas Salus; placuit ejus prolixissimam Vitam utraque lingua imprimendam dare extra ordinem, prius quam serio cœpisset procedere opus; idque sub peculiari paginarum numero, per ** notando, & distinguendo ab aliis sexti Tomi paginis, in ordine ad Indices conficiendos. Tanto autem Sanctus hic congruentius datur, sejunctus ab aliis præsentis diei Sanctis; quanto minus certo probari potest legitimus ejus veruſque cultus in Constantinopolitana Ecclesia. Quippe qui non multo prius obiit, quam infelix Sergius seculo XI ineunte Photianum schisma resuscitaret, ideoque non nisi in unico eoque recentiori Synaxario repertus fuit hactenus; in nulla autem sacrarum ædium festum habet peculiare, quia in nulla earum requievit unquam corpus, incertum quò divinitus deportatum. Quod si iste, qui ab Auctore coævo & familiari singulis pene Vitæ paginis Sanctus appellatur, non sine cautela adjungitur hujus diei Sanctis; multo minus iis admisceri potuit Venerabilis Maria Bagnesia; quæ si aliquando sua in urbe Beatæ titulum absolute possedit, abrogavit eum Urbanus VIII, nihil eo in genere ratum manere volens, nisi quod vel per expressam Apostolicæ Sedis licentiam, vel per immemorabilis prærogativam temporis dici posset comprobatum: neutrum autem obtinet in Bagnesiâ, non integris quinquaginta annis ante decretum mortuâ. Interim nec iste exolescentis inter Græcos sanctitatis fœtus, vel ideo spectabilior quia postremus, erat subtrahendus notitiæ Latinorum; nec poterat ab hoc opere aliena videri ea, cujus æternæ inter Sanctos felicitati testimonium tam luculentum dedit S. Maria Magdalena de Pazzis, quam clare illud in ejus Vitis hoc ipso Tomo editis legimus. Testimonium profecto, allaturum haud dubie pondus ingens ad causam, quandocumque canonicum de sanctitate Mariæ judicium instituetur; sicuti simile aliud ejusdem Sanctæ plurimum scitur contulisse ad Beatificationem nostri B. Aloysii Gonzagæ. Indulgendum etiam aliquid fuit honori Florentinorum Sanctorum, mirabiliter concurrentium in hunc Tomum (quem Magno Hetruriæ Duci nuncupandum ipse eorum concursus suasit) ut ab eorum consortio non abesset, quæ si uno seculo citius floruisset, absque controversia Beatorum honores diceretur legitime accepisse, delatos à Populo & Antistite, ad ejus venerationem eo usque progressis, quantum progredi salvo Sedis Apostolicæ respectu potuerunt, ut infra videbimus.

DE S. ANDREA SALO
CONSTANTINOPOLI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS CONR. JANNINGHI S. I.

De ejus familiaribus, Epiphanio postea Patriarcha, & Nicephoro scriptore Actorum, horumque stylo, & ætate ac cultu Sancti.

CIRCA X SEC. MED.

SAndreas, appellatus Salus; Apientis profecto stultitiæ actorem in scenam producimus S. Andream, cui ab ea quam egit persona, vivendique inter homines ratione, adhæsit cognomentum Salus seu Stultus. Theatrum habuit amplissimum Constantinopolim universam, spectaculum factus Deo, Angelis & hominibus, sed alio atque alio modo: Deo quidem & Angelis sapientissimi, hominibus vero stolidissimi personam sustinere visus. Neque tamen omnibus omnino hominibus ita visus est: fuere unus & alter præcipue, quibus institutum ipsius innotuerat; videlicet ille ipse, qui Vitam conscripsit Nicephorus, Ecclesiæ S. Sophiæ Presbyter; & nobilis juvenis Epiphanius, postea mutato nomine Monachus, & ex Monacho familiaris Nicephoro vitæ scriptori.

AUCTORE C. I.

Patriarcha Conſtantinopolitanus; uterque Andreæ *arcto neceſſitudinis vinculo conjunctus. Et* Nicephorus *quidem auctor fuit* Andreæ *iſtiusmodi vitæ rationem amplectendi, ejuſque in omnibus conſiliarius & moderator; qui proinde arcanorum conſcius, nil mirum eſt, quod tam mirabiles ejus viſiones & extaſes reſcire potuerit ac litteris mandare.* Epiphanius *vero, adoleſcens præclarus imprimis, notitiam* Andreæ *divinitus aſſecutus, primo ſtatim congreſſu ex ipſo didicit, Cathedram ſibi Conſtantinopolitanam manere; in eaque ſententia deinde à morituro propediem confirmatus eſt: qui & totum eidem animæ ſuæ ſtatum detegens, in dubiis conſiliarium, in periculis adjutorem habuit. Colloquia, inter utrumque habita, occurrunt frequenter admodum; aliaque eximiæ virtutis exempla, ad* Epiphanium *præcipue ſpectantia, leguntur tam multa, ut, ſi aaſcriptus Sanctis foret, & certo conſtaret quo nomine dictus Patriarcha fuerit, non modica illius Vita inde colligi poſſet.*

& Epiphanio poſtea Patriarchæ.

2 *Verum quando is aſſumptus ad Patriarchatum fuerit, difficile eſt divinare: eo quod Monachus, uti dictum eſt, factus, dimiſſo* Epiphanii *nomine aſſumpſerit aliud, juxta Sancti prædictionem; quale autem aſſumpſerit nuſquam hic exprimatur. Videamus tamen, num qua via poſſimus eo pertingere, ipſum quo* Andreas *vixit tempus indagando. Dicitur hic à Theognoſto quodam, Orientalis militiæ Duce,* B *in ſervitutem emptus ſervus,* Imperium moderante Chriſti amantiſsimo Imperatore Leone, *& additur* Ὁ Μεγάλε, *ut prima fronte videri poſſit ejus nominis primus, appellatus paſſim à ſcriptoribus* Magnus, *qui regnavit ab anno* CCCCLVII *ad* LXXIV: *annis autem* XLIII *poſt Leonis iſtius obitum, factus eſt Patriarcha.* S. Epiphanius, XXV *Auguſti recolendus, & Sedem tenuit annis* XVI. *Itaque hæc non male convenire judicans ſcriptor alterius, cum quo Vitam contulimus, Codicis, inter alia quæ abbreviando omiſit, etiam de mutatione nominis tacuit. Sed præterquam quod Vitæ auctor Nicephorus eo utatur ſtylo, qui longe poſteriorem ætatem ſapiat; dicitur* Andreas *num.* 15 *illuſiſſe mundo,* quemadmodum ille olim admirabilis Symeon, *utique & ipſe* propter Chriſtum ſtulti ſapiens imitator, *qui colitur* I *Iulii: hic autem ſtultitiam ſimulare cœpit imperante Mauritio, annis ut minimum quinquaginta poſt Epiphanii Patriarchæ mortem.*

poſt imperium Leonis M. ſec. 5.

3 *Quærendus ergo nobis eſt alius* Leo, *idemque* Amantiſsimus Chriſti, *atque ob res præclare geſtas* Magnus *cognominari dignus. Talis autem iſtius nominis nullus fuit ante eum, quem alii* Sapientem, *alii* Philoſophum *appellare ſolent, Baſilii Macedonis filium. Nam Leo Iſauricus, ejuſque nepos Copronymi filius Leo, Chazarus à materno genere dictus, ac denique Leo Armenus, Iconomachi omnes, non merentur hic commemorari. Regnavit autem* Leo Philoſophus *ab anno* DCCCLXXXVI *ad* DCCCCXI. *Demus igitur natum* Andream *ſub annum* DCCCLXXX, *emptum in ſervitutem fuiſſe anno circiter* DCCCXCVIII, *cœpiſſe ſtultitiâ ſimulare anno fere* DCCCCX, *amicitiam autem iniviſſe cum Epiphanio annos necdum viginti nato ſub annum* DCCCCXXX; *obierit ipſe, ſextum ſupra ſexageſimum ætatis annum agens, anno Chriſti circiter* DCCCCXLVI, *Sedem Conſtantinopolitanam tenente Theophylacto, Romani Imperatoris filio; cui ſub annum* DCCCCLXII *vita functo, ſucceſſerit hic noſter* Epiphanius, *novo, quem cum habitu aſſumpſerat nomine. dictus* Polyeuctus: *de quo Cedreni Epitome ſic habet:* Extincto Theophylacto .... ſufficitur Polyeuctus monachus, Conſtantinopoli natus, longoque tempore monaſtica vita cum laude functus. *Hæc omnia noſtro ante monachatum Epiphanio quadrant; uti etiam quod idem Polyeuctus variis occaſionibus Imperatorum indignationem incurrerit, pro publico bono vel legibus eccleſiaſticis decertans; quod etiam convenit jam dicto antea* Epiphanio, *quem* S. Andreas *prænuntiavit num.* 241 *non ſolum* Patriarcham, *ſed &* Confeſſorem pro Chriſti nomine futurum. *Nec obſtat quod* Polyeuctum *Cedrenus dicat fuiſſe* à parentibus caſtratum, *noſter vero* Epiphanius *legatur graves carnis tentationes paſſus: ab his enim liberos non eſſe Eunuchos (quorum etiam inter Principum filios ab olim Conſtantinopoli nimis quam multi fuerunt) docere nos poterit S. Ioannes Chryſoſtomus Hom.* 63 *in Matthæum aſſerens, eos qui caſtrati non ſunt* haud ita ingentibus concupiſcentiæ fluctibus jactari, *quam qui* aut à natura eunuchus eſt, aut ab hominibus eam injuriam paſſus. *Sedit autem* Polyeuctus, *inter multas quas fortiter ſuſtinuit procellas, Romanæ Eccleſiæ fimiter inhærens, æque ac ſui eodem ſeculo deceſſores ſucceſſoreſque, uſque ad annum ab Incarnatione Domini* DCCCCLXXX *& ultra.* D

non tamen ſub nomine Epiphanii.

C

ſed poſt tempora Leonis Sap. ſec. 10.

4 *Porro completam fuiſſe Sancti de futuro ejus Patriarchatu prophetiam, quando ſcribebatur Vita, videtur indicare Auctor, ſic finiens.* Conſcripſi mirabilem hanc & celebri fama vulgandam Vitam religioſiſsimi ſanctiſsimique Patris Andreæ, ea in præſentem commentarium referens, quæ partim oculis meis vidi, partim didici ex Epiphanio, facto hic deinde reverendiſsimo Archiepiſcopo, ſecundum ipſius Sancti prædictionem. *At cujus ætatis tunc fuerit Auctor, quem jam inde à principio ſimulandæ ſtultitiæ* Andreas *habuit arbitrum conſcientiæ ſuæ, atque adeo haud multo minorem quadragenario reperit? Fuiſſet is profecto jam fere centenarius, quando is de quo agitur Patriarcha, quocumque appelles nomine, ſedem conſcendit. Quomodocumque enim chronologiam ardines, manebit, quod* Nicephorus *ſcriptor (qui Sacerdos erat, quando* Andreas *adhuc juvenis Stultum agere cœpit; eidemque defuncto poſt annos ætatis* LXVI *ſupervixit) admodum grandævus eſſe debuerit, qui* Epiphanium, *moriente* Andrea *non valde annoſum, poſt plures in monaſterio annos traductos, factum viderit Patriarcham. Quapropter vereor ne, ut alia quædam, ſic etiam locus iſte, qui videtur meminiſſe prophetiæ impletæ, ſit interpolatus. Vt autem hoc verear, facit primo; quod nulla ratione ſit veroſimile, dilatam fuiſſe tam mirabilis vitæ ſcriptionem annis tam multis, & non potius exaratam eſſe recenti adhuc utriuſque tam* Nicephori *quam* Epiphanii *memoria. Secundo quod vix credibile ſit, adeo jejunam mentionem faciendam fuiſſe ſuſcepti ab* Epiphanio *ex Sancti prædictione Monachatus, ac deinde Patriarchatus; & illud quod is tunc geſſit nomen ſilentio prætereundum, ſi prius quam iſta fierent Vita non fuiſſet conſcripta. Quoniam autem utrumque Ms. in eamdem conſentit phraſim, dicendum eſſet, quod in ipſo originali primo facta interpolatio ſit, cum Vita illa eſſet in lucem efferenda diu poſt mortem Auctoris.*

Si tamen uſque ad impletam de hac promotione prophetiam Sancti.

E

D

potuit ea in Antonio Studita completa fuiſſe.

5 *Hoc tamen poſito minus certum manet, quod dictus in illa Vita* Epiphanius, *fuerit in ordine Patriarcharum nuncupatus* Polyeuctus, *potius quam* Antonius; *qui poſt Polyeuctum & Baſilium (monachum quidem & ipſum, ſed Scamandria in Aſia minori oriundum) ex Conſtantinopolitano Studii monaſterio aſſumptus, circa annum* DCCCCLXXX; *deinde poſt ſextum ſui Patriarchatus annum, ſuo ſe munere abdicarit, Sclero Barda, Duce exercitus, inſurgente contra Imperatores Baſilium & Conſtantinum, & paulo poſt obiit. Tali vero caſu ſolum opus eſſet, ſub extremos* Leonis Sapientis *annos emptum* Andream, *cœpiſſe ſtultitiam ſimulare circa annum* DCCCCXX, *obiiſſe vero circa* DCCCCLVI; *cum* Nicephorus *quidem jam eſſet ſeptuagenarius aut eo major;* Epiphanius *vero tunc necdum tricenarius, annis poſtea ut minimum* XX *in monaſterio vixerit, antequam fieret Patriarcha; in quo, ſi ipſe* Polyeuctus *eſſet, ſolum vixiſſe potuiſſet annis* XII *vel* XIV.

vixit illius Vitæ auctor.

Sin minus (ut veroſimile eſt)

ſub nomine Polyeuctı.

6 *Cæterum ex tempore hoc vel illo, quo diximus obiiſſe Sanctum, facile eſt rationem reddere, cur in Græcorum Menæis ac Synaxariis, adeo ille ignotus ſit, ut in unico dumtaxat*

Memoria ſolum in uno recentiori Synaxario reperta,

A *dumtaxat, eoque recentiori Divionenſi, hactenus repertus fuerit à Magiſtris meis Henſchenio & Papebrochio. Etenim quæcumque illi viderunt in membranis exarata, antiquiora fere ſunt, aut ſaltem ex antiquioribus deſcripta, nec ullos habent illius ævi Sanctos: ſi tamen, præter hunc occultum mundo, inſignes aliquos Sanctos habuit Græcia, Photiano ſchiſmate diu abjuncta ab unione Catholica, & tunc quidem ad illam regreſſa pro tempore, non tamen ad priſtinum Religionis fervorem; unde eam denuo in idem ſchiſma relabi contigit, multo quam ante deterius, auctore Sergio, ſub annum milleſimum facto Patriarcha, ex genere impiiſſimi Photii. Illud autem in charta linea ſcriptum Synaxarium, quod Chiffletianum ſæpe nominamus, ad hanc* XXVIII *Maji ſic habet:* Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας, ὁ διὰ Χριστὸν Σαλὸς, ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται. S. Andreas, qui propter Chriſtum ſtultus fuit, in pace vitam finit. *Tum more fere ſuo hoc ſubjicit diſtichon:*

Παῦλος τὸ ῥῆμα κἀμὲ λαχὼν Ἀνδρέας,
Ἡμᾶς διὰ Χριστὸν γεμῶροὺς κραυγάζει.

Quod Paulus olim cecinit; hinc ſanctus migrans,
Nos ſtulti amore Chriſti, & Andreas canit.

7 *Prædicta porro obſcuritatis apud poſteros poteſt etiam alia duplex cauſa aſſignari: tum quod ipſo vivente pauciſſimis, uti dictum eſt, ejus agendi modus & occulta ſanctitas innotuerit, à pleriſque pro ſtulto & dæmoniaco habiti: tum quod poſt mortem, ablato divinitus corpore, nullæ ejus Reliquiæ ſuperfuerint. Ex priore factum eſt, ut nemini, præterquam familiaribus ſuis, in æſtimatione eſſet; adeoque ſoli* Nicephoro, *Spirituali ejus Patri, cura fuerit ejus annotare geſta quæ noverat, cum infinita eum laterent, nec raro talia, ut in admirationem raperent ſpectatores; ſed quod ab homine dæmoniaco proficiſci putabantur, dæmonis potius quam divina adſcribebantur virtuti. Ex poſteriore patet, nullum ſacroſanctis ejus Reliquiis deferri cultum ac venerationem, nulla ad eas patrari miracula, nec admodum diu earum memoriam in animis hominum reſidere potuiſſe: ſi quidem quæ procul à conſpectu noſtro, etiam plerumque procul ab animo remota ſunt. Relictus quidem poſt raptum corporis ſancti divinus odor, primum paupercula cuidam mulieri, tum aliis plurimis eo accurrentibus, teſtimonium præbebat eatenus ignoratæ hominis ſanctitati. Vitam tamen, licet ſtatim à morte ſcriptam, crediderim de induſtria ſuppreſſam fuiſſe, & ab* Epiphanio *aſſervatam, quoadusque hic factus Patriarcha prædictionem Sancti de ſe factam implevit. Tum vero, mortuo veroſimiliter jam pridem Auctore, data in lucem ſit; Patriarcha ipſo affirmante, vera ſibique certo cognita fuiſſe, quæcumque* Nicephorus *ſcripſerat; itáque initium aliquod datum cultui, per nominis inſcriptionem in Synaxariis quibuſdam; quod tamen pleroſque Synaxariorum tranſcriptores fugerit.*

C 8 *Ad Vitam ipſam quod attinet, duplex illius nacti ſumus exemplar, quorum alterum deſcriptum nobis è Bibliotheca Vaticana ſub nota numeri* 1574, *cum hoc titulo,* Βίος καὶ πολιτεία ϖ μακαρίου Ἀνδρέου ϖ Σαλοῦ, ϖ εἰς τὸ Βυζάντιον ϖ θεοφυλάκτου πόλεως ποιήσαντος ἑαυτὸν ϖδαπαίοντα. Vita & converſatio B. Andreæ Sali, qui Byzantii, urbe divino præſidio tutâ, ſeipſe ſtultum ſimulavit. *Alterum è Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Mazarini commodavit nobis, tantiſper cum Ms. noſtro conferendum & alterum ex altero corrigendum ſupplendumque,* R. P. Iacobus Quetif, *ſub hoc titulo,* Βίος καὶ πολιτεία ϖ μακαρίου Ἀνδρέου, ϖ διὰ Χριστὸν Σαλοῦ, συγγραφεὶς ϖδαπὸ Νικεφόρου, Ἱερέως τ ϖ Θεοῦ ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας. Vita & converſatio B. Andreæ, qui propter Chriſtum ſtultus fuit, conſcripta à Nicephoro, magnæ ſanctiſſimæque Dei eccleſiæ Sacerdote. *Extat eadem Vita Ms. in bibliotheca Viennenſi, ut legere eſt in Bibliotheca Geſneri aucta, impreſſa Tuguri anno* MDLXXXIII, *his verbis:* Nicephorus, de vita Andreæ, liber vetus in quarto Ms. bib. Imp. Viennæ.

9 *Ego, Patribus Henſchenio & Papebrochio ad tempus aliquod datus adjutor, quemadmodum Vitã* S. Symeonis *Stylitæ in monte Miralili ejuſque matris S. Marthæ primus latinitate donavi; ita & hanc* S. Andreæ *Latinam feci: ſed non eâdem cum facilitate. Illa enim* Symeonis *Vita Græca, uti liquida uſitatiſque paſſim vocibus & conſtructionibus conſcripta erat ſeculo* VI *exeunte, ita ſuaviter ad exitum deducta verſio eſt. Hæc vero* Andreæ, *deficiente jam fere cum majeſtate Imperii etiam linguæ cultura, & barbaris ut moribus ſic vocabulis turmatim Conſtantinopolim ſe inferentibus, ſeculo decimo exarata (ea præſertim quæ è Bibliotheca Vaticana deſcripta eſt) non modo peregrinis & à veterum Græcorum uſu remotis vocibus quam plurimis ſcatet; verum etiam per ſocordiam, vel librarii noſtri, vel illius qui Vaticanum exemplar curavit, frequentiſſimis obſita eſt ſcriptionis mendis, iiſque ſæpe tam abſonis, ut ſenſum difficulter poſſem conjectando aſſequi, unde interpretari cupienti non levis ſane moleſtia & mora diutina injecta eſt. Vt autem eo tempore multum à veteri Græciſmo defecerat Romana, quam vocabant, id eſt Conſtantinopolitani populi lingua; ita & Grammatica ratio valde apparet alterata in Ms. Vaticano, in quo conſtanter legere eſt,* Λευσχήμων & Λευσχημονέω *pro* Λευχείμων & Λευχειμονέω, Δαιμονιῶντα *pro* Δαιμονῶντα, Ἀκροάμων *pro* Ἀκροώμων, *contrahendo ao in a, quod & alias ſæpe; cum deberent vocales iſtæ contrahi in ω. Simili modo in tertia perſona temporis imperfecti* εε *contrahitur fere ſemper in* η *pro* ει; *v. g.* Ἐποίη, Ἀπήχη, Ἠδολέσχη, Ἀπευχαρίση, *pro* Ἐπόει, Ἀπήχει, Ἠδολέσχει, Ἀπευχαρίσει: *ſic & eo ſubinde contrahitur ibidem in* η *pro a; uti* Ἠγνόλω *pro* Ἠγνόων. *Frequentiſſime vero ſecunda perſona præſentis paſſivi vel medii terminatur in* εσαι *loco* η: *qualia hæc* ἀναγκάζεσαι, ἀνλιτάσεσαι *& alia, pro* ἀναγκάζῃ, ἀνλιτάσῃ. *Non minus frequenter* ω *in* ο *vertitur, dum conſtanter legitur* Γονίω & Ἐνοτίζομαι *pro* Γωνία & Ἐνωτίζομαι, *Similiter* Ἐμπέχλης, Ἐξέσιος, Ἐθηθήριον, *pro* Ἐμπαίκτης, Ἐξαίσιος, Ἀιωθηθήριον, *& alia ejuſmodi mutato* αι *in* ε. *Similes paſſim aliarum litterarum mutationes, additiones, tranſpoſitiones videre erat.*

10 *Horum pleraq;, ne perpetuo fere offendiculo eſſent Lectori, ad communis grammaticæ Græcæque orthographiæ formam reduxi, raro alias uſitatâ in hoc opere licentiâ. Neque hoc tantum, ſed facta utriuſque Ms. ad invicem collatione, multa in Ms. Vaticano obſcura ex Mazariniano illuſtravi, nec paucos in illo omiſſorum verborum animadverſos defectus ex eodem ſupplevi. Quidquid tamen ex ſecundo illo contextu ſumpſi, vel ad integrandum ſenſum, vel ad reddendam clariorem periodum, his notis* [ ] *incluſum à contextu Vaticano Græco diſtinxi, & hujus genuina verba retuli ad Annotationes; æque ac illa quæ ſubinde exemi contextui, nullis aliis ſubſtitutis, quod in Mazariniano deeſſent, in Vaticano autem nihil magnopere viderentur conferre ad hiſtoriam, ſed potius eam obſcurare. Econtrario, quoties in Latino contextu hæc ſigna videbis* [] *ſcito iis incluſa verba Græce haberi in ſolo Vaticano, in Mazarino deeſſe. Eſt autem Mazarinianus contextus (quantum dijudicare poſſum) recentior quidem, ſed à manu haud paulo obſervantiore Grammaticæ veteris, & quæ prolixitatis tædio integras periodos quandoque omiſit, phraſim autem ſæpe mutavit eadem ſervato ſenſu: eſtque ſcriptus liber anno Chriſti* MCCLXXX: *ſic enim ad calcem notatum invenitur:* Ἐπληρώθη ὁ παρὼν βίος μηνὶ Μαρτίῳ ιδ' ἔτει ϛ ψ ϱ δ. Completa eſt præſens Vita menſe Martio, die XIV, anno 6794, *nempe mundi; qui æra Chriſtianæ vulgaris anno* 1286 *reſpondet. Completa autem ſeu ad finem deducta dicitur deſcriptio, non compoſitio primæ: hanc enim ſeculo* X *abſolutam eſſe, ſupra oſtenſum eſt.*

11 *Ceterum lecturos hanc Vitam, quamvis jucundam atque utilem, monitos velim, ut ne tam imitandi inſtitutum viri hujus, quam Deum, vere mirabilem in Sanctis ſuis, laudandi cauſa id faciant.* Certe Andreas *ipſe fa-*

AUCTOR. C. I.

Stylus perquàm difficilis interpreti,

vitio barbarioris ſeculi,

& propriâ cacographiâ Codicis Vaticani,

E

cui medendâ ſervivit Codex Mazarinus,

F

ſcriptus anno 1286.

Vita miranda potius quam imitanda.

quare manſerit tam obſcura?

& ipſa Vita cur ſerius edita?

Ejus exemplum duplex, ex Vaticana

& Mazariniana bibliothecis.

A *mulum quemdam Epiphanii, aut potius parentis ejus, qui multa divinitus de viro ſancto ejuſque inſtituto cognoverat, deterruit ab imitatione ſui; ſignificans iſtiuſmodi vitam, non niſi peculiari Dei inſtinctu amplectendam eſſe. Quamvis autem id verum ſit; poterunt tamen peculiares quadam virtutes cuique imitandæ decerpi, ac præcipue humilitas atque contemptus ſui: cetera fere cum Epiſcopo Montis-Peſſulani admirare potius, quam imitare: de quo Epiſcopo in eadem epiſtola prædictus Combefis ſic loquitur:* Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Montis-Peſſulani Epiſcopus, vir ſingularis cum pietate eruditionis ac ſcriptis notus, Franciſcus Boſchetus, & ipſe cum aliis Sanctorum Vitis affectus, tanta vitæ Andreæ prodigia reſque adeo ſingulares, cum ejus ei copiam feciſſem, vehementius admiratus eſt. *Lege, & ſimilia ſenties.* D

VITA

Auctore Nicephoro, Sancti Directore & Confeſſario.

Ex Mss. Vaticano & Mazariniano.

Interprete Conrado Ianningo Societatis Ieſu.

PROLOGUS.

Cum Syllabo titulorum in ſolo Ms. Vaticano repertorum.

1 NArraturo mihi vitam viri, multa virtute conſpicui, adeſte quæſo, Cariſſimi, & arB rectis auribus narrationem excipite; talis enim eſt, ut melleam quamdam fragrantiam & ſuavitatem voluptatis admodum mirabilem adſpiret. Quamobrem oro atque obſecro vos, ô Filii, ut ſedulo auſcultantes tantæ voluptatis ac gaudii participes fiatis; quo & ego quoque ipſe majori cum alacritate narrationem aggrediar, proponamque vobis præclara viri in vita ſpirituali facinora. [Habet itaque hunc in modum ſe principium orationis, de viro mirabili inſtituendæ.]

Βίον τινὸς ἀρετῆ ἀνδρὸς, ὦ φίλτατοι, μέλλοντός μου διηγήσασθαι, σωτείνατε ἑαυτοὺς παρακαλῶ εἰς τὴν ἀκρόασιν. Ἔστι γὰρ τὸ πρᾶγμα, μελίῤῥυτον εὐωδίαν ἀποσάζον καὶ γλυκύτητα ἡδονῆς πολυθαύμαστον. Ὅθεν, ὦ τέκνα, ἑτοιμασθῆτε μεγαλοψύχως πρὸς τὴν τοιαύτην ἀπόλαυσίν τε καὶ γεγήθησιν δυσωπῶ, ἵνα πλειόνως καὶ αὐτὸς ἐγὼ ἐξανασῶ πρὸς τὴν ἐγχείρησιν τοῦ πράγματος, καὶ παρατιθῶ ὑμῖν τὰ πνευματικὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀρίστευματα. Ἔχει δὲ οὕτω πῶς ὁ λόγος τὴν διήγησιν τοῦ ἀρξεως τοῦ θαυμασίου ἀνδρός. E

Deeſt vox γεγήθησις Ms. Mazariniano: hic autem deinde num. 82 denuo recurrit. Quid illâ facias? Si tollas reduplicationem, explicari poßit gaudium *à verbo γηθέω lætor, gaudeo.*

Hactenus Prologus in Vatic. qui ex Mazariniano ideo hic etiam exprimitur, ut ſtyli utriuſque diverſitatem notans peritus Lector, poßit judicium formare de reliquo contextu.

Βίον θεάρεστον καὶ πολιτείαν ἀμεμπτον ἀνδρὸς ἀρετῆ, ὦ φίλτατοί μοι, βουλόμενος ὑμῖν διηγήσασθαι, νῦν σωτείνατε εὐήκοον παρακαλῶ πρὸς τὴν τούτου ἀκρόασιν. Ἔστι γὰρ μελίῤῥυτον εὐωδίαν ἀποσάζον πνευματικῆς ἡδονῆς. Ὅθεν ἑτοιμάσθητε μεγαλοψύχως πρὸς τὴν τούτου ἀπόλαυσιν· κἀγὼ αὐτὸς ἐπὶ πλεῖον βιασθῶ πρὸς τὴν τοιαύτην ἐγχείρησιν, καὶ παραθῶ ὑμῖν τὰ πνευματικὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀρισεύματα.

Ne quid porro ex antiquitate depereat, placet huic brevi Prologo ſubtexere eos titulos, quibus Ms. Vaticanum diſtinguitur, indicato numero Paragraphi, ad cujus initium illi notantur.

C

De viſione.	4	Περὶ τῆς ὀπτασίας.
De juvenum inſolentia.	16	Περὶ τῆς τῶν νεωτερισῶν.
De meretricibus.	20	Περὶ τῶν μιμάδων.
De avaro.	23	Περὶ τοῦ κνιπου.
De prævia notitia adoleſcentis.	24	Περὶ τῆς προγνώσεως τοῦ παιδός.
De violenta tempeſtate.	27	Περὶ τῆς βίας τοῦ χειμῶνος.
De raptu in cælos.	37	Περὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἁρπαγῆς.
De transformatione diaboli.	43	Περὶ τῆς μεταβλήσεως τοῦ διαβόλου.
De Epiphanio & Philoſophis.	46	Περὶ Ἐπιφανίου καὶ τῶν φιλοσόφων.
De Epiphanio, & diaboli occurſu.	48	Περὶ Ἐπιφανίου, καὶ τῆς συναντήσεως τοῦ διαβόλου.
De edulio.	51	Περὶ τοῦ ἐψήματος.
De prævia notitia Eunuchi.	57	Περὶ τῆς προγνώσεως τοῦ εὐνούχου.
De famulis Epiphanii.	63	Περὶ τῶν οἰκητῶν Ἐπιφανίου.
De plauſtro.	69	Περὶ τῆς ἁμάξης.
Quomodo aduſtus calore fuerit.	70	Περὶ τοῦ φλέγεσθαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ καύσωνος.
Quomodo fores apertæ ſint.	71	Περὶ τῆς ἀνοίξεως τῶν πυλῶν.
De occurſu diaboli.	78	Περὶ τῆς συναντήσεως τοῦ διαβόλου.
De adoleſcente fure.	80	Περὶ τοῦ νεανίου τοῦ κλέπτου.
De viſione divitis.	82	Περὶ τῆς θέας τοῦ πλουσίου.

F

Περὶ

Περὶ τῆς Ἐκκλησίας.	De Eccleſia.	90
Περὶ τῆς προγνώσεως τῶν Ἁγίων.	De prævia Sanctorum ſcientia.	96
Περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ ἀνασκλαι τὰ θνήσιν.	De petitione ut mortalitas ceſſaret.	98
Περὶ τοῦ λωποδύτου.	De fure.	100
Περὶ τοῦ μοναχοῦ.	De monacho.	106
Περὶ τοῦ νεανίσκου.	De adoleſcente.	114
Περὶ τῆς γυναικός.	De muliere.	129
Περὶ τοῦ πυρασμοῦ.	De incendio.	136
Περὶ τῆς ὁράσεως τοῦ ἁγίου Δαβίδ.	De viſione Sancti David.	141
Περὶ τῆς τοῦ φιλοδώλου.	De avaro.	143
Περὶ τοῦ νεανίσκου Ραφαήλ.	De adoleſcente Raphaël.	149
Περὶ τοῦ ἁμαρτήσαντος τὴν ἁγίαν Κυριακήν.	De peccante in ſanctam Dominicam.	153
Περὶ τοῦ ἁμαρτολοῦ.	De peccatore.	187
Περὶ τῆς θέας τοῦ ἁγίου Ἀκακίου.	De viſione S. Acacii.	200
Περὶ τῆς θέας τῆς Παναγίας ἐν Βλαχέρναις.	De viſione Sanctiſſimæ in Blachernis.	203
Περὶ τοῦ πανκακίστου πλουσίου.	De peſſimo divite.	205
Ἐνταῦθα ἀρχὴ ὀδυνῶν.	Hic de principio dolorum.	212
Ἐρώτησις περὶ τῆς ἁγίας Σοφίας.	Interrogatio de S. Sophia.	224
Περὶ τῆς ἐσχάτης ὁμιλίας τοῦ Ἁγίου πρὸς τὸν Ἐπιφάνιον.	De ſupremo colloquio Sancti cum Epiphanio.	241

CAPUT I.

Andreæ ſervitus & docilitas. Occaſio vitæ ſanctioris. Viſio.

Ἀνήρ τις ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐπὶ τῆς βασιλείας Λεόντος τοῦ φιλοχρίστου Βασιλέως τοῦ Μεγάλου. Ὄνομα αὐτῷ Θεόγνωστος. Οὗτος ὑπὸ τετιμημένου τῆ τοῦ Πρωτοσπαθαρίου ἀξίᾳ παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς Βασιλέως· ὃς γε καὶ στρατηλάτης ἔσχατον ἐγένετο ἐν τοῖς Ἀνατολικοῖς μέρεσιν. Οὗτος ὁ ἀνὴρ πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους οἰκέτας ἐκέκτητο· ὠνήσατο δὲ καὶ ἕτερον, ἐξ ὧν εἷς ὑπῆρχεν οὗτος, ὁ νυνὶ εὐφημίζεσθαι παρὰ τῆ ἡμετέρᾳ εὐτελείᾳ ἐπαγόμενος. Ἦν δὲ τῷ γένει Σκύθης. Ὃν πολλάκις οὖν αὐτὸν ὠνήσατο ὁ Κύριος αὐτοῦ σὺν τοῖς λοιποῖς, ὑπὲρ πάντας οὗτος παιδιόθερος ἐχρημάτιζεν. Ἦν δὲ καὶ περιδέξιος τῆ Σωματικῆ ὁράσει σφόδρα, ὥστε ἀρεσκεῖαι ἐν αὐτῷ πάνυ τὸν Κύριον αὐτοῦ, καὶ εἰς ὄψιν αὐτοῦ εἶναι αὐτὸν, καὶ εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας ὑπηρετεῖν αὐτῷ. Παραχρῆμα οὖν μὴ μελήσας, δίδωσι· αὐτὸν παιδεύεσθαι τὰ ἱερὰ γράμματα, [ὅπου Ἑλλησὶ ὁμιλεῖν εἰδότα.] Νηφάλεος δὲ ὢν τῇ διανοίᾳ ἑαυτοῦ ὁ παῖς, ἐν τάχει ἐξέμαθεν ἅπαντα τὰ παρατιθέμενα αὐτῷ παρὰ τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ θεῖα μαθήματα. Ἔμαθεν δὲ καὶ τὴν αὐτόθεν γλῶσσαν, λέγω δὴ τὴν Ἑλλάδα, ὥστε ξενίζεσθαι αὐτοῦ τὸν διδάσκαλον τὴν ταχέιαν τῆς μαθήσεως ἐπιστήμην. Καὶ ὅτι καὶ Νοτάριος πρώτιστος ἐγένετο· λοιπὸν γὰρ ἐκεῖθεν ἀρθεὶς, φημὶ τοῦ διδασκαλίου αὐτοῦ, εἰς Νοτάριον χρησιμεύων τῷ Κυρίῳ αὐτοῦ. Δικαίως οὖν ποίῳ τρόπῳ ἔκτοτε ὁ παῖς τῷ δεσπότῃ αὐτοῦ μετὰ πάσης ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς, ὥστε ἀγαπηθῆναι αὐτὸν παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, καὶ τῆς δεσποίνης αὐτοῦ, ὁμοίως καὶ παρὰ πάντων τῶν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Κυρίου αὐτοῦ ἀναστρεφομένων.

Πλείονας δὲ φιλοτιμίας ἐδίδου αὐτῷ ὁ Θεόγνωστος ὡς εὐνοϊκῶς τὰ περὶ αὐτοῦ διακείμενος, καὶ τὰ ἀποφορέματα αὐτοῦ παρεῖχεν αὐτῷ, ὥστε τοὺς βλέποντας αὐτὸν λέγειν, ὅτι ὁ οἰκέτης ὑπὲρ τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην ἐμνοτέροις χρᾶται τοῖς χιτῶσιν ἑαυτοῦ. Ἐσύχναζε δὲ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, ἀκόρεστος, καὶ ἠγάπα τοῦ ἀναγινώσκειν τὰ τῶν Ἁγίων μαρτύρια· μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς βίους τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν τοσοῦτον, ὥστε καθέδραν τὴν καρδίαν αὐτοῦ εἰς τὴν τούτων φαν-

2 Imperium moderante amantiſſimo Chriſti Imperatore Leone *a* Magno, erat Conſtantinopoli vir quidam, Theognoſtus nomine, Protoſpatharii *b* dignitate à pio Imperatore honoratus, qui deinde in Oriente *c* copiis præeſſe juſſus eſt. Quamvis autem plurima viro famulorum turba eſſet; alios nihilominus atque alios quotidie ſibi pretio comparabat; quos inter is quoque numerabatur, cujus modo geſta tenuitati noſtræ illuſtranda veniunt. Erat is natione Scytha; præſtabat omnibus, quos Dominus coëmerat, docilitate ac ingenio; excellebat dignitate corporis tam eximia, ut Domino ſuo placeret admodum, eiq; in oculis ei eſſet, atq; ad uſus neceſſarios miniſter adhiberetur. Poſita igitur mora omni, mox traditur ſacrarum litterarum ſcientia imbuendus; etiam tum idiomatis Græci ignarus. At vero ut ſingulari pollebat ingenii perſpicacitate, quaſcumque propoſitas à magiſtro rerum ſacrarum diſciplinas pervaſit ſubito ac penetravit. Didicit quoque uſitatum iſtic loci idioma, Græcum ajo, ad ſtuporem magiſtri, tantam in diſcendo celeritatem admirantis. Hinc primus inter Notarios evaſit: tranſlatus quippe è ſtudiorum paleſtra ad Notarii *d* munus, operam Domino ſuo non inutilem præſtitit: cui exinde omni qua poterat cura ac ſedulitate ſerviens, conciliavit ſibi animum amoremque illius, uti & Dominæ, ac omnium domeſticorum.

a *b* *c* *Andreas ſervitutem ſervit, Domino ſuo carus.* *à quo litteris imbuitur.* *& fit Notarius.* *d*

3 At vero plura etiam benevolentiæ ſigna ipſi exhibuit Theognoſtus, peculiarem ejus curam benevole gerendo, eique largiendo proprias quas deponebat veſtes; ut ſubinde qui conſpicabantur Andream, dicerent, elegantius famulum amiciri quam Dominum. Frequentabat eccleſiam quoque, ut vere dicam, inſatiabili cum deſiderio ac aſſiduitate: delectabatur mirum in modum lectione certaminum, quæ ſancti Martyres ſubierunt, ac præcipue Vitarum, quas viri Deum ſemper in oculis atque animo gerentes vixerunt; adeo ut toto corde inflammaretur, viſo illorum ardenti amore ac deſiderio; & neceſſario excitaretur ad imitandum. Statuens enim per ſe ipſe ſanctius vitæ inſtitutum aggredi, tali modo famulatum Deo

Domini benevolentiam experitur; *legendo geſta Sanctorum accenditur:*

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

præstare exorsus est. Proripuerat se aliquando, Sanctos imitatus, è lecto nocte intempesta, ac orationi vacabat ; cum fraudulentus dæmon, livido intuitus oculo tam præclara adolescentis exordia, accessit propius ; cœpitque obtensas domui, in qua morabatur, fores fragore vehementissimo pulsare : unde juvenis, metu perterritus, relicta oratione, confestim in cubile se recepit, ac stragulis involutum abdidit. Quo viso, satanas, cujus numquam oculos quod rectum est recte afficit, summopere gavisus, dicit cuidam ejusdem secum farinæ : Ecce ille etiam, qui fabis vescitur, quam præclare adversum nos rem gerit ! Cumque hæc dixisset, inde abiit.

Noctu orationi vacans terretur à demones

ab eodem per visum ad pugnam deposcitur,

4 Beatus vero Andreas, remittente se metu, somno altissimo correptus, deprehendit se per visionem in theatro, cujus in altera parte plurimorum Æthiopum numerosa turba, in altera multitudo virorum, candidis indutorum vestibus, ac decore & sanctimonia conspicuorum. Quæstionem de cursu & lucta movebant inter se utrobique Æthiopes, quos inter Maurus quidam versabatur mole corporis insigni: sciscitabantur è candidatorum turba, quisnam congredi cum illo seu cursu seu lucta auderet : nullus quippe umquam, dicebant, ipsi resistendo par fuit, tametsi cum pluribus à multo jam tempore congressus : erat enim Chiliarcha numerosæ istius satanicæ legionis. Inter has illorum jactationes, quas in medio consistens audiebat Andreas, turba candidatorum animis pendente ; descendit è loco superiore juvenis admodum formosus, tres manu coronas tenens : quarum una, nimium quantum radiabat auro purissimo & præstantissimo ; altera, circumquaque per ambitum distinguebatur gemmis inæstimabilibus ac margaritis, non aliter quam stellis cæli rutilantibus ; tertia demum, prioribus duabus amplior, ex omni florum genere, rosis, liliis, surculis, herbisque variis paradisi cælestis plexa, immarcessibilis erat, tantamque diffundebat odoris suavitatem, quantam sibi mens hominis imaginari difficile potest.

& ab Angelo tres coronas deferente,

earum unam petens animatur,

5 Conspicatus hæc Andreas discruciabatur animo, ardebatque scire, quo pacto vel unam istarum coronarum nanciscì posset. Et propius accedens ad illum formæ eximiæ juvenem : Ita, inquit, propitius tibi Christus sit ; dic age, utrum hæc venalia proponas : ilico namque emere non dubitarem : verum si vel tantilla mei te tangat miseratio, abiens quæso indicabo Domino meo, persoluturo tibi quantum exegeris pretii, ut illa auferat. Placido ad hæc vultu subridens ille, Credas mihi velim, ait, carissime, si quidquid in mundo divitiarum est comportaris obtuleriscque, non tibi, non alteri cuivis, non tuo, quem memoras, Domino vel unum ex hisce flosculis addixero : neque enim vani hujusce mundi isthæc ornamenta sunt, ut suspicaris ; verum thesauri cælestes & coronæ Christi, quibus coronantur illi qui Mauros istos profligant. Si vero, non unam solummodo, sed omnes tres reportare desideras ; veni & accingere pugnæ, cum Æthiope isthoc nigra fuligine aspersо committendæ : quod si superior fueris, non his modo tribus, sed quotquot volueris, & quidem longe speciosioribus, à me donaberis. Cum hæc audisset Andreas, posita in verbis illius fiducia : Crede mihi, inquit, exequar quæcumque dixisti : solummodo id rogo, ut insidias & machinamenta Æthiopis me edoceas. Adhæc juvenis: Tune igitur hæc ignoras ? audi. Neutiquam generosi sunt Æthiopes ; sunt autem meticulosi, sunt imbelles ; sunt viribus destituti. Neq; te terreat ingens

atque instruitur ad victoriam:

δρὰν ἀγάπω τε καὶ ὑπομένειν, εἰ ἀνάγκης καὶ εἰς μίμησιν αὐτῶν διεγείρεσθαι. Ἀφ' ἑαυτοῦ γὰρ βαλὼν ἑαυτῷ ἀρχὴν τῆς ἀγαθῆς πολιτείας, τοιῷδε τρόπῳ τῷ Θεῷ δουλεύειν ἀπήρξατο. Ἐν μιᾷ γὰρ νυκτὶ ἀνασὰς τῆς κλίνης αὐτοῦ, κατὰ μίμησιν τῶν Ἁγίων, ἐν τῷ μεσονυκτίῳ προσεύξασθαι, φθονήσας ὁ δόλιος δαίμων τὸν καλὸν καὶ νέον ἀρχὸν, προσελθὼν ἤρξατο προσκρούειν δεινοτάτῳ πατάγῳ τὰς προσούσας θύρας τῷ οἰκήματι, ἐν ᾧ αὐτὸς κατέμενεν. Σπασθεὶς οὖν τῷ φόβῳ ὁ νέος, ἐάσας τὸν εὐχὸν, καὶ ταχέως τὴν κλίνην ὑπιβὰς, τοῖς g ἁγιομάλοις αὐτοῦ κατεκρύπτετο. ὁ δὲ Σατανᾶς τοῦτο ἰδὼν ἐχάρη, ὁ μηδέποτε χάριν ἰδὼν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ· καί φησιν, ὡς πρός τινα ὁμοιότροπον αὐτοῦ· Ἰδὲ ὁ τὰ h σέλη ἐθίων καὶ αὐτὸς ἤδη καθ' ἡμῶν ἀνδρεύεται ! Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἀνεχώρησεν.

Ἀπὸ τοῦ φόβου δὲ ὕπνῳ βαθυτάτῳ συσχεθεὶς ὁ Μακάριος, ὁρᾷ καὶ ἰδοὺ ὅτι ἐν θεάτρῳ, καὶ ἦν ἐν τῷ ἑνὶ μέρει τοῦ θεάτρου πλῆθος Αἰθιόπων πολλῶν, σωμαγωγή τις i ἀφόρητος, καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ πλῆθος λευσχημονούντων καὶ ἑτέρων ἀνδρῶν ἱεροπρεπεστάτων. Εἶχον δὲ τὰ ἑκάτερα μέρη συζήτησίν τινα πρὸς ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους περὶ δρόμου καὶ πάλης· οἱ γὰρ Αἰθίοπες μαῦράν τινα μέγισον κεκτημένοι, ἐζήτουν τὴν σωμαγωγὴν τῶν λευσχημόνων, Ὁποῖός ἐστιν ὁ μέλλων τρέχειν καὶ παλαίειν μετὰ τοῦ μαύρου ἐκείνου· ᾔδεις γὰρ αὐτῷ ἀντέση ἔλεγον πώποτε, καὶ τάχα μετὰ πολλῶν αὐτοῦ προσπαλαίσαντος ἀφ' ἡμῶν ὡς ἔφασκον· ἦν γὰρ χιλίαρχος τῆς πολλῆς ἐκείνης λεγεῶνος τοῦ Σατανᾶ. Ἐν ὅσῳ οὖν ἐκεῖνοι ταῦτα ἐκαυχῶντο, καὶ αὐτοῦ ἑστῶτος καὶ ἀκροωμένου, καὶ τῶν λευσχημόνων ἐπαπορουμένων, εἷς τις νεανίας ἐκ τῶν ἄνωθεν καταβὰς πάνυ ὡραῖος, κατεῖχεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τρεῖς στεφάνους· ὧν ὁ μὲν εἷς πάνυ ἐξαισιδισμένος, χρυσίῳ καθαρῷ καὶ βασιλικῷ ἐχρημάτιζεν· ὁ δὲ ἕτερος, ὥσπερ ἀστέρας τοὺς ἀτιμήτους λίθους τε καὶ μαργαρίτας κύκλωθεν ἔχ ἑκατέρωθεν περιεῖχεν ἀστράπτοντας· ὁ δὲ τρίτος μεγεθέστερος ὑπὲρ τοὺς δύο, ἀπὸ πάσης ἀνθήσεως ῥόδων, καὶ κρίνων, καὶ φυτῶν, καὶ βοτανῶν τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ συμπεπλεγμένος, ὥστε εἶναι αὐτὸν καὶ ἀμαράντινον, καὶ τοσαύτην ἔχειν εὐοσμίαν, οἵαν νοῦς ἀνθρώπου παρασχεῖν ἠδύναται.

Ἰδὼν οὖν ταῦτα ὁ Ἀνδρέας ἐλιάτο καὶ ἐγλ..ετο, πῶς, ἢ ποίῳ τρόπῳ δυνήσεται κἂν ἕνα λαβεῖν ἀπὸ τῶν στεφάνων ἐκείνων. Καὶ προσελθὼν λέγει τῷ εὐειδεῖ νεωτέρῳ ἐκείνῳ· [Οὕτως ἔχοις τὸν Χριστὸν,] εἰπέ μοι, ποιπράσκεις ταῦτα ; τάχα γὰρ οὐκ ἀποροῦμαι αὐτὰ ἀγοράσαι· ἀλλ' εἰ μικρὸν συμπάθης μοι, πορευθεὶς μηνύω τῷ Κυρίῳ μου, καὶ αὐτὸς δίδωσίν σοι ὅσον βούλῃ χρυσίον, καὶ λαμβάνει αὐτά. Ἔφη αὐτῷ ὁ νεανίας μειδιῶν τῷ προσώπῳ· Πίστευσόν μοι, ἀγαπητὲ, ὅτι τοῦ κόσμου τὸ χρυσίον εἴ μοι ὀφέγκῃς ἐν τοῖς ἀνθέων τρόπῳ τοιούτῳ ὑπάρχω ὅτε σοι, ὅτε τινὶ ἑτέρῳ, ἀλλ' οὖν ὅτε τῷ νομιζομένῳ Κυρίῳ σου. Οὐ γάρ εἰσι ταῦτα ἅ ματαίου κόσμου τούτου, ὡς ὑπενόησας· ἀλλὰ ταῦτά εἰσιν θησαυροὶ ἐπουράνιοι, καὶ στέμματα τοῦ Χριστοῦ, οἵσπερ κατασέφονται οἱ τοὺς μαύρους ἐκείνους πατάσσοντες. Ἐὰν θέλῃς μὴ μόνον τὸν ἕνα, ἀλλὰ καὶ τοὺς τρεῖς λαβεῖν, προσελθὼν πάλαισον τὸν Αἰθίοπα ἐκεῖνον τὸν ἡσυχαζόμενον, καὶ ἐὰν κρατήσῃς αὐτοῦ, ἅ μόνον τούτους ἀλλὰ καὶ ἑτέρους ὅσους ἂν βουληθῇς καὶ μάλα εὐαπαλλοτρίους κομίσῃ παρ' ἐμοί. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἀνδρέας ἐπὶ τῷ λόγῳ ἐθάρσησεν, καὶ λέγει πρὸς αὐτόν· Πίστευσόν μοι ποιῶ τὰ λεγόμενα· Μόνον δίδαξόν με τὰ μηχανήματα αὐτοῦ. Ἔφη ὁ νεανίας· Τί οὖν ; οὐκ ἐπίστασαι ταῦτα ; οὐχὶ γὰρ οἱ Αἰθίοπες θρασεῖς εἰσιν καὶ

A καὶ δειλοί, καὶ σεσαθρωμένοι καὶ ἀνίσχυροι, [Καὶ μή σε θροήσῃ τὸ τοῦ ὁράσεως αὐτοῦ μέγεθος· ὡς γὰρ λάχανον, οὕτως ὑπάρχει σαθρὸς καὶ ἀνίσχυρος.] Ταῦτα οὖν εἰπὼν καὶ ἄλλα τινὰ πλείονα πρὸς ἀλειφὼ τὸν νέον, κρατήσας αὐτὸν ὁ εὐφυὴς ἐκεῖνος νεανίας, ὡς δῆθεν παλαίων μετ' αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτὸν τὸ, πῶς ἀντιστῆναι τῷ Αἰθίοπι. Καὶ ἐπὶ τέλους λέγει αὐτῷ εἰς τὸ οὖς αὐτοῦ· Ἠνίκα σε ἄρῃ
m εἰς γύρον, ἐγὼ γὰρ οἶδα τοῦτο, σὺ μὴ θροηθῇς, ἀλλὰ m [Συμπλάκηθι αὐτῷ σταυροειδῶς], καὶ ὄψῃ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.

Ἐξῆλθεν οὖν Μακάριος τότε πρὸς τὸν πάλιν εἰς τὸ μέσον ἐναντι τοῦ Αἰθίοπος, καὶ λέγει μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Δεῦρο λοιπὸν ἠσβυλομένε, ταπεινέ, ἀνωφέλητε, ἵνα ἅμα οἱ δύο παλαίσωμεν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Αἰθίοψ, τὸ τάχος ἐδραμεν, ἀποφυσῶν καὶ μεγάλα φρυαττόμενος, καὶ
n ἁρπάζει τὸν Ἀνδρέαν γύροις ἐπὶ ἀφορήτους ὥρας, ὥστε κροτεῖν τοὺς Αἰθίοπας χαρὰν, καὶ συγνάζειν τοὺς λευσχήμονας· ἐδόκουν γὰρ ὅτι δίδωσιν αὐτὸν ὁ μαῦρος εἰς τὸν γῆν, ὥστε ἐκθεῖναι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. Γυροβολούμενος
B ὃν ὁ Ἀνδρέας, καὶ n [Συμπλάκες αὐτῷ σταυροειδῶς, πατάσσει αὐτὸν εἰς τὸν γῆν,] καὶ ὁ τοιοῦτος δαίμων ἔτυχεν αὐτοῦ τὸ κράνιον εἰς πέτραν, καὶ κατενεχθεὶς παραυτὰ διεφάνησε. Κρότος ἦν μέγας τῶν λευσχημόνων, καὶ χαρὰ γλυκυτάτη τότε ἐγένετο, καὶ ἥρπασαν τὸν Μακάριον ἐφ' ὑψηλοῖς ταῖς παλάμαις αὐτῶν ὑπίοις, καὶ κατεφίλουν αὐτὸν ἅπαντες, χρίοντες μύροις πνευματικοῖς. Τότε οὖν τῶν μαύρων ἐκείνων πάντων Cχορπισθέντων, μετὰ μεγάλης αἰσχύνης ἀνεχώρησαν· καὶ ἐδωρήσατο αὐτῷ ὁ εὐειδὴς ἐκεῖνος νεανίας τὸς ἀχράντους στεφάνους, καὶ ἐτέρπετο μεγάλως φορῶν αὐτούς, ὅτι εὐωδία ἀφόρητος ἀπ' αὐτῶν ἐξεφέρετο. Τέλος ἀσπασάμενος αὐτὸν, λέγει· Ὕπαγε
o καλῶς, ἀπὸ τοῦ ἄρτι ἔσῃ ἡμέτερος καὶ φίλος καὶ ἀδελφὸς γλυκύτατος. Τρέχε οὖν τὸν καλὸν ἀγῶνα γυμνὸς, καὶ γενοῦ Cαλὸς δι' ἐμὲ, ὁ καὶ πολλῶν ἀγαθῶν δεσπότης καθίσεις ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ βασιλείας μου.

ipſius, quæ apparet ſtatura; tam debilis quippe & fragilis eſt, quam caules & olera. His aliiſque dictis, tironem ſuum quaſi ungens & animans formoſus ille juvenis, apprehendit ipſum; & quodammodo colluctans, docuit, quo pacto Æthiopi reſiſtendum eſſet: ac tandem dixit ei in aurem: Cum te ſublatum [in gyrum] egerit (ita enim fore, mihi certum eſt) cave conſterneris, ſed conflige cum ipſo in ſigno ſanctæ Crucis, & videbis gloriam Dei. A. NICEP. COÆVO EX MSS.

6 Tunc igitur B. Andreas in medium proceſſit, cum Æthiope pugnæ alcam ſubiturus; exclamavitque voce magna: Prodi tandem, prodi teterrime, abjecte, commodorum noſtrorum invide: age ſis, nos duo ſimul in arenam deſcendamus. Poſtquam talia percepiſſet Æthiops; cuncta flatu dejiciens ac horrendum fremens, celerrime & ipſe in medium procurrit, arreptumque Andream [in gyrum] vertit ad longum tempus; ita ut plauderent præ gaudio Æthiopes; candidati vero præ dolore ingemiſcerent: videbatur namque tam valide à Mauro allidi ſolo, ut oculi ejus excuterentur. At vero dum Andreas in gyrum agitur, muniens ſeſe ſacroſancta Cruce, tanto impulſu dæmonem in terram dat, ut capite ad petram alliſo dejectus ſtatim diſparuerit. Cum ecce candidatorum ingens plauſus, & ſuaviſſimæ exultantium voces inſonuere, ac B. Andream ſupinis manibus ſuis in ſublime extulerunt; exoſculatique ad unum omnes, unguentis quibuſdam ſpiritualibus ipſum inunxerunt. Tum vero diſſipatis ſubito, quotquot aderant, non ſine confuſione Mauris, ipſi quoque evanuerunt. Juvenis porro iſte, dignitate eximius, immarceſſibiles coronas Andreæ dono dedit; quas portans multa perfundebatur voluptate, quia fragrantia inde abſiſtebat ſingularis. Denique amplexatus ipſum; Macte animo, inquit, ex hac hora nobis eris & amicus & frater ſuaviſſimus: decerta igitur generoſe nudatus omnibus, atque adeo fac ſtultus E *quam à dæmone, & coronas ab Angelo reportat.*

ANNOTATA.

a *Iam dixi* Leonem Philoſophum *intelligi, qui vel* Magnus *etiam ſeculo 9 dictus ſit, vel interpolante textum librario hic pro illo ſuppoſitus, ut inveniretur aliquis Epiphanii Patriarchatu anterior.* b *Erat ea dignitas magni nominis apud Græcos, eoque præditi* illuſtres *& glorioſi appellabantur. Protoſpatarius porro, primus ſeu Princeps eſt ſpathariorum, id eſt, cuſtodum corporis Imperatoris, ut loquitur Cedrenus: à* ſpatha, *quod fere ſpatioſus atque amplus gladius interpretatum legitur.* c Oriens *reſpectu Conſtantinopolis ſere intelligitur* Aſia minor, *vulgo* Natolia, *per apocopen initialis litteræ A nuncupata.* d Notariorum, *inquit Meurſius in Gloſſ. hic* duo erant genera: hi ipſam artem factitabant; illi profitebantur & adoleſcentes docebant..... Eorum vero, qui artem factitabant, tria rurſus erant genera: hi palatio inſerviebant, iſti militiæ, illi eccleſiæ. *Plura de his varii, quos vide in Gloſſario du Cange. Hic noſter, ſi non fuerit παιδοδιδάσκαλος Theognoſto, convenientius dicetur fuiſſe ſecundi generis, ſeu inſervivisse militiæ, & ſic non inutilem operam præſtitiſſe Domino, utpote copiis in Oriente præfecto.* e Ἀποφορέματα veſtes *expono: idque ſuadent tum mox ſequentia de elegantioribus famuli quam Domini veſtimentis; tum etiam clariſſime, quæ hoc loco habet Ms. aliud ἄμφιον, σχῆμα.* f *Delevimus hoc loco ſequentia, utpote parum clara, & in altero Ms. deſiderata,* ἡδὺ ὡς ἔπος εἰπεῖν πᾶσαν τὴν χρείαν ἀνελλιπῶς ἔχειν. g Αἰγιομάλοις. *Eadem quoque vox in Ms. Mazarin. eſt. Videtur ab* αἴξ capra *&* μαλὴ *vel* μαλίον, *quod Græcobarbare pro* lana *&* crinibus *uſurpatur, compoſitum: & 20 Ian. in Vita S. Euthymii num.* 139, Μαλὸς lana *invenitur dicta. Atque hinc intelligi poſſit* ſtragulum *aut* veſtis è lana caprina. *Verum ne de iſtiuſmodi lana contentio ſit, vocem magis univerſalem reponere malui.* h Ὁ τὰ σελη ἐσθίων. *Eadem recurrunt num.* 78, *ſed nihilo clarior ſenſus eruitur. Cibi genus innui manifeſtum eſt: at cujus difficilis conjectura eſt, uti & alias ſæpe erit. Ego,* qui fabis veſcitur, *interpretor; non quod ſic putem explicari recte, ſed ne nihil ponendo morer Lectorem. Credibile tamen eſt, viliores quoſdam cibos è leguminibus herbiſve deſignari; qualibus initio ad ſubigendam gulam veſci ſolebant illi, qui ad ſerviendum Deo adjiciebant animum: quorum veſtigiis inſiſtentem Andream dæmon hic irridere videatur. Si autem velis* τὸ σέλος cupedias *ſignificare; exprobrantis id fuerit quaſi dicentis: Ecce hic etiam, qui delicatis è menſa Domini ſui cibis farcitur, nobiſcum congredi non veretur.* i Ἀφόρητος intollerabilis *quidem vertitur; verum hanc vocem non ſemper in propria ſignificatione ſumi, ſed etiam pro* multus, ingens, ſingularis, *tum hoc loco. tum clarius etiam mox num.* 6 *conſtat, ubi ἐπὶ ἀφορήτας ὥρας & εὐωδία ἀφόρητος dicitur: pro quorum primo Maz. habet expreſſe ἐπὶ πολλὰ ὥραν.* k *Ita Maz. aliquanto clarius quam habebat noſtrum,* Οὕτως σὺ ἅτως ἔχῃς Χριστόν. l Ἠσβυλομένε, *quod modo dixi, hic quoque intelligi debet, eamdem ob cauſam relinqui à nobis hanc vocem, ut in Mſ. noſtro hic & ſeq. num. conſtanter habetur. Cum alioqui recta ſcribendi ratio poſtularet* ἠσβολημένε; ab ἀσβολόω fuligine inficio, polluo, *quod recte convenit nigro Mauro.* m *Quod hujus loco ponebatur in Ms. Vatic.* κόνδυασον αὐτὸν, *& infra* δίδωσιν κόνδω, *peregrinum prorſus olet. Multo clarius eſt in Mazariniano, quod hic utrobique ſuppoſui.*

n Pro-

A. NICEP. COÆVO EX MSS. n *Pro his legebantur* σωθησόμενος, δίδωσιν τὸν δαίμονα κύνδυ. o *Magis mihi placet quod in Mazar. legitur,* καὶ πολλῶν ἀγαθῶν μέτοχόν σε ποιήσω ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, & multorum te bonorum participem faciam in regno cælorum. D

CAPUT II.

Stultitiam simulans vincitur, revelationibus illustratur, oppugnatur à dæmoniis & liberatur, ad serviendum Deo vocatur.

Omnia cum Auctore confert Andreas,

7 CUm hæc insonuissent auribus B. Andreæ, [è somno profundissimo experrectus est; ac] mirabatur secum, [quod oblatum sensserat, plenum fragrantiæ spectaculum: delibuta quippe erat facies illius suavitate quadam odoris, sacra, invisibili, & quam assequi mens ulla hominis nequit.] Venit igitur bene mane ad me indignum, & confidenter quod acciderat exponit. Obstupui ego, tali audita extasi; idque vel maxime, cum faciem illius rutilare pulchro lumine viderem, & fragrantiam sentirem, divinam prorsus & singularem. Tum ambo rem maturius expendentes, judicavimus è re fore, si ipse in ordinem dæmoniacorum atque insanientiũ se transferret illius causâ, qui dixerat, Fac
B stultus fias propter me, & multorum bonorum dominus in die regni mei confidebis. Neque enim aliter effugere potuit, cui quoad corpus serviebat, Dominum: propterea quod difficillime subducere se possit quispiam heri sui potestati, præsertim si pietatis operibus se addicere meditatur, diabolo istiusmodi consilium præ invidia interturbante.

& stultum agere incipit,

8 Sequenti porro nocte, jam intempesta, consurgens è strato, precationi se dedit; qua persoluta, accepit gladium & abiit ad puteum, qui proxime à Domini sui cubiculo aberat: ubi exutus suis vestibus, minutatim cœpit illas concidere gladio, quem comportarat; ac jacere in medium voces quasdam absonas absurdasque, ad eum prorsus modum quo lunatici consuevere. [Quas cum experrectus Dominus ejus percepisset, miratus est quid sibi illæ vellent, præsertim tali hora ac tempore: & suspicatus tandem, malum ipsius putei genium esse, qui tali hora discurreret circumventurus quem primum occupasset, quieti se reddidit ad usque diluculum: quo illuscente] exiit coquus aquæ hauriendæ gratia, conspicatusque cum stupore,
C quod acciderat Andreæ; relicta hydria, Domino suo, etiam tum matutinas preces persolventi, cuncta renuntiaturus, accedit. Obstupuit ille similiter audito coquo; Andream, à statu mentis dejectum, considere ad os putei, referente; descenditque confestim, comitante familia tota, rem inspecturus. Et illorum quidem pars major lugebant plurimum Andreæ causa, rati, ita vere miserum in modum à dæmonibus affectum esse: Dominus vero ipse, admodum tristis ob famuli sui casum infelicem, nullo penes se suosque reperto mali remedio, jussit ipsum in venerandum sanctæ Martyris Anastasiæ templum, quod est in Macelæ tractu, deportari, Sanctæque catenis vinciri; data ecclesiæ Custodi pecuniâ, quò accuratior ipsius cura gereretur.

noctu vociferando & vestes concidendo:

jubet eum includi in templo S. Anastasiæ:

9 Toto itaque die B. Andreas, peregrina quædam verba in medium jaciens, videlicet uti stolidus, perstrepebat; noctu vero lacrymis precibusque vacans, inclamabat sanctam Christi Martyrem Anastasiam, ut conspicuam sese offerens, ipsum consolaretur, significando an gratũ Deo esset, quod occeperat vitæ institutum. Cumque moram lamentis precibusque aliquantam interponeret, ecce adstiterunt conspicuæ mulieres quinque, & senex unus; qui multa gloria insignis, ac pedibus admo-

quæ cum aliis apparens,

Ταῦτα ἀκούσας ὁ Μακάριος, ἀπὸ τοῦ βαθυτάτου ὕπνου ἐκείνου ἐξυπνος ἐγένετο, καὶ ὡς θαυμάζων τὸ γεγονὸς αὐτῷ τῆς εὐωδίας θέαμα· ἐμύριζεν γὰρ τὴν ὄψιν a αὐτοῦ εὐωδία τις ῥικτὴ, ἀόρατός τε καὶ ἀπαλανόητος. Ἔρχεται οὖν πρός με πρωΐας τὴν ἀνάξιον, καὶ θαῤῥεῖ a μοι τὸ πρᾶγμα ὡς ἰδών. Καὶ ἐξέστην ἐγω γε τοῦ Μακαρίου τὴν ἔκστασιν [b ἀκούσας, μάλιστα ἢ καὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ b ὁρῶν ἄγγελον ἐκπέμπουσαν καὶ εὐωδίαν θεϊκὴν, ῥικτὴν καὶ ἀσωμάτιστον]. Ἐσκεψάμεθα οὖν οἱ ἀμφότεροι τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐκρίναμεν c [τοῦ σχηματίσαι ἑαυτὸν εἰς τάξιν c δαιμονῶντος καὶ μαινομένου] διὰ τὸν εἰπόντα αὐτῷ, ὅτε γενοῦ Καλὸς δι' ἐμὲ, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν δεσπότης καθίσεις ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς βασιλείας μου. Ἄλλως γὰρ διαδρᾶσαι E τοῦ Σωματικοῦ δεσπότου οὐκ ἠδυνάτο· διό τι δυσκόλως τις τὸν ἑαυτοῦ [d οἰκέτην ζῶν ἀπολύσῃ] ἐλεύθερον, καὶ μάλιστα εἰς ἐργασίαν θεϊκὴν, τοῦ διαβόλου ταῦτα ἀπὸ τοῦ d φθόνου κωλύοντος.

Τῇ δὲ ὑπούσῃ νυκτὶ, ὥρας οὔσης μεσονυκτίου, ἀνασὰς πρωσηύξατο· καὶ μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτὸν τὴν εὐχὴν αὐτοῦ, λαβὼν μάχαιραν, ἐπορεύθη εἰς τὸ φρέαρ τὸ πλησίον τοῦ κοιτῶνος τοῦ Κυρίου αὐτοῦ. Καὶ ἐκδυσάμενος ἅπερ ἐφόρει ἱμάτια, ἤρξατο λεπτοκοπᾶν ταῦτα τῇ πρωσούσῃ αὐτῷ μαχαίρᾳ, καὶ ὥσπερ σελληνιαζόμενος, ῥήματά τινα τοῦ φυρμοῦ προεβάλλετο λέγειν, ὃν τρόπον οἱ σεληνιαζόμενοι πράττουσιν. e Ἐξύπνου δὲ γενομένου τοῦ Κυρίου e αὐτοῦ, ἤκουεν τὰς αὐτοῦ ὁμιλίας, καὶ ἠξενίζετο τὸ τί ἂν εἴη ταῦτα, καὶ μάλιστα ἐν τοιαύτῃ ὥρᾳ. Ὑπέλαβεν οὖν, Δηλονότι πνεῦμα πονηρόν ἐστιν τοῦ φρέατος, καὶ αὐτομολεῖ τῇ ὥρᾳ ταύτῃ παρακρούσαί τινα τὸν πρόχειρα εὑρίσκεσθαι, βυλόμενον. Ἡσύχαζεν οὖν τῷ τοιούτῳ τρόπῳ μέχρι πρωΐας, καὶ τῇ αὐγῇ ἀπῆλθεν ὁ μάγειρος αὐτοῦ τοῦ γεμῆσαι ὕδωρ, καὶ θεασάμενος τὸ γεγονὸς τῷ Ἀνδρέᾳ ἔξεσεν. Ἐάσας οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτοῦ, ἀνήγγειλεν ταῦτα τῷ Κυρίῳ αὐτοῦ ἔτι φάλλοντι τὰ ἑωθινά. Ἐξέστη οὖν ὁ Κύριος αὐτοῦ ἀκούσας ταῦτα, καὶ ὅτι ὁ Ἀνδρέας φησὶν παρατραπεὶς, ἐν τῷ σομίῳ τοῦ φρέατος κάθηται. Κατῆλθεν οὖν εὐθέως ἐκεῖνος αὐτὸς τοῦ ἰδεῖν αὐτὸν, F καὶ πᾶς ὁ οἶκος αὐτοῦ ἅμα αὐτῷ σωεπέστη αὐτῷ. Καὶ οἱ πλείονες ἐθρύουν ἐπ' αὐτῷ, ἐκάζοντες ὅτι ἐπ' ἀληθείας οὕτως ἀπὸ δαιμόνων παρεκρούσθη· ὁ δὲ Κύριος αὐτοῦ πάνυ λυπηθεὶς ἐπὶ τὸ Συμβεβηκὸς αὐτῷ, καὶ μήθ' ἓν εἰς τοῦτο ἰσχύων αὐτῷ ὀφελῆσαι, εἰς τὸν Σεβάσμιον ναὸν τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἀναστασίας f, εἰς τὰ δὴ Μακέλλου φημὶ, ἐκεῖσε αὐτὸν ἀπενεχθῆναι προσέταξεν, καὶ ἐν τῇ ἁλύσει τῆς Ἁγίας βληθῆναι δεδήλωκεν, δοὺς ἀργύρια τῷ Παραμονίτῃ g τῆς Ἁγίας ἐκκλησίας πρὸς περιστοτέραν ἐπιμέλειαν αὐτοῦ.

Διὰ ὅλης οὖν τῆς ἡμέρας ὁ Μακάριος τὰ νόθα αὐτοῦ, ὡς δῆθεν παραφρονῶν, ῥήματα ὡμίλει· Τῇ δὲ νυκτὶ ἐθρύει καὶ προσηύχετο παρακαλῶν τὴν Μάρτυρα τοῦ Χριστοῦ ὀφθῆναι αὐτῷ, καὶ παραμυθήσασθαι αὐτὸν, [h εἰ ἀρεστόν ἐστι Θεῷ τὸ ἐγχείρημα, ὃ ἤρξατο]. Μικρὸν οὖν αὐτοῦ δεηθέντος καὶ τῆς εὐχῆς παυσαμένου, ἰδοὺ ὀφθαλμοφανῶς πέντε γυναῖκες τοῖς ἐκεῖσε ἐπέστησαν, καὶ εἷς τις γέρων, δόξῃ πολλῇ κλειζόμενος, ἐμπροσθεν αὐτοῦ ὡραίοις ποσὶν περιπατῶν περιῴδευεν. Περιήρχοντο δὲ, καὶ τοὺς ἐκεῖσε φόβους

A ἀδενεῖς ἐπεσκέπτοντο ἕνα καθ' ἕνα· καὶ διαβάντες τοὺς λοιποὺς, ἔρχονται καὶ ἐπ' αὐτὸν, καὶ σὺν πρώτοις ἦν ὁ γηραιὸς, καὶ ἀπ' αὐτοῦ αἱ ἁγίαι ἐκεῖναι γυναῖκες. Εἶτα θεωρῶν αὐτὸν ὁ γέρων ἐκεῖνος ἀνενδότῳ ὄμματι, γλυκύ τι ὑπεμειδία πρὸς αὐτὸν, τί ἀγαθὸν πάντως σὺν ἑαυτῷ σοχαζόμενος. Λέγει οὖν καὶ τῇ λαμπροτέρᾳ γυναικὶ ὥσπερ χαριεντιζόμενος· Κυρία Ἀνασασία οὐκ ἰατρεύεις τί πολε; Λέγει ἐκείνη αὐτῷ, Κύριε, ὁ Μαγίσωρ ἄμα ἦρτυσεν, καὶ οὐκέτι δέεταί τινος· ὁ γὰρ εἰπὼν αὐτῷ ταῦτα, Ὅτι γενοῦ Ϛαλὸς δι' ἐμὲ, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν δεσπότης καθίσης ἐν τῇ βασιλείᾳ μου, ἐκεῖνος αὐτὸν ἰάτρευσεν, καὶ λοιπὸν ἰατροῦ χρείας οὐ δέεται. Οἶδεν γὰρ τὸν τέχνην, ὃν ἔμαθεν, οὐκ ἐάσει αὐτὸν μέχρι τ ἐσχάτης αὐτοῦ ἀναπνοῆς, ἀλλὰ γεννήσεται τῷ Θεῷ ἡμῶν σκεῦος ἐκλεκτὸν, ἅγιον, καὶ ἡγαπημένον ἐν πνεύματι. Ἔφη ὁ γέρων· Οἶδεν κἀγὼ Κυρία μου, ταῦτα, ἀλλὰ μετριοπαθῶν * πρὸς τοῦτο τὸν λόγον λελάληκα.

Ταῦτα εἰρηκότες, βλέποντος Ἀνδρέα, καὶ δόντες αὐτῷ τὸν εἰρηνικὸν, ἔνδον δὲ ναοῦ εἰσῆλθον χάριν δ προσεύξασθαι· οὐκέτι δὲ τὸ λοιπὸν τὸ οἰονεὶ ἀπ' αὐτῶν ἢ ἐξελθόντα ἢ εἰσελθόντα καθεωράκει μέχρις ἂν ὁ ὄρθρος ἐπέσχε, καὶ τὸ ξύλον ἔκρουσεν ὁ Προσμονάριος. Ξενισθεὶς οὖν ὁ Μακάριος τῷ πνεύματι ἐδόξασε τὸν Θεὸν, καὶ τῇ μεγαλομάρτυρι ἀπηυχαρίστησεν, τῇ ταχυπαίστῳ ἐπὶ τῷ δέησιν αὐτοῦ. Καθεσθεὶς οὖν ἐν ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν τοῖς δεσμοῖς, ὑδενὸς ἐγεύσατο, ἀλλὰ τὰ νόθα αὐτοῦ ῥήματα ἐπεφθέγγετο. Καὶ δὴ τ νυκτὸς πάλιν καλὰ τὸ σωήθες καλαλαβούσης, καὶ ἀχρυπνοῦντος αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸ μεσονύκτιον πάλιν καλὰ τὸ Ϛύνηθες δεήσεις καὶ ἱκεσίας λανθανόντως, ἐν τῷ κρυπτῷ ταμείῳ τ καρδίας αὐτοῦ, τῷ Θεῷ καὶ τῇ μάρτυρι προσφέροντος, ἄφνω ἔρχεται πρὸς αὐτὸν ὁ διάβολος μετὰ πλήθους δαιμόνων, κατέχων ἀξίνην ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· καὶ κἀκεῖνοι δὲ, ἤγουν οἱ δαίμονες, οἱ μὲν μαχαίρας, οἱ δὲ ῥόπαλα, ἄλλοι σπάθας καὶ ῥομφαίας, ἕτεροι δὲ καὶ σχοινία· χιλίαρχος γὰρ ὢν ὁ δράκων ἐκεῖνος, διὰ τοῦτο πολλὰ δαιμόνια ἐληλύθει πρὸς αὐτὸν, καὶ ἀνελεῖν τ Μακάριον. Βρύξας δὲ μακρόθεν ὁ λυσσόγερος, τοιούτῳ γὰρ σχήματι ἐφαίνετο, ὥσπερ γέρων Αἰθίοψ, ὥρμησεν καλὰ τοῦ Ἁγίου καὶ πατάξαι αὐτὸν τῇ ἀξίνῃ τ χειρὸς αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ Ϛυδαίμονες αὐτοῦ μεθ' αὐτοῦ.

Καὶ δὲ Μακαρίου τὰς χεῖρας πρὸς Κύριον μετὰ δακρύων πολλῶν ἀναπετάσαντος, καὶ τοῦτο μόνον εἰρηκότος, Ἅγιε Ἰωάννη Θεολόγε, βοήθει μου, εὐθέως βροντὴ γέγονεν ἀφ' ὕψους, καὶ ἦχός τις, ὡς ἀπὸ ὄχλου· καὶ ἰδού τις γέρων μέγας, μεγαλόφθαλμος, ὡς ἀναφάλα μικρὸν, ἔχων τὸ πρόσωπον λαμπρὸν ὑπὲρ τὸν ἥλιον, καὶ πλήθει πολὺ μεθ' αὐτοῦ, λέγει τοῖς σὺν αὐτῷ μετὰ θυμοῦ· Ἀσφαλήσατε τὰς πύλας, καὶ μηδεὶς ἐξηλήσῃ τῶν χειρῶν ἡμῶν. Οἱ δὲ πλείους ἐκείνων ὄντες, τοῦτο διὰ δ τάχους ἐποίησαν. Ὡς οὖν Ϛυνελήφθησαν ἅπαντες, λέγει εἷς μαῦρος τῷ ἑταίρῳ αὐτοῦ σὺν μυκτηρίῳ· Οὐαὶ κ ἡμῖν, ὅτι Ἰωάννης πικρός ἐστιν, καὶ δεινῶς ἔχει ἡμᾶς βασανίσαι. Κελεύει οὖν ὁ τίμιος γέρων ἐκεῖνος τοῖς σὺν αὐτῷ, καὶ ἐκβάλλουσιν τὰ ἄλυσιν δ αὐχένος δ μακαρίου Ἀνδρέου· καὶ λαβὼν καὶ πορευθεὶς πλησίον τ ἔξω πύλης, ἔστη καὶ λέγει τοῖς σὺν αὐτῷ· Ἕνα καθ' ἕνα μοι φέρετε. Ἤνεγκαν οὖν τὸν πρῶτον. Καὶ λέγει, Ἁπλώσατε αὐτὸν ἐπὶ τοῦ γοῦ, καὶ λαβὼν αὐτὸς ἰδίαις χερσὶν τὰ δ Μακαρίου ἄλυσιν, ἐτρίπλωσεν αὐτὰ, καὶ οὕτως δέδωκεν αὐτῷ ὡσεὶ ἑκατὸν μάστιγας· ἔλεγεν δὲ ὥσπερ ἄνθρωπος, τὸ ἐλέησον, ἐλέησον, ἐλέησον. Μετὰ τοῦτο πάλιν ἥπλωσεν ἕτερον, καὶ ἔλαβεν καὶ αὐτὸς τὰ αὐτά. Ἀκούων οὖν ὁ μακάριος Ἀνδρέας τὸ ἐλέησον, θέλων καὶ μὴ θέλων τῷ γελοίῳ Ϛυνάχετο· ἐφαίνετο μὲν τῷ Δικαίῳ, ὅτι ὥσπερ ἄνθρωποι, οἱ Αἰθίοπες σωνεσχέθησαν, καὶ τύπτουσι, καὶ ταῦτα ἀθυτῶς· ἀλλ'

dum formosis obambulabat in conspectu Andreæ. Porro circumeuntes singulos, qui istic detinebantur, infirmos visitabant; cumque obiissent omnes, ad Andream quoque deveniunt, constititque propius senex, & post ipsum comites ejus sanctæ mulieres. Post hæc intuitus ipsum senex oculo irretorto, leniter arridebat, videbaturque animo quiddam volvere utilitatis non modicæ. Conversus itaque ad matronam ceteris splendidiorem, facete admodum; Domina, inquit, Anastasia, non huic medicaris tandem aliquando? Cui illa: Domine Magister, jam adfuit ipsi præsentior medicus, non indigenti post hac rei cujusvis: is enim qui dixit; Fac stultus fias propter me, & multorum bonorum dominus in die regni mei confidebis: idem tam præsto ipsi futurus est, ut altero deinceps medico non sit opus: novit namque artem quam didicit, eamque non dimittet quoad spiritum duxerit: fiet autem Deo nostro vas electum, sanctificatum, dilectumque in Spiritu. Excepit senex: Noveram ego quoque isthæc, Domina mea; sed ex magno erga hunc * affectu istum sermonem intuli.

A. NICEPH. COÆVO EX MSS.

opem divitem & non defuturam affirmat.

10 Talia inter se vidente Andrea locuti, pacemque ei impertiti, ad interiora templi precationis causa se intulere: nec deprehensus est illorum aliquis aut egredi aut ingredi amplius, quoad illucesceret, lignumque pulsaret ecclesiæ Custos. Miratus itaque B. Andreas, in spiritu laudavit Deum, & gratias egit magnæ Martyri Anastasiæ, quod tam celeriter ad preces suas adfuisset. Consedit porro die illo toto vinculis constrictus, nihil quidquam cibi gustans; solummodo peregrinas simulatasque voces suas effutiens. At vero recurrentibus, ut solent, tenebris, cum vigilans, circiter noctis mediũ, consuetas iterum Andreas preces atque vota Deo ac beatæ Martyri, in penetrali cordis sui, clam offerret; aggreditur illum repente diabolus, dæmoniis pluribus stipatus, manum armatus ascia: dæmonum autem illorum alii machæris, alii fustibus, quidam gladiis & rhomphæis; reliqui funibus instructi, omnes draconi seu diabolo isti militabant qui Chiliarcha erat, & ad quem frequentissimi confluxerant in perniciem B. Andreæ. Cum hisce itaque comitibus suis, sublato eminus ingenti fremitu, infestissimus ille, senem Æthiopem (ita namque apparebat) indutus, magno cum impetu in Sanctum irruit, percussurus ascia, quam manu tenebat.

Oppugnatur à dæmonibus.

11 Verum beato juvene manus cum multis lacrymis ad Dominum extollente, atque illud duntaxat precato; Sancte Joannes Theologe, opitulare mihi; ilico è sublimi insonuit tonitru, & voces quædam veluti a turba emissæ. Atque ecce adest senex, magnitudine corporis & oculorum conspicuus, calvitio exiguo, facie supra solem rutilante, stipatus multitudine ingenti; quibus & dixit cum iracundia: Obfirmate portas, & nemo ullus evasurus est manus nostras. Illi vero, cum numero præstarent aliis, æque repente jussa capessiverunt. Atque hoc modo conclusis comprehensisque Mauris omnibus, illorum unus socio suo in aurem secreto insusurrat: Væ nobis, quia Joannes ille, ut vehemens imprimis est, gravissima nobis tormenta infliget. Et venerabilis ille senex, cum ipso jubente socii è collo B. Andreæ tulissent catenam eique dedissent, procedens ad extimam portam constitit, ac dixit iisdem comitibus suis: Singulos Mauros afferte huc. Allatorumque primum jussit extendi solo, & arreptam propriis manibus Beati catenam triplicavit, sicque misero quasi centum verba impegit; [exclamanti instar hominis: Miserere, miserere, miserere. His peractis alterum

quos invocatus S. Joannes Evangelista.

verberibus castigat.

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

terum extendi mandavit, qui & eodem prorſus modo exceptus eſt. Interea B. Andreas, audito illorum lamentabili, Miſerere; vellet nollet, riſu correptus eſt: videbantur autem ipſi dicti Æthiopes, more hominum conſtricti, ſenſibilem in modum flagra ſubire: ſed revera Deus verbera iſta infligebat; cum natura illorum, quæ corporis expers eſt, vere non cruciaretur. Extenſus deinde tertius quoq; eſt, cui eadem omnia incubuere: ſicque ordine ad omnes proceſſum eſt.] Cum vero ita laniati dimitterentur, acclamantes candidi Senis ſocii, dicebant ſingulis: Age age, enarra iſthæc, ſi placet, ſatanæ patri tuo.

& Andreæ animat. prædicens brevi liberum fore:

12 Poſteaquam cuncti abiviſſent Mauri, Candidati quidem illi ſimiliter evanuerunt ex oculis; formoſus vero ſenex propius B. Andream adit, circumpoſitâque rurſum catenâ, blande & facete dicit: Cernis, quam præſentes tibi ſuppetias tulerim? ut ſcias quantæ mihi curæ ſint res tuæ: conſtitutus namque ſum, jubente Domino, ut ad utilia ſanctioraque conſilia te animem, & crebro propoſitis præmiis excitem. Suſtine igitur, ut in omnibus probatus inveniaris; non multum enim temporis intercedet, cum Dominus te tuus ultro miſſum faciet, abiturum quocumque animo collubitum tuo fuerit. Excipit Andreas: Domine mi, ecquis tu, quoniam non novi te? Et ille: Is ego ſum, qui ſuper immaculatum & vivificum Domini noſtri Jeſu Chriſti pectus quievi. Quibus dictis, quaſi transformatus in fulgur, abiit è conſpectu. Et miratus Andreas ineffabilem Dei bonitatem, glorificavit

qui Deo Gratias perſolvit.

ipſum maximopere, quod ita in omni verbo ac opere adjutor ſibi factus, tam ſubito ex inſtantium atrorum dæmonum poteſtate eripuiſſet ſeſe, dixitque ſubmiſſa voce: Domine Jeſu Chriſte, magna & incomparabilis eſt potentia tua: ſuper omnem naturam glorificata eſt miſericordia tua, quia mei humilis miſertus es, & curam geris: id ego rem novam & multa admiratione dignam exiſtimo. Cuſtodi me igitur porro amplius & amplius, Domine, in veritate tua; & dignum me fac, qui inveniam gratiam coram te, ô Altiſſime, ô potentiſſime, ô terribilis, ô incomprehenſibilis.

13 Talia precato Andreâ, ingruit nox: cumque aliquantum ſomni caperet, deprehendit ſe per viſionem in regali palatio; vocatuſque à Rege, palatii

C

Per aliam viſionem vocatur ad ſervitium divinum,

domino, præſto advolat. Cui Rex: Viſne ſervire mihi ex toto corde? ſi annuas; adſciſcam te in numerum Procerum palatii mei. Et Andreas: Ecquis autem fortunam bonam repudiet? ego enimvero id deſidero plurimum. Ait Rex: Experire igitur, qualis famulatus meus ſit: ſimulque tradit quidpiam non abſimile nivis. Acceptum ille in os immiſit, ſenſitque tantam dulcedinem, quantam mens humana imaginari ſibi nulla poteſt. Erat autem perexigua portio, quam comedens, orabat in corde ſuo, aliud atque aliud ſibi ut concederetur: dicebat quippe, inter manducandum viſum ſe ſibi fuiſſe in divinum quoddam unguentum præ dulcedinis ſuavitate transformatum. Rurſum porrigit illi Rex pauxillum quid, Cydoniati formam referens: dixitque, Accipe & manduca: & ille acceptum manducavit, ſenſitque abſinthio longe acrius eſſe acerbiuſque guſtatu, quod uti amariſſima potio ſuccedebat priori ſuaviſſimo ac deſideratiſſimo ſapori. Rex itaque animadvertens ſic commotum, rurſum infit: Vide, quam non ſuſtineas amaritudinem hanc guſtare? Etenim his in rebus perfecti famulatus mei notitiam te aſſequi feci; hæc namque anguſta & tribulis obſita via eſt, quæ ducit ad vitam.

cujus in ſuavi cibo delectationem,

deinde in amaro tadium præſentiens,

detenetur:

14 Ad hæc infert Beatus: Acerbiſſimum hoc

ὁ Θεὸς ἐπ' ἀληθείας τούτους ἔτυφεν τοιούτῳ δαρμῷ], ἐπ' ἀληθείας οὐκ ἡ φύσις αὐτῶν κατοδυνᾶται ἡ ἀσώματος. Ἤλωσαν οὖν καὶ τὸν τρίτον, καὶ αὐτὸς τὰ αὐτὰ ὑπέμεινεν· ὡς ὅσον οὖν ἐνοχλοδίνως ἔτυπτον αὐτοὺς, ἕτεροι ἀνεφώνουν τοῖς δαρεῖσιν καὶ ἀπολυομένοις, ἔλεγον ἐνὶ καθενί, Ὕπαγε, δίδαξον ταῦτα τῷ πατρί σου τῷ Σατανᾶ, εἰ ἀρέσκεται. D

Ὅτε οὖν πάλιν ὑπεξῆλθον, οἱ μὲν λευσχήμονες ἐκεῖνοι ἀφανεῖς τῷ ἐκεῖ ἐγένοντο, ὁ δὲ ὡραῖος ἐκεῖνος γέρων ἔρχεται πρὸς τὸν Μακάριον, καὶ τὸν μὲν ἄλυσιν τὸ αὐτὸ πάλιν ἐφόρεσεν, λέγει δὲ ὡς χαριεντιζόμενος· Βλέπεις πῶς ἐτάχυνα εἰς τὸ βοηθῆσαί σοι; ἵνα γὰρ εἰδέναι ἔχεις ὅτι καὶ πάνυ μοι μέλει περί σου· ἐμοὶ γὰρ ὥρισεν κελεύσας ὁ Δεσπότης, ἵνα σε τῆς Σωτηρίας, πρὸς τὰ ὄντα πρόσφορα καὶ εὐθειώτατα μεριμνῶν ἑκάστοτε, ὑπερβραβεύσω σοι. Ὑπόμεινον οὖν, ἵνα δόκιμος εἰς πάλαι γενήσῃ· ὃ μακρὰν γὰρ καὶ ἀπολυθήσῃ ὑπὸ Κυρίου σου τῷ ἰδίῳ θελήματι, πορεύεσθαι ὅπου δὴ ἂν τοῖς ὀφθαλμοῖς σοῦ ᾖ εὐάρεστον. Λέγει οὖν ὁ Ἀνδρέας· Κύριέ μου, τίς γὰρ εἶ σὺ, ὅτι ἀγνοῶ; Ὁ δὲ φησίν· Ἐγώ εἰμι ὁ ἀναπεσὼν ἐν τῷ ἀχράντῳ καὶ ζωοποιῷ στήθει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ὥσπερ εἰς ἀστραπὴν μεταποιηθείς, ἐκ ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἐπορεύετο. Ὁ δὲ μακάριος Ἀνδρέας ἐθαύμαζεν τοῦ Θεοῦ τὴν ἀνεκδιήγητον ἀγαθότητα, καὶ ἐδόξαζεν αὐτὸν μεγάλως, ὅτι οὕτως ἐν παντὶ ῥήματι καὶ πράγματι βοηθὸς αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων αὐτῷ ζοφερῶν πνευμάτων ἐν τάχει ἐλυτρώσατο, καὶ ἔλεγεν λανθανόντως· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, μεγάλη σού ἐστιν καὶ ἀνείκαστος ἡ δυνάμις, ὑπὲρ φύσιν εἰσὶν δεδοξασμέναι τὰ σπλάγχνα σου, καθ' ὅτι ἐμὲ τὸν ταπεινὸν ἐλεεῖς, καὶ ὅτι μέλει σοι περὶ ἐμοῦ· ξένον τοῦτο ἡγοῦμαι καὶ πολυθαύμαστον· φύλαξόν με οὖν Κύριε ἔτι καὶ ἔτι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, καὶ ἀξίωσόν με εὑρεῖν χάριν παρά σοι, ὦ ὕψιστε, πολυδύναμε, φοβερὲ, καὶ ἀκατάληπτε.

Ταῦτα αὐτοῦ προσευχομένου, ἐπέστη ἡ νὺξ, καὶ μικρὸν αὐτῷ τι ὑπνήσαντος, βλέπει ἐν ὁράματι, ὅτι εἰς παλάτια βασιλικὰ, καὶ κέκληκεν αὐτὸν ὁ Βασιλεὺς τῶν παλατίων ἐκείνων, καὶ ἐν ὅσῳ παρέστη αὐτῷ, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Βασιλεὺς ἐκεῖνος· Θέλεις μοι δουλεῦσαι ὁλοψύχως, καὶ ποιήσω σε ἕνα τῶν ἐνδόξων τῷ παλατίῳ μου; Ἔφη ὁ Ἀνδρέας· Καὶ τίς ἐκεῖνος, ὁ τὸ ἀγαθὸν παραιτούμενος; ἐγὼ δὲ πάνυ τοῦτο θράγματος ὀρέγομαι. Ἔφη ὁ Βασιλεύς· Οὐκοῦν εἰ ὀρέγει, δέξαι τῆς δουλείας τῆς ἐμῆς τὴν αἴθησιν. Καὶ σωὶ τῷ λόγῳ δίδωσιν αὐτῷ τι ὡσεὶ χιόνα· καὶ λαβὼν, ἐψωμίσατο τοῦτο· ὦ δὲ γλυκὺ οἷον νοῦς ἀνθρώπου ἀπεικάσαι οὐ δύναται. Ὀλίγον δὲ ὦ, καὶ φαγὼν αὐτὸ, ἤδη ἤρχετο ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ δοθῆναι αὐτῷ ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἕτερον· ἔλεγε γὰρ, ὅτι ἐν τῷ ἐθίσαι με αὐτὸ, ἐδόκουν ὅτι εἰς μύρον θεῖκὸν τὴν ἡδονὴν μεταπρέπεται. Πάλιν οὖν δίδωσιν αὐτῷ ὁ Βασιλεὺς ἐκεῖνος ὀλίγον τι ὡς ἓξ m κυδωνιάτου, καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν, Λάβε καὶ φάγε. Καὶ λαβὼν ἔφαγεν· ὦ δὲ δριμὺ καὶ πικρὸν σφόδρα ὑπὲρ τὸν ἄψινθον, καὶ ὥσπερ ἀποδυσπέτημα τοῦτο ἐπῆλθεν τῆς ἄλλης ἡδυτάτης ἐπιθυμίας τε καὶ γεύσεως. Ἰδὼν οὖν αὐτὸν ὁ Βασιλεὺς οὕτως σταυθέντα n, λέγει πρὸς αὐτόν· n Ὅρα πῶς οὐχ ὑποφέρεις τὸν πικρίαν τοῦ γεύματος; Καὶ γὰρ τῆς τελείας μου ὑπηρεσίας τὸν ἄθλησίν σε καταναήσασθαι δέδωκα· αὕτη γὰρ ἡ στενὴ καὶ τεθλιμμένη ὁδός ἐστιν, ἡ ἀπάγουσα ο εἰς τὸν ζωόν. o

Ἔφη ὁ Μακάριος· Πικρόν ἐστι τὸ πρᾶγμα τοῦτο, Δέσποτα, καὶ τίς ταῦτα ἑθίων δουλεύσῃ σοι; Ἔφη ὁ Βασιλεύς· Τὸ πικρὸν ἔγνως, καὶ τὸ γλυκὺ οὐκ ἔγνως; οὐκ ἔδωκά σοι πρῶτον τὸ γλυκὺ, καὶ τότε τὸ πικρόν; Ἔφη ἐκεῖνος· F

A ἐκεῖνϕ· Νὴ, Δέσποτα, ἀλλ' ἐν τῷ πικρῷ μόνῳ ἤρηκας τῷ οἰκέτῃ σϖ ὑπάρχειν τῆς τεθλιμμένης ὁδοῦ τὸ εἰκόνισμα. Λέγει ὁ Βασιλεὺς, Οὐχί, ἀλλ' ἐν τῷ γλυκὺ καὶ ἐν τῷ πικρῷ μεσολαβεῖται ἡ ὁδός· ἐν τῷ πικρῷ μὲν τῶν ἀγώνων καὶ τῶν πόνων σοι τῶν δι' ἐμὲ ὑποδείκνυται ἡ αἴθισις· ἐν τῷ ἡδεῖ δὲ καὶ γλυκεῖ, ἡ ἐκ τῆς ἀγαθότητός μϖ δρόσϕ καὶ ἀνάψυξις ἐγγινομένη τοῖς πειραζομένοις δι' ἐμέ· οὐκ ἔστιν οὕτω τὸ πικρὸν μονόλογον, ὥστε τὸ γλυκὺ μονότροπον, ἀλλὰ πολὺ μὲν τοῦτο, πολὺ δὲ ἐκεῖνο, ἕτερον τῷ ἑτέρῳ διαδεχόμενον· εἰ οὕτω βούλει, Σιώπα μοι, ἵνα ἐπίσαμαι. Ἔφη ὁ Ἀνδρέας· Ψώμισόν μοι πάλιν τὰ αὐτὰ, καὶ βλέπω, καὶ λέγω σοι. Ὁ δὲ πάλιν τὸ πικρὸν αὐτῷ ἐπεδέδωκεν, καὶ τότε τὸ γλυκύ. Σιανθεὶς οὖν μειζόνως πάλιν τῷ πικρῷ γεύμαλι, ἔφη· Οὐ δύναμαί σοι ταῦτα ἐδίων δουλεύειν, πικρὸν γὰρ τὸ πρᾶγμα ὑπάρχει καὶ βαρύ. Ὁ δὲ Βασιλεὺς μειδιάσας ἐκβάλλει ἐκ δ' κόλπϖ αὐτοῦ τι εἶδος ἕτερον, ὃ ὡς τῇ θέᾳ πυρινον, καὶ τῇ φύσει Cφόδρα εὐωδέσταιον, καὶ ἀνθεοφόρον τῷ χρώμαλι, καὶ λέγει αὐτῷ, Λάβε καὶ φάγε, ἵνα ἐπιλάθῃ πάντα ὅσα εἶδες καὶ ἤκουσας. Ὁ δὲ
B λαβὼν ἔφαγεν, καὶ ἐπὶ πολὰς ὥρας ἀπὸ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς ἀπροσίρϖ χαρᾶς ὥσπερ ἐν ἑαυτῷ οὐκ ἐχρημάτιζεν, ἀλλ' ὡς ὥσπερ εἰς πολλού τινα εὐωδίαν καὶ δόξαν καὶ τερπνοτητα. Εἰς ἑαυτὸν οὖν γεγονὼς, πίπτει εἰς τὰς πόδας τοῦ μεγάλϖ Βασιλέως ἐκείνϖ, καὶ παρεκάλει αὐτὸν, λέγων· Ἐλέησόν με, Δέσποτά μϖ ἀγαθὲ, καὶ μὴ ἀποβάλῃς με ἀπ' δουλείας σϖ ἀπὸ τοῦ νῦν, ὅτι ἔγνων ὡς ἀληθῶς πάνυ γλυκύταιον εἶναι τὴν ὁδὸν ἀπ' ὑπηρεσίας σϖ, καὶ πλὴν αὐτῆς οὐχ ὑποκύψω ἀπ' αὐχένα μού τινι. Λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος· Εἰς τοῦτο τὸ φαιδρὸν γεῦμα ἐξεπλάγης; πίστευσον ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῖς προσοῦσίν μοι, τοῦτό ἐστι τὸ πάντων εὐτελέστερον· ἀλλ' ἐάν με ἀναπαύσῃς, πάντα τὰ ἐμά, σά εἰσιν, καὶ ποιήσω σε Cυγκληρονόμον τ βασιλείας μϖ. Ταῦτα εἰρηκὼς αὐτῷ ὁ Βασιλεὺς ἀπέλυσεν. Ἔξυπνος δὲ γενόμενος ὁ Μακάριος, σωστήρει πάντα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐξεπλήττετο τί ἂν εἴη ταῦτα.

Μετὰ οὖν τὸ διαγενέσθαι αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ τ Μάρτυρος ὡσεὶ χρόνϖ τετραμηνιαίϖ, θεασάμενοι οἱ τῆς ἐκκλησίας ὅτι οὐκ ἴατα, ἀλλὰ χείρονα τρέπεται, δῆλα τὰ καθ' αὐτὸν τῷ Κυρίῳ αὐτοῦ πεποιήκασιν. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Θεόγνωστος, ἀπογραφάμενος αὐτὸν, ὡς ἤδη ἔχοντα καὶ δαιμονῶντα, ἐκέλευσεν ἅμα λυθῆναι αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ ἀφεθῆναι πορεύεσθαι. Τρέχων δὲ ἐλοτε ἐν τῇ πλατείᾳ τ πόλεως, ὡς παίζων καὶ τὰ πάλαι Συμεὼν ἐκεῖνον τὸν θαυμασόν. Ἐσπέρας δὲ γενομένης, ἔρχεται πρός με τὸν ἀνάξιον, ἐμοῦ μόνου ἔνδον δ' οἰκήματος καθεύδοντος, καὶ μειδιάσας ἤρξατο δάκρυσιν τὸ τίμιον αὐτοῦ πρόσωπον καταῤῥαίνειν· προσπλακέντες δὲ ἐπὶ πολλὴν ὥραν, καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους ἐκαθεύδησαμεν. Ἐπηρώτουν οὖν αὐτὸν τὰ περὶ αὐτοῦ, πῶς τὰς τοσαύτας ἡμέρας ἐν δεσμοῖς ὢν, ἀπελύθη· ὁ δὲ διηγήσατό μοι πάντα μετὰ πάσης ἐπιεικείας καὶ πραότητος· ἐμοὶ γὰρ μόνῳ, Ἀδελφοί μϖ καὶ φίλοι πιστότατοι, ὁμίλει ὀρθῶς καὶ ἀδόλως, τοῖς δὲ λοιποῖς φρενήρει διαθέσει, ἢ ὁδοῦ ὅλως προσομίλῃ τινί.

genus cibi est, Domine mi; quis illud manducans, fervierit tibi? Rex autem; Sensisti amaritudinem, inquit; & dulcedinem non sensisti? nonne hanc prius, deinde illam gustandam dedi? Dedisti Domine, reponit ille; verum in amaritudine sola famulo tuo dixisti imaginem proponi viæ, tribulis spinisque obsitæ. Tum Rex; Non ita se habet, sed media inter utrumque via est, partim dulcedine, partim amaritie aspersa: in eo, quod gustatu amarum fuit, certaminum ac laborum, mea causa subeundorum, propositum tibi specimen est; in altero vero, quod jucunde ac suaviter palatum affecit, adumbratur unctio ac refrigeratio bonitatis meæ, parata illis qui mea causa tentationes patiuntur. Non igitur amaritudo sola, non sola dulcedo hic invenitur; sed modo hæc, modo illa, alterâ alteri succedente, occurrit. Si vis itaque famulari mihi, fac sciam. Respondit Andreas: Infere ori meo rursus eadem; & considerabo, & dicam tibi quid acturus sim. Et præbente rursum illo primum quidem quod ægre, deinde vero quod suaviter manducantem afficiebat; nauseam etiam graviorem pertulit quam prius, gustata amaritie, & dixit: Nequeo famulari tibi, si talibus vescendum sit: id enim nimis durum acerbumque est. Tum Rex subridens, protulit è sinu suo aliud cibi genus; si consideres speciem, triticeum; si naturam, fragrantissimum; si colorem, florigerum; & dixit illi: Cape & manduca, ut obliviscaris omnium, quæ oculis auribusque sensisti. Accepit ille & comedit: mentisque compos præ suavitatis gaudiique insuliti sensu per plures horas non fuit, mersus quodammodo immenso fragrantiæ, gloriæ, voluptatisque admirabilis pelago. Cum vero sibi redditus esset, accidit ad pedes magni istius Regis, atque ita precatus est: Miserere mei, Domine benigne; & noli repellere me ex momento hoc à famulatu tuo: quoniam vere nunc cognoscens, longe jucundissimam esse viam quam famuli tui terunt, non recedam inde, nec collum meum alterius cujusvis domini jugo subdam. Et Rex iterum: Itáne ad modicæ dulcedinis gustum obstupuisti? crede affirmanti, illarum, quæ penes me sunt, voluptatum illa omnium longe minima est. Quod si dictis meis acquiescis, quæcumque possideo ego tua sunt, & faciam te regni mei cohæredem. Atque hæc locutus abiit Rex. Beatus vero Andreas è somno experrectus, conservabat omnia in corde suo, & mirabatur, quid tandem ista hæc sibi vellent.

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

at mox vicissim primò amarum, deinde dulce manducans,

E

totum se illius servitio addicit.

C 15 Jamque transacto trimestri, à quo in ecclesia S. Anastasiæ perduraverat, mirati ecclesiæ Curatores, nihilo lenius, imo deterius etiam se Andream habere, totius rei Dominum ejus commonefecerunt. Qui illis auditis, famulum suum in numerum infanorum ac dæmoniacorum jam referens, jussit vinculis eximi ac dimitti, abiturum quo vellet. Ex illo autem tempore discurrens per urbis vicos ac plateas mundum illusit, seniorem illum Simeonem mirabilem probe æmulatus. Cum vero deinde advesperascaret, ad me venit, homuncionem indignum, solum domi meæ decumbentem, cœpitque ridere & faciem suam venerandam lacrymis humectare: & mutuo amplexu in longum tempus innexi, salutavimus inter nos, & cubitum concessimus. Percunctanti vero mihi de rerum ipsius statu, quomodo è vinculis, quibus tamdiu detentus fuerat, evasisset; enarravit omnia summâ cum modestiâ & mansuetudine: mecum namque solo, Fratres & amici mei fidelissimi, sincerè ac sine fuco agebat; cum aliis vero aut agebat ut motæ perturbatæque mentis homo, aut non agebat omnino.

Manumittitur à Domino, sanitatem illius desperante,

P

ANNOTATA.

a *Erat constructio hæc admodum mirabilis, solis casibus rectis cum verbo junctis: quare quod ponebatur ἡ ὄψις αὐτοῦ, mutavi τὴν ὄψιν αὐτοῦ, aliquanto clariorem faciens sensum.* b *Illa ex Maz. hic interjecta, videntur in nostro Ms. paulo ante aliquibus mutatis, relata: quia tamen hæc illis belle respondent, interserenda duxi.* c *Ms. Vatic habebat* μὴ αὐτῷ ὡδε δειγματίσαι· τέως δὲ ἐκεῖνον ἑαυτὸν εἰς ταξιν δαιμονιόντος μεταστῆσαι. d *Vitiosissime legebat Vaticanum*

canum, δεσπότῃ ἐξαποστέλλῃ, *pro* οἰκέτῃ. c *Quæ hic aliquot verſibus continuis de Domino dicuntur, deſunt alteri* D
A. NICEP. COÆVO EX MSS. *Ms.* f *Idem pluribus explicat Ms. Mazar.* ὃν (ναὸν) ἐδείμαλόο᾽ εὐσεβὴς Λέων ὁ Μακέλλης. *Fuit autem Conſtantinopoli duplex eccleſia S. Anaſtaſiæ, quarum altera ad Pelargum, varias viciſſitudines paſſa, innuitur* Novatianorum *fuiſſe à Socrate lib. 7 cap. 39. Altera, primum in formam oratorii non magni accommodata à S. Gregorio Nazianzeno, deinde à variis aucta & inſtaurata eſt; in quam & Reliquias S. Anaſtaſiæ poſtea Sirmio tranſlatas eſſe, teſtatur Nicephorus Calliſti lib. 14 cap. 10. Eſtque hæc* Anaſtaſia, *quam* φαρμακολυτρίαν, Veneficiorum ſolutricem *appellant, unde etiam maniaci eidem curandi ſiſtiuntur & energumeni, ſicut hinc diſcimus: agemus de ea 25 Decembris. Prædictus Nicephorus, uti & Menæa templum illud in Porticibus Domnini collocant; cum hic εἰς τὰ Μακέλλας, uti habebat Ms. pro* Μακέλλ, in Macelæ tractu *fuiſſe dicatur. Sed non reperio tractum iſtius nominis apud Du Cange: habet tamen lib. 4 cap. 7 num. 3 ex Codino & Originibus* CP. *ineditis ſequentia:* Admirandum templum ſanctæ Reſurrectionis *(idem illud eſt cum S. Anaſtaſiæ, de quo agimus)* in Mauriani tractu ædificavit propriis ſumptibus S. Martianus. Addunt Origines CP. ineditæ: Ex divitiis Aſparis, qui à Leone interfectus fuerat. *unde &* factum *dicit Baronius, ſub finem anni* 470, *ut Leo ipſe* Maceles, nempe Interfector, fuerit cognominatus. *Papias quoque vocem* Macelare *interpretatur* Occidere, *veroſimiliter eadem ratione, qua locus cædendorum animalium dicitur* Macellum, *& ſic etiam hic ſcribitur per duplex* λ. g Παραμονίτης, *alias* παραμονάριος *&* παρσμονάριος *uti paulo inferius;* Manſionarium *Latini appellant: eſtque Ædituus ſeu Cuſtos & conſervator eccleſiæ, Reliquiarum, clavium &c. Omnium notio innuit, non procul à templo, ſed conjunctum ei domicilium ſeu manſionem fuiſſe; uti etiam convenit.* h *Neſcio quid hoc loco ſibi velit quod in noſtro erat Ms.* ὡς γε πῶς. i *Ms. Mazarinianum vero* ἀναφαλ, Recalvaſter: *ſic in Chronico Alexandrino Iuſtinianus deſcribitur* Ἀναφαλὰς, *qua omnia eodem recidunt, ſed puriori lingua* Ἀναφάλαντος *dicitur.* k *Pro iſto* ἡμῖν, *ex Maz. huc tranſlato, habebat noſtrum* τῷ ὥραν ταύτῃ ᾗ ὦ ἡμεῖς ἐπλανήθημεν. l Δαρμὸς, *uti &* παράδαρμος, ictus inflictus, verbera, ſupplicium; *à* δέρω verbero, cædo: *voces in hiſtoria Byzantina frequentes.* m *Ita ex Meurſii Gloſſario corrigo, licet Ms. noſtrum* κυδομάτα, *Mazar.* κυδωνάτα *habeat: ſignificatur autem confectio ex malis Cydoneis, guſtu inſuavibus, niſi ſaccaro condiantur.* n Σιανθέντα, *ita conſtanter, etiam num.*
B *ſeq. & in Ms Maz. legitur. Vox eadem occurrit in Prato Spirituali cap. 205, & ab Interprete vertitur* commotus, *deducitur que à σιάνδν,* contrahere. o *Amplificaverat hæc Noſter longiore phraſi, ſed me judice, hoc loco minus congrua, videlicet hæc,* τοὺς βαλομένους ἐπὶ τὰς πύλας τ βασιλείας μα: *abunde ſufficit εἰς τὸν ζωλὸν. quod habet Mazar.* p *Non illum, qui in monte Mirabili vitam tranſegit, atque vulgo* Mirabilis Simeon *audit; cujus Acta, ſane mirabilia, protulimus ad 24 hujuſce menſis: ſed alterum quemdam oportet intelligere* Simeonem, *qui ſimiliter propter Chriſtum ſtultitiam ſimulans, mirabili modo mundum illuſit, Martyrologio Rom. ad 1 Iulii adſcriptus.* E

CAPUT III.

Pro illuſoribus ſuis orat: ſecreta & futura enuntiat: in lupanari à ſcortis ad libidinem fruſtra ſolicitatur; abſtinentia & raptibus in oratione excellit.

Illuditur & vapulat Andreas ab adoleſcentibus,

16 POſtera die illuceſcente, impertitus mihi ſalutem Andreas exiit, brevi pallio amictus, ad lucrum ſpirituale faciendum. Cumque veniſſet in locum ubi panes proſtant, conſpicati ita delirantem inſolentes aliquot novarumque rerum ſtudioſi adoleſcentes, comprehenſum trahunt ſecum in cauponam, confidenteſque allato vino ventrem ſuum, Andreæ vero cervicem verberibus onerabant; ac verba illius, tamquam ſtulti, percipientes, miſſum facere ipſum noluerunt; nihil interea quidquam epularum, quas ipſi avide vorabant, porrigentes. Animadvertens autem vir Sanctus, nihil minus ipſos velle quam ſibi aliquid elargiri, meditabatur animo, quid faceret helluonibus ingratis: cumque unus
C aliquis poſuiſſet forte ſcyphum in menſa generoſiſſimo plenum vino; arreptum exhauſit Andreas, & comminuto in caput illius ſcypho, fugam capeſſivit. Verum illi curriculo fugientem aſſecuti, retraxerunt adduxeruntque in cauponam, multis verberibus pulſatum: & confidentes, ut prius, biberunt, nulla re cum Sancto communicata; imo etiam crebros ictus ac verba dorſo ipſius infligebant cum ſannis & illuſionibus. Ubi igitur ſanniones illi, irriſionibus ſaturari neſcii, Andream illuſiſſent; ingruente veſpera, voluerunt ſe ſubducere è cauponа, relicto illo. Qui vociferans; Sanniones, Sanniones, ait, quid faciam, quia *a* Circuitores mihi occurſuri ſunt, ac male mulctaturi? Atque hæc dicta de

queis eventura prædicit,

ſuis ipſius illuſoribus volebat Sanctus intelligi; gnarus quid ipſis eventurum eſſet: illi vero non intelligentes, relicto eo, abiverunt.

17 Etenim conſilio inito conceſſerunt ad turpium muliercularum proſtibula, & animas ſuas pulcherrimas aduſque vigiliam noctis ſecundam polluerunt: beatus vero Andreas inde ſimiliter digreſſus, abjecit ſe, inſtar mendici, in angulum plateæ quempiam. Poſt hæc prodeuntes illi tendunt quiſque domos ſuas, atque incidunt in urbis Circuitores;

Πρωΐας ὃ γενομένης, ἀσπασάμενός με, ἦλθεν ἐπὶ τὸν πνευματικὸν ἐργασίαν· συνεδέδυλο ὃ μικρὸν περιβόλαιον. Καὶ δὴ γεγονότος αὐτοῦ ἐν τοῖς ἀρτοπολίοις, θεασάμενοί αὐτόν τινες νεωτερισταὶ οὕτως παραφρονοῦντα, λαβόμενοι αὐτὸν, εἰσίεσαν ἐν a φυσκαρίῳ, καὶ καθεδέντες οἶνον πριάμενοι ἔπινον, πάντες τ αὐχένα αὐτοῦ· [b καὶ τὰ ῥήματα αὐτοῦ ὡς παράφρονος λογιζόμενοι] ἀπολύσαι οὐκ ἠθέλησαν, μὴ ὃ παρεχόμενοι ὧν εἰς ἐθίασιν ἐβεβρώκασιν. Ὁ ὃ Δίκης ὁρῶν αὐτοὺς ἀπροαιρέτους, διελογίσατο τί αὐτοὺς ἐργάσηται· εἰς δὲ ἐξ αὐτῶν δεὶς τὸ ποτήριον ἐπὶ τ τραπέζης μεσὸν οἴνου καλλίστου, ἁρπάσας αὐτῷ ἔπιε, καὶ τὸ ποτήριον ἐν τῇ κορυφῇ αὐτοῦ συντρίψας, ἔλαβεν φυγὰς ἑξῆς. Δραμόντες δὲ, ἐκράτησαν αὐτὸν, καὶ σύραντες εἰσίεσαν ἐν τῷ φουσκαρίῳ, τύπτοντες αὐτὸν, καὶ πάλιν καθεδέντες ἔπινον, μηδὲν τῷ Δικαίῳ δίδοντες· ἀλλὰ μᾶλλον κόσμος καλὰ ἐξ αὐχένος μιμολογούμενοι ἔτυπτον. Ὅτε οὖν ἁπλέστως οἱ μωροὶ ἐκεῖνοι ἔπαιξαν, ἑσπέρας καταλαβούσης, ἠβουλήθησαν ἐξελθεῖν τοῦ φουσκαρίου καὶ ἐᾶσαι αὐτόν· ἔφη αὐτοῖς ὁ Μακάριος· Μωροὶ, μωροὶ, τί ἔχω ποιῆσαι, ὅτι μέλλῃ ἡ βίγλα c συναντᾶν μοι, καὶ μάσιγας ἔχω λαβεῖν; Τοῦτο δὲ περὶ ἐκείνων ἔλεγεν· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν, ἀλλ᾽ ἐάσαντες αὐτὸν, ἀνεχώρησαν· ἤδῃ γὰρ ὁ Δίκης ὁ ἤμελλεν αὐτοῖς συμβαίνειν.

Καὶ δὴ βυλευσάμενοι, ἀπέρχονται εἰς τὰ μιμαρία d τῶν ἀσέμνων γυναίων, τὸ κάλλος τῆς ψυχῆς καταχράνιες μέχρι δευτέρας φυλακῆς τ νυκτός· ὁ δὲ Μακάριος ἐκεῖθεν ἐξελθὼν, ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν ἐν μιᾷ γωνίᾳ ὡς εἷς τῶν πενήτων· Μετὰ δὲ ταῦτα ἐξιόντες, ἐβάδιζον πρὸς τὰς ἑαυτῶν οἰκίας, καὶ συναντᾷ αὐτοῖς τὸ Κέρκελον, καὶ συλλαβόμενοι αὐτοὺς ἔδησαν· καὶ ἐλθόντες ὅπου ἦν ὁ Μακάριος κείμενος, καὶ ἀποδύσαντες αὐτοὺς, ἐμαστίγωσαν σφόδρα. Ὁ δὲ Μακάριος

Dia-

A Θεασάμενοι αὐτοὺς ὕτως πάσχοντας, ἐλυπήθη μεγάλως καὶ Συμπαθήσει τοῖς δάκρυσιν, καὶ τὸν Θεὸν ἱκέτευεν ὑπὲρ αὐτῶν, τὸ μὴ ἐγκλεισθῆναι αὐτοὺς εἰς φυλακήν· παρακλήσει δὲ Συγγενῶν καὶ δι' εὐχῆς ὁ Μακαρίου ἀπολυθέντες, ἀπίεσαν εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν. Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν λέγει· Καταργηθῇ ὁ Σατανᾶς, ἀδελφοί, πῶς ταῦτα ὁ δαιμονῶν ἡμῖν ἐκεῖνος προσεφθέγξατο Συμβαίνειν εἰς αὐτόν, ἅπερ εἰς ἡμᾶς ἐτελέσθησαν! Λέγει ὁ ἕτερος· Οὐκ οἶδας, ὅτι ὃ βούλεται ὁ δαίμων ποιῆσαί τινί τι πονηρόν, γινώσκει αὐτὸ; τάχα γὰρ ὑπὲρ ἃ ἐπράξαμεν μετ' αὐτοῦ, ὁ δαίμων αὐτῷ ἐποίησεν ἡμῖν ταῦτα. Ἔφη ὁ ἕτερος· Οὐχί, ἀλλ' ὡς ἀκάζω, ὑπὲρ ὃ ἐτύπτομεν αὐτὸν ἀνελεημόνως, διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς ἀνταπέδωκεν ἡμῖν. Λέγει ὁ ἕτερος· Ναὶ, ἔχει, μέλει τῷ Θεῷ περὶ Σαλοῦ· ἐκεῖνος γὰρ δαίμονα αὐτῷ δέδωκεν, καὶ ἡμεῖς αὐτὸν παγνίως ἐτύφλομεν· οὐδὲν θαυμαστόν· εἰ γὰρ ὡδί ἁγιος, ἔπειθες ἄν με, ὅτι ἡ ἁμαρτία, ὡδὶ ἐποιήσαμεν εἰς αὐτόν, ἀνταπέδωκεν ἡμῖν ὁ Θεός· ἐπειδὴ δὲ ἔξηχός ἐστιν, τοῦτο οὐ μέλει τῷ Θεῷ.

B Ταῦτα αὐτῶν ὁμιλούντων καὶ ἄλλα τινὰ, ἃ ἀσωΐας ἐστὶν τῇ ὁμιλεῖν τὴν νεότητα· ὁ δὲ Μακάριος ἀναστὰς πρωῒ πάλιν τὸν δρόμον ἔδυνε, μέσον ἐν θορύβου ἀσχολούμενος, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν μηδαμοῦ καθεζόμενος, νήστης αὐτὴν ὑπερῆρχετο. Ἑσπέρας δὲ γενομένης, ἐν περιτρέχων τοὺς ἐμβόλους τῆς πόλεως, ἐπεῖδεν δὲ τόπον που ἄρα οἱ κύνες τὰς κοίτας ἔχουσιν, κἀκεῖ πορευόμενος ἵνα ἐκδιώκων ἐξ αὐτῶν ἀνέκειτο, ὡς ἐπὶ σιβάδος ἀναπαυόμενος, γυμνὸς, ἄπορος, μὴ δὲ ψιαθίον f ἔχων, μή τε κώλυκον, ἢ κόμμα μικρόν τι f σαγίου, ἀλλὰ g τοῦτο μόνον τὸ προρηθὲν g μαλοτίσκον, ᾧ ἐφόρει. Πρωῒ δὲ πάλιν ἀνισάμενος, πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα ἔλεγεν· Ἰδοὺ ταπεινὲ ἔξηχε Ἀνδρέα, ὡσεὶ κύων μετὰ κυνῶν διετέλεσας ὕπνον· ἄγωμεν, πάλιν κάμωμεν, ὅτι ἐγγίζει ὁ θάνατος· μηδεὶς γὰρ πλανήσει σε, ὅτι ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ βοηθήσαι τίς ἔχει σοι; πᾶς γὰρ ἄνθρωπος τοὺς πόνους τῶν καρπῶν αὐτοῦ φάγεται εἰς τὸ χαῖρον τὴν ἐκδημίας ἐν Σώματος αὐτοῦ· λοιπὸν οὖν δράμε μετὰ κόπου, ἐξυθενούμενος παρὰ τῶν ἀνθρώπων τούτων ἐν τῷ κόσμῳ, ἵνα ἔπαινον καὶ δόξαν κομισώμεθα παρὰ τοῦ ἐπουρανίου Βασιλέως.

C Ταῦτα λέγων, ἔσπευδεν ὁ Μακάριος καθὰ τὸ Ἀπόστολον Παῦλον τὸν λέγοντα, τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, τοῖς δὲ ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενος. Οἱ δὲ ἄνθρωποι θεωροῦντες αὐτὸν, ἔλεγον· Ἐκ νέας δαιμονιάρης. Ἄλλοι ἔλεγον· Οὗτος ὁ τόπος παρὰ Σαλὸν οὐκ ἔστιν. Καὶ οἱ μὲν Συνεπάθουν αὐτῷ, οἱ δὲ κόσμοις κατ' αὐχένας ἐδίδοσαν αὐτῷ, καὶ τῷ σιάλῳ πτύοντες ἐβδελύττοντο. Ὑπέμεινεν δὲ ταῦτα, πεινῶν, διψῶν, ῥιγῶν, καὶ καυσούμενος· εὐχῇ ἢ τοσαύτῃ ἀνελάβετο ἐν τῷ χρυπτῷ ταμείῳ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ὥστε ὁ ψυθυρισμὸς τῶν χειλέων αὐτοῦ μακρόθεν ἀπήχει· καθάπερ λέβης βρασμῷ ἀπείρῳ ἀτμὸν δασύτερον προβάλλεται, οὕτως ἀπὸ τῆς ἔνδον αὐτοῦ ὁ ἀτμὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐξεπορεύετο, ὥστε οἱ σοχαζόμενοι αὐτὸν ἔλεγον· Ἀγανακτοῦσα ἡ καρδία αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πνεύματος, τὸν ἀτμὸν ποιεῖ. Οὐκ ἦν δὲ οὕτως εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ εὐχὴ ἦν ἀκατάπαυστος καὶ θεάρεστος ἡ ταῦτα δεικνύουσα. Ὅθεν οἱ ἀνάπειροι ὥσπερ πάλαι τὴν ἀναλογὴν τῶν γλωσσῶν μέθῃ ἐφαντάσθησαν εἶναι, οὕτω καὶ ταῦτα διελογίζοντο.

Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν πλησίον τῶν μιμαρίων, ἤτοι τῶν πορνικῶν καταγωγίων, ὡς ἐν παρόδῳ παύζονται, μία τις τῶν πορνῶν αὐτὸν θεασαμένη, δραξαμένη τοῦ ἐπιλοδύτου αὐτοῦ μαλοτίσκου, ὃ περιεβέβλητο, ἕσυρεν

à quibus comprehenſi ligatique venerunt tandem ad locum, ubi Andreas jacebat; & exutis veſtibus, virgis flagriſque inſigniter excepti ſunt. Spectator hujuſce actionis vir ſanctus, indoluit vehementer, & à lacrymis ſe non temperavit; oravitque Deum, ut ne in carcerem compingerentur: tandemque & interceſſione propinquorum, & precibus S. Andreæ miſſione impetrata, ad ædes ſuas reverſi ſunt. Dicit autem unus eorum: Male pereat dæmonium, ſodales, quomodo quæ prædixit nobis dæmoniacus ille eventura ſibi, in nobis completa ſunt! Excipit alter: An putas, ſi quod malum inferre cuipiam parat dæmon, id innoteſcere dæmoniaco? Fortaſſis quod tam inique tractavimus hominem, ita viciſſim à dæmone tractati nos ſumus. Subjicit tertius: Nequaquam; verum, ut ego ſuſpicor, quia tam duriter atque immiſericorditer verberibus in ipſum ſæviimus, iſta nobis retribuit æquus Dominus. Cui denique alter: Ut inſanis! Deo nempe cura eſt de ſtulto. Ab ipſo traditus eſt malo dæmoni torquendus, à nobis animi ac luſus cauſa pugnis pulſatus eſt: quid tum! At vero ſi ſanctus eſſet, perſuaderes mihi forte, peccatum, quod in ipſum commiſimus, tale nobis à Deo accerſiſſe ſupplicium: nunc autem, quoniam mente captus eſt, nullam ipſius curam gerit Deus.

A. NICEPH. COÆVO EX MSS. *& male multatos liberat.*

ambigentes cur id ſibi evenerit.

E

18 Hæc illis & alia, quæ inſolens juventus effutire conſuevit, inter ſe loquentibus; ſurrexit bene mane Andreas, inſtitutoque ut ſolebat curſu, mediis in turbis verſatus, ſolidum iſtum diem nuſquam ſedendo, nihil manducando exegit. Ingruente autem veſpera percurſabat porticus civitatis, notabatque locum ubi ſua canes latibula habebant; eoque concedens, expulſo illorum uno aliquo, procumbebat, ac veluti in frondibus virgultiſque ſomno ſe dabat, & quidem nudus rerumque omnium indigus, non exiguæ ſtoreæ, non ſacculi, non parvi cujuſdam ſtraguli dominus; ſolummodo coopertus, de quo diximus, breviuſculo pallio, quod plerumque geſtabat. Poſtero die illuceſcente, rurſum ſurgens è ſtrato illo, ita ſeſe allocutus eſt: Eccū, nullius numeri & ſtolide Andrea, velut canis cum canibus pernoctaſti; age, rurſus manum operi admoveamus, quoniam appropinquat mors: ne quis te ſeducat; quoniam nemo eſt qui opem tibi ferat in illa hora: omnis quippe homo laborum ſuorum fructus carpet, cum excedet è corpore ſuo: de cetero igitur curre alacriter, pro nihilo reputatus à ſeculi hujuſce hominibus expelli, ut à cæleſti Rege laudem atque gloriam reportes.

Cum canibus cubans.

ad porrò pergendum ſe hortatur.

F

19 Atque hæc dicens, conabatur B. Andreas, ut Apoſtolus Paulus loquitur, obliviſci quæ retro ſunt; ad ea vero, quæ ſunt priora, extendere ſeipſum. Homines vero, ipſum intuentes, dicebant, alii quidem; Ab adoleſcentia dæmoniacus eſt; & commiſeratione ejus tangebantur: alii vero; Apage, nullus hic ſtulto locus; & ſcapulas ipſius alapis onerabant, conſpuenteſque execrabantur hominem, patienter ferentem omnia, etiam fame ac ſiti laborantem, aduſtumque frigore ac æſtu. Interea ex intimo cordis penetrali ſic promebat orationes, ut murmur labiorum ejus longe perſonaret: & quemadmodum olla, vehementer bulliens, denſos vapores eructat; ita ex pectore Andreæ Spiritus ſancti halitus erumpebat; adeo ut intuentes eum dicerent: Coarctatur cor ipſius à malo dæmone, hinc iſti vapores. Sed plurimum fallebantur; non enim inde, ſed à continua ac divina oratione excitabantur. Quare ut olim mutationem linguarum ebrietati tribuebant homines nullius experientiæ, ita hic quoque ratiocinabantur.

Phil. 3. 13.

Alii alia de ipſo opinantur.

20 Cum die quodam Andreas prope lupanar, ſeu turpium mulierculārum receptaculum, ludum ſuum luderet; earum una quæpiam ipſum intuita, apprehenſo vili quod geſtabat palliolo, intro ipſum attraxit.

Ab impuris mulierculis in lupanar tractus.

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

attraxit. Ille autem, vere adamas & verus ſatanæ deriſor, ſecutus trahentem in diverſorium introiit; accurrente mox reliqua meretricum turba, & circulo incluſum interrogante riſus cauſa, Quî id paſſus eſſet. Cumque vir beatus, leniter ſubridens, nihil reſponſi daret; colaphis ipſum verberabant, ac adigere conabantur virum continentem ad execrandum libidinis ſcelus committendum, aliis quæ tegi convenit membra ipſius leniter demulcentibus, aliis oſcula figentibus, aliis; Scortare, inquientibus, ſtulte & exple libidinem tuam. Ingens profecto miraculum tunc contigit, Fratres; quippe in tanta mollitie, qua virum aggrediebantur, nequaquam aut movere ipſum, aut concupiſcentiam injicere turpis flagitii potuerunt. Hinc & ipſæ mulieres mutatæ, dicitabant: Hic certe aut mortuus eſt, aut lignum ſenſu deſtitutum, aut ſaxum immobile. Sed una è numero; Admiror, inquit, ego ſtuporem veſtrum, cum ſic loquimini: quid enim? mente captus, inſeſſusque à dæmone, fame ac ſiti pene enectus, frigore rigidus, quique ubi caput reponat quieturus non habet, talia concupiſcat? dimittite hominem ut inſaniat inſaniam ſuam.

ad libidinem fruſtra tentatur;

B

2 Interea Beatus conſpiciebat ſtantem in medio meretricum impudicitiæ genium, ſpecie Æthiopem, grandibus labiis * conſpicuum, cui caput depile opertumque ſtercore cineribus mixto, oculi vero perſimiles vulpi: pendebat ex humero ſordidum panni laceri fragmen, abſiſtebatque exhalatio ac fœtor triplex, quaſi ex ſanie cœnoque & ſputis ſpumantibus, iſque adeo gravis, ut ferre illum nequiens Andreas neceſſum haberet perpetuo excreare, atque nares lacerna ſibi obturare. Quem cum notaret dictus genius tantopere averſari ſeſe, iſtiuſmodi emittit vocem: Me me homines pro melle dulciſſimo hauriunt ac ſinu ſuo condunt; & hic mundi illuſor me deſpuit ac deteſtatur: tu vero non tam quod bonum eſt ut conſequaris, quam ut corporis ſervitutem omnino ſubterfugeres, ſtultum induiſti. Et Andreas quidem hæc loquentem videbat ſenſibiliter, non videbant vero ſcorta, præter vocem nil percipientia: cumque ille derideret impudicum ac graveolentem dæmonem; dicebant iſtæ: Ecce quam blando riſu dæmonem ſuum excipiat.

cernit impudicitiæ dæmonem horrende fœtentem,

22 Tunc una mulierculârum; Non contemnendus, ait, hic amictus ejus eſt; venite, ablatum vendamus; id nobis agendum eſt hodie. Atque ilico conſurgentes, exutum veſtibus, nudum deſtituunt; quas venum portantes unum abſtulere miliariſium *i*, indeque diſtributæ ſunt ſingulis *k* oboli duo. Deinde præcipua omnium dicit ceteris: Ne dimittamus ipſum nudum, ſed vel tegeticulam ſaltem veſtate attritam ei demus. Quam ubi attulerunt, mediam ſcindentes injecerunt illi: atque ita domo expulerunt. Prodiit igitur Andreas in publicum cum illo geſtamine, ludenſque ludum ſuum percurſabat plateas: ac dicentibus ſibi ſpectatoribus; Perpulcrum ſane ſtragulum portas humeris tuis, ſtulte; reſpondebat: Imo vero, ſtulti, perpulcrum porto; Patricium namque me fecit Dominus. Nonnulli etiam è Chriſti fidelibus benevole porrigebant nihil petenti obolos, Chriſto ejus curam gerente; & quantumcumque aliqui darent, admittebat ſic ut toto illo die viginti, imo triginta & amplius obolos auferret. Noverat autem locum ſecretiorem, ubi pauperes conveniebant, contulitque ſe eò, nummos manu tenens, veluti ludibundus, ne videlicet ſuus agendi modus innoteſceret; ac medius inter mendicos conſidens illis ludebat; quod ſi quis inde vi rapere tentaſſet aliquid, hunc verberibus male mulctabat. Cumque ſocii ſui injuriam reliqui ſtatim mendici vindicaturi concurrerent, ac fuſtes in Andream

C

Veſtibus ſuis ſpoliatur à ſcortis, *i k*

& feminudus ejicitur domo.

Mira ejus in ſtipe eroganda ars.

αὐτὸν ἔνδον. Ὁ δὲ ὄντως ἀδάμας καὶ ἀληθὴς ἐμπαίκτης τοῦ Σατανᾶ, ἠκολούθησεν αὐτῇ. Εἰσελθόντος δὲ αὐτοῦ ἐν τῷ καταγωγίῳ, ἐπισωρεύεται αὐτῷ καὶ αἱ λοιπαὶ πόρναι, καὶ γελοιοδῶς ἠρώτουν αὐτὸν, πῶς τοῦτο ἔπαθεν. Ὁ δὲ δίκαιος μειδιῶν, οὐδὲν ἀπεκρίνατο· κοσμύζουσαι δὲ αὐτὸν καὶ βιάζουσαι πρὸς τὸ ἔμμυσον ἔργον τῆς πορνείας, καὶ τὰ χρυσᾶ αὐτοῦ μέλη καταμαλάττουσαι, ἑτέραι δὲ καταφιλοῦσαι, ἐδοκίμασαν πρὸς ἀναίδειαν τὸν Σώφρονα· αἱ δὲ ἔλεγον, Πόρνευσον, Σαλὲ, καὶ κόρεσον τὴν ψυχῆς σου τὸ ἐπιθύμημα. Θαῦμα γάρ, Ἀδελφοὶ, φοβερὸν τὸ ἐπ' αὐτὸν τότε γενόμενον· οὐ τοσούτοις γάρ γαλισμοῖς οἷς ἐποίησαν ἐπ' αὐτὸν, οὐδαμῶς κινῆσαι ἠδυνήθησαν αὐτὸν ἴσχυσαν πρὸς τὸ δυσωδες πάθος. Ὅθεν μεταβαλλόμεναι, τὰ τοιαῦτα ἔλεγον· Οὗτος νεκρός ἐστιν, ἢ ξύλον ἀναίσθητον, ἢ λίθος ἀκίνητος. Λέγει δὲ μία ἐξ αὐτῶν· Θαυμάζω τὴν ἀναισθησίαν ὑμῶν, ὅτι ταῦτα λέγετε· Σαλὸς γὰρ καὶ δαιμονιάρης, πεινῶν, διψῶν, ῥιγῶν, μὴ ἔχων ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίναι, αὐτὸς ἐπιθυμεῖ ταῦτα; ἄφετε αὐτὸν πορεύεσθαι τὴν ἐρημίαν αὐτοῦ.

Ἐώρα δὲ ὁ Δίκαιος τὸν τῆς πορνείας δαίμονα ἐστῶτα μέσον τῶν ἑταιρίδων· ὢν δὲ τῇ ἰδέᾳ Αἰθίοψ χειλὰς, D
ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας μὴ ἔχον, εἰ μὴ κόπρον μετὰ τέφρας μεμιγμένον, οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς ἀλώπεκος, καὶ ὀλίγον κόμμα ῥάκους ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ ἐπέκειτο, ἀποφορὰ δὲ καὶ δυσωδία ἐξήρχετο τρίλογος, σηπώδης, βορβορώδης, καὶ ὡς πλέον ἡ ἀφρώδης, ὥστε h
ἐκ τῆς δυσωδίας αὐτοῦ τὴν πικρᾶς ἀηδίζεσθαι τὸν Μακάριον, καὶ συνεχῶς πλύειν, καὶ τῷ περιβλέμματι ἀποφράττειν τὴν ὄσφρησιν αὐτοῦ. Θεωρῶν δὲ αὐτὸν ὁ δαίμων τῆς ἀσωλίας ἀηδιζόμενον, φωνῇ ἀφίησιν τοιάνδε· Ἐμὲ οἱ ἄνθρωποι ὥσπερ μέλι γλυκὺ ἔχουσιν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ οὗτος ὁ τὸν κόσμον ἐμπαίζων μυσαλτόμενός ἐμπτύει μοι· σκοπῶ, σὺ περὶ ἀγαθοῦ σε αὐτὸν Σαλὸν ἐποίησας, ἀλλὰ ἡ πάντως ἀποδρᾶσαί σε τῆς σωματικῆς δουλείας. Ὁ δὲ Μακάριος ἀθύμητος αὐτὸν ἔβλεπεν· αἱ δὲ πόρναι τῆς μὲν φωνῆς ἤκουον, οὐδένα δὲ ἔβλεπον. Κατεγέλα δὲ ὁ Μακάριος τῆς ἀσχημοσύνης, καὶ τῆς δυσωδίας αὐτοῦ, ὥστε λέγειν τὰς μιμάδας· Ἴδε πῶς Συμμειδιᾷ τῷ δαίμονι αὐτοῦ.

Μία δὲ ἐξ αὐτῶν ἔφη· Καλόν ἐστι τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ, δεῦτε ἁρπάσωμεν αὐτὸ, καὶ πιπράσωμεν· τοῦτο γὰρ ἔχομεν ποιεῖν σήμερον. Παραχρῆμα δὲ ἀνασπάσαι ἀπέδυσαν αὐτὸν, καὶ ἰσῶσι γυμνόν· τὴν δὲ χιτῶνα πιπράσασαι εἰς μιλιαρίσιον ἕν, εὑρέμενον δὲ ἀνὰ δύο λεπτῶν. Λέγει ἡ πρώτη τῆς ἑτέρας· Μὴ ἀπολύσωμεν αὐτὸν γυμνὸν, ἀλλὰ κἂν ψιάθιον περιπλαγιάζον χαρισώμεθα αὐτῷ. Ἤνεγκαν οὖν ψιάθιον, καὶ σχίσασαι αὐτὸν μέσον, περιέβαλον αὐτόν· καὶ οὕτως τῇ καλαγωγίᾳ ἐξεβλήθη. Ἐλθὼν οὖν εἰς τὴν πλατείαν ἐφόρει αὐτὸ καὶ ἔτρεχεν παίζων. Οἱ δὲ ὁρῶντες αὐτὸν ἔλεγον· Καλὸν σάγισρον φορεῖ ὁ ὤμός σου, ἔξηχε. Ὁ δὲ ἔλεγεν· Ναὶ, Καλοί, καλὸν Καγλὴν φορῶ, l βαλρίκιον γὰρ ὁ Δεσπότης με ἐποίησεν. Τινὲς δὲ φιλόχριστοι παρεῖχον αὐτῷ καλὰ προαίρεσιν λεπτὰ, ἵνα ζητῶν ταῦτα αὐτὸς, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἐμερίμνα αὐτῷ· ὅσα δέ τινες ἐδίδουν αὐτῷ, ἐδέχετο· δὲ ὅλης τῆς ἡμέρας εἴκοσι λεπτὰ καὶ τριάκοντα καὶ πλείονα ἐκράτει. Ἀπετήρει τόπον κρυπτὸν, ἐν ᾧ γίνεται συναγωγὴ πενήτων, καὶ ἀπήρχετο ἐκεῖ, ἐν τῇ χειρὶ κατέχων τὰ φολερὰ, ὡς δῆθεν παίζων, πρὸς τὸ μὴ γνωσθῆναι τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ. Καθεζόμενος δὲ μέσον τῶν πενήτων, τοῖς ὀβολοῖς ἐπαιγνίαζεν· ὅτε δὲ ἔχέν τις τῶν πλουσίων τοῦ ἁρπάσαι, ἐδίδου αὐτῷ κόσσον· οἱ δὲ λοιποὶ πένητες διεκδικοῦντες τὰ Συμπένητα, τοῖς ῥάβδοις αὐτὸν τύπτοντες ὑπεσέβαινον· αἰτίαν δὲ φυγῆς χρώμενος, πάλιν

A πάντα τὰ φορεῖα ἐσκόρπιζεν, καὶ λοιπὸν ἕκαστος εἰς ἴδιον κέρδος ἥρπαζεν καὶ ἐκέκλητο.

Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν ὡς πάζων ὁ Ὅσιος ἐν τῷ ἀντιφόρῳ· Σωσέβη δὲ αὐτὸν εἰσελθεῖν τὸν καθαροποτίων, ἔνθα ἐσμυρνισμένον οἶνον ἔπινον. Εἰσελθὼν δὲ ἄνθρωπος τοῦ πιεῖν, ἰδὼν αὐτὸν ὁ Ὅσιος, ἀπεσκόπει εἰς αὐτόν· ἰδὼν δὲ ὁ ἄνθρωπος ὀξέως εἰς αὐτὸν ἀτενίζοντα, βλοσυρῷ τῷ ὄμματι ἀπιδὼν λέγει· Τί μοι ἀτενίζεις, Σαλέ; ὕπαγε ἔξω. Ἔφη ὁ Ὅσιος· Κνιπὸς δαίμων ὡς μικρὸν παιδίκιον ἐπὶ τὸν ὦμόν σου κάθηται τὸν δεξιόν, καὶ ὥσπερ P ἄρκον τῷ χορκόμῳ ἔχει σε δεδεσμένον, ἄθλιε· δός μοι ὀβολόν. Ὁ δὲ μανεὶς λέγει· Οὐχ ὑπάρχει μοι. Ἔφη ὁ Ὅσιος· Ναὶ, πάρελε τὴν ψυχήν, ἑπτὰ φόλεις ἀπὸ τῆς οἰκίας ἤνεγκες, τοὺς μίαν ἠγόρασας λάχανα, τοὺς δὲ ἑτέραν θέρμια, καὶ τὰς πέντε φέρεις ἐν τῷ κόλπῳ σου, καὶ βιάζουσί σε οἱ δαίμονες τοῦ πιεῖν αὐτάς. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, δρομαίως ἐξῆλθεν. Ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐπὶ τῷ ῥήματι ξενισθείς, ὅτι ἀληθὲς ἔστιν τοῖς Σωεγγυς καθημένοις καὶ πίνουσιν διεσάφησεν. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ φυσκάριος, λέγει πρὸς αὐτούς· Ὡς ὁρῶ, καὶ ὑμεῖς ἐξηχότεροι αὐτοῦ τυγχάνετε· οὐ γὰρ ἐκεῖνός ἐστιν
B ὁ λαλῶν, ἀλλ' ὁ Συμπεριφερόμενος αὐτῷ δαίμων· [τί οὖν ξενίζεσθε; ἢ οὐκ ᾔδει ὁ δαίμων] τίς πορνεύει, ἢ τίς κλέπτει, ἢ τίς ἐστιν κνιπὸς, ἢ τίς πόσας φόλεις ἐκ τοῦ ἔνδον βασάζει; ἐπεὶ ἀκολουθεῖ ὁ Σατανᾶς ὅπισθεν ἑκάστου ἀνθρώπου, δηλονότι καθοπλεύει τοὺς ἐργασίαν αὐτοῦ, καὶ τὰς εἰσόδους, καὶ τὰς ἐξόδους· καὶ εἰ μὴ ἦ φίλος αὐτοῦ, πάντα σοι ἀναγγελεῖ, ὡς καὶ τὰ τοῦ ἀλλοτρίων. Ταῦτα τοῦ φυσκαρίου φήσαντος, ἔπεισεν αὐτοὺς οὕτως ἔχειν.

Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν διερχόμενος ὁ Μακάριος ἐν τοῖς ἀρτοπολίοις, Σωσαργᾷ τρισὶ νεανίσκοις ξανθοκόμοις, ὡραίοις καὶ ψυχῇ καὶ Σώματι· εἶχον γὰρ ἀγαθὴν ἐργασίαν οἱ μείραχες, τοῦ πρεσβυτέρου ὁδηγοῦντος αὐτοὺς εἰς πᾶσαν τὴν Θεοῦ εὐαρέστησιν· ὡς δὲ σωσώτησαν τῷ Ὁσίῳ, ἔγνω ὁ πρῶτος τῶν Σεμνῶν παίδων ἐκείνων τὰ περὶ τοῦ Μακαρίου, καὶ λέγει τοῖς ἑτέροις· Πιστεύσατέ μοι, ἀγαπητοί, ὑπονοῶ ἐγὼ Σαλὸν ἐκεῖνον δοῦλον τοῦ Θεοῦ ὑπάρχειν. Ἔφη ὁ ἕτερος· Παρακαλῶ θι ἔν τινι τόπῳ μετ' αὐτοῦ συγκαθῆσαι ἡμᾶς. Λέγει ὁ πρῶτος· Εἰ θέλεις, τοῦτο ἐν τάχει ποιῶ. Καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀδελφὲ, ἀγαπᾷς με, δεῦρο, Συγκάθησον μεθ' ἡμῶν, ὅτι ἐγὼ ἀγαπῶ σε, καὶ οἱ μετ' ἐμοῦ λίαν ποθοῦσίν
C σε. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν, ἐμειδίασεν, καὶ λέγει αὐτῷ ἐξ ὀνόματος· Σὺ εἶ Ἐπιφάνιος ὁ φίλος μου, καὶ σὺ τῷ λόγῳ ἠσπάσατο αὐτὸν, προβλεπτικῷ ὄμματι τὸ μέλλον προσημάνας γίνεσθαι ἐπ' αὐτόν· τῆς γὰρ βασιλίδος τῶν πόλεων Ἐπίσκοπον γεγονέναι. Χειροκρατοῦντες δὲ ἀμφότεροι χεῖρα πρὸς χεῖρα, ἦλθον πρὸς τοὺς δύο παῖδας, καὶ διηγήσατο αὐτοῖς ὁ Ἐπιφάνιος, πῶς ἐξ ὀνόματος ἐκάλεσεν αὐτόν. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτα, πλείονα τὸν πόθον καὶ τὴν πίστιν εἰς αὐτὸν ἀνατέθεικαν. Εἰσελθόντες οὖν ἐν τῷ καθαροποτίων, ὠνήσαντο ἄρτον καὶ οἶνον καὶ ἰχθύν, καὶ παρέθηκαν εἰς ἐδιάσιν. Ἰδὼν δὲ ὁ Ὅσιος τὴν πίστιν αὐτῶν, ἐχάρη χαρὰν μεγάλην, καὶ ὑποψιθυρίζων τῷ σώματι δι' εὐχῆς πρὸς τὸν Θεὸν τὴν προσαγωγὴν αὐτῶν ἀναθεὶς· εἶδ' οὕτως τῶν προτεθημένων μέλεσχεν, δοὺς καὶ τοῖς νέοις οἰκείαις χερσίν.

Ἀληθινὸν τὸ ῥῆμα, ἀγαπητοὶ, καὶ πιστὸν, ὅτι τὸ ἥμισυ τοῦ παξαματίου ἤσθιεν ὅλων τὴν ἡμέραν, ὅπερ καὶ τοῦτο πεποίηκεν βραχύ τι μελασχὼν ἐξ αὐτῶν, ἐάσας τὰ πλείονα ἐν τῇ τραπέζῃ· οἶνον δὲ ὁλίκα τις ἐδίδου αὐτῷ, πεῖν οὐκ ἐφείδετο, ἀφ' ἑαυτοῦ γὰρ οὐκ ἔπινεν πώποτε, ἐὰν μή τις αὐτὸν τούτῳ ἐπότισεν. Δι' ὅλης δὲ τῆς ἑβδομάδος πολλάκις, ἢ διὰ δύο ἢ τριῶν ἡμερῶν, τινος οὐκ

expedirent; hic fugæ ſe committens cunctos obolos ſuos diſpergebat, unde quilibet in rem ſuam rapiebat aliquid ac retinebat. A. NICEF. COÆVO

23 Quodam die cum in Antiforo *m* partes ſuas ageret, ingreſſus forte eſt œnopolium *n*, ubi vinum *o* myrrhatum bibebatur. Cumque ingrederetur alius quoque bibendi cauſa; fixis in eum oculis attentius conſiderabat hominem Andreas. Quo animadverſo intendens ille ſimiliter in Andream, torvo aſpectu dicit; Quid me tam fixo contemplaris obtutu, ſtulte? apage hinc foras. Cui Sanctus: Humerum tuum, inquit, dexterum inſidet avarus dæmon, ſimiam referens non magnam, vinctumque te tenet, infelix, uti urſum millo: da mihi obolum. Reponit ille, ad inſaniam tenax; Nullus mihi ſuperat. Et Sanctus: Imo etiam, ſtulte & oblite tui; nummos ſeptem extuliſti domo, quorum unum impendiſti oleribus, altero calida tibi comparaſti, quinque reliquos habes in ſinu tuo, adiguntque te dæmones ut illos in vinum abſumas. Quibus dictis celeriter ſe inde propripuit: & obſtupefactus homo ille tali ſermone, ita rem ſe habere palam enarravit aſſidentibus ſibi compotatoribus. Audiens hæc caupo; Quantum video, inquit, & vos inſano iſto nihilo ſaniores eſtis: non enim ille, ſed quod circumfert dæmonium loquitur. Quid igitur admiramini? an dæmon ignoret, quis fornicetur, quis adulteretur, quis furetur, quis avaritiâ laboret, quot quis nummos domo efferat? cum nequam ille ſequatur pone hominem, & obſervet opera ejus, ingreſſum & egreſſum? quod ſi amicus ejus es, omnia tibi revelabit, etiam aliorum geſta. Atque hac oratione perſuaſit audientibus caupo, ita ſe rem habere. E *m n o* *Hominis cujuſdam avaritiam.* *& quantum penes eum pecuniæ ſit enuntiat.*

24 Tranſiens quodam die Andreas per forum, ubi panes veneunt, obvios habuit tres adoleſcentes, capillis flavis inſignes, tam anima quam corpore decoros: bonis quippe operibus aſſueverant ſub-inſtituto unius, qui erat provectioris ætatis, ad omne Dei beneplacitum alios informantis. Ubi vero hi inter ſe occurrerunt, cognovit præcipuus ille, aliorum inſtitutor, quæ circa B. Andream agebantur, dixitque ſociis: Credite mihi, dilectiſſimi, ſuſpicor ſtultum iſthunc, Dei famulum eſſe. Et alter; Quæſo, inquit, concedamus aliquò ſeſſuri cum ipſo. Tum primus; ſi libet, quam mox id effectum dedero: converſuſque ad Sanctum; Frater, ait, ſi me amas, adeſto huc & conſide nobiſcum, quia ego te diligo, & hi ſodales mei tenentur deſiderio tui. Intuitus invitantem Andreas, riſit; ac nominatim ipſum compellans, Tu, inquit, Epiphanius es, amicus meus. Quo dicto amplexatus juvenem, id quod futurum erat prævidens, ſignificavit fore, ut urbis, quæ inter alias uti regina eminet, Epiſcopus crearetur. Et tenentes alter alterius manum acceſſerunt ad alios duos adoleſcentes, narravitque Epiphanius, quomodo ipſum ſuo nomine compellaſſet: quo audito illi, ardentiore inflammati deſiderio hominis, majorem in ipſo fiduciam collocarunt. Ingredientes itaque œnopolium, coemptis pane, vino ac piſcibus, convivium pararunt: cumque fidem eorum cognoſceret Andreas, ingenti perfuſus gaudio, leni oris ſuſurro fuſis ad Deum precibus, profectum in virtute juvenum ei commendavit; deinde cibos appoſitos ſumpſit, ac eis etiam porrexit propriis manibus. F *Adoleſcentes probus ſanctitatem Andreæ cognoſcit.* *cui & Andreas prædicit Epiſcopum CP. fore.*

25 Vera loquor & fide digna, dilectiſſimi; toto die non manducabat Andreas medium *q* paxamatium; idque faciebat, pauxillum aliquid ex appoſitis decerpendo, pleriſque in menſa relictis. Cum quis ei vinum porrigebat, bibere non dubitabat: ſi nullus præberet, non bibebat umquam. Non raro binis terniſve diebus, nonnumquam hebdomada tota omni cibo abſtinebat: cumque ſatanas plurimorum animis, *Vivit in abſtinentia ſingulari.*

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

mis, ut ne quid erogarent illi amplius, obſtinationem induxiſſet, ac ipſe omnem petendi curam abjiceret; nihil quidquam ad ſuſtentationem accipiebat. Hinc ſæpiſſime ſiti æſtuans, & quid conſilii caperet ignorans, reperto forte in platea luto aquâ pluviâ ſubacto, curvabat genua; ac ternum Crucis ſignum inflando formans, inde bibebat, ad ſpectatorum illac tranſeuntium indignationem, aliis quidem fuſtibus eum aggredientibus, aliis vero non ſine commination dicentibus; Non decet, ſtulte, ita ſordes haurire. Ille autem non reſpondens ulli verbo, confeſtim ſe inde proripiebat. Atque hæc, cariſſimi, victitandi vivendique ratio, ſane arcana, viro ſancto fuit.

aqua lutoſa ſitim reſtinguit;

26 Accumbente igitur Andrea, quemadmodum ſupra meminimus, in œnopolio cum venerabilibus illis adoleſcentibus menſæ; forte auribus meis prætereuntis illac, hominum infimi, allapſa vox ejus eſt; & declinans tantiſper à via, contuli me ad veſtibulum, clam, quid ageretur, ſpeculaturus. Igitur cum adoleſcentes ſalutato Andrea viam ſuam proſequerentur, accidit etiam cauponem, qui Chriſtianus erat, cujuſdam rei cauſa officina egredi, & Andream intus manere ſolum: qui huc atque illuc circumſpiciens, ubi neminem deprehendit, extenſis in cælum manibus precari pro tribus memoratis adoleſcentibus cœpit, & (teſtis mihi Deus eſt, qui perdit loquentes mendacia) levatus è terra in aërem ſublimis pependit, non ſine admiratione ac horrore meo hominis impuri, talia videntis. Sed ſtatim reſtitutus ſibi exivit, in turbis more ſuo fabulam acturus. Atque illud nunc aperiam Caritati veſtræ.

inter orandum à terra elevatur.

B

ἐγεύετο· ἐπειδὴ ὁ Ϲαλανὰς τοὺς πλείονας ἐσκλήρωσε μηκέτι παρέχειν τι αὐτῷ, αὐτὸς ᾗ οὐκ ἤγει, καὶ οὐδὲν ἐνομίζετο. Πολλάκις γοῦν ὑπὸ δίψης ἐφλέγετο, καὶ μὴ ἔχων τί ἐσπράξασθαι, εὑρίσκων πηλὸν, ὑδατόϲαλον ἐπὶ τῆς λεωφόρου ὡς ἀπὸ ὑετοῦ γεγονότα, κλίνων τὸ γόνυ, ἐνέφυσα αὐτῷ ϲαυροειδῶς τρὶς, καὶ οὕτως αὐτὸ ἔπινεν, ὥϲτε θεωροῦντας τοὺς παροδίτας ἀγαναχλεῖν ἐπ' αὐτὸν, καὶ τοὺς μὲν δαίρειν αὐτὸν, τοὺς ᾗ μετὰ ἀπειλῆς λέγειν αὐτῷ· Οὕτως οὐ πρέπει, Ϲαλὲ, τῷ * καλαυίσχων ἀπογεύϲθαι. Ὁ ᾗ οὐκ ἀπεκρίνατό τινι λόγον, ἀλλ' εὐθέως τῷ ἐκεῖ ἀνεχώρει. Αὕτη, ἀγαπητοὶ, τοῦ Μακαρίου ἡ δίαιτα καὶ ἡ ἀπόκρυφος πολιτεία.

Ὡς οὖν ἐν τοῖς ἔμπροϲθεν εἴρηται, ὅτι ἐν τῷ καθαροποτείῳ μετὰ τῶν τιμίων ἐκείνων παίδων καθεζόμενος ἤκουεν, ἔτυχεν ἐμοὶ τῷ ἐλαχίϲῳ διερχομένῳ ἡ φωνὴς αὐτοῦ ἀκοῦϲαι· Ξενίϲουϲα δὲ, καὶ ϲὰς ἐν τῷ προθύρῳ ἐν κρυφῇ κατώπτευον τί πράϑει. Ἐν δὲ τῷ ἀϲπάϲαϑαι αὐτὸν τοὺς νέους καὶ ἀπελθεῖν τὴν ὁδὸν αὐτῶν, ἔτυχεν καὶ τὸ φυϲκάριον, Χριϲιανὸν ὄντα, ἕνεκά τινος ξελθεῖν τοῦ ἐργαϲηρίου, αὐτὸν ᾗ μόνον μεῖναι ἔνδον. Βλέπει δὲ ὁ Ὅϲιος ὧδε καχεῖϲε, καὶ ὡς τινα οὐκ ἐώρακεν, ἐκλείϲει εἰς ὕψος τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ποιῶν δέηϲιν ὑπὲρ τῶν τριῶν παίδων ἐκείνων, καὶ, ὡς ἐπὶ Θεοῦ τοῦ ἀπώλοντος τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, ἤρξη ἀπὸ γῆς εἰς τὸν ἀέρα καὶ ἐκρέμαλο· ὡς φρικτὰ ἐμοὶ καὶ παράδοξα τῷ ἀϲώτῳ ἐφάνη, φρίκη γάρ με κατέϲχεν, βλέπονί ταῦτα, καὶ ἐξέϲη μου ἡ διάνοια. Εὐθέως οὖν καλάϲας εἰς ἑαυτὸν ἐξῆλθεν ἔξω, μετὰ τοῦ πλήθους ἐργαζόμενος τὰ ϲωμήθη· τοῦτο δὴ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ ἐκδηλον ποιήϲομαι.

D

E

F

C

ANNOTATA.

b Μανδαλίων, Candelabrorum, *expono, nixus illo Pentecoſtarii loco, ubi dicitur,* Προπορευομένων ἐνὸς τῶν κληρικῶν μετὰ λαμπάδων καὶ μανδαλίων ἐμπροσθεν τοῦ Ἱερέως. *Quod ſic explico:* Præcedente Sacerdotem uno Clericorum cum candelis & candelabris.

c *Quæ hic amplius habet Ms. Vatic. quamquam ad rem facere poſſint, cum tamen obſcuriora ſint, malui extra textum hic apponere: nempe hæc;* εἷς καθεὶς ἐξερχόμενοι τοῦ χοροῦ μετ' ἀρχήσεως.

d *Ms. Vatic. hæc præterea habet,* Θρίαμβον καταστῆσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ.

e *Sic illa legit Ms. Vatic.* ἐφ' ᾧ τὸ πονηρὸν πέρας ἐδέξατο, καθὰ οἶδεν ἐσπέυσεν.

f *Ms. Vatic. pluribus ſic:* ὥσε ἀπὸ τῆς πλεμμύρας τῶν δακρύων ὀγκωθέντων αὐτοῦ τῶν ὀμμάτων κρέας ὑφαιμῶν ὡς δῆθεν φλεφαίνεσθαι.

g *Omitto hic illa:* καὶ λυπηθήσεται τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, *in Ms. noſtro poſita.*

h *Rurſum hic iſta Ms. Vatic.* ὡς ἐμοὶ πεθέατο, ἐγένετο χάρις τοῦ δοξασθέντος ἐν τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτόν.

i *Ms. Vatic. paulo obſcurius,* γνῶσις γεγεμμικαν αὐτὸν, ὁρμήσαντες αὐτοῦ τῇ ψυχῇ.

CAPUT XII.

Dæmones ab eccleſia pellit Andreas: hujus magnam perfectionem & deſtinatam in cælo gloriam per viſum docetur Epiphanius.

Sacræ lectioni intentus,

C

89 UBi finem ſermonis fecit Andreas, ſurgentes, in eccleſiæ interiora ſeſe receperunt; cumque lectioni ſacræ factum jam exordium eſſet, Epiphanius ſcamnum quoddam ſeſſurus occupavit; beatus vero Andreas, non ſecus quam unus pauperum, vili panno involutus, nuda ſe extendebat humo. Quem ſic ſedentem conſpicati, qui aderant; dicebant intra ſe: Ecquid acciderit dæmoniaco huic, quod templum ingreſſus ſit? Et alii; Fortaſſis, vacationem aliquam nactus eſt à vexatione ſpiritus peſſimi. Nonnulli etiam; Cum hac forte tranſiret, arbitratus ædem profanam eſſe, huc ſe intulerit; quoniam vero eccleſia eſſet, quod & ipſe cognovit, conceſſerit illi Dominus, ut tali ſe iſtic modo gereret.

acedia & ſomnolentiæ dæmones,

90 Sanctus itaque Andreas, in templo, uti dictum eſt, ſedens, conſpicuum habuit acediæ dæmonem, inſidiis machiniſque tentantem variis, ut quem expelleret è templo, ſacro nondum perſoluto Officio: quem in finem varias variis curas atque occupationes ſuggerebat; Vade, inquiens, & ad opus tuum te accinge: cum enim neceſſario illud faciendum ſit, nulli tibi vitio vertetur. Et vero his aliiſque ſuggeſtionibus pietatis inimicus & perturbator diabolus plurimos inducebat, ut

Matth. 6.

relicto, priuſquam finiretur, ſacro cœtu, egrederentur: eſto inclamet Dominus; Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis aut quid induamini; ſed quærite primùm regnum Dei; & quæ ſequuntur. Spectabat ibidem oſcitantiæ ac ſomnolentiæ dæmonem, nihilo ſegnius inſidias ſtruen-

multis gravet,

Ὡς οὖν ταῦτα εἰρήκει ὁ Δίκαιος, ἀνασάντες εἰσῆλθον ἔνδον τῆς ἐκκλησίας· καὶ δὴ τοῦ ἀναγνώσεως προτεθείσης, ὁ μὲν Ἐπιφάνιος ἐν ἑνὶ τῶν σκαμνῶν ἐκαθέζετο, ὁ δὲ Μακάριος ὡς εἷς τῶν πενήτων ἐπὶ τῷ ἐδάφους, ἔχων τὸ σῶμα ῥάκει εὐτελεῖ ἐνειλιμμένον. Ὡς οὖν χαμαὶ ἐκαθέζετο, βλέποντες αὐτὸν οἱ ἐκεῖσε, πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον· Τί ἄρα γέγονεν τῷ δαιμονῶδη τούτῳ, ὅτι ἐνταῦθα εἰσελήλυθεν; Καί τινες ἔλεγον· Ἴσως ἀνέθη βραχὺ ἀπὸ τῶν ἐπηρεάζοντος αὐτὸν πονηροτάτου πνεύματος. Ἄλλοι ἔλεγον· Παροδὸς αὐτῷ ἐγεγόνει, καὶ ὡς ἅτε εἰς οἰκίαν Σκοπήσας εἰσελήλυθεν· ἐπεὶ ποῦ ἤδει αὐτὸς ὅτι ἐκκλησία ἐστὶ, δῶη Κύριος τῷ ταῦτα αὐτῷ ἐργασαμένῳ.

Ἐθεώρει δὲ ὁ Δίκαιος τὴν τῆς ἀκηδίας δαίμονα ἐνεδρεύοντα, καὶ πειρώμενον μηχανάς τίνα ἐξώσῃ τῆς ἐκκλησίας, ὑποβάλλων αὐτοὺς φροντίσιν καὶ δυλείας πρὸ τῆς ἀπολύσεως, λέγων· Ἔξελθε καὶ ποίησον τὸ ἔργον σου, ὅτ' ἀνάγκη δυλεία ἐστὶ ποιεῖται, ἁμαρτία οὐκ ἔστιν ἐπι. Ταῦτα ὑποβάλλων ὁ ἐμποδισὴς τῆς δεισιδαιμονίας διάβολος, ἱκανοὺς πρὸ τῆς ἀπολύσεως ἐποίει ἐξιέναι τῆς θείας Συνάξεως· καίτοι Κύριος βοᾷ, Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, ἢ τί περιβάλεσθε, ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔβλεπε δὲ καὶ τὴν τῆς χασμωδίας δαίμονα καὶ τὸν νυσαγμὸν ἐκεῖ παρεδρεύοντα· ἐπορεύετο δὲ Σὺν αὐτῷ καὶ ἕτερον πνεῦμα ὑπηρετὸν τῷ χαλεπῷ ἐκείνῳ δαίμονι, περοβλωμένον ῥυπόδη a ποινία ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ, καὶ τοὺς καθεζομένους a

A μόνος ἐν τῇ ἀναγνώσει, καὶ ἀκροωμένους τῶν θείων λογίων χρούσῃ μετ' αὐτῶν καὶ ἐπινώσεων παρασκευάζοντα. Ὁρῶν δὲ ὁ Ἀνδρέας τὸ μηχανικὸν τοῦ πανπονήρου δαίμονος, ἐμμανὴς κατ' αὐτὸ ἐγένετο, καὶ ἐαυτῷ ἔλεγεν· Παμπόνηρε καὶ ὀλέθριε δαίμων, πῶς τῇ Σκοτομοίρῃ τῆς ματαιότητος κεχρημένος, ἀμοιρίας ἡμᾶς καθιστᾷς τῆς ἀκροάσεως τῶν θείων λογίων, καταβαπτίζων τῷ ὕπνῳ τῆς ῥαθυμίας; ἀλλὰ Κύριε Ἰησοῦ τῶν δυνάμεων, ἔκχεε ἐπ' αὐτοὺς τὸν ὀργήν σου, καὶ καταλάβετε τούτους. Καὶ ταῦτα εἰπόντος, ὡς εἶδος ἀστραπῆς ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου ἐν φλογὶ πυρὸς κομιδῇ, καὶ κατέκαυσε τούτους· οἱ δὲ τῷ ὕπνῳ κατασχεθέντες ἀπὸ τῆς αὐτῶν ἐνεργείας, εὐθέως ἀνένηψαν ἀκροώμενοι τῆς ἀναγνώσεως.

Ὅτε δὲ ὁ ἑωθινὸς ὕμνος ἐπλήρωσεν, ἀσπασάμενος ὁ Ἐπιφάνιος τὸν Ὅσιον, εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἀνεχώρησεν· μεμνημένος δὲ τῆς νυθεσίας τοῦ Δικαίου, διὰ πάσης ἡμέρας τὸ θαῦμα κατεπήγετο, καὶ κατὰ μόνας ἡσύχαζεν ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ, καὶ συναγμοὺς βαθυτάτους ἐγκαρδίας κεχρημένος ἔλεγεν· Βαββαὶ! ἡλίκον φωτῆρα ἡ βασιλεύουσα κέκτηται, καὶ οὐκ οἶδεν! ἐκ ἀληθείας γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος περὶ τῶν τοῖς γηΐνοις ἐκπληττομένων, Ὅτι βλέποντες βλέψητε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Καὶ γὰρ ὅσα ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ διατρίβοντος ἐπὶ τῆς γῆς γεγόνασι Σημεῖα καὶ τέρατα, παραπλήσια καὶ ἐπὶ τῷ θεράποντι αὐτοῦ ὁρῶμεν ὁλοτελούμενα. Τῇ νυκτὶ οὖν ἐκείνῃ ἱκέτευεν ὁ Ἐπιφάνιος τὸν Θεὸν φανερῶσαι αὐτῷ τὰ περὶ τοῦ Δικαίου, ὁποῖαν αὐτοῦ λογίζεται τὴν ἀρετὴν ὁ Κύριος b, καὶ οἷός ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Καὶ δὴ ὀλίγον ὑπνώσας, βλέπει καθ' ὕπνον τινὰ πεδιάδα, ἔχουσαν φυτὰ ἀνεξιχνίαστα· τὰ μὲν ξηρὰ πέλοντα, τὰ δὲ κεκαυμένα ὑπάρχοντα, τινὰ δὲ αὐτῶν ἀντὶ καρπῶν ἀκάνθας ἔφερον, τὰ δὲ εὔκαρπα γλυκὺ καρπὸν φέροντα, τὰ δὲ πικρὸν καὶ δυσώδη· καὶ τὰ μὲν φύλλοις μόνον ἐκόμων, τὰ δὲ Καρπὰ φύλλα ἔφερον. Ἦν δὲ μεταξὺ αὐτῶν φυτὸν ὡραῖον, εὔκαρπον, ὑψηλὸν λίαν, καὶ ἡδὺ εἰς τὸ βλέπεσθαι· οἱ δὲ κλάδοι αὐτοῦ ποικίλοι λίαν, οἷαν γὰρ ὁπόταν τις ἐπεζήτει ἐξ αὐτοῦ λαβεῖν, ἐφεύρισκεν ἀδιάλειπτον καὶ ἡδύτατον λίαν. Τοιγαροῦν τῷ φυτῷ ἐκείνῳ γλιχόμενος, ἐπερείδετο ὁ πάνσεπτος νεανίας, ἔφριττεν καὶ ἰλιγγία, τὸ τί ἂν ἔτι σοχαζόμενος. Ἐγγύσας οὖν πλησίον αὐτοῦ, ὀρθῇ χελιδόνα Σεμνοπάτρῳ καθεζομένῳ ἐν τοῖς κλάδοις τοῦ φυτοῦ· οὗ μὴν τοι c πλήρης χελιδών· ἀπὸ γὰρ κεφαλῆς μέχρι τοῦ στήθους χελιδόνος εἶδος ἐκέκλητο, ἐπὶ δὲ τὰ πρόσω ἀηδόνος θέαν εἶχεν· ξένον τὸ θαῦμα! ποῖ μὲν ὡς χελιδὼν ἐμελέτα λυρίζουσα, ποῖ δὲ ὡς ἀηδὼν φθεγγομένη παράδοξα,

Ὡς δὲ ἡ θαυμασιωτάτη ἐκείνη χελιδὼν μεταξὺ τοῦ φοβεροῦ ἐκείνου φυτοῦ ἐκαθέζετο, μελῳδοῦσα ἡδυφώνως, [παρῆσιν] πετεινὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὑπὲρ τοὺς ἀστέρας πλέον τὰ ἐκεῖσε ἁπτόμενα, καὶ ταῖς ἰδίαις φθογγαῖς θαυμαστέροντα. Ἐξεπλήσσετο δὲ ὁ Ἐπιφάνιος ἐπὶ τὸ ὡραῖον φυτὸν, καὶ ἐπὶ τοῦ εὐπρεπεστάτου στρουθίου τὸν ἄπαυστον κελαδισμὸν, ὥστε ἀπὸ τῆς χαρᾶς τῆς ἀνεκλαλήτου δακρύων σταλαγμοῖς καταβρέχειν τὸ πρόσωπον. Ὡς δ' ἤσατο, ἀντιφανίζων ὁ πᾶς τῷ φυτῷ καὶ τῷ στρουθίῳ, παραγίνεται πρὸς αὐτὸν πρεσβύτης τις ἐν εὐπρεπείᾳ λευκοῖς ἀμφίοις ἐσολισμένος· θεασάμενος δὲ τὸν Ἐπιφάνιον, εἶπεν· Σοὶ λέγω νεανία, τίς σε παρέστησεν ὧδε ἄνευ τῆς ἐμῆς κελεύσεως; Ὁ

B

b

C

c

tem: quem & alius comitabatur ſpiritus, miniſter ſuus, ſordidos humeris pannos geſtans: quibus illos, qui ſacræ lectioni intererant, & auribus arrectis oracula divina excipiebant, percutientes, inducere in ſomnum conabantur. Quæ peſſimi dæmonis machinamenta conſpicatus Andreas, indignatuſque & zelo divino correptus, ita ſecum ipſe loqui inſtituit: Maligniſſime ac pernicioſe ſpiritus, quomodo vanitatis tuæ tenebris latitans, animos noſtros ab auditione ſermonis divini avertis, eoſdem alto deſidiæ ſopore demergens! Verum tu Jeſu, virtutum Domine, effunde ſuper dæmones hoſce iracundiam tuam, & populum tuum protege. Quibus dictis, quædam fulguris ſpecies, in flamma comburentis ignis, ab altari proſiliens, cacodæmonas incendio ſuo involvit: qui vero illorum operâ ſopiti ſedebant, continuo experrecti, ad ſacram lectionem animum appulerunt.

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

ab eccleſia pellit.

91. Finitis precibus hymniſque matutinis, poſtquam ſalvere juſſiſſet virum ſanctum, domum ſe ſuam recepit Epiphanius: & recurrente identidem monitorum Andreæ memoria, quotidie miraculum illud obſtupeſcebat; noctu vero in cubili ſuo quieſcens, eductis ex imo corde ſuſpiriis, Papæ! inquiebat, quam illuſtre ſidus hæc habet regia civitas, & ignoratur! Veriſſime enim dixit Dominus de illis, qui res terrenas attoniti admirantur, Quia videntes videbitis, & non cognoſcetis. Et enim quæcumque Chriſtus, cum verſaretur in terris, fecit ſigna & prodigia, eadem fere in famulo quoque ejus completa videmus. Nocte igitur illa non ceſſavit Epiphanius ſupplicare Deo, ſtatum omnem ſibi rerum ad Andream ſpectantium ut aperiret; quanti nempe faceret Dominus virtutem illius, & quo loco in regni cæleſtis gloria foret. Et leviter indormiſcens, conſpicit quemdam campum, fruticibus inveſtigabilis naturæ obſitum; quorum alii aridi, adufti alii, nonnulli pro fructibus ferebant ſpinas; frugiferorum quidam ſapidis fructibus, quidam inſipidis & male olentibus onerabantur; illis virentes ſolum frondes decori, dedecori iſtis marceſcentes erant. Inter ceteros frutices eminebat arbor una, valde ſpecioſa, frugifera, procera, viſu jucunda: è cujus ramis, admodum diverſis, quod cuivis arridebat maxime pomorum genus legere erat, ſaporis ſuaviſſimi, aliis poſt lecta illa non deficientibus. Inflammatus itaque deſiderio iſtius arboris venerabilis adoleſcens Epiphanius, contendere eo conabatur, cum horrore ac trepidatione quadam perpendens, quid iſthoc rei foret. Cumque abeſſet propius, cernit hirundinem inſignem, ramis illius inſidentem, nec tamen omni ex parte hirundinem: à capite quippe ad uſque pectus hirundinis, reliquo deinde corpore luſciniæ ſpeciem præferebat. Inuſitatum vero miraculum! aliquando inſtar hirundinis trinſabat, aliquando philomelæ cantum mirabiliter æmulabatur.

Epiphanius, Sancti ſtatum cognoſcere petenti,

in ſomnis oſtenditur omnifera arbor,

& ſuaviſſima avis,

92. Sedente igitur hirundine illa admirabili, frondibus arboris admirabilis tectâ, & ſuavi modulatione omnia circùm complente, advolant eodem aliæ quoque voluctes è cælo delapſæ, ſtellis numero frequentiores; quæ & ſuo pariter concentu voluptatem afferebant liquidiorem. Conſiderans interim Epiphanius in arbore pulchritudinem, in avicula cantum perpetuum; tanta captus eſt admiratione, ut præ inexplicabili gaudio manantibus ubertim lacrymis vultus irrigaretur. Dum vero ita miratur arborem & aviculam, accedit eo vir grandævus, gravis, amictum candidum indutus; qui oculos in Epiphanium reflectens; Heus, inquit, adoleſcens,

quibus demirandis intentus,

E

F

adoleſcens,quis huc te introduxit,me non jubente ? Et ille : Benignas,venerande Pater, ſervo tuo aures præbe ; incedens via , quæ prorſum ducebat, huc tandem evaſi; & tum arboris pulcherrimæ, contra nos ſtantis, cujus decus ex concinnitate ramorum & fructuum diverſitate perſpicue relucet, conſideratione ; tum ſuaviſſimo aviculæ cantu , quem tu quoque ipſe percipis , detentus fui. Verum da veniam miſero mihi : & ſcrutaturus veſtimenta mea accede , ſiqua forte ſuſpicio tibi ſuborta ſit , me huc advenientem fructus tuos ſurripuiſſe. Cui ſenex : Ecce, ingratum caput ; quam audacter neget illa , quæ mihi probe nota ſunt ! Nonne ego te vidi avulſos inde fructus manducare, & quidem ad ſatietatem uſque ? Tum Epiphanius cœpit deteſtari & jurejurando affirmare , ne micam quidem illorum ſe tetigiſſe. Et rurſum ſenex : Deſine mentiri, adoleſcens,inquit ; non enim,quod poma carpſeris ederiſque , te reprehendo : quin magis etiam lætor , quod videam eſſe,qui inde manducet , ut & ipſe lætitia affluat. Comitare me igitur,eſt aliud longe mirabilius quod tibi oſtendam.

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

à ſuperveniente ſene

dicitur ex arbore comedisse :

B

93 Secutus itaque ducem hunc Epiphanius præeuntem , vidit in dextera ejus ſacroſanctum Euangelium , in ſiniſtra vero volumen chartæ : cumque aliquot obiiſſent plateas , devenerunt ad ſeptum quoddam repletum luce, in quo & palatia, ex lumine ſolari excitata , nullius non voluptatis genere affluentia , viſebantur : eoque , neminem poſcentes veniam , introiverunt. Hic Epiphanius, tremore pariter ac horrore commotus , obſtupuit propter pulchritudinem & majeſtatem ſedentium iſtic Regum : ingreſſique ſunt in unum iſtorum conclavium , ubi tanta relucebat elegantia, quantam aſſequi cogitatione non licet; & multa ſpectabantur arcana , nuſquam alibi viſa. Inter alia elevati pendebant throni admirabiles, ignem circumquaque ejaculantes ; illorum vero unum , in ſummam altitudinem elatum, occupabat Rex quidam tam admirandus , ut dici non poſſit : coruſcabat uti ſol , globus igneus procedebat ex facie illius, qui multâ gloriâ ſuâ , ſplendore , atque claritate ipſum æthera illuminabat:circum thronũ adſtabant millia millium & decem millia millium ordinum & exercituum Cherubinorum,Seraphinorum , & Virtutum ; qui,ut ſic loquar,uti montes confertiſſimi , multum in ſublime elati,apparebant.Huc igitur ingreſſi ceciderunt in terram & adorarunt : Epiphanius vero, præ timore ac tremore pronus jacens , oculos ſuos ad contemplandam viſionem levare non ſuſtinebat : donec tandem ipſum ſenex erigens', pedibus ſuis adhuc trepidum conſiſtere, & bono animo eſſe juſſit : ad quem & converſus Rex ille ; Hiccine,ait,iſte adoleſcens , qui precibus ſupplex inſtitit , ut revelaretur ſibi , quo in ſtatu ſint res celeberrimi noſtrique amiciſſimi Andreæ ? Cui ſenex : Ipſe eſt,Domine.

C

& ad ipſius Chriſti thronum deductus,

intelligit in arbore corpus,in ave animam ſancti ſignificari :

94 Tum iterum Rex : Ecce , tota arbor, quam vidit, omnis generis fructum proferens , imago eſt corporis famuli mei. Etenim tam me delectat ignotum pleriſque inſtitutum Andreæ , quam ſuaviter ſibi juvenis ille affici viſus eſt , conſpectâ arboris venuſtate. Avicula vero, quam partim hirundinem, partim luſciniam referre vidit ; ejuſdem famuli mei dilectiſſimi animam ac ſpiritum repræſentat eximium , quo ſine intermiſſione glorificans me, dignos meo nomine hymnos concinit , adeo ut cuncti Angelorum meorum divini exercitus ad ipſum advolent & requieſcant. Hic vero dixit non manducaſſe ſe ex fructu illo , cum tamen abunde illo repletus ſit, ex quo tempore Andream

δὲ λέγει πρὸς αὐτόν · Ἀνεκλῶς ἄκυρόν τῦ συ οἰκέτυ, D
ὦ τίμιε πάτερ · παροδεύων γὰρ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ
τὰ πρόσω ἀνάγυσαν , ἐν ὅσῳ τοῖς ὧδε ἁπλώτησα,
καὶ ἐθεασάμην τὸ ὡραῖον τῦτο φυτὸν , τὸ κατέναντι
ἡμῶν ἰσάριθμον , οὗ τὸ εὐπρεπὲς ταῖς ἁρμονίαις τῶν
κλάδων καὶ τῇ τῦ καρπου αὐτῦ ποικιλίᾳ εὐόπτως
ἐνοπτριζόμενον , καὶ ὥσπερ καὶ αὐτὸς ἐνωτίζη ἡδυτά-
την τῦ d τεττιγίου φωνήν. Ἀλλὰ συγχώρησόν μοι τῷ d
ἐλεεινῷ , καὶ δεῦρο ψηλάφησόν με , εἴ ἄρα τινὰ ὑπό-
ληψιν ἔχεις , καθ' ὅτι ξεσόληκα τῦ καρπου αὐτῦ.
Ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ πρεσβύτης · Βλέπον τὸ ἀχάριστον
πῶς ε [ἀπαρνεῖται , ἃ ἀκριβῶς ἐπίσαμαι ! Οὐκ e
ἐγώ σε ἶδον , ὅτι ἤρες ἐκ τῦ καρπου , καὶ ἔφαγες ;
ἀλλὰ καὶ εἰς κόρον τούτυ ἀπήλαυσας; Ὁ δὲ καταναθεματίζων , ὤμνυε διϊσχυριζόμενος , μήτε ἕως ψηγήματος ἅψασθαι αὐτῦ. Εἶτα ἔφησαν ὁ πρεσβύτης·
Παῦσον τῦ ψεύδεσθαι , νεανία , οὐ γὰρ ἐγκαλῶ σε
περὶ τούτυ , δι' ὧν ἤρες καὶ ἔφαγες · καὶ γὰρ κἀγὼ
ἐν εὐφροσυνῃ εἰμὶ , ἀφορῶν ἵνα τις φάγῃ ἀπ' αὐτῦ,
καὶ εὐφρανθήσεται · δεῦρο οὖν μετ' ἐμῦ, καὶ ἔχω σέ τε
χαριέστερον δεῖξαι.

Ἀπῆει τοίνυν ὁ Ἐπιφάνιος ὄπισθεν · βλέπων ὃ B
αὐτὸν ἔμπροσθεν βαμαλίζοντα, καὶ εὐαγγέλιον τῇ χειρὶ
αὐτῦ κατέχοντα τῇ δεξιᾷ , καὶ τόμον χάρτυ ἐν τῇ
εὐωνύμῳ αὐτῦ. Ὡς οὖν διώδευον ἐν περιβόλοις τισί,
καταλαμβάνυσι περίαυλον πλήρη φωτὸς, ἐν ᾧ δὴ καὶ
παλάτια ἐξ αὐρᾶς ἡλιακῆς ᾠκοδομημένα , πάσης
θυμηδίας ἀνάπλεα πέλοντα , καὶ ἀνεργωτήτως εὐσή-
θοσαν ἐν αὐτοῖς. Θάμβῳ δὲ καὶ φρίκῃ βαλλόμενος
ὁ Ἐπιφάνιος , καλεπλήττετο ἐπὶ τῷ κάλλει καὶ τῇ
εὐπρεπείᾳ τῶν Ἀνακλίτρων · καὶ εἰσελκύθασιν ἐν ἑνὶ
τῶν παραδόξων θαλάμων · ξένα τε μυήρια ἐν αὐ-
τοῖς ἐκρημάτιζεν καὶ ἀκαλανόητα κάλλη. Ὑπῆρχον δὲ
ἐκεῖ θρόνοι φοβεροὶ πῦρ ἀπασράπτοντες · ἐκαθέζετο
δὲ ἐν τῷ ἑνὶ αὐτῶν ἐς ἄῤῥητον ὕψος φοβερός τις
Βασιλεὺς καὶ ἀπόῤῥητος , ἀπασράπτων ὡς ἥλιος,
σφαῖρα δὲ πυρὸς ἐκ δ' προσώπυ αὐτῦ ἐκπορεύετο , καὶ ἀπὸ πολλῆς δόξης καὶ λαμπρότητος , καὶ
αὐγλης , καὶ αὐτὸν τ' ἀθέρα καταλάμπεσθαι · κύκλῳ
δὲ αὐτῦ παρειστήκεισαν μυρίαι μυριάδες καὶ χίλιαι χιλιάδες ταγμάτων καὶ στρατευμάτων Χερυβίμ τε καὶ
Σεραφὶμ , καὶ αἱ Δυνάμεις , ἵν' ὕτως εἴπω , καθάπερ τινὰ δάση ὀρέων εἰς ὕψος λίαν ἐγηγερμένα. F
Ὡς οὖν ἔνδον ὑπεληλύθασιν ; f [πεσόντες εἰς γῆν f
προσεκύνησαν · φόβῳ δὲ καὶ τρόμῳ βαλλόμενος ὁ
Ἐπιφάνιος πρηνὴς ἔκειτο , μὴ δυνάμενος αὐτοφθαλμεῖν τοῖς θεάμασιν · ὃν καὶ ἐξανεστήσας ὁ γηραιὸς , ἐπὶ πόδας ἵστησιν ἔντρομον , θαῤῥεῖν αὐτὸν
διακελευσάμενος. Πρὸς ὃν ἔφη ὁ Βασιλεὺς ἐκεῖνος ·]
Οὗτός ἐστιν ὁ παῖς, ὃς σαφέστερον ἡμῖν παρεκάλεσεν
ἀποκαλυφθῆναι αὐτῷ περὶ δ' ἀοιδίμυ καὶ προσφιλῦς ἡμῶν Ἀνδρέυ ; Καὶ ὁ πρεσβύτης, g [ἀποκριθεὶς g
εἶπεν · Οὗτός ἐστι δέσποτα.]

Ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ Βασιλεύς · Ἰδὲ πᾶν τὸ φυλὸν,
ὁ τεθέαται , ἐν ᾧ πανὶς εἶδυς καρπὸς ὀπφέρεται,
ἡ εἰκὼν δ' σώματος δ' θεράποντός μυ κεχρημάτικεν · καὶ γὰρ ὕτως h [ἐμὲ ἥδυνει ἡ τοῖς πολλοῖς h
ἀγνοημένη Ἀνδρέυ διαγωγὴ] , καθάπερ αὐτῷ εἰς
ἡδύτητα κατεφάνη τῦ φυτοῦ τὸ ὡράϊσμα · τὸ δὲ
στρυθίον , ὃ ἐώρακεν ὡς χελιδόνα καὶ ἀηδόνα, ἡ ψυχὴ
τύτυ δ' παιδός μυ καθέστηκεν , καὶ τῦ ἀγαπητῦ μυ
τὸ πνεῦμα τὸ εὔθετον , ὅπερ ταῖς ἀκαταπαύστοις
δοξολογίαις χρώμενον τὰ ἐμοὶ πρέποντα ἅσματα
ἐπανατίθησιν , ὥσε πᾶσι τῶν ἀσωμάτων Ἀγγέλων
μυ θεῖα στρατεύματα ἐπ' αὐτῷ ἀνάκειθαί τε καὶ
ἐπανα-

A ἐπαναπαύεσθαι. Λελάληκεν ὃ ὅτ☉, ὅτι οὐκ ἔφαγεν ἐκ τῦ καρπῦ αὐτῦ, μᾶλλον μὴ ὃν ὑπὲρ τὸ περισσῦ συνελήλυθη δὲ αὐτῦ, ἀφ' ἧς ἡμέρας προσέσχεν αὐτῷ. Ἐπεὶ δὲ ἠτήσατο ἀκριβέστερον γνῶναι, ὁποῖός ἐστιν ὁ ἐν τῇ βασιλείᾳ τ̃ οὐρανῶν, ἆρον αὐτὸν καὶ ἄπαγε ἐν τῇ

i λαμπρότητι τ̃ Ἁγίων, καὶ δεῖξον ἐ αὐτῷ ἅπαντα. Ἦρεν οὖν αὐτὸν ὁ γέρων ἐκεῖν☉, καὶ ἀποφέρει εἰς θάλαμον, ὡς ἀστραπὴν χρηματίζοντα· καὶ ἰδὼ ὡς ὁ εἰκόνι ὁ ἀοίδιμ☉ Ἀνδρέας ἐξῆλθεν τ̃ ἐκεῖ, σύμμορφον δόξαν κεκλημέν☉ τῦ βασιλικῦ καὶ φρικτῦ ὁμοιώματ☉, ὑπέρλαμπρον ἔχων τὸ πρόσωπον ὡς ὁ ἥλι☉, αἱ χεῖρες αὐτῦ ὡς εἶδ☉ ἠλέκτρυ, οἱ πόδες αὐτῦ ἀστραπομόρφοις ὑποδήμασιν διαχρύσοις λώροις ἀναδεδεμένοι, τὰ ἱμάτια ποικίλα, ὡς ἀπὸ ἡλιακῆς ἀκτῖν☉, ἢ ὡς ἀπὸ ἀστραπομόρφυ ἀστραπῆς καλα-

k σκευασμένα. Ἦν δὲ ὑποκάτω πάντων τῇ θέᾳ ὡς χιὼν τῇ λευκότητι, ὥσπερ ἄνθ☉ ἁρπάζον τ̃ ὀφθαλμὸν εἰς ἡδύτητα· τὸ δὲ ἀπ' αὐτῦ ὡς οἶνυ, ὑ μὴ τοι ὡσεὶ πορφύραν ἀλλ' ἀπαγλαίζον τῷ χρώματι· τὸ δὲ τρίτον ἐπάνω τι ὡς εἶδ☉ χλαίνης ὡραιωτάτης, καὶ δόξα Κυρίυ ἐξ αὐτῆς ἐξεφέρετο, καὶ ὡ στέφαν☉ ἐπὶ τ̃ κορυφῆς αὐτῦ, καὶ λίθοι καὶ μαργαρίται ὡς ἀστέρες ὑράνιοι, σαυρὸς δὲ ὁ τῦ στέμματ☉ ὃ βασιλικῦ ἐπάνω τῦ μετώπυ αὐτῦ· κατεῖχεν δὲ Σκῆπτρον ἐν τῇ χειρὶ

B αὐτῦ τῇ εὐωνύμυ, καὶ γέγραπτο ἀληθινὰ γράμματα, Ἅγι☉, Ἅγι☉, Ἅγι☉· καὶ σαυρὸς ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτῦ.

Ὅτε οὖν εἶδεν ὁ Ἐπιφάνι☉, ἐξενίζετο ἐπὶ τοῖς θαυμασίοις τοῖς δειχθεῖσιν αὐτῷ. Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ γηρεὸς ἐκεῖν☉, ταῦτα ὑποδείξας· Τί θαυμάζεις ὄναρ ἰδὼν, ὅταν ἴδῃς τὸ ἀληθὲς, τί ποιήσεις; ἰδὺ οὖν ἐν ἀληθείᾳ δέδεικταί σι ἡ λαμπρότης τ̃ δήλων Κυρίυ, καὶ ὡς ἤτησας, τὸ καλαθύμιόν συ πεπλήρωκεν· σκεῦσον οὖν καὶ αὐτὸς ὅπως μὴ ἐρηθῇς τ̃ βασιλείας τ̃ Θεῦ. Καὶ τῦτο εἰρηκὼς ὁ πρεσβύτης, ἐξυπν☉ γέγονεν ὁ Ἐπιφάνι☉· Ἰ ὃ δὲ ἡ ἐκκλησία τ̃ κανόνα μεσάσασα. Ἐν ἑαυτῷ ὃ ταῦτα ἀναμνησάμεν☉, εἰς φρίκην φοβερὰν μετ' ὀλίγον ἐχθη, καὶ ἀποθαυμάζων τὴν ὄρασιν, ἔλεγεν· Ὢ τάλας ἐγὼ! ὅτι ἄνθρωπ☉ ἐν ἁμαρτίαις πεπραμμέν☉, καὶ λυπρῶς ταῖς ἀκαθαρσίαις ἀντλούμεν☉, τ̃ παντοκράτορα Κύριον Ἰησῦν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἠξιώθην θεάσασθαι, ἅτε δὴ καὶ τὴν ὡραιότητα ὃ δεράπον☉ αὐτῦ. Ταῦτα εἰρηκὼς, ἀνασὰς ἐπορεύθη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τ̃ κανόνα τελέσαι· πρωΐας δὲ γενομένης, ἀπὸ πρώτης ὥρας μέχρι τρίτης, ἐν τῷ κοι-

C τῶνι αὐτῦ μετὰ δακρύων πολλῶν προσευχάμεν☉, ἐπευχαρίστησεν τῷ Θεῷ, τῷ ἀποκαλύψαντι αὐτῷ τὰ ἄδηλα καὶ κρύφια τ̃ ἀπορρήτυ Σοφίας αὐτῦ· καὶ ἀνασὰς πρὸς τὴν μεγαλειότητα παρεγένετο πρός με, τὰ προρρηθέντα μοι ἅπαντα ἀναγγέλλων ἐν ἀφάτῳ δέει καὶ ταπεινότητι. Καὶ καταπλαγεὶς εὐθέως ἀνέκραξα· Τίς μέγας ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν; σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια.

cœpit audire. Quoniam vero ſumma contentione oravit, ut ſibi revelaretur, quantus ſit Andreas in regno cælorum; age, ſublatum hinc deduc in Sanctorum gloriam; & duc per omnia, quæcumque illic ſunt luſtraturum. Sublatum igitur Epiphanium ſenex adducit in conclave, fulguris in modum lucens. Ecce autem prodit inde, velut in imagine, celebris Andreas, gloriâ relucens, illi ſimillimâ qua Rex ipſe coruſcabat; rutilabat caput, uti ſol; manus, electri ſpeciem præferebant; pedes, induebantur calceos, nihilo minorem claritatem quam fulgur emittentes, corrigiis inauratis conſtrictos; veſtimenta, quæ multifaria erant, dixiſſes è radiis ſolaribus aut vibrationibus fulminis conſarcinata. Inferior veſtimenti totius pars apparebat nive candidior, afficiebatque ſuaviſſime oculos, ut amœni floſculi ſolent: ei proxima, quaſi vino tincta, non quidem purpureo, ſed fulgenti decora erat colore: tertia pars, quæ & ſuprema, ſpeciem habebat togæ venuſtiſſimæ, unde gloria Domini proveniebat: comam illius adornabat corona, gemmis margaritiſque quaſi ſtellis cæli diſtincta; frontem inſigniebat crux coronæ regiæ; ſiniſtra manus ſceptrum, his vocibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus inſcriptum; dextera vero crucem tenebat.

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

illiuſque effigiem ſumma in gloria conſtituetur

E

95 Tam mirabilia conſpicatus oſtenta Epiphanius, præ admiratione vix fuit apud ſe. Cui ſenex, viſorum exhibitor; Quid, inquit, ſomnium admiraris? Quid ergo facies, ubi rem ipſam conſpexeris? Ecce igitur jam vere exhibitus tibi eſt ſplendor & gloria famulorum Domini; & expletum eſt, uti petiiſti, deſiderium tuum: quapropter ſatage tu quoque, ut ne excidas ſpe regni cælorum conſequendi. Et his à ſene commemoratis experrectus eſt Epiphanius; eodem tempore quo eccleſiæ conventus ad Canonis medium jam pervenerat. Et recolens animo univerſa, quæ viderat, non ſine horrore ac admiratione, in hæc verba prorupit: O me miſerum! qui in peccatis enutritus & è ſordibus eductus, merui conſpicuum oculis habere Dominum Jeſum omnipotentem, quemadmodum & pulchritudinem famuli ejus glorioſi. Quibus dictis, ſurrexit abiitque in eccleſiam, Canonem abſoluturus; & adveniente die, ab hora prima ad uſque tertiam, in conclavi ſuo multis cum lacrymis orationi vacans, gratias perſolvit Deo, quod ipſi incerta & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtaſſet. Tum ſurgens ad mediocritatem meam acceſſit, renuntiavitque ſummo cum timore ac humilitate omnia, quæ jam narravi. Quare perculſus ego, exclamavi ſubito: Quis magnus eſt uti Deus noſter! tu facis mirabilia Deus!

qui experrectus narrat viſa Anctori.

F

ac monetsûr eodem conniti etiamb ipſe à

ANNOTATA.

a Παυίον *diminutivum à Latino* Pannus, *vox paſſim in recentioribus obvia. Ms. Mazar.* ῥάκη *legit.*

b *Ms. Vatic. hic etiam illa habebat:* καὶ ὁποῖαν αὐτῦ κέκληται ἐν τῷδε τῷ αἰῶνι.

c *In Ms. Mazar. clarius aliquanto ſic:* τὸ σχῆμα ὅλον χελιδόν☉ ἔφερεν.

d Στρεβίσε. *ita correxi congruenter adjunctis & præcedentibus, pro* σαυρωθέντ☉, *uti habebat Ms. noſtrum: in Maz. hæc deſiderantur.*

e *Ms. Vatic.* ἀ μὴ εἰδὼς ἀποφθέγγεται ἀρνέμεν☉.

f *Ms. Vatic. minus concinne:* φόβ☉ καὶ τρόμ☉ ἔλαβεν τὸν Ἐπιφάνιον· πέσοντες ἓν, προσεκύνησαν, εὐλαβέμενοι τῷ Βασιλεῖ ἐκείνῳ, ἐπὶ ἱκανῇ ὥρᾳ κείμενοι, Ἐξαναστάντες ἓν, ἔφεσεν ὁ Βασιλεὺς τῷ σεβασμίῳ ἐκείνῳ πρεσβύτῃ.

g *Ms. Vatic.* δέει κεχρημέν☉, ἀπελογήσατο, ἐκέλευσεν ὁ Δεσπότης μυ, ἕτός ἐστιν.

h *Ms. Vatic.* ἐμοὶ προσανάκειται, *nec verbum amplius.*

i *Præter alia quæ hinc inde mutata ſunt, inſerebantur hoc loco pro iſtis* αὐτῷ ἅπαντα, *quæ ſequuntur:* ὁμοιόσχημον εἰκόνα κατὰ τὴν τάξιν τῶν Ἁγίων, ὅτι ἔπω ἐκεῖνα ἐγένοντο.

k *Hinc uſque ad num. 95, uti alias ſæpe in deſcriptionibus, maxime ubi quædam obſcuriora occurrunt, in Ms. Maz. deſiderantur.*

l *Hic item, quæ de Canone in Eccleſiaſtico duobus locis, quæ de tempore, quæ de congreſſu Epiphanii cum Scriptore Vitæ dicuntur, non inveniuntur in Ms. Mazar.*

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

CAPUT XIII.

Propheticus Andreæ ſpiritus in futuris occultiſque rebus: peſtis depulſa, peccata correpta.

In foſſam lutulentam detruſus à dæmone,

96 BEatus interim Andreas, cum pro ſua conſuetudine ſolitis ſeſe laboribus exercens, à tempore veſpertino in multam noctem urbem obiret ſolus, delatus forte eſt ad oratorium quoddam, Sanctis Apoſtolorum Principibus Petro atque Paulo conſecratum, quod natu grandiores incolæ à S. Conſtantino Imperatore exædificatum memorant. Illac itaque, tenebricoſa ſine luna nocte, nebulis ſtellas cæli obnubilantibus, iter habenti Andreæ occurrit viâ mediâ puteus, ſive ut receptaculum foret aquarum, ſive alia de cauſa, quam Deus noverit, effoſſus; in quem ſatanas, Æthiopis ſpecie apparens, tranſeuntem propè virum ſanctum, permittente benigniſſimo Deo, trudendo præcipitavit. Hic, luto pene obrutus uliginoſo, confeſtim exclamavit: O qui quatuor orbis partes ſalutari doctrina veſtra illuminaſtis, Apoſtoli, vos luminaria mea lucidiſſima, ſuppetias ferte viliſſimo ſervulo veſtro, eripite me ex puteo hoc profundiſſimo. Cum illico emicans ex oratorio Crux, in aëre ſuſpendi viſa eſt, emittens fulgorem uti ignis immenſum verſus Sanctum in puteo: quam ut conſpexit exclamavit denuo: Signetur ſuper me, lumen vultus tui, Domine. Et continuo apparuerunt viri duo pulchritudinis eximiæ per aërem delati, unus ab una, alter ab altera parte Crucis, in aëre pendentis & late omnia illuminantis: illorum vero alter dexterâ Sancti prehenſâ, alter ſiniſtrâ, è lutoſo puteo illum eduxerunt, in rectaque via reſtituerunt, genuum tenus cœno immerſum; & ſtatim ex oculis evanuerunt.

B

indeque à SS. Petro & Paulo eductus,

videt Crucem eo loco fulgentem,

97 Crux vero mirabilis, in aëre ſublimis Sanctum præcedens, nuſquam eum deſtituit; ſed viam illuminavit tamdiu, quo ad ille porticum aliquam ſubiret. Hic vero converſus ad Crucem, ut obſervaret quo deinde perrectura eſſet; vidit quaſi alis inauratis per medium civitatis in altum efferri, qua aſcendebat via, radios igneos per aërem ſpargentem. Erepta autem è conſpectu Cruce, conſiſtens in media porticu Andreas, reflectebat oculos in viam illam: viditque oratorium Principum Apoſtolorum divino nutu converti in templum, Crucis figuram exhibens, faſtigiis quinque decorum, tantæ capacitatis ac pulchritudinis, ut imitari nullus poſſit: vidit quoque Dominum in throno templi medio conſidentem, circum adſtantibus cum metu ac tremore Cherubinis, Seraphinis, totoque militiæ cæleſtis exercitu: & extenſis eo manibus exclamavit; Memento mei, Domine, in regno tuo: eademque hora ecſtaſi abreptus, multa de templo illo vaticinatus eſt his verbis: Futuris temporibus excitabit illud pius ac religioſus Imperator *a*, ea qua oculis meis oblatum eſt forma, firmitate, magnitudine, venuſtateque viſendum, tale omnino, quale modo conſpexi.

C

ubi ipſis Baſilicam ſtruendam prophetat.

a

Peſtilentia tempore,

98 Sub illud tempus cum in hac Regina urbium graſſari cœpiſſet mortalitas magna, ſpectabatur paſſim Andreas in plateis, in vicis, in porticibus humi ſtratus, luctum ingentem cum lamentis excitans: precabatur interea & obſecrabat benigniſſimum Dominum, ut peccata nobis noſtra condonare, ut clementer tolerare defectus, ut miſereri, ut ſiſtere graſſantem immaniter peſtem dignaretur. Quem talia agentem cum ob-

Ὁ δὲ Μακάριος ἀφ' ἑσπέρας, ὡς ἦν ἔθος ἔχων ἀγωνίζεσθαι ἐν τοῖς ξιάροις, μόνος περιπατῶν τὰς νυκτερινὰς περιόδους, συνέβη αὐτὸν πορευθῆναι πλησίον εὐκτηρίου τινὸς τῶν Ἁγίων καὶ κορυφαίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, ὅπερ ἔφασκον οἱ παλαιοὶ τῆς πόλεως, τὸ ἐν ἁγίοις Κωνσταντῖνον τὸ βασιλέα οἰκοδομήσαι. Παράγοντι οὖν ἐκεῖσε, ἀσελήνου ὄσης τῆς νυκτὸς, καὶ τῶν νεφελῶν ἀποκρυφάντων τοὺς ἐν τῷ στερεώματι ἀστέρας, ἔτυχεν εἶναι καλὰ τὸ μέσον τῆς ὁδοῦ βόθρον τινὰ ὀρύγματος, εἴτε διὰ νομὴν ὑδάτων, εἴτε δι' ἄλλον τινὰ τρόπον ἀνώρυξαν, ὁ Κύριος ἐπίσαται. Ὡς οὖν πλησίον ὁ Μακάριος διόδευεν, παραχωρήσαντος τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, ἰδοὺ ὁ Σατανὰς ὡς ἀθίου τις παραφανείς, συμποδίσας αὐτὸν εἰς τὸ βόθρον παρενέπεσεν. Ἐκεῖσε τοίνυν τῷ ὑλώδει πηλῷ συγχωδὴς, παρευθὺς ἀξεβόησεν· Οἱ τὸν τεσσαρεσκαιδέκατον φωταγωγήσαντες πυρεναῖς διδαχαῖς Ἀπόστολοι, φωσῆρες μου φαεινόταλοι, βοηθήσατε τῷ εὐτελεῖ οἰκέτῃ, φυόμενοί με ἐκ τοῦ βυθοτάτου ὀρύγματος. Καὶ εὐθέως ἐφάνη σταυρὸς ἀπὸ τοῦ εὐκτηρίου ἐπὶ τοῦ ἀέρος κρεμάμενος, καὶ ὡσεὶ ὥσπερ πῦρ φλέγον μαρμαρυγὰς λαμπηδόνων ἐπὶ τὸ λάκκου ἐκπέμπων πρὸς τὸ Μακάριον. Ὅνπερ θεασάμενος ἐβόησε· Σημειωθήτω ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου Κύριε. Παραχρῆμα δὲ ἐφάνησαν δύο ἄνδρες ὡραῖοι σφόδρα ἐπὶ τοῦ ἀέρος φερόμενοι, ἐκ δεξιῶν, καὶ ἐξ εὐωνύμου, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀέρος ἑστῶτος καὶ φωτίζοντος· ὁ μὲν εἷς τὴν δεξιᾶς χεῖρος κρατήσας, ὁ δὲ ἕτερος τὴν εὐωνύμου, ἀπὸ δὲ πηλοῦ καὶ βόθρου ἀνήγαγον, καὶ ἐπὶ τὴν εὐθείας ὁδοῦ παρέστησαν· ἕως γὰρ κεχωσμένος ἕως τῶν γονάτων· καὶ εὐθέως ἄφαντοι ἐγένοντο.

b

Ὁ δὲ θαυμάσιος ἐκεῖνος σταυρὸς προάγων ἐμπροσθεν τοῦ Ὁσίου ἐπὶ δὲ ἀέρος προπορευόμενος οὐ διέλιπεν, φωτίζων αὐτοῦ τὸν πάροδον ἕως δὲ εἰσέβη εἰς τὴν ἐμβολον· ὑπερφυὲς δὲ ἰδεῖν ἐκεῖνον τὸν θεῖον σταυρὸν τοῦ μετὰ ταῦτα ἀπελεύσεται, ἴδεν, καὶ ἰδοὺ καθάπερ πέρυξιν διαχρύσοις εἰς ὕψος ἤρθη καὶ τὸ μέσον τῆς πόλεως, καὶ τῇ ἀνόδῳ αὐτοῦ πυροειδεῖς ἀκτῖνας διὰ τοῦ ἀέρος ἀπέστειλεν. Καὶ ὅτε ὁ σταυρὸς ἀφανὴς ἐγένετο, σαθεὶς δὲ μέσῳ δὲ ἐμβόλου ὁ Ὅσιος καὶ τὸν ὁδὸν ἐκείνων ἴδεν, καὶ ἰδοὺ τὸ εὐκτήριον ἐκεῖνο τῶν Κορυφαίων Ἀποστόλων νεύσῃ Θεοῦ μεγασκευασθὲν, πενταπόρυφος ναὸς σταυροειδῶς ἐγεγόνει, καὶ περικαλλὴς τῷ μεγέθει καὶ τῷ εἴδει ἀμίμητος. Ἴδεν δὲ τὸν Κύριον ἐν μέσῳ δὲ ναοῦ ἐπὶ θρόνου καθήμενον, καὶ Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ κύκλῳ αὐτοῦ σὺν πάσῃ τῇ στρατιᾷ τῶν οὐρανίων δυνάμεων φόβῳ καὶ τρόμῳ παρεστάμενα. Ὁ δὲ Ὅσιος ἐκτείνας τὰς χεῖρας πρὸς αὐτὸν, ἐβόησεν· Μνήσθητί μου, Κύριε, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Καὶ τὸν ὥραν ἐκείνων ἐν ἐκστάσει γενόμενος, προεῖπεν περὶ δὲ ναοῦ· Καιρῷ φησὶν προβαίνοντι ἀνασήσει αὐτὸν εὐσεβὴς Βασιλεὺς, καθ' ὃν τρόπον ἐθεασάμην αὐτὸν, εὐθεῖαν καὶ περικαλλῆ τῷ μεγέθει, οἷον δὴ καὶ σχήματι ἐθεασάμην αὐτόν.

Τῷ δὲ χρόνῳ τούτῳ γέγονεν θανατικὸν πολὺ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων· καὶ ὡς ἰδεῖν τὸν Μακάριον μέσον τῶν πλατειῶν, καὶ ἐν ῥύμαις καὶ τοῖς ἐμβόλοις καθεζόμενον ἐπὶ δὲ ἐδάφους, καὶ θρηνῶν μετὰ ὀδυρμοῦ μέγαν ποιούμενον· καθικέτευε γὰρ τὸν φιλάνθρωπον Κύριον δὲ φεῖσασθαι τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας, καὶ πρᾶως ἐνέχῃ,

A χαμ, σπλαγχνιζῶμαι, καὶ παῦσαι τὸ δεινὸν δαιμόνιόν. Οἱ οὖν διοδεύοντες, βλέποντες αὐτὸν ὕτω πρόπτοντα, ἔλεγον· Τὰ τῆ λήρου ἤδη ποιῆ φλυαρῶν, θεάσασθε πῶς θρηνῶν ἀποδύρεται τὸν ἑαυτῆ μάμμην τεθνηκυῖαν ἄρτιον. Ἄλλοι ἔλεγον· Ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆ ὡς παραλελυμμένῳ ὀδύρεται, εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ δαιμόνων ἠλάθη, ὀχετὸς δακρύων, καθώς φησιν ἡ γραφή. Ἀλλ' εἴθε ἵνα τις Χριστιανῶν ἔσχε τοιαῦτα δάκρυα, καὶ κατεπόντιζεν τῆ ἑαυτῆ πλημμελημάτων τὸν ἄβυσσον. Ἄλλοι ἔλεγον· Τίς οἶδεν εἰ ἄρα εἰς νῆψιν γενόμενον, τὸν ἑαυτῆ ἀποδύρεται τύχῃ; Ταῦτα λέγοντες, ἀπ' αὐτῆ ἀνεχώρουν. Ὁ δὲ δοῦλος τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐπαύσατο μετὰ δακρύων ποιεῖσθαι τὴν αἴτησιν, μέχρις ἂν [ὁ Κύριος τὴν δεήσεως αὐτῆ ἐπακούσας·] τὸν d θρασῦνσιν ἔπαυσεν.

[Συμβὰν δὲ καὶ ἄλλο θαυμάσιον ἐξ φιλανθρωπίαν τοῦ Κύριον ἐκλινεν.] Ἴδε γὰρ ἑαυτὸν ἐν μιᾷ ὡς ἐν ἐκστάσει γενόμενον, ὅτι εὑρέθη πρὸς τὸ δοῦλον τοῦ Θεοῦ Δανιὴλ ἐν τῷ Ἀνάπλῳ. Καὶ γὰρ ἦν καὶ αὐτὸς τῷ τηλικαῦτα αἴθριον, ἐσὼς ἐπὶ τοῦ κίονος ἠγωνίζετο, θαυμάσια θαύματα εἰς δόξαν Κυρίου ἐργαζόμενον· ἐν οἷς καὶ Λέων ὁ εὐσεβὴς Βασιλεὺς σὺν τῇ Αὐγούστῃ ἀπίεσαν συχνῶς πρὸς αὐτὸν εὐχῆς χάριν. Ὡς οὖν ἐκεῖσε τῇ θεωρίᾳ ὁ Δίκαιον γέγονεν, βλέπων αὐτὸν ὁ Ὅσιος Δανιὴλ, ὡς ἅτε χαριεντιζόμενον ἔλεγεν· Δεῦρο ὁ καλὸς δρομεὺς, καὶ σεμνὸς σταδιάρχης, ὁ ἐν μέσῳ θορύβου ἀστράπων ὑπὲρ τὸν ἥλιον, δεηθῶμεν ἀμφότεροι τοῦ Κυρίου, καθ' ὅτι οἰκτίρμων ἐστὶ καὶ μακρόθυμος, καὶ πολυέλεος, ὅπως ῥύσηται τὴν βασιλίδα ταύτην τῶν πόλεων ἀπὸ τοῦ ὀλοθρεύοντος· Εἶδεν οὖν καθ' ὅτι ἐδεήθησαν τοῦ Κυρίου, καὶ εὐθέως καλέσας τοῦ πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐπιβάλλεταί τινος ἀθίου, οὗ τινος αἱ χεῖρες πλήρεις αἵματος μεμελανωμένας ἀπέσαζον ὀλέθριον. Κατεδίωκον οὖν αὐτὸν τὸ πῦρ ἐκεῖνο ἕως διὰ τοῦ ἀέρος, καὶ βιάζων ἐξεδίωκεν ἐκ τῆς βασιλευούσης πόλεως, καὶ τῶν ὁρίων αὐτῆς, καὶ παραυτίκα ἐπαύθη ὁ ὀλέθριος.

Μεθ' ἡμέρας οὖν τινας ἐτελεύτησε θυγάτηρ τινὸς F Πριμικηρίου F, [Σεμνῶς διεξελθοῦσα τὴν ἑαυτῆς βίον· ὀρκίσασα τὴν αὐτῆς πατέρα ἐν τῷ εὐκηρίῳ, τῷ ὄντι ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ, ἐκεῖσε αὐτὸν θάψαι. Ὃ καὶ ἐποίησε.] Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἦν τις λωποδύτης συλῶν τὰ ἐνταφια τῶν τεθνεώτων· ἰσάμενος δὲ παρετήρει τοὺς ἀποιχομένους, ποῦ μέλλουσιν θάπτειν· καὶ μετὰ τὸ ἀναχωρῆσαι ἅπαντας, ἀνορύττων ἤρεν τὰ τούτων ἐνδύματα. Ὡς οὖν ἡ κόρης ταύτης τὸ σῶμα ἐθεάσατο ἐν τοιῷ τόπῳ κατετέθη τῶν τεθνεώτων τὸ λέψανον, ἠβουλήθη καὶ ἐπ' αὐτῷ τὰ ὅμοια καθεισπράξασθαι. Ἔτυχεν δὲ διαβαίνειν ἐκεῖσε τὸν Μακάριον, τὸν διὰ Χριστὸν ἔθη αὐτὸν ποιοῦντα· καὶ ὡς ἅτε βλέπων τοῖς νοεροῖς ὀφθαλμοῖς, ἔγνω τῷ πνεύματι τὸν μοχθηρὸν ἐκεῖνο τοῦ δολίου Σκοπὸν, καὶ βουλόμενον ἀνασῆλαι τὸν τότε ἐγχείρησιν (ἐῶρα γὰρ οἷον ὅλεθρον μέλλει αὐτῷ συναντῆσαι) καὶ βλοσυρὸς ἀπιδὼν εἰς τὸν αὐτοῦ ὄψιν, ἔφη πρὸς αὐτόν· Τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Οἱ τῷ ἐνδίοντι τὰ ἀμφία τῶν ἐν μνημείοις καλαπιθεμένων, οὐκ ἔτι ἴδῃς τὸν ἥλιον, οὐκέτι θεάσῃ ἡμέραν, οὐκέτι θεάσῃ μορφὴν ἀνθρώπου· κλεισθήσονται γὰρ οἱ πυλῶνες τοῦ οἴκου σου, καὶ οὐκέτι διανοιγήσονται, καὶ σκοτιάσει ἡ ἡμέρα, καὶ οὐ μὴ διαφαύσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.

Ὁ δὲ ταῦτα ἀκούσας, οὐ σωήκεν τὰ παρὰ τοῦ Δικαίου ῥηθέντα, καὶ μηδὲν μελλήσας ἐπορεύετο. Ὁ δὲ Ὅσιος ἀπιδὼν πρὸς αὐτὸν, ἀπεφθέγξατο· Ἄπιθι κλέψαι, μάταιε, μὰ τὸν Ἰησοῦν οὐ μὴ θεάσῃ τὸν ἥλιον. Ὁ δὲ σωεὶς τελείως τὰ ῥηθέντα αὐτῷ, διεχλεύασεν τὸν Ὅσιον, εἰπών· Ναὶ, παραλελυμμένε, ἄδηλα φθέγ-

servarent illac prætereuntes, alii quidem; Videte, inquiebant, quomodo ille deliria sua delirans, lamentetur aviam suam pridem defunctam. Alii vero; Peccata sua, ut dæmoniacus & insanus, luget; nam & à dæmoniis effici, ut lacrymarum rivos quispiam profundat, ſacræ paginæ testantur: verum utinam Christianus quilibet istiusmodi lacrymarum flumen produceret, quo infinita sua crimina demergeret. Alii denique; Quis noverit, ajebant, utrum mentis sanitati redditus fortunam suam non lamentetur? Quibus temere prolatis, quisque inde recedebant: famulo Dei modum nullum faciente lacrymas precesque fundendi, quoad exauditus à Domino, voti compos fieret ac plaga cessaret. A. NICEPH. COÆVO EX MSS.

c *multum tà publico luget;*

99 Contigit vero aliud quoque miraculum, quo Dominum ad misericordiam flexit Sanctus. Abreptus quippe aliquando per ecstasim à corporis sensibus, delatum sese deprehendit ad famulum Dei Danielem e in Anaplo. Steterat is ibi aliquando super columnam sublimis in aëre, & crebra admodum ad gloriam Dei patrans miracula, quem & Imperator pius Leo cum Augusta adibat frequenter, preces illius pro se flagitandi causa. Illuc igitur per visionem delatum Andream aspiciens Daniel, visus est ei blando vultu dicere; Huc adsis, cursor & pugil egregie, qui in medio mundi hujus tumultu splendidior ipso sole refulges, supplices una deprecemur Dominum, quoniam misericors, longanimis, & multæ miserationis est, ut reginam hanc urbium pernicioso quo pessumit malo, liberatam velit. Cum suas igitur Domino preces obtulissent, visus est continuo descendere ignis è cælo; inque caput Æthiopis, cujus multo sanguine imbutæ manus perniciem urbi afferebant, per aërem deferri; quo ambustus, & violenter ex regia civitate ejusque finibus exterminatus Æthiops est, statimque pestis grassari desiit. *Sanctus Daniele Stylita* e E *precando Dominum pellit.*

100 Post dies aliquot obire contigit Primicerii cujusdam filiam, virginitate ac totius vitæ innocentia in paucis insignem: quæ patrem suum jurejurando interposito adstrinxerat, ut in sacello, in vinea ipsius sito, se terræ mandaret: quod & factum est. Grassabatur vero per id temporis fur quidam, mortuis sua, queis involvebantur, lintea furripere assuetus; qui postquam observatis sedulo libitinariis, quo funus condidissent loco didicisset; reversis omnibus domum amoliebatur terram, & mortuaria vestimenta auferebat. Is igitur hujusce quoque puellæ cadaver ubi terræ mandatum esset speculatus, pari modo & illud spoliare induxerat animum: cum forte illac transire contigit B. Andream, solita opera sua Christi causa actitantem. Qui oculos mentis interiores intendens in hominem fraudulentum, cognovit nefarium ejus consilium; quod ut impense cupiebat mutatum (videbat enim quanta misero calamitas impenderet) torvo in illum intuitus vultu, ita loqui cœpit: Hæc dicit Spiritus sanctus tibi, qui vestes mortuis & terræ mandatis detractas abliguris; non amplius aspectu solis, non diei, non formæ humanæ fruiturus es: claudentur enim portæ domus tuæ, deinceps non aperiendæ; tenebris involvetur dies, & non illuminabitur in æternum. *Obviam fit Sanctus sepulcrorum effossori,* F *minatur, si pergat solem non visurum:*

101 Audiit quidem ille hæc Sancti effata, sed non intelligens, sine cunctatione digressus est. Quem oculis prosequens Andreas; Abi, inquit, abi, furare, sceleste. Jesum Christum testor, non amplius visurum te solem. Quæ tandem, quid sibi vellent, ille capiens, vaticinanti Sancto isthæc cum ludibrio ingessit: Næ tu, energumene, obscura *quod ille contemnens*

loqueris, ;qualia dæmoniaci effutire conſueverunt: ego vero illuc abeo, periculum facturus, num quod dictis tuis pondus inſit. Poſteaquam vero Sanctus, modice dolens, iter ſuum porro proſecutus eſſet; infeliciſſimus ille, jam ingruente veſpera, tuta omnia circumſpiciens, ad monumentum acceſſit, revolutoque lapide introivit. Ac primo quidem ſabanum & maphorium, veſtes pulcherrimas, abſtulit; quibuſcum abire paranti aliud conſilium ſuggeſſit cacodæmon, acerrimus humani generis hoſtis; videlicet interulam quoque ut tolleret, nudato cadavere relicto: quemadmodum & re ipſa facere aggreſſus eſt. Verum nefario in conatu, volente Deo, defuncta puella (quam inexplicabilis hæc res eſt!) ſublatâ in altum dexterâ inſignem violatori colaphum impegit: quo ſtatim oculorum uſu deſtitutus eſt, correptuſque metu ac tremore tam vehementi, ut maxillæ, ut dentes, ut genua inter ſe colliderentur.

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

& puella cadaver ad nudum exſpolians,

ab eadem exurgente corripitur;

B

102 Adhæc & os ſuum aperiens defuncta, talibus illum dictis inceſſit: Miſer ac miſerande, eſto ſane, nec Deum nec Angelos ejus reformides: at ſaltem, cum ipſe homo ſis, quo pacto reveritus non es femellæ corpus, veſtibus ſuis ſpoliatum, intueri? Num explere avaritiam tuam non potuiſſent quæ primum ſurripueras, ſi hujus vilis interulæ gratiam corpori meo feciſſes? Sed quoniam immiſericordem & inhumanum & crudelem te mihi exhibuiſti, qui me omnibus ſanctis Virginibus, in ſecundo Domini noſtri adventu, riſui ludibrioque *h* exponere tentaſti; omnem ego tibi deinceps furandi facultatem adimam; ut cognoſcas, Chriſtum verum eſſe ac viventem Deum; judicium & remunerationem inſtare; diligentes Deum, ubi ex hac vita exceſſerint, aliam ordiri multo lætiorem. Iſthæc locuta, levavit ſe puella, receptamque interulam, nec non ſabanum & maphorium induit, & Deum his verbis laudare inſtituit: Quoniam tu, Domine, ſingulariter in ſpe habitare feciſti me: & reclinata, in pace in idipſum dormivit.

h

& cæcus ad urbem redit,

C

103 Interea fur infelix, ægre tandem reperto exitu è vinea, ubi monumentum erat, in viam publicam evaſit; palpanſque parietes, ad urbis portas denique devenit. Percunctantibus autem cæcitatis cauſam, & quomodo id illi eveniſſet ſcire cupientibus, tunc quidem ſeſe purgabat multis in defenſionem adductis; deinde vero facti pœnitens, quod res erat, palam omnibus enarravit. Cum igitur ex illo tempore quotidianum ſibi mendicando victum compararet; accidit non raro, conſidentem alicubi, ream agere gulam ſuam & ſic affari: Male pereas, inſatiabilis gula, quoniam tua & ventris deliciis implendi cauſa in hanc cæcitatis incidi calamitatem. Alias autem? Si quis inquiebat, ventris ſui fartor, furto ſe addixerit, parem meæ palmam expectet. Hinc multi ſub id tempus ſimilis farinæ homines, ſeveram illius punitionem edocti, ſatanæ nuntium remiſerunt, tam moribus quam operibus veros ſeſe Chriſtianos profitentes. Ille autem, qui pœnam ſubierat, memor vaticinii Andreæ, quomodo ſcilicet quæ propter flagitia ſua ſibi eventura erant, prænuntiaſſet, ingenti admiratione ac ſtupore completus fuit.

piuribus in exemplum.

Occulta peccata arguit Andreas,

104 Die quodam ſanctæ Quadrageſimæ, ad medium jam progreſſæ, ludebat more ſuo Sanctus in fori planitie, modo ſaltui, modo curſui operam impendens: cumque ad portam Curiæ majorem perveniſſet, ſpeculabatur iſtic exiſtentes loripedes. Quem tranſeuntium quiſpiam tam fixo obtutu,

σοι, καὶ τῷ φυρμῷ τῶν δαιμόνων ἐφάμιλλα· ἐγὼ ἐκεῖ ἀπέρχομαι, καὶ βλέψω εἰ ἐνεργήσει σε τὰ ῥήματα. Ὁ δὲ Ὁσιος μείζοι παθὼν, διέβη τὸν τόπον. Ἐσπέρας δὲ ἤδη γενομένης, ἄδειαν εὑρὼν ὁ ἀτυχέστατος, ἀπελθὼν καὶ ἀποκυλίσας τὸν λίθον τοῦ μνήματος, εἰσίει ἐν αὐτῷ· καὶ πρῶτον μὲν ἦρεν τὸ σάβανον, καὶ τὸ μαφόριον κάλλιστα ὄντα· ὅτε οὖν ταῦτα ἦρεν, ἐβουλεύσατο ἀναχωρῆσαι· ὁ δὲ μισάνθρωπος δαίμων ὑπέβαλλεν αὐτὸν ἆραι καὶ τὸν ὀθόνιον, καὶ γυμνὸν τὸ σῶμα καταλιπεῖν· ὁ καὶ πεποίηκεν. Ὅτε οὖν ταύτην ἦρεν, νεύσει Θεοῦ, ὡς ἀπόῤῥητόν ἐστιν τὸ δικήγημα! τὴν δεξιὰν αὐτῆς χεῖρα κυφίσασα, δίδωσιν αὐτῷ ῥάπισμα, καὶ παραυτὰ ἐτυφλώθησαν αὐτοῦ οἱ ὀφθαλμοί· συνέσχεν δὲ αὐτὸν τρόμος φοβερὸς καὶ φόβος ἀσύγκριτος, ὥστε ἀπὸ τοῦ γενομένου αὐτῷ κλόνου τὰς σιαγόνας αὐτοῦ σὺν τοῖς ὀδοῦσι συντρίβεσθαι, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ γόνατα.

Ἀνοίξασα δὲ ἡ νεκρὰ κόρη τὸ στόμα αὐτῆς, τάδε πρὸς αὐτὸν ἀπεφθέγξατο· Ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, ἕως, σὺ οὐκ ἐφοβήθης τὸν Θεόν, ὅτε τοὺς Ἀγγέλους αὐτοῦ, κἂν ὡς εἰς τῶν ἀνθρώπων ἀπηδέσθης τοῦ δεῖσαι τὴν ὁλόκληρον σῶμα γεγυμνωμένον; οὐ ἠρκέσθης ἅπερ πρότερον ἔλαβες, κἂν τῷ εὐτελῆ ὀθόνιον οὐ ἐχαρίσω τῷ Σώματι; ἀλλ' ἐπεὶ ἀνελεὴς καὶ ἀπάνθρωπος καὶ ὠμὸς κατ' ἐμὲ ἀπεφάνθης, καὶ ἐβουλεύθης γέλοιόν με ὀφθῆναι ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐλεύσει πάσαις ταῖς ἁγίαις παρθένοις· ἰδοὺ ἐγώ σοι δείξω μηκέτι κλέπτειν· ἔπειτα ἵνα γινώσκῃς Θεὸν ζῶντα καὶ ἀληθινὸν εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ ὅτι κρίσις ἐστὶν, καὶ ἀνταπόδωσις, καὶ μέλλει θάνατον ζῶσιν καὶ εὐφραίνονται οἱ ἀγαπῶντες τὸν Θεόν. Ταῦτα εἰποῦσα ἡ κόρη, ἀνέστη, καὶ λαβοῦσα τὸν ὀθόνιον ἐνεδύσατο, ὁμοίως καὶ τὸ Σάβανον καὶ τὸ μαφόριον ἐνειλίσατο εἰποῦσα· Ὅτι σὺ Κύριε καλαμόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με· καὶ ἀναπεσοῦσα ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐκοιμήθη.

Ὁ δὲ μάταιος ἐκεῖνος μόλις εὑρὼν δυσκόλως τροχῶν τῶν ἀμπελώνων, ἐξῆλθεν· καὶ πλησίον ὕσης τῆς δημοσίας ὁδοῦ, ψηλαφῶν τοίχον πρὸς τοίχον ἐν τῇ πόρτῃ ἐγένετο· καὶ τοῖς μαθάνουσι τὴν αἰτίαν τῆς τυφλώσεως αὐτοῦ, τὸ πῶς αὐτῷ ἐπῆλθεν τοῦτο τὸ πρᾶγμα, ἄλλως ἀπελογεῖτο τότε· ἔσχατον δὲ καλανυγὴς, τὸ πᾶν τῆς ἀληθείας διηγήσατο. Ἀπὸ τότε οὖν ἐπήτει καὶ οὕτως τὴν καθημερινὴν τροφὴν ἐπορίζετο· πολλάκις δὲ καθεζόμενος πρὸς τὴν γούλαν αὐτοῦ δικαζόμενος ἔλεγεν· Καλάθεμά σε, ἀκόρεστε λαμὲ, ὅτι διά σε καὶ τὴν τῆς γαστρός μου ἀπόλαυσιν ταύτην τὴν τύφλωσιν ἔχω. Καὶ πάλιν ἔλεγεν· Εἴ τίς ἐστιν γαστρὸς τρυφητὴς καὶ κλέπτης, οὕτως καὶ πομπεύει. Πολλοὶ οὖν τοιοῦτοι τῷ χωρῷ ἐκείνῳ ἀπετάξαντο τῷ Σαλανᾷ πληροφορηθέντες τῷ πράγματι, καὶ γεγόνασι χρηστοὶ καὶ τοῖς ἤθεσι καὶ τοῖς πράγμασι. Μεμνημένος δὲ καὶ τοῖς τοῦ Ὁσίου προρήσεσιν, ὅπως προεῖπεν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ, καὶ ἀποθαυμάζων ἐξεπλήσσετο.

Μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν μεσούσης τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς, ὡς ὁ Ὅσιος παίζων ἐν τῷ τοῦ φόρου πλακώματι, ὡς ἦν ἔθος αὐτῷ, τοῖς μὲν Σάσειν, τοῖς δὲ τρέχειν· καὶ γενόμενος κατέναντι τῆς μεγάλης πύλης τοῦ Σινάτου, καλεσκόπει τοὺς ἐκεῖσε ὄντας λυρόποδας. Εἷς δέ τις τῶν διερχομένων ἰδὼν τὸν Ὅσιον τούτοις συνατενίζοντα, δίδωσιν αὐτῷ καλὰ ζ αὐχένος, λέγων· Τί αὐτό, Σαλὲ, ἴσασιν βλέπων; Ὁ δὲ Μακάριος ἔφη πρὸς αὐτόν· Ἔξηχε τῷ νοΐ, τῶν

i k

A τῷ εἰδώλων τοῖς ἀδηκτοῖς ὀλοιζίζων ἔσηκα· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ζωὸν τοῖς λωρίποις πέφηνας καὶ ὄφις καὶ γέννημα ἐχιδνῶν· οἱ γὰρ ἄξονες τῆς ψυχῆς σου, καὶ οἱ πόδες τῷ πνεύματι διεσταλμένοι εἰσὶν, καὶ ἰδοὺ ἐγγίζει πρὸς τὸν χάσμονα ἅδου τῷ καταπιεῖν σε, τάδε εἰσπράττοντα καθεκάστην ἡμέραν. Ὡς δὲ ἤκουσεν ταῦτα ὁ ἄνθρωπος, φρίκη συσχεθεὶς ἐν αὐτῷ διελογίζετο λέγων· Ἆρα ἀπὸ Θεοῦ ταῦτα οἶδεν, ἢ ἀπὸ δαιμόνων; ἀλλ' αὐτὸς πόθεν ἐπίσταται ἄνθρωπος ἕξις;

Ὁ δὲ Ὅσιος μεταβὰς τῆς αὐλῆς, ἔρχεται ἐπὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ καθέζονται αἱ λεγόμεναι l πάτριαι, πιπράσκουσαι τὸ πολυτελὲς κόσμον ἐκεῖνον· καὶ σὰς ἐκεῖσε ἔκραξεν· Βαβαὶ ἄχυρα καὶ κονιορτός! Ἤκουον δὲ αὐτῷ οἱ ἐκεῖσε, καὶ ἀγνοοῦντες ἐγέλων· οἱ δὲ ἐκ-
m μώδουν, ἕτεροι δὲ ἐκόσυζον αὐτῷ τὰ τέναντα. Ὡς οὖν εἰσῆκει ὁ Δίκαιος, καὶ ἅπαν τὸ τῆς φόρας ἐσκόπευεν, τίς γέρων διερχόμενος λέγει πρὸς αὐτόν· Εἰς τί ἀποβλέπων, Σαλέ, χράζεις ἄχυρα; ἐπεὶ γὰρ ἄχυρα πωλεῖς, πορεύου ἐν τῷ m Ἀνεμοδουλείῳ. Ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ Ὅσιος· Ὕπαγον καὶ Σκόπησον, ποῖος τόπος σε ὑποδέξεται. Ἔφη πρὸς αὐτὸν νεώ-
B τερός τις· Τὸν Θεὸν τί ὁρᾷς; Ὁ δὲ λέγει· Ὄνειρον θεωρῶ, τέκνον. Σκιὰ γὰρ καὶ καπνὸς καὶ ὄναρ πε-ρίεισιν ὁ μάταιος βίος οὗτος, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς εἶπεν, Ὄναρ βλέπω· δίκλω ἀχύρῳ καὶ Σκυβάλων τλῶ ἐν τῷ φόρῳ ἅπασαν περιουσίαν, τλῶ ἀποκειμένοις τοῖς ἅπασιν.

intentum cernens, gravi ictu percuſſit, hac addita increpatione; Quid hic contemplabundus conſiſtis, ſtulte? Cui Sanctus: Ut idolorum opera contempler, hic conſiſto, ſtulte: etenim tu quoque loripedes inter verſans, & ſerpens & genus viperarum mihi viſus es: nam & cardines animæ tuæ, & pedes tui ſpiritus inverſi divaricatique ſunt; atque ecce prope abes ab orco, ut te indies iſthæc operantem abſorbeat, immaniter hiante. Ad quem ſermonem homo ille non leviter terrefactus, intra ſe tacite dicebat: Deone iſthæc, an dæmonio revelante cognoſcit? certe viro inſanienti unde talis notitia? A. NICEP. COÆVO EX MSS.

Tranſiens deinde Sanctus portam Senatoriam, ad eum devenit locum, ubi mulieres, quæ vulgo Patriæ appellantur, conſidentes, merces ſuas ad mundum muliebrem ſpectantes vænum exponunt; cœpitque altum exclamare: Papæ! quantum palearum ac cineris! Quæ cum audirentur ab omnibus, quid autem vellent, non caperetur; ſublatus illico riſus eſt, aliis ipſum ludibrio habentibus, plagis onerantibus aliis. Perſtitit nihilominus in foro Andreas; cuncta quæ iſtic gerebantur curioſe conſiderans; cum qui illac forte iter inſtituebat ſenex: Quorſum, inquit, circumſpiciens omnia, vociferaris paleas, inſane? ſi enim paleæ tibi venales ſint, vade ad Anemodolium. Reſpondit Sanctus: Abi ſis tu, & quis te locus excepturus ſit, animo recole. Tum è junioribus quoque nonnemo Andreæ: Per Deum, ait, quid ſpectas? Cui Andreas: Somnium ſpecto, fili. Nec injuria, umbra quippe & fumus & ſomnium eſt vita hæc vana: ideoque id ille reſponſi dedit, Somnium ſpecto. Velut paleas & ſtercora nempe reputabat illa, quæ tantâ copiâ in foro proſtant & unicuique in votis ſunt. *& publicam in foro vanitatem.* B

ANNOTATA.

a *Conſtantinopolis Chriſtiana Cangii, l. 4 c. 5, inter Apoſtoleâ n. 16 recenſet quidem eccleſiam* SS. Petri & Pauli in Palatio Hormiſdæ, *Iuſtiniani domo, antequam Imperium obineret ab eodem extructam, juxta Palatium majus ipſius Conſtantini, inter Hippodromum & Propontidem: ſed ea ſtructura ætatem Andreæ quatuor fere ſeculis præceſſit: Oratorium vero, de quo hic agitur, attribuebatur Conſtantino Magno. Intelligenda eſt ergo aliqua, obſcurioris apud Scriptores nominis, Cangioque ignoti ſitus ædicula, ac perquam vetuſta: quæ (ſi Andreæ ætatem recte ordinavimus) futuris adhuc temporibus debeat in prædictam ab illo amplitudinem converti, cum Turcis Conſtantinopoli pulſis, ea ad Chriſtianos Imperatores redierit; quod cito futurum Cæſarei contra Mahometanos progreſſus ſperare faciunt.* C

b *Hinc uſque ad medium hunc num. ubi* καθεὶς ἐν μέσῳ. *Et rurſum ab illis* κατὰ τὼ ὥραν *uſque ad num.* 98 *abſunt omnia à Ms. Mazar.*

c *Nullum Scripturæ locum novi qui huc referri poſſit.*

d *Hæc duo vicina loca, manifeſtâ librarii ſocordiâ prætermiſſa, ſupplentur ex Mazar.*

e S. Daniel Stylita *colitur* 11 *Decembris, ex cujus Vita prolixe deſcripta, quam Lipomannus & Surius Latinam dederunt, conſtat, eum tempore Leonis Magni & Anatolii Patriarchæ veniſſe ex Meſopotamia, victurum in columna, quomodo viderat vivere juxta Antiochiam Simeonem illum, cujus Acta illuſtravimus* 24 *Maji. Hinc Theophanes ad annum Leonis* 8, *qui eſt Chriſti* 465. His temporibus Daniel Stylita, vir plane mirandus, columnam in Anaplo poſitam conſcendit: *diſtinctius autem Menæa,* Ex divina revelatione cõtulit ſe ad partes Thraciæ juxta Byzantium in Anaplo. *Stetit autem ibi uſque ad tempora Euphemii Patriarchæ; atque adeo uſque ad annum* 490 *& ultra. Sed longe hæc abſunt ab ea quam definivimus Andreæ ætate. Proinde, ſicut hic* in viſione *raptus in Anaplum fuit, ita non potuit Danielem, iſtic ſepultum à quatuor fere ſeculis, niſi in ſpiritu loquentem audiviſſe. Græcum ergo contextum (catenus obſcurum, quatenus* τῷ πλωιχαῦτα *Præſens ut plurimum tempus ſignificat, ab eoque non recedit Præteritum quod vocant imperfectum; ut videatur dici quod* tunc temporis ſtabat in columna *Daniel. cum ad eum raptus Andreas eſt) flexi ad Præteritum pluſquam perfectum, & verti,* alias quando ibi ſteterat in columna, *quem ſenſum etiam vox* πλωιχαῦτα *recipit; reliqua autem ſic retexui, ut iſtic ubi corpus jacebat S. Danielis, ibi is apparens Andreæ, locutus ipſi ſeu loqui viſus intelligatur. His poſitis nihil miraberis quod, in Vita Danielis, tanto prius ſcripta quam Andreas naſceretur, nulla fiat mentio peſtilentiæ, ab urbe Conſtantinopolitana ejus ſimul & Andreæ precibus depulſæ. Eſt autem* Anaplus, *ſuburbium Conſtantinopolitanum ad* 4 p m. *verſus os Ponti.* F

f *Ms. Vatic. ſic legit:* Ἦν δὲ ἡ κόρη παρθενεύουσα, ζηνῶς διάγουσα τὸν ἑαυτῆς βίον· κατέκρινεν δὲ τὸν πατέρα αὐτῆς, περὶ δ' ἄρσεως κλήματος αὐτῆς ὑπάρχοντος, ἐν τῷ εὐκληείῳ, τῷ ὄντι ἐν τῷ ἀμπελῶνι δ' ἐκεῖσε, αὐτῷ ἐνταφιασθῆναι. Ὡς δὲ ἐτελεύτησεν, ἄραντες ἀπῆσαν εἰς ὃν κατέκρινεν τόπον

g *Ms. Maz.* ὠμοφόριον humerale: *eſt autem* Maforium, *muliebre pallium.*

h *Quantum ſcilicet erat in ipſo fure: neque enim tam ſtolidus erat ſcriptor, ut putaret veſtem eam in extremo judicii die uſui futuram defunctæ.*

i *Alias* Σενάτον *dicitur,* Curiam *Latine appellaremus, in quam convenit Senatus: duo autem* Senata CP. *erexit Conſtantinus, de quibus Cangius lib. 2 cap. 9.*

k *Mazar.* Λωρόπωδας: *videntur non homines indicari, ſed ſtatuæ, quales, Caryatidum inſtar & loco columnarum aliquid fulcientium, ad portas effinguntur, varia deformitate ſubinde ſpectabiles, aut, ut hic, cruribus decuſſatis.*

221 Illo autem tempore intendet Dominus Deus omnipotens arcum ſuum, & exacuet vehementer iram ſuam, & cum terribili potentia fortitudinis ſuæ extendet dexteram ſuam ſuper urbem hanc; & apprehendet eam in fortitudine, & falce potentiæ ſuæ ſuccidet fundamenta ejus; & imperabit aquis, ut quàm perpetuo ſuſtinuerunt, tunc temporis penitus demergant atque abſorbeant. Aquæ autem dicto audientes, citiſſimo mox curſu ſonituque maximo erumpent, convulſiſque è terra fundamentis, ſublatam in altum urbem inſtar molæ in orbem gyrabunt, adeo ut qui mediam incolunt, vehementi metu correpti triſtiſſimum clamorem emiſſuri ſint: delatam vero mox deorſum ad locum ſuum urbem invadentes aquæ vehementi cum impetu demergent, & receptam in terribili atque immenſa pelagi abyſſo occultabunt. Atque iſte tandem, fili mi Epiphani, exitus urbis noſtræ futurus eſt: quæ vero modo narravi eventura mundo, principium dolorum ſunt, quod Dominus Jeſus Chriſtus dixit.

C

ἴσαι κακίαι πολλαὶ καὶ μῖσος ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, καὶ D
ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐσονται ἀσελγίαι καὶ ἀσωλίαι, καὶ
μοιχείαι, καὶ μεθύσαι καὶ ὀρχήσεις, καὶ τραγῳδίαι σα-
τανικαὶ, καὶ χλευασμοὶ καὶ παίγνια, ἅπερ ἄνθρωπος
οὔτε εἶδεν, οὔτε ἰδεῖν δυνήσεται ἕως ἂν χωρῆ ἐκείνη.

Καὶ γὰρ ἡ Βασιλὶς ἐκείνη ἀκάθαρτος, θεὰν ἑαυ-
τὴν πρατοῦσα, καὶ Θεῷ μαχομένη καὶ προμαχομένη
μετ' αὐτῆς πολεμήσασθαι· καὶ γὰρ τότε κόπρῳ μιανεῖ
τὰ ἅγια θυσιαστήρια, καὶ ἡ αἰσχύνης αὐτῆς ἅπαντα
μιάσματι μιανεῖ πάντα τὸν λαὸν, καὶ στρέψει τὸ
πρόσωπον αὐτῆς κακὰ, καὶ ἁρπάσει πᾶν σκεῦος
ἐκ τοῦ ναοῦ, καὶ σωματοποιήσει τὰς τιμίας μορφώσεις
τῶν Ἁγίων, καὶ τοὺς τιμίους σταυρούς, καὶ τὰ ἅγια Εὐ-
αγγέλια, καὶ ἅπαντα Ἀπόστολον, καὶ ἅπαν ἔγγρα-
φον βιβλίον, καὶ ποιήσει σωρὸν μεγάλον, καὶ βαλοῦ-
σα πῦρ καταπρήσει πάντα, καὶ τὰς ἐκκλησίας κα-
ταστρέψει, καὶ ζητήσει λείψανα Ἁγίων τοῦ ἀπαλεῖψαι
καὶ οὐχ εὑρήσει, ὁ γὰρ Θεὸς ἀοράτῳ δυνάμει μεγάλῃ
αὐτὰ ἀπὸ τῆσδε τῆς πόλεως. Τότε ἡ τάλαινα ἡ με-
γάλης ἐκκλησίας τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας καταστρέψει
τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὸ πᾶν τοῦ ναοῦ διαθρύψα-
σα, στήσεται κατὰ Ἀνατολὰς φρυαττομένη, καὶ ἐρεῖ
πρὸς τὸ Ὕψιστον λέγουσα· Μὴ κατώκνησα, ὃ λεγόμενε
Θεὲ, ἀπαλεῖψαί σε τὸ πρόσωπον ἀπὸ τῆς γῆς· ἰδοὺ E
σοι τί ἔκαμον, καὶ οὐκ ἠδυνήθης κἂν τριχός μου
ἅψασθαι, καὶ ἰδοὺ ἐκδέχομαι μικρὸν, καὶ χαλῶν τὸ σε-
βέσμα, καὶ ἀνέρχομαι πρός σε, καὶ θεάσομαι τίς δ
δυνατώτερος, καὶ ὄψομαι τίς ὁ ἰσχυρότερος ἐν
θεοῖς. Καὶ ταῦτα λαλήσει ἡ γάγγραινα, ἡ καὶ πλείω·
καὶ δράσει εἰς ὕψος ἐμπύουσα, καὶ λίθους πέμπουσα,
ἕως λέγειν αὐτῆς τὰ δεινότερα.

Ἐν τῷ χωρῷ ἐκείνῳ κλινεῖ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ
παντοκράτωρ τὸ τόξον αὐτοῦ καὶ τὸν ἄκρατον θυμὸν
αὐτοῦ, καὶ φοβερᾷ δυνάμει τὸ ἰσχύος αὐτοῦ ἐκτενεῖ
τὸν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πόλιν ταύτην, καὶ δράξε-
ται αὐτῆς ἐν ἰσχύϊ, καὶ τῷ δρεπάνῳ τὸ δυνάμεως
αὐτοῦ ὑποτεμεῖ τὸ χοῦν τὸ ὑποκάτω τὸ πόλεως, καὶ
ἐρεῖ τοῖς ὕδασιν, τοῖς ἀπ' αἰῶνος βατάζουσιν αὐ-
τὴν, τοῦ καταπιεῖν αὐτήν· ἅπερ φοβερῶς ὑπακού-
σαντα τάχει σφοδρῷ κατήχῳ φοβερωτάτῃ ἀναβρύ-
σουσιν αὐτὴν, καὶ τὸ ὑποκάτω αὐτῆς ἀνασπάσει ἀπὸ
τῆς γῆς, καὶ ἀρεῖ αὐτὴν εἰς ὕψος ὡς μύλον γυροβο-
λοῦμενον, ὥστε τοὺς ἐν μέσῳ τῆς πόλεως ἐν φρίκῃ πολ-
λῇ βοᾶν τὸ, Οὐαί· καὶ πάλιν ταχέως κατενεχθείσης F
αὐτῆς κάτωθεν, καὶ τὰ ἀναβρύσαντα ὕδατα σφοδρῶς
κατακλύσαντα, καὶ κατακαλύψαντα τῷ φοβερῷ καὶ
ἀχανεῖ πελάγει τὸ ἀβύσσου παραπέμψαντα. Οὕ-
τως οὖν, τέκνον μου, Ἐπιφάνιε, ἡ πόλις ἡμῶν
Κωνσταντινούπολις τελεσθήσεται, καὶ ἅπερ σοι εἴρηκα ὅπισθεν τὰ
μέλλουσιν τῷ κόσμῳ δεινὰ συμβαίνειν, ἐκεῖνά ἐ-
στιν, ἅπερ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἴρηκεν ἀρχὰς ὠδίνων.

ANNOTATA.

a *Prius quam ad ſequentia Capita progrediare, Lector, neve ex antegreſſis remaneat ſcrupulus; hic te meminiſſe opto illius Parergi, quod ad diem 25 Maji legiſti inter utrumque Vitam S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, de Sanctorum extaticorum dictis factiſque, non facile ad hiſtoricarum quæſtionum deciſionem trahendis, propter fallacitatem præhabitarum ſpecierum, juxta quas ſæpe loquuntur aguntur que etiam in extaſi poſiti. Si enim propter ejusmodi ſpecies illis poteſt erroris aliquid etiam tunc obrepere; quanto magis dictis* Andreæ *hujus, licet intelligentiæ ac prophetiæ ſpiritu donati, ex eoque plurima ſæpe mirabiliter prolocuti, non tamen ſemper & in omnibus? Etenim notitiis divinitus impertitis, adeoque certiſſimis, relinquunt poſt ſe, æque ac aliis naturales & incertæ, memorativas (ut vocant) ſpecies; quæ deinde permixtæ aliis variéque combinatæ, notitias novas purèque naturales nec ſemper veras cauſant, cum adhæſione tamen intellectus ſubinde tam firma, ut quod à proprio ſpiritu eſt, à divino eſſe exiſtimetur. Quod experientia cognitum habentes Sancti, & quomodo etiam ſatanas iis ingerere ſe poſit in Angelum lucis transformatus, ſemper ſolicitiſunt (uti in S. Maria Magdalena de Pazzis nominatim vidimus) ne in ſuis extaſibus raptibuſve illuſioni alicui, non ſolum naturali atque innoxiæ, ſed etiam diabolicæ & cum periculo conjunctæ,*

A *junctæ, subjaceant. Et tale quid omnino dicendum est huic, sancto licet, Andreæ obvenisse; quando ex opinione, receptissima Constantinopoli, inter religiosiores personas, maximamque fiduciam in Deipara repositam habentes, tam asseveranter asserit num. 209. urbem quidem à Gentilibus obsidendam, numquam tamen intercipiendam. Fallax nempe apparuit hujusmodi persuasio anno 1453. quando Vrbs, aliquoties antea frustra obsessa à Turcis, tandem in eorum venit potestatem, quibus in hodiernum diem adhuc servit. Quæ ergo deinceps sequuntur, de futuris extremo seculo Regibus, uti volet, sic lector accipiat: ego tamen existimo ea non proferri à Sancto ut sibi soli privatim nota, sed aliunde cognita: quia num. 215, de Æthiope agens, qui annis duodecim regnaturus sit, addit: ὡς Φάσιν, ut ajunt, & eadem phrasi deinde sæpius utitur. Quare, licet aliquando dubitaverim, an non præstaret talia omittere; tandem tamen judicavi ea fidelitatem, quam hoc opere profitemur, spectare, si totum exhiberem, quo Lectori magis integrum sit judicare de re universa. Sic etiam, modo animum adverterit quis ad singula, facile etiam in pragressis notaverit aliqua, rigidioribus Theologis vix aut ne vix quidem probanda: ut cum num. 157 de Seculorum creatione sic discurrit, ac si essent substantia aliqua spiritualis, omni alia creatura prior; cumque num. 170 de*

B *draconibus agens, qui sint serpentes à diabolis assumpti deque eorum fulminatoribus Angelis, ea dicit quæ eruditorum aures difficulter cum patientia suscipient; aliaque nonnulla. Taceo quod de S. Ioanne Euangelista num. 169 pro certo affirmat, eum non mortuum, sed translatum adhuc vivere, & cum Elia atque Enoch appariturum tempore Antichristi, sicut iterum infra num. 227 inculcat. Hæc enim sententia, magnis utrimque rationibus & auctoritatibus ventilatur, uti videre est apud Ioannem de la Haye, in Prolegomenis ad Apocalypsim quæst. 18. & Georgius Trapezuntius, circa an. 1470 florens Romæ, ex Græcorum sui ævi receptiori sensu, integrum pro affirmativa parte tractatum composuit. Denique eruditissimus Florentinius, Exerc. 3 super Indiculo Apostolorum, ante suum vetustissimum Martyrologium, quod passim Hieronymianum appellamus, De Joannis Apostoli assumptione ex professo agens, ostendit, neque novam, neque solis Græcis Patribus adscribendam esse opinionem, quam plures etiam Latini iique perantiqui tenuerint. Nolim tamen ejus opinionis veritatem tueri, nedum ipsam divinitus revelatam Andreæ credere; sed negativam, communiter prælatam, cum communi teneo ut probabiliorem.*

b *Ita corrigendum putavi pro eo, quod habebat Ms. Vatic.* ἢ τὰ βέλη ἢ τὰς κόντες εἰς ζυβίνας ἢ. *& Ms. Mazar.* ἢ τὰ βέλη αὐτῶν εἰς συελίωας καί.

C c *Hoc nomine non solum* Saracenos (*qui proprie ex Arabibus, posteris Ismael, procreati, dicuntur* filii Agar) *sed omnes* Mahometanos, *præsertim* Turcas *intelligo; licet hi videantur è Scythia originem trahere:* Mahomed *enim, cujus legem profitentur,* Agarenus *fuit. Quæ autem hic dicuntur de* Romanorum Rege, *Agarenos exterminaturo, videntur ex parte compleri in* Leopoldo Augusto; *cui omnes boni optant, ut recuperata ipsa etiam Constantinopoli, atque Europa tota à sordibus Mahometicis repurgata, Ægyptum quoque & Asiam, hactenus à Turcis insessam sibi faciat tributariam. Certe, secundum Oracula illa, quæ sub Leonis Magni nomine excusa habentur, Constantinopolitanum Turcorum Imperium, quod in* Mahomete *Primo cœpit, finem speratur habiturum in* Quarto *hujus nominis.*

d Παλία, *non tantum ex Latinæ originis proprietate dicuntur* fœdera, *sed etiam* tributa *ex fœdere debita, unde apud Meursium in Glossario,* Παλιῶται, Tributarii.

e *In utroque Ms. est* καταλαγήσεται.

f Riza *nulla usquam est; suspicor ego legendum* Pisa, *quæ urbs est ad mare Hetruscum, præcipui tunc nominis & potentiæ: conveniunt quidem Mss. in litteram* Pῶ, *sed in hanc facile potuit degenerare affinis littera* Π, *quando pes ultimus litteræ (ut sæpe solet) solum dimidius pingitur, hoc modo* Γ. A. NICEP. COÆVO EX MSS.

g Armenopetra *nusquam nunc nominata invenitur, nec facile est divinare quo locus hic nominatus spectet. Quid si legatur* ἢ ἐν Ἀριμίνῳ πέρας aut Arimini trans mare, *quod ultimum vocabulum respiciat jam dictas tres Italiæ urbes.*

h *Fortasse* Strongylus, *insula una Æoliarum, Siciliæ subjecta, vulgo* Strombyli.

i *Quæ in Ms. Mazariano* Καριόπολις *est, in Vaticano* Καρυλώπολις *scribitur: priorem autem, licet recentiorem lectionem prætuli, quia revera* Cariopolis *in Caria Asiæ minoris regione invenitur, Turcis hodie* Clarioboli *dicta. Quod si supradicta* Strobylus, *respectu Constantinopoleos cis mare inveniretur in Dalmatia vel Istria; vix dubitarem* Carnopolim *seu* Carnorum-urbem *legere, & intelligere* Julium Carnicum, *vel aliam præcipuam in Carnis seu Foro Julii civitatem: ut sensus sit, securos fore qui Italiam aut Italiæ conterminas ad Adriaticum seu Venetiæum mare regiones incolent.*

k *Ms. Vatic. hanc constructionem simpliciter sic legebat:* Καὶ ποιήσει πόλεμον μετὰ τῶν Ἁγίων ἀπὸ τὸν Ζατανᾶν ὁ διάβολος. *Corrigerem* ἀπὸ ἕ Ζατανᾶ *nisi utrobique aliter legeretur. Sed nescio, quod dicit Ms. Maz.* B *ubi illud scriptum sit.*

l *Ms. Vatic. solum:* ἦλθε πυελικαύσεν.

m Μέσις *recentioribus Græcis* medietas *est. Cangius suggerit legendum* λαοῦ ἡμίσεως.

n *Malalas in Hist. Patriarch. apud Meursium in Glossario,* σφίτας *sæpius appellat* Plateas; *quem auctorem eo allego libentius, ut indicem impressum haberi in Turco-Græcia Crusii: sunt enim qui, visis lucubrationibus P. Papebrochii de Hierosolymitanis Patriarchis, similem cupiant de aliis quoque Orientalis Ecclesiæ Patriarchatibus. Est alioquin vox illa recentioribus usitatissima.*

o *Hæc vitiosius scripta præsumpsi per conjecturam corrigere; sic enim legebatur in Ms. Vatic.* ἐν ταῖς κοιλάδες τῶ πρὸς Θερσίλω καὶ τῶ κάτω: *accusativum autem absolutum pro genitivo, in* ἄκοντας αὐτές, *fateor hic primum à me legi, si tamen sincera lectio est.*

p Κνόδαλα *quid sint, non intelligerem, nisi conjungerentur* ἑρπετά: βατρολογία *autem, quæ propria est hominum stultiloquorum, hic transfertur ad insectorum ejusmodi voces, seu potius stridores, significandos. Desunt interim hæc, & quidquid hoc Capite [ ] inclusi includamque in Ms. Mazar.*

q *Quod istud* primum cornu? *An primum Nili ostium? Dicam libenter.*

r *Hinc apparet hæc omnia, non ut revelata à Sancto referri, sed ut lecta vel audita aliunde.*

s *Ms. Vatic. minus clare;* Οἰκείαις χερσὶν αὐτῆ προσθήσῃ ἐπὶ τὸ τίμιον ξύλον, καὶ τὸ ταῖς βασιλείας διάδημα προσδώσῃ Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τὸν ψυχῶν αὐτοῦ. F

t *Quid si legatur,* Decimum septimum?

u Gentes flavæ *intelliguntur imprimis Galli, tum Britanni, Germani, & quidquid trans Alpes versus Septentrionem est nationum, de quibus vide nostrum Ludovicum de la Cerda aliosque, commentantes super hunc Versum Virgilii, Gallos describentis Æn. 8.*

Aurea Cæsaries ollis, & lactea colla.

x *Ita Ms. Mazar.* Κυκλάδες, *in Vaticano* Κοιλάδες τῶν νησῶν, cavernæ insularum. *Puto autem, quod* κυκλάδες *aptius appellative accipiantur, & reddantur* ambitus insularum; *quam ut proprie sumatur nomen prò sic dictis Archipelago insulis: & sic etiam infra num. 226 utrumque Ms. habet* Κυκλάδας τῶν νησῶν.

y Umbilicum terræ *Sophocles in Oedipo creditur nominare oraculi Delphici locum in monte Parnasso; quod is sit totius Græciæ medius, ut videre est apud Commentatores. Strabo autem lib. 9 fabulam quoque narrat, ibidem*

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

in lapideo umbilico expreſſam; *& à Pindaro decantatam, qua veteres ſignificatum voluerunt, locum iſtum* in medio totius terrarum orbis jacere.

z Zyllæus *Pamphiliæ urbs, apud Conſtantinum Porphyrogennetam in Novellis.*

aa Καὶ ταῦτα εἰρηκὼς *habebat hic Ms. Vatic. adeo ut videantur poſt* συλληφθήσεται, *excidiſſe verba aliqua, referenda ad ipſum Regem, qui in receſſu dixerit, nec in æternum capiendam urbem. Et mox quod hic ponit* ἀσωθήτω, *in Ms. Max. ſcribitur demptâ litterâ privativâ* σωθήτω. D

CAPUT XXVI.

De Iudæis & Antichriſto, ejuſque tyrannide ac mundi fine.

Andreas, confutatis iis qui reſtaurandum tunc regnum Iſraëlis putant,

222 POſt interitum deinde urbis novum imperium conſtituetur. Sunt qui aſſeverent, quod finito Gentium regno, excitaturus ſit Deus divinum Iſraëlis imperium, regnaturi deinceps uſque ad finem ſeculi ſeptimi: utque fidem dictis ſuis aſtruant proferunt, Iſaiæ teſtimonium dicentis: a In noviſſimis diebus levabit Dominus Deus ſignum in conſummationem Gentium ſuper omnes oves Juda, quæ in gentibus diſperſæ ſunt, & congregabit perditos Iſraël in ſancta civitate Hieruſalem, & erit Iſraël ſicut dies, quando egreſſus eſt ex terra Ægypti. Tum illud quoque Apoſtoli allegant: Quando plenitudo gentium veniet, tunc omnis Iſraël ſalvus erit. Ita quidem illi non inconguenter loquuntur. Beatus vero Hippolytus ſcriptum reliquit, per adventum Antichriſti primos in errorem inducendos eſſe Judæos; quocum & Chriſti teſtimonium conſentit, in hunc modum Judæos appellantis: Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: alius veniet in nomine ſuo, & illum accipietis; quia in peccatis veſtris moriemini.

a Iſa. 11, 12.

Rom. 11. 26

B Or. de Ch. & Antic.

Ioa. 5. 43

(cum Iudei contra adhæſuri ſint Antichriſto

223 Quando videlicet congregabit ipſos in civitate Hieruſalem & dignâ meritis mercede remunerabitur. [Videntes enim ab illo reſtauratam ſuæ diſperſionis perniciem] in diſperſione ac interitu ſuo dicturi ſunt: Si iſthoc pridem feciſſet Chriſtus, noſtraque reſtituiſſet nobis; jam pridem credidiſſemus in illum, nec ei necem intuliſſemus, cauſa ex eo ſumpta quod nobis anteponebantur gentes. Illud autem Dominus non fecit: quo pacto igitur nunc congregati, res ſuas ſibi habentes & in infidelitate perſiſtentes, ſalvabuntur? quandoquidem in Antichriſtum mox adfuturum crediturі ſunt, ut memorata Filii Dei ſententia terribilis teſtatur: Filius quippe Dei unigenitus non mentitur, utpote qui dicit; Ego ſum veritas. Quando autem coëgerit ipſos in unum, iſtius excuſationis copiam eis neutiquam relinquet. Etenim cum Paulus dixit, ſalvos eos eſſe, non voluit innuere ab æternis cruciatibus ſalvandos *c*: ſed fore ut non oberrent vagi è loco in locum, ut non ſint opprobrio gentibus, & earum confuſione inexplicabili liberentur: quia cum modo, in tali neceſſitate & ludibrio exiſtentes, à gentibus illudantur, iiſque cogantur ſervire ſervitutem; jugo hoc liberabunturi, quando congregati in ſua urbe fuerint, quamvis cruciatibus ſempiternis, uti dictum eſt, non liberandi: quibus enim perſuadere nequivit afflictio, ut vivifico & unigenito Dei Filio crederent, quo illis pacto id perſuadebit gratia, quæ eſſe putatur? & cetera.

Ioa. 14. 16

C

c *qui recollectos reducet ad propria)*

refutat etiam aſſerentes eccleſiam S. Sophiæ

224 Hic tandem iterum Epiphanius: Miſſa nunc, quæſo, fac illa, Pater dilectiſſime, inquit; ac illud potius me edoce, quod ajunt nonnulli, magnam Sanctamque Dei Sophiam una cum hac urbe aquis hauriendam non eſſe; ſed fore ut inviſibili virtute pendula maneat in medio aëre. Quæſtioni ſic reſpondit B. Andreas: Quid loqueris, fili mi? tota civitate aquarum voragine abſorptâ, ſancta Sophia qui maneat? quid illa opus erit? Neque enim Deus noſter is eſt, qui templa manu facta inhabitat.

Εἶτα μετὰ τὴν παρέλευσιν τῆς πόλεως τὸ τέλειον καὶ τὰ τῆς βασιλείας Χωίσατα· τινὲς φασιν, ὅτι μετὰ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν βασιλείας, μελλήσειαι ὁ Θεὸς τὰ θεόσκηπτρα Ἰσραὴλ ἀνασῆσαι πρὸς τὸ βασιλεῦσαι τὸ λοιπὸν, πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆ ἑβδόμη ἡμῶν, φέροντες εἰς μαρτυρίαν τὸ ὑπὸ Ἡσαΐα εἰρημένον· Καὶ ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις φησὶν, ἀρᾷ Κύριος ὁ Θεὸς Σημεῖον ἐν τῇ Συμπληρώσει τῶν ἐθνῶν, ἐπὶ πάντα τὰ πρόβατα Ἰούδα, τὰ διεσκορπισμένα ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ Σωάξει τοὺς ἀπωσμένους Ἰσραὴλ τῇ ἁγίᾳ πόλει Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἔσαι τῷ Ἰσραὴλ, ὡς τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἐξῆλθεν ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Καὶ μετὰ καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Ἀποστόλου εἰρημένον, Ὅταν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν ἥξει, τότε πᾶς Ἰσραὴλ Σωθήσεται. Καὶ οὗτοι μετὰ ταῦτα λέγουσιν καὶ ἰσοφωνοῦσιν. Ἱππόλυτος δὲ ὁ μακάριος ἔφησεν, ὅτι ἐν τῇ ὀλιγοδημίᾳ τοῦ Ἀντιχρίστου, πρῶτοι Ἰουδαῖοι πλανηθήσονται· καὶ ὁ Χριστὸς βλασφημούμενος αὐτῷ, πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔλεγεν· Ὅτι ἐγὼ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἄλλος ἐλεύσεται ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, κἀκεῖνον λήψεσθε, ὅτι ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε.

Ὅτι μετὰ οὖν Σωάξει αὐτοὺς ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰ αὐτοῦ αὐτοῖς ἀνταποδώσει [....] ὅπως τοῦ διασκορπισμοῦ [ἕπον τῷ ἀπώλειαν, εἰ τοῦτο πάλαι ἐποίησεν, ἀποκατασατήσας τὰ ἡμῶν], πάλαι ἂν ὑπεύσαμεν τῷ Χριστῷ, τῷ ἀφορμῷ τοῦ φόνου ἀξιώσαντες, ᾧ ἕνεκεν προτιμωρίαν τὰ ἔθνη ὑπὲρ ἡμᾶς. Τοῦτο οὐκ ἐποίησεν· νῦν δὲ Σωαχθέντες καὶ τὰ αὐτοῦ ἀπολαβόντες ἐν τῇ αὐτῇ ἀπιστίᾳ μείναντες, πῶς Σωθήσονται, εὐθέως δ' Ἀντιχρίστου ἐρχομένου ἐν μέσῳ αὐτοῦ; ᾧ καὶ πιστεύειν μέλλουσιν, κατὰ τὴν φοβερὰν φωνὴν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· Θεὸς γὰρ ὁ ψεύδεται, ὁ μονογενὴς, ὁ εἰπών· Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. Τέως καὶ ἐν τῷ σωάξαι αὐτοὺς, ἐν πρώτοις ἡ ἀπολογίας ταύτης αὐτοὺς ἀποσερήσει· καὶ γὰρ ὁ Παῦλος Σωθῆναι αὐτοὺς εἴρηκεν, σὺν ἐκ τῆ ᾠωνίου κολάσεως, [ἀλλὰ ἡ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον περιπλανήσεως,] καὶ τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν ἐθνῶν, καὶ ἡ ἀφάτου αἰσχύνης, ὅτι ἐν τοσαύτῃ ἀνάγκῃ, καὶ ἐν τοσούτῳ χλευασμῷ [νῦν ὄντες, καὶ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν κωμῳδούμενοι, καὶ τούτοις δουλεύοντες, Σωθήσονται τοῦ τῆς δουλείας ζυγοῦ, σωαχθέντες εἰς τὰ ἴδια,] καὶ μάλιστα ὡς προεῖπον τῆς αἰωνίου κολάσεως· ὡς γὰρ ἡ ἐλπὶς σὺν ἔπεισε πιστεῦσαι τῷ ζωοποιῷ καὶ μονογενεῖ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, πῶς πείσει αὐτοὺς ἡ νομιζομένη χάρις; Καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐπιφάνιος ἔφην· Ἄφες ταῦτα, πάτερ μου φίλτατε, τοῦτό μοι ἀνάγγελον, ὅτι τινές φησιν, μὴ συμποτίζεσθαι τῇ πόλει τὴν μεγάλην καὶ Θεοῦ ἁγίαν Σοφίαν, ἀλλὰ ἀοράτῳ δυνάμει κρεμασθῆναι αὐτὴν ἐπὶ τοῦ ἀέρος. Ὁ Δίκαιος ἔφη· Τί λέγεις, τέκνον; Πάσης τῆς πόλεως βυθιζομένης, αὕτη πῶς μένει; τίς γὰρ ὁ ταύτης δεόμενος; μὴ γὰρ Θεὸς ὁ ἐν χαροποιήτοις ναοῖς κατοικῶν. Οὐ μέντοι πάντως ψευδὴς ὁ λόγος, μένει δὲ μόνος ὁ ἐν τῷ φόβῳ σὺν ὢν, καθότι κέκληται τοὺς τιμίους

E

F

d

e

A τιμίους ἤλυς· αὐτὸς γὰρ μόνος μένει καὶ σώζησεται· ὥστε παραγενάμενα τὰ πλοῖα, καὶ ἐν τούτῳ τοὺς σχοίνους αὐτῶν ἀποδήσαντες, κλαύσωσιν, καὶ θρηνήσωσιν τὴν Βαβυλῶνα ταύτην, λέγοντες· Οὐαὶ ἡμῖν, ὅτι ἡ πόλις ἡμῶν ἡ μεγάλη βεβύθισται, ἐν ᾗ εἰσιόντες τὰς πραγματείας ἐποιοῦμεν καλῶς ἐν ταύτῃ. Ἔσται δὲ τὸ πένθος αὐτῆς ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ ἀπὸ πόνου τῶν ἡμερῶν ἐκείνων δοθήσεται τὸ βασίλειον τῇ Ῥώμῃ, καὶ τῷ Συλαίῳ, καὶ τῇ Θεσσαλονίκῃ, καὶ τούτων ἤδη πρὸς τὸ τέλος ἐγγισάντων, καὶ λοιπὸν ἄτονα τὰ πράγματα γενήσονται καὶ δεινότερα καὶ ὀλεθρώτερα.

Τὸ γὰρ ἔτος ἐκεῖνο, ἀποφράξει Κύριος ὁ Θεὸς τὰς πύλας τὰς ἐν Ἰνδίᾳ, ἃς ἔκλεισεν Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων, καὶ ἐξελεύσονται βασιλεῖαι ἑβδομήκοντα δύο ἅμα τῷ λαοῦ αὐτῶν, τὰ λεγόμενα ῥυπαρὰ ἔθνη, τὰ βδελυρώτατα πάσης συγχασίας καὶ δυσωδίας, καὶ διασκορπιοῦσιν ἐν πάσῃ τῇ γῇ τῇ ὑπὸ ὑρανὸν, Σάρκας ἀνθρώπων ζώσας ἐδίονται, καὶ τὸ αἷμα πίνοντες, κυνὰς, καὶ μύας, καὶ βατράχους δαπανῶντες, καὶ πᾶσαν ῥυπαρὰν τοῦ κόσμου
B ἡδονῆ. Καὶ οὐαὶ τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ, ἐν ᾗ οὗτοι πορεύσονται· τὰς γὰρ ἡμέρας ἐκείνας μὴ ἔστω Χριστιανὸς, Κύριε, ἐὰ δυνατόν· ἀλλ' οἶδα ὅτι ἔσονται. Τότε αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι σκοτισθήσονται, δίκην θρηνούσας τῷ ἀέρι διὰ τὸ μῖσος, ὅπερ τὰ βδελυρὰ ἔθνη ἐκεῖσα ἐργάσονται· ὁ ἥλιος ὡς αἷμα γενήσεται, βλέπων τὰ βδελύγματα ἐπὶ τῆς γῆς ἀμιλλώμενα· ἡ σελήνη καὶ πάντα τὰ στοιχεῖα σκοτισθήσονται· φάγονται γὰρ καὶ τὸ χοῦν τῆς γῆς, τὰ θυσιαστήρια κύθρους οἴκου ἐργάσονται. Τότε οἱ κατοικοῦντες Ἀσίαν φευγέτωσαν εἰς τὰς κυκλάδας τῶν νήσων· ὁ γὰρ πορεύσονται ἐν αὐταῖς οἱ λαοὶ, ἀλλ' ἔσονται πενθοῦντες ἡμέρας ἑξακοσίας ἑξήκοντα.

Τότε ἐγερθήσεται ὁ Σατανᾶς ὁ Ἀντίχριστος ἐκ φυλῆς τοῦ Δὰν, οὐ μόνοι ἰδίᾳ δυνάμει ἄνθρωπος γενόμενος, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ πάσει αὐτὸν Κύριος ὁ Θεὸς σκεῦος αἰσχρὸν καὶ ῥυπαρόν· ὅπως πληρωθῇ ἐν αὐτῷ τὰ τῶν Προφητῶν· καὶ ἀπολυθήσεται ἐκ τῶν τοῦ ἅδου δεσμῶν, ἐν οἷς αὐτῶν ὁ δεσπότης Χριστὸς ἐκεῖσε γενόμενος ἔδησεν, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὸ σκεῦος τὸ πλασθὲν αὐτῷ. Καὶ γεννηθέντος αὐτοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἀνδρωθέντος, καὶ βασιλεύσαντος, τότε ἄρξηται ἐπιδεικνύειν τὴν πλάνην αὐτοῦ, καθά φησιν περὶ αὐτοῦ Ἰωάννης ὁ Θεολόγος, ὃς καὶ ἐγερεῖ πόλεμον ἐπὶ τὰς κυκλάδας τῶν νήσων· νῆσοι δὲ, φησὶν Ἡσαΐας, αἱ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαι εἰσίν. Ἡλιοῦ δὲ καὶ Ἐνὼχ, καὶ τοῦ Υἱοῦ τῆς βροντῆς ἐξελθόντων καὶ προκηρυξάντων τὴν αὐτοῦ ἀποπλάνησιν, τήν τε τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ δευτέραν ἔλευσιν, πικρῶς ὃ ταπεινώσει τοὺς τότε Χριστιανοὺς μέχρι τῆς ἐσχάτης αὐτῶν ἀναπνοῆς, θλίβων καὶ ἐλέγχων αὐτοὺς ὁ μάταιος ἄγαν.

Τότε εἴ τις οὐ πλανηθῇ, μέγας καὶ φοβερὸς φίλος Χριστοῦ ἀποφανθείη· μακάριοι γὰρ πάντες οἱ Ἅγιοι, ἀλλά γε πλέω οἱ ἐπὶ τοῦ Ἀντιχρίστου μαρτυρήσαντες, ἢ οἱ μέλλοντες μαρτυρεῖν, μακάριοι καὶ τρισμακάριοι· μεγίστη γὰρ δόξα αὐτοὺς διαδέξηται εἰς ἀτελευτήτους αἰῶνας. Πρῶτον ἀποκτενεῖ τὸν Ἠλίαν, εἶτα τὸν Ἐνὼχ, μετέπειτα τὸν τοῦ βροντῆς Υἱὸν, καὶ τότε τοὺς μὴ πιστεύοντας εἰς αὐτὸν θανάτῳ πικρῷ παραδώσει· Τότε ἔσαι μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ πόλεμος φοβερὸς, ἐπὰν γνώσῃ πρὸ τέλους μανίαν δεινὴν ἔχειν, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀντιπράξεται ἁρπάπων, καὶ βροντῶν, καὶ κτύπους ποιῶν, ὥστε

Non tamen omnino à veritate abhorret ſermo tuus: columna quippe in foro poſita, quod infixos ſibi ſacroſanctos clavos habeat, ſuperfutura eſt: ipſa ſola integra & ſine nexa perſiſtet; ut appulſas huc naves ſuas, injectis in illam funibus, revincientes firmanteſque nautæ, defleant & planctu proſequantur Babylonem hanc, dicentes: Væ nobis, quia civitas noſtra magna mari hauſta eſt, quam olim frequentare & ubi feliciter negotiari conſuevimus. Tenebit autem luctus & ſqualor ejus dies quadraginta, quibus elapſis transferetur Imperium Romam, Sylæum, & Theſſalonicam: quibus etiam haud ita procul à fine diſtantibus, in pejus omnia & ruinam & extremam calamitatem tendent. A. NICEP. COAEVO EX MSS. *communi caſui eximendos.*

225 Nam tempore illo veniente, revellet Dominus Deus portas, *f* quibus Indiam incluſit Alexander Macedo; & egredientur inde Regna ſeptuaginta duo cum populis ſuis, ſordidiſſimis & omni ſpurcitie & fœtore execrabiliſſimis: qui per omnem, quæ ſub cælo eſt, plagam diſperſi, carnes vorabunt humanas, & quidem adhuc palpantes viventeſque; potabunt ſanguinem; canes, mures, ranas, & quidquid ubique eſt ſordium cum voluptate abſument. Væ terris omnibus, ad quas iſti pervenerint! Ne quæſo, Domine Deus, ne ſit in diebus illis Chriſtianus quiſpiam, ſi fieri poſſit: ſed fieri non poſſe, probe novi. Dies certe tenebris involventur, quaſi plangentes obſcuro aëre ſcelera, quæ ab execrandis gentibus iſtis committentur: ſol vertetur in ſanguinem, ad aſpectum enormium, quæ certatim in terris patrabuntur, ſcelerum: luna & aſtra omnia obſcurabuntur: adeo ut homines veſcantur luto terræ, & altaria in ſterquilinium convertantur. Tunc fugiant ad ambitus inſularum habitatores Aſiæ; eo namque non tranſibunt gentes illæ, ſexcentos & ſexaginta dies perpetuo in luctu verſaturæ. *Ait autem effractis Alexandri portis* f E *irruptura in Imperium ſpurciſſimas gentes;*

226 Poſt hæc proveniet è tribu Dan ſatanas ille Antichriſtus, non quidem virtute ſua naturam indutus humanam, nullo modo; ſed à Domino Deo formatus in vas tetrum ac ſordidum; ut compleantur in eo quæ per Prophetas prædicta ſunt: & exſolvetur vinculis, queis cum Chriſtus Dominus adſtrinxit apud inferos, eum eo deſcendit; & ingredietur in corpus *g*, quod ei præparatum eſt: ſicque primum factus homo, tum ad ætatem virilem & regni ſolium progreſſus, tandem incipiet erroneam ſuam invehere doctrinam, quemadmodum de illo Joannes Theologus teſtatur: & concitabit bellum contra ambitus inſularum; Inſulæ autem ſunt, teſte Iſaia, Gentium Eccleſiæ. Porro Elia, & Enoch, & tonitrui *h* Filio prodeuntibus & promulgantibus ſecundum Domini Jeſu adventum, poſt refutatos Antichriſti errores; humiliabit hic vehementer Chriſtianos, & ad extremum uſque ſpiritum perſequetur, affligendo diſperdendoque miſerum in modum. *ac deniquè naſciturum Antichriſtum,* g F h

227 Si quis tum temporis in errorem non inducatur, magna certe ac ſingulari apud Deum gratia valuerit: quamvis enim beati appellandi ſint Sancti omnes; longe tamen illi beatiores, qui temporibus Antichriſti veritatem fidei ſuo ſanguine teſtificaturi ſunt: beatiores, inquam, illi & beatiſſimi, utpote quos gloria maxima per interminabilem æternitatem manet. Et primum quidem necem inferet Eliæ, deinde Enocho, tum tonitrui Filio *i*, denique nolentibus in ſe credere omnibus. Tunc inter ipſum & Dominum noſtrum Jeſum erit Chriſtum bellum terribile; & quoniam denique palam fiet ipſum immani furore rapi, cæloque ſe opponere, fulmina eliciendo, ciendo tonitrua, tantumque *& in Chriſtianos ſæviturum:* i

tumque

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

tumque fragorem faciendo, ut quotquot incolunt terrarum orbem universum perculsurus terribiliter & exanimaturus sit. Ecquis tum temporis non contremiscet, quis non pavebit, fili mi? Beati, qui tunc in Domino nostro Jesu Christo, vero Deo, non scandalizabuntur: beati, qui non separabuntur à sanctæ Virginis Mariæ filio: beati, qui amoris ipsius causa mortem obibunt, draconem ipsum infernalem & errores ejus in faciem arguere nihil veriti: beati denique omnes, qui contra eumdem viriliter depugnabunt, ejusque immanitatem generose reprehendent: illi nempe luminaria quædam terræ, illi pugiles decori, illi uniones pretiosi, illi suaves, jucundæ, ac melle dulciores animæ: uti & omnes qui in Patrem & Filium & sanctum Spiritum, sanctam & consubstantialem Trinitatem, quæ vitam tribuit omnibus, creditури sunt.

tum explicat quomodo resídui homines sint morituri,

B

228 Sedebat B. Andreas cum isthæc loqueretur: Epiphanius vero audiens, quæ eventura erant universo mundo, plorabat ac graviter ingemiscebat, uti sæpius dictum est, multa commiseratione tactus. Deinde sic Andream affatur: Edissere quæso mihi, amabo te, quo pacto universum genus humanum è terris tollendum, atque ita deinde resurrecturum fit. Cui Sanctus: Alios quidem nefandæ, quos dixi, gentes conficient; alios in obscuris locis & bellis necabunt; ceteros Christi fideles mactabit Antichristus: in hujus vero asseclas & sectatores immittet Dominus animalia volantia, de quibus Ezechiel, habentia in caudis suis

k boum stimulos *k* veneno infectos: à quibus, quotquot salutare & verum Christi signum in frontibus suis non habuerint, puncti venenoque infecti, acerbissima nece peribunt. Quod si qui etiam Sanctorum, Antichristo præteriti, in solitudinibus inventi fuerint; illi omnes divini Spiritus virtute in sanctam civitatem Sion congregabuntur: & hi sunt, qui in beatam immortalitatem transcribentur.

& peremisso Antichristo

229 Antichristus vero jam percussus, cumque dæmoniis suis comprehensus, & ab ignitis Angelis in vincula custodiamque raptus, ad Judicis divini tribunal protrahetur, & animarum, quas in perniciem impulit, rationem postulabitur. Tunc & tuba clanget, & mortui resurgent incorrupti:

C deinde illi, qui vivunt, ut loquitur D. Paulus, quique in adventum Domini relicti sunt, in ictu oculi à corruptione in incorruptionem mutati, simul rapientur cum illis in nubibus obviam Christo in aëra. Cum quis ergo viderit, fili mi, execrandas gentes illas irrupisse in mundum; sciat is, prope esse in januis, quæ dixi, omnia; & brevi Judicem adfuturum. Atque hi fuere sermones, quos ad Epiphanium habuit Andreas nocte illa, tum ipsis, tum mihi quoque sine somno transactâ; donec datum signum ad ecclesiam convocaret: quo Epiphanius quidem sese contulit; Andreas vero domi seorsim orationi se dedit.

futura resurrectio mortuorum.

τῷ ἤχῳ τ βοῆς τλὺ ὑπ' ὀρανὸν ὀδυρῆσαι κ περιηγεῖσθαι φοβερῶς. Καὶ τίς τότε οὐ διαμβαθήσεται κ πήξει, τέκνον γλυκύτατον; Μακάριοι τότε οἵ τινες οὐ σκανδαλισθήσονται ἐν τῷ Δεσπότῃ ἡμῶν Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν. Μακάριοι τότε οἵ τινες οὐκ ἀποσχοινίσουσιν τ γεννηθέντα ἐκ τ ἁγίας παρθένου Μαρίας. Μακάριοι οἵ τινες διὰ τλὺ ἀγάπλω αὐτῦ ἀποθανοῦσιν, κ ἐλέγξουσιν κατὰ πρόσωπον τ δράκοντα κ τλὺ αὐτῦ ἀποπλάνησιν. Μακάριοι ὅσοι καλὰ τῦ δράκοντ@ ἀνδρωθήσονται, κ γενναίως τὰ δεινὰ αὐτῦ ἐλέγξουσιν· οἱ φωσῆρες, οἱ ὡραῖοι, οἱ φίλτατοι μαργαρῖται, αἱ γλυκεῖαι καρδίαι, κ τερπναὶ κ μελίῤῥυτοι, κ ὅσοι εἰς Πατέρα κ Υἱὸν κ ἅγιον Πνεῦμα, εἰς τλὺ ἁγίαν κ ὁμοούσιον Τριάδα τλὺ ζωοποιὸν, πιστεύσουσιν.

Ταῦτα δ Μακαρίου καθεζομένου κ λέγοντ@, Ἐπιφανίου δὲ ἀκούοντ@ τὰ μέλοντα γενέσθαι καὶ τλὺ οἰκουμένλυ, ἐθρήνει ἐκ βαθέων στεναγμῶν, καθὼς πολλάκις εἴρηται, ἄχαν συμπαθὴς ἐχρημάτιζεν. Εἶτα λέγει πρὸς τὸν Ὅσιον· Δέομαί σου, εἰπέ μοι, πῶς μέλλει ἀπὸ τ γῆς ἀπαλειφθῆναι ἡ ἀνθρωπότης, κ ὕστερον γενέσθαι ἡ ἀνάστασις; Ἔφη ὁ Ὅσι@· Τοὺς μὲν τὰ μυσαρὰ ἔθνη ἐκσυσιν ἀναλῶσαι, τοὺς δ ἐν τοῖς πυκνοτάτοις τόποις κ πολέμοις θανατώσουσιν, τοὺς δ ὑπολοίπους πιστοὺς ὁ Ἀντίχριστ@ ἐν Κυρίῳ ἀναλώσει· ὅσοι δὲ τῷ Ἀντιχρίστῳ πιστεύσουσιν, ἀποστελεῖ Κύρι@ ὁ Θεὸς θηρία πελόμενα, κατὰ τ Ἰεζεκιὴλ, ἔχοντα ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν βέκεντρα ἰοῦ μεμεστωμένα· κ ὅσοι οὐκ ἔξουσιν τὸ σημεῖον τ γραφὶδ@ τῦ Χριστοῦ Σῶον κ ἀκέραιον ἐν τοῖς μετώποις αὐτῶν, ὑπὸ τῶν θηρίων κεντούμενοι κ ἰῷ καλεπαινόμενοι, θανάτῳ πικρῷ τελευτήσουσιν. Τότε ἅ τις τῶν Ἁγίων λαὸν τῷ Ἀντιχρίστῳ, εὑρεθήσεται ἐν ἐρημίαις· κ ἅπαντας ὁ Κύρι@ πνεύματι δυνάμεως αὐτῦ ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει Σιὼν ἀθροίσει· οὗτοί εἰσιν οἱ γραφέντες εἰς ζωήν.

Τοῦ Ἀντιχρίστου δ ἤδη παταχθέντ@, κ Σὺν τοῖς δαίμοσιν αὐτῦ Συλληφθέντ@, κ ὑπὸ πυρινῶν Ἀγγέλων δεσμευθέντ@ κ φυλαττομένου, τῷ κριτηρίῳ παρίσασθαι κ ἀπαιτεῖσθαι δίκας περὶ τῶν ψυχῶν, ὧν ἀπώλεσεν. Τότε οὖν ἡ Σάλπιγξ ἠχήσει, κ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται ἄφθαρτοι· ἔπειτα οἱ ζῶντες, καθὼς εἶπεν ὁ Παῦλ@, εἰς τλὺ παρουσίαν τῦ Κυρίου οἱ περιλειφθέντες, ἁλλαγέντες ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ἀπὸ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν ἅμα Σὺν αὐτοῖς ἁρπαγήσονται ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τῦ Κυρίου εἰς ἀέρα. Ὅταν οὖν ἴδῃ τις τὰ βδελυρὰ ἔθνη εἰς τ κόσμον ἐλκυδότα, τέκνον, τότε γινωσκέτω ὅτι ἐπὶ θύραις πάντα, κ μετὰ μικρὸν ὁ Κριτὴς ἐπελεύσεται. Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Μακάρι@ τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ τῷ Ἐπιφανίῳ, ἀγρυπνούντων αὐτῶν κ τ ἐμῆς ταπεινότητ@. Τῦ δὲ ξύλου τ Ἐκκλησίας κρούσαντ@, ἐπορεύθη ὁ Ἐπιφάνι@ ἐκεῖσε· ὁ δὲ Μακάρι@ ἐν τῷ οἴκῳ καθ ἑαυτὸν προσηύχετο.

ANNOTATA.

a *Apud Isaiam cap.* 11 *v.* 12 *hæc solum habentur:* & levabit signum in nationes, & congregabit perditos Israel, & dispersos Juda colliget: *deinde v.* 16 *subditur:* & erit ipsi Israel, sicut dies quando egressus est de terra Ægypti.

b *In utroque Ms. mutilus sensus, his vel similibus verbis integrandus erat: magis autem mutilus est in Vatic. ubi solum legitur,* ὅπως δ διασκορπισμοῦ τλὺ ἐπιπολλὰν τὰ ἡμῶν ἡμῖν εἰ ἀπεκαπίσηται.

c *Imo de salute non temporali, sed æterna (eadem scilicet ipsa, ad quam prius intraverit plenitudo Gentium) agere Paulum, manifestum videtur ex toto contextu, qui talis est:* Nolo vos ignorare, fratres, mysterium hoc: quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel salvus fieret, sicut scriptum est; Veniet ex Sion qui eripiat & avertat impietatem à Jacob: *& paulo post:* sicut aliquando & vos non credidistis in Deo, nunc autem

A autem miſericordiam conſecuti eſtis, propter incredulitatem eorum: ita & iſti nunc non crediderunt in veſtram miſericordiam, ut & ipſi miſericordiam conſequantur, *utique ſimilem ei quam nos priores conſecuti fuimus. Et hic eſt communis ſenſus Patrum ac Theologorum, licet aliqui ab illa gratia tribum Dan excipiant, quia in Apocalypſi ſola non numeratur. Non tamen propterea Chriſti dictum evertitur: bene enim poteſt utrumque conſiſtere, ut Iudæi univerſi, primum quidem Antichriſto, tamquam vero ſuo Meſſiæ, adhæreant ob cauſam prænotatam; poſtea vero, ad prædicationem Eliæ & Enoch, vel etiam ad horrendas plagas, quas Antichriſti ſectatoribus comminatur Apocalypſis, convertantur ad pœnitentiam vel omnes vel plerique.*

d *Idem* ἀλλὰ τ τῶν τοσούτων ἐτῶν πεφληρώσεως τῆς ἐπαιλολείας.

e *Idem* ἔθνη ὑπὸ ἐθνῶν κομωδέμενοι χρηματίζοντες, ζωθήσονται τ δελείας χ ζυγοῦ, ὃς σωαχθέντες εἰς τὰ ἴδια.

f *Anguſtiæ Caucaſi montis ha ſunt*, Demir-capi, *ideſt* Portæ ferreæ, *à Turcis dictæ, propter naturam loci munitiſſimi.*

g *Hæc doctrina de Sathana incarnando, ut fiat Antichriſtus homo-dæmon, conjunctis in unius perſonæ hypoſtaſi naturis duabus, ſicut confitemur de Chriſto; peregrina haud dubie Theologis accidet, purum hominem futurum Antichriſtum exiſtimantibus: magis tamen abſonum à communi ſenſu videtur eſſe, quod Hippolytus Martyr in Orat. de Chriſto & Antichriſto ſic habet:* Cum Salvator mundi genus humanum ſalvare decreviſſet, ex immaculata Virgine Mariâ natus eſt: ad eumdem modum etiam diabolus, ex impura muliere, prodibit ſuper terram: ſed falſo naſcetur. Quia diabolus, licet carnem aſſumat, hoc opinione tantum: qui enim carnem ferret, quam ipſe non condidit? Hinc opinor, dilecti, carnis ſuæ ſubſtantiam phantaſticam aſſumet organi vice. Propterea edetur ex virgine, veluti ſpurius, qui quidem tunc reliquis apparebit caro. Nam virginem peperiſſe ſolam Sanctiſſimam novimus, quæ carnigerum vere genuit Salvatorem: hoſtis autem nequaquam, ſed quemadmodum non aperiet vulvam, ita nec carnem veram aſſumet, aut circumcidetur vere, ut circumciſus eſt Chriſtus. *Ex quibus ſequeretur, verum hominem non futurum Antichriſtum, qui tamen Paulo dicitur,* Homo peccati. *Minus igitur hæc ſententia Scripturis convenit, quam illa quæ dæmonem vere incarnandum diceret, & hunc futurum Antichriſtum.*

h *Idem Hippolytus:* Prior *inquit* adventus *Chriſti* præcurſorem habuit Joannem Baptiſtam; poſterior autem, quo venturus eſt in gloria Enoch, Eliam & Joannem Theologum exhibebit.

i *Hoc ſi fiat, implebitur ad litteram, quod, non ſolum* Jacobo, *ſed etiam* Joanni *communiter prædixit Chriſtus, Calicem ejus bibituros, id eſt martyrium paſſuros. Nam quod ferventis olei dolio immiſſus* Joannes *eſt, Martyrem eum vere non fecit, qui illæſus exivit; licet propter promptam voluntatem, Martyrii laureolam forte promeritus tunc fuerit.*

k *Nihil hujuſmodi in Ezechiele invenio*

A. NICEP. COÆVO EX MSS.

B

E

CAPUT XXVII.

Occaſione cæleſtis fragrantiæ, ſub ſacra lectione perceptæ, narratur hiſtoria Theodori, ab Angelis inter tormenta confortati.

Πρωΐας δὲ γενομένης, πάλιν [ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες χ] καθεζέντες ὡμίλουν τὰ τ πνεύματος· χ δὴ βίβλον ἐκεῖσε κειμένης τ μεγάλου Βασιλείου, προεῤῥέθη ὁ Ὅσιος τῷ Ἐπιφανίῳ λαβεῖν χ ἀναγινώσκειν· ἦν δ ὁ λόγος προτρεπτικός, ὁμιλία εἰς τὸ βάπτισμα, Ὁ μὲν σοφὸς Σολωμών. Τοῦτον δ ἀναγινωσκομένου, ἡδέως ἠκροᾶτο ὁ Μακάριος, μειδιῶν τῷ προσώπῳ χ εὐφραινόμενος· ὁ δ Ἐπιφάνιος ἔχεε δάκρυα τῇ βίβλῳ, χ στεναγμοὺς ἐκ βαθέων ἀνέπεμπεν. Ἔφη δ πρὸς αὐτὸν ὁ Μακάριος· Τέκνον μου, τί δακρύεις; εὐφραίνου δὲ μᾶλλον καλὰ τ μακάριον Παῦλον τ λέγοντα· Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε· χ ὅσοι τὰ τ Πνεύματος πράττουσι, χρὴ αὐτοὺς χαίρειν χ εὐφραίνεσθαι· ὅσοι δὲ πάλιν πάσχουσι τ διαβόλου τὰ θελήματα, σκυθρωπάζετωσαν, καθότι τὸ φῶς τ Θεοῦ ἐλήλυθεν εἰς τ κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς. Ἔφη Ἐπιφάνιος· Οὐκ οἶδ κἀγὼ ἁμαρτωλὸς, καὶ θρύπτω μου τὰς πράξεις τὰς πονηράς, πῶς ἀπολογίζομαι; λέγει γάρ μοι ὁ Ἅγιος οὗτος· Πότε φησὶν οἰκειωθήσῃ τῷ Θεῷ, χ πότε σε γνωρίσομεν ὡς ἡμέτερον. Ταῦτα ἀκούων τὰ ὀνείδη, μὴ θρύπτω τοιοῦτον δεινὸν ἀπολογίαν μου; πῶς ἀνέχοιτο, Κύριε ὁ μέγας; Ἔφη ὁ Ὅσιος· Οὕτος ὁ λόγος, τέκνον μου, μὴ γὰρ οἶδας, τοῖς ἔτι ἀμυήτοις οὖσι τ θείου βαπτίσματος ὀνειδίζων ἔλεγεν. Ἐπιφάνιος λέγει· Ναὶ τίμιε πάτερ, κἀγὼ οἶδα· πλὴν ὁ λόγος οὗτος, ὃν φασιν οἱ τ̃ῦ ἀχρείκων αἰνιγματωδεῖς, ὅτι σοι ὦ νύμφη ὁμιλῶ, ἵνα χ αὐτὴ ἡ πενθερὰ σου τίζῃ.

Ταῦτα τ Ἐπιφανίου λαλήσαντος, ὑπομειδιά-

230 Lluceſcente poſtera die, eodem convenientes denuo ſedenteſque, de rebus ad ſpiritum pertinentibus conferre cœperunt; cumque forte iſtic ad manum eſſet magni Baſilii volumen quodpiam, hortatus eſt Epiphanium Andreas, ut illud acciperet legeretque. Erat autem oratio protreptica, homilia videlicet de Baptiſmo, quæ ſic orditur, a Sapiens quidem Salomon. Legente igitur Epiphanio, ſuavi cum delectatione auſcultabat vir ſanctus; vultu ad riſum & lætitiam compoſito: Epiphanius vero, lacrymis librum irrigans, continenter ex imo pectore ſuſpiria ducebat. Cui Sanctus: Quorſum iſtæ lacrymæ, fili mi? quin potius tu te hilarem præbes, ex mente B. Pauli, dicentis, Gaudete in Domino ſemper. Et ſane qui quæ ſunt Spiritûs agunt, illos gaudio & lætitia exultare convenit: illi contra dejecto in terram triſtique incedant vultu, qui voluntatem exequuntur diaboli; quoniam lux divina venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quam lucem. Tum Epiphanius: Atqui hæc ipſa cauſa eſt, cur ego, qui peccator ſum, perperam à me geſta lamenter; cum, quo me purgem, nihil ſuperſit. Dicit namque mihi ſanctus hic Baſilius: Aliquando in Dei familiaritatem admittêris, aliquando te uti noſtrum cognoſcemus. Quam ego cum exprobrationem audiam, quomodo à lacrymis temperem, Domine mi magne; quo minus difficilem adeo mei defenſionem defleam? Cui Sanctus: Oratio illa, fili mi, quod ignorare videris, in illos invehitur, qui ſacra baptiſmatis unda abluti nondum ſunt. Et Epiphanius: Enimvero, Pater venerande, id novi probe; verumtamen oratio illa ſimilis eſt iſti, qua ænigmatice dicunt ruſtici: Tibi loquor, ô ſponſa; ut ipſa quoque ſocrus audiat.

Aliquid ex Baſilio legente Epiphanium,

a

F

Phil. 4. 4.

& præ compunctione flente,

A. NICEP. COÆVO EX MSS. *facit Andreas cœlesti odore recreari,*

231 Isthæc reponentem Epiphanium subridens Andreas hortatus est, ut denuo legeret. Quo obtemperante, allapsa est suaviſſima odorum fragantia, quasi pretioſorum aromatum, ad animam usque penetrans, adeo ut perculsus Epiphanius ad longum tempus præ stupore vix esset apud se: vidente interea B. Andrea illum, qui memoratam fragrantiam incessanter spargebat. Ubi autem legere desiit; desiit & fragantia sentiri. Quod miratus admodum Epiphanius, interrogavit S. Andream dicens: Oro te atque obsecro, magne Domine, quæ illa, quam modo prælegente me percepimus, fragantia? Cui vir sanctus: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo! Hic vero non tam de corporali, quam de spirituali ore atque faucibus sermonem fieri intelligendum est. Post hæc dicenti rursus Epiphanio: Missa fac ista, & si quid visionis oblatum tibi sit, edisſere; illorum quippe notitiam per preces tuas assecutus sum; respondit Andreas: Quid edisſeram, cariſſime? Quamdiu legisti, frequentes hic adfuere Angeli; quorum unus, sancti Spiritus verba, quia suavitas & lætitia sunt, honorare volens, adolebat hilari cum vultu suffitum Deo dignum.

docetque eum ab Angelis procedere:

B *qui licet spirituales sint,*

232 At at, inferente Epiphanio, unde Angeli suffitum sibi, unde thuribulum, unde carbones comparant; quandoquidem ipsis immaterialibus nulla cum rebus materiatis conjunctio sit? Tunc intuens in eum vir beatus, & manum extendens; Miranda, inquit, in medium affers, mi homo. Verum quis tibi, Angelos perceptibilia sensibus thuribula, quis mundi hujus suffitum, aut carbones adhibere dixit? Qui spiritu solo constant, spiritualia; qui ex materia compacti, materiata tractant. Angeli vero cum incensum oblaturi sunt Altissimo, aliud non suffiunt, quam thronum illum, omnem intelligendi vim superantem; illam, ajo, suaviſſimam fragrantiam, quæ ex tremenda & inaccessibili Deitate procedit. Nam adstantes terribili Omnipotentis throno, excipiunt, quæ inde multo cum fulgore absistit, odorum fragantiam, humano sermone inexplicabilem, eamque jugiter suffiunt. Quando igitur volunt, suaviſſimum Deitatis illius odorem cum aliquo participare, consistentes ante ipsum, quantum volunt odoris in faciem ejus effundunt; quem ille continuo percipiens olfactu, dubius hæret unde tanta fragantia affletur. Aliàs quoque iidem Angeli allatos è Paradiso flores invisibili modo hominis admovent naribus, easque suavi odore complent. Triplici namque ratione possunt sancti Angeli illos, quibuscum sibi familiaritas & morum conjunctio intercedit, odore perfundere. Et primum quidem id præstant, cum librorum sacrorum lectioni opera datur: circumstant quippe tum, quamvis aciem nostram fugiant, audire cupidi jucundiſſima sancti Spiritus verba. Rursum id præstant, cum quis orationi vacans cum Deo colloquitur: denique cum laboriosis operibus propter eumdem se discruciat, cumque in corpus suum flagellis animadvertit: tunc enim præclaro pugili suo præsto sunt, eumque variis modis deliniunt, recreant, animantque.

norunt tamen etiam corpora oblectare;

C

uti factum Antiochiæ,

233 Proditum quippe est memoriæ, Iulianum Apostatam, Persis bellum inferre meditantem, ad Pythium dæmonem, qui in Daphne responsa consulentibus dabat, descendere voluisse; ut ex illo de belli quod suscipiebat eventu disceret, superiorne an inferior futurus esset. Cum itaque simulacro Apollinis thus adoleret, ostensum est à dæmone, frustra se responsa poſci per illud tempus, propterea quod sacræ istic loci Reliquiæ sancti ac celebris Babylæ, triumque puerorum fortiter passorum

σας ὁ Μακάριος, ἐπέστρεψεν αὐτὸν πάλιν τοῦ ἀναγινώσκειν. Ἀναγινώσκοντος δὲ αὐτοῦ, ἄφνης διεδόθη ταῖς φρεσὶν αὐτοῦ εὐωδία τις ὡς τιμίων ἀρωμάτων, ὥστε φρίττειν τὸν Ἐπιφάνιον ἐπὶ ἱκανὸν ὥραν καὶ ξενίζεσθαι. Ἐώρα δὲ ὁ Μακάριος τὴν εὐωδίαν κομίζουσα ἀεννάως. Ὅτε δὲ τὸν λόγον κατέπαυσεν, εὐθέως καὶ ἡ εὐωδία ἀπέστη. Θαυμάσας δὲ ὁ Ἐπιφάνιος πῶς τῇ καταπαύσει τοῦ λόγου καὶ ἡ μυρίπνοος εὐωδία ἀπέστη, ἠρώτησε τὸν Δίκαιον λέγων· Δέομαί σου, κύριε ὁ μέγας, τίς ἦν ἡ εὐωδία ἡ πρὸ τῆς ὥρας ἡμῖν γενομένη ὀπτωΐκα τὸν λόγον διεξερχόμενος; Ἔφη ὁ Μακάριος· Ὡς γλυκεῖα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου! νοητὸν δὲ χρὴ γινώσκειν τὸ στόμα καὶ τὸ λάρυγγι, περὶ τοῦ ψυχικοῦ λάρυγγος καὶ στόματος εἴρηκεν. Ἐπιφάνιος εἶπεν· Ἄφες ταῦτα, καὶ εἰπέ μοι εἴ ἔχεις τι ἀπὸ θεωρίας· οἶδα γὰρ κἀγὼ διὰ τῶν τιμίων σου δεήσεων ταῦτα. Ὁ Μακάριος ἔφη· Τί σοι θέλω εἰπεῖν, φίλτατέ μου; Ἄγγελοι γὰρ Κυρίου ἦσαν ἱκανοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἀνεγίνωσκες· εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν, δοξάζων τὰ ῥήματα τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, καθάτι εὐφρασία ἐστὶν ἡδυώδουσα, ἐθυμίαζεν θεοπρεπῶς ἀγαλλόμενος.

Ἐπιφάνιος εἶπεν· Καὶ πού οἱ τοῦ Σωτῆρος Ἄγγελοι, τότε θυμίαμα, καὶ τὸ θυμιατήριον, τούς τε ἄνθρακας εὑρίσκουσιν, ἄϋλοι ὄντες, καὶ ὑλικοῖς μὴ συγχρώμενοι; Ὁ δὲ Μακάριος ἀτενίσας εἰς αὐτὸν, καὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἀνατείνας, λέγει· Θαυμαστὰ ὡμίλησας, ἄνθρωπε. Τίς γάρ σοι εἶπεν, ὅτι ἀΰλητὰ θυμιατήρια οἱ Ἄγγελοι κέκτηνται, ἢ κοσμικὰ θυμιάματα ἔχουσιν, ἢ τοῦ κόσμου ἄνθρακα ἐπιδέονται· οἱ γὰρ πνευματικοὶ πνευματικά, καὶ οἱ ἔνυλοι ἔνυλα κέκτηνται. Ἄγγελοι δὲ ὡΐκα θυμιᾶσαι βούλονται, οὐδὲν ἄλλο θυμιῶσιν ἔμπροσθεν τοῦ Ὑψίστου, ἢ τὸν θρόνον ἐκεῖνον τὰ πάντα νοῶν ὑπερβαίνοντα, φημὶ τὴν εὐωδίαν, τὴν ἡδύτατον ἐκείνην τὴν ἐξερχομένην ἐκ τοῦ φοβεροῦ καὶ ἀπροσίτου θεότητος. Ὡς γὰρ παρίστανται τῷ φοβερῷ θρόνῳ τοῦ Παντοκράτορος, δέχονται τὸν ἐκεῖθεν ἐκπηδῶσης ἀσπαπῆς τὴν εὐοσμίαν, καὶ ἀδιαλείπτως ἐκτὸς μυρίζουσιν ἀπορρήτῳ εὐωδίᾳ τοῦ θεότητος. b Ὅταν οὖν ὀφείλωσιν, βούλονται ὅπως μείζονα τὴν ἡδύτητος αὐτῆς, καὶ αὐτοὶ οἱ ἰσάμουοι ἔμπροσθεν αὐτοῦ, τύπτουσιν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον τῇ εὐοσμίᾳ τῇ θείᾳ ὄσφ μέτρῳ βούλονται· καὶ λοιπὸν ὀσφραινόμενος ἐκείνου ἐπαπορεῖ τῇ ἡδυλάτῃ γλυκύτητι εὐφραινόμενος. Εὐωδιάζουσι δὲ καὶ ἄλλῳ πῶς ἐκ τῶν ἀνθέων τοῦ Παραδείσου κομιζόμενοι, καὶ ἀοράτῳ παρασάσει τὸν ὄσφρησιν τοῦ ἀνθρώπου ἐμπιπλῶσιν. Καλὰ γὰρ τρεῖς τρόπους ἔχουσιν ἁγίαν θυμιᾶν οἱ ἅγιοι Ἄγγελοι τοῖς ἐχομένοις αὐτοῖς φιλίᾳ καὶ συμπαθείᾳ. Ἐν πρώτοις ὅταν τὰς ἱερὰς βίβλους ἀναγινώσκουσιν· περικυκλοῦσιν γὰρ ἐκεῖνοι τότε ἀοράτως, ἀκούσαι θέλοντες τὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος θεότερπνα ῥήματα. Πάλιν ὡΐκα τις προσεύχεται, καὶ ὁμιλεῖ τῷ Θεῷ· καὶ ὅτε κόπῳ, ἢ πόνῳ, ἢ μάστιγι καρτερεῖ τις διὰ Θεόν· τότε γὰρ ἀΐδιον ἔχουσιν ἀλείφειν τε καὶ εὐωδιάζειν, καὶ προθυμοποιεῖν τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνιζόμενον.

Γέγραπται γὰρ ὅτι ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου ἀπιόντος πρὸς τοὺς Πέρσας, ἔδοξεν αὐτὸν καταβιῶναι πρὸς τὸν πύθιον δαίμονα, τὸν ἐν τῇ Δάφνῃ, ὅπως ἀποκαλύψῃ αὐτῷ περὶ οὗ ἤμελλεν πολέμου, κἂν τε νικήσῃ, κἂν τε ἡττηθῇ. Θυσιάσαντος οὖν τῷ πυθίῳ ξοάνῳ, ἐπεφάνησεν αὐτῷ ἐκείνῳ, μὴ δυνάσθαι ἐνεργεῖν καλὰ τὰς ἡμέρας, διὰ τὸ ἐκεῖσε κεῖσθαι τὸν ἅγιον καὶ ἀοίδιμον Βαβυλᾶν μετὰ τῶν τριῶν νηπίων, τὰ χαρ-

A καρ̃λερικώτατα καὶ θεάρεστα λείψανα. Τότε ὁ δυσσεβὴς παραβάτης ἐκέλευσεν τοῖς Ἀντιοχεῦσιν αὐτῷ ἀτρόμως καὶ ἀφόβως μέλαχομίσαι αὐτὰ τῶν ἐκεῖσε, καὶ ὅπῃ δ᾽ ἂν βάλωνται καλαθέσθαι αὐτὰ, ἄνεσιν παραποιήμενος τῷ ὀφθέντι αὐτῷ πονηροτάτῳ πνεύματι. Ὅτε οὖν τὸ πλῆθος τ῀ πόλεως ἐξῆλθον μετὰ κηρῶν καὶ ὕμνων καὶ λιτανίας, ἦραν τὰ Σωρὸν τῶν Ἁγίων, καὶ ἐπορεύοντο ψάλλοντες· Αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς, οἱ ἐγκαυχώμενοι ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. Ὁ οὖν θεομίσητος Βασιλεὺς ἀκούσας ταῦτα, ὀργίσθεις, ἐκέλευσε τῷ Ἐπάρχῳ τ῀ πόλεως κρατῆσαι πάντας τοὺς τῇ λιτῇ παρακολουθοῦντας.

Καταδραμὼν οὖν ὁ Ἔπαρχος τ῀ λεωφόρου, ἐκράτησεν ἱκανοὺς, καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐνέκλεισεν· ἐν οἷς καὶ παῖδά τινα τῶν πρώτων τ῀ πόλεως, ὡσεὶ ἐτῶν πενλεκαίδεκα, ὡραῖον τῷ κάλλει καὶ ἀμώμητον σφόδρα, ὀνόματι Θεόδωρον· ὃν καὶ προσλύεγκαν τῷ Ἡγεμόνι λέγοντες μεγάλῃ τῇ φωνῇ Χριστιανὸν ἑαυτὸν ὀνομάζοντα, καὶ δοῦλον Χριστοῦ εἶναι. Τοῦτον πολλὰ παραινέσας ὁ Ἔπαρχος ἀποστῆναι τ῀ ἀληθείας, οὐκ ἔπεισεν. Ὡς δὲ ἀπειθοῦντα ἑώρα, ἐκέλευσεν αὐτὸν
B ἐπὶ τοῦ ξύλου ἀναρτηθῆναι, καὶ ξέεσθαι καὶ αἰκίζεσθαι· πολλὰ οὖν δεινὰ ὑπομένας ἐπὶ τοῦ ξύλου κρεμάμενος, πρὸς ἑσπέραν ὃ καλενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἐβλήθη εἰς φυλακήν. Ποιήσας οὖν ἡμέρας μετὰ πάντων τῶν τότε καλασχεθέντων ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ τοῦ παρανόμου ἐκείνου Βασιλέως ἐν τῷ πολέμῳ ἀναιρεθέντος, ἀπελύθη μετὰ πάντων τῶν ἐν δεσμοῖς καθηρχθέντων, καὶ ὁ Σεβάσμιος οὗτος πᾶς. Ὡς οὖν εἰς τὰ οἰκεῖα ἐγένελο, ἠρώτων αὐτὸν οἵ τε φίλοι, καὶ οἱ συγγενεῖς, καὶ οἱ ὁμοήλικοι αὐτοῦ μετὰ τῶν γονέων, καλαφιλοῦντες τὰ τραύματα αὐτοῦ καὶ λέγοντες αὐτῷ· Τί ἠδάνω, κύριε Θεόδωρε, ὡίκα ἐν τῷ ξύλῳ ἐκρέμασο, καὶ τὰς ἁγίας ταύτας σάρκας τοῖς ὄνυξι διεσπαράτω; Ὁ δ᾽ ἀνένευσε τοῦ διηγήσασθαι· πολλά τε παρακληθεὶς, μόλις αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα διηγήσατο λέγων·

Ἐγὼ ὅτε ἐν τῷ ξύλῳ ἀνηρτήθην καὶ [τῶν σαρκῶν μου οἱ ὄνυχες] ἀπήρξαντο ἅπεσθαι, τὸ καταρχὰς βιαίως ἔφερον, καὶ ἐμαυτὸν παραμυθούμενος ἔλεγον· Ταπεινὲ Θεόδωρε, φέρε γενναίως, καὶ ὑπόμενον τὼν
d πικρίαν ταύτην, ὅτι δ᾽ ἄνευ αὐτῆς τὸ ἀθῶνιον πῦρ μέλλει σε καταλαβεῖν. Ὡς δὲ ταῦτα ἔλεγον, θεωρῶ
C καὶ ἰδοὺ τέσσαρες εὐνοῦχοι ὡραῖοι, τὰ πρόσωπα ἔχοντες ὡς ῥόδον, καὶ αἱ στολαὶ αὐτῶν λευκαὶ ὡς χιών· καὶ ὁ μὲν εἷς ἐκράτει ὡς λεκάνης εἶδος, ἥτις ὢν λευκὴ καὶ λαμπροτάτη καταπλήσασα τῇ θεωρίᾳ, ὄψιν ἀνθρώπου, καὶ εἰς ἔκστασιν φέρουσα. Ὁ δ᾽ ἕτερος ἐκράτει βησίριον f διάχρυσον, μύρου θείκου μεμεσωμένον ὡς ῥοδοσάγματος. Οἱ δὲ ἄλλοι δύο ὀθόνας λευκὰς ὡς χιὼν, δεδιπλωμένας εἰς τέσσαρα, ἐκράτουν ἐν ταῖς ὑπάτοις χερσὶν αὐτῶν.

Ὡς δὲ ἐπ᾽ ὄψεσί μου ἐγένοντο, λέγει εἷς τῷ τὼ φαιδρὰν ἐκείνων λεκάνων κατέχοντι, Φέρε σὺ ταῦθα· καὶ ὡς ἐπέγχε, λέγει τῷ κατέχοντι τὸ βησίριον τὸ διάχρυσον, Βάλε σὺ ταῦθα. Ὡς οὖν ἔβαλεν, ἤρχετο τὸ μύρον ἐκεῖνο, ὡς εἶδος ἀσραπῆς ἐρχόμενον εἰς τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ διὰ τ῀ ὀδοδόντων μου εἰς πάντα μου τὰ μέλη σκορπιζόμενον, ὥσε ἡ εὐωδία ἧ μύρου ἐκείνου ὑνίκα, καὶ περιεγένετο τ῀ φοβερῶν ἐκείνων πόνων τῶν ἐκ τῶν αἰκισμῶν προσαγομένων μοι. Εἶς οὖν τὸ πανίον ἐκεῖνο, ᾧ κατεῖχε, βρέχων ἐν τῇ λεκάνῃ, ἐπετίθη τῇ ὄψει μου, καὶ ἐκράτει ἐπὶ πολλὼ ὥραν, ὥσε ἐκ τ῀ ἡδονῆς ἐκείνης τ῀ ἡδυλάτης, καθὼς προεῖπον, ὅπλαν-

conderentur. Tunc impius Apoſtata, liberiorem peſſimo dæmoni, qui ſe videndum obtulerat, locum facturus, præcepit Antiochenis, ut nihil trepidantes metuentéſve, Reliquias inde ablatas libere, quocumque collibitum eſſet, tranſportarent reponerentque. Egreſſi itaque civitatem frequentes admodum cives cum cereis, hymnis & litaniis, ſuſtulerunt Sanctorum arcas, & revertentes canebant, Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia, qui gloriantur in ſimulacris ſuis. Sed & alia quædam haud levia addebant, nihil formidantes. Quibus perlatis ad aures Imperatoris, divinum nomen odio acerbo proſequentis; exarſit iracundia, juſſitque urbis Præfectum capere univerſos, qui interfuerant ſupplicationi. A. NICEPH. COÆVO EX MSS.

234 Præfectus itaque ad forum contendens publicum, comprehenſos quam plurimos carceri mancipavit: quos inter numerabatur præcipuæ nobilitatis puer annorum circiter quindecim, Theodorus nomine, forma inſigni & vita omnino inculpata. Hunc cum lictores, magna voce exclamantes, Chriſtianum eſſe & Chriſti famulum ſe appellare, ad Præfectum adduxiſſent: multis hic ſuadere conatus eſt, ut à veritate deſciſceret; ſed nihil perſuaſit. Iuſſit itaque conſtantem in fide puerum in ligno extendi, lacerari, & verberibus multis cædi; cumque ſic pendulus multa pertuliſſet, ſub veſperam deponi & in carcerem conjici. Latuerat iſtic aliquanto tempore venerabilis puer cum aliis captivis, quando nuntiata ſceleſtiſſimi Imperatoris in bello cæſi morte, omnes è carcere dimiſſi & in libertatem reſtituti ſunt c. Veniente domum ſuam Theodoro noſtro, mox advolant ſodales, amici, conſanguinei, parentes; deoſculantur vulnera, percunctantur, Quid dolorum ſenſiſti, Domine Theodore, cum ſacræ in eculeo ſuſpenſi carnes tuæ ungulis laniabantur? Sed renuit ille quæ geſta erant enarrare; donec multis inſtanter rogatus, vix tandem ita proloqui cœpit: *Theodorus fidem profeſſus tortuſque* *ac poſtea dimiſſus* c

235 Principio cum è ligno ſuſpenſum durius tractare ac laniare ungulis incipiebant, permoleſte equidem dolores tuli, meque ipſe ſic alloquens ſolabar: Suſtine fortiter, ô Theodore, tuæ nil immemor vilitatis, & tormentorum acerbitatem animo generoſo perfer: quoniam abſque his foret, ignis te maneret ſempiternus. Hæc dixeram, cum ſe mihi quatuor e in conſpectum dant eunuchi, venuſta ſpecie, vultu ardentes ut roſæ, candentes veſtibus ut nix. Eorum unus pelvim quamdam præferebat candidam, tanto perſtringentem oculos fulgore, ut eam intuentes in admirationem & ſtuporem raperentur. Alter pyxidem portabat, deauratam refertamque divino unguento, non diſſimili illius quod è roſis diſtillat. Duo reliqui geſtabant manibus ſupinis nivea lintea, in plicas quatuor compoſita. *narravit ſibi, adſtitiſſe ſibi Angelos.* d C F

236 Poſteaquam illi ſic in conſpectum venerant, dixit unus tenenti ſplendidam, quam memoravi, pelvim; Affer illam huc: cumque allata eſſet; dixit & alteri, deauratam portanti pyxidem; Unguentum tuum huc effunde: quod ubi ſimiliter effuſum fuit, inſtar fulminis cujuſdam oculos meos invadens, viſcera membraque omnia penetravit; tanta comitante unguenti fragrantia, ut omnium dolorum & cruciatuum ſenſus extingueretur. Tum alius, quod in manibus habebat linteum in pelvi madefaciens, capiti meo impoſuit, longoque ſatis tempore reliquit: unde jucundiſſima perfuſus voluptate, omnium, ut modo dixi, cruciatuum oblitus fui. Rurſus autem iſthoc ſuum auferente linteum & faciem meam denudante, præſto erat alius ut ſuum *à quibus mire reverentur* f

injiceret; ſicque alternantes continuabant, quoad carnifices verberandi modum facerent, meque è ligno deponerent. Quod ubi factum eſt, recedentes continuo Angeli, tam liquida me voluptate privatum, perquam triſtem reliquerunt, optantemque etiam amplius ſic cruciari. Deum quippe teſtor, tam admirabile id fuiſſe quod contigit, ut aſſequi mens humana cogitando non poſſit. Solummodo principium & aſpectus tormentorum aliquid timoris incutiunt; progreſſu vero tam uberi gratia Dei roboramur, ut nihil omnino dolorum perſentiſcatur.

A. NICEP. COÆVO EX MSS. *optaverit amplius cruciari:*

237 Atque hæc ita, mi Epiphani, uti peracta ſunt, narrare tibi volui, ut intelligas, quomodo ſancti Angeli pro Chriſto certantibus cum ſuffitu gratiſque odoribus præſto ſint. Inſolitam adeo narrationem ut audiit Epiphanius, ſacro quodam horrore iterum perculſus eſt, ſecundum iſtud, Abyſſus abyſſum, & chaos chaos *h*, & quæ ſequuntur. Sæpe enim ad animum ſuum cogitationes revocans, ita ſecum de viro ſancto diſſerebat: Ecce verba divina hominis, qui paſſim è ſtolidorum numero habetur unus: at illi vere ſtolidi, qui quoties ipſum vident, non minus quam olidum canem execrantur. Profecto alius in civitate hac tantæ prudentiæ, tantæ gloriæ, tantæ ſanctimoniæ reperietur nemo.

mirante tantam Andreæ ſapientiam Epiphanio.

h

B

Θάνεσθαι τῶν πόνων μου. Πάλιν οὖν τοῦτο ἀγρονὶ τὸ πανήιον ἐκεῖνο ἐκ τῆς ὄψεώς μου· ἄλλο εἰσήκει ἕτοιμον τοῦ ὑπηδεῖναι· καὶ οὕτω διήρκεσαν ποιοῦντες, μέχρις οὗ οἱ τύπτοντές με ἐπαύσαντο, καὶ ἀπὸ τοῦ ξύλου καλήγαγον· καὶ εὐθέως ὡς τοῦτο ἐγένετο, ἀπέστησαν οἱ Ἄγγελοι ἀπ' ἐμοῦ, καὶ σεσηθεὶς ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ἐκείνης τῆς ἡδυλάτητος πάνυ ἐλυπήθην· ἤθελον γὰρ ἔτι βασανίζεσθαι. Πληροφορεῖ γὰρ ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅτι τοιοῦτόν ἐστι τὸ πρᾶγμα, οἷον νοῦς ἀνθρώπου ἀπεκάσαι οὐ δύναται. Μόνον ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ θέα g [τῶν βασάνων ἔχει τὸν φόβον·] ἡ δὲ προσβολὴ, δυναμουμένη τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, τῶν προσαγομένων ἀλγηδόνων οὐκ αἰσθάνεται.

D

Ταῦτα, Ἐπιφάνιε μου, οὕτως ἐτελέσθησαν· διηγησάμην σοι ἃ ταῦτα, ἵνα γνῷς πῶς δυμιῶσιν τοὺς ἀγωνιζομένους διὰ Κύριον ἅγιοι Ἄγγελοι. Τοῦτο τὸ παράδοξον ἀκούσας ἐκεῖνος, ἔφριξε πάλιν, καθ' ἑαυτὸν Ἄβυσσος ἄβυσσον, καὶ χάος χάος, καὶ ἐπέκεινα· πολλάκις γὰρ καλήλθεν ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διαλογιζόμενος, περὶ τοῦ Δικαίου ἔλεγεν· Ἴδε ῥήματα θεῖα ἀνθρώπου νομιζομένου σαλοῦ, καὶ οἱ ἐπ' ἀληθείας Σαλοὶ, οἱ θεωρούμενοι αὐτὸν, ὥσπερ κυνία σεσηπότα ἀποβδελύσσονται. Βαβαί! ἄλλος ἐν τῇ πόλει ταύτῃ τοιοῦτος φρόνιμος οὐχ εὑρεθήσεται φωσκῇ, ἢ τηλικοῦτος Ἅγιος.

E

ANNOTATA.

a *Eſt hæc inter varias Baſilii Conciones, apud Cornarium, Concio* 13.

b Ὅταν οὖν &c. *hinc uſque ad illa* κατὰ γὰρ τρεῖς *deſiderantur in Ms. Mazar. ſuntque fere obſcuriora, uti & pleraque ſequentia: ac imprimis iſtud* ὀφείλωσιν, *quid ſibi vult?*

c *Hactenus fere Socrates lib.* 3 *cap.* 19, *Sozomenus lib.* 5 *cap.* 19 *&* 20, *Theodoretus lib.* 3 *cap.* 10 *&* 11, *&* Nicephorus Calliſtus *lib.* 10 *cap.* 28: *omnes vero dicunt, ipſummet Iulianum ſuaſu Præfecti dimitti omnes vinctos juſſiſſe, ne eorum conſtantia majus probrum ſibi conciliaret. Quid ni tamen* Theodorus, *tamquam aliis nocentior, retentus in carcere fuerit? Certe ſcriptores illi ſolam habent hiſtoriæ epitomen, quæ hic prolixius multo deſcribitur. Colitur autem* Theodorus *à Græcis* 24 Novembris, *cum elogio ex prædictis auctoribus ſumpto, quod ſic concluditur:* His peractis, impius quidem Julianus funeſta morte vitam apud Perſas finivit, Sanctus vero Theodorus in Domino requieſcens gaviſus eſt.

C

d Ἄνευ *reposui, pro* μέσον.

e *Prædicti auctores ſolum unius meminerunt, qui ſudorem abſtergeret; & animum, quamdiu torquebatur, confortans exhilararet.*

f Ita *Vatic. at Mazar* βιχίον: *neutrum antiqui uſus vocabulum eſt, uti nec* βύσσα, *nec* βυσίον (*unde* βυσίεον) *idem recentioribus ſignificantia. Antiquioribus,* Xenophonti, Athenæo, *&* aliis βίκος (*unde* βικίον) *eſt vas vel urna anſata ſeu etiam doliolum.*

g *Ms. Vatic.* τὸ δόκιμον ἔχει τὸ πρᾶγμα.

h *Videtur alludi ad illud Pſalmi* 41. *v.* 8. Abyſſus abyſſum invocat *&c. quod poſſet explicari; Abyſſus humanæ ignorantiæ invocat abyſſum divinæ ſcientiæ; niſi id malis ad Epiphanii compunctionem revocare, ut Abyſſus peccati dicatur invocare abyſſum miſericordiæ; eſtque hæc una ex octo explicationibus, quas huic loco aptat noſter Thomas le Blanc in Analyſi Pſalmorum. Aliæ, magis fortaſſis litterales, minus huc faciunt. In Ms. Maz. verba hæc, ut obſcuriora, omittuntur: certe ſenſui ſervire volens, pro* κάτω ſubtus, *quod erat in Ms.* καθ' ὃ *ponendum putavi.*

F

CAPUT XXVIII.

Extremum Andreæ cum Epiphanio & Auctore colloquium: diſceſſus, obitus, ſanctitas cæleſti odore indicata.

Linguarum & intelligentiæ donis præditus Andreas,

238 Talia ſecum volvente Epiphanio, ſacræ Liturgiæ tempus adeſt: quare ſurgens in eccleſiam abiit. Conſuetudo namque ipſi jam pridem invaluerat, ut ſacris in templo cœtibus magno cum fervore ſemper intereſſet, ſacroſque ad animæ ſuæ emolumentum libros manibus tereret. Ubi poſtea revertit è templo, appoſita menſa eſt, diviniſque una cum Andrea donis ſeſe recreavit. Aderam & ego quoque ipſe, miſerrimus omnium, inter ſanctos Dei famulos uti canis verſans, diviniſque eorum colloquiis me recreans. Etenim qualemcumque explicandam aliquis obtuliſſet peregrinam linguam, ſancti Spiritus inſtinctu expedite

Ταῦτα τῷ Ἐπιφανίῳ διαλογιζομένῳ, ἐγένετο σωφθῆσαι τὸ χωρὸν τῆς θείας λειτουργίας, καὶ ἀναστὰς, ἐπορεύθη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἦθος γὰρ ἦν αὐτῷ πάντοτε ἐν ταῖς σωάξεσι τῆς ἁγίας ἐκκλησίας πόθῳ πολλῷ σχολάζειν, καὶ μελαχειρίζεσθαι τὰς ἱερὰς βίβλους πρὸς ὠφέλειαν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Ὅτε οὖν ὑπέστρεψεν, τεθείσης τῆς τραπέζης, τῶν δωρεῶν Κυρίου ἀπήλαυσαν ἀμφότεροι· παρῆμεν γὰρ κἀγὼ ὁ τάλας ἐκεῖσε, μέσον Ἁγίων Ὑψίστου, ὡς κύων ἀσχολούμενος, καὶ τῶν πνευματικῶν αὐτῶν ὁμιλιῶν ἀπολαύων. Καὶ γὰρ ἐκ Πνεύματος ἁγίου γλώσσας ἀλλογενῶν ἡρμήνευεν οἷόν τις ἤθελεν, ὅτε τῶν ἀποῤῥήτων

F

A τ῀ γραφῆς τι ἐλάνθανεν· ὡ῀ γὰρ αὐτῷ ἄκρως πεπαιδευμένῳ, ὡ῀ ἡ ἁγνὸς, καὶ εὐγλωττ῀ γλώσσῃ, καὶ γνῶσιν ἔχων ἀσυνείκαστον, ὥστε τὰ εἴκοσι τέσσαρα στοιχεῖα τ῀ῦ γραμμάτων, οὕτως τὰ νοερά τε καὶ ἀϋλα τὰ, ἀπὸ φοβερᾶς θεωρίας Πνεύματ῀ ἁγίου ἐγίνωσκεν. Ἀλλ' ὅτι μόνῳ ἐμοί τε καὶ Ἐπιφανίῳ ὁμίλει, ὡΐκα πρός με ἐγένετο, ἢ πάλαι πρὸς τοῦτον ἐπεδήμησεν· ἑτέρῳ δέ τινι οὔτε κἂν φιλὸν λόγον περὶ γραφῆς.

Εἶτα καθεζομένων ἡμῶν καὶ ἐσθιόντων, ἔφη ὁ Ἐπιφάνι῀ τῷ Ὁσίῳ· Πάτερ μου, τί ἑρμηνεύει ἄρτ῀ς Ὁ Δίκαι῀ ἔφη· Τὸ δέκαλον καὶ τὸ διακοσιοστὸν ὁ Σωτὴρ ὑποκλέψας, ὤφειλε καλέσαι αὐτὸν ἄριστον, καὶ ἐκάλεσεν ἄρτον. Ὁ δὲ Ἐπιφάνι῀ μεταδιάσας ἐπὶ τοῦτῳ, πάλιν περὶ ἀκαταλήπτου θεότητ῀ φόβῳ πολλῷ ὁμίλουν διαλεγόμενοι ἀμφότεροι· ὅτι πνεῦμά ἐστιν ἡ θεότης, ὑπὲρ πάντα αὐτοῦ τὰ ποιητὰ πνεύματα ἀποχρυφότερόν τε καὶ ἀδηλότερον καὶ ἀθέατον, γλυκὺ σφόδρα καὶ ἀκόρεστον τῇ ἡδονῇ, λεπτώτατον, ὑπεράπειρον καὶ φρικτὸν, πολλὰ μὲν νοούμενον ἐπεὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ ἀπερίγραπτ῀, ὅσον
B ἐστὶν καὶ θεωρῆσαι οὐ δυνάται, διὰ τὸ τ῀ νοῆσαι μὴ χωρεῖν τ῀ ἀνθρώπινον. Ὅταν οὖν ἀνοίξῃ καὶ ὀφθήσεται, ᾧ βούλεται, χείλη τὸ μέλι τ῀ ἀσπαπῆς σου καρδίᾳ γλυκύτερον, καὶ ἁρπάζει φοβερὸς, καὶ οὐχ ἑκάστ῀· μάλα δὲ καλόν ἐστι καὶ εὐμενὲς, καὶ ἀπόῤῥητον, τινὶ μὴ παρεικαζόμενον τὸ Ζωόλον.

Οὕτως οὖν τὸ ἐπάνω τοῦ στερεώματ῀ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστιν ὁ ἀὴρ, ὑπάγει εἰς ὕψ῀, ὅσον τις νοῆσαι οὐ δυνάται· ὅσον γὰρ ἀναβῇς τῇ θεωρίᾳ, τοσοῦτον κάτω εὑρίσκεται, ἄβυσσ῀ γάρ ἐστι τὸ πρᾶγμα· ἴσως γὰρ ὅτι εὑρίσκεις ἀβύσσου ἄκραν; καὶ πάλιν τὼ ἄνω, τί ἄρα ὑπολαμβάνεις ὑπάρχειν; πάντως, ὅτι ἔλαμα φοβερὸν, ἔπειτα πέλαγ῀ ἀχανὲς καὶ ἀπερίβλεπτον καὶ ἀπεριόριστον. Καὶ ἀφίης τὰ ἐκεῖ, καὶ βλέψον ὑποκάτω τοῦ χάσματ῀ χάο῀, ὑποκάτω τοῦ χάους ἕτερον χάσμα, ὑποκάτω τοῦ ἕτερου ἄβυσσ῀, ὑποκάτω τ῀ ἀβύσσου ἔρεβ῀, ὁ ἀὴρ Σκοτεινὸς καὶ ἀπερίβλεπτ῀, πάλιν κάτω ἄβυσσ῀ ἀβύσσων, καὶ χάους χάο῀ ἐπέκεινα. Πολλάκις γὰρ καὶ ἦλθον ἐκεῖ τῇ θεωρίᾳ, ὅπως θεάσωμαι τέλ῀ τοῦ ὑποκάτω τ῀ γῆς κρημνοῦ, καὶ οὐχ εὗρον
C ἔπειτα κατωτέρω καὶ ἦλθον καὶ οὐχ εὗρον· ἔπειτα ἐρρίψα ἐμαυτὸν τῷ νοερῷ, καὶ ἄπειμι ὡς τάχ῀ ἀσπαπῆς διὰ ζοφερᾶς ἀβύσσου τ῀ῦ ἀβύσσων, καὶ εἰσδὺς εἰς χάο῀ ἀβύσσου, πέλαγ῀ ἀχανές τε καὶ ἀπερίβλεπτον· καὶ ἐν τῷ μὴ σωανλῆσαί μοι ἡ τεῖχ῀ νεφέλης, ἢ πλήρωμα τὸ οἰονεῖν, μόλις ἐμαυτῷ τ῀ῦ ἐκεῖ νοερῶν τε καὶ θεορητικῶν τοῦ πνεύματ῀ ὄμμα ἀνέῳγκα· καὶ ἐν τῷ ἀναβλῶσαί με τ῀ῦ ἐκεῖ, ἐπορεύθην καὶ ἀνελόλας, καὶ ἐπέβλεψα δυνάμει Κυρίου Σαβαὼθ καὶ ὀξέως σφόδρα, καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ τὸ ἐπ' ἄκρον τ῀ γῆς ἐν αὐτῷ· καὶ πάλιν ἦλθον τὸ πλάτ῀ τ῀ ἀνελόλης, καὶ εὗρον πολαμὸν, ἐν ᾧ ὁ οὐρανὸς ὑπκείμην῀ ἵστατο, καὶ ἀποκλείει τὸ πρόσωπον τ῀ γῆς ἔνδοθεν· καὶ ἴδον καὶ ἰδοὺ τὼ ἄνω ἐκεῖθεν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τ῀ γῆς κατὰ ἀνελόλας πολλὰ ὕδατα, φωτεινὰ καὶ λευκὰ καὶ ἀπόῤῥητα· πάλιν δέδωκα τὼ ἄνω, καὶ μόλιν ἠδυνήθην ὑπεξελθεῖν τῷ ὀλκῷ τοῦ ὕδατ῀.

Εἶτα λέγει αὐτῷ ὁ Ἅγι῀ Ἰδοὺ, τέκνον μου γλυκύτατον, αὕτη μου ἡ ἐσχάτη ὁμιλία πρός σε, οὐκέτι γὰρ ὄψει με οὐδὲ θεάσει με ζῶντα ἢ τεθνεῶτα, εἰ μὴ τῷ πνεύματι. Ἐγὼ δέ σοι καθαρῶς πάντα τὰ ἐσ' ἐσχάτων ἀποβησόμενα εἰς σε, ἵνα

interpretabatur; nec minus erat verſatus in obſcuriſſimis quibuſque locis ſacræ Scripturæ exponendis; utpote perfectiſſimam illius intelligentiam nactus. Erat præterea inſignis caſtimonia, erat facundus lingua, erat præditus ſcientia tam ſingulari, ut viginti quatuor litterarum elementa, tam quæ ſub intellectum, quam quæ ſub ſenſum cadunt, mirabili Spiritus ſancti illuſtratione penitus pervaderet. Verumtamen ſcientiam illam mecum ſolummodo & cum Epiphanio; quando alterutrum conveniſſet, communicare ſolebat: apud alium vero quemlibet de ſacra Scriptura ne verbum quidem. A. NICEPH. COALVO EX MSS.

239 Poſtea, accumbentibus nobis veſcentibuſque, interrogans Andream Epiphanius; Mi pater, inquit, quomodo interpretandus eſt ἄρτος ſeu *panis*? Cui Andreas: Subtractis, & quæ decem & quæ ducenta valent *a* elementis, appellavit ſapiens ἄρταν ſeu *panem*, quod ἄριστον ſeu *optimum* appellare debuerat. Excepit reſponſum Epiphanius ſuavi cum riſu: tum ad ſublimiorem de incomprehenſibili Deo ſermonem, ſacro quodam cum horrore, ſe converterunt ambo; ajentes, Deum eſſe ſpiritum, omnibus quas condidit rebus ſpiritualibus longe excellentiorem, longe magis arcanum, longe à cognitione & oculis noſtris remotiorem; eſſe ſpiritum apprime ſuavem, infinite jucundum, ſimpliciſſimum, nullis comprehenſum terminis, majeſtate verendum; eſſe ſpiritum, de quo multa quidem mente concipimus, quia vero eſſentia ejus terminis circumſcribi non poteſt, quantus ſit, intelligere nequimus, humana mente ad tam abſtruſa capienda ſe non extendente. Quando autem ſe ipſe cui vult exhibuerit videndum, effundit in cor ejus melleam quamdam ſplendoris ſui dulcedinem, & rapit eum ad ſe vehementius, moræ impatiens. Eſſe deniq; ſpiritum valde tranquillum, benevolum, verbis inexplicabilē, quique nulla omnino cum re comparari poteſt. *poſt dictum etymon vocis ἄρτος* a *explicat Epiphanius incomprehenſibilitatem divinam*, E

240 Ita fere quod ſupra firmamentum cæli eſt, aër inquam, adeo extenditur in ſublime, ut cogitatione aſſequi non liceat: nam quantum cogitatione aſcenderis, tanto minus reperitur; abyſſus quippe illud eſt. An putas fortaſſis te poſſe abyſſi ſummum mente attingere? quid igitur ultra concipis exiſtere? utique, credo, immenſam extenſionem & vaſtiſſimum pelagus, quod oculis circumſpici & terminis comprehendi nullis omnino poteſt. Dimitte autem iſthæc, & vide infra terram: *b* aqua ibi ſub aqua eſt, vorago ſub voragine, chaos ſub chao, alteraque vorago, ſub inferno abyſſus, ſub abyſſo erebus, ſub erebo aer obſcurus & neutiquam perſpicuus; rurſum vero ſubtus illa abyſſus abyſſorum. Sæpius enim illuc in contemplatione deſcendi, ut viderem finem ejus quæ ſub terra eſt profunditatis, & non reperi: deinde etiam inferius perrexi, nec tamen reperi. Poſtmodum intellectualiter me præcipitavi, & inſtar fulguris celerrimi tranſivi per caliginoſam abyſſorum abyſſum, ingreſſuſque ſum chaos abyſſale, pelagus immenſum & viſu impermeabile: cumque mihi non occurreret aut nebula inſtar muri, aut aliud craſſioris corporis ulteriorem conſpectum prohibens, ægre tamen mentis oculos per imaginaria iſthæc ſolique contemplationi acceſſa circumferebam. Aſcendens vero inde perrexi verſus Orientem, & per virtutem Domini Sabaoth acutiſſime perſpexi, & vidi ſuperficiem terræ ibidem fundatæ: & rurſus latitudinem Orientis pertranſii, & inveni fluvium cui incumbens cælum inſiſtit, & terræ faciem intra ſe claudit. Et ecce ab inde ſupra cælum ac terram, ſecundum Orientem, multæ erant aquæ, lucidæ, candidæ, atque ineffabiles. Rurſum vero evectus ſurſum, ægre emergere potui ex aquarum illarum rapacitate. *comparando illam immenſæ, quæ ſupra firmamentum* F *b ac infratetram eſt. aeris & aquæ extenſioni.*

A. NICEP. COÆVO EX MSS. *Denique, poſt prædictum Epiphanio Monachatum*

241 Deinde ſic perrexit Epiphanium Andreas alloqui : Ecce fili mi dilectiſſime, ſupremus hic mihi tecum congreſſus & colloquium eſt ; non enim deinceps me viſurus es, aut vivum aut mortuum niſi forte in ſpiritu. Nunc igitur quæ eventura tibi deinde ſunt, manifeſte ediſſeram omnia ; ut numquam te mei meorumque verborum oblivio capiat. Patre tuo vita functo, monaſticum induêris habitum; ſuſceptoque in ſtatu laudabiliter vivens, uberibus miſericordiæ & gratiarum donis ab unigenito Dei Filio cumulaberis, cum propagatione famæ de te admodum præclaræ. Quando autem [cum habitu mutaveris nomen tuum] *c*, & ſancta hæc Eccleſia Epiſcopo ſuo viduata fuerit ; te excitabit Dominus luminare, ducem & paſtorem expertiſſimum errantium animarum. Dices quoque pro Chriſti nomine teſtimonium præclarus *d* Confeſſor, & ſors tua cum Sanctis futura eſt. Tu vero, fili, vide ſis, ut numquam animo tuo elabatur timor Domini, ex toto corde tuo dilige illum, & crebro multis cum lacrymis precare. Quotieſcumque ſacrificaturus adſtabis coram Domino, multa cum reverentia & humilitate, memento ſemper mei in Sanctis oblationibus tuis ; & Dominus Deus, quocumque in ſtatu fueris, te propugnabit. Ecce, quæ ſupra modum benedicta & glorificata eſt, ſancta Dei Genitrix te tuaque gubernabit rectiſſime ac defendet. Huc ades, fili ; flectamus ſimul genua noſtra Domino Deo, ſupremam orationem ſimul fuſuri ; illiſque flexis, ita oratum eſt à viro ſancto :

communes pro ſe & illo preces fundit,

242 Pater, Fili, & Spiritus ſancte, Trinitas vivifica, in ſubſtantia eadem, in gloria æqualis, in partibus individua ; nos pauperes, peregrini, mendici ac nudi, qui ubi caput reponamus non habemus, imploramus opem tuam, inclinantes propter nomen tuum tam animæ quam corporis, tam cordis quam ſpiritus noſtri genua, & oramus atque obſecramus nec non & ſupplicamus tibi, ô Deus, Deus, cujus terribile nomen, Sabaoth ; optime, & ſanctiſſime Domine, effector & creator omnipotens, ut aurem tuam nobis inclinans, benigne ſuſcipias humilium famulorum tuorum ſupplicem orationem, utque in virtute ac nomine tuo nos ſanctos efficere digneris, miſericors & miſerator, longanimis & multæ miſerationis Deus. Adſis nobis Pater, Fili, & Spiritus ſancte, adſis ſplendor infinitæ claritatis Deus, adſit potentia tua mirabilis, atque in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti quæcumque vel opere, vel verbo, vel concupiſcentia, vel cogitatione admiſimus delicta, miſericorditer nobis dimitte : dimitte, inquam, condona, & oblitera, piiſſime Domine, cujus miſericordiæ & miſerationes multæ ſunt : ne confundas nos, neve projicias à facie tua, qui voluptate & illicio quodam amoris ſuaviſſimi, converteris ad orationem diligentium te. Obſecro te, Domine, ut oculos hujus, pone me flectentis genua, filii mei, divinæ claritatis tuæ ſplendore illumines ; ut omnes animæ facultates ſpiritu tuo ſanctifices ; ut mentis cogitationes inenarrabili ſemper vigentis gratiæ tuæ fragrantia condîtas exhilares ; ut inſpires illi ſpiritum ſapientiæ, ſpiritum fortitudinis, ſpiritum intelligentiæ, ſpiritum dilectionis & pacis, ſpiritum manſuetudinis, ſpiritum denique ſalutares lacrymas elicientem ; quo recta incedens via, dirigente infallibili dextera tua gubernetur ; & quælibet ex voluntate tua placitoque operans, in virtute tua vitam conſequatur æternam.

delictorum veniam

& ſancti Spiritus donum poſtulans ;

ac vale dicto,

243 Ita precatus Andreas, ſurrexit : tum oſculatus Epiphanii oculos, vultum, pectus & manus, hortatuſque, ut in ſuo ſe conclavi pacifice contineret, acerbe dolentem ac lamentantem relinquens diſceſſit. Perveniens hinc ad ambulationes, quæ ſub

μὲ μέμνησαι διὰ παντὸς, καὶ τὰ ῥήματά μὲ ἔχῃς διὰ παντὸς. Μέλλεις γὰρ, τοῦ πατρός σὲ ἀποβιώσαντος, ἐνδύσασθαι τὸ μοναχικὸν σχῆμα, καὶ διαπρέψαι καλῶς ἐν ἐλέει καὶ χάριτι τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξελεύσεται φήμη περί σε, [ἀλλαγέντος καὶ τοῦ ὀνόματός σε ἐν τῷ σχήματι.] Τῆς δὲ ἁγίας ταύτης χηρευσάσης Ἐκκλησίας, σὲ ἐγερεῖ Κύριος φωστῆρα καὶ ὁδηγὸν καὶ ποιμένα τῶν πεπλανημένων ψυχῶν ἐμπρόσθιον. Μέλλεις καὶ εἰς ὁμολογίαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἔρχεσθαι, καὶ ζῶ τοῖς Ἁγίοις γενήσεται ὁ κλῆρός σε. Σὺ δὲ, τέκνον, ἔχε τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ ψυχῇ σε, καὶ ἀγάπα αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ σε, καὶ προσεύχε αὐτῷ συχνῶς μετὰ πολλῶν δακρύων· μέμνησο δέ μου πάντοτε ἐν ταῖς ἱεραῖς σε ἀναφοραῖς, ἵνα λειτουργῶν τῷ Κυρίῳ παρίσασαι πολλῇ τῇ αἰδοῖ καὶ κατασάσῃ τὴν ταπεινοφροσύνην· καὶ ἰδοὺ γὰρ Κύριος ὁ Θεὸς ὑπεράνω ὑπεράσπισῇ σε, ὑπὲρ πάσης κατασάσεως προμυθούμενος. Ἰδοὺ ἡ ὑπερευλογημένη καὶ δεδοξασμένη Θεογεννήτειρα, αὕτη κυβέρνησις καὶ ἀντίληψίς σοι γενήσεται. Δεῦρο οὖν τέκνον, καὶ κλίνωμεν γόνυ οἱ ἀμφότεροι Κυρίῳ τῷ Θεῷ, καὶ τὸ τελευταῖον προσευξώμεθα. Καὶ κλινάντων γόνυ, ἤρξατο προσεύχεσθαι ὁ Ὅσιος οὕτως·

Ὁ Πατήρ, ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Τριὰς ἡ ζωοποιὸς καὶ ὁμοούσιος καὶ Συνάϊδιος καὶ ἀμέριστος, παρακαλῶμέν σε οἱ πένητες, καὶ ξένοι, καὶ πτωχοὶ, καὶ γυμνοὶ, καὶ μὴ ἔχοντες τὸ κεφαλικὸν ποῦ κλίναι· ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου κλίνομεν τὸ γόνυ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, καὶ τῆς καρδίας καὶ τοῦ πνεύματος, καὶ δεόμεθά σε καὶ παρακαλῶμεν, καὶ ἱκετεύομέν σε, ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς τὸ φοβερὸν ὄνομα Σαβαὼθ, ἀγαθὲ καὶ ἅγιε Δέσποτα, παντουργὲ ποιητὰ παντοκράτωρ, κλίνον τὸ οὖς σε, καὶ εὐμενῶς πρόσδεξαι τὸν ἱκετηρίαν ἡμῶν τῶν ταπεινῶν ἔντευξιν καὶ δέησιν, καὶ καταξίωσον ἡμᾶς ἁγιαζομένους ἐν τῇ δυνάμει σου καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου, οἰκτιρμῶν καὶ ἐλεημόνων, μακρόθυμε καὶ πολυέλεε Κύριε. Ἐλθὲ Πατὴρ, Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐλθὲ ἡ φοβερὰ ἀσπὴ τῆς θεότητος· ἐλθὲ τὸ κράτος τὸ φοβερόν· ἐλθὲ τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Συμπαθῶν τὰ παραπτώματα ἡμῶν, ἅπερ ἡμάρτομεν ἐν λόγῳ ἢ ἔργῳ, ἢ ἐν ἐνθυμήσει, ἢ ἐν διανοίᾳ. Δεόμεθα; πάριδε, ἄνες, ἄφες ἀγαθὲ, εὔσπλαγχνε, ἐλεήμων, πολυέλεε· καὶ μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς, μὴ ἀποῤῥίψῃς ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, ὁ ἡδονὴ καὶ φίλτρῳ ἔρωτος γλυκυτάτου καμπόμενος, ἐπὶ ταῖς ἐντεύξεσι τῶν ἀγαπόντων σε. Παρακαλῶ σε, Δέσποτα, τὸ τέκνον μου τοῦτο τὸ ὄπισθεν τῆς ἐμῆς ἀνικανότητος τὸ γόνυ κλίναν, φώτισον αὐτοῦ τὰ ὄμματα τῇ ἀσπῇ τῆς σῆς θεότητος· ἁγίασον αὐτοῦ τὰ νοερὰ αἰσθητήρια τῷ ἁγίῳ σου Πνεύματι· φάιδρωον αὐτοῦ τοὺς τῆς ψυχῆς διαλογισμοὺς τῇ ἀφάτῳ εὐωδίᾳ τῆς ἀειζώου σου χάριτος· ἔμπνευσον αὐτῷ πνεῦμα σοφίας, πνεῦμα ἰσχύος, πνεῦμα σωτηρίας, πνεῦμα ἀγάπης καὶ εἰρήνης, πνεῦμα πραότητος, πνεῦμα δακρύων ῥοητικὸν, ἵνα εὐοδούμενος καὶ κυβερνώμενος παρὰ τῆς ἀῤῥήτου σου δεξιᾶς, ποιήσῃ πάντα τὰ εὐάρεστά σου ἐν τῇ δυνάμει σου σωζόμενος.

Ταῦτα εὐξάμενος ὁ Ὅσιος, ἀνασὰς, καὶ κατασπασάμενος αὐτοῦ τὰ ὄμματα, καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὸ στῆθος, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ εἰρήνην ἄγειν αὐτὸν ἐντειλάμενος ἔνδον τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ, οὕτω ταχέως ἀφωμοιωμένα ἀφὴς, ἀνεχώρησε. Κα-

A Καλαλαβὼν ἡ ἐν τοῖς περιπάτοις τόποις τοῖς ὑποκάτω οὖσιν ἐμβόλοις, καὶ διὰ σώσης νυκτὸς προσευχόμενος ὑπὲρ τῶν ἐν κινδύνοις καὶ θλίψεσι, καὶ ἀνάγκαις, καὶ ἐν αἰχμαλωσίαις, καὶ ὑπὲρ πάσης τοῦ κόσμου, οὕτως ἐπὶ γῆς ἀνακληθεὶς, καὶ ὁρῶν ἅπαντας τοὺς Ἁγίους ὥσπερ φίλους πρὸς ἑαυτὸν παραγινομένους, μειδιῶν τῷ προσώπῳ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα.

Ἐν οἷς γυναῖόν τι πενιχρὸν τῶν ἐκεῖσε, ἐπὶ καλύβης τινὸς κατοίκησιν ἔχον, τοῦ πολυέλεου τοῦ μύρου εὐωδίαν καὶ θυμιαμάτων ἐκείνων, τῶν ἡδυπνόων καὶ ἀσυγκρίτων, καὶ πάντα νῦν ὑπερβαινόντων κατοσφρανθεῖσα, σπουδῇ ἀνασάσα, καὶ φῶτα αἰτησαμένη, καὶ ἀκολουθήσασα τῇ εὐωδίαν τῷ τόπῳ ἐπέσῃ· εὗρε δὲ τὸ Μακάριον τελεῖ τοῦ βίου χρησάμενον, καὶ τοῦ θείου ἐκείνου εὐωδίαν πολλῷ μᾶλλον ἀναδιδόμενον, καὶ μύρων ἐκβλυσιν παραδόξως ἐκ τοῦ λειψάνου ἐξερχομένην πολλαπλόν. Ἐθαμβήθη οὖν καὶ τισι τὸ θαῦμα ἀπήγγειλε· καὶ δὴ πολλῶν συνεδραμηκότων, ὡς δὲ πλησίον ἐγένοντο, οὐκέτι τινὰ ἐφάκασιν, εἰ μὴ ὑπὸ τῆς εὐοσμίας τοῦ μύρου καὶ τῶν θυμιαμάτων, καλεπλήττοντο λίαν, οὐδαμῶς εὑρεῖν δυναμένους τὸ Ἁγίου τὸ
B λείψανον. Μετέθηκε γὰρ αὐτὸ ὁ Κύριος, κρίμασιν ἰδίοις οἷς ἐκεῖνος ἐπίσταται, ὁ καὶ τὰ ἀπόκρυφα αὐτοῦ πατορθώματα θαυμάζων.

Ἐτελειώθη δὲ ὁ χρυσοῦς ἥλιος καὶ οὐρανομήκης σύλος πυρὸς, ὁ μακάριος Ἀνδρέας, ὁ διὰ Κύριον πένης καὶ ξένος καὶ καταπεφρονημένος, καὶ ὑπὸ πάντων ἠγνοημένος, μιᾷ καὶ εἰκάδι ὀγδόῃ, ἑξηκοστῷ ἕκτῳ ἔτει τῆς ἀγῶνα κρυπτοῦ διηγωνισμένος, θεῷ δὲ διηγωνισμένος, ὡς καλῶς ἀγωνισάμενος. Ἐγὼ δὲ Νικηφόρος, ἐλεήμονι τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ ὑπάρχων κατηριθμημένος ἐν τοῖς ἱερεῦσι ταύτης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων τῆς ἐπωνύμου Θείας Σοφίας, συγγράψαμι τὸν θαυμασὸν τοῦτον βίον καὶ πολυθρύλητον τοῦ Σεβασμίου Πατρὸς τοῦ ἐν Ἁγίοις Ἀνδρέου, ἃ καὶ οἰκείοις ὀφθαλμοῖς ἑώρακα, καὶ παρὰ τοῦ Ἐπιφανίου τοῦ ἀοιδίμου, τοῦ γενομένου ἐνθάδε Ἀρχιεπίσκοπος μεμάθηκα, καὶ τῷδε τῷ συγγράμματι συνέταξα, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ μετὰ τοῦ Πατρὶ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

porticibus ſunt, totam noctem pro periclitantibus, pro afflictis, pro neceſſitate aliqua preſſis, pro carcere detentis, pro omnibus denique mundi incolis orando tranſegit. Atque ita evocatus è terris, videns univerſum Sanctorum agmen, veluti familiarem ſuum inviſentium, hilari ridentique vultu ſpiritum emiſit. A. NICEP. COÆVO EX MSS. *clam omnibus moritur.*

244 Interea paupercula quædam mulier, quæ ibidem in tuguriolo quopiam morabatur, copioſam unguenti fragrantiam ac thymiamatis ſuaviter olentis, cum nullo altero comparandi, & captum omnem hominum ſupergredientis, odorem percipiens, profiliit ſubito; petitoque lumine, ſecuta odorem, ad locum unde promanabat devenit: reperitque iſtic B. Andream vita functum, & deprehendit divinum iſtum odorem magis magiſque fragrantem aſpirare, & unguentorum ſcaturiginem inſtar fluminis mirabiliter e Reliquiis egredi. Qua de cauſa ad alios quoſdam feſtine accurrens, quod acciderat miraculum, Deo ipſo in teſtem vocato, jurata narravit. Hinc excitati plures, ad locum deſignatum concurrerunt: quo appropinquantes, nullum omnino viderunt hominem, ſed ſolam unguenti & incenſi fragrantiam percepperunt, mirantes vehementer, nullas uſpiam viri ſancti Reliquias deprehendi: tranſtulerat enim illas Dominus aliò ex judicio ſuo divino, quod illum non latet, qui arcana quælibet illius facinora habet perſpecta. *Ad cadaver indicio emanantis fragrantiæ tracta paupercula.* *adducit alios qui ſublato corpore ſolum odorem ſentiunt.*

245 Beatus itaque Andreas, ſol iſte abſconditus, & columna ad cælum uſque pertingens, qui & pauper & peregrinus & ſtultus & omnium peripſema factus fuerat propter Dominum, vitam hanc duodetrigeſima die Maji concluſit; ſexto & ſexageſimo ætatis ſuæ anno, occulte ſuum agonem conſummans & Deo ſoli cognitus. Ego autem Nicephorus, per miſericordiam omnipotentis Dei, in numerum Presbyterorum magnæ Eccleſiæ, quæ in hac urbium Reginâ Dei Sophia cognominatur, adſcitus; mirabilem hancce & celebris famæ futuram religioſiſſimi ſanctiſſimique Patris Andreæ Vitam conſcripſi, ea in commentarium præſentem referens, quæ partim oculis meis ipſe vidi, partim didici ex Epiphanio, facto hic deinde reverendiſſimo Archiepiſcopo ſecundum prædictionem ipſius Sancti: cujus precibus mereamur conſequi miſericordiam in die judicii, per gratiam & benignitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui cum Patre ſancto- *die 28 Maji.* *Auctoris epilogus.*

C que Spiritu gloria, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen. F

ANNOTATA.

a *Græcorum numerales litteræ ſic procedunt, ut* ι, 10; ϱ, 200 *valeant; quibus ſubtractis ex* ἄρισος, *manet* ἄρτος.

b *Videntur Græci, quorum diſciplinis imbutus Andreas ante converſionem fuerat, tunc adhuc ignoraſſe mundi ubique habitabilis rotunditatem; ſed eam, ſicut ætate Auguſtini concipiebant antiqui, imaginatos ſibi eſſe inſtar everſæ navis aquæ innatantis, ac ſubtus quidem immenſitatem abyſſi, deſuper vero æthera ſimiliter immenſum; ex lateribus etiam aquas, unde cælum emergat, concepiſſe: & ſecundum has ſpecies, animo alte impreſſas, agi Sanctum etiam in contemplationibus ſuis ſinebat Deus: quia, vera illæ an falſa eſſent, nil faciebat ad fructum ſpiritualem inde percipiendum, ut jam alibi monui.*

c *Perquam incommode hæc verba abſunt à Ms. Maz. eximunt enim lectorem ſolicitudine, alias neceſſaria, quærendi inter Patriarchas* CP. Epiphanium *aliquem: qui ſolum unicus inventus eſt hactenus, iſque ad ſeculum* 6 *ſpectans, adeoque minime hic idoneus nobis: diximus autem videri aſſumpſiſſe, cum monachus fieret, atque in Patriarchatu retinuiſſe, nomen* Antonii *vel* Polyeucti.

d *Magis hoc* Polyeucto *convenire etiam initio dixi-mus.*

SUPPLEMENTUM

Pag. 1* *in Comm. prævio lin. ult. ſic lege —— poſtea* Monachus, ἀλλαγέντος καὶ ὃ ὀνόμαλος ἐν σχήματι, *ut dicitur num.* 241, *mutato cum veſte nomine, & ex Monacho Patriarcha Conſtantinopolitanus.*

Similiter pag. 27* *omiſſas, per typotheta incuriam, Annotationes duas ſupplebis hoc modo.*

i *Inſertum hic erat* ᾧ ἐοικὼς ἀλέλετο. *Non capio. Habebat autem poſt duas has voculas Ms. Mazar.* ὡς ἔοικε. *Recte, ideoque hoc ipſum huc tranſtuli.*

k *Quod hic* Τρύλλιον, *infra in Mazar. ſcribitur* τρύλλιον, *in Vaticano* Ἐγχείριον; *utique vas manuale & rotundum, quale eſt* Trulla, *quæ propter aptatas ei anſas* πτερῶδες, *quaſi* alata, *fieri dicitur. Non tamen ſatis capio quid hic elenchi lateat adverſus Arianos.*

D E

DE VEN. MARIA BAGNESIA

VIRGINE TERTII ORDINIS S. DOMINICI,

FLORENTIÆ IN HETRVRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

D. P.

De Corporis incorrupti cultu inchoato ; deque Vita bis terve à Confeſſariis & familiaribus Italice ſcripta.

AN. MDLXXVII.

In eccleſia S. Mariæ Angelorum

Virgilius Ceparius, noſtræ Societatis Sacerdos & Florentini aliquando Collegii Rector, ac S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis *Confeſſarius, in hujus Vita, quam pro majori parte Latine redditam ſecundo loco dedi ad diem* XXV *Maji, num.* 27 *& ſeqq. accurate deſcribit originem monaſterii, quod nunc in Ceſtelli loco poſitum, ante tempora Vrbani VIII ſtabat in ſuburbio S. Frigidiani, unde nomen habebat, ſicut & eccleſia vetus* PP. *Carmelitarum, in qua primæ Virgines habitum ſumpſerunt anno* MCCCCL. *Scipio Admiratus Hiſt. Flor. lib.* 29 *fundationem monaſterii ad annum* MDXIV *differt, eamque Cardinali Soderino adſcribit : ædificiis is forſitan locum auxit, reditibuſque dotavit. Hic ut, Ordinis Carmelitani regimini ſubtractus, potéſtati Ordinarii ſubjiceretur, anno* MDXX *Leo* X *ſtatuit, abſque ulla religioſæ Diſciplinæ jactura. Cum enim Secularis Sacerdos, loci Rector, fortaſſe primus ex Clero aut ſecundus, anno poſt ſubſtractionem* XXXI *è vivis exceſſiſſet ; coacta fuit Societas noſtra, recens tunc Florentiam inducta, regimen ſpirituale ſuſcipere Sanctimonialium iſtarum, quarum eccleſiâ ad ſuas functiones iſto in principio utebatur. Licet autem id triennio dumtaxat duraverit, ad talem tamen tantamque diſciplinæ perfectionem ſub ejuſmodi magiſterio profecit Conventus iſte, perſeverantibus præſertim Patribus, non ſolum noſtræ Societatis, ſed etiam Prædicatoribus S. Dominici, extraordinariam ei curam ad Confeſſiones Concioneſque impendere ; ut* Venerabilis Maria Bagneſia, *qua de agere inſtituimus, odore tam eximiæ ſanctitatis allecta, iſtic tumulari elegerit impetraveritque, licet ipſa Regulam tertii Ordinis profeſſa inter manus Patrum Prædicatorum ; qui defunctæ corpus ſuis illuc humeris intulerunt anno* MDLXXVII. *Fuit autem ipſum ibidem ſub altari majori humatum, intra ſpecialem arcam lateritio obtectam opere, ſicuti ex num. ult. Vitæ conſtat ; non quidem ut religioſe colendum, ſic enim fuiſſet intra ipſum altare locatum ; ſed (ut ego quidē exiſtimo) ex commoditate quam offerebat fornix aliquis, ſub altari infra eccleſiæ pavimentum antea ductus, & uſui ejuſmodi idoneus judicatus, intuitu ſpecialis devotionis, quam vivens erga ſanctiſſimun. Miſſæ ſacrificium habuerat, ipſum quotidie coram ſe fieri in proprio cubiculo curans.*

B

C

primo collocata ſub altari,

2 *Verum, ſive id nimium viſum Superioribus fuerit, ſeu alia quacumque cauſa ſuaſerit ipſam inde auferre, fortaſſis in communi reliquarum Religioſarum cœmeterio humandam ; conſilium hoc in majorem ejuſdem gloriam vertit Deus : fecit enim ut ea occaſione totum corpus, quod annis aliquot ſepultum jam erat, inveniretur in ſua arca integrum atque formoſum. Quapropter petierunt Sanctimoniales predicta, & facile impetrarunt, ad ſuum ſpirituale ſolatium, ut ſibi liceret illud transferre intra monaſterium ſuum, ad locum Capitularem, in quo ipſum ſpeciali devotione venerarentur. Erat tunc Florentiæ Archiepiſcopus Alexander Medices, à Piſtorienſi Eccleſia ad Metropoliticam Cathedram tranſlatus anno* MDLXXIV: *qui nono poſt anno Cardinalis factus, tandem etiam Vniverſali Eccleſiæ præfectus eſt, ſub nomine Leonis XI, anno* MDCV, *paucorum dumtaxat dierum Pontifex. Hujus indulto factam eſſe tranſlationem prædictam, ſicut credere debemus ; ita ſupponere poſſumus, ab eodem approbatum honorem, quem piæ Monachæ, non ſolum ut nunc ſigillatim, ſed olim etiam communiter ſacro iſti depoſito deferebant. Eas inter in honorando Bagneſiæ tumulo eminebat ſanctiſſima Virgo,* Soror Maria Magdalena de Pazzis ; *idque adeo notum ſororibus ceteris erat, ut cum ipſa anno* MDLXXXIV, *votis religioſis nuncupatis, rapta per dies quadraginta in ſpiritu, ſic debilitata relinqueretur, ut naturali nulla ratione videretur poſſe in vivis retineri ;* pia quædam Converſa, conſiderans quam devota eſſet Soror Maria Magdalena erga Venerabilem Matrem Sororem Mariam Bagneſiam, cujus corpus in Capitulo monaſterii reverenter ſervabatur, eidem votum pro ipſa fecerit : & ecce Magdalena, ipſo die quo votum fiebat infirma quam quæ maxime, ſequenti die miraculoſe ſana, ad ſtuporem non minus quam conſolationem univerſarum, ſurrexit de lecto, ab omni morbo libera : deinde XI Julii, *id eſt quinto poſt finem raptus quadragenarii die,* vidit animam prædictæ Matris Bagneſiæ in ſublimi gloria collocatam, *ut ſcribit præfatus Ceparius, extraordinarius monaſterii Confeſſarius in Vita ejuſdem, nunc in Canonē Sanctarum relata, num.* 49. *Modum & formam iſtius Viſionis aliarumque ſimilium, atteſtantium certitudini cæleſtis gloriæ, & quidem valde ſublimis, à Bagneſia jam obtentæ, infra in Supplemento poſt Vitam dabuntur ; hic noto, ſolitas ejus temporis Sanctimoniales,* Beatam Matrem, *appellare, & Feriam III hebdomadæ eidem peculiari devotione impendere, quia tali die eademque* XXVIII *Maji è vivis abiit.*

E

& à S. Maria Magd. de Pazzis aliiſque devote culta,

ac ſæpius conſpecta in gloria,

3 *Quantum porro in eo monaſterio creſcebat æſtimatio viventis Magdalenæ, & ejus quo agebatur ſpiritus ; tantum etiam acceſſiſſe videtur ad devotionem, quo defunctam* Mariam *proſequebantur Sanctimoniales ; unde factum eſt, ut lignea, in qua corpus jacebat, capſa, honorificentius habendæ, arcam lapideam elegantem excavandam decernerent ; cui etiamnum inſcripta leguntur hæc verba :* Hic jacet corpus Venerabilis Sororis Mariæ de Bagneſis, tertii Ordinis S. Dominici, vitæ honeſtate & morum probitate integerrimæ : quæ vixit annos LXIII, obiit V Kalendas Junii MDLXXVII, Moniales S. Mariæ Angelorum poſuerunt anno MDLXXXXI. *Atque intra hoc ſepulcrum etiamnum videre eſt præfatum corpus, nec uno quidem dente minutum, in habitu albo Dominicani Ordinis, ac chlamyde nigra ex ſerico, cum velamentis capitis habitui congruis. Non tamen in eodem S. Frigidiani Burgo, in quo olim. Cum enim Franciſcus Cardinalis Barberinus, ut alibi dictum, anno* MDCXXVII *Romam à Legatione Hiſpanica revertens, ſorores ſuas ibidem duas viſitatum veniſſet, locoque minus ſalubri ac nimis anguſto collocatas animadvertiſſet ; effecit ut communis omnium patruus Vrbanus VIII commodiorem laxioremque ipſis habitationem curaret, facta cum Monachis Ciſtercienſibus, in platea quæ Pictorum dicitur manentibus, commutatione. Ad hunc autem*

F

an. 1591 transfertur in arcam lapideam

corpore uſque nunc incorrupto.

deinde tranſlata ad locum Capituli,

A *tem locum priusquam Sanctimoniales transferrentur, die* VIII *Decembris anni* MDCXXVIII, *placuit transferri ossa defunctarum omnium Matrum; id enim ut liceret cautum erat per pacta conventa, & fieri probaverat D. Alexander Martius Medices Florentinus Archiepiscopus. Hujusmodi autem* translatio facta est, *ut habet Relatio nobis Italice missa*, die 11 Decembris, secreto atque noctu. Stantibus enim recentibus Urbani VIII decretis, prohibentibus honorem civili majorem haberi memoriæ recentius defunctorum, publico judicio Ecclesiæ necdum beatificatorum; visum est nihil publice faciendum circa corpus Venerabilis Mariæ; neque quidquam ei præ ceteris datum fuit, præter honorem specialis arcæ, in qua jam pridem composita steterat; quæque tribus firmata clavibus & sigillata, transvecta pariter cum aliarum exuviis est, ipsis clavibus penes Matrem Priorissam manentibus. Et tunc quidem ipsa arca, æque ac ceterarum ossa, deposita fuit in loco subterraneo, communi omnium posthac sepulturæ fabricandæ destinato; sed aliquanto post tempore, elevata denuo arca eadem est, collocataque in Capitulo novi Monasterii, sub altari, quod à Sanctissimo Rosario
B nomen habet, ubi etiamnum tenetur, *sicut ante migrationem tenebatur.*

Hujus memoriæ, majori Mariæ Magd. Pazziæ claritate obscurata

4 *Ceterum nisi Monasterio S. Mariæ sæpe nominato ea felicitas obtigisset, ut anno sexto post illatum illuc* Bagnesiæ *defunctæ corpus, ipsum ingrederetur* Pazzia, *maximis cælestium favorum prodigiis, totâ mox urbe celebranda; atque ideo ab alieni Ordinis hospita, ad domesticam Sanctitatem traducta fuissent Sanctimonialium studia, apud Pontificem prono animo excipienda; existimo non indiligenter agendum fuisse pro ejusdem* Bagnesiæ *Beatificatione. Nunc, cum id factum non sit, & pia illæ Virgines, potiori respectu pro* Magdalena *satagentes, contenta fuerint privato cultu* Bagnesiæ *deferendo; absit ut, cum Arturo à monasterio in Gynecæo sacro, propria auctoritate,* Beatæ *titulum ordinemque ei tribuam, in opere ex Urbanianis Constitutionibus digerendo, si quod aliud. Quando tamen adhunc* XXVIII *Maji facienda notabilis quædam Appendix fuit, propter* Andream Salum, *in suis quidem Actis absolute nuncupatum* Sanctum, *sed cujus in Constantinopolitana Ecclesia cultus publicus nobis non satis certo probatur; cur non liceat, ex Latinarum Ecclesiarum una, jungere eidem Appendici hanc Virginem; cujus veram in talis beatitudinem, tam insignibus tantæ Sanctæ testimoniis, credibilem hominibus facere voluit Deus? Tali ergo licentia verecunde cauteque præsumpta, de ipsa* Veneranda Maria Bagnesia *tractandum decrevi extra ordinem Sanctorum ac Beatorum, qualis ipsa, haud dubie nunc etiam diceretur, si annis centum citius obiisset; & eumdem, quem mox à morte, consecuta est apud Sanctimoniales cultum, tanto citius obtinuisset, ut is immemorialis temporis prærogativa fultus, eximi potuisset ab Urbaniani Decreti rigore.* Nam B. Veronica de Binasco, *cujus Vitam didimus* XIII *Januarii, non ampliorem quam hæc cultum, sed à tempore immemorabili obtinebat in suo Mediolanensi S. Martha cœnobio; idque sufficere creditum est, ut ejus Beatitudo extra controversiam haberetur, ac tandem etiam Augustinianorum Eremitarum Ordini universo publicus ejusdem cultus per Officium & Missam concederetur, tamquam Beatæ inconcussi stabili sui Ordinis.*

absque titulo Beatæ refertur ad Appendicem

propter solum defectum cultus ab immemorabili.

C

Datur vita à D. Augustino scripta,

5 *Dabo autem primo Vitam, quam statim à morte Mariæ Italice scripsit* D. Augustinus Campi, *ægræ Virginis per ultimos annos viginti duos domesticus Presbyter atque Confessarius; idem ipse, quem S. Mariæ Angelorum Monachæ in suum mox Rectorem elegerunt; quique, ut talis, venientem ad monasterium* Pazziam *excepit, & sacro habitu induit, rexitque totis tredecim annis; anno* MDXCI *vita functus; ut videatur ipsum Deus* Bagnesiæ *primo instruendum in vita spirituali tradidisse, quem* Pazziæ *in*

eadem regendæ præparabat magistrum. Originale Ms. ipso in monasterio asservatum, transcribi mihi fecit Reverendissima ejus Priorissa, Sor Francisca Teresia de Corde-Mariæ. Eâdem etiam curante prius acceperam exemplar Vitæ alterius, quam anno eodem, sed quarto post Virginis obitum mense, conscripserat alter ejusdem & prior Confessarius, ex Ordine S. Dominici, Vener. Fr. Alexander Capoccius; *vir etiam ipse sanctitatis eximiæ, & Monialibus S. Mariæ Angelorum filiali affectu æstimatus ut Pater; cujus etiam vita diversimode habetur typis Italicis excusa, inter Vitas Ordinis Prædicatorum. Hujus de* Maria Bagnesia *scripturncula, cum habeatur typis excusa apud utrumque Raizzium, Silvanum & Seraphinum, scribentes de Sanctis ac Beatis Ordinis Prædicatorii atque Hetruriæ, ipseque Alexander lectorē suum remiitat ad priorem Dominni Augustini; satis habui ex posteriori accipere Supplementum eorum rerum, quæ in priori non continebantur.*

AUCTORE D. P.

& supplementum ex altera æque Confessarii ejus;

6 *Sequetur Epistola quam ad præfatum D. Augustinum Campi, ut hic suâ manu testatur, conscripsit alius* Mariæ *familiaris, Cosmi I & filii ejus Francisci, Magnorum Hetruriæ successive Ducum, obsequio mancipatus,* D. Zacharias Foresti. *Scripsit hic autem decennio circiter à morte Virginis, plura ac pulchra aliis præterita explicans, quæ sibimet cum* Maria *contigerant. Hujus Epistolæ indicium mihi fecit Illustriss. Senator Alexander de Circulis, ad Acta gentilis suæ S. Humilianæ* XIX *laudatus; addens, pro altero Supplemento faciendo, ex libris revelationum S. Mariæ Magdalenæ Pazziæ eas, quæ* Bagnesiam *spectant, suâ manu transsumptas; simulque significans, etiam Carmelitam aliquem de eodem argumento scripsisse quidpiam, quod necdum contigerat sibi videri, quare nunc indicare de eo quidpiam posset.*

cum Epistola Zachariæ Foresti ejusdem familiaris.

E

ac Revelationibus S. M. Magd. de Pazzis.

VITA

Ex Italico Ms. D. Augustini Campi de Pontremoli infirmæ Virginis per annos XXII *Presbytero domestico.*

PROLOGUS

F

PLacuit benignitati & caritati Domini Dei ac Salvatoris nostri, magnifici in omnibus operibus suis, novam stellam splendoris clarissimi manifestare in civitate Florentina; volenti in eadem, ad exemplum tantæ lucis, resuscitare & innovare pulcherrimam suæ similitudinis imaginem. Quod si ea incognita antehac mundo fuit, non tamen Angelos sanctosque Cælites latuit: siquidem eisdem pridem revelaverat Deus grandia & mirabilia illa, quæ volebat facere per suam dilectam filiam Sororem Mariam.

DIVISIO CAPITUM.

VItam hanc more nostro distributurus in capita longiora, ideoque pauciora, divisionis originariæ titulos, quibus Latini numeri in margine respondebunt, hic attexo.

Cap. I . . . . . Natales & infantia Mariæ.

II Parvula Maria educanda mittitur ad locum, in quo tantopere honoratur Virgo sanctissima: quæ facta grandior, sæpe mysterium istud recogitat.

III Quomodo à tenera ætate cœperit velle Monacha esse, & Sponsum habere Jesum.

IV Jam inde à pueritia sustinuit onus totius familiæ regendæ.

V Quomodo per mortem D. Alexandræ matris suæ, crevit ipsi onus familiæ; & quomodo impedita

faerit, ne Monacha futura cœnobium ingrederetur.

A. AUGUS. CAMPI EX MS. IT.

VI Carolus pater ſuus perſuadetur remedia quædam ipſi requirere, quæ vice levaminis maximum ei tormentum & afflictionem attulerunt.

VII Procurat Pater ut Habitu Ord. S. Dominici veſtiatur.

VIII Redit ipſa ad ſuam infirmitatem cum graviſſimis ſymptomatis.

IX De magna ejus caritate & amore erga Deum & proximum.

X De ejus prompta ac ſimplici obedientia.

XI Ad pœnas & dolores, quibus continuo affligebatur, addidit Dominus & permiſit variis viis ac modis alias multas.

XII Certis quibuſdam temporibus magis aggravabatur infirmitas.

XIII Hortabatur unumquemque ad exercendam virtutem patientiæ.

XIV Quomodo cibus ejus, etiam quoad corpus, præcipue erat ſanctiſſimum Sacramentum.

XV Utebatur eâ Dominus ad auxilium plurium miſerorum.

B XVI Semper conabatur converſationes & colloquia declinare.

XVII Satagebat continuo per ſanctas ſuas orationes placare Deum peccatoribus.

XVIII Ad magnam compaſſionem movet quemdam Medicum peregrinum, qui ipſam videbat tot morborum generibus laborare.

XIX Quantum amaret & æſtimaret virtutem ſanctæ virginitatis & puritatis.

XX Cibus ejus tam erat modicus, ut vita omnis dici poſſet continuum jejunium.

XXI Non ferebat aliquem eſſe afflictum & melancholicum.

XXII Quomodo ſolebat facere ſanctam Confeſſionem.

XXIII De magnis tentationibus, quas ipſi adferebat dæmon.

XXIV Vehementer elucebat in ipſa ſanctus Dei timor.

XXV Sanctis orationibus pacem obtinet inter duos adoleſcentes ſibi notos.

XXVI De ejus prudentia in occultandis ecſtaſibus & luminibus internis, quæ Dominus ipſi communicabat.

C XXVII De quodam eximiæ caritatis actu, quem exercuit occaſione unius infortunii quod Florentiæ accidit.

XXVIII Prædicit novos quoſdam dolores & ſymptomata, ſibi ante mortem adventura.

XXIX Graviter ab infirmitate afflicta, incredibili cum patientia eam ſuſtinet.

XXX Quomodo recepit Sacramentum extremæ Unctionis.

XXXI Aliquanto tempore antea monſtrati ipſi fuerunt inſultus, ſibi à dæmone inferendi.

XXXII Cor ejus ſemper ſuſpirabat ad Deum, optabatque diſſolvi & ei conjungi.

XXXIII Cum totam Feriam II egiſſet in magnis iſtis cruciatibus, Feria III mane ſub horam XII tranſit ad vitam alteram.

XXXIV Funus apparatur in ejus camera, ad quam currebatur à populo, ſic ut certare viderentur inter ſe quis primus eo adveniret.

XXXV Duo ex nobis Sacerdotibus, ipſi notis, tota ibi nocte manſerunt.

XXXVI Mandatum Patris Prioris S. Mariæ Novellæ, ut Fratres funus portarent.

XXXVII Portatur corpus ad eccleſiam S. Mariæ Angelorum in Burgo S. Frigidiani.

XXXVIII Non niſi cum maximo labore claudi potuit porta.

XXXIX Deponitur tertio die corpus per manus R. P. Fr. Alexandri.

CAPUT I.

Infantia, pueritia, adoleſcentia, & morbus Mariæ, eique cum damno applicata remedia.

NAta eſt Maria ex Carolo Rinerii Bagneſii a & D. Alexandra ejus conjuge, filia D. Bartholomæi Orlandini, nobili utrimque familia, die XXIV Auguſti, S. Bartholomæo Apoſtolo ſacra, in veſperum deductâ, ſcilicet hora poſt ſolis occaſum tertia ac ſemis, anno MDXIV. Sequenti die ad baptiſmum delatæ infantulæ, poſitum fuit convenientiſſimum Mariæ nomen, velut præfagium devotiſſimi ejus affectus, quo per omnem deinceps vitam proſecutura eſſet Deiparam Virginem; quare etiam divinitus præordinatum fuiſſe videtur, ut traderetur parvula educanda ad Imprunetam, locum Mariano cultu tantopere celebratum. Volens etiam Deus, ſuper omnia benedictus, aptiorem illam facere participandæ copioſius bonitatis ſuæ, atque ad ſtatum majoris perfectionis diſponere; providit ut à prima ætate, aſſueſcens modico victui, guſtandis deliciis amoris ſui præpararetur. Permiſit enim ut traderetur nutrici, non ſolum pauperrimæ, ſed ipſo etiam lacte (quod tamen parentes ejus clam habebat) deſtitutæ: unde factum ut tantum non fame moreretur; forſitan omnino moritura, niſi vicini, compaſſione moti, aliquando ovum mulieri dediſſent, quo vice lactis alumnam ſuſtentaret. Hinc factum, ut cum primum cœpit liberas à faſciis manus habere, eiſdem ſtudioſe colligeret micas quaſlibet humi ſparſas, orique imponeret. Hoc ergo primum divinæ erga parvulam providentiæ myſterium notetur, quod tanta in parcitate educari eam voluerit; idque Imprunetæ, ubi tam pulchrum & nobile ſanctiſſimæ Virginis templum eſt.

2 CAP. I

a *Nobiliter nata*

b E *& Mariæ vocata,*

parciſſime alitur à nutrice deſtituta lacte;

2 Dicere ergo ſolebat; Ad S. Mariam Imprunetæ primum cœpi guſtare alimentum corporis mei: ſed oportet ut in S. Maria Virgine, matre dulciſſimi Sponſi mei, fundamentum jaciam vitæ ſpiritualis, id eſt in perfectione admirabilium ejus virtutum, aut harum ſaltem alicujus: & cariſſimus ejus Filius Sponſuſque meus gratiam mihi dabit, ut imitari eam quadamtenus valeam. Ut autem melius hoc conſequerer, voluit hinc inde ſepire vitam meam, ne à dexteris aut ſiniſtris declinem; neve exerrare ab ea poſſim, concluſit me in hoc lecto, in quo ipſo jacentem progredi voluit. Sepivit etiam viam meam à dexteris atque ſiniſtris, ne malæ beſtiæ, dæmones ſcilicet infernales, ſemper abditi intra condenſas iniquitatum ſuarum ſilvas, attentarent impedire progreſſum meum, & iter quo tendere debeo ad magnum illud Sponſi mei cæleſtis palatium, quemadmodum dici audivi, quando mihi miniſtrabatur extrema Unctio. Hæc illa, ſeptimum omnino inuncta, præter vicem ultimam quando obiit. Talia autem identidem meditando ac ruminando, ſeipſam reputabat indignam quæ Maria nuncuparetur: dicebatque, Si Maria, Stella maris interpretatur, verum eſt ſane, quod Sanctiſſima Virgo eſt ſtella clariſſima ac lucidiſſima mundo, qui eſt eritque ſemper inſtar vaſti oceani: ſed quomodo ſic ego dicar, quæ propter peccata mea aſſimilari debeo carboni extincto? Quod ſi ipſum reddi debeat, Domina, nequaquam hoc mihi competit, quæ numquam eam virtutem habui, qua poſſem mihimet ipſi dominari.

II *in loco Imprunetæ D. V. ſacra;*

F

unde illi amor erga Deiparam ſingularis.

Verum

A Verum ſi, Mare amarum, dixeris ſignificare Mariæ nomen, hoc me fuiſſe fateor; mare ſcilicet amariſſimum peccatorum, quæ animam meam amaritudine & dolore impleverunt: quid enim ex peccatis aliud quam amaritudo & confuſio naſceretur? Ita vel ex proprii nominis conſideratione noverat ſeſe humiliare, atque utilitatem non minimam capere.

III *parvulamire gratioſa,*

4 Divina benignitas erga hanc ſuam ſponſam filiolamque dilectam adeo liberalis fuit, ut non ſolum ei dederit animam plenam gratia ac virtute, in quibus ejus decor conſiſtit; ſed etiam pulcherrimam corporis optime conformati ſpeciem. Oculi ejus, inſtar ſtellarum clariſſimi & quaſi Angelici, faciebant ut perſonæ quævis, aſpectu ejus delectatæ, certarent ipſam excipere brachiis, aut ſaltem coram ſe habere. Itaque cum in monaſterio Faventino (quod hodie S. Salvii dicitur) ſoror ejus quædam Monacha eſſet, ſæpe parvulam ſibi mitti poſtulabat à matre, ſeque felicem credebat quoties illam penes ſe tenere poterat. Didicerat autem, ut erat ingenio præcoci, & memoria tenebat quaſdam Domini Jeſu laudes; cumque ei dicerent, Cane Marietta (ſic enim nuncupabatur) & verecundanti vultum obtegerent velo, dicentes, Cane, quia nemo te videbit; illa mox perquam gratioſe ac tono vere Angelico incipiebat cantare, omneſque lætitia ac ſolatio perfundere. Solebat porro eadem ipſius ſoror, ad aliarum Monacharum oblectationem, interrogare ac dicere, Marietta, quem tu ſponſum deſideras? & parvula ſuaviſſime reſpondebat, voce etiamnum balbutiente,

Jeſum ſolum ſponſum velle profitetur:

B

c Jeſum volò, Jeſus debet eſſe Sponſus meus *c*. Ita à prima ætatula hæc ei mens, hoc propoſitum ſtetit, ut Jeſum concupiſceret, quia ipſam ſibi Jeſus volebat; & qui lætam atque hilarem videre deſiderabant, ſolum opus habebant ei loqui de Jeſu, in quem cor totum jam tunc fixum habebat, tam ſerio affirmans pulcherrimum eum eſſe, acſi eum oculis corporeis vidiſſet: ſi vero afflictam vellet quis conſpicere, haud alio opus erat quam dicere, quod Jeſum habitura non eſſet.

magno deſiderio moventur ad conciones audiendas:

5 Quandocumque de illo inſtitui ſermonem contingebat ab aliquo, vel concionatores (ut fieri ſolet) compoſitis ad elegantiam verbis docebant, qua ratione eſſet amandus; tanto efferebatur jubilo, ut quaſi ſeipſam non caperet tenella ejus anima. Cum ergo die quadam eſſet in ædibus Dominæ Vaggiæ, Bartholomæo Bartolini nuptæ, quæ erat ſoror matris ejus, diceretque illa ſe mane ſequenti

C ituram ad concionem: Eja, inquit, Matertera mea, etiam me iſtuc ducito. Ipſaque reſpondente; Sit ita ſane, cras te appellabo; dubitans parvula ſerione id diceretur, Imo, imo, inquit, vocabis me? Attamen parum ſecura totam fere noctem inſomnem duxit: ut autem exiſtimavit appropinquare horam, cœpit, nemine id advertente, paulatim veſtire ſe. Matertera vero uti promiſerat vocante, exiliens illico ipſi ſe ſtitit, & bonum diem materteræ apprecata; Eccum me, inquit. Admirantique quomodo tam cito veſtita eſſet, Quia, inquit, debeo ad concionem ire. Ipſis porro domo egredientibus cecidit copioſiſſima pluvia, quapropter matertera dubitans an poſſet parvula commode ad eccleſiam pervenire, volebat ut comitum aliquis eam in ulnas exciperet, præſertim in tranſitu majorum canalium: ſed ipſa antecedens tam prompte veſtigia figebat per eminentiores ad

d tranſeuntium commodum *d* lapides, ut omnibus admirationi eſſet ac veluti columba pervolaret. Videor mihi audiviſſe, primam hanc fuiſſe quam unquam audiverit prædicationem; quodque mox ut in ſuggeſtu ſacrum oratorem conſpexit, fixos in eum ſemel obtutus dimovit numquam, ac ſi videret audiretque proprium ſuum Sponſum, intus pro-

cul dubio ad cor loquentem.

A. AUGUS. CAMPI EX MS. IT.

6 Primæ juventutis ejus tempore, quia mater ejus debili valetudine erat, & ſorores natu majores foras elocatæ, accidit ut præcipue in ipſam incumberet, domus totius regimen: in quo tam prudenter tamque diſcrete agebat illa, ac ſi maturæ ætatis mulier fuiſſet; cunctaque in familia, haud parum numeroſa, diſponebat ex ordine; ipſa ubique præſens, & velut avicula ad omnia advolans miniſteria. Ita tamen agebat ut inter occupationes tam multiplices numquam intermitteret exercitia ſua ſpiritualia devotaſque orationes, quibus ex ſpeciali dono Dei deditiſſima, in iiſdem ad mortem uſque perſeveravit. Exiſtimabat enim, quemadmodum ſæpe audiebatur dicere, quod anima, abſque oratione & meditatione ſancta, eſſet veluti piſcis extra aquam; ideoque omnes adhortabatur ſtimulabatque ad frequentis orationis ſtudium, atque ad ſolitudinem captandam extra occaſiones divagationum multorumque in quotidiana converſatione defectuum; quæ res quanti momenti ſint, non omnes æque apprehendunt. Greſcens autem ætate & corpore puella, ad ſtaturam pervenit mediocrem, gracilem tamen, eo quod cibo modiciſſimo uteretur; vultu nihilominus læto ſemper ac ridenti, & hilaritatem in omnibus diligens. Quod ſi aliquando triſtem videret quempiam; Eja, inquiebat, eſto hilaris. Neganti autem, ſe poſſe, dicebat; Vin' bonam te medicinam doceam, ut hilaris eſſe queas? Eſto bonus ac probus, ita lætitiam durabilem habebis, ac Jeſum videbis, qui eſt verum gaudium cordis humani; teque non ſolum lætari, ſed etiam faciet jubilare.

orationi dedita

familiam pro matre egregie,

E *& ſemper hilaris;*

V

7 Omnipotentis Dei infinita bonitas, cujus ſapientiæ non eſt numerus, & qui ſuaviter diſponit omnia; ſua illa paterna benignitate, non ſolum providebat ſanctificationi hujus ſuæ dilectæ columbulæ caræque ſponſæ, ut perficeret eam ſuoque impleret amore; ſed etiam manifeſtis monſtrabat indiciis, quod toti iſti familiæ vellet gratiam auxiliumque porrigere, qua etiam ipſa ad ſanctitatem non vulgarem pertingeret. Et quia opum terrenarum affluentia, malo ſui uſu, ſæpe elongat homines à ſuo Creatore; permiſit ut variis affecta incommodis atque infortuniis, multum affligeretur ac tribularetur. Imprimis autem D. Alexandra mater familias, poſt multos labores ærumnaſque toleratas lecto affixa, tantumque infirmata eſt creſcente morbo, ut ſyncopen denique pateretur: à qua, curante filia, matremque amantiſſime confortante,

F ſed magis ſuis precibus adjuvante, revocata ad ſenſus, omnia Eccleſiæ Sacramenta recepit; itaque (ut præſumere licet) in cælum evolavit. Exhinc duplicatum onus Mariæ fuit: cumque jam eſſet annorum ſeptemdecim; vocatam in partem interrogavit pater Carolus, utrum Religioſa fieri mallet, an manere in ſeculo *e*. Ad hanc tam inexpectatam interrogationem illa, ut erat timida, ſic inhorruit,

e *Invitata ad nuptias à patre*

ut totus ipſi ſanguis congelaſcere videretur, nec poſſet patri vel unicum verbum reſpondere; quemadmodum poſtea retulit Confeſſario ſuo, Reverendo Magiſtro Raphaeli, Rectori S. Romei *f*. Hic deinde patrem accedens, monuit, ne ita aperte loqueretur iſti filiæ ſuæ, quæ poſſet exinde gravem noxam contrahere; quemadmodum reapſe accidit. Nam perturbatio illa adeo magnam infirmitatem ipſi attulit, ut totis quadraginta quinque annis numquam reſtitui priſtinæ ſanitati potuerit, plena ſemper doloribus & cruciatibus, ſicut infra dicetur. Atque hæc præcipue cauſa impedivit, ne poſſet vitam in monaſterio religioſam amplecti.

f

& mortem matris.

ægritudinem incurrit:

VI 8 Ingraveſcente porro ægritudine, coacta demum fuit lecto decumbere, à capite ad pedes plena

A. AUGUS. CAMPI EX MS. IT.

tormentis, ac ſancto Jobo aſſimilata. Permiſit autem Deus, ut variis modis prætextu curationis cruciaretur; non intelligentibus ejus domeſticis ſecreta Dei circa ipſam conſilia, & quid in iſtâ ſuâ dilectâ ſponsâ ejus immenſa bonitas operari intenderet. *cui curandæ advocatus fruſtra pharmacopœus,* Etenim Carolus pater, ad aliorum perſuaſionem, quædam ipſi remedia applicari fivit, perquam nociva; & in cameram illius induxit perſonas, quarum vel aſpectus horrori ac dolori infirmæ erat; atque inter alios pharmacopœum quemdam ſibi propoſitum: nam eo tempore quilibet agebat medicum, nullo in contrarium decreto tunc exiſtente. Hic, viſa infirma, edixit ipſam ſeptemplici quartana la- *pene ad mortem deducit;* borare, præſcripſitque mixturam quamdam coquendam cum pullo ſeptenni; indeque confectam inſtar ſirupi potionem bibendam dedit: qua uſque ad mortem confecta miſella, extremo Oleo inungenda fuit. Jamque ut mortua lugebatur; cum illa, paulatim ad ſe regreſſa, dixit patri ſuo aliiſque præſentibus, ne ſic plangerent, Vivam enim, ajebat, tanto tempore, & tamdiu inter mortales degam, ut multas ærumnas ac tribulationes viſura ſim: quemadmodum in veritate contigit: ſupervixit enim quadraginta quinque annis, & præmori ſibi majorem
B ſuorum partem vidit.

9 Quia porro volebat eam Deus probare, tamquam in fornace aurum; rurſus alium cruciatum ei *uti & mulier peregrina,* parari permiſit, perſuaſo patre ut ad decumbentem induceret mulierem quamdam peregrinam, quam loquela ſua indicabat ex Romaniola vel Lombardia eſſe, quamque magnæ dicebant eſſe experientiæ. Hæc accedens ad lectum: Bono animo, inquit eſto, filiola; & fidem habe, quia ſanare te volo. Ipſa vero intus in puro ſuo corde dicebat, Ego in Deo volo fidem habere, ipſique animitus ſe commendabat, timens ne quid cum ejus offenſa circa ſe ageretur. Mulier autem iſta præcepit grande quoddam emplaſtrum confici, ex ſale & furfure aliaque multiplici mixtura, in lebete cocta, atque ſupra lodicem extenſa, cui miſellam involvi totam jubebat. Nihil illi poterat accidere gravius, quam ut eum in finem nudari ſe pateretur: voluntati tamen patris ſui omniumque præſentium clamoribus, id fieri *quæ fere excoriatam dimiſit.* jubentibus, humiliter ceſſit; quamvis certo perſuaſa, non modo nulli id ſibi adjumento, ſed potius grandi nocumento futurum. Sane, cum ita jacuiſſet aliquamdiu, apparuit ſemimortua totaq; excoriata;
C ac, niſi Dominus providiſſet, actum de vita ejus erat. Tum vero pater, deluſum ſe videns, accerſiri denique medicos juſſit, ſi forte mederi filiæ poſſent. Qui, ea ſic conſpecta, dixerunt: Ecce quanto periculo expoſueritis miſeram puellam iſtam; eductaque eſt ex illo emplaſtro, ſine pelle, ut ſic loquar; adeo ut videatur poſſe dici, quod voluerit eam Deus aſſimilari S. Bartholomæo, cui cutis detracta fuit, ideoque illam naſci fecerit in ſancta ipſius feſtivitate: quare, cum ad ſenſus ſuos rediiſſet, dixit: Numquid videtis me quaſi in torculari fuiſſe? Deoque benedicens in omnibus, gratiarum ei reddebat actiones.

ANNOTATA.

a *Fr. Alexander ait*, plures eis filios quam filias fuiſſe: *hæ tamen ut minimum ſeptem fuere: nam præter* Mariam *ipſam, & quæ morienti miniſtravit* D. Camillam, *dicitur num.* 12 *Maria habuiſſe quatuor ſorores in diverſis monaſteriis, & num.* 14 *nominatur* D. Lucretia, *paterna domui propinquas ædes habens.*

b Impruneta, *inquit Scipio Admiratus Hiſt. Flor. lib.* 8 *ad an.* 1321, *parochia* ad VI p.m. *verſus meridiem*, diſtans à civitate, amplitudine ſua & Beneficii antiquitate celebris, ſed celebrior imagine Deiparæ Virginis, perquam miraculoſa: *qui Auctor deinceps pluries meminit ejuſdem Imaginis, cum publica proceſſione illata in urbem, nec unquam ſine præſenti auxilio in neceſſitatibus publicis, peſtis, imbrium, bellorum, &c.* D

c *Alexander addit*: Cum autem oſtenderent ei P. Procuratorem ſuum, virum Religioſum *Ordinis Vallis-umbroſæ*, & dicerent, Vis iſtum ſponſum? incipiebat lacrymari, & clamare, Non, Non; nolo alium ſponſum quam Jeſum: eratque tam ſimplex, ut crederet Patrem Confeſſarium eſſe ſponſum Monacharum, nihil ſciens de mundi malitia.

d Paſſatorios lapides *vulgus appellat, Florentinæ civitati proprios, cujus omnes plateæ grandibus & quadratis ſaxis ſic ſternuntur, ut devexiores in medio alveum faciant, excipiendis pluvialibus aquis; quæ ne impediant tranſitum ab uno ad alterum platææ latus, eminent ad certa intervalla ejuſmodi lapides tranſverſim poſiti.*

e *Alexander ait*, Conſilium patris fuiſſe, ut ipſam nuptui traderet.

f *De* S. Romæo, *ut* Beato, *egit Henſchenius noſter ad* 25 *Ianuarii, non auſus ei titulum* Sancti *dare; ſed daturus haud dubie, ſi notitiam habuiſſet hujus Eccleſiæ; vel hinc tamen magis dubitaturus, an non fuerit multo antiquior ſeculo* 13, *quo primum in Europam tranſiit Ordo Carmelitanus, cui aliqui eum adſcribunt, ſed abſque ullo congruæ vetuſtatis teſtimonio.* E

g *Cum obierit* Maria *anno* 1577, *oportet hæc acta eſſe ſub annum* 1532, *atque adeo ipſam tunc fuiſſe annorum* 18, *quippe natam anno* 1514.

CAPUT II.

Suſcipit Maria habitum tertii Ordinis, Auctorem in Sacellanum Domeſticum recipit, miſericors, humilis, & mire obediens.

HUnc in modum cum lecto affixa jaceret miſella, inter tot cruciatus atque dolores ſuos, nullum habebat ſolatium gaudiumque extra Deum, nec ullius alterius rei tenebatur deſiderio. Itaque in cubiculo ejus altariolum ſtabat, inſtructum devotis imaginibus nonnullis, ita ut oratorium vel eccleſiola potius videretur locus *a*. Creſcebat interim magis ac magis morbus, creſcentibus pariter & cruciatibus: quare, cum iterum cerneretur in propinquæ mortis diſcrimen adducta, formidans pater ne de vita excederet, prius quam monacha fieret, quod ei ſemper ſciebat in votis fuiſſe, in hunc modum locutus ei eſt: Novi, filia, cujuſmodi tuum ſemper fuerit deſiderium ſtatus Religioſi: quando igitur adeo infirma es, ut monaſterium ingredi nequaquam valeas; vide an velis ut hic ipſo in lecto faciam te indui habitu S. Catharinæ Senenſis, quem ſcio tibi ſemper carum fuiſſe. Audiit lætiſſima filia iſtiuſmodi verba, & omnino cupere ſe reſpondit mortem, in ſacro illo habitu obeundam; nec aliud in votis habere, quam ut poſſet offerre dilectiſſimo ſuo ſponſo Jeſu holocauſtum abſolutum ſui ipſius: Quod deſiderium ſi unquam habui, inquit, nunc etiam ardentius ipſum ſentio per Dei gratiam. Nihil cunctatus Pater emit & confici juſſit habitum Ordinis; filiaque annuente accerſivit R. P. Fr. Vectorium Ordinis S. Dominici ad S. Mariam Novellam: qui ſacram Communionem ipſi impertitus, benedixit Habitum: eamque induens, pulcherrimum ſermonem inſtituit, & huic ſanctæ deſponſationi accommodatum; declarans non eſſe mentis ſuæ obligare eam tali actu ad recitationem Officii, non permit-

10 VII *Sic lecto decumbens,* a F *oblatum ſibi habitum* 3 *Ordinis* *devotiſſime ſuſcipit,*

tentibus

A tentibus id continuis ejus doloribus, præſertim capitis intenſiſſimis, quibus continuo affligebatur.

& quaſi tria vota nuncupat:

11 Finito deinde anno, fecit, ut potuit, Profeſſionem in manus prædicti Patris, non intendens per
b eamdem ſe obſtringere ſub noxa *b* peccati alicujus. Cum autem idem Pater explicaret eidem ſubſtantiam trium illorum votorum, quæ nuncupare Religioſi ſolent; ipſa, quæ nullam habebat infelicis hujus mundi notitiam, quæſivit ex eo quid eſſet votum caſtitatis. Et reſpondit Pater, verbis iſtis aliud non ſignificari, quam nolle ſponſum alium habere quam Jeſum. Tum ſubridens illa, Si aliud id non eſt, inquit, utique hanc voluntatem habui ſemper, nec unquam virum mortalem deſideravi: ſolum illos amavi & reverita ſum, velut Dei creaturas; multo autem magis Sacerdotes, tamquam ejus miniſtros: & ita etiam nunc omnes amo & revereor. Atque hinc cognoſcere licet ingentem animæ illius puritatem, verumque amorem quo complectebatur ſuum cæleſtem Sponſum. Huic autem placuit dilectæ ſuæ in illa deſponſatione talem gratiam facere, ut quæ antea tota velut contracta jacebat in lecto, reſumpſerit ſubito tantum virium, quantum ſufficiebat, ut non ſolum de lecto egredi, ſed etiam foras prodire poſſet verſus Annuntiatam aliaſque eccleſias, ſicut pridem deſideraverat. Verum intelligens foris tantum peccatorum committi, animo anxia aliquamdiu hæſit; quoad uſque prædictum deſiderium prævaluit, ipſamque foras ad Annuntiatam
c *c* expulit. Egrediente autem illa de domo, implebantur plateæ, populo concurrente ad videndam illam, ac ſi alter alteri rem indicaſſet.

tum receptis divinitus viribus,

B *pedes viſit eccleſiam Annuntiatæ*

12 Adveniens porro ad Annuntiatam, ibique videns tantam pauperum turbam; commoveri ſenſit omnia viſcera ſua, compatiens tam multiplici infelicitati, pro innata ſibi erga creaturas univerſas caritate. Ingreſſa denique in eccleſiam, per longam ſatis moram temporis ibidem hæſit, plena jubilo atque lætitia, ſeipſam offerens Deo atque beatiſſimæ Virgini cælorum Reginæ. Videns deinde quales vires ſibi contuliſſet Dominus, ſumptis animis & quaſi de adfuturo ſibi auxilio ſecura, progreſſa eſt etiam ad viſitandas quatuor Sorores ſuas, in diverſis cœnobiis monachas, videlicet ad S. Salvii, S. Apolloniæ, S. Urſulæ, & S. Claræ; quin etiam acceſſit ad S. Jacobi de Ripolis, ubi monacham fecerat quam-
C dam ſuam alumnam. Hinc tranſivit ad S. Mariæ novellæ cœnobium, quod totum ei monſtratum fuit, deducentibus ipſam D. Camilla ſorore ſua cum famulabus nonnulliſque Patribus, quos inter P. Vectorius & P. Fr. Alexander Capoccius fuerunt; cum quibus per hortum tunc amœniſſimum tranſiens, alteri nulli rei applicuit animum, quam miſcendis cum P. Fr. Alexandro ſermonibus circa res divinas.
d *d.* Denique adiit loca SS. Juliani & Catherinæ Senenſis, eo quod eſſent Ordinis S. Dominici: atque
e ea ultima ipſius fuit in hac mortali vita deambulatio *e*.

& monaſteria varia.

VIII *Iterum lecto affixa,*

13 Non multos poſtea egit dies, quin iterum lecto affigeretur; graviſſimis affecta tormentis, quorum præcipua erant dolor capitis continuus, frequentiſſima febris, calculi arenarumque cruciatus, pleuritis, & totis artibus diffuſum malum, aſthma inſuper tam vehemens, ut numquam auderet remanere abſque lumine diu noctuve: tantumque aggravabatur ſubinde, ut fuerit aliquoties opus extremæ Unctionis ſacramentum ei miniſtrare. Sparſa autem per urbem fama quod ſic infirmaretur, cœperunt plures ad eam viſendam concurrere, tanto numero, ut Rev. Magiſter Raphael cum P. Alexandro, ad conſulendum quieti miſeræ infirmæ, coacti fuerint prohibitionem interponere, ne quis omnino

frequenti viſentium concurſu fatigatur.

ad illam niſi de ſua licentia permitteretur introire. Morabar ego in burgo *f* Mugelli, quando relatum mihi eſt de prædicta Reverenda Matre; & conſilium ſumpſi, illius viſitandæ cauſa proficiſci Florentiam. Cumque lectulo ejus aſſiſterem, ubi aderat etiam R. P. Fr. Alexander, dixit ei lenta ac ſubmiſſa voce: Hic eſt ille Pater, quem providit Deus adjutorem animæ meæ uſque ad mortem, quemadmodum reapſe eidem adſtiti uſque ad feliciſſimum tranſitum ſuum *g*. Regreſſus deinde in Burgum prænominatum, licentiam abinde recedendi petii, ac veni habitatum Florentiam; ſtatimque bonam iſtam Matrem viſitavi: quæ, ut erat pleniſſima caritatis, libenti animo me excepit; non tamen participem me fecit ſecreti, quod P. Alexandro revelaverat, fortaſſis præ ſua grandi humilitate.

A. AUGUS. CAMPI EX MS. IT.

f

Accedens etiam ipſe Auctor

g

ejus obſequiis ſe addicit:

14 Eodem tempore ex Burgo prædicto venit Florentiam Petrus Villanius, & ſimul cum D. Goro Sacellano S. Mariæ *h* de Flore, deliberavit de me introducendo in aliquam ex primariis familiis civitatis. Cumque in ipſa S. Mariæ eccleſia eſſem, meum ſuper eo negotio conſenſum requiſiverunt: ego vero, licet divini circa me conſilii prorſus ignarus, ſubito tamen negavi me velle. Alia nempe de cauſa fecerat me Deus venire Florentiã, ſcilicet ut auxilio eſſem huic ſuæ dilectę; quæ caritate erga me mota, E ſcienſque nullum mihi certum hoſpitium eſſe, curavit mihi, à D. Lucretia ſorore ſua, tunc forte in urbem regreſſa, dari claves domus ipſius in vicinia, unde quotidie accedebam ad audiendam infirmæ Confeſſionem, ſæpeque miniſtrandam Euchariſtiam, de conſenſu ſupradictorum RR. PP. Magiſtri Raphaelis & Fr. Alexandri *i*: neque multo poſt tranſivi, & habitationem meam ſumpſi in ipſamet ejus domo, & ibi manſi uſque ad beatum ipſius obitum.

h

i

IX *quæ ad operam miſericordiæ effuſa.*

15 Pectus dilectæ iſtius animæ ſanctâ ardebat caritate erga Deum & proximum: & quoniam per ſigna exteriora cognoſcitur affectus interioris propenſionis, ſatagebat quantum poterat, nec ullam cujuſquam noverat tribulationem aut afflictionem, cui non curabat ſubvenire; ipſimet ſibi neceſſaria ſubtrahens, quin & ſanguinem proprium libenter impenſura: cumque aliud non poſſet, rogabat eleemoſynas, pro dotandis ad monaſterium vel conjugium puellis, vel egentibus veſtiendis. Hoc autem in opere caritatis, aliquo eorum utebatur, de quorum prompta ad ſibi obſequendum voluntate ſecurior erat; atque ut plurimum mihi mandabat coëmere quæ neceſſaria videbantur, ſeque F impendebat ac ſuperimpendebat totam in auxilium aliorum. Igitur pro ſua benigniſſima indole redamabatur ab omnibus, etiam irrationabilibus animabilibus: &, quemadmodum ſæpe vidimus, ipſæmet feles monſtrabant ſigna compaſſionis in ſuis malis. Unde contingebat aliquando, ut cum, domeſticis in aulam domus aliove digreſſis, ſola eſſet relicta inter graviſſimos cruciatus, ipſæ apud eam remanerent, cibi potuſque immemores; & videntes quod nullus ad juvandam ipſam adveniret, ibant & requirebant aliquam ex familiaribus mulieribus, & mordicus per veſtes inferiores apprehenſam trahebant, quoad intelligeret infirmæ opus eſſe re quapiam, ſibique ad ejus cubiculum eundum; ubi quandoque reperiebatur tam ægra, ut continuo videretur expiratura. Alias vero eædem beſtiæ deferebant ipſi carnes alioſve cibos *k*, volente oſtendere Domino, quod omnia ſubjecit ſub pedibus ejus, qui omnia ipſius amori poſthabet; quodque obediens imperio ſuæ ſanctiſſimæ voluntatis, obedientes ſibi habeat creaturas univerſas. Ita de tigribus, urſis, leonibus, aliiſque ferociſſimis animalibus

obſequenter etiam ſibi feles habet.

k

A. Augus. Campi ex ms. It.

libus legimus, quod in Sanctorum Sanctarumque variarum obsequium mansuetas se velut agnos exhibuerunt, adeo nihil eis noxiæ, ut creaturarum quoque rationabilium caritatem ministerii promptitudine superarent. Atque hinc intelligi potest, quantum benedicta ista anima diligeret Crearorem suum.

nihil nisi ex obedientia agit,

16 Equidem pro eo quo in domo ejus mansi tempore, testari possum coram Deo & hominibus, quod præ magna sua humilitate nihil unquam volebat præter sanctam obedientiam: semperque dicebat mihi, Pater, si placet tibi, vellem hanc vel istam caritatem exercere. Quamquam autem ego solebam respondere, Fac quidquid tibi inspiraverit Deus, istæ enim eleemosynæ, cum pura intentione fient, semper bene impendentur; tamen si obveniret præsens aliqua necessitas, me forsan absente, mox ut redieram dicebat mihi, Pater hanc vel istam caritatem feci; quod licet tibi probari sciam, ipsum tamen dico, quia volo omnia facere per sanctam obedientiam: quidquid enim Dominus nobis contulit, cum suis pauperibus commune esse voluit dicens, Quod uni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. O Animam benedictam, de qua veraciter dici potest, quod jam inde à ventre matris tuæ sociata fueris virtute caritatis ac misericordiæ, eaque tecum semper crevit; quæ vitam totumque sanguinem libenter erogasses, mente recolens istud Redemptoris, alteque penetrans, Quia melius est dare quam accipere. Ideo dicebat, Adeo liberalis Jesus fuit in donando, ut non solum homini largitus sit res omnes creatas, sed præ omnibus seipsum expendit in munus & eleemosynam: poteratne vero aliquid amplius aut pretiosius? O si hæc veritas de liberalitate divina, perfecte intelligeretur à mundo! non nisi caritas, amabilitas atque dulcedo inter creaturas inveniretur: nemo auderet, imo nec cogitaret proximo nocere vel in re minima: & hoc cor ipsius eviscerabat.

ne ne corpus quidem in latus commovet,

17 Erat hæc bona Mater, semper, ut ita dicam, in actu sanctæ humilitatis & obedientiæ, & mens ejus diu noctuque meditabatur exemplum harum præstantissimarum duarum virtutum, mundo relictum à sanctissimo Salvatore. Et quia de ipso scriptum reperitur, Erat subditus illis; sanctus vero Paulus ait, Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem; conabatur, quantum sibi possibile erat, ad ejus imitationem se exhibere obedientem, absque contradictione vel minima. Specimen unum, inter multa alia, hoc sit. Cum vice quadam, variis afflicta symptomatis maximisque doloribus, nec locum nec modum inveniret permanendi in lecto propter excessum cruciatuum; miserunt domestici ejus & venire rogaverunt R.D.Raphaelem, Rectorem S.Romæi Confessarium ejus. Hic adveniens salutavit eam, cum eademque locutus, post aliquantam cohortationem ipsi impensam, discedens dixit: Soror Maria, audi, quiesce, datâque benedictione abivit. Ipsa vero supra ipsum in quo tunc jacebat latus ita se firmavit, in nullam sese partem commovens à vespera usque in mane, ut facile appareret, quantum in ipsam posset obedientiæ virtus: quippe quæ ante mandatum istud, æque ac alias sæpe, numquam potuerat conquiescere. Quod animadvertentes domestici, accersito iterum mane D. Raphaele, rogaverunt ut ei licentiam daret pro arbitrio se commovendi ac revolvendi: quemadmodum mox incepit facere, ostendens quod solius obedientiæ sanctæ beneficio vincere potuerit omnes illius noctis inquietudines; & consequenter multas sibi coronas acquisiverit. O sancta virtus, quam speciosi sunt fructus tui! vere beatus quiscumque te possidet.

quiescere à Confessario jussa.

ANNOTATA.

a *Alexander addit, quod* obtinuit facultatem, ut istic cum bona gratia Superiorum dici sibi Missa posset, eâque ad mortem est usa, *ut etiam ex subsequentibus patet. Idem Alexander cap. 1 addit quod* solita *fuerit*, in die Natalis Domini, præsepium super altari, componere, & pro diversitate solennitatum in variis figuris vel reliquiis ipsum ornare.

b *Ergo istiusmodi* Professio *non complectebatur votum absolutum, ne quidem simplex, sed solum habebat vim firmi propositi, externo actu ad Dei honorem indicati,*

c Annuntiatæ *ecclesia, Florentiæ celeberrima, à Patribus Servitis tenetur, eisque originem suam debet; de qua, & miraculosa ibi imagine, vide Gianium in Annalibus sui Ordinis.*

d *Ipse Alexander cap. 6 hæc describens, ait, tempus fuisse* fructuum, *quorum tamen* sibi oblatorum gustare nihil voluit, sed solum petiit aliquantulum cicerbitæ, quæ tunc forte inventa non est. *Est autem* Cicerbita, *herba ex Lactucarum genere: Latini Græco nomine* Sonchum *vocant.*

e *Ne die uno omnia hæc loca putem adita, facit Alexander, dicens, quod* per aliquot menses *sic foras ire perrexit; & quidem* tam facili gradiens passu, ac si summis dumtaxat plantis incederet.

f *Idem ait, fuisse* D.Augustinum *tunc* Rectorem Parochiæ Burgi S.Laurentii, *& hunc ipsum casum narrat.* Mugellum *Topographica Hetruriæ tabula nusquam ostendit: sed Ferrarius in Lexico Topographico docet regiunculam esse inter Apenninum & Arnum quam Seva rigat, & trans hunc notat tabula* Burgum S.Laurentii, 14.p.m. *Florentia ad Septemtrionem. Villanius in Hist. Florent. sæpe* Mugelli *meminit.*

g *Idque* per annos circiter viginti duos, *inquit, Alexander cap. 7, atque adeo res hæc contigit an.* 1555.

h *Cathedralem ecclesiam, antea* S.Reparatæ *dictam, anno* 1411 *hoc nomine appellatam esse ex decreto publico, docet Scipio Admiratus lib.* 17.

i Absque hoc Dei servo, *inquit Alexander*, non potuisset ita frequenter usurpare Sacramenta: non enim ei præbebantur à Fratribus pluſquam semel in hebdomade, saltem ordinarie. Quamquam enim Generalis Magister Ordinis Stephanus Ususmaris (*creatus anno* 1553 *Romæ*) dederit mihi licentiam, ut Sor. Mariæ ad ejus beneplacitum ministrarem Sacramenta; tamen quia Conventus noster ejusque domus longo distabant intervallo, & aliis ex causis pluribus, difficulter id fiebat ... Quoties tamen ægram visitabam, semper ipsa mihi confitebatur; confessa autem, decussatis ante pectus brachiis, veniam à me humiliter postulabat.

k *Idem narrat, quod* die quadam, cum domestici mensæ accumberent, in aula satis remota ab infirmæ camera; felis, nemine observante, abstulit grandum caseum, & portavit ad Sor.Mariam; quæ ipsum requirentes inclamans, eum illis exhibuit.

CAPUT III.

Patientia Mariæ etiam externis vexationibus probata, mira ad afflictos consolandos gratia.

MIrum non est, si Dominus hanc dilectam suam transire voluit per ignem & aquam, affligendo ipsam in anima & corpore, ut deduceret ipsam in refrigerium, plecteretque ipsi coronas immarcescibiles in æterna gloria. Quod si dæmonis propositum fuit illam prosternere,

18 xi

A *Patitur ſuſcitatas à dæmone obtrectationes.*

ſternere, voluntas Dei erat eamdem purgare tamquam aurum in fornace: atque in ſuo lumine faciebat ipſam & cognoſcere & ſuperare quaſcumque tentationes. Fecit igitur dæmon quantum potuit ut debellaret Chriſti ſponſam, ſuſcitavitque murmur & famam in populo, quod in ædibus Sororis Mariæ Bagneſiæ fierent ſynagogæ & conventicula; quamvis ipſa à talibus prorſus alieniſſima ſemper fuit, omnemque à ſe converſationem mundanam excluderet; quemadmodum ego, tam familiariter ipſa uſus, certiſſimo poſſum affirmare. Eo autem progreſſa eſt dicacitas malignantium, ut etiam extrà civitatem ejuſmodi rumor vagaretur. Cum ergo Aretii eſſet R.P.Fr.Hieronymus Bartolini, taliaque audiret dici; ipſe, qui illi optime afficiebatur, ea ſola cauſa Florentiam venit, ut certius exploraret omnia; &, num quid veritatis ſermonibus iſtiuſmodi ſubeſſet, quam cautiſſime indagaret: quapropter, ad ſuum S.Marci Conventum hoſpitio ſumpto, curavit quam crebrius poſſet diverſis occaſionibus & horis ad ipſam ingredi diebus aliquot continuis, largo temporis ſpatio apud ipſam commorans. Iſtis autem tranſactis, cum nihil videret alicui ſuſpicioni fundandæ idoneum, ſtatuit ipſimet indicare, quod, pro ſuo erga eam ſingulari affectu, Florentiam accurrerit, & quia ejus animæ cupiebat bene. Et ſcias, inquit, Soror mea, quod ego de te audivi tam multa prorſus ingrata & inſulſa dici, ut quietem capere nullam potuerim, quoad ipſe coram agnoviſſem falſa eſſe quæcumque mihi relata de te, Deoque hac de cauſa gratias ago. Illa vero, conſuetâ ſuâ cum humilitate & comitate, gratias viciſſim ipſi egit, quod ſui reſpectu tantum ſumpſerit incommodi; ſeque commendans ſanctis ejus orationibus, oravit, ut pergeret animæ ſuæ curam gerere. Quod ille promittens, & ſancta ſua benedictione communiens ægram, adhortabatur porro pergere in caſto Dei timore, neque dubitaret quin dæmon confuſus aliquando recederet.

quarum falſitas regitur.

B

19 Hic tamen ſibi non defuit, quin alio quoque modo ipſam tribularet, mediante famula quadam, annos viginti quatuor domi ejus commorata: quæ erga miſeram ægrotam perquam ferociter agens, abſque ulla ejus reverentia & compaſſione, multam ei patientiæ materiam ſubminiſtravit. Si enim quandoque poterat levare ſe aliquantulum, pedibuſque incedere per domum, imperabat ipſi tamquam famulæ ſuæ, vel velut mancipio. Ut autem ad ejus mentem Sor. Maria exequeretur mandata, divinandum fere erat miſellæ, ita aſpero erat moroſoque ingenio. Res autem eo proceſſit, ut etiam ipſi foras egredienti comportaret ligna & aquam hauriret, aliaque miniſteria præpararet, ne domum redux jurgaretur acerbius. Accidit quin etiam vice una, ut corruens miſella cum plena hydria pedem ſibi diſtorqueret, unde longo tempore male habuit. Quod ſi tantis gravabatur doloribus ut omnino ſurgere de lecto nequiret, & illa regrediens nihil eorum quæ imperaverat factum inveniret; ſus deque vertere velle omnia videbatur, ita univerſam domum implebat clamoribus, & ſuæ rabiei ſpumam eructans inſtar aſpidis aut baſiliſci, horrorem incutiebat audientibus convitia ejus & maledicta. His ſi reponere quidpiam audebat miſera, vel lenire furorem ejus verbis quamvis dulcibus; magis illa exaſperabatur, nec audire omnino loquentem volebat; adeo ut nihil aliud remedii eſſe videnti, opus eſſet ſinere illam quæ vellet dicere; poſitiſque in crucem ante pectus manibus, hoc ſolum ex ore ejus audiretur, Rogo per Dei amorem ut mihi ignoſcas *a*.

Suſtinet ancillam proterve impetrare ſolitam.

C

otiam agra ac decumbenti.

a

20 Simili cum humilitate & manſuetudine erga omnes ſecum agentes utebatur; ad eorum corda emollienda pacandaque. Id die quadam experta eſt mulier, cameram ejus ingreſſa, cui plurima contulerat beneficia. Cum enim hæc tota æſtuaret iracundiâ, contra aliam à qua ſe læſam exiſtimabat; ipſamque cohortaretur bona Mater offenſam remittere, pro Dei amore, tam libenter noſtra nobis delicta remittentis; reſpondit illa; Ain' tu, ut ego ipſi condonem injuriam? velim equidem, ſi poſſim, cor ejus viventis devorare. Quia autem illa, rogata non ſic loqui, ſentire ſe reprehenſam videbatur, magiſque excandeſcere; neceſſarium credidit ægra de lecto ſurgere, in quo ſemper veſtita jacebat; atque ad pedes ejus mediâ in camerâ provoluta, de genibus veniam poſtulare. Quamvis enim nihil ei dixiſſet niſi dulce ac ſalutare, volebat tamen hac ſui humiliatione verborumque lenitate frangere duritiam iracundi animi, & reparare injuriam Deo factam, quam ſolam graviſſime ſentiebat. Experientia autem docuit, quod ſimilibus caſibus obvenientibus, tantum ex iis doloris & pœnæ ſoleret haurire, ut diriſſima plerumque ſymptomata conſequerentur; tremente non ſolum lecto ejus, ſed cubiculo toto; ipſæque nolæ, ad lecti tigna appenſæ, ex vehementiori illo motu, ſonum reddere audirentur. Cum vero homines tantæ duritiei appellebant ad ipſam, conſueverat dicere: O Domine mi, quomodo fieri poteſt ut tantopere offendi te videam, neque cor mihi crepet? potius obſecro, Jeſu mi, ut mori me facias quam iſtud cogar ſuſtinere: quod ſi ego impedire poſſim, bene collocatam putarem etiam ipſam vitam: atque iſta dicens, diſperire & præ zelo conſumi videbatur.

humiliter placat.

E *Dei offenſas graviſſime ſentit.*

21 Solebat inſuper Dominus dilectam hanc ſuam certis temporibus ſpecialius viſitare, immittendo eidem novos cruciatus; atque ordinario, qualibet ſexta feria, per hebdomadam ſanctam atque Paſchalem totam, in feſto ſuæ admirabilis Aſcenſionis, atque in feſtivitatibus Deiparæ Virginis, aliorumque nonnullorum Sanctorum, ſpecialium Patronorum ſuorum. Quamquam autem iiſdem temporibus quoad corpus magis afflicta cerneba tur, interius nihilominus corroborabatur; cum dilectus ſuus illius animæ impertiretur delicias paradiſi, corpori vero eamdem præberet eſcam, qua ſatiabatur ipſe in hac mortali vita degens. Quoties ergo ſolito pejus habere ipſam videbant domeſtici ſui, conſueverant dicere, id mirum non eſſe, quia tale eſſet tempus, vel talis aut talis appropinquabat ſolennitas. Ipſa nihilominus, ut erat prudens, diſcreta & humilis, omni modo ſatagebat abſcondere Dei gratias & dona ſibi collata; adeo ut qui ipſam penitius nō cognoſceret, numquam ad ea animum advertiſſet. Hinc perſona quædam, ipſi valde familiaris, dixit: Qui Sororem Mariam ex vultu dijudicaret, mulierem ceteris ſimilem putaret: nos autem, qui eam intimius novimus & cum ipſa verſamur quotidie, facile intelligimus omne ejus ſtudium ad interna rapi, ſolumque eo tendere ut Deo placeat quam maxime, nulloque alio reſpectu duci in actionibus ſuis.

Majoribus feſtis magis cruciatur.

F *gratias ſibi collatas occultat.*

22 Rogata ſubinde ſalutare monitum aliquod dare, ſi aderam ego, Patrem, inquiebat, interroga: importunius vero inſtantibus reſpondebat; Confitere frequenter, & cura ut Confeſſarium invenias prudentem ac bonum, qui te doceat orationem inſtituere; dicatque tibi, ut erga Deiparam devote te habeas, dicendo, Maria mater gratiæ: tempus æſtimes, neque illud vel occaſiones bene agendi de manibus elabi ſinas: quam minimum potes converſetis cum hominibus, multa enim converſatio

rogata, aliis ſalubriter conſulit.

evagari

A. AUGUS. CAMPI EX MS. IT.

evagari facit animam. Nam ſi ipſa in ſolitudine difficile eſt mentem Deo unire, quomodo id fiet inter tumultus ſtrepituſque mundanos? Proinde noli eſſe ſolicitus ut mundus te cognoſcat: beatus enim erit, qui nihil curabit mundanarũ rerum; qui autem hoc poſſet obſervare, ô quantam pacem quietemque obtineret.

XIII *mœſtos efficaciter ſolatur,*

23 Porro qui non eſt in aliqua ſcientia exercitatus, quî poterit alios eam docere? Cum ergo bona Mater noſtra, in ſchola divini Magiſtri erudita, perfectamque edocta patientiam, eamdem tamdiu exercuerit; quid mirum ſi facile eam quoſcumq; diſcere volentes doceret? Quoties ergo afflictum aliquem ſolari volebat, exhortabatur eum omnia Deo committere; ſemperque oculum mentis intendere in eum, qui numquam defereret ſperantes in ſe, ſuæque bonitati fidentes, ac pro amore ſuo patienter aliquid ſuſtinentes. Et hæc dicens ita accendebat cor audientis, ut facile appareret per ipſam loqui Jeſum, oculis ejus Angelicum in modum rutilantibus potius quam humanum. Poſtea, inquiebat, cognoſcetis, quam bene feceris totum te reſignando in Deum: qui cum ſit clementiſſimus pater tuus, teque amore proſequatur infinito, quomodo tui rationem non haberet? Interea, qui vultum loquentis intuebatur, non poterat non particeps eſſe lætitiæ, qua tanta puritas redundabat interius. Scio ego, & a quadam ſeculari perſona audivi ſæpius lociſque diverſis, quod vel ſolo aſpectu illius, ad omnem honeſtatem, modeſtiam ac puritatem incitari ſe ſentiret; tantumque exinde roboris auxiliique ſpiritualis perciperet, ut non putaret parem ſe eſſe reddendis Deo pro tali beneficio gratiis *b*.

B

b *etiam cum præ morbis fere loquelæ careret.*

24 Si quando, pleuriticis aggravata cruciatibus, plus ſolito laborabat in formanda voce, eique ſuperveniſſet urgens quædam exercendæ erga proximum caritatis occaſio; videbatur ſubito reſtitui ſibi; certaque cum gratia ac modeſtia incipiebat ſic loqui, ac ſi nihil mali pateretur. Atque in hujuſmodi ſancto colloquio efferveſcens totâ inflammabatur facie: in qua cum lacteo candore certans roſarum purpura, faciebat eam videri quaſi annorum viginti puellam; ita ut omnes mirarentur, vehementerque ædificarentur, videntes gratiam iſti benedictæ animæ divinitus infuſam. Conſiderare hęc ſolitus Medicus ejus D. Franciſcus Rugerii de Aretio, dicebat ſæpius; Quoties cum aliis medicis convenio, eiſque narro infirmitates Matris Mariæ, graviſſima ejus ſymptomata, morborumque genera, ac modicum cibum; & inter ea ipſam non conſumi dico, ſed poſt tam diuturnas infirmitates adhuc loqui ut plena ſanitate fruentem; obſtupeſcunt illi ſcilicet; Aſt, inquit, non ego, tanto tempore cum ea verſatus: dico enim abſolute, id eſſe opus dexteræ Excelſi; & quod Deus ipſam nutriens ſuſtentanſque, robur eidem largiatur.

C

XIV *Euchariſtia ſumptâ magis quamcibo ſuſtentatur.*

25 Idem Creator, qui hominem ex anima & corpore coagmentavit, utrique ſic providit alimentum ſuum, ut, propter utriuſque intrinſecam unionem, aliquando contingat alteram partem ex alterius nutritione participare, conſervarique & ſuſtentari; quemadmodum apparuit in S. Maria Magdalena, S. Catharina Senenſi, aliiſque ſexus utriuſque Sanctis, ſecundum æternæ ſuæ ſapientiæ beneplacitum. Accidit ergo etiam huic bonæ Matri, ut cum Medicus inter alia multa eidem præſcripſiſſet ſirupos quoſdam, valde mane ſumendos; illaque, jam diu ſolita revomere quidquid cibi ſumebat, propterea non auderet communicare prius quam iſtos ſumeret, itâque per triduum ſacro iſto Epulo abſtinuiſſet; cœperit adeo debilitari, ut videretur appropinquare morti. Hoc cum obſervaſſet Medicus; Non ſic, inquit, volo ut agas, Soror Maria: ſed ſirupos illos ſumes quam tardiſſime poteris, etiam uſque in meridiem dilatos; quando vel tunc adeo modicum comedis, ut dici poſſis ſemper eſſe jejuna. Nos vero idipſum experti, ſæpius manifeſte comperimus, quod Deus ipſam potius cæleſti illo Pane quam alio cibo quocumque ſuſtentaret.

D

XV *Accedens ad eam deſperabundus quidam,*

26 Voluit quoque Dominus eamdem ſemper occupatam habere pio aliquo exercitio, exteriori vel interiori, præter ordinariæ patientiæ, tenorem inter tot mala doloreſque. Contigit itaque die quadam, ut ad ipſam viſitandam accedens Joannes de Prato, notus ac familiaris ſuus, deduceret ſecum hominem afflictiſſimum multiſque vexatum tentationibus, cujus ipſamet facies meram ſpirabat amaritudinem animi. Cumque illi, ſalutatâ Maria, ſeſſum ſe compoſuiſſent ſupra lectulum, lecto ejus adſtantem; animadvertens Soror Maria pauperculi iſtius afflictionem, cœpit cum ſolita ſibi humilitate atque prudentia pauca verba profari; quæ ille audiens, Vellem, inquit, ſolus cum ſola loqui verba quatuor. Tum aſſurgens Joannes abiit in aulam domus, & D. Camilla ſoror Mariæ, in camera remanens, ad partem ſe recepit, ſublatis ſecum forficulis, quibus inter ſuendum utebatur. Quod ille intuens; Recte, inquit feciſti eas auferens: quis enim novit, an iis ipſe me occiſurus non fuerim, aut aliud grande malum patraturus; uſque adeo ſcilicet totum occupaverat tentatio, qua pulſabatur. Sedente ergo illo ſupra lectulum, ipſa in ſuo ſtratu recubans, ſeque (ut poſtea retulit) pene ſolam circumſpiciens, facto Crucis ſigno recolligere ſeſe ſtuduit, eo quod formidaret inſolitum aliquid incongruumque audire. Quamquam enim per Dei gratiam habebat ſimplicitatem columbæ, ſatis tamen prudentiæ ſapientiæque tenebat ad cognoſcendas fugiendaſque diabolicas inſidias: quia nulla curioſitate movebatur, ut aliquid ad ſe non pertinens ſciret audiretque; dicere ſolita, Quod neſcit quis, de eo non cogitat. Clauſi, inquit, ut potui, externos internoſque ſenſus, & fecit me reſpondere Deus quæ neſciebam nec intelligebam. Pauper autem iſte cœpit ſibi reſtitui, & veluti à gravi ſomno experrectus præ jubilo interiori ridere. Hoc animadvertens in cameram redux Joannes, Rides? inquit: at ille, Rideo enimvero, & grandem ridendi cauſam habeo. Hujuſmodi vero caſus acciderunt plures: & oportuiſſet lapideum eſſe cor, quod ad dulciſſimos ſermones Marię nõ emolleſceret: & tamen non poteſt verbis explicari ei qui pati non didicerit, quam continenter illa gemeret ſub torculari tribulationum, pauperiei, & aliorum incommodorum. Hortabatur omnes ad contemptum mundi, utque ſe Deo traderent; & hoc tanta cum energia verborum, ut appareret per eam loqui Spiritum ſanctum, qui in ejus facie oculiſque eam accendebat flammam, qua poſſet corda ſe audientium accendere. Intelligebat nempe penitus, quam caro ſteterint Deo animæ hominum; ideoque tanti faciebat tantumque laborabat pro earum ſalute, ut exprimi id nulla oratione queat.

placideque auditus,

mentis recipit ſereni-tatem.

E

F

ANNOTATA.

a *Alexander addit: quod* huic famulæ, à familia emigranti, prædixit Maria, quidquid ipſi eventurum erat; prout, inquit, vidimus & audivimus paulo poſt conjugatam, ac deinde mortuam, haud multum lætitiæ in mundo expertam.

b *Idem ait*: Fr. Hieronymus de Porenta Converſus noſter, prima vice qua illuc à me deductus eſt, aſſeruit mihi, maximo ſuo cum ſolatio & abſque faſtidio

A faſtidio ullo manſiſſe. Imo idem Frater aliique ſemel ipſi locuti, deſiderabant ſæpe reviſere illam, iterumque ejus alloquio perfrui.

CAPUT IV.

Prudentia, caſtitas, ſobrietas, & diſcretio Mariæ: item frequentis Confeſſionis uſus.

27 SÆpius ſolebat dicere; Jeſu mi, da gratiam ut
XVI me ſervem alienam ab omni creaturâ, neque
Viſitata à curem aut quæram cognoſci ab aliquo: tu ſo-
Magni Ducis uxore Ioanna, lus mihi ſufficis, tu me cures, te ſi habuero nihil
a mihi deerit. Cum autem primo anno veniſſet Florentiam Sereniſſima Principiſſa Joanna *a*, & in die Paraſceves poſt prandium ipſam viſitans, mediam circiter horam illi eſſet collocuta; negari quidem non poteſt quin ipſam libenter viderit, complacens ſibi in bona illius & honorata gratia; ſed conſiderans, quod ſi eadem continuaret viſitationem ſuam cum tanto virorum ac mulierum comitatu, cauſare ipſi poſſet aliquam diſtractionem; quamvis illam fuerit multa cum amoris demonſtratione allocuta,
B nihilominus dixit; Jeſu mi, da mihi hanc gratiam,
Impetrat ne ſæpius ea redeat. ut ipſi numquam veniat deſiderium huc revertendi. Obtinuit autem piæ orationis effectum; quamvis ſæpe redierit timor, ac ſingulariter vice quadam, cum præcurrens lancearius unus nuntiavit Principiſſam venire; ſed ſuperveniente quodam impedimento non eſt reverſa, & ipſa tenuit quam deſideraverat quietem & pacem.

XVII 28 Anno MDLXVIII die v Junii tam copioſus
Inundationem formidatam premendo avertit. imber decidit, ut vehementer metueretur exundatio fluminis: nam adhuc in memoria hominum verſabatur, quod anno MDLVII factum erat in Vigilia ſanctæ Crucis, quando diluvium ingens toti Florentinæ civitati attulit damnum inæſtimabile. Ipſa ergo, ardenti caritate impulſa, preces ſupplicationeſque continuabat, cum lacrymis dicens; O Jeſu mi, ne quæſo reſpicias peccata noſtra: quod ſi omnino decretum eſt nobis iſtiuſmodi plagam immittere, ſit ea ſaltem ad correctionem, ut animæ, incomparabili pretio ſanguinis tui redemptæ, non pereant: hoc enim unice & ſuper omnia deſiderabat, & in cunctis occaſionibus demonſtrabat viſcera
C plena caritatis verſus Deum & proximum.

XVIII 29 Inter alios Medicos unus fuit, natione (ut puto) Francus, qui ipſam viſens: & mala, quæ patie-
Multiplices ſimul morbos tolerat, batur graviſſima conſiderans, dixit, O miſella, multum pateris: nam præter ægritudines alias, nervorum ſpaſmo & aſthmate laboras; magnoque ac præſenti Dei auxilio tibi opus eſt, ut ea valeas tolerare; & ipſam qua potuit ad patientiam animavit. Quod autem aſthma attinet, ejus causâ non poterat manere abſque lumine: ſi vero contingebat noctu lucernam extingui, oportebat confeſtim eam reaccendi; videbatur enim mox expiratura. Toto ægritudinis tempore plurimum paſſa eſt per pharmaca & remedia, ex mandato Medici adhibita, puta plurium generum balnea, oleagina, vinacea, aliaque ſimilia,
b nata movere compaſſionem intuentium *b*. Cumque ſubinde ipſi diceretur; Viden', miſella, quantis in tormentis ſis? compatior equidem tibi, &c; reſpondebat illa: Nam quid vultis ut faciam? Oportet obedire, & habere patientiam cum Dei auxilio, in cujus ſanctiſſimum beneplacitum totam me reſigno. Subinde vero dicebat; O Jeſu mi, releva me aliquantulum per tuam miſericordiam, ſi placet, & per merita ſanctiſſimæ Matris veſtræ atque omnium Sanctorum paradiſi; non autem propter merita mea, quæ nulla bona habere me ſcio, ſed mala dumtaxat

tota in Dei beneplacitum reſignata.

Quod ſi necdum ſatis dolorum patior, amplius adde: ſed auge patientiam, ut ne te offendam. Et in his A. Augus. CAMPI EX MS. IT. tantæ admirationi erat omnibus ſimul atque ædificationi, ut Medicus diceret; Quando habeo viſitandos ægros qui dies numerant, dico illis, Recogitate infirmam Sororem Mariam Bagneſiam, tot jam annis atque inter tot dolores affixam lecto, & ſervantem nihilominus patientiam ſuam, proponens ipſam omnibus in exemplum.

XIX 30 Solebat hæc anima ſancta, caſtæ virginitatis
Caſtitatem maximi facit, amore accenſa, ſæpe dicere: O Jeſu mi! quantum tibi complacuiſti in odore hujus ſanctæ virginitatis; qui ut majorem decorem ei adderes, ipſamq; redderes magis gratioſam, eamdem tibi elegiſti, virginalem ſtatum aſſumens, & ex virgine naſcens, ſimulque omnis perfectionis complementum cum eo titulo ſuſcipiens. Ea propter, Jeſu mi, non poſſum tibi ſatis dignas laudes, nec congruas reddere gratiarum actiones, quod mihi inſpiraveris ut talem ſtatum amplecterer: concede mihi ut eumdem conſervem: quod ſi poſſem efficere, ut univerſæ creaturæ cognoſcerent eminentiam perfectionis ejus, ſicut ego per gratiam tuam cognoſco & intelligo, quanto ſtudio eumdem requirerent eligerentque! Hæc autem tanto cum affectu pronuntiabat, ut ipſo in vultu ejus reſplendere videretur ſancta virginitas: neque tantum appropinquando eidem, fragran-
B tia odoris ſui; ſed intuendo etiam ipſius puriſſimos
& alios ad ejus amorem provocat. ac rutilantiſſimos oculos, agnoſceres ipſam puritatem, ſedem ſibi in illis domiciliumque fixiſſe. Omnes enim provocabat ad amorem puritatis; nec defuit qui diceret, quod quiſquis vel eam aſpiciebat, vel propius ipſi accedebat, ſentiebat accendi in ſe deſiderium virtutis iſtius, quam illa tanti ſe facere demonſtrabat, & æternæ bonitati acceptam eſſe docebat *c*.

c 31 Dici etiam poteſt, quod tota venerandæ hu-
XX jus ac bonæ Matris vita, jugis fuerit Quadrageſima:
Cibo parciſſimo & quaſi nullo utitur, nec unquã potuiſſes vere dicere, Prandit aut cœnavit Soror Maria. Res quantulacumque ei ſufficiebat; neque cibi ejus quantitas eo pertingebat, ut vel uni aviculæ nutriendæ quodammodo cenſeri poſſet ſatis fore. Duæ buccellæ panis, & una alterave adhuc viridis uva, cum modiciſſimo potu, tota ejus refectio erant: ſubinde etiam bono temporis ſpatio aliud non maſticabat quam quatuor cappares, acinos, aut pomi grana, necdum matura, quæ ipſi præparabantur, ut ſaltem aliquid manducare videretur. Cum autem ipſi diceretur, Oportet omnino, Soror F
Maria, ut tantillum comedas; gratioſe reſpondebat; Videtis, ut minutiæ quælibet mihi ſufficiant. Et- *in eoque multum ſe mortificat,* enim affixa lecto & parum admodum dormiens, digerere nequirem ſi pluſculum comederem, mihique nocerem. Veroſimile eſt tamen quod etiam in hoc mortificare ſe ſtuderet; cum enim ſolam eſſe ſe crederet, ſæpe audiebatur ſeipſam ſic alloquens; O guloſula, guloſula; tu quidem hoc vel illud cuperes habere, ſed non habebis: itaque contingebat, ut quando Soror ejus ipſi vellet aliquid diligentius conditum apparare; ſemper id, ſic permittente Deo, vel aduſtum vel ſemicrudum inveniretur; adeo ut, ſicut illa dicebat, cogeretur vel invita mortificare ſe; quando autem accidebat quidpiam bene conditum inferri, ſubeunte mox nauſea illud recuſabat. Voluit quidem Deus, ut in modico illo cibo variaret ſæpe; ſemper tamen quidquid id erat, exigui nutrimenti ac pretii cenſebatur; puta acetoſæ herbulæ, cappares, olivæ, ac ſimiles reculæ, quæ ſubinde ipſi ſapere videbantur, aliàs autem nec viſui quidem to- *Diſcrete tamen.* lerabiles eſſe *d*. Quandoque ei dicebatur, Si veſtro d
eſſem loco, conarer & experirer comedere quidlibet, ut me ſuſtentarem; manduca quidquid potes; reſpondebat

A. AUGUS. CAMPI EX MS. IT.

ſpondebat illa, Nolo tentare Deum, mihique ipſi ultro nocere : ſi porro aliquid mihi ſiniſtri eveniat, ſaltem carebo remorſu conſcientiæ, quaſi cauſam ipſa dederim. Vultiſne ut experimenti cauſa mihimet noceam ? quid autem ſi tunc deficeret me patientia ? Vos videritis quomodo mala veſtra feratis; mihi ſiquid ſiniſtri accidat, auxilio erit Deus ; ſed nolo ipſa illud mihi accerſere, ne peccem. Itaque licet mortificationem amaret, adjungebat tamen mortificationi prudentiam, ne Deum offenderet, volens ſe quantum poſſet, divino beneplacito conformare.

XXI *Solatur mœſtos.*

32 Dulcis adeo atque benigna, quin etiam ex natura tam hilaris erat, ut vultu ſemper in riſum compoſito appareret, nec ferre poſſet ſi quis melancolicus conſpiceretur aut conturbatus ; dicebatque, Veni huc ad me : quid eſt tibi ? noli ſic eſſe. Trade te Jeſu, qui eſt vera lætitia, venietque in cor tuum, teque faciet jubilare. Cogita tantiſper Paradiſum, ſi velis abigere mœrorem omnem : nec dubita, quin tædia laboreſque & ærumnæ quæcumque finem ſint accepturæ. An putas quod ſemper manſura ſim in hoc lecto ? Nequaquam. Si enim hic patimur, habebimus præmium in cælo multiplicatum, & nulla ætate finiendum. Quapropter committe teipſum Deo, abſque ambiguitate, abſque formidine. Atque hæc dicebat tanta cum efficacia, ut corda audientium penetraret, & omnes confortaret ac ſolaretur.

B

XXII *Frequentius confiteri ſolita,*

33 Sacramentalem Confeſſionem iterabat quotidie, & aliquando pluries prout ſibi credebat expedire, & facultas à Domino ad id præbebatur: ſi autem ſubinde, cauſa alicujus caritatis vel alio reſpectu, non poſſet eam facere, etiam dies continuos aliquot abſque illa tranſigebat, tempori ſe adaptans ; bonum vero accipiens de manu Domini, cum offerebatur occaſio, ad quod per Dei gratiam ſemper prompta inveniebatur & voluntaria. Dum ergo videbat opportunitatem temporis & Confeſſarii, recurrebat mox intra ſe ; & interiorem animæ ſtatum circumſpiciens, ſemper mentis oculum in hoc fixum habebat, ut Confeſſionis faciendæ cauſa nulli quidquam crearet incommodi, puta cum aliquid in camera ſua faciendum erat, vel eo quantocius inferendum ; promptior ipſa tolerare incommodum, quam cuiquam facere. Subinde autem dicebat : Præſtolemur nonnihil, cum ſcilicet videbatur ei, quod expectabat aliquis vel pulſabat ad oſtium. Quod ſi res ipſam non attinebat, neque ab ea reſponſum expectabatur, intendebat animum Confeſſioni parandæ : ſin autem reſponſum exigeret caritas vel utilitas aliqua proximi, nihil illud cunctabatur reddere cuicumque petenti. Nec enim in hoc erat ullo modo ſcrupuloſa ; ſed occaſiones omnes apprehendebat oblatas, ſecundum Domini ſui ſanctiſſimum beneplacitum. Dicebat enim ; Bonum eſt Confeſſio, & iſtud etiam bonum quoddam eſt ; una caritas non corrumpit alteram ; expectabo in veſperam, vel uſque dum commoditatem confitendi Deus dederit : quin & cœptam Confeſſionem interrumpebat facile, cum res id poſtulabat.

non tamen ſcrupuloſe ad id importune,

C

Humillime de leviſſimis quibuſque nævis ſe accuſat.

34 Faciens deinde Confeſſionem, ſi ego, id de quo ſe accuſabat conſiderans, interloquerer ac dicerem : Scio quomodo te habeas, tu per Dei gratiam nullam in eo culpam ſuſtines ; reſpondebat illa ; O ſi talis eſſem, qualis deberem, non ſic ageretur ! Ego opus habeo miſericordiam à Deo poſtulare, meęque exiguæ caritati imputare culpam, quia pro iſta perſona non oravi ſicuti debebam. Tum proſequebatur uſque ad finem humilem ac devotam formulam Confeſſionis ſuæ, dicebatque mihi, Tu, qui mihi adſtas & vides fere omni hora diei, ſi quando in aliquo deliquiſſe me notaveris, dicito id mihi per Dei amorem ; concludebat autem his vel ſimilibus verbis ; In iſtis aliiſque rebus ſi quomodo offendi Deum, vel animam meam, aut proximum meum, dico culpam meam ; quodque ea ipſa quæ confiteor peccata, non confitear cum eo dolore pœnitentis animi quo debuiſſem, propter exiguum amorem quem fero Jeſu meo. Expleta ſic Confeſſione, præparabat ſe ad audiendã Miſſam ; tum eamdem audiebat cum maxima devotione ardentiq; ſuſcipiendæ Communionis deſiderio ; quam ſuſcipiebat, uti dictum eſt, quotidie mane.

ANNOTATA.

a Joanna, *Ferdinandi Auſtriaci Imperatoris filia, Franciſco Magno Duci nupta an.* 1565.

b *Alexander cap.* 10 *ait* : Interrogabat illa ſæpius, Debeone huic meo corpori tot medicinas adhibere ? Cui reſpondebam, debere ; quia Deus medicinas ordinavit ad noſtras neceſſitates.

c *Idem cap.* 9. Contigit aliquando, *inquit*, ut perſona quædam conditionis non vulgaris, vultum ipſius dum in ecſtaſi eſſet pulcherrimum, manu contingeret : quod poſtea intelligens acerbiſſime tulit ; alioqui in iis quæ miſeram carnem attinent tam innocens, quam duorum vel trium annorum infantula. E

d *Ibidem præmittitur* ; quod plurium ciborum, etiam extra domum in platea exiſtentium, odore cruciabatur : itáque accidiſſe, cum quidam aforis cucumerem manducarent : inde enim graviter cruciatam fuiſſe.

CAPUT V.

Tentationes toleratæ, ecſtaſes occultatæ, mala averſa à proximis.

AD longas infirmitates doloreſque graviſſimos, & ſymptomata quæ continuo patiebatur, accedebant variæ tentationes à dæmone ; ita ut diceret : Videte, quomodo diabolus, in ipſo urgentiſſimorum cruciatuum æſtu, maxime & ſupra modum me tentet ; perſuadere mihi volens, nullum eſſe malum meum ſed meram fictionem, quodque faciam ſicut hypocritæ, fingentes unum pro altero : atque hac ratione multo magis affligor, quam ipſa infirmitate : etenim video me revera ægrotare. Quando autem ipſi dicebam, Tu non deberes illi credere ; reſpondebat : Scio quod non debeam illi credere ; ſed putas quod hoc me non affligat ? Medico autem dicebat, Credin', me revera habere male ? & ipſe reſpondebat ; Enim vero, credo ; & tu credas mihi, quod vere & valde male habeas ; cum autem ejuſmodi cogitatio mentem tuam pulſabit, ſcito tunc vel maxime ægram te eſſe. Sed iſte noſter adverſarius diabolus, ut affligat te, vellet tibi contrarium perſuadere. Ego quoque ſæpius ipſam interrogabam, dicens ; Et nunc quomodo habere te ſentis ? an bene ? Et illa, Nequaquam, Pater : grave enim malum ſentio, idemque etiam judicat medicus. Cum autem in majoribus ſuis doloribus eſſet, eamque vellemus ſolari, dicebamus illi : Nunc profecto male habes : & illa, Scio quod male habeam, & benedico Deum, & ſemper volo benedicere : quando autem ceſſat illa tentatio ſupervenit mihi alia, & numquam non aliquod os rodendum objicitur : ſæpius autem mihi dæmon dicit, quod inſidear ab aliquo maligno ſpiritu : & licet id non

35 XXIII *Tentatur à dæmone, quaſi morbi ſui imaginarii ſint,* F

aut ipſa energumena :

A non credam, vexat tamen me: & quando te rogabam, ut me in hac vel illa parte signares, quamquam istic revera pœnam aut dolorem sentiebam, tamen id rogabam propterea. Det mihi Deus gratiam, ut non possideat à dæmone in anima, & hoc mihi satis est.

quod & aliis erronee persuadetur.

36 Quodam retro tempore, aliis etiam dæmon persuaserat, Sororem Mariam à spiritu nequam insideri. Quapropter R. D. Raphael, tunc ejus Confessarius, volens rem certius explorare, & illorum errorem confutare, rem contulit cum adm. Rev. Patre N. Gubernatore Sanctimonialium, à Crucula nominatarum, rogans ut secum ipsam dignaretur visere: quod is libenter annuens, assumpsit occulto Reliquias aliquas: dicebat enim, Si energumena est Soror Maria, statim Spiritus sentiet quid feram, seque manifestabit. Pariter ergo ingressi sunt in cameram decumbentis, & prædictus Rev. Pater eamdem salutans, non parum temporis impendit miscendis cum ea sermonibus spiritualibus; data autem benedictione digrediens, atque ad D. Raphaelem se convertens; Utinam, inquit, multæ sic energumenæ essent! mihi enim videtur Angelus è paradiso esse: atque ita remansit tentator confusus.

B *De se ipsa humillime sentit.*

37 Nihilominus semper aliquid novæ crucis experiebatur, facta modo cæca, modo surda, modo in alio quopiam suorum sensuum afflicta, prout placebat suo amantissimo & dilectissimo Sponso *a*; dicebatque, Orate Deum ut mihi conferat donum patientiæ: graviora enim mereor propter peccata mea. Scio tamen quod dulcis Jesus meus non velit me confundere. Numquid non ita est, Jesu mi? Noli me derelinquere, obsecro, Domine. Nos autem, videntes ipsam in tantis angustiis, dicebamus ei aliquando, O Soror Maria, quam multa mala pateris? Sed illa magno cum spiritus fervore respondebat: Quæ ego facio, mala sunt; non quæ facit Jesus, verum ac summum bonum: nam quod oculis nostris videtur malum, quando ipsum Jesus facit semper est bonum: cumque ipsum agere sinimus, novit intentum à se bonum inde educere. Orate eum, ut det mihi gratiam, ut permittam ipsum semper de me facere suam sanctam voluntatem, nec impediam vel corrumpam opus ejus; & quamquam ipsum damnum possim mihi imputare, hoc idem tamen mihi bonum est, nisi quatenus est à me. Atque hæc tam humilis sui cognitio, animo ejus perquam profunde infixa hærebat; cum ipsa se miserrimam esse agnosceret, & quidquid haberet boni sibi venire à manu Dei, cui semper agebat gratias & benedicebat.

a

C

XXIV *Deum timens, aliis eumdem timorem inculcat,*

38 Non solum autem timebat offendere Deum, sed etiam ne aliæ quæcumque creaturæ ipsum offenderent. Quare, quotiescumque videbat vel audiebat aliquem defectum alterius, fatagebat eum suis sanctis orationibus reparare, & quandoque dicebat, Quî fieri potest, ut homines tam inconsiderate vivant, & absque timore Dei? Cum vero volebat inducere aliquem & exhortari, ad vitam ex Dei timore agendam; ne occasionem daret malo graviori, ipsam se proponebat in exemplum, atque dicebat: Vide quam vellem semper habere Dei timorem præ oculis; qui enim eum sic habet, cavet peccare. Equidem fateor me illum non habere, aut si habeam, non habeo nisi superficietenus: qui autem non timet Deum, obliviscitur illius: & qui obliviscitur ejus, vide quomodo cum eo agatur. Atque hoc dicens, ostendebat quamdam sententiam S. Augustini, quam sibi fecerat litteris majoribus scribi, ad latus cujusdam Mortis, sibi curatæ à P. Fr. Alexandro. Erat autem hæc sententia, Percutitur peccator propter peccatum suum, ut moriens obliviscatur sui ipsius, qui vivens oblitus fuit Dei. Ideoque subjungebat, Si ego obliviscar Dei dum vivo, considera quid mihi mortuæ futurum sit. Atque hac dexteritate & prudentia conabatur inducere homines ad vivendum cum sancto isto Dei timore, quamvis præ sua grandi humilitate diceret, etiam se illo carere. A. AUGUS. CAMPI EXMS. IT.

39 Volens autem Dominus eumdem timorem magis magisque in ea perficere, permittebat aliquando ipsum tanta cum vehementia sensus interni irruere in ejus mentem, ut se omni bono indignam reputaret; adeoque volentes eam nonnihil confortare, dicebamus aliquando; Nisi tu recordareris Dei, non te ea causa tantopere affligeres. Verum quidem est talem te non esse qualis deberes; non tamen ideo debes despondere animum, sed confidere in ejus misericordia & gratia. Ipsa vero respondebat: Volo semper in ipsum sperare, meque committere ipsius dulci misericordiæ; licet intelligam me promereri infernos mille. Doleo quod non amem eum, sicut deberem & sicut possem; eo quod infinite bonus cum sit, infinitum amorem mereatur. Ast nemo est qui huc possit pertingere, solus ipse infinitatem amoris possidet: &, si ego aliquando grandi illo timore percellar, videor non aliter posse affici, considerando istam infinitatem. Attamen, ecce me: fiat sanctissima voluntas sua; totam me in ejus manus resigno. *in ipsum hamen fiduciam collocat.*

40 Cum grandis quædam inimicitia exorta esset inter duos juvenes notos suos, ambos studiosos; eoque res perducta, instigante dæmone infernali, discordiarum satore, ut unus alteri necem machinaretur; contigit eorum unum studii causa proficisci Pisas. Hoc alter intelligens, etiam ipse in viam se dedit cum amico quodam, ea intentione ut inimicum occideret. Verum placuit Deo ut ipsi consilium istud pessimum non succederet; sed expectabat ad pœnitentiam eum, qui nihilominus perseverabat in ista obdurata mente. Periculo autem ad consanguineorum utrimq; notitiam perlato, quamvis multi operam interponerent suam ad ipsos reconciliandos, nemo tamen proficere quidquam in negotio potuit; volente Deo manifestare, quod non sit fiducia reponenda in humana potentia aut sapientia, sibique ad intentum consequendum sufficere misellam unam ægram. Hæc enim intelligens grande juvenum istorum discrimen, ut erat plena compassionis, vehementer indoluit; eoque vehementius, quod utrumque à teneris cognovisset. Itaque magno cum fervore ad orationem se convertit, Deum obsecrans, ut odium atque discordiam illam converteret in amorem & caritatem. Placuit vero divinæ Majestati exaudire preces suæ dilectæ; & illorum unum usque adeo emollivit, ut omnino decerneret reconciliari cum inimico; ad quod obtinendum nullius mediatione visus sibi est certius uti posse, quam Matris Sororis Mariæ, cujus nimiam bonitatem & caritatem compertam habebat. XXV *Duorum juvenum odio inter-necino commota,*

E

F *post fusas ad Deum preces,*

41 Venit igitur ad illam, & salutatæ aperuit intentionem suam; narrans quomodo sibi Deus tetigerit cor, ipsamque volebat mediatricem hujus boni operis; nec enim in hunc modum diutius vivere se posse. Itaque, magno cum gaudio jubiloque, mihi tum forte præsenti mandavit, ut alterum ipsius nomine ad se accerserem, non indicando quid eum vellet. Ivi ego, nec nihil difficultatis reperi, propterea quod ipsum invenirem in consortio plurium adolescentium: Deo nihilominus adjuvante, perduxi hominem quo volebam. Ipse vero ingressus in cameram, & conspiciens ibi quem suum maximum credebat inimicum (nec enim adhuc vocem *ab eorum uno convenitur ultro,*

A. AUGUS. CAMPI EX MS. IT.

& inſpirationem divinam audierat) nonnihil indignationis rancoriſque erga eum monſtravit. Tandem tamen Spiritus ſanctus, per os bonæ Matris, tam efficaciter peroravit, ut ambo inſtar agnorum fint manſuefacti. Quamvis enim difficilioré ſe præberet alter, emolliebat tamen illum paulatim, oſtendendo ei periculũ grande corporis & animę cui implicabatur. Atque ita demum in mutuum amplexum euntes, tamquam amantiſſimi fratrès, viciſſim ſibi condonaverunt injuriam: omniquè ſublata diſcordia, ipſo in loco, ad majus robur reconciliationi dandum, inſtrumentum factæ pacis ſcribi voluerunt ſignaveruntque, tradito unicuique ipſorum exemplo: & ambo læti hilareſque, ſumptà recedendi licentia, pariter egreſſi ſunt: pro quo tam inſperato ſucceſſu gratias referendæ Deo ſunt, dignato exaudire preces hujus ſuæ dilectæ.

& accerſitum alterum ipſi reconciliat:

XXVI *Studioſa occultat immiſſas ſibi ecſtaſes,*

42 Volens bona Mater vitare omnes inſidias diaboli, ſeque ſervare in ſancta humilitate, conabatur omni modo abſcondere gratias illuſtrationeſque interiores divinitus ſibi impertitas, maxime cum videret quanta eſſet curioſitas hominum. Inter alia evenit, ut ad ipſam viſitandam ex improviſo veniret quædam Comitiſſa de Balneo, cum magno utriuſque ſexus comitatu: quæ ſtatim atque ingreſſa in cameram eſt, interrogavit num videret, & videndi facultate uteretur. Cui illa, quaſi non intellexiſſet, nihil reſpondit, & pauciſſimis uſa verbis ipſam dimiſit. Quia autem conſueverat, poſt diutius toleratos dolores ac tribulationes, linqui animo & ſyncopen pati; eodem utebatur medio ad occultandas ecſtaſes ſuas. Verumtamen efficere non poterat, ne illi jugiter aſſiſtentes notaremus, quid inter unum & alterum ejus ſtatum intereſſet. Quando enim non patiebatur deliquium, ſemper ſe convertebat in dexterum latus verſus murum; & facies ejus rubicunda tota inflammabatur inſtar Seraphini: quando autem decidebat in ſyncopen, non poterat tanta cautela uti, quin modo in unum, modo in aliud latus ſe volutaret, vultuque palleſcens ſemimortua appareret. Veniens autem medicus, & audiens quod eſſet in deliquio, reſpondebat; Præſtolemur tantiſper donec redeat ad ſe. Cum vero notabat aliud quã deliquium eſſe, ut erat ingenio hilari, ſolebat dicere: Qualis hæc infirma eſt? videtur mihi juvencula annorum quindecim; pinguicula, rubicunda, & vernans inſtar roſæ. Ipſa autem dicente, Vides quomodo me habeam; reſpondebat ille: Scio quia male habes, tam dando quam ſervando. Denique in actionibus ejus omnibus elucebat maxima prudentia, quemadmodum famulos ſuos Dominus voluit inveniri prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbas, quæ verba ſæpe in ore illius verſabantur. In eo ſtatu, ut ſervaret ſeſe quantum poterat, intendebat exercitio ſanctæ orationis, præſertim mentalis: tantumque ei aſſueverat, ut omni pene hora ac momento inveniretur ſpiritu in Deum elevato. Quandoque vero, cum ſuperveniens interrogarem dicendo, Heus! Ecquid agis? gratioſe reſpondebat, Audio te, & bene mihi eſt: nec quidquam turbabatur.

B

quas tamen domeſtici à deliquiis diſcernebant ſatis.

C

XXVII *Duobus ad mortem damnatis compatiens,*

43 Intelligens aliquando duos juvenes Florentinos in carcere teneri, capitis damnatos; ad ſanctas orationes ſe convertit, orando Deum, ut animabus eorum præſtaret auxilium; quin & corpora, ſi placeret, eximeret periculo; tantumque inflammata eſt ejus caritas, ut dicere inceperit: Domine mi, quid vetat quo minus è lecto hoc egrediar, accedamque Magnum Ducem? Quare non vado, & advoluta ejus pedibus gratiam hanc peto, ut mihi caput abſcindi faciat, quæ tandem ad nihilum utilis ſum; ipſos autem ſinat vivere, qui ſunt juvenes, atque idonei ad multum boni præſtandum, maxime cum jam debeant didiciſſe vitam vere Chriſtianam ducere. Neque ſola iſta vice, ſed multis etiam aliis venit in cogitationes iſtiuſmodi; adeo ut audeam dicere, miraculo pene factum eſſe, quod non exierit de lecto cucurreritque ad Palatium. Talibus autem in occaſionibus dicebat: Quid mihi curandum eſt hoc corpuſculum? O Deus meus! vellem non offendereris, quia id non mereris: & ſcio quod velles, ut creaturæ tuæ invicem ſe non læderent: quapropter oro, defende teipſum, auferendo voluntatem malefaciendi à cunctis hominibus. Cur non omnes, Domine, delectamur faciendo bene? aut quid prodeſt creaturis ſi invicem ſibi noceant? Volo currere per plateas & inſtar veſanæ clamare, Quid agitis? quid hoc eſt rei, quod malitis male quam bene agere? Quamquam autem id nequibat corporaliter facere ſic impedita; non poterat tamen retineri cor & voluntas ejus, quo minus mente diſcurrens per plateas cæleſtis Hieruſalem, clamaret in ſanctis orationibus, & miſericordiam peteret à ſanctiſſima Trinitate, pro tot miſeris animabus. Subinde etiam audiebatur dicere: Volunt eſſe Chriſtiani abſque Chriſto, & ſpirituales abſque ſpiritu: quod fieri non poteſt. Sancta ergo caritas tenebat illam jugiter intentam orationi ferventi, tanto ſecurius, quanto certius noverat in ea ſe nullatenus poſſe impediri.

D

heroicè caritatis actum exercet.

E

ANNOTATA.

a Sæpe mihi dicebat, *inquit Alexand. cap* 9, Pater, habeo canem, qui me intus corrodit. O quot canes dilaniant viſcera mea! Sentio plures novaculas in corpore meo. Dicam autem vere & coram Deo, quia multum confundebar, hæc audiens, dicebamque intra meipſum: Quid de te erit, quando hæc virguncula, expers peccati, ſic cruciatur?

CAPUT VI.

Extremi morbi, actus, & obitus Mariæ.

44 XXVIII a F

Diu ante mortem dixerat, Conſiderate, quod dies mihi annus ſit, donec claudantur mihi partes ſupernæ & inferiores *a*: nec enim alia morte moritura ſum. Et hoc etiam reapſe completum vidimus. Qui autem ad ſingula ejus verba diligenter animum advertiſſet, intellexiſſet quod Deus identidem eidem demonſtrabat, non ſolum venturorum ſibi malorum ſymptomata; ſed etiam alia multa, quæ variis occaſionibus ipſi aut aliis erant ventura. Verum Deo id permittente, ut plurimum nemo ei attendebat. Cum vero dicenti, Videbitis hoc vel illud malum mihi acceſſurum, reſpondebat aliquis, Plus quam ſatis malorum tibi eſt, ut alia non debeas exſpectare; dicebat: Eja, videte num ita futurum non ſit: ſemperque eveniebat ut prædixerat. Eo autem miſeriarum pervenit, propter continua novaque accidentia, ut quaſi nihil jam amplius poſſet comedere, unde plus ſolito deficiebat: quia modiciſſimum iſtud quod introſumebat, maximam ei pariebat afflictionem & pœnam, ita ut omnibus ipſam videntibus commiſerationem moveret. Quando autem ſe diſponebat ad ſumendum quidpiam, vel de cibo loquebatur; videbatur quaſi ad mortem duci, dicens, Ecce iterum, ecce tormentum meum: totam tamen ſe remittebat in Dei voluntatem, per quam ſolummodo ſibi relicta erat facultas ſumendi pauxillum vini albi, nam rubelli nec odorem quidem poterat ferre.

Mortis ſuæ modum prædicit,

novos & graviores cruciatus ſuſtinet,

Nec

A *guſtu fere semper depravato utitur,*

45 Nec fere unquam res ei ſapiebant ut erant; quemadmodum apparebat in vino, cujus cum pauxillum libaſſet, bonumque judicaſſet; paulo poſt ipſum ſibi videbatur alium omnino guſtum præbere, dicebatque; Hoc vero à meipſa, non à vino eſt; idque ferebat maxima cum patientia, cuicumque ſe caſui accommodans, etiamſi acidum ipſi porrigebatur. Plus enim quam ſemel accidit, ut qui hauſturus vinum iverat, commutaret inadvertenter flaſconem. Sentiens autem acidum eſſe, dicebat; Fortaſſis ex alio vaſculo prompſeris, jubebatque guſtari ab aliis, ut cognoſceret, utrum in ſuo palato vitium illud eſſet: itáque veritas intelligebatur. Cum vero tale quid accidebat, immenſum ei cauſabat cruciatum, & ſatis diuturnum; adeo ut aliquando diſſoluta tota, non poſſet vel ad momentum quieſcere: & in maximis illis doloribus dicebat, O Jeſu mi! Jeſu mi! adjuva me, miſerere mei, quamvis indignæ & immerentis. O Virgo Sanctiſſima, præſta mihi ſanctum auxilium tuum; itáque ſe commendans invocabat omnes Sanctos Angelos Homineſque paradiſi. Sed quamquam amantiſſimus Sponſus ſuus permittebat ipſam ſic affligi & cruciari in corpore, tantam tamen infundebat

B animæ ejus dulcedinem, ut etiam exterius appareret lætitia in vultu ejus quaſi Angelico, propter perfectiſſimam cum voluntate divina conformitatem.

XXIX *de ejeuratione ſuppreſſione incurabili*

46 Et fuerat quidem omnis vita hujus ſanctæ ac beatæ Matris, continua una crux ac paſſio: magis tamen ſub extremum voluit eam Dominus ſibi crucifixo uniri ac conformari. Itaque die XV Maji anno MDLXXVII ingravata uſque eo mala ſunt, ut die ac nocte nullam partē capere quietis poſſet. Die autem IX, ſicut prædixerat, clauſæ ſunt ei partes corporis inferiores, manſitque ad XVI uſque diem

b quod urinam reddere nullam poſſet *b*; ipſa vero die

c XVI, quæ fuit feſtum Aſcenſionis *c* Dominicæ, modicum lotii fecit, idque ei duravit uſque ad Dominicam ſequentem. Ipſa vero, quæ maximo cum deſiderio optabat ut placeret Domino aſſociare ipsā ſuo in cælum triumpho, dicebat; O Domine, ergóne abeundum mihi eſt retro? equidem veniſſem libenter. Poſtea ad eamdem indiſpoſitionem regreſſa, ab ipſa Dominica die uſque ad tertiam feriam Pentecoſtalem, perſtitit, ita ut rurſus urinare nequiret, concluſis penitus lumbis atque lateribus; unde

C *& gutturis tumore conſtricta,* aſſurgentes ſurſum vapores fecerunt ei gulam ſic intumeſcere, ut glutire nihil poſſet abſque ſumma difficultate. In die tamen S. Zenobii, quæ fuit

d Vigilia *d* Pentecoſtes, cum mane ei dixiſſem Miſſam & Euchariſtiam præbuiſſem; allati ſunt panicelli quidam benedicti; unde acceptam micam unam cum vino albo ſumpſit, neque poſtea aliquid amplius deguſtavit, quia magis magiſque inflabatur ei gula: quod tamen non impedivit, quo minus & ſequenti die, & etiam feria ſecunda, per Dei gratiam communicaret. Aſt feria tertia, licet ei Miſſam dixerim, Communionem tamen dare non potui: cum ſic conſtrictum ei eſſet guttur, ut vix modicum ſtillati, in pennula ſibi admotum, ſugendo attrahere valeret. *extremum communicat;*

XXX *& ſacro Oleo unctus,*

47 Videntes ergo bonam Matrem multum deficere & malum aggravari, ivimus ad Rev. Dominum Parochum *e* S. Romei, petituri licentiam ad

c miniſtrandam ei extremam Unctionem; quam adeptus, & inveniens apud illam P. Fr. Alexandrum; rogavi eum ut ipſe hoc officium præſtare vellet,

f quemadmodum fecit *f* legens poſtea Commendationes animæ, Paſſionem Domini, aliaſque devotas orationes. Præparaverat autem ipſa ſe maxima cum devotione ad ſuſcipiendum iſtud ſanctum Sacramentum: poſt quod eramus ibi Sacerdotes quinque, & omnes ei legimus Paſſionem: ſub qua ipſa, interius occupata, oculos ſæpe tollebat in cælum, & ſuſpirando dicebat; O Jeſu mi! o Jeſu mi! atque in iterando crebrius melliſluo iſto nomine, affectuoſo geſtu movebat caput. Eodem tempore, cum natus eſſet Magno Duci filius *g* Franciſcus, magnus per totam civitatem erat fragor ſtrepituſque tormentorum muralium, tympanorum, tubarum, & campanarum, præcipue ex palatio: quæ licet alias maximam ipſi creare ſolebant moleſtiam, eo quod aures ei tota nocte inde tinnirent; tunc tamen nihil viſa eſt curare, nulli alteri rei intendens animum, quam ut mentem amantiſſimo Sponſo ſuo junctam teneret, pararetque ad tranſitum mox faciendum cum eodem, in æternum fruendo: ſolum audiebantur nonnulli gemitus, ex imo cordis procedentes, qui etiam petras diſrumpere potuiſſent.

A. Augus. CAMPI EX MS. IT.

g *intor magnas molestias*

48 Tunc videre erat inter anguſtias illas ſummas, quas ei conſtrictio gutturis afferebat, vultum nihilominus tam hilarem *h*, ac ſi vidiſſet apertum cælum, lætanteſque ibidem Angelos ſanctos, in expectatione beatæ illius animæ, ad nuptias Agni deducendæ. Cumque vix amplius jam poſſet formare verba, intelligebatur tamen cum motu capitis ſurſum erecti nominare S. Catharinam & S. Ceciliam, tum alia multa quaſi dicere, quæ capere nullo modo poteramus. Perſeveravit porro cum illo vultu ſubridenti oculiſque feſtive hilaribus: & quia ſemper devotiſſima fuerat erga Deiparam Virginem; nomen ejus, quod habuerat jugiter in corde, identidem ore ruminabat. Unde cum aliquis præſentium Sacerdotum dixiſſet, Maria, mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege & hora mortis ſuſcipe; oſtendit vultu oculiſque, ſingulariter id ſibi gratum accidiſſe; & dixit, O! velut gratias Deo agens, quod ea verba illi pronuntianda ſuggeſſiſſet. Etenim præteritis temporibus, in ſuo ſermone frequenter ſolebat ſuadere hominibus, ut eſſent erga beatam Virginem ſingulariter devoti, experta ipſa ejuſdem devotionis maximos ac plane miraculoſos effectus: ideoque ad eamdem conſueverat recurrere, ut dubium nullum eſſe poſſit, quin in hoc ultimo ſuo tranſitu ipſam devotiſſime invocarit.

h *ac diros cruciatus invocat Sanctos atque Deiparam.*

E

XXXI *Dominicæ Paſſione contra dæmones ſe munit.*

49 Pro ſua profunda humilitate, ſi quando referebat eorum aliquid, quæ ſibi Dominus revelaverat, ſolebat occultare eam gratiam ſub nomine ſomniorum: ſed qui familiarius cum illa agebant, & dictis animum applicabant, notabant etiam ſuum ſingula veraciter ſortiri eventum. Dixit ergo aliquando beata hæc Mater, Somniabam me tranſire pontem ſtrictiſſimum, ſupra ingens præcipitium; dumque tranſirem accedere dæmones infernales, ad me deturbandam in iſtud immane chaos: quoties autem illi me conabantur impellere, dicebam, Paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti; iiſque verbis, veluti exarmati & debilitati, in fugam pellebantur. Et vero adverſus omnem tentationem conſueverat ſacris iſtis verbis uti, ſemper eorum virtute victrix inimicorum ſuorum. Aliàs dicebat, Somniabam me videre inteſtina mea, quæ mihi apparebant quaſi abſque macula: quod poſtea verum deprehenſum eſt. Licet enim annis amplius quam quinque & quadraginta lecto decubuiſſet, conſervata eſt ſemper tam integra ac munda, ac ſi goſſypio involuta jacuiſſet; & contra opinionem multorum dicentium, neceſſario factum ut Soror Maria interius tota eſſet conſumpta, nullius unquam corruptionis indicium in ea apparuit, ipſique appropinquantibus videbatur aperiri armarium bene olentium aromatum: quo ſane declarabatur, malum ejus minime ordinarium eſſe

F

A. Augus. CAMPI EX MS. IT.

ac naturale; ſub cujus veluti torculari compreſſam habere Domino complacuerat.

XXXII *parata ab eis quidlibet tolerare.*

50 Noverat ſe creatam à Deo, & cor ſuum non poſſe niſi in ſuo Creatore requieſcere: ideoque dicebat, Quando veniã Domine mi, Pater mi ſancte, ad laudandum te, ac benedicendum una cum Sanctis atque Beatis, quemadmodum deſidero? Si tamen placeat tibi, ut aliquantulum adhuc demorer in hac peregrinatione, tua ſum, fiat de me ſanctiſſimum beneplacitum tuum: ſufficit mihi, ſi me tibi conjunctam ſerves. Tribuler, affligar, crucier ego: tu mihi ſis Salvator, quia me tibi committo, expectans donec placeat vocare me, eoque deducere ubi plene ſatiabitur omne deſiderium meum.

XXXIII *Dictacoram ea Miſſa,*

51 Tota porro nocte ac die ſecundæ feriæ Pentecoſtalis perſeveravit in illa maxima anguſtia conſtricti gutturis, itemque ſequenti nocte: primo autem mane coram ipſa Miſſam celebravi: non tamen communicare ſacramentaliter valuit, quamquam videretur totam ſe eo præparaviſſe; unde pro ſua ſingulari devotione credenda eſt communicaſſe ſpiritualiter. Interim à S. Maria Novella reverſus eſt cum ſocio P. Fr. Alexander: qui lecta ei Paſſione cum nonnullis orationibus, poſt aliquantam temporis moram, eidem benedicens ait: Nos redimus ad S. Mariam Novellam, dicturi Miſſam ac mox iterum adfuturi; itáque abiit, & Miſſam (ut nobis poſtea retulit) pro illa dixit. Interim ipſa commendabat ſe Deo: cumque ego applicuiſſem ori ejus pennulam ſtillato tinctam, obſervavi quod nullam faceret reſiſtentiam, qualem ſolebat, propter arctitudinem gutturis, mota manu ſignificando, quod non poſſet id pati. Tunc ego depoſita pennula pulſum arteriæ exploravi; eumque inveniens debiliſſimum, ſic ut vix ullus perciperetur, dixi; Heu me! deficit pulſus: abit jam illa. Sumens deinde cereum benedictum, ſignavi ipſam: idemque ceteri omnes fecerunt. Tunc illa nonnihil caput levans aperuit oculos, faciemque oſtendit tam hilarem, ut appareret feſtive excipere ac reſalutare devotos ſuos è cælo Patronos. Neque facile quiſquam, qui non viderit, æſtimare poſſit, quantam in illo actu devotionem lætitiamque excitaret in corde omnium ſibi adſtantium: qui quaſi ſentire videbantur impleri cameram Angelis feſtiviſque ſpectaculis, repræſentantibus tripudium & gaudium paradiſi. Atque in hac lætitia, quæ decorem ſpecioſæ illius faciei geminabat, tradidit ſpiritum ſuo ſanctiſſimo Creatori; &, quemadmodum credere poſſumus, comitantibus Angelis atque Sanctis, ingreſſa eſt palatium vitæ æternæ.

B

lectaque Paſſione,

ſublatis hilariter oculis expirat.

C

ANNOTATA.

a *Alexander cap.* 12, *idem ſibi & aliis dictum ait his verbis*: Claudentur portæ inferiores, & ſic moriar.

b *Nam, ut ait idem*, hoc quidem alias ſæpe acciderat; ſed adhibitis medicamentorum remediis, fuerat repulſa mors, manente licet cruciatu.

c *Nam anno* 1577, *litt. Domin.* F, *Paſcha celebratum fuit* 7 *Aprilis.*

d *Scilicet* 25 *Maji, quando Acta* S. Zenobii *illuſtravimus.*

e *Ejus veroſimiliter ſucceſſorem, nec forte primum, qui ab an.* 1532 *eam eccleſiam regebat, ſæpe ſupra nominatus,* D. *Raphael.*

f *Idem ipſe teſtatur cap.* 11, *his verbis*: Sacrum Oleum octies recepit, ſemper extremè infirma; & ultima quidem vice ego ipſi illud adminiſtravi. *Et cap.* 12, Eramus in hoc actu Sacerdotes tres, & ipſa porrigebat membra inungenda, inæſtimabili cum affectu & ſancta devotione.

g Franciſcus *hic videtur fuiſſe Ioannæ Auſtriacæ, an.* 1578 *mortuæ, proles ultima, nata poſt* Philippum Coſmum: *qui ante patrem obiit ann.* 1582; *poſtque Eleonoram & Mariam, hanc Galliæ Regi Henrico IV, iſtam Vincentio Duci Mantuæ nuptas. Ignoratur à Ritterſhuſio, in libro Genealogiarum Principalium, unde infantem obiiſſe colligas.* D

h *Alexander*. Tota, *inquit*, erat tumefacta, tam in corpore quam in vultu, qui multum amiſerat prioris illius pulchritudinis, præter colorem, ſemper candidum: ſedebat autem erecta in lecto, præ graviſſimis cruciatibus movens caput & humeros.

CAPUT VII.

Concurſus popularis ad corpus & exequias; ſepultura in eccleſia S. Mariæ Angelorum.

Reverſus ad mortuam Fr. Alexander,

INterim P. Fr. Alexander actu occupabatur in peragendo Miſſæ ſacrificio ad S. Mariæ novellæ: &, quemadmodum ſibi ait ab ea prædictum fuiſſe, *a* non erat præſens in tranſitu ipſius; affirmavit autem, quod ad ipſum altare certo quodam ſigno cognoverit Mariam abiiſſe ad vitam alteram. Mox ergo ut Miſſam finivit, redivit cum ſocio, & domum regreſſus remanſit in aula, donec defuncta indueretur ſancto Habitu: quo facto, poſita fuit ſupra lectulum: nobiſque in cameram regreſſis dixit D. Camilla, ſoror ejus: Equidem nolo quemquam conſanguineorum invitare: ſcio enim intentionem illius, quæ voluiſſet, ſi fieri potuiſſet, omnibus omnino ignorantibus deferri ad ſepulturam *b*: quod etiam nobis omnibus notum erat, quia pluries id dixerat, inter alia ſemel ſic locuta: Attendite vobis, quia me mortua tantopere domus implebitur, ut valde ſitis laboraturi. Cogitabamus ergo quomodo poſſemus evitare tumultum; & decernebamus non collocare corpus in parte domus inferiori ad terram, ſed in aula: dumque ſuper hoc aliquantum deliberatur, dixit P. Fr. Alexander; Componamus ipſam hic in camera ſua, in qua tot annis permanſit, tot gratias ac dona divinitus accepit, toties etiam ipſummet Deum.

a E

in ipſa ejus camera corpus curari facit,

b

XXXIV F

ad quod frequentiſſimus populus confluit.

53 Dictum, factum. Elatus eſt de camera lectus capſæque omnes, ac ſupra menſam tapete coopertam poſitum eſt corpus *c* in Habitu Ordinis, cum corona in capite ex floribus auro ſericoque contextis, & cum pulcherrimo ac devotiſſimo Crucifixo, recentique lilio in manu; quatuor item candelabra ænea, cum cereis albis benedictis a Papa, quos ad eum finem ipſa ſervaverat; dicens mihi paucis ante obitum hebdomadis; Cum mortua fuero, accipies cereos, quos noſti me in hoc reſervaſſe. Hæc dum agimus, videbantur Sancti Angelique circuiviſſe civitatem, invitando populos ad viſitandam & honorandam iſtam Ieſu dilectã. Subito enim accurrit hominum incredibilis multitudo; & beatum quiſque ſe reputabat, cui contingeret ipſam videre, tangere, auferre de floribus ſupra corpus ſparſis: audiebanturque in receſſu dicentes unus alteri, Nunquam equidem vidi ſpecioſiorem defunctam; tanta gratia apparet in vultu, ut ridere videatur *d*. Toto autem die uſque in veſperam duravit confluxus iſte: veſperi vero clauſum eſt oſtium ad plateam: multi nihilominus tota nocte adveniebant pulſantes, infimiſque precibus admitti poſtulantes: quibus ab intus reſpondebatur, Habetote patientiam uſque mane, tunc conſolabimini, itáque dimittebantur.

c

miraturque ſpeciem eximiam defuncta.

d

To-

A XXXV *Poſt nocturnas ad illud vigilias,*

54 Totam porro noctem manſerunt ibidem Sacerdotes duo ſibi noti, magna cum devotione & gaudio animi; neque enim cadaveris iſtius præſentia, ut paſſim ſolent alia, horrorem ullum incutiebat: nullus etiam mortualis odor faſtidium provocabat, ſed potius confortari ſe omnes ſentiebant, quidam etiam teſtabantur ſuaviſſimam fragrantiam ſe percipere. Nullum igitur tædium dabat pervigilare iſtic. Die autem facto, cœperunt iterum pulſari fores; ſic ut neceſſe fuerit eas aperire, & ſatisfacere devotioni populari, magis quam antea affluenti. Sed quia præcedenti die curatum fuerat, ut ad horam duodecimam aut paulo ſerius invitarentur Religioſi funus elaturi, non potuit ei quantum volebant indulgeri: id enim agebatur, ut, acceleratis quantum fieri poſſet exequiis, minor eſſet concurſus. Verum quis poſſit Dei voluntati reſiſtere? Invitati erant ad funus deducendum Reverendi Patres utriuſque conventus, S. Mariæ Novellæ & S. Marci; Sodales Conceptionis, quibus à multis retro annis adſcripta fuerat; Presbyteri S. Romæi, & Confraternitas S. Sebaſtiani, cujus fuerat vivens devotiſſima, ſolita nominare ſuum S. Sebaſtianum: quia ante complures annos P. Fr. Alexander donaverat ipſi pulchram Reliquiam iſtius glorioſiſſimi Martyris, quam magno in pretio devotioneque habebat, ideoque ad ejuſdem exequias concurrere etiam voluit Confraternitas prædicta.

exequiis mane ducendis accurritur:

B XXXVI *Cadaver à Patribus Dominicanis effertur,* c f g

55 Ordinaverat autem Rev. P. Prior S. Mariæ Novellæ, Fr. Timotheus Riccius, octo Patres qui quaterni per vices feretrum portarent, uſque ad S. Mariam Angelorum *e*, in qua eccleſia ipſa mandaverat ſuum corpus *f* ſepeliri. Inter illos vero fuit quidam Chryſoſtomus *g* de Peruſio: qui, ſicut poſtea Priori faſſus eſt, graviter interius conturbatus dicebat intra ſe; Iſtud erat Converſorum officium, nobis nequaquam imponendum; vicit tamen tentationem motivo obedientiæ, ſeque in ea re ſuperavit; tanta inter portandum conſolatione affectus, quantam in vita ſenſiſſe non meminerat. Addebat autem, Niſi me obediendo viciſſem, Pater, credo quod uſque ad mortem me pœnituiſſet, neque vellem pro re ulla creata commutare gaudium quo affectus fui. Hoc autem retulit Rever. P. Fr. h Alexander *h*, ad honorem & gloriam Dei ſuæque C dilectæ filiæ.

XXXVII i *ad eadem S. Maria Angelorum:*

56 Stabat poſitum corpus ad portam domus quæ in plateam ducit, & propter compreſſionem *i* populi multi, non ſine labore ſublatum in humeros eſt à ſupradictis Patribus. Itum eſt autem per forum granarium; factoque ante Palatium tranſitu, per viam Vachereccíam ventum ad Pontem-veterem, atque inde ad monaſterium S. Mariæ Angelorum, ubi ſibi vivens Maria ſepulturam elegerat. Videbatur autem, quacumque ibatur, non duci funus, ſed proceſſio ſolenniſſima; tanta erat tamque frequens turba devotiſſime *k* comitantium; multique ex ſecularibus inſtantiſsime orando dicebant Patribus, Etiam nobis, per Dei amorem, indulgete ut tantillum portemus vobiſcum. Illi autem reſpondebant: Ad nos iſtud ſpectat, nos portare debemus: beatum vero ſe reputabat, qui propius accedere poterat. Quin etiam inventus eſt unus, qui ſæpius conatus feretrum attingere, numquam potuit ad ipſum penetrare: cumque tandem ventum eſſet ad portam eccleſiæ monaſterii prænominati, coacti ſunt Fratres præ multitudine ſupra ipſum limen collocare cadaver; ubi idem ille homo tanta cum fide & devotione ſupra benedictũ iſtud corpus ſe jactavit, ut videretur impoſsiblle ipſum inde avellere *l*. Denique per Dei gratiam delatum eſt funus uſque ad mediam eccleſiam, cœpitque cantari Miſſa à Sacerdotibus qui in eccleſia manſerant. Interim vero magis magiſque augebatur populi confluentis numerus: quapropter ad cuſtodiam corporis conſtituti ſunt Sacerdos unus, & quidam juvenis ſecularis. Metus ſane erat ne pars aliqua revelleretur, vel aliud quodpiam incommodum eveniret, ut ſolet in ſimili occaſione accidere: quia in parte beatitudinis collocabatur mortuam contingere vel ſaltem videre, aut participare de floribus ipſam operientibus; quos etiam flores, ut devotioni petentium fieret ſatis, ſæpius novos inſpargere oportuit: corollarum autem precatoriarum, quæ fuerunt eidem admotæ, numerus erat quaſi infinitus, ſemperque videbatur augeri devotio.

A. AUGUS. CAMPI EX MS. IT. *cohibita ægre affluente turba:*

XXXVIII *quæ ſub meridiem excluſa,*

57 Sub meridiem, cupientes Monachæ etiam ipſæ Matrem ſuam videre, curarunt, quamvis cum grandi labore, claudendam eccleſiæ portam majorem, eamque quæ ducit in locutorium: ubi tanta multitudo convenerat, conſtipata uſque in ipſam plateam, ut vel ſolus tantæ devotionis reverentiæque aſpectus ſolatium adferret ſpirituale. Eram ego tunc adhuc domi: ſed viſum eſt Deo, vehementi inſpiratione me impellere, ut irem ad monaſterium: ubi inveniens turbam populi tam copioſam, volenſque ſatisfacere devotioni poſtulantium admitti, juſſi eccleſiæ claves ad me ferri, portamque aperiri. Tum vero certare quilibet de primo ingreſſu, & ſuæ obſequi pietati; alii coronas admovendo ac flores, alii ipſum corpus ſanctum tangendo; nec poterant ſatiari. Ita in Sanctis ſuis glorioſus apparet Deus, qui ſit per omnia ſecula benedictus.

E *ab Auctore denuo intromittitur.*

XXXIX *Deinde in ſpecialem capſam tranſlatum corpus,*

58 Die ſequenti, qui fuit feria quinta poſt Pentecoſten, cum aliud Officium decantatum, pluresque Miſſæ quam prius factæ fuiſſent; venit poſt prandium P. Fr. Alexander, qui mihi dixerat ut ſe expectarem ad monaſterium; jubenſque mihi dari clavem, ingreſſus cum ipſo intra eccleſiam ſum: ubi in medio poſitam reperimus capſam, quam Monachæ curaverant faciendam, atque in ea corpus, præparataq; foramina per quæ tranſmiſſi clavi operculum capſę affigerent. Tum Pater Fr. Alexander cum ſocio *m* Stolam ſumpſit (prout etiam ego feci) & m prolatis quibuſdam libris, ſecundum ritum ſui Ordinis, cœpit recitare Pſalmos Orationeſque nonnullas more ſuo, quibus ego & ſocius reſpondebamus. F Interea in cadaver reſpiciens, vidi aliquantum ſanguinis ex naribus prodiiſſe, idque indicavi P. Fr. Alexandro: qui monuit, ut ſumpta faſciola alba ipſam mundarem: idem acciditſſe S. Bernardino *n* multaque exinde ſecuta miracula. Finitis denique n orationibus & ceremoniis aliis, poſui intra manus defunctæ Crucifixum æneum, & ſudario cerato obtexi vultum atque manus, totumque corpus conſperſi floribus, ac poſtea clavis confixi capſam. Hoc facto, dixit mihi P. Fr. Alexander; Modo nos ad Conventum redibimus, tu vero hic morare, donec cæmentarius faber opus ſuum abſolverit: quod ille cœpit, egreſſis illis, ex lateribus componere ſub altari *o* majori, claudens intus capſam cum corpore; o ſtáque licentiâ acceptâ receſſit. Monachæ autem me rogarunt, ut ſibi darem præfatam faſciolam: quam ſingulari cum fide ſuſcipientes, circumtulerunt ad quaſdam ſuas ægrotas; quarum una Curatrix valetudinarii ſeu Infirmaria, Soror Ludovica Morelli dicta, quæ longo tempore languerat, magno dolore ſtomachi afflicta, per Dei gratiam liberata mox fuit: qua de re laus ſit Deo, beatæque Virgini, & omnibus Sanctis Paradiſi. Amen.

ſanguinem ſtillat per nares,

& ſub altari ſepelitur.

AN-

A

ANNOTATA.

a *Ita ille cap.* 12. Priuſquam moreretur, dixit mihi, loquens de morte, cujus ante ſe tenebat effigiem in lecto; Pater, commendo me tibi, quando moriar. Deinde voce demiſſiori ac lenta addidit; Non enim præſens aderis.

b Dixerat mihi, *inquit Alexander*, quando me ſepelietis, ponite corpus meum in ſacco vel ſporta, meque hinc auferte ſub pallio, atque projicite in aliquem puteum: ego vero reſpondebam, Imo, imo, ne dubites.

c *Idem addit* poſitum fuiſſe corpus, non ut ſolent aliorum cadavera, ſed ante altare, quod ornatum erat acſi Paſcha fuiſſet.

d *Idem inquit*, Erant, membra defunctæ ad priſtinam reducta formam, nec apparebant tumefacta; ſed neque obrigeſcebant, verum flexibilia remanebant.

e *Ea tunc erat* in Burgo, *ſive Suburbio*, S. Frigidiani, *ut dicitur in titulo cap.* 37.

f *Addit Alexander, quod* Licentiam ſua manu ſcripſerat R.P. Prior Fr. Timotheus Riccius, ſubſcripſerant autem D. Auguſtinus, & alius quidam Presbyter, & ego Fr. Alexander, & Fr. Zenobius Leonis. *Et* ego *inquit* cum Fr. Zenobio ſequebar feretrum uſque ad dictam eccleſiam.

B

g Diaconus & Prædicator, *inquit idem Alexander.*

h *Hoc idem etiam ipſe in ſcripta à ſe Vita affirmat, ſibi ab eodem Chryſoſtomo dictum.*

i *Idem ait*, Excluſurus irruentem turbam, poſui me ad oſtium, quanta vi poteram illud clauſum tenens: ſed populo abſque ullo reſpectu, præ magnitudine fidei & devotionis fervore, contineri non valente, irritum dimiſi conatum.

k *Idem comparat eam multitudinem, imo* numeroſiorem *fuiſſe ait* quam ſolet quotannis confluere ad ſanctiſſimam feſtivitatem glorioſi S. Zenobii, ſecundum quorumdam calculum.

l *Idem ait*. Ut videretur cæcus ille eſſe, qui currebat ad Jeſum cum ab eo vocabatur.

m *Prænominato ſcilicet* Fr. Zenobio, *item Sacerdote, ut Alexander ait.*

n *Dedi ad* 20 *Maji tres antiquas Vitas* S. Bernardini, *& ſimul ampla ex aliis duabus Vitis Analecta, ſed nuſquam hoc legi; itaque certiorem teſtem libenter audiam, dum vereor ne Fr. Alexandrum ſua hic memoria fefellerit. Res alioqui non caret exemplis. eſtque in noſtro S. Franciſco Xaverio, etiam poſt plures à morte menſes, teſtatiſſima. Ecce autem dum hæc ſcribo, in publicis novellis anni præſentis* 1686, 20 *Aprilis fertur Neapoli nuntiari ultima Martii, quod ibi* cœptæ ſunt ſumi informationes de vita R.P. Joſephi de Comitibus ex Bugnoſo, Dominicani; qui obiit 22 Martii cum magna ſanctitatis opinione: cui horis 24 poſt mortem aperta vena, ſanguinem tantâ vehementiâ erumpentem prompſit, ac ſi vivus fuiſſet: idque poſt alias 24 horas iteratum eſt, eodem omnino ſucceſſu eademque copia.

C

o *Subterra tamen (ut exiſtimo) quamquam nec hoc poſtea probatum fuerit.*

D

SVPPLEMENTVM I.

Ex Vita per Fr. Alexandrum Capoccium, Ord. Prædicatorum, Mariæ Confeſſarium, Italice ſcripta.

59 *In exemplum patientiæ propoſita Virgo*

OMnibus fidelibus, in Chriſto Jeſu militantibus per orbem univerſum, Fr. Alexander Petri, dictus Capoccius, Ordinis Prædicatorum minimiſſimus, ſalutem & pacem. Conſiderans quanta ſit patientiæ virtus, & qualiter ea coronetur remunereturque à Deo (quod etiam poteſt diffuſe comprobari atque intelligi, tum Sanctorum plurium exemplo, tum Scripturarum teſtimonio) intendo ipſam in hac ſacra Virgine, ſplendidiſſimæ lucis ac ſolis clariſſimi inſtar fulgentem, exhibere; utpote quæ ſingulari ſua tolerantia meruit, tamquam alter Job haberi. Hinc ergo ſumatur imitationis occaſio: & ego ad laudem & gloriam Jeſu Chriſti Redemptoris noſtri ſcribam, quæ vidi in ipſa, vel ex ejus proprio ore audivi, de vita & moribus ejus ſanctis; orans ſanctam illam animam, ut deprecetur pro mea pauperrima anima, & pro omnibus devotis famulis ac famulabus Jeſu Chriſti, ipſum Sponſum ſuum. Amen,

invocatur ab Auctore.

E

60 *Poſt hanc Prologum dividitur Vita in ſequentia capita.* I de ſua infantia & pueritia. II de fide. III de ſpe. IV de caritate. V de orationibus & ecſtaſibus. VI de prudentia. VII de juſtitia. VIII de fortitudine. IX de temperantia. X de ſeptem donis Spiritus ſancti. XI de veneratione qua proſequebatur Sanctos. XII de ſua morte. *Nos, iis omiſſis quæ initium ac finem vitæ ſpectant, ſuntque in priori Vita aut prolixius narrata, aut eidem in Annotatis addita, ſola ea excerpemus, quæ necdum dedimus, eodem ordine pro habentur in Italico Ms. atque apud Silvanum & Seraphinum Raizzios, de Sanctis ac Beatis vel Hetruriæ vel Ordinis Prædicatorum.*

unde dantur excerpta quædam, alibi non reperta.

61 In lectulo collocata, aliam niſi in Deo conſolationem non habebat: propterea erectum eſt ejus in camera altare, ornatum quibuſdam ſimpliciſſimis figuris: adeo ut eadem camera non videretur eſſe infirmæ cubile, ſed devotiſſimum oratorium vel eccleſiola. Ibique miniſtrabantur ei Sacramenta: obtinuerat enim facultatem, ut uſq; ad diem mortis ſuæ poſſet ibi celebrari Miſſa, cum bona venia Superiorum. Cœpit ergo ibi confiteri atque communicare frequentius; & quamvis multi obmurmurarent, numquam propterea ei ereptum fuit auxilium divinorum Sacramentorum. Et ultimis quidem viginti annis, communicabat ter, quater, aut ſexies per hebdomadem: eratque in ſuſceptione ipſorum Sacramentorum devotiſſima & diligentiſſima, ante & poſt ſumptam Euchariſtiam permanens bono temporis ſpatio in oratione mentali, quod ſane magnæ fidei ſignum eſt. Cum autem mane quodam, volens ei Communionem præbere, ſermonem quemdam præmitterem ac dicerem, ad ſalutem noſtram non ſufficere fidem ſolam, ſed requiri etiam opera; ſuſpirans ipſa, ex imo cordis ejuſmodi emiſit gemitum, qui ſemper meæ inhærebit memoriæ: ſæpe autem mihi repetebat hæc verba, Requiruntur opera. Atque hinc æſtimare poſſumus ejus fidem, quam viva ac minime mortua fuerit. Quando vero ipſam abſolvebam à peccatis ſuis, ſane leviſſimis, ſumebat ipſa funiculum, cui inducta erant grana ſua precatoria, manuque tenebat ad lucrandam Indulgentiam delictorum ſuorum.

11 *In camera, ad formam oratorii compoſita,*

F

devotiſſime confitetur & communicat.

Magnum

A *ejus devotio ſingularis erga quoſdam Sanctos,*

62 Magnum etiam firmæ fidei argumentum in ea fuit, devotio erga Sanctos, quibus ſingulari cum reverentia afficiebatur. Accidit autem die quodam, ut maximis preſſa cruciatibus, inter ceteros quos pientiſſime ad ſuum auxilium vocabat, nominatim etiam appellaret S. Pantaleonem; admirantibus id circumſtantibus omnibus, qui numquam nomen iſtud ex ejus ore audiverant; ſed nec ipſa ſciente, quis iſte eſſet. Re deinde examinata compertum fuit, ipſum fuiſſe diem * S. Pantaleonis, & hunc ab antiquo habitum Advocatum familiæ Bagneſiæ, atque ut talem in eorum eccleſia pictum haberi; id quod nec ipſa nec quiſquam adſtantium noverat; unde intelligitur inſtinctui ſupernaturali & illuminationi Dei, honori Sanctorum ſuorum conſulentis, adſcribendum illud fuiſſe. Solebat etiam in maximis doloribus ſuis, quando viſitabatur à Sacerdotibus, rogare ut ſupra ſe orationem aliquam recitarent, & petebat fieri ſignum ſanctæ Crucis. Pluries autem, cum loqui non poſſet aut oculos aperire; ad initium ipſius orationis vel ſigni, movebat ſe & loquebatur, velut ſana, & apertis oculis tota alia apparebat; cum magna admiratione intuentium, ac mea imprimis, qui ſæpiſſime iſtud vidi.

* XXVII Iulii.

B *reverentia erga Sacerdotes;*

63 Poteſt etiam quiſcumque Lector fidem ejus intelligere, ex orationibus ejus ſanctiſſimaque humilitate. Nam quando Pater ſuus Spiritualis Mag. Rector Raphael, vir grandævus prudenſque & ſingulari bonitate ornatus, ipſam viſitabat manumque porrigebat, ipſa ſemper apprehendebat digitum indicem; eumque fortiſſime ſtringens, non facile dimittebat. Id ego conſpiciens, cum aliquando interrogaſſem cur ſic faceret; reſpondit; Digitus ille Ieſum tangit: alium digitum iſtius ſancti viri nullum contingebat. Fuit igitur magna fides ejus, tam interior quam exterior: & in omni actione ſua ſeſe introrſum convertebat. Ita, cum capellam ſuam ornaret luminibus floribuſque, dicebat: Hi flores chartacei referunt hypocritas, qui ſemper eodem modo ſe habent, ſolumque exteriorem decorem præferunt; cum veri flores odorem de ſe reddant atque ſiccentur. Atqui talem oportet ut credam me ipſam, quandoquidem non muter. Atque hoc dictum ſit, ut appareat quam facile omnia traheret in ſenſum ſpiritualem, utpote multo fidei lumine ornata. Amen.

undecumque ſe humiliantis ſolertia;

III C *prudentia adverſus diabolicas tentationes,*

64 Tentata à dæmone, obarmabat ſeſe ſpe firma in Deum, atque dicebat; Nihili ipſum facio; utpote viliſſimum, nec aliud quam modicum ſtercoris abominabilis. Et conſiderabat illum eſſe Regem ſuperbiæ, vireſque ſumebat ex vigore ſpei, itáque magnus iſte dracc fruſtra furebat. Accidit ergo ut die quodam cultellum manu teneret ad neſcio quid faciendum; & inimicus tentando ipſi ſuggereret, Cultellum iſtum immerge in pectus tuum, & occide teipſam, aut vero quacumque alia ratione vitam tibi abrumpe, id quod frequentius iterabat; aſt ipſa, rejecto cultello, ad orationem ſe convertit. Hinc ſuaſum ei fuit, ut ne nimium ſolitaria manere vellet, ſed frequentiori aliorum converſatione atque alloquio uteretur. Reſumebat autem certamen ſuum ferociſſimus lupus, ſuggerendo quod ſua eſſet, propter vanam gloriam; quo ipſam conſternabat, commemorantem exempla lecta vel audita eorum quos vana gloria inferno addixit: ſed ipſa ſpem omnem ſuam in Jeſu Chriſto locatam tenebat. Contigit ut quadam vice, graviſſime infirma atque ad extremum deducta, crederetur mori; quando in illa tam tremenda agonia vidit corporeis oculis ſuis crudelem belluam, rabido cani infernali ſimilem; qui ſaliens ſupra lectum ad illius pedes ſe collocavit, & terribilibus atque ſanguineis oculis ipſam intuebatur: ipſa vero nil loquebatur, ſed intra ſeipſam collecta orabat Dominum, ut animam ſuam de manu canis liberaret. Verum ſubintrante Sacerdote, ad extremam Unctionem miniſtrandam, cœptiſque orationibus unctiones ordiente, ſubito aufugit qui apparebat canis, nequiens ſuſtinere virtutem Sacramentorum: & ipſa ſenſui reſtituta, cœpit tam corpore quam anima habere melius.

EX VITA A. ALEXI CAPPOCH.

IV *crebra meditatio Paſſionis Dominicæ;*

65 Rogavi ipſam aliquando ut, in ſpiritu comitari me vellet ſub noctem feriæ VI in hebdomada majori, quando prædicaturus eram de Paſſione Domini in S. Frigidiani eccleſia: ſenſi autem in ipſa illius expoſitione, ſingulari prorſus modo adjutum me. Amen. * Afficiebatur autem meditandis myſteriis ejuſdem Paſſionis; inter quæ, elevatâ ſurſum mente, ſæpe videbatur in ſpiritu rapta. Per multos quoque menſes duravit, quod, cum de Deo diviniſque rebus inſtituebatur ſermo, ſubito in pedes erecta ſuper lecto ſtaret, diuque ſic permaneret, acſi fuiſſet marmorea ſtatua. Tum vero transformabatur in eam pulchritudinem, quæ non humana ſed Angelica videbatur, formando varios geſtus corpore, manibus, ac potiſſimum vultu. Equidem ſæpe ipſam reperi, in modum petræ rigidam & extenſam totam, vultuque tam afflicto, ut vera Crucifixi imago videretur. Quadam die, nepotum ejus unus, nomine Carolus, liram manu tenens, dixit; Cantabo triumphos & laudes Jeſu; ipſoque facto incepit pulſare liram ſuam. Ad hoc melos illa in pedes ſe erexit, velocitate tanta ac ſi columba ſubvolaſſet, diuque ſic rapta ſtetit. Rediens deinde ad ſenſus ſuos, pari celeritate in lecto ſe repoſuit; totamque ſe cooperiens, etiam vultum ac faciem texit; utpote quæ optaviſſet neminem conſcium habere raptuum atque ecſtaſeon ſuarum.

V *modus ecſtaſeō ejus,*

E

66 Mane quodam, cum ei, ſi recte memini, Communionem dediſſem, aderat quidam Mag. Regi-naldus Nerli Mantuanus, vir expertiſſimus rerum ſpiritualium; qui illam à recepta Euchariſtia raptam intuens in tanta pulchritudine, plenus ſtupore mihi dixit: Grandis profecto ea res eſt, atque omnino à Deo. Quandoque conſpiciebatur tota elevata ſupra lectum, ego vero extenſam vidi cum manibus ante pectus; & unus dumtaxat cubitus, quantum notari poterat, in ſtrato quieſcebat: unde multi, illuſionem aliquam formidantes, haud bona ei fecerunt officia. Inter alios medicus quidam arreptum ejus digitum imprudenter diſtorſit: qui deinde poſt ecſtaſin in ſuam reducendus compagem fuit, religandusque, ne in perpetuum eo manca remaneret. Sæpius interrogata, quid in iſtis raptibus ipſa ſentiret, pauciſſima reponebat verba: quin potius multis cum lacrymis rogabat ut pro ſe oraretur, quatenus Dominus auferret omnem exteriorem apparentiam; magnoque cum mœrore dicebat: Hei mihi, ego mihi ipſi poſui in caput diadema. Tantus autem erat ejus planctus, quod qui ipſam non noſſet, credidiſſet grande aliquod peccatum commiſiſſe. Ipſa tamen vice quadam mihi dixit, videri ſibi in iſtis ecſtaſibus, quaſi tota anima ſua liqueretur in lacrymas; credo, ex abundantia unctionis internæ, ſed nolebat illa eam per ſigna exteriora apparere: quod etiam obtinuit: nam poſt tempus aliquot ceſſarunt iſtæc omnia.

in quibus ſupra lectulum elevata invenitur,

vel inde humilior.

67 Porro ad orationem ſic aſſidua, multas à Deo gratias impetrabat; cumque ego aliquando gravi mœrore laborarem, commendavi me ipſi, & ea orante expertus ſum efficaciam precum ejus, mire-

Oratio efficax.

que confortatus ſum, ad ſuſtinendum quidquid placuiſſet Deo mihi pro bono meo imponere. Erat ergo virgo addictiſſima orationi, præſertim mentali. Amen. * Prudentia vero ejus talis erat, ut circa perſonam ſuam omne ſcandalum caveret, loqueretur parum, & ſolitaria eſſe gauderet. Dextere etiam dirigebat omnia domus ſuæ negotia, & quidquid accideret provide diſponebat. Puta quando frater ſuus Reinerius obiit in Sicilia, oportuitque litigare cum Civitate, ac bonam pecuniæ ſummam pendere; ſæpius audivi quod illa diceret, talis aut talis res ſic eveniet, & oportet providere ac loqui iſti vel illi, vel tali ex cauſa accedere ad Magiſtratum; omniaque prævidebat, ſic ut nec jota unum verborum ejus in vacuum caderet, quod non perfectiſſime impleretur. Dotata enim erat intellectu acuto, & memoria tam felici, ut res quantumcumque minimas præ oculis haberet: videbaturq; in iis quæ debebant evenire, præterita, præſentia ac futura æqualiter intueri. Amen.

EX VITA A. ALEX. CAPPOCH. VI *prudentia ſingularis.*

Epilogus Fr. Alexandri.

68 *Omitto Capita reliqua, in quibus nihil ſupereſt non ante ſcriptum à D. Auguſtino, aut jam exceptum & in Annotata relatum: Caput autem* 12 *ſic finitur:* Quia præfatus D. Auguſtinus copioſe atque veraciter ſcripſit vitam nonnullaque miracula hujus Beatæ, nolui in ipſis reſcribendis laborare: ſed hæc rudi ſtylo exaravi, quemadmodum videre unuſquiſque poteſt, tantum ut patientiæ ejus darem aliquod teſtimonium, ſuæque virginitatis, quæ fuerunt ſingulares ipſius prærogativæ duæ. Atque id totum cedat ad laudem Dei, datoris omnis boni, qui voluit ditare monaſterium veſtrum Reliquia tam ſancta. Ipſe vobis largiatur gratiam imitandi eamdem, voſque conſervet in ſpiritu devotionis: quando autem legetis quatuor haſce lineas, orate pro me miſero peccatore, ut denique omnes inſimul inveniamur in ſancto cælorum regno, collaudantes Deum *, cui eſt honor in ſecula ſeculorum. Amen. *Atque hæc ab aſteriſco* ſcribuntur. in Italico aliàs originali, Latine, uti & ſequentia*: Ego Fr. Alexander quondam Petri de Capocchis ſcripſi propria manu, XVIIII kalendas Septembris 1577, in conventu noſtro S. Mariæ Novellæ de Florentia. *Tum rurſus Italice ſequebatur hujuſmodi epiſtola, inſcripta* Venerandæ Matri Prioriſſæ & Monachabus S. Mariæ Angelorum.

B

Remittens ad Vitam priorem,

69 Vobis, Matres venerandæ, mitto brevem hanc narrationem de Sorore Maria, nunc Matre, & Sorore, atque (ut credo) Advocata veſtra, & Procuratrice apud Deum. Excuſatum me habebitis, quod non adhibuerim omnem diligentiam: ſum enim occupatiſſimus, nec poſſum ſcribere, jamque fini meo appropinquo, & neceſſe habeo recogitare peccata mea. Poteſtis legere Vitam ſcriptam à veſtro Patre Auguſtino: hæc autem ſolum vobis teſtimonio erit, quod ipſam cognoverim, quodque de ea nihil aliud quam omne bonum teſtari poſſim: vos autem imitamini ſanctos ejus mores, & perſeverate in vita communi ac regulari, numquam permittentes ut illa non ſit perpetua in veſtro monaſterio. Nolite diſcedere ab obſervantia Regulæ, quia hæc eſt ſcala vos deductura ad vitam æternam. Eſtote prudentes in eligendis Confeſſariis & Directoribus animarum veſtrarum: requirite autem diligenter perſonas, non ſolum doctas & probas, ſed etiam expertas in regimine cœnobitico. Vive in ſimplicitate, numquam curando familiaritatem aut amicitiam qualemcumque: ſed potius eſtote ſolitariæ, & à mundo univerſo abjunctæ. Frequentate ſanctam orationem. Vivite in ſimplicitate & ſpiritu, educantes novitias ac ju-

cum exhortatione ad religioſe vivendum.

niores veſtras in ſancta obedientia. Nutrite illas cum diſcretione quoad corpus & animam. Jeſus Chriſtus, Sponſus veſter, ſemper vos conſervet. Recordamini mei miſeri peccatoris, qui aliud non requiro, quam ut in Paradiſo fruamur vero iſto angelico inæſtimabiliq; amore, Jeſu Chriſto & Maria, ſua dulciſſima matre.

Veſter Servus & Mancipium Frater Alexander in Chriſto Ieſu.

Mors ejuſdem auctoris.

70 Sciendum quod noſter Reverendus Pater Fr. Alexander, Prior S. Mariæ Novellæ, qui manu ſua ſcripſit præſentem Vitam noſtræ beatæ Matris Sororis Mariæ, poſtquam aliquamdiu infirmus jacuiſſet, mane in die S. Reparatæ Virginis & Martyris VIII Octobris MDLXXXI, quæ fuit Dominica; cum denuo communicaſſet ſub horam XII, tandem intra horam XIV ac XV magno cum ſpiritu tranſiit ad veram vitam: cujus etiam nobis gratiam faciat Deus. Amen. *Anno deinde* MDLXXXIII, *prodiit Florentia typis edita inſignis Vita, hominis (ut apparet) miraculorum gratia & prophetico Spiritu donati, qui obſervantiæ Regularis in conventu S. Mariæ Novellæ conſtituendæ auctor, ſub finem vitæ electus etiam Prior fuit. Vitam illam ſcripſit Franciſcus Marchi, quam videre ſolum nobis licuit hactenus; habemus autem elegantem Epitomen infertam Diario ſacro Dominicano, quod Neapoli nuper edidit Fr. Dominicus Maria Marcheſius: ubi licet nulla fiat mentio Venerandæ hujus Virginis, in genere tamen dicitur Fr. Alexander varias Confraternitates Monacharumque Cœnobia magno cum ſpiritu rexiſſe, in quibus Monaſterium S. Mariæ Angelorum eatenus cenſeri dumtaxat poteſt, quatenus extraordinarii Confeſſarii munere in eo functus eſt, ſicut poſtea noſter P. Virgilius Ceparius, aliique ex Societate Ieſu fecerunt. Eſt alioqui ipſum Monaſterium Carmelitani Ordinis: quod neſcio an intellexerit ſatis prælaudatus Marcheſius, quando de Sanctimonialibus Angelorum loquens, quibus ultimum ſermonem fecit* Frater Alexander *in die S. Mariæ Magdalenæ, ait,* noſtræ Monachæ Angelorum.

E

cujus etiam Vita ſcripta habetur.

& Epiſtola ad Monachas S. M. Angelorum.

71 *Eadem Monacha habent, mihique communicarunt Italicam* Epiſtolam, *de hoc eodem argumento; cui Ordinarius ipſarum Confeſſarius ejuſmodi titulum præfixit ſua manu,* Vita beatæ Matris Sororis Mariæ Bagneſiæ, ſcripta à D. Hieremia Foreſti, directa ad me Presbyterum Auguſtinum Campi de Pontremoli. *Quam* Epiſtolam, *mutato leviter titulo, Latinam hic accipe; mecumque conſidera, quam ſolidam ac ſapidam pietatem, ex familiariori converſatione cum* Maria, *hauſerit homo ſecularis, & conjugatus, atque miniſteriis aulicis implicatus, qualis Hieremias iſte fuit: tota enim ſcriptio neſcio quid tenerioris devotionis ſpirat, quam aliorum ducum, licet in ſpiritu valde provectorum.*

F

EPI-

A

EPISTOLA

D. Hieremiæ Foreſtii, Virgini familiaris, ad ejus Confeſſarium D. Auguſtinum Campi.

Ex Ms. Monaſterii S. Mariæ Angelorum.

EXORDIUM.

TIbi, Pater in Chriſto dulci Jeſu reverende, ego Jeremias Foreſtii, ſervus inutilis & peccator, pacem & gaudium deſidero ſempiternum.

Tuſſus ſcribere quæ noverat,

1 Post feliciſſimum tranſitum, quem fecit per Dei gratiam, quando huic placuit, benedicta illa anima, beata ac reverenda Mater noſtra, Soror Maria Bagneſia; quam confidimus à dulciſſimo Sponſo ſuo Chriſto Jeſu receptam in gloria, inter feliciores ac beatiores animas Paradiſi, tamquam Virginem & Martyrem, propter longam illam atque continuam patientiam quam ipſa exercuit toto curſu vitæ ſuæ, ornatæ & locupletatæ virtutibus ac honoribus cæleſtibus; non poſſem me continere, quin ad laudem, honorem & gloriam Dei, atque ad ſolatium eorum qui præſentem epiſtolam ſunt lecturi, divina aſpirante gratia ac meliori quo ſciam modo, ſcribam aliqua de vita ſua; à te, Pater cariſsime, rogatus & quodammodo coactus in virtute ſanctæ obedientiæ, ejuſque devotionis ac reverentiæ, quam erga ipſam ſemper habui.

B

pluribus beneficiis obligatus defuncta,

2 Quapropter, velut obligatus, licet indignus, ſervus tam venerabilis Matris, quia plurimis annis gratiam & facultatem habui converſandi familiariter in domo ejus, ubi habitabat cum domeſticis ſuis & propinquis; quia ſæpius etiam, præſente Te & D. Camilla ſorore ejus, cum ipſamet collocutus ſum de variis rebus ſpiritualibus, puta de beatitudine cæleſti, fallaciis mundi, miſeria humana, brevi vita mortalium; quandoque etiam de noſtra ingratitudine, & infinita bonitate, benignitate, ac patientia Dei, in diſſimulandis & tolerandis noſtris culpis atque defectibus; aliàs vero de amariſſima Paſſione, deque viſcerali & infinito amore ſui dulciſſimi ſemperque amabiliſſimi Sponſi Jeſu Chriſti; idque totum ad meam inſtructionem, & ad ſalutem alterius alicujus peccatoris ibidem præſentis; ne ipſi tibique ingratus ſim; pro tot bonis monitis & auxiliis ſpiritualibus; atque ut ex parte oſtendam quam vivaciter impreſſerim memoriæ meæ, tum ipſa, tum alias quaſcumque gratias particulares, quas placuit divinæ bonitati ejuſque Sanctiſsimæ Matri impertiri mihi, mediantibus ſanctis orationibus iſtius tantopere dilectæ Virginis ac novæ Martyris; ut, inquam obediam & ſatisfaciam adeo juſto & ſancto deſiderio veſtro; licet in hoc aliiſque rebus omnibus me cognoſcam debiliſsimum inſtrumentum & inſufficiens; utpote nihil aliud quam pugillus cineris aut pulveris aridi; tamen cum Dei auxilio, & virtute meritorum ſuorum, tuarumque ſanctarum orationum, ſpero quod ſcriptione hac mea ſolari Te aliquantulum poſsim; vim mihi faciendo ut brevis ſim, quantum poſsibile erit; & narrando ſimpliciter atque veraciter ea quæ mihi occurrerunt, dum ipſam cognovi, morientem mundo ac ſibi ipſi; quæ inter tot pœnas læta & felix, ſerviendo dulciſsimo Jeſu ſuo, vixit ſemper patiens, crucemque ſuam portans libenter atque hilariter.

C

proponit ſe ſimpliciter ea exponere;

3 Verum quid dico, aut quid promitto? quando bonus ille Propheta & magnus Dei ſervus, cujus nomen indignus fero, in ventre matris ſanctificatus, Deo ſibi aliquid imperanti reſpondit; *A a a, Domine, neſcio loqui, quia puer ego ſum*, tantopere ſeſe humiliando. O beatum eum qui humilis eſt! eo quod ſe cognoſcat eſſe in Dei conſpectu puerum, id eſt, ad nihil utilem. Adeo autem grata eſt benigniſsimo Domino hæc virtus ſanctæ humilitatis, ut ei reſpondeat, Placet quod tu te noveris, teque humilies, ſciens quod ex te ipſo neque noveris neque poſsis boni quidquam facere: ſed ego, fili mi, dabo tibi gratiam ad operandum omne bonum quod deſiderabo; ideoque, *ad omnia quæ mittam te ibis, & quæcumque mandavero tibi loqueris.* Timebam itaque & formidabam, ne temerarium eſſet extendere manum ad ſcribendum de luce deque virtute, quandoquidem *in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* O Pater clementiſsime & Deus mi, tu qui noſti & potes, quidquid vis & quidquid tibi placet, quique es lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum; rogo te, per unigenitum tuum Jeſum Chriſtum, cum omni mihi poſſibili humilitate & reverentia, & ex totis viſceribus cordis mei, ut non reſpiciens vilitatem atque indignitatem meam, gratiam mihi velis præſtare, atque à mente mea expellere omnes tenebras ignorantiæ; in me ex peccatis natæ; ac paupertatem meam magnam taliter locupletare copioſis tui ſancti amoris divitiis, eoque modo illuminare, ut intelligere poſſim quid mihi dicendum atque ſcribendum ſit, & ſicut æquum eſt ad laudem & gloriam ſanctiſſimi Nominis tui, de nova ſponſa tui ſanctiſſimi Unigeniti Sorore Maria; cui tantum gratiæ virtutiſque, quantum tibi placuit, conceſſiſti. Purga igitur obſecro & renova hunc veterem hominem, deinde gratiam ac virtutem dona mihi, Domine, ut poſſim in haſce chartas fideliter referre, quidquid ſcio de hac dilecta & benedicta filia tua, ad laudem ejus, atque ad honorem & gloriam ſanctiſſimi Nominis tui, pro conſolatione fidelium tuorum, ſic incipiendo:

A. ZACH. FORESTI. ſeque ut ad id inutilem humilians.

juvat divinitus perfr.

D

PARS I.

De fama Mariæ ad auctorem perlata, & hujus primo cum ea congreſſu.

Anno 1559 Romæ degens Auctor,

ANno Domini MDLV vel paulo ante; cum Romæ eſſem Cancellarius generalis unius atque alterius Cuſtodiæ felicis recordationis S. D. N. Julii Papæ III, ab hominibus devotis ac fide dignis intellexi, quod Prati atque Florentiæ inveniebantur duæ ſanctæ mulieres Ordinis S. Dominici; quarum una nuncupatur Sor. Catharina de Ricciis *a*, vivitque etiam nunc; altera Sor. Maria, ex nobili & antiqua familia Bagneſiorum (cui hæc magna gratia obvenit, ut ſit ſub ſpeciali protectione S. Frigidiani Lucenſis Epiſcopi, filii *b* Regis Ultoniæ in partibus Hiberniæ) ambæ virtutis eximiæ & vitæ valde exemplaris. Dicebatur etiam mihi quod præfata Mater Sor. Maria, occaſione cujuſdam haud ſatis notæ infirmitatis, lecto decumberet plurimos jam annos, exercita peregrinis accidentibus, & quaſi intolerabilibus cruciatibus: tolerando dolores capitis, ut ſic dicam, continuos; modo autem dolores gutturis & oculorum, modo dentium, aurium, ſtomachi & membrorum omnium; nunc lateribus, nunc renibus patiens, arenas, calculos, catarrhos; in tibiis, in pedibus; ferendo etiam vel tuſsim vel anguſtias pectoris, oppilationem ſuppreſſionemque

E

a

b

audit de multis Mariæ morbis

A. ZACH. FORESTI. sionemque urinæ; sæpius vero febrim, aut aliud incommodum valde malum, præter alia fastidia continuamque passionem, interius afficientem plus quam credi posset; & præter afflictiones quas tolerabat, occasione proximorum, & præcipue intuitu honoris divini. Adeo ut miraculosa omnino

perpetua fere inedia, res videretur, quod tamdiu remanebat in vivis, evomens intra breve spatium temporis modicum quod ad sui sustentationem sumebat, quodque ei dabatur à domesticis, & ipsa cum maxima difficultate trajiciebat in stomachum: imo iis ipsis qui illam gubernabant æstimabatur res prodigiosa, & quodammodo impossibilis vita ejus, quam sciebant adeo parce nutriri. Sæpius autem audivi dici, quod veluti miraculose vivebat ex virtute sanctissimi Sacramenti, quod omni fere die mane solebat sumere, de manu ejusdem Sacerdotis, qui sibi Missam dicebat.

incredibili patientia, 5 In ista autem infirmitate, quemadmodum postea oculis meis propriis observavi, semper se benedicta Mater monstrabat hilarem, atque tam fortem ac si nullum omnino malum pateretur, & continuo vixisset inter rosas & lilia, in summa pace atque lætitia. Hæc audita mihi sæpius consolationem attulerunt simul & admirationem, consideranti providentiam Dei & curam particularem circa illam; insuper patientiam virgunculæ infirmæ, lecto decumbentis per annos ut minimum quadraginta *c* quinque, ac tanta cum promptitudine & constantia ferentis crucem suam. Verum non carebat illa sui dulcis Jesu societate, in magna domesticæ rei difficultate, bene contenta & resignata inter sanctissima brachia amantissimi sui Sponsi Jesu Christi; conformansque se semper in ejus voluntate,

resignatione, à quo confortabatur & instruebatur, in omnibus ad ejus salutem conducentibus; sive per ipsum immediate, sive per famulos ejus; ut intelligeret gratias quas impertiebatur confidenti in se. Itaque ipsa omnia recipiens à clementi manu Dei, seque tantis bonis indignam reputans, ut peccatricem & ingratam accusabat: quippe quæ sibi videbatur nihil

humilitate. mali sentire, neque reddere Deo quem debebat fructum & continuam actionem gratiarum; unde suspirabat ad Dominum, eique benedicens petebat illum veniam delictorum suorum.

Deinde Florentiam migrans, 6 Ego vero talia intelligens, fui ardentissimo accensus desiderio cognoscendi illam, atque in aliquo ministrandi, per secreta quædam privatæ meæ medicinæ auxilia, quorum efficaciam feliciter expertus in aliis eram. Contigit porro, ex Dei beneplacito, ut regressus *d* Florentiam cum omni familia mea, stabilirem me in obsequio (sicut nosti) *e* Celsitudinum *e* suarum Serenissimarum, ubi magna cum diligentia requisivi personam aliquam, ipsi amicam & familiarem, quæ posset ac vellet mihi dare majorem distinctioremque notitiam sanctæ

Mariæ videndæ cupidus istius Dei famulæ. Denique incidi, non exigua mea delectatione & solatio, in quosdam Dei famulos; à quibus plene instructus fui circa omnia quæ scire cupiebam, de infirmitate & sancta vita novæ istius Martyris & benedictæ Virginis. Multa etiam didici ex proprio ejus medico D. Francisco Rugerio Aretino, & ex P. Fr. Alexandro Capocchio, illius intimo, Ordinis Prædicatorum Observantium, homine sanctæ vitæ: nec non ex Joanne Nicolozzio Pratensi, viro perquam spirituali. Sperans

adipsam introducitur; autem, eorum aliquo mediante, impetrare gratiam videndi ipsam, & in aliquo (ut dixi) serviendi; denique apud me statui prædictum Joannem, utpote notæ caritatis hominem, orare, ut aliquando me vellet ad ipsam ducere (sicut postea fecit) in proprium ejus conclave, ubi sancta infirma tam diu tamque fideliter, deservierat suo sanctissimo Sponso, in vera humilitate atque patientia.

& magna cum devotione, 7 Illuc prima vice ingressus, totus quasi contremui præ reverentia atque devotione; cum propter quosdam Dei servos istic repertos, tum etiam propter altare devotissimum ibidem extructum, ornatumque imaginibus Sanctorum & aliorum Reliquiis locuples, supra quod tempore suo Missa celebrabatur: tota alioqui camera ejus instructa erat à sancta paupertate, & vera ac Christiana simplicitate. Subito autem me sensi impleri mille suavissimis odoribus ac pretiosis aromatis; tantaque efferebar lætitia & jubilo tam grandi, ut omnis alterius rei oblitus, libenter mihi elegissem hujusmodi habitaculum in perpetuum, ubi viverem atque versarer inter tot Sanctos: videbar enim esse

tacitus observat omnia: velut in sanctuario quodam seu oratorio devotissimo, ac domo sanctarum orationum, ubi Deus commorabatur. Tum, facta debita altari reverentia, cum frontem signo hominis vere Christiani & aqua benedicta signassem, in pace Domini salutavi Virgunculam sanctam, à qua vicissim benigne atque modeste resalutatus sum. Deinde pro hac prima vice reductus in partem, malui silentio uti, quam multa loqui: censui enim magis decere eo loci moderatum timorem, quam audacem præsumptionem. Interim observavi, quantum potuit ingenii mei debilitas consequi, omnia quæ prius à diversis audiveram de sanctitate ejus deque sorore &c. Et videns cum quanta humilitate ipsa omnibus obediebat, etiam minimę ancillulæ, quantoque cum robore tolerabat infirmitatem suam, quam etiam dulciter ageret cum omni hominum genere, licet paucis nec nisi domesticis fere concessum erat ipsam videre & alloqui, quæ hominum consortio minime delectabatur; hærebam attonitus totus, ac spirituali plenus solatio, clare in ea agnoscendo gratiam sui Sponsi, qua in majoribus necessitatibus suis confortabatur roborabaturque.

multumque ædificatur, vita ejus humilitate, 8 Quanto gravior atque molestior erat morbus, tanto magis monstrabat virtutem & constantiam suam; quamvis ipsa ad Deum suspirans, dolere videbatur, quia non credebat se talem in patiendo, qualem ipsa se optabat; ignosci sibi postulans ingratitudinem suam & negligentiam, atque dicens, quod non serviebat suæ divinæ majestati sicut debebat; neque ei reddebat congruas laudes ac gratias, quas tanto Domino tenebatur referre, unde quotidie suscipiebat nova dona novaque auxilia; interius ab illo visitata, cum dulcedine amoris, exterius vero diversimode recreata, cum majori lucro novorum beneficiorum, meritorumque & perfectionum. Quapropter, agnoscens totum suum esse fluere à Deo, per infinitam ejus bonitatem, agebat gratias pro omnibus quæ recipiebat à gratiosissima benignissimaque manu ejus; item pro cunctis pœnis atque cruciatibus suis, omnique auxilio; tacendo autem reverenter, aut loquendo

discretione, discrete, semper Deo benedicebat gratiasque agebat. Vehementer etiam fui ædificatus ex hac sancta Virgine, audiens quanta cum gratia & prudentia loquebatur & respondebat; quantaque cum verecundia & discretione ab iis quibus jure poterat imperare, exigebat necessaria sibi obsequia; compatiendo infirmitatibus alienis, molesteque ferendo si vel minimum quid patiebatur alius sua causa.

amabilis. 9 Multum porro amabatur ab omnibus, propter singularem suam mansuetudinem & magnam benignitatem; quia etiam ipsis volucribus (quas adeo diligebat, ut videre patientes quidpiam nequiret

A ret, nedum morientes) aliiſque domeſticis animalibus blandiretur atque compateretur. Videbantur autem aviculæ illæ vice verſa eidem compati, cum eſſet in ſuis pœnis atque doloribus, cantantes ad eam recreandam ; aliàs vero, ne gravius oppreſſæ crearent moleſtiam, conticeſcendo. Inter alia vero quidam cattus ſuus, videns benedictam hanc Matrem, præ cruciatuum intenſione, pluribus diebus nihil omnino manducare, voluit etiam ipſe jejunando ſocius illi eſſe : nec prius ab ea receſſit, quam rediiſſe ei aliqualem cibi appetentiam ſenſit : tum vero aviculam unam cœpit, ipſique attulit, & majolando quaſi dicebat ; Ex nunc cibum cape, quia ſic placet Deo. Aliæ quoque feles apportabant ſubinde ei cibaria diverſa : id quod ex ipſamet intellexi, per quamdam comitatem hoc narrante; fecitque ut recordarer multorum Dei ſervorum, quibus per aves aut animalia alia proſpectum in ſuis neceſſitatibus fuit.

etiam erga irrationalia,

Sororiq; & Confeſſarii promptitudine :

10 Simili modo conſiderabam longam ejus infirmitatem continuoſque dolores ; & diligentem caritatem Sororis atque Patris ſpiritualis circa miniſterium illius : mirabarque tam hunc quam iſtam, ætate grandes & virium modicos, debili corpore,

B ſed promptitudine ſumma, ſervientes illi : manſique adeo bene ædificatus, tam ex ipſis quam ex omnibus familiæ iſtius domeſticis ; ut quidquid de illis audiveram parum eſſe cenſerem ad ea quæ propriis oculis hauriebam. Judicabam enim longe majorem ibi perfectionem eſſe, quam hactenus ſciveram aut potueram intelligere : videbarque interius audire vocem dicentis mihi, Ecce in patientia diuturna Jobum, in contemplatione Magdalenam, Marthaм in miniſterio ſororis, & in Patre ſpirituali fidelem

f cuſtodiam *f* Maximini. Omnes hæ conſiderationes & delectationes oblatæ mihi fuerunt in prima viſitatione, quam exhibui ſanctæ iſti Jeſu famulæ : à qua petita licentia, eo quod jam ſerior hora eſſet, receſſi ; magis quam antea cupidus revertendi, ad iterum videndam illam ; meque in omne tempus, cum meis domeſticis omnibus, promptiſsimum offerendi ad quodlibet ejus mandatum : pacem autem ei apprecans, optabam ex intimo cordis affectu recipi inter cariores ejus miniſtros & amicos, ubicumque mei uſus aliquis eſſe poſſet.

atque diſcedit cupidus redeundi.

ANNOTATA.

C a *Obiit autem* Vener. Catharina de Ricciis *anno 1589, 2 Febr. quando de ea inter Prætermiſſos egimus. Vita pluries ſcripta habetur, quæ licet privatim invocetur à multis, non ſine fructu ; necdum tamen (quod ſciam) publicam ullam venerationem habet, aut à quoquam vocatur* Beata, *præterquam in Anno Sancto Ordinis Prædicatorum Dominici de Herre, idque ad 29 Octobr. Neutro die (quod mirum) ejus meminit Arturus in Gynaceo ſacro.*

b *Colitur* S. Frigidianus 18 *Martii & potiſſimum 18 Novembr. quando genus ejus ex Hibernia repetitum ad fabulas relegabimus, cum totâ fere ejus vulgatâ Legendâ ; & antiquioribus dumtaxat Actis tale nihil habentibus, inhærebimus.*

c *Quod infra num. 11 dicit ipſa, non multum tum major quadragenariâ, id eſt anno circiter 1557, ſe decennium decubuiſſe ; debet intelligi de poſtremo decubitu anni 1547, poſt inducias morbi in Habitus aſſumptione acceptas.*

d *Sequitur ex dictis regreſſum hunc contigiſſe anno circiter 1556.*

e *Scilicet* Coſmi I, *Ducis creati anno 1537, Magni autem Ducis titulum adepti 1569 ;* & Eleonoræ de Toledo, Petri *Neapolitani Prorogis filiæ : hæc enim primum obiit anno 1562. Infra autem num. 25 gloriatur Auctor, eodem in gradu (quem tamen non explicat) manſiſſe ſub ſucceſſore* Francisco *annis 18 ; unde intelligitur hæc eſſe ſcripta an. 1587.* A. ZACH. FORESTI

f S. Maximinus, *ex vulgari ac valde ſuſpecta Legenda S. Marthæ, creditur totam hujus familiam baptizaſſe, ac fuiſſe unus ex 72 diſcipulis, qui poſtea cum Sancti ſororibus ac Lazaro ſcaphæ inermi à Iudæis impoſitus, in Galliam appulerit, factus ibi Epiſcopus Aquenſis : quæ omnia examinanda nobis erant 8 Iunii.*

PARS II.

Spirituales fructus ex colloquiis Mariæ à Ieremia relati.

TRanſactis exinde diebus aliquot, cum eodem Joanne, regreſſus ad viſitandam prædictam infirmam ; vix conſuetum ejus cubiculum intraveram, quin me ſubito ſenſi plenum ſpirituali lætitia, & ardentiſsimo deſiderio ipſi ſerviendi. Sumpto igitur animo, cum ipſam omneſque præſentes reverenter (ut decebat) ſalutaſſem ; interrogavi, maxima cum teneritudine & compaſsione, benedictam Matrem de ſua infirmitate, atque de tempore quo ſic decubuerat. Illa vero, benigno atque hilari vultu, mihi reſpondit : Jam inde à pueritia cœpi portare crucem meam ; jamque decem anni ſunt, quod lecto affigor : quod tempus ex una quidem parte longiſſimum mihi videtur, eo quod videam interea nihil boni feciſſe me ; nimiumque differri finem hujus periculoſiſſimi exilii mei ; ex altera vero parte contentiſſima vivo, & patior quantum & quamdiu placuerit Deo, modo illi ſerviam ; eo quod cognoſcam, mortalem hanc vitam non eſſe niſi modicam umbram ; quæ cito tranſit, & quaſi ſomnium aut inanis vapor ſubito evaneſcit. Sic locutæ obtuli ego porro, prompta ac bona voluntate, modicum iſtud quod poteram, & grandibus ejus meritis longe inferius, atque infirmitati ejus nequaquam par. Verum illa, quæ libenti animo patiens, nihil ſibi videbatur pati, propter magnum amorem quo cariſſimum ſuum Sponſum Chriſtum Jeſum complectebatur ; plena ejus gratiâ, noluit denique quidquam aliud à me poſtulare, quam ut ſui memor eſſem in orationibus quas Deo faciebam. Ut autem poſtea ex Joanne intellexi, voluit noſſe profeſsionem meam atque conditionem familiæ.

Ipſam de ſua infirmitate interrogans,

intelligit decennio decubuiſſe

eique obſtrepentium offert.

12 Ex hinc ſæpius rediens ad eam viſitandam, ſemper excipiebar dulciſsimis colloquiis & efficacibus exemplis, quibus animabat me atque excitabat ad ſanctarum virtutum exercitia, Dei famulatum, mei ipſius odium, mundique contemptum ; item ad fugiendas peccatorum occaſiones, & exercenda opera caritatis ; hortando me ad frequentandam eccleſias & orationes, lucrandum indulgentias, orandum pro inimicis meis, obliviſcendum injuriarum mihi factarum, ac benefaciendum eis à quibus aliquid mali tuliſſem ; denique ad quodlibet ſanctum exercitium & opus Chriſtianæ profeſsionis ; retrahendo me à nimia converſatione cum mundanis, atque monendo ut viverem in timore Dei, à quo peterem gratiam ipſum cognoſcendi, & robur ad eumdem amandum quam perfectiſsime, dolendumque de omni ejus offenſa, atque ad renovandum vitam verâ pœnitentiâ mediante : quapropter ſuadebat mihi, frequenter uſurpare Sacramenta, per quæ recipitur virtus & gratia ad bene vivendum & bene moriendum.

F *ſæpius deinde redibam,*

multum ex ejus monitis proficit :

13 Ad hujuſmodi monita cum attentiſsimus adſtarem, utpote ſalutis meæ cupidus, lacrymantibus

A. ZACH. FORESTI. *videt ejus faciem pulcherrimæ splendentem,*

ac reverentibus oculis aſpiciebam identidem in faciem ejus, quæ una inter alias vice apparuit mihi tam gratioſa & clara, coloreque violaceo tam accenſo reſplendens; ſicut medio vere apparere ſolet candidum lilium, junctum purpureæ roſæ; vel ſicut cryſtallus lucida, ſole ſplendente percuſſa. Quare regreſſus domum, toto illo veſpere atque alias ſæpe, non poteram loqui de re ulla alia, quam de iſta ſancta Virgine; idemque foris agebam, quoties incideram in perſonam timentem Deum & virtutis amantem. Neque ſatiari poteram cogitando de illa, quia videbar mihi conſpexiſſe formoſiſsimam & honeſtiſsimam annorum duodecim & Angelici aſpectus Virgunculam; non autem mulierem, ætatis tam provectæ totque annis infirmæ, cum eſſet annorum tunc circiter quadraginta. Notabam etiam eſſe eam ſimplicem & prudentiſsimam in verbis, in operibus juſtam, in mandatis diſcretam, patientem in afflictionibus & in morbis robuſtam, fortiſsimam in vincendis infirmitatibus ac tentationibus, humillimam ad obediendum, amatricem bonorum operum, largam diſpenſatricem eorum quæ habebat in pauperes, miſericordem conſolatricem afflictorum ac tribulatorum; cæleſtem in deſideriis, modeſtam & benignam in reſponſis, promptiſsimam ad ſuccurrendum, pauperrimam quoad temporalia bona, diligentem in ſervitio ſui dulciſsimi Jeſu, ferventem in oratione, & in divino amore ardentem. Quapropter cum in ea, velut in lucidiſsimo ſpeculo, multa virtus magnaque perfectio appareret; facile erat unicuique ipſam aſpicienti videre clariſsime defectus ſuos proprios; quemadmodum ego ſæpe meas imperfectiones notabam; habens in ea exemplum, occaſionem, atq; materiam ſufficientem ad omnem virtutem & diſciplinam.

& ſingulas ejuſdem virtutes conſiderat,

B

Pulſatus aliqua tentatione recurrit ad illam,

14 Non equidem ignoro, Pater reverende, quod hiſce de rebus ad te ſcribere, qui ei tot annis ſerviviſti ac familiaris fuiſti, tantumdem ſit atque aquam exiguo cum vaſe ferre in mare; & quod quantumcumque hiſce foliis inſcripſero, minimam partem retulero earum rerum quæ potuerant de ipſa cum veritate ſcribi: cum tamen dicitur verum, ſive parum ſive multum, ſemper placet gratumque eſt iis, quibus bonus eſt interior guſtus, lumenque ad res divinas intuendas idoneum. Non prætermittam tamen quin tibi dicam, quod ſubinde inveniens meipſum acediæ ac melancholiæ ſpiritu teneri plenumque diſplicentiæ, ibam ad beatam Matrem conſolationis cauſa viſitandam, magna ſpe ductus inveniendæ apud eam quietis opiſque. Mox autem atq; cameram ejus ingrediebar, notabat illa laborem meum, quantumcumque id diſſimulare nitebatur, ne meam mihi pœnam augeret. Verum, ut erat miſericors & nata ad juvandum, ſtatim cogitabat de remedio mihi faciendo, his aut ſimilibus verbis me alloquens; Bene veneris; multum certe diſtuliſti venire, ego autem te expectabam magno cum deſiderio, ut emergeres ex tædio illo tuo moleſtiſsimiſque cogitationibus, quibus premitur cor tuum. Sane dicebam hodie noſtris illis, Non diu eſſe poterit quin veniat noſter Zacharias: vixque hoc dixeram, cum audiens pulſari ad portam, Ipſe eſt, inquam, Zacharias.

C

& multiplici iter relevatur,

15 Tum incipiens mecum loqui de paſſionibus atque faſtidiis meis, ac ſi fuiſſet in medio cordis mei, omniaque arcana mea introſpexiſſet; videns nullum me poſſe formare verbum aut ſignum lætitiæ; ut me liberaret ab ejuſmodi anguſtia tantaque mœſtitia, mutabat ſermonem, & incipiebat loqui de Deo deque vanitate hujus miſerrimi mundi. Erat autem talis ſermocinatio ejus, ut brevi tempore me ſentirem omnino alleviatum ac ſerenatum, diſpulſo quovis mentis nubilo: itáque liber à qualicumque perturbatione & moleſtia, redibam lætus & hilaris, ſentiens me interius vehementer corroboratum, atque hoc ſolum dolens quod ei jugiter adeſſe non poſſem, & in tam bona ac ſancta converſatione vivere ac mori: taliſque & tanta erat mea erga ipſam devotio & dilectio, tamquam erga amicam tanti Sponſi, ut libenter vitam meam pro ejus obſequio poſuiſſem. Quantumcumque vero magnum erat periculum in quo verſabar, adeo grande tamen erat gaudium & ſolatium quod ipſa loquente percipiebam, ut omnium aliarum rerum ac pene etiam mei oblito, non luberet cogitare de cibo capiendo vel alio quocumque negotio meo. Denique tanta exibat de ejus monitis & colloquiis virtus, ut procul à me fugeret omnis melancholia, omnis mundana cogitatio, omnis carnalis tentatio; & ſubinde fierem inimicus mihi ipſi ac veluti mortuus. Aliàs, ſanctis ejus exemplis & exhortationibus motus, voluiſſem pauperibus Ieſu Chriſti diſtribuere quidquid poſſidebam; nihilque curans manere nudus, videbar audire vocem interius mihi dicentem; Si velis evadere magnus, & eſſe in cælis beatus; cura humilis ſis in terris, ſanctamque paupertatem amplectere. Aliàs impellebar ad mendicandum per civitatem, & prædicandum vilitatem meam, & abjectam conditionem ſeu potius ſuperbiam meam, ſtultamque præſumptionem, & omnes defectus, ad majorem mei ipſius confuſionem, majuſque vilipendium.

atque ad virtutem ſtimulatur.

D

E

omnia bona ſua ejus precibus tribuit,

16 Equidem exiſtimo, quod quidquid erat in me boni ſanctique deſiderii venerit mihi à miſericordia Altiſſimi, mediantibus precibus iſtius ſanctæ Virgunculæ; certo perſuaſus, quod illa me ſumpſerit ſub ſuam protectionem, quodque ipſa intercedente bis evaſerim à graviſſima & quaſi incurabili infirmitate, cui humanitus nullum remedium erat, ad ſtuporem medicorum aliorumque me videntium; cum alius fere ſermo per civitatem non audiretur, quam de me velut à morte redivivo & de ſepulcris reſuſcitato. Quiſcumque autem aliquo pollebat judicio, indubitanter credebat, me ſalvatum fuiſſe, non medicorum opera aut virtute medicinarum; ſed, quod per continuas deprecationes bonæ alicujus perſonæ ac Dei famulæ hujuſmodi gratiam obtinuiſſem; quemadmodum in veritate confiteor etiam me credere. Cum enim extremo in periculo verſarer, morbo oppreſſus; videbatur mihi ſpiritus meus deduci ad conſpicienda æterna ſupplicia, ibique intueri Magnates aliquos faciebus velatis; & quod maligni ſpiritus, formas induti humanas, omnimodis fraudibus totum mundum implicabant; ac denique numerum quaſi infinitum mortalium, parum ſibi attentorum, præcipitabant in barathrum infernale.

& recuperatam ex morbo letali ſanitatem,

F

poſt inſignem viſionem ægro oblatam.

17 Hinc egreſſus, videbam offerri mihi feliciſſimum quemdam montem, totum plenum puriſſimis ſmaragdis, topaziis, adamantibus, atque zaphiris; ubi magna cum lætitia intuebar alatos aliquos velut Seraphinos; audiebamque vocem dicentem mihi: Iſte eſt locus ſanctus ac domicilium puritatis. Elevans deinde oculos in ſublime, apparuit illis ſubito beatiſſima Mater Ieſu Chriſti, comitata infinito numero caſtiſſimarum Virginum, omnino ſplendentium, inter quas erant Sanctimoniales nonnullæ, candidiſſimum indutæ habitum ac ſimilem beatæ Matris Sororis Mariæ, quæ omnes velociſſime tranſibant, ſubſilientes ac redeuntes ad glorioſam Paradiſi felicitatem. Ibi denuo ſe mihi monſtrabat Regina cæli, mater ſanctiſſimi Redemptoris, filium in gremio ſtantem tenens, totaque cæleſtibus ſplendoribus circumdata atque Angelicis choris, vultu

autem

A autem hilari ac gratiâ pleno, ſedens in majeſtate cum innumerabili turba Sanctorum. Quæ eadem ſanctiſſima Mater prius, in eodem morbo, inter alias vices apparuerat mihi, vultu mœſto atque compaſſionem præferente, cum filio mortuo inter brachia. Iſta autem mihi apparuerunt in urgentiſſima neceſſitate atque diſcrimine vitæ, non propter bona quæ fecerim aliqua, ſed ſolum propter bonitatem & miſericordiam infinitam Dei, per orationes Mariæ Virginis, atque per interceſsionem hujus ſanctæ ac devotæ ſuæ famulæ, quæ Deum quotidie pro mea ſalute deprecabatur.

PARS III.

Miranda quædam circa ipſam & per ipſam facta.

18 *Injuriarum tolerantia*

MUlta poſſem ſcribere de vita ejus doloribus exercita, & de diuturna patientia quam ad extremum uſque diem tenuit; atque in particulari quomodo tulerit ſe vilipendi, male tra-
B ctari, & injuriis affici; quandoque etiam ab ipſiſmet domus ſuæ ancillulis, quibus vehementer compatiebatur, & ſemper bonum pro malo referebat. Poſſem etiam narrare miraculum patratum in vaſculo vini albi, quod ipſi ſervabant Reverendæ Matres monaſterii Angelorum, vulgo dictæ Monachinæ; & verè Monachinæ ſeu Monachu-
ſervatum ei vinum, ſed corruptum, miraculo reſtituitur. læ, quia pauperes ſpiritu, ſed multa pace ac gratia Dei divites. Vinum illud ſic corruptum erat, ut neque colorem vini amplius, neque ſaporem haberet, ſed aliud non videretur quam putrida quædam fæculentia. Illæ vero in oratione poſitæ, ne quid cauſa defectus iſtius pateretur incommodi veneranda Mater noſtra, impetrarunt à Deo, ut vinum bonitati ſuæ priſtinæ, imo etiam meliori quam antea ſtatui redderetur, tale inſuper quod bibentibus ex eo infirmis nonnullis donaret ſanitatem. In qua oratione Monachæ prædictæ adhibuerunt etiam Reliquias nonnullas R.P. Fratris Hieronymi Savonarolæ Ferrarienſis: & in hoc datur intelligi, quomodo Sancti alios Sanctos juvent adhuc in via exiſtentes.

Auctoris uxor ſæpe adjuta,

19 Verum quia hæc aliaque miranda multa, tibi, Pater cariſſime, nota ſunt ac manifeſta, non ſuſcipiam illa nunc referenda, dimittens ea melius quam
C ego ſcientibus: ſed narrabo, quod D. Conſtantia Ugolini Peruſina, uxor mea, aliquando viſitans ſanctam iſtam Virgunculam, ſemper ab ea redierit bene ædificata atque contenta: & bonis ejus conſiliis monitiſque inducta, ſtatuerit ſanctiſſima Sacramenta frequentare, mundumque contemnere, dando ſe mortificationi, & multa cum patientia tolerando quaſcumque tribulationes. Quadam autem vice, cum prædictæ Matri revelaſſet faſtidia quædam ſecretius animo obverſantia, iiſdemque remedium poſtulaſſet, cito agnovit quantum id ſibi profuerit. Imprimis autem commemorat, quod cum illi commendaſſet ſuum quemdam germanum fratrem, Octavianum de Ugolinis Peruſinum, Militem honoratum, propter quoddam ejus diſcrimen, obtinuerit quidquid volebat. Audi ergo.

commendat ei fratrem,

20 Juvenis iſte, levir meus, recedens à quadam ſerici apotheca, ambulanſque per forum civitatis, haud procul à palatio Gubernatoris Peruſini, invaſus ex improviſo fuit à quatuor viris bene loricatis, & altero etiam Peruſino: miſſaque ad gladium manu ut ſe defenderet, cum ſe omnibus ſimul imparem judicaret, recta ivit in ſuum inimicum: eique impacta ut fors ferebat cuſpide guttur transfixit, ita ut in veſtigio corruerit mortuus. Eodemque momento auditus eſt baliſtæ pulverariæ ſonus: quo excitatus Gubernator cum aliquot ipſius Palatii inquilinis, audienſque rumorem vulgi atque ſatellitii, & ſuſpicans aliquam in populo ſeditionem (maxime propter exploſum ſclopum, & quia res facta erat in area ante palatium) omni alia conſideratione poſtpoſita, emiſit totam familiam ſuam; quin etiam ipſe deſcendit ad principem portam Palatii, cum aliquot Nobilibus domeſticis ſuis, totus iratus vehementiſſimeque commotus: mandavitque ſatellitii publici Præfecto, ut vel comprehenderet reum, ſtatimque morti traderet; vel ſi comprehendere vivum non poſſet, modo quocumque trucidaret. Miſer ergo juvenis, videns non eſſe ſibi relictum ullum fugiendi locum, intravit in domum quamdam, à ſatellitio ſeſe defendens ut poterat. Satellites autem, deſperantes eum ſic capi poſſe, conſcenſo domus tecto, intro ſe miſerunt, undique illum impugnaturi. Tum vero *captum* animadvertens longe ægrius ſalvari ſe poſſe, unum jam oppoſitum tam multis; elegit ſeſe tradere cuidam ex Prioribus civitatis, ibidem præſentibus. Itaque ductus in palatium, arcteque religatus, confeſtim in ſecretum carcerē retruſus eſt, ut Gubernatoris mandatum executioni daretur quam primum, in-
E ſtigante quodam theſauri miniſtro valde gratioſo, & animatiſſimo ad vindicandum conſanguineum occiſum.

A. HIER. FORESTI. *ob eadem in ſui defenſione factam,*

21 Interea actum eſt cum Gubernatore; narratum factum, ipſe inſtanter rogatus à multis pri- *& addictum morti,* mariæ dignitatis Nobilibus, ut mature cauſam examinare & cognoſcere dignaretur. Mitigata nonnihil iracundia, annuit Gubernator, ut diebus aliquot ſuſpenderetur decretæ mortis executio, eo potiſſimum reſpectu, quod ſatisfactum volebat Nobilibus illis, quorum fidei ſe captivus tradiderat Octavianus, atque in cuſtodiam iverat: ita tamen ut fixus in propoſito maneret Gubernator capitale ſupplicium exigendi. Hoc cum eſſet intellectum, ſcriptum eſt Romam atque Florentiam, pro impetrandis interceſſionibus plurium Principum virorum: quibus aliud profectum non eſt, quam ut in vivis ſervaretur menſes aliquot, ad infringendos conatus adverſæ partis, quæ feſtinabat vitam ſimul & honorem auferre reo. Audito caſu, ego & uxor mea ſtatim acceſſimus ad viſitandam communem noſtram Matrem, remque ut acta erat ei narrandam, cum tanto quantū imaginari ipſe tibi potes mœrore ac ſenſu. Cum ergo intellexiſſet illa, quo in periculo ver- F ſaretur levir meus; compaſſione mota promiſit pro *ac peſſimè habitum;* eodem orare, & aliorū orationes poſtulare quotidie. Tam dulcibus verbis, utcumque conſolati, petiimus recedendi licentiam; & poſt hebdomades aliquot intelleximus adhuc in vivis haberi captivū, ſed adeo male habitum ut recognoſci amplius vix poſſet: quodque decretum haberet, potius ſuis ſeſe manibus interficere, quam mactandum præbere publicæ juſtitiæ miniſtris, tantum ubique exoſis abominatiſque.

quem illa dimittendum promittit.

22 Tum vero rediimus ad Matrem Sor. Mariam, & quo res loco erat narramus: ipſa vero uxori meæ reſpondit: Confide Deo, Soror mea, atque omne deſiderium veſtrum permitte ipſius arbitrio, quia totus benignus & miſericors eſt: ſperate autem quod ipſe liberabit eum, & ſervabit de manibus inimicorum ſuorum. Pauci deinde præterierunt dies, cum nobis ad ſe redeuntibus dixit, fauſta annuntians: Captivus veſter cito, cito, dimittetur ex carcere, & liberabitur: tantum bono animo eſtote. Poſt quindecim circiter dies ſcriptum Roma & Peruſio eſt, à D. Petro-Gentili fratre, & D. Porcia ſorore uxoris meæ, prædictum Octavianum abſolutum ab homicidio eſſe; ſed ad nonnullam partis *ſecuto intra 15 dies effectu.*

offenſæ

A. HIER. FORESTI.

offensæ satisfactionem, relegatum pro tempore aliquo à civitate: itáque fuit emissus è carcere, atque vivit etiam hodie, per Dei indulgentiam meritaque & preces Matris Sororis Mariæ, quibus mediantibus credimus istam gratiam à Domino obtinuisse, cui pro isto & alio omni beneficio sit laus & gratiarum actio.

Auctoris filius arreptus à juvenca furente,

23 Accidit alias ut Iulius filiolus meus, audiens in platea magnum strepitum puerorum, domo excurreret, visurus quid rei ageretur; incurrit autem in ferociſſimam bestiam, juvencam scilicet effuse currentem, quæque jam alia damna per viam pertraverat, dum clamoribus & concursatione insectantium agitaretur. Ab hac per cornua apprehensus puer, qui locum effugii nullum invenerat, jactatus in altum fuit ad sex ulnas circiter, vestibusque laceris projectus in terram, nihil tamen læsus in corpore. Spectabat hæc ad feneſtram D. Constantia mater; cumque alium filium non haberemus, sicut nec modo habemus, clamans & commendans illum Deo Virginique sanctissimæ, ut mortua concidit. Quia autem paucis diebus ante commendaverat puerum Matri Sorori Mariæ, placet credere, quod bonitas divina, intuitu protectionis ac precum illius benedictæ, salvum puerum & mali omnis immunem servaverit.

illæsus servatur.

B

Visitantis sa matronæ interiorem statum

24 Alias cum quædam Matrona Volaterrana, consanguinea mea, esset in comitatu uxoris meæ, atque antea audivisset mira nonnulla de sancta ista muliere, imprimis autem de diutina ejus infirmitate, multaque patientia; ipsa, quæ tenebatur peregrino quodam & ignoto morbo, mota fuit magno desiderio eundi ac visitandi prædictam infirmam, sperans invenire remedium aliquod malo suo, aut saltem videre signum quodpiam sanctitatis ejus. Hoc, quantum recordor, fine, nec ullo forsan intuitu alio stimulata, quamvis non ignoraret quantum bonæ Matri displiceret visitari, non solum à Magnatibus, sed etiam à qualibuscumque personis mundanis; freta tamen societate ejus quæ secum erat uxoris meæ, quamque noverat ipsi amicam & familiarem esse, fiduciam sumpsit accedendi. Cum ergo ad illam esset ingressa, & occasionem loquendi dedisset, scivit sancta mulier adeo bene explicare, ac veluti in parabola partem vitæ ipsius secretiorumque cogitationum, & earum quibus dudum pulsabatur tentationum, quamvis numquam antea sibi visæ; acsi conscientiam ejus totam perspectissimam haberet, & ab annis centum eam novisset. Postea sermonem instituit de rebus ad Deum spiritumque pertinentibus: unde illa tota attonita & compuncta fuit; &, si ex ejus monitis sanctisque consiliis sciviſſet proficere, res ejus meliorem multo exitum ac saluti ipsius conducibiliorem habuissent.

C

distincte explicat Maria.

Illi accepta multa Auctor referens,

25 Possem etiam aliquid de me ipso addere: sed ne fastidium alicui creem, solum dicam, quod cum benedicta ista & sancta Mater me suscepisset in suam protectionem, existimem omne bonum desiderium, quo unquam motus fui ad faciendum bonum aut malum fugiendum, & quidquid Christianæ virtutis unquam Deo inspirante exercui, obvenisse mihi ipsa mediante, quæ mihi impetravit à Deo multas gratias, quas numquam merueram; gratias, inquam, non temporales aut hujus mundi, sed pertinentes ad salutem animæ, ipsiusque Dei honorem & gloriam. Agnosco similiter ipsius intercessioni me acceptum referre, quod remanserim in eodem gradu atque conditione apud Serenissimum Magnum Ducem Franciscum per octodecim annos, licet interim renovata fuerit Curia tota, & ex albo palatinorum ministrorum sublati omnes illi, qui servi-

plus in futurum sperat ab ea,

viverant seniori magno Duci, quem Deus Dominus noster habeat in æterna cæli felicitate. Ad hanc vero cum ipsa cara Mater nostra Soror Maria post longũ laboriosumque exilium pervenerit, confido scribere de vita ejus; cumque ipsius caritas jam sit in gloria; ubi vita est sine morte, gaudium sine mœrore, & amor undequaque perfectus; concludo, quod quæ me tantopere adjuvit in terris, magis id sit factura in cælis; ubi ipsam esse habeo certissimum, idque per Dei gratiam & bonorum operum ac sanctæ vitæ merita, pro quibus semper benedicatur Deus.

D

de cujus salute ante obit.

26 Unum mihi dicendum supereſt, quod cum ab ordinario ejus medico intellexissem gravitatem ultimi ejus morbi, quia arti jam nullatenus obediebat natura, omnesque ejus vires exhaustæ erant annis atque morbis, sic ut pauci solum dies vitæ supereſſe ei crederentur; videns nullas ei amplius medicinas prodesse, nequidem extraordinariam illam quam ex parte Sereniſſimæ Celsitudinis suæ ipsemet attuleram, censui actum de illa esse, neque aliud restare quam continuas pro ejus felicissimo transitu orationes faciendas. Id cum per triduum facere perseverassem, dum illa appropinquabat morti infirmi corporis, quidam ejus devotus & amicus meus ac bene notus, ante sanctissimum Sacramentum constitutus, atque pro ea ante & post Communionem orans, audivit quasi vocem interius sibi dicentem, Fili & peccator, pro te ipso ora, quia tu es pauper & miserabilis; ipsa vero est felicissima & beata in cælo: quamvis eo puncto temporis necdum erat anima ejus soluta à corpore. Volens deinde idem per istos tres dies ad orandum pro ipsa se componere, non inveniebat verba; sed solum sentiebat admirabile gaudium cogitando de illa, acsi plenissima sanitate frueretur, aut potius acsi vidisset illam, inter Angelos Animasque beatas, coram summo Deo collocatam in multa gloria; quam divinæ suæ majestati placuit ipsi retribuere, pro puritate corporis & nitore animæ, longoque martyrio cum tanta patientia in omnibus membris tolerato; sicuti non omisit, etiam in hac vita, dare ei omnem virtutem auxiliumque necessarium ejus saluti usque infinem.

E

internam vocem amicus suus audivit:

seque commendat ipsius precibus,

27 Hujus exemplo & ego, & quiscumque alius salutis obtinendæ cupidus, facillime possumus discere, quomodo tolerandum malum bonumque faciendum sit ex amore Jesu Christi, ad quem omnes obligamur; quomodo etiam debeamus ipsum timere, ipsi obedire, ipsum perfecte amare semperque laudare. Ab eodem posco veniam, omnis culpæ atque imperfectionis meæ, ac perturbati ordinis, quem tenui loquens ac scribens pauca hæc: doleo autem non potuisse me exprimere perfectius, quemadmodum desideraſſem, quæ scivi & memoriter tenui, de dilecta ista ejus sponsa, Matre nostra carissima. Et tu, Pater reverende, excusa ignorantiam meam apud altissimum & clementissimum Deum: ut bonum ac verum quod scribere me fecit (nec enim per ejus gratiam aliam habui intentionem, quam ut secundum veritatem procederem) vertat ad honorem & gloriam suæ divinæ Majestatis, ad consolationem amicorum suorum, laudes ejus audiendorum in Virguncula ista, dilecta filia & cara sponsa sua, quæ modo est in cælo in gloria illa sempiterna; cujus rogo participem ipsa me faciat apud æternum suum Sponsum, Regem excelsum ac summum Monarcham, qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

F

& ejus ad quem scribit.

SUPPLE-

SUPPLEMENTUM II

Ex Revelationibus S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis.

28 *S. Maria Magdalena de Pazzis in extaſi,*

Va fide & certitudine conſcripti ſint libri, de rebus à Sancta prætitulata dictis factiſque, cum rapta in ectaſin divintius ageretur loquereturque, ad Proœmium primæ ejus Vitæ & alibi eſt declaratum. Ibidem num. 19 *narratur quomodo* Venerabili Matri Bagneſiæ devotiſſima, merita eſt ſæpe eamdem videre in Paradiſo, ac nominatim XI Julii anni MDLXXXIV, *qui fuit poſt obitum* Mariæ *octavus.* Vidit autem eam pulcherrimo modo, quem obedientiæ imperio adſtricta, his verbis expoſuit: Vidi in paradiſo pulcherrimum thronum lucis incomprehenſibilis, in quo ſedebat Beata Mater Soror Maria Bagneſia, tota reſplendens & plena ſingularis majeſtatis; & intellexi thronum iſtum eſſe ipſius virginitatem & puritatem, quæ præcipuo ipſi ornamento erat. Vidi etiam quod prædictus thronus ornabatur monilibus pretioſis: atque

